Libris petri Berardi pharmacopoei Gratianopolitani — 1640.
951

IOANNIS GORRAEI MEDICI PARISIENSIS OPERA.

Definitionum Medicarum libri XXIIII.

A IOANNE GORRÆO FILIO, LVDOVICI XIII. FRANCORVM ET NAVARRORVM REGIS Medico ordinario locupletati & accessione magna adaucti.

Accessio significatur his ad margines notulis "

NICANDRI THERIACA ET ALEXIPHARMACA CVM Interpretatione & Scholijs eiusdem I. GORRÆI Parisiensis.

HIPPOCRATIS LIBELLI DE GENITVRA, DE NATVRA PVERI, Iusiurandum, de Arte, de Prisca Medicina, de Medico, eodem I. GORRÆO Interprete cum Annotationibus & adiectis vnicuique libello breuibus Scholijs.

FORMVLÆ REMEDIORVM QVIBVS VVLGO MEDICI VTVNTVR Authore PETRO GORRÆO Bituricensi.

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE DE LYON

PARISIIS,
Apu SOCIETATEM MINIMAM.

M. DCXXII.
Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
DE GUADALAJARA

AD LVDOVICVM XIII. GALLIARVM REGEM CHRISTIANISSIMVM,

Ioannes Gorræus.

APVD Antiquissimos Persarum Reges hoc solemne fuit, vt quibus in Aula vitam degentibus, ea voluntas esset, is animus illorum sibi promereri gratiam, hoc illis nonnisi per munusculum aliquod liceret; res illa quidem, etsi barbaricæ originis, ad nostrorum tamen temporum præsentiam non illaudabiliter est delapsa, vt quæ cum gratæ voluntatis eximio, externóque specimine, profusiorem interioris animi, sinceræque fidei affectum repræsentet: Hoc ego ductus exemplo, & prisci moris æmulus, REX CHRISTIANISSIME, mea ad altare tuum appendo vota, & vt me, iam per decennium cum testificatione singularis obsequij tibi inseruientem, tui fauoris radio illustres, oro nunc supplex & obtestor: Offero, non quidem Gazophylacia, non Persarum opes (nam quid illa tibi Regi opulentissimo?) sed ex ingenioli mei fœtura leuidensę profecto munusculum, verum si dicantis & consecrantis animum explorari iubeas, magnum & magnificum; quid enim sit cum cultu & affectione mea in te iusto cumulo in dies augescente comparandum? Hoc Definitionum Medicarum opus quod auus quondam meus inchoauerat, nunc multis à me partibus auctum & locupletatum tibi nuncupare audeo, Rarum illud quidem in Medicina scribendi genus, sed vtilitatis tãtæ atque dignitatis vt rerum pulcherrimarum, quas sinu suo Ars complectitur, condus promus sit, & clarissimũ exemplar; Non modo Medicis, sed & omnibus quos rerum præstantissimarum vbertas atque cognitio delectant, vtile atque periucundum: Illo sibi beneuolas doctorum virorum mentes parens olim meus deuinxit, illo se nunquam intermoritura fama, piæ, hominum memoriæ ac æternitati consecrauit: Et quid mihi fiat, vt parentis longe meritis impari, sic arte nullâ commendabili? In numinis nominisque tui splendore

gloriabor; & si mea me degenerem tenuitas arguit, hæc nostra tibi dicata nuncupatio glorioſius extollet atque commendabit: Neminem non immensa præter cæteras subit cura, vt quæ tibi dicantur, te digna sint, quia religioſe adiri te tantum à salutantibus nemo nescit, hinc meas esse credent aliquid quisquilias; & si multa valde ideo pretiosa videntur quia sunt templis dicata, hæc & nostra fortean, quasi facinus palmariũ, in plurimorum existimatione, ore atque oculis versabuntur. Meæ itaque ignoscas audaciæ, & in beneficiorum tuorum erga me amplitudine causam agnoscas: Dicere enim possim, Quid ista legis, REX POTENTISSIME? Quid interpello? Cur hanc tibi opellam meam licentiore epistola nuncupo, si te in excelsissimo humani generis fastigio positum maiorem credidi quàm vt descensurum hûc putarem? hæc humili vulgo scripta sint, & rerum studiorumque otiosis; Non tibi Regni Gallici habenas hoc turbulento rerum statu moderanti; Non tibi in quem Gallia, tot iam clades perpessa, tot orba funeribus, inclinata & supplex recumbit; Alias verè curas hoc tempus à te postulat. Atque ô verè periucunda, qua fruebamur, pacis recordatio; illa concordes ciuiũ animos & in amoris parilitatem vinctos tenebat; Bellum discordes & inteſtinis odijs exagitatos variè impellit: illa sacræ Themidis iura inuiolata tuebatur, vnde tuta populo salus: hoc proculcato legum pudore, fas omne vertit atque nefas: illa triumphis erat innumeris præstantior, hoc Phalaride & Busiride crudelius: illa in te vnum populorum tuorum vota fœlicibus augurijs inclinabat; hoc distractas eorum mentes soli suæ ambitioni reddit obnoxias; illa denique suos aratro dignos honores seruabat, hoc abductis colonis, & conflatis in ensem falcibus arua reddit squallentia; Nec putemus Bellona plusculum sæuiente adhuc assurgere aureæ Cereris lætas & fœcundas segetes, quin dabit, vel inuita, spinas & tribulos, iracundiæ in nos diuinæ & amoris nullius signa haudquaquam fallacia. Quod si fortean tellus haud inarata manserit, effodietur tumulandis cadaueribus, ne quos superstites sors sua seruauerit, maligna pestilentiæ labes corrumpat & labefactet; frustrà tum ad ærarij tenuitatem tributa exquirat aliquis; frustrà ad bellorum assiduitatem vectigales pecunias. Sed nondum hæ tantæ animis cœlestibus iræ; Galliam suas velut delicias suo semper in sinu fouit Deus Opt. Max. Labentem sæpius erexit, caducam instaurauit, & extremum exhalantem spiritum, tanquam ex Orci faucibus HERRICO MAGNO duce quondam eripuit; Inde est quod in memoria & amore cunctorum viuit, in pectoribus omnium, in ore plurimorum, in statuarum diuturnitate; Ille sine contemptu facilis, sine terrore reuerendus; quem semper inuitum honor sequutus est; Cui amari, coli & diligi maius fuit imperio; hoc vno denique puniens inuidiam, quod tantum ei vita ad gloriam contulit, vt huic fortunæ, vel superbissimi liuor debeat inuidere. Neq; vero nos, HERRICI MAGNI GENEROSA PROLES, vel fallêt præclaræ tuæ indolis captata dudum auspicia, vel

fient irrita, tibi nuncupata Francorum vota: iam pridem animi magnitudinem induisti, fortitudinem, iustitiam, clementiam, constantiam, morum integritatem, laudes omnes Regias, prima publici in te amoris libamina: Admotus Regni gubernaculis quoties coniuratos hostes profligasti? quoties nefarios facinorosorum hominum conatus perfregisti? quoties remotissimas gentes tua gestarum rerum gloria famaque perculit, dum triumphatis hostibus dedisti toties pacem Regno placidissimam? Repullulant tamen & nostra necdum satis ad cicatricem perducta recrudescunt vulnera, quibus qui Medicinam faciat solus ades, REX INVICTISSIME; Capesse afflictæ nauis gubernacula, illam idoneis commeatibus instrue, æquor tranquillum ingredere, luctantes ventos deuita, infidos & inertes nautas ablega, accerse strenuos remiges, qui bracchia non remittant, rudentes antennasque decenter aptent, vela secundis ventis obuertant, vt tuæ fœlicitatis aurâ liquidò fauente victor emineas, laturus grandia meritorum præmia: sed quis suæ nauigationis portum non in primis expendat, num ingressu facilis, num expeditio tuta, num illîc Syrtes & scopuli ad quos nauis allidat, aliorum toties nauffraga? Quid quod iam tuæ fœlicitatis osores gloriantur, nescientes ambigua rerum mortalium in omnibus obuersari, & esse, vt infidos bellorum euentus, sic aleam mutabilem? Ignari sicut in ignibus auri integritatem, ita his exulceratissimis temporibus tuam spectari animi constantiam atque magnitudinem; Alexandrum in cœlum extulit ingens sui temporis bellorum apparatus; Cæsarem gesta toties bella condecorant, sed illi quoties ferocienti fortunæ animum submisere? Lugenda quidem est Rege sub optimo tanta seculi infœlicitas, & Regni tam funesti dolendæ vices Rege sub perfectissimo: dolendum anima legum viuente, leges intermori, & Traiano Imperante, ferro, flammis & coniuratis odijs sæuire Caligulas; Audendum tamen & triumphis tua cœlo æquanda virtus est, seruando ciues optimos, & (quod seculo tuo, quod virtutibus diuinis dignum est) populi Gallici securitatem procurando, constanti demum pace firmandam, quam non vitilitigator infirmet, non interpolator adulteret; nescius quam sæpe veterum iurgiorum sint difficiles exitus, & quam sæpe belli temporibus publicæ necessitates impossibilia persuadeant. Plura de te vellem, Plura de te deberem, Absit enim vt bono iustóque Principi paria faciamus, sed totius Galliæ testimonio tuarum virtutum præconia seruanda sunt, quorum insuper plus inerit animis quam vocibus explicari potest.

LECTORI BENEVOLO.

HIC habes, Lector beneuole, aui quondam mei Definitiones Medicas, sed euulgatæ iam pridem, quo nunc iure prodeant, accipe: Ille cum aliquando à primis studiorum suorum cunabulis sic Medicinæ operam nauaret vt omnium quæ legebat sibi commentarios reponeret, tandem consilium cepit, omnia in vnum volumen condere, & spectata operis dignitate Definitiones Medicas inscribere: rarum quidem illud, inquiebat, in Medicina scribendi genus, & à paucissimis, idque negligenter excultum, propterea-que apud multos gratiosius atque etiam fructuosius futurum: Ego paternis insistens vestigijs, cum hoc in opere, omnium quæ ad Artem Medicam pertinent, naturam, differentias & proprietates tam accurate explicatas viderem, nihil vt esset vtiliore excogitatum industria, nihil maiore elaboratum diligentia, Num ad perfectionem operis deessent nonnulla, perueſtigare cœpi, quod ita esse cum animaduerterem, mea sic studia & curas omnes composui, vt hanc paternam hæreditatem conseruare non eniterer modo, sed maiorum bonorum accessione ampliorem atque locupletiorem redderem; Nec mea me fefellit opinio, siquidem à primis studiorum meorum primordijs legenti mihi occurrebant quam plurima quorum accessione in maiorem molem excrescere poterat opusculum non pœnitendum: Hæc demum singula, ne sedulo labori fructus aliquis deesset, in classes idoneas apposite digessi, donec doctorum virorum hortatu ac precibus, vt illa Definitionibus Medicis attexerem, exurgeretque volumen vnum, acrius inuitari cœpi. Hoc igitur ita factum æqui bonique consule, Lector Beneuole, opus oculis fauentibus pellege, meque tui studiosissimum & amantissimum hilari vultu & exporrecta fronte suscipe: hæc mihi sola sit laborum merces, hoc ἀπαίτημα, Cur enim mihi in te perhumano, atque ad tua commoda propensius meditanti mihi succenseas? qui toties hæc scribens in sudata veste duraui, torpido gelu obrigui, lucernarum fuligines ebibi, non vt quæstum aliquem, sed vt me tuam duntaxat ambire & consequi gratiam velles aut patereris: Sed, inquies fortean, splendorem è ferrugine, vel laureolam, quod aiunt, quæris in mustaceo, vel illic quam bene nostra sit à te expetita, vel per nos collocata gratia, euoluas & explices: Quod doctis plerisque vsuuenisse comperimus, ipsum & auo meo contigit, inuenit scribendi operis rationem ac methodum, illam nobis insigniter excultam atque expolitam dedit, sed dum ad Polycleti morem in imper-

fecta tabula expectat hominum iudicia, viuos postmodum & extremos additurus colores, Non expectans mors præpropera, Gorræum tollens, etiam illi sustulit contra iudiciorum varietates regressum ad veniam, velut emendaturo quicquid desideraretur, atque nobis interim solum perficiundi operis desiderium reliquit. (si fas esset notæ deterioris artificibus ipsum suo cælo vel penicillo committere, & non Apelli vel vni Lysippo Alexandrum pingere vel fingere liceret.) Huic igitur quasi anchoræ annis. plus viginti commendaui phaselum meum, & enauigans mare Medicinæ vastissimum desideratas merces hunc in portum contuli: Hippocratem & Galenum, cæterosque Medicinæ principes, & selectissimos Medicarum rerum scriptores studiosissime pellegi, hinc nouas & innumeras Definitiones passim adieci; alias authoris, haud satis pro rei dignitate tractatas, fusius explicaui, obscuras illustraui, non haustas ex authorum fontibus, ad authorũ fontes recognoui; Non attacta, vel indicata perperam deprõptarũ Definitionũ loca indicaui, Multorũ lites, prout res definita postulabat, diremi; dubias & controuersas stabiliui; Definitiones nonnullas accuratissime perscrutatus sum, quales fuere σατυρίασις στόμαχος, σφάκελος, χλωρὸν, ψαθυρὸν, φαρμακοπώλης, ἔκστασις, εὔδιος, γαργαρεὼν, ἰχὼρ, κοιλία, μῦρον, ὀργᾶν, πόνος, πρόπομα, παρίσθμια *aliæque innumeræ; deniq; Definitionum quarumdam, quia magni sunt in re Medica momenti, species & proprietates exquisiui, atque ordine litterario subieci, huius ordinis sunt,* ἄρτος, οἶνος, πνεῦμα, ὑποχόνδριον, οὖρον, ὑποχώρημα, γάλα, γλῶσσα, ἕλκος, ὀφθαλμὸς *Aliaq; plurima ad morborum tum* διαγνώσεις, *tum* προγνώσεις *vtilissima. Neque vero mihi fuit animus conuasare singula quæ hoc in opus transferrem, sed ea duntaxat quæ rei propositæ conuenire videbantur; Non eradere ex opere visa quædam nonnullis superuacanea, ne, quod ferunt, cornicum oculos configere, vel in patrem iniurius & iniquus viderer; Non denique plantas & stirpes omnes hic aduocare consilium fuit, sed eas tantum, quarum iam facta mentio erat, paulisper ad polituram & repumicationem reuocare. Postremo, toto sparsim opere, noua quam plurima, atque hactenus haud satis explicata inserui, in quibus, si hallucinatum à me fuit, vt non auo meo tribuendum putes, sed mihi imputes, designauimus singula signatis ad marginem hunc in modum notulis ,, quas vbicumque videris toties factam operi accessionem existimes: Ita opus quondam inchoatum, nunc parte dimidia auctum & locupletatum, non dubitaui hoc armorum procinctu, & turbulentis rebus in lucem committere. Verumenimuero quia facile his studijs insidiatur huor, nec desunt qui obtrectatione alienæ industriæ sibi famam aucupentur, iam videre mihi videor plurimorum frontes obductas, transuersos oculos, renuentes aures, exhibilationes, multiformia ludibria, cachynnos vndequaque excitatos, omnia denique quasi ridiculi cuiusdam opusculi miseriam & infortunium plangentia, Nimirum esse corniculam Æsopicam dicet alius, Alius Cumanum Asellum Leonis gerentem exuuias, Alius male depexam atque detritam farraginem. Alius & fortean me vaticinari vetera, & ea percurrere quæ semidoctis non*

ignota sunt; Vellem equidem, Lector benevole, vt esset illa mihi ingenij fœcunditas quæ in propryis non in alienis laudem quæreret, sed quia hominum vita brevis est, ars longa, non potuit mea adolescens ætas opus arduum & immensum sine aliorum inuentis exaraſſe; sed & mihi sequenti patrij vestigia deflectere ac deuiare non licuit: ita quoque ferebat operis huius ratio atque conditio: Magnam, fateor, & potiorem accessionis nostræ partem ex veterum monumentis hausi, exscripsi vel ad verbum plurima, quorsum enim latere voluerim, ea quæ iam accurate scripserant in deterius immutando? Verum authores nominatim compellando in laudis & honoris partem vocaui, quia benignum & plenum ingenui pudoris esse existimaui, fateri per quos profeceris; Atque esse obnoxij profecto animi, & infœlicis ingenij deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere: Atque hoc si non vbique fortean fuit à me præstitum, ita volui, nec sine causa factum puta: Quod si tam displicet in alienis hærere me toties, scias velim, si te noua tantopere delectent, etiam hic noua nos inculcasse plurima, sæpe discrepantes veterum sententias coniecturis nostris dirimentes, proferentes non quibusuis obuia, atque omnino multa hactenus inculta, salebrosa, & tanquam spinis horrida repastinatione diligenti castigantes: Is denique noster labor fuit, vt cuiuis alieni operis æstimatori candido satis placeat; tu quisquis es, siue maleuolus Diophontæa tabescas inuidia; siue beneuolus, tuo tamen sapidiori palato hæc insipida, & paulo minus accurata non arridere putes,

Si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his vtere mecum.

ΣΙΜΩΝ ΒΑΛΔΙΧΙΟΣ

ἰατρὸς εἰς τὸν τῶν ἰατρῶν λαμπρότατον Γορραῖον.

Ὅσσ' ἔμαθεν Γορραῖος ἐν Ἱπποράτους λαβυρίνθοις
Καὶ τοῦ Γαληνοῦ ἀχλυόεντα πάρος.
Οὐ γῇ κρύψας ἔσχε μόνος ταῦτ', ἀντιπελαργεῖν
Ἀλλὰ νέος δαπανῶν τοὺς προγόνους ἐθέλει.

ANAGRAMMA.

Ἰωάννης Γοραῖος

Ἴασιν γῇ ὅσαν ὄρω.
Medelam terræ quantam fero.

Et

Γαίης νόσον αἴρω
Terræ morbum tollo.

AVTHOR LOQVITVR.

Τεσσαρακοντούτης ΓΗ ΙΑΣΙΝ ΟΣΣΑΝ ΟΡΩ ζῶν
Ὧδε γραφῇ ταύτῃ, νεκρὸς ΓΑΙΗΣ ΝΟΣΟΝ ΑΙΡΩ
Πνεῦμα θεῷ ποιοῦντι, τὸ σῶμα καὶ ὄλβιον ἄλκαρ
Δόξα, τιμὴ, κράτος ἀθάνατον τ' ἄμφω ἀποδοῦναι.

Christ. Gorræus.

SVMMA PRIVILEGII A Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus Litteris cautum, ne quis in regno suo, aliisve locis ditioni suæ subjectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione conetur librum, qui inscribitur, IOANNIS GORRÆI *Medici Paris. Opera. Definitionum Medic. Lib.* XXIIII. A IOANNE GORRÆO FILIO, LVDOVICI XIII. *Franc. & Nauarr. Regis Medico ordinario locupletati et accessione magna adaucti, &c.* præter SEBASTIANVM CHAPPELET, IOSEPHVM COTTEREAV, ABRAHAMVM PACARD, IACOBVM QVESNEL, DIONYSIVM MOREAV, ET SAMVELEM THIBOVST, Bibliopolas Parisienses, aut illos, quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eúdem librum extra regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dictorum SEBASTIANI CHAPPELET, IOSEPHI COTTEREAV, ABRAHAMI PACARD, IACOBI QVESNEL, DIONYSII MOREAV, ET SAMVELIS THIBOVST. Idque omne sub confiscatione librorum, alijsque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisijs, die duodecima Februarij, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo.

De mandato Regis.

Signatum. LVSSON.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. A.

Ἀβάπτιστος simpliciter, vel ἀβαπτιστος τρυπάνη. Est terebra chirurgica supra cuius mucronem circulus quidam latus parum extans circumcurrit. Hic prohibet ne terebra, dum agitur, altiùs descendat quam par sit, & subiectas partes violet. Nam quod mergi non possit, hoc est, tota in cauitatem subiectam descendere, ab argumento ἀβάπτιστος dicitur, quasi immersabilis per metaphoram. Eam Chirurgi, quo minus vsquã aberrent, rupto potissimum pericranio adhibẽt, eoque non admodum quidem perrupto & imbecillo, sed firmiore, vt terebræ ipsius circumactum & appressionem ferre possit. Quamobrem complures id genus præparatas habent ad omnem caluariæ crassitudinem, sicut declarat Galenus extremo libro sexto de morbis curandis.

Ἀβούτονον, ἢ

Ἀβρότονον. herba est duorum generum. Fœmina, quæ montanum abrotonum est, quadam arboris specie fruticat, folijs albicantibus, & circum ramulos, absinthij Seriphij modo minutim incisis floribus referta est, in fastigio comantibus auri fulgore corymbis. Si æstate nata est, suauiter olet, cum grauitate quadam & amaro gustu. Alterum mas vocatur, quod campestre abrotonum est, sarmentosum, gracilibus ramulis vt absinthium. Vtrumque immortali coma viret, atque vt frigore, sic sole nimio, propter infirmitatem suam, læditur. Tertio ordine calefacit & siccat, digerit etiam & incidit, sed κακοστόμαχον est, hoc est, stomacho ingratum. Nicandri interpres scripsit ἀβρότονον sic dictum esse, quod conspectu tenerum molle ac delicatum habeatur: aut quod difficilem halitum prospiret.

Ἀβροτονίτης οἶνος. Vinum ex Abrotono factitium, „ de quo in voce οἶνος, vbi insigniores vinorum „ differentiæ expositæ fuerunt alphabetica seriè.

„ Ἀβροτόνινον ἔλαιον, & Ἀβροτόνινον μύρον, id est vnguentum ex abrotono, & oleum abrotoninum, „ de quibus Diosc. l. 1. c. 6.

„ Ἀβυρτάκη. Apud Athenæum l. 3. Barbarum ὑπότριμμα & edullium fuisse videtur, siue Persici inuenti cibus quem acrimonia commendabat, fiebatque ex succo virentiũ herbarum, porris scilicet cardamo, granis mali punici, & eiusmodi alijs, quibus inerat τὸ δριμὺ, id est acre quiddam: huic affinis fuit cibus alius, quem νεοδάρτην vocauere; ἀβυρτάκην Lucianus καρυκείαις annumerat; dicitur & ἀβύρτακος.

Ἀγαθιδὲς. sic dici à nonnullis τὸ σάμψυχον, Discorides author est. «

Ἀγάθιον. Pastillus est, glomus siue glomer, id est globus factus ex staminibus, quæ στήματα vocantur, talem autem globum, ex staminibus ac filis factum, ita efformari vult Paulus Ægin. l. 2. c. 58. vt ad sedem aptus sit, & appositus prohibere possit, ne tam frequens contingat egerendi cupiditas: meminit & illius l. 5. c. 41. in fine. «

Ἀγαθὸν significat apud Hippocratem idem quod idoneum, certum, stabile, verum, & perpetuum, vt author est Galenus comment. 2. in lib. de fracturis. Idem vero etiam testatum reliquit comment. 2. in lib. de articulis ἀγαθὸν apud veteres id omne dici solere, quod in suo genere primum est. «

Insuper comm. In aphor. 25. l. 4. scripsit Ἀγαθὸν interdum apud Hippocr. non significare simpliciter bonum, sed esse idem quod melius: Ἀγαθῶς quoque pro καλῶς poni, sicque ab antiquis plerumque vsurpari scribitur comm. 2. in lib. de fracturis, vt ἐπιδεῖν ἀγαθῶς, ἀντὶ τοῦ (καλῶς) id est probe deligare: Erotian. etiam apud Hippocr. ἀγαθῶς interpretatur συμφερόντως, vtiliter cõmode: sed & apud Paul. l. 2. c. 7. ἀγαθῶς, idem quod salubriter Goupylo interprete. «

Ἀγάλακτοι νομαὶ. Veteribus ante Galenum medicis dicebantur pascua, quæ animalibus in ijs vescentibus ad generationem lactis non erant idonea, vel quæ lac malum producerent, vt docet Gal. 5. de sanitate tuenda c. 7. & Erotianus in lexico Ἀγάλακτα exponit quasi πολυγάλακτα lacte abundantia, vt sit illi α ἐπιτατικὸν, sed apud Hippocr. lib. περὶ φύσ. παιδίου, dicitur γυνὴ ἀγάλακτος, mulier lacte carens, vel quæ minimum lactis habet.

Ἀγαλλὶς. ὑάκινθος, ἢ θρυδιηὶς, ἢ ἀναγάλλις. authore Hesychio.

Ἀγάλλοχον. est lignum nostro orbi tantùm nomine cognitum, quum, vt scribit Dioscorides, ex Arabia atque India aduehatur, thyiæ ligno simile, varium punctis & maculosum, odoratum, adstringens & subamarum. Cute verius quàm cortice vestitur, aliquantulum versicolore. Colorem aloes videtur æmulari: vnde, vt arbitror, Ætius ξυλαλόην appellauit, quem sequuta officinarum turba lignum aloes nunc vocat. Munditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia. verum nunquam odoratius est, quī vbi marcidum computruit. Sunt autem eius genera quatuor, ἰνδικὸν, σαπφικὸν ex vrbe Sappho, σοκὸν, ὑσὸν. Omnia excalfaciunt, ventrem sistunt, & ἐυστόμαχα sunt. Annotant quidam à recentioribus medicis vocari ξυλαλόην.

Ἀγαρικὸν. Agaricum. Est fungus albus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus præsertim glandiferis nascens, nocte relucens: hoc enim signo in tenebris decerpitur. Dioscorides scripsit in arborum caudicibus nasci quadam putrilagine, sed esse qui putent esse radicem stirpis cuiusdam similem laserpitio, textu raro ac soluto, & superficie minus compacta. Duo sunt eius genera: fœmina; quæ præfertur, recto venarum discursu & pectinum modo diuisiones habens. mas rotundus est, vndique compactior & spissior. vtrique gustus in initio dulcis, mox cum diffundi per os cœperit, amarus. Constat substantia aërea & terrestri calore extenuata. Vim autem habet dirigendi, excalfaciendi, crassa incidendi, & soluendi iecinoris obstructiones. Purgat pituitam & bilem, sed non acute, vt ait Aetius. Verum stomacho incommodum est, eo quod leue sit & in ipso supernatet. Gignitur in Sarmatiæ regione quæ Agaria dicitur, indeque nomen accepit. Ex ipso Agarico emplastrum fit egregium occultos abscessus & omnem humiditatem resorbens, cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 15. cap. 19.

» Ex commemoratis statuere videtur auus
» meus, agaricum fungum esse, simul & radicem
» ambiguâ sententiâ: Quinquam vero incertam,
» & ambiguam de agarico, ex opinione vulgi sen-
» tentiam protulisse dioscor. videtur l. 3. c. 1. illud
» tamen radicem esse voluit, quem sequutus
» est Gal. quamquam hic ita radicem agnoscit, vt
» tamen intra terram latere cæterarum more sed
» arborum caudicibus innasci atque adhæresce re
» fateatur: verius autem cum Plinio l. 25. c. 9. fun-
» gum appellaueris non quidem radicibus, sed ipsis
» arborum truncis adnascentem, nec glandifera-
» rum modo (quod voluisse Plinius videtur) sed
» & coniferarum, nā & laricibus summis innasci-
» tur, illudque inter cætera hodie præfertur, cuius
» est apud nos vsus frequentissimus.
» Sed & hîc notandum scribere authorem, esse
» Agaricum stomacho incommodum præ leuita-
» te sua, quod refragari tamen dioscoridi videtur,
» qui loco cit. ipsum tanquam stomachicis vtile
» commendat, & Paul. l. 4. c. 7. haud esse stomacho
» valde noxium scripsit, verum dioscoridi & Pau-
» lo reluctari videntur, Aetius Tetrabl. 1. serm. 3.
» c. 40. & Actuar. meth. medendi l. 5. c. 8. quas
» tueare partes, ipse tecum lector perpende, nos
» cum Actuario Aetioque sentimus.

Ἀγαυλὶς. est frutex cum radice sua, è quo succus distillat quem Ammoniacum seu guttam appellant.

Ἀγγειολογία. est vasorum in temporibus vel fronte, dissectio. Raduntur primum pili, si qui officiunt, mox aqua calida fouetur locus, vel ceruix modice deligatur, vt sursum feratur sanguis & vasa intumescant. quæ vbi iam oculis patent, id atramento notatur quod dissecandum est, cutisque ab vtraque rite parte tum sinistræ manus chirurgi digitis, tum ministri leuatur. deinde superficiaria sectio in ipsam notam secundum longitudinem vasis inducitur, rursumque paulatim subiacentes cuti membranæ dissecantur, donec vas ipsum nudum apparuerit: Tunc hamulis eleuatum & à membranis vicinis separatum duplici filo, aut lino crudo, aut alio quodam valido per acum transmisso diductoque suspenditur: postea vas medio inter vtrumq, filum spatio in rectum scalpello diuiditur. Cumque sanguinis quantum satis est ex eo manarit, vtroque extremo, filis iam ante transmissis, arcte deligatur, ipsumque medium exciditur: postea vero linamenta inijcere, hapsum lanæ ex aqua frigida imponere, & deligare conuenit, sequenti die vino & oleo irrigare; tertiâ vero soluere, & moderata perfusione facta linamenta ex aqua mulsa indere, donec & fila & quod ex ipso vase excisum fuerat, decidérint. Adhibetur hæc dissecandi ratio hemicranicis & ijs quibus oculi perpetuo illacrymant, aut quorum oculos longus aut etiam acutus dolor ex calida acrique fluxione infestat. In his enim omnes medici τὴν ἀγγειολογίαν commendarunt.

Ἀγγεῖον φλεβότμης. Vas venosum, seu vena, sanguinis conceptaculum: & ἀγγεῖον κυητήριον, vas gestando fœtui institutum apud Gal. pro matrice dicitur, & ἀγγεῖα ἰατρικὰ medicinales cucurbitulas apud Aphrod. 2. problem. Gaza interpretatus est.

Ἄγγλωνες. dicuntur apud Hippocratem partes capitis allij. vulgo spicas vocant.

Ἄγγος. conceptaculum. Habetur hoc nomen apud Hippocratem lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, & significat vterum. quanquam, vt inquit Galenus, eo nomine vterum designare non sapit Hippocratis phrasim.

Ἀγελαῖος ἄρτος. gregarius, & cibarius panis: vide ἄρτος, vbi panum differentiæ complures alphabetica serie explicantur.

Ἀγὲς. τὸ. vide in dictione ἀγρὸς.

Ἀγήρατον. herba est fruticosa, palmi longitudine, simplex & humilis, vmbellam gerens in qua flos aureus in modum ampullæ emicat, minor helichryso. Origano similis est, nec adhuc in seculi nostri notitiam peruenit. Sic dicta est, quod flos eius diutissime in sua coloris specie conseruetur, nec senescat.

Ἀγήρατος. est lapidis species adstringente & discussoria facultate præditi, sutoribus olim noti Galeni tempore, quo illi, vt ait libro 6. τῆ κατὰ τόπους, ad expolienda muliebria calciamenta vtebantur.

Huius & meminit idem 9. de simpl. medic. facult. in lapidum censu: verum quis ille sit hodie nescitur, mirumque est Plinium eum non nouisse, neque quidquam apud alios de ipso tradi, huic autem appellatio à splendore tributa videtur, quodque diutissime integer maneat, non senescens nec marcescens.

Ἀγκὼν μέσος. Ea colli pars esse dicitur, quæ est inter σφυρὸν μέσον, & φάρυγγα à vehendo vt volunt nonnulli authore Polluce lib. 2.

» Ἀγμάλαι ἢ ἀγκαλίδες. eidem Polluci dicuntur,
» quæ & illi περόλκια, de quibus suo loco.

Ἀγκυρίσκη. barbarum nomẽ est & ab Aetio primum vsurpatum in libello de alimentorum facultatibus quem ad Michaelem Regem conscripsit quo ille τὸν σκύαν, id est, cucumerem appellat.

» Apud Simeonem Sethi plurali mutero ἀγκύρεια
» legimus.

Ἀγκτῆρες. pars colli, vt ait Hesychius, per quam facillime quis suffocatur. Dicuntur etiam ἀγκτῆρες hamuli seu fibulæ, quibus vulnerum labra longe à se dissita coniunguntur, apud Gal. 1. meth. & Cels. l. 5. c. 26. quod opus ἀγκτηρισμὸς appellatur.

» Paulus autem l. 4. c. 1. luctæ genus, quo colla
» mutuo petuntur ad strangulationem minandam
» ἀγκτῆρας vocasse nõnullis videtur, sed corruptus
» quorumdam iudicio is locus est, atque illic pro
» voce ἀγκτῆρσι, legendum censent ἀλτῆρσι i. alte-
» ribus, quorum vsus in veterum exercitationibus
» notissimus fuit.

Ἀγκύλη. est in poplite, cubito, digitis, aut alijs etiam partibus articuli contractio & curuatura, ab humoribus infarctis & neruorum quadam tensione proueniens. Nam & Cornelius Celsus lib. 5. cap. 18. in malagmate Eutyclei cicatrice contractos articulos τὰς ἀγκύλας interpretatur: & Aetius lib. 12. cap. 42. describens varia περὶ ἀγκύλας μαλάγματα, ἀγκύλας exponit τὰς τῶν ἄρθρων κατοχάς, id est, articulos stupore occupatos contractosque. Dicitur & ἀγκύλωσις Paulo Ægineta lib. 4. c. 55. Huic contraria affectio ὀρθόκωλον nominatur vel ὀρθίκωλον. Sunt etiam quibus placet ἀγκύλη poplitem significare, qui & κάμπη & ἰγνύη seu ἰγνὶς appellatur.

» Vt notat Varinus, & Budæo τὰ ὄπισθεν τῶν γόνατος,
» sic vocantur: dicitur & ἀγκύλη Hesychio, ἡ κάμπη
» τοῦ ἀγκῶνος cubiti flexus.

Ἀγκυλιδωτὸν. significat apud Hippocratem ἀγκύλωτὸν ἔχον, hoc est ansulatum, siue ansulam vel annulum habens: dictum est autem de curru.

» περὶ ἄρματος, sunt autem hæc postrema verba ex
» Galeno desumpta, sed pro περὶ ἄρματος reponit
» apud eundem H. Stepha. ex vet. codice περὶ κυρ-
» τώματος.

» Ἀγκύλωτον τὸ. vitium quoddam in lingua quod
» ἀγκύλη vocatur & ἀγκυλόγλωσσον. vide infra ἀγκυ-
» λόγλωσσον.

Ἀγκυλοβλέφαρον. est vitium in oculis in quo palpebræ vel inter se, vel cum alba aut nigra oculi parte concrescunt & cohærent. In causa vlcus est negligenter & imperite curatum. Sanescendo enim, quod diduci potuit & debuit, agglutinatur. Sed quod vnica dictione dixit Cornelius Celsus lib. 7. c. 7. duabus explicari potest, ἀγκύλωσις τοῦ βλεφάρου, vt vocauit Aetius, qui & πάρφυσις τοῦ βλεφάρου id vitij appellauit lib. 7. cap. 66. quo loco eius curationem persequitur.

» Dicitur autem etiam pro eodem ἀγκύλιον & ἀγ-
» κύλη.

Ἀγκυλόγλωσσον. est vitium linguæ, aut congenitum, membranis inferioribus, quæ linguam vinciunt, duriusculis & breuioribus à natura productis: aut agnatum, id est, accidentarium, cum vlcus sub lingua cicatricem duriorem contraxit. Hi magna cum difficultate loqui possunt, atque ob id à quibusdam μογιλάλοι cognominati sunt: sed maxime quibus à natura id vitij inest, qui primum quidem tarde verba exerunt, sed vbi loqui cœperint, sine offendiculo & festinanter loquuntur. impingunt tamen in difficilium vocabulorum pronunciatione, vt in quibus r aut l aut c occurrunt. Hi sola manu curari possunt, sicut explicat Aetius lib. 8. cap. 38. Malum hoc filum vulgariter nuncupatur, eoque vinciri linguam putant, & præter naturam id adnatum sub lingua esse. quod tamen falso existimant. Neque enim morbus hic in incommoderatione numeri partium positus est, sed vel in membranarum naturali breuitate, vel in ficca earundem intemperie, vel in obstructione, quæ, perinde ac in neruorum distentionibus, membranas ipsas contrahunt, & linguam prohibent explicari.

Paulus hoc vitium etiam ἀγκύλιον appellat. l. 6. « c. 29. illius curationem chirurgicam docens. « Qui hoc vitio laborant dicuntur quoque ἀγκύ- « λόγλωσσοι quos & appellari μογιλάλους quia μογις « διαλέγονται scripsit Aetius. «

Ἀγκυλοτόμιον. est instrumentum chirurgicum, quo tollitur ἡ ἀγκύλωσις ὑπογλώττιος, & membranæ quæ linguam vinciunt & contrahunt rescinduntur.

Dicitur & masculino genere ἀγκυλοτόμος pro eo- « dem, vt Budæus ex Ægineta docet. «

Ἀγκύλωσις. idem quod ἡ ἀγκύλη: de qua supra.

Vide & ἀγκυλοβλέφαρον. «

Ἀγκων. significat hominis pudendum apud Epicharmum, vt scribit Hesychius.

Ἀγκωνοειδὲς. est in scoptulo vtroque, & inferiore eius parte ἀπόφυσις exigua & acuta. Sic dicta est quod ad similitudinem anchoræ facta esse videatur. Eadem vero & κορακοειδὲς & σιμαιοειδὲς ab Anatomicis appellatur, quod eius pars extrema velut cornicis rostrum foras promineat, quodque τὸ ζ antiquæ Græcorum literæ similitudinem gerat.

Ἀγκωρισμένη significat apud Hippocratem idẽ quod ἄγκιστρον, hoc est, specium siue specillum hamatum, quo medici vulnera & vlcera pertentant.

Vt exponunt Gal. & Frotian. apud Hippocr. «

Ἀγκὼν. Latinis cubitus vel cubitum dicitur. est autem locus vbi brachij ossa coniunguntur. Alij definiunt ἀγκῶνα esse ἀπόφυσιν maioris ossis quod πῆχυς appellatur. Galenus comment. primo εἰς τὸ περὶ ἄρθρων scribit cubiti eminentiam ἀγκῶνα à Græcis dici, & alio nomine ὠλέκρανον vocari. Idẽ quoque ait Hippocratem definire ἀγκῶνα id esse cui innitimur. Gaza apud Aristotelem lib. 1. cap. 15. de histor. animal. ἀγκῶνα lacertum vertit: quo loco Aristoteles ἀγκῶνα intelligit eam totius brachij partem, quæ ab humero est ad cubitum, quam partem Galenus aliquando βραχίονα vocauit, eodem cum toto membro nomine. Celsus autem humerum. vide χείρ.

Ἀγκὼν γλυκὺς. dicitur ἀζέφυτον teste Dioscoride, fortasse quod cubiti modo in terram se inflectit, vt scribit Virg. Marcellus.

Vel & videtur Dioscor. γλυκὺ ἀγκῶνα nominasse, « respiciens ad historiam & vetus prouerbium; hi- « storia sic habet. Lydia gens in libidinem effusis- « sima mulieres ingenuas constuprare aliquandiu « impune solita erat quæsitis ad hoc flagitium ex- « cultis hortis & amœnis, demum omphale fœ- « mina cum haud magno negotio effœminatis il- « lis, & luxu diffluentibus cœpisset imperitare, eos « cruciatibus variis affecit atque in vxores eorum « desæruijt: inclusas enim ijsdẽ in hortis, seruitijs « prostituit, vnde viridario nomen Glycys Ancon, « quasi si abrotono fortasse consitus is locus esset, «

» sic referente Ruellio vis in Dioscoridem com-
» mentarijs.

Ἀγλαία, nullius medicamenti nomen est authore Galeno lib. 1. de Antidotis, theriaces compositionem ab Andromacho descriptam interpretanti, sed illi thuris epitheton videtur esse. Verum si diligentius Andromachi senioris theriace expendatur, & conferatur cum theriace descripta ab Andromacho iuniore, cum hic piper album addat, quod in illo diserte non exprimitur, atque in reliquis tamen omnibus consentiant, merito aliquis existimauerit eo nomine piper album ab Andromacho seniore significari, atque ab eo fortasse sic dictum fuisse à splendore & nitore quo præditū est. Id enim ἀγλαία proprie significat. Quam etiam rationem sequutus Philo in sui Philonij descriptione piper album πυρῶδες ἀφεγγὲς, hoc est igneum splendens, ænigmatice appellauit, sicut ipse Galenus lib. 9. τ. κατὰ τόπους interpretatur.

Ἀγλίδια καὶ.

Ἀγλίδες. dicuntur grana, quibus allij caput compactum est: alliorum capita, seu nuclei.

» Dicuntur & ab Hippocr. δαυσὶν catachrestic⁹ quasi magnæ lampades ardentes; Gal. in exeg. » ἀγλιθες exponit, τὰ μέσα τὰ σκορόδου τῆς κεφαλῆς, » id est alliorum capitis partes, quæ dicuntur segmenta, Latini quidam spicas vocant, Ægin. l. 4. » c. 33. σκιλίδας vocat, Gal. sæpe σκιλλοῦας, Dioscor. » ῥᾶγας, Aetius vero ὄνυχας id est vngues, dicuntur » & aliàs γαλγίδες & γάλγεις Theophrasto.

» Ἀγλίη. Gal. in exeg. vocum Hippocratis, appellatur ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπόλευκος ἀλὸ, subalba in oculis cicatrix; & in coac. prænontio. οἱ λευκαντιζοντες » ὑπόπαχοι. vt ibidem docet Gal. id est albescentes » humores concreti.

Ἄγμὸς idem est quod κάπαγμα apud Hippocratem, qui tamen raro ἀγμὸς, sæpe κάπαγμα dicit. Vnde factum est, vt permulti librum Hippocratis de fracturis, non ita nominatum fuisse ab Hippocrate contendant.

Ἄγνος. vitex. frutex est sic dictus, quod castitatem conseruet ijs quibus estur, aut bibitur, aut substernitur. Quamobrem in Thesmophorijs mulieres quibus sua castitas curæ erat, folijs eius cubitus sibi sternebant, vt author est Dioscorides lib. 1. c. 135. Idem alio nomine λύγος dicitur propter virgarum eius inuictā fere flexibilitatem ad vinciendū aptissimam. Latini viticē ob id appellant, alij salicem Amerinam, vel piper agreste, vt prodidit Dioscorides. ἀπὸ τοῦ ἄγνου Æsculapiū ἀγγίπιον dictum ferunt, quod, vt scribit Cælius, simulacrum eius ex vitice excisum conformatumque esset. Est & quibusdam ἄγνος rhamni cognomen, nimirum à virtutis similitudine, quod venerem coerceat vt vitex.

» Ad temperamentum viticis quod spectat, non » satis sibi consentire Gal. videtur, etenim 6. de » simpl. medic. facult. ipsum calidum & siccum » esse prodidit excessu tertio; contrà verò, 1. de » aliment. facult. & 2. κ. π. cap. 1. Refrigerare » inquit: Galenum vero meo iudicio conciliabis, » si refrigerandi vis folijs virentibus concedatur, » humiditatis nimirum prædominantis ratione, » maxime vero talem dixeris si illa cum auri fo- » lijs calidissimis conferantur. Adde & illud, fo- » lia viticis longe tenuissimarum esse partium, vn- » de fit vt non secus, ac ea, quæ λεπτομερῆ dicuntur, » vim eorum acuant & adaugeāt quibuscum per- misceantur siue hæc calefaciant siue refrigerent.

Ἄγονος. idem quod ἄγνος, hoc est vitex, de quo supra. Causa est quod ἄγνος veneri aduersetur, & genituram extinguat, quæ γονὴ vel γόνος dicitur. Nam & ἄγονος à castitate sic dictus est.

Ἄγονος. vocatur qui sterilis est.

Ἀγονοι ἡμέραι. Dies pares Hippocrati dicuntur in iudicandi ratione sicut γόνιμοι impares, 2. Epid. sect. 6.

Ἀγονία. sterilitas, siue veteri vitium concipiendi officio dicati. sterilitatis autem causæ multæ perhibentur, tùm quæ viro, tum quæ mulieri contingunt: viri quidem steriles sunt & infœcundi, qui sunt impubes, vel senio confecti, quod his tenue & aquosum languidumque sit semen; etiam steriles sunt, qui sunt morbo graui diuturnoque confecti, vel qui ex principum partium vitio aliquo latenti male habent, illis enim vel semen non adest, vel est prorsus euanidum & infœcundum. mulierum vero quæ ita affectæ sint sterilitas, inde fit, vel quia viri semen vtero non concipitur, aut conceptum mox excidit, aut retentum, principum partium vitiis obrutum extinguitur: Obscœnarum vero partium vitia quæ sterilitatem accersunt, in viris quidem numerantur pudendi paralysis & atonia, gonorrhœa, vasorum spermaticorum obstructio, coarctatio & contusio, testium pudendique exilitas & quæuis mala conformatio, in mulieribus eadem atque in viris, testium & spermaticorum vasorum vitia, & oris vteri, ceruicisve nimia amplitudo, vel angustia, obstructio, obliquitas, peruersio, hincque nata mensium suppressio: Adhæc vteri intemperies immodica, calidior, siccor, humidiorue sterilitatem facit: impedit etiā nimia coarctatio ab omento pingui, & vteri inflammatio, omnis denique illius affectus insignior; denique sæpe vsu venit, vt neuter coeuntium sit sterilis, sed quia eorum sunt inter se abhorrentes naturæ, nihil idcirco ex sese, ex alijs vero generare possunt.

Ἀγοραῖος ἄρτος. forensis & venalitius panis, vide ἄρτος vbi insignes aliquot panum differentiæ explicantur.

Ἀγκὼν. secundum quosdam est τὸ ἐντὸς τῆ χειρῶν, interior manuū pars: alijs τὸ πλατὺ τῆς χειρὸς palma, alijs τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς, manus extrema pars, alijs ἄγκων, πῆχυς, ὠλίκρανον, cubitus vlna.

Sed propriè ἄγκος cubitum, τὸ δὲ ἀγὲς volam significare author est Hesychius: verum non totus cubitus sic dicitur, sed pars eius inferior, sicut superior ὀπίσθιον nuncupatur. Ratio nominis est ἀπὸ τοῦ ἄγειν, ὡς ἀεὶ ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἑπαγόμεθα π. hoc est, Dicitur ab agendo, quod semper ad nos ipsos aliquid adducamus.

Ἀγρία. species est scabiei, quæ cito serpit & exulcerationem prurientem concitat, certoque anni tempore reuertitur, asperior omnibus alijs & curatu difficilior, quamobrem ἀγρία, id est fera, appellari meruit.

Forte is est affectus quem Hesychius ἀγριοψωρίαν vocat.

Ἀγρία. sic dicta fuit à quibusdam ἡ ἐλξίνη, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀγρία siue ἀερία, apud Theophrastum arbor est sempiternæ frondis, inter robur & ilicem media, quā Theodorus Gaza Latine aquifoliū reddidit.

Ἀγριάκανθα. spina syluestris, quæ densis sæuit aculeis.

Ἀγριόμηλον siue diuisis nominibus ἄγρια μῆλον, vitis syluestris. Latini labruscam dicunt, propterea quod in marginibus terræ ceu labris quibusdam nascatur: duûm est generum. vnum, quod vuas ad maturitatem non perducit, sed ad florem tantum, qui Græcis οἰνάνθη dicitur, promouet. Alterum, quod vuas perficit paruis acinis, duorum etiam generum, albi & nigri. Folia, caules, & clauiculæ quibus repunt, vim habent cultæ viti similem.

Ἀγριόμυρ. dicitur ἡ βρυωνία, vt ait Hesychius.

Ἀγριελαία. oleaster. Est syluestris olea, cui materies perpetua, spissa, crispa, teredinem non sentiens. Hanc alio nomine Græci κότινον appellant, alij Æthiopicam oleam. Eius folia adstringunt, sed præsertim earum succus affuso vino exceptus siccatusque.

Ἀγριοκόκκυμηλα. dicuntur pruna agrestia & syluestria apud Dioscor. l. 1. c. 175. quæ etiam πεδόμηλα dicuntur, his opponuntur satiua seu hortensia, quæ Græcis κοκκύμηλα appellantur.

Ἀγριοκράδαμον. idem quod ἴβηρὶς βοτάνη, quam & λεπίδιον appellant, vt habetur apud Paulum lib. 3. cap. 77.

Ἀγριόνυφα. dicitur à quibusdam ἡ ἄκανθα λευκή, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀγριόμηλα. mala syluestria. Hæc vernis similia esse & adstringere Discorides prodidit.

Ἄγριον ἕλκος. ferum vel ferinum vlcus sic vocatur quod nulla ratione miteſcit, quin potius efferatur & recrudescit, translatione à feris animantibus desumpta, quæ Græcis ἄγρια vocãtur, & nulla quantumuis blandâ tractatione cicurari possunt, sic & significatu eodem ἀγρία ψώρα siue ἀγριοψώρια dicitur.

Ἀγριοσάφανος. dicitur ἡ ἄπιος herba, quæ alio nomine ἰγδὶς nuncupatur.

Ἀγριοσέλινον. origanum syluestre, alij παράκτιος σέλινον: alij κονίλιον appellant. Folijs est origani, ramis tenuibus, semipedalibus, in quibus vmbellæ anethi insunt, flores candidi. radix tenuis & inutilis. Folia floresque eius cum vino poti valent contra venenatorum morsus.

Ἀγριοσίλινον. dicitur à quibusdam τὸ ἱπποσέλινον, apium syluestre, vt scribit Dioscor. l. 3. c. 78.

Ἀγριοψυχία. apud Hesychium, is est affectus, quem supra ἀγρίαν diximus appellari.

Ἄγριος. Est genus quoddam oleæ syluestris, vt scribit Hesychius.

Ἄγροφον. significat apud Hippocratem montanum & syluestre.

Ἀγρυπνία. vigilia inter res non naturales dictas à medicis collocatur, id est eas quæ cum nobis à natura non insint, sed forinsecus adueniant, ita corporis constitutionem seruant incolumem, vel euertunt prout bene vel male adhibentur: definitur autem vigilia, sensus motio atque incitatio, sicut illius vinculũ & quasi carcer somnus est atque immobilitas: Gal. 3. de causis puls. vigiliam definit dispositionem, quæ sensationem sequitur ex caloris innati motu ad sensoria, vnde vigilans externis partibus calidior esse dicitur, & internis frigidior 6. Epidem. tum enim sanguis & naturalis calor foras emergunt: fiunt autem vigiliæ, vt Gal. docet comm. in aph. 3. l. 2. propter calorem primæ partis sensitiuæ, vel ex sola eiusdem intemperatura, vel ex humoris vitiosi abundantia. Vt autem somno sic neque vigiliis sua deest vtilitas, mediocres enim prosunt, immodicæ nocent ex aphor. 3. li. 1. vniuersum enim corporis habitum exsiccant vt 7. Meth. Gal. ait; virtutem exoluunt non secus atque sensibiles euacuationes, vt comment. 1. in prorhet. idem docet; illas non modo morbi, sed & ciborum atque potionis manifesta cruditas consequitur; cerebri denique temperiem vigiliæ corrumpunt, dum illis ratione siccitatis delirium superuenit atque conuulsio, ex 7. aphor. comm. 18. Cæterum Ἀγρυπνίας voce solam significari immoderationem quidam voluerunt, vt inquit Gal. comment. in aphor. 3. l. 2. quod ipse tamen eo loci improbat: Ἀγρυπνίαι insuper apud Hippocr. dicuntur Celso c. 1. l. 2. nocturnæ vigiliæ, ex aphor. 24. & 31. l. 3.

Ἀγρυπνία βοώδης. vigilia edax, vocatur Hippocrati quia vt inquit Gal. comm. 4. in 6. epid. vigilia corpus digerit atque dissoluit, cum videlicet natiuus calor exterius emicãs, secum haud exiguas corporeæ substantiæ particulas educit; apud eundem Hippocr. etiam ὑδατώδης βορός, id est aqua vorax appellatur, quod voraces & edaces homines efficiat, ciborúmque appetentiam excitet aphor. 18. l. 6. epid. sect. 4.

Ἄγρυπνος κῶμα. Coma vigil. vide κῶμα.

Ἀγρυπνία παραφώδης. Turbulenta vigilia qualem Gal. phreniticorum esse inquit comment. 1. in primum prorrhet. part. 6. Turbulenta vero dicitur quando per visiones vel exclamant vel exiliunt, vixque familiares agnoscunt.

Ἄγρωστις. gramen. Est herba quæ geniculatis ramulis per terram serpit, radicesque ab ijs geniculatas dulcesque emittit. folia habet dura, &, vt arundinis paruæ, lata, atque in tenuitatem cacuminata. bubus iumentisque pabularium, vnde αἰγικὸν quidam appellauere. Gramen in officinis nomẽ seruauit, rura & olitores dentem canis appellant. Radix eius decocta in vino torminibus, vrinæ difficultatibus, vlceribus vesicæ medetur, calculos frangit. Semen vehementius vrinam mouet, aluum vomitionesque sistit. Est & arundinaceum gramen priore multo maius, quod καλαμάγρωστις dicitur. Est etiam gramen aculeatum, quod κορωνόπους & δάκτυλος, à Latinis crus galli vocatur: de quibus vide suis locis.

Ἄγρωστις à quibusdam dicitur ἡ ἀμπελοειδὴς, siue vitis alba, vt habetur apud Dioscoridem.

Sed & Ἄγρωστις, siue gramen, nonnunquam procuiuscumq; herbæ folijs vsurpatur, ita apud Serenum Poetam c. 1. tritæ gramina menthæ, atque alias sæpe, & apud Columellã de cultu hortorum, Serpentia gramina menthæ.

Ἄγυια. significat apud Hippocratem πάνυ ἀσθένειαν, hoc est imbecillitatem, & infirmitudinem, sicut Gallenus annotauit in explicatione vocum Hippocratis.

Sed illic editiones omnes habent cum accentu in antepenultima ἄγυια, ἀσθενῆ, imbecilla & infirma: ad imbecillitatem igitur significandam legendum ἄγυια, ex priuatione vel infirmitate τῶν ἰσχίων, id est artuum siue membrorum.

Ἀγχάλωσις. est abscessus & collectio humoris lenti, & melli aut pulticulæ similis, inter maiorem oculi angulum & nares. Hic tunica vt plurimum continetur, nec infert dolorem, subito autem accipit incrementum. Idem abscessus si rumpatur exulcereturque, non amplius Ἀγχάλωσις dicitur, sed mutat nomen, & vocatur Ἀγχύλωσις authore Paulo.

» Dicitur autem Ἀγχόλωψ, vt docent nonnulli, » ab ἄγχω, & ὤψ, quia prope oculum oriatur.

Ἄγχόμυκος. idem quod πνιγόμυκος apud Hippocratem, id est qui suffocatur.

» Ἀγχόνη. definitur à Polluce πυώδης ἀπόστασις, με- » ταξὺ ὑπογλωσσίδος καὶ γλώττης. purulentus ab- » cessus inter hypoglottidem & linguæ radicem;

» Apud Dioscor. libro sexto capite vigesimo tert.

» Ἀγχόνη. suffocationem, siue strangulationem si- » gnificare videtur, qualis est in suspendio, suspen- » dium vertit interpres, sed perperam meo iudicio, » Dioscoridis hæc verba sunt μύκητες ὑπὸ φύσιν πίπ- » τοντες ἰσχνοὺς ἀγχόνας, id est fungi suffocationem » inferunt similem laqueo intercluſis faucibus.

Ἀγχοῦσα. anchusa. herba est cuius quatuor sunt spe- cies & nomina: prima ὀνόκλεια, altera ὀφιοχειλὶς ἢ ἀλκιβιάδιος, tertia λύκοψις ἢ λυκόψις, quarta quæ proprio nomine caret, sed generis sui nomine ἄγχουσα dicitur. Habet ὀνόκλειαν folia lactucæ simi- lia, in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigri- cantia, numerosa, circum radicem quoquo ver- sus per terram sparsa, spinosaque: radicem cra- ssitudine digitali, & colore per æstatem sangui- neo, quo non alius fucus melior, adeo vt ἀπὸ τῆς ἀγχούσης, verbum Græcis ἀγχουσίζειν fucari signi- ficet. dicitur etiam ἡ ὀνόκλεια, alio nomine χάλυψ, authore Dioscoride. Radix eius adstringendi vim habet, & deficcandi: proinde valet ad alui profluuium. ὀφιοχειλὶς autem, siue ἀλκιβιάδιος, so- lo folio differt à præcedente, quod ei breuius est, & minus amplum, cætero similis & scabri- tia foliorum & tenuitate caulium, quibus in summis florem purpureum ad puniceum ver- gentem gestat. Radices habet oblongas, rubras, & per messem sanguineas. λυκόψις vero longio- ribus est, quam lactuca foliis, asperioribus, latio- ribusque, à capite ad radicem recidentibus, cau- le longo, recto, hirsuto, in quo multa adnascun- tur hirsuta, & magnitudine fere cubitali, in qui- bus flos paruus purpureúsque est. radicem ha- bet rubentem. Adstringit efficacius quam reli- quæ, & erysipelatis conuenit. Quarta vero an- chusæ species aliis breuior, simillima est secun- dæ, nisi quod minus & puniceum semen habet. estque tota amarior, & ob id lumbricis dicata. Dicta videtur ἀπὸ τοῦ ἄγχειν, quod habeat vim strangulatoriam & suffocatoriam.

» Ἀγωγή. apud Hippocr. significat aëris ambientis » constitutionem, vt annotauit Gal. cõm. 1. in l. 1. » epidem. t. 8. Significat & τὴν διαίταν, id est victus » rationem apud eundẽ vt ἀναληπτικὴ ἀγωγή, victus » ratio virium refocillatrix: de arborum quoque » herbarúmq; cultura profertur apud Theopho. » histor. plant. l. 1. & apud Dioscor. ἀγωγὴ ἐμμήνων » mẽstruorum eductio est, hinc ἐναγωγὰ apud eun- » dem, quæ facile reijciuntur & excreantur; » totum insuper morbi decursum absolutámque » curationem significat, vt Caluus apud Hippocra- » tem, interpretari visus est, denique pro agendi » & curandi ratione vsurpauit. Gal. τὴν ἀγωγὴν in 2. » ad Glaucon.

Ἀγώνη. Hyoscyamus, authore Hesychio.

» Ἀγωνία. animi pathema est, compositum ex ira » & timore, in illo inæquales sunt spirituum & » sanguinis motus, pulsus quoque inæquales, vt » notauit Gal. 2. de symptom. caus. c. 5.

» Ἀγωνιστὸν βοήθημα. dicitur Galeno comment. in » aphor. 38. l. 6. remedium quod affectum quem- » uis è corpore funditus euellit: eius & significati meminit lib. de totius morbi temporibus.

Ἀγωνιστικὸς κρίσις. quasi conflictatoriam crisim dixe- ris, id est vehementem, quæ fit cum pertur ba- tione magna, eminente natura ad victoriam de morbo consequendam.

Ἀγωνιστικὸν ὕδωρ. frigidissima aqua, vt interpretatur Paulus Ægineta libr. 1. cap. 30. Aetius lib. 5. lo- quens περὶ τῶν ἐρυσιπελατωδῶν διαθέσεων, hoc est, de erysipelatosis affectibus, qui circumviscera sunt, scribit in morbi ipsius vigore vtendum esse frī- gida ἀγωνιστικῶς. sic autem, inquit, dicere solemus, cum simul & frigidissimam & plurimam aquam in potu damus. Idem ait Galenus lib. περὶ μαγει- ρείας. Tractum id videtur ab athletis, qui post exercitationem aquam & affatim & frigidissi- mam bibere solebant.

Ἀγωνιστικῶς eodem sensu apud Trallian. sub finem li. 12. reperio de aqua vsurpatum semel & affatim hausta, verba illius sunt ψυχρῷ δ' ἂν μόνῳ πίοι ἀκε- μὴν τῷ τοσούτου χρήσιμον ἀγωνιστικῶς; ὅταν δ' ὀτιοῦν ἐσθίωσιν; ὅταν ἄπαξ τε καὶ ψυχρότατον καὶ πολὺ δίνωσιν. Id est frigida quidem vtendum ἀγωνιστικῶς in morbi vigore, sic autem nominare solemus cum simul & multam & frigidissimam damus.

Ἀδάμας. est gemma pellucida, candidi coloris, ge- nita ex succo non multum dissimili ei ex quo fit crystallus, sed validius frigore densato minusque claro, atque ob id iride & crystallo obscurior & durior. Sic dicitur quod nec ferro nec igni do- mari possit, sed contra cuncta fere atterat. Nam & adamantis rupti fragmentis in ferrum inclusis sculptores durissimã quamque gemmam per fa- cile excauant. Attamen tam singularis tamque indomita huius lapidis duritia calido hirci, leo- nisue cruore ita molleſcit, vt rumpi queat, & li- quido plumbo in ardentibus fornacibus ita in- calescit, vt dissoluatur. Idem vero vim magne- tis hebetat, adeo vt iuxta ferrum positus, id magnetem ad se trahere non patiatur, aut si iam traxerit, ipse contra retrahat. Dicitur adamas venena deprehendere, & irrita facere, & lym- phationes etiam, si credimus, abigere. Quin- etiam pauitantium animos, vt aiunt, à vano me- tu liberat, eamque ob causam anachiten à qui- busdam vocatum volunt.

Ἀδαξᾶσθαι. *significat apud Hippocratem* morderi cum pruritu.

Ἀδάρκη. est salsilago quædam seu spuma salsuginosa concreta, & velut gelata, in humidis & palustri- bus locis per siccitates proueniẽs, atq; ipsis arun- dinibus & cremiis adhærescens. Colorem habet qualem flos Asij lapidis. Tota vero forma simi- lis est halcyonio molli & foraminibus pleno, vt pa- lustre halcyonium videri possit. Nascitur in Cap- padocia, vt scribit Dioscorides l. 5. c. 137. Acer- rimum est & calidissimum medicamẽtum, adeo vt nullius per se vsus in medicina sit: sed cum alijs permistum, quæ vim eius frangunt, extrin- secus corpori admoueri potest. Varie scribitur, vt video, ἀδάρκης Dioscoridi, ἀδάρκιος & ἄδαρκος Galeno. Dicitur alio nomine καλάμοχρους, id est, calami seu arundinis lanugo propterea quod in arundinibus concretæ lanuginis modo inue- niatur. Aetius lib. 3. cap. 180. περὶ ἑρπήτων, λιμ- νώσης, inquit, ἡ καλουμένη ἀδάρκη, hoc est, quæ vo- catur adarce: nec dubium est sic dictam quod ἐν λίμναις, id est in lacubus, nascatur. Sunt au- tem qui ἀδάρκιον ab Hippocrate libr. de vlce- ribus ἐχροφόριον dici putent, quod ea plurima in

lacu Orchomeno nasci dicatur. Quam male περὶ ἀδένων sensérit Plinius lib. 16. cap. 36. multi ante nos deprehenderunt.

Ἀδελφίζειν. Hippocrates vsurpare consueuit, vt lib. περὶ ἀγμῶν, de iis quæ inter se similia sunt & communicant & cognationem habent, vel eodem tendunt & commiscentur, maximam rerum similitudinem & cognationem eo nomine designans. Nihil enim similius, nihil cognatius, quam fratres inter se videntur.

„ Inde ἀδελφὰ πάθεα, apud eundem dicuntur
„ germanæ affectiones atque consimiles, hinc &
„ Ἀδελφείη & Ἀδελφίζις. de partium coniunctio-
„ nibus similitudinibus atque communitatibus
„ inter se apud Hippocr. lib. περὶ ἄρθρων enuntian-
„ tur. Galen. τὰς κοινωνίας, ἢ ὅσον συγγενείας ἢ μορίων
„ ὡσεὶ ἢ ἀδελφότητας velut germanitates appellat.

Ἀδηκτα. sunt medicamenta mordacitatis & acrimoniæ expertia, quæ alio nomine etiam ἀπήλα vocantur. Sic autē dicuntur nō modo quod non mordeant partes quibus admouentur, sed etiam quod eas à morsu & acrimonia vindicent, quomodo etiam ἄφυκτα & ἀφλέγματα intelliguntur. Illa Celsus Latine lenia appellauit. Est autem ab huiusmodi facultate collyriorū genus vnum ἄδηκτον vocatum duorum apud veteres generum. Aliud enim totum emplasticum est, terrea substantia constans, calidi & frigidi medium, vel modice in alterum inclinans, vt quod constat Samia terra, pompholyge & eius cinere lotis, spodio, plumbo vsto ac loto, amylo, cerussa lota, oui candido, lacte, gummi, tragacantha. Alterum vero exiguæ mordacitatis est particeps. quod mista habeat quædā modice adstringentia, vt rosas, thus, (quorum illæ parùm adstringunt, hoc parū exterget, concoquit & dolores mitigat) crocum & myrrham. Sunt autem collyriorum, ἢ ἀδήκτων permultæ differentiæ: λιγυραὶ, κύκνοι, siue κυκνάδες, πτερικαὶ, σποδιακαὶ, de quibus suo loco dicetur.

Ἄδηλα αἰσθήσεως. dicuntur ab Empiricis, quæ sensibus quidem vsurpari & cognosci possunt, sed nondum tamen apparuerunt, vt ait Galenus lib. de sectis.

„ Quasi dicas opportuna latentiā.

Ἄδηλοι αἰτίαι. occultæ causæ apud Cœlium Au-
„ relianum lib. 1. τῶν χρον. c. 4.

Ἀδήμονες. ægri dicuntur, qui proiectis sunt viribus,
„ seu qui præ fastidio, & quasi nimia dolorum
„ satietate velut fatiscunt, vide infra vocem ἀδημο-
„ νοῦν.

Ἀδὴν ὑγρός. glandula, est pars corporis simplex spongiæ modo mollis rara & friabilis. Authori definitionum medicarum ἀδὴν est συνεχὲς πεῖγμα ἢ συνεκτικὸν quemadmodum hesychius quoque & Ethymologista ἀδῖνας appellant συνεχόμας συνεκτικὸν περὶ τὸν πλάγχνον, ἢ βυβῶνας; id est conuolutam carnis duritiem circa collum alas & inguina: Pollux l. 2. adenas vocat tumores, qui inter carnem & adipem consistunt maxime circa pubem axillas & mesenterium. Sed omnium pulcherrime, Aphrodis. Problem. 12. l. 2. explicat quid sint ἀδῖνες, sunt inquit corpora cauа, rotunda, laxa inter amplas venas & arterias posita, cuneolorum modo, ne conceptacula ipsa humida, ex copia sanguinis, mutuo putrerent adhesu, & equidem eo ipso venarum humore nutriuntur, & inflammati inguina faciunt, & indurati scrophulas committunt; Latini Græcorum ἀδῖνας glandia vocauerunt, sic Plin. l. 16. c. 39. & 17. lib. c. 6. & l. 8. c. 50. de materia arborum quarundam agens, quibusdam inesse tubera inquit, sicut in carne sunt glandia, atqui alias terræ adipem esse ait sicut in corporibus glandia, vnde ratiocinari facile est, Plinio in corporibus animantium, glandia vocari concretam & in seipsam conuolutam, durioremque quam in reliquo corpore carnem.

Est autē glandularū corporis genus geminum, sicut & vsus. Quædā enim densiores sunt & sicciores, carentque sensu & motu, & medijs sublimium vasorum diuisionibus interseruntur, veluti stabilimenta quædam, ne illa per amplas capacitates delata, suisque solis membranis munita, motibus violentis, tanquam rami à truncis diuellerentur. Huius generis sunt conarium, thymus, & quæ in collo, axillis, omento, mesaræo & inguinibus sunt. Aliæ vero raræ sunt & humidæ, & humore quodam albo viscosoque plenæ, quo vicinas partes humectant & irrigant: vt quæ sunt in mesenterio, intestina, quæ in faucibus & sub laryngе, fauces & asperā arteriam. Hæ venas, arterias, & neruos habent, suntque alijs primi generis robustiores, nec tam facile, vt illæ fluxionibus tentantur. In earum numero etiam testes à Galeno censentur, vt & à nonnullis renes, ab alijs cerebrum ipsum, quia molle sit & friabile.

Ἀδιάφορα. hoc est ἀπερισκέπτως, negligenter & sine cura. διάφορα enim βιάλιον & βάτραχος significat.

Ἀδενοειδὴς παρασταθμὸς. est glandulosum corpus ad vesicæ ceruicem situm, in quod vasa semen deferentia inseruntur, priusquam semen in meatum penis emittant. Hic autem παρασταθμὸς vnicus est, & paulo supra ceruicem vesicæ positus totam ipsam amplectitur. Vsum hunc eo loci habet, vt & vasa omnia quæ feruntur in vesicæ corpus fulciat, & vrinæ seminisque meatum humiditate sua lubricum efficiat. Nomen hoc illi primum ab Herophilo inditum fuisse Galenus author est lib. 14. de vsu partium.

Sed nota, scribendum potius esse ἀδενοειδὴς, nam Ἀδὴν in declinatis, ac derivatis à se, longam vertit in breuem, sicque apud Ruffum ἀδενοειδῆ ἀγγεῖα scriptum legimus.

Ἀδιαντον. herba est fere pedalis, folia habens molliſſima, parua, in summo incisuris diuisa sicut coriandri, effigie filicis, & cauliculos ex quibus ea prodeunt admodum tenues, nigricantes, palmum altos, radicem autem superuacuam & tam paruam, vt possit nulla existimari, nec caulem nec florem nec semen ferentem. Perpetuo viret, nec folia in eo moriuntur. Nomen ab euentu duxit, quòd folium eius perfusum aqua non madescat, sicco semper simile. Nam διαίνειν madescere est. Siccat & extenuat, in calore autem & frigore temperatum est. Diuersas habet appellationes tum Græcas tum Latinas: Gaza capillum Veneris interpretatus est: alijs cincinnalis, alijs terræ capillus, alijs supercilium terræ vocatur. Hallucinantur officinæ quæ diuersum longe ab adianto capillum Veneris ostendunt: cum idem esse bonarum literarum studiosis euidentius sit, quam vt debeat demonstrari. Duo eius genera Theophrastus statuit, candidum & nigrum: quorum hoc, quia valet ad frangendum calculum, potius quam quod in saxis nascerētur, à Latinis saxifragū appellari credidit Plinius.

Α διαπνευστία. symptoma est ex densitate spiramentorum natum, cum minus quàm iustum sit excrementi per cutem effluit. Eius meminit Galenus lib. 11. methodi medendi.

Α διάπλωτος. colici medicamenti nomen est, quod Galenus lib. 9. τ κατὰ τόπους dicit constare his. Sisonis, seminis hyoscyami, piperis albi, singulorum drach. xl. succi papaueris drach. xx. croci drach. vj. opobalsami drach. iij. melle exceptis. Nomen id habere videtur, quod ad omnem inflammationem efficax sit.

» Α διαῤῥύην. exponitur ab Erotiano apud Hippocratē, ἡ τῶν διαῤῥεόντων πυκτελὶς ἔκπωσις, eorum quæ
» excernuntur, omnimoda retentio & inhibitio.

Α δίψα. sic dicitur à quibusdam ἡ ἀκαλήφη, id est vrtica, vt habetur apud Dioscoridem: non dubium quin à noxa & dolore, quem tangentibus excitat.

Α δίνιτος οἶνος. vinum non defæcatum, vel per saccum non percolatum. Id quod fieri solet in vinis conditis ad saporem, vel in alijs ad reprimendam eorum vehementiam.

» Vide in voce οἶνος, vbi insigniores vinorum dif-
» ferentiæ explicantur.

Α δίψα. dicuntur medicamenta, quæ sitim obrepere prohibent, quæque sitim sedant siue bibantur, siue delingãtur, siue ore cõtineantur. sicut ἄλιμα, quæ famem. quanquam etiam simpliciter quæ sitim non inferunt, ἄδιψα dici possunt. Ac quoniã præcipua sitis causa siccitas est, patet ea quæ sitim compescunt humida esse oportere: quib. si præterea frigiditas accedat, longe efficacius sitim extinguere valeant. Illa enim humiditatem diutius conseruat, nec eam, sicuti calor, absumit. Pleráque tamen etiam calida ad sitim sedandam faciunt, vt glycyrrhiza, quæ ideo ἄδιψος à Græcis dicta est, & piper in quibusdam, si ore contineantur: illa quod humidi lentique succi sit, hoc quia pituitam ex capite in os & fauces prolicit. Idem possunt etiam potiones frigidæ & eclegmata, quæ plurima describuntur à Galeno lib. 8. τ κατὰ τόπους: ex quibus vnum mox inferemus à facultate eiusmodi ἄδιψον appellatum.

Α διψάπιον. Plinius scribit fruticem esse spinosum in Nisyro & Rhodiorum insulis, quem alij ἐχινοσικυόπεφυν, alij διψακον, alij διάχιον appellant.

» Sed pro διάχιον, apud Dioscor. l. 1. c. 19. est διά-
» ξυλον, sed forte an legendum διάχυτον.

» Α δίψα, sitis carentia quam esse frigiditatis signũ
» docet Gal. Hippocratis autem celeberrima
» sententia est, Α δίψια inquit αὐυπνυθλώδες ὄν, id
» est nõ sitire innoxia res est, & quæ correctionem
» non requirit, quam sententiam etiam Plutarch.
» in libello de vtilitate ab amico capienda protulit,
» non solũ (inquit) τὸ ἄδιψον, velut Hippocr. ait, sed
» silentiũ quoque vbique innoxium est: ad eandem
» quoq; sententiã respexit Dioscor. l. 5. vbi de facul-
» tate vinorum agens, ait, ᾗ τὸ μὴ διψᾶν ὃ ἄριστον ὄν
» παρήγγελται, non sitire optimum est præconium.

Α δίψος. palma Ægyptia. Est arbor magna, non recta, sed contorta, viridis, odore mali cotonei, folio simili myrto, fructu capparis, ad mandendum quidem inutili, sed grato odore, nullo intus ligno. Huius fructus qui paulo ante maturitatem collectus est, μυξοβάλανος dicitur: qui vero maturus est & nigricans, φοινικοβάλανος. Theophrastus arborem hanc à fructu βάλανον, quasi glandem, appellauit. Vocatur autem ἄδιψος, quod fructus eius ante maturitatẽ decerptus, si gustetur, sitim arceat: vel quod ex huius fructu humidiore acerbo & adstringente expresso potus fit sitim extinguens, vt Solinus author est, qualis nobis ex pyris, pomis, & sorbis conficitur.

Α δίψος. dicitur à quibusdam ἀγλυκύβλιζα, authoribus Theophrasto, Dioscoride, & Plinio, quod dulcis radicis succo sitis famesque sedetur. Vnde hydropicis eam multi dedere, ne sitirent.

Α δίψος. catapotij nomen ab Asclepiade compositi hunc in modũ. Seminis cucumeris satiui drach. viij. seminis portulacæ drach. viij. tragacanthæ drach. iij. dissolue tragacantham ouorum crudorum recentium candido, & adde alijs optime tritis, omnibusque mistis catapotia forma, quæ in vmbra sicces. vnum sub lingua teneri iube, & liquorem inde solutum delingi. Refert Galenus lib. 8. τ κατὰ τόπους. «

Etiam ἄδιψα καταπότια quædam describit Trallian. « lib. 7. «

Α δίψον. etiam silentium appellat Hippocr. de vi- « ctus rat. in morb. acut. quasi sitim sedans.

Α δεῦ δίαιτα. victus plenus. vide δίαιτα.

Α δένδρον. arbor est syluestris non procera, similis vnedoni, folio tantum minore, cortice nec scabro, nec squamoso, sed qui circumruptus videri possit, tam tristis est aspectu. fert fructum arbuto non dissimilem, viret perpetuo cacumine, cum tamen inferiora folia decidant: in montibus frequens nascitur.

Α δεινὸς οἶνος, vide in voce οἶνος, vbi insigniores vi- «
norum differentiæ explicantur. «

Α δεινοῦ αἵματος. describitur ab Aetio lib. 13. facit ad colicos, stomachicos, hæmoptoicos & dysentericos, pluribusque alijs dotibus insignita est, quas eo loco Aetius recenset.

Α δάκρυον. sic dicitur bdellij arboris lacryma, non Arabica quidem, quæ præstantissima est, sed Indica, quæ inquinata est, nigra, grandioribus glebis & conuoluta in offas, vnde illi τὸ ἀδακρύλλ nomen.

Α δεσμευτὰ dicuntur, quæ crassis partibus constant, « quæ & alio nomine παχυμερῆ vocantur, quibus « opponuntur τὰ λεπτομερῆ. «

Α δέος σφυγμός. amplus pulsus. Est qui secundum « arteriæ latitudinem & profunditatem auctus est. Differentia est pulsus sumpta à sola distantia. Est autem ei contrarius ἰσχνὸς, id est, gracilis pulsus.

Α δυναμία. impotentia, imbecillitas, virtuti oppo- «
sita quæ δυνάμεις appellatur. Est vero imbecillita- «
tis nomen, quid commune inane & confusum, «
nullum morbum distinctum, definitumq; signi- «
ficans, cum illa potius morbos alios comitetur: «
Gal. lib. de symptom. differentijs c. 4. definit «
ἀδύνατον siue imbecillum, quod vix, difficulter, «
& multo tempore agit, quod conuenire videtur, «
communi hominum notioni, qui vulgariter ocu- «
lum crusue imbecillum appellant, quotiescum- «
que oculus bene non videt, nec crus probe am- «
bulat, vt autem δυνάμεις, est αἴτιον τῆς ἐνεργείας, cau- «
sa actionis, illiusque propriũ est, vt inquit Pro- «
clus ex Platone, τὸ σωζειν τὸ αὐτὸ, ἔχειν, conseruare «
id in quo est, ita quãdo hæc non fiunt, tum ἀδυνα- «
μία locum habet: suntque sicut ἀδυνάμειες, ita «
ἀδυναμίαι, vel in vitali potestate quæ ζωτικὴ appel- «
latur in corde sita; vel in naturali, quæ φυσικὴ & in «
hepate est; vel in animali, quæ ψυχικὴ nuncupa- «
tur, in cerebro sedem habens: medici antiqui «
methodici, vt docet Gal. lib. de different. mor- «
bor. c. 5. appellare cõsueuerant ἀδυναμίας, intem- «

» peries partium exiguas, & quæ multos laterent, » si enim insignes essent & omnibus manifestæ, iam » nō ἀδυναμίας, id est, imbecillitates sed proprio no- » mine morbos appellabant: contrà vero Galen. » 4. de præsagiis expulsib. c. 11. inquirens quonam- » modo cognosci possit, partium facultatumque » robur, vel imbecillitas, hoc ipsum refert in com- » modam temperiem, vel intemperiem corporum » solidorum, eóque loci scribit, imbecillitates fa- » cultatis animalis comitari insignes cerebri in- » temperies, quo eodem sensu 11. meth. c. 20. par- » tem vocat imbecillam, quæcumque vel natura, » vel prægresso quouis morbo intēperatior eua- » serit, adeo vt ex Galeni disciplina in omnibus » corporis partibus, haud sit alia statuenda imbe- » cillitatis causa, quam insignis illarum intempe- » ries, per quam actio lædítur, quæ quidem actio » læsa, symptoma est, ex morbo suo oriundum.

Ἀδυναμος οἶνος, vide in voce οἶνος, vbi insigniores » aliquot vinorum differentiæ explicantur.

Ἀδύνατοι. dicūtur, qui ἀδύνατοι & ἄκρατοι, id est qui » impotentes sunt motus, oppressa natura vel fa- » tiscente; proprie vero de ægris dicitur, qui ex » virtutis imbecillitate qua mouentur, proiecti » iacent, nec possunt vel ægerrimè suo loco mo- » ueri: vniuersim vero de affectis viribus triplicis » facultatis, qua corpus regitur, vitalis præsertim » & naturalis, deinde animalis.

Ἀδύτον. est abrotoni genus, quod in turbinibus cadorum aut testa viui radice comprehendit: in quem modum Adonidis hortos pangebant. Eius flos ἀνεμώνη dicitur, quod is non nisi spirante vento vel concutiente panditur.

Ἀδυλυκὲς seu ἀδιγλυκὴς οἶνος. vide in dictione οἶνος » vbi insignes aliquot vinorum differentiæ expli- » cantur.

Ἀείζωον. semperuiuum, sedum. Herba est, cuius tres habentur apud Dioscoridem differentiæ. Maius, minus, & tertium, quod Græcis αὐθερόχλων ἀγρίων, Latinis illecebram dici idem Dioscorides author est. Maius describitur caule cubiti altitudinem excedente, crassitudine pollicis, pingui, virenti, vallaris lactariæ (quæ χαμαιλὰς πεύμαλλος dicitur) modo insecto, folijs pinguibus, carnosis, pollicis magnitudine, linguæ similib. *in cacumine, alijs in terram conuexis, alijs in capite stantibus*, ita vtinuicem compacta suo ambitu cinctuque effigiem oculi imitentur: vnde & ζωόφθαλμος, & βώφθαλμος, Latinis oculis dictus est. Minus autem caules habet ab vna radice multos, exilia folia, rotunda, pinguia, mucronata, caulem in medio emicantem palmi altitudine ferentem vmbellam & florem herbaceum atque tenuem. Hæc duo sedi genera refrigerant tertio ordine, siccant etiam, & modice adstringunt. Tertium autem sedi genus folijs est pusillis, crassioribus, hirsutis, portulacæ proximis. Vim habet excalfactoriam, acrem, & exulcerantem.

Ἀειθαλὲς. dicitur à quibusdam τὸ ἀείζωον, siue sedum maius, quod perpetuo virenti fronde sit.

Ἀειπαθὲια. dicitur quasi nunquam desinens affectio: » est vero vocabulum eorum qui sanitatem latitu- » dine carere existimabāt, eósque solos sanos esse, » qui perfecta tantum illa, & absoluta fruerentur, » reliquos quorum sanitas ab illa, vel minimùm » deflecteret, morbosos esse; sed cum exquisita illa » sanitas, si reperiri possit in aliquo vix momento » duret, cogebantur in corporibus nostris ἀειπά- θειαν agnoscere, quam sententiam, ceu falsam & « absurdā reprehendit Gal. multis in locis, quam- « quam laudabilem si per ἀειπάθειαν, intellexissent « eam perpetuam passionem, qua, vel in quantum- « libet sano, humidum naturale à calore insito, « perpetuo, & ad mortem vsque continenter af- « ficitur. «

Ἀείχυσον. dicitur à quibusdam τὸ ἀείζωον, siue sedum maius, ab aureo perpetuoque seminis colore.

Ἀείφαον, nomen collyrij est apud Gal. 4. κγ΄ πγ΄. c. « 7. ad epiphoras, & veteres recentésque oculo- « rum affectiones, constat cerussa, cadmia vsta, & « lota, stibio vsto & loto, thure, curis squamma, « opio myrrha, & Gummi.

Ἀειὴς. dicitur à quibusdam ὁ ἀεράγχὴς authore Dioscoride: forte ea quæ cæruleum florem gerit.

Ἀέρομελι. mel aërium, quod nunc manna dicitur, de quo vide in dictione ὁροσόμελι.

Ἀετίτης. est lapis interdum candidus, alias gallæ colore, aliquando subrutilus, magnitudine fere mali Persici vel Punici, in vtero, quasi prægnans, arenam aut lapidem continens sonantem dum quatitur: Aiunt quidam etiam terram nonnunquam in eo contineri, eumque γαιώδη dici. in qua sententia est Plinius, qui gæodem in aetitis ponit. Nam quum materia & reliquis omnibus inter se similes existant, hoc solo discrimine differunt. Dicitur ἀετίτης à colore aquilæ candicante cauda, vt refert Plinius, vel quod in earum nidis reperiatur. Dicitur grauidis continere partus cum lubricæ sunt vuluæ & parum tenaces, sinistro brachio adalligatus: idem vero facilem partum efficere, si feminibus alligetur. quam tamē vim solis nido direptis inesse Plinius scribit. Omnes aetitæ exsiccant, quidam insuper adstringūt. γαιώδης ea purgat, quæ obscurant oculos.

Ἀετὸς. id est Agnitas, Philistio Italus medicus sic « appellabat venas quæ per tempora in caput « ascendunt inquit Ruff. «

Ἀετὸς. aquila herbæ cuiusdam nomen fuit apud « Pamphilum herbarium, de qua Græcorum nul- « li quidquam esse proditū refert, verum scriptam « se reperisse in libello quopiam ex ijs, qui inscri- « buntur Mercurio Ægyptio continente 36. sacras « horoscoporum herbas, vt scripsit Gal. 6. de « simpl. medicam. facultat. c. 1. «

Ἀίπωμα. dicitur apud Hippocratem pars tecti in sublime erecta. & vt Galenus interpretatur, illud quod triangulari figura supra tectum eleuatum est.

Ἀζυγὲς ὀστοῦν. dicitur à Galeno os quod à cunei forma alio nomine σφηνοειδὲς appellatur de quo vide suo loco.

Ἀζυγὲς ἦ.

Ἀζυγοφυὲς. est propago vna ex vena cauæ superioris trunco exoriens parte dextra, & octo costis inferioribus inserta. Eam sub corde oriri semper à se obseruatum fuisse Galenus prodidit, cap. 2. lib. 5. de locis affectis, & ter initio lib. 2. περὶ διαίτης ὀξέων, & extremo lib. 3. de vsu partium, in ijs videlicet corporibus in quibus thorax longior erat. Nostro vero seculo propter thoracis breuitatem supra cor & pericardion exoritur, ad quintam plerumque thoracis vertebram. Capiunt ex ea nutrimentum tum costæ octo inferiores, tum earum spatia, ijsque propinqua dorsi medulla & thoracis membrana, &

qui ſpinæ eo loco inſeruiunt muſculi, eiuſque rei gratia in octo pluresue ramulos finditur. Ac cum natura omneis venas geminas creauerit, vnam dextram, alteram ſiniſtram, hæc dextra tantum eſt, eamque ob cauſam ἄζυγος à Græcis & vulgo ab anatomicis vena ſine pari dicta eſt. Verum natura ne ſiniſtrum latus alimento ſuo defraudaret, in id interdum inſignem ramum mittit, qui perinde in ſiniſtrum, atque ipſa azygos in dextrum, ſeſe explicat.

Ἄζυμος ἄρτος, vide ἄρτος, vbi ordine alphabetico in-
» ſigniores aliquot panum differentiæ explicãtur.

Ἀηδία. cibi faſtidium, quod ἀνορεξία proprie voca-
» tur.

Ἀηδόνιος. eo nomine vocari ab Archilocho puden-
» dum muliebre tradit heſychius.

Ἀήρ. aer. Eſt corpus ſimplex calidum & humidum. Vnum eſt ex mundi elementis, ex quo non modo omnia componuntur, verum etiam conſeruantur. Siquidem non modo corpori noſtro circumfuſus, ſed inſpiratus etiam magnam vim habet ad tuendam, vel corrumpendam ſanitatem. Optimus enim eam conſeruat, vitioſus corrũpit. Is autẽ optimus eſt, qui prorſus ſit purus, cuiuſmodi eſt qui neque ſtagnorũ, neq; paludum habitu, neq; maligna profundi cuiuſdam ſpecus exhalatione infectus eſt. Malꝰ autẽ qui ex cloaca in quã magnæ vrbis aut exercitus ſordes conuehuntur, vitium contraxit. Malus quoque, qui ex animaliũ aut olerũ putredine, aut ſimo coinquinatus eſt, quique ob ſtagnũ aut flumen vicinum nebuloſus redditur, quique etiam celſis vndique montibus cauo in loco concluſus nullis flatibus agitatur. Hic enim ſuffocans putriſque eſt, ei nimirum ſimilis, qui in domibus quibuſdam clauſis eſt, in quibus ob putredinem, quia non diffiantur, plurimus ſitus colligitur. Eſt autem omnis eiuſmodi aer omnibus ætatibus noxius, vt contra, qui omnino purus eſt, omnibus ætatibus ſalubris. Reliquæ vero aëris differentiæ, quæ ex calore, frigore, ſiccitate, atque humiditate habentur, non eodem modo in omnibus hominibus ſe habent, ſed corporibus quæ optimo temperamento ſunt, etiam aer optime temperatus, ſaluberrimus eſt: in quibus vero aliqua qualitas exuperat, ijs vtiliſſimus ille cenſendus, in quo maxime contraria qualitas excedit, vt frigidus calidæ, calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori vero quam par ſit, tanto humidior, quanto ſiccitas modum excedit. Eas omnes qualitates aer admittit pro aquarum, regionum, & aliarum rerum, quæ ipſum circumſtant, differentijs, bãuibus plerumque in contrarias naturæ ſuæ qualitates alteratur. Per ſe enim calidus humiduſque eſt. humidus quidem ſimpliciter & κατ' ἐξοχήν, ſiue abſolute, calidus vero non item; quod ea qualitas ingne præpolleat.

Ἀὴρ inſuper, ſic docente Erotiano in ſuo lexico, vo-
» catur ſpiritus noſter, τὸ ἐν ἡμῖν πνεῦμα, aer quam
» efflamus; Graue olentem etiam expirationem
» per anum ſignificat, eodem authore; Notatur
» etiam poni pro balnei parte, apud Galen. 1. ad
» Glancon. his verbis ἐν τῷ ἀέρι τὸ βαλανείου χρῆσθαι.

Ἀθαλάσσιος, vel ἀθάλασσος οἶνος, vinum maris expers
» vide οἶνος vbi inſigniores aliquot vinorum diffe-
» rentiæ explicantur.

Ἀθανασία. eſt Antidotus quam deſcribit Galenus lib. 8. τῶν κατὰ τόπους, hepaticis commoda, nephriticis & ictericis. Recipit hæc. Croci drach. ij. cinnamomi drach. j. nardi drach. ij. caſſiæ, myrrhæ, iunci odorati, ſingulorum drach. j. Excipiuntur melle Attico. Mouet ſudorem copioſum data fabæ Græcæ magnitudine.

Eſt & eiuſdem nominis Antidotus alia quam Paulus lib. 7. cap. 10. ad Oribaſium refert, præcedentem quidem omnem materiam, ſed pondere inæquali complectens, & præterea opium. quam ille ſcribit dolorem lenire & pleuriticis conuenire, & veluti Philonium exhiberi.

Eſt etiam apud Galen. alia antidotus, Ἀθανασία « quæ ad mithritatem refertur, cuius illic varias « & diſcrepantes deſcriptiones affert, quam facere « inquit, ad venena, omnium venenatorum mor- « ſus, & quibus cibus in ventriculo aceſcit, quique « ſanguinem reijciunt 2. de antid. c. 8. Præterea an- « tiquas tuſſes: hepatis, lienis, veſicæ, & vteri mor- « bos ſanare, Myrepſus antidotos Athanaſias plu- « res deſcribit ſect. 1. de antidotis, Trallianus « etiam libro octauo capite ſecundo hepaticum. « Ἀθανασία nuncupatũ deſcribit, ad nephriticos & « ictericos vtile, conſtans croco, cinnamomo, nar- « do, caſſia, myrrha & iunco odorato, melle attico « exceptis: Cæterum ἀθανασία ſic appellatur earum « compoſitionum quælibet, ab immenſa illius ef- « ficacia, quod videatur propemodum vſu ſuo ho- « mines reddere immortales. «

Eſt etiam ἀθανασία collyrium ἄδακτον, quod deſcribitur ab Aetio lib. 7. c. περὶ τῶν ἀδάκτων καὶ λευκῶν κολλυρίων. hoc eſt, de morſus expertibus & albis collyrijs.

Ἀθέλγεται. idem quod παρεῖται καὶ διακλύζεται, id eſt, remittitur & reſoluitur, apud Hippocratem.

Ἀθέρωμα. eſt tumor concolor, doloris expers, in quo aliquid pulticulæ, quæ ἄθηρα vocatur, ſimile, tunica quadam membranoſa concluditur, cũ quo ſimul aliquando lapidoſa quædam duraque corpuſcula & alia inſtar ſulphuris ramenta reperiuntur. Interdum vero veluti manſa gallinarum oſſicula. Aliquando vero quaſi pilos craſſiſſimo humori implicitos inueniſſe ſe Leonidas prodidit: Philoxenus vero reperta à ſe animalia intra humorem condita, culicibus aut exiguis muſcis ſimilia. Eſt autem ἀθέρωμα oblongum, eminens, durumque, quod vt digitis non facile cedit propter humoris craſſitiem, ſic vbi ceſſerit, haud prompte reuertitur. quibus quidem notis diſtinguitur ἀπὸ τοῦ μελικηρίδος, quæ rotundior, humilior, latior, molliorque eſt, & facilius vt digitis cedit, ſic poſtea recurrit.

Scribendũ vero eſt non ἀθέρωμα, ſed ἀθήρωμα, « deducitur enim ab ἄθηρα, quæ vox per η non α « ſcribitur apud Græcos omnes, eſt vero ἄθηρα pul- « ticula liquidior, atq; hinc liquet quãtum ſit hal- « lucinatus Horatius quidam Limanus, qui librũ « Galeni de tumoribus præter naturam in Lati- « num conuertens, ariſtæ aliquid ſimile in ipſis « atheromatis inueniri dixit, ita exponens hæc Ga- « leni verba cap. 6. libri laudati, ἀθήρα τι παχυμελὲς « ἐστιν, eo motus, quod ἄθηρες apud Græcos ſum- « mas, præſertimque hordei ariſtas, ſiue etiam ip- « ſas prout aliqui volunt, reijculas ſpicas ſignifi- « cent, qua de re verbum ἀθηρίζειν ortum, quod « pili facere ac nihili pendere ſignificat, ſed vult « Gal. in atheromate ἄθηραν, id eſt pultem conti- « neri, quam Dioſcor. li. 2. c. 83. ex 3. ea in tenuem « pollinem redacta, & aqua demum ſic decoquen- « do ſubacta, vt ſorbitio liquidiori pulticulæ, « (quam Græci πλατύειον vocant) ſimilis eua- «

» dat, factam esse voluit de qua infra.

Ἀθήνα. est emplastrum laudatum ab Asclepiade, descriptum ab Oribasio, Aetio, & Paulo. Recipit autem Cadmiæ drach. xx. æris vsti, malicorij, gallarũ, aristolochiæ longæ & rotundæ, salis ammoniaci, squammæ æris, nitri, aluminis scissi, aluminis rotundi, iridis, misyos, atramenti sutorij, chalcitidis, æruginis, aloes, myrrhæ, thuris, ammoniaci thymiamatis, galbani, singulorum drach. xxx. ceræ, picis, singulorum drach. c. vel vt alij habent, cc. colophoniæ drach. cccc. olei sexuncem. Hoc quidem modo apud Oribasium habetur. Asclepiades autem habet aloes drach. x ii. myrrhæ drach. x ii. & ammoniaci thymiamatis drach. x v i. Arida ad solẽ æstiuum aliquot diebus teruntur. deinde ea quæ liquari possunt liquefacta adijciuntur & vniuntur. Magna vi pollet in capitis & neruorum vulneribus: & à Paulo lib. 4. inter ἔμπλαστα φάρμακα censetur.

Apud Gal. 2. κτ. ἤθων c. 2. alia habetur descriptio
» huius emplastri, & lib. 6. eiusdem operis cap. 10.
» vbi emplastrum fuscum esse inquit ab Andro-
» macho scriptum, cæterum pro Ἀθήνα, scriben-
» dum ἀθηνᾶ ex Aetio, & Paulo.

Ἀθήρ. vt inquit Galenus, significat apud Hippocratem, & quod in hordeo acutum est vt in lib. 2. de morbis, & eius partis summum quæ in cuspide sagittæ πώγων, hoc est barba, appellatur, vt lib. 5. τῶν ἐπιδημιῶν.

Galli in sagitta (Barboleures) recte vocant,
» Celsus l. 7. c. 4. spicula, sed & eodem authore
» Gal. ἀθὴρ extremam menti partem significat.

Ἀθηναῖον. nomen est collyrij ad multa oculorum vitia perutilis apud Scribonium Largum, cuius compositio sic habet. Pompholygis lotæ * p. v i i i. æris vsti * p. v i i i. croci * p. iiii. myrrhæ * p. iii. nardi * p. v i. semis & victoriati. (vel vt Marcellus habet lib. 8. nardi spicæ * p. i. & pondus victoriati) lapidis hæmatitis * p. ii. & victoriati. piperis albi grana decem. opij * p. aut victoriati (vel vt Marcellus habet eodem loco) opij * p. i. & pondus vnius victoriati commis * p. x. Teritur vino Chio.

ἀθηναῖον πάγχρηστον. est collyrium apud Galenum lib. 4. τῶν κτ' τόπ., sed à præcedenti omnino diuersum. Ex quo apparet τὸ ἀθηναῖον nomen plerisque collyriis commune fuisse, sicut & ἀπλοῦν.

» Est vero hoc collyrium ex eorum genere, quæ
» διάσμυνα vocãtur, alio quoque nomine εὐῶδες ap-
» pellatur, sed ἀθηναῖον malum, vt est apud Gal.
» l. 4. τῶν κτ' τοπ.

Ἀθήρα, & ἀθάρα atque etiam ἀθάρη; Budæo confirmante per », vel α, & non per ε scribi, nisi » in ε
» secundum æolicos, atque ipsos etiam Doricos
» transmutatam velis ἀθέρα scribendo; sic voca-
» tur pulticula liquidior & sorbilis, quam Dioscor.
» l. 2. c. 83. ex zea in tenuinem pollinem redacta, &
» aqua demum sic decoquẽdo subacta, vt sorbitio
» liquidiori pulticulæ (quod Græci πολτάριον vo-
» cant) similis euadat, factam esse voluit; Paul. l.
» 7. Dioscoridis verba transcribens, non ex zea
» modo, sed ex frumenti etiam farina fieri posse
» adiunxit. Quin & ex olyra Plin. l. 22. c. 25. vbi
» atharam vocat, alijque ex amylo vel milio fieri
» affirmant, addentibus quibusdam mel & ouum,
» alijs vero caseum aut lac, nonnullis autem, no-
» stro etiam æuo, lac & butyrum, Est autem vox
» hæc Græcis quidem recepta, quam Plin. Ægy-
» ptiam esse dixit, vnde Hesychius ἀθήραν apud Ægyptios, esse scripsit edullum quoddam, ex tritico cum lacte cocto; & Gal. 2. ad Glaucon. inquit, « multos Alexandriæ inter alia ἀθήραν edere, vnde « clare liquet fuisse Ægyptium aliquod edullium. «

Ἀθήρωμα. vide supra ἀθήνωμα: Rectius autem ἀθήρωμα « legeris, est enim deriuatum ab ἀθήρ. «

Ἀθήρη. athera, vel athara, vt legitur apud Plinium lib. 22. cap. 25. Est pulticula liquidior & sorbilis, ex tritico zeaue molitis inque tenuissimum pollinem redactis confecta, infantibus conueniens. Est autem sorbitio ex zea tenuissime, sicut scripsit Dioscorides, molita, quasi liquida pulticula, cataplasmatis efficax. Vox quidem hæc Græcis recepta, quam tamen Plinius Ægyptiam esse dixit. Ab ea, ἀθηρώματα nomen videntur accepisse, propterea quod in his quiddam pulticulæ huic simile contineatur.

Ἀθλητικὴ ἕξις. Athletica habitudo. Dicebatur olim carnosa, plena & robusta. Talis enim erat Athletarum. Eam autem non natura, sed summo studio comparabant & arte, quam γυμναστικὴν appellarunt. Huius enim finis fuit, ita curare corpora, vt multa solidaque carne & sanguinis tenacis atque optimi copia abundarent. Neque enim vires tantum, sed etiam molem pondusque corpori adijcere conabantur, vt hac etiam ratione aduersarium prosternerent: id quod fiebat multo tum cibo tum exercitio. Cibus autem erat, qui non facile diffluere & dissipare-
tur, sed valentis prorsus materiæ hoc est, crassus & viscosus, vt bubulæ & suillæ carnes, panis ex caseo, & illa, vt ait Galenus, publice laudata similago, & quæ ex ea fiunt bellaria, quæ ille lib. 5. sanit. tuendæ scripsit ab Athletis studio præparari, his ad ea quæ moliuntur apta. Panis eorum, peculiari vocabulo coliphium olim dictus est, ἀπὸ τῆς κόλλης καὶ ἴσχυος, hoc est, à membrorum firmitudine. Sumebatur autem ab illis cibus nullo ordine, nullaque lege, vt sic facilius assuescerent omnia aduersa ferre. Itaque & crapulæ & somno intempestiue indulgebant, in puluere & cœno volutabantur, & ad omnia honesta naturæ munia inutiles, Epeo Homerico quam simillimi euadere nitebantur. Qui his artibus talem corporis habitum comparauerãt, Athletæ præstantissimi habebantur, ipsaque habitudo corporis ἀθλητικὴ ἕξις dicebatur. Factum tamen est postea, vt eo quoque nomine omnis corpulenta & firma habitudo vocaretur, etiam in ijs qui athleticam non exercerent. Inde apud Plautum pugilice, pancratice, atque athletice valere, pro optime & firmissime: & apud Celsum lib. 4. c. 6. athleticus victus pro valido & ad vires firmandas accommodato vsurpatur, quemadmodum Budæus in Pandect. annotauit. Cæterum athleticam illam habitudinem Hippocrates censet non esse secundum naturam, & ea meliorem esse salubrem. Namque propter vasorum plenitudinem proxima periculo est. Itaque neutra potius quam simpliciter salubris dici debet, propter imminens periculum, nisi κινεσαγωγῇ protinus soluatur: alias, vt scribit Galenus comment. in aphor. 3. lib. 1. inculpabilis est, quod Athletæ & bonis abundent humoribus, & vires habeant robustas. Eorum quoque sanguinem optimum esse, idem lib. de atra bile prodidit.

Sed & contra atleticam habitudinem. apud Galen. plura legeris, in oratione suasoria ad artes c. 6. & in vniuersum de eorũ habitudine, & « « «

» agendi modis plura mercurial. in Gymnast.

Ἀθλιπτος ὑπ' βολῆ. incomprehensa, inuasio febrilis » dicitur, Gal. 3. de præsag. expulsib. vide ὑπόβολη.

Ἀθλιπτος ὑποσυρμὸς.

Ἀθρισμα. vocabulum est empiricę sectę proprium, de quo vide in dictione ἐμπειρικὸν.

Ἀθρόον. quod adstrictum est, & in seipsum contractum. Contrarium est distracto atque dispersо.

Ἀθρόως. Gal. 1. de causis symptom. sic interpreta- » tur, vt idem sit quod τὸ κατὰ πολὺ μεγάλα ἅμα καὶ τα- » χέως, id est quod vehemens est & cito fit, illique » opponitur ῥεῖμα, ἢ κατὰ σμικρὸν lente & paulatim » vt aphor. 36. l. 4. sect. 2. Coac. prænot. & τὸ βρα- » χὺ i. sensim: idē Gal. 2. Aphoris. 18. docet, ἀθρόον » dici, quod breui temporis spatio atque statim » fit, sic in coacis prænot. dicuntur κόπρανα ἀθρόα, » stercora affatim prodeuntia, & 30. Epid. ægro. 4. » ἀθρόον κατὰ μικρὸν διαχώρημα, id est statim & breui tē- » pore effusum, & 1. epid. in historia Sileni, οὖρησεν » ἀθρόον, minxit affatim, denique ἀθρόον πολὺ sæpe » coniungit Hippocr. vt in vxore Philini, cui κατὰ » βραχὺ opponit.

Ἀθυμία. metus & tristitia, animi deiectio atque » desperatio. vide δυσθυμία.

Ἄθυρτος; ὁ μὴ μεθύων apud Hippocr. non ebrius » non temulentus, lib. περὶ ἐπικυήσιος, dictum παρὰ » τὸ μὴ θυρώττεσθαι.

Αἰγεάτης οἶνος. vide οἶνος, vbi insigniores vinorum » differentiæ explicantur.

Αἰγείειον. vnguentum populneum, quod ex vua quæ fructus eius est & βρύον dicitur, verno tempore conficitur, cum plurimum grauis est prægnansque resina. Est & nomen τοῦ ἀκροτηριαστοῦ, cuius descriptionem explicat Paulus lib. 7. c. 19.

» Dicitur & μυρόπνον recipitque nigræ populi » fructus Resinam abiegnam strobilinam vel Te- » rebinthinam atque oleum.

Αἴγειρος. populus. Arbor est duûm generum. vnum αἴγειρος λευκὴ, alterum αἴγειρος simpliciter dicitur. Vtrumque procerum, sine flore ligno æque candido, folio bicolore, crepitante, in iuuenta quidem circinatæ rotunditatis, in senecta vero anguloso, inferne herbaceo, superne candicante, pleno lanugine, quæ vt iulus euolat. Discrimen hoc est, quod nigræ populi caudex procerior læuiorque sit, albæ læuis & carnosus, nigræ etiam magis scaber, foliumque angustius quam albæ. Ad hæc nigra sterilis prorsus est. alba fert vuas, quas βρύα vocant, vnguentis aptas.

Non erit αἰγείειον ὀδόντινον. vnguenti populei, po- » pulique temperaturam, qua de nonnulli certant » paucis explicare. Populum arborem, vulgata » Galeni interpretatio calidam statuit in ordine » tertio: Græcus codex in primo; vulgatæ inter- » pretationi fauent Serapion, Auicennas, & Ori- » bas. 2. ad Eunap. & lib. 15. ad Iulianum Cæ- » sarem; Codici Græco, Arabes multi, quos Sera- » pion recenset, statuentes esse temperatæ calidi- » tatis, cum frigiditate modica. vtrum sit verius » haud facile dixeris, sed lectioni Græcæ potius » tribuenda veritas videtur ex doctissimi Manar- » di iudicio, cum & illi patrocinentur, Paulus Ga- » leni Simia, Constantinus Monachus, & Græcus » (quisquis ille fuerit) qui multorum capitum li- » bri de simplicibus medicinis Galeni summas » collegit, cum sit præterea arabica illa Galeni » interpretatio, tot mendis fœde deturpata, tot » erroribus cumulata, vt fidem exiguam mereri » videatur, ipsaque Serapionem Auicennam atque Oribasium in errorem impulisse, sed præ cæte- « ris natura Populi perpensa hoc nos docere vide- « tur, in qua non sapor, odor, vllaue qualitas est « quæ præcellentis caloris, sed moderati potius « argumenta præbeat; si igitur populi fructus « primum caloris gradum non transcendunt, etit « & populneum vnguētum frigidum iudicandum, « in quo præter populi fructus & adipem modice « calida, sint reliqua omnia frigida, & eorum pars « bona ad supremos vsque ordines attollatur. «

Αἰγίδιον. est nomen collyrij, quo fluxiones commo- « de sisti possunt, quod genus κατικὸν appellant. « Descriptio habetur apud Aetium. «

Tetrabl. 2. serm. 4. c. 113. & ipsum facere inquit « ad suffusiones, oculos, purulentos, prolapsus & « plurimos oculorum affectus, sed pro αἰγίδιον le- « gendum existimo ὑγίδιον. «

Αἰγικὸν. à quibusdam dicitur ἡ ἄγρωστις, authore Dioscor. quod capris grata sit pabulo.

Αἰγίλωψ. est apostema inter maiorem oculi angulū & nares, ruptum atque exulceratum (antequam enim disruptum exulceretur, ἀγχίλωψ vocatur authore Paulo) quod aliquando neglectum paruam fistulam aperit, per quam pituita assidue distillat, idque assidue male habet oculum. nonnunquam etiam exeso osse vsque ad nares penetrat, atque interdum naturam carcinomatis induit; Intentæ in eo venæ & recuruatæ sunt, color pallet, cutis dura est, & leni tactu irritatur, inflā- mationemque in eas partes quæ coniunctæ sunt euocat, ipsique oculo propter viciniam frequenter damnum accersit, per naturale paruum foramen quod in angulo habetur, vt scripto prodidit Aetius. Ex his eos qui quasi carcinoma habent curare periculosum est, eos vero quibus ad nares tendit, superuacuum. neque enim sanescunt. at quibus id in angulo est, potest adhiberi curatio, quæ quanto angulo propius id foramen est, tanto difficilior est, quoniam peranguſtum est, in quo versari manus possit. Dicitur & abscessus is αἰγιλώπιον. & ἀγχίλωψ à Gal. in Isagoge, vel medico c. 15. & in definitionibus medicis; is vero sic affectus appellatur, quia capris proprius est, ac fere perpetuus, legimus & pro eodē αἴγυλος κὰ.

Est & αἰγίλωψ auenæ genus vnum quod spe- cialiter Latini festucam appellant: ea autem herba est, quæ non nisi post annum ex semine suo gignitur. folio est tritici, sed molliore, summo in capite semina bina ternaue rubra habet, ex quibus aristæ capillamenti modo prætenues prodeunt. Spica illi ante messem decidit, ita vt spicilegij tempore spica ipsa inanis & orba grano, vanescensque culmus, quasi festuca reperiatur: vnde inditum illi à Latinis festucæ nomen fuisse verisimile est: eamque ob id Virgilius poeta sterilem auenam appellasse videtur frugum pestes enumerans hoc versu:

Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Sic autem fortasse dicta est Græcis, quod illita cum farina herba τῷ αἰγίλωπι oculorum vitio medeatur. vide βέμος.

Est & αἰγίλωψ, authore Plinio arboris glandiferæ species, quæ fert panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, sed & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos.

Αἰγιλώπιον. forma diminutiua apud Dioscor. l. 2. « dicitur pro αἰγιλώπι & ἀγχίλωψ. «

Αἴγις. vox est quæ in coacis Hippocratis habetur « aphor. 36. l. 4. sect. 2. pro certo quodam affectu, «

sed

» sed qualis ille sit incertum: Hollerius suspicatur » esse πίμαξιν, quemdam oculi morbum, vel agi- » tationem oculorum, qualem procellæ turbines- » que terra marique commouent, aut concremē- » tum quoddam, implexis ciliorum pilis lentore » pituitæ, vel denique vlcuscula quædam, aut ab- » cessus in oculorum angulis. alij pro (αἰγίδα) illic » ἀγλίνη reponunt, vel ἀγλίνη, de qua Gal. in exeg. » qui ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπολευκὸν ἄλην interpretatur, » id est subalbā in oculis cicatricem, vt in prorrhe- » tico, καὶ τοὺς λευκαντίζοντας ὀπτάγυιος, id est albescētes » humores cōcretos, sicut in Coac. prænot. Hipp. » 2. prorrhet, αἰγίδες, inter ἀχλύας & πτερύγια repo- » nit, Caluus nō insicite guttam albam ex rei simi- » litudine expressit, quasi crassius illud excremē- » tum velut turbine quodam agitatum, vi in ocu- » los irruat, & suo concremēto ceu guttā paruam » imprimat; quo alludunt, qui αἰγίδα oculorū tur- » binem atque vertiginē interpretantur: αἰγὶς ita- » que esse videtur albicans quædā concretio, quæ » ex vapore caliginoso, & crassiore quodā excre- » mento, pupillæ inhæret, eiusque lumini officit, » vox alioquin rara & insolens.

Αἰγίλιν. dicitur apud Hippocratem in oculis albicās cicatrix, vt in prorrhetico: & albescentes humores concreti, vt in Coacis prædictionibus.

Αἰγόκερως. sic dictum est antiquis fœnum Græcum, quod proprie τῆλις appellatur. scilicet à siliquarum figura, quas similes habet corniculis caprīnis vel etiam bubulis. vnde & βύκερως quoque à Theophrasto cognominatur. Idem & Galenus annotauit in explicatione vocum Hippocratis.

Αἰγὸς πέσσιον genus collyrij, vide αἰγίδιον.

Αἰγυπτία καὶ συνεχὴς ἕλκεα. vlcerum quorumdam ap- » pellationes sunt de quibus in voce ἕλκος.

Αἰγυπτία nomen est medicamenti stomatici, quod » habetur apud Paul. l. 7. c. 14. constat melle, oleo, » resina Terebinthina & croco liquefactis in ca- » cabo: illius vsus est in reliquiis inflāmationum » sub finem discutiendis.

» Est & Αἰγυπτία pessi nomen, cuius composi- » tionem Paulus explicat l. 7. c. 24. constat melle, » resina Terebinthina, butyro rosāceo vel susino, » croco, quibus inflāmatio abest æruginē addunt.

» Est etiam huius nominis Emplastrū Cepha- » licum Andromachi quod describitur ab Aetio » l. 15. c. 13. constat, cera spuma argenti, Thymia- » mate, lana succida vsta, Aristolochia, thure, » squamma æris, stomomate, myrrha, opopanace » & oleo Sicyonio vel antiquo; eximiam habere » inquit discutiendi & emolliendi vim, & vlcera » maligna ad cicatricem perducendi. Describitur » Paulo aliter à Gal. l. 6 κατὰ τόπους c. 8. & 9. ex diuersis » authoribus atque etiam cap. 12. ex Damocrate.

Αἰγυπτία, præterea nomen liquidi collyrij est apud » Gal. 4. κατὰ τόπ. c. 7. ad callos & oculorū albuigines.

» Est & Αἰγυπτία, auricularis cuiusdam compo- » sitionis nomen, descriptæ à Gal. 3. κατὰ τόπ. c. 1. Est » & medicamenti nomen ad neruorum vulnera, » quod à Gal. describitur 3. κατὰ τόπους c. 9. ibidemque » ex varijs authoribus multiplex.

Αἰγυπτία στυπτηρία. Ægyptium alumen, quod & σκηρὸν & πέτρωμα appellatur.

Αἰγύπτιον ἔλαιον. Ægyptium oleum: maior vnguēto- » rum, atque oleorum pars apud celebriores vete- » rū authores Ægyptiorum cognomina sibi ven- » dicauit propter myrrhæ copiam, Hippocrates, vt » Galen. in exegesi scribit. quatuor eorū genera » recensetur. vnū αἰγύπτιον ἔλαιον, alterū αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Tertium αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Quartum « αἰγύπτιον μύρον: de quibus hæc sunt tibi sigillatim « notanda.

Αἰγύπτιον ἔλαιον. oleū Ægyptium, scribit Gal. in exe- « gesi, illud apud Hippocr. vocari quod veteres « κίκι καὶ κίκινον appellabant.

Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Ægyptium oleum album, « significat id quod ex lilijs paratur, atque idem li- « liaceum & Susinum oleum nominatur, κρίνινον « καὶ σούσινον, eo vtitur sæpe Hippocr. l. 1. περὶ γυναικ. & « λευκὸν simpliciter dicitur lib. 2.

Αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Ægyptium vnguentum albū, « dici scribit Gal. apud Hippocr. quod & ὠκιμόμυρον « vocatur, compositum ex lilijs & aromatibus: « quamobrem vnguentum non oleum nuncupa- « tur; idem vero & κρινόμυρον, καὶ σούσινον μύρον voca- « tur. eo sæpe vtitur Hippocr. in tota γυναικείων « παθημάτων, & lib. de superfœtatione appellatur « εὐῶδες, idem & μύρον λευκὸν simpliciter dicitur l. 1. « περὶ γυναικ. eo vero antiquitus mulieres vtebā- « tur nimium cutis candorē occulere volentes. ap- « pellabant autem, etiam alio nomine παιδίωπα, « vt author est Pausanias. vide ὠκιμόμυρον.

Αἰγύπτιον μύρον Ægyptium vnguētū: hoc quid esset « explicans Gal. ait, τὸ δὲ ἀπ' αἰγυπτίας μύρον ἀκούσθης « τῶν ἀνθῶν, ὅπερ καὶ μετώπιον ὀνόμασται id est quod è flo- « ribus Ægyptiæ spinæ constabat, appellatumque « est metopiū: sunt qui Hermolaum & Ruellium « sequuti, Galenum erroris insimulent quod me- « topiū idem fecerit cū vnguento Ægyptio, pro- « pterea quod Didymus apud Athenæū, vnguen- « tum Ægyptiū stactem faciat, metopiumque à « Dioscor. & Paulo, valde ab Ægyptio diuersum « ponatur; Sed meo quidem iudicio, stacte & vn- « guentum Ægyptiū non parum inter se differūt: « etenim vnguētum hoc ex pluribus commixtis, « puta cinnamomo, myrrha & alijs constabat, vt « patet ex Theoph. lib. περὶ ὀσμῶν. (de odoribus) « erat vero stacte, vnguenti genus omnium sim- « plicissimū, vt ibid. docet Theoph. quam ex sola « myrrha constitisse tradit Athæneus lib. 15. c. 15. « Dioscorides ipsius myrrhæ pinguitudinē fuisse « scribit: neque contrarium innuit ipse Athenæi « locus in 15. dipnosoph. vbi tantum asserere vi- « detur Didymus, vnguentum Ægyptium fuisse « ab Athæo pro stacte expositum, sed eo loci po- « tius, interrogantis instar de illo ambigere vide- « tur. Cęterum αἰγύπτιον μύρον apud Gal. 2. κατὰ τόπους « ὠκιμόμυρον nominatur à regione in qua paratur, & « ab authore Megaleum.

Αἰγώνυχον. dictum est τὸ λιθόστομον, authore Dios- « coride, forte à senūnis soliditate & duritia.

Seu quia vngulas caprinas duritię æmuletur.

Αἰδοῖον. penis, membrum virile, quod alio nomine « etiam κωλὸς dicitur, vt scribit Galenus. Est pars viri exerta ex ossiū pubis ligamentis nata, primū concubitus organū. Fit ex duobus ligamētis, ra- ris, sanguine crasso & nigro plenis, tactu exqui- sito præditis, ex ossiū pubis cōmissura prope to- tis prodeūtibus, superne vnitis inferne distātib. quantum poro vretico perficiendo, cum cute & membrana carnosa sufficiat, donec in glandem, penis finem, desinant. Venas habet atq; arterias tum magnas, tum multas ab illis prodeūtes, quę os sacrū præteruehuntur, neruos autem tum à sextæ coniugationis ramis, qui ad costarū radi- ces descendunt, tum ab infima spinali medulla.

Huic autem parti nomina multa & appella- « tiones, Græcos indidisse legimus: πῶς enim id «

» est mentula vocatur: dixere & ἀεγὼν, id est penem » & caudam, vt & σαῦνιον Polluci, quasi hasta sit: » χορεύειν etiam in oraculo, & κωλὰ apud Aristoph. » dixere & κάπρον & τύλον, id est callum, & κριθὴν, » Latini mutonē, vnde mutinati & κριωλὸν id est cau- » lem: hæc & pars ἀναγκαῖον dicta nimirum ad ge- » neris propagationem necessaria; sunt qui eam » σῆνος vocauerint, vnde deductum σαμωρεῖν i. sub- » agitare seu futuere; hinc Aristophanes in nebu- » lis γυνὴ σαμωρουμένη χαίρει. Sunt etiam qui αἰ- » δοῖον notent dici à Ruffo & Hippocr. 1. γυναικείων, » pudendum muliebre totum cum exterioribus » quod Latinis cunnus est.

Αἰδοῖα. testiculos apud Aristotelem Gaza interpre- » tatus est.

Αἰδοῖα φάρμακα. apud Paulum medicamenta dicū- » tur morbis inguinis medentia, sed & quæ pudē- » dis adnascuntur αἰδοῖα ab ipso appellantur.

Αἰδοιπάλμος. in vulgari lex. morbus τῶν αἰδοίων, puden- » dorum qualis est satyriasis & priapismus.

Αἰδοῖον. membrum genitale, inguen, eodem modo » quo Latini plurali numero verenda & pudenda » nominant, à pudore; ab Ouidio dicitur etiam » pars pudibunda.

Αἰεὶ. significat apud Hippocratem aliquando πώποτε, id est, donec, sicut & apud plerosque veterum.

Αἰθάλικες. sunt, authore Galeno, ἐκγάσεις, in sum- ma cute circuli quidam rubentes, ijs similes qui ab igne excitantur. sic dicti sunt ἀπὸ τῆς αἴθειν. Sūt qui scribant per ναιθύλικες, quibus suffragatur author explicationis vocum Hippocratis.

» Alij rectius scribendum censent αἰθόλικες, sicut » magna scriptorum pars habet, Ethymologo au- » tem, Lexico veteri & Varino αὐθέλικες dicuntur » ἀι περὶ τὴν ὀπωραίαν φλυκτίδες in summa cute ex- » tantes pustulæ, vocantur nec non αἱμάλωπες vt » ait Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Αἰθαλικαὶ δίκαι. Galenus, ἐν τῇ γλώσσῃ αἱμάλωπα inter- pretatur.

Αἰθάλη. apud Hippocratem dicitur λιγνὺς, hoc est fumus & fuligo.

Αἰθεριῶδες πνεῦμα. pro spiritu tenuissimo apud Gal. » 2. ad Glauconem.

Αἰθιοπικὴ ἐλαία. à quibusdam dicta est ἡ ἀγριελαία, id est, oleaster, sicut habetur apud Dioscoridem.

Αἰθιοπικὸν. aliquando dicitur absolute apud Hip- pocr. Tunc autem debet subintelligi κύμινον.

Αἰθιοπὶς. herba est foliis verbasco similibus, per- quam hirsutis densisque, in orbem circa imam radicem sparsis, caule quadrangulo, aspero, cras- so, arctio aut apiastro simili, multis alis concau- uo: Fert semen erui magnitudine, in singulis conceptaculis geminum. Radices habet ab eo- dem cespite numerosas, longas, crassas, & gustu glutinosas, quæ siccæ nigrescunt, itaque duran- tur, vt cornu possint videri.

Αἰθοπα οἶνον. quale Homerus vocet leges in voce » οἶνος, vbi ordine alphabetico insigniores aliquot » vinorum differentiæ explicantur.

Αἰθύλικες. vide paulo ante αἰθάλικες.

Αἰμάλωψ. est sugillatio in oculis, ex plaga aut ictu effuso sub contusum locū sanguine. Sic quidem Archigenes definiuit, qui etiā idē malū ὑπόσφαγ- μα appellauit apud Gal. 4. κατ' τοπ. sic dicitur quasi αἷμα ὑπ' ὠπὸ: etiamsi in omni alia corporis parte nasci dicique possit. Siquidem Dioscorides etiā cruorem per adipem sparsum αἱμάλωπα nuncu- pauit, scribens lib. 2. cap. de hircino & ouillo se- uo: πείσεις ὀλίγον ὕδωρ ὑπχέων, ἔπειτα ἐπιπάσσων αἱμά- λωψ ἐκκρίνατω. Hoc est, tere paulatim aquam af- fundens, donec ne amplius quidem cruentum virus excernatur.

Vel sanguinolentum quippiam, sic enim hūc « Dioscoridis locum Budæus interpretabatur. «

Galenus etiam ἐν ταῖς γλώσσαις annotauit αἱμά- λωπας vocari rubentes quosdam in cute circu- los, qui alio nomine αἰθάλικες dicuntur.

Præter significationes dictas, etiam Hippocr. « lib. de natura pueri αἱμάλωπας appellat, sangui- « nem in fœtus chorio circumfusum, qui ater est « atque fœculentus, & illi qui oculo contuso suf- « funditur similis, Tabum auus meus vertit scho- « lijs ad hunc locum libri Hippocratis. Cælius « Aurelianus l. 2. Tardarum passionum c. 14. san- « guinolenta phtisicorum sputa etiam αἱμάλωπα à « Græcis vocari ait. «

Αἱμαλωπὶς. sanguinis concrementum sic exponen- « te Ruellio, apud Dioscl. 2. c. 95. vbi de medullis « animantium tractat. «

Αἷμα. sanguis. Duobus modis intelligitur: inter- dum sincerus & solus, ab alijsque humoribus secretus: interdum vero, & quidem frequen- tius, cæteros humores secum complexus, qualis fere aperta vena vel arteria excernitur, & dici- tur omnes corporis partes gignere & nutrire, sanguineas scilicet, nullius interuentu sed pri- mo & per se, spermaticas vero intercedente se- mine. Inest in eo sanguine pituita dulcis & se- micocta, quæ postea concoctione in sanguinem transit: inest & bilis pallidæ aut flauæ, sed natu- ralis & benignæ portio, ac etiam humoris me- lancholici, vt constet partibus omnibus tempe- ramento maxime varijs & quantitate. Sanguinis enim sinceri portio plurima deinde pituitæ & succi melancholici, bilis pauciſſima. Ex hoc sanguine, tanquam è penu, singulæ partes tra- hunt alimentum familiare, hoc est aliæ magis sanguineum, aliæ pituitosius, aliæ biliosius, aliæ magis terreum & melancholicum. Est autem sanguinis quidem materia chylus à ventriculo concoctus, causa autem effectrix tum natiuus calor, tum ipsa propria iecinoris caro, quam παρέγχυμα veteres medici appellarunt. Quem enim chylum ventriculus & venæ mesaraicæ præpararunt, iecur postea in sinum suum admit- tit, & in substantiā suā conuertere enititur, sibi- que prorsus similem reddere (hic enim vnus est omniū actionum naturalium scopus) non modo colore, sed etiā substantia. Quę quidē vbi ad me- diocritatem est cōsequutus, tunc sanguis vere est, inter chylum & ipsum iecinoris parēchyma medius. Est igitur sanguinis vere effectrix causa iecinoris caro: sicut seminis testes, & lactis glan- dulæ in mammis reconditæ: sed non ea quidem nuda & sola, omnique ope destituta, verum ca- lore natiuo prædita, quem omniū actionum na- turalium authorem esse Hippocrates asseuerat. Hic autem cum temperatus sit & modice humi- dus, plerique putauerunt sanguinem quoque ab eo genitum, calidum humidumq; esse opor- tere. Hippocrates tamen sanguinem calidum natura non esse existimauit, quod in mortuo animali calorem non retineat, cum tamen alij humores temperamentum proprium etiam post mortem retineant. Est enim pituita sem- per frigida humida, bilis flaua, calida, sicca, hu- mor melancholicus, frigidus, siccus. Ex quo ap- paret in viuo animali mistum aliquid esse san-

guini, cuius occasione calidus sit. Est autem id spiritus triplex, naturalis, vitalis, & animalis, & in eo spiritu ceu vehiculo & pabulo calor. Quāobrem sanguis, spiritus calorque natiuus simul moueri solent, nunc foris intro, vt initio accessionum, verecundiæ, per somnum, metum, mœrorem: nunc intus foras in augmento & statu accessionum, verecundiæ, vigilijs, gaudio, æstu, balneo, & id genus alijs: vnde fit, vt animalia sanguinea exanguibus sint calidiora, & partes corporis nostri quanto plus habent sanguinis, tanto plus habeāt & caloris. Hęc quidem cum sit præcipua sanguinis generandi causa, permulta tamen alia concurrunt, à quibus copiosior, purior, faciliusque vel contra prouenit: in primis quidem partium à quibus gignitur puritas aut impuritas, alimenti natura & quantitas, & naturarum proprietas quædam. Cęterum sanguis optimus & pulcherrimus, multum rubet, præsertim in venis. Nam ab arterijs fluens flauior est, vti & calidior, cum in venis sit temperatior. Dulcis præterea est, vt qui fiat à calore tēperato, & crassi ac tenuis medius. Est autem fibrarum plenus, ἶνας vocant, à quarum frigiditate ipsum coagulari scribunt Hippocrates lib. de carnibus, & Aristoteles lib. de histor. animal. vel hoc argumento, quod cui sanguini sunt hę fibræ vel ademptæ, vel à natura negatę, (vt damarum, ceruorum & camelorum sanguini) sanguis ille nunquam à frigido concrescet, cum tamen hepatis carni, sanguinis fonti, vti & pulmonum, lienis, atque renum fibrę nullæ sint, nec vllus è cæteris humoribus extra corpus concrescat. quo vno maxime indicio excretiones melancholici humoris à sanguine crasso & nigro discernuntur.

Αἷμα γυναικεῖον. de sanguine mulierum menstruo eóque morboso protulit Aristoteles c. 19. l. 3. de hist. animal.

Αἷμα δράκοντος. sanguis draconis. vide κιννάβαρι.

Αἷμα πικὸν χυμός. sanguis est apud Trallią. li. 12. c. 3.

Αἱμαπισμός. idē quod αἱμορραγία de qua suo loco.

Αἷματίτης. lapis est saturato colore niger & cinnabarin referens, glebę fere semper figura, sed aliquando vuarum modo efformatus, ex ramentis saxi rubri terræve, sicut & schistus lapis, concretus. Fit enim ex sedimine quod aqua abrasit à saxis terrisque rubris, vel hoc argumento, quod vbicunque αἱματίτης aut γῆ reperiuntur, ibidem sint saxa rubra & terra eiusdem coloris. quomodo in Sinopide rubrica hæmatitem reperiri Dioscorides scribit. atque ideo vel affrictus ad cotem, vel in pila tritus suecum remittit, vt & lapides omnes, qui eandem habent originis rationem. Quia vero is sanguineus ab hęmatite redditur, sic propterea dictum plerique volunt, inter quos est Aetius libr. 2. At Galenus quod lapis ipse sanguinei coloris sit, ita recte dictum putat Theophrastum sequutus: alij vero à propria vi nomen accepisse, quod sanguinem profluentem sistat. Adstringit enim & exsiccat, simulque calefacit atque extenuat. quibus facultatibus preditus multorum morborum præstantissimum remedium est, siue succus eius cote exprimatur, siue ipse vstus in puluerem vertatur. Vrendi autem rationem Dioscorides l. 5. c. 44. prodidit.

Vritur scilicet, vt Phrygius lapis, dempto saltē vino: modus vstionis est vt modice læuis fiat, & bullis quibusdam intumescat, idem lapis etiam αἱματίτης vocatur, vt tradit Nicandri scholiastes, nam & αἷμα sanguinem significat.

Αἱματίτινον (alij αἱματῖτιν legunt) collyrij nomen est ex lapide hematite factum, conueniēs aspredini oculorum. describitur à Gal. l. 4. τῶν κατ' τοπ. c. 7. Recipit æs vstum & lotum, lapidem hęmatitem crocum, opium, & gummi aceto excepta.

Αἱμάτινον & αἱματίνη, ius nigrum vocatur, vt inquit Pollux l. 6. quasi sanguiculus, seu igne excoctus sanguis, sunt qui αἱμάτιον esse hœdi sanguinem putent pro cibo concinnatum, quod ἀποπιμα etiam dicatur, ac ἀποφαγμα: Erat vero & aliud ius album, de quo vt & iure nigro vide in voce ζωμός.

Αἱματῖτις φλέβες, venę dicuntur sanguinem deferentes, vt ab arteriis distinguantur, quę spiritus vectores sunt, & φλέβες simpliciter dicūtur. huius appellationis meminit Hipp. l. de morbo sacro.

Αἱματῖτις κοιλίλωσις. vide κοιλίλωσις.

Αἱματικὴ ἢ αἱματώδης δυσεντερία. Sanguinea siue cruenta dysenteria. Vna est dysenteriæ differentia, in qua sanguis multus sinceruſque excernitur. qua in re à reliquis differt, in quibus varia excrementa, bilioſa, melancholica, & sanioſa vacuantur. Galenus comment. 4. εἰς τὸ ἐφ' ἑδρῶν annotauit eam non proprie dysenteriam esse, vt quę sæpe citra intestinorum exulcerationem accidat ob iecinoris imbecillitatē, aut intestinorum venis prę sanguinis copia fatiscētibus.

Quæ autē à iecoris imbecillitate est, ἡπατικὴ proprie nuncupatur non αἱματικὴ: cuius causa hepatis ἰσχνότης est, sua virtute sanguinem impellens ad intestina, quod his vocibus λαβρῶς καὶ ἰσχυρῶς, id est fortiter atque liberaliter expressit Hippocr. ac salutaris quidem illa dysenteria est, & periodica, purique sanguinis; vnde κατ' ἰσχὺν dicitur αἱματώδης, καὶ αἱματικὴ, talis est dysenteria epheborum & iuuenum quæ vere contingit, si forte careant hemorragiæ commodis à 18. ad 55. annum, quibus ætatibus fluit naturaliter sanguis è naribus: talis etiam dysenteria est eorum, qui ad curationem cruris perfracti, sic parte saucia collocantur, vt semper sit ἀνάκλισις dum curantur, talis denique eorum est, qui altero crure sunt mutili, si nullam quotidiani victus partem deduxerint: hæ omnes dysenteriæ, naturæ ipsius merito non morbi contingunt, nulla in ijs vlceris suspicione, sed ex sola hepatis ἰνφασίᾳ, fortique naturæ contentione.

Αἱματοφλεβοτομήσεις. Eo nomine, inquit Galenus in interpretatione vocum Hippocratis, Dioscorides existimauit significari suppressiones supertumescentis sanguinis. Alij vero intelligunt eo nomine plenas sanguine & tumescentes venas.

Alij αἱματοφλοιβοτομήσεις legunt, alij ἀματοφλυζοτομήσεις, huic quidem postremo, rectius conuenire videtur significatio secunda quam author dedit, sicut priori prima.

Αἵματων. antidotus è sanguinibus, vtilis ad venenata omnia, lethaliaque medicamenta, describitur à Paulo l. 7. c. 11.

Αἱματώδης οὖρον. sanguinolenta vrina, vide οὖρον.

Αἱματώδες ἀποχώρημα. deiectio cruenta, vide ἀποχώρημα.

Αἱμάτωσις & ἐξαιμάτωσις. sanguificatio quæ in hepate fit. est enim illud (inquit Hippoc. lib. de alimēto, τὰς ἀναιμάτους διαπνεούσας, & lib. 1. περὶ γυναικ. ἰκμάλιον dicitur fōs & origo gratioſi humoris: al-

» μάπτων autē ſic fieri exiſtimamus; exugūt meſen-
» terij venæ tenuiorem chyli portionē, quā præ-
» parant hepati, eamque ad Portæ truncum &
» radices, per hepatis corpus numeroſa ſerie ſpar-
» ſas, tranſportant: in illis venarum plexibus atte-
» nuatus, & leue quaſi rudimentum, non coloris
» ſed ſubſtantiæ & qualitatum adeptus ſanguis,
» facile ob venarum tenuitatem (ſunt enim te-
» nuiores in hepate quam alibi vſpiam venarum
» tunicæ) exudat, & per mediam viſceris carnem
» tranſcolatur, quo carnis contactu ſtatim &
» quaſi momento ruborem conſequitur: hinc aut
» per διαπήδησιν aut per eas anaſtomoſes à recen-
» tioribus deprehenſas in cauæ radices fertur, à
» quibus in truncum & ramos, tanquam per tu-
» bos & aquæductus in vniuerſū corpus excurrit.

Αἱμαίδιον. ſic dicitur quod fœno Græco ab radice ſtatim ſubnaſcitur, ſingulari caule, nec multum diſſimili conſurgens, verum multo breuiore.

Αἱμόκερχον. ſignificat apud Hippocratem quicquid in ſanguinis profluuio inducit eam tuſſiendi cupiditatem, quam medici κέρχον appellant. Eſt autem morſus quidam ſubaſper irritans in aſpera arteria. Erotianus vero dicit apud Hippocratem ſignificare ea, quæ ſimul ſanguinolenta ſint & ſicca. κερχὸν enim appellaſſe Atticos τὸ ξηρὸν. Heſychius autem αἱμόκερχα ſimpliciter exponit ἐγχωῦπα.

Αἱμοπτυϊκοί, ἢ αἱμοπτοϊκοὶ. dicuntur qui ſanguinem
» ſpuunt, ἀπὸ τῦ πτύειν τὸ αἷμα, vnde patet rectius
» ſcribi in antepenultima per υ ſicut apud Paulū,
» quam per ο, vt eſt apud Dioſc. & Gal. Sic autem
» in vniuerſum vocantur, qui ſanguinem quouis
» modo ex infernis partibus per os excernunt,
» quod multis modis accidit, ex gula ſiquidem &
» ventriculo vomitione reijcitur, ex gingiuis, lin-
» gua, & palato ſimplici exſpuitione, ex faucibus
» & gurgulione ſcreatu: ex gutture tuſſi parua; ex
» pulmone & thorace tuſſi validiore: verum me-
» dici ἀιμοπτυϊκὰς eos præcipue appellare videntur,
» qui ſanguinem tuſſiendo, ex pulmone aut tho-
» race per os educunt, qui frequens eſt affectus
» iuuenibus, vt habetur aphoriſ. 29. l. 3. Tribus au-
» tem potiſſimum de cauſis ſanguis per os educi-
» tur; vel enim exeſâ parte aliqua venoſi generis,
» vel ruptâ, vel ore venæ alicuius patefacto: Pri-
» mam διάβρωσιν. Secundam ῥῆξιν vel ῥηγμὸν αἵματος.
» Tertiam ἀναχόμωσιν Græci appellant, authore
» Celſo l. 4. c. 4. An vero ex pulmone, vel thorace
» prodeat excretus ſanguis, cognoſces ex reiecti
» ſanguinis qualitate & excretionis modo: etenim
» qui ex pulmone erumpit, flauus tennis & ſpu-
» moſus apparet, vt ex Aphor. 13. lib. 5. patet, Qui
» ſpumantem ſanguinem extuſſiunt, ijs expulmo-
» ne eductio fit; ex thorace vero nigricans, gru-
» moſus, & cum dolore prodit, quamquam ſcri-
» bit Ægineta l. 3. c. 31. ex gutture etiam ſanguinē
» ſpumoſum prodire propter reſpirati aeris com-
» mercium, ſed & ex pectore talis erumpit eadem
» de cauſa, vt docuit Auicenna, maximum autem
» ex pulmone educi indicium fuerit, ſi vna quæ-
» piam pulmonis particula tuſſi excernatur, vt ſę-
» penumero contingit.

Αἱμορῤῥαγία. ſanguinis profluuium. Eſt ſanguinis è vena vel arteria vacuatio, interdum critica, vt plurimum vero ſymptomatica. Ea autem tribus de cauſis contingere poteſt, tunica earum diuiſa, aut reſerato earum ore per ἀναχόμωσιν, aut tranſcolatus ſiue tranſmiſſus per διαπήδησιν. Diuiditur tunica vulnere, contuſione, ruptione, eroſione: ἀναχόμωσις accidit propter tum vaſis imbecillitatem, tum ſanguinis qui ad os eius impetu ruat copiam, adhæc acrem quampiam, quę illi extrinſecus incidat qualitatem: διαπήδησις ex tunica quidem ipſa rarefacta, ſanguine vero tenuato oritur: accidere præterea interim poteſt & ex gracilium vaſorū ore ad aperto. Cæterum à partib. fere omnibus profluere ſanguis poteſt; narib. ore, thorace, pulmone, ventriculo, iecinore, inteſtinis, & hæmorrhoidibus: atque earū partium ἡ αἱμορῤῥαγία dicitur, à quibus ille profluit. Verum apud Hippocratem cum ſimpliciter αἱμορῤῥαγία dicitur non addito partis nomine quæ ſanguinem fundit, id modo ſanguinis profluuium intelligitur quod è naribus manat, vt annotauit Galen. comm. 1. τῦ ἐπιδημιῶν. Cum autem τῆς αἱμορῤῥαγίας nomine omne ſanguinis profluuium intelligi poſſit, id tamen proprie dicitur quod confertim fit, ἀπὸ τῦ ῥαγῆναι, quod apud Hipp. ſignificat ἀθρόως ἐρμᾶν hoc eſt, impetu & cōfertim prodire vt Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις explicauit.

Siquidem cum modicus ſanguis ſenſimque effluit, conſueuit Hippocr. ἔβδυσιν appellare, quādo vero ſtillatim σταλαγμὸν. Sed & notaueris, aliquando Hippocr. voci αἱμορῤῥαγίας addidiſſe ἐκ ῥινῶν, ſcilicet partis nomen, vt 1. Epidem. tempeſtate 3. & Aphor. 27. l. 3. Addam & hæc, ſanguinem tribus dictis de cauſis, vel confertim vel paulatim erumpere, vaſe quidem eroſo ſenſim educitur, niſi magna adeo ſit iactura, vt etiam pars aliqua pulmonis, vel eius cartilaginis reijciatur, aut ſi caſus ex alto, vel compreſſio, vel aliud quid eiuſmodi grande ſuperuenerit: rupto vero cumulatim prorumpit, vt in aperto quoque fieri ſolet: Paul. autem l. 3. c. 31. hac in re diſſentire videtur à Gal. cum ait εἰ δὲ κατὰ διάβρωσιν οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τὸ αἷματος ἀναχωρῆ γίνεται, id eſt, ſi per eroſionem, non cumulate vel affatim, ſed ſenſim fit ſanguinis eductio. Gal. vero 4. de locis affect. inquit, αἱ δὲ ἐξ ἀναβρώσεως ἀθρόαι κενώσεις αἵματος ὁπόταν σφηνωθῶσι γίνονται βεκχύσεις πύου τοῦ εἰς τὸ πνεύμονα διαπεμπόμενου id eſt quæ affatim fiunt ſanguinis euacuationes ex eroſo vaſe poſt pauca fiunt ſputa, & acres in pulmonem fluxiones. quomodo igitur hæc cum Pauli verbis conſentient, Ætius l. 8. hunc in modum controuerſiam dirimit: quibus ex eroſione venarum pulmonis, eductio ſanguinis contingit, his per interualla modica ſigillatim expuitur, mox ſubijcit, fieri etiam poteſt vt ex eroſione ſanguis aceruatim erumpat, cum enim precedenti tempore paulatim quis expuerit ſanguinem, nec diebus inſequutis vel caſus, vel alia quædam cauſa violenta ſuperuenerit, ſanguinis tamen eruptio multa prodierit, magnam ſubeſſe eroſionem oportet, &c. Itaque primis diebus paulatim ex eroſione ſanguis reijcitur; Si acriores fluxus in pulmonem diſtillauerint quæ magnam eroſionem peperērint, confertim prorumpit.

Αἱμορῤῥοία ſanguinis profluuium apud Dioſcor. & D. Matthæum c. 9. de Chananæa quę ſanguinis profluuio laborabat.

Αἱμορῤῥοῖς. duo ſignificat. ſcilicet ipſum ſanguinis effluuium per venas quæ in ano ſunt, vt ſcribit Galenus libr. de atra bile, vbi ait ſymptomati hæmorrhoidis nomen impoſitum: tum venam ipſam, quæ in ano eſt, dilatatam, ſanguinemque

fundentem atræ bili mixtum. Sunt autem huius duæ summę differentiæ. Alia cæca est, alia aperta. Cæca dicitur tum quæ intra latet, nec videri potest, tum quæ conniuet, nec sanguinem vllum remittit; vt licet ex Paulo intelligere lib. 3. cap. 59. Similiter aperta duobus modis dici potest, vel quæ visu conspicua est, & tumet extra sedem, vel quæ sanguinem certis circuitibus fundit, quamuis in alto posita sit, & oculis non subiecta. Cæca ingentes dolores excitat. Aperta vt, si moderate quidem fluat, pleroſque morbos curat & imminentes arcet; sic nimium sanguinem excernens cachexiam, hydropem, alioſque graues morbos parit. Sunt vero & aliæ τῶν αἱμορροΐδων differentiæ, quas definitionum medicarum author recenset. Differunt enim inter se magnitudine, numero, figura, quod basim vel angustam vel latam habeant: loco, quod aliæ in ano, aliæ in sphinctere consistant: ad hæc more, quod aliæ mites, aliæ vero malignæ sint. Vnde autem hæ venæ prodeant, an à caua vena, an ab altera quam portam appellant, video apud anatomiæ professores controuersum esse. eorum tamen melior pars in eam sententiam inclinat, vt venæ portæ rami sint, nec ad cauam pertineant. Ac quamuis eæ solæ venæ quæ in ano sunt sanguinem effundentes, αἱμορροΐδες proprie appellentur, attamen ad earum similitudinem etiam venæ quædam circa vteros mulierum sanguinem profundentes eodem nomine a medicis dicuntur. Easdem enim fere habent quas & aliæ differentias, & paria symptomata inducere solent. Consistunt autem illæ aut in osculo vteri, aut in collo, aut in ipso vtero, aut, quod raro accidit, in pudendo: easque si non tactu, certe per dioptram licet intueri. Et illæ quoque sua incommoda, sicut & superiores, habent.

» Cęterum etiam αἱμορροΐδες nonnunquam sanguinem quacumque parte profluentem signi» ficant, vt prorrhet. 2. sic exponente Celso l. 2. c. » 8. Gaza apud Aristotelem marisças interpreta» tur: Est autem αἱμορραγίας vox amplior & ge» neralior, quam αἱμορροΐς, quanquam esse viden» tur vnius eiusdemque significationis.

Αἱμόρροος etiam serpentis quoddam genus est, sic » dicti quod morsu sanguinem, sanguinisque » profluuium excitet, ac dissolutis venarum com» mercijs, quicquid animæ est euocet per cruo» rem teste Solino.

Αἱμόρρους φλέβας vocat Hippocr. venas magnas & » insignes, quæ sectæ sanguinem magna copia » effundunt, quod ex paruis & exilibus venis eue» nire non consueuit authore Gal. com. ment. in » lib. de fracturis t. 24

Αἱμορροΐς & contracte Αἱμόρρους. mulier dicitur quæ » menstrua patitur.

Αἱματωτικά. Actuario 4. meth. c. 4. ea dicuntur me» dicamenta quæ vim habent sistendi sanguinis, » qualia (inquit) sunt quæ ex succis Polygoni, » plantaginis & hypocystidis, sigillo item Lem» nio ac spodio, atque eiusmodi quæ cicatricem » inducere, ac citra morsum siccare persuasum » est, conficiuntur.

Αἱμοφόροι. dicebantur inquit Galen. Therapeut. 9. » imperiti medici, qui in morbis venæ sectio» nem reformidantes ab illa abstinebant; contra » quos passim ille plura.

Αἰμωδία. dentium stupor. Sunt autem qui non simpliciter stuporem dentium, sed stuporem dentium à visu aut auditu excitatum interpretentur. cum videlicet ea, à quibus hi duo sensus abhorrent, percipiuntur: veluti cum limarum aut serræ attritus exauditur. Verum Galenus definit αἰμωδίαν esse affectum ori soli, nec tamen toti, sed dentibus gingiuisque accidentem ab acidis & acerbis cibis, eum oratione quidem explicare impossibile est, sed cum quis eiusmodi cibos manducauit, vt ijs dentes & gingiuæ male afficiantur, affectū hunc in eo, & omnibus similem esse credimus, qualem in nobis ipsis experimur. Sunt autem qui τὴν αἰμωδίαν nomine omnem simpliciter dolorem dentium intelligant.

Αἰνιάνες. dicitur apud Hippocratem qui est ab Æno ciuitate Thraciæ. eundem vero & αἰνιοπικὸν aliquando vocat.

Αἰολοῦσθαι. significat apud Hippocratem τὸ οἶον πλάζεσθαι ἢ πλανᾶσθαι, hoc est, quasi vagari & errare. Hac voce vtitur Hippocr. περὶ γυναικ. l. 2.

Αἶρα. Iolium. herba est hordei effigie, folio angusto, pingui, & hispido, semine exili, in cortice aculeato, flore subpurpureo. Nascitur ex tritico & hordeo, corruptis vligine seminibus, aut imbre nimio dilatis. Calfacit & siccat tertio fere ordine. Fecit ex eo emplastrum nigrum Heras, valens ad fistulas, & alarum inguinumque abscessus. refertur ab Aetio lib. 15. cap. de emplastris emollientibus & discussorijs. Inde deductum est ἄλευρον ἀλυσεῖον, siue αἰρᾶν ἄλυσεον, hoc est, Ioliacea farina, apud Hippocratem.

Est autem Iolium mali succi quod Galen. 1. de alimentorum facult. c. vlt. innuit verbis sequentibus: Cum (inquit) anni constitutio praua aliquando fuisset, Lolium affatim tritico innasci contigit, quod cum neque agricolæ accommodatis ad eam rem cribris exacte purgassent, neque pistores, quod paucus esset tritici prouentus, statim quidem multis caput dolere cœpit, ineunte vero æstate, in cute multorum qui comederant, vlcera aut aliud quoddam symptoma, quod succorum prauitatem indicaret est subnatum.

Αἵρεσις sexta: omnium qui se medicos profitentur scopus vnus est idemque finis, sanitatem nimirum si adest conseruare, si non adest restituere: in hoc autem fine cum omnes consentiant, non tamen omnes in medijs ad eum finem, neque in remedijs ad sanitatem comparandam consensêre, alijs vno modo, alijs alio ad eorum inuentionem progredientibus, atque ex illa varietate, in hominum ingenijs, non solum in arte medica, verum in omni scientia exortæ sunt αἱ αἱρέσεις sectæ, quas Tullius familias appellat, ita vt aliud non sit ἡ αἵρεσις, quam multorum hominum consensus in quamplurimis dogmatis artificiosè constructis, & ad vnum finem tendentibus: fuerūt autem in medicina sectæ celebres, Empiricorū, Rationalium, atque Methodicorū, sic ab eo medio & ratione, per quā vnaquæque remedia inuestigabat, denominatæ; de quibus suis locis plura leges; sunt autem qui sectā quartam addidêre, quā videtur inuenisse Agathinus Lacædemonius, vt Gal. docet in definitionibus medicis, ἐπιτωθαστικὴν quasi supercōpositā dixeris nominatā, alij ἐκτικὴν appellant, vel vt in alijs codicibus ἐκλεκτικὴν, id est electricem.

Αἱσχρομυθεῖν significat apud Hippoc. ἐν πάσῃ ὁπόθεν μῦθον, αἰσχρῶν ἢ ἀπρεπῶν ῥεγμάτων μνημονεύειν, id est,

turpium impiarumque rerum meminisse, sicut interpretatur Galenus comment. εἰς τὸ περὶ ἀπτικοῦ.

Αἰσθανόμενοι. dicuntur qui sensuum beneficio fruũ» tur, bene sentiunt, & eas actiones, quæ κατὰ φύσιν» fiunt, integris sensibus obeunt, mente con» stant, & ratione valent.

Αἴσθησις, καὶ αἰσθητικὴ δύναμις. Sensus & sentiendi» facultas: Tam inter se cognata sunt facultas & » actio, vt vix vnum sine altero intelligi, vel bene » explicari possit: vtriusq; igitur rationẽ simul ex» plicantes, Αἰσθητικὴν δύναμιν appellamus, vim illã » & potestatẽ quã anima tanquã de sinu suo pro» mit, & ad munerum functiones profert, quæq; » solis animantibus obtigit, id autem perinde est, » atque si dixeris insitam & vernaculam animæ » proprietatem quæ ipsa quidem accidens est, sed » animæ intimum atque adeo intestinum, vt ple» risque illius essentia putetur, hinc non raro vna» quæque pars animæ, facultatis appellatione de» scribitur, sed cui exquisita nominum rerumque » notio curæ fuerit, is non essentiæ animæ sed vi» ribus quæ ab illa dimanant, facultatis nomen » aptabit: facultates autem animæ tres sunt quæ » ex operibus internoscuntur, naturalis sentiens » & intelligens; opus vniuscuiusque effectione » quadam completur & in lucem prodit, eaque » effectio motio est efficientis; de naturali & in» telligente alias & seorsim: Sentiens vero facul» tas est, quæ belluis præest, & eas non animatas » modo, sed & animalia efficit; illa in cerebri cor» pore tanquam in arce & propria sede penitus » insedit, quod idcirco proprium sentiendi instru» mentum appellatur: sentientis autem animæ » facultates aliæ sunt rationis participes; huius » expertes aliæ, quæ sensus duntaxat impetu fru» untur; quæ autem brutis animantibus impe» rant, aliæ externa sentiunt, aliæ loco mouent, » aliæ cognoscunt: Quæ demum externa sentiũt » quinque statuuntur, cernendi, odorandi, au» diendi, gustandi atque tractandi: Quâ videt ani» mal, eâ ipsâ facultate nec audit nec odoratur, » nec gustat, nec tangit, tanta scilicet est inter » eas distantia, quam & instrumentorum & ob» iectorum in quæ incumbunt varietas peperit; » quocumque sentimus, id, quemadmodum cæ» terorum corporum vnumquodque ex subiecta » materia, & specie constituitur, sentiendi in» strumentum tanquam materia est, sensus tan» quam forma & ratio: est autem Αἴσθησις sensus, » facultatis sentientis opus, isque vel exterior est » vel interior: exterior, est potentia sensitiua in » animato corpore, quæ species rerum sensibiliũ » præsentes non absentes percipit extrinsecus: sic » visus speciem albi, nigri, rubri non nisi præsen» tem & non absentem oculis percipit; sic audi» tus sonum, cæterique similiter sensus obiecta » sua; ad omnem autem sensum, exteriorem præ» sertim, necesse est concurrere obiectum, instru» mentum, & vim sentiendi, neque enim is vno » duntaxat perficitur: est autem sensus partim » actiua potentia, quia cum obiecto suo sensionẽ » facit, partim potentia passiua, eo quod ab ob» iecto suo feriatur & moueatur, vt à colore feri» tur oculus & visus: Sic obiectum excellens & » exuperans corrumpit sensum, vt ab intuitu ra» diorum solarium corrumpitur vel hebetatur » visus, sic è contra obiectum nimis deficiens im» mutat sensum, vt à visibili nimis tenui hebeta» tur visus debilitanturque oculi: sic ab obiecto » inconueniente & incommodo debilitatur sen» sus, vt candidus color niuis dispergit visum; » sonus insuauis obtundit aures, grauis odor he» betat olfactum, vt distemperata qualitas tactũ » lædit: Sed & hæc notanda ad operationem sen» tiendi parum prodesse, vel organum ipsum, vel » medium, vel obiectum, nisi inter vtrumque sit » quædam mutua & iusta consensio ac proportio, » nam alioqui sensus facile decipitur ab obiecto » suo, & etiam omnino aberrat vt vel parum vel » nihil sentiat, quodquidem multifariam fieri cõ» tingit, nimirum si male sit affectum organum, » vt lingua febricitantis vel ægri & hebetes ocu» li, Sic ebrijs & furiosis pleraque duplicia viden» tur, quia oculorum acies, radij lumenque alie» nata mente & spiritu vrsino turbato deducitur » huc illuc, vt singuli oculi separatim videant pro» pter oculorum discordiam; Quare & lusci, ne » ebrij aut furiosi quidem facile duplicia vident, » nam vtriusque oculi radius semper in vnam » spectat partem, & eam quidem obliquam: item » si medium sit impurum vel inæquale male iu» dicat sensus de obiectis, vt in tenebris non po» test cerni color oculis, vt cœlo obducto, nubi» bus liquidis aut fumosis, male videmus solis lu» cem, sic etiam male de colore panni iudicamus » ad candelã, vt & longinquius videẽs arbores, iu» dicat esse animal, sic lineas tenuissimas oculi, » debiles sonos aures vix queunt percipere; item » si colores absint tenui discrimine à contrarijs, vt » ab albo & nigro vix differens difficillime depre» hendas, sic oportet esse eam quam dixi consen» sionem, atque proportionem obiecti medij & » organi, quæ proportio per exuperantiam aut » defectum vitiatur, sed mediocrẽ & analogum » sensibile conseruat & acuit sensum: Exteriores » itaque sensus omnino quinque sunt, tactus, vi» sus, auditus, gustus & olfactus, de quibus suis » locis: sensus autem princeps quem communem » & intimum appellamus, est potentia sensitiua in » animato corpore, quæ eorum sensibilium ima» gines, non solum præsentes, verum & absentes » contemplatur discernit, internoscit & iudicat, » sic per memoriam, canis conseruat speciem eius » hominis, à quo semel aqua iterum sit perca» sus, sic per phantasiam canis hero suo adulatur, » ignotum vero allatrat: ita multo nobilior est » sensus interior exteriore, tametsi absque hoc, » nihil admodum possit sentire sensus interior, » quia sicut fenestra immittit lumen solis, aut » Lunæ in habitaculum, alioqui caliginosum & » opacum; sic exteriores sensus, sua per organa, » immittunt species qualitatum, vel rerum sensi» bilium, ad sensum communem & reliquos in» teriores sensus: qui tres numero omnino sunt, » sensus scilicet communis, phantasia, & memo» ria, qui homini cum belluis animantibus sunt » communes: & sensus quidem communis of» ficia, atque operationes sunt. Primum cognos» cere ac discernere, actus & operationes sen» suum exteriorum. Secundo discernere & iju» dicare obiecta exteriorum sensuum, præsentia » vel absentia, quantum inter se conueniant aut » dissentiãt, atque hinc etiam nomen habet, quod » is communiter sensuum exteriorum officiis » fungatur. Tertium illius officium est, cognos» cere & diiudicare proprie, sensibilia communia » quæ septem sunt, magnitudo, numerus, corpus,

» motus, & tempus, locus, figura, hæc enim pro-
» prie cognoscit ille & diiudicat, quæ tactus at-
» que visus non nisi improprie & mediis qualita-
» tibus, aut coloribus apprehendit: Phantasia est
» potentia sensitiua interior consignans altius in
» sese simulachra sensibilium præsentium, vel ab-
» sentium ex ijs confusis & permistis, plerumque
» multa fingendo inducit, atque profert quæ sub
» sensum non venerant, vt homines volantes, bo-
» ues alatos, vnde cum in multa feratur nunquã
» sensu percepta, & quodammodo vim imitetur
» rationalẽ, ab Aristotele intelligentiæ larga ap-
» pellatione comprehenditur; illius autem orga-
» num est medius cerebri ventriculus, paulo fre-
» cior anteriore, vt imagines receptas à sensu
» communi per neruos diutius retineat, sicut
» cera sicca durabilius retinet formas impressas:
» in hac phantasia mire valent, ac agiles sunt me-
» lancholici, cholerici, somniantes, furiosi, phre-
» nitici, febricitantes, ebrij atque male grauitér-
» que affecti: memoria autem potentia est sensi-
» tiua interior, conseruans diutius longoque tem-
» pore simulachra obiectorum sensibilium at-
» que ex illorum apprehensione rem ipsam re-
» præsentans, vt recte definiri possit memoria,
» rei absentis per imaginis spectationem, cum
» temporis præteriti cognitione repræsentatio.

Αἰτία ἡ.

Αἴτιον. Causa. Multiplex semper habita est apud philosophos & in varias species digesta. De quibus tamen omnibus non est hic agendum, nisi quatenus earum cognitio distinctioque medicinæ conducit. Maxime quidem communis, & ab omnibus recepta causarum diuisio est secundum quatuor hæc genera, materiam, formam, efficiens & finem: à quibus causa omnis materialis, formalis, efficiens, & finalis dicitur. Materia, quidem siue subiectum (neque enim refert vtro modo appelles; sola enim ratione distinguntur, re ipsa eadem sunt) humanum corpus est: forma, quandiu quidem homo sanus est, probum temperamentum: cum vero ægrotat, ipsa morbi species in materiam siue subiectum impressa: vt calor præter naturam, formalis causa febris est. Efficiens autem, humor à quo morbus excitatur, aut intemperies, aut aliqua omnino incommoderationis solutæue continuitatis efficiens causa: finis vero in morbis, actio læsa. Interrogantibus enim nobis, quænam sint febris tertianæ causæ, responderi potest, hepar quidem causam esse, tanquam subiectum, vel calorem acriorem, vt formam, vel bilis putredinem, vt efficientem, vel hominis ægri interitum, tanquam finem, ad quem morbi omnes, nisi curentur, spectant: Veruntamen duæ potissimum considerantur, non à medicis modo, sed etiam à vulgo, efficiens & finis, sed maxime quidem efficiens à medicis, apud quos tam late patet, vt reliquas generali quadam significatione complectatur, & quæ de causis scripserunt, omnia propemodum ad eam referantur. Ea namque sola videtur corpus immutare, & ex sano ægrum reddere. Definitur esse à qua aliquid fit, vel (vt scribit Aristot.) quæ primum mouet. Nos latius vsurpantes causam efficientem esse dicimus, non solum à qua primo fit motus, sed simpliciter omnem, quæ rei efficiendæ præbet operam, siue primo & per se, siue secundo & per accidens, siue vt instrumentum; sicut videtur sentire Galenus li. 1. de loc. affect. Verbi gratia: iecinoris facultas causa est effectrix sanguinis. similiter & calor natiuus causa est eiusdem efficiens, quamuis natura eo videatur vti tanquam instrumento in omnibus munijs obeundis. Cæterum huius generis causarum materiam, inquit Galenus, iuniorum medicorum probatissimi quatuor generibus complexi sunt, eamque distinxerunt in sumenda, facienda, educenda, & foris incidentia. His enim causarum generibus non modo custodia sanitatis perficitur, verũ morbi etiam omnes generationem acceptam ferunt. Ac sumendorum quidem nomine cibus, potio, & si quid medicamentorum intro sumitur, atque ipse etiam aer inspiratus intelligitur: faciendorum vero, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, denique motus omnis: præterea somnus, vigilia, & venus: educendorum vero, omnia quæ in corpore continentur, quacunque ex parte ferantur. Ex foris incidentibus primus est circumdatus nobis aer, deinde quæcunque lauantium vngentiumque cuti propinquant. His enim omnibus alteratur immutaturque corpus, vel ad bonã vel ad aduersam valetudinem. Verum eadem causarum genera dilucidius mihi videntur distinxisse, qui omnes in externas aut internas diuiserunt. Est autem externa, quæ extra corpus posita, ipsum bene maleue afficit. Hanc & euidentem appellat, quod omnis prope oculis conspicua sit, aut alio aliquo sensu pateat: Græci προκαταρκτικὴν siue προκαταρκτικὴν αἰτίαν, aliquando πρόφασιν appellant. Eas medici in duo genera partiuntur, necessarias & non necessarias. Necessariæ quidem sunt, quæ extrinsecus occurrẽtes necessario nobis ferendæ sunt, quod nec eas fugere & declinare, nec sine ijs viuere liceat, vt in vniuersum aer, cibus, potus, motus, quies, quæ excernuntur, quæ retinentur, & plurimæ animi affectiones. Non necessariæ vero, quas vitare possumus, & sine quibus vita potest seruari, vt hic aer, hic cibus, hic potus: equitatio, ambulatio, somnus post meridiem, hic vel ille animi affectus: ad hæc omnia quæ casu aut fortuna contingunt. Interna vero causa dicitur, quæ intra corpus posita ipsum bene vel male afficit. Afficit & in obscuro posita, & morbos continens causa dicitur, à Græcis autem προηγουμένη. Huius generis est humor redundans vel deficiens, probus aut vitiosus, qualitates similiter modum seruantes vel excedentes. adhæc robur aut imbecillitas singularum partium. Sunt autem earum causarum duo genera. Vna est generis sui nomine dicta προηγουμένη, altera vero continens & proxima, quam Gal. indifferenter vel σωτικὴν, vel περιεκτικὴν, vel σωτικτικὴν scribit appellari posse. Est autem προηγουμένη quæ cum sit intra corpus, non tamen primo per se, siue immediate alicuius causa est, sed alia causa intercedente. Continens vero causa est, ex qua primo & immediate aliquid fit. Sunt tamen qui hanc postremam internæ causæ diuisionem in antecedentem & continentem, nugas esse putent, dicentes omnem internam causam simplicem esse, neque vllam continentem propriamque dici debere. In quo tamen, pace eorum, bonaque venia dixerim, errare mihi videntur. Nam quemadmodum in rebus externis vnius eiusdemque operis possunt esse plures

cauſæ ſeſe mutuo conſequentes, ſic & in interno corpore. Id quod exemplo plurium calculorum, quorum primus ab homine motus mouet ſecundum; ſecundus tertium atque ita deinceps; Gal. in lib. de ſympt. differ. aperte declarauit, & multis alijs ex reb. iudicare licet. Ignis enim rarior intra tormentum bellicum accenſus pilam æneam ſumma violentia impellit, hæc muros & arcem proſternit, quorum ruina melior firmiorque præſidij pars opprimitur, proinde reliqui arcem hoſti dedunt. Obſeſſionis quidem finis (quem & effectum dicere poſſumus) deditio eſt. Huius proxima continenſque cauſa (licet mihi, arbitror, hanc hypotheſim fingere) militum qui arcem tueantur paucitas; paucitatis autem, ruina arcis quæ maximam militum partem oppreſſit, ruinæ vero, ictus quo pila æneam arcem verberauit, ictus autem cauſa fuit ignis intra tormentum ſpatijs nimium anguſtis concluſus. Hæ quidem deditionis cauſæ fuerunt, nec tamen omnes primo & per ſe, ſed, vt ita dicam, mediatæ. Sic intra corpus res habet. Exempli gratia: craſſus & viſcoſus humor obſtructionem inducit, obſtructio perſpirationem cohibet, cohibita tranſpiratio putredinem excitat, putredo calorem præter naturam, hoc eſt, febrem accendit. Ex hac hypotheſi ſunt febris cauſæ quatuor ordine ſeſe conſequentes: è quibus proxima & coniuncta febris cauſa putredo eſt, prima autem & maxime remota, craſſus & viſcoſus humor; omnes tamen internæ ſunt. Itaque vt inter eas diſcrimen eſſet, veteres medici proximam cauſam continentem vocarunt, reliquas vero antecedentes, internas tamen & ipſas. Magna enim reuera inter eas differentia eſt. Non eſt igitur inſectandus Auicennas, ſi coniunctam continentemque cauſam à reliquis antecedentibus diſtinxerit. In hoc enim & rationem & Galenum authorem ſecutus eſt, qui ſimiliter eas diſtinxit cap. 5. lib. 1. de ſymp. cauſis, agens de ijs quæ in ſenſu tactus conſiſtunt. Torporis, inquit, cauſa eſt vita deſes, & ſuccorum craſſorum vel lentorum abundantia, quam internam eſſe non eſt dubium: continens vero, ſiue aliter eam appellare placet, *eſt talis quiſpiam in neruo affectus*, cuius occaſione à principio ad ipſum virtus tranſmitti prohibetur. Idem explicans aphoriſ. 30. lib. 7. Fiunt, inquit, alui excrementa ſpumoſa ſpirituoſo humore ex capite ad ventriculum defluente: fiunt & vaſis, quæ ad ipſum perueniunt, illum effundentibus. fieri poteſt aliquando & id ab ipſo ventriculo, vnam habens cauſam continentem, quomodocumque excernatur aut fiat, antecedentes vero plures. Eſt autem huius pituitæ continens cauſa flatuoſus ſpiritus, dum humori commiſcetur, vehementem habens motum & inæqualem, ita vt & ipſe diſrumpatur, & pituitam frangat in multas ac paruas partes. Talis vero motus ipſius cauſa eſt, & propria natura, & caloris nonnumquam multitudo. Verum nullibi euidentius quam in libris de cauſis pulſuum. quas cum ſtatuat triplices, externas, internas, & continentes: externas quidem hyemem, æſtatem, cibum, potum, motum, quietem & ſimiles: internas vero humorum craſſitiem, copiam, acrimoniam: continentes vero, facultatem vitalem, vſum & inſtrumentum: manifeſto continentes cauſas ſiue coniunctas ſiue cohærentes ab internis differre demonſtrauit. Ex his ergo apparet triplices eſſe cauſas, euidentes, antecedentes, & continentes, quæ & ipſæ in antecedentium genere continentur. Nec eſt tamen neceſſe omnes in omnibus rebus haberi, cum ſæpe vnius rei vna vel gemina tantum cauſa ſit. Galenus in Arte parua omnes cauſas in tria genera partitus eſt, ſalubres, inſalubres & neutras: ſalubres rurſus diuidens in conſeruatrices atque in effectrices ſanitatis. Inſalubres ſunt morborum cauſæ, & ex eorum numero quæ præter naturam habentur. Diuiduntur & cauſæ aliter in duas differentias, vt alia per ſe, alia per accidens dicatur; per ſe quidem cum propria & inſita facultate, nulliuſque interuentu aliquid efficit. per accidens vero, quando non propria & ingenita vi, ſed alio interueniente. vt aqua frigida corpori affuſa per ſe & proxime refrigerat, per accidens autem calefacit, denſata ſcilicet cute, & intus cohercito calore natiuo, & vires maiores colligente. Similiter ſcãmonium per ſe corpus calefacit, ſed quia bilem calidam expurgat, per accidens refrigerat. Eſt & alia cauſarum diuiſio in tria genera, in eam per quam res eſt, in eam ſine qua nõ eſt, in eam per quam melius eſt. Ea per quam res eſt, primaria & principalis dicitur, atque eadem cum ipſa rei forma videtur eſſe, per quam, vt ait Ariſtoteles, vnumquodque eſt id quod eſt, & agit id quod agit. Præcipua quidem ignis actio eſt, ea quæ ſunt eiuſdem generis congregare, & ſeparare quæ ſunt genere diuerſa: cuius actionis triplices ſunt, de quibus nunc dicimus, cauſæ. Ac primaria quidem per quam id ipſum agit, eius calor eſt à quo, vt à præcipua vi, ignis ſimpliciter calidus dicitur: ſecunda vero cauſa, ſine qua congregatio ſimilium & ſeparatio diſſimilium non fieret, eſt ignis & eorum corporum contactus ad omnem actionem neceſſarius: tertia vero per quam melius actio illa perficitur, eſt ignis ſiccitas, raritas & tenuitas. Sic enim & quæ congregantur & quæ ſeparantur, melius ſuis finibus terminantur, ipſeque ignis altius penetrans, & in minimas portiones diuiſus, in *mixtionis intima ſubit, & omnia quæ congreganda ſegregandaue ſunt*, contingit. Sic quidem ſe habent omnes fere cauſarum differentiæ. qui plures deſiderat, legat Ariſtotelem lib. 2. phyſic. Non eſt autem prætermittendum omnem cauſam ad aliquid dici; vt ait Galenus, ſcilicet ad effectum ſuum comparatam. Siquidem idem poteſt & cauſa & effectus dici, diuerſis tantum rationibus. Prohibita tranſpiratio effectus eſt obſtructionis: eadem vero cauſa eſt putredinis. Ex quo patet omnem cauſam in comparatione ad ſuum effectum dici.

Α'ιπολογικὴ. pars eſt medicinæ quæ cauſarum differentias & vires expendit. Cum autem cauſæ duplices ſint, vt docuit Galen. ſalubres & inſalubres, quarum illæ ad tuendam ſanitatem, hæ ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non eſt dubium ambarum cognitionem ad eam medicinæ partem ſpectare, ſed earum maxime à quibus morbi prodeunt: quam ob cauſam etiam à quibuſdam παθολογικὴ pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, ſed maximi ſemper fecere dogmatici Hippocratis veſtigijs inſiſtentes.

Αἰπώλιον. sic quondam apud Eboenses dictum est granum Gnidium.

Αἰων, ὁ βίος. apud Hippocr. vt docet Galenus in exeg. & comment. 2. in lib. de fractur. vbi ille τὰ αἰῶνα πάντα interpretatur, τὸν ὅλον βίον τὸ ἀνθρώπου, id est totam hominis vitam sic Lucretius expelli æuo pro vita fungi dixit. Hac in significatione Hippocr. lib. de hominis ætate dixit, τὸ ἀνθρώπου αἰῶνα ἑπτάμηνον εἶναι, id est septem dialem esse hominis vitam seu ætatem. Sed & αἰὼν spinæ medullam significat apud Hippocr. vt inquit Erotian. in lexico suo.

Αἰώνιον. sic dictum est à quibusdam τὸ ἀείζωον, hoc est, sedum maius, quod fronde sempiternum sit, & perpetuo vireat.

Αἰώρα. gestatio. Est corporis exercitatio ex motu statuque composita. Nam cũ aliæ omnes exercitationes corporis motione obeantur, sola gestatio ex motu & quiete mista videtur esse, quod permultæ corporis partes nullo per eam videantur motu exagitari, cum tamen totum corpus ab eò manifeste moueatur à quo gestatur. Quo fit vt hoc exercitationis genus vtilissimum leniſſimumque sit, nullam corpori lassitudinem inducens, nec tamen minus commouens magnis exercitijs. Ea calor natiuus, vt & reliquis ventilatur & excitatur, dissipantur superflua, corporis habitus robustior euadit, omnisque ad obeundas actiones stupor excutitur. Cum autem multis modis gestari corpus possit, hi præcipui sunt: primus in lecto, eoque vel pensili, vel rotis subnixo: secundus in lectica, siue in ea homo desideat, siue decumbat: tertius in curru: quartus in naui, qui omnium vehementissimus est, & mutationes plurimas maximasque inducit. Præterea species est τῆς αἰωρᾶς Escilatio Latinis dicta: hoc est pensilis quædam gestatio & agitatio corporis: qua per lusum veteres vtebantur ferijs Latinis, in memoriam & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infimum deijciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur. Siquidem homines eo lusus genere impositi transuerso tigno de arbore suspenso iactabantur, alternis in sublime euecti & depressi. Est etiam equitatio quædam species gestationis, verum minus propria, quoniam equitantes non equi modo, sed suo etiam motu manifesto exercitari videntur. Cæterum quibus corporibus affectionibusque singulæ gestationis species conueniant; Aetius l. 3. c. 6. explicauit.

Dicitur autem etiam ἀιώρημα & ἀιώρησις: gestationem vero illam pensilem, videtur adumbrasse virgil. 2. Georg. his verbis, oscilla exalta suspendunt mollia quercu, quod ille Romanos Troianorum colonos fecisse dicit Græcorum instituto & more, qui de arboribus molles sibi Bacchanalibus suspendere sessiones, & gestationes soliti erant, quas ἀιώρας appellabant, ita oscilla virgilio dici videntur quædam, vt sic dixerim, suspendicula, quibus se in aere pendentes agitabant, quod est apud Græcos ἀιωρεῖσθαι. Cæterum pro ἀιώρᾳ, etiam ἰώρᾳ scribi testatur Eustathius à quo fieri dicit ὑπὸ ἰωῆς.

Ἀκαθαρσία. vitiosorum humorũ illuuiem, & purgationis defectum significat Hippocr. 3. de morbis & li. de fracturis: ἀκαθαρσίας autem ni fallor, ad Galeni mentem, vertit Hermolaus putrilagines, immunditias enim ea vox proprie designat, quas eleganter, vt solet, maluit Hermolaus appellare putrilagines: sed & ἀκαθαρσία quoque de summa improbitate dicitur, vt impurum hominem sceleſtum vocamus.

Ἀκριες διαχωρήματα. Hippocrati dicuntur 3. Epidem. importunæ & intempestiuæ deiectiones, quæ nullum modum seruant, suntque immodicæ; siquidem, ἄκριτον est ὃ κατ' κρισιν, sic ἄκριτοι ἱδρῶτες 3. Epidem. dicuntur sudores intempestiui.

Ἀκριες πόνοι. dicuntur ab Hippocrate dolores, quos præsens eo temporis corporis dispositio non potest ferre vt annotat Galen. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. 4. comment.

Ἀκακαλὶς. semen est fruticis in Ægypto nascentis, fructui tamaricis simile. nomen habere dicitur à nympha Acacali. Vt autem scribit Hesychius, ἀκακαλὶς est flos narcissi.

Ἀκακία. est spina fruticosa, magnitudine arboris, non recta, florem gerens candidum, & semen lupino simile in folliculis. tota excepto caudice aculeata est. Nascitur in Ægypto triplex, alba, nigra, & viridis. Acaciæ fructum Galen. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους, κεράτια ἀκάνθης appellari scribit, hoc est, siliquas spinæ, ad differentiam opinor siliquarum arboris ceratoniæ, quæ simpliciter κεράτια appellantur. Ex semine succus cum sponte, tum vi & compressu manat, qui siccatur in vmbra, & ex maturo semine niger, ex viridi subrufus euadit: optimus est prorsus leuis & modice rubens. Dicitur & ille ἀκακία, arboris suæ nomine. Est autem testibus Oribasio & Aetio ἀκακία arbor eadem cum spina Ægyptia, nisi quod acacia etiam alibi quam in Ægypto nascitur. Acacia adstringit, acerba & frigida est secundo gradu, sicca autem tertio. Verum quæ in officinis hodie acacia ostenditur, non est illa veterum, sed ex bacculis prunorum agrestium coctis succus expressus tessellatim confectus insolatusque, quem pro vera acacia minimo errore vsurpamus.

Arbos autem hæc, ἀκακία dicta simpliciter ἀκανθη, seu ἄκανθος, Theophr. lib. hist. 4. c. 3. ex eo dicitur, quod tota aculeis horreat excepto caudice: eidem lib. 9. cap. 1. cum adiuncto ἀκανθη αἰγυπτία cognominatur; Plinius etiam l. 13. c. 9. spinam Ægyptiam vocauit.

Ἀκαλήφη. vrtica, herba est genere duplex. Vna syluestris, quam fœminam vocant, asperior, latioribus nigrioribusque folijs, semine lini sed minore. Altera non æque aspera, minuto semine. vtrique semen copiosum est & nigrum. Syluestris rursus plures sunt differentiæ. Quæ canina dicitur, acrior est & caule mordaci & simbriatis folijs: quæ vero odorem fundit, Herculana nominatur: quæ innoxia est morsu carens, anonium vocatur. Omnes tenuium partium sunt, & sine morsu desiccant. Sunt qui dictam velint ab acrimonia & vstione, quod ἀκαλὴ ἀφὴν habeat. Aliter etiam κνίδη appellatur, παρὰ τὸ κνίζειν, quod mordere significat.

Ἀκανθα ἢ ἄκανθος. herba est folijs lactucæ, multo latioribus & longioribus, erucæ modo diuisis, pinguibus, læuibus, nigricantibus. Caulem habet binum cubitorum, digitali crassitudine, læuem, prope verticem ex interuallis circundatum foliolis, ceu nucamenta quædam oblonga referentibus, spinosis, è quibus flos prodit albus, semen oblongum, luteum, caput thyrsi

ſpecie: radices glutinoſas, longas, rubentes, muſcoſas. Naſcitur in hortis petroſis & riguis. Non eſſet in aculeatarum cenſu, niſi foliorum extrema per caulem in ſpinulas occalleſcerent. Hunc alij παλίουρον, alij μεγάμφυλλον vocant. Ea videtur eſſe quæ in officinis brancha vrſina dicitur. Vim habet diſcutiendi & ſiccandi.

» Hanc autem alij ἐμπάκανθον dixere, quod na-
» tura ſua hæreat, nitatur, longiuſque foliis ſuis
» ſerpat.

Cæterum ab acanthi ſimilitudine tota etiam vertebrarum ſpinalis medullæ compages ἄκανθα dicta eſt, nec modo ipſa tota, ſed ſinguli etiã vertebrarum proceſſus in corporis poſteriora exerti, & aculeo ſpinæque non diſſimiles. Eſt & ἄκανθα peculiari nomine dicta pars ea τοῦ κνήμης, quam proprie ἀστράγαλον appellant, anterior ſcilicet tibiæ angulus, quia multum acutus ſit.

Ἄκανθα ἀχίτις. ἡ ἄκανθος ἄγριος. Acantus ſylueſtris. Eſt planta ſcolymo ſimilis, eiuſdem cum ſuperiore generis (hæc enim ſylueſtris, illa ſatiua eſt) ſed breuior & magis aculeata. Vires ſatiuæ conſimiles habet.

Ἄκανθα λευκὴ ſpina alba. Eſt frutex aculeatus, prunimagnitudine, cortice ligni candido; molli folio & chamæleonis albi ſimili, anguſtiore candidioreque, ſub hirſuto, ſpinis infeſto, flore albo odorato, acinis cum pubeſcunt viridibus, deinde per maturitatem rubris, myrti ſpecie, ligneo intus nucleolo, hos vulgo ſenellas vocant, deturbando calculo efficaces. Radix eius ſiccat; & modice adſtringit: ſemen tenue eſt & calidum.

» Dicitur alio nomine ἐρυσίσκηπτρον, vt habetur
» apud Dioſc. forte propter aculeos & lento-
» rem quem habet vitilium modo.

Ἄκανθα Αἰγυπτία ſiue Ἀραβική. frutex eſt, qui, vt ait Dioſcor. ſpinæ albæ ſimilis eſſe creditur, valde ſiccat & aſtringit. vnde & ſanguinem & alias defluxiones retinet.

Ἄκανθαι Spinæ quoque appellantur, quales ſunt
» in rubis ſeu vepribus, dicuntur etiam ἄκανθαι
» aculei qui circa roſam ſunt, à Latinis itidem
» ſpinæ: Per catachreſin etiam animalium quo-
» rumdam aculei ἄκανθαι vocantur: etiam meta-
» phoricῶς tribuitur ἄκανθα piſcibus, illorum ſci-
» licet aculeis quivulgo arreſtes: apud Athenæum
» quoque pro ſpina dorſi ponitur. Proprie autem
» ἄκανθαι dici putarunt quidam ſulcum ad lum-
» bos vſque, vocatum etiam ὑπόρραχιν; ſed Gal.
» hæc nomina diſtinxit 12. de vſu partium, totam
» enim ſeriem vertebrarum, vt Camerarius ſcri-
» bit, ῥάχιν appellat, atque in illa exteriores vigin-
» ti proceſſus, quaſi munimenta quædam, hoc
» eſt προβλήματα illarum, ἀκάνθας: denique apud
» Pollu. primus prime vertebræ proceſſus ἄκανθα
» vocatur, vt ſequentes duo κωνίλοφα ab eodem
» nominantur.

Ἀκανθικὴ dicitur lacryma helxines herbæ iucundi ſaporis, quæ in huius ſummo vertice continetur. hanc non ſimpliciter ἀκανθικὴν, ſed μαστίχῳ ἀκανθικῷ Plinius appellat lib. 21. c. 16.

Ἄκανθιον. herba eſt ſimilis albæ ſpinæ, foliis minoribus, per ambitum aculeatis & lanugine araneoſa obductis, qua collecta depexaque veſtes bombycinis ſimiles texuntur. Diminutionis forma dicitur quaſi ſpinula. Eſt enim albæ quidem ſpinæ proxima, ſed vt dictum eſt, minoribus multo foliis.

Ἀκανθὶς. dicitur à quibuſdam ἡ ἄκανθα Αἰγυπτία, vt habetur apud Dioſcoridem.

Ἀκανθίων. terreſtris erinaceus dictus eſt à Sorano, vt ſcribit Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους. propterea quod ἀκάνθωσις, id eſt, ſpinis armatus ſit.

Ἄκανθος. idem quod ἡ ἄκανθα, de qua ſupra.

Ἄκαρος. herba eſt ſpinoſa, breuis, latioribus, quam eryngij aculeis, capite magno, chamæleoni albo ſimili, eadem fere cũ acino herba, niſi quod acinos ocimaſtrum eſt, id eſt, ſylueſtris ocimi genus. ἄκαρος eryngio quibuſdam, inter quos Aetius eſt, contribuitur. Proxime accedit ad eam, quæ vulgo Gallorum calcatrepa nominatur.

Ἄκαπνον. à quibuſdam dicitur τὸ σάμψυχον, vt habetur apud Dioſcoridem. Sed & ἄκαπνα Græci vocant omnia ligna arida.

Ἄκαπνον μέλι. mel fumi expers, apud Ætium Tetrab. « 2. Sermo. 3. c. 24. ſic forte an illud dicitur quod « ex alueariis promitur nulla arte paratum, nec « igni admotum ne fumum redoleat. «

Ἄκαρνα. herba eſt cui ſpina eſt pro folio, vt inquit Theophraſtus, cneco ſimilis vrbano, colore tantum rufo, pingui ſucco, videtur genus quoddam eſſe atractylidis.

Apud Theoph. lib. 6. c. 3. & 4. legitur ἄκαρνα; At lib. 1. cap. 16. ἄκορνα, quam poſteriorem « ſcripturam apud Plin. legimus, apud Heſych. « ἀκορνὰ, ἀκανθώδες φυτὸν, planta ſpinoſa: eſt & « ἄκαρνα, δαφνὴ Laurus. Vide infra ἀκορνὰ. «

Ἀκατάστατον. inconſtans contrarium τῷ καθεστῶτι. dicitur de anno & eius temporibus: Hippocrat.

Vide καθεστὸς. Ἀκατάστατον ὕδωρ. inconſtans vri- «
na vide ὕδωρ. «

Ἀκατάστατος πυρετὸς. dicitur ab Hippocrate febris in qua nihil eſt καθεστικὸς, id eſt, firmum certumque, nec vnam exquiſite formam ſeruat; ſicut interpretatur Galenus comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Hippocr. etiam Aphor. 8. lib. 3. in vniuerſum « morbos omnes ἀκαταστάτους vocat qui ſunt in- « conſtantes & inordinati vide πυρετὸς. «

Ἀκεσὰ dicuntur ab Hippocrate τὰ ἰατὰ. hoc eſt, curabilia. ἄκος enim medicamentum ſignificat.

Ἄκεσις, ἄκεσμα, ἄκεσμα, ἡ ἄκεσμος, ἡ ἄκεσ. ſunt enim « hæc ſynonima, ſanatio medicatio medela: He- « ſychius ἀκέσματα exponit ἰάματα, & ἄκεσμον, θε- « ράπειαν, ἴασιν: exponitur & ὕγιασμα ſanitatis « recuperatio, conualeſcentia: Ἀκέσιας apud Hip- « pocr. exponit Erotian. ἰάσεις, hinc & deducta « vox ἀκεστὴς medicus ſeu medicandi peritus. «

Ἀκεστὶς. dicitur à medicis, vt ſcribit Plin. ea ſpecies « chryſocollæ quæ medicinæ vſibus inſeruit, fa- « ctitia nimirum ex pueri vrina. Vide χρυσοκόλλα. « Vide & Dioſcor. lib. 5. cap. 48.

Ἀκεστικὴ. dicitur ars medica Apollonio 2. Argo- « naut. & apud Hippocr. ἡ ἀκεστικὴ medicatrix. «

Ἀκεστρίδες Hippocrat. dicuntur obſtetrices libel- « lo de hominis ætate, quæ & ὀμφαλοτόμοι, id eſt, « vmbiliſecæ appellantur. «

Ἀκηκίδες. dicuntur Gal. comment. 3. εἰ τὰ ἐν ἐμπλάστροις « illæ medicamentorum compoſitiones quæ ce- « ra carent. «

Ἄκηρος. emplaſtri nomen eſt à Galeno compoſiti, quod deſcribitur à Paulo Æginetâ libro 7. cap. 17. & ab ipſo Galeno ad finem lib. 4. τῶν κατὰ γένη. valet ad vlcera maligna & vix ſanabilia.

Habet Paulus pro ἄκηρον ἀλόητον.

Ἀκμαία, dicitur in pulſibus media quies, quam «

alijs etiam nominibus ἀσυχίαν & ἡσυχίαν medici appellant, vt ait Galenus l.1.de differ. pulsuum.

Ἄκινος. herba est tenuibus ficcisque surculis, ocimo similis, odorata, sed hirsutior, à quibusdam syluestre basilicum dicitur, à Latinis ocimastrum, quod plane ocimum imitetur. Mediocres adstringendi vires habet, ideo & alui profluijs, & ignibus sacris medetur.

Ἀκὶς. vocatur ab Hippocr. ferrum sagittæ.

Ἀκμαστικὸς πυρετὸς. species est febris συνόχου, id est, continentis, genita ex humorum in caua vena putredine, vt ait Gal. lib.1.de diff.febrium. Seruat autem perpetuo similem tenorem, neque crescens neque decrescens, sed in eodem semper vigore consistit: quamobrem alio etiam nomine ὁμότονον Græci appellauere, vt scripsit Gal. lib.9. meth. med.

Ἀκμὴ. flos ipse ætatis, ætas integra & præcipuus corporis vigor. Translata inde vox est cum ad alia omnia, tum ad morbos. Sic enim medicis appellatur tempus morbi ordine tertium, in quo ille viget, summamque habet vehementiam. Duobus autem modis, vt & principium & incrementum, definiri potest, humoris concoctione & symptomatis. Priore quidem modo dicetur tempus id, in quo victrix natura materiam morbificam perfecte concoxit: altero autem, quæ magis frequens apud Galenum & medicos omneis definitio est, tempus totius morbi vehementissimum, in quo pleræque accessiones in statu eodem consistere videntur inter se prorsus similes, ipsâque pariter symptomata nec imminui nec crescere, vt non immerito tempus id à multis Status Latine appelletur. Est autem definitio hæc πασῶν τῶν ἀκμῶν communis: illa his modo conuenit, eorumque morborum est, in quibus certa spes est salutis.

» Vt autem de significato vocis huius addam » nonnulla, notandum Hippocr. lib. de vetere » medicina, ἀκμὴν etiam vocasse, id quod in qua- » que re summum est, hinc morbus dicitur ἀκμά- » ζειν dum summe intenditur ac viget, quod & αἴ- » θειν, quasi in flore esse dixit Hippocr. hinc ἀκμὴ » τῆ γυμνασίων Galeno dicitur 2. de sanit. tuenda c. » 12. summa exercitationis intentio, ac vigor. » Budæus summum cuiusque rei incrementum » ἀκμὴν vocat.

» Ἄκμαὶ etiam dici τὰς ἰόνθους, id est varos, » quoniam tempore τῆ ἀκμῆς, id est florentis ætatis in facie exoriantur, scribit Cassius problem. » 33. Itidemque apud Aetium l.8.c.13. inscribitur » περὶ ἰόνθων ἐν προσώπῳ, subiungiturque πρὸς δ' ἀκ- » μὰς χαλῶσι, sic enim esse ibi reponendum pro vo- » ce ἀκτὰς, nonnulli existimarunt.

Ἄκνη. est tuberculum paruum atque durum in facie, quod alio etiam nomine Græci ἴονθον Latini autem varum appellant. Sic appellatur quod non pruriat, nec ægrum ad se scabendum stimulet. Aetius lib. 8. cap. 13. ἴονθον atque ἄκνην idem esse scripto prodidit.

Ἄκανθα. spina dorsi. Hunc in modũ dicta fuit, quod animal eam κνήθῃ, hoc est, scalpere, non possit. Proprie quidem in solis quadrupedibus est; vt tradit Iulius Pollux. Homerus tamen etiam in homine partem mediam illam, quæ inter metaphrenum & lumbos est, ἄκανθαν dicitur vocasse. Est & herbæ nomen apud Nicandrum in Theriacis, quæ valet suffitu ad abigendos serpentes. Græcus Nicandri scholastes ambiguum id nomen esse dicit, quod aliquid interpretentur κνίδαν alij σκύλλαν aut ἀκαλήφην: Tyrannio quidem σκύλλαν: Apollonius vero Memphites κίνορον, quod alij κεντήτην appellant. Ego vrticam in eo opere interpretatus sum, vt dicta sit ἄκανθος per contrarium sensum, quasi πολύκανθος, quemadmodum & ἄξυλος ὕλη, & πολύξυλος, appellatur, & ἄλοχος vxor dicta est.

Ἀκοὴ. auditus. Est sensus aeris ab auribus perceptus. Est enim proprium auditus sensibile sonus & vox, siue aer percussus, siue aeris quædam percussio, instar vndæ progrediens, & in cerebrum ascendens secundum nerui auditorij ductum. Hic enim vna cum dura cerebri membrana in auditus foramen incidit, cumque ea in latitudinem sese explicans, meatum sublinit. Est autem præcipuum audiendi instrumentum spiritus auditorius, pars ipsius animæ, vt & reliqui quibus sensus & reliquæ facultates constant: secundarium autem auris, & ea quibus ipsa componitur.

Est & ἀκοὴ, inquit Ruffus, aurium foramen " per quod voces exaudimus. "

Ἀκόνη. apud Hippocratem in adiunctis libello de ratione victus, significat τὴν ὄνιαν, hoc est, mortarium; similiter & apud Theophrastum lib. de stirpibus 8.

Loco Hippocratis citato sunt qui ὄνιαν non " mortarium sed arborem interpretentur. "

Ἀκόνη. etiam à quibusdam, exponitur ex Iulio Pol- " luce, Pila, hirci pars iuxta tempora, intellige " autem hircum τράγον dixit Pollux, cauitatis eam " partem, quæ sub temporum extremitate in in- " teriorem neruum assurgit. ἀκόνη insuper cotem " significat, inde φάρμακον δι' ἀκόνης ex cote, de cu- ius virtutibus Gal. 6. κατὰ γένη c.2. agit.

Ἀκόνιον. coticula, medicamenti genus, cum quis attrito ad cotem medicamento aliquo duro & solidiore, vt gemmis multis atque ebeno, collyria effingit, quibus vel in oculorum morbis, vel in alijs affectibus vtatur.

Non est autem adeo clara huius vocis interpretatio, quin in ea explicanda plerique doctissimi Dioscoridis interpretes valde se torserint, Hermolaus enim Barbarus, Aconia medicis dici inquit, quæ in coticulis teruntur medicamenta, & recte quidem, sed qua forma illa sint non profert. Ruellius qui coticulæ vocem vsurpat, massam solidam, qua confricandi sint oculi, videtur intelligere; Cornarius puluillum attritione cotis paratum censet habendum esse pro aconio: in hac opinionũ varietate quid sit veri statuendum, haud ita liquido constare potest: hoc autem certum Græcorum nullum præter Dioscor. lib. 1. c.130. & lib. 5.c. 144. hoc vsum fuisse vocabulo, sicut & proculdubio, ἀκόνιον ab ἀκόνη, quod Græcis cotem sonat, appellationem habere; at vero parãdum esse ἀκόνιον, ex rei quæ dissolui possit attritione ad cotem, tùm & ad eam rem opus esse affusione alicuius humoris, licet colligere ex ijs, quæ apud Gal. 6. simpl. & 4. κατὰ τοπ. c.4. de Ebeno & de hæmatite, (ex quorum vtroque aconia fieri affirmat Dioscor.) leguntur. Succos igitur collectos ex lignis vel lapidibus, affrictione ad cotem vnà cum affusione humoris alicuius, vt aquæ albuminis ouorum, aut decocti cuiuspiam, ἀκόνια (quasi dicas coticularia medicamenta) à Dioscor. nuncupari, & ab eodem ad oculorum affectus com-

» mendari, tùm nec ſiccos pulueres, nec maſſas
» ſolidas, quas forte coticulas appellemus, hoc
» nomine intelligendas eſſe affirmari mihi iure
» videor cum nonnullis.

Ἀκόνιτον. herba eſt, genere duplex. Vnum eſt quod habet folia tria vel quatuor cyclamini vel cucumeris ſpecie, minora tamen & ſubhirſuta, caulem palmi altitudine, radicem incuruam & ſcorpionum caudæ ſimilem, ſine alabaſtri modo reſplendeſcentem. Dicitur hoc peculiari nomine alijs παρδαλιαγχὲς, alijs κάμμορον, alijs θηλυφόνον, alijs μυοκτόνον, alijs θηριοφόνον. Alterius autem tria ſunt genera. Vno ferarum venatores vtuntur, quod κυνοκτόνον atque λυκοκτόνον appellant: duobus reliquis medici. E quibus tertium, quod Ponticum nominatur, folia habet platani, ſed magis inciſa, longiora, nigrioraque, caulem autem pediculo filicis ſimilem, nudum cubiti amplitudine, vel etiam maiorem, ſemen in ſiliquis quadantenus oblongis. Cæterum cuiuſnam temperamenti ſit aconitum, nondum à medicis definitum eſt. Veruntamen ſi, quæ ab eo excitantur, ſymptomata conſiderentur, vt capitis quam inducit grauitas, & vertigines, quodque humorem in oculis copioſum prolicit, & flatus plurimos excitat, qui hypochondria diſtendunt, & ructus crepituſque multos pariunt, quodque authore Dioſcor. miſcetur oculorum medicamentis αἰωδίνοις, nemo dubitabit frigidum humidumque eſſe.

» Eam ob rem remediorum pars maxima quæ
» contra aconitum à Nicandro & Dioſco. præci-
» piuntur maximam ſiccandi facultatem habent,
» illis tamen qualitatibus non tam deleterium
» eſt, quam vi totius ſubſtantiæ: Cæterum ἀκό-
» νιτον, vt ait author, à quibuſdam θηλυφόνον dictum
» fuit, quod radix eius genitalibus omnium qua-
» drupedum fœminini ſexus indita, mortem eo
» die inferat, vt Plinius voluit lib. 27. c. 2. licet
» Theophr. lib. 9. c. 19. in genere, & citra ſexus
» diſtinctionem, protulerit quadrupedem om-
» nem necari impoſita verendis radice, aut folio
» intra eundem diem; alij quod feras ſeu belluas
» alias, ſi ab eis edatur, occidat, θηλυφόνον cogno-
» minandum cenſent, vti μυοκτόνον, quoniam vt
» Plinij verbis vtar lib. 27. c. 3. procul & è lon-
» ginquo mures odore necet: Quod autem ad
» nominis Ethymon ſpectat diu inter authores
» diſputatum fuit, vnde nomen adeptum eſſet,
» tandemque potior pars Theophraſto adhæſit,
» qui 9. hiſt. plantarũ, ſic ipſum vocatum ſcribit
» ab aconis, Peryandinorum, ſiue Maryandino-
» rum pago ad Heracleam Ponti: Plinius loco
» citato ἀπὸ τῶν ἀκόνων, id eſt à cautibus appellatum
» fuiſſe ſcripſit, in quibus nudis naſceretur, nullo
» iuxta ne puluere quidem nutriente. Hinc Ouid.
» 7. Metamorph. Quæ quia naſcuntur dura viua-
» cia caute Agreſtes aconita vocãt. Porro & aliam
» ſed longe incertiorem ex aliorum ſententia no-
» minis rationem idem Plinius attulit. Quoniam
» (inquit) aconito vis eadem in morte eſſet, quæ
» cotibus in ferri acie deterenda, ſtatimque ad-
» mota velocitas ſentiretur: hoc præterea notan-
» dũ de nominis ethymo, Athenæo κάνειον & ἀκό-
» νιτον, idem extitiſſe, quemadmodum Stephanus
» in lib. de vrbibus eum citans in voce ἀκόναι ſi-
» gnificare videtur; quo pacto Arabum quoque
» errorem emendare poſſumus, qui κάνειον & ἀκό-
» νιτον forſan idem putantes, turdos ſiue ſturnos
aconito veſci tradiderunt, cum non aconito ſed « cicuta (quæ κάνειον vocatur) eos nutriri Galenus, alijque verius tradant; Sicut enim vulgo « hodie Toxici nomine genus veneni quoduis intelligimus, ſic fortaſſis cicutam & aconitum veteres ἀδιαφόρως vſurparunt. Quomodo autem « aconitum homines interficiat, non fuit apud « veteres ſatis manifeſtum, ſed ex Theopompo « apud Antigonum in collectaneis Paradoxis colligere eſt, hoc facere, non qualitatum manifeſtarũ diſſidio, ſed occulto potius quodam modo: etenim cum Agatharchus tyrannus multos « aconito tollere, ſed & latere cuperet, legimus, « cum primum res illa innotuit, Heracleotarum « plurimos non exiuiſſe domo priuſquam rutam « comediſſent, quaſi vi nulla, vel arte alia ſeſe tueri poſſent; vnde fit, vt hoc venenum, etiam « extimarum partium contactu iugulare potuiſſe « credederint nonnulli, cum Heracleotæ domo « egreſſi venenum illico formidarint, niſi ſit il- « lud veriſſimile, Agatarchum, illo ſecreto com- « ponendi aconiti modo ad interimendos Hera- « cleotas vſum fuiſſe, cuius Theophr. 6. hiſtor. « plantarum c. 16. meminit, quando ſic compo- « ni ait, vt quibuſdam ſtatis temporibus, veluti « duorum trium, ſexue menſium, aut vnius anni, « vel duorum ſpatio occidat, atque hinc eos infœ- « liciſſime mori quibus longiori tempore corpus « conſumitur: fœlicius autem quibus citius; nec « vllam eius antidotum (addit ille) ſponte naſ- « centem inueniri, ſed quædam auxilia illis qui « acceperunt, eſſe reperta, ſiquidem incolæ non- « nullos melle, vino, & ſimilibus, ſed raro & cum « labore à morte reuocant.

Ἀκόνιτον. idem quod ἀκόνιαστον, id eſt, nulla calce oblitum, & non picatum. Nam Dioſcorides de fuligine reſinæ agens, ἀκόνιτον, τὸ τέφρᾳ ἀπιόωτον, exponit: & quod habetur apud eundem libr. 2. de cantharidibus. αἷς βαλὼν εἰς ἀκόνιτον ἀγγεῖον. Plinius ſic vertit, Conduntur in vaſe fictili non picato. etiamſi κονία calcem non picem ſignificet.

Ἄκονος dicitur à quibuſdam ἄκινος, vt habetur apud Dioſcoridem. «

Ἀκοντικὸν. medicamenti nomen eſt apud Heſych. « forte an à ſanandis τὰ ἀκόντων vulneribus ſic ap- « pellati.

Ἄκοπις. eſt gemma guttis aureis ſtellata nitro ſimilis, pumicoſa, ita dicta, quod cum ea oleum ſubferuefactum peruncti laſſitudinem, ſi credimus, inquit Plinius, ſoluat.

Ἄκοπον. dicitur proprie medicamentum, quod omnem laſſitudinem ex multo & vehementi corporis motu exortam illitu leuat. Hæc prima fuit τοῦ ἀκόπου ſignificatio. Sed vſus paulatim nomen id extendit etiam ad medicamenta ſimilem ſortita compoſitionem, quamuis alijs, quam tollendæ laſſitudini, commodis inſeruiant. Neque enim ad eam tantum, ſed ad dolorem etiam veterem in alto corpore deliteſcentem, vel ad motum ſenſumque difficilem, vel ad tenſionem ſcirroſque componuntur. Adhibentur & ijs, inquit Oribaſius, qui cum pinguedinem corpori inducere molliantur nihil tamen cibis, potibus, perfuſionibus, balneis, aliiſque id genus remedijs proficiunt. Quæ omnia vt ἄκοπα recte dici poſſint, ſatis eſt ſi humida ſint conſiſtentia & τοῖς ἀκόποις ſimilia. Ea autem media eſt inter συγχρίματα, & liquida cerata, tanto illis craſſior, quanto his liquidior eſt. Sunt autem τὰ ἄκοπα

fere

fere omnia facultate duplicia, alia calefacientia, alia emollientia. Quæ calefaciunt, pipere, pyrethro, semine roriſmarini, & ſimilibus conſtant, valentque ad neruorum vitia, & perfrictiones magnas, quæ vix vllo calore ſuperari poſſunt. Quæ emolliunt, durities, ſcirrhos, & infarctos articulorum ſinus diſcutiunt, atque morbis adhibentur diutinis. Additur vero ab Oribaſio tertia τῶν ακόπων differentia, eorum videlicet, quæ cutim ſcarificant. Cæterum miſcentur aliquando calefacientia emollientibus, illinuntúrque commodiſſime diuturnis affectibus, quique ægre elidi poſſunt, & quibus ſinapiſmus congruit. Miſcentur & vnguenta quædam ad ſolã odoris ſuauitatem, & μυροάκοπα appellantur, eiuſdem tamen cũ acopis generis & facultatis, & nihilo illis præſtantiora, præter odoris gratiã.

» De acopis, & plurimis eorum differentijs atq; » ſpeciebus plura leges apud Gal. 7. τῶν γλῶν c. » 11. 12. 13. ex Aſclepiade, Andromacho & alijs; » apud Paul. l. 7. c. 19. apud Oribaſ. l. 3. ſynopſ. » qui & eorum vſum docet lib. 10. collectaneo. » c. 29. qualem hic author recenſet; Acoporum » autem appellationem Latini retinuerunt vt » Celſus l. 5. c. 24. & Scribonius Largus compoſit. 156. & 161. Plinius ἄκοπα laſſitudines ſoluentia aut leuantia dixit.

Ἄκοπος. à quibuſdam ἡ αὐάγυεις dicitur auth. Plin.

Ἀκορὰ. herba eſt caule & foliis & lanugine ſpinoſa, mordax & cui ſpina pro folio eſt, authore Theophraſto, ſimilis cneco vrbano, colore flauo, ſucco pingui ſimilima τῇ ἀβακτυλίδι, ſi candidior eſſet, & decerpta cute ſanguineum cruorem funderet.

Ἄκορον, vel ἡ ἄκορος. herba eſt iridis folio, ſed anguſtiore, & radicibus non diſſimilibus, verum implicatis, nec in rectum tendentibus, ſed ſummo ceſpite obliquis, geniculis diſtinctis, albicantibus, guſtu, acribus & odore non ingratis. Calfacit & ſiccat ordine tertio. Hic vere eſt doctiſſimorum iudicio κάλαμος ὁ ἀρωματικὸς. aliis vero potius galanga maior eſt ſiue craſſior: cum tamen illa eiuſdem plane generis cum minori videatur.

Ἄκρητα. apud Hippocratem πεπληρωμένα, hoc eſt, repleta, vt exponit Galenus.

Ἀκουστικὸν νεῦρον & ἀκουστικὸς πόρος. apud Alexandrum » Aphrodiſeum, neruus auditorius, vel meatus au- » ditorius: vide πόρος ἀκουστικὸς.

Ἀκράπελα. dicuntur quæ ebrietatem fieri vetant, vel iam factam diſcutiunt. alio nomine ἀμέθυστα appellantur, de quibus ante dictum eſt.

Ἀκρέλεα. apud Hippocratem, τὰ ἄκρα, hoc eſt, ſumma & extrema.

Ἀκρασία. intemperies, vide δυσκρασία.

Ἄκρατα διαχωρήματα καὶ ἔμετοι. dicuntur apud Hippocratem deiectiones & vomitus, vnius tantum vacuati humoris ſpeciem habentes, & aliis humoribus impermixti, ſicut Galenus interpretatur comm. εἰς τὸ προῤῥητικόν. Maxime tamen ea quæ exquiſite & ſincere bilioſa ſunt, hoc nomine vocare ſolet, ſicut annotauit idem Galenus comment. in librum primum τῶν ἐπιδημιῶν. Cum vero apud Hippocratem ἄκρητος ὄψις legitur, nequaquam de rubente ſanguine diſtillante, ſed de nigro ſemper intelligitur, vt ſcribit etiam Galenus comment. 1. & 3. τῶν ἐπιδημιῶν.

» Sic quoque accipiendum quoties occurrit » αἷμα ἄκρητον, illas autem ἀκράτους ἐκπωματίδας, » malas eſſe inquit Hipp. aphoriſmo 6. & 22. l. 7. vt quæ exuſtam eſſe atque conſumptam natiuam omnem humiditatem à calore febrili demonſtrent. vide infra ἄκρατον.

Ἀκράτεια τοῦ σώματος. corporis ad motum impotentia dicitur in Coac. vt σκελιῶν τε καὶ χειρῶν ἀκρατίαι lib. de arte, in quibus crurum ac manuum motiones inefficaces redduntur: eſt & ἀκράτεια (vt noſter inquit author) cuiuſque partis imbecillitas, ſed propriè vitium ſtomachi non continentis quæ ſumpſerit.

Ἀκρατὴς γλῶσσα. Hippocrati Aphor. 40. l. 7. dicitur lingua, non incontinens vt quidam voluerunt, ſed quæ impotentia quadam ægrius mouetur, vt vocem articulatam & ſermonem exprimat; vel quę immota eſt, & omnino reſoluta, vt notat Gal. ad aphor. 40. l. 7. id vero vitij ſæpe fit, quando humore nimio imbuta lingua eſt, vt in temulentis.

Ἀκρατισμὸς, ſiue ἀκράτισμα, apud Athenæum l. 1. τὸ πρώϊον ἔμβρεγμα matutinus cibus appellatur ſeu ientaculum; origo vocis inde eſt, quia panis fruſta & offulas ἐν τῷ ἀκρατῷ, id eſt vino mero intinctas veteres horis matutinis edebant vt idem docet: ſic & Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, & 5. de loc. affectis c. 5. Diodoro Grammatico ſuadet, vt ad roborandum ſtomachum, quouis mane ἀκρατίσματι, ientaculo, pane ſcilicet in vino ſubacerbo macerato vtatur, quo ſtomachi ſubſidio, vir ille annis 20. integra inculpatáq; valetudine vitam tranſegit; dicitur & hoc ἄριστον ab Homero, vt ibidem docet Athen. & Theon apud Plutarch. ſympoſ. 8. Problem. 6. ait veteres, ἐργατικὰς ἅμα καὶ σώφρονας ὄντας, conſueuiſſe δεῖπνον ἄρτον ἐν ἀκράτῳ, καὶ μηδὲν ἄλλο, id eſt laborioſos pariter & prudentes ſolitos eſſe panem comedere, vino meraco intinctum, nihilque præterea, ſicut Theocriti quoque ſcholiaſtes annotat, ἀκρατισμὸν eſſe, cum φρωΐας ἔτι ὔσης, ὀλίγον τινὰ ὀξόμελι ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον πίνομεν: id eſt exiſtente adhuc matutino cum panem modicum manducamus & vinum meracum bibimus, deducitur vero ἀκρατισμὸς à voce ἄκρατος, quod propria primaque ſignificatione merum ſiue meracum ſignificat, ſæpius nec adiecta, quidem voce οἶνος.

Ἀκρατόμελι. idem quod τὸ οἰνόμελι. Latine mulſum.

Ἄκρατον vel ἄκρητον. propria primaque ſignificatione, merum ſiue meracum ſignificat, vt ἄκρατος οἶνος, quanquam plurimùm vſurpatur ἄκρατος, omiſſa voce οἶνος: dicitur vero etiam ἄκρατον ὕδωρ apud Athen. l. 2. & apud Homer. ἄκρητον γάλα, hoc vero dici catachreſticῶς eſt exiſtimandum. Per tranſlationem autem ἄκρατον, ſiue ionice ἄκρητον, duobus potiſſimum modis vſurpari legimus. Priore quidem quũ ἄκρητον dicitur generaliter quicquid eſt impermixtum, purum aut ſincerũ: Poſteriori modo vſurpatur, metaphorâ ſumptâ à vino quum aqua temperatur, ita debilitatis illius & infractis viribus, & quaſi vigore, quem dum merum eſt integrum habet, poſtquam vero dilutum, aliqua ex parte amittit. Quod vero ad primum illud ſignificatum ſpectat, ἄκρητον dicitur Hippocrati humor omnis mixtionis expers, vel omne excrementum feruidum, crudumque quod ſuo ſero dilutum non eſt, cuius generatio, vel partis alicuius vitio facta eſt, vel feruore & incẽdio febrili, ex hauſta aquoſa & ſerota parte: interdum etiam ſimplicem & impermixtam ſubſtantiam ſic appellat, vt pallidam bilem, purum ru-

» bentem & floridum ſanguinem, ſed rariſſime, » nam in Philiſco paſſimque alibi Gal. ἄκρητον αἷ- » μα, ἄμικτον ſeu male permixtum ſanguinem in- » terpretatur, κακόκρατον, craſſum nigrum & pro- » prij ſeri expertem, quia autem bilis inter omnes » humores maxime aquea humiditate diluitur, » cum cocta eſt atque naturalis, ac prima fere ac- » cenditur in febre, generatúrque ex reliquis hu- » moribus per incendium, idcirco Gal. per ἄκρητα » bilioſa meraca interpretatur.

Ἀκρατοποτῶν. vinum meracum bibere apud Pau- » lum l. 1. c. 100.

Ἄκρια. in prorrhetico dicuntur extremæ corporis » partes, hoc eſt pedes, manus, nares & aures. Ga- » len. vocat τὰ ἄκρια μόρια τῶν πεζῶν ζώων, ἀκρία in- » quam non ἄκρα.

Ἀκρίσπερον. hoc eſt, ἄκρας ἑσπέρας ἢ ἀρχομένης. Sum- ma veſpera, id eſt, prima & incipiente: apud Hippocratem & Nicandrum.

Ἀκρὸν. de ſummo & extremo naſo dicitur apud » Hippocr. 4. & 6. epid. στρόφιον Ruffo, & Polluci » ἀκροφύσιον dicitur, ſic & ἀκρὰ γλῶσσα, extrema » lingua, ſeu extremum linguæ dicitur ab Hip- » pocr. in Coac. quod ſcilicet adiacet primoribus » dentibus quod & περιγλώσσιδα aliàs appellauit.

Ἄκρατον. idem quod ἄκρητον. ſupra.

Ἀκροτύχολος. qui bilem meram congerit, apud Hip- pocratem.

» Dicitur & ἀκρόχολος Galeno ἐγγλώσσως.

Ἀκριβὴς. dicitur à Galeno quicquid in ſuo genere legitimum eſt & exquiſitum, numeriſque om- nibus abſolutum: vt ἀκριβὴς τριταῖος, febris ter- tiana, quæ veræ exquiſitæque tertianæ notas omnes habet.

» Sic apud eundem, ἀκριβὴς ἐρυσίπελας, plenum iu- » ſtumque, & method. 14. ἀκριβὴς διάτα, de qua » ſuo loco in voce διάτα: quod vero ἀκριβὴς non » eſt, νόθον Galenus appellat: Cæterum Ἀκριβὴς » ſic alij definiunt, quod tam ſubtiliter perpen- » ſum eſt vt non ampliatione egeat.

Ἀκρισία. duo ſignificat apud Hippocratem & me- dicos, στάσιν τῆς κρίσεως, hoc eſt, nullam omnino criſim, aut δυσκρισίαν ἢ μοχθηρὰν κρίσιν, id eſt, dif- ficilem malamque criſim: vt annotat Galenus comment. 2. in lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν.

» Nulla autem fit criſis in duobus morborum » generibus, primum in paruis morbis, quos na- » tura facile ſuperat ſine certamine & perturba- » tione critica, vel in longis, qui non valde natu- » ram copia, aut malignitate materiæ irritant, qui » nec celeriter mouentur: eſt & ἀκρισία in prauis » ac malignis, in quibus coniuncta eſt virium in- » firmitas, natura enim debilis certamen non ag- » greditur, criſis vero non accidit ſine perturbatio- » ne, & certamine naturæ, atque in his ægri inter- » dum ſenſim ſuperata virtute intereũt, interdum » in principio, multitudine materiæ, aut magnitu- » dine phlegmones perimuntur: difficilis vero & » mala fit criſis quando vel cum graui periculo, & » ægrotantis moleſtia, vel cum exitio, atque vel in » ipſo certamine interficit, aut facta ſubito in de- » terius mutatione, paulatim pernitiem & interi- » tum minatur.

Ἄκριτον πάχος. dicitur apud Hippocratẽ lib. de heb- domade, quaſi ἀδιάκριτον, hoc eſt, immenſum in- finitumque ſpatium. loquitur autem de eo quod eſt extra mundum, vel infinito vel inani, quod cogitatione informari non poteſt.

» Gal. in exegeſi. Henricus autem Steph. legit » ἄκριτος πάχος.

Ἀκροσπλὶς γλῶσσα. dicitur 7. epid. ἡ γλῶσσα lingua, « ἡ οἷον ἄκρα ἑαυτῆς μὴ διατιθεῖσα, hoc eſt, ἡ ἀδιαρθρω- « τος ὑπὸ δυσκινησίας, inarticulata propter motus « difficultatem, vt annotat Galen. in exegeſi, ſed « notandum apud eum quoſdam codices habere « ἀκροσπὶς, quoſdam ἀκρωπὶς, alios ἀκρωπὶς, Hippo- « cratis autem exemplaria habent ἀκροσπις. vide « γλῶσσα ἀκρωπὶς. «

Ἀκροσυρία. idem quod ἀκροσπιδία.

Ἀκρίδρυα. dicũtur fructus omnes arborei, ſed pro- prie quæ lignoſum putamen habent, vt malum Punicum caſtaneæ, piſtacia, auellanæ, inglan- des: quod genus appellatione nucum apud La- tinos continetur. eoque ἀπὸ τῶν ὀπωρῶν differre di- cũtur, quod hæc extetius lignoſi nihil habeant, vt pyra, mala, Damaſcena, pruna.

Vtrumque Genus Salgami nomine comple- « ctuntur Latini, vnde Salgamarius originem « duxit, vide ὀπώρα. «

Ἀκροδώρακες. Ariſtoteli in 3. problem. problem. 2. « illi dicuntur, qui leniter inebriati deliraut: quiue « de rebus quidem iudicium ferre tentant, ſed in « iudicãdo aberrant, quaſi medij ſint inter ebrios « atque temulentos: ſic Suidæ dicuntur ἀκρο- « μεθύσται & ἀκρατοπόται qui incipiunt inebriari & « quibus pectus incaleſcit potu meratiore, Ero- « tian. in Onomaſtico, vbi θώρηξιν ab Hippocrate « οἰνοποσίαν ſcripſit vocari, etiam vſque ad tempo- « ra ſua ἀκροδώρακας eos appellatos ſubiungit, τοὺς « μὴ ἐπὶ πλέον οἰνομεθύους, qui non multum vino re- « pleti eſſent, Plutarch. quoq; in 3. ſympoſ. pro- « blem. 8. Ariſtotelis ſententiam examinãs, idem « quod id omnino ſentire videtur, ἀκροθώρακας ni- « mirum corpus non adeo diſſolutũ habere, vt & « moueri & ſecundum ipſum aliquatenus opera- « ri non valeant, ſed eorum ratiocinandi vim mi- « nime liberam eſſe, itaque non video cur Clemẽs « Alexandrinus in 2. pædagog. ἀκροθώρακας, mini- « me rationem ac memoriã offenſas gerere ſcri- « bat, dum ſenibus Chriſtianis vt vino vtantur, « eo vſque indulget, quoad ἀκροδώρακος terminũ « non tranſgrediantur, vnde verum illius vocis « vſum omnino ab ipſo ignoratum eſſe perſpici- « tur, niſi corruptum eſſe textum iure quis opi- « netur, vt eius authoris edita multa eſſe apud do- « ctos cõſtat: Ἀκροδώρακας exponit Budęus qui leni- « ter appoti ſũt, quaſiq; pectore ten⁹ vino imbuti. «

Ἀκροκάθωνες, vel ἀκροκαθώνιοι. Athenæo lib. 11. di- « cuntur οἱ πλέον ἀκράτου σπῶντες, qui merum libe- « ralius hauriunt, videlicet ἐκ τοῦ κάθωνος quod po- « culi genus eſt apud Laconas, Heſychius ἀκρο- « θώρακας appellat à meri potu. «

Ἀκροκώλια. in macellis & culinis, extremi ſunt pe- « des mactatarum victimarum, ſeu membrorum « extremitates, aut edulli ex trunculis extremo- « rum parata, qualia ſunt pedes, aures, roſtra, & ſi- « milia, quæ edullia reponuntur inter cibos μυξώ- « δῆ, habentéſque aliquid γλισχρὸν ἢ ὄλκιμον: Sicut « autem pedes, ſic ἀκροκώλια, alia vocãt ὀπώδια, alia « ἐμπρόσθια, quorum Hippoc. meminit 3. de victu « in acut. Celſus ἀκροκώλια trunculos appellauit, « & Celſi imitatione Gaza apud Ariſtot. problem. « ſect. 23. quæſt. 40. «

Ἀκρολίπαροι. apud Athenæum l. 9. ij. vocantur, quo- « rum ſi faciem ſpectes, ſucculenti & pingues pu- « tantur, quibus tamen, vt inquit idem, τὸ δ' ἄλλο « σῶμα ὑπόξυλον, hoc eſt, qui reliquo corpore ex- « ſucci ſunt, & macilenti, itaque ἀκρολίπαροι dicun- « tur, quaſi qui in ſummo pingues. «

Ἀκρομφάλιον. ſic dicitur pars media vmbilici.

Ἀκρόπαθος. in ſumma parte affectus, apud Hippocratem li. περὶ ἐπικυήσιος. Apud eundem etiam in Prorrhetico κακίαι ἀκρόπαθοι dicuntur, qui videntur in ſumma cute ſeu ſuperficie corporis. quibus oppoſiti ſunt οἱ κρυπτοὶ ſiue ἐσωβρύχιοι καρκίνοι.

Ἀκρόπλοαι. ſignificant apud Hippocr. ea, quæ ſuperne,& tanquam in ſummo nauigãt & innatãt.

Ἀκροποδία. præputium. cutis quæ glandem integit:dicitur & ſimplici vocabulo ποδὸς. Verũ vt habetur apud Iulium Pollucem, ἀκροποδία, ſiue ἀκροπόδιον, non totum præputium ſignificat, ſed eam modo preputij cuticulæ partem quæ prominet,& vrinæ meatum integit. Cui etiam aſtipulatur Ruffus, definiens ἀκροπόδιον, τὸ ἔσχατον τῆς ποδὸς: id eſt, preputij extremum; dicitur & ἀκροβυστία.

Ἀκροείνιον. tota naſi ſummitas eſt, quam ſupra dixi-
» mus ἄκρον ab Hippocr. appellari. 4. & 6. Epid. &
» quam poetæ à rotunditate σφαίειον appellant, in-
» quiunt Ruffus & Pollux.

Ἀκροπάτης dicitur à Gal. in exegeſi, τὸ ἐπιπολῆς, ſeu
» ἐπὶ βραχὺ (vt quædam melius habent exempla-
» ria) μεταβεβλημένον, id eſt quod in ſummo ac ſu-
» perficie, ſeu leuiter immutatum eſt, ac putredi-
» nem contraxit.

Ἀκροπάθια. dicuntur hypochondria quod ſubij-
» ciantur coſtis, & velut in ipſarum extremitate
» poſita ſint, πάθια enim Polluci, vel coſtæ dicun-
» tur vel ipſa coſtarum oſſa.

Ἀκρόπυλος. dicitur à quibuſdam βρόμος herba, ſiue auena.

» Quædam exemplaria habent πτόρπυλος.

Ἀκρόχειρ. dicitur ab Hippocrate totum id quod à cubito ad extremam vſque digitorum aciem eſt, χεὶρ enim ab eodem nuncupatur quicquid à ſcapulis ad extremos vſq; digitos habetur, quod in brachium, cubitum & extremam manum diuiditur.

Ἀκροχειρισμὸς, Ἀκροχειρίη, ἀκροχείριος & ἀκροχείρησις.
» hæc enim Hippocrati ſynonima ſunt : erat au-
» tem apud veteres luctæ genus in gymnaſijs, quæ
» non toto collato corpore, ſed conſertis tantum
» ſummis manibus fiebat, à cubiti flexura ſcilicet
» vſque ad extremos digitos, vt ait Galen. l. 2. de
» ſanit. tuenda. Hac in lucta olim Soſtratum Pan-
» cratiaſtem maximam laudem conſecutum le-
» gimus apud Pauſaniã, & idcirco ἀκροχειρισθὴν, κατ'
» ἐξοχὴν vocatum, cum aduerſariorum ſummas
» manus tam fortiter apprehenderet, vt non prius
» eos dimitteret quam eliſis digitis dolore confe-
» ctos intelligeret; valetudinis autem ſtudioſos
» etiam huic exercitationi operã nauaſſe Galen.
» & Ægineta aſſerunt, Hippocratem ſiue Poly-
» bium ſecuti, qui in libris de diæta, ἀκροχειρισμὸν
» varijs corporis affectionibus commendauit, hu-
» ius autem vocis origo inde eſt, nimirum veteri-
» bus Græcis in frequenti vſu fuit, totum id quod
» à ſcapulis ad extremos vſque digitos eſt χεῖρα
» nominare; quicquid vero patet intra iuncturam
» & digitos, quod ſpeciali nomine χεὶρ appellatur,
» ἀκροχείρια & ἀκρόχειρον dicere, ſepe etiam ἄκραν χεῖ-
» ρα vt lib. 1. de fracturis apud Hippocratem.

Ἀκροχλίαρον τυπίσιν, ἄκρως χλιαρὸν. id eſt, ſumme tepidum, apud Hippocratem περὶ διαίτης ὀξέων. Eſt autem ſumme tepidum quod inter frigidum calidumque exquiſite medium eſt.

Ἀκροχορδὼν. eſt verruca dolens quæ ſub cute coit durior & paulo aſperior, calloſa & plerumque teres, coloris eiuſdem, infra tenuis, ad cutem latior, fabæ fere magnitudine, pueros maxime infeſtans. Vix vna tantum eodem tempore naſcitur, ſed fere plures, eæque nonnunquam ſubito deſinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem concitant: ſunt quæ etiam in pus vertantur. Dicitur hoc nomine propterea quod, vt ait Aetius, ſimilis ſit vertice ſuo reſectæ chordæ ſecundum extremitatem; vel ſicut exiſtimat Celſus, quod in imo vſque adeo ſit anguſta, vt pendêre videatur. Tota enim foras prominet, adeo vt exciſa nullam radiculam relinquat. Vnde & verruca penſilis à nonnullis Latine vertitur, quod baſi anguſtiore prædita videatur pendere, ſummæ chordæ ſimilis. In eo differt ἀπὸ τῆς μυρμηκίας. quod cum vtrumque vitium cutis excreſcẽtia ſit in tuberculi modum, hæc tamen preterquam quod ſimilem formicæ mordentis ſenſum inducit, baſim etiam habeat latiorem, & nigro colore prædita ſit, atque, vbi à chirurgo tollitur, ſanguinem fundat copioſiorem, quam eius magnitudo ferre videatur.

Ἀκρόψιλον. ſignificat apud Hippocratem nudum, quaſi τὸ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ψιλὸν. id eſt, ſumma in parte tenue, vel nudum.

Ἀκρώλενιον. Polluci τὸ ἄκρον τῆς ὠλένης, ſumma ſeu « extrema cubiti dicuntur. «

Ἀκρώμιον. eſt omoplatæ in ſuperiori eius fine in rectum tendens ἀπόφυσις, per quam ſcapula ipſa clauiculę copulatur. In hunc vſum à natura producta eſt, quo & firmior ea copula eſſet, quam veluti vallum quoddam ſic ἀπόφυσις illa contegit, ſimulque prohiberet, ne ſurſum brachij caput excideret. Definitur etiam à Galeno in libro περὶ ἄρθρων, ſpina in dorſo omoplatæ (quæ ipſam omnium maxime facit inæqualem & gibbam) elata, progreſſa, dilatataque. Item omoplatæ ἀκρώμιον vocatur, qua ipſa claui committitur. Alijs ἀκρώμιον dicitur os cartilagineum clauem cum omoplata connectens, ligamentis mẽbranoſis ab ipſo exortis. Quod quidem plerique hominis proprium eſſe aſſerunt, inque hominibus ſolis deprehendi, alioque nomine κατακλεῖδα appellant. Id primis annis cartilago eſt, deinde vero ętatis aut temperamenti ſiccioris occaſione in os degenerat. quo fit vt acromium ipſum Hippocrati os, Galeno cartilago dicatur. Quidam anatomes periti definiunt ἀκρώμιον eſſe τὸ σωτῆριον ſummi humeri cum clauicula, vt memoriæ prodidit Galenus in lib. de oſſibus.

Ἀκρωτὴς. dicitur lingua ab Hippocrate lib. 7. τῶν ἐπιδημιῶν, tanquam ſua ipſius extrema non informans, hoc eſt, inarticulata propter motus difficultatem, vt annotat Galenus in explicatione vocum Hippocratis.

Vide ſupra ἀκροαπλὶς vel ἀκροαπὶς.

Ἀκρωτήρια dicuntur extremę partes, ſiue extremitates corporis, τὰ ἄκρα vel τὰ ἀκρωτήρια. atque eo « nomine Gal. comm. in aphor. 1. l. 7. nares au- « res, pedes & extremas manus complectitur, vt « & comm. 2. in libr. de victus rat. in acut. & « comm. ad aphor. 26. lib. 7. hoc & nomine Ari- « ſtoteles, vt ait Budęus, vocat extremam digito- « rum partem, ſub vnguibus latentem, & extre- « mas oſſium partes. «

Ἀκρωτήρια. dicuntur proprie maiores & extremę corporis partes. Eo nomine Ariſtoteles appellat extremam partem digitorum ſub vnguibus latentem, & extremam partem oſſium.

Ἀκρωτηριασμὸς. est extremarum corporis partium, videlicet manuum, aut pedum, vel putrescentium, vel quarum ossa perierunt, per ferram dissectio. Namque vbi summæ partes, vt manus, aut pes, computruerunt, vel earum ossa contabuerunt siue ab externa causa disrupta, siue ab interno affectu putrescentia, quoniam inutilia redduntur, & noxam vicinis primum partibus, deinde vniuerso corpori inferunt, necesse est eos serrula præcidere. Verum prius necesse est corpora ossibus circumdata diuidere. Qua in re si quando metus est ab immodico sanguinis profluuio, recte consulit Leonides, non omnia primum corpora secanda, nisi ex toto putredine contabuerint, sed eam solum partem, vbi nec plures, neque grandiores esse venas aut arterias existimamus: quas tunc deuitare oportet, deinde os protinus serra præscindendum, & panniculus lineus partibus sectis circumponendus, ne serra per ipsa tracta dolores excitet. Atque tũc reliqua partè vasisque excisis ferramenta candentia vasis inijcienda, sanguinisque profluuio suppresso, linamentis insertis & conuenienti deligatura adhibita, medicamentis vtendum quæ pus moueant.

» Quod autem ad vocis huius etymon spectat,
» sunt qui putent ἀκρωτηριασμὸν & ἀκρωτηριάζειν, de
» aurium mutilatione proprie intelligi, quasi vi-
» delicet vox ὦτα hoc in verbo inclusa sit, sed hoc
» perperam, cum ἀκρωτήρια nihilo magis aurium,
» quam nasi manuum vel pedum ἄκρα dicantur,
» non est enim vox hæc composita.

Ἀκτία. legitur apud Plinium, & describitur ab eo graui foliorũ odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, vt hederæ, baccis mollibus. Sic dicta videtur quasi sambucea, id est, τῇ ἀκτῇ similis. Potest ea esse quæ Gallis dicitur hyeblum, quod est longe humilius sambuco, magisque herbaceo generi assignandum.

Ἀκτὴ. sambucus frutex est duorum generum. Vnũ arborescit, surculos habens arundini similes, rotundos, cauos, albescentes, proceros, & fere sine nodis: folia autem iuglandis tria vel quatuor ex interuallis circa ramos exeuntia, odore graui, incisuris pluribus. In ramis siue caulibus vmbellas fert floris albi, mox acinos terebintho similes, ex nigro purpureos, racemosos, succo plenos vinososque. Radices agit tellure summa, nec multas nec grandes. Alterum autem genus est herbę quam arbori similius, & breuius, humi iacens, caule quadrangulo, geniculato, densis articulis, folijs amygdalæ, per ambitum sectis, longioribus tamen & graueolentibus, quæ per interualla ex singulis geniculis pennata exeunt. Vmbellam in summo fert sambuco similem, floresque similiter & fructum. Græci vocant χαμαιάκτην, & Latini peculiari nomine ebulum. Vtrumque genus refrigerantis est, & siccantis facultatis.

» Apud Dioscor. & Aetium est ἀκτὴ, apud Gal.
» & Paulum ἀκτή.

Ἀκτίνη. dicitur à quibusdam τὸ βούνιον, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἄκτιον. acinus siue fructus sambuci.

Ἄκρατος οἶνος. vide οἶνος, vbi ordine alphabetico insi-
» gniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἄκυλος. glans ilicis. ὁ τῆς πρίνου καρπὸς, vt ait Hesychius. nam βάλανος, siue glans, proprie robori apud Græcos & Latinos tribuitur.

Ἄκυρον. dicitur à quibusdam τὸ ἅλισμα, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀλάβαστρον. est vasculum ex læui & lubrica materia efformatum, seruandis odoribus maxime conueniens, quod vt plurimum ex solidissimo & frigidissimo lapide conficeretur. Id quia propter læuorem suum non facile posset teneri manibus, sed dilaberetur, hoc nomen sortitum est ἀπὸ τοῦ α, στερητικοῦ μορίου, καὶ τοῦ λαβεῖν.

Ἀλαβαστίτης. est species marmoris, sic dicti quod ex eo ἀλάβαστρα vascula maxime confiecrentur: neque enim lapidis quem alabastrum vocant, id primum nomẽ fuit, sed quoniam ex eo alabastra fierent, inde vocari cœptus est: cum prius, vt scribit Dioscorides, ὄνυξ diceretur. Vim habet in medicina: namque vstus alabastrites si resina vel pice excipitur, duritias discutit: si cera, ventriculi dolores mitigat, sine his gingiuas reprimit cum sale fossili, grauitates oris & dentium extenuat.

Ἀλαβανδικὸς λίθος, ἢ Ἀλαζανδρινὸς, est lapis subniger & flauus, vt inquit Aetius, sed qui tamen magis ad purpureum inclinet. Pellucet quasi segmentis quibusdam aut fissuris discriminatus. Tritus pilos nigros efficit.

Apud Stephanum legitur Ἀλαζανδικὸς, & « ἀλαζανδινὸς per n apud Aetium. «

Ἀλαία φθίσις. dicitur apud Hippocratem libr. de locis in homine, corruptio, tanquam cæca & inuisibilis.

Ait Galen. ἐν γλώσσαις. hîc tamen post (ἀλαία) « tollendam existimo vocem φθίσις, est enim inter- « pretamentum, vt docet Gal. ibidem. «

Ἀλαλία. appellatur motus linguæ læsio, atque paralysis cuius contrarium est ἐυλαλία, καὶ ὀρθοίμα.

Ἀλαμπὴς πυρετὸς. febris non micãs apud Aretæum l. 2. de diuturnis c. 9. id est interius demersa, exterius non apparens.

Ἀλαὸς. τυφλὸς. id est, cæcus, apud Hippocratem.

Ἀλάπαστον. dicitur à Theocrito τὸ ἐξυλάπαδον ab effectu, quoniam aluum exinaniat. Attici enim ἀλάπαδα inanitiones appellant.

Inde dictam herbam λάπαθον, nuncupatam « scribit Suidas quia sit λαχανώδης καὶ κενωτικὸν. «

Ἀλάπτης significat apud Hippocratem eum qui sit ex Alaptis. Sunt autẽ Alaptæ opidum Thraciæ.

Ἀλάστορες. dicũtur apud Hippocratem tum facinorosi homines, qui talia perpetrant, ob quæ cruciari mereantur: tum dæmones ipsi eorum vindices.

Ἄλαπον. medicamentum ex sale confectum purgandi vim habens. Constat vt plurimum magna salis portione, semine apij, spica nardi, aniso, silphio, pulegio, petroselino, pipere, cumino, zingibere, scammonia, vel epithymo, vel lathyridibus pro specie vacuandi humoris. Vsus eius est aut cum cibis, sicut salis, aut mane etiam aliquo liquore dilutus ieiunis certa mensura exhiberi potest. Huius confectionis formulas aliquot habent Paulus lib. 7. cap. 5. & Aetius lib. 3. cap. 108.

Qui plura, & varijs modis concinnata refert, « quæque humores purgent, & quæ conueniant « Arthriticis, vertiginosis & Epilepticis, quæque « tertianam, quotidianã & quartanã sanent: Tral- « lian. l. 11. c. 1. nonnulla quoq; habet arthriticorũ « doloribus accõmodata; & li. 3. c. 6. alia surditati, « & mensibus mouendis, & lib. 12. c. 7. quotidianę « curandæ idonea. «

Ἀλβάνης, seu ἀλβάτης οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἄλβηλα. albula, Balnea erant aquæ aluminosæ in Italia, eáque astringentia, quorum passim Gal. meminit, vt 8. meth. & 1. de simpl. facult. quæque ad vlcera & fluxiones valere inquit.

Ἀλγήματα. dicuntur sæpe apud Hippocratem τὰ νοσήματα, hoc est morbi. & ἀλγεῖν similiter ægrotare, & ex morbo pati.

Ἀλεάζειν. significat apud Hippocratem idem quod θερμαίνειν, id est, calefacere.

Ἄλειαρ, τος, τὸ, farina frumenti proprie appellatur, vt ἄλφιτον hordei: pro ἄλειαρ tamen dicitur sæpe τὸ ἄλευρον, ita tamen vt illud sit longe quam hoc vsitatius.

Ἄλειμμα. vnguenti nomen est sic temperati, vt in oleo liquores tãtum aliqui, aut etiam adipes vel medullæ remistæ sint, & inde exactam olei spissitudinem acquirat. Id genus etiam simplici vocabulo μύρον appellatur. Si vero cera aut resina aut aliquid eiusmodi addatur, vt medicamentum ipsum crassitudine τῷ ἀκόπῳ simile euadat, cõposito nomine μυροθηκοπῶν nuncupatur.

Ἄλειον ὕδωρ. dicitur apud Hippocratem aqua conferto imbre collecta. ἄλειον enim idem quod confertum congregatum.

Ἄλειφα. apud Hippocratem oleum vel adeps.

Ἀλείπτης. Ab Aristotele 2. Ethicor. c. 6. & à Paulo Ægineta ἰατραλείπτης, & à Latinis vt Celso alipta. Non is videtur alius fuisse, quam qui Gymnastes in Gymnasijs dicebatur. is autem erat magister exercitationum omnium, qui earum vires, & facultates ad sanitatem proficuas apprime callens, illas quomodo fieri deberent, quamdiu, & quæ quibus conuenirent, tam Athletas quam cæteros exercitatores edocebat, quia vel medicus esset, vel medico par in multis, vt ex Platone 11. de legib. colligitur; Sic & Celso l. 2. c. 1. dum dicit hominem sanum nullis sese legibus obligare debere, neque medico, neque alipta egere, non alium quam Gymnastam intelligi voluit; necnon etiam Tullius in Epist. quadam ad Lentulum, in qua sic scriptum legimus: sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam vt alipte, virium & coloris rationem habere voluissent: vnde fit vt Clemens Alexandrinus Stromat. 6. sanitatem per medicinam, bonam vero corporis habitudinem per alipticam comparari dixerit, quãquam etiam aliquando pro vnctore ipso, vel pro vnctorum magistro aliptam accipi scio, vt apud Plutarch. in lib. de tuenda valetudine, & Celium Aurelian. sepius legere est, quo in significato Hippocratem ἐξαλείπτην potius dicere voluisse notat Gal. in exegesi.

Ἀλειπτήριον. Locus erat in Gymnasijs, in quo vngebantur qui luctaturi erant, ἐλαιοθέσιον Græcis vocatur, à Cecilio Plinio vnctuarium.

Ἀλειπτικὴ. vngendi ratio dicitur, quæ luctaturis solemnis erat, nimirum Luctaturi apodyterium ingrediebantur, & vngebantur, atque ita vncti, ad locum vbi puluis erat venientes illo conspergebantur, sicque deinceps ad exercitationes diuersas diuersi prodibant: postquam vero sese ad lubitum exercuissent, iterum ad vnctuarium reuertentes, ibi à mediastinis & reunctoribus, ferreis strigilibus detergebantur, in qua detersione, oleum puluis & sudor quę deradebantur, simul mixta in vsum medicum asseruabantur, idque ab Atticis κονίπολος, ab alijs vero πάπος vocabatur, vt ex Dioscor. Gal. Aetio & Plinio facillime confirmari potest: tametsi Auicenna libr. 2. mentionem etiam faciat sudoris sicci Athletarum, quem puto illum fuisse cui neque oleum, neque puluis inerant; postquam detersi erant, iterum diligentiores aliqui, valetudinis aut deliciarum gratia vngebantur, & nonnunquam inuncti balnea ingrediebantur, sed & postea egressi, denuo vngebantur, modo oleo simplici, modo varijs odoribus condito, modo diapasmate ad coercendos sudores, vt scribit Plinius: fuit & aliud mixturæ genus postremo inuentum, ex oleo, puluere & cera compositum, quo vngebantur, atque illud ceroma vocat Plinius, quo iuuentutem Romanam corpora exercendo, vires animorum amisisse dicit: Scribit idem Plin. oleum in Gymnasijs condiri odoribus sed vilissimis consueuisse: non solum autem ante exercitationes vngebantur, sed & post illas, atque post balnea, infinita prope variorum odoribus conditorum vnguentorum genera legimus adhibita, quæ soli lasciuię atque libidini inseruirent. Quo autem fine Gymnasia adeuntes vngerentur & puluere aspergerentur, varia varij authores tradunt: Hippocr. quidem 3. de dieta, terrarum puluerem oleo admisceri solitum scribit, vt suo frigore & siccitate olei æstum & humiditatem temperaret: vel puluere conspergebantur, vt corpora fortiora redderentur, sicut censuisse videtur Lucan. de Hercule & anteo sermonem faciens: ego vero cum Luciano existimo potissimum vsum puluueris extitisse, nec oleo manus perfusę luctatorum laberentur, neve sudore diffluerent, aut venti rarefacta corpora subirent: Oleo vero exercitatores vngebantur ad arcenda frigora & leuandas lassitudines: Gal. 6. de sanit. tuend. cap. vlt. existimauit oleum, tam ad exoluendam præteritam lassitudinem & futuram mitigandam, quam ad præparandam ad motus, conduxisse, quibus ceram additam cum eodem opinor, vt oleum fluxile diutius adhæresceret: Quæ vero post balnea, vnctiones adhibebantur, nemo dubitat inseruisse ne humiditas in balneis acquisita euanesceret, néve reseratis balnei calore meatibus, natiuus calor expiraret, quanquam etiam delicatiores aliqui post balnea, voluptatis & lasciuiæ gratia, odoriferis vnguentis vngebantur, aut siccis diapasmatis ad sudorem immodicum comprimendum, vt scribit Plin.

Ἄλειφαρ, τος, ἡ Ἄλειφα. apud Hippocr. oleum vel adeps dicitur, significat etiam vnguentum: Eustath. ἄλειφαρ quiddam inquit esse suaueolens quo vngimur, aut τὸ ἐλαιῶδες ἢ πιμελῶδες, dicitur & ἀλοιφὴ.

Ἀλεκτρεία. lapis est, qui in ventriculo & iecinore galli gallinacei aliquando reperitur. Habet vt plurimum figuram lupini, magnitudinem eiusdem aut fabæ. colorem modo in cinereo candidum, modo fuscum, sed dilutum: interdum vero crystallina specie est, sed coloris obscuri, fibrasque interdum habet subrubras.

Forsan autem legendum Ἀλεκτόριος; apud Plinium enim Alectoria est fœminimum, subaudito substantiuo Gemma.

Ἀλεκτρυόλοφος. crista. Herba est folio gallinaceæ

cristæ simili, caule tenui, & semine nigro in siliquis. A solo Plinio sic describitur, à reliquis veteribus silentio prætermissa.

Ἀλεξανδρῖνον ἔμπλαστρον. Alexandrinum emplastrum viride ad extrahendum. Recipit aluminis scissilis p. * VIII. salis ammoniaci p. * VIII. squamæ æris p. * XVI. myrrhæ, thuris, singulorum p. * XVIII. ceræ p. * CL. resinæ Colophoniæ aut pineæ p. * CC. olei heminam, aceti sextarium. Refertur à Corn. Celso libr. 5. capite 19.

Ἀλεξανδρῖνον κατὰ λεπρῶν κολλύριον. est siccum collyrium magnæ aduersus cicatrices atque albugines vtilitatis. Constat croco, spica Celtica, & terra ampelitide. Refertur ab Aetio lib. 7.

Ἀλεξητήριον. est antidotus & amulētum fascinationum & veneni cuiuscunque siue intro sumpti, siue morsu infusi. Placuit tamen quibusdam, vt ait Galenus, ea tantum ἀλεξητήρια nuncupari, quæ venenatarum bestiarum ictibus medentur: eoque differre ἀπὸ τῶν ἀλεξιφαρμάκων. Sed hoc discrimen nihil Galen. æstimat. Ego potius id inter ea, si quid differant, interesse crediderim, quod τὸ ἀλεξιφάρμακον intro sumitur, ἀλεξητήριον foris imponitur, nō veneni modo causa, verum etiam depellendæ fascinationis, vt quæ collo appenduntur. Verum apud Hippocratem ἀλεξητήριον simpliciter significat τὸ βοήθημα, id est, remedium. ἀλέξασθαι enim idem quod βοηθεῖν.

Ἀλεξιφάρμακον. proprie dicitur medicamētum quod deleterijs pharmacis medetur non extrinsecus quidem corpori impositum, vt quod ἀλεξητήριον nominatur, sed intro sumptum. Quæ tamen duo vocabula sunt qui confundant, nec putent differre. Dicuntur ἀπὸ τῶ ἀλέξειν, quod à veneni noxa vendicent. quomodo & amuleta Latinis ab amoliendo.

» Ambo autem illa communi nomine antidota dicuntur à Gal. qui discrimen hoc quod attulimus inter alexipharmaca & alexiteria parui » facit: ἀλεξητήρια vero siue Ἀλεξιφάρμακα, naturam » habent mediam inter corpora perpetientia & » medicamenta deleteria, vt videlicet, eadem sit » proportio corporis ad facultatem alexiteriam, » quæ illius ad deleteriam; & rursus eadem deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus: » ea propter propemodum omnia quæ deleterijs » aduersantur, si largius sumpta fuerint, grauiter animantis corpus oblædunt: est præterea » alexiteriorum natura duplex, siquidem eorum » quædam alterant deleterij medicamenti vim in » corpore, alia euacuant; Quæ alterant, hoc præstant, vel vna qualitate, aut duarum coniugatione; vel tota substantia. Quæ vero euacuant, » hoc agunt totius substantiæ similitudine, & subtilium partium caliditate, hæc docet Galn. 5. » de simpl. medic. facult. c. 18.

Ἀλέσιος. apud Hippocratem ἀθρόισις, id est, collectio & congregatio. vnde ὕδωρ ἀλέσιον aqua dicitur ab eodem conferto imbre collecta.

Ἀλίσουσιν, ἀθροίζουσιν, apud Hippocratem.

Ἄλευρον. vide ἄλφιτα: hac autem voce omnis in » vniuersum farina intelligitur.

Ἄλευρον. vide ἄλφιτα.

Ἄλεως, ἀθρόως. apud Hippocratem confertim & cumulatim.

Ἄλη. idem quod ἀλύκη, de qua postea.

Ἄλητον ἔλαιον. idem est quod τὸ ἀμυγδάλινον ἔλαιον, vt scribit Aetius lib. 7. cap. 69.

Ἄλης. ος. condensus, confertus, coacervatus. vox frequentissima apud Hippocratem.

Vt in lib. de diæta in morb. acut. & 1. γυναικ. « & lib. 1. de morb. Aliquando ei adiungit ἀθρόον, « vel συχνὸν vt in Coacis. prænotionibus.

Ἀλήθωσι. πλανῶσι. hoc est decipiant, apud Hippoc.

Ἀληπτοειδὴς ὑπογλύφημα vide ὑπογλύφημα. «

Ἀλθαία. ibiscus. Genus est syluestris maluæ, habet folia grandiora, &, vt cyclaminus, rotunda, lanuginosa, florem roscaceum, caulem binum cubitorum, radicem lentam, viscosam & intus candidam. Vis eius discutit, laxat, inflammationem abigit, lenit & phymata concoquit. Radix autem, & semen reliqua quidem intensa habet, verum exterit etiam vitiligines abstergitque. præcipue autem semen calculos confringit. In summa valet ad plurima, sicut Dioscorides prodidit. estque eius vsus in medicina tantus, vt inde nomen habuerit, quod inter primas sit vtilis, & pluribus polleat remedijs, ob quæ à quibusdam etiam ἀειαλθαία dicitur. ἄλθος enim remedium & ἀλθαίνειν mederi significat. Ex ea emplastrum Poletes faciebat eximij vsus, quod refertur ab Aetio lib. 15. cap. de emplastris emollientibus & discussorijs.

Hoc & medicamentum δι' ἀλθαίας describit « Trallian. libr. 11. c. 1. & commendat ad podagricos, viscera indurata, & morbos ex intempestiuo frigidorum vsu oborientes. «

Ἀλθεῖν, ὑγιάζειν. id est, curare & sanare, apud Hippocratem. dicitur & ἀλθήσκειν.

Ἄλθεξις, ἴασις. sanatio, apud Hippocratem.

Sed apud eundem & Gal. in basilica edit. pro « ἄλθεξις legitur Ἄλθαξις. itemque ξυναλθάσκειν « sect. 2. lib. περὶ ἀγμῶν, aphor. 12. alibi etiam ta- « men per ε, quomodo & apud Erotianum legi- « mus. «

Ἄλθῆρες siue Ἄλτῆρες. fuit apud veteres quoddam « exercitationis genus disco simile, quod in palæ- « stra actitari solitum scribit Galen. huius exer- « citij Gymnastici instrumenta, fuisse videntur « massæ lapideæ vel metallicæ, ansa vel manu- « brio additō, quō commode leuari possent ab « Athletis, vnde & καθῆρες dicti; nec dissimiles fuēre « fortasse ijs, quibus hodie publice ponderum « loco vtimur, nec assentiuntur quidam Budæo, « qui in Pandect. dixit ἁλτῆρας fuisse pilas siue « massulas plumbeas, quibus vtraque manu se « librabant qui certabant halmate id est saltu vt « certius assilirent: Galenus autem 5. & 6. de « sanit. tuenda halteres reponit inter exercitia « quibus supernæ partes exercentur, ideoque in « quodam qui acri calidoque semine abūdabat, « & ijs qui imbecillis sunt cruribus eam exercitationem laudat, quem secutus Alexander « Trallian. In curando priapismo illam quoque « commendauit, quod animaduerteret ipsam, « non modo ad retundendum infirmandumque « semen, verum etiam ad materiam in diuersum « trahendam, spiritusque flatulentos digerendos « conducere: Aretæus antiquus author, in capitis « dolore ἁλτήρων βολὰν præcipit: Paul. etiam « Ægin. lib. 4. c. 1. valide exerceri consulens Ele- « phanticos, illis saltum, halteres, & follis vsum « præscribit: Cœlius Aurel. lib. 4. chronic. c. 2. « scribit arthriticis conuenire cerum digitis « emolliendā dare, vel manipulos tenendos quos « palæstritæ halteras appellant; sed de hoc exer- « citij genere, quibus instrumentis fieret, quo- «

» modo & quem ob finem docuit fuse Mercuria-
» lis in arte gymnastica.

Ἀλθηία. vsus τῶ ἀλθηέων apud Galen. 2. de sanit. » tuend.

Ἀλίβαντες, Græci mortuos appellant, quasi ἄνευ » λιβάδος, nihil humecti in se habẽtes, vt pote tàm » caloris abitione, cùm frigore rigentes, vt scri- » psit Gal. 1. de temper. c. 3. Secus autem Ethy- » molog. ἀλίβαντας dici ait τοὺς διὰ πενίαν ἀτάφους, & » τοὺς ἐν θαλάσσῃ τελευτήσαντας, id est propter egesta- » tem sepulturæ expertes, & in mari vita fun- » ctos.

Ἀλιευτικὸν. est emplastri nomen, quod duplex habetur apud Aetium libr. 15. cap. de emplastris discussorijs & attractorijs.

Ἁλικάκαβος. est solani genus hoc priuatim nomine donatum, quod est frutex surculosus verius quã herba, folijs solano satiuo similibus sed latioribus, caule postquam increuit, prono & inclinato in terram. semine in folliculis rotundis ad speciem vesicarum (vnde & φυσαλὶς siue vesicaria nominatur, etiamsi Plinius scripserit sic dictam, quoniam ad vesicæ calculos valeat) orbiculato, singulari quale cerasium, rubenti & leni, & acinis vuarum simili, flore hederaceo, sanguineo, radice, cum siccescit, albicante. Officinæ alcaquengi vocant. Scripsit etiam Dioscorides halicacabi nomine alterum solanum τὸ μανικὸν nũcupari. Verum halicacabus & vesicaria vera est, quæ à nobis descripta est, vt inquit Galenus. Vim habet hortẽsis solani, sed cibis inutilis est. regium morbum purgat semine poto, & vrinam pellit. Fit ex eo pastillus ad omnem eminentiam, rimas pudendi, condylomata, verrucas & alia multa perutilis: quem describit Aetius lib. 14. cap. 3.

Ἅλιμα φαρμακα. Plutarch. In symposio septem sa- » pientum ea appellari tradit, quæ famem obre- » pere prohibent, hinc ἅλιμος. herba quam gustan- » tes famescere nesciunt.

Ἅλιμος. est frutex similis Rhamno sine spinis, folijs » oleæ, sed latioribus, sepimento vallari idoneus: » Σάλμον φαγμίτην, ex eo quod ἐν παρὰ θαλασσίοις καὶ » φαγμώδεσι φύεται vocat Dioscor. lib. 1. c. 121. vbi mas- » culino genere vtitur, dicitur enim etiam neutro » ἅλιμον, sicut apud Suidam legitur, quo authore » est & ἅλιμον βοτάνη δενδροειδὴς παρὰ θάλασσαν. » Theoph. neutro genere ἅλιμον vocat hist. plant. » lib. 4. c. 20. & de caus. plant. lib. 5. c. 22. Plin. » aureonem seu auronem Latine vocari scribit li. » 17. c. 24. duobus autem modis scribitur, mo- » do nude, mirabili (vt ait Solinus in Polyhi- » store c. 16.) effectu quod admorsa ea herba, fa- » mes interdiu nulla sentiatur, ab α priuatiua » particula, & λιμὸς quasi famem arceat, eius » enim folia decocta in cibos admittuntur; » modo cum aspirationis nota scribitur, non tan- » tum, quia in maritimis nascatur hic frutex » vt quidam volunêre, nempe ἀπὸ τοῦ ἁλὸς, sed etiam » quia testibus Galeno, Paulo, & Aetio gustu sit » ἁλυκὸς, hoc est sapore salso, qua quidem ratio- » nẽ alio etiam nomine ab Aetio ἁλιμενὶς dicitur: » inde & nomen habere testatur Plin. lib. 22. c. 22. » vnde patet eos manifesto falli qui ἅλιμον citra » aspirationem scribendum putant: tu vide num » Solini ἅλιμος à Dioscoridis Halimo planta di- » uersa sit: valet autem Halimi radix ad conuul- » sa, rupta, tormina, dragmæ pondere in aqua » mulsa pota, & lactis similiter vbertatem facit.

Ἅλιμον etiam à quibusdam vocari τὸ ἄγον Dioscorides author est, forte quod τὸ ἄγον & folijs & radice edendo sit, & famem cohibeat.

Ἀλίνιγον. est succi cuiusdam concreti species, acris, subamari, salsi, rari, tenuis, leuis, & aerei, qui facillime in puluerem solui potest, & ignem concipere, inque flammam mutari. Ex eo tormẽtarius puluis ad excutiendos globos ferreos apparatur. Conficitur vel ex terra quadam, qualis est in Saxoniæ campis, in aceruos condita & sarmentis contecta quo facilius putrescat. vel ex eo veluti flore & polline, quem tum in cellis vinarijs, tum in locis opacis gipsati maxime parietes exudant. Vbique fere salpetrum appellatur. Abstergit & vires non valde à nitro dissidentes possidet, etiamsi ab amaro & vero illo nitro multum differat.

Ἁλίξ. Paulo & recentioribus Græcis dicitur « alica quæ alio nomine χόνδρος. «

Ἀλίπτωνα. sunt medicamenta, vt ait Celsus, quæ cruentis protinus vulneribus injciuntur, quæ ἔναιμα Græcis vocantur. Hæc enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, atq; illius quoque impetum minuunt, tum glutinãt vulnera quæ id patiuntur, & cicatricem ijsdem inducunt. Constant autem ex medicamẽtis non pinguibus, ideoque ἀλίπτωνα nominantur, ἀπὸ τοῦ λιπαίνειν ἀφαιρετικῶς: hoc est, à pinguitudine, & α priuatiua particula. Dicuntur ab Aetio ἀλίπαστα ab eadem origine l. 13. c. 126.

Ἁλιπάσματα. dicuntur quæ ad sudores inunguntur, sicut διαπάσματα quæ sicca inspergunturvide διαπάσματα. « «

Ἅλις. significat ἀθρόον. hoc est, vniuersim & cumulatè. sicut Galenus interpretatur comment. εἰς τὸ προῤῥητικὸν. « «

Ἅλισμα. est herba cui folia sunt plantaginis, sed angustiora, & in terram reflexa, caulis tenuis, simplex, & rudis fistulæ instar cubito maior, capitibus thyrsi, flos albus, tenuis & aliquatenus pallidus, radices tenues, vt veratri nigri, acres, odoratæ, modicè pingues. A quibusdam δαμασώνιον, ab omnibus plantago aquatica vocatur. Sistit aluum & tormina: tumores illita mitigat, estque optimum leporis marini, ranarum rubetarum, & opij alexipharmacum.

Ἅλιπος. sic à quibusdam dictam fuisse πρὸ ἐλέγχου, Dioscorides author est.

Sed apud illum est ἰλεῖπος. «

Ἀλφολοιος arbor est glandifera, cortice & caudice crassissimo, & plerumque cauato fungosoque. Sola corde carere dicitur. nec alia putrescit in eo genere, etiam cum viuit. Pessima carboni & materiæ. breui putrefit, idcirco ædificijs damnatur. Sic dicitur quasi sal sicortex. amara enim esse perhibetur.

Ἁλκὴρ. βοήθημα, id est, remedium apud Hippocr.

Ἀλκέα. est species syluestris malue, cuius folia verbenacæ similia sunt, eoque modo quo illa diuisa, caules autem terni aut quaterni, cortice canabino vestiti, flos paruus, rosæ similis: radices albæ, obliquæ, quinque aut sex, cubitales. vulgo bisinalua syluestris dicitur. vsus radicis alceę ex vino vel ex aqua dysentericis, aluo citæ, ruptis, conuulsis. Ἀλκέα etiam dicitur à quibusdam τὰ ἁλίσιμα, vt habetur apud Dioscoridem capite περὶ ἁλίσιμα.

Ἀλκιβιάδιον. est secũda species anchusæ, quę & alio nomine ὀνοχείλις dicitur. Sic vocatam putant

quod ea Alcibiades ad formæ venustatem vti solitus esset. Vide in dictione ἀγχούσα.

Ἀλκίβιον. idem quo ἴγνον, authore Nicãdro in Theriacis. sic autem dictum est ab Alcibio eius inuentore, qui cum à vipera ictus fuisset, eius herbæ succo remedium adeptus est.

Ἀλκτάρια. pharmaca composita in Theriacis appellat Nicander tanquam ἀποσβεστήρια, id est, ὑποκριτικά, & morborum amulèta.

Ἀλκυόνιον. est spuma maris concreta admistis sordibus tenuissimis. Id ex auibus quas Græci ἀλκυόνας, Latini Halcedones vocant, hac de causa nomen inuenit, quod ex eo mari innatãte nidos fingunt & construunt. Eius, vt Dioscoridi & Galeno placuit, quinque sunt genera. Primum est figura spongiæ simile, sed spissum & graue, quod putidos olet pisces, & copiosum in littoribus inuenitur: alterum figura longiuscula, foraminibus plenum, læue, odore algæ simile: tertium ad vermiculi figuram propius accedit, & ad purpuræ colorem, sed est molle: id Milesium nominant: quartum lanis pinguitudine sordidis est simile, foraminibus plenum, læue: quintum quia leue, simile fungi videtur esse, intus quia asperum, pumicis: quod acre est, sed odore caret. Plurimum, vt Dioscorides scribit, in Bebico Propontidis insula nascitur: atque id patrio nomine ἁλὸς ὄγκια, id est, maris spumam, appellant. Hoc nomen nunc omne halcyonium obtinet, excepto subrotundo, quod ex figura pilam marinam solemus nominare. Vltimum genus non modo, vt reliqua, abstergit, & per halitum digerit, sed quoniam calidissimum cutem corrodit & pilos absumit. Theophrastus halcyonium pumicem esse scribit. Primum & secundum quia exterunt & inducunt læuorem, ijs mulieres contra lentigines, impetigines, lepras, vitiligines, nigredines, vultusque & reliqui corporis maculas vtuntur: tertium vtile vrinæ, angustijs & arenis in vesica concrescentibus, & renum doloribus, & aquis cutem subeuntibus. Crematur in fornace cum sale coniectum in fictile crudum, donec fictile coctum fuerit: lauatur autem Cadmiæ modo.

Ἀλαντοειδής. Est tunica fœtus, inter chorion & amnion media, tenuis, infirma & angusta, fœtum tantum medium ambiens. Vna est è tribus illis membranis fœtum inuoluentibus, sed tenuis & infirma, vt quæ gignatur ex ferosiore & muliebri semine, imbecillo & pauco. Angusta autem est, fasciæque modo infantem cingit: neque enim eum totum comprehendit, sed à mucronata cartilagine ad ilia vsque tantum extenditur, & ab vno vteri cornu ad alterum vsque porrigitur. Duabus autem tunicis constat, quarum vna chorio, altera amnio adhæret. Inter eas vrina fœtus continetur: vracus enim à vesicæ fundo in partem eius ampliorem inseritur, vrinamque ibi effundit, ipse postea per allantoidem tunicam diffusus, inque eam degenerans. Commodum enim naturæ visum est vrinam illam tam acrem vt nares allantoidem secantium feriat, eisque horrorem inducat, longius à fœtu in huius membranæ spacium abducere. Sic dicta est quod ἀλλᾶται, hoc est farciri, similis sit. Quod non ita intelligendum est, quasi re aliqua plena sit concisis carnibus simili, quibus intestina farciri solent (est enim allantoides inanis potius quam plena, præsertim qua amnio inhæret, nisi, si quando magna vrinæ copia sit, quæ cornibus allantoidis iam repletis in partem eius ampliorem regurgitet) sed quod intestino cuidam similis videatur, ex quo farcimina fieri consueuêre. Est enim figura longa, angusta, rotunda, extremis partibus in vteri cornua subeuntibus, paulatim gracilescens, donec in mucronem desinat.

Sed hanc tunicam non in humano fœtu, sed brutis duntaxat reperiri, & intestino cuidam laxiori vtrimque contracto esse similem, scripsit Ioannes Riolan. Anatomicus æui nostri diligentissimus, atque peritissimus.

Ἀλλογνῶν. παραφρονῶν, hoc est desipiens, apud Hippocr. quasi ἄλλα γινώσκων παρὰ τὰ ὄντα. id est, alia percipiens quam quæ sunt. Idem etiam ab Hippocr. ἀλλοφρονήσας dicitur.

Ἀλλοιοτροπεῖται. πέπαται ποικίλως. hoc est, vertitur varie apud Hippocratem.

Manu scriptus codex habet ἀλλοιοτροπῆ, quod verius est, & apud Hippocr. ἀλλοιοτροπίαι, in lib. περὶ τῶν ἐν τοῖς παθῶν.

Ἀλλοίωσις. alteratio. Est immutatio eius quæ præfuit qualitatis in contrariam qualitatem, vt cũ aliquid ex frigido calidum, aut ex austero dulce fit. Quod si alteratio motus est, motus autem omnis in ipso fieri esse suum obtinet, patet interea dum noua qualitas inducitur, alterationem esse: posteaquam vero inducta est, & in subiecto corpore remanet, non amplius alterationem, sed διάθεσιν, hoc est, affectum siue affectionem, nuncupari. Alteratur enim is qui nigrefit, vel qui calescit: alteratus vero est qui iam nigrefactus est, vel incaluit. Itaque alteratio, generatio est qualitatis. Nec vero si depositionem vel mutationem eius, quod prius fuit, dicas, id pugnet cum eo quod nunc dixi, alterationem generationem esse qualitatis, cum ambo in idem recidant. Nam & quæ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Verum quoties cuiuspiam, quod substantia non sit, generationem esse dicimus, non idem eo sermone significamus, sicut cum absolute generationem proferimus. Nam quæ absolute generatio nominatur, via est in substantiam: quæ vero huius vel illius generatio dicitur, via est in illius (vt ita loquar) entiam siue subsistentiam. Neque enim aliud est alteratio, quam rei affectæ assimilatio ad efficientem. Nam quicquid agit, nititur id in quod agit sibi assimilare, siue à primis qualitatibus, siue à secundis ipse motus fiat. Siquidem ab his qualitatum differentijs duplices in genere alterationes Gal. constituit, alias specificas, quæ proprie & primario dicuntur alterationes, alias vero quæ contrahunt, vel contendunt, vel quomodolibet aliter afficiunt corporis nostri particulas, quæ sane potius per abusionem quam proprie & primum alterationes nuncupantur. Ac specificæ quidem alterationes dicuntur, quæ ex specie aliam speciem inducunt, vt cum ex pane, ptisana, lente, sanguis, pituita, bilis flaua, & atra, atque ex his postea adeps, os, neruus, caro, arteria, vena, generantur, nutriuntur, & augentur. Siquidem dum in ventre venisque cibus concoquitur, easque quas exposui mutationes perpetitur, tota sua substantia alteratur, veteremque naturam exuit, in aliam transiens speciem. Itaque non modo cibi concoctio, siue

in ventriculo siue in venis & iecinore fiat, sed & assimilatio & nutritio species sunt alterationis, non etiam generatio, quam verius constare ex alteratione formationeque, quam alterationem esse dixerimus. At vero omnes eiusmodi in aliam essentiæ speciem alterationes mutationesque non aliunde, quam à caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate proficiscuntur, citra quas nihil potest ex specie in speciem commutari. Atque hac ratione & primæ & elementariæ & specificæ qualitates appellantur. Quæ autem ab alijs contingunt alterationes, veluti quæ secando, aut contundendo, aut segregata coarctando perficiuntur, nihil prorsus ex propria natura in aliam cõuertunt, propterea quod à secundis qualitatibus multo infirmioribus proficiscuntur.

Ἀλλοιωτικὴ δύναμις. Alteratrix facultas. Est facultas naturalis attractum alimentum parti quæ alitur assimilans. Siquidem demonstrauit Galen. in qualibet parte quatuor generatim esse facultates, quarum prima attractrix est, quæ peculiares parti succos & appetit & attrahit: alteram deinde esse alteratricem eius alimenti quod attractum est, eoque in opere alimentum mox futurum apponi, agglutinari, assimilari: atque huic alias duas postea deseruire, vnam quæ alimentum retineat, donec concoctio nutritioque peracta sit, alteram vero quæ expellat quod per concoctionem tanquam inutile secretum est. Itaque alteratrices facultates in omni animalis genere tot membratim erunt, quot habet in se elementares particulas alterandi facultate præditas. Habet enim vnaquæque particula similaris suam vim alteratricem, quæ ex menstruo matris sanguine eam particulam generauit. Dicitur autem ea generaliter quidem alteratrix, siue concoctrix, membratim vero assimilatrix & nutritoria. qua quidem vigente valenteque nutritio cuiusque partis optime procedit, infirma vero atque afflicta in atrophiam necessario incurritur. Porro alteratrix facultas ab insito cuilibet parti temperamento opus suum peragit: ac calida quidem humorem biliosum atque melancholicum gignit, frigida vero aquosum & pituitosum.

Ἀλλόκοτον. Vox est per metathesim producta ex ἀλλόκοτον, cuius significatio ad id omne protenditur, quod inusitatũ est & inauditũ, diuersum denique & abhorrens ab vsu communi, sic 1. γυναικ. vsurpauit Hippocr. loquens de muliere prægnante, quæ ἐμιήσατο ἀλλοκότων ἀεὶ βρωμάτων, id est, quæ alienos semper cibos appetit, alienos intellige, non, vt exposuere nonnulli, qui sint de mensa aliorum, vt Terentius ait in Eunucho, sed absurdos & inusitatos.

Nec & assentimur Galeno, ἀλλόκοτον explicanti ἄσαρκος, ἢ ἄγνωστον, partum obscurum, & ignotum, qui fortassis non certo cuiquam viro tribui possit, sed Erotiano potius ἀλλόκοτον exponenti ἐξηλλαγμένον, vt hac voce cibos intelligamus, non vsque adeo vsitatos, sed ab vsu communi abhorrentes.

Ἀλλοφάσκειν. verbum est non admodum vsitatum sed tamen vsurpatum ab Hippocrate. Significat autem vel παραφρονεῖν, id est, delirare, vel μεταπίπτειν ἑαυτὸν ἢ ἀπιδίαν, id est, corporis inquietudine vexari. dicitur ἐπὶ τῶν ἄλλα τι φάσκειν ἄλλα. nam qui delirant, varia & aliena, nec inter se cohærentia loquuntur. vel, vt plerique volunt, ἀπὸ τοῦ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλα σχήματα φάσεις. Id est, quod oculos in alias subinde figuras conuertant: id quod etiam delirantium proprium est. vt annotauit Galenus comment. in Prognosticum.

Ἀλλοφάσκοντες. παραφαίοντες. παραφρονοῦντες. hoc est, delirantes, apud Hippocr. Dicuntur & ab eodem ἀλλοφρονέσαντες, & ἀλλογνῶντες.

Et 2. Epid. διαλεγομένους ἀλλόγους, aliena loquentes ac fundentes vocat, ceu qui nec mente nec verbis sibi constent.

Ἅλμα. significat apud Hippocr. primum motum seu primam fœtus in vtero agitationem authore Hesychio, quem motum idem Hippocr. per vocem, ἀσπαρίζειν, expressit libr. de natura pueri.

Ἁλμάδες. dicuntur proprie oliuæ muria conditæ, sicut κολυμβάδες, quæ in oleo suo puræ innatant: quæ tamen nomina Græci per sæpe confundunt.

Sed nec desunt; qui ἁλμάδας ἐλαίας sim, liciter exponant conditaneas, vel condititias, vt & alij qui interpretentur, oliuas cum sinapi conditas, sic duas expositiones in vnam confundentes, nam apud Hesych. legimus, ἁλμάδες, κολυμβάδες, ἐλαίαι, ἢ αἱ ἐν σινάπει γεγυλισμέναι.

Ἁλμίαι. idem quod ἅλαι, id est muria, apud Dioscor. sunt qui ἁλμάδας apud eundem Salgama interpretentur.

Ἅλμη. Muria: nihil est aliud quam aqua salsa, quæ arte paratur; tam autem diuersis modis illa tẽperari potest, vt pro varietate tres eius summæ differentiæ emergant. Prima est muriæ multum dilutæ, vt in quam caseus etiam mollior demergitur, & in quam sal coniectus adhuc liquescit: ea dicitur ὠμοτάτη & γλυκεῖα 1. γυναικ. & Latine cruda, vt habetur apud Columellam: constabat autem ex aqua cœlesti, vel fontana, sale & melle vnà maceratis, qua solùm in vindemijs vina condiebant, vt fierent defæcatiora atque delicatiora, quod Græcorum ac Romanorum moris fuit, scilicet mustum cum aqua maris, aut muria ad tertias decocta, certâ mensura miscebant, vt docet Columella lib. 3. & Cato de re Rustica c. 104. & 105. vnde & Constantinus in Geoponico, torcularia marina aqua eluere & irrigare suadet: altera muriæ species erat, qua veteres ad olerũ, radicũ, pomorum, salgamorumque omnium condituram vtebantur, Græci ἅλμην σακτικὴν vel σακτὴν, id est muriam, vel salsilaginem stillatitiam, & liquidam siue percolatam, & à fæcibus depuratam appellarunt; Columella aridam, cuius faciendæ methodum docet lib. 13. c. 6. atque hæc εὔκρατος ἁλμὴ, id est bene temperata dicitur Gal. 1. κρ. πότ. c. 7. & 4. simpl. & Columellæ, nimirum in qua nec sal iniectus amplius liquefieret, nec caseus, aut ouum, vel alia demergi possint, sed innatent quæ sunt muriæ maturitatis indicia. Vnde matura eidem Columellæ vocatur, quasi iusto salis pondere confecta: hæc autem ex sale candido fiebat, vt docet Cato de re Rustica cap. 88. Tertia muriæ species dicitur, quum salgamis, carnibus, ac piscibus sale sicco maceratis, ex illorum madore sal tabescit, liquamen; vnde Hesych. ait ἅλμη τὸ ἰχθύων ζωμός: hæc tam salsa muria est, vt salis permultum, aquæ minimum in ea sit, & ἅλμυρος à Græcis vocatur, Gal. 4. simplic. δεινῶς ἁλμυρὰ, valde amara siue salsa:

» in eam sal ingestus nō liquescit, nec minuitur,
» sed integer in sporta permanet, Galeno teste,
» quod esse tamen experimentum maturæ muriæ
» etiam perhibet Columella: hoc muriæ genus
» tertium, Celsus locis aliquot muriam duram
» appellat, vt lib. 4. c. 9. & 15. ex eo scilicet, quod
» aqua, in ipsum salem vim suam exercere am-
» plius non possit, quod liquida tamen aqua, &
» non indurata faceret, salem colliquando. Plin.
» libr. 31. c. 6. duram non appellat, sed certam
» mensuram salis exprimit in aquam mergendi,
» quo dura aut moderata reddatur: hanc eandem
» Archigenes, citante Gal. libr. 1. κ τόπ. c. 7.
» ἀκρατον appellauit, atque inter remedia recen-
» suit quæ Phteiriasi conueniunt: Postremo
» etiam ex Scaligero notabis in Festum scriben-
» te, salem quoque durum ἅλμην veteribus non-
» nunquam appellari: muria autem omnis salis
» effectus præbet, & aquæ marinæ, siquidem ab-
» stergit, siccat, dysentericis infunditur, & ve-
» tustis coxendicum doloribus, atque ad fotus
» aquæ marinæ vsum præstat, liuida fotu discu-
» tiens, vt præscribit Archigenes apud Gal. 5. κ
» τόπ. has muriæ dotes confirmant Dioscor. lib.
» 5. c. 82. Gal. 11. de simpl. medic. facult. c. vlt. &
» Paul. lib. 7. c. 3.

Ἅλμυρος. ος, ον. est nitri species, quæ sua sponte ex terra efflorescit, & extra terrā reperitur, vel in conuallibus & campis, vel in lacu. Eo per æstatem canescunt conualles apud Medos, vt Plinius scribit. Sic autem dicitur partim ex sapore quem habet subsalsum, partim ex eo quod è terra erumpit. Vide νίτρον.

Ἁλμυὶς dicitur ab Aetio ἅλιμος, quia salsum olus sit & maritimum, de quo vide suo loco. est & ἁλμυὶς cuiusdam generis brassicæ nomen, vt tradit Athenæus, quæ ganeæ nata primatum sibi vendicauit.

Ἅλμυρον. idem quod salsum de quo plura in voce
» ἅλυκον.

Ἁλμυρώδης πυρετὸς. salsa siue salsuginosa febris. Est differentia febris apud Hippocrat. lib. 6. τ ἐπιδημιῶν. vnde autem hæc sumpta sit, non liquido apparet. Potest quidem ita dici à sapore humorum in quibus febris accenditur, accidente propinquissimo, saliāque vocari febris, quæ à salsa pituita nascitur, qualis est causus hybernus Hippocrati lib. 3. περὶ διαίτης ὀξέων. Sed cum Galenus locum hunc enarrans dicat ab Hippocrate tactus notas, non gustus differentias explicari, debet eo quidem authore, salsa febris vocari, quæ salis modo cutem ægri, aut manum medici pruritu magno mordeat. Id quod accidit dum fuliginosa & multum vsta excrementa per corporis habitum & cutem feruntur, vt in pruritus causis docetur à Galeno.

Ἁλμυρώδες ῥῆμα. Aphor. 12. libr. 6. Epid. sect. 6.
» dicitur cutis salsuginosa, quæ velut pruritum
» quemdam excitat, scabráque est: & in Coac.
» prænot. dicitur κοιλίη παρακωδης ἁλμυρωδέα πρόπυ,
» aluus perturbata salsuginis in modum, id est sal-
» suginosa multa & mordacia excernens, ceu sal-
» sam pituitam.

Ἅλογον. idem quod παράλογον, de quo suo loco:
» Galeno idem quod ἀσήμως, ἀκρίτως, & μὴ κ λό-
» γον, & comm. 2. in prorrhet. ἀλόγως λύεσθαι di-
» cuntur, quæ non solum cum nullo artis, aut na-
» turæ auxilio leuant, sed etiam, cum hoc factum
» quidem est verum non pro dignitate vel ma-
gnitudine morbi; Sed & ea dicuntur fieri ἀλό- «
γως, quæ præter rationem leuant, eoque nomi- «
mine valde suspecta. «

Ἁλόη. herba est foliis scillæ similibus, pinguibus, crassis, modice latis, rotundis & retrorsum repandis. Illa vtrinque sunt ex obliquo spinosa, & longioribus interuallis striata, breuia, curta atque in spinulas retusas truncasque desinunt. Caulem habet non dissimilem antherico, in quo, flos albus, & semen asphodelo simile. Radix ei vna est, ceu palus in terram adactus. Odorem emittit grauem, gustuque amarissima est. Succum fundit qui eodem cum planta sua nomine ἀλόη dicitur. Vnum arenosum, qui purissimi fæx est, & ab officinis caballinum dicitur forte quia veterinarijs medicamentis conuenit. alterum vero iecinoris modo coactum, quem succotrinum illæ appellant.

Aloe modice calfacit, spissat, densat, aluum soluit, & bilem detrahit. Efficaciorem esse, si pota ea sumatur cibus, Plinius affirmat. Paulus mane tradendam præcipit, noxæ taxans eos qui vesperi propinant, aut secundum cibum.

De aloes facultatibus, sit ne, ἀναστομωτικὴ vel «
στυφωτικὴ, video esse apud plerosque controuer- «
uersum: & Græci quidem cum Arabibus hac «
de re certant; Serapio Mesues & Auicenna ip- «
sam aperire orificia venarum, indéque sangui- «
nem elicere asseuerant, atque cum illis recen- «
tiorum nonnulli, Montuus Scalliger in exerci- «
ta. Sarracenus & alij: Dioscor. vero lib. 3. c. 24. «
& Gal. 6. de simpl. medic. facult. & 5. meth. c. «
4. aloem habere astringendi vim, ani venas oc- «
cludere, & Hæmorroidas sistere affirmant, «
idem & Plinius confirmat lib. 27. c. 1. idem & «
Auicennas ipse pluribus in locis; ego neutros «
male sentire in animum induco meum; Græ- «
corum quidem authoritati ratio & experientia «
suffragantur, à quibus liquido docemur, siste- «
re aloem, non modo erumpentes ex hemorroi- «
dibus sanguinis eruptiones, sed etiam san- «
guinis execrationes, nec non & alia quæuis san- «
guinis profluuia, vti conceptis verbis docuit «
Dioscor. loco citato. Sed neque Arabes ean- »
dem venas hemorroidum referare, atque adeo «
hæmorroidibus, sedique plurimum nocere per- «
peram scripto prodiderunt: siquidem vt nihil, «
Galeno teste 3. de temperam. sumptum & ad- «
motum vires habet easdem: sic & aloe pro va- «
ria vtendi ratione diuersos, planeque contra- «
rios sortitur effectus, atque vt myrrha vteri ve- «
nas aperit, ea tamen scissis apposita sanguinis «
fluxionem cohibet; vt & Cepe comesum non «
lædit, impositum vero cuti pustulas ciet; ita «
aloe foris adhibita, qua pollet emplastica, & «
sarcotica facultate, fluentem vndecumq; san- «
guinem sistit atque cohibet; intro vero sumpta, «
hemorroidas recludit, siue totius substantiæ fa- «
cultate, seu ex accidenti, vel propter mordaci- «
tatem humorum quos educit, vel ob amaro- «
rem insignem, substantiæ crassiori coniunctum, «
cuius quidem ope vasorum oscula referat, & «
facultatem expultricem irritat. Sed (inquies) «
controuersiam illa plene non dirimit explica- «
tio quando quidem loco cit. scribit Dioscorid. «
etiam potam aloem sanguinis excreationes «
compescere, idipsum docuit Auicen. cap. de «
sanguinis sputo, hoc & idem loco cit. Plin. & «
Gal. 5. meth. Respondeti potest. In aloe dupli- «

» cem ſubſtantiam contineri, vnam quidem ter-
» renam & craſſiorem, alteram vero tenuiorem,
» atque ex illa ſubſtantiæ diuerſitate fieri, vt aloe
» ſanguinis quidem excreationes aſtringendo ſi-
» ſtat, ipſarum vero hemorroidum oſcula reclu-
» dat: ſiquidem ad partes reſpirationi dicatas, tã-
» quam propiores, terreſtres illius, aſtringentesq;
» que portiones facile deducuntur ab ipſa tenui
» ſubſtantia, in qua amaritudo ſita eſt: contrà ve-
» ro ad venas ani, ceu nimium remotas, illius qui-
» dem tenuiores partes ſat facile, terreſtres vero
» difficilius perueniunt: Tale porro quiddam
» etiam de Centaurij maioris radice proditum
» eſt à Gal. 7. ſimpl. dum ab ea ſcribit tam diuer-
» ſos, planeque contrarios produci effectus, vt &
» ſanguinem ſpuentibus adſtringendo proſit, &
» vteri vaſa potenter aperiat: ſed hanc controuer-
» ſiam ſi pluribus exagitatam voles, lege Manar-
» dum epiſt. 3. l. 12. Fuſchium lib. 1. paradox. c. 1.
» Montuum in Dialex. & Scalliger. exercit. 160.

Ἁλὸς γαλλικὸν. ſic à quibuſdam dicitur ὁ γυψαν, vt habetur apud Dioſcor. forte propter radicis amaritudinem, propter quam etiam Ἄλοιπος ab alijs vocata eſt.

Ἁλοηδάειον. eſt medicina ad ventrem ſoluendum. aloen habens, nec eam quidam ſolam, ſed pluribus alijs medicamentis admiſtam. Eiuſmodi compoſitiones multas deſcribit Aetius ex Oribaſio & Philagrio lib. 3. c. 101. & ſequentibus vſque ad c. 107. Eſt autem hoc nomen à recentioribus medicis vſurpatum.

Ἁλὸς ἄνθος. flos ſalis, quid ſit non ſatis certum eſt. Dioſcorides ſcribit eum flumine Nilo defluere, & lacubus tamen quibuſdam innatare: crocei coloris eſſe, & odore ingrato, ceu garſ: interdum longe magis virus olere, guſtuque mordaciorem & pinguiter lentum eſſe. Verũ Georgius Agricola hunc non florem ſalis, ſed florem maris appellat, & hunc quidem humidum, pinguem, croceum, nihilque aliud quam ſemen balænarum eſſe dicit: illum vero, tanquam fauillam tenuiſſimum, leuiſſimum, & candidiſſimum eſſe. Quid tamen vtrumque ſit, non definit.

Ἁλὸς ἄχνη, ſalis ſpuma. Eſt ſpumoſi maris lanugo ſiue ramentum, in exilibus petris inuentum, vt ſcribit Dioſcorides. Nam cum mare feruet æſtu, ſpumas agit, eaſque ad littora & ſcopulos appellit. hæ autem abſciſſæ & in illis depoſitæ atque exſiccatæ, nonnullis in locis in ſalem conuertuntur, quem Plinius ſpumam vocat. Nec tamen vere ſpuma dici poteſt, ſed vel ſicca maris ſpuma, vel etiam rectius ſal è marina ſpuma genitus dicetur. Eſt autem natiui ſalis ſpecies ad mare geniti, quomodo etiam in fontibus vel in fluuijs quibuſdam ſponte naturæ naſcitur.

» Gaza ἁλὸς ἄχνην, aridum maris florem inter-
» pretatur, Virgil. falſam aſperginem vocauit:
» Quod ſi de flore ſalis & ſalis ſpuma plura reſcire
» velis, lege Vallerij cordi tractatum in lib. de foſ-
» ſilibus, vbi rem hanc totam docte exagitat, ibi-
» demque Geſnerus.

Ἅλυσις, & Ἅλυσις. Græcis medicis appellatur totius
» corporis illuuies, & τὸ ἁλυτεῖν plane opponitur
» τῷ λυτεῖν, deque totius corporis illuuie, & à bal-
» neis abſtinentia vſurpatur, vt à Gal. in conſilio
» pro puero Epileptico, & ab Hipp. 1. γυναικείων.
Dicitur & ἁλὸς ἄχνη patrio nomine in Propontide genus vnum Alcyonij, vt ait Dioſcorides. Id quia leue eſt, ſimile fungi videtur eſſe, intus, quia aſperum, pumicis. acre eſt, ſed odore vacat. Nunc tamen hoc nomine omne alcyonium indifferenter appellatur, exceptо ſubrotundo, quod ex figura pilam marinam mercatores vocant.

Ἅλς ἁλός. ſal. quid ſit notum eſt. Omnis aut natura gignitur, aut factitius eſt. Qui per ſe naſcitur, reperitur in terra, vel extra terram. Ille vel cæditur in montibus, vel è terra effoditur, vel ſub arenis inuenitur. hic aut in fonte, aut in fluuio aut in lacu naſcitur, ſumma aqua calore ſolis ſiccata & in ſalem conuerſa. Sed & in mari ſal quidam ſponte prouenit tenuis, circum ſcopulos concreſcens, quem ἁλὸς ἄχνην nominant, de quo proxime diximus. Qui autẽ factitius eſt, vel ex aquis marinis, vel ex ſalſis fontanis aut putealibus excoquitur, vel conficitur ex ſui generis lixiuio. Cæterum ſales omnes adſtringunt, exterunt, repurgant, reprimunt, extenuant, ſiccant, & cruſtas vrendo inducunt, alij magis, alij minus: foſſilis namque magis adſtringit, quod partes habeat craſſiores, vt quæ affuſa aqua minime liqueſcant. Omnes præterea exedentia atque excreſcentia compeſcunt. Clyſteribus vtiliter miſcentur, vireſque multas & maximas poſſident, quas ſcripto Dioſcorides explicauit. Cum autem plures ſint ſalis differentiæ præter ſupradictas, eas conſequenter exponam, quæ frequentius legentibus occurrunt, & habentur in vſu.

Ἀμμωνιακὸς. arenarius. Sub arenis inter Ægyptum & Arabiam, in regione Cyrenaica, in ſitientibus Aphricæ locis inuenitur, vt author eſt Plinius. qui omnis cum ἀμμωνιακὸς dici poſſit, Cyrenaicus tamen id nomen pro ſuo vindicauit. Species eſt ſalis ſponte naſcentis, qui inter omnes maxime laudatur, ſi modo findi facile poſſit, & in recta ſegmenta diduci.

Plinius colore ſimilem dicit alumini ſciſſili, « longis glebis neque pellucidis, qui autem pro « Ammoniaco nunc habetur, non res naturæ eſt, « ſed arte paratur, in vſum potius argentariorum, « quam medicorum. «

Δωδεκάδειον. nomen eſt ſalis mixti & compoſiti ex hyſſopi triente, pulegij quadrante, cumini ſextante, ammij vncia vna, ſalis torrefacti vncijs triginta contuſis & cribratis. quidam origani ſextantem adijciunt. Aetius ſpicæ nardi vnciam vnam ſemper addidit, & hyeme præterea piperis vnciam vnam. Valet ad concoctionem alimenti, ſoluit obſtructiones venarum meſaraicarum, pituitam è thorace expurgat, viſum acuit, ſed maxime facit ad capitis leuitatem, ſi quis eo aſſidue vtatur.

Duodecumanum vertit Cornar. quanquam « hic à 12. Deorum magnorum potentia appella- « tus eſſe videri poteſt. «

Ἡδυσμένος. condimentarius. fiebat miſtis ſali quibuſdam aromatis, & ſeminibus odoriferis, ſiue ad ſanitatis vſum, ſiue ad voluptatem, quo magis cibus ſaperet.

Θηριακὸς. theriacus. Salis compoſitio eſt ex viperis, quæ ad hunc modum fiebat. In vas fictile luto etiam extrinſecus oblitum viperæ quatuor viuæ conijciuntur. ſuper eas inijcitur ſalis ammoniaci vel communis modius Italicus, hoc eſt, libræ viginti. poſtea ſuperadduntur paſtilli hoc modo apparati. Radicis gentianæ libra vna

semis, coma centaurij minoris, seminis cardamomi, martubij, singulorum vnciæ sex, scordij montani, apij, chamædryos, seminis rutæ hortensis, singulorum libra vna. hæc modice contusa melle Attico vniuntur, & in pastillos efformantur. Eorum selibra in ollam vacuam vna cum viperis inijcitur, reliquum sali superadditur vna cum quinque scillis tenèris & recentibus minutim concisis: ac tandem fictili ignis subijcitur. Sic autem debet obturari, vt tribus quatuorue foraminibus operculum ipsius pertusum sit, per quæ vbi vapor non iam crassus & turbidus, sed tenuis potius flammula efferri videtur, certum erit indicium perfectæ vstionis. Martianus præter pastillos alterum etiam salis modium Italicum, hoc est, alteras salis libras viginti, addit. Olla ab igne exempta, eam tota die nocteque refrigerato. deinde apertos exemptosque carbones diligenter tundito, & cum hisce misturis incernito. Seminis rutæ syluestris, hyssopi, singulorum vnciæ nouem. seminis fœniculi, nardi Gallicæ, stachyos, singulorum vnciæ sex. petroselini Macedonici vnciæ quatuor. summitatum origani, summitatum thymi, singulorum vnciæ nouem. vuæ amomi, hormini seminis torrefacti, singulorum vnciæ tres. baccarum iuniperi, piperis albi, piperis nigri, fœniculi, singulorum libræ duæ. radicis laserpitij vnciæ decem. seminis coriandri, zinziberis, seminis vel radicis satyrij, pulegij, seselis, seminis tordylimontani, menthæ, singulorum vnciæ sex. cassiæ fistulæ vnc. II. cinamomi vnc. vna. Hæc omnia contusa cribrantur & miscentur, deinde vitreis vasculis reponuntur loco sicco, quibus vti ante diē quadragesimum non oportet. Ego vero, inquit Galenus libr. ad Pisonem, viperas non vro, sed pastillos theriacos sumo, qui quatuor viperas capiant, hoc est, vt ait Martianus, pastillorum siccorum sextantem fere & vnciæ dimidium, atque ijs ammisceo, quæ cum viperis cremantur, vt vstione, quam habent, amarulentiam deponant: atque hoc modo longe præstantissimos sales theriacos conficio. Valent maxime ad curandos affectus qui summa in cute oriuntur, leucas, lepras, impetigines, phthiriasin. mouent namque sudorem copiosum, quo omnia excrementa sub cute latentia expelluntur.

» Sales hi Theriaci describuntur à Gal. lib. de
» Theriaca ad Pisonem, verum moneo esse cor-
» ruptissimam de his Galeni lectionem, sed quæ
» restitui possit ex Aetij sermone 13. cap. 97. vnde
» etiam Paulo quis opem ferre possit, qui eos ad
» finem l. 7. descriptos habet.

Ἰαμβλιχοῦ. Iamblichi. Est salis compositi genus, hunc in modum. Salis ammoniaci libra vna, salis Cappadocici vnc. VI. piperis vnc. III. zinziberis vnc. III. seminis cnici scrupuli XVIII. seminis erucæ scrupuli XVI. ammij scrupuli XVIII. hyssopi scrup. XVIII. silphij scrup. vnus. cacuminum thymi, phylli, seminis apij, petroselini, singulorum scrupuli XVIII. origani vnc. vna contunduntur atque cribrantur. Dimidium cochlearium ieiunis cum ouis sorbilibus, aut cum aliquo liquore exhiberi potest: nec est hoc salis genere quicquam efficacius ad concoquendos crudos humores, ventrem etiam citra molestiam parum mouet.

» Ex Suida legendum videtur. Ἰαμβλίχῳ.

Ἰνδικὸς. Indicus. Definitur à Paulo Aegineta, χρόᾳ μὲν καὶ οὐσίᾳ ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλὶ, γεύσει δὲ μελιτώδης. Hoc est, colore quidem & consistentia similis sali communi, sed gustu melleus. Hic ergo non aliud est quam saccharum, quod etiam Dioscorides sali comparauit. Neque enim concretione modo sali similis est, sed & candore, & friabilitate, & eliquatione, si humido diluatur.

Quid per salem indum intelligant Arabes nō facile quispiam iudicauerit; Auicenna l. 2. colore nigrum esse inquit, propria nigredine, non acquisititia, sed lib. 4. Paulum secutus, dicit esse in colore salis, & dulcedine mellis, vt hinc videre sit, multiplicem esse apud illum huius vocis acceptionem: Plinius meminit cuiusdam salis, qui in india ex oromeno monte exciditur; nūc venduntur officinæ pro sale indo, metæ forma, nigricantis in albo salis glebulas: hunc autem salem fortiorem esse omnibus ait Mesue, Dioscorides vero Ammoniacum præfert.

Καθαρτικὸς. purgatorius. Hic sal non vnus est, sed multiplex. alius enim purgandæ bili, alius pituitę conuenit, alius denique ad alios morbos præparatur. Aliquot eius descriptiones habentur apud Aetium libro tertio cap. 108.

Ναφθικὸς. sal. naphticus: illius non meminit Dioscor. Galen. l. 4. & 9. de simpl. medic. facult. salem, vocatum Sodominium, fieri dicit in mari Palestinæ, Syriæ, mortuo vocato, in quo etiam plurima asphaltus gignitur, id est bitumen: est autem Naphta, bituminis species, à qua sal Napthicus: Plin. quoque lib. 3. in Babylone fieri sal dicit, detracto prius bitumine.

Πολίτου. Poletis. est salis confectio, quę recipit salis splendidissimi drach. CXLIIII. floris chamæmeli aridi & contusi, conyzæ tenuis, calaminthæ montanæ, radicis eryngij montani, origani, silphij, piperis, singulorum vnc. IIII. omnia contunduntur & cribrantur. Hoc salis genus ventrem emollit, pituitam à capite dissoluit, & neruorum distentionibus percommodum est.

Forsan autem scribendum πόλιτος, à nominatiuo Πόλις, qui apud Paul. & Suidam legitur, nisi forte malis Πωλίτης, Politi, vt est apud Nicolaum Myrepsum.

Ex sale emplastrum fit, quod ἅλες ἀλῶν appellatur Scribonio Largo: idque duplex, album & nigrum. Hoc recipit salis marini, cerussæ, olei veteris paria pondera: coquitur cum oleo cerussa, donec coeant, postea sal admiscetur: illud salis marini & cerussæ recipit pondo libram: olei autem veteris triplex adijcitur. Facit ad omnem duritiem, & diutinum dolorem, & ducit sudores. idem vlcera vetera & callosa renouat, & facilius alijs medicamentis, quæ hoc pollicentur, cogit cicatricem ducere.

Ἅλσινη. herba est minoribus quam helxine folijs, nec tantum hirsutis, similibus musculorum auribus (vnde Græci μυὸς ὦτα, Itali muris auriculam vocant) cauliculis teretibus, articulosis, è quorum geniculis exiles ramuli procedunt, flore paruo, candido, foris herbaceo. Nascitur in lucis, vnde illi nomen: ἄλσος enim lucum significat. Refrigerat & humectat, ideoque ad feruentes inflammationes conuenit.

Ἀλτάφεις. vide supra. Ἀλθάφεις.

Ἀλύκη. dicitur ab Hippocr. quam plerique alij ἄλιμον appellant. Est autem anxietas quædam nō ægris modo

modo, verumetiam ſanis accidens: his quidem nulla vnquam in re conquieſcentibus, ſed ſubinde res nouas agentibus, vt quos protinus cuiuſque rei faſtidium capiat: illis vero nullum accubitum perferentibus, ſed modo hoc, interdum illo habitu varie iacentibus, & cunctis alijs in rebus anxijs & morosis. Prouenit hoc ab ore ventriculi certo quodam humoris vitio infeſtato, quſi multus quidem non eſt, nec in ipſo ventriculi ſpatio innatat, ſed ipſius tunicis impactus eſt. Dicitur ἡ ἀλύκη ἀπὸ τῆ ἀλύειν, quod ſignificat languere præ conſilij inopia, & errabunda atque incerta mente affici, angique animo, interdum etiam oberrare, & temere expatiari, & apud Galen. δυσφορεῖσθαι, vt annotauit Budæus.

» Quia vero ἀλύκη, & ἀλυσμὸς, eandem habere ſignificationem videntur, idcirco plura leges in » voce ἄλυσ ſiue ἀλυσμὸς.

Ἀλύζει. exponit Galen. in exegeſi ἀπορεῖ, ῥιπτάζεται id » eſt, animo eſt perplexo, modo huc illucque ſe iactans, additque futurum quoque ἀλύξειν eandem habere ſignificationem; attamen codices » quidam, ἀλυκτεῖ habent pro ἀλύζει.

» Ἀλυζόμονπνεῦμα, vide πνεῦμα.

Ἁλυκὸν. ſalſum. Eſt terreum, graue, & calidũ, amaro proximum, ſed minus quam hoc ſiccatum extenuatumque. hinc digerit, extenuat, deterget: illinc aſtringit & denſat, vtroque ſiccat, & corpora à putrilagine vindicat. Ac quia alia alijs magis ſunt ſalſa, patet vires etiam ijs inæquales eſſe, atque in genere etiam ſalis eum qui durior, denſior terreſtriorque ſit, qualis fere eſt vniuerſus foſſilis, minus calidum eſſe, minuſque tenuium partium: qui vero facile rumpatur laxuſque ſit, tenuiorem ſimul & calidiorem eſſe: in quo genere eſt & ſubamarus, mediam quodammodo naturam inter ſalem durum & aphronitrum obtinens.

» De ſaporis ſalſi ſalſedinisque generatione hęc » addemus. Salſus ſapor (inquit Plato in Timæo) » is eſt, qui linguæ hærens lenius, quam quæ amara ſunt, ſine amaritudine & aſperitate, linguam » ipſam abſtergit, abluitque, ob id amaro nitroſoque temperatior eſt, nobiſque magis amicus: » Ariſtoteles 2. metheor. c. 3. ſalſedinem, halituum » humidorum cum ſicco miſtione quadam certa, » & determinata prouenire inquit, ipſumque » quod ſalſum eſt, velut excrementum quoddam » eſſe minime concoctum, nec à natura euictum, » ob idque minime alendo eſſe, ſed pro condimento tantum cibis apponi, propterea vrina » ſudorque ſalſa ſunt, quod à calore natiuo probe elaborata non ſint. Salſus ergo ſapor, ſecundum naturam fit à calore non admodum » acri, ſed qui tamen ſenſim, multoque tempore, » terrenas partes, quæ ſunt in aqueo humido exurit atque ſiccat, hinc in ſapore ſalſo ſiccitas maior quam calor deprehenditur *: Alius etiam » ſalſus ſapor, arte præſertim Chymica proferetur, ex ſiccisſima planeque terrena materia, quã » acerrimus calor extreme tum exuſſit, tum aſſauit, nullumque corpus eſt in rerum natura, » ex quo calcem, & proprium ſalem non eliciant » Chymiſtæ, atque omnis eiuſmodi impenſe » calidus eſt, ac in pleriſque cauſticus, quique » pro cauteriis vſurpetur: ſed & inſuper hoc » notandum, quod memorat Theophraſt. 6. de cauſ. plant. c. 14. quod cum cæteri ſapores omnes in plantis & fructibus fieri ſoleant, nunquam tamen quod ſalſum eſt in ijs inueniri: Cauſam vero eſſe, quod ſalſum nullam alimoniam, nullamque generationem præſtare poſſit, quin ex illo potius generandi facultas impeditur, ſicut & alendi: quod enim ſalſum, minime eſt cibo idoneum, & à nullo hauritur: quin & ea quæ in mari naſcuntur, haud ſine dulcedine aliqua prouenium, atque conſiſtunt, quod ſi plantis quibuſdam ſalſugo inſit, per ſumma tantum ὡς ἐπιπολαίως, ſeu in ſuperficie conſiſtit, nec à radicibus trahitur.

Ἀλυπία. doloris ſeu triſtitiæ carentia, vide νήπυθος.

Ἄλυπον. eſt turbith candidum, ſecundum Actuarium. alterum enim turpeton, ſiue turbith, eſt pityuſæ radix, quæ officinis dicitur eſula. Aetius lib. 12. cap. de medicamentis purgantibus ad arthritidem accommodatis, ἀλυπάδα interpretatur chamelæam. Non eſt autem dubium quin Actuarius ſic ἄλυπον appellet de quo mox.

Ἄλυπον. herba eſt ſurculoſa, ſubrubens gracilibus ramulis, folijs tenuibus, flore molli, leui, & copioſo, radice ſimili betæ, tenui, referta acri ſucco, ſemine epithymi. Radix eius linguam vehemẽter mordet, & accendit caput. Actuarius ἀλυπάδα vocat, hoc eſt, turbith candidum. Semen eius atrã bilem expurgat. qua vacuata quoniam mœror animi diſcutitur, herba ipſa nomen inde videtur accepiſſe. verum inteſtina leuiter exulcerat.

Ἀλυσμὸς. inquietudo ſumma, cum æger nullo loco conſiſtere & quieſcere poteſt, ſed ſubinde decubitum mutat, vt ſcribit Galenus comment. εἰς τὸ προγνωστικὸν. idem eſt quod ἀλύκη. de qua ſupra. Erotianus ἀλυσμὸν exponit ἀπορίαν, ἀμηχανίαν.

Fit vero ἀλυσμὸς à voce, ἀλύειν, quod eſt ἐν ἀλγηδυσφορεῖν, in anxietate moleſte iactari, multarum rerum ſatagere, ſtudiaque ſua ſubinde ad res nouas conuertere, earum faſtidio quæ prius placuerant, hinc tranſlata eſt vox ad ægros, qui ad punctum temporis quæſitos faſtidiunt nouos iacendi habitus: huius autem faſtidii, quod in Alyſmo cernitur, duplex cauſa eſt, vna quidem ſtomachi proritatio, atque morſus à feritate humoris cum æſtu, non tamen multi, neque vſquequaque aluum replẽtis, ſed in eius tunicis ſtabulantis: Altera eſt virtutis oppreſſio à corporis grauitate, vt illi faſtidio nulla ſit collocatio gratioſa: cauſæ vero vtriuſque ſigna ſyllogiſtica, ſunt, prioris quidem nauſeabunda proritatio, vnde ναυπωδὴς vocatur: Alterius autem crebra iactatio, moræ impatiens, ſineque nauſea, atque is ἀνέμετος dicitur; vtraque vero Alyſmi cauſa faſtidioſum parit habitum decumbendi, cernitur-que in artubus quoquo verſum ſubinde iactatis, atque nudatis, tametſi præcipua iactandi cauſa, virtus languida eſt & oppreſſa; nudandi autem febris ardens, & lypuria.

Ἄλυσσον. Tam variæ ſunt & diſcrepantes, quæ ab authoribus aſſignantur, Alyſſi deſcriptiones, vt quænam ea vere planta ſit haud facile diiudices: ſiquidem Dioſcoridis deſcriptio libr. 3. cap. 105. ſatis eſt manca, vt & aliæ pleræque. Gal. 2. de antidot. Alyſſon herbam eſſe inquit marrubio ſimilẽ, ſed aſperiorem, magiſque ſpinoſã, circa ſuas pilulas, ſeu verticillos, (σφαίρια nominat)

» flore interim in cæruleum inclinante, Aetius l. 1.
» vnam & eandem ait existimari cum Heraclea
» Sideritide, quæ secus vias vbique nascitur, flore
» purpurascente, foliisque crassioribus: Aut si τερ-
» χύπερα, pro παχύπερα legere mauis, asperioribus:
» Rursumque l. 6. c. 24. Sideritidem Heracleam
» ab alysso minimè differre palam indicat, vti &
» Paul. l. 5. c. 3. sed Plin. l. 24. c. 11. esse putat, quam
» officinæ Rubiam minorem appellant: Auicen.
» denique l. 2. c. 1. eam facit lilio proximam, Ruel-
» lius arbitratur propius accedere ad eam, quam
» rusticam Cannabim vocant herbarij, quæ cum
» de alysso tam dubia & incerta sint, frustra illius
» tam præclaræ vires traduntur, ceu quæ non so-
» lum gustata, sed visa etiam, vel tacta, sine febre
» singultus, virulentosque rabidi canis morsus (vn-
» de illi nomen) confestim curet; cum melle con-
» tusa, & faciei illita, lentigines detergeat, & tam
» præclarum sit contra fascinationes hominum,
» pecorisque morbos amuletum, vt hac domi sus-
» pensâ, aut circa caules, septaque consita, aut col-
» lo alligata, pecoris morbos amoliatur.

Ἀλγὼ. vide supra Ἀλύκη.

Ἄλφιτα. non solum sic dicuntur apud Hippocr. ex hordeis farinæ, sed & ex aliis leguminibus. Siquidem libr. 1. de morbis mulierum ἄλφιτα πύρεια, hoc est, farinæ triticeæ, dicuntur. & libro 2. de morbis, maior mentio fit lentium & eruorum siccatorum. Omnis ergo grani mediocri magnitudine moliti fragmenta, ἄλφιτα vocantur. Nam maiora fragmenta κρίμνα, hoc est, crassiores farinæ, minora autem ἄλευρα, hoc est, tenuiores farinæ, nominantur. Ac quoniam ex iis farinis polenta efficitur, eam Græci eodem nomine ἄλφιτον appellarunt. Fiebat autem, vt scribit Galen. lib. 1. de aliment. laudatissima ex recenti hordeo mediocriter frixo, quanquam & ex aliis etiam pararetur. Eam quidam, vt idem refert, sapa & vino dulci mulsoque mistis, nonnunquam sola etiam aqua conspersam, æstate duabus tribusue ante balneum horis per sanitatem olim bibebant, sentiebantque sitim eo potu leuari. Sed tamen cum vino austero pota ventrem desiccabat. Quædam etiam gentes pro pane ea vtebantur, & mediocre quidem alimentum corporibus præstabat.

» Veteres etiam militibus ἄλφιτα ad vescen-
» dum dabant vt inquit Gal. loco cit.

Ἄλφιτα πτισάνιε. Hippoc. 2. περὶ γυναικ. farinâ ex hor-
» deo recẽti & tenero significant, sic dictam, quod
» ex hordeo fieret priusquam in conos compone-
» retur, Conus enim quidam in areis erigebatur,
» maxime in locis pluuiosis, lignum nempe rectũ,
» circa quod componebantur, & adornabantur
» fructus in coni figuram: Scribit etiam Galenus
» πτισάνια ἄλφιτα quosdam accipere, pro farina fa-
» cta ex hordeo non tosto.

Ἀλφιτῶδες κάταγμα. differentia est fracturæ ossis in multas tenues partes comminuti, farinæ instar à qua similitudine nomen illi inditum est. Vide κάταγμα.

Ἄλφιτον. quanquam Græcorum vulgo quamlibet farinam significat, Hippocrates tamen & medici proprie sic appellant hordei tosti siue fricti farinam, quæ Latinis polenta dicitur.

» Quod tamen hordeum priusquam torreretur, soleue exsiccaretur, aliquoties aqua aspergebatur, quemadmodũ ex Plinii verbis lib. 22. cap. 25. colligere licet; Galen. ex optimo, & recenti, seu adhuc viridi hordeo, mediocriter frixo, laudatissimam simul, & suaueolentissimam polentam parari tradidit: Cæterum expolenta humido aliquo (aqua nimirum, melle, sapa, aut horum simul aliquot) permixtâ & subactâ maza fieri solebat Hippocrati μάζα dicta, vti è cruda hordeacea, ac interdum etiam alia quapiam farina ex hydrelæo soluta, quæ Græcis ἀμὰ λύσις dicta est, quanquam quibusdam ἀμὰ λύσις mistura est æqualis fœni græci, seminis lini & farinæ hordei.

Ἀλφὸς. vitiligo. Est vitiosa macula & fœda in corporis cute apparens, & ex malo corporis habitu excitata, sed sine manifesta cutis asperitate, sine squammis, sine exulceratione. His enim notis à psora, lichene, & lepra, cæterisque huius generis tumoribus distinguitur. Dicitur ex eo quod colorem cutis immutet. immutare enim apud veteres ἀλφοίζειν dicebatur. Est autem ἀλφὸς non totius quidem carnis affectio, sicut cancer & elephas, sed summæ modo carnis cutisque ab improbo sanguine, alias pituitoso, alias autem melancholico proueniens, qui cum probe adhæreat affectæ parti, non tamen illi assimilari potest. Eius tres species sunt: ἀλφὸς, μέλας, λεύκη. Ἀλφὸς, quod generis sui nomen retinet, vocatur vbi color albus est, fere subasper, & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. interdum vero latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit, summam tantũ cutem afficit, eaque veluti squammis quibusdam respersa est. oritur ex pituitoso sanguine. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, & vmbræ similis, vt qui ab atro humore excitetur. Λεύκη habet quiddam simile alpho, sed magis albida est & altius descendit, vt maximam etiam partem subiectæ carnis occupet. Prouenit à pituita lenta & viscosa, quæ cum propter naturam suam, tum ob imbecillitatem partis affectæ nequit carni assimilari & rubra euadere: itaque & qui in ea pili sunt, albi euadunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius. Ἀλφὸς & μέλας in quibusdam variis temporibus & oriuntur & desinunt, & curationem non difficillimam recipiunt: λεύκη quem occupauit, non facile dimittit, præsertim si locus ante pilosus, glaber euaserit. tunc enim vix vnquam sanescit, ac si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Vtrum autem aliquod horum sanabile sit, an non sit, experimento facili colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi. si sanguis exit, quod fere fit in duobus prioribus, remedio locus est: si humor albidus, sanari non potest.

Ἀλχυμία. ars esse dicitur, quæ docet ex omni rerum genere calcem, & proprium salem elicere, alii hac voce, apud Arabes significari volunt artis Chymicæ præstantiam, quasi prior huius vocis syllaba sit ὀπτατικὴ; sunt & qui aiunt ita dictam, quasi ἀλὸς χυμείαν, quia finis eius scientiæ proximus sit, sal illud θαυμαστρὸν de cunctis rebus extrahere, sed Ciniflonum hoc recens commentum est, parum salsum & omnino falsum. De alchymia siue chymia plura dicemus in voce χυμία.

Ἀλώπηκες. dicuntur musculi dorsi inferiores dorsum mouentes, ad lumbos siti, qui alijs etiã no-

minibus φῶτα & νευρώματα appellantur.

„ Budæus sic dici inquit partes quasdam carnium musculosas circa clunes; Alij ex Polluce interpretantur interiores lumborum musculos, licet Clearchus exteriores spinæ musculos ita vocauerit apud Athen. l. 9.

Ἀλωπεκία. est capitis affectus, quo capilli toto capite primum extenuantur, deinde decidũt propter redundantis humoris malignitatem. Sola figura differt ab ophiasi: vtrumque enim malum à vitioso humore excitatur, à quo capilli facile corrumpuntur. hic autem vel pituitosus, vel biliosus, vel ater esse potest, id quod capillis nudata cutis ostendit. Dicunt simile quiddam vulpibus accidere, atque inde ἀλωπεκίαν ἀπὸ τ ἀλωπέκων dictam esse. Sunt tamen qui à proprietate vrinæ animalis hoc nomen sumptum velint: namque vbi vulpis lotium affusum fuerit, dicunt è vestigio infructuosum effici locum, arescentibus herbis, nec succrescentibus nouis. Celsus morbum hunc aream appellat.

„ Lib. 6. cap. 4. Definitionũ medicarum author, „ aliam quamdam hoc in morbo similitudinis rationem attulisse videtur, quoniam scilicet (inquit) vulpis pilos, colore aureos, flauosve, repræ„ sentare capilli hoc morbo affecti videantur: sed „ in Syluanio definitionum interprete hic error „ fuit, qui pro χρυσίζωσι αὐτείχε, id est, sic diu per„ durantes capilli, legit, χρυσίζωσι, id est auri colo„ lorem referentes, quem & Syluanij errorem se„ quutus est Vetus Oribasij interpres, procul ab „ Oribasij mente & consilio.

Ἀλωπέκια. plurali numero apud Dioscor. leguntur „ l. 1. c. 79. vbi de Auellanis loquens, ait ἀλωπέκια „ ἐπιχεόμενα ῥαπώσει, exponunt interpretes ca„ pillorũ defluuia, sed quare plurali numero vsus „ est Dioscor. potius quam singulari? malim ergo „ per ἀλωπέκια significare loca glabra in capite, vel „ barba, quanquam etiam loca glabra in quauis „ parte corporis fortassis non male intellexeris.

Ἀλωπέκουρος. herba est tota specie similis tritico, sed folio, vt vult Theoph. latiore, spinosa vt plantago, verum hirsutior & lanuginosior, florem non vt illa, particulatim edens, sed per totam spicam frumenti modo sparsum. Nomen inde habet, quod non dissimilis sit vulpium caudis. Sunt qui vulgo virgam pastoris appellari contendant: alij id esse quod rura caudatum frumentum dicunt.

Ἄλως. sic dicitur iridis circulus, oculi candido proximus: limbus pupillæ, nebuloso circa solem aut lunam circulo persimilis.

Ἀμάζονιος, siue.

Ἀμαζόνων τροχίσκος. est nomen pastilli qui recipit seminis apij, anisi, singulorum drach. vi. comæ absinthij drach. iiii. myrrhæ, piperis, opij, castorei, singulorum drach. ii. cinnamomi drach. vi. aqua subiguntur, & redigũtur in pastillos, quorum ad summum drachma vna exhibetur. facit ad vehementes stomachi subuersiones & vomitus, vbi serosi humores in ventriculi tunicas recepti sunt. Scribit autem Galenus se myrrham non miscere, propter vim eius medicamentosam, eiusque loco piperis duplum adijcere, vt in vniuersum piperis drach. iiii. sint. Datur ex vino diluto aut ex aqua.

Ἀμαλδύνεται. verbum est Hippocrati familiare, significans idem quod ἀφανίζεται καὶ ἀμαυροῦται, hoc est, offuscatur & obscuratur. velut in secundo de morbis mulierum.

Ἀμαλῶς. apud Hippocrat. idem quod ἁπαλῶς, id est, molliter, vel moderate. significat & facile apud eundem, vt lib. 1. & 2. de morbis.

Vbi tamen in vulgatis lectionibus habetur „ ὁμαλῶς, sed male, hanc vero, quæ in authore no„ stro est, interpretationem habet Gal. in exegesi. „

Ἀμαμυλίς. est mespili genus authore Gal. apud Hippocratem, plurimum nascentis in Italia. idemque dicit esse cum eo quod Dioscoridi ὀπυμηλὶς dicitur, quamuis sunt, inquit, qui ἀμαμυλίδας & ἀπομυλίδας dicant poma esse syluestria atque exigua. Verum Pamphilus ἀπομυλίδα pyri genus arbitratur, quod ἀμαμυλίδα quidam vocant, alij ὁμομυλίδα, frequentem in Ionia & biferam, fructu pyri, sed sui generis prædulci, & sine nucleis ac prælato pyris.

Cæterum scribendum ἀμαμυλὶς, & ὁμομυλὶς, „ quippe quę dicuntur, παρὰ τὸ ἅμα, siue ὁμῶ μή„ λῳ αὐθῶν, id est, ex eo quod vna cum malo flo„ reant, vt Pausanias apud Eustath. testatur, qui „ tamen ficus speciem esse vult: Apud Hesych. „ vero ἀμαμυλὸς legitur pro ἀμαμυλὶς, nisi forte „ scribendum ἀμάμυλις, vt apud Eustath. est ex „ Pausania. „

Ἀμάμυς. dicitur vitis aut vuæ genus: author Hesychio.

Ἀμανίτης. species fungi, si recte coquatur, innocẽtis, vt ait Gal. Huic inter fungos secundum bonitatis locũ Paulus assignat.

Horũ mentio fit apud Dioscor. Oribas. Paul. „ Nicol. Myrepsum, non solum ὡς βρωσίμων, & „ eduliũ, sed etiam ὡς φθαρτικῶν, & exitialium, for„ tean vero sic vocantur quod in Amano maxime „ proueniant. „

Ἀμαξίτης. sic dicitur à quibusdam ὁ ἄχυρος, hoc est, gramen, quod iugo carpentisque seruientia iumenta eo passim vescántur, sicut habetur apud Dioscoridem.

Ἀμάρακος. Cum sampsucho vnum idemque esse „ videtur, ac nomine tantum discrepare ex Dios„ cor. l. 3. quippe, quod Sampsuchum Syri, Ægy„ ptij, ac plerique Græci nominabant, Cyziceni ac „ Siculi Amaracum appellare consueuerant, sic „ apud Theoph. Pollucem, & Plinium, Sampsu„ chum & Amaracus eiusdem plantæ, nimirum „ maioranæ nostræ diuersa sunt nomina; Verum „ Gal. Paul. & Aetius, de iisdem tanquam diuersis „ plantis diuersa fecere capita, iisdemque diuersas „ vires assignauerunt. Nec tamẽ apud illos (quod „ voluere nonnulli) Amaracus marum est, veluti „ patet ex Gal. qui libr. 1. de antidot. in parando „ amaracino, ab vnguentariis sui temporis, amara„ ci loco, marum falsò & perperam suppositum „ fuisse commemorat, quod amaracum odore lõ„ ge superaret: est vero apud eos potius Parthe„ nium, quod amaracum quoque quibusdam dici „ solitum proprio capite testatur Dioscorides. „ quod spectat ad huius vocis Ethymon. fuisse fer„ tur Amaracus Cynaræ Regis Cypri puer, qui „ casu lapsus dum ferret vnguenta, fregit alaba„ strum, deinde cum dolore nimio contabuisset, „ versus est in Sampsuchum, quæ ex eius nomine „ cœpta est Amaracus appellari. „

Ἀμάρακινον μύρον. Amaracinum vnguentum. Id fiebat olim in Cyzico longe præstantissimum ex omphacino & balanino oleo spissamentis è xylobalsamo, iunco odorato, & calamo factis, conditisque amaraci, costi, amomi, nardi, casiæ, carpobalsami, & myrrhæ odoribus. Aliqui, quo pretiosius esset, cinnamomum addebant. Mel autem & vinum etiam adhibebatur,

hoc in vasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatum offas. Non est dubium sic dictum esse ab amaraco, quod idem prorsus cum sampsucho est, etiamsi sampsuchinum ab amaracino distinxerit Dioscorides. Hoc enim nō ob id factum est, quod diuersas esse herbas iudicaret, sed propter varietatem regionum hoc vnguentum temperantium. Nam sampsuchinum dicebatur quod vbique fere ex sampsucho apparabatur: amaracinum vero proprie quod in Cyzico fiebat, vbi τὸ σάμψυχον vernacula lingua ἀμάρακον vocatum fuisse Dioscorides author est.

» Sed & Pli. l. 21. c. 22. illa duo cōfudisse videtur. Itaque quamuis etiam id sampsuchinum recte vocari posset, patriam tamen illi nomenclaturam Dioscorides tribuit. Præter odoris gratiam vim quoque habet rarefaciendi & discutiendi, & cœcas hæmorrhoidas aperiendi, vt à Galeno scriptum est.

Ἀμάραντος. Amarantus. herba est radice fulua, bulbosa, ferulaceo caule, pedali altitudine, folijs ocymo longioribus, spica purpurea verius quā flore, inodora. Sic dicitur quia non marcescit. decerptus enim asseruatur, & cū defecere cuncti flores, madefactum aqua reuiuiscit, & collectum furnique tepore siccatum recōditur ad coronarios hyemis vsus, nec nitorem gratiamque coloris amittit. Siluit de eo priuatim Dioscorides. Gal. heliochrysi nomine exprimit. Dicitur etiā à quibusdam hoc nomine ἡ χρυσόκομη, vt author est Dioscorides. Sic dicitur etiam τὸ ἑλίχρυσον, quod alij χρυσάνθεμον appellant, vt idem scripto testatus est.

Ἀμφυγαί. hoc nomine quidam oculos, quidam supercilia intelligunt.

» Sed & à Polluce sic videntur appellari rugæ,
» quæ in frontis cute sunt, quæ & σολίδες vocan-
» tur.

Ἀμάρυγματα. idem quod μαρμαρυγαί Cælio Aure-
» liano l. 1 τ. χρον. c. 4. qua voce, quædam marmo-
» rum maculis similia intelliguntur, vt exponit
» ibidem.

» Ἄμαυρον πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ἀμάυρωσις. est absolutum visus impedimentum nullo manifesto affectu in oculo apparente, sed pupilla plane pura atque incolumi. Quibusdam vitium hoc paulatim conflatur, alijs confertim accidit, vt minimum aut nihil prorsus videant. Si paulatim ἀμαύρωσις conflata est, causas habet easdem quas etiam ἡ ἀμβλυωπία: si vero repente vnoque impetu incidit, in causa est nerui visiui obstructio, à crassis & viscosis humoribus subito illapsis, aut eiusdem nerui resolutio. habet & plures alias latentes & internas causas, habet etiam externas: vt frequentes cruditates, crapulas, insolationē, capitis inustionem, atque ardorem aut refrigerationem, aut multam lectionem à cibo, aut balnei vsum post cibum, vomitiones, & concubitus immoderatos intempestiuosque, spiritus violentam cohibitionem, à quibus omnibus caput valde repletur. Hęc quidem atque his similia si minora imbecillioraque sint, ἀμβλυωπίαν: si vero & magnitudo & vehementia ipsis accesserit, ἀμαύρωσιν efficiunt. Sunt enim hi duo affectus ab ijsdem causis, & sola maioris minorisque ratione ab inuicem differunt.

» Gal. comment. 2. in prorrhet. ἀμαύρωσιν aliter
» videtur describere: illa (inquit) est obscura, &
imbecilla instrumentorum sensatio, sine vlla « turbulentiæ & caliginis apparitione, in eo affe- « ctu, ait, nihil in oculi humido præter naturam « apparet, sed in illo perijt splendor ille, qui in « acute videntib. oculis inest, sed tum illi potius « hebetesque & imbecilli sunt, mortuorum, aut « morientium oculis similes; tales sunt etiam in « illis quos extrema senectus occupat. «

Ἄμβαρ. Ambarum. nomen est barbarum, sed tamen à quibusdam recentioribus Græcis vsurpatum. Est odoramenti genus, de quo variæ sunt sententiæ. Alij tradunt in maris profundo, veluti fungum, concrescere & procellis in littus eijci, aut deuorari à pisce quodam, in cuius corpore postea reperitur. Alij putant ipsum è fontibus quibusdam scaturire, bituminis modo aut sulphuris. Tria eius produntur genera, fuluum, subalbidum, atrum. Calfacit & siccat. Cerebrū & cor olfactu roborat: senibus & natura frigidis opem mirifice præstat.

Ἄμβη. dicitur à Galeno in comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων totum id lignum, quod ab Hippocrate eodem loco describitur, quinos vel quaternos digitos latum, crassum vero binos aut minus, longum cubitos duos vel paulo breuius, quod ab altero extremo rotundum sit, angustum & tenue, in summo autem capitulum habeat rotūdum ac modice cauum quod parū ab vna parte extet. Quo tamen loco Hippoc. non totum quidem id lignum, sicut Galen. sed eius extremo super impositum capitulum rotundum, ac leuiter cauum ἄμβιν appellat, videlicet quia simile sit labro, quod Græci ἄμβωνα nuncupant. Vtitur ea spatha siue ligno Hippocrat. ad reponendum humeri caput quod exciderit. Sunt qui crepidinem interpretentur. Idem Galen. in interpretatione vocum Hippocr. ἄμβιν explicat ἐφεψώδη ὑπαύχενιον, hoc est, altiorem eminentiam.

Ἀμβλίσκειν. exponit Budæus ὠμοτοκεῖν, id est abor- « tum parere, alij ἀμβλώσκειν legunt. «

Ἀμβλυωπία. Est hebetudo visus, sine manifesto oculi affectu. Si quidē nullo in tunicis oculi vitio apparente, nec pupilla ampliore aut adstrictiore, aut aliud quicquam, quod videri queat, perpessa, visio tamen obscurior fit. Ex quo patet vitium internum esse & altius reconditum, aut in alteratione quadam spirituum, humorum, tunicarumve consistere. Id quod pluribus de causis modisque fieri potest: vt, crassitie, penuria & imbecillitate spiritus visiui, corrugatione & densitate tunicæ, obstructione à crasso & viscoso humore alicubi impacto, cuiusmodi sæpe contingunt ex longo morbo, mœrore magno, & senectute, alijsque præterea causis omnibus, à quibus τὴν ἀμαύρωσιν oriri annotauimus. Sunt enim communes vtriusque affectionis causæ, eo tantum differentes, quod τῆς ἀμβλυωπίας causæ imbecilliores quam alterius habeantur.

Etiam Hippocrati ἀμβλυωγμὸς, & ἀμβλυωπὸς « dicitur, & ἀμβλύτης Aretæo. «

Ἀμβλυωπιὸς. significat apud Hippoc. tum abortum, παρὰ τὸ ἀμβλώσκειν, hoc est, abortire, tū affectum oculi, quem ἀμβλυωπίαν, diximus appellari.

Ἀμβλυωπότερα. dicuntur apud Hippocratem obtusius siue obscurius videntia.

Ἀμβλωθείδιον φάρμακον. medicamentum quo abortus procuratur, seu ad fœtum elidendum: vt loquitur Celsus, & simpliciter ἀμβλωθείδιον idem quod ἄμβλωμα.

Ἀμβλωμα ἡ.

Ἄμβλωσις. Abortus. Est immatura & violenta fœtus excretio. Siquidem vterus, vel humorum pondere quos supra vires continet, oppressus, vel demorsus humore in eum effuso, ruptis ijs, in quibus continebatur membranis, vel propter fœtum putrem & sanioſum irritatus, aut alia de causa extra ipsum posita diuexatus, vt febre vehementi, alui profluuio, sanguinis immodica vacuatione, saltu, clamore, ira, tristitia, timore, victu parciore, aut medicamentis abortum prouocantibus, fœtum immaturum, ante legitimum pariendi tempus, cogitur emittere, & corrumpere. Ex quo quidem Hippocr. vsitato vocabulo ἀποφθορὰν solet appellare, vt annotat Galenus.

» Est autem ἄμβλωσις dictio Atticorum propria,
» vt notauit Gal. 6. Epid. t. 2. Est & ἄμβλωσις apud
» Theoph. excæcatio oculorum in vitibus, vt ex-
» ponit Budæus; alij hebetationem vocant.

Ἀμβλοῦν, & ἐξαμβλοῦν. idem quod ἀμβλύνειν supra.

Ἀμβλοθριαῖον. Amblothriæum vertit Latinus inter-
» pres apud Aretæ. l. 2. de acut. c. 11. quid illud ve-
» ro sit quære dum inquit ille, vuluæ strangulatus
» ex amblotthriæi subiectione excitari.

Ἀμβλωτικὰ. dicuntur medicamenta quæ abortum mouent, quæ & φθόρεια.

Ἄμβροσία. frutex est tenuis & pusillus, ramosus, trium fere palmorum, folijs paruis circa imum caulem, rutæ similibus. In ramulis semina quasi racemuli dependent, qui nunquam florem pariunt, odore suaui & vinoso: qua de causa βότρυς à quibusdam dicta est, & a rusticis vinosa herba appellatur. dicitur etiam ab alijs ἀρτεμισία. Sed & ἄμβροσίαν dici à quibusdam τὸ ἀεί ζωον siue sedum maius Dioscorides author est, à foliorum immortalitate, quod semper vireat. Quibusdam etiam ἀμβροσία dicitur alterum genus τῆς ἀρτεμισίας, vt ait Ruellius. Ἀμβροσίαν etiam à Cappadocibus vocari botryn Dioscorides author est.

Ἀμβροσία. etiam nomen est malagmatis contra fe-
» bres efficacis, cuius descriptio habetur apud
» Paul. l. 7. c. 18. ab eo non dissimilis multum est,
» ἡ ἀμβροσία ἔμπλαστος, apud Aet. l. 14. c. 2. ad sedis
» mitigandas inflammationes: est & antidoti no-
» men quam Zopyrus Ptolomæo regi compo-
» suit cuius descriptio habetur apud Cornel. Cel-
» sum l. 5. c. 23. quam & ad venena exhiberi inquit.
» Est & alia Antidoti, eius nominis descriptio
» apud Gal. 2. de antid. c. 8. quę ad Philippum Ma-
» cedonem refertur, & c. 10. eiusdem libri, quæ
» etiam dicitur ἱερά, id est sacra, & ad Archiuium
» authorem refertur: est & potionis nomen qua
» se vti ad phtisicos Gal. scribit c. 3. l. 7. κατὰ τόπ. &
» l. 4. de loc. affect. facit & ad febres per circui-
» tum repetentes; hanc & appellari alio nomine
» μυροβλήτιον inquit ibidem.

Ἀμύσεις. sunt medicamenta quibus cauetur vel discutitur ebrietas. Id quod agunt vel siccando ventriculum, vel os illius adstringendo & corroborando, vel sublatos è vino vapores repellendo, refrigerando, densando, vel eos cerebrum iam occupantes digerendo, & per cranij futuras euocando. Ideoque ex ijs alia ante potum præsumuntur, alia iam contracta ebrietate conueniunt. Ventriculum siccat, astringit, & confirmat absinthij potus ante cibum: item myrti floris, & myrrhæ, & rutæ tritorum ex aqua, vt refert Galen. ex Archigene lib. 2. περὶ κατ' τόπ. Adhæc amara amygdala, quibus senis quinisue ante cibum deuoratis, quidam medicus, vt refert Plutarchus, apud Drusum Tiberij Cæsaris filium, nemini concessit in bibendi certamine. Fumos vini repellunt, restringunt, & densant frigida post epulas epota, vti & cruda brassica & lactuca: eos autem è capite euocant atque digerunt florum amethysti herbæ odor, corona è croco, vel ex ramulis aiugæ, aliaque permulta quæ vapores calefaciunt, extenuant & desiccant, & præterea calorem natiuum languentem, & vino propemodum obrutum sepultumque excitant. Hic enim reuocatus illam temulentæ mentis caliginem, quam cruditas inuexit, facillime discutit. Dicuntur etiam ἀκρατόπωλα: de quo supra.

Ἀμέθυστος herbæ nomen est & gemmæ, quas ita appellatas esse quidam volunt, quod aduersus ebrietatem pollere & temulentiæ aduersari arbitrentur. Quod vt verum quidem sit, vtraque tamen à colore id nomen sibi potuit adsciuisse. Ac de gemma quidem satis conuenit, est enim purpurei coloris: Amethysti autem herbæ folium meracioris vini colorem æmulatur.

Hoc docuit Plin. l. 37. c. 9. vbi causam nomi- "
nis afferri dicit, quod vsque ad vini colorem ac- "
cedens, priusquam eum deguſtet, in violam de- "
sinat, fulgorque quidam in illa sit purpuræ, "
non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiēs. "
idem Plin. eodem libro cap. 7. de carbunculis "
agens, optimos Amethystizontas esse ait, hoc "
est, quorum extremus igniculus in Amethysti "
violam exeat: ipseque adeo Plutarchus hoc vo- "
cis ethymon probans, hallucinari eos inquit, "
qui Amethystum nominari inde putant, quod "
ebrietatem discutiat. "

Ἀμιλξίνη. sic dicta est à quibusdam ἡ ἰλιξίνη: vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀμυλιδὸν. hoc est, imbecillum & infirmum: apud Hippocratem.

Ἀμέσμενον. dicitur à nonnullis τὸ ἀεί ζωον, siue sedum maius.

Ἀμέσων. apud Hippocr. ἀφαιρῶν καὶ λαμβάνων, hoc est, auferens & accipiens.

Ἀμῆ. dicitur ab Hippocr. ἀντὶ τοῦ κατά πως πρόσω, ἐκ πρός μέσον, μετρίως. hoc est, quodammodo, aliqua ex parte mediocriter.

Ἀμίαντος. est lapis fossilis, plerumque albus, sed interdum cinereus, vel rufus, vel ferreus, pexis mulierum crinibus assimilis, qui eo scisso intus apparent. Is in ignem eonicctus nec absumitur, nec inquinatur, sed splendidior etiam euadit, eamque ob causam ἀμίαντον dictum esse quidam volunt. fiunt ex eo thryallides, quæ lucernis inditæ non extinguntur, quamdiu aliquid olei supereſt: vnde ipsum ἄσβεστον quidam appellarunt. Manibus netur, pectitur, texitur, vt linum, ideoque à quibusdam Græcorum λίνον ἀσβέστινον, à Plinio linum viuum vocatur, & ex eo telæ fiunt, quæ ignibus iniectæ ardent quidem, sed flammis inuictæ splendescentes inde magis exeunt, quam possent aquis. Non valde differt ab alumine scisso, nisi quod hoc adstringit, ille parum pungit linguam, minime vero adstringit.

Ἀμπελίτης οἶνος. vide οἶνος, vbi ordine alphabetico in- "
signiores vinorum differentiæ explicantur. "

Ἀμυνία. species est τῆς σμύρνης, id est myrrhæ, cuius in illitionibus aliquoties mentio fit à Gal. 5. κατὰ τόπ. sed male illic ἀμυνία, pro μυνάια, scriptum

» leges, qui error non in Galeno tantum passim,
» sed & Aetio Paulo, atque alijs Græcis medicis
» inoleuit: apud Dioscor. l.1.c.78. Ἀμυνέα scriptũ
» sine dipthongo, & duplici ν, pro quo Plinius ha-
» bet Minea, lib.12.c.16. Rectius vero, vno ν, &
» cum dipthongo scribi Hesych. docet, μυναῖα
» autem σμύρνη à loco vbi nascitur appellata est
» myrrha, vt Gal. 1. de antidot. testatur, eandem
» esse Troglodyticam ac minneam prodens,
» quas tamen Dioscor. & Plin. esse distinctas
» tradunt.

Ἀμυναῖα χαυλή. vua Aminæa, apud Dioscor. l.5.c.6.
» vuas aridas austeras & acerbas sic vocari, scri-
» bit Gal. 6. κῆ τόπ. c.1. Aetius συφόσας ταῖς Ἀμυναίαις
» exponit; illarum autem mustum ad stomati-
» cum parandum, ibidem laudat Gal. porro
» huius nominis obscura ratio est, quam tamen
» aut à loco, aut ab inuentore primum deductam
» esse putant nonnulli, postea ad austera omnia
» translatam.

Ἀμναῖος οἶνος. Aminæum uinum, quod in Aminæo Italiæ oppido in Campania nascitur. Id duplex apud Galenum legitur fuisse libr. 12. methodi medendi, videlicet Aminæum Neapolitanum, & Aminæum Siculum: illud sic dictum quod in locis Neapoli vicinis gigneretur (erat autem aquosæ substantiæ) hoc vero, quod ea Campaniæ ora, quæ Siciliam respicit, proueniret, austerum quidem illud & mediocriter album crassumque, & ob id ad digestionem per corpus minime idoneum, sed cum inueteraslet stomacho vtile. Id vini genus Virgilius in Georgicis firmissimum appellauit. In eius inopia factitium Aminæum apparabatur, sicut ex Didymo refert Constantinus Cæsar lib. de agricultura 8. cap. 21.

Ἄμμα. Est nodus fasciarum, cum ambo capita implicata inter se vinciuntur, vel alterum scinditur, vel tertio, cum extrinsecus ad continẽdum adijcitur, id quod καταλημμα appellatur. Annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ κῆ ἐπιδ. τρίτον.

Ἄμμα ἡράκλειον. nodus Herculeus. laquei genus est, valens vbi æqualiter partes aliquas intendere consilium est. Describitur ab Oribasio lib. de laqueis.

Ἄμμι. notum est etiam officinis, semen exile, multo minus cumino, origanum resipiens. A Romanis cuminum Alexandrinum dicitur à quibusdam Æthiopicum, ab alijs vt Hippoc. regium. vis ei ex calfactoria, feruens & exsiccans.

Ἄμμιον. minium. Duplex est. Vnum natiuum, compactum, lapidisque modo solidum. quod Plinius nunc venam minij, nunc minium appellat. Vitruuius ἄνθρακα dici scribit: Theophrastus λιθῶδη, vt & Plinius lapidem, appellat. Est autem, vt ait Vitruuius, gleba prunæ similis subrufo colore, habens circa se rubrum puluerem. Quæ cum foditur, ex plagis ferramentorum crebras emittit lacrymas argenti viui, quæ à fossoribus statim colliguntur. Plinius ab eius vomica liquorem æternum profluere scripsit, qui argentum viuum appelletur. Est enim vena minij argento viuo plena, adeo vt cum ea lauatur, protinus atque humore perfusa est, pars eius in argentum viuum mutetur: quod tamen postea siccatum tritumque, ad pristinum colorem redit. Alterum vero minij genus factitium est, ex ea ipsa minij vena, quam ἄνθρακα diximus appellari, lota, trita, cribroq; secreta & excocta. Sic enim optimum purissimumque ἄμμιον fit: sic dictum quasi arenula, non atrum iam vt ἀνθρὲξ, sed rubrum, magno in pretio apud veteres habitum, quo non solum pictores vsi sunt, sed etiam Romani, qui eo & Iouis faciem festis diebus, & triumphantium corpora illinebant. Sed nunc fieri desijt, quod Chymistę cinnabarin in eius locum substituerunt ex argento viuo & sulphure concinnatum: adeo vt quidam minium & cinnabarin eadem esse crediderim.

Ἀμμοχωσία. remedij genus exsiccando corpori idoneum, eo super arenam decumbente, & arena desuper aggesta. Oportet autem eam calentissimam esse, & marinam, si eius copia adsit. Fluuiatilis enim humectior est. Est autem & sal ad eam rem quam arena efficacior, præstatque in eo tenui substrato decumbere. Oportet autem eum non minus tribus palmis altum esse. alioqui vis eius facile diffl atur. Potest eadem quæ & ἴλιγγος, id est, insolatio, de qua suo loco. Vide Oribasium libr. 10. cap. 8. collect. medic.

Qui hoc ex arena fomẽtum, accommodatum « inquit esse Cœliacis asthmaticis, podagricis, ca- « checticis, hydropicis, omnibus denique quos « diuturnus morbus vexat, & omnes præter in- « fantes ad huiusce fomenti vsum aptos esse, & « administrari debere diebus æstatis calidissimis, « in ortu solis, in littore, in arena feruidissima, in « qua foueæ fuerint profunde excauatæ, in ijs cõ- « uolutus æger, recumbat capite tecto & immu- « ni à solis radiis, posito ante oculos operimento « aliquo, & applicita faciei spongia, aqua frigida « imbuta: hæc Oribasius qui & illic alia nonnulla: « huius etiam ἀμμοχωσίας meminit Actius sermon. « 3. Tetrab. 1. ca. 9. ex quo quæ hîc in authore habentur fuere desumpta: huius & Celsus memi- « nit in hydropicorum curatione l. 3. ca. 21. Dios- « cor. l. 5. c. 167. arenam littoralem sole feruefactã « resiccare ait hydropicorum corpora, si capite « tenus vndique ea obruantur: hac ἀμμοχωσία vsus « est Gal. in vxore Boethi, fluxu muliebri labo- « rante, vt scripsit lib. de præcognitione ad Post- « humum; eodem remedij genere vsum Sextum « Pomponium refert Plin. l. 22. c. 25. vt se à poda- « græ dolore liberaret, Mersit (inquit) in triticum « sese supra genua, leuatusque siccatis pedibus mi- « rum in modum, atque hoc deinceps remedio « vsus est: Pro ἀμμοχωσία legit Henr. Steph. ἀμμο- « χωσία pro quo etiam dicitur ψαμμισμὸς. «

Ἀμμῶδες οὖρον. sabulosa vrina. vide οὖρον.

Ἀμμωνιακὸν. succus est ferulæ (quam cum radice sua ἀγασυλλίδα Dioscorides tradit appellari) in Libya nascentis, qui resinæ aut gummi modo in arenas distillat, & concretus inter eas inuenitur. Eius genera duo sunt. Vnum maxime coloratum, ligni & arenarum expers, thuri simile, minutis glebis, desum sine sordibus, odore castorei, gustu amaro. id à fragmentis in quæ diuiditur nuncupatur θραυστὸν siue θραῦσμα, quasi frustum aut friatura. Alterum autem est lapidosius & terrosum plenumque calculis, quod φύραμα, quasi commixtionem, nominant. ἀμμωνιακὸν Latinis gutta appellatur. Sũt qui ἀμμωνιακὸν θυμίαμα vocare malint, quod inter odoramenta sit, atque ad odorem vaporetur. Nec vero τοῦ ἀμμωνιακοῦ nomine succus hic siue gutta sola intelligitur, verum salis etiam species eodem designatur nomine. Sed sal quidem ammoniacus dicitur, quod sub arenis concrescat & in-

ueniatur: succus autem hic, quia in arenosa Libya ad templum Iouis Hammonis reperiatur. quo tamen nomine non modo succus ille dicitur qui in Libya ad Hammonem distillat, verum is etiam, qui in Libya ad Cirenem nascitur. Huic enim duplex naturale solum Dioscorides tribuit. Est autem hammoniacum præditum maxima emolliendi facultate, adeo vt scirrhos tophosque discutiat. Præterea calfacit & attrahit, lienemque drachmæ pondere hausturn absumere dicitur.

Ἀμμώνιον κολύριον. est collyrium maximæ commoditatis in multis oculorum morbis, quod alio nomine ὑγιείδιον appellatur. Refertur ab Aetio lib. 7. inter τὰ καρδιακὰ καὶ τὰ διοδεπτικὰ κολλύρια.

Ἄμνιος. est membrana fœtui proxima, ipsum totum à vertice ad imos pedes inuoluens. Inter eam fœtumque excrementi vtrumque genus, quod ex singulis partibus per concoctionem secedit, sudor videlicet & quæ proprio nomine caret veluti sordes colligitur, inque ea apparet sub aquæ specie, quod in aquam eiusmodi excrementa frigidæ membranæ contactu facile resoluantur. Est autem is humor, siue sudor sit, siue vrina, siue aliud quippiam vrinæ affine, albus & sine fœtore, atque tam mitis & innoxius, vt fœtus cutem, quam continenter tangit, nullo modo violet. Multus autem, toto quo geritur fœtus tempore, colligitur, triplo scilicet quam vrina copiosior, eamque membranam propterea permultum distendit. Quamobrem ne rumperetur, simulque perferre posset fœtus validiores motus artuumque iactationes, facta est à natura tenuis quidem, sed crassior & robustior τῇ ἀλλαντοειδεῖ. Sicut autem ea totum fœtum inuoluit, ita vndique à chorio comprehenditur, totaque illi annexa est, nisi qua parte Allantoides, longa & angusta membrana, intercedit. Sic quidem περὶ τοῦ ἀμνίου Galeno visum est.

Ἄμνιος χιτών. à Ruffo appellatur, sed Pollux, Hesychio, & Eustath. ἄμνιον proparoxytonως, substantiuum, & genere neutro; illam autem quidam ab ἀμνὸς, ab eius videl. mollitie seu teneritudine, alij à μήν deduxerunt (vnde & ipsum ἀμνὸς quidam deriuant, vt sit quasi τὸ ἀπὸ μήνος.

Ἀμοῖν. legitur à quibusdam apud Hippocratem ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, comment. 3. significat, sicut Dioscorides aliquando interpretatus est, idem quod mediocris. verum Galenus eo loco non ἐμοῖν, sed ἄλλοιν legit.

Ἀμόλυντον φάρμακον. Galeno ad Glaucon. dicitur medicamentum, quod manus non inquinat.

Ἀμόργη. amurca. Est expressæ oliuæ fidens recrementum. Calfacit & siccat secundo ordine, eoque intenso: hac enim ratione vlcera in siccis quidem corporibus curat, in alijs autem intendit irritatque. Transtulit autem Hippocrates etiam τὰ ἀμόργματα nomen ad iecinoris vitiosos humores, Aphor. 45. lib. 7. eo significans crudam iecinoris putrilaginem, vt eo loco Galenus annotauit.

Censet autem Henr. Steph. esse potius scribendum ἀμοργὴ, quia hæc scriptura frequentior est & melior, vt, per quam discrimen ponatur cũ ἀμόργη, herbã seu coloris genus quoddam significante; Cæterum ἀμόργη etiam olei fæcem retrimentum, aut subsidens crassamentum significat, sicut notauit Erotian. In lexico Hippocratis, Et Hesychio ἀμοργὴ, σπυρὶς ἐλαίου, fæx olei: apud Aristotelem etiam scriptum repereris ἀμόργους.

Ἀμοιτὸς ἄρτος. panis ex similagine cocta cum melle, Panis mellitus & dulciarius.

Ἀμπελίτις γῆ. est terra duriuscula, nigra, piceæ longos carbones referens, assulatim scissilis, æquabili splendore, quæ detrita accepto oleo statim eliquescit. Ea autẽ non videtur aliud esse quam bitumen fossile, seu carbo fossilis. Plinius eam bitumini simillimam scribit, Posidonius bituminosam appellat. Quia vero talis est, accenditur & ardet. Galen. eam non tam terram esse dicit, quam ad lapidis naturam accedere. Dioscorid. inter terræ species recenset, nec dubium quin hic molliorem, ille duriorem viderit. Dicitur alio nomine φαρμακῖτις. Vtrumque autem ab eadem forte causa inditum est. Valet enim contra innascentes vitibus vermes, quos κόνιπας vocant, gemmasque earum erodentes. Vim dissipandi, siccandi & refrigerandi habet: ad καλλιστέφανα additur, estque tingendis capillis idonea.

Ἀμπελολεύκη. vitis alba. Est vitis species radicem habens prægrandem, raphani similitudine, ex qua caules asparago similes exeunt, longi & exilibus internodijs geniculati, in altum scandentes, seque fruticibus capreolis suis innectentes. folia habet pampinosa, fructum rubentem dependentem in racemis. Tota satiuæ viti similis est folijs, sarmentis, pampinis, nisi hirsutiora essent. Alio nomine à Græcis βρυωνία dicitur, quo etiam omnes officinæ & herbarij appellant. Vulgus colubrinam vocat. Eius germina vrinam mouent, radix abstergit, tenuis natura & mediocriter calida: vnde fit vt lienes etiam potu consumat.

Ἀμπελόπρασον. est herba caulem habens bicubitalem, folia porracea, sed angustiora, florem candidum, radicem bulbosam. Prouenit in vinetis, vnde à natalibus ἀμπελόπρασον, quasi vitigineum porrum nominatur. Gal. agreste porrum esse prodidit. Stomacho inimicum est, acerrimum calidissimumq; in summo ordine. quamobrem etiam exulcerat, inciditque, & viscerum meatus recludit.

Gal. l. 2. de alimentorum facultatibus c. vltimo, ἀμπελόπρασον à porris tantum dissidere inquit, quantum in alijs omnibus congeneribus agrestia á domesticis.

Ἄμπελος. vitis quæ & ἄμπελος φόνος, hoc est vitis vinifera, appellatur. Est frutex multiplici cortice cinctus, qui radicis speciem gerat, caudice, contorto, flagellis longe lateque vagantibus sarmentis lata fronde lasciuientibus, longis pediculis pendente, neruosa corticosaque. Flos fructum ambit lanugineus, vua compluribus acinis aceruata, seminibus tunica clausis. carnosa ei medulla, frequentes pãpini, quibus suopte ingenio caduca colligetur. Plura eius esse genera & totidem quot soli affirmãtur. Vitis racemi & germina abstergendi facultate pollẽt & nonnihil adstringens habent: folia refrigerant & adstringunt, ideoque stomachi ardori, dysenteriæ, & sanguinis excreationi medentur. Vide οἶνος.

Ἄμπελος ἄγριος. duplicẽ habet apud Græcos significationem. Nunc enim vitem syluestrem significat, viti satiuæ congenerem, habitu tantum

diuersam, vt quæ sola consitionis priuatione à reliquo vitium genere differat. Hæc peculiari nomine à Latinis labrusca dicitur, quod in marginibus terræ, ceu labris quibusdam nascatur. Sunt autem duo eius genera. Alterum quod vuas ad maturitatem non perducit, sed ad florem tantum, quem οἰναν θην vocant, promouet: alterum quod vuas perficit paruis acinis, duorum etiam generum, albi & nigri. Significat vero ἄμπελος ἀγρία & herbam palmites longos ex se mittentem, lignosos, asperos, rimoso cortice, folia autem solano hortensi similia, sed latiora longioraque, florem vero crinitum, muscosum, & fructum exiguis vuis similem (à quo vitis nomen accepit, licet alterius à vite generis sit, sola viticularum & racemosi fructus, quem profert, similitudine inter vites numerata) qui vbi maturus est, rubet, rotunda acinorum facie. Eius radici vis excalfactoria & acris est, vt ad vsum psilothri veniat.

Ἄμπελος μέλαινα. vitis nigra. Est vitis species caules habens & folia hederæ, (in quo à vite candida, quæ ἀμπελολεύκη dicitur, discrepat (vel verius similaci similia maiora tamen, fructum racemosum in vuis dependentem, qui per initia viridis est, postea nigricat, eoque à vitis albæ fructu differt: radicem vero foris atram, intus buxei coloris. Propinquas arbores clauiculis suis comprehendit & scandit. Hanc alio nomine Græci βρυωνίαν, sicut & vitem albam, Latini autem vuã taminiam appellant, authore Dioscoride. Potest eadem quæ & ἡ ἀμπελολεύκη, sed inefficacius.

Ἄμπελος χειρωνία. eadem est quæ & ἄμπελος μέλαινα. Sic autem dicta est, quod Chironijs vlceribus & in gangrænam transeuntibus remedio sit. qua ratione non ἡ μέλαινα modo, verum ἡ λευκὴ ἄμπελος etiam dici χειρωνία potest, quod authoribus Dioscoride & Galeno vtrique eadem sit facultas.

Ἄμπυτις. verbum est ab Hippocr. vsurpatũ, significans idem quod ἡ ἀνάπνοια. Proprie quidem est reciprocatio aquæ cum post exundationem aqua ad mare reuertitur & littora destituit, ita vt mare eam quodammodo rebibere videatur: Latini æstus recessum, vel maris reciprocationem dicere possunt. Hippocrat. autem eam vocem ad corporis humores transtulit, itaque appellauit τὴν εἰς βάθος μετάστασιν τῶν ὑγρῶν, hoc est, humoris reuocationem ab externis partibus ad internas.

Ἀμυγδαλῆ. amygdalus. Arbor est singulari radice, prægrandi & alte defixa, caudice procero, summatim compluribus ramis brachiato, folijs salici similibus, prælongis, flore foliato, candido, & in quibusdam subrufo, succo pingui turgens, & lacrymam plorans, quæ statim concrescit in gummi. fert nuces quæ à multis amygdalæ nuces, & Græcæ nuces dicuntur, gemino protectas operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis, cui solidus subest nucleus, acriore etiam obductus callo. Harum duo sunt genera, vnum amarum, alterum dulce. Vocatam à Græcis ἀμυγδαλῆ Herodianus Alexandrinus prodidit, quod post viride putamen, alterum quod subest, multis scateat rimosis scarificationibus, quas Græci ἀμυχὰς appellant. Est enim ἀμυχὴ ἕλκος ὀπτόλαιον, hoc est, vlcus superficiale, vt interpretatur Hesychius. Habent autem amygdala quæ amara sunt, extenuandi vim, viscosos crassosque humores altius hærentes euellunt, & cutis vitia abstergunt, & ipsa similiter arbor: dulcia vero moderato calore prædita sunt.

Sed & amygdalas amaras ebrietatem arcere testatur Dioscor. l. 1. cap. 76. cuius effectus causa est, amaritudinis vis exsiccans, & humorem discutiens, vt docet Plutarch. in sympos. quæst. 6. l. 1. quo quidem loco refert apud Drusum Tyberij Cæsaris filium, medicum quendam, qui alios omnes subinde bibendo vincere solitus erat, antequam potaret quinque sexue amygdalas amaras edentem, fuisse deprehensum, ac deinceps id facere prohibitum, à vino facillime superatum fuisse, imò ne tantillum quidem ad compotationem perferendam valuisse, idem ex Plutarch. repetit Athenæ. l. 2. Græci autem Ἀμυγδαλὴν, & Ἀμυγδαλὸν indifferenter scribunt, vt ait Gal. 2. de facult. alim. c. 29.

Ἀμυγδαλοειδὴς. dicitur à quibusdam primum genus tithymalli, qui proprie χαραξίας dicitur, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀμυδρὸς σφυγμός. languidus pulsus. Est, vt ait Paulus, pulsus differentia sumpta à robore vitalis virtutis, cum pulsus languide & debiliter digitos tangentis ferit, & à tactu potius euertitur: cuius causa est pulsifica facultas valde imbecilla. Vide σφοδρὸς σφυγμός.

Ἀμυδάονος φάρμακον. nomen est medicamenti compositi, quod Paulus inter emplastra, Aetius inter malagmata recenset. Describitur autem ab ijs impari quidẽ simplicium tum numero tum pondere, ita tamen vt vnum illud Ἀμυδάονος φάρμακον ab illis descriptum esse videatur, valens ad præcordiorum tensionem, articulos contractos conuulsosque, ad digerendum, discutiendum, & extrahendum. Sed & eo Paulus vtitur lib. 4. cap. 32. ad scirrhos aliosque duros tumores emolliendos.

Ἀμυκτικὰ. medicamenta Cælio Aurel. l. 2. τῶν χρον. c. 6. dicividentur, arteriaca, id est quæ partes voci inseruientes male affectas, maleque constitutas exercent, seu quæ arterias vocis instrumenta lædunt, quia nimirum constant ex acribus, vellicantibus, & lacerantibus: verba illius hæc sunt loco cit. adhibenda etiam arteriaca medicamenta, & quæ partes in passione constitutas exerceant à Græcis ἀμυκτικὰ appellata: Tagaultius ἀμυκτικὰ vocat quæ illita exulcerant.

Ἄμυλον. nomen est medicamenti compositi ex omni quidem tritico ac siligine, sed potissimum trimestri. Compositionis autem ratio hæc est. Purgatur trimestre triticum, & madescit aqua dulci quinquies in die mutata, & si quidem fieri potest, nocte. Cum tenerescere inceperit, aqua sensim, & sine agitatione effunditur, ne quid simul cum ea cremoris effluat. Vbi vero mollissimum euasisse videbitur, mutata aqua pedibus calcari debet, atque rursus infusa teri. tum demum enatantes ibi furfures eximendi, reliquumque percolandum, & quamprimum in regulis nouis sub ardentissimo sole siccandum, ne, si paulisper madidum relinquatur, acorem contrahat. Vim habet refrigerandi mediocriter & siccandi. Valet ad sanguinis excreationes, lenitque faucium vitia. Fit vero & ex zea ἄμυλον, vno alteroue die macerata & elota, & manibus, vt in confectione panis fit, subacta pressaque,

& feruentissimo in sole, vt ante retulimus, exsiccata. Verum id vt in reliqua vita vtilissimum fuerit, nullius tamen est in medicina vsus. Dicitur ἄμυλον quod χωρὶς μύλου, id est, sine mola paretur. Officinis hodie amydum dicitur.

Ἄμυος. musculis carens, seu in quo musculi non sunt, vel in quo sunt quidem, sed prorsus non apparent, sic enim Gal. apud Hippocr. ἄσαρκον ἢ ἄμυον exponens, dicit ἄμυον esse, ὃν τῷ παντὶ παντὸν ἀφανῆς ἐστὶν αἱ διαιρέσεις τῶν μυῶν. In quo plane sunt inconspicua musculorum lineamenta.

Ἀμυδὶς. significat apud Hippocratem ἀθρόως, hoc est, confertim & simul, quasi ἅμα τῇ μύσει τοῖς χείλεσι.

Ita Hesych. ἄμυσιν exponit, ἀθρόαν πόσιν; & Suidas τὴν ἀπηνῆ πόσιν; & ἄμυσις, ιος, largum haustum significat, quum nimirum non compressis labris sorbillatur, sed hiante ore, patenteque rictu merum ingurgitatur.

Ἀμυχὴ. Hesychio & Varino ἕλκος ἐπιπόλαιον, id est, vlcus superficiarium significat, inde apud Hippocr. in Coac. ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα, pustularum eruptiones dicuntur, velut summa cute leuiter lacerata, aut vellicata: Sunt enim ἀμυχαὶ leues cutis laceratione, incisuræ, & exulcerationes, velut quæ scarificatu fiunt, quas ἐπιπολαίας & λεπτὰς interdum Gal. vt quæ per summa leues fiant, vocat, interdum quoque βαθείας καὶ μακράς, altas & longas, nonnunquam etiam τὰς διὰ μέσου τῶν ἀμφοτέρων, intermedias.

Ἀμυχώδης. similis ταῖς ἀμυχαῖς: in quo cutis veluti carpta ac vellicata tanquam vnguibus videtur: apud Hippocr.

Ἀμφημερινὸς πυρετὸς. vel vt quidam ἀφημέρινος, sed minus recte, Quotidiana febris dicitur, quæ quoniam ab authore nostro paulo breuius enucleatur, eam paulo latius, ex Galeni & aliorum scriptis explicare, consilium est igitur ἀμφημερινὸς πυρετὸς cum simpliciter effertur apud Græcos, quotidianam intermittentem significat; alteram enim distinctionis gratia, cum additione ἀμφημερινὸν συνεχῆ illi vocant, vt annotauit Gal. libr. 2. de differ. Febr. c. 7. est autem quotidiana febris à pituitæ putredine, singulis diebus accessionem habens repetentem, præcipue circa vesperam & nocte, hoc enim potissimum tempore pituitam moueri in corpore medici crediderunt, atque hinc illam νυκτερινὴν vocauit Hippocr. 3. Epid. sect. 3. Excitatur vero à causis omnibus, pituitæ copiam in corpore gignentibus, vt otio, crapula, satietate, somno nimio, cibis pituitosis, in homine frigidi ac humidi temperamenti: iuuenem enim (inquit Gal. 1. ad Glaucon. bilioſa ſiccaque tēperatura hac febre correptum nunquam vidi) ætate, anni tempore, aeris constitutione, loco, frigidis & humidis: Cumulatur autem & putret pituita, cùm in toto corporis habitu, tum maxime, circa Mesenterium, pancreas & vicina loca, sed præsertim circa ventriculum, qui cum sit pituitæ procreandæ officina, hac in febre affici fere solet, vt scripsit Gal. libr. 1. ad Glaucon. c. 5. & in libello de typis; idem tamen etiam hepar affici scripsit 2. de crisib. c. 5. Accessio non repente, vt in alijs intermittentibus febribus, sed sensim inuadit, cum partium externarum sola refrigeratione, aliquando tamen cum horrore, si à pituita salsa sit febris, tunc etiam præcordia contra habitum naturalem intumescunt, & distenduntur, vt ait Gal. 2. de crisib. c. 5. Pulsus paruus, submissus, languidus, inæqualis; vomitus interdum pituitosus, finito frigore increscit febris, sed paulatim & lente ad vigorem vsque: Per id tempus est, os ventriculi imbecillum, deiecta appetentia, Calor sentitur prima admotione manus, hebes, halituosus, ac vaporosus, & quem assimilat Gal. 2. de different. feb. c. 4. igni fumido ex lignis viridibus accenso; Si tamen paulo diutius manum admoueris, paulatim mordacitas huic aduenit, vt tradit Gal. 1. ad Glaucon. c. 7. contrario plane modo quam in tertiana fiat, in qua primo acer calor sentitur, mox remittitur; inæqualis etiam in quotidiana sentitur calor, modo calore, modo frigore per vices corpus ferentibus, adeo vt per colatorium quoddam, seu cribrum, calor ipse percolari videatur, vt loquitur Gal. 2. de differ. febr. c. 9. quod fit (inquit ille) propter pituitæ lentorem & crassitiem, per quam fit, vt difficile expiret pars illa quam putredo occupauit, reliqua frigida manet & crassior, eodem fere modo quo in Epiala, nulla autem, durante febrili calore, respirandi difficultas adest, nulla corporis iactatio, nec nudatio, nulla sitis aut exigua, Pulsus tamen crebrior celerior & maior euadit, quàm initio accessionis, atque idem magis, quam in cæteris intermittentibus, inæqualis; sic quidem se habet, quotidianæ accessionis vigor, post quem declinatio aduenit, lento admodum gradu procedens, (pituita enim accensa difficulter exhalat & dissoluitur, & nullo cum sudore, præsertim primis accessionibus deinceps vero, attenuato videlicet humore erumpit, sed paucus, vt ait Gal. 2. de crisib. cap. 5. adeo vt ipsemet lib. 1. ad Glaucon. nullum in febris huius declinatione sudorem agnouerit, sic quidem cessat huius febris paroxysmus, qui longus esse consueuit, cum ob difficilem pituitæ accensionem, tum propter eiusdem accensæ difficilem dissolutionem atque exhalationem, adeo vt plurimum horis 18. detineat; finito paroxysmo incipit ἀπυρεξία, non vt in tertiana intermittente syncera, & quæ ad integritatem perueniat, sed quæ humoris putrefacti seruet adhuc vestigium, quamquam licet admodum raro, secus contingit ex Gal. lib. 2. de different. febr. c. 4. quod propter humoris pituitosi crassitiem, & lentorem fieri verissimile est, qui non facile totus sudoribus, & insensibili transpiratione vacuari potest: Sequenti die repetit accessio, eâdem horâ, aut prius vel tardius, eaque longior aut breuior, vehementior aut leuior, pro causarum, quæ suis locis explicantur, varietate, atque singulis diebus id fiet, quamdiu materiæ febrem facientis aliquid restabit, & putridi caloris vestigium, ceu seminium in foco febris supererit: Longa quidem febris est, nec sine periculo, ait Gal. lib. 1. ad Glaucon. nam ex illa habitus corporis refrigeratur, Calor natiuus extinguitur, atque hinc magnus fit excrementorum prouentus in corpore, quæ à natura coqui & vinci non possunt, siquidem cum longas accessiones habeat, atque eas haudquaquam, vt dictum est, ad integritatem desinentes, naturæ breuissimum tempus relinquitur, quò humorum contumacium coctioni, corporialendo, refarciendisque viribus vacare possit, itaque toto morbi decur-

» su deiectiones sunt pituitosæ, crudæ, liquidæ, vrinæ crudæ, tenues & albæ, præsertim initio (postea enim coctâ aliquantulum materiâ euadunt rubræ, crassæ, & turbidæ) totius corporis habitus subtumidus, cum colore albo & pallido, etiam in accessionibus, ex Gal. 2. de crisib. c. 5. Subtumida facies & laxa, totius corporis grauitas, lienis interdum durities: Quod si longius perdurarit febris, tremulæ, veternosæque cataphoræ superueniunt, thoracis ἐνυπνισμοὶ, & παρεγχύσεις ὑδρωπικαὶ, id est superfusiones hydropicæ, vt scribit Gal. lib. de typis: Sic quidem se habent quotidianæ febris circuitus singula tempora, si febris ipsa ἀκριβὴς, id est exquisita fuerit, Alias enim, si pituitæ alter humor misceatur, fiet notha, & non legitima quotidiana, eâ proportione cum alia febre intermittente confusa, quâ fuerit cum alio humore permixta: itaq; nec illa, quæ per singula paroxysmi tempora descripsimus, habebit syncera, sed cum alijs aliarum febriũ permixta, sed te in intermittentium exquisitarum natura dignoscenda exercerei par est, hinc enim facile postea in confusarum dignotionem peruenies.

Ἀμφημερινὸς συνεχὴς. Quotidiana continua, Sic enim dicitur cum adiectione, ad differentiam intermittentis, quæ ἀμφημερινὸς simpliciter vocatur, alij μεθημερινὸν, alij καθημερινὸν nuncuparunt, quãquam hoc postremum nomen apud nullum authorem idoneum reperitur, inquit Gal. 2. de differ. febr. c. 7. febris autem est à pituita, in maioribus vasis, quæ inter alas sunt & inguina putrescente, quotidie exacerbationem habens & remissionem, similia habens omnino symptomata, quæ antea intermittenti quotidianæ inesse diximus, atque in hoc tantum discrepans, quod cum externarum partiũ frigore non incipiat exacerbatio, nec eundem focum febris habeat. Raro contingit hæc febris, atque ex earum genere esse censetur quæ ἔπαλοὶ dicuntur, de quibus suo loco.

Ἀμφίδιον. à quibusdam dicitur ἡ ἀλόη, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀμφιβληστροειδὴς. Est tunica oculi semicircularis, in posteriore eius parte sita, non membranea quidem, vti cæteræ, sed mollis & mucori narium similis, producta ex ipsa nerui optici substantia dilatata, mollioreque reddita qua oculũ pertingit. Eam si totam exemptam coacerues & colligas, cerebrum tibi apparebit, vel aliquid etiam cerebro mollius. Quidam tunicæ nomine ob id eam non dignantur. Galen. tamen lib. 7. placit. Hippocr. & Plat. tunicam appellauit. Non est autem integra, nec totum oculum inuoluit, sed vitreum humorem, cui contigua est, à posteriori tantũ parte circundat, nec vltra mediã oculi partẽ progreditur. Sic dicta est à retis similitudine, quod Græcis ἀμφίβληστρον dicitur, nõ quod plexum eius referat, cum vndique sibi continua sit, sed quoniam eius formam, quæ dimidiati globi tantum est, gerat, quodque, vt illud ab vno baculo dependet, ita hæc ab optico neruo, à quo originem ducit, tanquam à suo manubrio pendere videatur, multis venis & arterijs intertexta.

Ἀμφιβρόγχια. loca dicuntur circum tonsillas, Galen. enim in lexico Hippocr. ἀμφιβρογχίων exponit, τὰ περὶ τὰ παρώτια τόπων, quia βρόγχια fauces dicuntur.

Ἀμφιδέξιον. vocatur ab Hippocrate mulier quæ vtraque manu tanquam dextra vtitur, quasi vtrinque dextra. talis est & apud poëtam ἀμφιδέξιος. Sic & Hipponax dixit: ἀμφιδέξιος γὼ εἰμὶ, κοὐχ' ἁμαρτάνω: hoc est, ἀμφιδέξιος enim sum, nec delinquo. Huic opponitur ἀμφαίστερος. Errant qui interpretãtur ἀμφιδέξιον eam quæ in dextra vteri parte concepta gestataque fuerit.

Quanquam huius etiam meminit explicationis Gal. in aphor. & in exegesi, qui & tradit quosdam ἀμφιδέξιον. de hermaphroditis intellexisse, quam opinionem vt ridiculam explodit.

Ἀμφίδεον, & τὰ ἀμφίδια, & Hesychio ἀμφιδίες. armillæ dicuntur siue annuli, id est orbiculi, quibus manus, vel pedes, bracchia aut tibiæ circumligantur, ceu catenæ: Gal. in lexico Hippoc. ἀμφίδια appellari scribit, τὰ γυναικεῖα φύλλια, armillas muliebres, nimirum ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν ἐν κύκλῳ, καὶ οἷον ἀμφιδεῖν, quod in orbem bracchia circumdent aut circumligent, & ab his metaphorice ἀμφίδιον Hippocrati dici, τὸ τῆς γαστρὸς τοῦ μήτρας τὸ ἐν κύκλῳ ἄκρον, oculi matricis extremitatem rotundam, quam cucurbitæ labris assimilem esse ait, insuper eo loci scribens, λέγω δὲ Hippocrati esse, τὰ ἄκρα τῆς γαστρὸς τοῦ ὑστέρης, extremam vteri oculi oram, alioque vocabulo ab eo nominata ἀμφίδια, ex translatione dici ascribens, à vestimentorũ oris & fimbrijs, Sed & ὀμφὼ quum apud eundem Hippocratẽ, Galen. exposuisset, τῇ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδεῖ ἐπαναστάσει, id est flexuosæ circa vteri oculum extuberãtiæ, subiungit, hoc ipsum ab eo vocari ἀμφίδιον & λέγεται; apud Erotian. vero scriptum est ἀμφίδυον pro Ἀμφίδιον & esse ait τὸ πέριξ τοῦ τῆς μήτρας στόματος, circumferentiam colli matricis.

Ἀμφίδυον. quoque legit Ruffus, sic nominatum scribens à circularibus seu orbicularibus ferramentis, quibus aratra præfiguntur, sed alteram scripturam Galen. confirmat cum πρὸς τὸ ἀμφιδεῖν à circumligando deductum nomen tradit, proprie enim ἀμφίδια & ἀμφίδιες, dicuntur circuli, orbes, annuli ex ære & ferro, nec non armillæ, vt quæ bracchijs vel tibijs circumdentur.

Ἀμφίκομον. hordeum Montanum, ἢ ὀρεινὴ κριθὴ Ethymologo dicitur, quam sua ætate ἴσχαν nominatam fuisse dicit; Comicos vero ἀμφίκομον vocare, τὸ αἰδοῖον ἀπὸ τῆς περικεκομμένης, Eustath. quoque τὸ γυναικεῖον μόριον, sic vocari ait, addens Cratinum Φόσφῳ ita vocare.

Ἀμφικέφαλον. sic femoris os appellat Aristoles, quod vtraque sui parte veluti duo capita habeat.

Ἀμφιμήτριον σημεῖον. dicitur ab Hippocr. τὸ δηλωτικὸν περὶ τὰς μήτρας διαθέσιον, id est signum quod affectionum vuluæ significatiuum est l. 2. Epid. vt Gal. exponit ἐγλώσσας. Similiter Hesych. exponit τὸ σημαντικὸν τῆ περὶ τὴ μήτραν παθῶν: quod autem hîc notauit noster author hãc vsurpari vocẽ 2. Epid. vitium inquit esse manifestum fœsius, neque quidquam tale illic legi, verum in 6. Epid. illîc insuper voce corrupta, & pro ἀμφιδύμιον legendum esse ἀμφιμήτριον.

Ἀμφορεὺς. amphora. Est liquoris tantum mensura, apud Romanos quidem vrnas duas capiens, siue sextarios octo & quadraginta (quæ alio nomine dicta est quadrantal, à figura quadrata. erat enim pedis quadrati & cubica) apud Atticos vero capacior, vt quæ præterea vrnam contineret. Dicta est ab Atticis peculiari nomine μετρητὴς: quod

nomen si quando sine adiuncto occurrit apud Græcos authores, Atticam Amphoram intelligere oportet. Cum enim de Italica siue Romana agitur, quæ non paulo minor est, ἰταλικὴν adiungunt. Quemadmodum Latini contra Metretam Atticam dicunt, vt à Romana distinguant, quam simplici amphoræ vocabulo designãt. Dicitur & ab aljis pari modo vsuque κεράμιον, à Latinis autem cadus. Vide μετρητής.

Ἄμωμις. frutex est idem fere cum amomo, nisi ea minus venosa, durior, & flore origani esset, sine odore & sine fructu. Ex ea adulteratur amomum.

Ἄμωμον. frutex est pusillus, palmi fere altitudine, vite quidem alba minor, sed folijs illi similis, venosus, odoratus, ramulis duriusculis, colore subflauo, baccis inter se racematim cohærentibus in modum vuæ, flore purpureo & æmulo candidæ violæ. Indicæ viticulæ genus est è ligno se conuoluens in vuæ modum. Calfacit & siccat perinde atque acorus.

Ἀμῶς. quodammodo, aliqua ex parte, mediocriter. Dicitur & ἀμῇ apud Hippocr.

Ἀνὰ. præpositio cum accusatiuo iuncta, significat apud medicos æqualem quamdam distributionem, vbi de medicamentorum compositionibus agunt, sic apud Dioscor. lib. 2. c. 91. ἀσπαλάθου καὶ ξυλοβαλσάμου ἀνὰ ὁλκὴν μίαν, μύρου δὲ καὶ κινναμώμου, καὶ καρδαμώμου, καὶ νάρδου ἀνὰ δύο σταγόνας μίαν, aspalathi & xylobalsami singulorum dragmam vnam, misce vero Cynnamomi, Cardamomi & Nardi, singulorum vnicam vnam. Sic apud eundem ἀνὰ δραχμὰς ιβ, id est, singulorũ dragmas 12. vsi etiam sunt hac præpositione Euangelistæ, vt Matthæus c. 20. ἀνὰ δηνάριον ἔλαβον, acceperunt singuli denariũ, & Lucas 9. & Ioãnis 2.

Ἀνάδοσις. significat idem quod ἐπίδοσις siue αὔξησις, id est, augmentum siue incrementum tam morbi totius quam singularum accessionum. Vide αὔξησις.

Ἀνάβασις. est etiam stirpis nomen, quam caucum & ephedram appellant, ephedram quidem quia scandere solet arbores, & ex ramis propendere folio nullo, cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida; à reptili fruticum scansu nomen istud adepta est, Græcis ἵππουρις, siue equisetum appellatur authore Plinio.

Ἀναβατικὸς πυρετὸς, qui & ἐπακμαστικὸς, id est, increscens dicitur, est secunda febris synochæ differentia, quæ à principio vsque ad finem crisimque paulatim augetur, & veluti assurgit, vt ait Galen. lib. 2. de differentijs febrium.

Ἀναβεγχισμὸς. est genus curationis chirurgicæ conueniens pilis palpebrarum vel reflexis oculum versus, vel longitudine sua oculum infestantibus. Fit autem ad hunc modum. Acus ab interna palpebræ parte transmittitur ad externam, immisso prius in acus foramen vtroque extremo tenuissimi alicuius fili. tum demum palpebræ pilo infestãte & noxio immisso in reliquam mediamque fili partem, quę hiat diductaque est, veluti laqueus quidam infestum palpebræ pilum comprehendat: apprehenso autem eo traijcienda penitus est acus per palpebram, simulque palpebræ pilus adducendus, vt per extimam palpebræ superficiem exeat, vlcereque postea consolidato non amplius in oculum feratur. Id genus curationis Latine dici potest infibulatio per acum vel illaqueatio. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ βρόχου, id est, à laqueo. Qui Paulum verterunt, male interpretati sunt euulsionem, cum tali curandi genere pilus non euellatur.

Hoc autem pilare malum, cui ἀναβεγχισμὸς debetur, docente Paulo lib. 6. c. 13. Hippocrati dicitur πτίλωσις & τριχίασις; Ἀναβεγχισμὸς autem ab aljis scribitur, sic apud Galen. reperies in fine lib. 4. comment. in Hippocr. de victus rat. in acutis.

Ἀνάβρωσις, erosio, quæ & διάβρωσις dicitur.

Ἀναγαλλὶς. est frutex paruus non altior palmo, tener, folijs in quadrangulo caule pusillis, subrotundis, in terra iacentibus, ad helxines folia accedentibus, semine rotundo, flore alias phœniceo, alias cæruleo. Duo eius genera statuuntur, flore tantum distantia. Nam quæ cæruleo flore est, fœmina dicitur, mas quæ phœniceo. Vulgo morsus gallinæ appellatur. Vtraque valde abstergit, subcalida est & attrahit. Succus naribus instillatus caput purgat.

Ἀναγαργαλιστὰ. medicamenta dicuntur, quibus colluitur: Gargarismi, Hippocrati lib. 2. περὶ παθῶν, dicuntur ἀναγαργαεισμὰ, Galeno vero ἀναγαργαλισμοὶ.

Ἀναγκάζειν. apud Hippocr. de ossibus vsurpatur, quæ semel suo loco mota per vim restituuntur, dicitur etiam καταναγκάζειν.

Ἀνάγκη. Idem est quod βία apud Hippocr. inquit Erotianus, ita lib. περὶ ἀγμῶν, πολλὰς ἰσχυρὰς ἀνατάσεις, id est, vehementes artuum distensiones ἀνάγκας vocat, vt ipsarum vim atque violentiam significet, vt ibidem notat Gal. Sed & ἀνάγκαν Bacchilides poëta appellabat τὴν φρενῶν ἔκστασιν, cum epoto liberalius vino homo suæ sponte non est, neque sanæ mentis, hanc necessitatem vocat γλυκεῖαν.

Ἀναγκαῖον. membrum virile, quasi quod sit necessitatis cuiusdam signum, Suida & Eustathio.

Ἀναγκαῖον πόμα. anancææ potionis genus, cuius tristis necessitas est: Plautus in Rudente, Perij potando, opinor, Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit, Credo hercle anancæo datum quod biberet; alludit his verbis poëta, vel ad sorbitionem cicutæ, necessariam & fatalem sontibus in Græciæ aliquot vrbibus, vel ad haustum illum è flumine Lethæo, qui nemini mortalium nõ est necessarius: erat & aliud ἀναγκαῖον πόμα in legibus Athenienſium de quo Plato lib. 8. de legibus.

Ἀναγκοφαγία. hac voce vsus est Aristoteles Politicor. 8. c. 3. significare volens cibum eorum qui athleticè exercebantur, sed & aliquando βιαῖον τροφὴν violentum alimentum vocant, quasi plusquam ferre possent, edere cogerẽtur; hac etiam voce vtitur Clemens Alexandrin. lib. 2. pædagog. c. 1.

Ἀναγνῶναι. significat apud Hippocrat. μεταπῆσαι καὶ μεταδιδάξαι, id est sententiam mutare, & vetera dediscentem noua discere.

Ἀνάγνωσις. dicitur peculiari nomine pars ea prognoseos, quæ præteritorum est, vide πρόγνωσις.

Ἀναχρῶσαι. sunt medicamentorum descriptiones, & præscriptiones quædam, quas sibi comparatas medicum habere vult Hippocr. lib. περὶ εὐσχημοσύνης.

Ἄνγυεις. frutex est arborescens, per quam grauí odore si commoueatur, folijs virgisque viticis, flore brassicæ. semen gerit in corniculis oblongis. simile renibus, varium, subrotundum, so-

lidum, quod durescit vua matureſcente. Humi iacet anagyris maluæ modo, vnde & malua terrestris à quibusdam nuncupatur. Calfacit & discutit semen, tenuius est, & vomitum ciet.

Ἀναγωγὴ appellatur ab Aretæo lib. 2. acut. morb. c. 2. sanguinis sursum eductio, vel reiectio ex inferioribus, puta à pectore, visceribusque ibi latentibus, pulmone, aspera arteria, lociſque spinæ finitimis, ascensionis ac viæ per quam fertur nomen habens, hæc Aretæus: sed & ἀναγωγὴ pro anacatharsi vsurpatur, quæ pulmonum propria est expurgatio, vt palam fit ex illo aphor. Qui sanguinem spumosum expuunt, τὸ πτύσιον ἐκ τῶν πλευμόνος ἢ ἀναγωγὴ γίνεται, id est, ijs ex pulmone eductio fit.

Ἀνάδενδρος. vitis arbustiua, quæ & δενδρίτης appellatur.

Ἀναδενδρομαλάκη. vocatur à Gal. ἡ ἀλθαία, quasi arborea siue arboreſcens malua.

Ἀνάδιπλωσις. reduplicatio. Est in accessione febrili horroris per longiora interualla ingeminatio. dicitur & ἐπανάληψις. fit hoc symptoma in febribus præsertim semitertianis, in quibus ter vt plurimum vel quater etiam repetit. In causa est humoris inæqualitas, qui cum partim πικρόχολος acrisque sit, partim vero φλεγματώδης, putreſcens inæquales etiam motus habet. Sunt autem eius interualla, vt dictum est, longiora. Nam qui breuioribus interuallis excitatur, non dicitur proprie Ἀνάδιπλωσις, sed ἀνώμαλός τε καὶ φευκάδης κίνησις, hoc est inæqualis & horrificus motus: cuiusmodi accidit per febres quas Hippocrates lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν appellat φευκάδεις, vt comment. 1. Galenus annotauit.

Ἀνάδοσις, digestio seu distributio alimenti, cum à ventriculo in venas transit. dicitur & διάδοσις, nisi quod hanc quidam interpretantur translationem alimenti à venis maioribus in simplicia, & pene inuisibilia vasa, quasi traditionem vel porrectionem dicas.

Ἀναδρόμοι ἰχθύες. ex piscibus fluuiatilibus quidam sic vocantur, quod ex mari in fluuios conscendant, ait Trallian. 1. li. c. 15. quorum vsum suadet Epilepticis.

Ἀναθερμαινόμενοι. dicuntur apud Hippocratem οἱ ἀναπυρέσσοντες, id est, febricitantes: sicut interpretatur Galen. comm. εἰς τὸ περὶ ἑβδομάδων. Ad prognosim illam, οἱ ἐκ καταψύξεως ἱδρῶτες, Ἀναθερμαινόμενοι κακόν, id est, qui ex perfrigeratione sudantes incandescunt: æstu, malum, quamuis verbum ἀναθερμαίνεσθαι sexcenties apud Hippocr. legatur, intelligaturque de calore partium quæ perfrixerunt, iuxta illud prorrhetici, αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξεις μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακόν, id est, qui ex rigore perfrigerati denuo non incalescunt, male sunt: & Gal. quidem loco cit. verbum ἀναθερμαίνεσθαι, docet ambigue dici de calore naturali redeunte post refrigerationem, quod salutare est (nisi enim rediret, absoluta calidi natiui extinctio inde significaretur,) Et de febre recrudescente, post remissionem aliquam & sudorem, quod imperfectæ crisis, malignique morbi indiciũ est, nec non morbi longi, in quo quæ iudicare nata sunt non iudicant, & in quo materiæ copia, vel maligna qualitas adest, sicut in Pythodoro, Eoque genere febrium, quæ ἱδρῶσιν Epidem. 7. describuntur, ἃ ἀφιεὶς ψυχροὺς (inquit) πανταπάσι, κατὰ γὰρ ἱδρῶτα πάλιν ἐπεθερμαίνοντο. Non perfrigerabantur omnino, etenim post sudorem rursum æstu incandescebant. Denique etiam ἀναθερμαίνεσθαι exponit Gal. in febrilem accessionem redire quod ἐπιπαροξύνεσθαι vocat.

Ἀνάθρεψις. instauratio, renutritio, quam in extenuatione curanda procuramus, de qua plura Gal. comm. 3. in 6. Epid. tex. 29. vide ἀνάλημψις infra.

Ἀναθυμίασις. exhalatio dicitur, qua flatus vapor & humor comprehenditur, videturque esse genus ad omnia corpora quæ sursum ab imis feruntur: eius autem species duæ sunt apud Aristotelẽ in metheoris, altera humida altera sicca; humidam vocat ἀτμώδη, siccam vero καπνώδη, Negatque sicco generi esse commune nomen à Græcis positum, fumum vero eius esse speciem: est autem fortasse λιγνὺς, quæ Galeno frequens vox est, genus ad siccas illas exhalationes; est enim λιγνὺς vapor corporis siccioris vt, καπνὸς siccissimi: Galen. in 3. de loc. affect. vtitur καπνῷ, ἀπὸ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν χυμῶν cuiuscumque modi; omnino autem subtiliores partes à crassioribus emissas appellat Aristoteles καπνὸν, λιγνὺν, κνίσαν, ἀτμίδα, πνεῦμα, ἀναθυμίασιν, Ἀτμὶς autẽ humidæ exhalationis & cuiuscumque ascendentis humiditatis nomen est, Latinam appellationem non habens: Gal. in 1. de simpl. medic. facult. ἀτμὸν quoque vocat: illius species duæ sunt, aquea & aerea; aquea duplex, Ros & pruina: aerea similiter, vna nebula, & ea quam caliginem appellamus.

Ἀναισθησία. sensus priuatio, quæ duplex est, fit enim aliquando occupata, aut aliter læsa mente, de qua sic Hippocr. in Aphorismis. Qui parte aliqua dolentes, dolorem non sentiunt iis mens ægrotat. Alia vero motricis & sensificæ facultatis læsionem sequitur, vt in torpore grauiore, vel neruo densiori reddito à frigida intemperie, vel compresso, vt à ligatura, ictu, tumore circumdante, aut obstructo à crassis viscidisque humoribus, vel extincto sensu, & partis insito calore, vt in Gangræna & νεκρώσει, vel quia non amplius mittitur spiritus animalis à cerebro, propter penuriam aut pituitæ diffusionem in principium neruorum: in hac sensus priuatione compuncta pars non sentit, aut ægre, quoniam corpus resoluitur, in illa maximè, quia animus læditur.

Ἀναίσσοντες πρὸς χεῖρα. dicuntur ad manum resilientes: Ἀναίσσειν, vel ἀνάισσειν exilire significat, & ad medici tangentis manum subsultare, quod est, vel dissilire motu quodã conuulsiuo, vel attolli ac deprimi palpitatorio, quorum motuũ vterque à tremore differt; vel & ἀναίσσειν dicuntur, qui velut à tonitru, somno excitantur, omnibusque artubus contremiscunt, subsultim mouentur, nec vllo stant loco metu perculsi; qualem fuisse accepimus mulierem Thasiam δυσπίονα, quæ à menstruorum suppressione, febrem habuit conuulsionibus crebram: nemo autem facile intelliget quos appellet Hippocr. ἀναίσσοντας πρὸς χεῖρα, nisi qui prius in ægris id diligenter obseruauerit: eiusmodi autẽ vitium aliquãdo adeo manifestum est, vt coniecto oculo in manum ægri, videas quasi intremiscentem reuelli, & aliquando contingenti manum id deprehenditur: atque is motus tremulus, ac resultans ex tremore & cõuulsione, mistus est, propterea σπασμοπρομιδὴς, & σπασμίζομαι ab authore prorrhetici vocatur:

» vocatur, distinguiturque à tremore, siquidem » deposita manu & subnixa, tremor conquiescit, » non ἀπασμόπτομος: Periculosa autem admodum » est eiusmodi tremula reuulsio, quam fere de- » mentia sequitur, vt in Thasia muliere, sæpe » conuulsio & mors, multoque magis si acuta fe- » bris sit, si maligna, si multa antecessit vacuatio: » Si enim oppressa natura præ humoris copia con- » tingat, non hoc adeo lethale putandum est, plus » humore madentibus quam resiccatis neruis. » sunt autem quibus etiam integre valentibus fa- » miliaris hæc sit affectio, quod est ad prognosim » sedulo cognoscendum: si de hoc deprauato mo- » tu plura voles, vide in voce ἀπασμοπτομώδης.

Ἀναπολογητὰ. dicuntur ea (inquit Budæus) quorum » sunt occultæ & abditæ causæ, vt in affectibus » quibusdam alijsque plurimis contingit.

Ἀνακαθέα. dicitur ὁ λωτὸς Græcorum vulgo, vt Aetius author est.

Ἀνακάθαρσις. dici solet ab Hippocrate humorum qui pleuritidem excitarunt, per sputa euacuatio, vt annotauit Galenus in aphoris. 8. lib. 5.

» Et ἀνακαθάρσεις sæpius ab Hippoc. vocantur » ἀναπτύσεις.

Ἀνακαθαρτικὸν φάρμακον. repurgans medicamentum. Vide ἐκκαθαρτικὸν.

Ἀνακαλυμβῶ. id est, ἀναμιμνησκομβῶ. reminiscenti, apud Hippocratem lib. 1. Epidemiῶn, vt annotauit Galenus.

Ἀνακαλύμβιον πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ἀνακάμψεως. herbæ nomen, quę è terra etiam euulsa viuit, vt ait Hesychius. meminit & eius Plinius lib. 24. cap. 17.

» Ἀνακαπίσματα suffimenta. vide θυμίαμα.

Ἀνάκαρ. significat apud Hippocratem εἰς τὸ ἄνω μέρος, hoc est, in superiorem partem: vt κάτω κὰρ in inferiorem.

Ἀνακάρδιον ἢ Ἀνάκαρδος. arbor est Indica, fructu auiculæ corculo non dissimili (vnde nomen putatur inditum) rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Tertia classe excalfacit & resiccat. Dicitur ad memoriam quam maxime conferre. Duplex habetur apud Paulum δι' ἀνακαρδίων confectio, quarum vtramque ἀκροδώρητον dicit appellari, numerosiore quidem materia & ponderibus valde differentibus ab ea quam Mesues describit, sed viribus non multum dispar.

» Huius quoque compositionis Trallianus me- » minit l. 7. cap. 10. quam inquit cardialgijs pluri- » mum conferre: Sunt autem qui fructus tantum » prædictæ arboris ἀνακάρδια nominari dicant à re- » centioribus apud Græcos medicis, quod cordis » figuram coloremque æmulentur, atque ita po- » tius accepit Paulus in confectione δι' ἀνακαρδίων; » memorantur & à Nicolao Myrepso aliquot » ἀνακαρδίων ἀντίδοτοι.

Ἀνακινοῦν. hoc est, resiliunt, apud Hippocratem.

Ἀνάκλασις & ἀνακεκλασμένοι. vide infra vocem κα- » τάκλασις.

Ἀνακλίσεις. Hippocrati dicuntur ægrorum decu- » bitus, quos à medico diligenter obseruari præci- » pit ad morbi prognosim, de quibus sic ille in » prorrhetico; decumbentem (inquit) ægrotum à » medico deprehendi conuenit in latus dextrum, » aut sinistrum, Manus, collum, & crura modice » inflexa habẽtem, sicut & corpus totum, ita enim » sanorum plurimi decumbunt: optimi autem » sunt decubitus qui sanorum decubitibus similes » existunt, at vero supinum iacere, manus, collum & crura extenta habere, minus bonum est; si « vero etiam pronus fiat, & de lecto ad pedes de- « labatur, magis horrendum est, si vero nudos « quoque pedes habere comperiatur, haud ma- « gnopere calidos, & manus, collum & crura inæ- « qualiter disiecta, atque nuda, malum est; anxie- « tatem enim significat: Lethale est etiam hiap- « tem semper dormire, & crura supini iacentis « valde incuruata esse ac complicata, si quis etiam « in ventrem decumbat non assuetus, delirium « enim significat, erectum autem sedere velle « ægrum in morbi vigore, in morbis omnibus « acutis malum est, pessimum autem in peripneu- « monicis. «

Ἀνακογχυλίζειν. idem quod τὸ γαργαρίζειν, vt sepe apud Galenum legitur. dicitur etiam ἀνακογχυλιάζειν. quæ verba factitia quibusdam videntur esse à sono, qui fit inter gargarizandum. Paulus libr. 3. cap. 5. κόψας, σήσας, μίξας, ἐν ἁλὶ κογχυλίαζε, id est tunde, cribra, misce, & in sole gargarizato. Idem cap. 18. eiusdem libri, ὠφελεῖ ἡ διὰ ἀνακογχυλισμὸς διὰ τῶν δριμέων. hoc est, auxiliatur etiam gargarizatio per acria facta.

Ἀνακογχυλιασμὸς apud Athen. l. 5. scriptum habe- « tur, gargarizationem seu gargarizatum Plinius « appellauit. «

Ἀνακολλήματα. agglutinamenta. Sunt medicamenta quæ in affectibus oculorum fronti agglutinantur, ex ijs composita quæ obstruendi, opplendi, glutinandi, adstringendi, refrigerandi, aut siccandi facultatem possident. cuiusmodi sunt farinæ pollen, manna, terra Samia, myrrha, cochleæ, acacia, opium cum candido oui liquore. Adhibentur cum fluxio per exteriora fertur. Cum enim per venas arteriasque intra caluariam conditas decurrit humor, ea nullo vsu applicantur. Author Paulus lib. 7. cap. 16.

Qui multas eorum differentias illic describit. «

Ἀνακολιασμὸς. vox à Diocle vsurpata, referente « Cæl. Aureliano lib. 2. τ. χρον. cap. vlt. qua « voce intelligere videtur medicamenti genus « quoddam, quod à pulmone affecto humorem « detrahit & deducit. «

Ἀνακομίζεσθαι. proprie reduci, reuehi, atque de- « portari significat, hanc vero vocem vsurpauit « Hippocr. in aphorismis, pro reductione in pristi- « num statum, metaphora à messibus desumpta, « quæ cum feruntur in aream, aut horreum ἀνακο- « μίζεσθαι dicuntur: Est autem inter vocem hanc, & « ἀναλαμβάνεσθαι proportio quædam & similitudo, « Resumi namque dicuntur corpora quæ recreã- « tur, postquam morbis defuncta sunt, sic ἀνακομί- « ζεσθαι exponit Budæus animum recipere ex deli- « quio, hinc ἀνακομιδέντα σώματα vocat Gal. ἀνα- « λαμβανόμενα, ἀναφέροντα, id est quæ à longa infir- « mitate recreantur, & Ἀνακομιδεῖς Hippocrates in « Coacis, illos, qui à morbis reualescunt. «

Ἀνακρίνωσις. vox apud Hippocratem, medici gra- « uitatem atque authoritatem designans, cuius « ille ingressu ad ægrum, meminisse vult medi- « cum, libr. περὶ εὐσημοσύνης, nisi potius actiue « sit accipienda vox illa pro authoritatis conci- « liatione. «

Ἀνακωχὴ. intermissio, dilatio, apud Hippocr.

Ἀνακτόριον. à quibusdam dicitur ἡ ἀρτεμισία, au- thore Dioscor. qui etiam τὸ ξυρὸν sic dici prodidit.

Ἀνακῶς. φυλακτικῶς. hoc est caute vel apte ad custo- diendum: apud Hippocr.

Ἀναλῆς. significat apud Hippocr. quod non alitur nec augetur.

Ἀναλαμβάνειν. significatione actiua vsurpatur nonnunquam, aliàs & neutrâ; actiuâ quidem, vt ἀναλαμβάνειν τὴν ἰσχύν, vel τὴν δύναμιν, resumere vires & robur, vt apud Latinos sæpe, & apud Gal. ἀναλαβεῖν τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν, id est, recuperare vires pristinas, inde ἀναλάβοντες, & ἀναλαμβάνοντες, dicuntur ægri qui conualuerunt, & quasi sese recollegerunt, colligere enim se Tull. lib. 1. de diuinat. dixit, quod Græci ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν: atque vocem hanc ille quidem ad animum trãsferens 4. Tusculana, quid est (inquit) seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes, rursus in locum suum cõgerere, id est ἀναλαμβάνειν: Significatione vero neutra, atque absolute, verbum hoc etiam à medicis vsurpatur, sic apud Galen. ὁ ἀναλαμβάνων dicitur qui se recolligit à morbo, dicitur & ipse medicus ἀναλαμβάνειν, id est recreare & refocillare ægrotantes, sic apud Dioscor. ἀναλάζεσθαι τὰς ἀδυνείας: insuper in medicorum compositionibus, etiam verbum, ἀναλαμβάνειν vsurpatur, quando scilicet res contusæ, aliquo liquore coguntur, inquit Budæus, quod Latini excipere dicunt, quia ἐκλαμβάνειν Græci vt ἀναλαμβάνειν dicunt; huius significationis exẽpla multa habet Budæus, ex Celso l. 7. Dioscor. l. 3. c. 154. & l. 1. c. 134. petita.

Ἀναλαμβανόντες, & Ἀναλαμβανόμενοι. dicuntur ἀναχωμζόμενοι, ἐκ τῆ νόσε ἀναστρέφοντες, ἀπὸ τῆ ἀδυνείας ῥαίζοντες, id est qui à morbo illiusque infirmitate conualescunt.

Ἀναληπτικὰ φάρμακα. dicuntur quæ sunt recreandis viribus dicata.

Ἀναληπτικὴ ἀγωγή. apud Gal. & ἀνάληψις renutritio, seu, vt interpretatur Budæus, ratio victus corporis recreatrix, vel virium refocillatrix.

Ἀνάληψις. Est pars artis medicinæ, in naturalem habitum restituens eos qui è morbo conualescunt. Ea quodammodo media est inter tuendæ sanitatis rationem, & curandi methodum. Siquidem conualescentibus nec vlla præter naturam causa aut affectio supereſt, nec tamen tam firma adhuc constansque sanitas, quin multa quotidie incidant, de quibus merito querantur, quæque dubiam adhuc & quasi vacillantem valetudinem facillime euertant. Itaque in illis non modo præsentem statum conseruare oportet proprijs τῆ ὑγιεινῆς præceptis, verum vitia etiam quæ leuissimam ob causam emergunt, emendare: quod opus est τῆ διαιτητικῆς, à qua hoc vno tantum videtur differre, quod hæc magnis excessibus à naturali habitu medeatur, ἀναληπτικὴ vero parua vitia corrigat. Eius autẽ duæ maximæ sunt partes, vt ait Galenus, Alimenta & Exercitatio: illa quidem quæ robur quod deest suppleant, quodque vacuatum est atque dissipatum reſarciant: hæc vero vt euacuet purgetque humorem & concoquat excrementa. Quibus addi etiam debet eorum abstinentia quæ sanitatem offendunt, algor, æstus, lassitudo, cruditas, ebrietas, vigiliæ, tristitia, ira, & reliqui animi affectus.

Ἀνάληψις. significat etiam apud Hippocratem membri alicuius suspensionem, velut brachij, quod, si læsum est, vbi deligatum erit, collocatur in mitella, quæ à cubito ad manum excipiens ipsum: sustineat. Quod autẽ in brachio ἀνάληψις est, id in cute ἔρυσις apud eundem dicitur, vt annotauit Galenus comm. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀνάλμυρον. insulsum, non salsum, apud Hippocr.

Ἀναλογισμὸς. est ratio quæ ab euidenti rei obscuræ cognitionem adfert. Ea fit ex comparatione & perceptione causarum iuuantium per similitudines. Sic namque quod iuuare solet, ἀναλογισμῷ colligitur, quando causa quidem occulta est, nec vlla eius habetur obseruatio, sed affectus quam simillimus ex casibus est. Quia enim causa ignoratur, nec potest propterea colligi per indicationem quod remedium possit conducere, nullaque adhuc facta est obseruatio, cogimur ad simile intuentes, transgredi ad simile. Itaque ἀναλογισμὸς per transitum ad simile fit. Eo namque vtentes, à similibus ad similia transimus, aliter tamen quam Empirici, qui à simili transitum ab auxiliis ad auxilia, aut ab affectibus ad affectus fieri affirmant, vt docet Galen. in lib. ad Thrasybulum. Est autem ἀναλογισμὸς ratiocinatio Dogmaticorum propria, sicut ἐπιλογισμὸς Empiricorum. Hi namque euidentibus, illi ratione magis nituntur. Atque vt illi inter se, sic eorum etiam rationes differunt. Est enim Empirica ratio euidentium rerum, Dogmatica vero occultarum.

Ἀναλογιστικοὶ ijdem qui & δογματικοὶ de quibus vide suo loco.

Ἄναλτον. idem apud Hippocratem, quod ἀνάλμυρον, hoc est, salis expers. Erotianus exponit ἄναλτον ἄλφιτον apud Hippocratem τὸ μακρὰν τῆ αὐαυξέος. quomodo Hesychius quoque hanc vocem accipi testatur, deriuans παρὰ τῶν ἅλων. Galenus autem τὸ χωρὶς ἁλῶν ἢ ἐχ ἁλμυρόν. hoc est salis expers & salsugine nulla præditum: sicut & testatur Suidas.

Ἀναμνηστικὰ σημεῖα. signa dicuntur, quæ præteritam corporis constitutionem in memoriam reuocant, vide σημεῖον.

Ἀναπνοὴν ἔχειν. vide ἔχειν.

Ἀναπεπταμένοι. euirati dicuntur, & effœminati apud Hippocr. lib. de aere aq. & loc. qui apud Scythas ἐυνοχλέει.

Ἀναξυρὶς. quartum genus rumicis, quod & ὀξαλὶς dicitur.

Apud Dioscor. Paris. & Colon. Edit. habent ἀναξυεὶς.

Ἀνάπαλιν. è contrario, ex aduersa parte, & è directo significat, est enim vox hæc contraria, τῷ κατ' ἰξὺν, quod significat è regione, & τὴν εὐθυωρίαν: sunt autem hæ voces apud Hippocr. celebratissimæ, in humorum transmutationibus, & effluxibus, in naturæ namque motibus semper spectandam esse docet εὐθυωρίαν, directionem, rectũ partis situm, & τὸ κατ' ἰξὺν, è contra ea quæ ἀνάπαλιν, id est ex oppositio, & ex aduersa parte fiunt, perpetuo damnantur: sic in sanguinis profluuio, τὸ ἀνάπαλιν αἱμορῤῥαγοῦντα damnat Hipp. in Coac. & in abcessuum doctrina, τὰ ἐπὶ τ' ἀναντία ῥέποντα, l. 2. Epid. id est quæ in contrarium vergunt: horum vero alia laudantur, alia improbantur, experientia potius quam ratione vlla: oportere enim sanguinem critice effundi ex ea nare, quæ è directo parti laboranti respondet sic liene inflammato è sinistra nare, hepate è dextra: sinistris contrà è sinistra, res est experientia diuturna tam comprobata, vt indubitata medicis omnibus habeatur tanquam maior sit, & fœlicior naturæ contentio, in meatuum rectitudine, & εὐθυωρία, quam in ijs quæ fiũt ἀνάπαλιν, quasi tùm natura symptomaticῶς agat, inordinatum & effrænem materiæ motum moderari non ido-

» nea, dum à viscere in oppositũ viscus transmeat.
Ἀπαπνεῦσαι. significat apud Hippocratem pus aliqua in parte collectum digeri atque discuti, sicut annotauit Galenus comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.
» Qui ἐκδιαπνεῦσαι, & διαφορεῖσθαι exponit.
Ἀπαλλάξεις. apud Hippocr. idem quod διαπλάξεις,
» id est illitiones siue inunctiones,
Ἀπάλευσις ὀστέου. ossis fluctuatio, ac velut enatatio
» dicitur ab Hippocr. in Coac. prænot. id quod
» aliquando contingit, reuera loco motis ossibus,
» atque ita extantibus nonnunquam accremento
» quodam, vt os, amplius quam pro natura euadat; vel per ἀπάλευσιν illic intelligit Hippocr.
» cauum relictum exempto osse, fit autem ali-
» quando vt quemadmodum acris fluxio, dentes
» sæpius excauat, exedit, putrefacitque, ac non-
» nunquam ab alueolis exturbat, interdumque
» etiam ossa maxillæ superioris, licet durissima,
» corrumpit adeo, vt squammulæ decidant, ita
» quoque per rimulas ac futuras ossium, potest
» serpere rosio, adeo vt ipsa inter se disiungantur,
» fluctuent, ac veluti dehiscant, quod per vocem
» ἀπάλευσις significasse videtur Hippocr. Sic 4.
» Epid. de vlcere exedente, indeque corruptis dẽ-
» tibus, & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες ἀπάλευσιν,
» dixit Hippocr. vbi quidam tamen, sed male quo-
» rumdam iudicio, ἀπόπεσον pro ἀπάλευσον legunt;
» Cornarius ὀστέου ἀπάλευσιν, ossis eductionem di-
» xit, quod os pure erosum, & imbutum decidat,
» & desquammetur, sic & Paul. lib. 6. c. 107. ἀπαλεῖν dixit de ossis squammula ab osse resoluenda, & emersura, ὀστέου λεπίδωσιν & ῥίλωσιν vocauit
» Hippocr. lib. de fracturis.
Ἀναπνοή. respiratio. Est aeris inspiratio atque expiratio. Motus est ex duobus motibus contrarijs compositus, & gemina inter eos quiete, ad eundem prorsus modum, quo & pulsus. Eorum vno aer in pulmonem trahitur, thorace dilatato: altero ex pulmone redit, eodem subsidente & compresso. ille τῇ διαστολῇ, hic τῇ συστολῇ proportione respondet, non aliter quam tota respiratio cum ipso pulsu magna similitudine conuenit. Cum enim vnius eiusdemque vsus causa respiratio & pulsus dati sint animantibus, æquũ fuit similibus vtrumque perfici partibus, paribusque instrumentis pares similesque actiones absolui. Sunt autem in eum finem vsumque à natura comparata, vt calor cordis perpetuo aeris attractu ventiletur, purusque conseruetur. Id quod pulsus quidem arteriarum dilatatione compressioneque facile præstat: quę, cum se expandunt, omni ex parte per corporis spiracula aerem ambientem attrahunt: cum vero considunt, fumida & halituosa excrementa ex humorum & spirituum vstione nata expellunt: respiratio vero, aeris inspiratu expiratuque. Nam quia maior est cordis flamma quam vt possit arteriarum pulsu temperari, aliam præstandi refrigerij rationem natura per respirationem machinata est, vt flagrante & æstuante corde animalis facultas thoracem & diaphragma vicissim attolleret atque deprimeret. Sic enim fit, vt dilatato thorace pulmones vna attollantur diducanturque, & aerem proximum follis instar intra se pertrahant, depresso autem ijdem simul suminittantur, aeremque antea attractum cumque eo fuliginem omnem exprimant. Iis igitur alternis motibus duobus, inspiratione expirationeque respiratio peragitur. Inspiratio totum pulmonem aere implet, qui cordi non tantum refrigerium, verum etiam nutrimentum præbet, in pulmone primum elaboratus, deinde in sinistrum cordis ventriculum trãsmissus, mistusque sanguinis vapori qui ex dextro ventriculo suggeritur, & demum vi cordis insita conuersus in vitalem spiritum. Ac quoniam, vt in cibis & potibus, sic etiam in spiritibus nihil tam simile est nutriendo corpori, quod non multa in se contineat superflua, & ad alendum inepta, quicquid fumosi excrementi post eiusmodi spiritus concoctionem genitum est, id omne è sinistro cordis ventriculo per eius systolen in asperas arterias depulsum tandem expiratione reijcitur. Hic quidem respirationis vsus est, à pulsus vsu nulla in re differens, nisi quod illa ab animali facultate, hic à vitali manat: hic vno tenore continuus perseuerat, neque arbitrij nostri est, illa vero cum homini libet, cessat, & in nostra potestate posita videtur, siue eam crebriorem aut rariorem, velociorem aut tardiorem, maiorem aut minorem facere volumus. Verumtamen eam in totum cohibere non possumus, sed omnes ad eam perinde atque ad vrinæ & stercoris excretionem necessitate quadam naturæ impellimur. Quo fit vt libera & voluntaria absolute dici non possit, sicut ambulatio & locutio, quod nobis inuitis facultas animalis ad respirationem compellatur, & necessitati potius quam voluntati obtemperare cogatur. Nec tamen propterea inter voluntarios motus referenda non est. Est enim solius facultatis animalis opus, idque musculorum beneficio. vnde & à voluntate arbitrioque nostro fieri recte dici potest, non eo quidem prorsus libero, sed si dicere licet, coacto. Mouens enim illa & voluntaria facultas ardoris & æstus in corde accensi magnitudine percita atque stimulata, per musculos thoracem, simulque consequutione quadam pulmones distendit, quo aere impleantur. rursumque contrahit, quo eũdem postea excludant. Ac si parua quidem liberaque respiratio fieri debet, solum diaphragma sufficit: sin autem maior fieri, præter ipsum thoracis etiam musculi concurrunt: quorum alij inspirationem, alij expirationem adiuuant, sicut suis locis dicetur. Quod si maxima respiratione opus est, accedunt etiam qui in epigastrio siti sunt musculi: estque ille summus in edenda respiratione naturæ conatus.
Ἀναπνοὴ κλαυθμώδης. Hippocrati in aphorismis vocatur luctuosa respiratio, qualis plorantium & queruloruṁ vox est, non solũ acuta, sed offensans & tremula: hęc sæpe infantibus accidit dum quo tempore plorant, inspirare videntur, inspiratione interruptâ, stante interim thorace, deinde rursus id quod deest adijciente, quod Hippo. in Epid. in hũc modum explicuit διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις, εἷον ἐμπνέουσιν, duplex intro reuocatio, veluti inspirationẽ ingeminantibus, quod & πνεῦμα ἀναχαλκίδιον alias appellat, de quo suo loco, hoc autem cõtingit inquit Gal. comm. in aphor. 54. l. 6. nonnunquã potẽtia fatigata, quomodo enim iumenta subindẽ restitãt oneris grauitate pressa, infirma ætate, viribus, vel malignitate viæ: ita respirationis opifici, & instrumentis euenit; nonnunquam id accidit ex duritie instrumentorum, nonnunquam vero (ait) ambabus causis simul concurrentibus, sed & aliquando

» propter aliquam musculorum pectoris similem » conuulsioni dispositionem, quâcumque vero de » causa fiat, in acuto morbo contingens, non est » bona.

Ἀναθλεῖ. Hippocrati dicuntur libr. de aere aq. & » locis, qui carnosi & pingues sunt, adeo vt non » distinctis vel apparentibus articulis sint donati, » sed præ crassitie informes, quibus ἰσχνὸς, & λιπα- » θρωδέστερος, graciles & articulis probe distinctos op- » ponit: his & opponuntur ἀφροδίσιος, vt docet Bu- » dæus: sed & ἄναρθρος hesychio, metaphoricῶς » ἄτονον ἀδρεπῆ, id est debilem & eneruem signi- » ficat.

Ἀναρμα. vocabant Asclepiades, & Heraclides, teste » Gal. 1. de morbor. differēt. corpuscula quædam » è quibus, tanquam ex elementis, animantium » corpora concreta esse statuebant; Democritus » & Epicurus ἄτομα id est insectilia vocarunt.

Ἀναρρᾶφὴ τ βλεφάρων. dicitur sutura palpebrarum » sursum versus, quæ quomodo facienda sit do- » cet Aetius tetrabl. 2. sermon. 3. c. 69.

Ἀνάῤῥινον. Idem quod τὸ αὐτόῤῥινον.

Ἀναῤῥινον, per nares rediens, apud Hippocratem. Sunt tamen qui diuidant, scribentes ἀνὰ ῥινὸν, hoc est, per cutem.

Ἀνασάρκα. vel diuisis nominibus, τὸ ἀνὰ σάρκα. species est hydropis, in quo aqua per vniuersam carnem diffusa est.

» Dicitur & ὑποσάρκα. Hippocrati & Diocli; He- » raclidi Tarentino καταπάρκα. vt ait Cælius Aurel. » l. 3. c. 8. dicitur etiam ὑποσάρκιος, vel potius ὑπο- » σαρκίδιος, & σαρκίτης & λευκοφλεγματίας vide suo » loco ὕδρωψ.

Ἀνάσαλσις. cibi substractio dicitur, hac vsus est voce » Herodotus medicus apud Aetium l. 5. c. 129. etsi » apud illum mendose legatur ἀνασάσεις.

Ἀνασυστάσεις. resolutio corporis in sua elementa. Gal. l. de sympt. causis videtur ἀνασυστάσιν, ἀνάλυσιν, & σωπὴν idem existimare.

Ἀνασύρωσις. est osculi venæ aut arteriæ apertio, ex qua sequitur sanguinis profluuium. Ab eiusmodi causa plerumque per nares & anum, aliquando vero à pulmonibus & ventriculo sanguis reijcitur. Sunt autem τ ἀνασυρώσεως tres in vniuersum causæ. Vna vasis imbecillitas, præ qua ne minimum quidem sanguinis ad ipsum ruentis impetum potest sustinere: altera sanguinis, qui eius osculum impetit, copia: tertia acris aut quomodolibet maligna, quæ vasis ori extrinsecus incidit, qualitas, sicut docuit Galen. libr. 5. meth. med.

» Notandum insuper est ἀνασυρώσεως vocem, » pluries apud Galenum vsurpari pro ablatione » obstructionis, adeo vt male prorsus atque infœ- » liciter Gaza apud Theophr. 3. de caus. plantar. c. » 25. ἀνασύρωσιν infarctionem verterit, inde ἀνασύ- » ρωσις restitutum ciborum appetitum significat, » qui sequi videtur oris ventriculi & vasorum ad » apertionem, quo sensu scribit Athenæus vete- » res esitare solitos oliuas, quas ἀλμάδας vocarent » πρὸς ἀνασύρωσιν, hoc eodem sensu apud Athe- » neum interpretatur doctissimus Dalechampius » τὰ εἰς ἀνασύρωσιν βρώματα, Alimenta quæ ad resti- » tuendam ὄρεξιν deperditam conducunt, Ἀνασύρω- » σιν latine osculationem, & ἀνασυρώτικα osculantia » quidam dixere, sic Cælius Aurel. l. 2. τ χρον. c. 10.

Ἀνασυρωτικὸν. est medicamentum quod ora venarum & arteriarum aperiendi vim habet, calidū, acre, mordax, crassarum partium & terrenum. vt cyclaminus, allium, porrum. huic oppositum est τὸ στεγνωτικόν.

Dicitur autem etiam ἀνασυρωτήριον pro ἀνασυ- « ρωτικὸν, sic apud Hipp. de nat. mulieb. ὑστέρης « ἀνασυρωτήριον, τὸ αὐτὸ ᾗ καθαρτικὸν legimus, id est « veteros aperiens, idemque purgans. «

Ἀνασῴζεσθαι. apud medicos vsurpatur in ijs quæ co- « quuntur & è liquidis crassiora euadunt: & signi- « ficat densare inspissareque. dicitur & συσῴζεσθαι. « vnde συσῳασὶ ab Hippocr. appellantur φύματα ἢ « σκληρίαι, hoc est tubercula & durities, vt Galen. « ἐν τῇ τ γλωσσῶν ἐξηγήσει interpretatur.

Ἀνασῴζοντες λόγοι, vide ἀντισῴζοντες λόγοι. «

Ἀνατεταραγμένον οὖρον, vrina returbata vide οὖρον. «

Ἀνατολὴ. Polluci dicitur, τὸ πρὸς τῇ ῥιζουγχίᾳ λευ- « κὸν, quod album est in vnguium radicibus. «

Ἀνατομὴ & Ἀνατομία. est corporis præcipue hu- « mani dissectio, per quam vniuscuiusque partis « substantia, situs, figura, magnitudo, connexio & « vsus intelliguntur: hæc autem medicinæ pars an- « tiquissima est: Chalcidius comment. in Ti- « mæum Platonis, anatomes inuentionem Alch- « mæoni, Platonis ætate philosopho eminentis- « simo, & Pythagoræ discipulo acceptam refert, « post Alchmęonem vixit Herophilus, quem Gal. « vt anatomicum præstantem prædicat, Marinum « Philosophum & medicum pari laude cumulās, « qui suis temporibus inter omnes primus, & so- « lus de anatomia quædam ediderat, vt 2. de admi- « nistrat. Anatom. testatur. Quin & Democri- « tus Hippocrati coæuus, iam animalium disse- « ctionibus vacabat, & vniuersa Homeri poesis « elegantioribus artis anatomicæ flosculis abun- « dat: est & anatomia citra controuersiam apri- « me vtilis atque necessaria, per illam enim pars « affecta corporis innotescit, morborum atque « crisęon prædictiones atque præsagia certo « instituuntur, morbi interni externique recta « medicatione sanātur: in Chirurgico vero opere, « est in primis & quam maxime necessaria, par- « tium enim natura cognita, situs, atque connexio, chirurgi operantis manum apprimè diri- « gunt, quibus illi incognitis, sicut in prognosti- « co, ita in curandi ratione ac remediorum ido- « neorum inuentione, & adhibendis parti vincu- « lis longe aberrabit: Sed & sicut opifex debet « subiectum circa quod versatur cognoscere, sic « chirurgus corporis humani partes, quæ sunt, vt « affectionis ita rectæ curationis indices; hinc fa- « ctum vt prisci medici liberos suos, domesticis « corporum dissectionibus exercuerint, & omni- « bus medicinæ partibus doctrinam anatomicam « inseruerint. «

Ἀνάτρησις. perforatio, vnum est ex vltimis remedijs « quæ comitialibus morbis adhibentur, apud « Trallian. l. 1. c. de Epilepsia, T. estæ terebrationē « vocauit Cælius Aurel. hęc vero vltima remedia « ex Celsi l. 5. sūt, Arteriarū sectio, occipitij incisio, « aduſtio, & perforatio, sed notabis apud Trallian. « loco citato, malè scribi ἀναρτήσεως pro ἀνατρήσεως. «

Ἀνάτριψις. significat frictionem, non eam tantum, sicut nonnulli existimarunt, quæ ab inferiori parte sursum procedit: quod τρῖψις frictionem, αὐὰ sursum significet, sed vniuersum frictionis genus. Id quod ex multis Hippocr. locis perspicuum esse potest, vt annotauit Galen. comm. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. & comm. 3. εἰς τὸ κ' ἐπιῤῥητικὸν. Neq, enim refert ἀνάτριψιν dicas an τρῖψιν, etiamsi τ ἀνατρίψεως nomĕ apud veteres vsitatius

sit quam τῆς τείψεως. vt scripsit Gal. l. 2. sanitatis tuendæ Vide τείψις.

Ἀναῤῥοπὴ. sic medici veteres vocabãt affectus quosdam ventriculi, nempe ἀνορεξίαν, & γαυτιώδη διάθεσιν, vt ait Gal. l. 8. c. τόπ. c. 1.

Ἄναυδία & ἀναυδὴ. est fandi seu loquendi impotentia; nomen est Galeno, necdum satis vsitatum, nec tritum, illud enim prefatione quadam emollit, cum ait comment. in histor. 3. lib. 3. Epidem. τὴν ἀφωνίαν grauiorem esse ὡς ἀντιπίπτης, ἀναυδίας: vt autem ἀφωνία vocis priuationem significat, sic ἀναυδὴ siue ἀναυδία sermonis; veteres enim τὴν αὐδὴν sermonem, & solam hominis vocem articulatam dixerunt, qua neque vox neque sonus, vt flentis, clamantis, sibilantis, tussientis comprehenditur: hic est enim ἄφωνος non ἄναυδος: Sic Hippocr. in historia Pithyonis cum ἄναυδος scripsisset, statim subiecit ἄφωνος, quod vitium priore deterius est; iam vero cum alia sint vocalia instrumenta, alia dialectica, atque inter dialectica, principem locum lingua teneat, ἀναυδία paralyticæ linguæ erit symptoma, ἀφωνία vero ἐκπτῶσις νεκρώσεως ὅλη γνώρισμα, ᾧ ὕπνος ἐχόντων, id est caloris pene emortui signum est in ijs qui sic afficiũtur, hinc enim significatio fit collapsæ potentiæ animalis, peneque extincti caloris vitalis, vnde vocalia instrumenta motu priuantur, materiaque vocalis non sufficit ad vocem edendam: Sed ἀναυδία etiam quædam est à deprauata voluntate, & melancholia, vt in melancholica ἔκστασει quæ σιγῶσα, id est silens vocatur, in qua æger non loquitur, cum tamen loqui possit: in vniuersum autem imbecillitas facultatis animalis, materiæ vocalis interceptio, linguæ resolutio, & deprauata voluntas, silentij causæ sunt, quocumque vero modo fiat signum pessimum est, interdumque pro causæ magnitudine, & difficultate lethale.

Ἄναυδος. Hippocrati dicitur, Galeno interprete, διαλέγεσθαι ἀδυνάτως, ἀδιάλεκτος, ἄλογος, sermonis impotens, qui loqui non potest, sicut ἄφωνος ὁ φωνεῖν μὴ δυνάμενος, vnde liquet maius vitium esse ἄφωνον quam ἄναυδον, qui enim ἄφωνος idem & ἄναυδος, non è contra.

Ἀναύδως. sine voce. sunt tamen qui apud Hippocr. interpretati sint ἀλόγως, id est temere, vt annotat Gal. comment. εἰς τὸ περὶ ἁρμονῶν. Idem in explicatione vocum Hippocr. scribit ἄναυδον ab eo dici ᾧ διαλέγεσθαι ἀδυνάτως, hoc est, qui bene & apte verba facere nequit: ἄφωνον autem, qui omnino vocem emittere non potest. In tertio ᾧ ὀπισθονομίῃ vtrumq; deinceps de Pythione dictum est.

Ἀναφαλαντίασις. caluities, & quidem proprie quæ est in supercilijs, superciliorum glabrities, ita enim Aristoteles libr. 3. de histor. animal. cap. 11. ἢ ἐν οὐδὲ ἐν κορυφῇ λειότης, φαλακρότης καλεῖται, ἢ ἐν ταῖς ὀφρύσι, ἀναφαλαντίασις: vbi Gaza salitium interpretatur, sed tantisper inquit, dum melius vocabulum inuenerit; dicitur & ἀναφαλάντωμα pro eodem.

Ἀναφέρειν. scribit Gal. in exegesi, significare apud Hippocr. τὸ ὑπολύζειν ἀναπίοντα, inter respirandum subinde singultire, vt in primo de morbis minore: dicitur & de pueris, qui postquam flere desierunt, spiritum in nares retrahunt Galeni verba loco cit. hæc sunt ἀναφέρειν δηλοῖ ποτέ, ἐν τῷ ὑπολύζειν ἀναπίοντα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ, ἐν ἀναφέρειν, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ πεπαυμένα κλαίοντα, ἐν εἰς ταῖς ῥῖνας ἀνέλκοντα τὸ πνεῦμα, τοῦτο παντὸν δὲ τὸ πνεῦμα ἀναφέρουσιν ἐν τῇ ἔξω φορᾷ ἅμα πάλιν τῇ εἰσω ἐπισπάσεσι: qua oratione vult Galen. ἀναφέρειν dici de reuocato celeriùs spiritu, idque proponit in lugentibus pueris, qui bis foras sæpe spiritum reuocant, & naribus trahunt, ac in medijs lachrimis, speciem quandam singultus eo genere spirationis referunt: atque ex aduerso poni, alteri vitio respirationis, cum duplex intro spiritus accidit reuocatio: sed sunt qui hanc vocis significationem parum probent, quia illis valde suspecti libri sunt de morbis, qui apud Hippocr. circumferuntur, & ignorent quisnam sit liber ille primus de morbis minor, neque ἀναφέρειν in tota eorum librorum περὶ νούσων tractatione ea notione reperiri, quanquam libr. 4. sæpe reperitur, sed alio sensu, quo nimirum pati ac sufferre significat, itaque ἀναφέρειν siue ἐπαναφέρειν interpretantur vt Coaca prima, iterum atque iterum velut resurgere, & recolligere sese, quod illud ἐπὶ ostendit, sicut in illo ἐπιῤῥιγέειν quod est crebro rigere: nam & ἀναφέρειν apud Hippocr. vsurpatum reperitur de ijs, qui periculo defunguntur & restituti viuunt, testis illa præceptoris sententia aphor. 43. libr. 2. ᾧ ἀπαγχομένων ἢ κατακυσθέντων, μέχρι μὲν πνιγμονῶν, ἐν ἀναφέρωσιν, οἷς ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ στόμα, id est eorum qui strangulando exoluuntur necdum mortui sunt, illi demum non sibi restituuntur, quibus fuerit circa os spuma, hoc Celsus ad vitam redire dixit. l. 2. c. 8. & l. 2. περὶ γυναικ; idem Hippocrates ἀλ περιπίπτει, inquit, ἃ δύναται ἀναφέρειν ἀλλ' ἀπόλλυται ὑπὸ ἀδυνασίης i. seniores sese recolligere non possunt, sed præ infirmitate virium pereunt: ita & l. 4. de morb. ἀναφέρεσθαι pro ἀναφέρειν ponitur & refici recrearique significat.

Ἀναφορὴ αἵματος. sanguinis sursum sublati per os reiectio.

Ἀναφορικοί; huius vocis anceps atque dubia significatio est, quæ si ex vi nominis æstimetur, esse nihil aliud videbitur, quam si ex infernis partibus, sursum reijcientes, dixeris: Dioscor. l. 2. de materia medica, eos intelligere videtur, interprete Cornario, qui sanguinem ex infernis partibus sublatum, per os reijciunt, vbi Scyllam assatam, delinctam cum melle, ἀναφορικοῖς conferre ait: Marcell. tamen Virgil. loco Dioscoridis citato, hanc vocem simpliciter ad ægram difficilemque reiectionem contraxit, Paul. Æginetam secutus qui l. 3. c. 28. in arteriacis affectibus, simpliciter eos intelligere videtur, sic exponente Goupylo illius interprete, qui ægre reijciunt: & sane his absolute positis vocibus, ἀναγωγὴ, ἀνάπτυσις, ἀναφορὰ, citraque adiectionem vllam, solent Græci, non tam sanguinis reiectiones intelligere, quam quorumuis præter naturam, in pectore, aut pulmonibus contentorum humorum, purulentæque illuuiei, quæ per os educi debeant, adeo vt quos l. 2. ᾧ ὑπερ. & in libris de materia medica, passim ἀναφορικοὺς Dioscor. appellat, merito vitiosa reijcientes interpretur Hermolaus Barbarus, melius sane quam Cornarius, authoris mentem assequutus; quæ quamquam sic habent, non me tamen fugit plerosque authores, vocem hanc ad cruenta sputa significanda vsurpasse; sic Serapio ad saniei reiectionem ex pectore eam contraxit, sed & αἵματος vocabulũ etiam plerique huic voci adiecerunt: Quantum vero ab hæmoptoicis differant Anaphorici docet vel ipsum pharmacorum, quæ adhibentur, discrimen.

Ἀναφώνησις. vociferatio. Est vehementior exclamatio, pectus & vocis organa exercens, inque ijs calorem natiuum excitans, corporis solidas partes corroborans, excrementa attenuans & repurgans. Hæc fere ei succedunt commoda. Itaque anhelosis, recta ceruice spirantibus, tabidis, purulentisque conuenientissima est, ac veteribus pectoris & dorsi doloribus, raucitatique, quam humiditas excitauit, medetur. ad hæc febribus quartanis. lentum enim & concretum humorem dissipat, & ventriculi humiditatem, quam priuatim quartana solet inducere, expellit. Cæterum qui eo exercitationis genere vti cupit, aluum prius exonerare, deinde infernas partes sensim fricare, postea deambulare & moderate primum loqui, mox paulatim vocem intendere, postremo vociferari & exclamare debet. Sic plurimo aere inspirato pectus distenditur, corporis meatus aperiuntur, totaque corporis moles intenditur. inde sputa multa prodeunt, pituitosa vacuantur, calor accenditur. Verum diligenter cauere oportet, ne crudi aut corrupti humores in corpore redundent, neue caput infirmum sit, aut male affectum, ne tanta vocis contentione repleatur vaporibus & offendatur. Ea quidem ex Antyllo omnes fere posteriores medici decerpserunt: permulta vero etiam alia Oribasius lib. 6. collectorum medicinalium.

» Cælius Aurelian. lib. 1. τ. χρον. c. 1. ἀναφώνησιν
» vocis exercitium dixit, hæc eadem interdum
» ἀναύδησιν & ab Aretæo φωνασκίη vocatur: cuius
» exercitationis si commoda & incommoda scire
» voles, quantique fuerit vsus apud veteres, doce-
» bit te doctissimus Mercurialis 3. art. Gymnast. c.
» 7. & lib. 6. c. 5. qui hæc fuse & amplissime enar-
» rauit.

Ἀναχαλίζεσθαι. ructare apud Hippocr. hoc est, διὰ τ χάλυος, τουτέστι τῦ σίθους, τ ἀναφορὴν τ ἰχωμάτων ποιεῖσθαι. Ructus enim fit, eius materia humoreque per chelym, hoc est pectus, in os sublatis. Annotat Nicandri interpres in Alexipharmaca.

Ἀνάχεμψις. Hesychio Ἀνάβηξις, screatus: Galenus
» interpretatur κάθαρσιν διὰ φάρυγγος, purgationem
» per fauces, addit Philotheus, & per asperam ar-
» teriam. Proprie tamen, dicitur de eo perstre-
» pente conatu, qui fit dum è faucibus, aliquid re-
» nitens expurgare nitimur, in quo vt docuit Gal.
» 4. de loc. affect. differt ἀπὸ τῦ ἀποπτύσματος à spu-
» to, quo simpliciter, quæ in ore sunt exspuuntur
» Hippocr. tamen Aphor. 47. l. 4. & 7. aphor. 65.
» ἀποχεμψιν, quæ est idem quod ἀνάχεμψις, ge-
» neraliter sumpsit tam pro screatu quam pro ex-
» spuitione simplici: est autem vox hæc fictitia ab
» obstrepero & aspero sono qui fit in screatu, sic
» & vox screatus apud Latinos.

Ἀναψύχειν. duo significat, Refrigerare, & recreare
» seu reficere: hesychius idem esse inquit quod
» ῥιπίζειν, euentilare, & ἀναψυχὴν interpretatur παρα-
» θυμίαν id est solatium: hinc metaphora quadam
» eleganti Galen. apud Hippocr. lib. de fracturis,
» ἀναψύχειν ὅπ τῦ γυμνῶσαι, id est nudari dici scri-
» bit, hoc est detracto vinculo fracturis idoneo, in
» vlceris curationem incumbere, quod ἀναψύχεσθαι
» τὸ ἕλκος dicitur lib. de fracturis, ceu relaxatis vin-
» culis, & expurgato pure nutriatur vlcus & re-
» creetur sicut & illi perfrigeratione accedente,
» quando nudatur; hinc Erotianus ἀναψύχειν,
» γυμνοῦν, hoc est nudare exponit.

Ἀνδρεών. dicitur à nonnullis τὸ ἔνδον χειρὸς. hoc est ea pars manus quæ post cauam eius partem ante metacarpium iacet.

Ἀνδράχνη. portulaca herba est duûm generum. Vna in hortis emicat, cauliculis teretibus, in altum erectis, lente vergentibus in puniceum, foliis pinguibus, à tergo candidis, gustu subsulso, semine nigro, in herbaceis calycibus collecto: altera sua sponte in vitibus nascitur, & ternis quaterniue coliculis in terra sessilibus serpit, cultaque latius euagatur folio carnoso, verum turbinatiore, cætera priori consimilis. Vulgus Gallicum has tum porcellinam tum porpierum appellat. Refrigerat tertio excessu, humectat secundo. quamobrem causo laborantes ventriculo imposita iuuat, & fluxiones repellit. lentore suo stuporem ex acidis contractum corrigit, ob adstrictionem vero intestinorum torminibus & alui profluuijs medetur. Est autē & alia quædam ascititia portulacæ species quam ἀνδράχλην ἀγρίαν appellant, sed eiusdem cum τῷ ἀειζόῳ, id est, sedo, generis. est enim tertia eius species, Dicitur & hoc nomine à quibusdam ἵππαλις siue ἵππαλιν, vt vocauit Hippocrates.

Ἀνδρογόνια. dicitur apud Hippocr. Per viros generis successio.

Ἀνδρόγυνοι. vide Ἑρμαφρόδιτον. Sunt autem inquit, « Plin. l. 8. Ἀνδρόγυνοι populi in Affrica vtriusque « naturæ, inter se vicibus coeuntes, quibus dextra « mamma virilis erat, sinistra muliebris, hi aliter « γυναῖκες vocātur & ἑρμαφρόδιτοι, ab Hermaphrodito Mercurij & Veneris filio, qui cum nympha « Salmacide confusum sexum habuisse fertur: Ἀνδρόγυνοι, etiam appellantur, quibus excisa sunt « genitalia, qui & ἀποκοποὶ & γυνίδες, & ἡμιγυναῖκες « & ἡμίανδρες dicuntur. «

Ἀνδροπαδοκάπηλοι, & Ἀνδροκάπηλοι mãgones de quibus pluribus in locis Gal. sic vero dicebãtur antiquitus, illi qui infãtes in canistris, pueros, puellas, « seruos, Eunuchos, alios q; homines, non libidinis « ergo vt lenones, sed alterius cuiusdã operis gratia « venales habebant; hi autem quo vendibilior « merx foret, totis viribus corporum pulchritudini studebant, vnde apud Gal. legimus eos consueuisse facies puerorum succo ptisanæ, farina fabacea, nonnunquam nitro, quæ detergerent & « lucidiores redderent, abluere, nonnumquã emaciatorum nates virgis percutere, atque picare, « quo habitiora & crassiora corpora euaderent; « aliquando puellarum costas arctissimis fascijs « constringere, vt pectoris amplitudo, simulque « coxarum altitudo, latitudóve (qui solet esse mulierum decor) augerentur, quandoque variis modis pilos è genis, alijsque partibus vellere, quo « iumores atque venustiores, qui erant vendendi, « apparerent; illis olim Romanorum Ædiliũ edicto « cautum fuit, vt titulos singulis seruis venalibus « adscriberent, quo emptor recte intelligere posset, quid morbi vitijve cuique seruo inesset, atque inde seruos vitiosos aut morbosos posse andrapodocapelo venditori redhiberi, statuerunt « veteres Iurisconsulti. «

Ἀνδρόσαιμον. frutex est hyperico similis, gracilibus festucis, rubentibus ramis, folijs effigie quidem rutæ, sed duplo triploue maioribus, & cum teruntur, succo sanguineo manantibus complures alas habet in cacumine, vtrinque expansas pinnatasque, circa quas flores pusilli, lutei, & in calyculis semen veluti nigri papaueris, lineis

distinctum. Eius semen purgat, folia deficcant. Galen. τὸ ἀνδρόσαιμον duplex statuit: vnum, ἄσκυρον siue ἀσκυρώδες (nam reuera τὸ ἀνδρόσαιμον differt ἀπὸ τοῦ ἀσκύρου, etiamsi multa habeat τῷ ἀσκύρῳ simillima) alterum Διονυσιάς est: quorum tamen vtrique pares vires tribuit. Dicitur ἀνδρόσαιμον quod eius folia confricata digitis similem humano sanguini liquorem remittant. Vocatur etiam à quibusdam hyperici flos luteus leucoio similis, qui digitis attritus, sanguineum succum remittit: qua ex causa ἀνδρόσαιμον cognominatur.

Ἀνδρόσαιμον etiam à quibusdam dicta est ἡ ἀσπακτυλίς, authore Dioscor. quod vbi adoleuit, si ramulus vel folium ab ea auellatur, profluit è vulnere cruentus humor: eamque ob causam etiam φόνος à Theophrasto dicta est.

Ἀνδρόσακες. est herba alba, amara, sine folijs, folliculos in capitulis continens, & in ijs semen. Nascitur in maritimis Histriæ. Acris est, discutit, exsiccat, & suo semine vrinam hydropicis mouet. Podagris vtiliter illinitur. Viris remedia suo nomine pollicetur, quasi ἀνδρεῖ ἄκος φέρουσι, hoc est, homini remedium adferens.

Ἀνδρῶδαι, ἢ Ἀνδρωθῆναι. apud Hippocr. lib. de arte » significat in virum euadere, & virilem ætatem » attingere, etiam cum viro coniungi, & cum viro » concumbere lib. περὶ παρθενίων, vnde ἠνδρωμένων » γυναῖκες dicuntur quæ nupserunt, & viro iunctæ » sunt.

Ἀνδρώνιον, siue Ἄνδρωνος προζύσκος. nomen est pastilli ab Androne medico compositi, quem Paulus inter vehementia medicamenta recenset, & τῷ ἄνθρακι imponit lib. 4. c. 25. Eodem etiam vtitur ad herpetem eiusdem lib. c. 20. Constat his, vt ipse scribit, Squamæ æris drach. XII. æris vsti, salis ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis rasæ, thuris, singulorum drach. VIII. Excipienda sunt vino sufficienti. Describitur & à Corn. Celso Ἀνδρώνιον, pari quidem facultate, sed diuersa paulo materia. Ait enim ex his constare, Alumine scissili, squama æris rubri, atramento sutorio, galla, myrrha, misy, quæ per se cõtrita mistaque, rursus paulatim adiecto vino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit. Aetius Ἀνδρώνιον pastillum describit lib. 14. multum ab his differentem, & materia & ponderibus.

» Quem valere inquit ad vlcera fluida, tonsillarum fluxiones, inflammatas Columellas, & extrinsecus sub mentũ illini: facere etiam ad pterygia oculorum, & glandularum circa inguina » inflammationes incipientes, & callos fistularum » exterere; ipsum etiam ad ruptos intestinorum » abcessus infundit per clysterem; si febris quidẽ » adsit cum aquæ cyathis octo, si non adsit, cum » vino: Habetur & alia pastilli Andronij descriptio, » sed diuersa apud Gal. l. 5. κῆ γλῶ. c. 11. & alia » etiam c. 12. eiusdem libri.

Ἀνέβρεξατο. tussiendo expuit, apud Hippocratem.

Ἀνειλήματα. οἱ τρόφοι, hoc est, tormina apud Hippocratem.

Ἀνειλίθωσι. id est, sursum verterint & conuoluerint, apud Hippocr.

» Sed exponenda vox hæc videtur passiue non » actiue.

Ἀνειρυσθῶσι. euulsi fuerint. apud Hippocratem.

Ἀνεκδιήμαντος ἐστὶ γόος. Rigor dicitur qui diutissime per- » durat, & à quo nullo modo vel ægre corpus in- calescit, vt docet Gal. l. 6. Epid. comment. 1. part. 9. fit vero talis rigor vt plurimùm à frigidissima pituita, qualis vitrea est, interdum ex atra bile.

Ἀνελκόμενον πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ἄνεμος. hac voce vim & lationis impetum significat Hippocr. 2. Epidem. vbi spiritus motione quadam totum corpus pererrare dicitur, subuentaneos flatus dixit Fœsius, quando scilicet venæ, sanguinis plenitudine distentæ facile rumpuntur, cui affectioni phlebotomiam eo loci præscribit Hippocr. sed de huius vocis interpretamento plura in sequenti voce ἀνεμῶδυν.

Ἀνεμοφόρος. dicitur à quibusdam τὸ βάσιος, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀνεμῶδυν. apud Hippocr. pro ἐμπνευματῶδυν vsurpari scribit Galen. in exeg. vocũ Hippocr. ita vt ἀνεμώδη, de qua supra, idem sit quod ἐμπνευμάτωσις, quæ flatuoso spiritu, sub cute vel membranis, cum ossa tũ musculos vestientibus oberrãte fit, propterea necesse nõ fuit Cornario ἀνεμώνην interpretari vẽtositatem flatuosã, sed cogitare decuit Hippoc. sect. 5. l. 2. Epid. improprie vocẽ ἀνεμώδης traduxisse ad venarum & arteriarum quæ in capite sunt, oppletionem, quæ efferuescente sanguine inducitur, qualis in dolore capitis ab æstu, & diarijs febribus ab eadem causa natis, percipitur, vt docuit Gal. ad finem libr. 1. de differ. febr. Itaque sic habeto, ἀνεμώδης nomine indicari dolorem capitis, qui venis & arterijs spiritu & vapore plurimo distentis inuadit, quem (si verbum verbo reddere velis) subuentaneum apposite nominaueris, appellatione ducta à turbulento aeris motu, circa terram vltro citroque commeantis, quem siue ἄνεμον siue πνεῦμα voces nihil errabis.

Ἀνεμώνη. herba est duplex: vna syluestris, altera in cultis nascitur. Sed & huius plures species. aut enim phœniceum florem habet, aut candidum, aut lacteum, folia coriandro similia, sed tenuioribus prope terram incisuris. Cauliculi exiles & lanuginosi, super quos flores exeunt vt papaueris, & in medio capitula coloris nigri aut cærulei. Radix oleæ magnitudine est, aut paulo etiam grandior, & geniculis quibusdam distinguitur. Syluestri vero amplitudo per omnia maior est, folia latiora durioráque, caput oblongius, flos puniceus, tenuia & multa radicum capillamenta. flos nunquam se aperit, nisi vento spirante, vnde & nomen accepit. Ob eandem etiam causam flos adonij herbæ, quæ abrotoni genus est, ἀνεμώνη dicitur:

Ouid 10. Metamorph. sic de flore anemones.

Namque male hærentem & nimia leuitate caducum, excutiunt ijdem qui præstant nomina venti, Marcellus Virgil. suis in Dioscoridem commentarijs libr. 2. cap. de anemone, docet nomen Anemones fuisse vagum, communéque multis quondam & plantis & floribus, fuisse quẽque ab antiquioribus, diuisum totum hoc genus in coronarias, scilicet & medicas anemonas.

Vim autẽ habet omnis anemone acrẽ abstersoriã attractoriã, anastomoticam, pituitam euocat, lepras tollit appositа, & lac in mãmas prolicit. Ex ea emplastrum fit quod διὰ ἀνεμώνης dicitur, emolliens, discutiens, contrahens, siccans, ac dolorem mitigans. Describitur ab Aetio lib. 15. c. de emplastris cruentorum vulnerum glutinatorijs.

Ἄνεος. significat apud Hippocratem tum mutum,

tum mente perculsum.

Ἀνεείκτων. ἀδιατείτων, hoc est, inconcussorum, apud Hippocratem.

» Vide ἄρτος ἀνέρεικτος & infra ἀνηρείκτῳ.

Ἄνεσις. remissio, idem quod ἀπεγκωὴ: ab Aetio definitur lib. 5. cap. 9. particularis exacerbationis temporaria quies symptomatum corpori coincidentium; quæ eodem authore duplex est, alia enim syncera, quæ interuallum dicitur, sicut in ijs morbis, qui per circuitum quemdam exacerbant, velut in tertiana, quartana, quotidiana, capitis dolore, morbo comitiali, arthritide & similibus, in quibus quies adest exacerbantium symptomatum: Alia insincera est & non pura, quæ innotescit ex symptomatum diminutione, quemadmodum in continuis maxime febribus contingit, illis enim ante absolutã morbi solutionem non contingit pura remissio, declinationem enim prioris posterior exacerbatio excipit.

Ἀνεστὰμενον πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ἀνεστὰμενον ὑποχόνδριον vide ὑποχόνδριον.

Ἀνεταμίευμα. hoc est, perturbata, apud Hippocratem. dicitur autem de vrinis.

Ἀνεύρυσμα. est tumor tactu blandus, cedensque digitis, à sanguine & spiritu ab arteria aut vena profusis excitatus. Profunditur autem sanguis ille duobus modis. ab interna quidem causa, vase per διαστόμωσιν adaperto, ab externa vero, vase intus rupto, cute integra manente: id quod accidit in gutture (vnde συγχοκὴλη oritur) in pectore, in inguinibus, in articulis, tum propter vehementem spiritus compressionem, quo distenta vasa disrumpuntur, tum propter fortiorem motum, vel vase vnà cum superposita cute diuiso, siue casu, siue chirurgi venam secantis imperitia, vbi pro vena arteriam vulnerarit. Nam si, antequam arteria coalescat, aut cicatricem admittat, vel carne contegatur, exterior cutis cicatricem duxerit, ἀνεύρισμα vitari non potest. Sanguis enim & spiritus paulatim excreti sub cute colliguntur, tumoremque illic excitant interdum magnum, alias paruum, pro spatij in quod exciderint amplitudine, sed eiusdem cum reliqua cute coloris, & nullo cum dolore. Mollis ille est, & spongiæ instar laxus, ceditque digitis, quorum appressione facile intro se recipit, maxime in mento, atque vbi sine vulnere ἀνεύρυσμα constiterit. Nam quod vulnere, & cute postea coalescente factum est, non perinde molle est quoniam plus in eo sanguinis quam spiritus affusum sit, qui in grumos coiens tumorem digito minus cedentem reddit: qui tamen si intra vas etiam videatur reuerti, nec strepitum nec sonum edit, quemadmodum illud quod per arteriæ anastomosin prodijt, in quo plurimum spirituosi sanguinis inest. Hoc enim discrimine duæ illæ ἀνευρύσματος causæ distinguuntur. Cui & alia accedit differẽtia, quod natum ex anastomosi prolixius profundiusque sit: quod autem à vulnerato vase est, magis rotundum sit, & minus alte descendat. Cæterum quum ἀνεύρυσμα omne non nisi difficillimam curationem admittat, nullam prorsus recipere dicuntur, quæ gutturi & capiti obuenerint. Siquidem per sectionem sanguis affatim erumpit, & vna vitalis spiritus, vt æger sæpe in medicorum manibus deficiat. Dicitur ἀνεύρυσμα ἀπὸ τῶ ἀνὰ καὶ εὐρύνω, non autem ἀπὸ τῶ πνεῦ & α priuatiua particula, sicut quidam male existimarunt, vertentes Latine eneruationem.

Ἄνηθινον ἔλαιον. anethinum oleum. Est oleum ex anetho confectum, quod in duplici vase coquẽdum esse Galenus consulit lib. 4. sanitatis tuendæ. Tale autem calidum est in primo gradu & vere anodynum, rarefaciens, discutiens, dissoluens & euacuans.

Ἄνηθον. ἡ malagmatis, vel epithematis nomen est descripti à Paulo l. 7. c. 18.

Ἀνηθίτης οἶνος. vinum anethinum siue ex anetho factitium; anethi maturi, recentis, cribratique drach. ix. in linteolo colligatis, & in musti amphoram demersis. Somnificum hoc est, mouet vrinam, & cibos concoquit.

Ἄνηθον. anethum. frutex est sesquicubitali proceritate, multicaulis, ramosus, exilitate folij in staminis prope modum extenuata, luteolo flosculo, semine lato & quasi foliato, radice lignosa; neque adeo prolixa, neque multis subnixa fibris, vmbella fœniculi, cui cognatum genus videri potest. Calfacit secundo ordine intenso, siccat initio secundi ordinis. somnum conciliat.

Ἀνήνιος. ἄνευ ἀνίας. illæsus & carens molestia, apud Hippocr.

Ἀνηρείκτῳ. non diuiso in minuta, sed ex farinæ crassioribus partibus composito, apud Hippocratem. vt exponit Gal. in exeg.

Idem quod ἀνέρεικτος supra, id est ὁ μὴ ἠρεικτὸς, siue ὑπερυθρος, qui fresus fractusque non est, mola nimirum aut pistillo: & apud Hippocr. lib. περὶ παθῶν legitur ἀνερίκτου ἄρτου, qui nimirum est ex tritico seu frumento ἀνηρείκτῳ, ideoque ei opponitur ibidem ἄρτος ὁ καθαρὸς τῶ ἀλευάων, qui è pura farina est: itaque in lexico Galeni legendum ἀνηρείκτων (vel ἀνερίκτων) ἀδιασείστων, inconcussorum non cribratorum, non perpurgatorum incerniculo: ex consequente enim ἀνήρεικτος intelligitur non cribratus perpurgatusque incerniculo, quia cribrari nequit, quod fresum fractumque non est mola, vel pistillo.

Ἀνθέλιξ. pars auriculæ oppositа τῆ ἕλικι. Cum ergo ἕλιξ in auricula dicatur extrema eius ora, ἀνθέλιξ erit ea auriculæ portio media, quæ extat, & cauitatem eius attollit. Est autem in medio τὸ ἀνθελικος cauum, quod κόγχμ vocant.

Ἄνθεμον dicitur à nonnullis ὁ ἀμάρακος, authore Hesychio.

Ἄνθεμις. herba est topiaria, trium generum, palmi altitudine, surculosa, cauliculis exilibus, folijs angustis & minutis, luteo semine, capitellis primum virentibus, mox luteis, quæ per ambitum circundantur flosculis vel melinis, vel candidis, vel purpureis. Nam solo flore tria eius genera distinguuntur, tametsi eum qui colossinus est, foliorum fruticisque amplitudine maiusculum esse volunt, atque proprie ἀεφάνθεμον appellari. Vulgo camomilla dicitur. Calfacit & siccat primo ordine: præterea facultate tenui, discussoria, laxanti & odorata constat.

Ἀνθεμὶς. à quibusdam dicitur ἡ ἀρχεμώνη, vt habetur apud Dioscor.

Ἄνθεμον ἢ ἄνθεμον.

Sed & ἄνθεμον Latinis nigella dicitur exponente Gaza, & ἄνθεμον φυλλῶδες, nigella foliosa apud eundem, Plinius quoque huius herbæ nomen agnoscit, sed tamen Anthemum lib. 3. cap. 28. aliter describit, quam Theophr. l. 7. cap. 13. quod enim Theophrastus eo loco Anthemo

» adſcribit, id Plinius l. 21. c. 17. Anthemidi tribuit.

Ἀνθηρεών. mentum, ὁ ἀπὸ τοῦ γένειον τόπος, ſeu faciei » pars in qua barba naſcitur, & quaſi effloreſcit, » παρὰ τὸ ἐκεῖ ἐξανθεῖν τὰ τρίχας, vt cùm alij Gram- » matici & lexicographi tradunt, tùm Pollux lib. » 2. ſcribit enim τὰ ἀπὸ γένυω σαρκώδεις, ἀνθηρεῶνα » nominari, ἀπὸ τοῦ τρίχειν ἀνθεῖν, quod ibi pili efflo- » reſcant: Suidæ ἀνθηρεὼν etiam λάρυγξ dicitur, quo » cum facit Cœlius quoque Aurelian. ſic ſcri- » bens Chronic. lib. 1. c. 3. Ex vtraque parte gut- » turis quam Græci ἀνθηρεῶνα vocant, nos rumam: » & acutor. morb. li. 3. c. 3. Gutturis vel tonſillā- » rum vicinitati quam Græci ἀνθηρεῶνα vocant: » Nonnus etiam pro ore poſuit καπαχηστικῶς.

» Idem Suidas ἀνθηρεῶνα eam eſſe partem in- » quit quæ mento ſubeſt, carnoſa videlicet, & » quæ λευκαγία dicitur alio nomine.

Ἀνθήκινος. aſphodeli fructus, & ſecundum alios aſ- » phodeli caulis, hoc enim in dubio ponit Eu- » ſtath. & quidem pro aſphodeli caule & ſcapo » vſurpaſſe legimus Hippocr. In Coac. prænot. » dum aſphodeli caulem mandi iubet ad explo- » randam Caluariæ fracturam; ſimiliter eiuſmo- » di caulem vocauere Theophraſtus, & fere Græ- » ci princepſque Pythagoras, & illum quidem » cubitalem, & ſæpe duûm cubitorum, ſic refe- » rente Plinio libr. 21. c. 17. Dioſcoridi ἀνθήκινος » etiam Aſphodeli flos dicitur, vt & cæteris Græ- » cis, Varino & Heſychio, qui ἀνθήκινον non ſolum » eſſe dicit τὸ ἀσφοδέλου καρπὸν, ſed & βοτάνης εἶδος, » herbæ ſpeciem quam quidam eiuſmodi eſſe tra- » diderunt, vt manibus velli ſicut linum neceſſe » habeat, quod meti non queat, deque ea factum » eſſe prouerbium ἀνθήκινον θηρεύειν: Cæterum pro » ἀνθήκινος etiam ἀνθήκης dicitur eodem pene ſigni- » ficato, dequo in ſequentibus.

Ἀνθήκης. viciſſim apud authores nonnullos vſurpa- » ri legimus pro ἀνθήκινος; ſiquidem ἀνθήκινα He- » ſychius, Theocritus & Herodotus, authore » Suida, vocant Aſphodeli caules, qui & Heſy- » chius, ἀνθήκινα non ſolum eſſe dicit τὸ Ἀσφοδέλου » καρπὸν, ſed & illud iam à me ſupra commemo- » ratum τῆς βοτάνης εἶδος: Theocriti quoq; Scholia- » ſtes Ἀνθήκινα ἀσφοδέλου καυλὸν eſſe dicit, ἀνθήκινον » vero καρπὸν. Idill. 1. idem & Heſiodi Scholia- » ſtes: Porro Ἀνθήκης etiam ariſtam ſignificat, » partem ſcilicet in ſpica primam ſummamque, » ſummum, vt vertit Eraſmus, ſpicarum faſti- » gium, τὰ ἐπὶ τοῖς στάχυσι κέντρα, & τὰ ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα » vocauit Heſychius.

Ἄνθηλη. eſt flos cannæ quæ calamus phragmites dicitur, qui in lanuginem pappum vocatam euadit. Hunc maxime vitandum eſſe monet Galen. quod ſi in aures forte incidat, adeo tena- citer adhæreat, vt auelli non poſſit, & ſæpe ſur- ditatem inuehat.

» Hæc autem ἀνθήλη apud Dioſcor. lib. 3. dicitur » ἄνθος ἀναπαπτόμενον, id eſt, flos euadens in lanu- » ginem pappum vocatam, à quibuſdam panicu- » la exponitur, & eſſe dicitur in frugibus quibuſ- » dam, vt milio & panico, ſicut & in plantis non- » nullis lanoſus flos quidam quaſi in ſumma » arundine per Autumnum floret.

Ἀνθηρά. eſt genus aridi medicamenti ex metallicis præſertim compoſiti, quæ & florido colore ſunt, & eundem medicamento magna ex parte inducunt. Eiuſmodi multa medicamenta à Scri- bonio Largo ad gingiuarum fluorem, à Galen. ad dentium dolorē & oris vlcera, à Celſo etiam lib. 6. cap. 11. & à Paulo Ægineta deſcribuntur. In quibus etſi pleraque præter metallica conti- nentur, metallica tamen eorum pars maxima ſunt, vt chalcitis, alumen ſciſſile, & præcipue ſandaracha, quam in omnibus Antheris admi- ſtam inuenies. Et ab ea forte Ἀνθηρὰ dici potuit. ſiquidem τὸ ἀνθηρὸν Heſychius τῷ σανδαράχῳ interpretatur. Itaque putare τῶν ἀνθηρῶν à flori- bus roſarum dictam eſſe, ſicut putauit Manar- dus, vanum eſt. Pleraſque enim eiuſmodi com- poſitiones videre licet, in quibus nihil roſarum habetur, neque à quoquam partem vllam roſæ ἀνθηρὰν dictam eſſe reperies.

Sic quidem Aetius lib. 8. Ἀνθηρὸν compoſi- « tionem habet, quâ ad putrefacta & abceſſus gin- « giuarum ſicca vti iubet, ad cruſtas vero cum « melle, & in ipſa quidem compoſitione roſas « addi poſſe ait, ſed non recipit, ſicut etiam Gal. « eandem referens lib. 6. κατὰ τόπ. cap. 2. adeo vt « Ἀνθηρὰ παρὰ τὰ ἄνθων τὰ ῥόδων, appellata videri « nequeat, cum roſarum flores pro vtentis arbi- « trio, vel admitti vel relinqui poſſint, Paulus « quidem lib. 7. cap. 13. pharmacum. Ἀνθηρὸν ha- « bet pene idem quod Aetius, additiſque roſa- « rum floribus: E contrà Galen. lib. 5. τῶν κατὰ γένη c. « 13. inter arida ab Andromacho prodita, recen- « ſet duas Antheras compoſitiones, alteram qua « ſe vti dicit. alteram Magni medici, ſed in neu- « trâ roſarum flores admiſcentur, vnde palam fit « hæc medicamenta, non à roſarum floribus ἀνθη- « ρὰ, id eſt florida eſſe nuncupata, ſed à florido « colore quem præ ſe ferunt, maxime ex ſandara- « cha, quam omnes omnium antherarum deſcri- « ptiones admixtam habent. «

Sunt autem omnes αἱ ἀνθηραὶ aridæ, & inſtar « pulueris vlceribus ſiccandis olim aſpergebantur, non ijs modo quæ in ore eſſent, ſed aliarum etiam partium, & dentium doloribus, & ocu- lorum fluxionibus. Aliquando vero melle, vel vino, vel mulſo excipiebantur, miſcebantur, & illinebantur, vt docet Galen. libr. 5. methodi medendi, de vlcerum oris curatione diſſerens. Nec tamen inde colligi poteſt ſtructuram ea- rum non ſiccam fuiſſe. Geminus enim erat τῶν ἀνθηρῶν vſus, modo ſiccarum, modo cum aliquo liquore miſtarum, cum tamen ſicca ſemper ſpe- cie conſtruerentur & ſiccæ reponerentur.

Ἀνθηρά. Ocularij medicamenti nomen eſt quod « oculis illinitur, deſcribitur à Gal. 4. κατὰ τόπ. c. 7. «

Ἀνθηρὸς. ἐρυθρὸς. hoc eſt valde rubens Hippocrati « in prorrhet. ſect. 2. & in Coac. quod fieri inquit « Gal. capite calidorum humorum copia repleto; & apud eundem 6. Epidem. ἀνθηρὰ πτύσματα, « τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὑφαιμα dici ſcribit Gal. ſputa rubra & « ſub cruenta, quæ in pleuriticis & peripneumo- « nicis cernuntur, vt inquit libr. de rat. vict. in « morb. acutis. «

Ἀνθινὸν ἔλαιον. oleum liciaceum apud Hippocrat. « quod & ſuſinum vocatur.

Vt exponit Gal. in exegeſi vocum Hippocra- « tis. «

Ἀνθινον μύρον. Vnguentum apud Hippocratem, « quod & ſuſinū & liliaceum vocatur, differtque ab oleo liliaceo varia aromatum miſtura.

Gal. in exegeſi: videtur autem ἀνθινὸν μύρον « dici poſſe, inquit Hermolaus, omne vnguen- « tum quod ex floribus componitur, Lilio, nar- « ciſſo, roſa & iride. «

Ἀνθινος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum diſ- «

» ferentiæ explicantur: Sed hîc notandum quod » etsi in Græcis editionibus legatur αὐστηρὸς οἶνος, vt » ὀξὺς οἶνος, posse tamen legi ἄνθινος, vt apud He- » sych. & Suidam proparoxitonως, nam & Hip- » poct. ἀνθινον χυλεῶνα dixit 2. de morbis. Sed & » scribitur ἀνθεινὸς per ει vt γλυκεῖς.

Ἄνθος. Græcis vetustioribus simpliciter florem si- » gnificat, Posteriores autem, nimirum Actua- » rius, & Nicolaus, haud dubie Rorismarini co- » ronarij florem, ᾧ ἐχρῶντο ita nominarunt, hinc » apud Nicolaum Antidotus διὰ ἄνθων, quæ sic ap- » pellatur à Rorismarini coronarij floribus. Sed » ἄνθος non modo florem Hippocrates appellat, » quin & interdum semina vt l. 2. ἐπιγωνίη, & in » Coacis prænotionibus Ἄνθεα vocat τὰ ἐξανθήματα » rubores, & similiter pro æris flore apud eundem » crebro vsurpatur.

Ἄνθος χαλκοῦ. vide χαλκοῦ ἄνθος.

Ἄνθος χροιᾶς. flos coloris, hoc est viuidus color & » sanguineus, apud Trallian. lib. 12. c. 4. quem, » dũ deperditur, notam inquit esse hecticæ febris » in marasmodem transeuntis.

Ἀνθοσμίας οἶνος. vinum vocatur cui floribus iniectis » odor conciliatus est, ex ἄνθος & ὀσμὴ, vide in vo- » ce οἶνος vbi insignes vinorum differentiæ expli- » cantur.

Ἀνθοῦντες. Hippocr. idem quod ἀκμάζοντες, inquit » Erotian. à verbo ἀνθεῖν, quod eleganti transla- » tione nihil aliud quam morbi vigorem statum- » que significat, in quo vis morbi maxime emicat, » quod ἀκμάζειν dicit Hipp. atq; ἐκλάμπειν, cum vi- » gor ipse maxime elucet, quo etiam referri pos- » sunt non aliena admodũ translatione, αἱ τῶν παίδων » ἐκλάμψεις, puerorum effulgescentiæ in 6. Epid. » sic etiam legimus lib. 2. Epidem. περὶ τὰς ἀρχὰς » σκεπτέον τῶν νόσων, εἰ ἀυτίκα ἀνθεῖ, circa principia mor- » borum considerandum si statim vigent, atque » huius vocis idem vsus passim apud Hippocra- » tem reperitur.

Ἄνθρακιον. carbunculus, & vt apud Latinos, sic » apud Græcos, interdum gemma per hoc no- » men diminutiui forma positum significatur.

Ἀνθρακίτης. lapis χυτός: sic dictus quod extincti carbonis speciem referat.

Ἀνθράκωσις. carbunculatio, tumor est qui non mo- » do corneæ adnasci solet, & adnatæ membranæ » communicari, sed ipsis etiam palpebris, Celsus » Carbunculum vocat lib. 6. cap. 6. Apud Paul. » sic dicitur ὁ ἄνθραξ τὸ ὀφθαλμῷ, qui alias oculi » bulbo, alias palpebræ accidit, maligna vlcera- » tione quæ interdum perambulat; Aetius Te- » trab. 2. serm. 3. c. 30. ex oculi carbunculo sequi » inflammationes ait, atque dolores graues, adeo » vt oculos sibi deuri putent; ex illo insuper ef- » fluere acre quiddam & mordax, quod crustam » inducit, morbumque vicinis locis infert, atque » ille ibidem plura.

Ἄνθραξ. carbunculus. Est vlcus crustosum à san- guine in atram bilem conuerso & inferuescente excitatum, & à pustula ambustis consimili, vel sine hac etiam incipiens. Inter initia qui hoc ma- lo laborant, particulam omnino scabunt, vnde pustulæ nunc plures nunc vna erumpunt, milij seminis modo exiles, quibus ruptis crusta su- perinducitur, velut à candenti ferro, modo ci- nerea, interdum nigra, simulque cum ima radi- ce adhærens & quodammodo affixa, non sine rosione: reliqua autem caro circumposita ma- gno feruore prædita est & nigrescit, atque instar bituminis & picis resplendet: id quod exquisitæ atræ bilis indicium est. febris longe vehementior quam ab igne sacro excitatur. Cæterum qui ἀνθρακες iuxta carnem consistunt, cito abolen- lentur: qui vero membranas neruosque occupãt, diutius permanent, luemque subiectis cor- poribus impertiunt. Nam qui in capite consi- stunt, collum, ceruicem, pectus, bracchia aut alas in consensum adducunt: qui vero sunt in pudendis, crura inguinaque simul afficiunt: ali- quæ vero partes etiam suppurantur, & dolo- rem sentiunt maiorem quam pro ratione exigui affectus.

Cæterum videntur vocati à Romanis, siue « Latinis carbunculi, à Græcorum anthracibus « nonnihil dissidere. Celsus enim lib. 5. c. 28. hunc « sensu destitutum esse affectum, morbumue, si- « ue affectam partem ait; Galenus autem 2. ad « Glaucon. efferuescentem, grauemque dolorem « inferre voluit: Celsus in illo nonnunquam hor- « rorem, aut febrem oriri, vel vtrumque scribit, « his innuens haud quaquam semper adesse fe- « brem, Galenus vero 14. meth. c. 10. & lib. de « atra bile c. 4. sic affectos necessario febricitare « inquit, Sed & te fortean magis, hac in re anci- « pitem Plinius reddiderit, qui lib. 26. c. 1. hunc « nasci inquit in occultis corporum partibus, & « plerumque sub lingua, duritie rubentem varijs « modis, sed nigricantem, capite alias lucido, non « intumescentem, sine dolore, sine pruritu, sine « alio quam somni indicio, quo grauatos triduo « aufert, qui & aliquando horrorem afferat, cir- « cáque pustulas paruas, rarius feriens stoma- « chum, faucésque cum inuaserit citissime exa- « nimans. hæc Plinius; in exterioribus tamen par- « tibus gigni carbunculum Hippocrates 2. Epid. « Gal. 14. meth. c. 10. & 2. ad Glaucon. 1. & 6. « Aphor. 45. & de tumorib. præt. nat. c. 7. & 1. « de temper. c. 4. & lib. de atra bile c. 4. & Pau- « lus lib. 4. c. 25. & Aet. lib. 14. c. 59. Cæterique « deinceps medicis Græci tradiderunt: Sed & in « Carbunculo dolorem grauem, & pruritum « adesse Gal. pluribus in locis asseruit: atque eun- « dem in tumorum numerum refert, quem Pli- « nius non intumescere dixit: Sed & dubitandi « ansam præbet, quod Marcellus Romanus, Pli- « nij æmulus, in lib. suo de medicam. c. 7. velut « ab anthrace diuersum carbunculum distinguit: « hos autem nodos sic fortean soluere possimus, « si dixerimus, Celsum & Plinium, nõ ipsum ge- « nerice dictum anthracem intellexisse, sed mali- « gniorem quamdam anthracis speciem, atque « ceu ex venenoso sanguine genitam, quæ destru- « cta quidem partis affectæ essentia, temperieque « sensum quoque abolere consueuerit, id quod in « Gangrænam prius, deinceps vero in sphacelum « conuersa phlegmone, atque etiam Cancer in- « terdum efficere solent. «

Ἄνθραξ. dicitur minij vena, siue gleba ex qua mi- nium conficitur, ferreo vel magis subruto colo- re, habens circa se rubrum puluerem. Cum fo- ditur, vt ait Vitruuius, ex plagis ferramentorum crebras emittit lacrymas argenti viui, quæ à fos- soribus statim colliguntur. Significat enim ἄν- θραξ gemmæ genus nobilissimæ, quam Plinius carbunculum, vulgus à rubore & fulgore præ- stanti Rubinum vocat. vt scribit Georg. Agri- cola. Vide ἄμμιον.

Ἄνθραξ. quoque vitium, morbumue quemdam si- «

„ gnificat, qui vitibus nonnunquam, alijsque ar-
„ boribus contingit, dum syderis feruore, quod
„ Caniculam appellamus, velut quodam vredinis
„ carbone exuruntur, vnde carbunculare seu car-
„ bunculari dicuntur, vt docet Plin. lib. 18. c. 28.
„ & lib. 12. c. 7. & lib. 17. c. 4. vbi syderationem
„ vocat & Indorum lingua aborsum appellari ait.

Ἀνθρακῖτις λιθώδης ἢ ὀρυκτός. carbo lapideus siue fossilis. non videtur aliud esse quam γῆ ἀμπελίτις siue φαρμακίτις, siue fossile bitumen. eruitur enim è terra niger & exiguis piceæ, carbonibus similis, quales se ex Cœlesyria plurimos asportasse Gal. memoriæ prodidit.

Ἀνθρίσκος herba. Eadem erat, inquit Plinius, quæ & scandix, si tenuiora folia & odoratiora haberet.

Ἀνθρωπόμορφος. sic dicta est à Pythagora mandragoras, cuius radicem hominis effigiem repræsentare falso creditum est.

Ἄνθρωπος. homo. Quid sit, notum ex philosophis qui accuratissime eum sunt contemplati. Nominis ratio multiplex traditur, alij διὰ τὸ ὕψους ἔχειν φωνὴν quod articulata voce vtatur: alij ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, τὰ ἄνω λογίζεσθαι, ἅπερ ὄπωπε. quod alia animalia nihil animaduertant nec considerent. Alij ἀπὸ τοῦ ἄνω ἀθρεῖν τὴν ὄψιν. alij vero ἀπὸ τοῦ ἄνω ἵστασθαι, quod vultus ad sydera erectos tollat.

„ Quod tamen hominis proprium non esse
„ vult Galen. est & ἡ Ἀνθρώπη mulier Græcis.

Ἀνθρώπη. nomen est cerati quod vlcera vetera & maligna oborta in tibijs solum per se adhibitum ad cicatricem perducit. Recipit autem sandycis lib. 1. olei dulcis lib. 11. coquuntur donec non amplius inquinent. Refertur ab Aetio lib. 15.

Ἀνθύλλιοι ἢ

Ἀνθυλλὶς. herba est duûm generum. vna folijs & ramis lenticulæ similis, palmi altitudine, ramis rectis, folijs mollibus, radice tenui, oblonga salsuginosis & apricis nascente, gustu subsalso. Altera est chamæpity similis ramos & folia, sed asperior, hirsutior, breuior: flore purpureo, odoris admodum grauis, radice erratici intybi. Vtraque vlcera persiccat, sed hæc quam illa efficacius abstergit, & tenuior est. quare etiam comitialibus competit.

Ἀνθύλλιον. dicitur à quibusdam ἡ ἀλυσσὶς, authore Dioscoride.

Ἀνικάδιοι. Galeno dicuntur 7. κατὰ τόπ. c. 5. Cornario interprete, ijdem qui παρετοὶ & παραλυτικοὶ, „ qui tales ex diuturna podagra, aut Ischiade & ar-
„ thritide euadunt, cuius vocis significationem
„ innotescere ait ex lib. 9. c. 10. Aetij.

Ἄνικητον. est nomen emplastri, sic dicti quasi sit in-
„ exuperabile, propter multas & admirandas eius
„ virtutes, ad Critonem authorem refertur: est
„ autem duplex: vnum ad achoras, quod refertur
„ à Gal. 1. περὶ κατὰ τόπ. c. 8. aliud vero polychreston,
„ habeturque apud eundem lib. 6. περὶ κατὰ γένη. c. 2.
„ hoc idem describitur ab Aetio lib. 15. c. 6. à prio-
„ re omnino diuersum: est etiam eiusdem nomi-
„ nis emplastrum βαφικὸν, quod describitur à
„ Gal. 2. κατὰ γένη c. 22. pluribus constans, & à prio-
„ ribus illis omnino diuersum.

Ἄνικητον. etiam à quibusdam dicitur τὸ ἄνηδον, vt habetur apud Dioscor. communi omnibus alijs (vt ait Virg. Marcellus) quæ cibi appetentiam faciunt, appellatione.

„ Hoc & docuit Plinius lib. 20. cap. 17. apud
„ quem ἀνίκητον, exponit Dalechamp. quasi medi-
camentis alijs omnibus præcellens.

Ἀνίσου οἶνος. vinum ex anisio factitium: quo modo & ex anetho conficitur, vt supra retulimus. sedat dysuriam, & visceribus commodum putatur, vt refert Constantinus Cæsar lib. 8. c. 4.

Ἄνισον. herba est Græcis, Latinis & Gallis anisi nomine cognita, caule, folio, flore, muscario fœniculo par, nisi quod multo minor est. Calfacit & siccat tertio ordine: hinc vrinam mouet & flatus discutit.

Anisum à dulcedine γλυκάνισον etiam nominari ait Theocriti scholiastes, Cæterum authore Suida scribitur etiam τὸ ἄνησον & τὸ ἄνισσον διὰ δυὸ νν, καὶ δυὸ σσ.

Ἀνισοταχὴς σφυγμός. Est pulsus inæqualis in vna arteriæ pulsatione vnaque arteriæ parte, qui continuus manet, neque transit à celeritate in tarditatem nec contra.

Ἄνοια. amentia. ἀφροσύνη. Est ratiocinatricis functionis abolitio & veluti paralysis. Fit à causis omnibus cerebrum impense refrigerantibus, & ab ipsa etiam naturali conformatione cerebri imbecilliore. Differt ἀπὸ τῆς μωρίας, quod hæc diminutio tantum sit illius facultatis, nec causas habeat tam vehementes. Differt quoque ἀπὸ τῆς παραφροσύνης, quæ non abolitio quidem est & deperditio ratiocinatricis potentiæ, sed depraua tantum motio.

Ἀνόμοια. dicuntur Hippocr. aph. 6. lib. 6. Epid. sect. 2. dissimilia, hoc est humores præter naturam qui in membris generantur, & ab eorum natura sunt alieni, quos sursum sublatos soluere, Si vero deorsum repant, sursum reuellere consulit Hippocr.

Ἀνομοιομερῆ. partes dissimilares, siue dissimiles. Definiûtur ab Aristotele esse partes, quæ cũ ex simplicibus cõponantur, in alias partes dissimiles nõ in similes diuiduntur. Veluti manus in manus non potest diuidi, neq; facies in facies, sed manus in ea quæ ab ipsa diuersæ sunt naturæ & nominis. Dicuntur autem alijs nominibus ἑτερογενῆ καὶ ὀργανικὰ μόρια seu μέρη. id est, alterius generis & instrumentales: de quibus vide suo loco.

Ἀνορχησμένον. significat apud Hippocr. remollitum. vt explicat Gal. ὡς ταῖς γλώτταις.

Sed cum augmento scribendum ἀνωρχησμένον, vt omnes Hippocratici lexici editiones habent.

Ἀνορεξία. inappetentia, ἀπὸ ὀρεξὶς, hoc est, ciborum auersio, vt ait Paulus lib. 3. cap. 37. fit à contrarijs causis, à quibus appetitus excitatur, quod vel perierit sensus suctionis venarum, vel quod nulla amplius fiat exuctio, vel quod corpori nulla accidat vacuatio. Fit etiam sæpe vel ab immodico ventris & intestinorum profluuio, vel ob bilioſi humoris, tenacis, acris, & porracei delationem in ventriculum, vel pharmaci potionem, vel immodicam sanguinis detractionem, vel, quæ maxima inappetentiæ causa est, propter caliditatem, quæ solidas corporis partes laxando exoluit, & ad attractionem imbecilliores reddit.

Ἀνορεξία autem non modo pro morbi symptomate, sed & pro defectu appetentiæ in bene passis sumitur, sicut ἀποσιτία semper pro auersione cibi, quæ est morbi symptoma, Ἀσιτία vero pro abstinẽtia à cibo siue sit voluntaria siue à morbo.

Ἀνταποδόσεις. vocem Ἀνταποδόσεως & ἀνταποδίδωσι eleganter vsurpauit Hippocr. 1. γυναικ. pro vacuatione per compensationem, quando scilicet

» pauciſſimus ille ſanguis, qui ab vniuerſo mu-
» lieris prægnantis corpore in vterum iam conce-
» pto ſemine ſecedit, in partu diebus 30. vel 40.
» regeritur, & euacuatur & quaſi ἀντιπεδόσει qua-
» dam compenſatur per puerperiale profluuium.
Ἀντιπόδοσις τροφὴν παρὰ ἀλλήλας aphor. 12. libr. 1.
» dicuntur ſuccedentes ſibi inuicem circuituum
» reciprocationes, viciſſitudines & ſucceſſiua in-
» crementa.

Ἀνταχάτης. eſt ſuccinum, vel lapis alterius coloris bituminoſus, qui cum vritur myrrham redolet, vt ſcribit Georgius Agricola.

Ἀντένδειξις. contraindicatio, vel indicationis con-
» tradictio Gal. 9. meth. c. 7. Eſt &, vt ita dicã, ob-
» nunciatio, hoc eſt rei apparatæ diſceſſio, inquit
» Budæus, conſilij capti & agitati diremptio, vt
» comitia dirimebantur obnunciatione augurum,
» auſpicia occentu ſoricum: Quod autem contra-
» indicationem exiſtimant nonnulli, aliud nihil
» eſſe, quam impedimentum eius quod ab indi-
» catione monſtratur, exempli gratia; Si cui con-
» tingit ex plenitudine morbus, natura cauſæ in-
» dicat euacuationẽ, virtus tamen debilis id auxi-
» liũ impedit, hoc illi impedimentũ contra indica-
» tionem appellant: Sed meo iudicio aberrant,
» aliud enim contraindicare eſt, aliud impedire,
» non enim re vera contraindicatio illud eſt quod
» impedit, ſed id quod contrarium innuit vel in-
» dicat ei, quod ab indicatione monſtratur; ver-
» bi gratia, deſignat indicatio ſanguinem eſſe mit-
» tendum, illi indicationi vera tantum erit con-
» traindicatio quæ repletionẽ alimenti ſeu refe-
» ctionem indicabit, cõtraria enim ſunt replere &
» vacuare; denique tota contraindicationis na-
» tura ſtat in eo, quod omnino contrarium eſt ei,
» quod ab indicatione proponitur, vt ſi indicatio
» refrigerationem proponat, contraindicatio ca-
» lefactionem; ſicque de alijs, inter quæ vera con-
» trarietas eſt: inter vacuationem autem & virtu-
» tem nulla eſt contrarietas, licet virtus vacuatio-
» tionem impediat.

Ἀντενδεικνύμενα. contraindicantia, vide συνδεικνύ-
» μενα.

Ἄντρος. lapis qui proprio nomine ἀμύγδαλος appellatur.

Ἀντάγκη. hoc nomine vocantur inueterati fau-
» cium tumores qui diſcuti non poſſunt, ſic ex-
» ponitur in vulgari lex. ex Vlpiano. ff. de ædil.
» edicto. Sed & ἀντάγκη eſt quaſi dixeris obluctans
» obſiſtenſque præfocatio.

Ἀντιάδες. ſunt glandulæ duæ valde fungoſæ & ſpongioſæ, paulo ſupra laryngem ſitæ, & vtroque in latere ſingulæ, ſaliuam copioſam continentes, qua & aſpera arteria & ſtomachus & tota ipſa oris amplitudo humectatur. Eædem alio nomine παιδίωμα appellantur. multi tonſillas, & fauces verterunt: multi quatuor enumerant, binas quidem ad linguæ radicem, vtrinque ſingulas, binas vero penitiores, quas Pollux μύλας vocari tradit. vulgus amygdalas nuncupat. Significant autem Ἀντιάδες non modo glandulas ipſas, ſed etiam earum morbum. Nam ſicut αἱ ἀδῖνες indurati χειρώδες nuncupantur, ſic etiam τὰ παιδίωμα, hoc eſt, tonſillæ, vel ſupra naturalem modum auctæ, vel quaſi deſiccatæ, cibi potuſque & ſpiritus iter impedientes, è regione vtrinque ſibi inuicem oppoſitæ (vnde nomen habent) Ἀντιάδες dicuntur, vt ſcribit Paulus lib. 6. cap. 30. Sunt autem qui diſtinguant inter ἀντιάδας & παιδίωμα, vocantes proprie ἀντιάδας inflammationem ipſarum tonſillarum, παιδίωμα vero inflammationem earum, quæ prope tõſillas ſunt, partium. At Celſus ἀντιάδας tonſillas quæ poſt inflammationes induruêre, à Græcis vocari ſcribit.

Dicitur autem etiam in ſingulari numero Ἀντιαί, ab Ægineta lib. 3. c. 26. & eſſe inquit ὄγκον σκληρώδη τῶν παιδίων, id eſt tõſillarum tumorem durum Ἀντιάδες vero dictæ ſunt inquit Ruffus, ἀπὸ τῆς τῶν διάτοιξιν τοῦ στόματος ἀλλήλαις ἐναντίας φαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν φλεγμαίνωσι: id eſt quoniam ore aperto inter ſe contrariæ videntur, præſertim cum inflammatione tentantur.

Ἀντιβαλλόμενα φάρμακα, vel Ἀντιμβαλλόμενα. appellantur quaſi ſuccedanea, vel inuicem ſuccedentia, quæ aliorum, facultate ſimilium, penuria ſupponi poſſunt medici conſilio; Quæ autem eiuſmodi ſint docuit Paulus lib. 7. c. vltimo, Noſtræ ætatis medici quid pro quo dicunt.

Ἀντίδοτα. veteribus medicis ea medicamenta dicuntur quæ deleteriorum vires totius ſubſtantiæ diſſidio ſic immutant & obtundunt, vt ne minimum quidem, nos deinceps queant offendere: Horum autem alia, hauſtum vel iniectum venenum, aut etiam deleterium medicamentum, totius ſubſtantiæ contrarietate frangunt, obtundunt, aut prorſus extingunt, vt citri ſemen; ad hoc genus pertinent quæcumque peſtilentes, alioſque Epidemios morbos profligant, aut arcent vt Mitridatium; Alia virulentarum beſtiarum ictibus medentur, vt alyſſum & pimpinella rabidi canis; horum ampla tractatio eſt & medendo vis eximia: iuniores autem medici vt docet Gal. 2. de antid. c. 6. non ea modo quæ aduerſus deleteria medicamenta, quæque ad morſus ictuſque venenatos exhibentur, Antidotos appellant, ſed etiam quæ contra malas corporis affectiones, præſertimque diuturnas valent, ex viſcere aliquo vel abceſſu conſurgentes, vt quæ, velut Celſus ait lib. 5. c. 23. recte quidem dentur colliſis corporibus, vel per ictus, vel vbi ex alto deciderunt, vel in viſcerum, laterum, faucium, interiorúmque partium doloribus, vel ad vires quoque roborandas, & ad expurgandos humores, perinde ac pulueres, ex his enim ſunt vel melle vel paſſo exceptis: Sunt autem nonnulla ad omnes hos vſus ferè accommoda, inter quæ Theriace primas tenet: Conficiendæ autem Antidoti hæc ſumma ratio eſt; vt tritorum medicamentorum, ſiue puluerum confuſorum vnciæ tres, exempli gratia, in libras mellis ſingulas paulatim inſpergantur, paulatimque ligneo pilo permiſceantur, dum vbique ſubſtantiarum quædam ſit æquabilitas: hac componendi forma ſimplicium vires integræ perſiſtunt admodum efficaces, probeque fermentantur & diutiſſime conſeruari poſſunt, nunc vero medici iuniores in Antidoti vicem ad ægrotantium gratiam, electuarium formæ ſolidioris ſubſtituerunt, idque ſaccharo concinnatum, ſed commodo & effectu minore, neque enim ſimplicium æque validæ vires manent, neque par eſt fermentatio, neque conſeruatio: ab hoc autem Antidoti nomine, tam aſſumpta interius quam exterius admota ſignificante, Barbari libros ſuos in quibus omnium medicamentorum compoſitio docetur, Antidotaria inſcripſerunt: Sunt autem τῶν Ἀντίδοτων innumeræ differentiæ,

» ferentiæ, quas hîc longum esset percensere, ea-
» rum nonnullas & celebratiores, suis hoc in ope-
» re locis sparsas, descriptasque inuenies: Quod si
» nosse cupis singulas, vide Gal. 1. & 2. de antidot.
» Trallian. lib. 4. 5. 8. 10. 11. & 12. Aetium tetrab. 4.
» serm. 1. Paulum l. 7. Oribas. 3. synops. Mesuei li-
» brum de Antidotis, & Nicolai Myrepsi sectio-
» nem de antidotis, vbi omnes fuse & amplissime
» describit, suisque commentarijs Fuschius illu-
» strat.

Ἀντικάρδιον. sic dicitur cauum illud quod sub pecto-
re est, carneum, molleque ad os ventris. Vocatur
etiam στόμα. Rufus cauitatem eam pectoris, quæ
est ad clauiculas, tradit ab Homero dici λευκὸν αἰῶνα,
à medicis vero ἀντικάρδιον καὶ στόμαχον.

Ἀντικνήμιον. dicitur ab anatomicis anterior & nuda
tibiæ portio & sola fere cute contecta, in quam
musculorum tibiam mouentium tendines infe-
runtur. Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄγμῶν scri-
bit ἀντικνήμιον esse tibiæ mediam & anteriorem
partem, quæ minime carnosa est, & per vniuer-
sam tibiam à summo ad imum in longitudinem
fertur, atque in his qui graciles sunt, conspicitur.
Sic autem dicta est, vt plerique volunt, quod
contraria sit parti tibiæ insigniori, quam Galen.
γαστροκνημίαν, Latini suram appellant: vel, vt ego
iudico, quod sit veluti frons τῆς κνήμης. Eadem
vero pars, quia multum acuta est, etiam à qui-
busdam ἄκανθα vocatur. Gaza apud Aristot. ἀντι-
κνήμιον ocream vertit: Celsus tibiam appellat.

Ἀντικόνησις. significat apud Hippoc. τὴν διὰ τοῦ κον-
τοῦ ἀντέρεισιν. hoc est, renixum eum qui conto fit
aut remo.

» Lib. de articul. & aliquanto post, pro ἀντικώ-
» σει χρῆσθαι, dicit αὐτὴ τῆς τοῦ μηροῦ ὀπλασίης ὑπὸ
» τὴν μασχάλην, τὸν κῶλον τὸ σκαμμόν σκέλος ὑποπιέσμενον
» σκίπονα ἀντερείδειν, corpus fulcire scipione axillis
» suppositio, ea parte qua crus est læsum: Rectè
» itaque Gal. in suo Lexico Hippocr. cum ἀντικώ-
» σεως exposuisset τῆς διὰ κοντοῦ ἀντερείσεως, sub-
» iungit. ὅθεν καὶ σκίμπουν καλεῖται, vel potius σκίπων,
» scipio, & fulcrum corporis in incessu.
» Ἀντικρουστικὰ. vide infra ἀποκρουστικὰ.

Ἀντικυρικὸν. dicitur à quibusdam ὁ ἰλλίσσων, quod in
Anticyra gignatur: à quibusdam vero σκαμμωνιὰς
τὸ μέγα, vt habetur apud Dioscor.

Ἀντιλαβὴ. in deligandi ratione dicitur apud Hip-
» pocratem apprehensio, & vinculorum in par-
» tem contrariam aut sanam inuolutio, aut appen-
» sio, & veluti occupatio quædam ne in superio-
» rem partem aut inferiorem elabantur, sed fir-
» mius contineantur, vt in humeri deligatione, ea
» quæ per alteram alam fit vinculi circumductio,
» aut inguine laborante, ea quæ fit ad alterum
» ilium.

Ἀντιλόβιον ἦν

Ἀντιλοβὶς. dicitur pars illa exigua in auricula, quæ
infimæ auriculæ, quam λοβὸν appellant, superpo-
sita est. Rufus scribit ὀπλοειδὲς vocari τὸ ἐλικος
τέλος τὸ ὀπίσω καμπῆ. hoc est extremum & perbre-
uem finem partis eius auriculæ, quam ἕλικα ap-
pellãt. Vt autem nomen ipsum indicat, ἀντιλόβιον
oppositum est τῷ λοβῷ.

Ἀντιμηλον. sic dicitur à quibusdam ὁ μακρὸς σκόροδος, vt
habetur apud Dioscoridem.

Ἀντιπάθεια. repugnantia dicitur quæ intercedit in-
» ter res aliquas ob contrariam affectionem, vt
» inter ignem & aquam; vis quoque obsistendi,
» seu auxiliandi quam habet res aliqua per contra-
riam affectionem: est autem ἀντιπάθεια, contra-
rium τῇ συμπαθείᾳ, hanc consensionem Latini, &
recte interpretari videntur, Ἀντιπάθειαν vero
dissensionem, sed minus recte, neque plene, in-
quit doctissimus Scaliger; aliud enim est dissen-
tire, aliud cõtra sentire; Sic apud Aristotelem nõ
eadem sunt contrarium & diuersum, Plumbum
si non trahitur à magnete dissensio est, Græcis-
que hoc ἀλλοφρονεῖν & ἀλλοπαθεῖν dicitur, si qua
vero magnetis species ferrum abigit, id antipa-
theia est: sic rem acutius consideranti Græcæ vo-
ces minus satisfacere videntur: quibusdam ma-
gis placuit συμπάθειαν interpretari assensum quã
consensum, & in ἀντιπαθείας voce & συμπαθείας
existimauere quidam, τὸ ἀντὶ non tam contra-
rium significare quam vicissitudinem, & τὸ συὶ
non tam participationem affectus in vtroque,
quam naturæ necessitudinem, quasi & dicatur in
antipathia τὸ ἀντὶ, etiam significare aliquid actio-
nis, videlicet in resistentia, quodcumque enim
habet cum alio materiam primam communem,
agendo etiam patitur: vide συμπάθεια.

Ἀντίπαθες. est species corallij nigri, secundum
Dioscor. arbotis figura, magisque ramosi, & vi-
res easdem quas & corallium habentis. Adstrin-
git enim & refrigerat mediocriter. Georgius
Agricola scribit non aliud videri, quam hæmati-
tem nigrum.

Ἀντίρριον. herba est caule & folijs anagallidi simi-
lis, ideoque syluestris anagallis vocata. Semen
habet vituli narium simile: vnde & nomen indi-
tum fuit. Alij ἀνάρριον appellant. Vires habet
mixtas. discutit enim & refrigerat. Galen. ἐν τῇσ
γλώσσαις scribit ab Hippocr. eo nomine appella-
ri herbam, quæ βάκχαριν & λυχνὶς ἀγρία vocatur.
Dictum est & eo nomine τὸ ἱππόγλωσσον, sicut
habetur apud Dioscoridem.

Ἀντισκόροδον. dicitur allium prægrande, quod & al-
lium vlpicum appellatur.

Dicitur etiam ἀφροσκόροδον, quod tritum cum
oleo & aceto spumam multam generet.

Ἀντίσπασις. reuulsio. Est humoris fluentis attractio
in partem contrariam. Adhibetur proprie hu-
mori fluenti, vt eius cursum in oppositum re-
uocet. Qui enim parti ægræ iam impactus est,
is deriuari, non reuelli dicitur, quod non nisi per
propinquas affectæ sedi partes vacuari possit.
Reuulsio autem in partem fit contrariam, &
longe ab affecta distantem, vt ab inferiori ad
superiorem, à dextera ad sinistram, ab ante-
riore ad posteriorem, ab interna ad exter-
nam, & è contrario. Tot enim sunt positio-
num contrariæ differentiæ, à quibus solis reuel-
lendi indicatio peti debet. Quanquam præterea
alia quædam ea in re spectare oportet, non quod
reuulsionis substantiam constituant, sed faciliо-
rem certe & tutiorem reuulsionem efficiant. Ea
sunt meatuum ductuumque aptitudo, per quos
ab vna parte in aliam humor transferri possit,
& partium nobilitas vel ignobilitas, sensibili-
tas aut insensibilitas, robur aut imbecillitas. Si-
quidem à parte nobili ad ignobilem, à sensibili
ad insensibilem, non autem è contrario transfe-
rendus humor est: aut si de ijs partes ambigant,
ab imbecilla perpetuo in robustam. Sunt au-
tem reuulsoria præsidia quamplurima, vt vincu-
la quidem artuum, cum humores in thoracem
& ventrem feruntur: vomitus, vbi inferiora
petunt: acres clysteres, si vomitus infestent:

vrinæ, sudores aluique deiectiones, siue ad superiora, siue ad inferiora humorum impetus feratur. Item cucurbitula mammis apposita, si menstrua immoderate profluant, eademque affixa hypochondrijs, si sanguinis è naribus effluuium sistendum est. Ad hæc acria medicamenta artubus illita, si humores ad caput & viscera decumbant, sicut se factitasse Oribasius prodidit, qui cruri, in quod humor confluxerat, adhibito repellente medicamento, eoque ita deligato vt ab infima eius parte cœpta deligatio perpetuo arctior ad inguina vsque procederet: alteri medicamentum calidum & attrahens illeuit, itaque fluxionem commutauit, & in alterum crus transtulit, Timocratis cuiusdam exemplum sequutus, qui, cum iuuenis quidam non mediocre pondus ex agro in vrbem dextra manu tulisset, & ingentem in ea tumorem ob id concitasset, suasisse fertur, vt pari pondere sinistra gestato, tantundem itineris conficeret. ita enim fore, vt quemadmodum euentus demonstrauit, dextræ manus tumor euanescceret.

» Notandum vero Hippocr. lib. 6. Epid. generalius sumpsisse ἀνάπαστος nomen: Oculis » (inquit) fluxione laborantibus confert ἀνάπασις » εἰς φάρυγγα, at hoc potius dici debet παράσχεσις, » deriuatio, vt docet Gal. l. 5. method.

Ἀντίποδα. dicuntur medicamenta quæ eadem cum τῷ ἀποδίῳ, quod & ἄποδες dicitur, facultate pollent: quæque spodij penuria in eius locum substitui possunt. de quibus Dioscorides libr. 5. agēs de pompholyge cuius species spodium est.

» Dicitur & ἀνάπαστόδιον pro eodem apud Gal. » dicitur & ἀνάποδος.

Ἀντίστερνον. dorsum, quod tamen proprio nomine νῶτον vocant. de quo vide suo loco. sic autem à quibusdam dictum est quod τῷ στέρνῳ, hoc est pectori, oppositum sit.

Ἀντίτροφοι. costæ quædam sic vocantur, quasi retor» tæ à Polluce, vide πλευραί.

Ἀντίπαχυς. est pars crassior τῆς ἀνθέλικος, opposita τῷ πήχει. Sic quidem eam definit Ruffus. Ergo cum πῆχυς dicatur eminentia auriculæ vergens ad tempora, & posita ex aduerso τῆς κόγχης, patet ἀντίπαχυν dici eam partem τῆς ἀνθέλικος quæ crassior est, & è regione τῆς πήχεως, aduersa in parte posita est.

Ἀντίτυπον. renitens. Species est duri. de qua vide in dictione Σκληρόν.

» Proprie vero dicitur de vtre, vesica, aut re quam» piam simili, adeo humore plena, spiritu vel re» quauis alia, vt tensa duriorque seipsa euadat, tũc» enim mauult Galen. appellare ἀντίτυπον, quam» σκληρόν 3. de simpl. medic. facult.

Ἀντιφάρμακον. idem quod ἀλεξιφάρμακον, & ἀλεξητήριον, hoc est pharmacum & remedium quod cõ» tra venena sumitur, aut gestatur, seu quod vene» nis resistit, vt sunt antidota & amuleta.

Ἀντίχειρ. pollex. Est digitus primus à carpo siue brachiali incipiens, eique per diarthrosim insertus, reliquis quatuor digitis multo inferior, & illius non recta, sed ex obliquo oppositus. Sic à Græcis videtur dictus, vt scribit Galenus, quod solus ipse tantum valeat polleatque quantum reliqui quatuor. Latine pro manus dici possit. Siquidem manus actiones omnes per eum habet firmiores, eo solo tantum roboris præbente, quantum reliqui digiti simul iuncti: easque omnes eque cessare & aboleri necesse est, siue ipse solus, siue alij desint. itaque à pollendo etiam pollicem Latini appellauere. Sunt autem qui ἀντίχειρα dictum velint, quod cæteris digitis oppositus sit, ex aduerso situs. Dicitur & μέγας propter magnitudinem seu præstantiam.

Ἀντύλιον. nomen est malagmatis valde adstringentis cuius descriptio habetur apud Paulum libr. 7.

Sed scribe ἀντύλλιον ab Antyllo medico, cuius « mentio fit infra in voce διάπασμα. «

Ἀνυγραίνεσθαι. aquescere apud Theophr. de caus. « plant. c. 22. diciturque de succorum vitio, qui vl« tra ætatem suam seruati vitiantur: Scilicet ex vi« no fit vappa, quoties vetustate aut alio incom« modo exhalat vigor ille igneus, incommodum « intelligo, veluti cum dolia non sunt obturata, « vel quia minus plena. «

Ἀνώδυνον. Est medicamentum mediocriter calidum, dolorem deliniens. Eiusmodi quidem est quod proprie ἀνώδυνον dicitur, calore scilicet ita temperatum, vt calori nostro natiuo quam simillimum sit, vel saltem intra primum ordinem excalfaciat. Tale namque esse oportet, vt demulceat deliniatque quodammodo exasperatas corporis nostri partes, dulcique sensu, quem mouet, earum veluti tristitiam molestumque sensum aboleat. Itaque proxime ad naturam τῆς γλυκέος, hoc est, dulcis accedit, de quo suo loco dicemus. Sed & tenuium partium esse conuenit, nihilque habere adstrictionis, vt vna pariter euacuet, digerat, rarefaciat, extenuet, concoquat, atque æquabile reddat quicquid in partibus dolore, vexatis humorum est acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum, vel quicquid vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus particulæ dolenti inhæsit, impactumque est.

Huic quidem anodynorum generi secundum « proxime adhæret, quod equidem contra doloris « causam è directo pugnare conspicitur, nam aut « euacuat digeritque quod in parte est contentum, aut qualitate certat aduersus vniuscuius« que qualitatis excessum, frigidam calefaciendo, « calidam refrigerãdo, ac si venenosa & mala qua« litate dolorem excitauerit, eam pari ratione « compescendo: quæ omnia apertissimis verbis « vna sententia complexus est Hippocr. 6. Epid. « dum inquit, in doloribus proximum ventrem « purgare, & sanguinis ventrem rescindere, vstio, « sectio, calefactio, refrigeratio, sternutatio, stir« pium succi in quibus vim habent, & Cyceonis « mixtura, malefi corum autem lac, allium, vinum « feruefactum, acetum, sal: quibus verbis, inquit « Galen. in comment. remedia enumerat le« uibus & sæuissimis doloribus succurrentia: Ter« tium vero genus continet id, quod licet anody« num dicatur, reuera tale non est, cuiusmodi sunt « medicamenta omnia narcotica appellata, quæ « partium stupore & sensus priuatione dolorem « persentiri vetant, non tamen auferunt vt reli« qua anodyna. Ex his constat trium esse genera « anodyna, quædam enim sunt quæ causam aufe« runt; quædam quæ patientem particulam dispo« nunt, æquabilemque reddunt ad minus patien« dum; alia quidem quæ organũ subi est tum q; sen« sus priuatione, ineptius ad sentiendum efficiunt: «

„ anodyna indoloria vocat Aurelian. 2. τ χρον. c. 4.

Ἀνωμαλία. inæqualitas. Est sensus humoris pauci & minime acris, per corporis habitum, ante febrem leuiter moti. Symptoma est ante accessionem febrilem exoriens, sicut rigor & horror. Pertinet quidem ad facultatem animalem motricem, estque vnum ex motibus voluntarijs deprauatis: sensus tamen magis videtur esse quam motus, quod humor à quo gignitur, vel non moueri, quemadmodum in pruritu & lassitudine vlcerosa, vel minimum moueri sentiatur. Est autem sensus quidam profundus in tota corporis mole, ceu dispersæ per eam cuiusdam rei à natura alienæ. Id autem quod dispersum est, aliquando quidem veluti subcalidum esse videtur, aliquando mordax citra dolorem, aliquando vtroque modo afficiens, aut sine ijs leuiter omnes carnes distendens. Est autem humor qui eum sensum inuehit, excrementosus quidem, sed multo paucior, minusque mordax quam in rigore aut horrore, & ad cuius vacuationem facultas expultrix non magnopere concitetur: in corporis habitu, sicut & is à quo rigor horrorque fiunt, continetur, & febrem fere semper præcedit, quanquam, perinde atque rigor, ex praua victus ratione citra febrem accidere possit.

„ Fit vero inæqualitas illa per suppurationem
„ phlegmones, per feruorem putrescentium humorum, caloriſque natiui extinctionem, & in
„ hemitritæis & epialis febribus, in quibus multi
„ humores in aluo putrescunt; in semitertianis
„ enim ἀνωμάλως ἀνάβασις dicitur, cum per reduplicationem, aut per inæqualitatem, quæ fit breuioribus interuallis in accessionis incremento,
„ modo incalescit æger, modo perhorrescit ob
„ humoris bilioſi & pituitoſi inæquales motus:
„ in hepialis autem Gal. scribit, frigoris & caloris
„ sensum eodem tempore, eademque parte con-
„ tingere, à pituita vitrea & acida quæ moderate
„ aut dimidio sui putret, ac parte quidem putrente calorem, integrâ vero frigus adfert: eiusmodi febres omnes ab Hippocr. in Coacis appellantur ἀνωμάλως χλιαυτώδεις, id est quæ inæqualiter incalescunt, vt vicissim perfrigescat & incalescat æger.

Ἀνώμαλος σφυγμός. inæqualis pulsus. Est pulsus in quo vel nullæ, vel non omnes pulsuum differentiæ pares manent. Si nullę, simpliciter & absolute inæqualis est: si non omnes, idem quatenus quidem non omnes, secundum quid inæqualis, quatenus vero aliquæ pares manent, æqualis secundum quid dici potest. Nam absolute æqualem pulsum dicas & inæqualem, an aliquo in genere, multum refert. quod absolute inæqualis, neque magnitudinem, neque velocitatem, neque aliam vllam differentiam parem seruet: ille vero qui in vna aut pluribus tantum inæqualis est, atque in cæteris paritatem seruat, non simpliciter, sed certa aliqua differentia aut pluribus inæqualis dicatur, cum in reliquis æqualitatem retineat. Fit autem pulsus simpliciter inæqualis duobus modis, vno quidem in pluribus pulsationibus imparibus & inæqualibus, altero vero in vna pulsatione. Ille συνεμπτικὸς dicitur, estque cognitu multo facilior, species autem habet διαλείποντα, παρεμπίπτοντα, μύωρον, siue μυρίζοντα. Qui vero in vna pulsatione seu diastole inæqualis est, cognitu longe difficilior est. Fitque bifariam, in vna arteriæ parte, aut diuersis eius partibus. sed illa quidem inæqualitas in duabus tantum pulsuum differentijs, velocitate scilicet & vehementia, earumque contrarijs inuenitur, cum velocius aut vehementius circa vnum medici digitum moueri cœperit arteria, & in tarditatem aut languorem desinit, vel contra: Eius species sunt δορκαδίζων & δικρότος. Quæ vero in diuersis arteriæ partibus est, per omnia pulsuum genera inuenitur, quanquam in quantitate, siue magnitudine diastoles manifestius percipiatur. Sunt autem plures eius differentiæ, μύωρος καὶ μέση πληγὴ, ὑπνώτικός τε καὶ ἐξύπνωτικὸς, κυματώδης, σκωληκίζων, μυρμηκίζων, ἐκπικὸς, ἀπασμώδης, κλονώδης, καὶ ἀμυρίων. De quibus omnibus suis locis videndum. Vide & tabulam in dictione σφυγμός.

Ἄνωνις. est planta fruticosa ramos gerens dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitibus rotundis, folijs lenticulæ, pusillis, ad rutæ aut pratensis latifolia accedentibus, subhirsutis, odoratis, non iniucunde olentibus. Radix illi candida est vltro citroque vaga. Toto caule foliata est in modum coronæ. Censetur inter aculeatas plantas. Namque inter folia nocentes & mucronatæ cuspidis aculeos, quasi spicula in ramis habet. Muria condîtur antequã spinosa fiat, estque cibis gratissima, illisque os mirum in modum commendat quibus anima fœtet. ἄνωνις Dioscoridi dicitur: Theophrastus & Galenus ὄνωνιν appellare maluerunt. Est calida facultate & extenuante, præsertim eius radix, quæ tertio fere gradu calefacere proditur. Cortex extergit & incidit. quamobrem vrinam ducit, calculos conterit, crustas rumpit, & dentium dolores mitigat.

Ἀνώνυμος. arbor quæ & ἀνώνυμος dicitur, de qua vide suo loco.

Ἀνωργασμένον. vide supra ἀνοργασμένον, sunt qui ἀνοργασμένον in Galeno legant. Ἀνωργασμένον autem „
τὸ σῶμα dicitur apud Hippocr. libr. περὶ τ ἐνθὸς „
σαθῶν corpus preparatum & emollitum, aut ad „
medicamentorum potionem præparatũ; præparatur autẽ si prǽhumectetur vt pharmacis obediat quod ἀναβρέχεσθαι dicit Hippocr. loco citato. „

Ἀνωτικὰ. ea dicuntur quæ sursum humores impellunt, contraria τοῖς ὑπολύσεις quæ deorsum „
Aurel. l. 4. τ χρον. c. 3. „

Ἄξυγγιον. axungia. Est suillus adeps inueteratus dictus Latinis axungia, quod axibus rotarum inungendis accommodus sit. Receptum tamen est & à Græcis hoc nomen etiam tempore Galeni, vt scribit lib. 7. τ κ ἡμ, vbi enarrat emplastrum Mnasæi.

Ἄξων. nomen fuit secundæ vertebræ colli apud veteres medicos, quod super eam prima vertebra, veluti super axem vertatur, vnde ἐπιστροφεὺς etiam dicta est.

Sunt etiam ἄξονες instrumenta quædam Chirurgica de quibus in voce ὀνίσκος. „

Ἀορτή. dicta est ab Aristotele lib. 3. de partibus animalium arteria magna, quæ à sinistro cordis sinu exoritur, quam ille minorem venam vocauit, eam cum vena caua comparans. Sic autem appellata fuit, quod ἀορτὰ apud Græcos ἀγγεῖον, hoc est, vas, significet. Est enim, vt eodem loco Aristoteles scribit, sanguinis conceptaculum. Vide ἀρτηρία.

Sed & ἀόρται, Ἀορταὶ, Ἀορτείδες, & Ἀορτὰ Hipp. „

» l. de locis in hom. pulmonũ brõchia ſunt, nimirũ
» cartilaginoſæ propagines ab arteria aſpera in to-
» tum pulmonem diſtributæ, vt illi alioqui ſpon-
» gioſo & molli, firmamento eſſent, ſicut docet
» Pollux l. 2. quod & lib. de locis in homine Hip-
» pocrates innuit his verbis, ἀορτίαι (ſic enim Io-
» nes efferunt) αἱ συνέχουσαι τὸν πλεύμονα καὶ τὸν βρόγ-
» χον, id eſt quæ continent pulmonem & guttur:
» vide ἄορθρον in ſequenti. Arteria autem hæc ma-
» gna, παχεῖα & μεγάλη, pulſatilis neruus, Ara-
» bum doctoribus arteria audax dicitur, Ariſtote-
» li νευρόδεσμη. Eſt vero arterijs omnibus nomen
» inditum παρὰ τὸ ἀέρα τηρεῖν, quod eſt aerem du-
» cere, vel παρὰ τὸ αἴρεσθαι id eſt attollere, cuius
» præteritum perfectum in tertia perſona habet
» ἄρται, vnde & per pleonaſmum ἀορτὴ vel ἄωρτὴ:
» quamquam autem arterijs omnibus eſt com-
» mune nomen Aorta, ei tamen καθ' ἐξοχὴν tribui-
» tur quam hîc definimus.

Ἄορτον. dicitur apud Hippocr. vt docet Gal. in
» exegeſi τὸ ἀπεστημένον τῶν πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν.
» id eſt pars pulmonis vtrimque ſuſpenſa & ſepa-
» rata, quam & ἄορτιν à Dioſcoride appellatam
» fuiſſe ibidem Gal. ait; quam pulmonis partem,
» ſi inflammatione tentetur, diſtendi atque inflari,
» & in coſtas & latera incumbere docet Hippocr.
» in Coacis, vnde liquet non de aortis, ſed de pul-
» monis fibra intelligendam eſſe vocem ἄορτον,
» vt recte docet Hollerius. Sic lib. 2. de morb. (qui
» Galeno liber primus de morbis maior dicitur)
» ἄορτα τῶν πλεύμονος παιδία deſcribuntur, at-
» que etiam curatio edocetur, ſiue pars illa vtrin-
» que ſuſpenſa per ſe, ſiue ambæ ſimul diſten-
» dantur & reuellantur: ſunt qui, ἄορται & ἀορτιαί,
» hoc eodem ſignificato apud Hippocr. vſurpa-
» ri velint.

Ἄπαγμα vocatur à iunioribus, vt ſcribit Galen.
comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον, quod ab Hippo-
crate ἀπόκλασμα dicitur. Eſt autem fractura to-
tius oſſis ſecundum ipſius craſſitiem, iuxta ip-
ſum articulum, ita vt plurimum oſſia ab inuicem
diſiungantur. Idem Galen. libr. 6. meth. med.
ſcribit τῶν ἀπάγματος nomen ſolis medicis pro-
prium eſſe, & plebi inuſitatum. ſolere autem
ita nominari, quoties oſſis finis, qua parte ma-
xime cum alio committitur, abruptus eſt.

» Hæc caulacim, Græce καυληδὸν factæ fracturæ à
» recentioribus nuncupantur, vt comm. 3. εἰς τὸ
» κατ' ἰητρεῖον c. 31. idem Gal. ait.

Ἀπαλλάσσειν. ſignificat proprie vacuare, deinde,
quod ad vacuationem conſequitur, ſubſidere &
mollius effici, vt annotat Galen. comment. εἰς τὸ
περὶ ῥητικῶν.

» Part. 75. Cæterum hæc quidem vocis ſcriptu-
» ra extat apud Gal. comment. in prorrhet. lib. 4.
» ſub finem, ſed fortean ſcribendum ἀλαπάσσειν,
» cum Heſychius etiam exponat ἀλαπάξαι, non
» modo πορθῆσαι vaſtare, ſed etiam ἐκκενῶσαι eua-
» cuare, exinanire, Ἀπαλλάσσειν autem apud cæteros
» authores longe diuerſas habet ſignificationes.

Ἀπαλὰ ὠά. Cælio Aurel. l. 4. τ. χρον. c. 3. dicuntur
» quæ nobis *œufs mollets*.

Ἀπαλὸν κολλύριον. Idem quod ἄδηκτον. lene & mite
collyrium. vide ἄδηκτον.

Ἀπαλὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος, vbi inſigniores
» vinorum differentiæ explicantur.

Ἀπαλὸς σφυγμός. mollis pulſus appellatur qui du-
» ro eſt contrarius, vt pote qui remiſſam moſ-
» lemque habeat arteriam, & ſpiritum intra ſe
exolutum, & mitiorem ictum ex Gal. in de- «
finit. medicis. «

Ἀπαλὸν φάρμακον lene & mite medicamentum, qua- «
le ex oui luteo & roſaceo cerato confici poteſt, «
& oculorum inflammationibus adhibetur, aut «
ſedandis aliarum partium doloribus. «

Dicuntur etiam eiuſcemodi medicamenta « «
ἄδηκτα vide ἄδηκτα. «

Ἀπαλόσαρκος. appellatur ab Hippocr. l. γυναικ. qui «
carne teneriore præditus eſt, quales mulieres sũt. «

Ἀπαλωμόβρω γλῶσσα. lingua mollis & tenera, vide «
γλῶσσα. «

Ἀπανθρωπίαι. Auerſationes hominum, qui melan- «
cholicorum affectus eſt; dicũtur & μισανθρωπίαι, «
cum quis ſolitudines quærit & conſuetudinem «
hominum auerſatur, qualis eorum dementia eſt, «
qui ſuis æqualibus familiariter vti nolunt quod «
ſibi ſoli placeant, elati faſtidio & contumacia, «
ſed illi potiſſimum ad ſolitudinem viam affectãt «
vitandæ ſocietatis cauſa, qui vultu ſunt mœſto «
& demiſſo, quem σκυθρωπὸν καταφὲς Græci vo- «
cant, ac ſi male ſibi conſcij eſſent, atque vt ita «
dicam rerum quodammodo infœliciter & ma- «
le geſtarum; ſed & hæc affectio nonnullis «
contingit, quaſi in ſe diuini neſcio quid & he- «
roicam quandam naturam eſſe opinentur: huius «
autem affectatæ ſolitudinis cauſa, eſt praua opi- «
nio quæ ſola cadit in mentem, & falſa inhumani «
hominis perſuaſio, qui procul ab omni ſocie- «
tate ſuum cor edit: de his ſic ſcripſit Hippocr. «
in Coacis, Mœrores (inquit) cum ſilentio, & «
auerſationes hominum leniter eos interficiunt «
ex vitæ ſuæ deſperatione. «

Ἀπαρόχυτος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vino- «
rum differentiæ explicantur. «

Ἀπαύθρωσις. idem eſt apud Hippocratem quod ἀδιάθρωσις, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ
περὶ ἄρθρων.

Ἄπειον. herba eſt ramoſa, quadrangula, aſperis, fo-
lijs, in orbem per interualla circumpoſitis, vt in
rubia, flore candido, ſemine albo, duro, rotundo,
concauo, vmbilici effigie, à qua ὀμφαλόκαρπον
etiam dici putatur Dioſcoridi. Alij φιλάνθρωπον
appellant, quia velut amici ſolent, commean-
tium lacinijs adhæreat. Officinæ aſpergulam,
rura Gallica grateronem vocant. Ἄπειον quo-
que dicitur à quibuſdam τὸ ἄρκιον, id eſt, perſõ-
nata, vt author eſt Dioſcorides.

Multa de hac Theophr. hiſtor. plant. l. 7. c. 4. «
Dioſcor. l. 3. c. 92. Plin. l. 27. c. 5. qui quam Theo- «
phr. loco iam citato ἀπαρίνην vocat, l. 21. c. 17. La- «
tino vocabulo appellat lappam, eandem tamen «
lappam annumerans frugum morbis l. 18. c. 17. «

Ἀπαφὶ. apud Atticos & Hippoc. ſignificat idem
quod ἀπερισκέπτως, id eſt, perfecte exquiſite & ab-
ſolute, vt interpretatur Gal. comment. 2. εἰς τὸ
περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἀπαφίως. idem quod ἀπαφὶ apud Hippoc.

Ἀπαυδῆσαι. interpretatur apud Hippocr. Erotianus «
ἄφωνον γίνεσθαι mutum fieri. «

Ἀπεβράσσετο. extuſſiuit. habetur hoc verbum apud
Hippoc. lib. 5. τ. ἐπιδημιῶν, ſicut legebat Dioſcor.
cum tamen eodem loco omnes fere legant ἀπε-
ῤῥάσσετο, vt ſcribit Gal. ἐν τῇ ἐξηγήσει τ. γλωσσῶν.

Ἀπειρος. ἀδίδακτος. apud Hippoc. inſuetus, vt interpre-
tatur Galen. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἄπελος dicitur τὸ ἕλκος καὶ τραῦμα vlcus & vulnus, παρὰ «
τὸ μὴ συμπελάζειν τὴν σάρκα, ἀλλὰ διηρῆσθαι, quod «
non vnione iungatur ſed ſeparetur caro, «

» quemadmodum ἕλκος quoque denominatum
» παρὰ τὸ διελκύσθαι τὴν σάρκα ὑπὸ τοῦ τιτύος quod per
» sectionem distrahatur caro, vel & ἄπυος, significat τὸ ἀθεράπευτον incurabile, hæc Ethymol. sic
» & Eustath. διόπερ δὲ τὰ παρελκυσθέντα ἢ πυάζει, διὰ
» τοῦτο ἐπόμενόν τις ἂν ἄπυος τὸ ἕλκος εἰπεῖν διὰ τὸ μὴ
» πυάζειν. quoniam protracta seu distracta non
» approximantur, idcirco ausus quidam est vlcus
» appellare ἄπυος ab vnionis priuatione.

Ἄπυον nomen est emplastri κρουστικοῦ id est
» ad fracturas idonei, describitur à Gal. 2. κατὰ τόπους
» c. 17. sic dicitur quasi hiulcis conueniens.

Ἀπέπτους. incoctilis, vox excludens actum om-
» nem coctionis, tum etiam potestatem, est enim
» in habitu priuationis, aliud enim est ἄπεπτος in-
» coctus, aliud ἀπέπτους, sed semper est ἐν τῇ μο-
» λυσμῷ.

» Δι' ἀπεράτου. diaperanu: Medicamentum est
» quod Ægin. lib. 3. cap. 23. adhiberi præcipit dis-
» cutiendis parotidibus, earumque doloribus le-
» niendis, cuius tamen compositionem docet.

Ἀπείρατον ἕλκος. dicitur authore Galen. libr. 2. ad
κατὰ τόπους, vlcus quod non est magnum, nec vlli
grauiori noxæ coniunctum, hoc est, quod nec vi-
tiosi humoris influxu impetitur, nec sordidum,
nec inflammatum est, nec in circumposita carne
intemperiem vllam habet. Sic dicitur ἀπὸ τῆς
αἱρέσεως, quæ apud Græcos afflictionem, peri-
culum & cladem significat.

Ἀπεπτα σιτία. dicuntur alimenta quæ minimum
habent excrementi, vt syluestrium animalium
caro, & eorum quæ siccioribus locis victitant.
Eius generis & colla & caudæ & aleæ animalium
censentur. Opposita sunt τοῖς αἱματώδεσι.

Ἀπειρεία ας, ἡ. Natura dicitur superfluitatis im-
» munis puraque recrementorum, φύσις περιττώ-
» ματα οὐκ ἔχουσα. sic enim quidam reponunt pro
» ἀπειρεσία apud Theophr. libr. 2. de caus. plant.
» cap. 12.

Ἀπέρρωγε. τετέτηκε ἀπόλυται, id est, perijt, vt inter-
pretatur Galenus comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης
ὀξέων.

Ἀπερρῶχθαι. ἀποκλεισθῆναι, apud Hippocrat. exclusus
sit.

Ἀπευθυσμένον ἔντερον. Rectum intestinum. Est in-
testinum crassum, ordine à ventriculo sextum,
& ab ano primum, nullis gyris, sed recta in anum
descendens. Eius ora inferior à musculis in or-
bem circunfusis σφίγγεται, hoc est constringi-
tur, (vnde & σφιγκτὴρ dicta est) vt intus detineat
excrementum, vetetque ne præpropere effluat.
Postea vero quam plurimum congestum grau-
ue animali esse cœperit, tunc foras agi sinit, nec
reluctatur septo transuerso, & musculis abdomi-
nis excrementa foras propellentibus. Id intesti-
num vulgus longanonem vocat, Hippocr. ἀρχὸν,
hoc est, principium vel princeps appellauit: eius-
que duas partes constituit: ἰσχιωδέα, hoc est, ad-
strictum, qua parte musculus σφιγκτὴρ collocatus
est: & χαλαρὸν, id est laxum, qua latius est, nec vl-
lo musculo comprimitur.

Ἀπεψία. symptoma est alteratricis facultatis, quan-
do cibum omnino non concoquit. Proprie
enim significat abolitam concoctionem, ab-
solutamque cruditatem, alimento nulla sui par-
te in chylum mutato alteratoque. Id quod
euenit ventriculi facultate coctrice læsa, ex-
tremeque imbecilla, & plane victa, tum propter
insignem aliquam intemperiem actiuarum qua-
litatum, aut longiorem passiuarum, (humida
enim intemperies ventriculi, vt in hydrope: &
sicca, vt in senectute & tabe, non nisi longo tem-
pore concoctionem abolent) tum propter mor-
bum aliquem ventriculi organicum, vt erysipe-
las, plegmonem, & scirrhum, siue is simplex sit,
siue cum intemperie coniunctus, tum propter
tantam alimenti copiam, vt eam ventriculus
ferendo coquendoque non sit. Ac quanquam
ἡ ἀπεψία sic proprie dicatur, aliquando tamen
concoctionis deprauationem, significat, per
quam alimenta in alienam qualitatem mutan-
tur. Sed maior quidem perspicuitas foret, si so-
la concoctionis priuatio abolitioque ἀπεψία vo-
caretur, δυσπεψία autem ea quæ deprauata est.
Verum, vt Plato ait, multi res ipsas non cognos-
centes alijs nullum omnino nomen imposuе-
runt, alijs vero inepta nomina indiderunt.

Ἀπεψία κρεωδὴς, ἢ καπνώδης, cruditas nidorulenta «
seu fumosa. «

Ἀπηνὲς. blandum & mite apud Hippocr. quodque,
cum sumitur, nullam inducit molestiam. Con-
trarium est τῷ σφοδρῶς, sicut annotat Gal. com-
ment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Nota hic ἀπηνὲς male exponi, cum sit dicen- «
dum potius immite & inclemens. «

Ἀπήχημα. est species fracturæ cranij à recentiori-
bus introducta, quam definiunt esse fracturam
caluariæ, in parte ei quæ percussa est contraria
factam. Soranus enim, cuius scripta de vul-
neribus capitis adhuc extant, voluit sicut in vi-
tro, ita in caluaria ictu vnius partis, non eam
modo quæ icta est, sed etiam contrariam findi
posse. Quam tamen sententiam Paulus non
probat, existimans fieri non posse, vt pars ictui
opposita findatur, nec iudicans idem in homi-
nis caluaria fieri, quod illi in vitreis vasculis
euenire docent. Illa siquidem, quia vacua sint,
aduersa in parte frangi prodidit: caluariam au-
tem hominis vndique plenam & alioqui vali-
dam existere. Eorum autem errori causam hanc
fuisse tradit, quod cum pluribus locis caput per-
cussum fuerit, & vna tantum parte plaga sese
prodat ostendatque, in contraria autem nullum
plagæ vestigium relictum sit, in ea tamen paulo
post abscessus oriatur, qui incisus rimam fractu-
ramque patefaciat. Nos quidem Paulo facile
subscribimus, præsertim cum eidem Galenus
fauere videatur, qui libro nono de vsu partium
prodidit caluariam non factam fuisse solidam &
sine futuris, ne percussa vna parte magna ossis
portio violaretur, quod omnino futurum esset,
si solida fuisset. Efficiunt igitur futuræ, vt ictus
vna in parte acceptus, alteram quæ vltra futu-
ram est non violet, sed noxa terminetur ad ipsam
futuram. Qui fracturæ istam speciem inuexe-
runt, ἀπήχημα ἀπὸ τῆς ἠχοῦς nuncupauêre. Illa enim
aeris, à quo sonus fit, repercussio, causa est, cur in
aduersa ictus parte vitrea vasa confringantur.
Alicubi tamen ἀπόχημα, alibi ἀποκόπημα dici re-
perias, sed librariorum, vt iudicio errore. Ne-
que enim ἀποκοπὴ aut ἀποκόπημα id significat,
sed est alia fracturæ ossis species, de qua vide in
dictione ἀπὸ θραύσεως.

Ἀπήλθη. συνεκλείσθη, concluſus est, apud Hippocr.
ἴλλειν namque claudere significat.

Ἀπίνθιον. veteribus dictum fuit absinthium, quod «
propter eximiam amaritudinem potari non pos- «
sit quasi impotabile. «

Ἄπιος. proprie pyrum significat. Sed & hoc nomine herba quædam dicitur ramulos duos siue tres iunceos spargens, tenues, rubentes, qui paulum se attollunt, folijs rutæ longioribus atque angustioribus, semine paruo, radice hastulæ regiæ, pyrorum specie turbinata, tantum rotundiore, succosa. habet extra cortices nigros, intra candidum corpus. Dicitur ἄπιος. herba hęc à pyri similitudine quod in radicula extrema dependet. Ἄπιος. sic dicitur à quibusdam ἀχχιοφάρυος & ἰχάς.

Ἄπιος οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἁπλοῦν ἕλκος. simplex vlcus, continui solum diuortium est; vlcus autem simplex à Gal. vocatur quod solum consistit, id est, cui nec vllus affectus alius nec symptoma vllum coniungitur: simplex igitur non erit, si quæ exulcerata est particula, vel fluxione vexetur, vel malo succo viciosa sit, vel omnino extra naturalem temperiem fuerit, vel vlla cauitas adsit, vel si aliqua cutis amissio contigerit.

Ἁπλοῦς πυρετὸς. simplex febris opponitur τῷ συνθέτῳ vide συνθετὸς πυρετός.

Ἁπλοῦν φάρμακον. medicamentum simplex dicitur à medicis, non quod ex similaribus constat partibus, sed quod cuiusmodi est tale à natura existit, neque quidquam ex industria nostra accepit, vt docet Gal. l. 5. de simpl. medic. facult. c. 1. huic opponitur συνθετὸν φάρμακον.

Ἁπλόφυλλον: à quibusdam dicitur τὸ ἄλυσσον, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἄπνοια. Est resolutio instrumentorum quibus respiratio efficitur. sic autem à symptomate dicta est, quod eam resolutionem spirandi priuatio consequatur. Quod tamen non ita accipi debet, quasi spiratio in totum abolita sit (neque enim manere posset vita) sed quod tam exigua sit, vt sensibus nulla deprehendatur, quemadmodum accidit in vteri strangulatu, apoplexia, & lethargo.

Quemadmodum etiam Aristoteles initio libr. de histor. animal. appellat nonnullas aues ἄποδας, quæ habent pedes paruissimos, neque enim ipsi nota fuit, manucodiata vocata, auis peregrina, & noui orbis, quæ pedibus orbata est.

Ἄποδος Gal. 6. de loc. affect. c. 5. meminit libri Heraclidis Pontici, qui ἄποδος inscriptus erat, in quo vt videre fuit, affectiones explanabat, quibus ægri absq; respiratione, pulsu, alióue vllo motu reddebantur: hac igitur voce ab Hippocrate intellectum existimo, morbum quem vteri præfocationem vocamus, aliumue ipsi affectum similē: Quid porro esset ἄπνοος Empedoclis, quo ille, sicut Laertius & Suidas narrant, dicebat homnem sine pulsu & respiratione triginta dies seruari à quoquam explicatum non inuenio.

Ἄποζαπον. dicitur fructus, τῆ βάτῳ, qui & βάτινον, siue βάτις appellatur Gallice framboscia.

Ἀποβράσσειν. significat veluti per æstum eijci atque expui, & de maris spuma dicitur, recteque ab Hippocr. ad seminis euacuationem refertur, quod non vnico impetu effunditur, sed secunda atque tertia agitatione & eiaculatione emittitur, ac velut iterum tertioque ebullit, neque vnico æstu, sed secundo & tertio velut efferuescendo aut ebulliendo expellitur: huius significationis author ille est lib. περὶ φύσ. παιδίου.

Ἀπόβρεγμα. dilutum, sic vocamus humorem in quo aliquid maduerit, aut maceratum per aliquot horas sit, recentiores medici infusionem vocant vt Rhei. agarici, cotoneorum.

Ἀπογλαύκωσις. idem quod γλαύκωμα.

Ἄπογονα. fœcunda apud Hippocr. quidam tamen ἄγονα, hoc est infœcunda, interpretantur, vt scribit Galen. in linguis Hippocratis.

Ἀποδακρυτικὰ sunt medicamenta lacrymas mouentia, & postea expresso vacuatoque oculorum humore superfluo, ipsas etiam supprimentia, & oculos exsiccantia. Latine dici possunt delacrymatiua. Nam & Columella & Plinius delacrymare & delacrymationē ea significatione dicūt.

Eiusmodi sunt quæ recenset Aetius tetrab. 1. serm. 3. c. 138. succus vuæ acerbæ, Lactucæ Syluestris, acori, Chelidoniæ, Camædryos, Centaurij, Ceparum, Anagallidis, Ellebori, aliaque multa quæ apud eum videris.

Ἀποδυτήριον. Locus erat in balneis quasi dicas exutorium, qui pro denudandis hominibus, qui vel exerceri, vel lauari, vel vtrumq; agere volebant inseruiebat; à Gal. etiam γυμναστήριον, ab alijs Coryceum vocatur, frigidarium seu tepidarium Latini dixere: tepebat enim ibi aer, qua de re, & vsu tepidarij, vide in voce βαλανεῖον.

Ἀπόζεμα. quasi ἀφέψημα, id est feruefactum seu elixatum, est decoctio ex folijs floribus, radicibus, fructibus, seminibus, lignis, & corticibus leuiter facta ad humorum concoctionem seu preparationem, interdum ad euacuationem, nonnunquam ad vtrumque; miscentur autem ea tali proportione, vt radices non excedant vncias iiij. vel quinque, folia manipulos quinque, semina dragmas quinque vel sex, flores pugillos quatuor vel quinque, fructus drag. tres, aquæ velvini mensura libras quatuor, omnia decoquuntur in olla vitreata ad mediæ vel tertiæ partis consumptionem, postea colantur, adiecto quandoque, saporis gratia, melle aut saccharo, quod quando fit, libra vna decocti, sacchari vel mellis selibra suffunditur; quandoque etiam aromatis condiuntur, & acuitur libra vna decocti, aromatum dragmis duabus adiectis: instituuntur autem apozemata ad tres quatuorue doses, vix enim per dies aliquot asseruantur, solent etiam pro qualibet dosi decocti, admiscere medici syrupi conuenientis vnciā j. à syrupis sola coctione differunt, vnde & syrupi longi à medicis quibusdam nuncupantur.

Ἀποζεσθὲς οἶνος. vinum feruefactum, quale hoc sit vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἀποθέματα. ea sic medicamenta vocantur quæ grauidis mulieribus ad perdendum foetum propinantur, quæ Plin. lib. 28. c. 7. videtur abortiua appellasse: etenim apud veteres licebat foetus nondum animatos interimere, vt se fecisse in illa psaltria testatur Hippocrat. libr. de genitura; vbi vero animati essent minime licebat.

Ἀποθεραπευτικὴ. est ratio curādi corpora post exercitationem, humectando & emolliendo solidas partes, quæque in meatibus continentur, euaporando. Peragitur ea potissimum per frictionem. Latine recuratoriam vocare licet.

Ἀποθεραπεῖα. est finis perfectæ exercitationis. Est autem ea genere duplex. altera quidem exercitationis ceu pars, altera vero eius ceu species. Quæ

ceu pars exercitationis est, definitur à Galeno. Postrema pars exercitationis probe peractæ. Ea duplici consilio suscipitur. tum vt excrementa quæcunque excalfacta & extenuata per exercitationem in corpore adhuc manent, prorsus eijciantur: tum vt corpus à lassitudine tutum reddat. Porro excrementa eijciuntur frictionibus cuique corpori conuenientibus, quæ per alios administrantur, simulque ipsarum quæ fricantur partium tensione & spiritus cohibitione. Lassitudo vero tollitur tum frictione tum vnctione ex oleo. Sic enim & solidæ partes emolliuntur, & quæ in meatibus hæserunt resoluuntur in vaporem. Tollitur vero aliquando & balneo, cuius vis ἐν τῇ ἀποθεραπείᾳ non est minima. Est autem frictio huius apotherapiæ præcipua pars, eamque ob causam recentioribus gymnastarum, vt ait Galenus, vocatur apotherapia ea frictionum portio, quæ post exercitationem adhibetur. Verum apotherapia quæ exercitationis ceu species est, vel in ipsa media exercitatione adhibetur, vel post absolutam exercitationem. In media quidem exercitatione, quo vitari possint obstructiones. Siquidem inter ipsam exercitationem, spiritus cohibitionem interponunt optimi gymnastæ, atque etiam frictionem, simul hominem, cum lassitudo incipit, recreantes, simul cutis meatus paulatim expurgantes, quo videlicet perspirabile, simulque purum corpus ad subsequentes labores sit, cum alioqui verendum sit, ne si nihil tale gymnasta prouiderit, obstruat potius meatus quam expurget. Peracta vero exercitatione apotherapia potest, etiam ceu species exercitationis adhiberi in qua motus sint quantitate mediocres, & qualitate tardiores ijs qui in ipsa exercitatione fiebant, idque cum frequenti interposita quiete, qua vtique frieare hominem oportet pluribus simul contrectantibus, quo nec refrigescat pars vlla, & ocyssime excrementa digerantur. In hoc igitur differre inter se videntur αἱ ἀποθεραπεῖαι. quod ea quæ ceu pars exercitationis est, frictiones motusque alios moderatos habeat & remissos, qui in apotherapia exercitatione multo sunt vehementiores, adeo vt ipsa non tam exercitationis remedium, quam exercitatio esse videatur. Quanquam autem ἡ ἀποθεραπείας nomen proprie dicatur de ea curandi ratione quæ post exercitationem adhibetur, conuenit tamen & omni quæ quamlibet lassitudinem tollit, viresque reparat quacunque tandem ex causa dissolutas. Id quod patet ex Gal. in libris sanit. tuendæ, qui veneri non minus quam exercitationi apotherapiam suam præscribit.

» Hoc insuper adnotandum Græcos medicos » Ἀποθεραπείας vocare, non solum curationem il- » lam quæ post exercitationem ad cauendam las- » situdinem adhibetur: Sed etiam post remedia » quælibet vehementiora, vsum minorum quæ » irritatam à præcedentibus naturam mitigent, ac » leniant, aut imminēs ab eis periculum auertant, » cuius significati exemplum Dioscor. habet » 2. εὐπνοεῖς.

Ἀπόβλημα. idem quod πίσσμα siue ἐκπίσσμα. interdum quidem expressæ rei retrimentum, quod & μάγμα appellatur, aliquando vero succum ipsum ab aliqua re expressum, adeo vt in hac ambiguitate rei ipsius vsum intueri oporteat.

» Vide suo loco βαλάνου πίσσμα, quod cum voce ἀπόβλημα idem est, illic exempla videbis diuersæ significationis huius vocabuli. «

Ἀπόδρασις. est detractio partis ossis disrupta superficie, sic vt quod auertur supernatet. Dicitur alio nomine ἀποκοπή. Differentia vna est fracturæ ossis, quæ κατ' ἀπόθρασιν κάταγμα dicitur. De qua vide κάταγμα.

Ἄποιον. insipidum. Id dicitur quod nulla insigni qualitate præditum est. subfrigidium est & gustu aquosum. Nam & inter aquas ea maxime commendatur quæ ἄποιος est, & omnis qualitatis expers.

Cibos etiam ἀπόους medici appellant, qui nullam habent eminentem qualitatem, quæ aluum ad excretionem irritet, aut ipsam excernere prohibeat, vt interpretatur Gal. 1. de aliment. facult. c. 1. & 23. qui & eos ὑδατώδεις dici scribit c. 1. eiusdem libri.

Ἀποκαρτερήσαντες. Hippocrati dicuntur lib. de victus rat. in morb. acut. qui seipsos fame & inedia conficiunt, vitamque finiunt, inde ἀποκαρτέρησις.

Ἀποκεκριμένος. κεχωρισμένος. separatus, apud Hippoc.

Eximius selectus, vnde apud Hippocr. lib. de natura humana ἀποκεκριμέναι ὀδύναι dicuntur dolores eximij. Cornarius ἀποκεκρυμμένας legit & occultos interpretatur.

Ἀποκεκριμένον νόσημα. apud Platonem 3. de republ. significare videtur morbosam affectionem quæ certam aliquam corporis sedem, eamque maxime externam occuparet, nec absque, siquidem dum valet natura facile humores peccantes si qui forte subsunt, secernere & ad extimam fere cutim tanquam excrementorum omnium receptaculum, & corporis totius emissarium seponere consueuit, id vero est medicis ἀποκρίνειν, nam & vis naturæ expultrix quæ illud molitur, ijsdem ἀποκριτικὴ δύναμις appellatur: hanc ipsam autem esse apud Platon. ἀποκεκριμένον significationem, vel illud satis indicat, quod in hac orationis serie, οἷ νόσημά τι ἀποκεκριμένον ἔχοντες ἐν αὐτοῖς, palam opponuntur τοῖς ἔσω δὴ πάντες νοσοῦσι σώμασι, alioqui νόσημα ἀποκεκριμένον interpretari quis posset morbum quem non desidia aut intemperantia, sed ipsa νοσερὰ ἀπόκρισις ab Hippocr. dicta, id est aeri inspersa morbida exhalatio cuius inscitabilis inuexisset.

Ἀπόκλασμα. dicitur apud Hippocr. ossium abruptio, quæ prope articulum, per totam ossis crassitudinem fit, ita vt fracti ossis partes plurimum à se inuicem distent. Recentiores medici ἄπαγμα nuncuparunt, authore Gal. comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀποκαίειν. significat apud Hippocrat. præcipue quidem abradere, aliquando vero corrumpere & extenuare.

Ἀποκογχύζειν. concha excipere, aut in concham testamue reponere.

Ἀποκοπή. species est fracturæ ossis, quam supra ἀπόθρασιν diximus appellari.

Sed & ἀποκοπὴν φωνῆς vocis amputationem Cœlius Aurelian. appellauit lib. 2. ϑ χρον. c. 6. quam fieri ait ex clamore nimio aut frigore, aut ardore siue exustione faucibus exasperatis, vel etiam timore nimio, cuius ibidem curationem docet: ἀποκοπὴν φωνῆς abcissam vocem vel suppressam Celsus dixit, teste Budæo, Marcell. Virgil. retusam apud Dioscor. lib. 3. cap. de tragacantha, id est amissam, vel quæ extremam raucedinem significet: Dioscor. de crambe loquens

» lib. 2. c. 146. διαμασσόμενα τὰ φύλλα, inquit, φωτὸς » ἀποκοπὴν κατίσησι τῇ χυλῇ καταπινομένη. id est com- » mansa eius folia, ita vt deglutiatur succus, vo- » cem interceptam restituunt.

Ἀποκόπημα. vide in dictione Ἀπόχημα.

Ἀποκρατεῖν. coercere, retinere: vt apud Dioscor. de symphyto, καὶ ἐντερόκηλας ἀποκρατεῖ καταπλασσόμενον. hoc est, enterocelas illitu cohibet. & apud Aetium lib. 9. c. 35. τὸ χολῶδες μετὰ τὸν διάθερισμὸν ἀποκρατούμενον μεγάλως βλάπτει. hoc est, biliosum, postquam coaceruatum fuerit, retentum maxime offendit. Dicitur in eadem significatione ἐπικρατεῖν à Galeno.

Ἀπόκρισις. secretio, est excretio humoris cuiuscum- » que è corpore, Hippocrati ἔκκρισις, & τὰ ἀποκρι- » νόμενα quæ excernuntur, & Ἀπόκρισις νοσερὰ apud » Hippocratem lib. de natura humana appellatur » morbida excretio, exhalatio, seu morbosa quæ- » dam qualitas aeri impressa, ex qua morbi in om- » nes lethaliter grassantur, quasi morborum sit » seminarium quoddam, hancque ἀπόκρισιν, esse » Gal. ait ἀναθυμίασιν ἰδιότητι μᾶλλον ἢ οὐσίας, οὐχ » ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένην potius substantiæ pro- » prietate quam simplici qualitate infectã, quam » idem Hippocr. ῥεῦσιν, hoc est aeris influxum vo- » cat, & μιάσματα seu aeris inquinamenta lib. περὶ » φυσῶν.

Ἀποκριτικὴ δύναμις. expultrix facultas. Est facultas naturalis qua singulæ partes superuacua excernunt. Nam cum cibo corpus ali reficique oporteat, nec talis prorsus haberi possit, qui nihil omnino habeat dissimile nostrę substantiæ, ideo gigni excrementa necesse est, & vim aliquam nobis inesse, quæ ea à probo alimento secreta expellat. Ea inest singulis partibus, eiusque causa meatus cuique conuenientes natura molita est, per quos ea commode deduci possit atque vacuari. Vtitur autem natura in eam rem fibrarum seu villorum transuersorum ministerio. Per eos enim expellit, sicut per rectos attrahit. Est autem facultas hæc, in corpore bene habente, ordine quarta, suoque munere post concoctricem fungitur. Primum enim attrahi alimentum oportet, deinde retineri, atque ita concoqui: tum demum, si quid superfluum est, excerni. Est enim ea naturalis vacuatio quæ concoctioni succedit, eoque distinguitur à symptomatica siue morbosa, per quam crudorum vacuatio fieri solet. Sed quoniam quamdiu concoctio fit, tandiu etiam retineri alimentum necesse est, & æquali omnino tempore retentricis concoctricisque actio durat, videtur sæpe numero expultrix tam coniuncta esse retentrici, vt vna alteri cedat. Quandiu enim retineri aliquid opus est, non excitatur ad actionem expellendi vis: & vbi retinendi facultas ab opere cessat, protinus mouetur expultrix: contraque vbi expultrix ad opus proritatur, mox retentrix cedit, & ab opere desistit. Quæ enim earum debilior est, alteri cedit robustiori. Quanquam autem ipse excrementorum prouentus, satis per se sit ad excitandam eam facultatem tanquam alienorum expultricem, sæpe tamen etiam in sanis corporibus & secundum naturam se habentibus eorum copia aut acrimonia aut etiam dolore commouetur. Nam in eum vsum bilem flauam natura excernit per intestina, vt ea inde irritata facilius stercora deijciant. Verum eam acrimoniam in excretionibus naturalibus mediocrem omnino esse oportet. Vbi enim vrget vehementius, symptomaticas potius excretiones concitat. Facultas ἀποκριτικὴ dicitur etiam à Gal. σεσωστικὴ lib. 3. facul. natur. Dicitur & διακριτικὴ, quod bonum à malo separare videatur, vt apparet ex eodem in lib. de symptomatum differentijs, vbi symptomata functionis naturalis persequitur. de qua tamen vide suo loco.

Ἀποκρουστικὰ φάρμακα. Repellentia siue repercutientia medicamenta. Sic dicuntur quæ in altum occurrentes sibi humores repellunt. Contraria sunt attrahentibus, vt quæ ex alto vehementius euocent. Itaque cum attrahentibus essentia sit calida & tenuium partium, repellentibus frigida est, & crassarum partium. Attrahit enim perpetuo calidum, & repellit frigidum. Verum quod cũ caliditate coniunctã habet partium tenuitatem, attrahit vehementius: quod vero cum frigiditate partium crassitiem, eiusmodi est adstringens, id maiorem vim propellendi habet. Est autem ab actionis vehementia τοῖς ἀποκρουστικοῖς nomen impositum. Itaque proprie ea repellunt quæ adstringunt, quanquam non ea quidem solum, sed etiam quæ sine adstrictione refrigerant, vt scribit Gal. lib. 14. meth. med.

Ἀπόκυμον. est frutex virgis longis constans, graueolentibus, lentis vitilium modo, fructu fere inuictis, folio hederæ, molliore tamen & per extremum acutiore, lento, graui odore, luteo liquore pleno. Siliquas gerit, ceu fabarum, folliculari specie, digiti longitudine protensas, in quibus semen est album, durum, paruum. Folia eius cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, pantheras enecant in cibo data: atque ab his animalibus peculiaria habet nomina, sed valde vsitato apud Latinos nomine brassica canina appellatur, sicut à Galeno κυνοκράμβη. Dicitur sicca esse citra siccitatem, & propterea emplastri modo impositam discutiendi vim habere, verum non minus homini malefica & exitialis, quam reliquis animalibus est.

Ἀπολελαμμένοι κοιλίαι. id est, ἐπιχόνδρου. alui suppressæ apud Hippocr. dicuntur in Prorrhetico. & eodem in libro ἀπολελαμμένοι οἴπων, dicuntur οἱ ἀνέρκτοι, vt plærique interpretantur, quasi à cibo secluſi. Nonnulli vero eos intelligunt quibus aluus adstricta est, de quibus etiam eandem vocem vsurpasse Hippocr. videtur ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, Author Gal. commẽt. εἰς τὸ σωφρητικόν. Participium hoc est à themate ἀπολαμβάνω, frequens apud Hippocratem. Exponitur tamen diuersis modis. Bacchius enim exponit πλήρεις ὄντες: Epicles autem, πεφθὲς χέοντες. Annotauit idem & Erotianus.

Mirum autem subit Caluum ἀπολελαμμένην « κοιλίην, ventrem solutum exposuisse in prorrhe- « tico, repugnante communi dictionis notione, & « locutionis proprietate, & Galeni explicatione, « ita vt aliam lectionem secutus ille videatur. «

Ἀπόλυσις οὔρου. dici consueuit, inquit Gal. comment. « 4. de victu acutor, vel cum non effatu digna, vel « nullo pacto emittitur vrina, ita in Coacis κώστε « dicitur ἀπολυφθεῖσα vesica intercepta, id est quæ « vrinæ cursum intercipit: non est autem noua « nec inaudita significatio τῆ ἀπολύσεως αὐτὶ τῆ ὀπῆ- « σεως: Sic enim apud Hippocr. sæpe legitur κοιλία « ἀπολυφθεῖσα ἢ ἀπολελαμμένη, quæ nihil infra trans- « mittit, tametsi verbum ἀπολαμβάνειν proprie ac- « commodatur ijs quæ vel in via subsistunt, vel «

» retrahuntur, Sic enim dici reperio ἀπόλυψιν τὴ
» αἰδοίων, de chylo cui ad iecur iter est intercluſum, inflammato ieiuno, vel oppilatis venis qua
» itur ad hepar; Sic etiam apud Hippocr. locus
» est περὶ ἀπολύψεως τῶ πνευμάτων αὐτὰ τοὺς φλέβας 4. acutor, id est de ſpiritus interceptione, quam Ga-
» len. ἀσφυξίαν interpretatur, & arteriarum κατάκλισιν καὶ ἀπυχίαν inclinationem & quietem; illud
» autem retracti humoris est de ſuo curſu quod
» legitur apud eundem lib. περὶ χυμῶν, τὰ ἐκκεχυμένα, μὴ εἴσω ἀπολαμβάνειν, id est quæ foras effuſa
» ſunt initio retrahere non oportet.

Ἀπόλυψις τῶ φλεβῶν. apud Hippocratem, venarum repletio & copia, vt interpretatur Galen. comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἄπιον. à Syris dicitur ὁ Κύδιος κόκκος, qui thymelææ ſemen est, vt habetur apud Dioſcor. ſicut ab alijs λίνον: cuius ipſe rationem hanc adfert, quod frutex qui illum producit, ſimilis ſit naturâ ſatiuo lino.

Ἀπλίνωσις. appellatur Paulo quidam curandæ fiſtulæ modus qui per lini aut fili deligationem fit,
» eamque ex Hippocr. celebrat in ijs qui ſectionem metuunt, illam quoque Celſus elegantiſſimis verbis deſcribit lib. 7. cap. 4. huius etiam
» meminiſſe videtur Medici author, eamque in
» primis Hippocrati attribuit: Curationis autem
» hæc ſumma est, vt linum in fiſtulam immiſſum,
» connexis capitibus ſæpius ductum, paulatim cutem quæ ſupra fiſtulam est incîdat, quod alij
» ſcalpello ſupra ſpecillum in fiſtulam inditum
» ducto fieri volunt: Poſt ſectionem vero recentiores chirurgi ferro candente callum abſumũt,
» aut pyroticum adhibent, eamque in rem puluere aſphodeli vel arſenico vtuntur; Auicennas
» quoque hydargirum ſublimatum admouet:
» hanc quoque lini deductionem Chirurgi recentiores celebrant, eaque callum exterunt, & cutim quæ ſupra fiſtulam est incîdunt, aut falce fiſtulis ſecandis accommodata amputant, δρέπανον συρριγότομον vocat Paulus, eiuſque rei meminiſſe videtur: Linum autem crudum, vt ſit
» firmius magiſque deſiccet, quintuplex vſurpat
» Hippocrat. Celſus duplex triplexue, ſic tortum
» vt vnitas facta ſit, quem etiam imitantur Chirurgi recentiores, niſi quod linum byſſinum aut
» ſericum, quod minus putreſcit, adhibent, quam
» ob rem ſeta equina linum obuoluit Hippocrates.

Ἀπολογισμὸς. mentis alienatio dicitur Heſychio.

Ἀπόμελι. est potio dulcis, fauis multa aqua dilutis incoctiſque. Curam omnem eius conficiendi hanc breuiter eſſe dixit Galen. vt nec fauus admodum ſit vitioſus, coquaturque bene in fontana aqua, quæ & pura ſit, & dulcis. Oportet enim, inquit, expreſſo à fauis melle eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exiſtat. Verum paulo exquiſitius hunc in modum compoſitionem eius Aetius explicauit. A fauis, inquit, candidis & pellucido melle plenis mel manibus exprimitur, optima fontis aqua permiſcetur. Si mel quod diſtrictum manauit, craſſius apparebit, quaternæ aquæ partes ad mellis ſingulas adjiciuntur: ſin liquidius profluxit, ternæ. Paulus tamen ſine diſcrimine ternas aquæ partes & dimidiam miſcet. Si aridiores ſunt faui, diſſecantur, & manibus ſubacti diſtringuntur. Hæc in olla noua in qua prius inferbuerit aqua, vt qualitas terreſtris eluatur, igni lucido, nec fumoſo decoquuntur, deterſa iugiter ſpuma vel cera quæ ſummatim enatat. Vbi nihil amplius erit ſpumæ, & octaua aut ſeptima circiter pars modi totius abſumpta fuerit, reliqua refrigerari perfecte ſinitur. Die ſequẽti tollitur quod ſupra innatat. Reliquum reponitur in vas teſtaceum, & reconditur in cella vinaria. Galenus annotauit comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, ab Hippocrate & pleriſque alijs τὸ ἀπόμελι alio nomine vocari ὀξύγλυκυ ſiue ὀξυγλυκὶς, & fieri à quibuſdam ex melle & aceto, ab alijs vero ex fauis & aceto ſimul incoctis. Huius enim duplicem facit differentiam. Alterum, inquit, dulce est, alterum magis acidum est. Atque id rurſus geminum est. aut enim ex melle conſtat & aceto, aut ex fauis & aceto. Nos, inquit Galenus, ex fauis conficimus, acetum melli adijcientes, poſtea incoquentes, donec eorum qualitates in vnitatem coierint, atque aceti vis frangatur. De apomelite hæc fere medici prodiderunt, extergendi & incidendi vi præditum eſſe, bilioſa per aluum ducere, vrinam mouere, ſed tamen calidis & ſiccis naturis aduerſari, morbis etiã calidis & præcordiorum inflammationibus, ſitim non ſedare, imo vero augere. Dandum autem eſſe ante ſorbitiones, quod à cibo noceat. Medium autem apomeli eſſe inter mulſam & oxymeli Galen. lib. 8. meth. med. prodidit.

Cæterum de apomelite plura Oribaſ. Collect. lib. 5. c. 17.

Ἀπομιλὶς. idem quod ἀμαμιλὶς. de quo ſupra.

Ἀπομυλλίας. hoc est protendens labra compreſſim, vt interpretatur Galenus in explicatione vocum Hippocratis.

Sunt qui ἀπομυλλίας malint cũ duplici λλ, vt μύλλος apud Heſych. & Euſtath. vnde hoc deriuatum est.

Ἄπονα. dicuntur medicamenta quæ dolorem & laſſitudinem leuant, quæ proprijs nominibus ἀνώδυνα ἢ ἄκοπα appellantur, de quibus ſuis locis.

Ἀπογενομένως ἔχειν. 3. Epid. dixit Hippocr. & eſſe vult. Gal. affectatum loquendi genus, quo extremum & deploratum ciborum faſtidium, ſummaque appetentiæ deiectio ſignificatur, Ἀπογενομένως, ἀνεπιθύμητως interpretatur Gal. in exeg, cui opponitur ἡδέως πάνυ πάντα ἔχειν 1. Epid. bene & ſuauiter habere ſe ad cibos; & quia proiecta profligataque appetentia, certiſſimum eſt indicium deſperatæ facultatis naturalis, inde ἀπογενομένοι deſperati & deplorati vocantur.

Ἀπονεύρωσις. eſt neruoſum quid, tenue & latum, ex muſculo exoriens. Neruus quidem non eſt, ſed corpus inter ligamentum atque neruum naturâ medium, latum ſemper & aliquando tam tenue vt membrana videri poſſet, niſi fibris quibuſdam intercurrentibus ab ea diſtingueretur. E muſculo ducit originem, vel potius, vt quibuſdã anatomes peritis viſũ eſt, extremitas eſt muſculi (in eam enim muſculus deſinit) alibi magis, alibi minus neruoſa. Has enim duas differentias faciũt τὴ ἀπονευρώσεως, hanc σαρκώδη, illam νευρώδη ἀπονεύρωσιν appellantes. Dicietiam eo nomine ab Hippocr. τὸν τένοντα, hoc est tendinem, ſcribit Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

» Sed & apud Gal. pro coitione multorum nerʼ
» uorum vſurpatur.

Ἀπηλὴς. d olotis carentiam significat Aretæo lib. 2.
» acutor. c. 1.

Ἀπόξυσις. vocatur ab Hippocrate pars quælibet corporis quæ in extremitate tenuatur, ſicut brachium iuxta brachiale, & crus iuxta pedem, vt annotat Galen. comment. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀποξύσματα. ramenta. quæ ab inteſtinis per δυσεντερείας abraduntur humoris acrimonia, quæ ſtrigmenta quidam appellant.

Ἀποπέλσαι. verbum eſt apud Hippocr. interdum quidem actiuæ ſignificationis, vt lib. 1. de morbis mulierum, interdum paſſiuæ, vt in lib. de natura humana, ſignificat autem expellere vel expelli.

Ἀποπάλλησις. ἀπόπαλσις. id eſt, expulſio: apud Hippocr. ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλεσθαι.

Ἀποπάτημα. & ἀπόπατος exponit Erotian. ἀφόδευσιν,
» ſeceſſum ſcilicet ad exonerandam aluum, & de-
» iectiones ipſas, & crebra dictio eſt apud Hip-
» pocra. vt 2. prorrhet. & lib. de arte, & Dioſcor.
» lib. 3. c. 98.

Ἀποπληξία. eſt obſtructio principij communis neruorum, ſenſum motumque omnibus corporis partibus repente adimens, & principes actiones offendens. Eius repentina quidem acceſſio ſignificat humorem plane frigidum, craſſum aut viſcoſum replere & obſtruere præcipuos cerebri ventriculos, non autem propter totius eius ſubſtantiæ intemperiem excitari. Eſt enim vitioſus humor ſola eius cauſa, in cerebro citra putredinem citraque febrem conſiſtens, pituitoſus præſertim, aliquando vero & melancholicus, de quo ſcripſit in aphoriſmis Hippocrat. Apoplexias maxime excitari à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum. Hic humor non modo principes cerebri ventriculos affatim implet, ſed cerebri etiam corpus imbuit, vt nullus vel perexiguus ſpiritus animalis in neruos ſubeat. Qua quidem in re ἀπὸ τῆς ὀπλὴξίας differt, in qua non abolitus ſed deprauatus tantum facultatis animalis motus eſt, atque ſimiliter ἀπὸ τῆς ἡμιπληξίας, ſiue παραλύσεως, quæ non toto cerebro obſtructo, ſed altera tantum eius parte gignuntur. *Cæterum quamuis in apoplexia motum omnem perire dixerimus, ſeruatur tamen* neceſſario aliqua ex parte reſpiratio, in quam totis viribus natura enititur, omneſque ſuos conatus intendit, verum difficulter admodum procedit, tantoque difficilius, quanto obſtructio maior exiſtit. quo vno argumento periculi magnitudinem intelligimus, & à caro atque catalepſi diſcernimus, in quibus libera ſolet eſſe reſpiratio. Senes maxime tentantur apoplexia, idque per hyemem: ſed & iuniores aliquando, qui cibo & vino immodice indulgentes cerebrum aſſiduis cruditatibus frigidius & imbecillius reddiderunt. Non facile ſeruatur qui in hunc morbum inciderint, cum ſit & natura magnus & valde acutus, aut ſi bona aliqua fortuna eos periculo ſubtraxerit, longis tamen morbis conflictantur & languent, vel toto corpore, vel aliqua omnino parte reſoluti, aut etiam mente capti. Sed fere fit vt ſublata apoplexia dimidij corporis reſolutio ſuccedat, quam Græci ἡμιπληξίαν ſiue παράλυσιν vocauere. Sic quidem habet vniuerſalis apoplexia, totum corpus ſenſu motuque priuans. Cui ſimilis affectio ſi vnã aliquam partem occupet, illius partis ἀποπληξία dicetur. Scripſit enim Hippocrat. ἀπόπληκτον αὐτῶν τὸ σκέλος ἐγένετο, hoc eſt ſenſu motuque carens illi crus euaſerat.

Siue vt exponit Aretæus lib. 1. de diuturn. c. « 7. νεκρώδης, ἀχρεῖον, καὶ ἀναλθὴς, id eſt, mortuo ſi- « mile, inutile & inſanabile, quod enim in toto « corpore eſt apoplexia vehemens, illud in crure « paraplegiam vocat Hippocr. qui & aphor. 40. « lib. 7. dixit ἀποπλήκτοντι τὸ σώματος eodem ſen- « ſu, & Aphor. 56. lib. 6. Ἀποπλῆξαι τὸ σώματος: « Cæterum apoplexiam nonnunquam ἀφωνίαν « vocat Hippocrates, id eſt vocis priuationem, « non ſimplicem quidem, ſed cum ſenſus ac mo- « tus priuatione coniunctam: duplex autem eſſe « apoplexia dicitur, fortis vna, & altera debilis, « quæ diſtinguntur maiore & minore ſpirandi dif- « ficultate; nam etſi in apoplexia motus ſenſuſ- « que derepẽte deperdantur, manet tamen adhuc « aliqua reſpiratio cum thoracis motu coniuncta: « Ratio vero nominis eſt ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν. id eſt à « percutiendo, quod ea qui laborant veluti de « cœlo percuſſi videantur. «

Ἀπόπυσις. vide πύσις. «

Ἀπόπυσμα. ſputum idem quod πύσμα, de quo ſuo « loco. «

Ἀποπέψαι. πεπτύναι, hoc eſt, porrigit: apud Hippocrat. ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν. quo tamen in loco varie ab interpretibus exponitur, vt ibi annotat Galen. comment. 1.

Ἀπορίη. anguſtiam ſignificat, ac veluti deſperationem, qua ægri ob peſtiferos, & malignos ſuccos animum deſpondent, & interdum in deliquium cadunt; ad animi paſſionem vox hæc refertur, dum dubitat æger in quam figuram corporis atque decubitus ſeſe commutet.

Ἀπορρηγνύσιμα. libro de morbo ſacro Hippocrati dicitur morbus ambiguus, & qui dubiam vitæ ſpem facit, & 4. de morb. apud eundem ἀπορρηγνῦσι πῦρ, febris appellatur, quæ dubia eſt & periculi plena.

Ἀπόῤῥοιαι. medicis dicuntur corporis defluxus, nunc in hanc, nunc in illam partem, quales experiri ſæpe ſolent, qui calido humidoque temperamento ſunt, quinetiam Plato ſemen, ſpinalis medullæ ἀπόῤῥοιαν appellauit.

Ἀποσεὶς. ἀποσβεσθεὶς, id eſt, extinctus, apud Hippocratem.

Ἀποσιτία. faſtidium ciborum & inappetentia dicitur, ita tamen vt aliquid aſſumatur, quod docet Gal. 1. de cauſis ſympt. Grauidarum accidentia enumerans. Gal. apud Hippocr. aphor. 17. lib. 4. interpretatur ὠμοφαγίαν, quãquam ὠμοφαγία & ἀποσιτία differunt, illa enim morbi ſymptoma eſt, & appetẽtiæ defectus in ſanis ac bene paſtis, ἀποσιτία vero ſemper pro auerſione cibi ſumitur morbi ſymptomate, eſtque hæc potius ſpecies ὠμοφαγίας: Sed & ἀποσιτία ab ἄσιτία differt, vt infra legere eſt in voce ἄποσιτοι, quod ἄσιτία abſtinentia ſit à cibo omnimode, atque voluntaria ſit, non autem ſicut illa, morbi alicuius ſymptoma: Ciborum autem faſtidium ſymptoma eſt facultatis ventriculi in qua ineſt appetitus: duobus illa modis oritur: nam interdum primario afficitur ventriculus, vt cum crudo humore ſcatet qui appetitum tollit, ſicut acidus fameli-cos homines reddit, ſalſus ſiticuloſos, dulcis «

» somniculosos; aut quadam concocti alimenti
» corruptela opprimitur; aut cibum adhuc inco-
» ctum continet; interdum vero per consensum
» opprimitur, aut à defluxione è cerebro, aut ab
» humoris copia, in venis coaceruata, ex qua te-
» nue quoddam serum in ventriculum confluit,
» atque os ipsius exquisitissimo inter omnes par-
» tes sensu præditum offendit, vnde nausea, inap-
» petentia, cordis dolor; Aut valide affecto hepate,
» quod est principium tum nutricis, tum natura-
» lis appellatæ animæ, qua affecta graues prehen-
» dunt inappetentiæ, vt mori potius æger velit
» quam aliquid gustare: Vt autem paucis inappe-
» tentiæ causas omnes complectar, totidem eius
» causæ sunt, quot ad famem coire necessum est;
» Minima inanitio, vt in frigido ficco habitu se-
» num: Languidus venarum suctus, vt resoluta
» aut imbecilla facultate nutrice hepatis: Laxatio
» ventriculi ab humore calido in ipsum effuso; ex-
» tinctus suctionis sensus in ore ventriculi, vt in
» moribundis; & deprauatus animalis appetitus,
» vt in phreniticis: est vero hoc symptoma terri-
» ficum, quoniam ventriculi facultatem ὀρεκτικὴν
» in vitio esse denuntiat, vel eiusdem νέκρωσιν vt in
» Pario: Hæc sola post multas acrisias ab irrito
» erethismo, Darium quemdam Thasium 120.
» die vita defungi fecit, & 3. Epidem. Cibi fasti-
» dium terrificis omnibus signorum generibus
» anteponendum duxit in febre tritæophya, cum
» multa, inquit, & varia inindicato fierent, peius
» nihil fuit quam à cibis abhorrere; è contrario
» vero theorema illud summus dictator dedit, in
» omni morbo mente esse solida, & ad ea quæ of-
» feruntur bene habere bonum, vbi Gal. adiecit
» μέγιστον, vnde fit vt 1. Epid. vnicum perutile ma-
» ximumque eorum quæ tunc apparuere signo-
» rum, quodque plurimos ab interitu vindicauit,
» illud certe fuerit, quibus in stranguriam conuer-
» sio facta est, pauloque post addit, quia cibos sua-
» uiter degustabant.

Ἀποσιτικὰ. dicuntur apud Hippocr. ea quæ fastidium cibi, & inappetentiam faciunt.

Ἄποσιτοι. dicuntur ab Hippocr. οἱ ἀνόρεκτοι, id est, inappetentes & qui oblatos cibos propter morbum fastidiunt. Qui autem appetentia carentes, sani tamen eos non sumunt, ἄσιτοι Græci appellant, vt author est Galen. comment. in librum primum Ἐπιδημιῶν.

» Notandum vero aliquando authores, alte-
» rum pro altero vsurpare: τοῖς ἀποσίτοις, oppo-
» nuntur εὐσίτοι.

Ἀποσκεπαρνισμὸς. est species vna fracturæ cranij, quam tertiam constituit Galenus, cum ipsum finditur, osque rumpitur, & à reliquo osse discedit, sic vt in eo teli vestigiũ relinquatur. Hoc leui telo fit & acuto, quod interdum summam partem, interdum alte os diuidit, nonnunquam ita vt testam resoluat, perinde ac si ascia ligni fragmentum abscindatur, præsertim si ictus à latere fuerit. Ideoque à quadam similitudine ἀποσκεπαρνισμὸν iuniores appellarunt. siquidem σκέπαρνος asciam significat.

Ἀπόσκημμα ἢ

Ἀπόσκηψις. quid sit aperte Galenus declarat. lib. 2. ad Glauconem, dicens sic vocari eum affectum, quando humores aliqui, qui priùs in aliqua parte molesti erant, ea relicta in alteram transeunt.

» Dicitur etiam μετάστασις & ἀπόστασις, de quibus infra: Ἀπόπτυσις etiam idem quod ἀπόχυσις, καὶ ἐγχαράξις, id est scarificatio Hippocrati lib. 1. de morbis, vt annotauit Gal. in exegesi.

Ἀποσμιλαίνειν. significat apud Hippocr. in acutum fingi siue in acutam figuram duci, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων.

Ἀπόσπασμα. dicitur omnis solutio continui quæ organicis partibus accidit. sic enim vnico vocabulo appellatur, quod nullum in similaribus est, in quibus continui diuisiones diuersa nomina sortiuntur, vt scribit Galen. in lib. de constitut. artis medicæ. Idem autem initio li. 4. meth. med. dicit ἀπόσπασμα significare continui solutionem, quæ ligamentis accidit vt ῥῆγμα & θλάσμα, quæ in vasis musculisque ex violento ictu vel graui casu, vel alio quopiam valente motu excitatur. Hippocrates autem ἀπόσπασμα appellat cum abruptis ijs quæ ossa inter se connectunt, ipsa quæ prius iungebantur, plurimum ab inuicem dehiscunt. sicut annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀποσπογγισμὸς. est spongiæ vel siccæ, vel aqua perfusæ admotio. Eam scripsit Archigenes adhiberi, cum in reliquis corporis partibus, tum in facie. in illis quidem ad detergendum, vel sordes adhærentes, vel saniem, vel sanguinem, vel pus, vel ipsa etiam medicamenta, vel ad sedandos dolores, quos morsus aut pruritus excitarit: in hac autem, vt renouemus & suscitemus languescentes spiritus, velut in animi defectibus contingit, quibus opitulamur æstate quidem affusa frigida, hyeme autem egelida, perinde atque per vigorem ingentis causi, in quo non modo faciem, verum etiam pectus per spongiam perfundendum esse Archigenes præcipit, secus ac in principio aut incremento accessionis: in eo enim non per spongiam, sed per odoramenta ægri refocillari solent.

Ἀπόστασις, sanguinis è naribus stillationem Hippocrati significat, & pro στάξει id est, sanguinis stilla ponitur, fereque in iudicationis ratione subsistens, vt fatiscentis naturæ est indicium, ita non leue periculum denuntiat vt scribit Galen. comment. 4. in lib. de rat. vict. in acutis, & comment. 2. in lib. 1. Epid. & comm. 3. in prorrhetic. Sed & ἀποστάξις aliquando apud Hippocr. quamcumque sanguinis è naribus fluxionem significat, interdum quoque simpliciter defluxionem ac distillationem.

Ἀπόστασις. abcessus, idem quod ἀπόστημα: est autem vox illa multiplex: Ἀποστάσεως enim quoddam genus est quod κατ' ἔκρυσιν, ἢ κατ' ἔκροὴν, ἢ κατ' ἔκκρισιν dicitur, id est κένωσιν, cum morbus excretione quadam, aut per effluxum veluti per quædam emissaria soluitur, ceu per dysenterias, alui profluuia, perirrhœas, strangurias, hæmorragias, & cætera corporis emissaria: Aliud ἀποστάσεως Genus κατ' ἀπόθεσιν vocatur id est per decubitum seu repositionem, vbi scilicet humor loco aliquo commotus in alium transponitur: Sunt autem illi qui per ἀπόθεσιν fiunt, alijs dignitate longe inferiores, vt in quibus effundant se & restagnent humores in abiectas corporis partes, quia per libera effluuia expurgari nequeunt, velut in coxendicum & articulorum abcessibus euenit, qui quod in morbis diuturnis maxime fiant, frigidam & crassam materiam præ se ferunt, atque adeo potius concoctionem longam & solutionem lentam, quam humorum effluuium expe-

» ctant: Qui vero κατ' ἔκρυσιν abcessus fiunt ple-
» rumque bono sunt, & plurimos à præsentissimo
» discrimine liberant, vt scribit Hippocr. 2. Epid.
» plurimis adductis exemplis: Cæterum etiam
» ἀπόστασιν appellat quibusdam in locis Hippocr.
» vt 2. Epid. t. 21. sicut notat Galen. vnius mor-
» bi in alterum μετάστασιν, id est transitum & seces-
» sum quemdam, vt ἀποστάσεις εἰς τεταρταίους digres-
» siones seu transitiones in quartanas fiebant qua-
» si διαδοχαὶ, vicissitudines ac successiones: hanc
» ἀπόστασιν etiam μετάπτωσιν medici appellant, sed
» Gal. comment. in 4. de Diæta in acut. μετάστασιν
» distinguit ab ἀποστάσει, quia cum illic humores
» locum tantum mutent, alia exoriuntur symp-
» mata, nouique labores existunt in parte exci-
» piente, in qua tempus aliud exigitur, ad mali
» coctionem: in abcessu autem critico æger à mo-
» lestijs liberatur; Sic inter se hæc differre viden-
» tur vniuersali & singulari notione, vt ἀπόστασις
» Generalius quiddam sit, quanquam interdum
» ἀποστάσεις & μεταστάσεις coniungit Hippocr. vt lib.
» de victu in acut. Sed qui per μετάστασιν fiunt ab-
» cessus illi proprie dici videntur qui κατ' ἀπόθεσιν
» fiunt: Porro ἡ ἀποστάσιος nomen Hippocr. vsur-
» pat non modo in abcessibus eiusmodi, sed etiã
» in fracturis, in quibus quia quæ fracta sunt ἀφί-
» στανται ἀλλήλων, hoc est ab inuicem discedunt, me-
» rito affectus ipse ἀπόστασις vocatur; Sed Galen.
» non ἀπόστασιν, sed vsitato nomine λύσιν τῆς συνεχείας
» id est continui solutionem appellat: Denique
» etiam ἀποστάσεις vocat Galen. 5. de simplic. me-
» dic. facultatibus, medicamentorum ordines si-
» ue gradus quibus à temperatis abscedunt, quasi
» distantias siue abcessus dixeris.

Ἀπόστασις δακρυώδης. lachrymalis abcessus dicitur
» Hippocrati in Coac. siue lachrimatio quæ ob-
» sessis copia aut vitio materiæ oculorum angulis
» accidit.

Ἀπόστημα. Latinis dicitur abscessus, vt ait Celsus. Est autem tumor omnis, qui digeri non potuit, in suppurationem conuersus, non tam perfecte quidem vt pus iam factum sit, sed vt vitari non possit. Namque vbi perfectum est, non simpliciter ἀπόστημα, sed πεπυωμένον ἀπόστημα, hoc est coctum appellatur à medicis. Dicitur τὸ ἀπόστημα, vt scribit Galen. ad Glauconem, ἀπὸ τοῦ ἀφίστασθαι, quod abscedere significat. Partes enim quæ humorem præter naturam in se recepere, resoluuntur à se inuicem, & quæ prius contigua erant, disparantur. Nascitur fere omne ἀπόστημα ex phlegmone siue vera sit, siue ἐρυσιπελατώδης, vel ex erysipelate phlegmonode. Verumtamen vt Gal. ait, aliquando etiam consistit nullo eiusmodi affectu præcedente. Nam, statim, inquit, ab initio vel humor aliquis superuacuus, vel spiritus vaporosus aut ipsa in parte, quæ affecta est, genitus, aut alicunde decumbens, sicut accidit ἐν τοῖς ἀποπλήκτοις, colligitur certo in loco, qui putrescens vicina tandem corpora excoriat atque ab inuicem dirimit, atque vt alias specie alius est, sic aliquando variorum tum humorum tum solidorum corporum figuras exprimit. Atque inde duæ summæ τῶν ἀποστημάτων differentiæ desumuntur. Alia enim simpliciter ἀποστήματα sunt, & tunica carent: alia tunicam habent, in qua corporum quorundam species & formæ continentur, instar lapidum, arenarum, testarum, lignorum, carbonum, luti, fæcis, amurcæ, & multorum aliorum, quæ in tres diduci species solent, ἀθηρώματα, στεατώματα, & μέλικηρίδας. Signa omnium communia sunt igneus loci feruor, tumor eminens ruberque magis solito & durus cum dolore punctorio, pulsu, & grauitate, vt aliquid ex ipsa parte pendere videatur. Paulus Ægineta lib. 4. definit ἀπόστημα esse carnium siue carnosarum partium, musculorum, venarum, & arteriarum corruptionem atque immutationem. Nec vero prætermittendum est, quod, sicut τῷ φλεγμονῇ aut alio tumori τὸ ἀπόστημα, ita τῷ ἀποστήματι κόλπος, hoc est sinus, succedit. Quamdiu enim humor in medio carnosarum partium spatio consistit & putrescit, nec pars ipsa affecta aperta est, Græcis ἀφεστάναι dicitur, id est, abscedere, ipsumque vitium ἀπόστημα nominatur: verum si qua aperiatur, vt humor qui intus continetur exitum habeat, vitium non iam amplius ἀπόστημα, sed κόλπος, hoc est sinus, appellatur, vt annotauit Galen. comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀποστήματα. quoque vocantur ἐμπυήματα sub septo transuerso, dum se intus occultant, vt inquit Gal. in Isagoge: Cæterum notandum est ἀποστήματος voce multo largius Rhasem atque Auicennam, cæterosque post ipsos Arabes vti quam Græcos, nomen enim hoc vsurpant pro quolibet præter naturam tumore, cui mala qualitas & continui solutio connectuntur, adeo vt, ad carnis incrementum, additionemúe, formicas & acrochordones extendatur, quamobrem & proprie dicta phlegmone, Erysipelas, herpes, Gangræna, sphacelus, cæterique demum id genus tumores, ab Arabum Principe, cæterisque, in apostematum catalogo numerantur, vt œdemata quoque & scirrhi, quin & ipsi quoque dracunculi, Secus vero à Græcis.

Ἀπόστημα Ἀξιόλογον, in Coac. seu Ἀξιόλογος ἀπόστασις. Gal. 3. de crisib. c. 2. dicitur abcessus effatu dignus, & qui morbi magnitudini aut dignitati respondeat, qualem in bonis esse passim docet Hippocr. sic. 1. & 2. Epidem. eos abcessus probat qui ἀξίως τῆς περιβολῆς, ἢ ἐν κρίσεσι τῶν νοσημάτων fiunt; è contra vero eos damnat, qui vel minores sunt tanquam nihil iuuantes, vel maiores quam qui ferri possint.

Ἀποσημαίνει. Græcis dicuntur inquit Aretæus 1. de diuturnis c. 9. qui pus in regione pectoris, aut inferius sub septo transuerso desitescens per aluum deijciunt, sicut è contra ἐμπύους qui illud ipsum per os excernunt.

Ἀποσκεύματα. Id est, firmamenta, videtur Hippocr. appellare quæcunque sine vinculo ægræ parti vniuersæ superdantur, aut à finistra vel dextra parte, aut à superiori vel inferiori, sicut annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀποσκλήρωσις. ἀπόσκλησις, id est scarificatio, apud Hipp. lib. 1. de morbis.

Ἀποσκληρύνει. σκελετεύει. apud Hippocr. exsiccat, indurat, sceletum facit.

Ἀποσπαρδάζουσι. palpitant, saliunt, pulsant, libr. 2. de morbis apud Hippocratem.

Ἀποστρακὸς ὀστέον. Hippocrati lib. de vulner. cap. os in testulam abiens ac versum dicitur, quodque testula sua ac squamma ab integro osse dimittitur, quod præstatur medicamentis exsiccantibus & aridis cephalicis, quæ non solum capitis ossibus nudatis eximie conferunt, sed etiam aliarum partium vt scribit Gal. 1 lib. 8. τῶν κατ' ἄκρα.

Ἀποτόμματα, abrasa, siue abrasiones. Sic dicitur solutæ

lutæ continuatis ſpecies fere ſuperficiaria, abraſa ſcilicet cute & interdum ſuſpenſa & nigreſcente. Gallicum vulgus cutis defloratione appellat.

Ἀπόχρισις, ἢ Ἀποχρισὶς. idem quod κατάχρισις ſiue ἐγχάραξις, ſcarificationem ſignificat, & leuem ſummæ cutis inciſuram: ſed & Ἀπόχρισις de venæ ſectione vſurpatur, qualis eſt ἀπόχρισις ξεραλόγου bis vſurpata 5. Epid. & ſemel 7. Epidem. ἀποχᾶν ſiue ἀποχάσαι Heſych. exponit φλεβοτομῆσαι, eodem & ſenſu Hipp. 2. de morb. & 10. Epidem. vide ἐγχάραξις.

Ἀπόψαγμα. fœculenta colatura apud Hippocr. quæ & ἀποψάγματα dicitur.

Ἀποτέλεσμα. exitus ſine euentu morbi cuiuſuis dici videtur Cælio Aurel. libr. 2. τ. χρον. cap. 12. & κῦ Ἀποτέλεσμα μέγα νόσημα appellatur morbus effectu vel reipſa magnus, vt punctura in neruo aut muſculo, ea enim aſpectu exigua eſt, ſed virtute magna; Sic morbus κῦ φαντασίαν μέγα id eſt ſpecie magnus vocatur, vt vulnus quod in carnoſis partibus magnum ſpatium obſidet, hæc Gal. in defin. medic.

Ἀπόπτυξις. deſtillatio quæ fit humore liquefacto, ſeu affectio, qua ſemper aliquid à corpore abſcedit & eliquatur.

Ἀποτροπαῖα. proprie dicuntur amuleta, quæ appenſa alligataque incantamenta magica & venenorum inſidias arcent, aut inefficaces reddunt. Pertinent autem etiam hæc ad medicinam, vt teſtatur Gal. nec ſunt à ratione aliena, vti φριάματα ab Archigene prodita, & à Galeno exploſa damnataque.

Ἀποφθορὰ. apud Hippoc. ſignificat abortum, quem Attici ἄμβλωσιν appellant, vt annotat Gal. comment. 1. in lib. τ. ὀπαδημιῶν.

Ἀποφθορὰ. ſiue διαφθορὰ. abortum vocat Hippocr. & ἀποφθείρειν & διαφθείρειν de fœturæ corruptione, quod & ille ἐκπτώσκειν vocauit, attici ἀμβλώσκειν, & Ἀποφθορὰ Ἄμβλωσις abortus, inquit Gal. comment. 1. in 6. Epid. t. 2. quam & ille lib. περὶ γυναικ. πρωτιὸν appellauit.

Ἀποφάρματα. medicamentum abortum faciens 5. Epid. quæ abortiua vocat Plin. lib. 28. cap. 7. etiam ἀποφάρματα fœtus abortiuos dici in Epid. notarunt nonnulli, vide ſupra ἀποβάλματα.

Ἀποφλεγματισμοὶ. Sunt medicamenta quæ vel gargarizata, vel cõmanducata, vel palato illita pituitam è capite in os eliciunt. Sunt autem omnia eiuſmodi calidæ & acris facultatis, per quam pituitam partim eliquantia, partim attrahentia, partim etiam facultatem, quæ in cerebro eſt, alieni expultricem irritantia, actionem ſuam perficiunt. Fertur autem ſtillatque eo pacto pituita cum à toto cerebro, tum maxime ex prioribus eius ventriculis in eam cauitatem, quam ab vſu χάνλιον, quaſi infundibulum appellant: atque inde per palatum in os decidit atque excernitur.

Ἀπόφυσις. Eſt pars oſſis extuberans. In hoc enim differt, ἀπὸ τ ὀπόφυσις, quod hæc veluti quiddam ſit oſſi adnatum, nec tamen ſit oſſis cui adnatum eſt portio: ἀπόφυσις vero pars ſit totius oſſis productior & eminens, nihilque à reliquo oſſe differens, quam quod tuberculi ſeu gibbi inſtar ex oſſe procedit. Ea autem in quibuſdam oſſibus ſimplex eſt, vt in radio: in alijs multiplex, vt in vtraque parte brachij, cubiti, femoris, tibiæ, in gena inferna, ſphenoide, occipite, oſſe frontis, temporum, omoplata, & vertebris omnibus. Vſus autem varius eſt, alibi ad tutandas articulorum inſertiones, alibi ad firmanda capita muſculorum, vel ad munimentum neruorum & reliquorum vaſorum, vt docuit Galen. Qui Græca in Latinum verterunt, ἀπόφυσιν proceſſum, exceſſum, explantationem, additamentum ſubinde interpretantur. Dicitur & alio nomine in quibuſdam oſſibus ἔκφυσις.

Eſt autem ἀπόφυσις in oſſibus duorum generum Galeno, nam aliquando in acutum deſinit & dicitur tunc κορώνη ſeu κοχῶνις; aliquando in rotundum, & vocatur ἀπόφυσις κονδυλώδης, cuius extrema pars extuberans dicitur κεφαλὴ caput, Reliqua vero inter ipſum caput & os, ἀγκὼν. id eſt ceruix, de quibus ſuis locis.

Ἀπόχυμα. vide in dictione ἀπόχυμα.

Ἀποχεμψις idem quod ἀνάχεμψις ſcreatus, nam modo hac modo illa voce vtitur Hippocr. pro quo & ἀπόχεμμα dicitur: vide ἀνάχεμψις.

Ἀπχυλίσματα. appellantur à Græcis conditi quidam ſucci ex herbis & fructibus.

Ἄπιχυμα. Zopiſſæ genus eſt, quod fit deraſa à nauibus reſina vna cum cera. Aetius reſinam vna cum cera à nauibus abraſam interpretatur. Quidam vero reſinam è picea intelligunt. Oribaſius hoc modo præparat: Picis aridæ libram vnam, picis liquidæ, ceræ ſingulorum vncias quatuor, reſinæ pinus vncias ſex. Omnia liquata & excolata in peluim aquæ marinæ vel communis plenam conijciuntur, & manibus, paſtilli in modum, ſubiguntur. Magnam habet vim emolliendi.

Ἀποφέειν. apud Hippoc. lib. 6. τ. ὀπαδημιῶν, ἀντὶ τ φύσας πεῖσαι. hoc eſt, pedere, ſicut explicat Gal. comment. 3.

Ἀπεφτα μορία. apud Ægin. libr. 3. cap. 58. quod inſcribitur περὶ ἀπεφάκτων μορίων, dicuntur particulæ inefficaces, id eſt genitales partes ad venerem impotentes; hîc enim μόρια pro genitalibus vſurpantur, qui hoc (inquit) vitio laborant non ruunt in venerem, eoque animum perdunt, cauſa vero eſt partium reſolutio, vel ſeminis inopia.

Ἄπτεσθαι. tentari & lædi, apud Hippocr. vnde apud eundem ἡ ἅψις τ φρενῶν ſignificat mentis læſionem & offenſam, vt annotauit Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἄπυρος κριθή. dicitur apud Hippoc. hordeum integrum, ſiue in integras farinas diuiſum, ſiue imperfecte fractum, & à quo pars furfuracea ſecreta non eſt, vt explicat Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Ἄπυος πλευρίτης. eſt pleuritis, in qua nihil ſpuitur, ſed tuſſis inanis eſt & ſicca. Id accidit, quod humores craſſi & lenti pulmonis fibris cartilaginoſis, quas ξύγχυσις appellant, firmiter impacti ſint.

Hæ quoque pleuritides ξηραὶ id eſt ſiccæ, ſæpe coniunctim ξηραὶ καὶ ἄπυοι appellantur quod earum cauſa ſiccitas ſit.

Ἀπυρεξία. vacuitas à febre. Dicitur id temporis interuallum quod eſt inter duas acceſſiones vacuum liberumque à febre. A Celſo integritas Latine dicitur.

Propria autem hæc eſt intermittentium febrium, vt πεπαυμὴ continuarum: nec vero ἀπυρεξία ſic eſt intelligenda vt per eam corpus in priſtinum ſtatum qui ante febrem erat, omnino reuertatur, nã per eam retinet adhuc quoddam

» febrilis caloris vestigium, tum in pulsu cum in
» vrinis, in quotidiana quidem magis tum in quar-
» tana, in tertiana vero adeò exiguum vt vix perci-
» pi possit.

Ἀπύρετος Ἀντίδοτος. eius meminit Gal. 8. κῆ τοτ. c. 4. nec eam tamen describit.

» Ἀπύρετος & Ἄπυρος. dicitur Hippocrati qui fe-
» bris expers est.

Ἀπύρινον. Est alterum genus mali punici, cui lignosus nucleus non est, sed candidior est natura, & blandiores acini, minusque amari, distincti membranis. dicitur ἀπὸ τοῦ πυρίνου, quod nucleum lignosum significat.

Ἀπυρμάλλη. significat apud Hippocr. specillū quod acumen non habet, hoc est, τὴν μηλωτείδα, siue auricularium specillum.

Ἄπυρον. ignem non expertum, non vstum. Dicitur & Plinio hoc nomine alumen viuum.

Ἀραβικὸς λίθος. lapis Arabicus. Est marmor album, maculoso ebori simile: sic dicitur quod reperiatur in Arabia. Is lapis tritus illitu hæmorrhoides exsiccat, ciniseque eius dentifricio optimus est.

Ἄραβις. herbæ nomen est ad cubiti altitudinem assurgentis. tenues spargit ramos, & ex vtroque latere folia, ceu lepidij, sed molliora & candidiora. In cacumine vero sambuci vmbellam gerit, candidos flores habentem. A quibusdam δρόσος etiam dicitur.

Ἄραιος. Galen. comment. 4. περὶ διαίτης ὀξέων textu
» 94. docet significare ταραχὴν τινα, καὶ θόρυβον μάλιστα ἐν
» τῇ γαστρὶ γινόμενον, ἐκ τῶν διαφόρων τῆς δυνάμεως σι-
» τίων id est perturbationem quamdam, & veluti
» pugnam quæ in ventriculo oritur è cibis diuer-
» sarum qualitatum. & comment. 1. τὸν ἐν τῷ
» πέπτεσθαι γινόμενον ταραχὸν, cum nimirum cibi dum
» concoquuntur in stomacho turbas dant & tu-
» multuantur, aut cum murmure agitantur: Sed
» ἀραιὸς proprie, inquit Hesych. motus & palpita-
» tio est cordis ex Gymnasticis exercitijs, seu cor-
» dis pulsus post vehemens exercitium: Erotian.
» in Lexico Hippocr. dici tradit ταραχώδη κίνησιν τοῦ
» σάλου, vicinam porro significationem habet cum
» ἀραιὸς Ἄραβος & ambo ab ἀράσσω deriuata viden-
» tur, significareque strepitum seu crepitum eo-
» rum quæ inter se colliduntur.

Ἀραιὰ significauit apud veteres, vt scripsit Ruffus, ventrem & vniuersa intestina. quanquam Hesychius tenuia tantum intestina interpretatus sit. Pro intestinis vsurpasse videtur Nicander in Theriacis, loquens de viperæ fœtibus: ----διὰ μητρὸς ἀραιᾶς, γαστέρ' ἀναβρώσαντες, ἀμήτορες ἐξεφύοντο. hoc est, --per intestina parentis Rosa aluo emerguntin lucem matre carentes. Inde nunc etiam μεσάραιον appellatur, quod idem est atque τὸ μεσεντέριον.

Ἀραιὸν. rarum. Proprie quidem dicitur quod meatus, quos Græci πόρους vocant, magnos per totum obtinet: sicut è diuerso Densum, quod eosdem paruos. At per metaphoram siue abusum, siue quocunque alio genere appellasse libet, de laxo coactoq; hæc ipsa vocabula dici audias. hac enim ratione & aerem & ignem raros dicimus, aquam & terram densas: scilicet ad elementa ipsa trãslatis appellationibus, quæ tamen & vnita sunt, & ex similaribus natura partibus constant. nec vllos eiusmodi meatus obtinent. Rarum ergo est, cuius partes spatijs inanibus interceptæ sũt. Inane autem id appello, quod aere plenum sit. Id autem corpus spatijs multis distinctum facilius quam spissum accenditur, etiamsi, quod ad caliditatis & frigiditatis attinet temperiem, similiter illis sit affectum. Nam qui in ijs spatijs continetur aer, cum sit ad patiendum promptissimus, primo statim ignis occursu accenditur atque inflammatur, vna vero secum corpus vniuersum accendit, vnamquamque eius partem nimirum occupans.

Ἀραιὸν autem in 5. de loc. affect. Gal. opposuit τῷ συκῷ non τῷ πυκνῷ, sicut & in libris de pulsibus: at in 6. constituitur aduersus τὸ πυκνὸν ὀστέα τε χρῶνται ἀραιὰ καὶ λεπτά: manifesta vero significatione primo de simplicibus vsurpatur pro eo quod est denso contrarium; sic ἀραιὰ terra id est laxa non compacta: licentius in hyla Theocritus ἀραιαὶ φωνὴν pro exili dixit: & ad rari significationem Aristoteles accommodatè ὀδόντας ἀραιοὺς appellauit situm dentium innuens, sicut dixit Galenus σφυγμὸν ἀραιὸν, cuius interualla magna sunt.

Ἀραιὰ ἀλγήματα. dolores lenes & per interualla, non continui sed intermittentes dicũtur in Coacis, sic enim exponit Erotian. τὰ ἐκ διαστήματος, καὶ μὴ ἐπιπαχύνοντα, qui ex interuallis affligunt neque continenter vrgent, Galen. ἐλαφρὰ διὰ χρόνου exponit & τῇ συνεχεῖ opponit.

Ἀραιοσαρκότερος. appellatur qui rariore corporis textura præditus est, qualia esse mulierum corpora dixit Hippocr. huic oppositum στερεοσαρκότερος.

Ἀραιὸς σφυγμὸς. pulsus rarus. quando quietis tempus inter diastolen & systolen medium longum est: vel cuius media quies longo durat tempore. opponitur τῷ πυκνῷ, sumptaque est hæc differentia à tempore quietis, seu à quantitate temporis quietis. Proprius est imbecillæ facultatis, vsusque deficientis.

Ἀραιὸν πνεῦμα. est spiritus qui longo tempore trahitur, apud Hippocr. l. 1. τῶν ἐπιδημ. Accidit mente captis, qui quodammodo obliti respirare, tam raras respirationes efficiunt.

Ἀραιοσύγκριτοι. dicuntur quibus libera corporis trãspiratio est. Alio nomine εὐδιάπνευστοι appellantur. Nomen inditum à corporis raritate, quæ plurimum valet ad transpiratum.

Vide εὐδιάπνευστοι: sed ἀραιοσυγκρίτους vocant Methodici, qui corpora animantium ex corpusculis & meatibus esse concreta arbitrantur, quæ ob id συγκρίματα illis dicta sunt, hoc est concretiones & miscellæ, vt testatur Galen. l. 5. de simpl. medic. facult. cap. 24. hinc eos qui rariorem concretionem sunt sortiti ἀραιοσυγκρίτους vocabant.

Ἀραιώματα. apud Æginetam lib. 15. c. 15. appellantur corporis raritates, quæ eiusdem cauitatibus seu cauis locis ac partibus opponuntur, ita cauitates cum raritatibus connectit. lib. 3. cap. 70.

Ἀραιωτικὰ φάρμακα. relaxantia medicamenta. Sic dicuntur quæ meatus cutis aperiunt. Eiusmodi autem calida sint oportet & tenuium partium, minimeque desiccantia, quod aliter substantiam nec diffundere, nec laxare possint. Ad hoc autem consequitur, vt & pori dilatentur. Id quod præstare nequeunt tum valde calida, tum multũ exsiccantia: illa quidem, quod acria sint atque horrores moueant, hęc autem quia sensilia corpora colliquant, quorum neutrum sine dolore fieri potest. At quæ citra molestiam excalfaciunt, ea sola omnium sunt rarefacientia. Siquidem rare-

factio dilatatioque voluptatis, non etiam doloris opus est. Vt enim dolor comprimit, ita voluptas expandit. Contraria ijs sunt τὰ συκκοπτικά, hoc est, condensantia de quibus suo loco agetur. Differunt ἀπὸ τῶ διαχωπικῶν, quod hæc vasorum oscula, illa cutis meatus aperiunt, & præterea propria substantia, vt docet Gal. l. 5. simpl. medic.

Ἀγκιδία. planta est Ægypto peculiaris & cibis idonea, nec folium, nec herbam vllam aut quicquam aliud simile supra terram habens, sed geminum & vtraque parte fructum ferens: ex quo etiam ἀμφίκαρπος cognominata fuit. Similis est τῷ ἀγκοναδῖ.

Ἄγκις. idem quod ἄρακος apud Hippocr. Galenus ἐν τῆς γλώσσαις scribit ab eo sic vocari tritica legumina, & ἄγκον legumen esse.

Ἄγκος, vt Theophrasto placet, in lente exit, res scabra & dura. Galeni pater agriculturæ studiosus, cum per senectam ruri degeret, inuenit ἄγκον quodam degenerationis argumento durum atque rotundum innasci lenti, cibo tamen damnatum. Eius semen Galenus tradit cicerculæ proximum, eamque reliqua facie tam æmulari, vt multi idem esse genus existiment, cum & vsu & viribus consentiant. Hesychius interpretatur τὸ ἄγκον, ὅσαριόν τι τὸ ὃ αὐτὸ καὶ λάθυρον. hoc est, legumen aliquod, quod & λάθυρον appellant. cum quo etiam Gal. comment. lib. 1. de alimentis ex quorundam sententia scribit ἄγκον esse agreste quiddam, rotundum ac durum, eruo minus, quod inter Cereales fructus reperitur, & abijci solet. Dicit autem fieri ex fabis degenerantibus, non aliter quam ἀγίλωψ ex hordeo, ἐρυσίμη ex eruo degenerante proueniunt.

» Idem l. 1. de aliment. facult. c. 17. in legumi-
» num censu ponit, capite autem 27. quod οὗτοι
» ἄγκον inscripsit, docet σπέρμα hoc, esse παρα-
» πλήσιον τῷ τῶν λαθύρων, imò esse qui putent hoc
» ipsum non esse diuersum & aliud ab illo, cum
» vsum & vim habeat eandem quam οἱ λάθυροι,
» nisi quod durius sit & coctu difficilius, ideoque
» & in ventriculo concoquatur ægrius: ex ἄρακος
» autem hæc diminutiua leguntur apud Gal. Ἀγκί-
» κιον, Ἀγκίσκος, nec non ἄρακις.

Ἀγκοναδῖς. planta est quæ nec folium, nec herbam vllam, nec quicquam aliud simile supra terram habet, sed fructum in radice fert, non ea quidem quæ carnosa est, & simplex altius infigitur, sed fibris quas per summa cespitum agit. Sic dicitur quia τῷ ἀγκῳ similis sit.

Ἀγκυροβόλοι. Herodoto appellantur, quorum capita sine futuris sunt, qualia reperiri frequenter » scribit in calidis regionibus, cuiusmodi etiam » quædam senum capita apparent, quę longo tem- » poris tractu futuras perdidere.

» Ἀγκυλῶδες ἔθος. vide in voce ἔθος.

Ἀγκυροειδὴς. est tunica humoris crystallini, semicircularis tantum, ipsum dimidium ab anteriori duntaxat parte ambiens. Nulla enim parte posteriorem crystallini humoris sedem contingit, sed ab anteriore humori ipsi crystallino proxima est tenuis & admodum pellucida & venulis intertexta, aranearum telæ non dissimilis. vnde nomen accepit. Præterea substantia non multum à cornu aliena est firmitate, duritie, tenuitate, leuitate, perspicuitate: nec tamen κεφαλοειδὴς illi nomen est, sed alteri tunicæ, de qua vide suo loco. vide etiam ὑαλοειδὴς. Legitur vero & in lib. Defin. Med. ἀραχνοειδὴς ὑγρότης, hoc est pulsus aranearum speciem referens, hoc est paruus, & qui breuis auræ impulsu mouetur.

Ἀγκύλη. apud Hippocratem libr. de articulis est calceamenti genus, quod arcte pedem vniuersum & exquisite vsque ad talos complectitur, vt annotat Galen. comment. 4. in eundem librum. Idem ἐν τῆς γλώσσαις explicat ἀγκύλας, ὑποδήματα τὰ βαθέα, hoc est, calceos altos & profundos.

Ἄγκυρα ἡ

Ἄγκυρον. Est oculi vlcusculum, quod in iridis circulo nascitur, partem quidem aliquam candidi, partem vero etiam nigri comprehendens. Id extra quidem iridem rubicundum, intra vero candidum apparet. Per ipsum tunica vniformis aliquando procidit, si profundius sordidiusque euaserit.

Qui hoc vitio laborant Græcis dicuntur ἀπάγκυροι vt ait Pollux libr. 2. hinc ἀπάγκυρα ὄμματα Hesych. appellat oculos qui ab albuginibus omnino sunt excæcati: Ἄγκυρον exponit Erotian. apud Hippocratem oculi affectum ex albore quodam contractum, indeque nomen deductum, & Ἀγκύματα Hesychio λευκώματα dicuntur, denique Polluci libr. 2. Ἄγκυρον etiam dicitur album illud quod supra vnguem est τὸ μὴν (inquit) ὑπὸ τῷ ὄνυχι κηπιὰ ; τὰ δ' ἀνωθεν ἀγκύρια λέγουσιν.

Ἀγκυρώνη. herba est similis papaueri syluestri folijs anemonæ diuisis, florem habens puniceum, caput colo papaueris quod rhœas dicitur, duntaxat longiore, supernis partibus fuso in maiorem latitudinem, radicem rotundam, succum colore croceo, sapore acrem.

Ab effectu nomen habet Argemone scilicet quod albugines & oculorum vitia quæ vocant Ἄγκυρα & nubeculas abigat; vel forsitan quod venenis & serpentibus aduersetur, cum sit Arges Hippocrati nomen anguis vt Galeno placet in exeg. apud Hesych. & Gal. scripum ἀγκυρώνη in penultima breui.

Ἀγκύστεον. apud Hippocr. libro de fracturis, significat durum & insuaue, quod nihil cedat, vt auctor est Gal. comment. 2. in eundem librum.

Ἄγκος. serpentis nomen apud Hippocratem.

Vt docet Galenus in Lexico suo.

Ἄγκυλος. argilla: terra est candida: vnde & nomen habet, & creta figularis appellatur.

Habetur ἀγκύλη apud Gal. ἐν γλώσσαις, vbi ait sic dici apud Hippocr. κεφαλίτιδα γῆν.

Ἄγκυον. dicitur à nonnullis τὸ ἀδίαντον, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀγνείτις. species vna est lithargiri, siue spumæ argenti, sic dicta vel à materia, quod ex argento, hoc est mistura plumbi & argenti fieret, vt scribit Plinius, vel à colore tantum, quod instar argenti candida esset, vt ait Dioscorides, etiamsi forte argenti nihil haberet: siquidem eam, quæ ex argento conficeretur tradit Καλαϊτίτιν appellari: potest enim illi color candidus citra argenti immixtionem induci à coctura non vehementi, veluti quæ maiorem vim ignium passa est, suluum auri colorem contrahit, atque ab eo χρυσίτις nuncupatur: vel eo modo quem scriptum prodidit Dioscorides, docens ex eo manifeste argyritidi colorem album arte potius conci-

liari, quam argenti mistura. Vide λιθάργυρος.

Ἀργυρῖτις γῆ argentea terra. Est quæ ex argenti metallis sumitur, non habens quidem per se totam immistum argentum, sed paruas argenti portiones, paruis sui particulis immistas.

Ἄργυρος ἄνθος. Argenti spuma seu flos dicitur, quo » vtitur Hippocr. ad vteri vlcera cum vino & aqua » subluenda lib. de nat. muliebri.

Ἀργυροβότανον. species est edullij è lacte confecti, vt habetur apud Galen. περὶ ἐγχυμ. καταπλάσμ.

Ἀργυροσφόδ. antidoti nomen apud Nicol. sic dictæ » propter eius præstantiam, quod scilicet sit sumptuosa & haud mediocrem pecuniæ collatio- » nem exigat.

Ἄρδις. dicitur apud Hippocr. sordes quædam & impuritas. Apud Hesych. est Ἄρδα. Apud eundem, itemque apud Erotianum, est etiam Ἄρδαλος eadem significatione. vnde ἀρδαλῶσαι, τὸ συφαῖσαι, id est, fœdare, vel sordere.

Ἄρθμ. nomen est προσθήκης ab Andromacho compositi ad rimas & condylomata. Refertur ab Aetio » lib. 14. cap. 3.

» Et à Gal. l. 5. κατὰ γένη c. 11. sed paulo aliter, est » & eius nominis emplastrum Epuloticum descri- » ptum ab eodem 2. κατὰ γένη c. 15.

Ἀρθρικὸν. significat apud Hippocr. id quod articulis quadrat & conuenit.

Ἀρθρῖτις. articularis morbus. Est articuli tumor dolorificus, quem fluxio in eum decumbens excitauit. Aliqui inflammationem esse definiunt, sed male, quod aliquando plus œdematis aut alterius humoris sit quam phlegmones, pro humoris varietate, ex quo fit vt multiplex sit arthritidis tumor, variaque adiuncta habeat symptomata. Si namque sanguis in vitio est, calor & rubor adest, propria tumorum τῶν φλεγμονωδῶν symptomata: si pituita, œdematosus apparet, citra ruborem & calorem: ita si bilis alterutra tumorem crearit, sua quamque symptomata comitantur, sicut celeberrimi medici accuratissime distinxerunt. Nec est quod quisquam obijciat sanguinem non posse videri materiam arthritidis, quod in articulo collectus phlegmonen non excitet, quæ in pus vnquam conuerti visa sit. Neque enim necesse est omnem sanguinis affluxum phlegmonen concitare, nisi in musculum aut carnem fiat, nec potest effusus sanguis in pus mutari, nisi loci calore suppuratio iuuetur. Id quod in articulo membranoso, exangui, frigido contingere non potest. Quamobrem nulla arthritis proprie phlegmone dici potest, sed aliqua merito tumor plegmonodes censeri, propter multorum symptomatum concursum, quæ sūt veris phlegmonis peculiaria. Vanum quoque est putare à pituita non fieri arthritidem, quod per cachexias pituitosus humor decumbens in crura non efficiat arthritidē. Nisi enim intra ipsum articulum humor descenderit, quantumuis per vniuersam carnem partesque circumpositas diffusus sit, arthritis non erit. Patet ergo tum ex ijs, tum ex ipso nominis etymo, ipsum articulum, quod Græci ἄρθρον vocāt, arthritidis sedem esse, quæ primum & per se in eo morbi genere laboret. Quo tamen nomine non ipsum modo ossis, quod inseritur, caput, nec alterius ossis κοτύλην intelligo, sed & ligamenta & membranas & tendones, & quicquid ad articuli structuram firmitatemque natura comparauit. Siquidem per arthritidas eæ partes non sunt à morbo immunes, cum etiam in longius dissitas, vt musculos cutemque affectionis labes perueniat. Id quod vel magnitudine fluxionis contingit, quæ in loco proprie affecto contineri non potest; vel maiore externarum quam internarum partium imbecillitate. Quod facile quiuis intelliget, si duas esse causas omnis arthritidis secum reputauerit, articuli imbecillitatē, & superfluum humorem. Ac imbecillitas quidem vel vitio erroreque vitæ contracta est, vt per immoderatos labores, frigus vehemens, immodicam venerem, quæq; naturalem articulorum compagem relaxant: vel natiua est, atque congenita, qualis esse solet ijs qui parentibus articulari morbo obnoxijs nati sunt, aut articulos eorumque spatia laxiora habēt, proindeque humorē aduentitium prompte admittunt, qui altera arthritidis causa existit. Sed vnde humor ille sit, & qua via ad articulum male affectum perueniat, à quibusdam in dubium reuocari video. Nec tamen illis assentior, qui omnem eum humorem à capite ferri putant, & subcute per summa corporis in extimas partes influere. Primum enim quis concedat à solo pericranio fluxionem fieri, cum apud medicos receptum sit & axiomatis fidem habeat, robustas partes excrementa sua in debiliores deponere? Hæc autem depositio transmissioque fluxionis species quædā est. Deinde vero si demus (quod certe verissimum est) maximam fluxionum partem à cerebro descendere, quid opus est inuietū quoddam iter comminisci, spretis ijs vasis, quibus ceu canalibus, fluxus & refluxus humorum natura fieri consuecuere? Verisimilius mihi quidem videtur humorem in articulos non modo secundum membranas neuosque defluere, sed per venas etiam perque arterias, per quas alimētum ad omnes partes peruenit, non minus vitiosi succi quam boni capaces, & plærunque eo refertas, quem in articulos eius copia aut mala qualitate irritati deponunt, si eum à se illi repellere nō queunt. Ex ijs patet arthritidis duas esse causas, articuli imbecillitatem & vitiosum humorem, esseque ambarum concursum in gignenda arthritide necessariū, quod neutra seorsim arthritidem creare valeat. Quare non omnis articulorum dolor ἀρθρῖτις dici potest, veluti qui per siccas temporum, constitutiones humiditate articulorum consumpta aliquando exoritur: patetque Hipp. ἀρθρῖτιδος nomine abusum aphoris. 16. lib. 3. vbi scribit eam per siccitates fieri. Est enim necessarius affluxus humoris ad morbi articularis generationem, alioqui difficilis quidem articuli motus, atque forte dolor propter siccitatem futurus est qui tamen ἀρθρῖτις non erit, nisi quis omnem articulorum dolorē ita velit appellare. Ipse namque Hippoc. l. 2. τῶν ἐπιδημιῶν eos qui per famem leguminibus vescebantur, genuum quidem dolorem perpessos fuisse prodidit, quos tamen ἀρθριτικοὺς non vocauit. Hic igitur humor si in aliquem articulum decumbat, sese q; in eius spatia, ligamenta, tendines ita insinuet, vt eorum distentione & calore præter naturam concepto dolorem pariat, eius articuli morbum gignit qui ab affecta parte nomē accipit: vt in pedes decumbens, ποδάγραν, in manus χειράγραν, in coxā ἰσχιάδα. Si vero in multos simul articulos incidat, tunc vere & proprie ἀρθρῖτις nuncupatur. Medicorum

tamen veterum plerique non tam de nominibus soliciti ἀρτίνδα etiam interdum vocãt vnius modo articuli affectionem, qualis ante expositа est.

Ἄρθρον. Articulus. Est naturalis ossium σιώπαξις, vti definit Gal. lib. de Ossibus. vel, est ossium coniunctio ad motum comparata. Verum ab Hippocrate ἄρθρον fere semper nuncupatur alterius cohærentium ossium finis rotũdus in ossis propinqui cauitatem insertus: definiturque ἄρθρον esse ossis caput, siue ossis processus, qui in alterius ossis cauitatem inseritur. Id enim os quod inseritur, ἄρθρον, cauum autem quod recipit, κοτύλη vel γλήνη ab Hippocrate dicitur, vt annotauit Gal. comment. 2. in librum de fracturis.

» Metaphoricῶς autem etiam dicitur ἄρθρον
» de voce, vt ἄρθρον τὴ φωνῆς ποιεῖν vocis articulum
» formare, id est distinctionem & explanationem
» apud Aristotelem 4. de hist. animal: Ἄρθρα artus
» etiam nonnulli dixere, vt cum Quintus Cicero
» Epicharmea ἄρθρα φρενῶν, interpretatus fuit ner-
» uos & artus sapientiæ: Sed & insuper naturam
» equæ Herodotus indicauit, vt author est Came-
» rarius, appellatione τῶν ἄρθρων in Thalia, quod
» membrum hoc sine obscœnitate, suo nomine
» minus exprimi posse videatur, & generis appella-
» tione notari soleat: dicitur autem τὸ ἄρθρον, vt
» tradit Græcus Ethymologicus, παρὰ τὸ αἴρω quod
» est eleuo & attollo, quoniam ab articulis porta-
» mur ac mouemur, vel, vt inquit Meletius lib.
» de natura hominis διὰ τὸ ἀρηρέναι ἀλλήλοις, quod
» concordi quadam copula inuicem firmentur &
» consentiant.

Ἀρθρωδία. est διάρθρωσις, in qua ossis cauitas articulum excipiens superficiaria est, caputque quod in eam inseritur, humile atque depressum. Eius exempla plurima habentur in corpore, vt in occipite cum prima colli vertebra. in gena inferna cum osse lithoide. in radio, cum carpo. in astragalo cum scaphoide. in digitis pedũ cum pedio. in digitis manuum cum metacarpio. in costis cum vertebris earumque apophysibus transuersis. & in clauicula cum pectore: cuius motus quamuis sit exiguus atque obscurus, potius tamen ad diarthrosim quam ad synarthrosim referri debet, vt quibusdam anatomis peritis viris placuit: quia non sit necesse in omni diarthrosi motionem æque validam euidentemque esse, sed in ea quoque, vt & in alijs rerum differentijs, aliquod sit secundum magis & minus discrimen.

Ἀρθρωδίαν Gallici chirurgi vocant *ioincture par im-*
» *pression.*

Ἀσία, siue ἀχερία, apud Theophrastum, arbor est perpetuę frondis, inter robur & ilicem media: quam Theodorus Latine aquifolium reddidit.

Ἀσκύμων. dicitur apud Hippocratem mulier quæ cito prægnans est.

Ἀσκαρδάνιος. nomen est emplastri, quo Paulus parotidas iam induratas emollit. lib. 3. cap. 23. Describitur ab eodem libr. 7. c. 17. & plenissime à Gal. lib. 1. περὶ κρ. τόπ.

» Immo libr. 1. περὶ χρ. χυμ., cap. 16. qui λευκὸν
» Ἀσκαρδάνιον appellat, & valere inquit ad κακοηθῆ,
» pascentia & contumacia vlcera, & vniuersim ad
» vlcus omne, atque sine morsu discutere: descri-
» bitur & hoc emplastrum commendaturque à
» Tralliano ad schirrosos affect. l. 3. c. 7.

Ἄσις ἡ

Ἀσίσαρον. Est herba pusilla, eiusdem fere cum aro generis, radice acri, bulbosa, & oliuæ magnitudine. verum vt aro acrior est, sic eo minor est: vt non absre dubitauerit Barbarus in Plinianis castigationibus, num hæc herba ἄσις ab Hippocrate dicta sit diminutiua forma, quasi aron parvum. Est autem ἄσις apud Hippocratem non tantum herba, sed & instrumenti cuiusdam nomen.

Apud Gal. in Lexico scriptum oxytonως ἀσίς. «

Ἀσύσπορος οἶνος. vide in dictione οἶνος, vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur. « «

Ἀσφαλθαία. dicitur à quibusdam ἡ ἀλθαία, ab effectus præstantia cõduplicato nomine. Idem enim duo nomina significat ex quibus hoc vnum factum est.

Ἀσκεχὴ χείρ. sinistra manus dicitur, quæ & σκαιὰ, « λαιὰ, εὐώνυμος. «

Ἀσκατοὶ. edaces siue lurcones Hippocrati dicuntur libr. de aere aq. & loc. à verbo ἀσκέω id est « prandeo, vnde pransiculantes dici possunt, quod « vitio verteretur antiquis si prandium vberius « fuisset, cum cœna semper ob lotiones soleret « esse lautior: Ἀσκατοὶ igitur dicentur qui non « cœna modo lauta vtebantur, sed etiam prandio, « quapropter voraces lurcones & gulosi & comes- « satores dici poterunt. «

Ἀσπαλοχία. herba est trium generum. Rotunda, quæ fœmina dicitur, tuberibus radicum rapi modo orbiculatis, multis ab vna radice germinibus, prælongisque palmitibus, folijs hederæ subrotundis, cum acrimonia odoratis & mollibus, floribus candidis pilei similitudine, in quibus quod rubrum est grauiter olet: malum terræ à Latinis dicitur.

Quod tuberibus radicum rotundis ea conspiciatur, ac radix in globum rapi modo rotundetur. « «

Altera longa est, mascula vocata, nonnullis δακτυλίτης, radice longiore, proceriorib. folijs, exilibus ramulis & dodrantalibus, flore purpureo, graue virus olente, qui dehiscens in pyri similitudinem turbinatur. Tertia longa etiam est, κληματίτης dicta, quasi sarmentaria, ramulos habens tenues, folia subrotunda, sedo minori similia, florem rutaceum, radices longissimæ tenuitatis, crassum atque odoratum corticem. Est & quæ πτολοχία vocatur quarti generis, tenuior quam proxime dicta, densis radicum capillamentis (quam ob id πολύῤῥιζον cognominant) iunci plenioris crassitudine. Est autem omnis ἀριστολοχία calida, tenuis, abstergens, amara & subacris, ad medicinas vtilissima. Sed rotunda tenuior & in omnibus efficacior est: κληματίτης odorata quidem, sed imbecillior: longa vero media harum est, sed non minus calida quam rotunda. Nominatur à Græcis ἡ ἀριστολοχία, quia sit τοῖς λοχίοις ἀρίστη, hoc est, parturientibus optima & salubris.

Et Plin. lib. 25. c. 18. inter nobilissimas (inquit) « nomen aristolochiæ, grauidæ dedisse videntur, « quoniam esset ἀρίστη λεχόπουσι: sed lege λοχευσάσαις, « quæ vox puerperas, aut certe parturientes ve- « rius denotat quam grauidas, quamuis etiam par- « turientes grauidas adhuc esse minime negamus, « Tantum vero abest vt grauidis reliquo gesta- « tionis tempore opituletur Aristolochia, vt è « contra maxime noceat, quandoquidem è lo- « cis muliebribus, menses secũdas & partus emor- « tuos extrahẽdi vim habet, myrrha & pipere addi-

» tis, pota vel subdita, vt ipse docet Plin. in calce l. » 26. & ipse Dioscor. quare in nominis assignatio- » ne & erroribus parum sibi constare Plin. vide- » tur; vel & aristolochia sic vocatur ab inuentore » vt Cic. ait: Ex duabus aristolochijs emplastrum » fit celebre quod à Gal. describitur libr. 5. τῶν κατὰ » γένη c. 9.

Ἄριστον. prandium Grammatici à temporis incerti- » tudine sic vocatum arbitrantur ceu ἀόριστον id est » indefinitum. In symposiacis Plutarch. ἄριστον & » ἀκράπομα idem fere arbitratur, quod ipsum & » Athenæus facit: Sed à meracius potandi consue- » tudine ἀκράπομα inflecti coniectat, quoniam pa- » nis buccellam mero tingerent, illud autem ἀπὸ » τὴν ἑωθινὴν ὥραν, id est, à matutina hora, nam & » Eumæum scribit Homer. ἄριστον id est prandium » parasse, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ id est sese promente au- » rora: Commeminit vocabuli & rei histor. 4. » Theucid. Philemon vsos veteres scribit, acra- » tismate, aristo, hesperismate, deipno: sunt qui » malint ἄριστον quasi ἅρπαστον appellari, id est ex obuijs » nec anxie comparatum, vnde & seorsim fere » prandere veteribus fuit moris, inde & fortean » apud Athenæum dicti monophagi: dici etiam à » nobis prandium sic existimauere nonnulli à » temporis qualitate, ἔνδιον enim significare meri- » dianum, cum & à prandio interquiescere ἐνδιά- » ζειν vocent, vel quod illud sumerent πρὶν ἐνδεεῖς » γένεσθαι, priusquam indigentia premerentur: » hinc eorum argui inscitia potest, qui prandia in » vsu fuisse veteribus abnuunt, nam vt Iuuenalem » taceam in cuius satyra legimus, hæc inter nau- » tas & prandet & errat: Macrobius Saturnal. 3. » imperatum (inquit) vt patentibus ianuis pransi- » taretur & cœnitaretur: Plinius Cæcilius post ci- » bum sæpe quem interdiu leuem & facilem more » veterum sumebat, æstate iacebat in sole: Valer. » l. 2. prandere & cœnare in propatulo verecun- » dia non erat: Plin. quoque lib. 33. Q. Ælium in » fictilibus prandisse scribit, & l. 7. Decimum Sau- » pheium scribam mortuum cum domi prande- » ret; Cicero pro Cluentio, Quum eius in nuptijs » more Larinatium multitudo hominum pran- » deret; & infra, cum ad illud prandium crudior » venisset; Scribit tamen Pollio Trebellius pran- » dium dicti quod πρὸς τὸν ἄρεα, id est ad bellum » milites paret à cunctis in iri solitum, cuius rei hoc » sit argumentum, quod à discinctis cum impera- » tore cœnaretur, esse enim prandium militare » verbum plerique astruunt.

Ἀ'ριστοφάνειον. Nomen est emplastri emollientis, quod constat picis libris quatuor, apochymatis libris duabus, ceræ libra vna, opopanacis vncia vna, aceti hemina.

» Habetur apud Paul. Ægin. l. 7. c. 17.

Ἄρκιον. herba est palustris, latis folijs, vt personæ loco esse possint: ideoque eam Latini personatam appellarunt. Sunt autem eius folia cucurbitæ similia, sed maiora, duriora, nigriora, & hir- sutiora. caulis subcandidus, quanquam etiam interdum nullus reperiatur. radix magna, intus candida, foris nigra. officinæ lappam maiorem appellant. vires habet discutiendi, siccandi & adstringendi. A plæri sque ἀρκτίον scribitur.

Ἀ'ρκεύθις, siue

Ἀ'ρκεύθος. Iuniperus. Arbor est duorum generum. Altera maior est, altera minor. vtraque cortice est membraneo, & qui sponte rumpitur, materie fulua, odorata, ex qua manat liquor thuris odorem atque colorem æmulans: coma viret perpetua, sine flore, cæruleis baccis: in summa pene cedro similis est tum effigie tum natura, nisi quod iunipero folium simplicius ac mollius assignatur, cedro autem acutum, spinosum, du- rum. Iuniperus baccam gerit quæ eodem cum sua arbore nomine ἀρκεύθου & ἀρκευθίς appellatur, nigram, rotundam, gustu adstringentem, acer- bam, ingustabilem. ea modice calefacit & ad- stringit. Concrescit & in iunipero humor ad la- crymæ modum, qui calore duratus coit in gum- mi, quod Vernix dicitur, calfaciens & exsiccans secũdo excessu, & nonnihil amaritudinis habẽs.

Iuniperos autem inde vocari autumant non- nulli, quod iuniores & nouellos fructus pariant, sola enim fere arborum, fœtus suos in biennium prorogat, qui ne quidem matureſcant nouis su- peruenientibus vel & ἄρκευθος Iuniperus voca- tur παρὰ τὸ τὴν ἀρὸν κεύθειν. id est βλάβην, eius enim odorem reptilia omnia auersantur.

Ἄρκτιον. arction, alij potius arcturum vocant: Lati- ni personatam appellant. herba est similis ver- basco folijs, nisi quod hirsutiora rotundioraque sunt, radice tenera, dulci albaque, caule molli, longo, semine cumini paruo. Vis eius est tenuis, siccans, & mediocriter adstringens. Herbarij lappam minorem vocant.

Dioscor. l. 4. c. 106. ἄρκτιον habet, eamque ἀρ- κτίδιον ab alijs vocari tradit, vide Gal. simpl. 6. & Plin. l. 27. c. 5.

Ἄρμα, siue ἁρμάτιον. est collyrium πεπαχυμετικὸν id est ad asperitatem palpebrarum efficax, habet enim vim extersoriam, descriptionem eius ha- bent Gal. l. 4. de compos. medic. secundum lo- cos c. 7. Aetius l. 7, c. 110. vbi ὑποβαφὴς alio nomi- ne vocari scribit, atque etiam τύπιον ab efficaciæ pertinacia. Paul. l. 7. c. 16.

Scribonius eandem. Recipit autem æris vsti, corticis thuris arboris, guttæ Ammoniaci, gum- mi, singulorum partes æquales. Sunt vero qui æruginis rasæ quartam singulorum portionem adijciant. Sic dicitur, quia ex quatuor rebus, vt quadrigia equis, constat, & celeres effectus ha- bet. Eo Ptolemæum regem vsum esse omnes prodidere. Verum & huius nominis aliæ duæ cõ- positiones habentur apud Aetium, ex pluribus medicamentis confectæ, sed consimilis fere fa- cultatis.

Ἀ'ρμενία βῶλος. Armenia gleba. Est terra quæ ex Ar- menia confini Cappadociæ affertur, pallido co- lore, spissior & grauior Samio astere, minusque aerea, specie lapidis, sed mollis, & friabilis. Præ- dita est vi maxima siccandi, ideoque tormi- nibus, profluuijs ventris, sanguinis reiectioni, di- stillationibus, oris vlceribus, tabi, & pestilentiæ medetur.

Actuario sæpe dicitur Ἀ'ρμενικὸν πῆλον, lutum Armenicum: vide Ἀ'ρμενία γῆ.

Ἀ'ρμένιαι ἢ Ἀ'ρμενιακαὶ. sunt mala ex genere Persico rũ, sed Persicis præstãtiora, vt quæ nec corrũpãtur, nec acescant in ventriculo veluti Persica, de qui- bus Gal. multa l. 2. de alim. facult. A Latinis præ- cocia proprie dicuntur. Galli abricotz appellãt.

Ἀ'ρμόδιον, Ἀ'ρμοδιακὸν, ὄν

Ἀ'ρμόδιος λίθος. est lapis læuis & cæruleus, non cal- culosus, vt qui arena aduheratur, & qui facile te- ri potest. Multa cũ κυανῷ similia habet, differt ta- men ab eo, primum loco in quo gignitur. (hic enim ex Armenia, vt nomen indicat, defertur,)

hic multis in locis inuenitur, præterea sapore, quod κάυστος multo sit acrior magisque adstringens, vt crustas etiam ignis modo inducat. Sed & lapidi Armenio vis est purgandi melancholicum humorem, cietque vomitus. Eo pictores vtuntur, quamobrem ab Aetio appellatur ἁρμενιακὸν τὸ τῶ ζωγράφων. hoc est, pictorum Armeniacum.

» Cæterum hic lapis esse dicitur ab authore
» colore cæruleo ex Dioscor. sententia cap. 105.
» lib.5. Sed Plinius lib. 35. c.6. maxime virere in-
» quit communicato colore cum cæruleo. Me-
» suæus lapidem Armenium eligit colore inter vi-
» ridem & obscurum terreum indumque medio,
» maculis tùm viridibus tùm nigris distinctum.
» Theophilus libro de vrinis flammeum illi colo-
» rem tribuit, φοινικοῦν à Galen. vocatum vt ipse
» vult, vsq, adeo de Armenij colore variæ sunt au-
» thorum discrepantesque sententiæ, quoniam
» fortassis Armenij nomine alij aliud intellexere:
» Siquidem Dioscorides Armenij nomine medi-
» camentum designauit, quod quidem ex Arme-
» nio seu Amurtheo lapide contrito atque mace-
» rato parabatur, quoque pictores vti solitos Ae-
» tius testatur: at Plin. & Mesuæus de lapide ipso
» Armenio verba fecere, quiquidem vere coloris
» est virentis, inclinantis in cæruleum: hic ipse
» porro est, quem eque atque veratrum album, ad
» bilem atram seu vomitione vacuandam, seu per
» aluum deijciendam valere testantur inter Græ-
» cos Alexander Trallianus, & Aetius, itemque
» Actuarius, qui tamen æque ac Aetius, Armenia-
» cum pictorium cum Armenio lapide confudisse
» videntur: Mesuæus ex Tralliani sententia il-
» lius vsum veratro ipso tutiorem affirmat: Paulo
» aluum quidem purgat sed stomacho noxius est;
» Sed & lapidem Armenium facile friabilem esse
» dixit Mesuæus, quanquam Stephanus lib. de
» vrbibus duritiem illi tantam tribuit, vt in eo si-
» gilla sculpi & cælari queant: Cæterum pilula-
» rum ex lapide Armeniaco descriptionē earum-
» que vsum ad melancholicos affectus te docebit
» Trallian. lib.1.c. vltimo.

Ἄρμυρον. idem est quod ὄργανον Hippocrati, vt cum
» dicit ἁρμόσαι μηχανᾶσθαι & παρασκευάζειν, intelli-
» gens non solum σμίλας, τρύπανα, ἄγκιστρα, ξυστῆρας,
» μιλιογροφύλακας, sed etiam προχὰς, λεκάνας, πυέλους,
» & si quæ alia instrumenta aut vasa, Chirurgo ad
» curanda corpora necessaria sunt.

Ἁρμὸς. significat apud Hippocr. futurā capitis, quæ à reliquis ῥαφὴ dicitur. Significat etiam πᾶσαν συνόδον τραυμάτων, teste Erotiano: qui ipsum παρὰ τὸ ἁρμόδιον deriuatum ait. Hesychio vero ἁρμὸς est non solum συνόδος, σώματος ἁρμογὴ, commissura, corporis compages, sed etiam ἦχος τόνου καὶ φωνῆς.

Ἁρμόν. apud Hippocratem, statim. Est autem vox Dorica.

Ἁρμοὶ. in Definitionibus Medicis est ossium com-
» missura, quæ natura non mouentur.

Ἁρμὸς. dicitur spatium quod est inter dentes, seu caro inter dentes media. Poll.

» Sed & apud eundem, Ἁρμὸς significat tam
» summi humeri, quam cubiti articulum seu
» compagem.

Ἁρμονία. species est συναρθρώσεως. Est autem ossium compositio secundum lineam simplicem & rectam, non autem, vt in futura, an fractuosam, ossa coniungens. Eo modo omnia genæ superioris ossa, & pars occipitis infima & ossa nasi, carpi, tarsi, secum connectuntur. Galen. ad finem comment. 3. εἰς τὸ κῶ ἐπιδημιῶν scribit capitis ossa, vbi se tangunt, proprie dici ἁρμονίας, sed translato vocabulo ῥαφὰς appellari. Caluariæ enim ossa, ait, inter se ἥρμοσται, id est, committuntur: atque idcirco ipsorum contactus κῶ ἁρμονίαν committi merito dicuntur: verum à similitudine eorum quæ suuntur, ῥαφαὶ nuncupantur.

Ἁρμονία. est medicamenti nomen in catapotia coacti, & perutilis ad sistendas distillationes. habetur autem apud Galen. lib. 7. τῶ κῶ τόπων. cap. 2. & apud Aetium, lib. 8. cap. 55.

Ἁρμονία. est medicamentum αὐτάρκως βηχικὸν. hoc est ad tussim comparatum doloris expers. cuius descriptio est apud Aetium libr. 8. Est etiam ἁρμονία emplastri nomen quod describitur ab Aetio.

Ἁρνάβη. barbarum nomen est significans odoramenti genus quoddam.

Ἄρνειον. plantago. quasi agnina herba. Sunt enim plantaginis folia linguæ pecorum similia. ob quam causam etiam πεσβάτιον appellatur.

Apud Dioscor. in nothis est ἄρνειον & πεσβάτιον per dypthongum ει.

Ἀρνόγλωσσον. herba plantago dicta Latinis. Ratio nominis est, quod plantaginis folia agninæ linguæ similima sint.

Ἄερι. authore Plinio, genus est bulbi nascentis in Ægypto, scyllæ proximum magnitudine, foliis lapathi, caule recto, duùm cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. Est autem Dioscoridi ἄερι herba quæ folia emittit dracunculi, sed minora & paucioribus respersa maculis, quam quidam pedem vituli, alij serpentariam minorem, alij sacerdotis virile, officinarum appellant.

Ἄρπαξ. dicitur à quibusdam τὸ ἥλικτρον siue succinum, quod affrictu calefactum paleas, & res alias leues ad se trahat, & retineat.

Ἀρποκράτιον. nomen est Collyrij apud Galen. 4. κῶ τόπ. c. 7. ex genere eorum quæ Theodotia dicuntur.

Ἄρρεν. dicitur pars illa vertebræ quę prominet & suffulcit, sicut qui sinus vertebræ hanc prominentem è directo suscipit, Θῆλυ, id est, femella Polluci dicitur lib. 2.

Ἀρρενικὸν. dicebatur à veteribus ante Gal. medicis Græcis auripigmentum, quod suo, inquit, æuo ἀσσενικὸν dicebatur, vt scribit 4. κῶ τόπ. Sed & Attico more ab Hippocr. ἀρρενικὸν vocatur, sicut eodem nomine thus masculinum significatur, vt notauit Fuschius apud Nicolaum.

Ἀρρενογόνον. species est herbæ, quam φύλλον peculiari vocabulo appellant, vt author est Theophrastus lib. 9. de plantarum historia, & Dioscorides lib. 3. quæ pro fructu ferat racemosum quiddam deflorentibus oleis non dissimile. Ruellius vero etiam τῶ κραπωγόνῳ speciem facit τὸ ἀρρενογόνον. Non est dubium sic vocari, quod potum masculini sexus facere partus prodatur, vt scripsit Crateuas.

Sed & apud anatomicos testiculus dexter ἀρρενογόνος, id est mares generans, ceu sinister Θηλυγόνος, fœmellas, appellatur.

Ἄῤῥητοι ἰδιότητες. dicuntur individuales proprietates inexplicabiles, seu quarum ratio reddi nequit, vide ἰδιότητες ἄῤῥητοι. & ἰδιοσυγκρισία. vbi plura.

Ἄῤῥοια. suppressio menstruorum apud Hippocr.

Ἀρρυθμὸς σφυγμὸς. pulsus arrythmus. Dicitur & κακόρρυθμος. Est pulsus differentia in qua non omni quidē rhythmo pulsus caret (siquidem hoc fieri non potest) sed malo rhythmo ferit, nec rhythmum seruat proprium ætati, naturæ, parti anni, & reliquis quæ pulsus peculiares habent: contrarius est τῷ ἐυρύθμῳ, qui rhythmum seruat cuiusque proprium. Sunt autem tres ἀρρυθμίαι differentiæ. παραρρύθμος, ὑπερρύθμος, ἔκρυθμος, prout scilicet plus minusve rhythmus seruatur. Qui enim parum recedit à suo rhythmo, sed eum seruat, qui naturæ, ætati, parti anni, loci, & reliquorum proprius est, παραρρύθμος vocatur: qui vero plus abest à suo, & remotioris alicuius naturæ, ætatis, & reliquorum rhythmum habet, ὑπερρύθμος: qui vero tam longe abest, vt nullius omnino rhythmum retineat, ἔκρυθμος nuncupatur. de quibus vide suis locis.

Ἀῤῥώστημα. infirmitas appellatur à Gal. in Definition. Medicis, seu morbus qui inueterauit, habetque multam imbecillitatem coniunctam, item & exiguus morbus de viribus nonnihil detrahens, dicitur & ἀῤῥωστία.

Ἀῤῥητικὸν. auripigmentum. Est succus quidam intra terram concretus, sandarachæ affinis: in ijsdem enim metallis ambo fere semper nascuntur, & vterque vim ignis expertus esse & quodammodo vstus videtur. Pingue quiddam etiam vterque habet, sed magis auripigmentum quam sandaracha. Sunt autem auripigmenti duo genera. vnum naturale, alterum factitium. Natiuum triplex est, vnum auri colore, quod multis tenuibus crustis squammatim cōpactis constat, & finditur vt lapis specularis, & omnium habetur præstantissimum, si impermixtum fuerit: alterum magis aureo colore micat, sed pulueris modo solutum est, & secundum bonitatis locum tenet: tertium colore accedit ad sandaracham, & simile est glebæ, sed reliquis duobus vilius. Factitij duo genera sunt, quorum vtrumque quidem splendet, sed alterum album est, venis subluteis aut subrubris distinctum: alterum vero luteum, venis nigris, subrufis, plus minusue luteis maculosum. Vtrumque ex crustis auripigmenti fossilis conficitur, quibus tantundem sales fossilis adiecerint. Hæc tritam duobus fictilibus vasis, patellarum instar latis, nec admodum profundis, intus plumbo illitis, foris luto obturatis, coquuntur vsque dum totum auripigmentum in sublime sublatum superiori vasi adhæserit: deinde iterum ac sæpius teritur, & coquitur donec candidum fiat. Auripigmento sapor acris est, adstringit, erodit, crustas cum vehementi vredine & violento morsu excitat. Vtuntur eo pictores & bibliopolę etiam in pingendis librorum frontibus, à quo pingendi vsu non est dubium Latinos illi nomen indidisse.

Ἀῤῥηνογόνον. Idem quod ἀῤῥενογόνον. de quo supra.

Ἀῤῥηνόθηλυς. Attice pro ἀῤῥενόθηλυς dicitur: Hermolaus Barbarus suis castigationibus in Plin. lib. 7. c. 3. annotat Theodorum Gazam ἀῤῥενόθηλυς apud Aristotelem vertisse masculofœmineos, sic autem à Philosopho vocari animalia quæ ipsa se ineunt, vt inter pisces trochus.

Ἄρσιλυ. mandragoras albus, qui & mas dicitur: vt legitur apud Dioscor.

Ἀρωματῖτις οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἄρταβη. nomen est mensuræ Ægyptiæ, septem modios continentis.

Ἄρτεμίδιον. à quibusdam dicitur ὁ δίκταμνος, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀρτεμισία. artemisia. Est herba ramosa in maritimis magna ex parte nascens, absinthij modo fruticosa, maioribus & pinguioribus folijs ramisque. Huius duo genera sunt, vnum habitius folijs virgisque latioribus: alterum tenuius, flore paruo, tenui, candido, graueolente, qui æstate erumpit. Sunt vero qui in mediterraneis herbulam nasci tradant tenuibus cirris, simplici paruoque admodum caule, flore copioso, cerei vel flaui coloris, exili, odoratiorem superiore, quam ἀρτεμισίαν μονόκλονον, id est vnicaulem, cognominant, ad differentiam superioris, quæ cognomento πολύκλονος appellatur. Ruellius author est tria apud nos inueniri artemisiæ genera. vnum absinthij modo fruticosum, maioribus folijs pinguibusque, subter cæsijs, super ex nigro virescentibus, crebro resectis, plusquam cubitali altitudine, flore albo, tenui, odorato, semine rotundo & racemoso, eamque à Gallis armoisiam vocari: alterum latioribus folijs tenerioribusque non fere alibi quam maritimis nascentem, & marinam cognominari: tertium simplici caule consurgere, folijs minutim scissis, colore subpallido, flore luteo, odore non ingrato, gustu amaro, & vulgo Athanasiam dici, nō consentiente tamen Matthiolo, qui hallucinatum hac in re credit Ruellium. Præter hæc haberi etiam aliud artemisiæ genus, quæ minutis & tenuibus folijs circa riuulos aggeresque, item frumentaceis agris, floribus & folijs odorem sampsuchi referentibus, vulgo diui Ioannis herba nominetur. Multi ἡ ἀρτεμισίαν dictam putant ab Artemide, quoniam priuatim medeatur fœminarum morbis, quibus Artemis, hoc est Diana, præest, menses, secundas, fœtusque trahens, & præter hæc eiusdem partis præclusionibus inflammationibusque opem ferens. Vim habet secundo in ordine calefaciendi, siccandi in primo, & tenui substantia prædita est, eoque renum calculos comminuit. Sic etiam βότρυν dictam fuisse à Cappadocibus, Dioscorides author est.

Ἀρτεμώνη. dicitur à quibusdam altera ἡ ἀνεμώνης species, quæ & Artemonia dicitur & Arsela, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀρτεμώνιον. collyrij nomen est, quo Galenus scribit Bassum sodalem suum vsum fuisse ad multa oculorum vitia. Describitur ab eo libr. 4. τῶν κατὰ τόπους.

Ἀρτηρία. arteria. De pluribus hoc nomen dicitur. vsurpatum autem primum est, vt ait Galenus, de fistula siue canna quæ ex ore in pulmones descendit, à qua ad pulsatiles venas, quæ prius atque atque aliæ omnes, venæ appellabantur, ἡ ἀρτηρίας nomen translatum est: quæ tamen vt ab illa distinguerentur, ἀρτηρίαι simpliciter, vel ἀρτηρίαι λεῖαι, id est læues, dictæ sunt; illa autem cum adiuncto ἀρτηρία τραχεῖα, hoc est, arteria aspera, propterea quod ex partibus cartilaginosis, quæ βρόγχια appellantur, duris & asperis magna ex parte constituta sit. Antiquis tamen tam Græcis quam Latinis ἡ ἀρτηρίας nomen in venis illis pulsatilibus serius receptum fuit: quippe qui longo tempore tum arterias tum venas, illi ἡ φλεβῶν, hi autem venarum nomine comprehen-

derint. Est autem ἡ ἀρτηρία, vas membraneum, teres & cauum, duplicique compactum tunica, quo vitalis spiritus & tenuissimus calidissimusque sanguis per corpus vniuersum pulsu distribuitur. Aulus Gellius lib. 8. cap. 10. ante Galeni ætatem sic definiuit: esse conceptaculum spiritus naturalis misti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Quam ob causam ἡ ἀρτηρία dici potuit, παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τηρεῖν, id est, quod aerem siue spiritum conseruet atque contineat: qui quoniam magno calore præditus est & valde subtilis, magnaque vi arteriam in qua conclusus est, impellit, geminam tunicam sortita est, quarum exterior fibris plurimis rectis & aliquot obliquis intertexta, crassitiem firmitatemque tunicæ venarum parem habet: interior vero quintuplo fere durior, firmior, crassiorque est (vnde à quibusdam χονδρώδης, quasi cartilaginis æmula nuncupatur) fibras quamplurimas, easque tantum transuersas habet, quibus sanguinem vitalemque spiritum à corde attractum in membra citissime transmittat. Nec vero sanguinis spiritusque tantum causa tam robustam arteriam natura perfecit, verum etiam quod eam assidue constringi dilatarique pulsando oporteat. Prodit ex sinistro cordis ventriculo per basim mediã, & mox egressa pericardium in ramos duos diuiditur inæquales, quorum vnus sursum, alter deorsum fertur. Qui ascendit, minor est, à quo vtrinque duo furculi magni prodeunt, quorum vnus tendit in bracchium, alter (καρωτίδα vocant) secundum iugulum cerebrum petit. Qui autem descendit, maior est. Is circa quintam thoracis vertebram reflectitur, & spinali medullæ innixus, secundum eius longitudinem descendit in crura, in duas partes perinde atque vena caua diuisus. Cæterum vterque magnæ arteriæ ramus medijs itineribus permultas emittit propagines in singulas corporis partes paribus venis fere semper coniugatas.

» Cæterum Ruffus Ephesius tradit arterias à » vetustis Græcis non modo φλέβας, id est, venas » vocatas fuisse, sed etiam ἀορτὰς & πνευματικὰς ἀγ- » γεῖα, id est, spirabilia vasa, & σηκταγγας cauer- » nas, & κενώματα inanitates & νεῦρα neruos: ar- » teriæ insuper à Græcorum nonnullis διχόωρες » dictæ quia duplici tunica constant.

Ἀρτηρίαι ἀποπληκτικαὶ, siue καρωτίδες, siue λαβυρινθικαὶ. Sunt rami duo arteriæ magnæ, qui sub clauicula diuisi iuxta asperam arteriam, vna cum vena iugulari in caput feruntur. Diuiduntur autem & hi in duas partes, vnam externam, quæ minor est, alteram vero internam; quæ maior. Hæc sparsis quamplurimis ramusculis in fauces, laryngem & linguam, cranium subit, emittens etiam propagines quasdam in nasum, oculum & crassiorem meningem. Reliqua autem eius portio in osse sphenoide, inter ἀπονεύσεις κλινοειδεῖς, retium in modum sibi incumbentium varie complicata, facit πλέγμα δικτυειδές, hoc est plexum retiformem: deinde in tenuem meningem & membranam χοροειδῆ dictam varia distributione absumitur. Sic autem à veteribus medicis eiusmodi arteriæ dictæ sunt, quod vinculo exceptæ apoplexiam, carum, & lethargum inducant.

» Cæterum nostro seculo (inquit Ruffus) non » arteriarum sed neruorum sensoriorum adiacentium hoc vitium esse compertum est, quare si nomen mutare volueris nihil peccati admiseris. «

Ἀρτηρία μεγάλη. arteria magna. Dicitur ea quæ oritur à sinistro sinu cordis. Ac quamuis omnes ab eadem origine sint, ea tamen sola magna appellatur quæ in ipso corporis trunco, inter iugulum & os sacrum continetur, sicut & magna vena. Dicitur ab Aristotele ἀόρτη. de qua suo loco.

Ἀρτηρία στεφανιαία. arteria coronalis. Dicitur arteriæ magnæ ramus, qui venæ coniunctus, quæ ob id στεφανιαία quoque appellatur, superficiem cordis coronæ modo ambit.

Ἀρτηρία τραχεῖα. arteria aspera. Hæc sola quondam dicebatur arteria, quod aerem cõtineret: postea vero ad læuium differentiam aspera dicta est, propter substantiæ inæqualitatem. Est autem velut canalis quidam magnus, quo aer in pulmonem inuehitur, qui caudicis instar secundum ceruicis longitudinem ex faucibus deorsum recta protensus frequentes ramos per pulmonem diffundit: larynge, cartilaginibus, & membranis constat. Cartilagines autem Græcam literam referunt, quæ ob id dicuntur σημοειδεῖς, à quibus arteria ipsa aspera & inæqualis euadit. Earum pars crassior foras vergit, tenuior & finis vterque intro, qua œsophagum tangit, ne cibo deglutiendo officiant. Hæ membrana, perinde atque ossa, vestiuntur, & ab ea tum per suos fines secum, tum per sua latera vicinis cartilaginibus colligantur. Tota vero arteria tunicis duabus integitur, intus quidem densa & dura, fibris vbique rectis contexta, cum tunica oris & œsophagi interiore continua, & oblito pingui humore perpetuo madida: foris vero molli & tenui, neruos recurrentes colligante. Larynx vero asperæ arteriæ principium vocatur, faucibus continuum & tribus constans cartilaginibus. de quo vide suo loco.

Ἀρτηρία φλεβώδης. arteria venosa. Est vas ex sinistro cordis ventriculo exoriens, ore rotundo & admodum patenti, quod in ipso fere ortu in duos ramos diuiditur. Eorum dexter sub basi cordis productus & in cordis inuolucrum subiens, in dextrum pulmonem multifidus spargitur, sinister vero in sinistram pulmonis partem multis propaginibus inseritur. Ambo pleni sunt aeris, quem è pulmonibus in cor transferunt. Itaque ab vsu, quem cum reliquis arterijs communem habet, arteriæ nomen inditum est: à substantia autem, quia venæ corpus & tunicam habet, venosa appellatur.

Ἀρτηριακὴ, dicitur à recentioribus medicis, vt ait Galen. τὸ τὴν ἀρτηρίας τραχείας φάρμακον, hoc est arteriæ asperæ medicamentum, non addito vel τῆς αὐτιδότε nomine, vel alio quopiam. quanquam non proprie ipsius asperæ arteriæ medela sit ἡ ἀρτηριακὴ, sed eius præsertim membranæ, quæ extremis ipsius musculis, atque adeo toti ipsi arteriæ interius obducitur. Nam quæ illi quouis modo affectæ medentur ἀρτηριακὰ communi appellatione dicuntur. Afficitur autem hæc membrana vel nimia humiditate, vel asperitate, vel exulceratione, vel inflammatione, sicut aliquando per magnas vociferationes accidit. Itaque pro affectionum diuersitate, non est dubium quin τὰ ἀρτηριακὰ multiplex genus sit & varijs medicamentis constet. Quæ tamen omnia in tres summas differentias Gal. redegit lib.

7. Τῆς πόπης. quarum prima, ipso authore, omnis acrimoniæ expers, & meatus exacte obturat, læuigans asperitates, constans fere his, tragacantha, gummi, astere Samio, amylo. Eiusdem generis est & ex alica tragoque probe decoctis sorbitio: item lac, dulciarij panes, oua sorbilia, nuces pineæ madefactæ, selama, & sapa, quæ σίραιον atque ἕψημα appellatur. Altera huic contraria est, non parum habens mordacis acrimoniæ, partem etiam sanam exasperans, cuius materia est mel, resina terebinthina, amygdalæ amaræ, brassica, porri cocti, farina erui, hormini semen, iridis radix & panacis. Media autem inter eas est lenis, & citra acrimoniam extergentis facultatis, vt quæ constat passo tiberaco, butyro, sorbitione ex amygdalis, sorbitione item lactis & mellis simul diutius incoctis, adiecto amylo, aut siligine si amylum deest. Sed de his apud Gal. lib. 7. Τῆς τόπους, & apud Aetium lib. 8. multo plura legi discique possunt.

Ἀρτηριακὸν πάθος. idem quod βεβράχος, id est raucitas, vt scribit Paulus lib. 3. cap. 28.

Ἀρτηριακός, βεβραχώδης. raucus. Est enim raucitas proprius asperæ arteriæ affectus.

Ἀρτηριοτομία. arteriæ dissectio. Est remedij genus quod arteria secta adhibetur. Id in longis oculorum defluxionibus, maximis doloribus, vt hemicranicis & veteri cephalalgia, vertiginosis, oculorum staphylomatis & procidentijs, & grauibus reliqui corporis morbis commodissime vsurpatur. Ac quum permultæ sint arteriæ in toto corpore, nullibi tamen commodius quam in capite secantur, idque duobus locis, in temporibus & post aures. Secuit & Gal. in manu inter indicem & pollicem, somnio admonitus. Nec alibi quidem sectam fuisse arteriam ad sanitatis vsum apud medicos animaduertes. Vitatur enim quantum fieri potest arteriæ sectio, præsertim si maior existat, quoniam haud temere sanguinis inde profluuium sistitur, ac vt res optime cadat, ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurysmatis periculum vix prohiberi potest. Quocirca non nisi in magnis morbis atque doloribus, & in quibus varia auxiliorum genera tentata nihil profuerunt, arteria secanda suscipitur, nec ijs quidem sine discrimine omnibus, sed quos calidus, tenuis & spirituosus sanguis excitauit. Huius autem hoc vnum & maxime euidēs signum est, quod dolor quidam pungens sentitur certo quodam in loco, tanquam in affecti loci centro fixus, qui sensim expanditur, & in partes centrum circumstantes cum tensionis sensu vndique diffunditur: sic enim commode proxima arteria inciditur, si modo parua fuerit. In manu quidem, illa quæ inter indicem pollicemque sita est, ad veteres hecinoris & diaphragmatis dolores: in temporibus autem, sistendis fluxionibus calidi & spirituosi humoris dilabentis in oculos: post aures vero, aduersus scotomiam & longos capitis dolores, quos tenuis pariter & spirituosus humor facit. Cæterum arteria aliquando phlebotomo vt vena aperitur, interdum candenti ferro aduritur, interdum tota transuersim scinditur. Sed priore quidem modo sāguinis spirituosi vacuationem tantum molimur, reliquis autem non eam solum, verum viam quoque influenti humori intercludimus, ne de cætero hac possit deferri. Cum autem dissectio arteriarum omnium communis sit, vbicunque eæ sitæ sint, eius tamen modo secandæ rationem quæ post aures est, Aetius libr. 7. & Paulus libr. 6. ex Seueri commentarijs explicarunt.

Ἀρτηριώδης φλέψ. arterialis vena. Est vas quod à dextro cordis ventriculo exoriens, sanguinem ab eo elaboratum, in pulmonem defert, in duos truncos scissum, quorum dexter in dextros pulmonis lobos, sinister in sinistros, infinitis propemodum sectionibus digeritur. Hoc quia sanguinem continens venæ munere fungitur, Venam: quoniam vero tunicam, velut arteria, valde densam habet, Arterialē siue vt alij loquuntur Arteriosam anatomici nuncuparunt.

Ἄρτιζωα. dicuntur ab Hippocr. τὰ ὀλιγοχρόνια, hoc est paruo tempore viuentia.

Ἄρτιοι. appellantur à Galeno οἱ προχόσιοι, à panis exigui figura. Sed ἐξοχὰς dicuntur ij qui viperæ carnibus cum pane mistis coctisque præparantur, quos & θηριακοὺς vocant. Viperæ carnes repurgatæ in aqua elixantur, dum prorsus coctæ sint, inditur autem statim in aquam anethum. Post coctionem spinæ à carne separantur, ipsaque caro pani sicco ad læuorem trito miscetur, qui purissimus sit, & probe coctus cum modico salis & fermenti: deinde exigui panes formantur, qui in loco calido & sicco exsiccantur, atque ita ad vsum reponuntur. Author Gal. lib. 11. de simpl. medic.

Cap. 2. horum etiam præparationem docuit Paul. lib. 7. cap. 11.

Ἀρτίσκοι σκιλλιτικοί. pastilli scyllini, qui sic parantur: Scylla luto aut crusta ex panificio & opere pistorio oblita, modice torretur, inde carnis ipsius partis duæ, cum vna erui farinæ capiuntur, simulque læuigantur & finguntur pastilli: Author Paul. lib. 7. c. 11. & Gal. 1. de antid. c. 9. & Aet. sermo. 1. tetrab. 4. c. 88.

Ἄρτιον. omni ex parte plana & æqualia, apud Hippocratem.

Ἄρτιος. apud Hippocrat. idem quod τὸ ἀπαρτί, quo etiam vocabulo Hippocrat. vsus est. Significabat autem illis temporibus idem quod perfecte, cumulate & sufficienter, vt Galen. annotauit.

Ἀρτολάγανον. panis genus delicatum, apud Athenæum libr. 3. Plinius quoque Artolaganos ellū dicit panes à delicijs appellatos, idemque Cicero dicit, dediscendæ tibi sunt Isportellæ & Artolagani tui.

Ἀρτόμελι. dicitur panis genus quod antiquitus erat in vsu, fiebatque admixto melle, siccandi vim habens: ex illo cataplasma coricinnat ad præcordiorum inflammationes Aet. tetrab. 1. serm. 3. c. 178. vbi iubet pridiani panis medullam manibus conteri, & vbi velut sim ilago dispersa fuerit, mel in olla calefieri, sicque tertium panem inspergi & coqui ad moderatam compagem, deinde oleum moderatum adijci & vnitæ imponi.

Ἄρτος. panis, aut pastillus dicitur Hippocrati, massa scilicet quædam, ex qualibet materia calida lineo inclusa, ad vterorum fomentum efficta & apposita, siue ex sale fiat, siue ex milio, arena, cupressi aut cedri ramentis, vel eorum quolibet, vt ex Celso patet lib. 2. c. 7.

Ἄρτος. Panis. Est cibus ex frumentaceis molitis, aqua maceratis coctisque apparatus. Eius plures habentur differentiæ, pro materiæ diuersitate & coctaræ modo, quibus sua nomina dedit

antiquitas. Nos ex his præcipua ex Athenæi Sympoſiacis excerpſimus, multa conſulto prætereuntes; quæ vel ex ipſo etymo protinus intelliguntur, vel rariſſime apud authores occurrunt.

Ἀγελαῖος. gregarius & cibarius Latinis dictus, cuius Cicero Tuſc. 5. meminit de Ptolemæo ſcribens. Cui quum peragranti Ægyptum comitibus non conſequutis cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius. idem etiam ἀγοραῖος, id eſt forenſis & venalitius, dicitur. Galli groſſum panem, & panem biſum appellant.

Hunc Gal. 1. de aliment. facult. reponit inter panum ὑποπρῶν, id eſt ſordidorum genera, qui ſcilicet infirmius parciuſque alimentum exhibent, Feſtus Pompeius aceroſum nominat, qui ſeruorũ olim cibus erat, ſicut è contrà teſte Iuuenale Satyr. 5. Qui tener ac niueus mollique ſiligine factus erat, ſeruabatur Domino.

Ἀγοραῖος. idem qui ſupra ἀγελαῖος: forenſem autem panem & venalitium ſignificat, qui fuit teſte Athenæo, Athenis eximius.

Ἄζυμος. panis dicitur qui ſine fermento eſt, quales Hebræi ſeptem diebus in feſto azymorum edebant, & illos de placentarum ſenſu fuiſſe bellaria, quæ Græci πίμματα vocant ſuſpicor, panes ſcilicet abſque fermento dulciarios, ex farina tritici, caſeo & melle in clibano, ſub teſtaceo cooperculo coctos, vnde Gal. lib. 1. de alimentor. facultat. Quæcumque, inquit, azymorum πίμματα in clibano coxerint, exempta ſtatim in mel calidum conijciunt, vt penitus melle imbuantur; & hæc inquit de placentarum genere ſunt: & lib. de boni & mali ſucci cibis, omne, inquit, ex tritico piſtorium ſine fermento opus, πίμμα dictum, præcipue addito caſeo, lentos craſſoſque humores generat: illud quoque τῶν πιμμάτων genus veteres rei agrariæ ſcriptores libum vocabant, cuius compoſitionis exemplar Marcus Cato ſcripſit de re ruſtica cap. 75. Nec Hebræi tantum paſcha celebraturi, ſed etiam in pagis Græcorum agricolæ ſacris operaturi, pane azymo veſcebantur, vt 1. de aliment. facultat. id fieri ſolitum innuit Gal. circa Pergamum: Panis autem Ἄζυμος ægre concoquitur, & tarde ſubit in venas, eaſque obſtruit, quanquam corpus impinguat ſi bene digeratur, quo & athletæ propterea ſaginabantur; omnes etiam panes azymos venerem torpentem excitare ſcripſit in Geoponico Didymus.

Ἀμειτὸς ἄρτος. panis, ex ſimilagine cocta cum melle, Panis mellitus & dulciarius: eſt enim ἀμᾶρα Heſychio σεμιδαλὶς ἑφθὴ σὺν μέλιτι, ſimilago cocta cum melle, vt Athen. quoque lib. 14. ἀμᾶρας dici ſcribit μελιτώματα, ſeu μελιτώματα πεπεμμένα, opus piſtorium ex melle, placentas aut panes mellitos.

Ἀνέψυκτος ἄρτος. apud Hippocr. libr. περὶ παθῶν panis dicitur, qui eſt ex tritico ſeu frumento ἀνεψιγμένῳ, id eſt, non freſo fractoque mola vel piſtillo, eique ibidem opponitur ἄρτος ὁ καθαρὸς τῆς ἀλεύρου, id eſt, qui è pura farina fit, dicitur autem pura farina quæ incerniculo ſeu cribro purgata eſt, & à furfuribus ſecreta.

Ἀνυπνειτὸς, ὁ Ἀνύπνευς. Interpretatur Celſus panem cui nihil furfuris ademptum eſt, Gal. lib. 2. de aliment. & lib. 1. cap. 2. panem ἀνύπνευστον dici tradidit quod ὅλος ἀνὺς ὁ πυρὸς, id eſt, in quo ipſum triticum totum nulla ſui parte ablata in panificum cedit, atque ex omnibus farinæ ſuæ partibus citra vllam detractionem conſtat, furfure tantum leuiter ſuccreto, ita vt inter furfuraceum & ſimilagineum medius ſit: fieri autem ſolet, vt ipſe ſcripſit, quoties triticũ generoſum non eſt: Generoſum autẽ vocatur quod ſimilaginis plus habet quam furfuris. Eundem vero etiam σύγκομιστὸν appellari ſcribit libr. 2. de diæta in acut. vt & Dioſcor. ob farinæ cum furfuribus commixtionem, quaſi qui omnia ſecum ferat, quippe cui nihil ſit ademptum: Vocat & Gal. 1. de aliment. facult. μέσον, quia tertium in alendo locum obtinet, ceu apud eundem σιλιγίτης panis primum, σεμιδαλίτης ſecundum obtinere dicitur.

Ἀχυρώδης. aceroſus, qui etiam paleas habet, vel ſolis fere paleis conſtat, quæ Græci ἄχυρα dicunt.

γυρίτης, qui ex polline factus eſt, quem infirmiſſimum eſſe Corn. Celſus ſcripto prodidit: minus enim alit, ſpiritum creat, nec ægre membratim digeritur: ſiccatus tamen opplet, atque difficilius in corpus permeat.

Δίφθος. idem forte qui & ναυπκὸς appellatur.

Δὶς πυρείτης, ſiue δὶς πυρὸς ἄρτος. panis dicitur qui bis ignem expertus eſt, & ſecundo aſſatus ac recoctus, delicatum autem panis genus eſt Athenæo lib. 3. Hippocrates lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, hunc in aqua intercute exhibet, atque inde coniectari licet pro biſcocto accipiendum eſſe, δίφθος is quoque dicitur.

Δίωλος ἄρτος. panis recens exponitur Caluo apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

Ἐγκρυφίας, ſiue ἐγκρυφίας. occultatitius ſiue ſub cineritius panis appellatur, quod ſub cineribus tectus aſſetur, omnium panum quod ad coquendi rationem attinet, deterrimus ſicciſſimuſque eſt, minimumque nutrit, vt tradit Gal. 1. de aliment. facult. c. 2. Erotianus in onomaſtico ἄρτον ἐγκρυφίαν, ab Atticis appellatum inquit eſſe panem, ex pinguibus palmulis farina & aqua confectum, nec non in calido cinere coctum, quem etiam ἔφεψιν vocatum dicit, quanquam hæc poſtrema Erotiani verba ſuſpecta habet Hieronymus Mercurialis in varijs lectionibus, cum eorum temporum ſcriptor nullus hoc nomen vſurparit; hunc ἄρτον ἐγκρυφίαν Athenæus lib. 3. ab Atticis ἀπαντοδακίδα etiam dici teſtatur, διὰ τὸ ἐπ' αὐθεμέρων γίνεσθαι, quod ſub carbonibus fiat.

Ἐξωπὸς. panis exaſſatus qui plurimum ſiccat, illo vtitur Hippocr. in dyſenteria 7. Epid. huic ἔνωμος, id eſt, crudus opponitur ab Hippocrat. lib. de veteri medicina.

Ἐσχαρίτης. craticularis ſiue in craticula coctus, is duplex erat, alius quidã vulgaris, alius Rhodius qui non ſimplex erat, panis, ſed μετόπιος ἄρτος ἢ πλακοῦντος vt eleganter Pollux ſcribit, erat enim conditus μελιτώμασιν, id eſt, mellitis rebuſque alijs dulcibus, & olim ſub finem cœnæ conuiuijs apponi ſolitus, & intingi paſſo vſque ad ebrietatem legitimam; hic & inuoluebatur, atque ita vt calebat intortus, Athenis maxime placebat: nomen autem ἐσχαρίτης ἄρτος ex eo inuenit, quod in foco nudo torreretur, non vt ἐγκρυφίας cineribus tectus, vel vt doctis quibuſdam placet, quod craticulæ coquendus imponeretur: hunc Lynceus apud Athenæum vocat διάχρηστον, inſolenti voce id eſt omnino bonum, Ga-

» leno vero deterrimus esse censetur, vt qui assan-
» do admodum inæqualiter se habeat, partibus
» externis supra modum exassatis, internis vero
» crudis. Solebat autem hic panis ita comedi, vt
» hodie estur qui in Gallijs vocatur *oublies*: panifi-
» cij genus quod à tenuitate & candore nebulas
» vocamus, ita vt illa vnum idemque fuisse iure
» existimare quis possit, cum quæ de escharite
» dicuntur, sic obelijs nostris conueniant nihil vt
» queat magis.

Ζυμίτης. fermentatus. cui modicum fermenti inditum est. Hic & *νασὸς* dicitur, quanquam *νασὸς* plerisque placentæ genus sit.

» Sed etiam *ζυμίτην* Athenæ. lib. 3. *ἀποπυείαν* ap-
» pellari tradit, & torreri super pruna, vnde & il-
» lum idem vocauit *ἐπιθερμίδα*.

» *Ἰνίτης*. furnaceus, aut in furno coctus: Sunt qui
» ex Gal. lib. 1. de alimentis c. 2. velint panes *κλι-*
» *βανίτας* Galeni, esse furnaceos nostros; *ἰνίτας* ve-
» ro eos qui in paruis coquuntur furnis; Quam
» etiam sententiam multi deinceps, nec infimi or-
» dinis authores diserte tenuerunt, verum tamen
» rem contrario modo sese habere, videlicet *ἰνίτας*
» in furnis magnis, *κλιβανίτας* sub testis, aut fur-
» nis portatilibus coctos panes fuisse, illic Galeni
» verba demonstrant, quando is panes *ἰνίτας* id-
» circo inferiores clibanitis indicat, quod illi non
» æque extrinsecus atque intrinsecus coquantur,
» vt pani nostris furnis assato euenire ob immode-
» ratum laterum feruorem quotidie obseruatur;
» hi vero non minus intimas quam extimas partes
» assatas habeant, cum parui furni blandiorem
» quemdam calorem ob eorum tenuitatem ac-
» quirãt, cuius merito panis coctura exactior per-
» ficitur; Quam & sententiam Hippocr. expressit
» scribens 2. de diæta, clibanitas panes siccissimos
» esse ob testæ, humiditatem vniuersam exugen-
» tis, calorem; *ἰνίτας* autem quos recte furnaceos
» transtulit Cornarius, plus nutrire quam veru-
» bus aut craticulis coctos, quod minus ab igne
» quàm illi vrantur.

» *Καθαρὸς*. purus, ille sic panis vocatur, qui ex
» pura farina fit, cui *συγκομιστὸς* & *αὐτόπυρος*, quibus
» nihil ademptum est opponũtur, velut & qui *ζυ-*
» *παρὸς*, *Ἀχιρώδης*, & *πίτυρώδης* nuncupatur, de
» quibus suis locis.

Κλιβανίτης, ἢ *χριβανίτης*. (quod enim *κλίβανον* Græcorum vulgus Attici *χρίβανον* appellãt. Varroni textuaceus panis vocatur, quod in textu calido coqueretur, textum autem Latini, quod Græci *κλίβανον* dixere, Artopta Varroni apud No-
» nium est: est autem *κλίβανος*, instrumentum ex
» ferro aut opere figlino aliáue materia confectũ,
» sub quo non solum panis, sed aliud quiduis co-
» qui potest, Campanam Galli vocant quod ad
» eam figuram proxime accedat; differt à furno
» tum quia mobile est, tũ quia minus, aliáque in-
» super materia constet; hac sub cocula coctum
» panem, author Moreti describit, hic duobus
» versibus,

» *Infert inde foco, (Scybale mundauerat aptum*
» *Arte locum,) testisque tegens superaggerat ignes.*
» errant autem vt supra diximus, qui clibanitem,
» panem furnaceum interpretãtur, cum hic *ἰνίτης*
» proprie vocetur, & illo deterior habeatur, quam
» vtriusq; differentiam notarunt Aetius serm. 9. c.
» 30. Plin. lib. 20. c. 9. de Scylla loquens, Athen.
» lib. 3. Columella lib. 12. c. 15. Constantinus Cæ-
» sar. lib. 1. c. 31. & Gal. lib. 1. de antidot. in pa stil-
lis Theriacis, Quare 8. meth. cum Gal. ait, ᾧ « μὲν δὴ καὶ οἱ κριβανίται τῶν ἄρτων ἄριστον ἔσθιμα, hoc « est, Quin etiam qui in clibano cocti sunt panes, « boni cibi sunt, de ijs panibus, qui sub clibano « cocti sunt intelligi debet, non de panibus in fur- « no coctis, vt perperam interpretatus est Lina- « cer. Cæterum qui sub clibano coquitur panis, « Galeno lib. 1. de aliment. facult. magis probatur « quam qui in furno; Qui enim in clibano, illi æ- « qualiter assantur, inquit, atque hic coctionis « modus olim fuisse videtur vsitatissimus in om- « nibus rebus, atque hunc Gal. præfert in multis « rebus, vt in coctione Scyllæ lib. de Theriaca ad « Pisonem c. 13. Scyllam, inquit, coques in furno « quod vocant, vel ἐν τοῖς καμινέτοις in quibus panes « assantur; quo æqualiter assetur, nam quod hîc « καμινέτου dicit nihil aliud esse credo quã κλίβανον, « inuenio tamen lib. 1. de antid. c. 8. veluti con- « trarium locum, vbi in viperinorum pastillorum « compositione, eligit panẽ coctum in furno non « in clibano, cum tamen κλιβανίτης, reliquis longe « viribus præstet, & in sanitatis vsũ præferatur, si « eius coquendi rationem spectemus; nam si bo- « no frumento constat, probum creat succum, « stomacho perplacet, ac facile concoquitur ad « distributionem promptus, quando neque ven- « trem coercet, neq; firmat, neque spiritu disten- « dit vt apud Athenæum libr. 3. narrat Diphilus, « qui & hunc καμινίτην nominat; appellatur & πυ- « ρείτης quasi cineritium dixeris, ex illius coquen- « di ratione. «

Κεράτινος. hordeaceus. fragilior est & parum nutrit.

De illo, eiusque facultatibus, & parandi mo- « do Gal. agit 1. de aliment. facult. c. 10. «

Νασὸς. idem quod *ζυμίτης* apud Athenæ. lib. 3. « id est, compactus, solidus, densus, durus, *νασὸν* « quoque vocarunt, vt notat Dalechampius, è « melle, vuis passis & aromatibus confectum. «

Ναυτικὸς. nauticus. dicitur qui vetus est & sic- « cus, fortasse biscoctus qui *δίπυρος* dicitur.

Ξηρὸς κεκαυμένος ἄρτος. Aetio & Paulo is panis di- « citur quẽ Andromachus apud Gal. 9. κ. τ. π. in « Pharmaco dysenterijs commodo, & Aptha « nuncupato, Alexandrinum appellauit, & quem « nauticum interpretatur Cornarius, siue bis coc- « tum, nautis sic nuncupatum: est enim is vehe- « menter siccus, ob duplicem videlicet coctu- « ram, cuius beneficio etiam à carie & mucore il- « læsus per multum tempus asseruatur. «

Ὀβελιαῖος, ἢ *Ὀβελίας*. panis dicitur, vel quia to- « stus & assatus in veruculis, » τοῖς ὀβελοῖς, id est, ta- « bulis ferreis, veruculorum virgulis lineatim « scalptis, vulgo *gauffres*, *oublies*; vel & referen- « te Athenæo lib. 3. ideo dicitur, quod obolo væ- « niret: Ab illo *ὀβελιόφοροι* apud eundem vocaban- « tur, qui panes illos super humeris in pompa ge- « starent. «

Ὀξυλεπὴς. acidus. cui exiguum aceti affusum est. Ventrem sistit, idque magis, quo plus habet aceti. Hunc Gal. lib. 8. meth. med. & post eum Aetius lib. 5. febre diaria laborantibus exhibent, quibus venter profluit.

Ὁμοεσσὲς ἄρτος apud Athenæum l. 3. Auth. autem « Hesych. ὁμῆρα, vel ὅμηρα dixerũt similaginẽ cum « melle & Sesamo coctã, inde & panes quosdam « ὁμοείτας vocarunt, quorum meminit idem Hes- « ych. dicitur & ἀμοιὶς ἄρτος vide supra suo « loco. «

Παστιλίτης

» Πασπαλίτης ἄρτος. dicitur apud Hippoc. panis ex farina milij subtilis, vt notauit Gal. in exegesi.

» Πιτυείτης, siue πιτυρώδης. furfuraceus dicitur, qui post excussam tenuissimam farinam ex reliquo conficitur, furfuris enim habet plurimum, & minus purioris farinæ, ideo parum alit, & ventrem excrementis multis replet, & facile etiam subsidet, & quia furfur habet nonnihil facultatis deterſoriæ, idcirco irritatis intestinis cito deijcitur, proinde & pauco fermento & leui subactione opus habet, & coctionem breuiorem postulat, contrà vero qui sunt puri, multo fermento, multa subactione, & longa coctione opus habent, vt docet Gal. 1. de aliment. facult. cap. 2. Πιτυρώδει contrarius est panis puriſſimus, quippe qui plurimum alat, & parum excrementi relinquat, & omnium tardissime deijciatur Inter vtrumque medius est αὐτόπυρος siue συγκομιστὸς, qui ex tosto tritico, nulla vel furfuris, vel farinæ adepta parte fit; πιτυείτης vero seu & πιτυείας dicitur à furfuribus, quos πίτυρα καὶ ἀφαιρέματα Græci vocant, Latini canicas & apludas, & in canum fere gratiam panis hic confici solet, inde Pacuuius canicaceum hunc à canum cibo appellauit, vt notat festus, vnde hic omnium panis sordidissimus, infirmissimusque fuit, quippe qui minimum nutriret, φαυλότατος Pollux lib. 6. c. 11. vocauit, Terentius atrum, quippe qui ex solis propemodum furfuribus constet: Tullius cibarium panem, quem & Apulei. lib. 3. βρωτὸν μᾶζαν, Plautus sordidum: inter cibarium autem & sordidum non videtur distinguere Apuleius lib. 6.

» Πεπλυμμένος, ἢ πλυτὸς. elotus, is minime omnium nutrit & obstruit, succum enim gignit minime crassum, & lentum, vt qui ex terrestri aereus sit factus, vt ex eius leuitate apparet, Gal. 1. de aliment. facult. cap. 4. Paul. Ægin. libr. 1. parum alimenti præstare ipsum inquit, sicut & amylum.

» Ῥυπαρὸς sordidus: panum ῥυπαρῶν duo genera facere videtur. Gal. 1. de aliment. facult. quorum qui minus sordidus est, excussa mollissima puriſſimaque farina fit, & Athenæo ἀγελαῖος quasi gregarius, Celso Latinisque alijs cibarius, seu ater dicitur, de quo supra in voce ἀγελαῖος: Sordidus alter à Galeno πιτυρώδης dicitur, de quo paulo ante: Sordidi vero siue ῥυπαροὶ appellantur, quod infirmius, parciusque cæteris alimentum exhibeant; Inter sordidos is & adnumerandus videtur qui olim ex polline frumenti tenuissimo, ad molæ parietem adhærescente, indeque multis cũ sordibus detersо, vt verius pulueris quam farinæ nomen mereretur, confiebat.

» Σεμιδαλίτης. Similagineus, siue qui ex similagine sola constat, quæ farina tenuis quidem est, sed siligine impurior, vt pote ex qua non omnes, sed crassiores tantum furfures excussi secretique sunt, σεμίδαλις Græcis, Latinis simila seu similago, & σεμιδαλίτης ἄρτος Latinis secundarius dictus, quippe qui in alendo secundum bonitatis gradum inter panes teneat, vt Gal. 1. de aliment. facult. & Paul. docuere: Quid σεμίδαλις vide suo loco.

» Σιλιγνίτης, Siligineus is est qui ex puriſſima & tenuissima tritici parte fit, quæque ab omnibus furfuribus exacte repurgata est, & Latinis siligo dicitur; ex illa farinæ portione confectus panis, σιλιγνίτης dicitur, Latinis siligineus seu primarius, interdum etiam vti Athenæo καθαρὸς quasi purus, eumque scribit Paul. esse προσφιλέστατον τῶν ἄρτων illi primam in alendo laudem assignans, atque ante illum Gal. 1. de aliment. facult. est enim firmissima omnium siligo, deinde simila vt tradit Celsus, & ex siligine inquit Plin. lautissimus panis pistrinarum opera laudatissima, summa enim laus panis, siliginis bonitate & cribri tenuitate: quid autem σίλιγνις siligo, vide suo loco.

Σποδίτης ἄρτος. panis subcineritius, vt refert Gal. ἐκ τῶν γλαφύρων.

Συγκομιστὸς. panis est, quem alio nomine Gal. 2. de diæta in acut. & 2. ad Glaucon. αὐτόπυρον appellari scribit, quod ex omnibus farinæ suæ partibus citra detractionem vllam constet, mediumque esse inter furfuraceum & similagineum; quod quidem si verum est, illi equidem male mihi sentire videntur, qui συγκομιστὸν panem furfuraceum interpretantur, alioque nomine πιτυείαν dici volunt; dictus est autem συγκομιστὸς quasi confusaneus, quia castratus non est, sed omnia simul tulit, furfures, vtriculos, & similam: Tertium illi bonitatis locum in alendo tribuit Gal. 1. de aliment. facult. Paulus, & Cornel. Celsus; Græcis is interdum μέσος vocatur, quasi qui medium bonitatis locum inter quinque panum genera à Galen. 1. de aliment. facult. recensita obtineat; illum Hippocr. lib. de diæta, acutor. & lib. de veteri medicina opponit τῷ καθαρῷ; vnde intelligi potest eum panem purum non esse, vt Gal. comment. 2. annotauit: Quia autem ἐν τῷ συγκομιστῷ ἄρτῳ omnes simul farinæ colliguntur, & non secernuntur, factum est vt apud Hippoc. συγκομισταὶ appellentur sordidi homines, vt scribit Gal. in lexico.

Τῦρα. panis genus apud quosdam de quo vide suo loco.

Χονδρίτης. ex alica siue zea factus. Hic stomacho grauis esse perhibetur & concoctu difficilis, vt, qui eo vtantur, non diu fruantur prospera valetudine.

Ἀρτύματα, καὶ Ἄρτυσις. condimenta sic dicuntur, & quæ liquoribus quibusdam, vt aceto & sapa, aliisque condimentis induntur aromata, siue semina odorata; huius generis sunt, quæ recenset Athenæus l. 2. ex Antiphane, vna passa, defrutum, sal, Laserpitium, caseus, thymus, sesamum, cuminum, origanum, herbæ tenellæ, acetum, oliuæ, Laser, oua, nasturtium; vide ἔμβαμμα, sæpe enim aliud pro alio vsurpatur.

Ἀρυτιναειδὴς. Est vna è tribus laryngis cartilaginibus mobilis & in angustum valde transitum desinens. Os eius superius illis vasorum osculis respondet, quibus aqua lauaturis affunditur, cuiusmodi vasa Græci ἀρυτάινας appellant. Author Gal. lib. 7. de vsu partium. vide λάρυγξ.

Ἀρχαγάθου ἔμπλαστρος. Est emplastrum λιπαρὸν, hoc est de genere lenium, quod ad authorem Archagathum refertur, capitque misy os cocti, ceris vsti, singulorum p. * IIII. ceruſſæ tostæ p. * VIII. resinæ terebinthinæ p. * X. spumæ argenti p. * VI. Author. Celsus lib. 5. c. 19.

Ἀρχαία φύσις. Hippocrati lib. de nat. pueri, & 10. γυναικ. appellatur primigenia & peculiaris cuiusque natura, sic vocata quod in corpore humano nulla sit prior, neque vetustior; hæc illa est quæ sui conseruatrix sedula, ciet omnes

» motus ordinarios, per se, suaque sponte, & sine » alterius industria.

Ἀρχέζωστις, à quibusdam dicitur ἀμπελοκύκη, id est vitis alba, authoribus Dioscoride & Plinio.

Ἀρχὴ. principium. Dicuntur, inquit Aristoteles, principia, quæ cum non sint ex alijs neque ex alterutris, ex ipsis tamen omnia fiunt. Ea omnium rerum naturalium gemina sunt, materia & forma: eaque ab elementis distingui manifestum est, quod hæc etiã principijs illis constẽt, quodque principia minime corporea sint, neque seorsim possint subsistere: elementa autem tum corporea sunt, tum per se solaque consistunt. Sed cum eiusmodi sint quæ physici considerant principia, hoc est, incorporea, omniumque simplicissima, medici paulo latius eorum nomen extendunt, principia appellantes quę materiæ formæque rationem in nobis obtinent, quamuis & hæc corporea sint, & per se consistere videantur. Sic semen & sanguinem menstruum principia corporis nostri statuunt, quod hic ceu materia quædam sit, illud autem velut opifex quidam formam partibus omnibus præstet. Ex quo apparet nec similares nec dissimilares corporis nostri partes principia recte vocari posse, quod nullæ alijs eiusdem generis subiectæ sint, ceu materia formæ, sed omnes in suo genere corpus integrum æque constituant. Quoniam autem eiusmodi de quibus ante dictum est principia & ordine & tempore præcedunt ea quorum principia sunt, factum est vt omnium rerum initia, & à quibus singulæ incipiunt, earum principia dicantur. Inde namque ad ipsos morbos translata vox est, in quibus principium dicitur pars ea morbi, quæ in singulis tempore & ordine prima est. Eius differentiam medici triplicem faciunt, sed omnem tamen à sensibili functionum læsione auspicantur. Non enim protinus atque quis aut de lassitudine aut de capitis dolore, aut de fastidio queritur, censendum est eum morbo laborare, donec corporis sui cõtinuitatem quodammodo dissolutam esse sentiat, seque in tantum opprimi, vt iam non sufficiat obeundis muneribus suis, sed in lecto decumbere cogatur. Ac primo quidem proprieque principium dicitur punctum illud temporis in quo cœpit quis ægrotare. Id indiuisibile est & momentaneum, sineque vlla latitudine: Altera significatione principium vocatur quod latitudinem habet, atque aliquo vel horarum vel etiã dierũ spacio, pro morbi breuitate vel longitudine, definitũ est. Id autem vt plurimum tertio die circumscribi solet. Verum ea circũscriptio inartificiosa est, atque ideo à vulgo potius quam à medicis principij nomen ea significatione vsurpatur. At vero tertium significatum artificiosum plane est & medicum. Habet enim latitudinem coctionis signis definitam, si ab humore morbus est, aut symptomatum intensione & acerbitate sola, si eum intemperies sine humore excitauit, aut aliquãdo vtrisque, si morbus compositus est. Itaque febris principium esse dicetur, quandiu humor in quo febris, crudus est. Cum enim coctionis signa quædam apparere incipiunt, principium desinit, & morbus augeri incipit. Huius autẽ coctionis signa in vasis quidem ex vrinis, in ventriculo autem ex deiectionibus sumenda sunt, sicut & eius quæ in respiratorijs instrumentis fit ex sputo. Sic phlegmones principium est, quando pars sanguine impletur: ophthalmiæ, cum humor copiosus, tenuis, incoctus defluit: vlceris, quandiu sanies aquosa, tenuis & incocta manat: catarrhi à cerebro per palatum & nares, cum humor multus, aquosus, tenuis, acer stillat. Similiter autem aliorum morborum qui consistunt in intemperie simplici, composita, sola, cũ humore, totius, partis, æquali aut inæquali, principia signis cuique proprijs distingui debent. Vt autem hæc totius morbi principia sunt, sic & singulæ accessiones sua habent principia, quæ non dissimili modo atque illa vniuersalia distinguere definireque oportet.

Ἀρχίατρος. medicorum principem, & quasi excellentissimum exposuerunt Galeni, aliorumque medicinæ scriptorum interpretes; sed Ἀρχίατρος proprie Imperatoris, Principisue, atque eius familiæ medicum significat, vt abunde docuit doctissimus Mercurialis in varijs lectionibus; illorum autem munus erat, principis personæ primũ, deinde aulæ omni, postremo cunctis pauperibus, arte propria Romæ operã suam præstare, quorũ Archiatrorum princeps quidã senior, prudentia & doctrina præstantior eligebatur, cuius sententia & authoritate, omnes de re medica obortæ dissensiones statim dirimebãtur, isq, Comes vocabatur, vt ex Cassiodoro ad Valẽt. patet.

Ἀρχίδιος κολλύριον. Archigenis collyrium. valet ad oculorum albugines, quas etiam vna illitione discutit. Facit & mirifice ad veterem ophthalmiam. Describitur ab Aetio libr. 7. cap. de remediis cicatricum & albuginum.

Ἀρχέγονον οὐσίαν. sic primigeniam substantiam nostram appellat Gal. comment. in aphor. 15. lib. 1. quæ completur ab his tribus, spiritu, sanguine, & seminali humiditate.

Ἀρχὸς. anus. podex. Ἕδρα. sedes. Significat & ἀρχὸς intestinum rectum (quod ἀπευθυσμένον vsitato nomine dicitur) διὰ τὸ δοκεῖν ἀρχεῖν τῶν ἐντέρων, id est, quod origo sit intestinorum, siue primum ex intestinis locum occupet, si ab infernis numerare placet. verum alij ἀρχὸν apud Galenum princeps vertunt, vt ille qui libellum de dissectione vuluæ transtulit in Latinum: quasi id inter omnia intestina maxime insigne sit. Vide ἀπευθυσμένον.

Ἀρώματα. dicuntur certarum herbarum fructus odoris & saporis admodum grati, quorum vsus est vel ad calfaciendum ventriculum (sunt enim omnia aromata calida) vel ad appetentiam excitandam, vel ad ducendos menses, vel ad pleraque alia, nisi capitis grauitatem, vt scripto prodidit Hippocrates, inducerent. Sunt autem ex his præcipua, spica nardi, amomum, calamus aromaticus, iris, ladanum, malabathri folium, styrax, bdellium, opobalsamum, carpobalsamum, xylobalsamum, cinnamomum, nux myrepsica, zinziber.

Aromata autẽ ex eo nomen inuenerunt, quod prisci his solis, antequam pecudes immolari cõsuetudo esset, in re diuina vterentur, ab ἀράομαι, quod ionũ lingua idem est quod precor: Appellantur à Latinis interdũ odores in plurali numero, sic Plinius, sicut (inquit) odoribus cõstãt, quæ διαπάσματα vocantur, interdũ etiam odoramẽta.

Ἀρωματικὸν ἀντίδοτον. Habetur apud Aetium libr. 13. ex descriptione Galli, quam scribit valere ad inueteratas oris ventriculi affectiones, & hepaticis prodesse.

Ἀρωματικὸν. nomen collyrij quod ex Demosthene Aetius describit lib. 7.

» Cap. 109. attenuat autem & discutit oculi » humores, facitque ad impura vlcera: describitur » ab eodem authore aliud, eodem lib. cap. iij. non » multũ à priore differens, ἐνταικτὸν id est instillatitium appellatum: est etiam ἀρωματικὸν κολλύριον duplex apud Gal. κατὰ τόπ. c. 7. ab illis parum diuersum: nomen insuper est malagmatis, ad hepaticos & stomachicos, quod à Gal. describitur 8. κατὰ τόπ. estque illud ibidem multiplex.

Ἀρωματίτης οἶνος. vide οἶνος, vbi insigniores vinorum » differentiæ explicantur.

Ἀρωματίτης. est gemma ex bitumine conflata in lapidis modum, quæ myrrham colore & odore refert, vnde nomen reperit, ob id etiam reginis frequentata. In Arabia traditur gigni, & in Ægypto circa Pisas.

» Sed nota scribendum esse ἀρωματίτης, vt αἱματίτης, hinc enim apud Plin. legitur aromatites.

Ἀρωτία. sic dictum est à quibusdam primum mespili genus à Dioscor. descriptum.

Ἄσαπτος. apud Hippoc. significat idẽ quod ἀπέπτων, vt interpretatur Galen. in comment. περὶ διαίτης ὀξέων. Sic ἄσηπτος.

Ἄσαι. dicuntur Hippocrati stomachi fastidia, inter» dum & nauseæ, sed vide infra ἄσατα.

Ἄσαρον. perpensa. Herba est nardi vi prædita, & ideo à plerisque nardus syluestris dicta. folijs hederæ, sed minoribus & rotundioribus, flore inter folia iuxta radicem erumpente, purpureo, bene olente, cytino hyoscyami simili, in quo semen acinosum, angulatis cauliculis, subasperis ac solutis. Radices multas habet geniculatas, tenues, obliquas, similes gramini, odoratas.

» Asarum autem, coronariam herbam appellas» se visus est Dioscor. l. 1. c. 9. sed illa Dioscoridis » verba spuria existimanda sunt, cum in vetustis » exemplaribus quibusdam, neque Aldino codice » extent, sed & tantum abest vt Asarum herba sit » coronaria, quin ex eo potius vocitatum scribit » Plin. quod in coronis non addatur; quanquam » eius Ethymi ratio mihi non satis probatur; sed » potius asarum ita appellatum videtur ἀπὸ τῆς α. » στερητικῆς καὶ σαρῶ, τοτέστι σαρώσῃ, quod scopis non » adderetur, scopis inquam seu manualibus, quas » serta floscula sue dicunt seu lustralibus, quæ es» sent olim euerrẽdis Deorum aris dicatæ, quales » ex verbena, verbasco, similibusque plantis co» mosis simul atque firmioribus colligebantur: » Asarum autem Dioscoridis sunt qui cum Bac» chari vnum & idem esse dicant, inducti ex affini» tate Gallici nominis Bacchar, pro quo nunc per » syllabarum metathesim Cabaret dicunt, sed fal» luntur ij meo iudicio magnopere, cum Dioscor. » duobus diuersis capitibus, de asaro & Bacchari, » siue πάχαρι agat, ac dissimiles tùm notas, tùm » vires, locisque diuersis vtrique adscribat: esse & » discrimen inter vtrumque testatur Pli. lib. 26. c. » 6. hoc quoque diuersa apud Dioscor. Paul. & » Oribas. descriptio per se satis indicat, Galenus » tamen, illiusque exemplo Aetius pro Bacchari » Asarum accepisse videntur, vt qui nulla Bac» charis facta mentione asaro vires acori tribue» rint, quæ quidem, Bacchari potius quam asaro si » quis diligentius aduertat, conuenire videbuntur.

Ἄσαφεῖς, ἢ Ἀσαφῶς ἔχοντες φρενιτικοί. dicuntur Hippocra» ti qui tam delirant obscure, vt vulgo, & imperi» tis artis, atque inexercitatis, non sit conspicuum delirium, multa enim loquuntur ægri quæ co- « hærent, sed gestu quodam, intuitu, alijsque signis « delirium produnt, atque re vera ex obscuro eius- « modi delirio multi in vehementem insaniam « transeunt; vel cum Hippocrate φρενιτικοὶ ἀσαφεῖς « dicuntur, qui lenta & obscura cataphora correpti delirant, perinde ac si δυσγνώστως dixisset hoc est « cognitu difficiles non plebeijs modo, sed etiam « medicorum plurimis, vt author est Gal. comm. « in prorrheticum: alij denique ἀσαφεῖς interpretantur, quibus adeo obscura vox est vt vix exau- « diantur, virtute languida, lęsis instrumentis, quæ « φωνητικὰ id est vocalia appellant, sed non inde de- « lirium portenditur, Ἀσάφεια vero hæc, siue ob- « scuritas in loquendo, fit, vel propter instrumentorum voci inseruiẽtium offensionem, quam ex « neruorum vitio contraxerunt, vel propter mentem læsam, vt docuit Gal. comment. 2. in prorrhet. part. 3. «

Ἀσαφὴς γλῶσσα. lingua obscura, vide γλῶσσα. «

Ἄσβεστος. inextinctus. vt κονία ἄσβεστος, calx inextincta ac viua. sæpe tamen substantiue dicitur, & simpliciter prolatum calcem ipsam significat. sic enim κατ' ἐξοχὴν dicitur quæ viua est, non addito τοῦ πτάνου nomine, quomodo simpliciter χρῶ τῷ πεφυσημένῳ dicimus sine addito.

Ἄσημον πνεῦμα. vide πνεῦμα. «

Ἄσηπτον. incoctum. Sic enim veteres vocare consueuerant quod postea medici ἄπεπτον dixerunt: atque in ea significatione intelligendum est quod scribitur ab Hippocrate de lienteria lib. περὶ παθῶν, τὰ σιτία διαχωρέει ἄσηπτα, ὑγρά. ἐδωδὴν οὐ κατέχει, λεπτύνεται δὲ τὸ σῶμα. hoc est, cibi excernuntur incocti, humidi: dolor non mouetur, extenuatur tamen corpus. Id autem profectum esse videtur ab opinione Empedoclis, qui concoctionem ciborum putrefactione fieri contendebat, quod alimenta in ventriculo saporis odorisque gratiam amitterent.

Ἀδηνὴς, & Ἀδηνέα. non proprium valetudinis alicuius, aut mali genus significant, sed vel per se, « vel ex valetudine relictam corporis infirmitatem, qua legitimæ naturæ operationes impediũtur, aut parũm fœliciter saltem explentur: est « enim Ἀδηνὴς Græcis, Latinis vero infirmum « quod robore suo caret. «

Ἀδηνὲς σιτίον, vel ἔδισμα. Imbecillus cibus; is autem Galeno dicitur comment. 5. in 6. Epid. part. « 21. qui parum alimenti corpori exhibet, cuius- « modi olera sunt, & plurimi arborum fructus, « quibus qui vescuntur, eos vitam habere breuem « dixit Hippocr. 6. Epid. quod ipsa nimirum celeriter à corpore euacuentur; Sic & 1. de diæta in « acut. Hippoc. ptisanam dixit ἀδηνεστάτης infirmissimam, quæ vt interpretatur Gal. paucum corpori alimentum præstat, vel nullam habet quali- « tatem vehementem, vt vel neruos, vel mentem « feriat, quomodo acetum & vinum: & commẽt. « 4. in 6. Epid. Galen. ἀδηνῆ σιτία appellat cibos, « quicumque nec odorem validum spirant, neque « gustui vehementem vllã qualitatem acoris, dul- « cedinis, salsuginis, amaritudinis, astrictionis, acri- « moniæq; repræsentant, sed mediocri dulcedine, « aut mediocri astrictione gustũ afficiũt, hos & ci- « bos, frigidos inquit esse Hippoc. 6. Epid. vt fortes « seu valentes calidos: & frigidos quidem, siue ob « suam ipsorũ temperaturã, siue ob affectus quos « in nobis creant, vt docet Gal. in commẽt. 4. hinc « & in sensum διαίτα ἀδηνὴς, imbecillis victus ra- «

» tio, & imbecillas exercitationes appellat Hipp.
» eo loci, quæ nimirum ex debilibus motionibus
» constant.

Ἄσθμα. est obstructio pulmonis frequentem & difficilem sine febre respirationem inducens, qualem hi habent qui velociter cucurrerunt. Quo quidem affectu qui laborant, quoniam suffocationis metu recto pectore & cervice spirare coguntur, ὀρθοπνικοὶ appellantur: eandemque ob causam recto fere thorace in lecto decumbunt. Minus est enim quod inspirant quam pro vsu respirationis, quamuis thorax plurimum ipsis dilatetur. Ex quo perspicuum est, intus pulmones præter naturam coarctari: id quod ægri ipsi non obscure percipiunt. Ac cum pluribus de causis coarctatio talis contingat, istæ duæ causæ videntur asthmaticos facere, scilicet humoris crassi & lenti copia infarcti in bronchia pulmonis, aut crudum aliquod tuberculum in pulmonibus genitum. Ac cum multæ sint spirandi difficultates, eam solum consueuit Hippocr. ἄσθμα appellare (vt autor est Galen. comment. aphor. 46. libr. 6.) in qua multum creber anhelitus est, cum tamen Hippocr. posteriores medici affectionem quamcunque pectoris diuturnam, simpliciter ἄσθμα nuncuparint, suoque tempore respirationem quæ in cursu & vehementi exercitatione fit, ἄσθμα vulgo vocari solitam esse scribat. Cæterum morbus hic nomen habet à symptomate: neque enim anhelatio ipsa morbus est, sed morbi symptoma. Namque fistularum & cauitatum pulmonis angustia, ipse morbus est. Similiter & τῆς ὀρθοπνοίας nomen à symptomate est.

Ἄσιος λίθος. Asius lapis. Est lapis colore pumicis vel tophi candido, venis in profundo luteis, laxus, leuis, mollis, friabilis. In eius superficie insidet quiddam simile tenuissimo pollini, qui parietibus molendinorum inhæret, quod Asiæ petræ florem appellant: qui partim albus est, partim similis pumici in luteum vergenti, linguæque admotus mordet eam leniter, & gustatum salsedine commouet. Dioscorides ἁλμυείδα, hoc est salsuginem, appellat, eamque Gal. lib. 9. simpl. medic. conijcit oriri ex rore marino, qui primum in lapide insideat, deinde à sole siccetur, vt hoc modo & lapidis & maris naturæ particeps sit. Ipsum autem lapidem quidam ex Cadmia partim constare credunt, quod carnem consumat, & corpora defunctorum, vt testatur Plinius, condita in eo absumi constet intra quadragesimum diem, exceptis dentibus. Quamobrem alio nomine à quibusdam σαρκόφαγος dictus est, quanquam Plinius sarcophagum atque Asium separare videtur. Vis est lapidi siccandi, digerendi, humentes carnes liquefaciendi, erodendi. sed tamen ad hæc omnia magis efficax flos eius est, qui cum talis sit, attamen non vehementer mordet nec adstringit, sed est partium inter omnia terrestria tenuissimarum. Dicitur Asius, vt quidam volunt, quod in Asia nascatur, & simplici σ scribitur: alij vero geminato σσ scribunt, vt ait Gal. ab Asso oppido in quo nascitur, quod Plinius Troadi, alij Mysiæ adscribunt.

Ἀσιτῆν. est cibum fastidire & inappetentem esse. significat etiam simpliciter abstinere à cibo, & vti inedia. Annotat autem Galen. τὸν ἀσίτους aliquando idem significare quod τοὺς ἀποσίτους, id est, ciborum fastidio laborantes. vide ἀπόσιτοι.

Sic & ἀσιτία, ciborum in totum abstinentiam nonnunquam significat, Nonnunquam & inediam, sic in Apostol. actis, c. 27. πολλῆς δ' ἀσιτίας ὑπαρχούσης. vide ἀποσιτία.

Ἀσκαρίδες. ascarides. Sunt tenues quidam lumbrici, vermibus assimiles, qui in parte potissimum inferiore crassi intestini gignuntur, & in extremo longanone, atque sphincteris initio consistunt, vehementem pruritum ijs in locis excitantes.

Hic autem vt & cæteris lumbricorum speciebus materiam suppeditant, cruditas & crapula, deinde eorum vsus quæ facile putrescunt, vt lactis, casei, fructuumque dulcium & fugacium: Pueri autem quã adulti ascaridibus multo sæpius afflictantur, quod illorum calor humidior sit, confertioreque halitu perfundantur, quod & sit in illis multo maior ingluuies, vnde cruditas maior, sæpe tamen etiam in adultis horum multitudine fœces conspergunturPlurimi etiam apparent in iumentis male cibum concoquentibus: id quod excrementorum fœtore deprehenditur; cæterum ἀσκαρίδες quoque animaduertêre nonnulli interdum ab ano pruritu quodam emergere, hincque in femora natesque quoquouersum serpere.

Ἀσκαρίζειν. apud Hippocr. fœtus dicitur cum primum in matris vtero moueri incipit, quem primum motum etiam ἅλμα vocauit Hippocrates.

Ἀσκαρώδεις. in Coacis Hippocrati dicuntur qui lumbricos ascarides colligunt.

Ἄσκις. sic dictum est à quibusdam helleborum album, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἀσκίτης. est abdominis ex subdito aquoso seroso-que humore distentio: hic, non vt leucophlegmatias ex sola partium nutrientium refrigeratione, nec ex sola cruditate ortum ducit, sed maxime ex soluta continuitate partium, aut vasorũ, quibus humores contineri solent, haud enim aliter tanta seri collectio præter naturam illic fieri pòssèt, vnde hallucinari ij mihi videntur qui putant per angustos, cæcosque poros serosum humorem transferri in capacitatem abdominis, hac enim ratione Ascites peræque omnes inuaderet, & distribuendis humoribus videretur natura inutiliter vias, ductusque tam multos destinasse: Ascites autem ijs fere superuenit, qui ruptâ vel exesâ viscerum vena, cruentis vomitionibus aut deiectionibus opportuni sunt; his etiam superuenit qui viscerum errore, ictero diu tentantur, & quibus lien, vel iecur, vel mesenterium veteri scirrho obduruit: fit præterea ascites ex iecoris aut lienis vulnere exiguo, quod nõ alte penetrauit, sed summam dũtaxat extimamque faciem attigit: oritur & ex vlcere, quod fere ab illorum suppurante phlegmone atque vacuata relinquitur; Ascites autem ideo vocatur quod humor inter peritonæum & intestina velut in vtre quodam colligatur, vide ὕδρωψ.

Ἀσκληπιάδου πρόσκος. pastillus Asclepiadis, commodus dysentericis. vide Aetium lib. 9.

Ἀσκληπιάδου χεὶρ. nomen est cerati podagrici, quod describitur ab Aetio lib. 12.

Ἀσκληπιάς. herba hederæ similis: vnde λίστιον & κισσόφυλλον dicta est. nascitur in montibus, radice numerosa tenui, odorata, flore graueolenti, semine securidacæ, cuius tamen nullum se periculum fecisse Gal. prodidit.

Ἀσκληπιάς. collyrium est, quod habet, papaueris lacrymæ p. * 11. sagapeni, opopanacis, singulorum

p. * III. æruginis p. * IIII. cumini p. * VIII. piperis p. **. II. Cadmiæ elotæ, ceruſſæ, ſingulorum p. ** VI. cauas cicatrices probe explet. Author Cor. Celſus, lib. 6. cap. 6.

» Collyrium aliud ἀσκληπιάδειον dictum, & ad
» Paccium authorem relatum, vtileque ad multas
» oculorum affectiones deſcribitur à Galen. 4. κ τόπ. cap. 7.

Ἀσκληπιὸν. ſpecies vna panacis, quam ſic dictam volunt, quod Æſculapius filiam Panaciam nominauerit.

Ἀσκληπιὸς τραγίσκος. paſtilli nomen, cuius deſcriptio habetur apud Aetium lib. 14.

Ἀσκληπιὸς. nomen eſt ſmegmatis aridi, cuius compoſitio deſcribitur à Paulo Ægineta lib. 7. c. 13.

Eſt & nomen collyrij quod deſcribitur à lib. 4. τ κατὰ τόπους, à quo non valde diſcrepat collyrium quod à Scribonio Largo deſcribitur, quod dicit ab alijs ἀδύνατον, ab alijs διάσμυρνον, ab alijs ἰῶδες nuncupari. Habetur & apud Marcellum medicum, ex quo forte Scribonij deſcriptio emendari poteſt.

Ἀσκληπιὸς. Æſculapius malagmatis nomen apud Gal. lib. 7. τ κ χύσ. quod valet ad dolorem ſummouendum & tenſionem.

Ἀσκὸς. apud Hippoc. figlina olla, quam & πνειατὸν (ſeu πνειατὸν κέγμον) & φακὸν nominant.

Ἀσπερμεδὶς ἡ

Ἀσπερον. hyperici genus eſt, magnitudine diſtans, fruticoſius, maiores habens ramos, ſurculoſiores, rubenteſque, folia tenuia, flores luteos, & fructum reſinoſum, hyperico non abſimilem, cuius attritu digiti fere cruentantur. qua de cauſa αἱμὲ ἐξόσιμον vocauere.

» Vt teſtatur Dioſcor. l. 3. c. 172. vbi latius ip-
» ſum deſcribit.

Ἀσπερος. dicitur à quibuſdam ἡ ἀσφακυλὶς, authore Dioſcoride.

Ἀσπάλαθος. eſt frutex lignoſus ſurculoſuſque multis ſpinis horrens, grauis, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, denſus, odoratus, guſtatu amarus, flore roſæ. Eſt & alterum genus candidum, lignoſum, ſine odore, quod deterius habetur. Illum Ruellius exiſtimat id eſſe quod officinæ vocant lignum Rhodium, quem tamen in hoc Matthiolus vehementer reprehendit.

» Hinc patet de aſpalatho authores inter ſe
» diſſentire, quod vt darius adhuc immoteſcat,
» Plin. l. 12. c. 24. aſpalathi nomine ſpinam candi-
» dam deſcribit, magnitudine arboris modicæ, flo-
» re roſæ, & non quidem lignum vti Dioſcor. ſed
» radicem ad vnguenta expeti ſcribit: idem Plinius
» à Dioſcor. diſcrepat dum ſubdit, probationem
» eius eſſe in colore ruſſo vel igneo, tactu ſpiſſo,
» & odore caſtorei, cum tamen ipſe deinceps l. 24.
» c. 13. optimam aſpalathum aſſerat, rubentem, &
» in purpuram vergentem, detracto cortice, naſ-
» cique tradat pluribus locis, ſed non vbique odo-
» ratam: diſſentit & à Dioſcor. Auicennas, dum
» aſpaſathum deſcribit arborem craſſam quæ ſpi-
» nas grandes habeat: Radicem autem nigram
» dum Hippocrat. 2. γυναικ. appellat, Galenus
» radicem aſpalathi innui & ſignificari inquit, Pla-
» to etiam & Theocritus ſpinoſam eſſe plantam
» teſtantur, ille enim lib. 10. de republ. refert tyran-
» nos aſpalathi ſpinis apud Inferos laniari: Cæte-
» rum Grammatici Græci aſpalathum vocatam
» ſuſpicantur, quod eius ſpinæ cum aliquem pupu-
gerunt vix euellantur, vt Theocriti ſcholiaſtes annotauit, Aſphalatus autē calefacit & aſtringit.

Ἀσπάραγος. dicitur quod primum in lucem prodit oleris germē, priuſquam in folia explicetur, ſiue recentiſſimus turio qui edendo eſt. quo nomine betæ, lactucæ, bliti, atriplicis, maluæ, rapi, ſinapis, chamædaphnes, braſſicę, naſturcij, bryoniæ, pyrethri, radiculæ primi cauliculorum partus comprehenduntur.

Vt ſcripſit Gal. 2. de aliment. facult. c. 58. omnes denique herbas λαχανώδεις. ſcribit τοιοῦτόν τινα πιεῖν χυμὸν οἷον ἐγκεφ. illis omnibus aſparagis Paul. Ægineta veterum authoritate & Galeni iudicio fœtus caput 75. libri primi dicauit.

Eſt etiam ἀσπάραγος peculiariter herba vulgo nota, præſertim qui altilis eſt, in fruticis modum ramos plures emittens, cacumine in torulos turbinato, caule exili in ſpinoſam ariſtam faſtigiato, folijs fœniculi, longis, numeroſis, radice rotunda, grandi, ſpongiam habente. Alius eſt atque iſto prior, ſylueſtris, πτερώδης dictus, & ἔλειος, quē Attici ὄρμβον, Latini corrudam appellant. In calore & frigore temperatus eſt: abſtergit, renum & iecoris obſtructiones aperit, vrinas mouet & venerem. Attici Ἀσπάραγον dicunt.

Meminit Theophr. & alius Aſparagi, quem in τ ἀκανθωδῶν id eſt ſpinoſorum cenſu ponit, & quidem eorum quæ ἁπλῶς οὐκ ἄκανθαι, ἀλλὰ φύλλον ἔχουσιν, ἀλλὰ πλὴν τὴν ἄκανθαν, id eſt quæ abſolute & ſimpliciter ſpinæ ſunt, neque folium habetur, aliudque nihil præter ſpinam, vt plenius apud eum videbis hiſtor. plantar. l. 1. c. 16. & l. 6. c. 1. & 3. vnde & Plin. l. 21. c. 15. in totum (inquit) ſpina eſt aſparagus, nullum enim folium habet.

Ἀσπίδιον. dictum eſt à veteribus τὸ ἄλυσσον, quod fructum ferat duplicium ſcutorum effigie. Sic etiā dici πολὺ ἀσφακυλίδα, Dioſcorides author eſt.

Ἀσπὶς. Fera eſt veneno perniciosiſſima. cuius tres differentiæ deſcribuntur, de quibus vide apud Aetium libr. 13. & Nicandri Theriaca quę nos verſibus Latinis aliquando reddidimus. Ex ijs emplaſtrum veteribus conficiebatur quod δι ἀσπίδων vocabant, diſcutiens valentiſſime ſtrumas aliaſque durities, & ad podagras vtile per dolorum remiſſiones adhibitum, cuius compoſitio ab ipſo Aetio explicatur lib. 15.

Ἀσπλήνιον ἢ Ἄσπληνον. herba eſt in parietibus ſaxiſque ſiliceis naſcens, nec caulem nec florem nec ſemen ferens, ſed folia filiculæ modo diuiſa, ſubter ſufflaua hirſutaque, ſuperne coloris herbacei. Sic dicitur quod eius folia in aceto feruefacta & per quadraginta dies pota, lienem, vt ait Dioſcorides, abſumant.

Vnde Plin. l. 27. c. 5. huius foliorum iure in aceto decocto, per dies 40. poto lienem abſumi ait: Nicolaus Myrepſus quoque eam ob rem σπληνοδάπανον nominauit, alio nomine σπληνίον dicitur, & ἡμιόνιον, & σκολοπένδριον vt teſtatur Dioſc. l. 3. c. 159. necnō & Plin. l. loco citato. Totus officinarum & herbariorum chorus ceterach appellat.

Ἄσπληνον. etiam dicitur medicamentum ad curanda lienis vitia idoneum.

Ἄσσα, vel ἄττα. Gal. interprete l. de victus rat. in acut. ἐστὶ βιβασικὸς τῶν σώματος ἀσαφῶν, καὶ διυγραίνων ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ μεταβάλλοντος ἑαυτόν, vbi videlicet corpus æſtuās, & omnia faſtidiens, ægerrime fert decubitum, & ſeipſum ſubinde trāſmutat, quomodo in Chartade 7. Ep. ἄσσα πλεῖν καὶ ἄλυσμός

» ῥιπασμὸς πολὺς, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ
» μεταῤῥίπτων ἑαυτὸν, οὐδενα χρόνον ἀτρεμίζειν δυνατὸς ὤν;
» Multa anxietas, inquietudo, & corporis iactatio,
» modo in dextram partem, modo in sinistram
» seipsum euibrans, nec vllo loco poterat quiesce-
» re: illa autem ἄσιτα siue anxietas, duplex est, alia
» critica quæ in perturbatione fit, antecedente
» repentinam motionem, iactantur enim ægri, se-
» se erigunt, delirant, & exæstuant grauius soli-
» to, imminente crisi, nulloque periculo si inde
» excretio vel abcessus consequatur: altera sym-
» ptomatica est, eaque iterum duplex, nam inter-
» dum os ventriculi à prauis mordetur humori-
» bus, & his euenire solet potissimum, quibus in
» ore ventriculi propria quædam molesti humoris
» qualitas continetur; huius proprium signum est
» nausea ἀνεμέτως sine vomitu, sunt enim authore
» Galen. perpetuo ναυπάθεις, quod in Chartade 7.
» Epidem. dixit Hippocr. ἄσιτον περὶ πᾶν καρδίαν, καὶ
» ἀστόμαχα γλῶσσαν, quæ omnes cibos repudiet, vel
» quæ perpetuo moueatur, hanc & nauseam siue
» fastidium in vxore Dromeadis notauit Hippocr.
» erat enim (inquit) ἀστομαχήσας ἀλύουσα, id est fastidio,
» & inquiete afflicta, atq; inde πυρετοὶ ἀστόμαχοι vo-
» cantur, in quibus eiusmodi nausea grauis est,
» & ea veluti satietate torquetur æger, vt venter
» disrumpi videatur, ex quo δυσφορία καὶ ῥιπασμὸς.
» Huius nauseæ symptomaticæ, & quæ ἀνεμέτως
» fit, causa interdum est intempestiue exhibitus
» cibus de qua Hippocr. 2. de diæta in acut. &
» 4. neque hæc ἄσιτα valde mala est, sicut nec ea
» quæ apparet in accessionum vigore, vomitu
» enim aut deiectione conquiescit: Sed alia quæ-
» dam symptomatica est, eaque pernitiosissima,
» de qua audiendus Hippocr. in Coacis dum in-
» quit, eas quæ cum perfrigeratione incidunt an-
» xietates esse pessimas, excitantur enim vi atque
» malignitate febris, vel ab acri malignaque ma-
» teria quæ turget æstu, feruetque circa præcor-
» dia, vel ab inflammatione insigni alicuius vis-
» ceris & erysipelate, vnde & febris ἀστόμαχος per-
» nitiosissima cum extremorum perfrigeratione,
» certissimo indicio pereuntis naturæ: vel & ex-
» citantur anxietates illæ ab infirmitate virium,
» quæ corporis onus aut vim morbi amplius fer-
» re non potest, adeo vt omnino malignus ille
» morbus putandus sit, in quo ἄσιτα ista perpetuo
» viget, id quod in Epidem. sæpius annotare licet:
» vt in Philisco, Sileno, Erasmo, Chartade, Cri-
» tone, Dromeadis vxore, atque alijs quam pluri-
» mis.

» A voce ἄσιτα deriuatum ἀστόμαχος, qua voce de-
» signat sæpe eos Hippocr. quibus læso ventriculo
» nausea est, & assidua vomendi cupiditas, ἐμετικὸς
» appellant: Sed & eos qui corpore anguntur &
» inquietudine laborant, quod vel oppressa virtute
» fit à corporis mole, vel ore ventriculi demorso à
» vitioso humore: hinc & est.

Ἀστώδης καῦμα, æstus fastidiosus apud Hippocr. in
» prorrhet. hinc &

Ἀστώδης ἔμετος, vomitus fastidiosus, qui fit ex hu-
» more tùm bilioso cùm mordenti vt docet Gal.
» comment. 1. in prorrhet. part. 17. inde & 8. κατὰ τόπ.
» dicuntur esse quædam ἀστόμαχοι διαθέσεις. denique
» & inde fit

Ἀστωδία. Inquietum esse, ἀλύειν, μεταῤῥίπτειν ἑαυτὸν, vt exponit Galenus comm. 1. εἰς τὸ προγνωστικὸν. Idem vero ἐν ταῖς γλώσσαις adnotauit ἄσιτον, significare apud Hippocratem τὸ πεφυσῆσθαι, hoc est ardere (vbi quidam codices habent πλησθῆναι, id est repleri) vt libr. 1. de morbis mulierum, καὶ τὸ ἀηδιαστικὸν καὶ ἐπαχθῶς διατίθεσθαι, hoc est fastidio & molestia affectum esse.

Similiter ijs qui præ satietate graues sunt ac «
nauseant. »

Ἀστώδης πυρετὸς. dicitur ab Hippocrate febris in
qua æger irrequietus est, & implacide molesteque habet, sicut exponit Gal. comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἀσταὸς. concauum auris, intra quod sordes cumulantur, Polluce authore. Sic dicitur etiam cancrorum quoddam genus Aristoteli & Plinio.

Ἀσταφὶς. vua passa appellatur Aetio tetrabl. 1. serm. 1. «
de quarum facultatibus ibidem vide, vide & in- «
fra in voce σταφυλὴ. »

Ἀσταφὶς ἀγρία. idem quod σταφὶς ἀγρία. de qua vide
suo loco.

Ἀστερίας. Est gemma fossilis admodum dura, dimidiati globi figura, propter quam alius scripsit eam similem esse pupillæ, alius Lunæ plenæ, alius Solis orbi: stellarum quæ radios iaciunt nigros pleniſſima, ex quo nomen videtur accepisse. quanquam Plinius sic dictam putet quod cõtraria soli regerat candicãtes radios, cum tamen id ei commune sit cum reliquis gemmis transluciclis. Transfundit autem lucem illam, inquit Plinius, cum inclinatione, velut intus ambulantem ex alio atque alio reddens, non dissimiliter ac carbunculus. Color illi candidus est, eadem lux candida, quibus quidem notis præfertur. Nam quæ cæruleo colore radiat, deterior est, vocaturque ceraunia. Nascitur in India & Carmania. Eadem ἀστριες, ἀστρίτης & ἀστρόβολος etiam appellatur.

Ἀστεακὴ. sic dictum fuit à quibusdam τὸ διακόδιον. sed perperam, meo quidem iudicio. Erroris, vt puto, fuit occasio, quod apud authores ἀστεακὴ pro ἀρτεμιακὴ legerint, quod genus est omnium eiusmodi compositionum: vt videre licet apud Galenum lib. 7. περὶ κατ' τόπους.

Ἀστεῖον ὕδωρ

Ἀστεῖσκος. dicitur authore Dioscoride ὁ ἀσὴρ ἀπίκης, de quo postea.

Ἀστὴρ. nomen est multorum medicamentorum. sic enim dicitur pastillus quidam, quem geminum reperio, vnum quidem apud Galen. lib. 7. περὶ κατὰ τόπους descriptum ex Andromacho, maximi, vt refert, in medicina vsus, præsertim ad sistendum dolorem: alterum vero apud Paulum lib. 7.

Dicitur & eo nomine stomachicum quoddam medicamentum, quod & duplex habetur apud Galen. lib. 8. περὶ κατὰ τόπους, vbi dicuntur ἀστὴρ στομαχικὸς & ἀστὴρ ἀπίκητος, descriptus & ipse ab Aetio lib. 9. capite περὶ ναυτίας.

Item collyrij nomen est quod varium inuenitur, cuius generis est ἀστὴρ Μάγνου duobus modis descriptus ab Aetio & Paulo, & ἀστὴρ ἀπίκητος, diuersus apud Gal. lib. 4. περὶ κατὰ τόπους, & apud Aetium lib. 7.

Ἀστὴρ. etiam dicitur terra Samia, vt scribit Corn. Celsus in collyrio Philetis, sed frequenter cum adiectione, vt Σάμιος ἀστὴρ apud Galen. in lib. simp. medic. vel γῆ ἀστὴρ, vt apud Paulum & Aetium in descriptione præcedentium collyriorum, à qua terra collyrijs (eam namque recipiunt) inditum nomen esse crederem si & pastilli & stomachica medicamenta eo nomine donata, quorum supra mentionem fecimus, eam

similiter admitterent. Vide σάμιος ἀσπὶς.

Ἀστὴρ, Ἀστικὸς. est herba cauliculo ligunoso, florem in cacumine habens purpureum vel luteum, & in ambitu diuisum anthemidis modo capitulum, folia quæ caulem ambiunt stellæ modo radiata, oblonga, hirsuta. Nascitur inter petras solo aspero. A stellæ similitudine, ἀστὴρ, quod autem in Athenienſi agro optima & frequens nasceretur, Ἀττικὸς cognominata est. Eadem ab vsu βουβώνιον, & à Romanis inguinalis dicitur, quoniam doloris inguinum præsentaneum remedium est. Multi credunt esse eam herbam quæ vulgo aspergula minor vocatur. Est & alius aster, vt scribit Ruellius, nunc vulgo stella dictus, folio fere vitis, seu maluæ potius erraticæ, ad radicem maiore, pluribus sed minoribus incisuris. florem fert in modum stellæ, in luteo viridem, pusillum & herbæ suæ similem. hanc ille scribit ad herniam puerorum commendari, quia adstringat, sed sibi compertum non esse quænam vèteribus fuerit.

Ἀστραγάλη. scribit Hesychius sic vocari πλὴν τὴν ἱερᾶς ῥίζαν. hoc est hieræ radicem.

Ἀστραγαλίτης. dicitur à quibusdam ἴριες, quam aliqui ἰλλυειλὼ appellant, vt habetur apud Galen. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους, vbi recenset medicamenta quæ Soranus ad alopecias conscripsit. Sic autem dicta videtur, quod radice sua referat astragalum: quemadmodum & ῥαφανίτης dicta est à similitudine raphani. Habet enim astragalus radicem raphano similem, vt propterea recte ῥαφανίτης atque ἀστραγαλίτης iris eadem esse existimetur.

Ἀστράγαλος. talus. Est officulum prope quadratum, intra infimos tibiæ & suræ processus comprehensum. Sic autem comprehenditur, vt neque videri neque tangi possit. Constat quatuor lateribus, dextro, sinistro, anteriore & posteriore, à quibus ipsum πόσθωνα quidam vocarunt, quamuis Oribasius & Ruffus partem eius superiorem ita appellent. Est autem pars ea superior in medio caua, vtrinque supercilioſa, trochleæ subsimilis, rotunda magis: inferior autem valde est inæqualis. ter namque gibbosa, bis cauata est: vtraque autem cartilagine incrustatur. Hesychius interpretatur ἀστράγαλον τὸν σφόνδυλον, καὶ τὸ ὑποκάτω τῆς σκέλους. hoc est vertebram, & partem cruri subiectam, eam scilicet qua pueri ludunt. à qua nō cubi tesseræue genus illud ludi dictum est, sed tali, quibus Ganymedem & Cupidinem Apollonius finxit in cœlo colludentes, & Polycletus pueros duos nudos, qui ἀστραγαλίζοντες appellati sunt. Est etiam ἀστράγαλος frutex paruus breuisque per terram sparsus, ramo & folio ciceris, flore purpureo paruo, radice rotunda, raphani modo prælonga, quæ adnatas alias appendices habet nigras, præduras, veluti cornua inter se implicatas, gustu adstringentes. Hunc cicerculam esse diceres nisi radix tanta subesset: proinde rura Gallica montanum vel rusticum cicer nominant: à Latinis talus, glandula & ficus terræ dicitur. non est dubium ἀστραγάλου nomen illi inditum fuisse propter radicem rotundam duramque, & obid animalium talo similem. Adstringit & siccat.

Ἀστράγαλος. frutex est paruus, folijs & ramis ciceri similis, flore purpureo paruo, radice rotunda, raphani modo grandi, quæ adnatas appendices firmas habet, nigras, præduras, veluti cornua inter se implicatas, gustu adstringentes. Sic quidem Dioscor. astragalum depinxit, multo aliter quam Plinius lib. 26. c. 8. Adstringit & non instrenue deficcat.

Sed & ἀστραγάλους Homerus vertebras appellauit vt notauit Pollux lib. 2.

Ἀστερίας. gemma quæ & ἀστερίας dicitur. de qua vide suo loco.

Ἀστροβλής, seu Ἀστρόβλητος. syderatus, sydere afflatus & perculsus. ἀπόπληκτος

Sic læsas arbores ἀστροβλητὰ δένδρα καὶ σφακελίζοντα Græci vocant, inde

Ἀστροβολισμός. syderatio, communis arborum morbus Plinio esse dicitur lib. 17. c. 24. quem Theophr. 5. de caus. plant. c. 10. fieri tradit διὰ ἀθένειαν, ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ, καὶ μὴ ἔχωσιν ἕλκειν ὑγρότητα, id est, propter infirmitatem quando terra exaruit, neque possunt arbores humorem allicere, quapropter, ait, plurima pereunt sub sydus: fit & syderatio, vt ait ibidem, ictu iniurioso & vulnere, nam ea quoque ratione nouellæ plantæ & surculi infirmiora fiunt: hoc & arborum vitium vocat ἀστροβολησίαν Theophr. lib. 5. de caus. plant. c. 11. Appellatur & σφακελισμὸς siue σφάκελος. Nam vt ibidem Theophr. inquit, ἔνιοι τὸ ἀστροβολεῖσθαι σφακελίζειν καλοῦσι: inde μεταφορικῶς ἀστροβολισμὸς de morbo quouis dicitur, quando scilicet aut corpus exarescit, fitque tabidum; aut quando quis fit velut attonitus, quod dixit Plin. li. 2. c. 41. afflari sydere, quod in coniunctione Saturni cum Venere in virgine fieri Astrologi tradunt.

Ἀσυλὶς. Planta est Hesychio vnde viscum nascitur; sed & Pythagoricis etiam dicitur lactucæ genus rotundum ac minimæ radicis & latis folijs: eam Athenæus à Pythagora εὐνοῦχον seu εὐνούχιον appellatam scribit, id est, spadoniam quod veneri refragetur, vt Plin. etiam loquitur de ea scribens lib. 19. c. 8. sed habet astylida quum tamen apud Athenæum l. 2. ἀσυπίδα legamus, & rectius, nam quo sensu ἄσυπος apud Eubulum Comicum sic illud ἀσυπὶς, nimirum dicuntur ex α priuante & σύειδα, quod est prurire coeundi desiderio, vt ἀσυπὶς sit ἡ στείρωσα τὸ σύειδα & ἄσυπις ὁ σύειν ἀδυνάτος, qui intendere priapum nequit vt Eustath. exponit, qui & apud Xenarchum ἄσυπτον οἶκον dici tradit τὸν μὴ ἔχοντα αὐδήν, seu ἄκαρπον, ἄγονον.

Ἀσύλα. herba quæ à Romanis ferus oculus dicitur, authore Plinio.

Ἀσύλληπτος. ea dicitur quæ concipere nequit, & apud Dioscor. lib. 2. c. 136. ἀσυλληψία priuatio est facultatis concipiendi quam ille ibidem à salice & salicis semine induci tradit, vnde & ἀλεσίκαρπον quasi frugiperdam Homerus appellauit.

Ἀσύμπωτον. plenum, quod non est contractum nec concidit.

Ita 2. κατὰ τόπ. dicitur πρόσωπον ἀσύμπωτον facies incontracta, miniméque arefacta, quam signum inquit esse capitis ex frigiditate dolentis, opponitur τῷ συμπεπωκότι καὶ τῷ πεπονηκότι.

Ἀσυφήμων. Genus est τῆς κηπαίας de quo vide in voce κηπαία.

Ἀσφάλτιον, siue.

Ἀσφαλτῖτις. secundum Archigenem trifolij genus est maiore folio quo vtūtur coronarij. Dioscorides tamen scripsit simpliciter sic vocatum fuisse τρίφυλλον, hoc est trifolium.

Ἀσφαλτίτις. sic à quibusdam dicitur proprio nomi-

ne postrema è lumborum vertebris.

» Ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc est à securitate vt est verisimile quia ossi firmissimo incumbat.

Ἄσφαλτος. bitumen. Est pinguis & oleosus succus plurima aerea & ignea substantia temperatus, leuis & flammam promptissime concipiens. Duûm generum est, vnum liquidum, alterum fossile. Liquidum ceu spuma quædam est aquis innatans, præsertim in mari mortuo, in quo optimum colligitur, cuius probatio est, vt purpuræ modo splendeat, sitque ponderosum ac validum odorem vibret. Id molle quidem est dum innatat, postea vero resiccatum pice sicca durius euadit. Innatat vero & fontibus quibusdam tam crassum, vt limus possit videri. & sæpe quidem in ipso vase diu asseruatum, per se inspissatur, vel coquitur in cacabis æneis aut ferreis. quod cùm fit, solet quidem accendi, sed lineo panno aquis madido restinguitur. Fossile vero siccum è terra eruitur, lapidum aut carbonũ modo nigrum, splendensque picis instar. Sunt autem bituminum variæ admodum differentiæ, & multa earum nomina, quod varium multis in regionibus proueniat. Hinc etiam factum est, vt de eo plurimi diuersa scripserint. Nam liquidum quidem alij ἔλαιον, quia olei simile vt propter pinguitudinem: alij quod effluat è saxis, πετρέλαιον appellarunt. alij, vt in Babylone, νάφθαν, alij κάουσσαν, vt quibusdam placet. alij πισάσφαλτον. fossile vero alij γαγάτην, alij πισσοδράκιον ἢ δράκιον λίθον, alij αὐθράκα ὀρυκτὸν, id est fossilem carbonem, alij ἀμπελίτιδα λίθον siue φαρμακίτιδα, alij vero ἤλεκτρον, id est succinum. de quibus vide suis locis. Cæterum omne bitumen in tertio ordine calidum & siccum est, atque tenuissimum: ideoque ignem facillime concipit, nec facile restinguitur: præterea vero in medicina discutiendi, glutinandi & emolliendi vires habet. Estque ceratis atque malagmatibus conficiendis aptissimum, & emplastris, quæ tum Barbara, tum ἔναιμα siue cruenta appellantur.

Ἀσφάραγος. apud Atticos dicitur ὁ ἀπάραγος, de quo vide suo loco. significat etiam φάρυγγα ἢ ὄρεγμον, id est guttur faucesque, vt scriptum est apud Hesychium.

Ἀσφόδελος. hastula regia. herba est foliis porro similibus, scapo læui florem gerente cacuminibus: αὐθερικον vocant. radices longæ, rotundæ, glandibus similes, gustu acri. Eius præcipue radix est extergentis & digerentis facultatis, præsertim vero vstæ cinis, proindeque alopecias sanat. Officinæ aphrodilum vocant.

Ἀσφυξία. Est priuatio siue defectio pulsus in toto animali. Cum enim nulla vsquam arteria videtur moueri, atque hoc per totum animal accidit, proprie ἀσφυξία dicitur. neque enim vni parti competit. Quæ tamen, si rem ad veritatem exigas, in corpus viuum nunquam incidit, in quo vna cum arterijs cor nunquam moueri desinit, verum sæpe tam exilis est, à contrarijs naturæ causis, aut tam occultus, propter multa corpora arterijs obiecta, vt deprehendi omnino non possit, sicut in mulieribus hystericis. Quod si in quibusdam arteriæ moueri videantur, in alijs vero immobiles sint, iam non ἀσφυξία erit, sed differentiæ species in longitudine pulsus, vt annotauit Galen. lib. 1. de præsag. ex pulsibus.

Ἀσφυξίαν Cæl. Aurelian. lib. 4. τ. χρον. c. 3. pulsus » paruitatem vel amputationem vocauit.

Ἄσφυκτος. qui sine pulsu est. «

Ἀσῶδης vide in voce ἄσση. «

Ἀσώδης γλῶσσα vide γλῶσσα. «

Ἄτακτος. nomen est compositi medicamenti ad podagram vtilis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 11.

Appellatio autem huic medicamento impo- «
sita esse ex eo videtur, quod extra omnem aleam «
posita in nullum ordinem redigi se patiatur, «
illius ad instar qui de se dixit συγκατασώτακτός «
εἰμι. «

Ἄτακτος σφυγμός. inordinatus pulsus. Est pulsus inæqualis in pluribus pulsationibus magnitudine, velocitate, frequentia, vehementia, aut aliter imparibus, nullam prorsus circuitus formam retinens. Huic contrarius est ordinatus: qui, quoniam omnes inæquales sunt, in eo differunt, quod hic paritatem certis circuitibus tueatur, ille confusus vndequaque sit. Sed cum ordinatus & absolute & secundum quid dicatur, inordinatus tamen ex toto seu absolute tantum dicitur, vt qui nullum prorsus circuituum ordinem conseruet, sed præter paritatis corruptionem, ordinem quoque periodorum similiter inæqualium corrumpit. Ab ijsdem causis inducitur à quibus & inæqualitas, sed semper firma fixaque est ordinatis, instabilis autem & non fixa inordinatis. Itaque cum & ordo & æqualitas admodum amica sint naturæ, patet magnam esse in inordinato pulsu naturæ offensam, quod in eo ambo sint deprauata: in ordinato vero qui inæqualis est, alterum.

Ἄτταλυμος. prunus arbor. Huius meminit Nicander inter cerussæ alexipharmaca. quẽ locum, vt reliqua omnia, Dioscorides prosa oratione reddens, videtur prunum transtulisse.

Ἀτάραχον. nomen Collyrij est quod describitur à « Gal. 4. κατὰ τόπ. c. 7. «

Ἀτενὲς. θρασύ. audax apud Hippocrat. sicut interpretatur Gal. comment. εἰς τὸ περὶ ἑβδομάδων. «

Ἀτενὲς ὀφθαλμὸς, ἡ ἀτενίσας ὀπλάμπων, vide in voce « ὀφθαλμος. «

Ἄτεραμνα dicuntur apud Hippocr. dura & quæ magna cũ difficultate coquuntur, quæ vox de leguminibus seu cerealibus seminibus proprie dici « consueuit, vt Gal. notauit lib. de succorum vitio & bonitate cap. 5. & Theoph. 8. de histor. « plantar. his verbis τὸ μὲν πέραμον καὶ ἄπεραμον λέγεται « ἐπὶ ὄσπρίων μόνον: Aristoteles ὕδωρ ἄπεραμον pro « cruda aqua dixit 4. de gener. animal. his verbis « ἀπέραμα ὕδατα καὶ ψυχρὰ, τὰ μὲν ἀτεκνίαν ποιεῖ, τὰ « δὲ στειρωσίαν, id est, aqua cruda & frigida partim « sterilitatem, partim fœmellarum procreatio- « nem efficit: & lib. de aere aq. & loc. apud Hip- « pocratem, ἀπέραντα ὕδατα vocantur, quæ duo- « bus modis tales intelligi & dici possunt. Sunt » enim indomitæ & crudæ aquæ, vel ratione ex- « ternæ actionis tùm solis tùm agitationis, dicun- « tur enim ab eodem Hippocr. aquæ coctæ in qui- « bus Sol actioni radiorum suorum partes separa- » uit terrestres à subtilibus, crudæ contrà quæ ab « ijsdem radijs non fuerunt segregatæ; indomitæ « quoque ἀπέραντα dicuntur illæ quæ difficulter « possunt à calore ventriculi euinci propter ea- « rum crassitiem, frigiditatem terreasque multas « partes admixtas: insuper ἀπέραντος κοιλία, ab Hip- « pocrate ibidem vsurpatur de ventre crudo & « duro qualem septentrionalium esse ait: est au- « tem τῷ ἀπεράντῳ contrariũ πέραντον vt ex Theoph. «

» loco laudato patet, quare magno certe errore
» Plin. lib. 18. c. 17. Teramnum & Atheramnum
» herbarum esse nomina putauit quod iam olim
» Leoniceus animaduertit, atque apud eum Te-
» ramona & Ateramona, legumina, faba & Lens
» intelligenda sunt, quæ Theoph. c. 13. & 14. lib.
» 4. de caus. plant. coquibilia & coctu difficilia
» esse dicit.

Ἀτλαίτιον ἢ

Ἄτλας. est vltima colli vertebra, dorso scilicet proxima. Sic dicta est tum quod reliquos colli articulos sustineat, tum quod ferendis oneribus potissimum laboret. Sunt tamen qui commutato ordine primam vertebram sic vocari putent.

Ἄτοκον. medicamentum quod sterilitatem affert, & concipiendi facultatem adimit.

» Apud Hippocr. 1. γυναικ. Hermolaus passim
» apud Dioscor. ἀτόκιον abortiuum exponit, me-
» lius vero Marcellus Virgil. sterilitatem indu-
» cens.

Ἄτοκος. Hippocr. dicitur lib. 6. Epid. mulier non
» ea quæ vt concipiat minus apta est, sed vidua
» quæ vti rebus venereis nolit, atque ita se factu-
» rã constituerit vt interpretatur Galen. in com-
» ment. Ἄτοκος etiam sterilem significat, & Iuris-
» consulto ἄτοκα χρήματα steriles nummi, id est,
» ociosa pecunia vocatur.

Ἄτιμον. sic dictum fuisse à quibusdam helleborum album habetur apud Dioscor. vbi tamen ἔκτιμον legendum arbitror, quod Hippocr. non alio fere nomine appellarit helleborum ipsum, præcipueque nigrum.

Ἀτονίαι ὀφθαλμῶν. oculorum debilitas, quando illi
» scilicet neque album, neque splendidum, neque
» igneum videre sustinent, sed ex quauis occasio-
» ne visum continent & lachrymantur præsertim
» inter legendum; differunt autem hi ἀπὸ τῶν ῥευμα-
» τικῶν à fluentibus, propter caruncularum naturalis
» circa magnum angulum decrementum, fluen-
» tes enim hoc modo, etiam citra aliquam exter-
» nam causam lachrimantur, hi vero occasione
» aliqua oblata; Aetius tetrab. lib. 2. sermon. 3.
» cap. 44.

Ἄτονον. infirmum, imbecillum. Scribonius Largus in descriptione hieræ scribit ἄτονον dici vitium stomachi, quod cum siccitate & ardore eius, & irrequiebili inextinguibilique siti consistit, Sic autem vocari ait, quod exsiccet omnem stomachi humorem.

Ἄτος. dicitur à nonnullis τὸ βούνιον, vt habetur apud Dioscor.

Ἀτρακτος. significat apud Hippocr. non modo fusum, sed lignum etiam sagittæ.

Ἀτρακτυλὶς. herba est spinosa, duûm generum. vna est cnico similis, à plærisque ἀγρεία κνίκος dicta, vt author est Hesych. atque ab officinis etiam syluestris cartamus dicitur. Altera hirsuta est, & carduus benedictus ab officinis omnibus & vulgo nominatur. Dicta est hoc nomine, quoniam eius scapo longo læuique rusticæ mulieres sibi fusos conficiunt. Facultatem habet desiccandi & modice digerendi.

» Apud Dioscor. autem & Theocrit. idyll. 4.
» cum gemino λλ scribitur Ἀτταλυλλὶς.

Ἀτράφαξις. atriplex. herba est quæ radice vna cohæret in altum descendente, non glabra, sed fibris quibusdam capillata, caulem fundens ramis brachiatum, quibus foliatum semen & obductum cortice promitur, racematim congestum, colore in luteum elanguescente & auri æmulo, ex quo alio nomine χρυσολάχανον, id est aureum olus, appellati Dioscor. scripsit, etiamsi Plinius seorsum de vtroque disseruit, tanquam χρυσολάχανον prorsus ab atriplice dissideat. Hoc olus ordine primo frigidum, & secundo humidum esse Gal. testatur, tepentem itaque sortiri calorem & aqueum minimeque terrenum perinde vt maluæ, & ventrem similiter permeare ob lubricitatem. Est autem atriplex duûm generum, vna hortensis, altera syluestris: illa humidior frigidiorque, hæc sponte nascens, & ab hortensi non nisi natalibus differens. Certum est nec eandem esse atriplicem cum spinachijs nostris, nec tamen multum ab ijs dissidere.

Ἀτράφαξιν. autem Hippocr. Ἀδράφαξιν appellat, « Hesych. ἀδράφοζιν, quia ἁδρὰν αὔξει, id est, sta- «
tim in amplitudinem adolescit, Siquidem octa- «
ua die à satu prosilit confestimque incremento «
proficere conspicitur: & fidem celeris augmen- «
ti facit, ereptum in confinio cæteris herbis ali- «
mentum, ac ne in hortis quidem iuxta eum nas- «
ci quidquã tradunt, nisi languidum, Atticis ta- «
men δ litteram in τ mutare frequenter amanti- «
bus ἀτράφαξις dicitur. «

Ἄτρητοι. dicuntur tam viri quam mulieres quibus anus aut genitalia perforata non sunt, siue id ex natura sit, siue ex morbo acciderit, carne vel membrana supercrescente & meatum obstruente.

Ἄτρητος. clausas Auicenna vocat, est & quando « μύων appellant Græci. «

Ἀτροφία. est tabis species, inquit Celsus, in qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus summa macies oritur: vel, est nutritionis defectus ex quo corpus emaciatur. Symptoma est functionis naturalis, alimentum male trahentis, vel retinentis, vel concoquentis, vel superflua male expellentis: vnde sequitur nutritio debilis, & à perfecta assimilatione deficiens. Ea autem accidit aliquando corpori vniuerso, interdum vero vni tantum particulæ. Itaque quicquid nutrimentum non sentit, necesse est vel vnius facultatis vitio id patiatur, vel plurium. Nam siue minus quam par sit trahatur alimentum, siue non trahatur prorsus, siue perperam trahatur, atrophia succedit: similiter si retentrix facultas male contineat alimentum, quantumuis probe attractum, atrophiam inducet. Quod si facultatibus ijs legitime suo munere functis, vis concoctrix τῇ ἀπεψίᾳ laboret, quacunque id ex causa fiat, corpus similiter ali desinet, fietque atrophia, vel saltem ἀ κακοχυμίᾳ, atque inde κακοχυμίᾳ, alimento corrupto versoque in alienam qualitatem. Postremo vero expultrix male munere suo fungens accersit atrophiã, aliquando parcius quam deceat expellens superflua, alias autem immoderatius. Si namque parcius excrementa propellantur, mox corpus totum vel pars aliqua excrementis varijs redundabit, à quibus vasorum obstructiones factæ non alimentis modo & calori natiuo influenti à corde viam præcludent, vt fit in ischiade, sed naturali etiam partium temperie vitiata, calidam & siccam intemperiem inducent, ex qua alimentum prodire necesse est bilioſum, acre, tenue, non facile parti adhærescens quæ nutriri debet, & mox per cutem euanescens. Quod si

immoderatius expultrix facultas agat, idque vel propter vim retentricem grauatam, vel propter excrementorum copiam aut acrimoniam, vel propter propriam sui ipsius imbecillitatem, per quam id etiam quod vtile est profundit per aluum, vrinas, sudores, aut alio quouis modo, tandem alimenti probi materiæque defectu corpus cibum non sentiet & ἄτροφον euadet, sicut Galeno visum est in libr. de caus. sympt. vbi à morbis inductam maciem τὴν ἀτροφίας nomine comprehendit. Sed magnis quidem & acutis morbis velociter, mitioribus autem & diuturnis sensim succedit. Quæ autem causæ atrophiam in toto corpore, eædem in singulis partibus eam inuehere possunt, sed maxime in oculo. vnde ἀτροφία dicitur affectus oculi, quo totus oculus minor, humilior, obscuriorque redditur. Talis autem maxime euadit ex vehementi capitis dolore, & per febres acutas, ad hæc incisione & perforatione caluariæ, sed maxime ex ipsius oculi siccitate. Differt autem eius ἀτροφία ab eiusdem φθίσει, quod hæc pupillam solam angustiorem, obscuriorem & rugosiorem efficiat, illa vero oculum vniuersum.

Ἄτροφον. vocatur non modo quod nullius nutri-
» menti est, sed & quod exigui, sic enim & corpo-
» ra ἄτροφα dicimus, non quod penitus non nu-
» triantur (quomodo enim viuerent) sed quia vix
» & non plene ac recte nutriuntur.

Ἄτροφοι. dicuntur, vt ait Plinius lib. 22. cap. 25. qui cibum non sentiunt, id est qui non aluntur. Idem vero lib. 28. cap. 9. ἀτρόφους interpretatur eos qui ab imbecillitate vires recolligunt. Sic enim de lacte scribit. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos ἀτρόφους vocant.

Ἄπλαστος. nomen est emplastri quod habet Squamæ æris p. * vi. fuliginis p. * x v. ammoniaci tantundem, resinæ terebinthinæ liquidæ p. * x x v. seui taurini tantundem, aceti heminas tres, olei sextarium. Recensetur & Gal. lib. 1. τῶν κατὰ γένη aliud Attalicum emplastrum, quod thus & piper continet, ab hoc diuersum.

Ἀπαλικὸν. nomen est antidoti ad stomachicos & cibum fastidientes, cholericos, cœliacos & dysentericos vtilis: cuius compositio habetur apud Galenum lib. septimo τῶν κατὰ τόπους.

Ἄπται. dicuntur qui non satis expedito linguæ plo-
» tro vtuntur, quasi non satis verba exprimentes
» conformantesque: Item qui decenti iustaque
» membrorum forma destituti, quasi monstrosi
» sunt.

Ἄπυος dicitur authore Galeno in stirpibus, quod in animalibus γνῆσος. fit enim vtrumque ab immodica siccitate.

Ἀπυρία. morbus quidam desiccans sic ab Hippocrate nuncupatus. quidam legunt ἀνα-λῦσ.

Ἀπύρης. gemma quæ & Callais siue Calais alio nomine dicitur.

Ἄυδη. non omne quod κατὰ περαίρεσιν per os animan-
» tis emittitur veteres sic vocauerunt, verum so-
» lam hominis vocem qua inter nos colloqui-
» mur, Sermonem Latini appellant hinc αὐανδᾶν
» apud Hippocr. ὁ διαλέγεσθαι δυνάμενος.

Αὐξημασιν φαρμακον. dicitur medicamentum quod eadem die, qua adhibitum est, medetur aut iuuat. Eius generis duo habentur apud Galenum libro 9. τῶν κατὰ τόπους ad lienis affectus. Et ab Aetio lib. 10. describitur φαινόμενος quidam Asclepiadis αὐξήμασις ad splenem scirrhosum.

Αὐξημασιν φαρμακον. eadem ratione qua & αὐξήμασιν dictum. quod scilicet eadem hora medeatur.

Αὐλίτικος. apud Cæl. Aurelian. acutor. lib. 3. fistu-
» lam significat, quæ in vesicam immittitur, Ca-
» theterem vocat 1. de morbis.

Αὐλὸν. fistulam significat, sed pro vterorum fora-
» mine & sinu pudoris sumitur apud Hippocra-
» tem.

Αὐξη. siue

Αὔξησις. auctio. augmentum, incrementum. Est partium corporis solidarum ampliatio in longum, latum, & profundum. Est actio seu opus naturæ, ab eius facultate auctrice profectum, quam nulla ars imitari potest, quod sit solius naturæ proprium munus. Eius autem materia qua eiusmodi incrementum perficit, humidum est primigenium quod & radicale appellant, singulis corporibus ab ipsis naturæ primordijs insitum. ex quo vt vnumquodque primum existit, ita postea augetur. quod quia non aliter quam calor natiuus, pabulo indiget quo conseruetur, ideo corporis incrementum sine alimento magnum esse nequit. Breui namque humidum illud naturale exaresceret necesse est, nisi subinde humore aduentitio instauretur: Est igitur ijs quæ augentur necessaria nutritio, quod nihil tam sit illi aduersum quam siccitas, sicut è contrario alijs naturæ functionibus obeundis nihil magis est contrarium humiditate. Siquidem ad incrementum cuiusque corporis necesse est idipsum distendi in tres dimensiones, continuitate sua seruata minimeque diuulsa. Ergo quod augetur, humidum sit oportet, non siccum, quoniam sicca corpora minime sequacia sint, nec facile extendi possint. Solius autem naturæ opus est corpus, quod continuitatem suam & speciem quam prius habuit vniuersam seruet, in omnem partem extendere. Itaque si humidorũ corporũ auctio est, patet eam non esse in animãtium corporibus perpetuam, sed tamdiu fieri, quandiu corpora humida fuerint, hoc est, ab eo tempore quo animal editum in lucem est, vsque ad ætatis vigorem. Eo namque toto tempore auctrix virtus dominatur, habetque auxiliatrices & veluti ministras alteratricem atque nutricem. Inclinante autem ætate, quoque propius ad senectutem corpus accedit, cessat ab opere, propter partium solidarum siccitatem. Siquidem primum intra vterum alteratrix & formatrix facultas componendo fingendoque fœtui præcellunt, & primas partes sustinent, postea vero vbi perfectam magnitudinem corpus adeptum est, alteratrici atque nutrici inseruiunt. Est enim formatricis, seu generatricis facultatis opus cõgruam speciem formamque fingere & perficere, auctricis vero in omnem partem proferre quæ perfectam formam habent genitaque sunt. Quippe augetur id quod est, gignitur id quod non est. Sunt autem solidæ corporis partes quæ augentur, arteriæ, venæ, nerui, ossa, cartilagines, membranæ, ligamenta, tunicæ, & si quæ præterea eiusmodi sunt particulæ elementares, similares, & simplices dictæ, non etiam caro, adeps aut humor. quæ quamuis supra modum increuerint, vt in athletico habitu cernere est, veram tamen auctionem non admittunt, de qua in præsentiarum agimus.

Est & αὐξήσεως tempus morbi medium inter eius principium & statum, quo morbus ipse in-

graueſcit, quod alijs nominibus αὐάδεσι & ἐπίδεσι appellatur. Id non eſt facile in vniuerſum definire: ſiquidem ſinguli morbi ſuum habent, ijque cæteris manifeſtius, quos humor excitauit. Nam in eo quem crudus & putris humor parit, veluti in febre putrida, obſcura eiuſdem concoctio vt principio finem adfert, ita augmenti initium eſt: eadem vero vbi manifeſta eſſe cœperit, augmenti finis eſt, & ſtatus initium. Similiter in phlegmone quando ſanguinis influxus ceſſat, & ſanguis putrere incipit, & calor accendi, & pars multum diſtendi, augmentum phlegmones eſt, donec pus manifeſto appareat. Sic in omni diſtillatione, quando humor minor & craſſior influere incipit, augmenti initium eſt. Itaque in crudis morbis totum id tempus quo ab obſcura concoctione ad manifeſtā morbus progreditur, augmentum dicitur. Hoc enim tempore ſymptomata ingraueſcunt, & acceſſiones, quas fere omnes eiuſmodi morbi habent, non modo anticipant, ſed longiores etiam & vehementiores & maligniores euadūt. Neque enim, vt ſcribit Galen. ſola anticipatio augmenti ſignum eſt, vt quæ ob morbi proprietatem ſæpe contingat, ſed pluſquam proportio exigit anticipare. adiuncta ſimul longitudine & vehementia. vide κμεῖς.

Ἄυον. definitur Polluci ἀπόφυσις ἐπὶ τὸν ἔκφυσιν τῆς στόμαχος καὶ τὸ αὐὸ ἡ φάρυγος μέρος κνησμώδης περὶ ῥαγλῶσι. abceſſus ad ventriculi exortum iuxta ſuperiorem pharyngis partem, iſque pruriginoſus antequam rumpatur.

Αὐστηρὸν. auſterum. Id dicitur quod modice adſtringit. Sola enim adſtringendi imbecillitate differunt auſtera ab acerbis, quæ στυφνὰ appellantur. Cum enim adſtringēs commune genus ſit acerbi & auſteri, acerbum magis, auſterum minus adſtringit. Itaque pro adſtrictionis ratione licet & de ſingulorum ſubſtantia iudicare: cum enim adſtringens facultate frigidum ſit & terrenum, perſpicuum eſt auſtera, quoniam minus adſtringunt, minus etiam terrena frigidaque eſſe. Plus enim aquei humoris habent quam acerba: ex quo plerique definierunt auſterum nihil aliud eſſe quam acerbum humore exolutum. id quod etiam ſenſu licet iudicare. Acerba enim ſentiuntur ſtipare, contrahere, & contactam noſtri partem ex omni parte atque æqualiter introrſum pellere, nec tamen ipſa intro ferri, & ſe in corpus noſtrum inſinuare: auſtera vero etiam in profundum ſubire videntur, atque ideo aſperum quendam & inæqualem mouere ſenſum, tanquam reſiccantia & humorem omnem corporum ſenſibilium depaſcentia. Sunt autem in auſterorum genere, alumen, malicorium, cytini, galla, præſertim quæ matura eſt (ſiquidem immatura magis acerba quam auſtera eſt) præterea fructus plurimi, quorum alij natura tales ſunt, vt malum, pyrum, punicum: alij vero propterea quod nondum maturi ſunt. In illis enim per initia acerbitas præpollet, deinde auſteritas, poſtea dulcedo ſentitur.

Αὐστηρὸς οἶνος. vide in voce οἶνος vbi inſigniores vinorum differentiæ explicantur.

Αὐτίκα. dicitur apud Hippocratem, vinum huius anni, quaſi ἀυτοετίκα, ſicut & idem οἶνον περυσίον appellat, quaſi ἐφετινόν, hoc eſt ἐφετινιαῖον.

Scribe περυσινὸν ab aduerbio πέρυσι quo tamen ſignificatur anno ſuperiore proximo.

Vide & in voce οἶνος vbi ordine Alphabetico inſigniores vinorum differentiæ explicantur.

Αὐτίκα. hæc vox ſignificat Hippocrati idem quod ſtatim & trium dierum ſpatium, hoc eſt primam morbi acceſſionem, vt Aphor. 6. ſect. 1. hic verbis, quando morbus peracutus fuerit αὐτίκα ſtatim extremos habet labores, & Aphor. 11. eiuſdem ſect. qui ſic habet, Si laterali morbo incipiente ſputum αὐτίκα, id eſt, ſtatim appareat, illic αὐτίκα idem quod ſpacium trium dierum ſignificat vt docet Gal. lib. 1. de criſib. c. 7. quo in loco ex Hippocratis ſententia dicit αὐτίκα idē ſignificare quod ἀμέλει, id eſt, ſine mora, quam primùm, ſicut & dum inquit, Signa decretoria non appareant αὐτίκα, id eſt, in morbi principio.

Sed & αὐτίκα ſæpe Galen. de quatuor primis diebus interpretatur præſertim, vbi de ſputorum coctione & cruditate agit in pleuritide.

Αὐτόῤῥεμον, αὐτοκίνητον. id eſt, quod per ſe mouetur, apud Hippocr. lib. περὶ ἑβδομάδων.

Αὐτόματον. ſpontaneum: definit αὐτόματα Gal. ἃ μὴ γίνεται ἐκ τινὸς αἰτίας, Ἀλλὰ τινὲς τῶν ἡμῶν αἰτίας, quæ non quidem ſine cauſa fiunt, ſed quod cauſa noſtra non ſit; Aliter quoque αὐτὸ φανερῆς αἰτίας, τὸ τῶν μικρῶν αἰτίας ἀπὸ τοῦ παντὸς γινομένης, ἀλλὰ παρεγγύς φύσεως, id eſt, quod ſine euidente cauſa fit, hoc eſt nulla medici ſubminiſtrata ope, ſed naturæ prouidentia. Aphor. 78. ſect. 4. vbi de mictione ſanguinis agit παντομάτως, non modo id ſignificat quod ſine cauſa externa fit, ſed & id quod ἐξαίφνης, id eſt, repente vt docuit Galen. in commentario. Apud Ariſtotelem Αὐτόματον id quoque ſignificat quod in vanum fit, nimirum nullo propoſito fine mouente, quemadmodum quæ à caſu fiunt, ex αὐτὸ & μάτην, id eſt, ipſum ac vanum & fruſtra: Ei autem quod ἀπὸ παντομάτου dicitur, opponitur id quod κατὰ λογισμὸν εἶπον, id eſt, cauſa cum ratione dicitur: opponitur & id quod κατὰ προαίρεσιν fit. Cor enim & cerebrum ſponte moueri dicimus, oculos vero & artus κατὰ προαίρεσιν, quia arbitrio noſtro quieſcunt & mouentur: Sed & περιοχὴν τε κοιλίης ἀπὸ παντομάτου γινομένην, perturbationem ventris ſpontaneam, opponit Hippocr. ei quæ à medicamento fit & excitatur: & αὐτόματα κινεῖσθαι ἐκ τοῦ σώματος, ſponte è corpore euacuari dicimus, quæcumque ſine aliqua medici opera excernuntur, Nonnunquam ea quæ corpus noſtrum regit potentia ſic ipſa expurgante, nonnunquam ex irritamento aliquo, vel quia à vaſis non continentur, huic αὐτόματος κίνησις, ſpontina euacuatio Galeno dicitur comment. in Aphor. 2. lib. 4. inde & αὐτόματα ἕλκη vlcera vocantur quæ ex mordente humore oriuntur libr. 14. meth. med. Quin & Heſych. αὐτόματα τὰ dixit de ſponteneo ſemine, quod ſcilicet cogitatione aut memoria veneris ſponte erumpit.

Αὐτόπυρος, ἢ αὐτόπυρος ἄρτος. vide ἄρτος vbi inſigniores panum differentiæ explicantur.

Αὐτόῤῥυτος. dicitur reſinæ ſpecies quæ ſponte profluit, in Laconia & Cilicia optima prouenient.

Αὐτοσχέδιον. vocabulum eſt Empiricorū proprium, quo artis ſuæ ſpeciem vnam deſignabant. Eo namque vocabant experimentum, ad quod capiendū dedita opera veniſſent, ſiue per ſomnia, ſiue aliter admoniti. Vide in dictione ἐμπειρικὴ.

Αὐτοτελῆ. Galeno dicuntur cauſæ quæ ipſæ tantum & per ſe finem & euentum faciunt, opponunturque concauſis quæ Græcis συναίτια di-

» cuntur, quæ solæ, priuatim atque per se nihil
» præstare possunt, sed alijs coniunctæ.

Ἀνυπόπτια. vocabulum est Empiricæ sectæ proprium, quo significabant memoriam eorum omnium quæ frequenter & eodem modo visa essent.

» Quam etiam vocabant ἐμπειρείαν. Quod ve-
» ro ad nomen attinet, ἀυτόπτην quidem apud
» Græcos legimus, ἀυτοψίαν nequaquam. Vide
» ἐμπειρικὸν.

Αὐχὴν. ceruix, collum. Galenus comment. in Prognosticum author est Hippocratem ἀυχένα τὸν πάχιλον indifferenter appellare: de quo vide in dictione πάχιλος. Trāstertur autem hoc nomen etiam ad ossa, in quibus ἀυχένες vocantur tenues ossium ἀποτάσεις, hoc est, processus in caput crassum ac rotundum desinentes. Hos à similitudine quam cum proprie dicta ceruice habent, sic vocatos esse non est dubium: vt enim ceruix gracilis est, & caput crassum rotundumque sustinet, sic illi tenues in crassum & rotundum corpus extuberant. alioqui si non in rotundum aliquod, sed in acutum desinant, iam non ἀυχένες, sed κορῶναι vel κορωνὰι appellantur, vt scripto reliquit Gal. lib. de ossibus. quanquam non hi modo qui in capita ita protuberant, sed qui latiores etiam redditi sinum constituunt, cui aliud os coarctatur, ἀυχένες dicuntur, sicut in scapula conspicitur, cuius arctior pars ante sinum cui humerus inarticulatur posita, ceruicis nomine ab Anatomicis donata est.

Αὐχὼ. quoque dici aiunt, Pollux & Ruffus de
» media & angusta particula vesicæ fellis, nec non
» & de matricis extremitate quæ τὸ ἄκρον Polluci
» dicitur, sicut & eidem πάχιλος.

Αὐχμὸς. squallor. Proprie significat temporis constitutionem extreme siccam. Hippocr. tamen abusus est, quodammodo eo nomine libr. 1. περὶ ἐπιδημιῶν, vbi eam aeris constitutionem quæ plus quidem æquo sicca fuit, nec tamen absolute, non valde vsitato nomine ἀυχμὸν appellauit, vt annotauit Galenus comment. in eundem librum.

» tex. 4. Hoc quoque nomine significatur mor-
» bus plantarum apud Theoph. l. 5. de caus. plan-
» tar. c. 12. cuius causas inquit esse tum alimenti
» inopiam, dum ex solis ardore radices exuruntur,
» neque humorem transmittere queunt; tùm
» aquæ penuriam vnde squallent.

Αὐχμηρὸς σφυγμὸς. aridus pulsus vocatur, cum ve-
» lut absumptus humor est, & siccæ aereæque
» exhalationi admixtus vt docet Galen. in Defini-
» tion. Medicis.

Αὐχμηρὸς ὀφθαλμὸς. squallēs oculus vide ὀφθαλμὸς.

Ἀφαίρημα. dicitur tertium genus alicæ grandissimum, vt ait Plinius. vide χόνδρος.

Ἄφακη. aphace. herba est nascens in aruis, folio tenui, paulo altior lenticula, & maiores siliquas ferens, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora & minora lenticula. Omnibus notis videtur consentire cum ea quam rura nostra vocant agrestem viciam. Galen. aphaces seminum figuram dixit non esse rotundam veluti fabarum, sed aliquanto latiorem, quo modo lentium. & hanc vna cum ipsis siliquis atque integra planta à rusticis reponi, vt brutis pecudibus sint pabulo, & vt per famem etiam hominum alimoniæ inseruiant: verum non insuauia modo esse, sed concoctu etiam difficilia, atque aluum inhibere & succum melancholicum gignere. Est autem aphace sicca in tertio gradu, & calida in primo, atque adstringit vt lenticula.

Ἀφανίζειν, & Ἀφανίζεσθαι, & Ἀφανισθῆναι. euanescere, quod de tumore quouis aut abcessu dicitur quando ἐξαίφνης παύεται, cito atque derepente desistit: Contingit vero id interdum propter humoris tenuitatem, & partis laxitatem, aerisque nos circumdantis caliditatem, adhibiti denique medicamenti potestatem & vires ægri infirmas: Si enim omnia illa concutrant, moles præter naturam cito discutietur, sed plerumque hæc euanescere contingit transmeantibus committentibus ea humoribus, vel in eandem sedem vnde commota sunt (quod proprie appellat Hippocr. παλινδρομεῖν retrocedere) aut ad aliquam aliam sedem in corporis profundo sitam & collocatam vt docuit Gal. comment. 2. in prognost. part. 68. vnde vox illa semper accommodatur leuationi tùm insidiosæ, tùm & falso creditæ, sicut παύεσθαι, παύειν, & παύλη veræ leuationi, quæ fit ἐυσήμως καὶ κατὰ λόγον: verum inter ἀφανίζεσθαι & καταμολυνέσθαι, quorum vtrumque dicitur de ijs quæ tum insidiosè tum falso leuantur, hanc differentiam constituit Galenus, quod illud fit repentinæ subitæque leuationis, hoc vero tardæ & lentæ: atque hæc Galeni distinctio legitur comment. ad prorrhet. 76. sect. 31. ad illam sententiam, quam tamen Galeni codex Græcus ad Hippocratis opera distinctam non habet, sed commentarijs litteris minutioribus excusam, in eoque confusam, hæc vero sic habet, τὰ ὑποδήματα, ἀκρίτως καταμολυνθέντα φλαῦρα, id est, quæ dolorifica sine crisi residunt (loquitur autem de parotidibus) praua sunt.

Ἀφασυρώματα. ψηλαφούμενα. hoc est confricata, apud Hippocr.

Ἄφεδρος. dicitur Dioscor. lib. 2. c. 85. menstrua mulierum purgatio; & 2. περὶ ὑύπνου. Dioscoridis c. 102. Alij ἄφεδρον concubitum interpretantur, alij puerperium, vel purgationem à partu, alij Generaliore significato sanguinis effluxum ab vtero.

Ἄφεσις. membrorum exolutionem, relaxationem ac veluti languorem significat Hippocrati 3. Epid. vbi Gal. in eius libri comm. ἄφεσιν τὴν οἷον ἐκλυσίν τε καὶ πάρεσιν ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος exponit, ὅταν ὁμοίως τοῖς παρελελυμένοις ἐρρωμένα φαίνηται, ceu exolutionem resolutionemque omnium corporis partium, quæ perinde ac resolutis proiectæ ac iacentes videntur, Latinus interpres languorem vertit.

Ἀφεστῶτα. τὰ. ab Hippocrate appellantur omnia, quæcumque quando corpus secundum naturam sese habet, vel vnita aliquibus partibus sunt, vel eas attingunt; cum vero præter naturam affectum est, vnionem vel contactum non amplius seruant Galen. comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἀφὴ. ἅμμα. apud Hippocr. hoc est vinculum, παρὰ τὸ ἅπτειν. hoc est à vinciendo.

Ἀφὴ. sensus tactus qui manus ministerio fit: Significat etiam generalius manuum functionem, sic cum vehemens morbi impetus adeo vires prosternit vt manus nihil sustinere queāt, manuum functio dum recuperatur, dicimur ex Platone in Axiocho σωτηλέχθαι τῇ ἁφῇ.

Ἀφηψήμενον. ψηλαφήσασα. id est, quæ fricauit vel contrectauit, apud Hippocr.

Ἄφθαι.

Ἄφθαι. sunt in oris superficie vlcera maligna & serpentia, ignea quadam caliditate prædita, quæ præcipue teneros adhuc pueros exercent, & sæpe consumunt. Interdum vero etiam viris & mulieribus accidunt, sed in his idem periculum non est. Hæc vlcera à gingiuis incipiunt, deinde palatum totumque os occupant, tum ad vuam fauceſque descendunt: quibus obsessis, non facile fit, vt puer conualescat. Sunt autem modo subalbida, modo subrubra, modo nigra velut eschara: pessima & maxime lethalia sunt quæ nigra sunt. Quanquam vero nomen hoc proprie de vlceribus oris dicatur, aliquando tamen & in aliarum partium vlceribus vsurpatur, veluti testium, vt videre est apud Galenum libro 9. κατὰ τόπους, & apud Paulum libr. 3. cap. 54. qui ἀφθῶντας διδύμους curant, hoc est, testes veluti aphthis exulceratos. Hippocrates quoque de fistula pulmonis dixit libr. 2. de morbis, Λῦ ἀφθήσῃ ὁ συριγξ τὸ πνεύμονος, πυρετὸς ἴσχει βλαχρός. hoc est, si vlcere laboret pulmonis fistula, febris lenta detinet.

» Sed & 1. γυναικ. ἄφθαι dicuntur pudendi mu-
» liebris vlcuscula, quæ puellus in partu ex vtero
» egrediens facit, epidermide derasa. Cæterum
» Aretæ l. 1. passion. acutar. c. 9. ἀφθας vocat vl-
» cera caua, lata, pinguia, quodam concreto hu-
» more albo aut liuido aut nigro sordentia, quod
» si (inquit) sordes illa altius descenderit, affectus
» ille Græcis ἑλκέα dicitur.

Ἄφθαι. etiam nomen est ἐκθέματος descripti à Gal. lib. 9. κατὰ τόπους, quo se vsum testatur, quodq; idem est, paucis admodum variantibus, cum pastillo qui ab Aetio & Paulo διὰ φιλλῶν appellatur, propterea quod subere constet.

Ἀφθῶδες. is dicitur qui ἄφθας patitur.

» Inde & ἀφθῶντα παιδία & παιδάρια, pro pueris
» aphta vlcere laborantibus Græcis medicis fre-
» quenter dicuntur.

Ἀφθώδεα σώματα. serpentis oris vlcera ex Celso, quæ
» fiunt ex bilioso, feruidiore, & maligno acriore-
» que succo in fauces irrumpente, hinc & ἀφθώδεα
» ῥεύματα in Coacis dicuntur, quæ in prægnantibus
» periculosa esse inquit ibidem Hippocr.

Ἀφιδρωτίαι. interpretatur Goupylus apud Æginet.
» quæ desudationes mouent.

Ἄφλεβον σῶμα. 1. de sanit. tuenda corpus vocatur
» ἔχον φλέβας στενὰς καὶ ἀδήλους, id est, quod non venis
» quidem caret, sed quod angustas & parum emi-
» nentes venas minusque conspicuas obtinet, vt è
» contra φλεβῶδες appellatur quod amplas & ad-
» modum prominentes & conspicuas habet quo-
» rum primum frigidæ, alterum calidæ naturæ
» est indicium, Galen. 2. de temperam. cap. 5. au-
» thore.

Ἀφλέγματα. appellantur tum partes inflammatio-
» nis expertes, tum & inflammationem arcentia
» medicamenta, pro eodem ἀφλεγμασίαν vsurpauit
» Aristoteles problem. sect. 1. problem. 33. inde &
» ἀφλεγμασία ardoris carentia.

Ἀφλεπῆρες. dicuntur οἱ μαστοὶ καὶ θηλαὶ, vt ait Hesychius, hoc est vbera & mammæ.

Ἄφοδος. apud Hippoc. significat τὸ ἀποπάτημα, id est stercus, vt annotat Galenus comment. 2. περὶ τῶν διαίτης ὀξέων.

» Similiter apud Dioscor. lib. 2. cap. 98. & He-
» sych. Sed & per ἀφόδους Hippoc. libro de humo-
» ribus intelligere videtur ea spatia quæ vasa cir-
cumdant, easque cutis partes in quas sanguis ex vasis effunditur, & secedit, aut carnis laxitates, (τὰ τῆς σαρκὸς ἀφανίσματα) sed & per τὰς ἀφόδους Hippocrat. eo loci intelligere videtur ipsum in prædictas partes secedentem & secretum sanguinem.

Ἀφορισμὸς. Est sententia quæ omnes rei proprietates breuissimis verbis complectitur. Est autem ea scribendi ratio & ad primam institutionem, & ad illa quæ quis didicit retinenda, & quorum oblitus fuerit, postea in memoriam reuocanda maxime vtilis, ijsque valde conueniens qui breui tempore longam artem docere cupiũt. Summa enim rerum capita, atque in paucis verbis vim maximam continet, ita tamen vt in pluribus singulorum aphorismorum fidem probari satis sit.

Ἀφορμὴ. occasio. Dici solet ab Hippocrate & ab omnibus fere antiquis medicis, omnis materia rei ἀφ' ἧς ὁρμὴ γίνεται, hoc est, à qua motus initium fit ad sequentes actiones, siue pecuniæ, siue aliud quiddam quod possides, siue potentia quædam sit, siue locus, siue fides, siue actio, siue causa, siue, vt vno verbo complectar, aliud quiduis. Sunt tamen qui existimauerint ab Hippocrate ἀφορμὰς dici, locos prius affectos, ex quibus alij postea afficiuntur, idque ex ijs dictis Hippocratis ostendi quæ habentur libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, in hunc modum, ταῖς ἀφορμαῖς ἐκδέχεται ἤρξατο κάμνειν, σεπτίον. hoc est, occasiones vnde ægrotare cœpit, considerandæ. quæ tamen significatio cum particulare quid designet, sub illa vniuersali facile continebitur. Nam & historici & philosophi ἀφορμὰς dixerunt hominum actiones, quod de illis etiam disputandi occasionem præbeant. similiter & eo loco Hippocrates ἀφορμὴν appellauit, vndecunque morbus initium duxerit. Nec morbis tantum ea vox conuenit, sed omnibus etiam omnium hominum actionibus, sicut Galenus annotauit comment. 3. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Ἄφορος. sterilis mulier dicitur & infœcunda apud Hippocr. 1. γυναικ. vocem tamen hanc insolenti quadam significatione protulisse videtur Hippocr. 1. γυναικ. his verbis Ἄφορος (inquit) ἀνὴρ ὁ παῖς, vbi Cornarius & Caluus perperam sterilem morbum interpretati sunt, quasi qui mulierem sterilem faceret & infœcundam, sed melius fortean, quia morbus non sit valde difficilis, sed fere moderatus, non grauis aut molestus, sed potius tolerabilis, hinc rectius Cordæus ἄφορον intolerabilem interpretari visus est.

Ἄφορα. emplastrum est Melinum quod ad Diaphanem refertur, emolliens & attrahens, ipsum Gal. describit 2. κατὰ γένη. c. 7.

Ἀφραίνει. desipit, non est mentis compos, apud Hippocratem.

Ἀφρόγαλα. quid illud sit proprie, non Galenus, vel quiuis alius medicus Græcus explicatum nobis reliquit, sicut neque rei medicæ scriptores illius vsquam meminerunt, spumam autem lactis significare videtur, hoc est concretionem lacti ad spumæ instar superstantem, & pingue illud ac opimum quod etiam ἐπίπαγος appellari potest, quodque Nicander in Alexipharm. ad Ixiæ venenum in potu probat. Sed & per ἀφρόγαλα nõnulli lac spumosum significari tradũt, videlicet ex multa cõcussione adeo spumescẽs red-

» ditum vt fere nihil nisi spuma videri queat, sic » enim in quibusdam locis conquassare solent, & » scribit Plin. l.11.c.41. Barbaras gentes consuêsse » lac in iucũdum acorem condensare, & butyrum » pingue quod spuma lactis esset, his verbis oxy- » gala & aphrogala intelligens, quod postremum » remedium fuit aduersus calidam ventriculi in- » temperiem præstantissimum, & edullium inter » laudatos cibos à Romanis plurimi æstimatum, » & niue refrigerari solitum, vt Galen. 7. meth. » narrat, etiamnum hodie apud multos inter » suauissima edullia sub nomine capitis lactis ha- » betur.

Ἀφροδίσια. res venereæ dicuntur, vnde ἀφροδισιάζειν » venerem exercere, & ἀφροδισιάζεσθαι muliebria pa- » ti apud Athenæum.

Ἀφροδισιαζ. dicitur τὸ ἄκοιτον. Apuleius Latine Veneriam reddidit.

Ἀφροδισιακὸν κλυσμόν. nomẽ est trochisci apud Galenum lib. 7. τῶν κατὰ τόπους vtilis ad hæmoptoicos, cœliaeos, dysentericos, & eos qui stomachi fluxionibus laborant. describitur & à Paulo Ægineta lib. 7. cap. 12.

» Apud quem ἀφροδισιαστικὸν vocatur.

Ἀφροδισιεὺς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum » differentiæ explicantur.

Ἀφροδιτάριον. nomen est aridi medicamenti, quod constat thure, squama æris, malo Punico, amylo, ceruſa pari pondere inter se mixtis. Eo Paulus vtitur ad implenda caua vlcera quæ pura sunt, lib. 4. cap. 40.

Ἀφροδιτεῖον etiam collyrij nomen est, quod describitur à Galeno lib. 4. τῶν κατὰ τόπους, & ad Philotam authorem refertur.

» Vsus est eo Gal. in maximis epiphoris.

Ἀφροδίτη. emplastrum est ad multa commodum quod geminum ab Aetio describitur lib. 15.

» Cap. 14. emollit & discutit strumas, fistulas » & sinus glutinat.

Ἀφροδίτης λουτρὸν. sic dictus à quibusdam ὁ δίλιμνος, vt habetur apud Dioscor.

Ἀφρόλιτρον. aphrolitrum, hoc est spuma litri. medicamentum est metallicum exiccatorium, instar triticeæ farinæ album solutumque & molle, tantum differens ab aphronitro, quantum hoc à sale distat: est enim aphronitrum medium aphrolitri atque salis. Itaque quamuis aphrolitrum vim habeat detergendi, & digerendi, quæ ex eius amaritudine, quam soliam fere insignem possidet, manifesto deprehenditur, vim tamen contrahendi, vti sal, non habet.

Ἀφρὸν. emplastrum est cephalicum apud Aetium lib. 15. quod alio nomine Barbarum Heræ Cappadocis inscribitur. Est autem ad multa efficacissimum.

Ἀφρόνιτρον. aphronitrum. Species est nitri quod in speluncis nascitur & colligitur molle, laxum, cãdidius, atque similius spumæ, compactum tamen congelatumque, non autem in farinæ modum solutum, sicut τὸ ἀφρόλιτρον. In speluncarum cameris vel pendens, stiriarum instar, concrescit, vel excidens liquidum adhuc in terram defertur, iis quas dixi qualitatibus præditum, ex quibus apparet ἀφρόνιτρον multo esse tenuius τοῦ νίτρου. Prægnantibus enim, vt ait Plinius, sed nondum parientibus nitrarijs, spuma colligitur, estque ob tenuitatem suam τὸ ἀφρόνιτρον præuius & in summum emergens, simulque concrescens humor. Huiusmodi quidem est natiuum ἀφρόνιτρον. Præterea vero quoddam factitium est nitri genus, præsertim in Ægypto ex Nili aquis, quæ nitrosæ sunt, in nitrarias infusis. Hæ sunt ad Naucratim, Nitrias & Memphim. In his, velut in salinis quod tenuissimum leuissimumque est spumæ modo supernatat, & colligitur, atque distinctis separatisque vocabulis ἀφρὸς νίτρου, id est spuma nitri, proprie appellatur. Neque enim idem est ἀφρόνιτρον & ἀφρὸς νίτρου. Illud enim nitri genus fossile est, hic vero nitrum factitium, quamuis Dioscorides vtrumque sub nomine ἀφροῦ τοῦ νίτρου videatur comprehendere, solaque bonitate alterum ab altero discernere, primas Lydio, quod ἀφρόνιτρον est, ex Philadelphia Lydiæ oriundum: secundas Ægyptio, quod est ἀφρὸς τοῦ νίτρου, tribuens. Est autem ἀφρόνιτρον subtilium partium, amarum & abstergens: desiccat vt sal, sed vim adstringendi non habet, vt scripsit Galenus lib. secundo τῶν κατὰ γένη. vide νίτρον.

Ἀφρὸς. Spumam Latini vocant. Est substantia aerea, aquea, tenuis alba & rara. Habet autem plurimum aerem, & humore siue aqua copiosiorem, quo alba est, tenuis atque rara. Est autem huius duplex generatio. vel enim à modico calore nascitur, vt in bilijs & ijs qui vehementer igne calefiunt: vel in ijs quæ flatu agitantur humidis. Horum primum caliditatis exuperãtis nota est: secundum vero, instrumentorum angustiam & flatuosi spiritus intercluſi, viamque haudquaquam liberam habentis, agitationem denotat. Ab hisce autem duabus causis, frigore scilicet & calore, spumam oriri, indicio sunt tum venti in aquis ipsis spumam concitantes, tum efferuescens ea quæ est in lebete caliditas. Cæterum Galenus comment. in eum aphorism. Qui strangulantur ac dissoluuntur, nondum vero mortui sunt, non referuntur quibus spuma circa os fuerit: scribit, spumæ generationem ex duarum substantiarum mistione confici: altera spirituosa, altera humida. fieri autem earum mistionem ambabus in multas partes perfractis, multisque mutuo complexu paruis ampullis ab ipsis effectis. Cum vero tenacem habuerit is qui perfringitur humor consistentiam, quo spiritum complectente ampullas contingit generari: non facile dissolubilis, sed stabilis spuma perficitur, qualis maxime currentibus equis, vel apris ira percitis, circa os aggregatur. Ambarum vero substantiarum confractum ac mistionem facit: nonnunquam quidem motus violentus vel vtriusque vel alterius tantum, nonnunquam vero & fortis calor. Sic quidem tutius est dicere spumam duabus de causis generari: in mari quidem impetuosis ventis agitato, ob impulsionis vehementiam: in lebetibus vero efferuescentibus, ob vim caloris. Sic & in corporibus animalium cum adsunt ex morbo comitiali conuulsiones, vehementia motuum solet spumam generare, in apris vero calor, in cursibus: autem equorum, vtraque causa vigorem habet. Nam cum non continue per respirationes attrahitur atque extra feratur, saliua in ipsis extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone instar vaporis effertur, quod saliuæ miscetur ac circumplicatur: vnde factam spumæ substantiam augeri contingit. Non prodit autem spuma ex ventri-

culo, sed ex pulmone atque cerebro. Sanguis enim qui è pulmone educitur, spumosus est, similis visceri: spuma autem quæ vna cum sanguine educitur, subito simul & cum tussi educitur. Ex cerebro autem prodire spumam, testis est Hippocratis aphor. 30. libri septimi, quo scribit, quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituitam defluere. Quanquam fiunt aliquando alui excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad ventriculum defluente, vel vasis quæ ad ipsum perueniunt, illum effundentibus.

Ἀφρόπλινος. lapis est quem aliqui σκληρίτην appellant, quod imaginem Lunæ repræsentet, velut in speculo. ob quod etiam ab Aetio διαφανὴς dicitur & φρεγλάδιον, corrupto vocabulo quasi specularium vt apud Galenum est, creditur comitiali morbo vexatos iuuare.

Ἀφρόσδεσον. est allij prægrandis genus, sic dictum quod eo trito in oleo & aceto mirum in modum excrescat spuma. dicitur & ἀφροδέσδον.

» Vel & ab Aphrorum gente appellationem
» sibi vendicauit quod & Columella testatur &
» Plinius; vel à spuma vt author ait, quam ἄφρον
» Græci vocant vt innuere videntur Theophr. 7.
» histor. plantar. & Plinius.

Ἀφρώδη. spumantia, bullas, excitantia, apud Hippocr.

Ἀφρώδης μύκων. spumosum papauer, quod & Herculeum appellatur. Quidam vero etiam τὸν πίτυλον hoc nomine appellant, vt scripsit Galenus.

Ἀφρώδεα ὑποχωρήματα. excrementa spumosa: hæc
» vero talia aliquando fiunt, spirituoso humore
» ad ventriculum delabente; nonnunquam & à
» vasis quæ ipsum perneant, illum effundenti-
» bus: fiunt & talia pituita è cerebro defluente vt
» ait Hippocr. aphor. 30. l. 7. quippe dum fla-
» tuosus spiritus huic commiscetur vehementem
» habens motum & inæqualem adeo vt & ipse dis-
» rumpatur, tum quidem pituitam frangit in
» multas ac paruas partes, talis vero motus ipsius
» causa est, & propria natura & caloris nonnun-
» quam multitudo: Sic in ijs quæ elixantur appa-
» ret spuma, maximéque cum tenacem habuerint
» naturam atque in mari violentis ventis agitato
» hæc Gal. comm. in aphor. 30. l. 7.

Ἀφύει. ἀπολευκαίνῃ. id est dealbatur, & colorem aphyæ habet, apud Hippocr.

» Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν; & γυναικ. l. 2. idem
» τὸ χρῶμα ἀφυῶδες appellat aphyæ piscis modo albidum colorem, seu qui aphyam refert.

Ἀφυῶδες. quod aphyæ colore simile est, apud Hippocr.

Ἄφυσος, ἡ ἄφυσον. expers flatuum, seu nullos ge-
» nerans flatus vt ἄφυσος δίαιτα apud Galen. lib.
» 1. cap. 6. τῶν κατὰ τόπον. Cui opponitur ἡ φυσώδης:
» sicut etiam ab eodem comment. 3. in l. 3. Epi-
» dem. τὸ πνευματῶδες: verum ἄφυτα dicuntur
» non solum flatus expertia, & flatus non gene-
» rantia, sed etiam quæ flatus generatos discu-
» tiunt propelluntque, seu vt Celsus loquitur
» inflationes leuantia, vt ἄλιμα non solum ea quæ
» famem non generant sed etiam quæ tollunt, iti-
» demque ἄδηλα, ἄκοπα & ἀφλέγματα; eo & signi-
» ficato σπέρματα ἄφυτα vsurpauit Aetius l. 10. c. 21.
» qualia sunt quædam vrinam mouentia semina vt
» testatur Cels. l. 2. c. 26.

Ἀφωνία. vocis priuatio, interpretes vocis intercep-« tionem appellant, Cælius Aurelian. Aser qui « lasciuiam & verborum medicorum luxuriem « amauit, silentium appellauit: Gal. comm. in lib. « de rat. vict. in acut. & 5. aphor. 5. & 6. aphor. « 51. ἀφωνίαν apud Hippocrat. duo significare « inquit, interdum puram & solam vocis pri- « uationem, nonnunquam epilepsiam, apople- « xiam, catalepsim, syncopem, cardiacam, alios- « que id genus affectus, in quibus non solius vo- « cis, sed sensus motusque voluntarij priuatio « est: Est autem ἀφωνία paralysis instrumento- « rum quibus vox fingitur: fit autem peculiari « vitio partium vocalium, eorum neruorum « maxime qui inde φωνητικοὶ dicuntur, ac tum « quidem vt nullum sonum vocalem edant, ni- « hilominus corpus mouent, sentiunt, & animo « concepta signis enuntiant: fit quoque læsa & « cerebri parte vnde sexta neruorum coniuga- « tio nascitur, & vocales nerui deducuntur: Sed « & omnes fere anatomiæ professores, in vtro- « que latere vnum esse neruum soporarijs arte- « rijs inhærescentem existimant, quem si la- « queo intercipias aut disseces, animal confestim « mutum reddetur vt libello de neruorum dis- « sectione à Galeno proditum est: fit & non- « nunquam ἀφωνία violato toto cerebro, quod « humorum copia tantopere premitur, vt non « diffluat spiritus, quia & illud refrigeratur su- « pra modum, quia denique in eo venæ & arte- « riæ intercipiuntur, vt voluit Hippocrat. sed « & aliquando extrema caloris extinctio dissolu- « tioque spiritus ἀφωνίαν efficit, quod contingit « moribundis; nonnunquam adeo fit vox obscu- « ra & infirma vt vix exaudiatur, prostratis scili- « cet ægri viribus & fatiscente natura; nonnun- « quam fracta & interrupta: est & ἀφωνία quæ- « dam παραφώδης quæ pernitiosa est, minus ma- « lum est ἀφωνία in angina, & quandocumque « à solo instrumentorum vocalium vitio pro- « cedit: accessio vero grauis mali est, si cum mu- « titate, modo totius corporis conuulsio, modo « spiritalis instrumenti aut alterius partis inci- « dit: quam sit autem grauis & pernitiosa ἀφω- « νία, ex quamplurimis apud Hippocrat. histo- « rijs intelligas licet, sic Philini vxor 17. die « ἄφωνος, 20. obijt: Silenus 7. & 8. ἄφωνος, « 11. expirauit; Philiscus 5. ἄφωνος, 6. mor- « tuus. Pithyoni ἀφωνία frequens, 10. mors; Phre- « niticus 2. die ἄφωνος, 4. obijt; atque vt in ma- « lis alijs, quo tardius vox redditur, eo deterior « affectio est. «

Ἄφωνος. mutus: communi quidem significatione is dicitur, qui vocem edere non potest, quacunque tandem de causa id contingat. Verum Hippocrates ἐκ τῆς ἀφωνίας, hoc est vocis priuatione, tanquam notissimo symptomate nominat innuitque illos, qui ne alium quidem motum vllum τῶν κατὰ προαίρεσιν, hoc est eorum quæ ex voluntate fiunt, retinent, nec quicquam omnino sentiunt, sed iacent eodem modo quo apoplectici, sine sensu pariter & motu. Est enim vox actionum omnium præcipua, quæ ἐκ τῆς προαιρέσεως proficiscuntur, ex cuius noxa voluit Hippocrat. κατ' ἐξοχὴν reliquarum quoque actionum quæ fiunt κατὰ προαίρεσιν offensionem significari. Sed offensis quidem ijs non semper sensus perit. quamobrem scriptum ab eo est,

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE DE LYON

ἀφάντες αἰσθανομένους συμβαίνῃ γίνεσθαι. hoc est, voce priuati aliquando sentiunt. Interdum vero sensus vna cum motu aboletur, quo mali genere laborantes ἀποπληκτικοὶ καὶ κατασυρικοὶ appellant. dicitur enim κάρος proprie toto in corpore repentina sensus atque motus priuatio. De his qui hoc modo ἄφωνοι euaserunt, cum multa scripta sunt apud Hippocratem, tum maxime aphoris. 5. lib. 5. & aphor. 51. lib. 6. & aphor. 58. lib. 7. vt in eorum commentariis Galen. annotauit.

Ἀχάειον κολλούριον. duplex habetur apud Aetium, vtrumque ἐσχαρωτικόν, & de genere collyriorum τῶν σηπτικῶν. Est & aliud ὑπερκολλούριον ἀχάειον apud Galen. lib. 4. τῶν κατὰ τόπους ex Asclepiade perinde atque quæ habentur apud Aetium σηπτικόν. valet enim ad sistendam fluxionem, constans adstringentibus & refrigerantibus. Veruntamen ἐσχαρωτικὸν non est, quia erices fructum non recipiat, cuius loco rosas habet.

Sunt & alia duo ἀχάειοι κολλύρια, ex genere τῶν θεοδοτίων κολλυρίων, quorum vnum habetur apud Celsum lib. 6. quod verius inter collyria πτυσσὰ & πλάσσεια censeri debet. Namque inflammationibus oculorum protinus medetur, & multam continet acaciam. Alterum ad Antiochum refertur, & describitur à Marcello lib. 8.

Est & ἀχάειστος antidoti nomen quam describit Aetius lib. 13. cap. 109. & Marcellus similiter, qui mox vbi ea exhibita sit, mercedem ab ægro petendam consulit. Namque multi, inquit, qui cito curati sunt, ingrati extitere, ideoque antidotus ipsa ἀχάειστος, quasi sine gratia, nuncupatur. Recipit autē. Casiæ, myrrhæ, piperis albi, piperis nigri, castorij, galbani, styracis, croci, costi, opij, spicæ nardi, singulorum par pondus, mellis quantum satis est. Datur magnitudine fabæ. facit ad omnia diuturni temporis putulenta in thorace, & ad hepaticos cum aqua mulsa, & ad colicos eodem modo, ad splenicos cum aceto mulso.

Ἀχάτης. est gemma quæ ex Siciliæ fluuio eiusdem nominis, apud quem primum reperta, nomen inuenit, varia non solum coloribus, sed etiam rerum imaginibus quas repræsentat, non ab artifice aliquo depictas, sed ab ipsa natura formatas: ita enim discurrunt venæ & maculæ, vt modo palumbum exprimant, quam φασσαχάτην appellant: modo cornu, quam κερασχάτην: modo arbusculam vnam, duas, plureſue, vt interdum nemus appareat, quam δενδρασχάτην: nunc vero essedа, flumina, volucrum quoque species & iumentorum atque etiam hominum: quo sane modo in achate Pyrrhi regis Epirotarum nouem Musæ & Apollo citharam tenens spectabantur, non arte, sed sponte naturæ, ita discurrentibus, vt scribit Plinius, maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Id genus achatas maxime fert India. Color illis est aut niger, aut fuscus, aut cinereus, aut similis corallio, limitum floribus, pelli hiænæ, pelli leonis, pelli pantheræ. illam λεόντιον & λεοντοδέσμην, hanc παρδάλιον vocant. Per eos vero colores, potissimum qui primi dicti sunt, interdum venæ albæ transeunt, λευκαχάτην vocant: interdum sanguineæ, quam αἱματαχάτην: alias sardæ modo rubentes, quam σαρδαχάτην nuncupant. Quanquam vero è Siciliæ fluuio nomen dicuntur accepisse, attamen in multis etiam alijs regionibus reperiuntur, vt annotauit Plinius. Nomen apud Gallos retinet, qui eam vnius literæ immutatione, agathe appellant. Ex achate, eo præsertim qui λεόντιος appellatur, fit emplastrum quod δι' ἀχάτου appellatur, efficax aduersus ictus ferarum venenatarum, tumores duros, liuores & strumas discutit, concoquit, suppurat & rumpit absces-sus. Describitur ab Aetio lib. 15.

Ἀχερδὸς. ὁ. genus est fruticis syluestris, exigui alimenti & praui succi: vt habetur apud Gal. libr. 2. aliment. facult.

Ἀχερωΐς. dicitur populus nigra, vt author est Aristoteles: secundum Pausaniam vero candida, cui etiam interpres Homeri adstipulatur duobus locis, Iliados ν, & π. exponens λεύκη, quam tamen alios fagi speciem censere scribit. Idem ἀχερωΐδα scribit appellari, quod ex Acheronte inferorum fluuio Hercules post Cerberi victoriam reuertens, eam reportarit.

Ἀχιλλεαὶ, ab Hippocrate, &

Ἀχιλλὶς, à Theophrasto, dicitur hordei genus cui spica folio per quam proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris, ab Achille quodam sic nuncupatum, quem agricolam fuisse dicunt, vt annotat Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ἀχίλλειος. mazę genus quæ ex hordeo, cui ἀχιλλὶς nomen est, constare dicitur.

Ἀχίλλειος. Achillea. Herba est fruticosa, scapos habens dodrantales aut maiores ad fusorum effigiem, & circa eos folia pusilla, incisuris præcincta densis ex obliquo, segmentis coriandro non dissimilibus, subsalso gustu, subfuluo colore, odore multo nec insuaui, sed medicato, vmbella in cacumine rotunda, floribus candidis, purpureis, & aurum æmulantibus. Species quarta sideritidis dici potest. nam & eam ἀχίλλειον σιδηρίτην. Dioscorides dicit appellari. Dicta autem est ἀχίλλειος quoniam inuenerit eam Achilles discipulis Chironis, qua vulneribus mederetur. Facultatis est adstrictoriæ. Dioscorides à Latinis quibusdam supercilium terræ dici testatur, & ab alijs mille folium, quod nomen etiam Galli videntur retinuisse.

Ἀχίλλειον. genus spongiarum tenue densumque, ex quo penicilli commode fiunt, sic dictum quod eo Achilles in curandis vulneribus quondam vti solitus sit.

Ἀχλὺς, & ἄχλη. proprie significat inquit Galen. comment. 2. in lib. 1. prorrhet. partis 11. θόλωσιν ἀέρος ἐν τῷ μεταξὺ νέφους τε καὶ ὁμίχλης, ἔχουσαν τὸ πάχος, ὡς ὁμίχλης μὲν μᾶλλον πεπλῆσθαι, νέφους δ' ἧττον. Id est aeris perturbationem cum medium habet inter nubem & nebulam crassamentum, ita vt quam nebula quidem magis concreuerit minus vero quam nubes, Latini interpretes caliginem reddunt: à cuius similitudine ἀχλὺς dicitur morbi quoddam πάθος in quo nimirum διὰ πινος ἀχλύος οἱονεὶ βλέπειν, quoque significatur superficiaria & tenuis exulceratio totum fere oculi nigrum comprehendēs, aeri caliginoso assimilis, & coloris cærulei: Gal. in libello qui introductio, seu Medicus inscribitur, non definit esse exulcerationem, sed cicatriculā à superficiaria exulceratione contractam: illa autem caligo sicut aeri, ita & oculo cōtingit, spiritus quippe internus naturam gerit aeris externi, vtq; ille impurus est, nebulosus, caliginosus & perturbatus, sic vbi sese in corpus

» insinuat, talem spiritum efficit qualis ipse est:
» hoc & oculi vitium Erotianus ἀμαύρωσιν appel-
» lat, ἢ σκοτίαν φρὶ τὸν ὀφθάλμυς; sed Gal. com-
» ment. 2. prorrhet. part. 2. ἀμαυρώμων genus
» facit ἀχλυώδυς ὄψεως, etenim in vtroque affe-
» ctu obscure cernit æger, verum in ἀμαυρώσει
» (hebetudinem visus, recentiores guttam sere-
» nam, cum morbus est per se non febris sympto-
» ma appellant) nihil turbulenti aut caliginosi ob-
» uersatur ob oculos; est enim ἀμαύρωσις vt ibi-
» dem scribit Galen. obscura imbecillaque in-
» strumentorum sensio, sine turbide imaginis con-
» spectu, in qua oculi mortuorum aut morien-
» tium similes cernuntur, aut eorum qui ad extre-
» mam senectutem peruenerunt, peculiari oculo-
» rum vitio aut etiam cerebri & facultatum: at in
» caligine quam ἀχλὼ vocat Hippocr. præter vi-
» sionis hebetudinem, ægri se veluti per caligi-
» nem quandam, mediam inter nubem & nebu-
» lam cernere putant, citra tamen vllius humoris
» concretionem præter naturam, nisi quod humi-
» dum in pupilla obscuritate quadam suffusum ac
» caliginosum cernitur, quod sanitatis tempore lu-
» cidum ac nitidum esse solet.

Ἀχλὺς. præter enarratam significationem etiam
» ad vterum metaphoricῶς transfertur lib. 2. φρὶ
» γυναικ, vbi ἀχλὺς τῆς μήτρης significat crassum
» quemdam aerem, vel vaporem vtero inclu-
» sum.

Ἀχλυώδης ὄψις & ἀχλυώδης ὄμμα. & τὸ ἀχλυῶδες
» τῶν ὀφθαλμῶν, synonima sunt, & turbulen-
» tum visum seu caliginosum significant, vel ex
» vapore tetro crassoque halitu, vel ab humore à
» cerebro per neruum opticum in oculos irruen-
» te, vnde fiunt oculi ἀχλυώδεες, quorum nitor
» ille purus & pellucidus splendor corrumpitur;
» quomodo nube atque caligine aeris splendor,
» hæc autem in morbis affectio mala esse solet,
» teste Hippocr. in prorrhet. ὄμμα ἀμαυρώμων
» (inquit) ἢ ἀχλυῶδες κακόν, scilicet purior spi-
» ritus humorque purior vegetiorem & niten-
» tem magis oculum facit, vtroque vero pertur-
» bato atque dissoluto iners languet, hebescit ob-
» scuraturque oculi acies, quod via acutorum mor-
» borum contingere sæpe solet: è contrà ab
» Hippocr. perpetuo in oculo laudatur λαμπρὸν
» lucidum, damnatur ἀλαμπές, in laude est καθαρὸν
» purum, in vitio ἐρυθραινόμενον, πλειανόμενον, με-
» λανόμενον quia sic oculos commaculent: Proba-
» tur αἴθριον serenũ, vituperatur ἀχλυῶδες & ἀμαυ-
» ρώμενον, quod illa mœrore morbo longaque cura
» tabescentibus moribundis, ac iam mortuis ades-
» se soleant.

Ἀχλυώδεες νόσοι. apud Hippocr. in aphor. explicat
» Galen. in comment. οἱ ἀχλυώδη τὴν ὄψιν ποιοῦντες
» idem Galen. comment. 1. in 2. Epid. author
» est ἀχλυώδας ab Hippocr. dici propter caligi-
» nem quæ nostris oculis offunditur, non propter
» aeris caliginem.

» Ἀχλυώδεες πυρετοὶ. vide πυρετὸς.

Ἄχνη est argenti spumæ tenuissima quædam portio,
vt annotat Galenus lib. 1. περὶ κρ. ἡμ.

» Est & ἄχνη tenuis quædam sordes in oculis
» resiccata, lanugini aut aspergini aquarum spu-
» mæque assimilis, quæ in morbis acutissimis
» contingit, cum magna resiccatione & virium
» imbecillitate, vt scribit Galenus. Sic πεπηγὸς
» ἄχνη κακὸν in oculis dicitur apud Hippocr. in
Coac. atque hinc simile est quod ἐπήχνου ἔχον-
τα ὄμματα phreniticis tribuuntur in prorrhe-
tico.

Ἄχρας. pyraster seu pyrus syluestris. Arbor est ra-
mosa surculosaque, caudice rimoso & hiulco
fere cortice, folio circinato, floribus foliatis, fru-
ctu quoque turbinato, sed cumprimis acerbo &
gustu adstringente. Pyrum eius non nisi tardis-
sime maturescit. magis autem quam reliqua py-
ra adstringit & desiccat ὄγκῳ, dicitur à Theo-
phrasto.

Dicitur & ἀχροκαχυμόλεα & σφῦμος.

Ἀχροια. pallor quem οἷον σῆψίν τινα εἶναι χρωτὸς, id
est velut putredinem quandam per summa cor-
poris esse, quem & induci inquit Aristoteles ab
excrementis corporis quibusdam, humidis &
putrescentibus sectione vlt. problem. 3. 4. hanc
& vocem Paulus vsurpauit plura enumerans lib.
10. huius mali remedia.

Ἄχυον ἔρον. vide ἔρεον.

Ἄχυ. species est κασίας nascentis in Arabia,
quæ & διφρίτης dicitur: de qua vide in dictione
κασία.

Ἀχυρώδης ἄρτος. acerosus panis. vide ἄρτος.

Vbi ordine alphabetico insigniores panum
differentiæ explicantur.

Ἀχύμωτος κοιλία. apud Paul. lib. 2. cap. 13. aluum
significat humoris expertem, vt Latine reddi-
dit Leonicenus, quam tamen interpretatio-
nem haud probat Goupylus, addens hac voce
significari aluũ, ex qua humiditas chili & aquo-
sitas, non sit per venas mesarraicas iecori distri-
buta, vt fere idem sit quod aluus liquida &
aquosa, cum enim ἀπέψησις minus perfecte in-
tegreque in ventre peragitur, excrementa te-
nuia liquida & aquosa permanent: est igitur
ἀχύμωτον id quod Galen. libr. 8. κατὰ τόπ. αὐτοκ-
χύμωτον appellat his verbis, ὅταν μὲν οὖν ἔλ-
κειν ἐκ τῆς κοιλίας τε, καὶ τῶν ἐντέρων τὴν τροφὴν ἀπο-
σήσῃ τὸ ἧπαρ, ὑγρά καὶ αὐτοκχύμωτα ἐκκρίνεται διὰ τῆς
ἕδρας, id est, cum igitur alimentum ex ventri-
culo & intestinis iecur præ debilitate nequiue-
rit attrahere, liquida & non exsuccata per
aluum excernuntur: ex hisce verbis liquet hanc
non intelligi vocem debere pro ἀχύλωτον, aut
ἀχυλοποιηθὲν sicut nonnulli exposuêre, deiectio
enim liquida & tenuis esse potest, etiam si ven-
ter suo bene perfunctus sit munere: Cæte-
rum ἀχύμωτον contrarium esse videtur verbo
συμπεπηγός.

Ἀχῶρες. dicuntur à Celso manantia capitis vlce-
ra. Sunt autem tumores præter naturam in ip-
sa capitis cute excitati, tenuissimis foraminibus
eam exulcerantes & saniem viscosam lentam-
que effundentes. Oriuntur hi plærumque fur-
furibus præcedentibus, & ferme etiam scabie,
vt Crito scripsit. Non vnus humor eos gignit,
sed alias bilioſus, alias melancholicus, maxi-
ma autem ex parte nitrosa & salsa pituita.
Sunt autem οἱ ἀχῶρες τῷ κηρίῳ, id est fauo, non
multum absimiles, nisi quod hic maiora habet
foramina, humore melleo referta, illi autem
perexigua.

Quamobrem habere nomen à consequen-
tibus symptomatis Gal. ait 1. κατὰ τόπ. cap. 10.
nimirum quod tenuibus foraminibus cutis in
achoribus erodatur, & quod illi tenuem in se hu-
morem modiceq; viscosũ contineant: hoc vero

» postremum Alexand. Trall. l.1.c. 8. sic declarat
» dicens, achor est vitium quod in capitis superfi-
» cie oboritur exigua habens foramina, ἐξ ὧν ἔξιον
» ἰγερὸν, ἰχῶρα περιπλέοντα, διὰ τοῦτο καὶ ἀχὼρ τὸ πάθος
» καλεῖται, ab ichore igitur mutato ι. in α achor
» Alexandro sic docente nuncupatus fuit, atque
» ab hoc secundo symptomate vocis originem
» duci potius existimasse Galen. videtur, quod
» scilicet non amplum locum achores occupent,
» sed angustis spatijs concluſi tenuem etiam hu-
» morem contineant, ἀπὸ τοῦ χώρου καὶ α στερητικοῦ
» μορίου.

Ἄψινθιτον. genus est potionis ad ventriculum accommodatæ. fit autem ad varios vsus, vt ad ventriculi robur, ad flatus, ad emolliendam aluum, ad purgandum. Nec est dubium sic dictam primum fuisse quod magna ex parte absinthio constaret. Postea vero etiam sine absinthio ex vino, melle, mastiche, & alijs aliquot aromatis composita est, addito etiam vbi purgare expedit, agarico, aloe, scammonia aut epithymo, prout corporis affectus & humor vitiosus postulat. A recentioribus dictum etiam fuit conditum huiusmodi potionis genus. Habentur apud Aetium compositiones aliquot eiusmodi lib. 3. cap. 69. 70. 71. & lib. 9. in curatione alui adstrictæ, & ad finem libri vltimi. vbi obseruandum nullam ex ijs esse quæ ad aluum emolliendam mastichen non recipiat, vt ipse Aetius scribit lib. extremo.

Ἀψινθίτης οἶνος. vinum ex absinthio factitium, vtile stomacho, hepati & renibus. Eius vero faciendi ratio multum euariat. Nam differentes compositiones describit Dioscorides lib. 5. c. 54. Item Columella lib. 12. c. 35. & Constantinus Cæsar lib. 8. cap. 20.

Ἀψυπτὸς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum
» differentiæ explicantur.

Ἄψινθιον. absinthium. multiplex est. vnum vulgare, Gallorum vulgo aluyna dictum, quod est frutex insigni amarore præditus caule ramoso, foliis incanis, multipliciter sectis, aureo flore, partu rotundo, racematim cohærente. Id quia à Ponto veniret cæteris præstantius, Ponticum veteribus dictum fuit. minus calfacit & extenuat cæteris, sed æque resiccat, magisque adstringit, proindeque stomacho conuenientius est, ipsum roborans. Aliud genus est, marinum quod σηρίφιον vocant. herba fruticosa, prætenuibus cirris, paruo similis abrotono, exiguo semine, prægnansque, subamara, stomacho inimica, graui odore, linguam adstringens & leniter excalfaciens: inuenitur maxime secus mare in littoribus. Huius semen est quod vulgus barbotinam vel mortem vermium vel semen contra lumbricos vocat. Tertium genus est quod Santonicum dicitur, gentili regionis, vbi prouenit, vocabulo, fruticosis caulibus, lentis, tenuibus, folio Pontici siue vulgaris absinthij, sed longe pluribus segmentis digesto, candicante, aureo flore, copioso semine, mitiore multo amaritudine. Id autem stomacho dicitur aduersari. Sunt qui ἀψίνθιον vocatum dicant ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, quod est tangere, sed per contrarium sensum, quod nullum animal ob eximiam amaritudinem ipsum attingat. Id etiam veteres Græci ἀπίνθιον, conformi etymo, quasi impotabilem, dixerunt.

Sed & propter summam illũ amaritudinem « βαδυπίκρου nomen inuenisse videtur, de cuius ge- « neribus multa Dioscor. l. 3. c. 25. 26. 27. Plin. lib. « 27. c. 7. Ait & Stephanus scribi hanc vocem non « per ι solum, sed & per υ. ἀψύνθιον. Absinthij autem « vocem Latini sæpe vsurparunt pro re quæ pa- « rum allatura sit voluptatis non tamen propter « commoditatem respuenda, sic verebatur Fabius « Quintilianus ne liber suus parum mellis, & ab- « sinthij multum habere videretur, esseteque salu- « brior studijs quam dulcior. «

Ἄψινθον. etiam à quibusdam dicitur τὸ ἀβρότονον, vt author est Dioscorides, forte ob amaritudinem quam similem absinthio habet, eandemque ob causam etiam ἀψινθόμυσον à nonnullis dicitur, vt idem Dioscorides scripsit.

Ἄψορρον. retrorsum fluens, apud Hippocratem.

Ἀψοφρενῶν. dicitur ab Hippocr. ἡ περιφρόνησις, vt interpretatur Gal. comm. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. quasi tactam mentem, id est læsam, dicas.

Ἀψοφία. fastidium, seu auiditas eius qui rem cuius « auidus fuit statim fastidit, apud Plutarchum. «

Ἀψυδρακίωπες. is à Dioscor. vocatur qui pustulis il- « lis quæ ψυδράκια dicuntur non infestatur. «

Ἀψυχία. apud Hippoc. in Prorrhetico dicta est αἰτὶ τῆ λειποψυχίας, vt eodem loco exponit Gal. & in interpretatione linguarum Hippocratis.

Et ὑπερβάλλουσα ἀψυχία à Paulo lib. 2. c. 51. « vocatur excellens illa & insignis animi defectio « quæ boulimia laborantes consequitur, quan- « quam apud Paulum loco citato legunt non- « nulli ὑπερβάλλουσαν ἀτροφίαν sed minus bene. «

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. B.

Βάραγξ. radix quædã apud Ioſephum de captiuitate Iudaica, nomen habens loci in quo naſcitur, cuius mirabilem naturã ipſe Ioſephus deſcribit, & ex eo Leonicenus in libris de varia hiſtoria, ſuppreſſo tamen nomine.

Βάθρα. dicuntur apud Athenæum quæ à Galen. βεβύλα, pruna ſcilicet, vt putant, Damaſcena.

Βαθμίδες. ſunt baſes quædam ac ſinus in brachij ſiue humeri oſſe, vtrinque ſingulæ, in quas cum extenditur flectiturque tota manus, vlnæ ipſius κορῶναι, ſiue proceſſus, ingrediuntur. Conditæ ex ſunt à natura ne vel præter modum flecteretur cubitus, vel tantum etiam extenderetur & in poſteriorem partem recederet, quantum modo adducitur in anteriorem. Siquidem in anteriori humeri ſede & in poſteriori ſimiliter ſinus cauus habetur, ſingulos vlnæ proceſſus excipiens, ſic quidem vt anterior ſinus priorem vlnæ proceſſum intra ſe recipiat, quando cubitus extreme flectitur: poſteriorem vero poſterior, ſi cubitus extendatur. Neque enim aliud ſunt βαθμίδες quam ſummæ extenſionis inflexioniſque termini. Proprie autem in brachio, ſiue humero dicuntur. Veruntamen ab Hippocr. non hi modo, ſed cæteri omnes ſinus in quibus recipiuntur oſſium tubera ſiue proceſſus, eo nomine appellantur, ſicut annotauit Galen. commentario 1. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν.

Βαθμὶς etiam apud Pollucem definitur συμβολὴ τῶ πήχεως πρὸς βραχίονα cubiti ad brachium commiſſura.

Βάθρον. ſcamnum. Recentiores medici, inquit Ruffus, ſic appellarunt organum quod Hippocrates multis in locis ξύλον, in quibuſdam etiam ξενδίαν vocauit: eoque affixis cruribus & pro organo & pro ſcamno vſi ſunt. Struitur autem hunc in modum: Paratur lignum ſex cubitos longum, latum duos, nouem digitorum craſſitudine, reſupinaturque, & quatuor alia ligna pedem longa extremis partibus rotunda, duo ſcilicet & duo cum eius extremis iunguntur. huiuſmodi ligna, quæ φλιαὶ ab Hippocrate vocantur, in latitudine peruijs foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes, in medio clauos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum. Totum lignum in medio vſque ad alteram partem quatuor digitorum ſpatio iniecto caua habet, quorum altitudo pariter & latitudo tres digitos æquet. Caua hæc Hippocrates κατόπτας nuncupauit. Medium præterea lignum alte in quadratam figuram excauatur, quo ſcalmus demittitur, qui πειαπτὸς vocatur. Alias item habet φλιὰς in medio ad ſimilitudinem literæ non inutiliter adiectas. Structura igitur Paſicrate authore huiuſmodi eſt.

A. lignum quadrangulum sex cubitorum, latitudine bicubitali, crassitudine dodrantali.

B. postes breues axes habentes.

C. fossulæ.

D. lignum teres in medio cauo infixum.

B. postes pedales, lignum transuersum, tanquam scalæ gradum continentes.



Βαδόπικρον. dicitur hoc nomine à nonnullis τὸ ἀψίνθιον, vt habetur apud Dioscoridem. nec dubium quin ob insignem qua præditum est amaritudinem.

» Legunt alij βαρυπίκρον, vide ἀβρότονον.

Βάδυς. casei nomen est præstantissimi, qui Romæ » olim apud diuites celebrabatur, cuius & memi- » nit Gal. 3. de aliment. facult. c. 17.

Βάϊον. proprie dicitur palmæ termes cum suo fructu auulsus, παρὰ τὸ βίᾳ πλεῖσθαι. hoc est, quòd vi auellatur. Est & βάϊον malagmatis nomen, quod describitur à Paulo Ægineta lib. 7. cap. 18.

Βαΐπον. herba est similis dictamno vel pulegio, vt scribit Hesychius.

Βάκκαρον. apud Alexand. Trallian. & P. Ægin. dici- » citur in veteri lexi. esse raphani id est brassicæ » semen, seu σπυρίνη: est & διὰ βακκάρεως medica- » mentum quoddam hepaticum quod à Nicolao » describitur, & à Trallian. lib. 8. cap. 2. ad iecoris leniscque obstructiones efficax: describitur » à Paulo lib. 7. c. 11.

Βάκχαεις. Est herba fruticosa, generis coronarij, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, cubitali altitudine, subscabro, circa quem caudiculi agnascentis modo sobolis funduntur, floribus in purpura candicantibus, radice veratri nigri, cui inest odor cinnamomo proximus, gracili solo, nec humido proueniens. officinæ eam non nouere. Rura alicubi Diuæ Mariæ chirothecas appellant.

» Plin. lib. 26. c. 6. à quibusdam errore falso » Barbaricam appellari scribit, qui & ex eius radice fieri solita vnguenta apud antiquos refert, sicut & Dioscor. lib. 3. c. 51. fuisse olim vnguentis expetitam docet quod odoris fragrantia cynamomum referret: hoc & vnguentum ab Hippocr. βάκχαεων vocari commemorat Gal. in exeg. » Hesych. quoque non solum herbam, sed etiam » vnguentum quod inde fit βάκχαειον dici scribit, » verum addit βάκχαειον quosdam dictum velle τὸ » ἀπὸ μυρσίνης μύρον, alios vero μύρον λύδιον vt Gal. » in lexic. Hippocr. esse & vero ξηρὸν διάπασμα τὸ » ἀπὸ τῆς ῥίζης: Hippocr. ex quorumdam iudicio » oleum seu vnguentum illud non βάκχαειον vocat » herbæ nomine, sed βακχάρειον sine βακχαΐειον ἔλαιον, » nomine inde deriuato, vt in lib. de nat. mulier. » & τῶν γυναικ. lib. 2. Porro quod ad scripturam attinet, nota apud Hesych. Athen. & Plin. scribi » per duplex κ: apud Dioscor. per κχ, & apud » Galen. in lexico βάχαεις sine κ. Sunt autem qui βάκχαειν cum Asaro Dioscoridis esse vnũ idemque contendant, cum tamen duobus diuersis capitibus de illis agat Dioscorides, vtrique dissimiles tùm notas, tùm vires, tum & natales adscribens. Ego Baccharim Asarum Crateuæ potius esse crediderim. vide ἄσαρον supra, vbi plura de hac controuersia.

Βαλανεῖον. balineum, siue balneum. Id dicitur quod sudandi, lauandi, detergendique corporis vsibus est deputatum. Cum simpliciter dicitur, dulcis aquæ intelligendum est. Constabat veteribus ex quatuor partibus varia facultate præditis: siquidem primum ingredientes in aere versabantur calido: postea in aquam calidam descendebant: mox ab hac egressi in frigidam: postremo sudorem detergebant. Primam partem Celsus Laconicum, Vitruuius ὑπόκαυστον, alij σφαιριστήριον appellant, vt ait Galen. quod in ea corpus præmolliri soleret. In hac enim parte qui lauari debent, primum versabantur, antequam lauacrum ingrederentur. Constabat solo aere eoque triplici, primum tepido, deinde mediocriter calido, postea multum calido. Sic enim sensim blandeque corpus incalescit, meatus aperiuntur, densatæ partes densatique humores liquantur atque funduntur, contenta sub cute vacuantur, calor, vapores, humores & excrementa foras vacuantur: hæc enim commoda ex ea prima balnei parte proueniunt. Ab ea in secundam ibatur, via quam fieri poterat breuissima: tepidarium & calidarium Vitruuius vocat. Constabat tribus aquæ solijs: primum tepidæ, secundum mediocriter calentis, tertium calidæ erat. Huius opus est per se quidem calefacere, humectare, vias aperire, densata fundere, laxare, euocare, mollire, lenire, coquere, somnum conciliare, per accidens vero refrigerare, eductis fuliginosis excrementis & foras euocato calore febrili (quanquam & per se refrigerare possit, propter aquam quæ potestate frigida est) exiccare, euacuare, discutere flatus, digerere per halitum & corpus extenuare, pro modo scilicet caloris & temporis, quo quis in eiusmodi solijs diuersatur. Cæterum hæc ampla esse expedit. Siquidem in amplo solio membra liberius expanduntur, corpusque facilius volutatur. in quo tamen nec moueri vehementer vtile est, nec vociferari, ne nimio clamore fluxio in thoracem prouocetur, præsertim phthisicis & quibus imbecillum pectus est: sed habitum corpo-

ris in eo decentem & compositum esse oportet, quam incuruato corpore & partibus musculi conuexarum quidem partium tenduntur, concauarum autem comprimuntur: ex quo & pori clauduntur & corpus molliri lenirique prohibetur. Tertia vero balnei pars, quæ Vitruuio frigidarium dicitur, cõstabat similiter tribus aquæ solijs, quorum primum aquam mediocriter calentem, secundum tepidam, tertium frigidam contineret. Per has enim aquarum differentias transeundum erat, præsertim ægro, qui subitas mutationes ferre non potest, vt sani: hi enim celeriter statimque à calida in frigidam deducendi sunt, si eorum natura, vires, & consuetudo permittant. Ab ea corpus refrigeratur, cutis cogitur, meatus clauduntur & densantur, calor, spiritus & humores introrsum repelluntur, atque immoderatum substantiæ effluuium comprimitur, totumque adeo corpus per accidens calidius redditur, clausis videlicet meatibus, ne calor tam natiuus quam ex calidæ lauatione ascitus expiret. Demum vero quarta balnei parte exiccabatur corporis mador, sordes strigili vel pannis asperis detergebantur, cutis fricabatur, & oleo aliquo conueniente inungebatur. Sic quidem se habebant quatuor balnei partes, quas domos aliqui appellant. in quas tamen omneis nec necesse fuit semper ingredi, nec similiter singulas earum differentias experiri, nec eodem semper modo, sed his atque illis aliquando plus, aliquando minus vtendum pro natura, viribus, ætate & habitu lauantis, & pro temporis aerisque constitutione. Vt enim balneo quibusdam in totum vti non licet, sic multis satis est vnam vel alteram balnei partem experiri, & alias fugere. Pleno ventre plenisque intestinis nemo balneo se tuto committat, quod sic facile iecur noxam contraheret, humorque crudus in totum corpus raperetur, vt nec in principio aut augmento morbi, propter carnis cutisque constipationem & humoris cruditatem, nec in copia crudorum succorum maioribus in venis scatente, nec imbecilla parte aliqua principe, vt ventriculo, iecinore, liene & pulmonibus, quod à balneo fusos humores magno sanitatis detrimento exciperent. Ad eundem modum à prima balnei parte abstinere debent quibus calida & sicca intemperies est, siue naturalis, siue morbifica, fueritque ijs abunde in secunda balnei parte lauari: quam quidem sicut calidæ & siccæ naturæ appetunt, sic fugere debent humidæ & calidæ, & qui similibus morbis laborant. Tertiam calidæ & siccæ naturæ & affectus consimiles exposcunt, dehortantur autem frigidæ & humidæ naturæ, morbi eiusdem generis, sanguinis paucitas, carnis nuditas, & corporis gracilitas. Propter quæ quanquam in hecticis à frigida periculum impendet, tamen quoniam in ijs agentem aliquid vel periclitari oportet, præstat nos ad summam illã hecticorum intemperiem attentos, eos ducere in frigidam, quam eius incommoda metuentes, ab ea arcere: neque enim ex frigida lauatione error mortiferus est aut immedicabilis. Hæc quidem de dulcis aquæ balneo dicta sint. Præter id balnea quædam sunt medicamentosa, eaque vel naturalia sunt, vel arte præparantur. Naturalia quidem nitrosa, salsa, aluminosa, bituminosa, sulphurea, & quæ ferri ærisque vim obtinent: arte vero parantur si in aqua dulci calamintha, amaracum, hyssopum, lauri baccæ, rosmarinus, lapis pyrites, sal, fex vini vsta, nitrum, pumex, sinapi, vua Taminia, coccus Cnidius & alia his similia mista fuerint. Hæc autem talia facultatibus esse, qualia sunt ea ex quibus constant, neminem latet. proindeque singulorum vires suis quæque locis requirendæ sunt.

Quod si quis de balneis plura volet legat Langium epist. 50. & 51. vbi de veteri balnearum fabrica & vsu agitur, de calefactionis aquæ balneorumque varijs modis, vbi nec non explicantur hypocausta, apodyteria, pilæ, piscinæ, baptisteria. vnguentorum in ijs vsus, nec non strigmentorum & oleorum vsus in balneis: hæc aliaque complura ad balnea spectantia tractat Mercurial. in arte Gymnastica: Præterea de balnei virtutibus atque facultatibus abunde Gal. comment. 3. de victu acutorum: Oribas. ex Gal. collectan. lib. 10. c. 1. 2. 3. 4.

Quod autem spectat ad vocis huius originem sunt qui balneũ à Græcis dici interpretãtur παρὰ τὸ ἀποβάλλειν ταῖς ἀθλίας, à tristitiæ videlicet lassitudinumque repulsu, Sed hoc etymon rationibus nonnullis Grammaticorum quidam renuunt, quia si verum id esset scribendum fuerat per ει, non ι, idcirco fieri ἀπὸ τῶν βαλάνων magis probant quoniam balanos succendere moris fuerit veteribus, παρὰ τὸ τοὺς βαλανεῖς αὔειν, Epaphroditus αὔειν exurere interpretatur; Sed & Suidas veteres glandibus vesci solitos scribit, Cortices vero igni alimenta præbuisse.

Βαλανεῖα αὐτόφυη. Balnea naturalia dicuntur, quorum differentias & vsus recenset Paul. lib. 1. c. 52.

Βαλάνινον ἔλαιον. oleum ex glande vnguentaria siue myrobalano confectum. Conficitur autem, vt scribit Dioscorides, eodem modo quo amygdalinum. Vim habet aluum soluendi, repurgandi maculas, lentigines, varos, aurium dolorem, sonos tinnitusque sedandi, si cum adipe anserino instilletur. sed stomacho aduersum est.

Βάλανος. glans. proprie intelligitur fructus roboris, quercus, esculi, cerri, ilicis, suberis. Hæ namque arbores glandes proprie dictas ferunt. Sunt autem earum permulta genera, non specie tantum differentia, sed etiam sexu, sapore, colore, figura & magnitudine. Suum proprie cibus est, nec nisi in annonæ magna inopia arefactas glandes moli in farinam, spissarique in panis vsum constat. Capitis enim dolorem & flatus in cibum sumptæ pariunt, & difficilime cõcoquuntur & in venas transeunt. Decoctum tamen earum conuenit dysentericis, cœliacis, sanguinem excreantibus, tritæque in pesso fœminis fluxione vuluæ laborantibus commodo subijciuntur, & crudas inflammationes illitu leniunt. Dioscorides iligneas quercinis anteponit.

Βάλανος. glans, pars penis. Est extremi penis carnosa substantia in glandis similitudinem facta, vtrumque penis meatum, quem natura vrinæ & seminis communem effecit, complectens & ambiens. Hac autem parte meatus ille parum amplior est, quam reliquo ipsius ductu, tandemque in extremo arctior denuo euadit, quo videlicet longiore seminis mora maior in concubitu voluptas excitaretur. Ex quo tamen simul fit, vt & gonorrhœa laborantibus & calculosis summus ea parte dolor sentiatur. Vrina enim acris ea parte copiosior affluens, tanto maiorem acri-

moniæ ſenſum inuehit, quando ibi diutius conſtiterit. Siquidem fieri non poteſt, vt in ea cauitate concluſa, tota confertim ſimulque erumpat, propter meatus in extrema glande angustiam.

Βάλανος. glans. remedij genus. Eſt medicamentum quod in glandis formam effictum, ſedi imponitur ad deijciendam aluum. Eius varius vſus eſt. aliquando propter imbecillitatem ægri qui clyſterem non poteſt admittere, interdum vero quod excrementa in ipſo recto inteſtino ſint, præſertim vero in febribus magnis & ardentibus & quibus humor ſurſum repit, in quibus clyſteres indere nociuum eſt. Expedit autem glandibus vti tum in frigidis capitis affectibus, cataphora, & delirio, tum in quibus immiſſus clyſter non reuertitur. Cæterum parantur varia ex materia, melle cocto, reſina, pice, cera, bitumine, ficu pingui, radice panacis, & herbarum folijs intritis, vel ſalis etiam grumo: hæc vel per ſe & ſincera, vel cum alijs confuſa adhiberi poſſunt.

» Hinc βαλανίζω, glandem ſedi ſubijcio: notandum vero hac glandis voce pro remedio vſurpata, collyrij voce abuſum fuiſſe Columellam » lib. 6. cap. 6. Cœliumque Aurelianum βάλανον » collyrium tranſtuliſſe, id eſt, glandem quæ podici ſubijcitur, vt tradunt vulgaria Lexica.

Βάλανος Αἰγυπτία, ἡ αἰθιοπικὴ ἢ ἀραβικὴ. ijs nominibus dicta fuit à veteribus ἡ μυροβαλανική de qua paulo poſtea.

Βάλανος Διὸς. glans Iouis. ſic dicitur caſtanea, quæ in glandium quoque genere continetur. eadem alio nomine βάλανος σαρδιανὴ appellatur: vide Διὸς βάλανος.

Βάλανος εὐβοϊκὴ nux caſtanea.

Βάλανος μυροβαλανική. glans vnguentaria. Eſt fructus arboris myricæ ſimilis, magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo, vice olei, precioſa vnguenta compinguntur. Naſcitur in Æthiopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido iuxta Iudæam: à quo βάλανος αἰθιοπικὴ, ἀραβικὴ, πετραία, συριακὴ καὶ Αἰγυπτία dicta eſt. Plinius & Aetius μυροβάλανον appellant. Præfertur plena, recens, candida, quæ facile delibretur. Eius caro drachmæ pondere vomitoria eſt, aluum largiter ſubducit & iecur lienemque expurgat. carnis ſuccus multum calidus eſt, cortex autē plurimum adſtringit. Sunt qui putent eandem eſſe, aut nō longe diſſimilem à nuce quæ vulgo muſcata dicitur. Quos vereor ne vna hæc res redarguat, quod veteres glandem vnguentariam prodiderint vomitiones mouere, quas nobis nux muſcata videtur ſiſtere: aluum reſoluere, quam noſtra nux confirmat: & ſtomacho non eam modo aduerſari, ſed & eius oleum, quo nihil nunc habemus ſtomacho gratius.

Βάλανος σαρδιανὴ. nux caſtanea, ideo dicta quod à Sardibus primum venerit. eadem dicitur βάλανος εὐβοϊκὴ.

Βαλάνου πόσιμα. glandis vnguentariæ ſuccus, vt quidam volunt, vel eiuſdem glandis expreſſæ retrimentum.

» Quanquam πόσιματος vox non retrimenta tantum à ſucco expreſſo, cuiuſcumq; tandē rei reliqua, ſed etiam ipſum ſuccū ſæpenumero, Græcis medicis ſignificet, quemadmodum etiam » ἐκπόσιμα, itemque ἀποθλίμματα modo pro retrimentis modo pro ſuccis accipiuntur, adeo vt hoc in ambiguo ſignificatu, rei ipſius vſum intueri oporteat ad veram ſignificationem dignoſcendam: ita pro retrimentis ſumit Galen. 1. κατὰ τόπ. in ſmegmatum vſu quæ affricari exterſionis gratia debent; & lib. 2. in Epithemate Chariclis, ad veterem capitis dolorem λείου μύρου πόσιμα accipiendum pro vnguenti irini fæce, quæ alias μάγμα vocatur vt etiam Plin. teſtatur, ita & Aetius ſerm. 13. cap. 128. Sed & myrobalani μάγμα Celſ. lib. 6. c. 5. appellat τὸ πόσιμα τῶν μυροβαλάνων, ita denique Aetius ſerm. 13. c. 21. de retrimentis expreſſorum fraxini foliorum vſurpauit: Pro ſucco autem vocem πόσιματος Dioſcor. vſurpat lib. 1. de baccis lauri; Ita Gal. libr. 2. κατὰ τόπ. ex Archigene, pro capite rigando δάφνιδων ἐκπόσιμα habet, & lib. 3. in aurium inflammatione ex Apollonio; Sic eodem libro ad aurium dolores, Archigenes pro ſucco & oleo ex Amygdalis amaris expreſſo vſurpauit, vt & Dioſcor. lib. 1. de malo punico: his in omnibus locis vſus ipſe indicat voce πόσιματος ſeu ἀποθλίμματος modo ſuccum intelligi oportere, modo retrimenta à ſucco expreſſo.

Διαβαλάνιον. collyrium vlceribus oculorum efficax deſcribitur à Celſo li. 6. c. 6.

Βάλανοι φοινίκων. fructus palmularum, qui compoſita voce φοινικοβάλανοι dicuntur & δάκτυλοι.

Βαλάυστιον. Heſychio eſt mali punici ſpecies cuius florem eſſe medicinæ vtilem tradit: Dioſcor. vero & Plinius non ipſum malum punicum ſic vocari tradunt, ſed eius florem & quidem ſylueſtris, lib. 13. c. 19. & lib. 23. c. 6. cuius floris tria reperiuntur genera coloribus diſtincta, candidum, fuluum, roſaceum: Cæterum tùm cytini, tùm balauſtij nomina aliter ac Dioſcorides, Plinius accepit lib. 23. c. 6. Siquidem tam Latinæ quam ſylueſtris punicæ florere incipientis (deſinentis legendum eſſe ſuſpicatur Cornarius) primum partum, cytinum vocare videtur; Balauſtium vero floſculū vtriuſque, antequam malum prodeat in ipſo erumpētem cytmo: ex balauſtio autem ſuccus exprimitur hypociſtidis modo. Aſtringit vehementer, ſiccat ordine tertio & refrigerat: ideo fluentem ſiſtit ſanguinem. vide κύπιρος.

Βαλβὶς. κοιλότης πεφυμένης, hoc eſt, concauitas oblonga, apud Hippocr.

Βαλία Heſychio ὀρθαὶ μία dicitur.

Βάλις. dicitur à quibuſdam σίκυς ἄχρις, hoc eſt, cucumis anguinus, vt habetur apud Dioſcoridem.

Βαλλωτὴ. ballote. Herba eſt caulibus quadrangulis, nigricantibus, hirſutis fere ab vna radice numeroſis, folio marrubij ſed maiore, pene rotundo, piloſo, cingente per intercapedines caulem, apiaſtri ſimilitudine, graueolente, orbiculato florum ambitu, qui candidi in rotæ ſpeciem ſcapos verticillatim obducunt. Dicitur alio nomine μελισσόφυλλον & μελαμπύριον, ſiue πράσιον μέλαν, vt ait Plinius lib. 5. cap. 4. Officinæ omnes marrubiaſtrum aut nigrum marrubium appellant.

Βαλλοῖος. qui eſt ex Valœa vrbe Macedoniæ, apud Hippocr.

Apud Stephanum vrbs iſta Macedoniæ Βαλλοιὸν eſt, & cuius βαλλοιεύς.

Βαλσαμίνη. dicitur à quibuſdam τὸ βλέφαλμον, vt habetur apud Dioſcor.

Βάλσαμον. v. Heſychius eſſe dicit ἀρωματικὸν ἄλυπος:

» est tamen potius liquor Aromaticus quam flos, » vt fusius docent Theophr. histor. plant. lib. 9. c. » 6. Dioscor. lib. 1. c. 18. Plin. lib. 12. c. 25. Gal. » de antidot. lib. 1. Strabo Georgic. lib. 16. Iustin. » histor. lib. 26. & Pausanias in Boeoticis. Sed & » ipsa planta aromaticum istum & fragrantissimum liquorem fundens, βάλσαμον nominatur vt Dios. loco citato docet. est vero frutex, vel vt idē ait, arbuscula magnitudine albæ violæ aut Pyxacanthæ, vel sicut ait Aetius binûm cubitorū, folio rutæ proximo sed cādidiore & perpetuo virēte in Iudæa solū quadam conualle & Ægypto nascens. Cæterū postea propagata est & plurimis locis sata ex quo Romani Iudęa potiti sunt. » Huius autem arboris magnitudinem & formam, alij aliter exprimere conati sunt, vt in tanta varietate certi vix quicquam pronunciare » possimus: ac Pausanias quidem in Beotticis nasci prodidit in Arabia, magnitudine fruticis, myrti folijs, sampsuchi herbæ: Solinus in polyhist. » similes vitibus stirpes esse prodidit: at Plin. l. 12. » 35. c. Balsami arbusculā viti quā myrto similiorē » esse voluit, huic folium esse rutæ proximum, » proceritate intra bina cubita subsistere: Theophrast. vero 9. histor. plant. cap. 6. magnæ Punicæ malo similem esse dixit, folio rutæ proximo, fructu Terebinthi: Monardes item Hispalensis huius ætatis medicus libr. de simplicibus » medicamentis ex occidentali India delatis, arborem esse asserit malo Punica maiorem sed folio » vrticæ, Strabo libr. 16. Geograph. author est » Cytiso & Terebintho persimilem esse: Iustin. historicus libr. 36. pineis arboribus formam similem habere, nisi quod sit humilis magis, & in vinearum morem excolatur; Dioscor. » lib. 1. c. 18. magnitudine Lycio seu pyxiacanthæ » similem esse tradit, nam ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, λυκίνε legendum videtur, itemque ἀπὸ πυξακάνθης, πυξακάνθης; est autem Lycium vnum & idem cum » spina buxea vt idem ipse Dioscorides testatur c. » de Lycio; Ex balsami autem cortice gutta manat quæ ὀπὸβάλσαμον vocatur: eius autem surculus ξυλοβάλσαμον dicitur, de quibus vide suis locis: Balsamum autem desiccat & excalfacit secundo excessu; est & tenuium partium & odoratum.

Βαλσαμέλαιον. est succus balsami oleo persimilis, qui ex eo imis partibus crebra scarificatione vulnerato emanabat. Idem cum opobalsamo est, vt scribit Simeon.

Βαλσαμώδης. cognomentum est τῆς κασίας, vt inquit Plinius, quæ balsami odore est, sed amara, ideoque vtilior medicis, sicut nigra vnguentis.

Βάμμα. idem quod ἔμβαμμα, intinctus, id est, liquor » in quo panem vel obsonia intingimus: Schoo » liastes Nicandri putat sic vocari omne ὑγρὸν. » atque si solum & sine adiectione ponatur significare acetum: diminutiua voce dicitur βαμμάτιον » apud Athen. lib. 9.

Βαπτισία. dicebantur olim in domus secretiore » parte veluti lacus quidam ex ligno, lapide, mar» more, aut alia materia in quibus lauabantur: » duorum erant generum, alia dicebantur frigidaria, alia calidaria; in illis lauabantur frigida, in » his calida: fiebant interdum capacissima, adeo » vt in his natari posset. vide Vitruuium, & Plin. » iuniorem in epistola ad Gallum.

Βάπτος. lapis est seu gemma bituminosa, molli odore prædita. Sic dicitur ex tinctura, quanquam Plinius non explicat quo colore fuerit tincta. Sunt qui existiment anchusæ radice intinctam fuisse.

Βαρβάρα. barbara. dicuntur (inquit Gal.) à recentioribus medicis emplastra quæ bitumine constant. Est enim generis nomen, non particularis alicuius medicamenti. Siquidem multa compositione inter se admodum differentia barbara appellantur. Eorum vero plæraque etiam nigra dicta fuere, videlicet à colore bituminis. Quoniā autem bitumen glutinandi vim habet, cruentisque vulneribus conuenit, quæ ἔναιμα appellantur, ideo sæpe ἔναιμα βαρβάρα, hoc est, barbara cruentis vulneribus conuenientia, dicuntur à medicis, vt à Gal. lib. 5. meth. med. in sistendo sanguine è pulmone erumpente.

Multæ autem barbarorum emplastrorum descriptiones habentur apud Gal. 2. κατὰ γένη. c. 22. « Cur autem sic dicta sint fatetur Gal. se ignorare « 2. ad Glauconem. «

Βαρβαρικὸν. nomen est medicamenti acopi ad coxendicum dolores efficacis, quod etiam διὰ εὐφορβίου dicitur. huius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 19.

Βάρβιλος. dicitur proprie arbor ex osse pernicæ enata, vt annotat Constantinus Cæsar. lib. agricult. 10. cap. 13.

Apud Eustath. legitur neutro genere βάρβιλον, « quo nomine à quibusdam dici scribit τὸν τῆς κρα- « νείας καρπὸν fructum corni arboris, quem ab alijs « nominari ait πάπαξιν, ab alijs μέδιμον. «

Βαρεῖα σπλῆνες. lienis grauitates Hippocrati dicuntur lib. de victus rat. in morb. acutis, id est, splenis tumores ac inflammationes grauitatis sensum aut grauem dolorem inferentes.

Βάρκες. Etymologo sunt τὰ ὕλακα τῶν ὀδόντων, sed addenti quosdam exponere σταλάγας, alios τὰ ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ὑπὸ τῆς τροφῆς ἐνιζόμενα, id est Gingiuas, malas, vel quæ ex cibo sumpto dentibus inhærent.

Βαρυκοΐα. id est, grauis seu diminuta auditio, vt παρήκοη seu παρήκοσις deprauata: habetur hæc vox aphor. 17. lib. 3. hinc apud eundem βαρυήκοοι νότοι, austri (ab effectu) auditum obtundentes & hebetantes.

Βαρυφροσύνη. status est mentis grauiter affectæ & curis atque molestijs velut grauatæ.

Βασάλτης. est lapis multangularis, colore ferri & durissimus, vt non facile vulnerari secariue possit.

Βάσανος. dicitur à quibusdam coticula lapis, quod aurum ipsi attritum colore, tanquam trutina, examinetur.

Lapis index, lapis Heraclius seu Lydius ait « Plin. lib. 33. 8. «

Βασίλειον. est collyrium σηπτικὸν ad principia suffusionum, omnem visus hebetudinem & cicatrices efficax, descriptio habetur apud Aetium lib. 7.

Βασιλίδιον. est collyrium ψυκτικὸν, diuersum à superiori. describitur à Galeno lib. 4. περὶ κατὰ τόπους.

Βασιλικὸν. huius nominis antidotus describitur à « Gal. 2. de antidot. ca. 11. faciens aduersus canis « rabidi morsum. «

Βασιλικὸν. est emplastrum, quod & πεντάφαρμακον dicitur à Gal. Aetio & Paulo, quia constat: quatuor simplicibus medicamentis, paribus scilicet portionibus cerę, resinæ colophoniæ, picis & seui taurini simul mistis coctisque. Vim habet maturandi abscessus & ad suppurationem per-

ducendi. Est & huius nominis emplastrum nigrum & ijsdem fere viribus præditū apud Cor. Celsum lib. 5. cap. 19. habens, Panacis P. *I. galbani P. *II. picis & resinæ, singulorum P. *X. olei dimidium cyathum. Habentur & apud Scribonium Largum duo emplastra, vnum Tryphonis nigrum quod Καπλικὸν dicit appellari, recipiens Picis Brutiæ * P. XL. resinæ * P. XL. galbani * P. II. olei cyprei, * P. sescunciam cum olei communis * P. IX. Alterum emplastrum Aristi chirurgi, similiter nigrum, quod πτερφαρμακον nuncupat, eodem prorsus modo descriptum quo habetur apud Galen. Aetium, Paulumque. Ex quo apparet βασιλικὸν illud celebre, ab Aristo chirurgo profectum inuentumque esse.

Βασιλικὸν. recentioribus qui de re herbaria scripserunt dicitur τὸ ὤκιμον, atque apud omnes fere iam receptum hoc nomen est, vt Galli quoque lingua vernacula sic appellent. Rationem Psellus addit, quod ocimum mediocrem possidet calorem, capiti cordique odoratu salutare.

Βασιλικὸν etiam est genus vnum Satyrij, folijs nigra plumbagine maculosis, & reliqua superficie cynosorchi simile, cui radix subest lutea, ac instar manus effigie ramosa. Officinæ Christi palmam appellant. Eius vsus esse perhibetur ad erugandam cutem & neruorum dolores, & contra noxia medicamenta.

Βασιλικὸν. apud Hippocratem plærique interpretantur τὸ ἄμμι.

Βασιλικὸν κάχρυον. dicitur à quibusdam ἄκυπος, vt habetur apud Dioscoridem.

Βασιλικὸν. etiam nomen est Collyrij ad incipientem
» suffusionem & omnem visus hebetudinem optimi, quod describitur à Galen. lib. 4. κῦ τόπ.
» cap. 7.

Βασιλικὸν. etiam nomen est malagmatis, stomachi-
» cis & hepaticis vtilis, descripti à Galen. 8. κῦ
» τόπ. c. 5.

Βασιλὶς. liquidi collyrij nomen est ad oculorum
» suffusiones, hoc ἀναληπτικὸν quasi reparatricem
» appellari scribit Galen. qui describit 4. κῦ τόπ.
» cap. 7.

Βάσις. appellatur inferior & posterior cerebri pars
» ex qua παρεγκεφαλὶς oritur inquit Ruffus: Quin
» & βάσις apud medicos in medicamento compo-
» sito pars illa dicitur, quæ præcipua est & vnde
» manat actio, quæque cæterorum quæ adijciun-
» tur, ceu columna est fulcimentum: atque fun-
» damentum.
» Βάσκανος ὀφθαλμὸς quid vide in ὀφθαλμὸς.

Βάτα. dicuntur à Gal. 6. κῦ τόπ. mora τὰ χαμαίβά-
» τα, id est, Rubi quasi dicas rubina, eodem plane modo sicut συκάμινα appellantur vera mora, vtraque appellatione à plantis suis deducta; Βάτα enim ἀπὸ βάτου dicuntur de qua voce infra; Athenæus βάτα appellat: hæc autē magis quam mora astringunt, & si quis largius ijs vescatur capitis dolorem stomachique adferunt, vt docet Gal. lib. 2. de aliment. facult. c. 13.

Βάτος. idem quod βάτινον. fructus rubi, moro rubro, fragi similitudine, suauissimi gustus, quam vulgus Gallicum framboisciam vocat. dicitur & ἀπὸ Βάτου.

Βάτος. rubus. planta est vulgaris notitiæ, vt ait Dioscorides, & spinis horrens, sed multo maioribus quàm rubus Idæus, qui etiam sine spinis inuenitur: cum tamen ambo eadem præstare videantur. Folia, germina, flos, fructus, & radix non obscure adstringunt, sed folia plurimum habent aqueæ substantiæ, parum vero adstrictionis.

Βατράχιον. ranunculus. herba est cuius multa produntur genera, de quibus apud rei herbariæ scriptores.

Sic vero appellari tradunt quod limitibus humidis, opacisque marginibus ranarum more lætetur: Sed & apud Chymistas βατράχιον vocatur quiddam ex latice diuino computrescente proueniens in auri confectione, specie ranunculi, cui veneno vis tanta ineest, vti halitu etiamnum perimat, illud ab effectu Chrysocollam etiam nuncuparunt. Fuit & βατράχιον coloris species quo ante inuentas personas faciem inungebant, vt tradit Aristophi. Scholiastes, vnde & batrachis inter floridi coloris enumeratur indumenta.

Βατραχίτης. gemma est cuius tres species produntur. prima ranæ colore ex quo nomen habet, secunda eboris, tertia quæ è nigro rubet: quæ duæ quamuis ranæ colorem non habent, tamen quia in eadem Copto, in qua prima, nascuntur, eodem cum prima nomine donatæ sunt.

Βάτραχος. est tumor phlegmonodes partium quæ sub lingua sunt, sed maxime venarum, pueros præsertim infestans.

Quem morbum interpretes modo ranam, modo ranunculum vocant: Aetio lib. 8. c. 39. ὑπογλώσσιος βάτραχος nominatur.

Βδέλλα. hirudo sanguisuga. Nomen est animalis à quo præsidium in arte medica petitur quod sanguinem exhauriat: hirudo autem non cutem modo verum altius quoque, si ea tenella vt pueris & infantibus sit penetrat: illa exhausta, exinanitaque & accurate præparata, auidius tutiusque fugit, ferequecontinenter, donec copia turgescat, saturaque procidat: Plerumque etiam ea sublata sanguis confertim profluit, si præsertim in prominentem venam fuerit infixa, ac tum scalpelli, & phlebotomiæ vicem supplet; ita quidem ex hemorroide tam copiosum interdum sanguinem euocat, vt emplasticis astringentibusque medicamentis sit opus, & puerorū cubito infixa phlebotomiam exæquet: *Quæcumque sic è vena caua haurit, pro vniuersali euacuatione habenda est; Quæ vero duriusculæ cuti, aut ei parti cui nulla sit amplior vena subiecta, ad hæresicit, quam solum partem attigerit, euacuat, aut certe minimū è vicinis, nihil vero prorsus ex alto vel ex distantiore loco prolicit; Quocirca ijs duntaxat partium vitijs exugendis adhibetur quæ in summa sunt cute, vt scabiei, vitiligini, impetigini, pano, nasi faciei-que rubori, & Elephanticorum tuberculis; vniuersim vero cum sanguis aliqua in parte ita inhęsit, vt nec secta vena nec medicamento reuelli possit, qua & ratione adhibentur scarificatio & cucurbitulæ. Præter significationem prædictam etiam βδέλλαν significare Hippocrati aliquando venam varicosam censuit Dioscor. lib. 2. c. 36. vt Gal. refert, sed certe locus ille Hippocratis 2. prorrhetici in quo ἡ βδέλλας mentionem facit multum abest vt Dioscoridi faueat, cum illic potius hirudinem significet.

Βδελυγμὸν. apud Hippocr. lib. de fistulis, tetrum fœtorem significat & execrandum: Sic Hesych. βδελυγμίαις, δυσωδίαις exponit: intelligitur autem grauis ille fœtor qui ex ventris recrementis & alui-

» alui solutione expirant, βιλύοτεσθαι enim κενεῶσθαι » τὴν κοιλίαν significat Hesychio: Aut hac voce in- » telligit Hippocr. execrandum illum fœtorem » qui ex saniei corruptela & varia putrilagine qua » manant fistulæ, efflatur.

Βδέλλιον. arbor est nigra, oleæ magnitudine, folio roboris, fructu caprifici, nec insuaui. Manat ex ea humor eiusdem cum sua arbore nominis, cuius duo genera fecit Gal. Vnum Scythicum, alterum Arabicum. Scythicum nigrius resinosiusque, Arabicum translucidius & siccius: esse autem debet amarum gustu, simile ceræ, vel taurino glutini, translucidum, interius pingue, si digitis subigatur, lentescens, humano vngui colore simile, sine ligno, sine sordibus, & cum incenditur, odoratum. id Arabicum dicitur. Alterum genus sordidum est, nigricans, grandioribus glebis, & conuolutum in offas. id ἀσφόδελον vocant, & aduehitur ex India. Vtrumque excalfacit & vim habet emolliendi duritias & discutiendi aquas atque aquosos ramices. Sed priuatim Arabicum vrinas mouet & calculos frangit.

Βελένιον. sic Perseam in Perside venenatam appel- » lat author librorum de plantis, qui Aristotelis » nomen præ se ferunt, siue à sagittis nomine du- » cto, siue ab Apolline qui quondam Gallis Belis » dictus; Si à sagittis τοξικὸν Græcum fuerit; Ari- » stoteles venenum hoc à Celtis parari solitum » ξενικὸν vocat; Galen. libro de Theriaca ad Pi- » sonem ἰλένιον, pro quo lege βελένιον: idem scribit » Dalmatis & Dacis plantam esse, cuius succo sa- » gittas suas efficiant lethales: tingunt & Galli » sagittas suas helleboro, vt docuit Plin. lib. 25. » cap. 5.

Βελεμνίτης. est lapis qui τῇ εἴλυϊ, id est sagittæ, effigiem repræsentat. eo hodie quidam pro lyncurio vtuntur. Similis est succino colore, & pellucet, & paleas aliasque res minutas tanquam succinum ad se allicit. Si vratur, candidus euadit, vel ex candido cinereus. Si confricetur, olet aliquando cornu bouis limatum aut vstum. Diuersa illi magnitudo est. sed vt plurimum quidem digiti longitudinem & crassitiem æquat. reperitur vero interdum sesquipedalis, brachij crassitudine. Omnibus figura est sagittæ ex ampla radice delinentis in tenuissimam aciem, atque in intimo corpore aurea quædam armatura interdum est, in alijs autem terra, aut arena, aut alius etiam lapis: quæ omnia in acutum æque atque βελεμνίτης ipse turbinata sunt. Verum lapis qui in eo est aurei coloris armatura tectus, plærumque constat ex crustis, tanquam membranis quibusdam, primo latis, mox magis atque magis strictis. Exiccat, sanat vulnera, frangit calculos.

Βελόκακος, à quibusdam dicitur ὁ βλητικὸς, vt habetur apud Dioscoridem, quod tradant vulneratis capris mederi dictamnum, à pastu eius statim decidentibus telis, quasi telorum remedium.

Βελονοειδὴς. est processus vnus ossis λιθοειδοῦς, ab inferiori eius parte exoriens, solidus, oblongus, & subtilis instar styli, graphij vel acus, quem proinde totidem nominibus veteres appellarunt, συλοειδῆ, γραφιοειδῆ & βελονοειδῆ. Sunt etiam qui à gallinacei calcaris similitudine: πλῆκτρον vocent.

Βελοτόκον. à quibusdam dicitur ὁ βλητικὸς, vt habetur apud Dioscoridem, quod & sagittarum & partuum remedium sit.

Βελολκὸν. est ferramentum extrahendis telis accommodatum. quod Celsus lib. 7. ad authorem Dioclem refert. Est autem lamina vel ferrea, vel ænea, etiam ab altero capite duos vtrinque deorsum conuersos vncos habens, & altero duplicata lateribus, leuiterque extrema in eam partem inclinata quæ perforata est.

De illo vide Cels. l. 6. cap. 26. Paul. l. 6. cap. « 88. ex illo deductum βελολκία, ας, teli infixi extra- « ctio, cuius tres ex Homero species tradit Eustath. « Iliad. Σ, ἐκπομὴν cum telum educitur discissa la- « tius carne, διωσμὸν cum protruditur & propelli- « tur, & ἐξολκὴν cum extrahitur. «

Βεμβίξ. exercitationis genus erat quoddam apud « veteres idem, vel saltem prope accedens ad illud « trochi vel turbinis genus, quem loro, baculo al- « ligato emissum pueri nostri in orbem rotare fa- « ciunt, & deinde plagis rotatum impellunt cer- « tatim, quem pulchre describit Virgil. 7. Ænei- « dos: Aretæus lib. 1. in curatione Epilepsiæ, solam « eius vertiginis inspectionem, quam facit βεμβὶξ, « epilepsiam inducere monuit. «

Βρεδρίας. est nomen ξηροῦ μύρου, hoc est, vnguenti sicci, ex pluribus aromatis compositi citra liquoris vllius admixtionem, cuius descriptio habetur apud Aetium libro vltimo, haud longe à fine.

Βρεγμὸν. nitrum est tenuium partium: valens maxime ad vulnera neruorum.

Βὴξ. tussis. Est efflatio vehemens qua quicquid spirandi instrumentis molestum est, natura expellere conatur. Motus est deprauatus actionis animalis motricis, vt & sternutamentum, & pandiculatio, & horror, totusque præter naturam, ex eorum symptomatum genere in quibus causa aliqua quæ præter naturam est, ad tales actiones eam extimulat. Cuius tamen expellendi modus à reliquis diuersus est. Cum enim reliquæ partes id quod noxium est sui contractione expellere conẽtur, asperę autem arteriæ duriores sint, quam vt contrahi constringique possint, circa id quod intra se continent, natura spiritum concitato impetu foras excludit, quo ipse plurimus celerrimeque foras actus, vna quicquid est molestum propellat. Motus autem hic per eadem omnino instrumenta fit, per quæ magnę & vehementes etiam spiritus expulsiones, quas Græci ἐκφυσήσεις vocant, hoc est, efflationes: in quarum genere tussis est, vt quæ non aliud sit, quam vehemens efflatio sæpius repetita, si primo conatu causa depulsa non est: siquidem pro eius magnitudine tusses vehementes aut exiguæ, frequentes aut raræ mouentur. Excrementa namque crassa lentaque multum, aut valde tenuia & aquosa, quæ ab ipso spiritu comprehendi nequeunt, difficillime tussiendo reijciuntur. similiter cælida atque frigida siue asperam arteriam mordeant, siue tantum obstruant. adhæc rodentes humores vel in ipsis arterijs collecti, vt in tabe, peripneumonia, pleuritide: vel à capite defluentes, vt in catarrho. Cibus etiam & potus in asperam arteriam deerrans, atque morbi partium tum respirationi inseruientium, tum vna cum ijs motarum, veluti diaphragmatis iecinoris, lienis atque stomachi tumores magnam tussim inducunt, sicut è contrario eædem causæ pauciores aut minores exiguam tussim, vel tantum κίρχον mouent, velut & intemperies frigida inæqualis partium respirationi dicatarum, per quam nihil tussiendo expuitur, tussisque tam exigua mouetur, vt sola spiritus

cohibitione (nisi admodum magna sit) supprimi curarique possit, aucto per eam calore, & spiritu cohibito in omnes etiã arctissimos meatus subeunte, quibus duobus remediis ea intemperies tollitur. Hæc autem tussis screatui non absimilis est. Per eam enim musculi thoracis, vt scribit Galenus, concutiuntur, vt ea quæ carnibus suis molesta sunt, in pulmonum arterias expellant. & ad horroris rigorisque genus pertinere videtur, nisi quod hæc citius sentitur, ob motum perpetuum instrumentorum thoracis.

Βῆχες ξηραὶ. siccæ tusses, illæ apud Hippoc. dicuntur quibus nihil expuitur inquit Gal. in aphor. 54. l. 4. fiunt autem aliquando ob intemperiem instrumentorum quæ respirationi inseruiunt; aliquando faucium asperitate: vel aliquando tenui & pauco humore distillante vt docet Gal. ibidem, vel quod lẽti sint & crassi humores pulmonis fibris infixi, comm. 1. in 1. Epid. vbi & causas illas fusius exponit.

Βήρυλλος. herbæ cuiusdam nomen est, vt ait Hesychius: forte ea quam officinæ berulam appellãt, quæ proprijs nominibus sion seu lauer dicitur.

βήρυλλος. beryllus. gemma est ex puro liquidoque succo nata, translucida, colore viridi, sed multum diluto, vt aliquando alterius coloris esse videatur: ex quo octo eius genera statuuntur. Qui vere βήρυλλος dicitur, viriditatem puri maris imitatur. proximus, cuius fulgor in aureum vergit colorem, χρυσοβήρυλλος nuncupatur. tertio loco est χρυσόπρασος, facto ex auro & porri succo nomine, pallidior superiore. quarto ὑακινθίζων, quia colore similis sit hyacintho. quinto ἀβρώδης: sexto, κήπιος: septimo, ἐλαιώδης: vltimo, χρυσάλλινος. Sic dicti à coloris similitudine. Omnibus autem facile color hebescit ni surdus & exanimis repercussu angulorum excitetur. Qua de causa sexangulam figuram illis dant artifices, atque cylindros ex ijs faciunt magis quam gemmas. Sed & ipse cylindri modo teres nascitur.

Βηχύπον. est nomen medicamenti ophthalmici siue collyrij, quo Berytius quidam ad maximas epiphoras vtebatur, quodque describitur à Galeno lib. 4. τῶν κατὰ τόπους. Est & pastilli nomen ad dysentericos perutilis, quod habetur lib. 9. τῶν κατὰ τόπους.

Βήσσα. dicitur à Syris ruta syluestris, quam alij etiã ἅρμαλα, Cappadoces μῶλυ appellant, propter quandam quam habet cum τῷ μῶλυ similitudinem: vtraque enim radicem habet nigram & florem lacteum secundum Asclepiadem: cuius verba Galenus citat lib. 9. τῶν κατὰ τόπους: βήσσα est semen rutæ syluestris, quæ in Syria nascitur, & vernaculo nomine ab illis ἅρμαλα appellatur. Calefacit tertio gradu, tenuis substantiæ est, discutit & vrinam promouet. Apud Dioscor. legitur βησσᾶ.

Inde autem orta est compositio σκιμπικὴ διὰ τῆς βησσᾶς dicta, quæ describitur à Paulo l. 7. c. 14. & à Gal. 6. κατὰ τόπους.

Βησσικὴ. quæ est ex Bessis in Thracia, apud Hippocratem.

Βηχικὸν. Est medicamentorum genus ad leniendam & sedandam tussim præparatum, nec tussi tamen tantum conducens, sed ijs etiam qui sanguinem reijciunt, & qui præterea in tabem inciderunt, quique thorace, pulmone, aspera arteria aut alia quadam parte interna laborant. Pro diuersitate autem affectionum, varia materia constant, alias quidem styrace & croco, quæ concoquendi vim habent: alias vero aliis, interdum calefacientibus, aliquando cum exigua adstrictione aromaticis & siccantibus, aliquando seminibus quæ nobis in frequenti vsu sunt, vt anisi, apij, fœniculi, dauci, seseleos, ex quibus non modo obtunditur medicamentorum vehementia & ingratus sapor, verum vrinæ etiam commouentur: aliquando vero asperitates delinientibus, vt tragacantha, radice dulci, & dulci vino. Sæpe autem etiam καταπτικὰ, hoc est stupefacientia, remiscentur, quæ tabidis commodissime possunt exhiberi. Verum facultatem illam stupefacientem exiguam prorsus in his esse oportet, nec tantam quidem quanta in colicis medicamentis habetur. In his enim vehemens esse & exuperare solet, eamque inducit refrigerantium medicamentorum copia, cuiusmodi est semen hyoscyami, & cicutæ, succus papaueris & correx mandragoræ: ac tantam quidem adhibere propter colici doloris magnitudinem necesse est. Qua fere sola in re τὰ βηχικὰ ἀπὸ τῆς ἰδίως κωλικῶν, hoc est, bechica ab ijs, quæ proprie colica dicuntur, videntur discrepare.

Τῶν βηχικῶν autem plures differentias vide apud Trallia. toto lib. Cæterum vox hæc non tantum de medicamento dicitur tussim leniente ac sedante, sed & pro eo quod tussim prouocat vt docuit Gal. 5. de simplic. medic. facultatibus.

Βήχιον. tussilago. folia illi sunt maiuscula quam hederæ, sex aut septem à radice, subalbida à terra; superne virentia, in plures angulos exeuntia: caulis palmum altus, flos luteus. vere prodit, quo vna cum caule confestim exuitur. Inde nonnulli his vacare existimarunt. Radix tenuis est. nascitur in amœnis & riguis. Est modice acris, vt sine molestia noxaque omnes thoracis absessus credatur rumpere. Nomen illi inde datum est quod tussim sedet. Dicitur & alio nomine ὁ χαμαιλεύκη. dicitur & à quibusdam hoc nomine ὁ ἐλελίσφακος, id est, saluia, sicut habetur apud Dioscoridem.

Βίαιον. est vini species de quo vide in voce οἶνος, vbi ordine Alphabetico vinorum insigniores differentiæ explicantur.

Βιβλινος οἶνος. vinum biblinum, vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Βιδυτὸν. nomen est emplastri ad hydropem efficacis, cuius descriptio habetur apud Galenum l. 9. τῶν κατὰ τόπους.

Βίδωδες etiam dicitur pastillus quidam descriptus ab Aetio libr. 14. & à Paulo libr. 7. Valet ad vlcera contumacia, vt legitur apud Galenum libro nono De simplicium medicamentorum facult.

Βίκιος οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Βισμὸς. antidoti cuiusdam nomen est apud Aretæ. 2. de curat. acut. cap. 8. quam in comminuendis renum calculis commendat.

Βλακερὰ. humidæ & mucosæ apud Hippocratem.

Βλαισὸς. blæsus, varus, valgus. Sic à plærisque vocatur cui membra resoluta sunt, hoc est, παραλυτικός. Dicitur & cui lingua impedita est, & literam aliquam exprimere non potest, qui proprie βαυλὸς, id est balbus, appellatur. Refertur etiam ad alia membra, vt manus, pedes, brachia, vt

greſſum habet mancum vel deprauatum, cuique ſuræ ſunt in diuerſum actæ, qui proprie à Latinis valgus & varus nuncupatur. Quod vitij genus Alexandr. Aphrod. in probl. ex imbecillitate fieri ſcribit. Quum enim, inquit, eorum partes inferiores nequeant ſuſtinere ſuperiores, facile peruertuntur, indeque vitium, quod pedum blæſitatem vocamus, prouenit.

» Gal. lib. de cauſſis morborum βλαισὸν, inquit, » dicitur τὸ ὑπὸ τὰ ἐκτὸς ῥέπον, βαῦκὸν δὲ τὸ ὑπὸ τ' ἀναντία. » ita vt quibus rectiora ſunt crura quam ordo naturæ poſtulet, dicantur βλαισοὶ: fiunt autem hæc » conformationis vitia ex intempeſtiuo & vehementiori motu puerorum, talis enim labefactat » artus & in quam minime eſt oportunum partem circumagunt, crura enim ex ipſa corporum » incumbentium grauitate, aut ad exteriora, aut ad » interiora vertuntur, prout fit prima ἀπὸ κλίσεως inclinatio: à voce βλαισὸς deductum βλαίσωσις 3. de » vſu part. c. 9. ei opponitur ὁ βαυκὸς.

Βλακεύειν. ὀλιγωρεῖν vilipendere, contemnere, apud Hippocratem.

Βλατίωματα. pro papularum eruptionibus & exan- » thematis ſumi videntur 4. Epid. fortaſſis etiam » apud eundem pro inguinum tumoribus vſurpantur, qui viſcerum impuritatem & redundantem » ſuperfluitatem arguunt, eruptionem quoque » puſtuloſam aut puſtulam ſignificat lib. περὶ χυμῶν » apud Hippocratem.

Βλαστοὶ. dicuntur productiones quædam cum ſcili- » cet planta ipſa fructum parat producere, Gal. 2. » de aliment. facult. c. 60.

Βλίττα. mucus, frigidus humiduſque ſuccus: quem omnes homines φλέγμα vocant, vt ſcribit Gal. lib. 2. de facult. natur. Sic Hippoc. craſſiorem pituitam vocare conſueuit, qualis è cerebro per palatum & nares deſcendit.

» Vt ſub finem libelli περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, & l. 2. » de morbis, verbum ibi non βλίττα ſcriptum eſt, » ſed βλάττα, vt viciſſim apud eum βλαισὸς legitur » multis in locis pro ϛλαισὸς, vt apud Gal. & Ariſtotelem & alios ſcribitur: ſed & ϛλαττώδης apud » Hippocr. 2. de morbis ſcriptum legitur pro » ϛλαττώδης: ad hæc ϛλαττώδης & ϛλίττος cum vnico » τ ſcripta reperiuntur pro ϛλαττώδης & ϛλίττος, ve- » luti apud Ariſtotelem hiſtor. animal. lib. 8. vbi & » nota hoc ϛλίττος ſiue ϛλίττος vſurpari pro ϛλίττα: » vox autem hæc ϛλαττώδης, peculiariter de homine ignauo, & ſtulto ſeu ſegni & fatuo dicitur, vt » Feſtus ex Plauto refert, quin & Heſych. ϛλαττὸν » exponit νωθῆ μωρὸν. Cæterum pro ϛλίττα dicitur » alio nomine μύξα de qua vide ſuo loco.

Βλέφαρα. palpebræ, genæ Plinio. Sunt partes membranoſæ, pilis ornatæ, ſupra infraque oculos ambientes & claudentes. Hæ cum duæ in vtroque oculo habeantur, inferior & ſuperior, ſibi tamen coniunctæ ſunt & continuæ, & ab vno principio proficiſcuntur, ſcilicet à membrana caluariam ſuccingente: nec tamen hac ſimplici membrana conſtant, ſed præterea cute atque cartilagine quæ ταρσὸς dicitur, non modo ſimul vnitis, ſed cum alba etiam oculi tunica. Palpebra inferior immobilis eſt, ſuperior ſola attollitur & demittitur, idque duorum obliquorum muſculorum beneficio, quorum vnus à naſi finibus oritur, & in dimidiam cartilaginis eius; quam ταρσὸν diximus vocari, partem ſibi propinquam inſeritur. Hic palpebram ſurſum mouet, alter vero ei oppoſitus totum minorem oculi angulum complectitur, quodammodo factus ſemicircularis. Oritur namque à medio inferioris palpebræ, & per minorem oculi angulum circumductus, ſuperiorem palpebram petit, inque reliquam tarſi dimidiam partem implantatur. Is deorſum palpebram trahit. Sic quidem Gal. viſum fuit ad finem lib. 10. de vſu partium, quāquam idem initio lib. 3. de locis affect. videatur ſentire geminis muſculis palpebram deſcendere, oculumque claudi, & ab alio quem ipſe non deſcribit (is forte à muſculoſa cute frontis ſuperciliorum naſcitur) ſurſum attolli. Cæterum palpebra vtraque pilos habet oris extremis inſertos, & ſibi ſemper æquales, quod cartilagini inſerti ſint, à qua non poteſt copioſum alimentum eorum incremento ſuppeditari. faciuntque non modo ad ornatum, ſed etiam ad ſecuritatem βλεφαρίδες & cilia appellantur. Dicitur βλέφαρον παρὰ τὸ φάεος εἶναι τὸ βλέφος, hoc eſt, quod oculi ſit indumentum. vnde poeta quidam Græcus non illepide ὀμματόφυλλον appellauit, perinde ac ſi oculi folium diceres. Cicero lib. 2. de natura deorum palpebras tegumenta oculorum vocauit.

Βλέφαρα συμφυῆ. Commiſſæ palpebræ, hic vero morbus fit quando ſcilicet cum inferiori cilio ſuperior palpebra coaleſcit: Plura de illo Paulus l. 6. c. 15. vbi curationem eius chirurgicam tradit.

Βλέφαρα τραχέα. aſpera palpebræ, quæ ſic dicuntur cum euerſæ ſanguinolentiores apparent, & magis aſperæ carnoſæque, & fici acinis ſimiles vt docet Gal. in Iſagoge.

Βλέφαρα vero παχέα. id eſt craſſæ appellantur, quando euerſæ, duriores ijs quæ naturaliter ſe habent exiſtunt, & ſcabris magis carnoſæ vt ait ibidem Galen.

Βλεφαρίδες, cilia. Celſus non aliter quam pilos palpebrarum dicit. Plinius etiam palpebras vocat. Sunt pili ad extremum vtriuſque palpebræ ambitum ſiti. vide ſupra βλέφαρα.

Hos pilos Cicero vallũ vocat, vt & Gal. χάραϰα, & Pollux lib. 2. Βλεφαρίδες, inquit, dicuntur αἱ ἐπιφυόμεναι τῷ βλεφάρῳ πτίλοι, ὁ κόσμος τοῖς ὀφθαλμοῖς μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἔχουσαι τὴν περιοῦσαν ὡς τὰ περισπόλουπαλυπτοῦσαι ἀποσκοποῦσιν, καὶ τοὺς ὄψεις καταθωύσσουσι μὴ ἔξω παλαίειν, id eſt pili ex palpebris creſcentes, non modo ornatus oculorum, ſed & neceſſariam habentes prominentiam vt res nociuas incidentes arceant, & oculorum radios dirigentes non aberrare ſinant: Sed & βλεφαρίς. Ariſtoteli palpebram ſignificat vt 4. de part. animal. & l. 11. & in 1. de hiſtor. animal. vbi ait nõ coire ſciſſam βλεφαρίδα id eſt palpebram: de βλεφαρίδων autem vſu, & quæ animalia βλεφαρίδας habeant, quæ vero non, ſi ſcire deſideres habet Camerar. ex Polluce, alijſque multis ſcriptoribus.

Βλεφαρικὰ. Collyria palpebraria vocat Aurelian. l. 4. c. 2. tardarum paſſionum, ſiccoſque pulueres qui palpebris adhibentur.

Βλεφαρόξυστον. inſtrumentum chirurgicum radendis, vellendis, concinnandiſque palpebris aptum.

Βλησμὸς. corporis iactationem, incontinentiam inquietudinem ſignificat, quæ & ῥιπασμὸς. ἀποφίν, ἄσις, δυσφορία, ἄλυσις, ἀλυσμὸς & ἀλύκη dicitur: eſt vero βλησμὸς antiqua dictio, & aliquoties Hippocrati vſurpata, vt ægro 8. & 12. lib. 3. Epid. Aretæus hac voce vtitur pro ægri inæquali motu & inordinato, cum veluti voluitatur & iactatur, cap. 1. lib. 1. de morbor. acutor.

» curat. de phreniticis loquens: oritur autem hæc » affectio ex efferuescente, & putri humore, ex » agitato in primis venis quæ sunt circa ventrem » & hypochondria, vnde fit stomachi vitium & » vellicatio, totiusque corporis motus inquies vt » onus hoc depellat, quale quid in pestilentibus & & malignis febribus contingit, in quibus ægri pes- » sime conflictantur.

Βλητὸς. ictus, syderatus, aut syderе afflatus, aut ex » plaga liuidus, παρὰ τὸ βάλλεσθαι id est iciri: ἀφόβλη- » τος de cœlo tactus, diuina virgula ictus, qualis eo- » rum à morte color quos fulgor absumpsit, qua- » lis & color vitium, quas gelu rigentes adhuc, » summo mane intempestiuus solis radius, nulla » ne leuissima quidem aura commoto aere pre- » hendit, dictum vitium φακελισμὸς, carbuncula- » tio Gazæ, radicatio apud Theophr. 5. de causis: » Veteres autem vt docet Hippocrat. 1. de diæta » acutor. pleuriticos βλητὰς dictos scribit, tum » quod ὑπὸ βήχιος καὶ ὀρθοπνοίας, id est stertore & » spiratione sublimi repente suffocati pereant, » tum quia illi totum latus in quo inflammatio » delitescebat, tanquam ex plaga liuidum habeant » velut diuerberati, qui enim sanguis sub cute ob » dolorem peruenerat, in morte refrigeratus liuo- » rem contrahit; atque hinc fortasse teli nomen » petitum videtur, & à Q. Sereno in lateris mor- » bis annumeratum his verbis:

Est & vis morbi quod telum commemoratur,
Cum subito dolor insanus furit incitus ictu.

» Varinus quoque βλητὰς antiquis dictos scri- » bit, ὅσοι ἀπὸ ὀξέων νοσημάτων ἀιφνιδίως ἐτελεύτων, » quicumque ex acutis morbis derepente vitam » finierunt: atque ex ea opinione pendet quod exi- » stimauere veteres venenatos esse, pleuritide su- » blatos vt scribit Aurelian. cap. 16. libr. 2. acu- » tor. cum illis expirantibus sæpe latus aut ni- » grum, aut liuidum compertum sit; at βλητοὶ » libr. 2. & 3. de morbis apud Hippocr. descri- » buntur qui cum capitis stupore ac velut atto- » niti, stupefactis sensibus tanquam syderati con- » ciduntac derepente moriuntur, & inter impuri » cerebri vitia annumerantur: Stephanus Athe- » nien sis lib. 1. prognost. tradit etiam eos qui peste » intereunt βλητὰς vocari, quod in illis prædicta li- » uoris macula appareat; addo etiam strangulatos » sic vocari in quibus propter respirationis diffi- » cultatem venæ adeo tumidæ redduntur, vt ex » inflammatione disrumpantur, fiatque profusio » sanguinis in cutem vnde refrigeratio & liuor.

Βλῆτρον. filix. Refertur à Nicandro in Theriacis inter remedia quæ suffitu serpentes abigunt. Græcus scholiastes πτέριν, hoc est filicem, interpretatur, quam alio etiam nomine βλάχνον appellant. Nicander autem πολυχόῤῥιν vocat, hoc est, multifidam, quod etiam vrticæ conuenit.

Βλικρόν. leguminis quoddam genus apud Hippocratem. quod & βλίχρον scribitur teste Galeno.

Βλῆχρος. à quibusdam dicitur ὁ γλήχων, vt habetur apud Dioscoridem.

Βληχὸς ξηρὸς πυρετώδης. pusilla sicca febris. Est differentia febris apud Hippocrat. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, opposita τῷ ἐφημέρῳ πυρετῷ, hoc est ardenti febri, cum ad manum quidem calor debilis est & pusillus, penitusque lentus, vt in hepialis febribus & diarijs multis & plurimis pestilentibus, intus tamen plurima apparet siccitas ex linguæ scabritie, siti, magna, inquietudine totius corporis, vigilijs & reliquis symptomatis, febris malignitatem indicantibus, quibus hoc febrium genus à mitibus differt quas Hippocr. ὀφρίας & ἐπήρεις appellare consueuit. Itaque apud Hippocrat. meo quidem iudicio, tum libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, tum lib. 1. de diff. febr. cap. 1. debet legi βληχρὸς-ξηρὸς coniunctim, vt his duobus nominibus vnum febrium, quod modo exposuimus, genus designetur.

Βλήχων ἡ

Βληχώνιον. sic à nonnullis dicitur ὁ γλήχων, hoc, est, pulegium, quoniam pecus eo dum floret gestato, balatu compleatur.

Attice βληχὼ dicitur vt & γληχὼ inde βληχωνίας κυκεὼν apud Aristophanem in Pace, potio, dicitur cui pulegium admixtum est, quam cardiacis doloribus medelã esse ait: βλῆχων insuper ab Aristophane dicitur τὸ ἡφαίστειον teste Hesychio & Suida.

Βλικρώδης. apud Hippocrat. Suidas interpretatur λελεπισμένον καὶ καθαρὸν, decorticatum & purum, Erotian. habet γλιχώδης, annotatque quosdam etiam scribere γλιχρώδης.

Βλίτον. blitum. Est olus radice contra cæterorum fere olerum morem multiplici, prolixa, nec in rectum tendente, betaceis folijs, sine acrimonia fatuis, semine corticeo, racematim singulis ramis insidente. Ad id proxime accedit quod rubens olus, vel poretta rubẽs dicitur. Est fere qualitatis expers, lentum humidum & aquosius reliquis oleribus, & in medio boni malique succi.

Apud Suidam scribitur βλίτιον, apud Dioscor. βλῆτον, & apud Theophr. βλῶτον, sed hæ duæ posteriores scripturæ esse videntur mendosæ. Nomen autem ex eo βλίτον traxit quod iners & fatuũ sit olus, sine sapore aut acrimonia vlla, hinc βλίτος pro stolidis Græci dixerũt; alij à stupore ex Græco appellatum volunt, quod ab ijs βλαξ dicatur stupidus, quod nomen adhuc in vulgus nostrum manauit, socordes ignauosque homines bliteros vel potius bliteos Græca imitatione nominans, sic quoque Plautus in Truculento bliteam meretricem appellauit.

Βοαυθμιον. idem quod τὸ βόφθαλμον apud Hippocr. quod & alio nomine χρυσόφθαλμον appellatur.

Βοήθημα. pro medicamento sumitur apud Gal. ad Glaucon.

Βοηθηματικὰ σημεῖα. à Galeno dicuntur in definit. medic. auxiliaria signa; quæ nos curationis admonent in ipsis obseruatæ.

Βόθριον. Est vlcus corneæ tunicæ cauum, angustum, purum, punctura rotundæ simile. Sic dictum est à cauitate, quasi fossula. βόθρος enim foueã significat. Differt ἀπὸ τῆς κοιλώματος, quod hoc amplius & rotundius sit bothrio, sed minus rotundum. Est & βόθριον, authore Galeno, cuiusque dentis alueolus & cauitas.

Βοθρωθῆναι. apud Galen. tumor dicitur, cum pressus digito in modum scrobis relinquit cauum & lacunosum vestigium.

Βόλβιον seu βολβίον. paruus bulbus: Legitur etiã apud Hipp. γυναικ. l. 2. βόλβιον vna cum sua expositione, teste Gal. ἐγλώσσαις qui perperam quosdam interpretatos esse dicit νάρκισσον διὰ τὸ βολβὸν.

Βολβίτιον. Est genus quoddam paruorum polyporũ, apud Hippocratem, quod & βομβύλιον à multis vocatur.

Βολβὸς. Bulbus. Notior visus est Discoridi quã vt debuerit depingi. Est autem capite ex pluribus

nucleis coagmentato, vertice fibris cristato, cervice tenui, tota radice corticosa, foris squamosis membranis tunicata, fronde cepitia, terete, inani, angusta, in mucronem desinente, cauliculo dodrantali, in cuius fastigio flos emicat purpureus. Cepæ modo tunicati sunt bulbi, cumque ijs capilli velluntur, aut cum vertex præciditur, nonnihil lactis remittunt. Hi quod appetentiam excitent, appetitus à rusticis appellantur. Prouocant quoque & semen & venerem. Sunt namque acres, & crassum succum flatumque generant.

» Atque ab antiquis nihil aliud in bulbis laudatur, serebantque in hortis hoc olus potius irritamenti veneris causa quam cibi necessarij, hoc indicant in antiquis Græcorum Comœdijs sales & dicteria in theatris iactata, quale illud est Βολβῶν χύτραι καταφαγών, id est pleno bulborum fictili satur contra salaciores dictum; & contra veneris impotentes, ἀλλὰ σ' ὀνήσει βολβὸς αἰ μὴ ἄλευ ῥ ἔχῃς, id est nihil tibi proderit bulbus nisi farinam habueris: Sesami enim farina caseo melle & aceto ad cibum bulbi condiebãtur, quia per se amari nec in cibis grati sunt; de illis Columella, viros acuunt (inquit) armantque puellas: hinc & pluribus in locis eos salaces vocauit Martialis, & eandem ob causam edẽdos in nuptijs iussit Varro: & Pythagoras tanti fecit bulbos præsertim Megarenses, vt de ipsis & viribus eorum in vsu medico volumen condiderit. Quod vero ad vocis significationem spectat, Celsus l. 2. etiam bulbos innuit vocari omnia olera capitata, vel quorum radices esui dãtur, quin & omnes etiam radices rotundæ & tunicatæ, vt lilij, croci, squillæ & similes aliæ, βολβὸι dicuntur apud Dioscor. l. 1. c. 124. βολβὸς καλάμου Marcellus oculos vocat, quo nomine veteres in radice dixerunt eam partem, vnde soboles quotannis nascitur; βολβὸν etiam ὀφθαλμῶν Ægineta dixit lib. 6. cap. 17. de pterygio.

Βαλχόν. appellant quidam τὸ ἐδέλλιον, sicut habetur apud Dioscoridem.

Βωλῖται seu βωλῖτες. boleti fungorum species quædam, vide infra ad vocem μύκητες.

Βόμβος. crepitus, sic dicitur flatulenti spiritus per anum excretio cum sono facta, proportione respondens τῇ ἐρύγῃ qui est eiusdem flatus per os excretio; Proprie vero βόμβος Græcis dicitur excretio illa flatuosi spiritus cum sonitu puro, resonanti, & aereo, nam qui cum humiditate quadam editur βορβορυγμὸς proprie dicitur: Galen. inter βορβορυγμὸν & βόμβον quem appellat καθαρὸν, εὐηχῆ καὶ ἀεράδη, purum resonantem & aereum, medium genus ponit, eius qui cum stridore editur, quem vult fieri ab instrumentorum angustia & flatuoso spiritu cum pauca humiditate, vt docet 3. de causis symptom. flatus autem illi si in ventre maneant, affectum generant qui Græcis proprie ἐμπνευματώσεις καὶ ἐμφυσήματα dicitur, symptomata ventriculi non solum, sed & totius ventris inferioris, non potentis spiritum redundantem & nebulosum expellere, atque ea de causa fiunt coli dolores & στρόφοι à Græcis dicti.

Βορβορυγμὸς. est flatus ab intestinis crassis erumpens cum sonitu quodam humoris. Cum enim humor intra intestina continetur, cuius expulsionem natura molitur, huiusmodi murmur editur, ex quo flatum in humore versari facile queat intelligi. Flatus namque siccior cum sono prodiens, βόμβος nuncupatur. Galen. comm. aphor. 73. lib. 4. definit βορβορυγμὸν, sonitum spiritus qui nec magnus sit nec multus, sed cum modica quadam humiditate deorsum descendit.

Hinc apud Hippocr. κατηχοῦσι βορβορύζοντα dicuntur de obmurmurantibus crepitantibusque hypochondrijs, & aphor. 27. l. 2. Coacar. prænot. Hippocrates vsurpauit βορβορύζειν καὶ καταβορβορύζειν, in sonitu qui lethali signo auditur, dũ ægri potum deglutiunt; Sed & hanc vocem notabis ad vteros quoque accommodari sic Hippoc. l. 1. Γυναικ. βορβορύζουσιν αἱ μῆτραι dixit, quod in illis sonus strepitusque quidam obaudiatur ei persimilis quem edunt, qui per cœnum (quod βόρβορος Græcis dicitur incedunt, siue equitent siue pedibus cœnum exagitent, siue etiam ambulando ipsum conculcent, atque ita βορβορυγμὸς vox esse videtur fictitia, sonique species flatus & humoris signum.

Βορβορῶδες ὕδωρ. vide ὕδωρ.

Βορέας. Boreas. Aquilo. Est ventus, inquit Hippocr. ab Vrsis & Riphęis montibus spirans, frigidus, siccus, serenus, minimeque putrefaciens. Hippocrati adstipulatur Aristot. lib. de mundo, scribẽs ventos qui ab Vrsa spirant, βορέας appellari. Galenus vero Boream vna cum Euro & Subsolano ab ortu flare scribit libr. 5. meth. med. Tabias describens. Ortum autem intelligere oportet æstiuum.

Ventus autem ille, inquit Gal. comment. in aphor. 17. l. 3. omnes corporis consumit superfluitates, & robur adijcit ipsis instrumentis, ex eo quod astringit & in vnum cogit, densando substantiam, propterea que in corpore omnia meliora fiunt, siue naturales siue animales functiones spectemus; sed & aluum cohibet, mordet oculos, & præcedentes pectoris dolores exacerbat, sed hæc parua mala sunt, inquit ibidem Galenus.

Βορὸς. dicitur ὁ πολλὰ δαπανῶν ἐδέσματα inquit Galenus, Voracẽ Latine dixeris, hinc Hippocrati 6. Epid. ὕδωρ dicitur βορὸν, & ἀγρυπνίη βορὸς, quod Galenus interpretatur ex efficientia, faciunt enim aquæ & vigiliæ homines voraces.

Βοσκὰς. Picis siccæ alterum genus, quod visci modo lentum est.

Βότρυχος, apud Hippocratem ἀπὸ τοῦ βάτραχος: παρὰ τὸ βοᾶν τραχέως ἔχειν. id est, quod vocem asperam habeat.

Βοτρυχίτης. sic dicitur à quibusdam ὁ ἀμέθυστος lapis.

Βοτάνη. herba seu gramen, inde βοτανικὸς, & βοτανικὴ παρασκευὴ apud Dioscor. in præfat. lib. 1. est herbarum tractatio seu doctrina, atque ibidem βοτανικὰ φάρμακα medicamenta ex herbis confecta.

Βοτανικὸν. Emplastri nomen est cuius meminit Paulus lib. 4. c. 22. Describitur autem apud eundem lib. 7. cap. 17.

Et φαρμακον διὰ βοτάνων, ex herbis compositum de quo Gal. l. 3. κατὰ γένη. c. 7. & l. 6. c. 2. plura.

Βοτρυΐτης καδμία. Species est cadmiæ vstæ, quæ in editioribus domorum, in quibus vritur, partibus colligitur. Nam quæ in inferioribus legitur, πλακίτης vocatur. Illa partium est tenuiorum, hæc vero crassiorum. vide καδμία.

Βότρυς. herba est fruticosa, lutea tota, & in multas alas sparsa. semen circa totos ramulos prouenit. folia cichorio similia. tota suauem odorem spirat: quare vestimentis interponitur. A Cappadocibus ἀμεθυσσίων vocari author est

Dioscorides, forte quod florem emittat odore suaui & vinoso. Vocari etiam ab ijsdem ἀφημοσίαν docet.

» Huius autem vocis originem & rationem
» docet Plinius l. 27. c. 4. de ambrosia loquens, cir-
» ca imum caulem (inquit) in ramulis semen est,
» vuis dependentibus, odore vinoso, qua de causa
» βότρυς à quibusdam vocatur, Marcellus vero à
» quibusdam sic vocatam tradit, nō quod vuarum
» acinis aliquid simile habeat, sed quod plura eius
» semina totis caulibus sic confecta prodeant, vt
» racemi in vua imaginem faciant.

» Βότρυς ἐξ ἡλίᾳ. vua insolata passa dicitur 7. Epidem.

Βδέλιον. σικυος ἄγριος. hoc est, cucumis syluestris, siue anguinus, apud Hippocratem atque Dioscoridem.

» Et apud Gal. in lexic. Hipp. significat & pu-
» dendum muliebre teste Hesychio.

Βλαστικὸν ἕλκος. vlcus præhumidum, quod pueris maxime in superficie oritur, vt scribit Aetius l. 4. cap. 21.

Βουβὼν. inguen. sunt qui definiant esse femoris cum ischio iuncturam: alij, esse locum ad latera pubis, vbi femur & coxendix coeunt: alij vero, esse glandulas in inguinibus vtrobique sitas: hæc enim magna vena arteriaque cum ferantur in crura, earum securitati natura prouidens multas ibi magnasque glandulas inseruit, quæ essent eius diuisionis stabilimentum & aduersus externas iniurias operimentum. Cum autem glandulæ omnes propter sui imbecillitatem omniū maxime opportunæ sint fluxionib. potissimum tamen illæ quæ sitæ sunt ad inguina, quod præter natiuam imbecillitatem accedat etiam motus huius partis, in qua sitæ sunt, vehemens, situs decliuis, & redundans ijs in partibus semper humiditas, quorum occasione prompte incurrunt in tumores, quos eodem cum ipsa parte nomine βουβῶνας nuncupant. Quod nomen quanquam proprie ijs quadrat qui in inguinibus consistunt, vsurpatur tamen etiam in ijs, qui in alia quauis parte corporis oriuntur, vt in axillis & collo.

» Aliquando etiam in cubiti flexu inquit Ga-
» lenus.

Tumores autem quibus eæ laborant, multiplices sunt, omnes tamen propemodum φλεγμονώδεις. Fiunt omnes summis duabus de causis, vna quidem euidente & externa, altera vero interna. Causa euidens est vlcus & contusio, quorum alterum si caput perpessum fuerit, bubonem in collo creat: si manus aut brachium, in axilla: quemadmodum si pes dolore tentatur, in inguine eum concitat, quod sanguinem vna cum spiritu ad partem affectam transmissum à natura, vel præ dolore ab ea attractum glādulæ in diuisionibus magnorum vasorum ijs in locis collocatæ intercipiant & combibant, itaque in tumorem attollantur. Verum eiusmodi bubones magna ex parte innoxij sunt, febresque non alias excitant quam diarias. Causa autem bubonum interna & latens est vel viscerum internorū prauus quidam affectus, vel magna, venenata, pestilensque putredo, vnde perniciosi quoque bubones oriuntur, in quorum genere & à venere natos colloco, à quibus non diaria, sed sæpe febris putrida malignaque gignitur.

» Vere autem & ineunte æstate maxime pue-
» ris adolescentibus eiusmodi tubercula in ingui-
» nibus commouentur, quæ dolorem quidem ad-
» ferunt sed tamen salutaria sunt; virginibus quo-
» que suppressis mensibus id interdum sine perí-
« culo contingit, βουβῶνα autem sunt qui dictum
« velint ἀπὸ τῆς ἐπαύξεως καὶ μεγάλου βαίνειν εἰς οἴδη-
« μα, quia assurgit & in magnum tumorem attol-
« litur.

Βουβωνιᾶν. à voce βουβὼν deductum apud Pollucem, id est inguine tumere.

Βουνίον. sic dictus est à quibusdā ὁ ἀγριος ἀπιὸς itemque herba quædam in vepribus, vt ait Plinius, passim nascens, quam vt prosit inguinibus, in manu tantum habendam esse scribit. Ob id à Latinis tum aster Atticus, tum herba inguinalis vocatur, quod non modo illitu sed contactu etiā bubonibus vtrumque auxilio esse credatur.

Βουβωνοκήλη. Celsus l. 7. c. 24. inguinis ramicem nuncupat, quanquam diuersus est specie morbus βουβωνοκήλη Celsi, à βουβωνοκήλη Galeni, Pauli, Aetij, cæterorumque qui Galenum sequūtur: Celsus enim loco cit. c. 18. venarum arteriarumque dilatationem atque intumescentiam, quæ fit in inguinibus, βουβωνοκήλην vocat, ceu quæ in testibus aut scroto fit κιρσοκήλην: Galenus autem non venarum sed peritonæi & obliquorum musculorum affectum circa inguina esse voluit lib. de tumor. præt. natur. c. 19. quem deinde sequuti sūt Paul. l. 3. c. 53. & l. 6. c. 66. & Aetius l. 14. c. 24. & 25. & Paulus quidem prolapsum esse inquit intestini, vel omenti in inguen, sic tamen vt in ipso inguine consistat nec descendat in scrotum, estque illud morbi genus in vitiosa partium cōformatione, scilicet rupto vel extenso peritonæo: Cæterū generantur & in mulieribus bubonocelæ, seu inguinis ramices, ait Aetius, lib. 16. ca. 101. circa dextrum maxime pudendi sinum, prominetque his tumor durus, obmurmurans ac premens, præsertim vbi mulieres crura dilatauerint aut supinæ decubuerint.

Βύγλωσσον. buglossum, lingua bouis. Est herba verbasco similis, foliis in terram sparsis, nigrioribus, asperis, bubulas imitantibus linguas, flore cæruleo, speciosо, caule pedali, ramoso. Officinis dicitur borrago. Calida est & humida, & in vinis iniecta lætitiæ atque hilaritatis causa esse creditur. Fit διὰ βυγλώσσου emplastrum ad multa vtile Pollete authore, quod ab Aetio describitur lib. 15.

Βυκέλλατον. Est medicamentum in panis formam concinnatum, purgandi vim habens. Id Paulus ita describit: Scammoniæ tostæ vncia, piperis, seminis, apij, singulorum scrupulum vnū, fœniculi, anisi, singulorum vncia vna, mellis libra vna. Torrentur mediocriter, & pondere vnciæ dantur in condito. Aetius vero libr. 3. cap. 100. scammoniam cum ijs quæ vitium eius emendant, cumque fermento coquit in clibano & artiscos efficit, bilem sine molestia purgantes. Ratio qua Paulus eos parat, non videtur valde diuersa ab electuarijs solidis, quæ vulgo apud pharmacopolas nostros apparantur, purgandi vim habentia, vt quod diacarthamu & diaphœnicon appellatur. Est autem βυκκέλλατον vox barbara, & recentioribus tantum Græcis vsurpata. quidam Latine buccellam purgatoriam reddiderunt, quod videatur dici ἀπὸ τῆς βλαύνειν.

Sed & βυκίλλατος (sic enim scribitur apud « Paul. l. 7. c. 5.) panis quondam erat militaris, par- « uus, eo nomine vocatus quod buccella parua sit. «

Βύκεφας ἡ

Βύκερως. dicitur Hippocrati & Theophrasto fœnum Græcum. quanquam hac voce etiam anagallidem aliquos appellasse Gal. in interpretatione vocum Hippocratis author est.

Βυκεφάνιον. dicitur à quibusdam ἡ ἄμπελος μέλαινα, hoc est vitis nigra, authore Dioscoride: scribit autem Gal. etiam τὸ αὐτόξυλον sic appellari.

Βυλάπαθον. idem quod ἱππολάπαθον.

Βυλιμία ἡ

Βύλιμος. est ingens fames à vehementi refrigeratione oris ventriculi contracta. Famem quidem ingentem esse, ipsa nominis ratio ostendit. Eam autem inducit indigentia quædam in ore ventriculi percepta, quam vehemens eius refrigeratio excitauit. Perseuerat quidem toto morbi spatio ea refrigeratio, quæ sicut initio famem inducit, ita non multo postea ciborum fastidium summamque inappetentiam gignit, cum tanta stomachi imbecillitate, vt animi defectus viriumque exolutiones tam crebro incidant, vt merito affectionem istam definire possis, esse exolutionem oris ventriculi ab eius refrigeratione, indigentia, & imbecillitate profectam. Symptoma est male affecti oris ventriculi, quo primum quidem ægri expleri cibis nequeunt, paulo vero postea destituuntur prorsus appetentia, animo linquuntur, viribus deficiunt, exoluuntur, decolores sunt, torquentur stomacho, refrigerantur corde & extremis partibus, pulsusque habent admodum obscuros. Causa huius fere sola est frigus externum, à quo tantopere refrigeratur os ventriculi, vt ea quæ diximus symptomata consequantur. Ex quibus apparet βύλιμον proprie non esse id quod nomen ipsum sonat, ingentem scilicet famem, quæ quamuis principio fuerit, paulo tamen postea nulla prorsus est, & in totum, languente nimium ventriculo, & pene extincto eius calore, aboletur. In eo namque differt ὁ βύλιμος ἀπὸ τῆ κυνώδους ὀρέξεως, hoc est, bulimus à canina appetentia, quod in canina appetentia cibus perpetuo appetitur, nec vnquam ventriculus expleri potest. Quanquam & alijs quibusdam inter se distinguantur, maxime quod Galen. authore comment. aphor. 1. lib. 2. bulimus magis specialis particulariſque sit, canina autem appetentia generalior sit, siue vniuersalior. Quod non est ita accipiendum, quasi de genere proprie dicto à logicis, & specie illi subiecta dictum sit, vt cum animal homine vniuersalius dicitur, sed quod bulimi causæ possint caninam etiam appetentiam mouere, cum è contrario causæ appetentiæ caninæ non sint etiam causæ bulimi. Siquidem bulimi vna tãtùm causa proditur, frigus nempe externum famem ingentem adferens: canina vero appetentia, non ab eo modo frigore, sed ab acido etiam humore impacto ori ventriculi gignitur. Itaque illum aphor. Hippocratis si quis de bulimo tantum intelligat, videbitur Hippocrates id tantum dicere, quod meri potio intemperiem frigidam (à qua bulimus nascitur) persanet, cum non eam modo, sed humoris etiam acidi in os ventriculi affluxum curet, à quibus duobus canina inducitur appetentia. Præterea vero inter se differunt quod in appetitu canino propter insatiabilem ingluuiem vomitiones perpetuæ infestent, bulimus autem sine vomitu sit.

" Vide ὄρεξις κυνώδης: dicitur autem βύλιμος quasi πολὺς λιμὸς multa fames, Plutarch. enim in sympos. scribit idem significare apud Græcos βῦ, quod πολύ, quomodo bumastos, vua apud Plin. mammarum modo tumens, & βύπαις puer solito grandior aut voracior, aliaque eiusmodi plurima. "

Βυλιμώδης seu βωλιμώδης. Idem quod βύλιμος & βυλιμία: atque apud D. Hieronymum comment. in Iobi cap. 3. vox ea legitur vbi sic ille: Inter cæteros cruciatus hanc illi diabolus infirmitatem inflixit quam medici βυλιμώδης appellant, quæ infirmitas talem habere pœnam dicitur, vt ante cibum torqueatur ægrotus, & sint ei post cibum indefinentes dolores. "

Βυνιὰς ἡ βύνιον. est napi altera species, olim omnibus, nunc paucis nota. Eius radix dicitur in altum valde crescere, & in rotundum extuberare: vnde nomen Græci indiderunt, qui βουνὸς appellant colles & loca verrucosa. Vim habet aduersus venena, vnde & Theriacæ admiscetur. Apud Athenæum non aliud est quam rapum masculum, quod alij ῥάφυ, alij ῥάπυ vocant.

Βύνιον. sic à quibusdam vocatum fuisse ἢ φρύγετρῶγα Dioscorides author est.

Βύπλευρον. est olus sponte nascens, caule cubitali, folijs multis longisque muscario anethi.

Βύπρηστις. bupreſtis. Est animal quoddam cantharidi & specie & viribus adsimile, vt ait Gal. vel, vt Plinius, scarabæo longipedi. Nicander quoque & Dioscorides bupreſtidem manifeste inter animalia recensent. Plinius tamen Dioscoridis opinor (vt videre est apud Galen. libr. de vocum Hippocr. interpretatione) authoritatem sequutus, alterius bupreſtidis mentionem facit, quam & oleris genus dicit, & boum venenum appellat, scribitque ea degustata boues dissilire, & à veteribus contra eam remedia, tanquam contra venenum, prodita fuisse: tribuens huic suo oleri eadem omnino quæ veteres Græci animali. Idem scripsit & etymologici author, nisi quod in hoc nomine βοῦς non animalis speciem, sed magnitudinẽ significare arbitratur. dicitur enim ἀπὸ τῆ βῦ καὶ πρήθειν, quod & inflammare & inflare significat. Plinius hoc verbum in bupreſtide accepit pro inflammare, scribens aperte bupreſtidem hauſtam ita inflammare vt rumpat, nisi vt opinor, mendosus sit codex, & legendum sit, Ita infflat vt rumpat. Siquidem non inflammationi, sed potius inflationi succedit ruptio, & Dioscorides magnos tumores à bupreſtide, non autem inflammationes scribit excitari. Cæterum de hoc veneni genere vide Nicandrum in Alexipharmacis, & quæ de eo ibi annotauimus.

Βυσέλινον. vnum genus est τῆ σελίνη, differens breuitate caulis à satiuo & radicis colore rufo.

Βύσυκα. dicuntur grandiores & fatuæ ficus, quas nostri mariscas ficus appellant.

Βύτιμος. est frutex paluſtris, caule admodum læui folio arundinis, angulari, fructu nigro, mali amplitudine, sexu duplici: sic forte dictus est quod commodissime secetur boum pabulo. Herbarij & officinæ vocant iuncum cabacinum, propterea quod ad vitilium nexus vtilis sit.

Βύτυρον. butyrum. Est lactis substantia pinguis, ab ipso multa agitatione secreta. Sunt qui definiant non substantiam quidem pinguem lactis, sed id esse quod ex pingui lactis substantia conficitur. Attamen reuera butyrum est ipsum pingue lactis, cui non aliud quicquam additum sit, sed

sola præparatione, hoc est, agitatione, à lacte secretum. Posteaquam enim lac diutissime agitatum est, quicquid in eo pingue continetur, id supernatat, deinde colligitur, abluitur, reponitur. Itaque optimum butyrū est pinguissimum, quale ex lacte bubulo copiosissimum elicitur, ex quo κατ' ἐξοχήν nomen habet: sic enim dicitur non hoc tantum, sed omne etiam quod ex quocunq; lacte manat. Dioscorides ex ouillo probatissimum fieri scribit: quod sibi mirum esse Galenus prodidit, existimans è bubulo confici longe præstantius, vt nomen omni butyro dare meruerit. Butyrum recens quidem vel maxime temperatum est: nam vetustate calidius & tenuius euadit. Vsum habet tum alimenti tum medicamenti. nam & olei vice obsonijs adhibetur: & concoquendi paulumque etiam digerendi vim habet, proindeque lenit inflammationes, laxat, emollit, & dolores mitigat. Confert etiam promouendo è pulmone sputo, siue solum, siue alijs mistum, quæ pulmone laborantibus conueniunt.

» Non fuerit ἀπροσδιόνυσον hîc nonnulla de ἐπιτύρῳ adnectere, ipsum nimirum ab Hecatæo apud » Athenæ. lib. 10. appellari ἔλαιον ἀπὸ γαλακτος vt » notarunt interpretes; Sed cur Hecatæus oleum » appellet quod cæteri omnes butyrum haud quaquam explicant, quin imò illud perperam interpretantur, vertentes oleum quod à lacte separatur, non est enim, ἀπὸ, eo loci nota differentiæ, sed potius naturam declarans vnde hoc oleū » fiat, ceu cum dicimus οἶνος γίνεται ἀπὸ τῆς σταφυλῆς: » obseruent igitur studiosi, Græcis antiquissimis » Latinisq; , nullum aliud pingue curādo corpori aut parandis cibis in vsu fuisse præter oleum, » quod proprie ita dicitur quia ex oliuis exprimitur, Butyri rem nomenque diu ignorarunt Græci nec Latini minus, non enim adhuc nouerant, » diuersas substantias in lacte comprehensas separare; Butyri autem nomen didicerunt Græci, vt » etiam ex Aristotele constat, à vicinis populis, » qui etiam rationem illius conficiendi ipsos docuerunt: Qui Thraciam, Pœoniam, Scythiam, » aliasque nationes barbaras adierant, cum earum » ἐπιτύρου ederent, primi id nomen in Græciam inuexerunt, Sed propriam appellationem eius pinguis substantiæ quæ habetur in lacte, sola He» bræa lingua nouit, Græca Latinaque nullam » habent: Quemadmodum igitur primi Græcorum quibus saccharum est cognitum, propter » saporis & vsus similitudinem mel arūdineum » appellarunt, sic butyrum qui nouere primi » oleum ex lacte nuncuparunt, vt apud Athenæ. » Hecatæus; Plinius oleosum esse natura scribit & » Barbararum gentium, etiam Galen. ἐλαιῶδές τι » εἶδος butyrum, Augustinus oleum ex adipibus in » Epistola ad Deo gratias; Possunt, inquit, tales » putare, oleum ex adipibus non debere natare super aquam, sicut quod ex oliua est, quoniam » longe est vtriusque origo dissimilis, quando illud ex ligno, hoc ex carne profluxerit; Similiter Hippocr. suillam pinguedinem, siue vt loquitur Erotian. τὸ ὕειον στέαρ, appellat ἔλαιον ὑός; » Sed obtinuit apud Græcos Romanosque butyri appellatio, quæ inde orta est quia fere ex vaccarum lacte, non ouium aut caprarum fit butyrum, vnde illi nomen quia plurimum è bubulo; tamen & ex ouillo, caprillo, atque etiam » equino & asinino cogi butyrum à nonnullis ne» mo dubitat, quod & docuit Dioscor. lib. 2. c. 81. quin & butyrum Scythas ex equino lacte factitare solitos scripsit Hippocr. 4. de morbis. Etsi videtur Gal. id ignorasse lib. 3. de simpl. medic. facult. c. de butyro: notandum autem cum apud veteres varia butyri genera fuerint, ea pharmaci potius loco, apud nobiles præsertim, in vsu fuisse quam cibi, vt non immerito Plinius butyrum Gentium Barbararum laudatissimum cibum, quique diuites à plebe discerneret appellarit, ex quo cōijcere possumus varium fuisse apud Romanos olim butyri vsum in cibis; hacque ratione factum puto, vt Athenæus qui in suo conuiuio nullum cibi genus præterijt, butyri nunquam mentionem fecerit. Cæterum dicitur & genere masculino βούτυρος vt docet Gal. 7. κατὰ τόπ. c. 1.

Βούθαλμον. boaria, siue bouis oculus. Est herba cauliculis teneris ac subteruibus, folijs fœniculi, floribus luteis maioribus quam anthemidis, qui similes sint oculis, vt nomen ipsum ostendit: hi & acres sunt & valde digerunt, adeo vt durities sanent, cerato misti. Sunt etiam ijdem Actuario teste cardiaci. Galenus herbam hanc pares cum tussilagine vires habere ad vlcera cruenta annotauit comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἀφόρων. Putatur esse cotula non fœtida vulgo dicta.

Βούθαλμον. eandem esse cum chrysanthemo Dioscoridis quidam volunt.

Βούθαλμον. etiam dicitur à quibusdam τὸ ἀείζωον, siue sedum maius, à rotunditate sua, quod bouis oculum imitetur.

Βοῦβυλα. Gal. de aliment. & 6. κατὰ τόπ. cap. 1. inter plantarum syluestrium fructus, corna, mora rubi, Cynosbata & memecyla recenset, quos omnes pauci nutrimenti & succi maligni esse ait, prunelles fortean Gallice dixeris: Scholiastes Theocriti Idyll. 7. cōmunia pruna seu Damascena interpretatur, vt & Suidas: Eadem dicuntur Athenæo μάδυα & Σάδυα: Sunt autem qui putent βοῦβυλα fructum esse τῆς πτελέας. Plin. lib. 27. c. 12. & 8. brabylum plantis annumerat, & herbam esse credidit, quam spissandi vim habere inquit cotonei mali modo, sed deceptum Plinium arbitror dum herbam pro fructu capit, qui illi error contigit male intellecto Dioscor. apud quem fructus τῆς πτελέας, βοῦβυλα esse censentur, hæc enim inter fructus non vero herbas à Galeno locis citatis reponuntur, à quo etiam inter σταπτικὰ φάρμακα reponuntur.

Βράγχος. raucitas. Est vox obscura, eius instrumentis distillatione imbutis proueniens. Symptoma est laborantium faucium, cuius causa est vel natura humidior pulmonum asperæque arteriæ temperies, vel humor superfluus à cerebro stillans, fauces & vocis instrumenta plus æquo humectans. Ideo namque obscura vox redditur (quæ perfæpe etiam interciditur copiosius affluentibus excrementis, si qui laborant, vehementius vel acutius loqui conentur) quod vocis instrumenta nimio humore madeant. Vt enim sicca corpora sonora claraque sunt, ita quę præ humiditate flaccescunt, sonum edunt obscurum. Quapropter natura vocalia organa siccora effecit, potissimum autem asperam arteriam atque epiglottida, quod clara vox obscuræ longe præstaret. Attamen nimia quoque faucium asperitas quæ plærumque clamore contrahitur, raucam vocem facit. ex quo intelligi-

mus siccitatem, si modum excedat, raucedinis esse interdum causam, vocemque claram & sonoram effici à siccitate moderata.

» A voce βράγχος deductum βραγχᾶν apud Pol-
» luc. lib. 2. Sed & βράγχος, id est raucedinem,
» suum quemdam esse morbum tradit Aristote-
» les 8. de histor. animal. c. 21. quo maxime fau-
» ces maxillæque inflammantur.

Βραγχώδεις φωναί. voces raucæ dicuntur 1. Epide. ir-
» rigatis nimirum vocis instrumentis ab ea quæ
» deorsum fertur humiditate: βραγχώδη ὕδατα
» libr. de aere aq. & loc. aquæ sunt quæ maxime
» raucos faciunt, & raucitatem excitant, quales
» sunt glaciatæ & niuosæ & frigidissimæ; & πάς
» βραγχαλέος, id est, raucedinosos vocat lib. de rat.
» vict. in acutis.

Βραδυπεψία. tarda concoctio. Est imbecilla & imperfecta cibi concoctio. Symptoma est laborantis ventriculi & non nisi tarde alimentum concoquentis. Causa est caloris natiui imbecillitas, propter quam ventriculus vel non probe cibum vndique amplectitur, vel non vsque ad consummatam concoctionem, vel quod ambo hæc simul incidant. Nec tamen ex eo cibi in alienam qualitatem mutantur (id enim depraua-ta concoctione contingeret, quã ἀπεψίαν siue δυσπεψίαν appellant) cũ etiam Gal. l. 3. de sympt. causis duplicem concoctionis deprauationem constituit, & alteram eius speciem βραδυπεψίαν facit, Illic deprauatam intelligit, non quæ vitium à natura alienum cibis inuehit, sed multo generaliori significatu, quæ à perfecta concoctione quouis modo desciuit.

Βραδύπεπτα. ea alimenta appellantur quæ tardi tran-
» situs sunt, vt omnia liborum & plantarum ge-
» nera, fabæ frictæ, oua assata, omne illud deni-
» que quod crassum ac nouum. Aetius tetrab. 1.
» serm. 2. c. 262.

Βραδὺς σφυγμός. tardus pulsus. Dicitur qui longo tempore parum spatij conficit, seu qui longo tempore arteriam parum distendit. Oppositus est τῷ ταχεῖ. Quæ duo vnam pulsus differentiam constituunt, sumptam ex tempore motus, siue ex qualitate motus, seu potius ex quantitate temporis motus & spatij simul. Est autem pulsus tardus peculiaris imbecillæ facultati, & caloris defectui seu refrigerationi, & præterea duritiei instrumentorum, sicut velox contrarijs de causis prouenit. Itaque tardus pulsus facultatis imbecillitatem significat, sicut celeritas robur, etiamsi Galen. lib. 1. de causis pulsuum scripserit celeritatem non magis à robore quam ab imbecillitate proficisci facultatis, & neutrum necessario sequi. Eodem enim modo de tarditate etiam iudicandum videtur: sublato enim pulsuum vsu, & arteria duriore facta, etiamsi facultas robusta sit, pulsus tamen tardus fiet, quod facultas quamuis robusta, nequeat arteriam duriorem breui tempore multum distendere. Verumtamen hic pulsus non erit simpliciter & absolute tardus, quoniam, vt idem postea eodem libro prodidit, exacte certe tardi pulsus nunquam fiant, si valida facultas est, etiamsi vsus permultum sit remissus. Est autem vsus remissioni, seu quod idem est, defectui refrigerationique caloris maxime propria tarditas, præsertim si arteria durior est quam vt facile distendi possit.

Βρεῦμα. sabina. est frutex topiarius, perpetuo virens, patulo fastigio, iuniperi similitudine, folio aspero, odore non iniucundo. Græci duo eius genera faciunt, vnum tamarici folio simile, alterum cupresso. nomen retinet in officinis. Tertio ordine calfacit & exiccat, acris est, digerit, tenuissimarum partium est, & non modo menses, verum etiam sanguinem per vrinas mouet.

Græcis etiam alio nomine βάραθρον, βάεον, βάρυπον, dicitur, vt scribit Dioscor. lib. 1. c. 104. «

Βρέγμα. piperis genus. est inane & leue.

Βραχίων. brachium. Est os magnum medium inter humerum & cubitum. Id crure & tibia exceptis, omnium maximum est, figura, vt crus, ante & foris gibba, quo firmius esset, intus autem & posteriore parte sima, quo melius quæ libuerit, apprehendat, nisi forte fasciarum compressu per infantiam, aut alio errore deprauata fuerit. Articulatur autem & cum omoplata & cum cubito per diarthrosim. Pars eius quæ ad humerum est, epiphysim habet ad instar prægrandis capitis, ceruici paruæ adnatam. Est autem ea epiphysis bifida, & in duos veluti condylos dissecta. Desinit quoque ima sui parte in aliud magnum caput. Latescit enim hac parte brachium, & multa capita quæ condylos vocant, habet, quorum minimum in medio collocatum est. Ex magnis vero alijs duobus quod internum, seu posterius est idemque maius, cum nullo osse ζωαρθρεῖται, externum vero illi oppositum cum radio διαρθροῦται. Inter hæc duo capita siue condylos cauitas trochleæ similis est, circa quam cubitus mouetur. Eam γογγυλοειδῆ libro περὶ ἀγμῶν Hippocrates appellat. Vbi autem ea definit, aliæ duæ cauitates à lateribus se ostendunt, quas anatomici βοθρίδας peculiari nomine nuncuparunt. Hæ excipiunt cubiti apophyses κορωνοειδεῖς, anterior scilicet anteriorem cum cubitus inflectitur, posterior vero posteriorem cum extenditur. Sic quidem habet brachij descriptio, quod à Galeno comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων definitur esse pars manus inter duos articulos sita. duos autem articulos intelligi vult, & eum qui ad latum scapularum os, & eum qui ad cubitum est. Idem autem aliquãdo totum ipsum membrum à summo humeri articulo ad extremam vsque manum, eodem nomine βραχίονα appellat, pariterque Celsus & Gaza brachium. Certe ab Aristotele βραχίων totum id membrum aperte vocatur, de hist. animal. lib. 1. cap. 15. Sunt autem & qui βραχίονα dici existiment ab Hippocr. medium os inter duos illos articulos: alij vero, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, non os ipsum, sed totam eam partem, quæ inter duos illos continetur articulos, quod consueuerint omnes homines ita loqui, Ille in capite plagam accepit, ille in brachio vel in cruribus, cum tamen os non sit læsum, sed vel neruus vel musculus, vel vena vel arteria, vel forte sola cutis. Vide χεὶρ.

Βραχυπνοὺς. proprie is dicitur qui parum spirat & «
longioribus interuallis, id est paruo raroque «
spiritu, quemadmodũ vbi iam calor extingui- «
tur, & frigidum ore ac naribus expiratur: In «
Pythionis historia habetur vox illa, βραχύπνους, «
inquit, ὁπὶ χρόνον πολλὼ parum & longioribus in- «
teruallis spirans in multum tempus: in Dealcis «
vxore βραχύπνους similiter; Igitur βραχύπνους dici- «

» tur ceu μικρὸν ἀναπίων, eodem modo quo βραχυ-
» πότας phrenitici dicuntur, qui parum bibunt
» magnoque interiecto spatio. Qui enim assidue
» potant sed modicum, hunc non βραχύποτον, sed
» μετὰ βραχὺ πίνοντα dices, vt docet Gal. comment.
» 3. in lib. 3. Epid. verum etiam βραχύπνους aliter di-
» citur, de illo scilicet qui spirat διὰ βραχέος, id est,
» breuibus interuallis, quod recte πυκνοπνοῦντα pa-
» dixeris, sic vsurpatum legimus aphor. 6. part.
» 2. 6. Epidem. vbi de oscitatione, oscitationis, in-
» quit, cura continentis μακρόπνους, id est spiritus ex
» longo interuallo ductus, eorum qui non spirant
» aut raro βραχύπνους, id est crebro repetitus.

Βραχυπότας In Coacis, & sæpe alias ab Hippocrate
» de phreniticis dictum quasi sitis expertes, ceu
» rarius & per multa interualla bibentes, tanquam
» omnino potionem respuentes: Cælius Aure-
» lian. lib. 3. acutor. cap. 15. hoc inde fieri inquit,
» quod fastidio possessi non solum cibum, verum
» etiam potum refugiant, vel quod imaginatione
» læsa accipiendum potum non existiment, vel
» suspicione ob delirium affecti, admixta liquori
» venena putent: Cælius Aurelianus loco citato
» disputans & inquirens, sitne hydrophobia affe-
» ctus nouus vel vetustus, existimat Hippocratem
» in prorrhet. nomine (βραχυπότας) eos intellexis-
» se, qui rabie canina detinentur, atque aquam ti-
» ment, eo quod eo loci Hippocr. illos non mo-
» do βραχυπότας inquit esse, sed & pauidos & quo-
» libet strepitu perculsos tremere, vt contingere
» solet in rabie tentatis; sed hoc perperam opina-
» tur, cum neque Hippocratis, neque Aristotelis
» ætate nota fuerit hydrophobia: huius ergo sym-
» ptomatis in phreniticis duæ causæ perhibentur,
» obliuio mente læsa, & spiritibus in affectam par-
» tem distractis, per aphorismum. Qui aliqua cor-
» poris parte dolentes dolorem fere non sentiunt
» ijs mens ægrotat: Altera est extinctio facultatis
» sensitiuæ & appetitiuæ in ore ventriculi, per re-
» solutionem humidi primigenij à calore febri-
» li; hoc lethale semper, illud vt plurimum,
» quippe cum in summa humoris inopia & calo-
» ris copia non bibant, humidum alens minime
» distribuitur, neque ex eo succus exprimitur, sed
» celerrime ac magis vruntur humores, donec ex-
» hausto tandem humido primigenio, tum potio-
» nis defectu, tum febrili incendio, partes neruo-
» sæ conuellantur, aut propter summam facultā-
» tis animalis infirmitatem in tremorem incurrāt,
» quæ duo phrenitidis vehementissimæ finiunt
» modum, nam etiam sine phrenitide, abstinen-
» tiam à potione, in siccitate & ardore, hecticæ
» marasmi causam esse Gal. docet.

Βρύγμα sinciput. Est pars anterior capitis supra frō-
tem sita, & à lateribus ad tempora vsque pro-
tensa. Ea constat duobus ossibus propemodum
quadratis, quorum vnum dextrum, alterum si-
nistrum est. Ambo autem parte quidem poste-
riore, lateribus futuræ λαμβδοειδοῦς, anteriore
vero futura coronali, à lateribus στεφανιαίοις,
siue futuris κεφαλαίοις, superiore denique ea fu-
tura terminantur quæ vtrique communis est, &
secundum longitudinem capitis recta procedit,
ὀξειδαίαν nominant, constant, vt & reliqua fere
omnia cranij ossa, duabus squāmis, inter quas
valde fistulosa raraque apparent, nisi qua tem-
porum ossibus coniunguntur: hic enim tenuis-
sima quidem sunt, sed solida & minime fistulo-
sa. Nec frustra quidem ossa huiusmodi natura
machinata est, quod toto vitæ decursu tenuia &
halituosa cerebri excrementa maximè per syn-
ciput difflari oportebat. Est enim cerebrum ea
cranij parte quam reliquis copiosius. Sunt qui
βρέγμα ἀπὸ τοῦ βρέχειν dictum esse putent, quod
hæc pars capitis humidissima mollissimaque sit,
præsertim infantibus. Ex quo forte etiam obste-
trices partem eam fontem capitis appellant.

Sed & sunt qui nomen βρέγματος apud Dios-
cor. lib. 2. cap. 104. interpretentur de peponis
summa parte, alij qui pro cortice seu corio acci-
piant; sed illic cum Ruellio ἀπὸ τοῦ ῥέγμα, legen-
dum potius suspicor ξέσμα seu ξύσμα, quemad-
modum habetur capite de cucurbita, quo loco
etiam cucurbitæ ramenta strigmentaue ad eun-
dem infantium affectum Dioscor. accommo-
dauit.

Βετονικὴ. britanica, siue betonica. herba est folio
rumicis syluestris sed nigriore & pilosiore. gu-
stus adstringentis, caule non magno, radice bre-
ui, tenui. Sunt qui putent esse lapathum acutum,
sunt qui bistortam vulgo nominent. Adstrin-
gendi & glutinandi vim habet.

Βέβρος. infans. sic dictus παρὰ τὸ δεῖσθαι φορβῆς, id est,
quod egeat alimento.

Inquit Ruffus; sic dictus ex τ mutato in β in-
quit Eustath. verisimili quadam ductus conie-
ctura. hanc & vocem pro mulæ partu vsurpauit
Herodot. in Thalia.

Βρέχεσθαι. madescere. hoc est, extima tantum super-
ficie madefieri, haud etiam in altum humorem
penetrare: vt author est Galen. lib. 9. de simpl.
medic.

Βῆσμα. significat apud Hippocr. vt lib. de morbis
maiore, id quod cum tussi expuitur, & screatu
ejicitur, & βήσσειν cum tussi expuere. quidam
βῆσμα, sine ρ scribunt. Galen.

Βεῖζα. Cum Gal. Thraciam & Macedoniam per-
agraret, segetem multis in aruis offendit non
spica modo, sed & culmo quoque toto tiphæ si-
millimam, consulensque rusticos ac rogans,
quodnam illi esset apud eos nomen, stirpem to-
tam semenque βεῖζαν vocari responderunt.

Βρόγχος. arteria cartilaginosa: apud Hippocr.

Βεῖγμα. dicuntur asperæ arteriæ cartilagines pene
circulares in totum pulmonem diuisæ. Figuram
ait Galen. 4. de locis affectis, literæ Ζ referunt.
hæ cum in medio crassiores sint, extremis par-
tibus attenuantur, & tandem in membranam
degenerant, qua parte œsophagum respiciunt
eique incumbunt, eandemque constructionem
per totum pulmonem sparsæ habent. membra-
nas plures fortitæ sunt: vnam quidem propriam,
quomodo & ossa omnia & præter eam alias
duas, vnam internam, crassam & validam, sed
tenuem, alteram externam, propriæ membra-
næ pertinacissime connatam, quibus omnibus
cartilagines illæ sibi inuicem connectuntur. Di-
ctæ sunt βεῖγμα diminutionis forma ἀπὸ τοῦ βεί-
γου, quod asperam arteriam significat.

Βεῖγκωμα. est tumor magnus & rotundus in gut-
ture, aut aspera arteria exoriēs. Vtrumque enim
βεῖγκος significat. Est autem duplex eius diffe-
rentia. nam vel adipe tumet, sicut στάφυλμα, vel
partium illarum dilatatione accidit, vt plærisque
puerperis, cum propter vehementissimos do-
lores spiritum violenter continuerint. Est vero
hæc incurabilis, quemadmodum & quæ in scir-
rhum durata est.

„ Dicitur etiam βόγχον aut βογχώνη apud Hippocratem.

Βρόγχος. dicta est à Ruffo & plærisque medicis aspera arteria, propterea quod maxima ex parte cartilaginibus constet quæ βρόγχια appellantur. Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων scripsit Hippocr. βρόγχον appellasse vel totam asperam arteriam, vel guttur duntaxat, nec tamen ipse definiuit vtrum appellarit. ex quo patet vtrumque eo nomine significari. Quod autem βρόγχου κεφαλὴ, hoc est bronchi caput, aliquando dicitur, certum est ἀπὸ τῶν λάρυγγος dictum esse.

Βρόμιον. nomen est medicamenti acopi quod describitur à Paulo lib. 7. cap. 19. Describit & Aetius lib. 15. emplastra duo βρόμια vocata, emolliendi vi prædita.

Βρόμος. auena, vel potius auenæ species. herba est folio & stipula tritici geniculata, dependentibus in cacumine paruulis veluti locustis, quibus semen inclusum est, non vt τῇ αἰγίλωπι deciduum, radice numerosa: tanquam syluestre triticum est, inter vitia segetum. Est enim primum omniũ frumenti vitium, & hordeum in eam degenerat, sic vt ipsa frumenti sit instar. Est autem βρόμος auenæ species, videturque nostra vulgaris esse auena, iumentorum pabulo nobilis. Altera enim eius species αἰγίλωψ appellatur, festuca Latinis dicta & Gallis auron. τῶ βρόμου semen inter legumina censetur Galeno, idque illitum desiccat & digerit mediocriter & sine morsu, temperiem autem habet paulo frigidiorem. Nonnihil etiam adstringit. Sunt qui scribant βρῶμον per ω.

Βρύπον. sic dicitur à quibusdam τὸ ἀσίζωον, siue sedum minus, authore Dioscor.

Βρυσμὸς. stridor dentium, apud Hippocratem: & βρύχειν, seu βρύχειν, stridere dentibus.

Βρυσμὸς. definitur à Galeno in exeg. vocum Hippocr. „ τὸ ἀπὸ τῶν ὀδόντων συγκρουμένων ψόφος, id est, „ dentium colliforum stridor siue strepitus, & βρύχειν seu βρύκειν stridere dentibus: Galen. autem „ initio lib. 2. de symptom. caus. & comment. 6. „ in aphor. 35. stridorem dentium definit depra- „ uatum motum inuoluntarium, seu conuulsio- „ nem masticatoriorum musculorũ, vulsorum & „ reductorum ad propria capita, ad eum scilicet „ modum quo secundum naturam mouebantur, „ priore illa definitione sumpta ab effectis, poste- „ riore à causa efficiente: is βρυσμὸς ὀδόντων etiam „ πεῖσος Hippocrati dicitur.

Βρύον. muscus. hoc est, substantia quædam capillata, villosa, viridis, germinationis modo circa cortices arborum concrescens. Laudatur maxime qui in cedro, deinde qui in populo alba & quercu prouenit, præsertim qui odoratior est. Alio nomine σκιάγγιον vocari Dioscorides author est. Habet vim adstringendi.

Βρύον θαλάσσιον. alga, siue muscus marinus. Est marina herba in lapidibus & testaceis nascens lactucæ folijs, rugosa, veluti contracta, sine caule ab ima radice exeuntibus folijs. Præcipua ei spissandi siccandique vis.

Βρύον. etiam dicitur herba alia, quam Latini lupum saliciarium, officinæ lupulum appellant, forte quod huic herbæ folia sint bryoniæ similia.

Βρύον etiam dicitur à quibusdam λειχὼ herba, quæ super saxa nascitur & rorulentis petris adhærescit.

Βρύον quoque dicitur vua, hoc est fructus populi albæ, ex quo populneum vnguentum conficitur.

Βρύον etiam dicitur à Democrito ἡ καυκαλὶς, sicut habetur apud Dioscor.

Βρύπα. vuæ ταφυλαὶ; Sed potius τὰ τέρεα λείψανα τῶν ἐνθλιβέντων ταφυλῶν vt testatur Galen. lib. 2. de aliment. facult. cap. 8. Id est solidæ expressarum vuarum reliquiæ, quas Latini vinacea nominant & vinaceos, quas etiam τέμφυλα suo tempore vocata fuisse scribit Gal. libri citati c. 9. Sunt & qui βρύπα allij genus esse putent teste Hesychio.

Βρυπανὶς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur.

Βρύτον. est potionis genus ex hordeo, quod Aristoteles πῖνον vocauit. Eo qui temulenti sunt non in omnem partem, inquit, corruunt, vt cæteri, sed retrorsum duntaxat & supini. Hellanicus ex obriza βρύτον fieri commemorat. fit & ex milio, vt Athenæus author est.

Qui & τὸ βρύτον κρίθινον οἶνον à nonnullis vocari ait, qui & ibidẽ hũc κρίθινον οἶνον vocari dicit πῖνον: Eustath. vero inter hæc illud esse discriminis ait, quod τὸ πῖνον fiat ex hordeo, ὁ βρὺτος vero ex radicibus etiam: Cæterum notandum quod pro vocibus (ex obriza) quas hîc noster habet author, legere est apud Athenæ. lib. 9. ex ῥιζῶν ex radicibus.

Βρυτὸς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Βρυῶδες. id dicitur (inquit Galenus libr. 3. meth. med.) quod molle nimium est, & algæ, quæ βρύον dicitur, ritu fragile. Sic quidem Linacer interpretatus est. quanquam fragile dici non debuit, quod musci siue algæ mollis & cedentis proprium non sit frangi, sed potius algæ ritu cedens. Nam & huic Galenus eo loco durum & premens opponit.

Idem Gal. apud Glaucon. lib. 1. βρυώδη καὶ δι- αἱμίσεως σάρκα eos habere inquit, qui facile afficiuntur medicamentis, vel sanguinis missione.

Βρυώνια. bryonia. Est quæ alio nomine ἀμπελοειδὴς, hoc est vitis alba, dicitur, siue λευκὼπον, vt ait Galenus lib. 6. simplicium medic. Inde factum est vt & bryonia nigra dicatur vitis nigra, apud Dioscoridem.

Lib. 4. c. 183. qui & vitem albam à nonnullis etiam ἀριστοτάφυλον vocari tradit, sicut & Plin. lib. 23. c. 1. forsitan autem βρυώνια dicitur, quoniam (vt ἡ ἀχρὶς ἄμπελος apud Dioscor. quam Crateuas quoque βρυώνιαν appellat) fert οὖδος ὡς τρίχας βρυώδεις: Rursum Dioscor. lib. 3. c. 140. tradit τὸ φύλλον siue ἔλαιόφυλλον à nonnullis βρυώνιαν vocari, & quod in eius genere θηλυγόνον vocatur, φύεσθαι ἐν πέτραις ὡσαυτῶς βρύον, vnde & nomen ei impositum videtur, Plin. vero aliam etiam bryoniam memorat lib. 24. c. 9.

Βρυωνὶα ἀχρὶς. dicitur à quibusdam ἡ χαμαιπίτυς, vt habetur apud Dioscoridem.

Βρώματα seu ἐμβρώματα ὀδόντων. dicuntur apud Dioscoridem cauernæ, seu caua dentium à quacumque causa ij arrosi fuerint; Ita & apud eundem lib. 2. c. 36. τῶ κυάμων βρώματα, vocantur fabarum caua quæ oculis patent, quoties illæ à cucurlionibus arrosæ fuerint.

Βρώματα etiam dicuntur τὰ σιτία, id est, cibi vt docet Gal. ex Hippocr. 1. de aliment. facult. c. 1.

Βύβλινος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Βύζω. ἀφρίσας ἢ πτυκνῶς, apud Hippocratem.

Βυρσ. est hordeum madefactum quod germen emisit, & deinde vna cum enatis ligulis tostum est, vt scripsit Aetius lib. 10. cap. 29. Ex quo apparet βυσλω id esse aut non longe diuersum ab eo potionis genere quod zythum & vulgo bieram appellant.

» Coctores Ceruisiarij hordeum ita preparatum
» maltiam vocant, ex quo τὸν ζεῦτον seu τὸν ζύτον
» aut τὸ πῖνον coquunt quod bieram vulgo nomi-
» nant, vnde apparet βυσὴν idem esse cum illa; aut
» non longe dissimilem.

Βύσσος. byssus. Est lini genus tenuissimum & nobilissimum, nascens in India & Ægypto, ex quo pretiosissimæ vestes olim contexebantur.

» Teste enim Plin. lib. 19. cap. 1. asbestino lino
» principatus in toto orbe datur; proximus byssi-
» no, mulierum maxime delicijs circa Elim in
» Achaia genito.

Βωλίτης. boletus. fungi genus est sic dictum vel quod conuolutum sit & quasi gleboſum (voluam enim, vt scribit Plinius, terra prius gignit, ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum) vel à colore τῆ βώλου, hoc est, rubricæ illius qua pictores aurum operibus suis inducunt. Huic Paulus primum bonitatis locum inter fungos assignat, quod ab eo solo nemo adhuc dicatur interijsse, quemadmodum Galenus scribit lib. περὶ εὐχυμίας. succum tamen gignit pituitosum & frigidum, à quo periculosa multa symptomata possunt excitari. Vide μύκητες.

Cæterum non est scribendum βωλίτης vt in au- «
thore nostro scribitur, sed βωλίτης per » in fine. «

Βῶλος Ἀρμενία. apud medicos Gleba Armenia, seu «
bolus Armenia, lapis colore pallidus, friabilis «
veluti calix & Aster, inquit Aetius. lib. 2. c. 12. «
cuius virtutem exsiccantem esse ait, ob idque «
vtilem dysentericis fluxionibus, sanguinis spu- «
to, destillationi, oris vlceribus cum putredine, «
ægre spirantibus, tabidis, & in pestilenti cœli «
statu. «

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Γ.

Ἀετίτης. ſpecies eſt myrrhæ, pinguiſſima, læto & pingui ſolo naſcens, quæ copioſam ſudat ſtacten: authore Dioſcoride.

Γαγάτης. gagates. Eſt lapis ex liquido bitumine, vel ex ſucco pingui & bituminoſo concretus, qui igni admotus, ardet atque bituminis odorem reddit. Sunt autem qui dicant nihil aliud eſſe quam bitumen durum & politum. niger eſt plærumque & ſqualidus. cruſtoſus, per quam leuis, vim habet emolliendi & diſcutiendi, trahit ad ſe paleas, pilos, feſtucas veluti ſuccinum. Dioſcorides author eſt eum naſci in Lycia (male enim pro Lycia Ciliciam vertit Ruellius) qua influens amnis in mare effunditur proxime oppidum quod Plagiopolis dicitur, atque inde nomen habere. Namque & locus & amnis in cuius faucibus inuenitur, Gagas vocatur. Quem fluuium quamuis Galenus nauicula vectus, tota Lyciæ ora perluſtrata ſtudio rerum quæ illic naſcerentur cognoſcendarum ſcribit lib. 9. ſimplicium medicamentorum ſe non vidiſſe (id quod Ruellio forte Ciliciam pro Lycia reddendi occaſionem dedit) tamen Gagam oppidum in Lycia fuiſſe ſcriptores memoriæ prodiderunt, idque Alexandrum in primo rerum Lyciacarum libro, antiquum murum vocaſſe Stephanus author eſt: quare ſimul cum deſerto oppido paruus amnis nomen mutaſſe potuit. Plinius etiam in oppidis Lyciæ numerat Gagen. Quod oppidum quoniam, vt ſcribit Nicandri interpres Gange & Gangis vocabatur, Gagatem ipſe Nicander in theriacis ἠλέκτρου πέτρου, & Strabo Gangitim appellauit. Idem vero etiam Obſidianus lapis vocatur, quod in Æthiopia inuentus fit ab Obſidio, ex quo fiunt gemmæ quæ Obſidianæ nominantur. Gallico vocabulo getz dicitur.

» Sed Gagatem pro Aetite lapide accepiſſe videtur Plin. l. 11. c. 2. his verbis, Aquilarũ generi « inædificatur nido lapis Aetites quem alij dixere « Gagatem, verum illi inter ſe diuerſi ſunt, vt res « ipſa docet, & teſtantur Dioſc. & Galen. Seruius « Aquilas incubantes Gagatem ſibi ſubijcere tra- « dit refrigerationis cauſa, ne immenſo calore oua « percoquant, ſed Gagatem à lapide non ſatis Pli- « nius diſtinxit. «

Γαγγαμών. ſic à pleriſque appellatum eſt omentum, quia propter varium venarum atque arteriarum textum, reti quod Græce γάγγαμον dicitur, ſimile videatur. Alijs autem qui circa vmbilicum cernitur, quaſi neruorum quidam contextus γαγγαμὼν vocatur.

Latini Sagenam vocant, quod in modum ſagenæ aut retis factus ſit ille neruorum contextus, vide ἐπίπλοον. «

Γαγγίτης. idem quod γαγάτης. de quo ſupra. Eſt & cognomen cuiuſdam generis nardi Indicæ ſic dictæ à Gange fluuio circa quem naſcitur, quæ etiam γαγγιτὶς appellatur, de qua vide in dictione νάρδος.

Γαγγλίον. eſt nerui nodoſa & renitẽs contractio nullo præter naturam colore, doloris expers. In multis corporis partibus accidere poteſt, ſed in manibus & talis frequenter, rarius in cubito & capite oritur. His fere notis deprehenditur: tumor eſt paruus, inæqualis, nullo præter naturam colore doloriſque expers, niſi valide comprimatur. Verum ne tum quidem vehemens, ſed ſtupidus dolor mouetur. Plærumque ex plaga, aut laſſitudine, raro ſponte prouenit, nec in alto, ſed ſub cute radices agit, neque in orbem vel ad anteriora poſterioraque transferri poteſt, ſicut melicerides & atheromata, ſed ſi vim facias, ad latera tantum, hoc eſt, ad dextram vel ſiniſtram pro nerui ſitu, moueri & flecti poteſt.

Galen. comment. 2. in lib. de articulis Gan- «

» glia circa cartilagines & neruos ex eorum ali-
» mento concrescere scribit, & ex glutinoso &
» mucoso humore oriri: & γάγγλιον Pollux lib. 4.
» definit ἀπόστημα ἄπονον ὑπὸ λευκῇ καὶ νευρώδει χιτῶ-
» νι; Ἔνιοι δ' αὐτῷ ὑγρὸν ἐμφῦσᾶν, ἢ πεῖρα, ἢ ἐλκώ-
» σᾶν, γίνεσθαι δ' ἐπὶ ἄρθρα καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλήν, id est,
» apostema non molestum sub alba illa & neruo-
» sa tunicula, inest huic humor tumidus, pili, aut
» lumbriculi, sed etiam circa articulos & caput
» exoritur. Similiter Celsus l. 7. cap. 9. ganglia seu
» meliceridas & atheromata inter capitis tuber-
» cula reponit: Gal. Paulus, Aetius, & omnes Ara-
» bes potius inter neruorum articulorumque af-
» fectus; ita & Hesychio νύφη συριστὴ esse dicitur:
» qui γαγγάλιον vocat: Hermolaus suis in Plin. glos-
» sematis gangilion & gangilium.

Γάγγραινα. est partis alicuius mortificatio & extinctio proueniens à magnitudine inflammationis quæ neque digeri, neque in pus mutari potuit, sibique conjunctas partes in affectionis consortium pertrahens, nec ab ossibus quidem abstinens, quæ vitioso humore perfusa imbutaque, quo caro circumposita madet, putrescunt emoriunturque. Non est autem γάγγραινα perfecta νέκρωσις, sed adhuc fit, sic tamen vt nisi opportune succurratur, non modo pars ipsa quæ laborat, sed & aliæ vicinæ partes, ipseque totus homo denique intereat. Cum vero sensum affectæ partes penitus amiserunt, iam non γάγγραινα, sed σφάκελος appellatur. Est enim per gangrænam via ad sphacelum, qui perfecta νέκρωσις est. Verum, vt ait Gal. comment. 4. εἰς τὸ ὅμοιον ἄρθρων, abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos significandos ad quos proxime accedunt, quanquam nondum ex toto ipsorum speciem & naturam habeant. Sic namque & Hippoc. ingentem inflammationem cum non amplius suũ colorem tuetur dolorique est, interdum γάγγραιναν appellauit. Sic videtur γαγγραινώσεις φλεβῶν dixisse lib. de fract. cum propter inflammationis magnitudinem videntur venæ liuentes & nigræ propter contentum in ijs sanguinem. quo tamen loco Galen. νεκρώσεις interpretatur.

» De gangræna si plura requiras consule Gal.
» comm. 7. in aph. Hipp. sect. 7. part. 50. de tumo-
» rib. c. 8. Æginet. l. 4. c. 9. Actuar. περὶ διαγνώσεως παθῶν l. 2. c. 30. Celsum l. 5. c. 26. Ethymologus γάγ-
» γραναν esse inquit πάθος διαβρωτικὸν σαρκῶν. deriuatũ
» esse tradens ex γράω significante ἐσθίω per dipla-
» sia smum.

Γαγγραινικὰ νομά. apud Dioscor. l. 2. c. 119. nomæ quæ
» in gangrænã euaserũt, seu depascentes gãgrænę.

Γαγγραινῶδες, & γαγγρανίωσις. ita eo à γάγγραινα differunt, quod hæc perfectam absolutamque νέκρωσιν
» carnis significet, illa μελασμὸν id est nigredi-
» nem & inchoatam corruptionem; eodem pla-
» ne modo σφάκελος & σφακελισμὸς inter se distin-
» guntur.

Γαιώδης. est lapis de genere Aetitarum, etiãsi Dioscor. περὶ ἀετίτου & γαιώδους separatim differit. Terram intra se complectitur, vt plurimum quidem candidam, sed aliquando pallidam, aliquando luteã, solaque figura ἀπὸ τοῦ βελανίτου differt: hic enim instar sagittæ oblongus est, γαιώδης vero rotundus. Muscus qui ei adhæresci, olet violam. Hic lapis adstringit, siccat, caligines oculorum discutit, & illitus ex aqua testium mammarumque inflammationes sedat.

Γάλα. lac. Est benignum corporis excrementũ sanguine è rubro in candidum mutato in mammis redundans ad fœtus nutrimẽtum. Sanguis enim in fœmina quidem superfluus & inutilis, nec tamen alia re quam copia molestus, deponitur apud mammas tum per venas quæ ab vtero ascendunt, tum per eas quæ à propaginibus venæ cauæ descendunt, vbi vi mammarũ & glandularum in album è rubro vertitur, & lactis naturam nomenque accipit, nõ dissimili modo quo idem facultate testium peculiari in semen transmutatur. Dum enim glandulæ illum sibi assimilare conantur, non modo dealbant, sed frigidius etiam efficiunt, sic tamẽ vt facile à fœtu concoqui possit, ad cuius nutritionem comparatum est. Itaq; nulli fere animalium lac fieri solet antequam vterum ferat, nisi forte (quod Hipp. annotauit, & ipse aliquando vidi accidisse mulieri, cui nec grauidæ, nec puerperæ tãta lactis copia in mammis succreuerat, vt satis alieno fœtui alẽdo esset) menstruæ purgationes defecerint. Hæ namq; si in vbera se conferant, nec in habitum corporis regurgitent, aut alio per venas ferãtur, vertũtur in lactis speciem nulla in re mulieri molestæ. Sed nec dum vterum ferunt animalia, nec statim à partu lac vtile omne est ad fœtus nutrimentum. Nam & cum fieri incipit, ad speciem puris densatur, & primũ à partu spissitudinem & concretionem quandam spongiosam habet, quod recẽs natis exhibere incommodũ est. Hoc Latini colostram siue colostrum, & qui ex eius suctu male affecti sunt pueri, colostratos appellant. Nomen quo vitium hoc lactis significent Græci propriũ non habent. Eo autem è mammis vacuato, lac optimum succedit, quod veluti sanguis ex quo gignitur, purũ syncerumque est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, nec aciditatis, nec salsedinis particeps, non graueolens, sed vel modice odorum, vel saltem odoris expers, gustu etiã suaue & parum dulce, adhæc album & æquale, atque inter liquidum spissumque medium, ita tamen vt in vnguem instillatum non diffluat: de quo cum dico, optimi lactis & à bene sano animali prodeũtis notas explico. Cæterum lac omne quanquam similare videatur, partes tamen multum dissimiles habet. Constat enim tribus substãtijs, crassa, ex qua caseus cõficitur, pingui, ex qua butyrum, aquea, quam Græci ὀρὸν siue ὄρρον, Latini serum nuncupant, quæ pro specie animaliũ, proque fœminarum temperamento, inæqualibus omnino portionibus confusæ sunt. In animalibus enim alias alia exuperat. Lac quidẽ in hominibus haud longe abeat à mediocritate abest. Huic proximũ caprinum est, Crassius hoc ouillũ. Crassissimum & pinguissimum bubulũ. Tenuissimum cameli est, mox equæ, tum asinæ. Sus crudum & aqueũ habet. Itaque ex his caseus effici non potest. Sũt enim sero fiora, quam vt possint coagulo concrescere. Est & lac vernum æstiuo aquosius dilutiusque. Nec vero dubiũ est quin pro varia temperie & mistura diuersas adeptum sit facultates. Quod serosius est, magis refrigerat & extergit & aluum subducit, quod est pinguius, magis cõcoquit & laxat; quod crassius est, aluum sistit, obstruit & emplasticum est. Lac autem generatim omne boni succi est, corpus alit, aluũ emollit, è viridi præsertim pabulo: stomachum & intestina inflatione vexat, sed minus caprinum, quoniam

pecus, hoc adstringentibus pabulis magna ex parte vescitur. Inde stomacho acommodatissimum reddi solet. Ouillum autem dulce, crassum, & præpingue, non vsque adeo vtile stomacho, Bubulum tamen, asininum, & equinum, ventri magis idonea, sed ipsum turbant. Ventrem adstringit lac omne decoctum, præcipueque candentibus calculis marinis exustum: sicque vlcerosas ventris fluxiones adiuuat. Vtile est & contra rosiones vstionesque ab exitialibus medicamentis factas, vt à cantharidibus, salamandra & reliquis venenis. Lac autem omne respuendum est splenicis, hepaticis, comitialibus, vertiginosis, & neruorum vitio laborantibus, febriculosis & capite dolentibus, nisi si quis interdum purgationis gratia γάλακτος bibat.

» Cæterum si de lactis natura, differentijs & » vsu plura voles, consule Galenum cùm multis » operum suorum locis tum maxime tertio de » alimentor. facultat. c. 15. Dioscor. idem l. 2. & » Aetium tetrab. 1. serm. 2.

Γάλα ἐμπυρωδὲς. apud Paul. l. 5. cap. 57. dicitur in» terprete Marcello lac cui coagulum sit admix» tum; sed rectius Goupylus exponit, intus hoc » est in corpore congelatum, illic enim aliquan» do coit in grumos, & densatur adeo vt respira» tionem impediat, & repentinam strangulatio» nem minetur; huic veto symptomati quî sit oc» currendum docet ibidem Paul. & Dioscor. in » Alexipharm. c. 26.

Γάλα καθαρτικὸν. lac purgatorium, quonam pacto tale parari possit docet Aetius l. 3. in lactis asinini vel caprini hemina scammoniæ scrupulos duos miscet quo bilem purgat: aut cnici granorum internam partem injcit, quo pituitam euacuat. Sic enim optime falluntur qui metuunt purgari, propterea quod ab his non immutatur lactis color.

Ὀξύγαλα. hoc est lac acidum. fit certa quadam lactis præparatione, per quam sola caseosa substantia relinquitur, eaque ipsa non eiusdem omnino naturæ cuius ab initio fuit, verum ad frigidiorem statum deflexa.

» Vt ægerrime nec nisi à ventriculo valde ca» lido concoquatur, neque enim calidam & ac» rem seri qualitatem retinet, neque pinguem & » calidam butyri, sed sola crassiore substantia con» stat quæ in caseum abit, ὀξυγαλάκτικον appella» tum, cuius Gal. meminit 3. de aliment. facult. » c. 17. id genus hodie Galli iunceam videntur ap» pellare: de illo scribit Plin. lib. 11. c. 41. dum in» quit barbaras gentes consuêsse lac in iucundum » acorem condensare: est autem ὀξύγαλα valde » frigidũ crassum & concoctu difficile: de illo plu» ra Gal. 3. de aliment. facult. c. 16. & Aet. tetrab. » 1. serm. 2. c. 98.

» Ὀρὸς, qui & ὄρρος γάλακτος, serum vel àqua » lactis, τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ ὑφιστάμενον τοῦ γάλακτος in» quit Hesych. Erotian. in lexico Hippocratis in» quit id totum esse seri quod supereminet caseo, » vt vere serum sit pars illa lactis, quæ mixta est » ex aqua & butyro: de seri autem temperamento » medici controuertunt, Galen. 4. de simplic. » medicam. facultat. cap. 17. frigidum & humi» dum esse scribit, & 3. de aliment. facult. c. 17. ip» sum facit caloris alicuius particeps: è contrà » Mesues l. de simplicib. c. 9. calidum siccumque » esse docet, similiter & calidum Auicennas, sic» cum sit nec ne haud aperte innuens: & hanc » quidem controuersiam ego sic dirimi & com» poni posse crediderim; serum quidem à butyro » & caseo perfecte integreque seiunctum, quia » tum ceu aqua pura sit refrigerare: si vero imper» fecte, sitque adhuc illi permixta portio buty» rosa, calefacere; quo sensu duplici loquutos esse » Galenum & Arabes haud immerito existimare » debemus, esseque inter se minime discordes: » Insuper addubitant quoque nonnulli sintne vsi » veteres sero lactis tanquam purgante medica» mento, vel duntaxat alterante, cum enim esse » illud videatur aqua pura, immo ab Aristotele » 4. metheor. inter aquas primo fere loco repo» natur, iure quis alterandi causa assumptum fuisse » crediderit, sed illorum tamen sententia esse mi» hi potior videtur, qui illius vsum apud veteres » purgationis gratia institutum fuisse censent, cum » enim eo tempore blandis illis medicamentis » aluum subducentibus, nobisque iam assuetis & » vsitatis carerent; & cogerentur vti validioribus, » tum temporis nihil illis fuit sero facilius, siue » assumeretur seu facilis ex illo sequeretur alui » subductio; Raro quidem per se atque solitarie » assumptum purgat; verum illo triplici modo » vtebantur, primùm quidem mel & sal admis» centes, deinde illo abunde & affatim hausto & » assumpto vt purgationis loco esset, atque inde » non solum apud Paul. & Aetium ad vsque vn» cias quinquaginta exhibetur, sed & Hippocr. 2. » Epid. ad octo heminas, id est vncias circiter » octoginta ægris exhibuit ad aquarum medicata» rum modum: denique serum catarthicum red» debant nutrito animali herbis purgantibus, ceu » tithymalo & elaterio, quomodo & lacte purga» torio vtebantur vt ex Hippocr. constat, & Gal. » 6. Epidem. comm. 5. & de aliment. facult. c. 15. » vbi scribit medicos veteres vsos esse lacte ad » purgandum propter serum, modo melle admix» to modo solo sed copioso, modo ex capris elici» to quæ pastæ essent herbis purgantibus, velut » cucumere asinino & scammoneo. Quomodo » autem serum lactis à Dioscor. Galeno & Paulo » paretur, vide infra in voce γάλα ὀρὸν quo nomi» ne non lac quidem ipsum, sed serum eius verius » appellandum venit.

Γάλα πεπυρωμένον. lac excoctum & incensum vocatur, quod ad internas omnes exulcerationes præcipueque ad biliosas acres & mordaces intestinorum fluxiones vtilissimum esse docent Dioscor. l. 2. c. 75. Gal. 3. de aliment. facult. Paul. l. 1. c. 87. & Aetius tetrab. 1. serm. 2. c. 95. qui ad eum vsum, illius duplicem coquendi parandique modum tradunt; aut enim diutius cocto lacte serum absumitur, vel ignitis silicibus iniectis: & in coctione quidem lactis lentâ atque diuturnâ vidêdum ne aduratur aut in caseum coalescat, quod optime fiet, si leniter ipsum coquamus, & ferula leui tenuique agitando, id quod ollæ labro adhæserit cum spongia munda auferamus, ne lac reliquum corrumpat, Tantisper autem coqui illud debet, dũ æquabiliter crassius dulciusque crudo euaserit: Per Silices vero sic paratur: Lac præcoquitur donec plurima humiditas consumatur, deinde silices igniti in ipsum immittũtur, ad serũ cõsumendũ, vel & ferri laminæ, ferreiq; orbiculi efficaciore virtute, est enim ferrũ astrictoriæ facultatis particeps: hoc modo paratũ lac nõ modo

» non ſubducit aluum. verum etiam ſiſtit : Lac
» eiuſmodi Dioſcor. τὸ γάλα διαπύησις κόκλαξιν
» ἐξικμάζειν, & τοῖς κόκλαξιν ἐμφύεσθαι vocat; & Cæ-
» lius Aurel. l. 3. cap. 3. Diacochlacon: huius co-
» quendi modum & vtilitates illic recenſens: Sunt
» autem Cochlacæ Feſto lapides ex flumine ro-
» tundi ad cochlearum ſimilitudinem : Sed &
» γάλα πεπυρωμένον etiam ſimpliciter ſumi poteſt
» lac coctum aut præcoctum, vt dimidia aut ter-
» tia pars remaneat, γάλα ἑφθὸν dicitur Hippocrati
» eoque ventrem eluit in dyſenteria lib. περὶ παθῶν.

Γεωτύρελα. fit illud ex lacte quod ſtatim à partu
» mulctum, & cinere calido modice tepefa-
» ctum citra coagulum ſtatim concreſcit : id
» veteres Comici vt Galen. ſcribit 3. de aliment.
» facult. c. 16. πυετάριον, in Aſia πυετίφιον appella-
» bant: hoc autem purum lac eſt, nihil alienæ qua-
» litatis admixtum habens, attamen addendum
» cum melle conſulit Aetius, alias concretu dif-
» ficilius eſt & craſſioris ſucci, tardiuſque in ve-
» nas ſubit: vide ὀξυπύρελα ad litteram π.

Γάλα πικτὸν alia eſt lactis preparatio, cum per coagulum, melle admiſto, lac cogitur. medici γάλα πικτὸν, Aetius πικτῶν appellat. Sic enim ſerum lactis à craſſiore parte ſecedit. Id vario modo ſumi ſolet. Alij tantum quod concretum eſt, ſumunt : hoc autem tribus conſtat, caſeoſa lactis ſubſtantia, calida igneaque coaguli virtute, & melle. Alij cum eo ſerum ſimul hauriunt, idque vel nihil dementes, vel alterum altero largius. Habet id facultatem ſubducendæ alui, ſed magis minuſque, prout plus minuſve ſeri habet, cui ad deiciendam aluum præcipua vis eſt.

Eſt autem γάλα χιτὸν, hoc eſt lac ſciſſile, à quo dirempta ſecretaque eſt ſeroſa portio. Verum tamen non lac quidem ipſum, ſed ſerum eius hoc nomine verius appellandum venit. Eius enim cauſa medici τῷ χιτῶν γάλακτος meminerunt, quod valeat ad ſubducendam aluum. Eſt autem huius conficiendi ratio hæc, quam ſcripto prodidit Dioſcor. Lac fictili nouo feruet, ramoque ficulneo recenti mouetur, inſperſis, poſtquam bis aut ter efferbuerit, totidem aceti mulſi cyathis quot ſunt heminæ lactis. Ita enim ſereſcens liquidum ab eo diuiditur quod in caſeum concreuit. A quo non diſcrepat Paulus, niſi quod videtur mel aut acetum mulſum admiſcere ſero lactis poſteaquam à caſeo diſceſſerit, & non ante eorum ſeparationem, vt videtur velle Dioſcorides. Verum τῷ χιτὸν ταράττω, hoc eſt, ſciſſionem hanc, moliendam eſſe citra coagulum oxymelite frigido in lac valde feruens inſtillato, docet Galen. libr. 3. de aliment. facultat. Idem etiam mulſo effici, interdum etiam citra vllam liquoris inſtillationem vaſe gelidam aquam continente in lac demiſſo ipſum ſcindi ſepararique. Quod autem ipſe præcipit lac ficulneo ramo agitandum, duplicem habet cauſam, authore Columella lib. 8. tum vt quod in lacte caſei eſt, citius denſetur, tum vt iucundiſſime ſapiat. Datur ſubducendi ventris cauſa ætate quidem florentibus ad duos ſextarios, iunioribus non minus ſextario, vt ait Paulus. Verum ſecundum Dioſcoridem bibitur heminis per interualla ſingulis, vſque ad quinas, ita vt intercedentibus ſpatijs potantes ambulent.

» Dicitur autem ἀπὸ τοῦ χίζειν quod ſcindere & diuidere ſignificat : at vero cum eo modo χιτὸν γάλα dicatur qui expoſitus eſt, fuere tamen vt refert Galen. lib. 10. de ſimplic. medicam. qui ita vocauerint lac quod calculis marinis ignitis, aut ferro candenti immiſſo incraſſatur, alui profluuijs & dyſenterijs vtile, quodque πεπυρωμένον γάλα dicitur : hoc χιτὸν γάλα quomodo paretur ad dyſentericos fuſe docet Trallian. l. 8. c. 8. de dyſenteria rheumatica. vide χιτὸν γάλα.

Ὠίγαλα. Lac ouis permiſtum interpretatur Cornar. apud Galen. 8. κ τόπ. cibumque eſſe dicit dyſenterijs commodum, & commendatum tum ab Aetio lib. 9. cap. 45. tum Paulo lib. 3. c. 42. ad acredinem humorum temperandam, præter nutrimentum quod ex illo abunde corpori accedit, idcirco etiam ceu refocillandis proſtratis viribus conuenientiſſimum ab eodem Aetio l. 11. c. 18. præſcribitur.

Γάλαξια. radicis nomen eſt de qua nihil à veteribus ſcriptum eſſe comperimus : innotuit tantum ex Mauritanorum commentarijs, qui duplicem eam ſtatuere, vnam maiorem, alteram minorem. Minor tenuis eſt, intra extraque purpureo colore rufeſcens, geniculata, internodijs reflexa, odorata, ſapore valde acri & piperis gingiberiſque modo linguam vrente, odore formaque cypero ſimilis, & credita à quibuſdam eadem cum cypero Babylonico. At maior, tametſi longe craſſior ſit, viribus tamen infirmior eſt & colore dilutior minuſque odorata. Calefacit & ſiccat ordine tertio.

Γαλακτίδης. dicitur ὁ πεπυώμενος, vt ait Aetius.

Verum pro his vocibus rectius fortaſſe legeris ; γαλακτίδες dicuntur tithymali ; Sic enim apud Aetium legimus lib. 1. πεπύωμένοι παῖτες, ἢ γαλακτίδες, cuius ſingularis nominatiuus eſt γαλακτίς, ita ſcribit Plin. l. 26, c. 8. Tithymalum à Latinis herbam lactariam & lactucam caprinam fuiſſe nominatum.

Γαλακτίτης. eſt lapis ex ſaxo calcario naſcens, ſicut & μελιτίτης, cui & in reliquis notis valde ſimilis eſt, cinereo colore, qui cum coti atteritur ſuccum reddit lacteum & dulcem, ex quo nomen ſuum accepit. Singulis fere annis capit incrementum, quo fit vt aliquando magnitudine pueri caput exæquet. Caloris aliquid habet atque abſtergit, ad oculorum fluxiones & vlcera inungitur. Oportet autem in aqua tritum pyxide plumbea recõdere, propter vim glutinis quod ei obhæret. Idem mulieres lacte copioſo implet ſi tritus poſt balneum cum aqua aut vino dulci bibatur.

Γαλακτοποσία. lactis potio apud Paul. libr. 1. cap. 8.

Γαλακτώδης. apud medicos abſolute dictum idem ſignificat quod tepidum atque egelidum, quod in modum lactis neque calidum, neque frigidum eſt : ſic Galen. 7. methodi χλιαρὰ ἐδίσματα medicis appellari ſolita inquit, quæ lactis modo tepeant ; ſic apud Aetium lib. 9. cap. 6. μελίκρατον γαλακτῶδες τῇ ἁφῇ dixit quod lactei teporis eſſe tactu deprehẽditur, hoc eſt quod calidum neque frigidum eſſe tactus ipſe iudicat: hoc eodem ſignificato κρᾶμα γαλακτῶδες appellauit Dioſcor. lib. 4. cap. de betonica, id eſt vinum dilutum tepidum, ſic frequentiſſime vſurpat Aetius vt l. 8. c. 68. & lib. 9. cap. de cardiacis, & eodem lib. cap. 49. & libr. 12. cap. 48.

» & ibidem cap. 36. ad eundem modum vbique » in Græcis medicis γαλακτώδης vox accipienda vi- » detur; ita Paul. l. 2. c. 42. poſcam id eſt oxycra- » tum appellauit γαλακτώδη id eſt tepidum, ita » denique & ὑδατ. γαλακτώδες pleriſque in locis » Dioſcor. appellauit, vt lib. 3. c. de aloe, vbi Mar- » cellus & Andreas Lacuna ὕδατος γαλακτώδους no- » mine ſerum lactis, ὀρρὸν γάλακτος interpretati » ſunt, ſed male, ſerum enim lactis nemo vnquam » animaduertit aquam dictum fuiſſe, aquam lacto- » ſam vertit Cornarius vt à ſero lactis diſtingueret: & vbique inquam ſic accipienda vox eſt (γαλακτω- » δης) niſi per adiectionem aliarum vocum alia » ſignificatio indicetur, vt apud Gal. 9. ſimpl. me- » dic. de lapidibus ſpongiarum, verum & à colore » γαλακτώδης οὖρον dicitur vrina lacti ſimilis.

» Γαλακτώδης ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Γαλακτώδης οἶνος. vide in voce οἶνος vbi inſigniores » vinorum differentiæ explicantur.

Γάλαξ. idem quod γλαῦξ. de quo poſtea.

Γαλαξίας. lapis qui & μορόχθος & λευκοχαφὶς dicitur, de quo vide μόροχθος.

Γαλάπιον. idem quod γάλιον, de quo vide ſuo loco.

Γαλάπη. dicitur à quibuſdam ὀλιγόφυλλος frutex paruus, vt habetur apud Dioſcor.

» Sed pro γαλάπη apud Dioſcor. Pariſ. & Co- » lon. edit. habent γαπάλης.

Γαλέδραγον. eſt apud Xenocratem herba leucacan- tho ſimilis, paluſtris & ſpinoſa caule ferulaceo & alto, cui ſummo in capite inhęret quiddam ſimi- le ouo. Ad eam proxime ὁ δίψακος accedit.

Γαλεόβδολον. herba ἡ γαλέο-ψις, vt habetur apud Dioſ- coridem.

Γαλιὼν. fuit olim primum nomen τῆς σπειαμῆς. Sic enim ab Andromacho & alijs qui ipſum ætate anteibant appellabatur, cum videlicet viperæ carnes nondum admiſtas haberet. Eas primus Andromachus Neronis tempore creditur addi- diſſe, & à Critone poſtea eam ob cauſam σπειαμ- κὸν fuiſſe nuncupatam. Eſt autem dicta γαλιὼν, vt ait Galenus, quia corporibus tanquam aliqua morborum tempeſtate vexatis tranquillitatem & veluti ſerenitatem inducit.

Γαλενικὸν. à Tralliano l. 7. c. 12. vocatur Galeni ce- ratum, quod ibidem deſcribit.

Γαλὼνιον. nomen eſt malagmatis cuius compoſitio- nem habet Paulus lib. 7. cap. 18.

Γαλιάδωντες. dicuntur ab Hippocrate, vt ſcribit Ga- len. qui ob humeri caput in alam prolapſum dū adhuc creſcebant humerum breuiorem habent. Huius autem rei ille duplicem cauſam aſſignat, vel quod dum in vtero ſunt, humeri luxentur, vel quod poſt ortum tenera adhuc ætate iuxta humeri caput in intimis partibus alteque ſuppu- rationes oriuntur, ſiue ſecentur, ſiue vrantur, ſiue per ſe pus aperiatur, ſicut ab eo ſcriptum eſt ἐν τῷ περὶ ἀρθρων. Idem vero ἐν τῇ τῶν γλωσσῶν ἐξηγήσει ſcri- bit ſic appellari eos qui paruum & gracile habent brachium, partes autem circa cubitum tumen- tiores in modum muſtellæ quam γαλῆν appellāt, à qua deductum hoc nomen eſſe videtur.

» Dubitat enim Gal. comm. 1. εἴτε τὸ περὶ ἀρθρ. » an à ſimilitudine τῶν γαλῶν id eſt muſtellarum » quaſi muſtellanei ita dicti ſint, an alia quauis de- » cauſa.

Γάλιον, ἢ γαλάπιον. herba eſt rectos ſtanteſque ra- mos habens & folia aparinæ ſimilia, florem in cacumine luteum, denſum, exilem, numero- ſum, odore grato, qui ambuſtis emplaſtri mo- do impoſitus medetur, & ſanguinis è naribus profluuia ſiſtit: nomen accepit quod coagulandi lactis vim habeat. Rura Gallica minus muſche- tum vocant.

Γαλίοψις. frutex eſt totus caule & folijs vrticæ ſimi- lis, niſi quod folia maiorem habent læuorem, & trita pergrauem odorem reddunt. flores habet tenues & purpureos. Totus frutex vim habet emolliendi ſi ex aceto tepidus emplaſtri modo imponatur, aut in fotu adhibeatur. Dicitur & γα- λεόβδολον. Putatur ea eſſe quam officinæ agripal- mam dicunt.

Γάλλος, gallus. Nomen eſt δρώπακος ab Oribaſio compoſiti, cuius deſcriptio habetur apud Pau- lum lib. 7. c. 19. & apud Aetium libri 3. cap. 180. περὶ δρωπάκων.

Γαμφηλὴ. à quibuſdam dicitur σιαγὼν ἡ γνάθος, hoc eſt maxilla.

Γαμφὸς. καμπὰς ἔχων τινὰς. curuus, vel curuaturas ha- bens, apud Hippocr.

Γαργαρεὼν Curculio: Particula eſt oris, ſolius homi- nis propria; quamuis enim etiam quibuſdam auibus, quæ loqui docentur hæc inſit, non vſque tamen adeo exquiſita & perfecta vt hominibus neceſſario loquuturis ineſt: eſt autem caro fun- goſa oblonga à palato iuxta narium meatus in os propendens, ſuperiori quidem parte latior, infe- riori vero in modum pyramidis acuta, venulas quaſdam ex vaſis, palati tunicam adeuntibus in ſuiipſius medio aſſumens, quamobrem ab Hip- pocr. 2. de morb. ἐπίφλυσος vocatur: & quoniam ſuperius amplior, inferius anguſtior viſitur, idcir- co ex recentioribus, nonnulli infundibulum voca- runt; à vetuſtioribus autem Græcis oblongam eam eſſe perpendentibus κίων id eſt columna di- cta eſt: à nonnullis vero poſterioribus Græcis non κίων, ſed diſtinctionis & elarioris doctrinæ gratia κιονὶς id eſt columella, ob columnæ qui- dem, ſua oblonga figura ſimilitudinem nomina- ta fuit, proprium vero eius nomen γαργαρεὼν eſt Latine Gurgulio, quamuis id nomen vetuſtiori- bus Latinis, guttur potius exterius, cum aſperæ arteriæ, quæ ad iugulum vſque tangitur conſpi- citurque portione, interdum præ ſe ferat vt pa- tet apud Varron. l. 2. de re ruſt. c. 3. Sed ne qui- dem in Gargareonis voce æquiuocatio deeſt cum Ariſtoteles hac voce 1. de hiſtor. anim. c. 11. laryngem potius gutturue intellexiſſe videatur, illique proprium huius partis nomen vnum dū taxat ſit ſcil. κίων: aliqui vuulam vocarunt ſeu σταφυλὴν, ſicut inter alios Ruffus Epheſius & Hipp. lib. περὶ παθῶν, ſed refutantur à Gal. 6. περὶ πάθ. c. 3. qui σταφυλὴν non particulæ huius no- men eſſe ſed affectionem quādam ſtatuit, quem- admodum κίων κιονὶς & ἰμὰς pariter ſunt huius par- tis affectiones quædam præter naturam, de qui- bus vide ſuis locis: Gargareonis autem nomen, deductum à ſono eſt quem facit pars ea dum li- quore contrectatur, vnde vox γαργαρίζειν deriua- ta. Quod vero ad huius partis vſum ſpectat, Ruf- fus Epheſ. l. 2. onomaſt. ſcribit hanc partem eſſe pene nullius vſus, eo quod illā integrè pleneque abciſſa nulla actio lædatur, cum tamen contra- riū nos experientia doceat, in ijs præſertim quib. illa à morbo Gallico abſumpta fuit in quibus vox & ſermo manifeſte vitiantur: Sed & Alexan- der Aphrodiſ. 2. probl. 3. eos quibus pars illa ab- ciſſa eſt tabidos fieri docet; ſapientiſſime autem Galen. 11. de vſu part. c. 11. huius partis tres vſus

» proponit. Primus quidem est quoniam ipsa voci
» ad magnitudinem atque modulationem, elegã-
» tiamue confert, vt sermonem facturo animali
» mirum in modum opituletur, tam ingredientem
» quam egredientem aerem incidens, eiusque vio-
» lentiam frangens; argumento est turpissima illo-
» rum, qui vel præcisam, vel Gallico aut quouis
» alio vlcere, erosam hanc partem habent, loque-
» la, ex isto ad vocis modulationem vsu pars illa
» πλῆκτρον à quibusdam nuncupata fuit. Secun-
» dus vsus est ad aeris attractionem, ne scilicet ni-
» mium frigidus ad pulmonem appellat, quamo-
» brem illi quibus ad basim vsq; amputatus Gar-
» gareon fuit, non modo deterius perspicue sunt
» locuti, verum etiam frigidiorem senserunt respi-
» rationem, adeo vt pulmone ac thorace refrige-
» ratis nonnulli vitam cum morte commutarint:
» Tertius demum eiusdem particulæ vsus homi-
» ni, est ad aeris in pulmonem inspirando descen-
» dentis expurgationem, cùm pulueris plurimum
» sibi applicet, qui alioquin in laryngem gutturue
» insimul cum aere fuerat assumendus, cuius rei
» argumentum maximum est quod frequenter ac-
» cidit, tùm ijs qui in puluere multo luctantur,
» tùm ijs qui iter eiusmodi permeant; emungunt
» enim hi paulo post atque exuunt, puluerem ex-
» creantes qui scilicet in Gargareone, & palato
» restiterat.

Γαργαρίζειν. idem quod αὐχογχυλίζειν. ceu αὐχογχυ-
» λιάζειν, vtrumque factitium vocabulum à sono
» qui gargarisando editur, inde & γαργαρισμὸς qui
» species est τῶν ἀποπλυσμάτων, cuius vsus est in ca-
» pitis affectibus, faucium & oris, cum scilicet pi-
» tuitam ex cerebro elicere, vel faucium & oris
» tumores inhibere vel discutere, vel vlcera deter-
» gere, & consolidare volumus.

Γάρον. garum. Est liquamen seu sanies piscium sale conditorum & maceratorum. Primum factum est è garo pisce, vnde & nomen habet. Deinde ex scombro, intestinis eorum cæterisque quæ abijcienda essent sale maceratis. Postremo & priuatim, vt ait Plinius, ex inutili quodam pisciculo minimoque cœpit confici, & ex qualibet etiam materia diuersis modis præparari. Verum Dioscorides non è salsis modo piscibus, sed animalium etiam carnibus garum fieri solitum scribit. At nemo veterum, vt plærumque fit in re nota, certam eius confectionem docuit. Diuersum enim esse à muria seu salsugine piscium intelligi potest ex Galen. libro 11. de simpl. medic. facult. & Martialis etiam Xenijs, de garo & muria. Nouimus quidem nunc thynnum, scombrum, aliosque ex quibus conficiebatur pisces, confectionem vero non facile aliquis ostendat, quibus additis saporibus & qua muria condiretur, & quæ tam diligens purgatio & lotura eius esset, vt sordidum alioqui & fœculentum poculum grato sapore bibi potuerit: nam & Galen. gari dulcis meminit. idemque scripsit plurimum facere ad delectationem. Sed longo post tempore Constantinus Cæsar extremo lib. 20. de agricultura aliquot quidem parandi gari rationes memoriæ prodidit, de quibus tamen dubitari adhuc potest, sintne illæ eædem, quæ superioribus seculis fuêre. Intestina, inquit, piscium inijciuntur in vas & saliuntur, parui item pisciculi, maxime atherinæ, aut exigui mulli, aut mænulæ, aut lycostomi, aut si qui alij parui habeantur, omnes similiter saliuntur, & in sole inueterantur, frequenterque versantur. Postquam vero per calorem fuerunt inueterati, garum ex ipsis hoc modo tollitur. Cophinus longus imponitur in vas plenum prædictorum piscium, influitque garum in cophinum, atque sic per cophinum percolatum suscipitur. Reliquum vero retrimentum alex efficitur. Hæc quidem potuit esse simplex gari conditura, præterquam fuisse alias satis indicant variæ gari differentiæ & nomina: vt Carthaginense, Hispanum, sociorum, nigrum, αἱμάτιον, σκομβρῖνον, οἰνόγαρον, ὀξύγαρον. Ac Carthaginense quidem & Hispanum dictum est quod è finibus Carthaginis & Hispaniæ laudatissimum deferretur. Sociorum vero, quod ganeones & gulæ dediti sociatim eo vterentur, & ob præcipuam quæ inter socios eo vescentes caperetur voluptatem. Nigrum vero & fœcosum & αἱμάτιον, hoc est sanguineum, quod veluti fœx esset piscium, quodque eorum cruor ad confectionem eius adhiberetur. Fiebat autem αἱμάτιον præstantissimum hunc in modum. Intestina thynni cum branchijs cruoreque ac sanguine accipiuntur, aspergiturque salis quod satis est, & in vase sinuntur. Post menses autem duos vas ipsum perforatur, effluitque garum quod αἱμάτιον dicitur. Id credo esse quod Paulus Ægineta γάρον σκομβρῖνον, hoc est garum primarium siue excellens, appellat. Quod vero οἰνόγαρον atque ὀξύγαρον appellatur, iam simplex non est, sed illud quidem vino mistum est, hoc vero aceto cõditum. Similiter & ὑδρόγαρον, quod aqua dilutum est, de quibus apud Aetium libr. 3. cap. 84. 85. 86. qui libr. eiusdem cap. 82. descriptionem etiam τοῦ γάρου κυβερνικοῦ explicauit. Cæterum garum, vt scribit Gal. facultatem habet multum calidam & siccam, ac proinde ex eo quidam vsi sunt ad vlcera putrescentia. habet & vim ex se soluendi, vt idem scripsit lib. 2. de aliment. facult.

Sed de Garo plura Cornar. κατὰ πόδα. Langius epist. 59. & Marcell. l. 2. commentariorum in Dioscor. Scallig. exercit. 303. & Turneb. aduers. lib. 10 c. 12.

Γαστήρ. venter, ventriculus. Sunt qui eo nomine designari dicant totam eam regionem quæ septo transuerso, hypochondrijs & pube circunscribitur, quã ego potius ὑπογάστριον vocari arbitror: γαστέρα autem peculiari nomine Galen. ventriculum appellat in quem cibi ingeruntur & concoquuntur. De qua nos etiam hîc sub eo nomine dicemus, non tamen repudiata priori significatione qua aliquando γαστὴρ αὐτὴ τὸ ὑπογάστριον sumitur. Est autem pars membranosa, caua, rotunda, oblonga, duabus tunicis constans & œsophago continua, ciborum receptaculum. Nec vero tantum in homine, sed etiam in animalibus, in quam partem cibum ea recipiunt, ventriculus nominatur. Incipit à mucronata cartilagine, situsque est medius exacte inter dextram & sinistram partem, & vtrinque duo habet viscera, dextro quidem latere iecur, cuius fibris tãquam digitis comprehenditur, in sinistro vero lienem inferius protensum. Rotundus est vbique in figura oblonga, vt inflatus ostendit. Est autem œsophago continuus & substantia similis. Duabus enim tunicis etiam componitur, interna neruosa, crassa, externa carnosa, minus tamen quam œsophagus, quarum illa rectis fibris superne deorsum procurrentibus intertexitur.

hæc vero transuersis, vtraque autem obliquis, sed paucis. Habet præterea tertiam tunicam à peritonæo, qua illud phrenas subtegit, omnium crassissimam, epiploi anterioris procreatricem. Est autem ventriculo os geminum, vnum supernum quod στόμαχος proprie dicitur & στόμα τῆς γαστρὸς, amplius & maxime sentiens propter neruos quibus præditum est, infernum autem angustius quod πυλωρὸς appellatur. Venas habet multiplices, sed præcipue propagines duas paruas à vena porta proficiscentes, & in ipsum varia serie distributas quæ γαστρικαὶ possunt appellari. Nec tamen ambæ ab eodem loco manant: vna enim ex venæ portæ trunco oritur, quæ pyloro, & posteriori ventriculo illi propinquo distribuitur. Altera vero ex eiusdem venæ portæ trunco splenico proficiscitur, & gibbæ ventriculi dextræ inseritur. Arterias vero habet ab arteria quæ secundum lumbos fertur, neruos autem duos insignes à sexta coniugatione, qui per ipsum sparsi præsertimque os eius & partes alias ori vicinas, sensum ventriculo exquisitissimum inuehunt, quo & indigentiam & rosionem persentiscit.

Γαστὴρ. etiam sæpe pro vtero sumitur quo modo semper Hippocr. cum significare vult mulierem vtero ferre vel concepisse, ἐν γαστρὶ φορέειν scribit, quod genus loquutionis est Hippocrati familiarissimum.

Γαστὴρ. sic dicta est rapa apud Lacedæmonios, vt scribit Athenæus.

Γαστρίδες. dicuntur illi quos infestant vermes ἕλμινθες dicti vt ait Hesychius.

Γαστρικὰ φάρμακα. vterina medicamenta.

Γαστροκνημία. sura. posterior tibiæ pars carnosa. sic dicitur quoniam veluti tibiæ venter est: siquidem extuberat, propter musculorum eam tibiæ sedem occupantium crassitiem. Ea vni homini inesse dicitur, cum reliqua omnia animalia crura habeant sine suris. Dicitur & γαστροκνήμιον.

Γαστροτομία. est ratio suendi abdominis vulnerati, posteaquam partes internæ in suum locum sunt repositæ. vide Galen. 6. meth. & Paul. lib. 6. c. 52.

Γαυειανὸς οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Γαυσὴν. apud Hippoc. Gibbum obtortum & incuruum significat κυρτὸν καὶ διεστραμμένον: annotat autem Gal. vocem illam non esse vsitatam Græcis, ideoque ambiguum esse debeatne ὀξυνέεσθαι an περισπᾶσθαι; quosdam enim dicere περισπᾶσθαι secundum analogiam vt κᾶυσος γᾶυρος μαῦρος; Alios autem ὀξυτονεῖσθαι quoniam omnia bisyllaba quæ παῦρος denotant oxytonos proferuntur, vt χαλὸς λοφὸς, σφελὸς, κυρτὸς, βλακὸς, βαθὺς; nec vero bisyllaba tantum, sed etiam omnia fere τὰ κατὰ παῦρα λεγόμενα, velut ἀφθεπικὸς, πλευσεπικὸς, ἠπατικὸς & similia: ipse vero non referre ait vtro accentu proferatur.

Γεδυλλὶς. sunt qui existiment porrum capitatum ita appellari, alij γέδυον ita vocant.

Nota scribendum fuisse γεδυλλὶς & γέδυον columna sequenti, & infra suo loco reponendum, sic enim scribi debere docet Alphabetica series apud Hesych. & Suidam.

Γέδυον. herba est ceparum generis, pene sine capite, ceruicis tantum longæ. sæpius reseeatur, vt porrum. Didymus dicitur γέδυον simile fecisse τῷ ἀμπλοπρέσῳ. Sunt qui alio nomine γεδυλὶδα tradant vocari. Plinius scribit à Latinis pallacanam nominari.

Γέισον ἡ

Γείσωμα. Pars quæ in supercilijs prominet, velut imbricamentum quoddam aliorsum humores deriuans. Gaza grundam vocat. Sunt autem grundæ & suggrundia tecti partes prominentes, quibus stillicidia arcentur à parietibus. Aliqui γεῖσον, simplici σ scribunt.

Γελασινοὶ ὀδόντες. sic dicuntur dentes quatuor medij anteriores qui per risum patent, τομεῖς alio nomine vocantur & δικαστῆρες atque etiam κύνες, vide τομεῖς: γελασινοὶ autem vocātur ait Pollux ὅτι γυμνοῦσθαι γελόντων, sunt qui scribant γελασῖνοι.

Vocatur & γελασινὸς cauum illud quod in media bucca per risum apparet: de quo intelligendus est versiculus ille Martialis: Nec grata est facies cui gelasinus abest. quanquam sunt qui interpretentur eam faciem deformem videri, cui desunt dentes anteriores γελασινοὶ dicti.

Γελασῖνοι. etiam dicuntur rugæ, & veluti sulculi qui à ridentibus in ore fiunt: hoc autem fuit Democriti cognomentum perpetuo risu infectantis hominum vanitatem.

Γελγὶς, ίδος, allij caput seu nucleus, allij aut spica, allij vt Plin. & Columella vocant, alio nomine ἄλλις de quo supra.

Γέλως. risus. Est motus ex contractione labiorum & expiratione intercisa, sonora, hilaritatem declarans. Motum quidem esse, nemo ambigit, uerum ad quam facultatem pertineat, iure potest dubitari. Nam cum ipse nota sit hilaritatis, eaque inter animi affectus censeri debeat, qui omnes sine cōtrouersia facultatem θυμοειδῆ pertinent, non immerito ipse quoque risus eiusdem facultatis functio videri potetit. Cum enim contrariorum eadem sit ratio & disciplina, & tristitia quæ hilaritati aduersa est, eiusque propriæ notæ, vt contractio caloris ad interna, extremorum frigiditas, faciei pallor, pulsus paruus, languidus, tardus, rarus, & reliqua quæ eam comitantur, opera sint facultatis eius animosæ quam in corde medici collocarunt, pariter hilaritas cum suis notis tota facultatis erit animosæ & vitalis. Verum ea est animi pathematum conditio, vt protinus atque in corde concepta fuerint, reliquas simul facultates afficiant, atque in ijs affectionis suæ notas excitent. Sic quidem timentes corripiuntur totius corporis tremore: gaudentes gestiunt: irati extra se sunt & mentis impotes, qui non iam θυμοειδῶς, sed animalis facultatis motus existunt. Quo fit vt quæ affectus animi consequuntur symptomata, non sint omnia eius facultatis, ad quam ij primo & per se pertinent, sed in alijs etiam corporis partibus eorum signa manifesto appareant. Ergo cum in corde concepta est hilaritas, mox indicibili quodam modo mouetur & veluti gestit copiaque spirituum luxuriat. Hi in pulmonem effusi eam intercisam sonoramque expirationem faciunt quæ risus dicitur. Ac quoniam mutuus est & promptissimus omnium facultatū inter se consensus, cerebrum quoque voluptatis quæ cordi inest particeps, eam quasi cordi congratulans, labiorum contractione, motu sibi proprio testatur. Quem tamen motum cur potius quam alium quemuis in risu delegerit, nemo plane est qui se scire possit profiteri. Satis est intelligere eo motu naturam voluisse prodere conceptam

in animo cuiusque hilaritatem. Est autem ea labiorum contractio compressioque æquabilis, & in moderato quidem risu modica, amplior autem in profusiore, & aliquando tanta vt dentes denudet atque deformitatem inducat. Quia tamen ea plane naturalis est, risu sedato protinus ad se labra orisque habitus redit, longe dissimilis ab ea contractione quam aliqua præter naturam causa expressit. Itaque ea labiorum contractio, quæ Sardoæ herbæ crociue potu, aut præcordiorum inflammatione prouenit, non nisi κατάχρησιν risus nomen accepit. Tunc enim ita labra conuelluntur, vt risus speciem quandam & similitudinem præbeant. Iam quod pertinet ad eum sonum qui ridendo editur, is in vocalibus instrumentis perficitur. Eius materia est spiritus multus, tenuis, calidus è corde prodiens & in pulmones effusus. Quibus enim eiusmodi spiritus supperit, ij ad risum solent esse propensissimi: sicut è contrario quibus paucus est & crassior & frigidior spiritus, vt plurimum ridere non possunt. Ea quidem causa est cur frigido siccoque homines præditi temperamento, vt senes & melancholici, ad hæc ægri aut qui tenui sunt valetudine, nunquam aut admodum raro ridere videantur: cur etiam qui litterarum studijs auidius incumbunt, prorsus ἀγέλαστοι reddantur. Non enim habent spirituum eiusmodi prouentum, qui confertim è corde erumpere possit eamque concitare expirationem, quæ in se diuisa & interciso prodiens singulis sui partibus atq; sectionibus sonum edat. Siquidem non erumpit in risu ἀθρόως ille spiritus, sed diuisim & per incisiones, vt non vna, sed quodammodo multiplex expiratio illa videatur. Ea sæpe tanta est, vt nimia spirituum exolutione syncopas & vitæ periculum prouocet. Tantos quidem in corde motus concitat hilaritas. Sic autem appello affectum animi, non à serijs quidem rebus pacato tranquilloque motu profectum (id enim gaudium potius dicendum est, quo multi pij bonique viri, & senes & philosophi & omnis generis homines citra risum perfruuntur) sed potius à placidis & ludicris effuse manantem. Talis hilaritas sensibus maxime hauritur, perque eos in cor progreditur aut eius, quæ alias sensibus percepta est voluptatis recordatione redintegratur atque innouatur. Quo fit vt non auditu modo visuque rerum ludicrarum sed alarum etiam plantæque pedum leni contactu, quem titillationem vocant, in risum solui possimus. sed & sani & qui per morbum desipiunt, sola eiusdem voluptatis quam aliquando senserint recordatione persæpe rident. Quem risum verum esse & naturalem non dubitârim asseuerare. Est enim hilaritatis animi index cum ea cõtractione labiorum & sono quibus ante risum constare definiuimus. Quæ quidem duo semper in risu concurrunt numeris suis omnibus absoluto atque perfecto, alias quidem moderatius, alias vero profusius, quod Latini proprio nomine cachinnum vocant, pro ridentis natura, sicut antè à nobis dictum est: quorum alterum si desit (deest autem aliquando sonus ille, præsertim in modestioribus naturis) is non plene vereque ridere, sed potius subridere dicetur.

Γεμωνίς. idem quod ἀετίτης. lapidis nomen est, sic dicti quoniam quasi prægnans sit, id quod etiam aetitæ proprium est.

Γενειάς. lanugo prima. sic dicitur & fasciæ circuitus qui sub mento circumagitur, vt habetur apud Galen. lib. de fascijs.

Γένειον. mentum. Est pars prior genæ inferioris in acumen subrotundum tendens: posterior namque mandibula appellatur. Ea in parte duo ossa genæ inferioris futurâ iunguntur, in pueris manifesta, quæ ita progressu ætatis coalescit, vt tandem symphysi vniantur, & nulla fere vi, coctione aut putredine separari possint. Ruffus author est eandem partem αὐθειῶνα etiam dici, eamque definit esse τὸ ἄκρον ἀκρότατον γνάθου: id est, quod inferiori in maxilla in acutum definit. Ab alijs etiam ὀξύγνως vocatur, teste Polluce.

Γναθίον. apud Athenæum lib. 14. Quæstioni ab Vl- «
piano propositæ quid appellet Plato γναθίας σα- «
φυλλὰς, & γναθικὰ σῦκα, bifariam respondet Masu- «
rius; Prior responsio est γναθικὰ λέγει τὰ εὐγνώμονα ὀφι- «
λόσοφος: vult Masurius γναθικὰ dici omnia quæ- «
cumque in suo genere excellunt, atque ita gene- «
rosas ficus & generosas vuas esse appellatas à «
Platone: hãc interpretationem, quanquam non «
improbent nonnulli, illis tamen rectius placet «
his vocibus magnitudinem rei indicari. Eustath. «
post allatum hunc Athenæi locum, fortassis «
(inquit) magna vua est quæ Platoni dicitur γνα- «
θίας σαφυλὰς, sicut dixit Comicus γναθίον κρέας pro «
εὐδαίμονα κόμμα, Gallice dixeris *vne bonne piece de* «
chair, atque idem ego cum Eustathio facile sen- «
tio, neque mihi dubium γναθίας μάζας in 2. de re- «
publ. esse grandem mazam, sicut apud Saty- «
ricum vegrandis polenta: Neque probo alteram «
interpretationem quæ adijcitur à Masurio, ἢ τὰ «
ἐπιγνώμονα, id est, vuas & ficus quæ post insi- «
tionem nascantur: Aliam insuper huius vocis «
γναθίας σαφυλὰς interpretationem ex doctissimo «
Mercuriali videbis infra in voce σαφυλὴ εὐγνώμων. «

Γεντιανὴ. gentiana. herba est folijs iuxta radicem erumpentibus, iuglandis vel plantaginis similibus, subrubris, parum dilectis, caule cauo & leui, geniculato & ex interuallis maioribus foliato, binûm fere cubitorum. semine in calycibus lato, sine pondere, radice longæ aristolochiæ crassa, amara quæ proinde obstructiones soluit, abstergit, extenuat, purgat. Nomen habet à Gẽtio Illyriorum rege, qui primus eam reperisse dicitur. Retinet autem ipsum in officinis.

Γένος. genus. Id nomen scripsit Galenus comment. εἰς τὸ περὶ ἁρμονίας ὀξέων se obseruasse apud veteres Græcos aliquando in ijs vsurpari, quæ ὁμωνύμως dicuntur, quæ vnum quidem habent significatum, sed ex eius diuisione in plures differentias deducuntur, de quo dicere sæpius consueuimus genericas eius rei differentias esse vel duas, vel tres, vel quotquot esse possunt. Indifferenter tamen genus pro specie, differentia, formaque dicitur.

Γένυς. gena. Significat maxillam tam superiorem quam inferiorem: additur autem ad distinctionem ἢ ἄνω vel ἢ κάτω. Dicitur & alio nomine γνάθος, sed ambigua pariter significatione. Distinguit tamen Aristot. de histor. animal. lib. 1. cap. 6τ. scribens, ἔστι παρὰ τοῖς δύο. πύπτων τὸ μὲν ἄνω γένειον, τὸ δὲ κάτω γένυς. hoc est, interprete Gaza. Est præterea maxilla duplex. cuius prior pars mentum, posterior mandibula est. Sed nos nostram diuisionem sequamur. Dicitur ἡ ἄνω γένυς, hoc est gena superior, pars faciei, frõti proxime

subiecta, auribus vtrinque, ab imo autem gingiuis terminata. Non vnico osse, sed pluribus, solidis, duris & leuibus constat, de quorum numero non bene conuenit inter anatomiæ professores, quod aliqui futuras, in ijs valde obscuras neglexerint, nec duxerint ossa ijs esse separanda. At qui scrupulosius ea diuiserunt, omnia enumerant quatuordecim, ab vtroque scilicet latere septem: quorum tria situ & magnitudine differentia ossi frontis contigua sunt, quartum nasi pars est, quintum, quod valde longum est, dentes priores quos τομεῖς & δηχασὲρας vocant, complectitur, sextum omnium maximum dentes cæteros continet latere suo sitos, septimum vero, quod minimum est, in intimo palato ad eius foramina reconditur. Sic quidem se habet gena superior. At inferior, quæ ὑπακτὴρ dicitur, est pars faciei infima & mobilis, dentes inferiores continens. Constat osse non simplici, vt plærique putant, sed gemino, sicut Hippocrati & Galeno visum est, quorum distinctio medio in mento est, vbi futura apparet, in pueris quidem euidenter, in adultioribus autem paulo obscurius, quæ tamen etiam in prouectis coctura fatiscit. Aliter namque ea duo ossa separari vix possunt, adeo inter se τῇ συμφύσει coaluerunt. Non est igitur os illud simplex & vnum, sed geminum, & vtrumque quidem durum & solidum, quod ea ex quibus constat gena, sola mobilis sit, & in manducando plurimum laboret. Vtriusque ossis partes extremæ quasi bicornes sunt propter duas ἀποφύσεις, hoc est processus, qui ab ijs oriuntur. Alter processus infra latior, vertice ipso tenuatur (quod genus à scriptoribus anatomes κορώνη vocatur) longiusque procedens sub osse ingali subit, & temporum musculis excepto ab ijs tendine, alligatur. Alter breuior & rotundior, & in eo sinu qui iuxta foramina auris est, in osse temporum iuxta processum μαστοειδῆ cardinis modo versatur, ibique huc & illuc se inclinans maxillę facultatem motus præstat. Sub his processibus vtrinque vnum foramen est, per quod portio nerui à tertia coniugatione, itemque vena & arteria ad dentes fertur, quibus & sensus & alimentum ipsis suppetat, cuius gratia non modo inferior, sed superior etiam gena sinum possedit medulla refertum.

Γεράντες. seniores, maiores natu. sic dicuntur ab Hippocrate non qui simpliciter senes sunt, sed in collatione & comparatione ad eos qui trigesimum annum excesserunt. Qui enim ab ea ætate ad senectam vsque annis excedunt, hi per comparationem seniores ab eo appellantur, sicut Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ γονῆς annotauit.

Γεράδρυον. dicitur vetus quæcunque arbor. Græci enim δρυὸς vocabulo lignum omne significant.

Γεράνιον. herba est duorum generum. vnum folio anemones, sed longiori diuisura, radice fere orbiculata & dulci, cacumine gruini rostri (ex quo nomen habet) figura quod in mucronem acuminatur, vnde pastoris acus vulgo dicitur. Alterum folijs maluæ paulo candidioribus, caule lanuginoso, flosculo purpureo. Vbique per Galliam pes columbinus appellatur. Nullius sunt in medicina vsus, authore Dioscoride.

Γεράνιον. emplastrum est sic dictum quod præter cætera gruis pennas vstas recipiat. Tribuitur Polleti. Habetur eius descriptio apud Aetium.

Lib. 15. cap. 14. mollit, attenuat & terget.

Γερανὶς. est vinculi genus ad humerum excidentem aut iugulum fractum ab Hippocrate, vel, vt alijs placet, à Perigene inuentum: sic autem per similitudinem appellatum est.

Γεράνιος ἐπίδεσις, id est, gruinam deligationem appellauit Paul. lib. 6. c. 99. à volatus gruum ordine sic dictam, hunc enim refert dum humerum scapulas ac pectus comprehendit & litteram ὑψιλὸν repræsentat, quæ & ipsa ex gruum volatu reperta est per Palamedem vt Philostratus in heroïcis testatur.

Γερανοπέδιον. sic dicitur à quibusdam τὸ γεράνιον, vt habetur apud Dioscor.

Γερανοπόγων. herba est quæ inter saxa gignitur, longa barba, folijs instar capillorum prælongis, flore luteo, qui in volucres barbulas euanescit, quas pueri barbas Dei nuncupant. Lacte manat & radice amara est, eoque à tragopogone differt.

Γεῦσις. gustus. Est sensus saporis. Nec vero sensus ipse solum, sed etiam vis ipsa gustandi ita appellatur, sicut ὄσφρησις, hoc est odoratus, non solum odoris sensus, sed etiam ea facultas, cuius odorandi officium est. Huius autem tum sensus, tum facultatis præcipuum instrumentum lingua est, quam ob id natura & mollem esse voluit, & mollibus neruis donauit. Humor enim ad gustum omnino necessarius est, inque eo rationem obtinet causæ non eius modo per quam gustus melior fit, sed eius etiam sine qua fieri prorsus nequit. Idcirco quæ dura sunt nullumque humorem ex se remittunt, nullo modo gustum afficiunt, nec lingua etiam ipsa scabra & arida, vt per febres fit, de saporibus recte iudicare potest. Itaque natura neruos illos valde molles esse voluit, quos in linguæ superficiem & tunicam ad gustum diffudit. Hi maxima portio sunt tertiæ coniugationis à cerebro prodeuntis, quæ tota ob id à Galeno gustatoria nuncupatur: & cuius etiam nerui propter insignem mollitiem simpliciter νεῦρα μαλακὰ, id est nerui molles, appellantur. Adeo necesse est quicquid gustum mouet, molle humidumque esse, aut facile in ore liquari posse, vt saccharum & sal. Cæterum quoniam ex illa eadem tertia coniugatione propagines quædam neruorum in labia, gingiuas & dentes excurrunt, ideo in his quoque partibus vis aliqua inest saporum discretrix, sed quæ multum linguæ cedat. An vero & palato, vt poëtæ loquuntur, vis ea insit necne, ignoro, quod nec legerim id scriptum à Galen. nec palatum eiusmodi coniugationis particeps esse ab anatomicis annotatum sit. His igitur instrumentis cerebrum anteriore sui parte sapores Græci χυμοὺς, καὶ γευστικὰς διαφορὰς ἢ ποιότητας, hoc est sapores, & gustatorias facultates siue qualitates vocant, dijudicat, non quidem propter se, sed ventriculi causa, quod ad delectum ciborum, saporum genera maxime pertineant. Sunt autem omnes gustus differentiæ octo, αὐστηρότης, στυφνότης, πικρότης ἁλυκότης, δριμύτης, ὀξύτης, γλυκύτης, λιπαρότης. id est austeritas, acerbitas, amaritudo, salsedo, acrimonia, aciditas, dulcedo, pinguitudo. Alij, inquit Galenus, septem modo enumerant, alij vero his quoque pauciores. Qui septem statuunt αὐστηρότητα καὶ στυφνότητα, hoc est austeritatem & acerbitatem, vnum genus faciunt, quod non differant specie, sed intensione sola. vtraque enim adstringit, illa ma-

gis, hæc minus. Itaque ambæ sub adstrictione, quam σύψιν vocant, comprehenduntur, quam propterea Galen. in comment. in lib. de nat. hum. inter gustabiles qualitates recenset. Qui pauciores numerant, similiter sub vno genere πικρότητα, ἁλυκότητα, δριμύτητα. hoc est amaritudinem, salsedinem, acrimoniam, comprehendunt, quod amarus ex nitroſi proueniat intensione, salsus vero aut nitroso imbecillior, aut præterea adstrictionis aliquid assumere videatur. Sed de singulis suo loco, quæ à nobis scripta sunt, requirantur. vide χυμος.

Γεῦσις. dicitur ab anatomicis quibusdam pars ea linguæ quæ ad fauces est, in qua gustus sensum maiorem inesse putant, vt habetur apud Iulium Pollucem.

» Hæc & alio nomine κεφαλὶν dicitur.

Γεύματα. cibos appellat Hippocr. vt 1. Epid. γεύματα, » παῖς ἡδέως ἔχειν, quod in aphorismis dixit, εὖ ἔχειν » σχήσει, σεσωφρονῆς. bene se habere ad oblata.

Γῆ. terra. Cuius esse tria summa genera inquit Galen. 9. de simpl. medic. facult. cap. 2. Siquidem » vnum illius genus lapis est; Alterum corpus metallicum; Tertium vero terra quæ colitur: Sed » terram omnes homines familiari vsurpatione illam substantiam solum nominant, quæ liquore » subacta lutum euadit, vt ibidem ait Gal. & Aet. » tetrab. 1. serm. 2. c. 1. & cuius in medicina vsus » sit, atque siccandi facultas, refrigerandi, meatusque obducendi. Verum vt sunt terrarum differentiæ multæ, ita hæc vel illa alio atque alio » modo preparata, ad diuersa vtilis euadit; aliquando autem lotione mundatur ac depuratur; » Aqua enim primum subigitur, quæ nullam habeat medicamentosæ qualitatis suspicionem, » dein vbi lutum resedit, effunditur aqua supernatans, postremo quod in fundo erat segregatur à » lapidosis atq; arenosis omnibus; sic terra Lemnia parari solet: Aliquando vero etiam terra à » medicis vritur vt docet Aet. loco cit. cap. 11. ad » vsum vlcerum quæ leniter resiccari oportet; vsta » illa tenuiorum partium & acrior euadit; quod si » vsta postmodum lauetur, ita acrimoniam in aquam deponit, atque tenuitate seruata tum potentius exsiccat, vlceribusque magis idonea est: » Sequuntur celebriores quædam terrarum differentiæ ex Dioscor. lib. 5. ex Galen. 9. de simpl. » medic. facult. & Aetio tetrab. 1. sermone 2. de » sumptæ.

Γῆ ἀμπελίτις. Gal. eam plurimum à terris alijs differre & prope ad lapidis essentiam accedere scribit: nonnulli esse carbonẽ fossilem existimauere, » Plin. facit bitumini simillimam: hæc autem nomen obtinuit non quod serendis vitibus apta sit » vt existimauere quidam, sed quod ea circumlita vitibus, interimat nascentes in ea vermiculos quos σκνῖπας vinitores vocant, inquiunt Gal. » 9. de simplic. & Dioscor. lib. 5. nempe si in vitibus ipsorum oculorum radici vti voluit Gal. aut » potius quemadmodum Aetius ipsarum vitium » radicibus illinatur. Sed & φαρμακῖτις alio nomine dicta est ex eorumdem sententia, quod terris alijs efficaciorem vim medicamentosam obtineat, siccandi scilicet atque discutiendi.

Γῆ Ἀρμενία. vide supra βῶλος Ἀρμενία.

Γῆ ἐρετρὶς ἢ ἐρετριακή. terra Eretria aut rubrica, cuius » facultatem astringentem esse & refrigerantem » ac leniter emollientem dicit Dioscor. cauaitidem explere, vulneraque cruenta glutinare: hac & pectus illinit Hippocr. ad pus explorandum quonam loco delitescat lib. 3. de morbis.

Γῆ κιμωλία. terra Cimolia seu Creta, à Cimolo vna è Cicladum insulis sic denominata, duplex illa est, alba, & ad purpurissum inclinans; albam Hippoc. ob vim abstergendi quâ pollet σμηκτίδα γῆν appellat, siquidem Erotian. & Gal. ex γλάσ. σμηκτίδα seu σμηκτρίδα γῆ, τὴν κιμωλίαν exponunt; Theophr. eandem forte πλυντρίδα γῆν nominat quippe qua fullones in detergẽdis, eluendis atque poliendis vestibus ceu smegmate vterentur: Galen. Cimoliam mixtæ facultatis esse tradit, habere scilicet refrigerantem & repulsoriam, & modicam discussoriam, atque iuxta naturã eorum quæ ipsi admiscentur, dictarum alterutram demonstrare: optimam esse quæ ad purpureum inclinat docuit Dioscorides.

Γῆ λημνία, ἢ σφραγὶς. Terra Lemnia, Sigillum Lemnium, Sphragis Lemnia, cuius pro lotione diuersa, ita quoque differentes esse facultates tradit Galen. Eaque se semper vsum fœliciter & magno cum fructu in malignis & putredinosis vlceribus scribit Aetius tetrab. 1. serm. 2. c. 6. modo aceto acerrimo dissolutâ, modo vino dilutâ.

Γῆ μηλία. Terra melia quam colore imitari cineream Eretriam scripsit Dioscor. & habere vim à luminosam detergentem, ob idque mundum corpus & probe coloratum reddere, vitiligines ac lepras exterere.

Γῆ μίλτος. id est rubrica, vim habet astringendi, meatus obducendi & resiccandi, hinc & emplastris admiscetur, ac pastillis siue trochiscis siccantibus & astringentibus. Primas omnium obtinere sinopicam appellatam tradit Aetius, & eam quæ densa est, grauis, & colore iecinoris vuicolor, & quæ diluta in multum succum diffunditur.

Γῆ πιτύη. hanc colore quodammodo similem esse Erethriæ docet Dioscor. hancque si quis manus admoneat, refrigerantem esse, tactuque linguæ adeo glutinosam, vt pensilis hæreat, & habere vires Cimoliæ pares, paulo tamen infirmiores.

Γῆ Σαμία. terra Samia cuius duo esse genera docet Dioscor. aliud quod κολλύριον vocant, aliud quod Aster dicitur, vires illam habere Erethriæ consimiles ait, & facultatem mitigatoriam, & moderate refrigerantem, vt inde ad sputa sanguinis sistenda conferat, inflammationes mitiget, vlcera leniat, & contra venenatorum morsus & exitialia medicamenta pota è vino auxilietur.

Γῆ σηλιτικὴ. vim habet moderatè detergentem, quapropter aliquæ fœminæ, inquit Aetius, ad faciem illâ sicut & Chiâ vtuntur; non est caliditatis neque frigiditatis manifeste particeps: Ea autem inquit Dioscor. maxime laudatur quæ vehementer resplendet candidáque est ac friabilis, quæque facillime in succum resoluitur,

» cum primum humore diluitur.

Γῆ χία. terra Chia. Eadem quas Samia & Selinu-
» sia vires habet, Eligi debet candicans & ad ci-
» nereum colorem vergens.

Γῆ σμηκτὶς, seu σμηκτικὴ. terræ genus detergendi fa-
» cultate constans, Gal. in exeg. γῆ σμηκτική, τῇ κι-
» μωλίᾳ exponit: vide γῆ κιμωλία supra.

Γῆ φαρμακῖτις. vide supra γῆ ἀμπελῖτις.

Γῆ χαλκῖτις. Gal. in exegesi vocum Hippocr. Chal-
» citidem significari scribit.

Γῆ ψιλὴ. terra nuda apud Hippocr. lib. de aere aq. &
» loc. cui γῆ δασεῖα opponitur, id est, densa & ar-
» boribus consita.

Γῆρας. senectus. Est temperamentum corporis frigidum & siccum annorum multitudinis ratione proueniens. Sic quidem senectutem Gal. lib. 5. sanit. tuend. definiuit, non veritus eam temperamentum dicere, quod potius videtur adiunctum quid esse senectuti quã generis rationem obtinere. Dicetur forte aptius esse, Vitæ portio eo constans temperamento. Omnes siquidem vitam per ætates distinxerunt, earumque singulis sua temperamenta præscripserunt, annorum spatijs diuersa. Ita namque fert naturæ conditio, vt corpus humanum nequeat diu eodem in statu esse, quod sit omni genito corpori corruptelæ interituque connata necessitas. Cum enim ita nati simus, vt in naturæ nostræ primordijs calidum frigido, humidum sicco præpolleat, constetque nobis ex humida substantia geniturę origo, quam tamen humidam perpetuo seruari conueniens non erat, quod ex ea nerui, arteriæ, ossa, cartilagines & alia id genus fieri deberent, natura statim in generationis initio ignem terramque copiosius admiscuit, quæ non torrerent quidem vrerentue, sed tamen abunde siccarent. Quæ tamen à paruis initijs eo tandem progrediuntur, vt omnibus iam partibus supra modum siccescentibus non solum cuiusque officium minus probe administretur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusque quam ante reddatur. Ergo vltra siccatum, non macilentius modo, verum etiam rugosum efficitur. Artus quoque ipsi inualidi, atque ad motus suos incerti inconstantesque redduntur. Affectio hæc in animalibus γῆρας dicitur, ei quæ in stirpibus ἄνασις Græce vocatur, proportione respondens. Est enim & illa stirpis senium, siccitatis excessu proueniens. Absumpto autem eo humido quod & insitum, & radicale, & primigenium nuncupant, necesse certe est corpus frigidius reddi tum quod terrena portio iam exuperet, res omnino frigida & sicca, tum quod natiuus calor vna pereat, qui totus in eo humoris genere consistit. Itaque natiuo calore humoreque destitutum corpus imbecillum euadat necesse est, maleque concoquat, & excrementa quam plurima colligat: à quibus senectus humida esse potest videri, cum tamen solidarum partium temperamento sicca sit. Sed cum multas ob causas refrigerari siccarique corpora hominum possint, eam solam veri proprieque dicti senij agnoscimus, quæ ætatis decursu annorumque numero prouenit. Ea namque senij est propria, qua senium est: aliæ autem, vt vitæ exercitium victusque ratio siccior, vel morbus, vel solicitudo, vel mœror, vel alia id genus immoderatius siccantia, frigidum quidem siccumque temperamentum inducunt, sed quod improprie, nec simpliciter senium nuncupari potest, sed vel senium ex morbo, vti primum Philippus appellasse dicitur, vel ex mœrore, vel ex alio quopiam. Id enim proprie est, sicut diximus, quod annorum multitudinis ratione prouenit. Incipit autem, vt visum est pluribus, peractis annis quadraginta nouem, quo tempore ἡ παρακμὴ desinit, quemadmodum Galen. comment. aphor. 30. lib. 3. annotauit. A quo tamen quoniam siccitas corporis indies magis magisque inualescit ad extremum vsque vitæ curriculum, idcirco Galen. totam senectutem in treis partes diuisit, primam statuens τῶν ὠμογερόντων, id est, eorum qui cruda viridique adhuc senecta sunt, quique adhuc obire ciuilia negotia possunt: secundam autem cui apte nomen ipsum senij conuenit, & proprie γῆρας ἢ γερεντικὸν dicitur: tertiam autem decrepitam, ad quam qui peruenit, Græce πίμπλον nominant, quod ipsi pompa funebris iam paretur.

Est autem τὸ γῆρας ait Aristoteles sect. 14. problem. 7. σηπεδών τις, id est, putredo quædam.

Γῆρας τὸ ἐν νόσῳ. dicitur à Galen. inquit Budæus cum in tabem æger ex febre hectica incidit, ita vt similis sit seni iam debili & arido.

Γῆρας. etiam dicitur in serpentibus exuuium illud quod ineunte potissimum vere cum è latibulis egrediuntur, atque etiam Autumno, deponunt; vocaturque senecta anguium: ea autem nihil est quam crassissimus quidam lentor ex diuturna latitandi mora contractus, quod potius longitudine temporis quam senescentis ætatis vitio prouenit, inquit Galen. lib. 2. de Theriaca ad Pison. c. 13. Aristoteles 8. de histor. animal. c. 17. cutim vltimam esse inquit, & primi ortus operculum quod deponunt nonnulla ex ijs animalibus, quæ conduntur; quæ vero animalia γῆρας illud exuere soleant, docet ibidem Aristoteles.

Γηροκομικὴ. est artis medicæ portio quæ præest senum sanitati tuendæ. Incertum an ad ὑγιεινὴν an ad θεραπευτικὴν pertineat. Est enim senectus non exacta plane sanitas, sed vel morbi & sanitatis affectio quædam media, vel omnino eius generis non est quæ firma constansque sit, quam κατ' ἕξιν appellant, sed potius fallax & incerta, quæ κατὰ χρόνον dicitur. Plures tamen salubris medicinæ partem esse volunt.

Cuius opus est obsistere & prohibere quam maxime fieri potest ne cor adeo exsiccetur vt tandem agere desinat ait Galen. libr. de Marasmo.

Γήχυτον. exterior pars terræ quæ mollis est & minime lapidosa, apud Hippocr.

Γῆς ἔντερα. terræ intestina. Ita medici & in primis Græci vocant, quos Plinius vermes terrenos appellat, alij lumbricos: Apud Athenæ. lib. 7. οἱ ἰκλοὶ etiam dicuntur γαιοφάγοι, ἔντερα γαίης.

Γίγαρτον. acini vinacei lignum seu nucleus, id est, quod in acino vinaceo lignosum, osseumue aut lapidosum est, vt in cerasis, prunis, olinis: officinis γίγαρτα, Arilli dicuntur quasi ariduli, quod sicci sint nullumque succum præbeant, astringentis vero sunt facultatis: hoc & nomine (γίγαρτον,) significatur τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον vt notauit scholiastes quidam Aristophanis in Acharnis.

Γιγγίδιον. gingidium. Syrium quidem nomen est, sed tamen à Græcis & Latinis receptum pro her-

basylueſtri paſtinacæ ſimili, tenuiore tantum & amariore, radice parua, candicante, ſubamara. Venit in cibos crudum coctumue, magna ſtomachi voluptate. Proxime accedit ad chærefolium, vel potius idem cum eo eſt. Temperatum eſt calore & frigore, ſiccat ſecundo ordine, non parum adſtringit. Dioſcorides etiam author eſt, ſic à quibuſdam τὸ λεπίδιον appellatum.

Γίγλυμος. Heſychio dicitur ὁ τριφόμενος γόμφος ἐπὶ τῶν θυρῶν, Cardo portæ qui cum ipſa porta vertitur, vel potius ferramenta illa duo quæ per commiſſuram inter ſe coeuntia, clauo traiecto portam ſuſtinent, & in quibus ipſa ceu cardinibus vertitur; inde ad διαρθρωσιν medicorum hæc tranſlata vox eſt, cenſeturque tertia ſpecies διαρθρώσεως per quam oſſa ſeſe inuicem ingredientia ita ſecum coniunguntur, vt vnius caput in alterius cauitatem condatur, & viciſſim huius caput in illius ſinum excipiatur. Eſt enim hæc διάρθρωσις plærique oſtiorum cardinibus ſimilis, in quibus ferramentis vtriuſque (quod proprie à Græcis γίγλυμος appellatur) tum eius quod parieti infixum eſt, tum alterius quod oſtio adhæret, pectines mutuo implexu ſeſe ſubeunt. Quæ quidem compoſitionis ratio non videtur ἀπὸ τῆς ῥαφῆς, id eſt à ſutura, valde differre. In quibus vero oſtijs clauus craſſior parieti affixus oſtij verticillum ſubit, non γίγλυμος, ſed verius γόμφωσις dicitur. Plura autem oſſa in corpore τῷ γιγλύμῳ connectuntur, vt cubitus cum brachio, crus cum tibia, tibia cum aſtragalo, aſtragalus cum pterna, vertebræ ſimiliter inuicem, quanquam vt Galen. ait, in his quædam ſit differentia. Siquidem media in ſibi tum ſubiectam, tum ſupra poſitam ſubit. Ob id Hippocr. περὶ ἄρθρων vertebras parte poſteriore γιγλυμωδεῖς, hoc eſt per ginglymon iunctas, eſſe ſcribit, ſeu, vt eo loco interpretatur Gal. ſtructuram habere ginglymo quodammodo ſimilem, vt oſtendat in ijs verum non eſſe ginglymon, quia non ſit in eodem mutuus oſſium duorum ingreſſus. Secundum vero eandem ſpeciem τῆς διαρθρώσεως Hippocr. in libr. περὶ ἀρμῶν imum humeri caput γιγλυμοειδὲς appellauit, de quo vide Galen. comment. 1. in eum librum.

Gallico idiomate *Emplanture* vocatur.

Γίζι. vox barbara apud Galen. lib. 1. de antidotis. Eſt autem caſiæ vna ſpecies, quæ apud eundem lib. 3. ἐν τόποις, ζίκερς, & à Dioſcoride ζίγερ dicitur. Vocatur autem, vt hic ait, eo nomine caſia nigra & purpuram colore referens, craſſaque.

Γλαμυρὸς. γλημώδης καὶ ὑγρὸς. hoc eſt lippus & humidus, apud Hippocr. Dicuntur enim γλάμαι, ſiue γλῆμαι, oculorum vitia, quæ etiam Latini glamas vocant.

Γλάμαι ſiue γλῆμαι. oculorum vitia quæ etiam Latini Glamas vocant; dicuntur & feſto Gramiæ, Nonio oculorum pituitæ: inde eſt γλαμᾶν quod Heſych. λημᾶν exponit, & γλαμῶντες itidem λημῶντες: eſt vero ἡ γλάμη oculorum ſordes & pituita, inde & γλαμυρὸς, γλημώδης καὶ ὑγρὸς hoc eſt lippus & humidus apud Hippocr. 2. de morb. mulier. ſeu qui oculorum ſordibus & pituita laborat vt Gal. in lexico Hippocr. exponit.

Γλαῦξ. idem quod γλαυξ, nomine à lacte indito.

Vide γλαυξ.

Γλαύκιον. eſt humilis herba, denſis folijs fere cornigeculati papaueris, minoribus tamen ſordidioribuſque, odoris tetri, guſtus amari, cum adſtrictione. Granum habet crocei coloris, quod in olla fictili luto circumlitum in clibanis Parthi calefaciunt, deinde exempto ſuccum exprimũt, qui eodem nomine γλαύκιον appellatur. Officinis memitha dicitur. Ex eo medici collyrium temperant, quod διὰ γλαυκίου, ſiue διαγλαύκιον. nominatur: de quo vide ſuo loco. Miſtura glaucij eſt ex aquea terreaque ſubſtantia, ideoque refrigerat. Habet etiam vim adſtringendi.

Γλαυκὸν οὖρον. vrina glauca, cornu pellucido ſimilis. Ea ex albarũ genere eſt, media inter lacteam & charopam. Prima enim inter albas eſt aquoſa, ſiue cryſtallina: ſecunda, lactea: tertia, glauca: deinde charopos, vt habetur apud Actuar. περὶ οὔρων lib. 1. c. 8.

Vide in voce οὖρον vbi vrinarum differentiæ quædam recenſentur.

Γλαύκωμα ἡ

Γλαύκωσις. à vulgo glaucedo dicitur, à Plin. perpetuo glaucoma, ſeruato Græco nomine. Duobus modis accipitur, vt ſcribit Aetius. Proprie quidem eſt, tranſmutatio humoris cryſtallini in glaucum. Cuius rei cauſam Ruffus, vt habetur apud Paulum libr. 3. humiditatem ſtatuit. ſed ego quidem locum eum mendoſum eſſe iudico, & non ὑγρότητος ſed ξηρότητος legendum, quod nemo veterum, quod ſciam, cauſam glaucomatis in humiditate poſuerit: etiamſi non diffitear fieri poſſe, vt viridis aliquis humor cryſtallino permiſtus eius albedinẽ ſplendoremq; offuſcet atque obtenebret. Sic enim glaucus color fieri dicitur, viridi & albo ſimul miſtis. Verumtamen Galenus non videtur aliam cauſam glaucomatis quam ſiccitatem agnoſcere, qui & lib. 10. de vſu partium deffinit γλαύκωσιν εἶναι ξηρότητα καὶ πῆξιν τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ. hoc eſt, glaucoma eſſe ſiccitatem & concretionem cryſtallini humoris. & alibi cauſam reddens, cur Hippocr. ſcripſerit glaucomata ſenibus fieri, immodicam inſtrumentorum ſiccitatem cauſatur. Improprie vero glaucoma, authore Aetio, dicitur id oculi vitium quod orta prius ſuffuſione, & humore circa pupillam valde concreto reſiccatoque contractum eſt. In qua quidem ſignificatione veteres τὸ γλαύκωμα vſurpaſſe teſtis eſt Ruffus, qui ſcripſit γλαύκωμα atque ὑπόχυμα idem mali genus à veteribus eſſe creditum, à ſolis tantum neotericis fuiſſe diſtincta, à qua ſententia Gal. non videtur eſſe alienus comment. aphor. 31. lib. 3. ſcribens τὰ γλαυκώματα ἰσχειν ἴδιαν τὴν ὑποχυμάτων, hoc eſt, glaucomata ſuffuſionibus ſimilia videri, & eandem referre ſpeciem. Ex quo tamen non ſequitur illa eadem eſſe. Suffuſio enim eſt extranei humoris & aliunde influentis concretio: glaucoma vero ipſius humoris cryſtallini reſiccatio denſatioque. Præterea non omnes ſuffuſiones tantæ ſunt, vt totã pupillæ prætendantur, & viſum ex toto adimant: glaucoma vero cryſtallini vniuerſi eſt, atque ſiccitas eſt per ipſum totum ex æquo diffuſa, & ex ſiccitate concretio. Adhæc plæreque ſuffuſiones curationem recipiunt, cum tamen nullum glaucoma, vt Ruffus ait, curetur, vti nec vllus alius morbus ab immodica ſiccitate contractus.

Hîc adnotandum feſtiue Plautum in Milite γλαύκωμα errorem veluti cæcutientis & caligãtis oculi

» oculi dixisse his verbis, & nos facetis fabricis &
» doctis dolis Glaucoma ob oculos obijciemus,
» eumque ita faciemus vt quod viderit nō viderit.

Γλαυκεδανὸν. nomen est collyrij ex ijs quæ διάσμυρνα
» dicuntur, describitur à Gal. l. 4. κῦ τὸπ. c. 7.

Γλαυξ. herba est folijs cytisi aut lenticulæ, quæ auersa candicant, superne virent, ramis è terra quinis senisue, palmeis, tenuibus ab radice, floribus albis violæ, sed minoribus & purpureis. Eam Plinius scripsit ἰωγάλακτον antiquis dictam fuisse. Vocatur eadem & γλαὲξ & γάλαξ, à lacte. Cocta enim in sorbitione similaginis, ad excitandam vbertatem lactis valere proditur, ex quo intelligitur calidam quodammodo humidamque esse.

Γλῆνος. est genus aceris campestre, præcipuo candore ac crispum. Sunt qui Gallicam interpretentur, vt Theodorus Gaza. Scriptum reperitur etiam γλῖνος.

Γλεῦκος. mustum. Est succus vuarum recens expressus. Crudus is est, flatuosus, concoctu difficilis, & crudum succum, etiam si coquatur, gignit. Vnum hoc in se boni continet quod aluū emolliat & relaxet: quod nisi contingat, tanto magis noxius euadit. Calefacit primo ordine præsertim qui ex medijs vuis expressus fuerit, hoc est, neque acidis neque austeris, neque dulcibus, ideoque inflammationum mitigatorium est: & ab antiquis ad oris phlegmonas parabatur illitionis genus, quæ διάχυσος στομαχικὴ, ἣ καὶ διάγλευκους dicebatur, vt est apud Aet. l. 8. c. 45.

» Et apud Paul. l. 7. cap. 14. huius confectionis
» διαγλεύκης ceu stomachici medicamenti etiam
» meminit Gal. 6. κῦ τόπ. c. 1.

Γλεύκινον. musteum vnguentum. Pluribus modis paratum fuit à medicis, vt docet Gal. lib. 7. τ κῦ ὑλῆ. Sed quod simplex est, vt scribit Dioscorides, constat omphacino oleo, iunco odorato, calamo, Celtica nardo, spatha, aspalatho, sertula campana, costo & musto, circundatis interim vinaceis vasi, quod aromata, vinum & oleum conceperat. Tricenis diebus bis in die mouetur: postea expressum oleum reconditur. Inter acopa à Galen. numeratur & relaxantia. Itaque ijs quos vehemens lassitudo infestat, est vtile. Calfacit, emollit, remittit, horroribus & neruorum vulueque vitijs auxiliatur, estque omni acopo iuuantius, vt ait Dioscorides, quod emolliat.

Γλήμη. pleonasmo τῦ γ. pro λήμη dicitur, id est lippitudo seu oculorum vitium quum pituita laborant & sordidi sunt, vide λήμη.

Γλωὼν. pupilla oculi. cauitas ipsa oculi.

» Secundum Pollucem vero est, ἡ τ κόρης αὐ-
» γὴ: sed & interdum γλήνη pro toto oculo accipitur.

Ab ea voce facta etiam metaphora est ad alias ossium cauitates. Siquidem apud Hippoc. γλήνη significat cauitatem ossis in quam alterum os inseritur, quæ & κοτύλη appellatur. Inter quæ tamen posteriores medici distinxerunt. Nam authore Gal. lib. de ossibus, ex cauitatibus ossium capita suscipientibus quæ profundior est, κοτύλη dicitur: quæ vero superficiaria, vt ambigere possis an cauitas sit necne, γλωὼν nominatur. Id vero quoniam in latitudine quadam dicitur, idcirco γλωωειδὴς appellatur sinus qui obscurus est & leuiter cauus. Nec tamen sinus γλωωειδὴς & γλωὼν differunt, sed idem sunt omnino. Eiusmodi sinus cum multis in locis corporis, tum in prima ceruicis vertebra apparēt gemini, excipientes duo capita secūdæ vertebræ.

Γλήχων. pulegium. Herba est fruticosa, semipedali altitudine, folijs sampsuchi, surculis per interualla purpureo flore coronatis, vnde multis pulegium regale nominatur. Alterum genus est flore candido, cui magna cum nepeta & mentha societas. Multum excalfacit & extenuat. Si à pecore gustetur, balatum illico dicitur concitare, ex quo quasi βλήχων vocatur. Pulegium autem Latini appellant quod recens incensum pulices enecet.

Γλήχων ἀγρία. dicitur à quibusdam ὁ δίκταμνος, vt author est Dioscorides: forte quod hic folia & vires pulegio similes habeat.

Γληχωνίτης οἶνος. vinum ex pulegio factitium. Eius compositio habetur apud Dioscoridem libr. 5. apud Columellam lib. 12. cap. 35. apud Constant. Cæsarem lib. 8. cap. 7.

Vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Γλίχες. Glutinosum viscosum & tenax Hesychio, & Ethymologo κολλῶδες, & τὸ ἰχθυόκολλον, ᾧ μὴ διασπώμενον, glutinis modo cohærens nec distrahi se finens: Sic Hippocr. 4. de morb. γλίχες definit in quo ἅπαν τὸ ἕτερον διὰ τὸ ἑτέρου, id est vna pars aliam per aliam sequitur, id est quod si trahitur suam quam longissime seruat continuitatem, nec rumpitur facile vt oleum mel & adeps: eiusce modi etiam vrina fuit, quam in Laryssa Theophorbi filius calculo vesicæ laborans reddebat. 5. Epid. quod erat certum & minime fallax eius affectionis indicium: huius & conditionis est phlegma quod esse γλιχρότατον ait Hippocr. libr. de nat. hominis sicut & μέλαιναν χολὴν ibidem, quam τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνόντων χυμῶν γλιχρότατον esse docet: atque sic quidem in humoribus vox illa vsurpatur, illique opponitur τὸ ῥυπῶδες quasi detersiuum dicas Galen. authore 11. meth. med. in solidis vero γλιχρὸν dicitur id quod est fractu contumax, humore videlicet multo, & qui tensioni cedit, terrenas partes glutinante, sicut in salice & corijs, huic contrarium est τὸ κραυρὸν quod plerique friabile interpretantur, quodque alijs nominibus φαῦλον & θραυστὸν Græcis dicitur.

Γλοιάζειν. τὸ ὀπμύοντας παρεμβλίττειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, hoc est, conniuentes oculos versare apud Hippocratem. vnde & γλοιωδῶς idem quod νυκταλωπικῶς, hoc est, oscitanter, & quasi dormitanter.

Γλοιὸς. sordes siue strigmenta, quæ Dioscor. & Galen. etiam ῥύπον appellant: fuēre autem quondam magni in medicina vsus, nunc prorsus neglecta: erant autem strigmenta illa trium generum, balneorum, palestræ, parietum atque statuarum Gymnasiorum: Quæ balneorum erant, ex sudore oleo & sordibus in balneo defrictis ab hominibus constabant: quæ palæstræ, ex ijsdem rebus componebantur, accedente insuper puluere, qui partim ab olei illitione luctaturis inspergebatur, atque affricabatur, partim à luctantibus in arena mutuo manibus ingestus, itemque ex lucta excitatus corporibus inhærebat; Prior puluis πάπος & Atticis κονίσαλος vocabatur authore Galeno: eiusque affrictus, aliquando solius, aliquando præmissa olei illitione, densandi ac corroborandi corporis per oleum emolliti gratia fiebat, velut 2. & 3. de sanitate tuend. Gal. tradit,

» quanquam & ob emendandam gracilitatem
» crura puluere conspergere & affuso oleo confri-
» care, eiusdem operis li. 5. doceat sed ita, vt is pul-
» uis tenuis & pinguis sit, atque κονὶν λιπαρὰν ap-
» pellat, in quo videlicet nihil asperi neque acris
» insit, quin & refrigerandi & sudoris reprimendi
» causa idem puluis adhibebatur, cùm vim habeat
» obducendi meatus, refrigerandi ac repellendi, vt
» 8. simpl. medic. Galen. testatur: At vero puluis
» qui in arena iam à luctantibus mutuo ingerebā-
» tur, sicut prædicta commoditate non carebat, sic
» officij ergo non inspergebatur, sed molestè &
» insidiosè Gallorum more euerrebatur, ad visum
» videlicet præpediēdum, & velut Anacharsis apud
» Lucianum de Gymnasijs loquens arbitratur, vt
» facilius alterum alter prehenderet, arena & pul-
» uere lubricitatem ceromatis & olei eximente.
» At vero strigmentorum tertium genus erat pa-
» rietum atque statuarum in Gymnasijs, quæ sor-
» des sunt ex oleo magna sui parte constantes, quæ
» ex materia cui inhærent aliquid assumunt, velut
» æruginem ex statuis æreis; his enim itemque pa-
» rietibus, oleum quo se oblinebant palæstritæ, in-
» ter illinendum inspergebatur, quanquam etiam
» statuas quasdam fuisse in Gymnasijs itemque
» vasa ærea, quæ oleum ipsum quo se luctaturi
» oblinerent, continerent, ex Paulo lib. 7. apparet,
» has sordes discussorias esse & resiccantes mode-
» rate ac mollientes, eamque ob rem & tubercula
» cruda discutere inquit, inde & Archigenes apud
» Galen. κατ' ἐπιτ. eas cum calce ad discutiendas pa-
» rotidas probat: Porro στλεῖδες non solum strig-
» menta significat, sed etiam vt nonnullis doctis
» visum, viscum, magnâ tamen rerum differen-
» tiâ, quanquam etiam viscum διαφορητικὴν καὶ συμ-
» πίπτειν φύματα καὶ παρωτίδας Dioscor. tradit.

Γλοῦπα. sunt corpora duo dura in cerebro eminentia, ad latera meatus illius sita, qui à tertio ventriculo in quartum, siue in cerebellum ducit. Producta sunt ex cerebri substantia duriore, supraque & ante conarium sustinent, posterius vero epiphysim σκωληκοειδῆ. inter latus dextrum & sinistrum constituunt meatum, qui à medio ventre ad postremum fertur. Eorum autem vsus est, ne meatus ille à supernis cerebri partibus comprimatur & intercludatur. Sic dicta sunt quod his natium quædam similitudo sit: nam perinde ac nates prominent, seque contingunt. vocantur autem & à quibusdam δίδυμα siue δίδυμοι. Quidam vero ea parte qua conarium contingunt, δίδυμα, conario ipso penem repræsentante, altera vero qua ipsum conarium non est, γλοῦπα, hoc est, clunes nateſque, appellant.

» Cæterum apud Oribasium inuenies γλουτὰς
» Collectaneor. libr. 24. cap. 1. & melius iudi-
» cio meo, solent enim diminutiua ista περιεχώ-
» σας.

Γλουτοὶ. Nates, dicuntur carnes in summa femoris parte protuberantes quæ sedentibus puluini vicem præstant, vnde ἑδρῆγα alio nomine Polluci vocantur: clunes Latinis, veterum Græcorum imitatione qui κλόνας vocarunt.

Γλουτὸς. dicitur apophysis externa eademque maior ossis femoris, quam & προχαντῆρα μέγαν appellant. Ea in femoris superiori ceruice exterius apparet, ampla multumque gibbosa. Sic autem dicta est, velà similitudine quam habet cum natibus, vel quod musculi quibus nates constant, ei præcipue inserantur.

Γλυκεῖα, ἢ γλυκέρροτος. absolute & subaudito substā- « tiuo dicitur ἡ γλυκόῤῥιζα teste Hesych. nec non « Theophr. histor. plant. l. 9. c. 13. prædulcis enim « est vt Plin. quoque prodidit l. 25. c. 8. «

Γλυκὺ. dulce. saporis genus est. Sic autem dicitur quod veluti subungit, replet, mitigat exasperatas & quasi erosas linguæ partes, & eas cum manifesta delectatione contingit. Quicquid enim dulce est, moderato calore aqueam humiditatem, si quæ prius inerat, veluti in fructibus acidis, concoquit, sed ita tamen, vt omnem non absumat. Illa autem concoctione tali paulo crassior euadit atque pinguior, & propterea si lingua exasperata est, eam lenit & veluti inungit, quod propter mediocrem crassitiem & pinguedinem non facile diffluat, neque absumatur, sed diutius inhæreat. Quia vero à moderato calore eiusmodi est, id etiam modice calidum sit oportet, & non longe supra calorem nostrum. Quare sicut aqua calida refrigeratis voluptati est, hactenus scilicet eos excalefaciens dum concretas in ijs frigore particulas fundat, non tamen soluat aut secet distrahatue continuum: sic omne edulium dulce delectationem linguæ parit, calidum quidem, non eo excessu vt lædat & molestum sit, sed consistens inter limites fundentis, læuigantis & mollientis: sin ab eo abest delectatio, iam non dulce, sed pingue appellatur. Quoniam igitur dulce in medio fere omnium qualitatum consistit, quæ in lingua fuerint exasperata, lenit: quæ vero præter naturam coierint, aut fusa laxaue fuerint, partim contrahit, partim laxat, omniaque quàm maxime ad naturæ statum reducit. Itaque quicquid eiusmodi est, inquit Plato, iucundum suaueque & cognatum est omnibus, violentarumque passionum remedium ac medela, nominaturque dulce. Quod autem eiusmodi est, calidum humidumque moderate est, & naturæ tam familiare, vt solum aptum sit corpori nutriendo. Solis namque dulcibus nutritio perficitur, veraque ea sententia est, si nutrimentum in tertia sui significatione sumatur. Vt enim à calore solis concocti fructus dulces euadunt, sic à natiuo corporum calore quod concoquitur, exuit omnes alias qualitates, dulcemque adsciscit, si modo optimum & euchymum alimentum futurum est. Quicquid enim nutrit, plus minusue dulce est. Hæc quidem propria est τοῦ γλυκέος, significatio, sed à qua discedit ea, qua dulce dicitur id quod ἄποιον quidem est, & qualitatis expers, sed quod tempore dulcem eam qualitatem facile potest assumere. Sic enim aqua optima dulcis dici potest, quam tamen saporis, vt & aliarum qualitatum, expertem esse oportet. Sic etiam pituita γλυκεῖα καὶ ἄποιος, hoc est, dulcis & insipida, vocari potest, vt Galenus initio libri de atra bile prodidit.

Theophr. 6. de caus. plant. c. 13. dulcis saporis species facit, melleum, vinosum, lacteum, & aquosum quibus pinguem addunt nonnulli.

Γλυκὺ. passum. Vini genus dulce, quod Plinius aliquoties non passum, sed simpliciter dulce vocat, Græcorum imitatione. Olim in Italia frequens, nunc prorsus neglectum. Non est autem prorsus idem γλυκὺ quod οἶνος γλυκύς. Vinũ enim dulce dicitur cuicunque dulcedo aliqua inest, eiusque multa sunt genera tam natiui quam factitij. γλυκὺ vero, siue passum, vnum modo vini

genus dicitur, quod vuis aut sole siccatis in area, aut in sarmento torrefactis exprimitur, nimirum propter eximiam saporis qualitatem. Cuius tamen aliquot etiam differentias Dioscorides enumerat, Creticum, pramnium, protropum, sireon siue hepsema, quod decocto fit musto, sicut Columella parandum docet lib. 12. cap. 39. post traditam aliam c. 27. vini dulcis faciendi rationem. Item quod à nigro colore μελαμψίθιον appellatur. Numerantur & à Galeno alia quædam genera, vt Hispanum, Scybelite, Theræum. Omne eiusmodi vinum multum alit, pulsus reuocat, adstringit, venenis medetur.

Γλυκὸ. etiam medicamenti cuiusdam nomen est
» est apud Trallian. l. 7. c. 10. cuius descriptionem
» ac facultates recenset.

Γλυκέα ἕλκη. vlcera quædam narium hoc nomine à
» Paulo appellantur l. 3. c. 24.

» Sed & τὰ γλυκέα Græci fella vocant, vt
» etiam Lugdunenses hodie fel vocant *le doux*:
» Aurelian. c. 1. l. 3. τῶν χρονίων, multa (inquit) con-
» trariæ interpretationis vocabulum sumpserunt,
» vt fella quæ γλυκέα vocant quasi dulcia, cum sint
» amarissima: idem docet Plin. l. 27. cap. 10. qui &
» holosteon herbam inquit esse sine duritie ex ad-
» uerso à Græcis sic appellatam sicuti fel dulce.

Γλυκύμυρτα βοτάνη. sic dicitur ἡ γλυκόῤῥιζα apud Hip-
» poc. vt Gal. in exeg. annotauit: Apud Hipp. in li.
» de superfœtat. legitur γλυκυσίδης non γλυκύμυρ.

Γλυκύμηλα pomum dulce quod alio nomine μελί-
» μηλον dicitur vide μελίμηλον.

Γλυκόῤῥιζα. dulcis radix. frutex est ramos spargens bicubitales, folijs lentisci densis, pinguibus, tactuque gummosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis asperiore tantum, atque rubescentes lenticulæ valuulas referente, radicibus prælongis, buxeo colore, gentianę modo flauescentibus, sapore dulci, quadamtenus subacerbo. Actuario neutro genere sæpe γλυκόῤῥιζον, & Galeno lib. 7. τῶν κατὰ τόπους absolute γλυκέα dicitur. modice humida est, simulque natura humana frigidior.

» Dicitur ea Dioscoridi, Plinio, & Theoph.
» ἄδηλος quod sitim sedet, atque etiam apud Dios-
» cor. γλυκύφυτον: dicitur etiam apud Theoph. l. 9.
» c. 13. ἰνθυγλυκέα sed non sine mendi suspicione,
» dicitur & γλυκύμυρτα βοτάνη apud Hippocr. vt supra
» annotatum: nomen autem habet quod magnam
» gustanti dulcedinem repræsentet, Latini eorum
» imitatione, & veluti verbum verbo reddentes
» dulcem radicem nuncuparunt, Scythicã Theo-
» phrast. appellauit, nondum facta vocabuli re-
» centioris adoptione, quod Scythæ ad abigen-
» dam famem illa vescantur, si quidem hoc exiguo
» victu, sæpe dies duodecim esuritionis incommo-
» da propulsant.

Γλυκὺς ἐλκὼν. Sic dictum fuisse à quibusdam τὸ ἀζεόστομον Dioscorides author est.

» Sed & vide suo loco ἀζεόστομον vbi cur sic
» vocetur fusius explicatum leges.

Γλυκυσίδιον. sic à quibusdam dicta est pæonia, quod acinos mali Punici similes habere videatur. σίδιον enim malum Punicum Bœoti appellant.

» Apud Paul. libr. 3. cap. 13. dicitur γλυκυσὶς,
» ίδος.

Γλυκότης. dulcedo. Ex ijs quæ supra dicta sunt τὸ γλυκέος, hoc est, de dulci, apparet esse gustabilem qualitatem quæ cum voluptate linguam lenit & subungit: eamque similiter à moderato calore prouenire in corpore mediocriter calido & humido, & omnium quæ nutriunt communem esse: recipit autem plus & minus.

Γλυκύφυτον. sic à quibusdam dicitur, ἡ γλυκόῤῥιζα, vt habetur apud Dioscoridem.

Γλύκωνος ἔμπλαστος. Glyconis emplastrum. Describitur à Scribonio Largo, vocaturque ab eodem ἴσις. Est, & apud eundem aliud τὸ γλύκωνος emplastrum nigrum, quod inter Barbara numeratur.

Γλῶσσα ἡ

Γλῶττα. lingua. Est pars fungosa, medio in ore posita, sermonis & gustus præcipuum instrumentum. Rara quidem est supra reliquos omnes musculos laxaque, quo facilior gustus esset. Pluribus struitur musculis, omni fibrarum genere varie admodum intertextis, præter reliquorum musculorum sortem: quorum alij πλάγιοι, alij λοξοὶ, alij ἰσιεῖς, alij ἐγκάρσιοι, hoc est, subrecti, obliqui, recti, transuersi à Gal. appellantur: quos omnes quidam decem, quidam nouem tantum statuunt. In causa est musculus vnus quidem, sed bifidus à Gal. dictus lib. de musc. dissect. Nec tamen de alijs bene conuenit inter anatomicos, vt idem scripsit lib. de fœt. format. Cæterũ lingua ad radicem, vbi ossi ὑοειδεῖ quasi basi innititur, lata amplaq; est. κιφαλίνῳ eam partem Græci dixerunt, atque etiam χοίνῃ vt habetur apud Pollucem. desinit autem in angustum, obtusum tenuemque mucronem qui ἀκροθωσὶς appellatur. Mediam linea quædam dirimit, vt & ipsa, quemadmodum reliqua sensuum instrumenta, gemina foret. Integitur duplici membrana, vnâ quidem interiore & musculis omnibus communi, altera vero externa & prætenui, quæ eadem continuaque est cum interna stomachi tunica. Venas præterea duas maiusculas, totidemque arterias habet, & duo neruorum coniugia, vnum durius à septima coniugatione, quod in musculos eius distributum, eam admodum mobilem volubilemque reddit, alterum vero mollius à tertia. Ea enim maxima sui parte in linguæ tunicam distribuitur gustus gratia, ob idque tota illa coniugatio à Galeno gustatoria dicitur. Sic quidem instructa lingua explanatæ distinctæque vocis fictrix atque moderatrix est, & sapores præcipue dijudicat, eximio gustandi sensu prædita.

Est autem lingua non φωνητικὸν sed διαλεκτικὸν
» instrumentum, id est vocis explanatorium vt
» ait Gal. comment. 1. in 1. prorrhet. fuit autem
» illa pro φωνὴ aliquando posita, vt Epid. histor.
» 13. quod miror nec à Galeno nec ab Erotiano,
» nec à concinnatore œconomiæ Hippocraticæ
» fuisse animaduersum.

Γλῶσσα. insuper Galeno dicitur vocabulum obsoletum, sic enim ille interpretationem vocum obscuriorum & obsoletarum Hippocratis, id est quæ in vsu esse desierunt γλώσσων ἐξήγησιν appellat; illic tamen in angustum nimis contraxisse videtur vocis huius significationem, cum inter voces, quas habet hæc ἐξήγησις, plæræque sint quæ obsoletæ non sunt, ita vt cum Aristotele commodius exponi posse videantur γλῶτται, τὰ ξενικὰ ὀνόματα peregrina vocabula, sic enim ille libro de Poetica, ξενικὸν δ' λέγω γλῶτταν καὶ μεταφορὰν,

» vel cum Fabio interpretemur licet secretiores
» linguas quas glossemata etiam appellat Varro-
» nis imitatione libr. 6. de lingua Latina; hinc
» factum opinor, vt plerique etiam ex politio-
» bus γλώσσας pro interpretatione qualibet acci-
» piant.

» Est autem lingua eiusmodi, vt ex illius qua-
» litatibus atque actionibus argumenta multa pe-
» tantur ad cognoscendum & prædicendum quid
» cuique euenturum sit in morbis acutis, linguæ
» enim coloratio, vt scripsit Galen. humores de-
» nunciat quorum magisterio corpus tenetur, est
» enim axioma illud Hippocratis γλώσσα ὁμόχρους
» τῇσι περιστάσεσι, διότερ πάντη γινώσκομεν τοὺς χυμούς,
» id est lingua prostasibus est concolor, propte-
» reaque ab ea humores innotescunt, vbi Galen.
» τὰς περιστάσεις interpretatur partes quæ cum lin-
» gua commercium habent, cuiusmodi sunt
» pulmo ventriculus, venæ hypoglottides, cere-
» brum quoque ipsum, quinetiam à matrice lin-
» gua ipsa fucatur, præter hæc aliunde nus-
» quam.

Γλῶσσα ἀκρατὴς. ab Hippocrat. aphor. 4. lib. 7.
» dicitur lingua, non incontinens quidem vt
» nonnulli voluerunt, sed quæ impotentia qua-
» dam ægrius mouetur, vt vocem articulatam &
» sermonem exprimat, ἤτοι ἀσθενικὴν inquit Gal.
» ἢ ἀκίνητος, ἢ περιελευμένη πυτύπασιν: id vero vi-
» tij contingit lingua humore nimio imbibita vi-
» de supra ἀκρατὴς γλῶσσα.

Γλῶσσα ἀκρά. extrema lingua seu extremum linguæ
» dicitur ab Hippocr. in Coacis, quod adiacet pri-
» morib. dentibus quod & περιλώσιδα alias ap-
» pellat.

Γλῶσσα ἀκροπὴς. dictio hæc inter obscuras Hippoc.
» voces reponitur & habetur 7. Epid. pro qua
» in exegeli ἀκρατὴς & ἀκροατὴς legitur: Galenus
» autem in exeg. Hippocratis locum 7. Epidem.
» subindicans ἀκροπὶς γλῶσσα (inquit) ἤτοις εἴρηται
» ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ οἷον ἀκρὰ ἑαυτῆς μὴ
» δυναμένη, τουτέστιν ἡ ἀδιάτρεπτος ὑπὸ δυσπνοίας,
» qua dictione lingua quæ vocem articulatam ef-
» formare non potest, & ad motionem est impo-
» tens indicatur, non secus ac ἀκρατὴς γλῶσσα Hip-
» pocrati dicitur aphoris. 40. libr. 7. ideoque
» exemplaria nonnulla legunt ἀκρατὴς in exe-
» gesi.

Γλῶσσα ἀπαλωμένη. lingua mollis atque tenera
» dicitur ab Hippocr. in Coac. quæ humecta-
» tione lenis est & emollescit, ceu quando os sa-
» liuatione tenui plenum est prompteque adfutu-
» rus vomitus prænuntiatur, vel & eodem modo
» dici videtur quo ἀπαλὸς σφυγμὸς, id est quæ vel
» laxam mollemque habet substantiam, calorem
» ac spiritum intra se exolutum, & motum imbe-
» cilliorem ab humore multo à cerebro vel ner-
» uo, è coniugatione 7. prodeunte.

Γλῶσσα ἀσαφὴς. lingua obscura dicitur quando vix
» exauditur æger dum loquitur, quod naturæ po-
» tius infirmitate quam ex ariditate contingit, id
» vero scripsit Hippocr. in Prodomi filio 7. E-
» pidem. Sed & ἀσαφὴς γλῶσσα lib. 1. περὶ γυναικ.
» dicitur lingua non clara nec expedita.

Γλῶσσα ἀσώδης. lingua nauseabunda atque fasti-
» diosa dicitur Hippocrati in Coacis, idque simi-
» litudine quadam atque metaphora ab æstuan-
» tibus atque nauseabundis ægris: ἄσα enim nau-
» sea quædam est & fastidium ciborum, quale esse
solet in ijs qui præ satietate & copia nihil appe- «
tunt & cibos auersantur. «

Γλῶσσα αὖαι ἀπὸ ἐσχάτου λιγυώδους id est aridæ ab «
interni incendij fuligine, ἀυαὶ enim dixit Hip- «
pocr. aphor. 13. sect. 5. lib. 6. Epidem. ξηραὶ ἰσχνῶς «
valde siccas, quomodo lib. περὶ χυμῶν, ἀυασμὸν «
corporis squallorem appellauit. «

Γλῶσσα δασεῖα. ab Hippocr. in Coac. dicitur lingua «
ex resiccatione densa & aspera, quanquam eo «
loci Gal. pro δασεῖαι, τραχεῖαι legit id est aspe- «
ræ: & in prorrhet. δασεῖαι γλῶσσαι καὶ καταξήρεσι «
iungũtur, vbi vox καταξήρεσι siccitatem immode- «
ratam significat, quod τὸ κατ' ostendit vnde col- «
ligit Galenus non bene densam linguam dici «
καταξήρεσιν nam cum lingua natiuam & congeni- «
tam humiditatem habeat, tum à vasis tum à «
glandulis, primus quidem (inquit) ipsius defe- «
ctus densam δασεῖαν linguam facit, maior vero «
asperam; immoderatior adhuc siccitas eam per- «
rumpit & hiulcam reddit, sed madentem non «
secus quam pingue solum diuturni squalores, «
propter imbrium defectum & solis ardorem. «
Lingua itaque καταξήρεσι valde sicca in secundo «
gradu continetur & principio tertij, densa ve- «
ro in primo; Sicca enim non habet humoris co- «
piam, siccissima nullum nisi fortasse primige- «
nium; densa vero in poris adhuc aliquem reti- «
net quo partes vniuntur, & internum vacuum «
quod est in laxitate repletur, ob easque causas «
pro densa lingua, scribendum fuisse videtur as- «
pera: dici tamen potest δασὺ etiam pro aspero «
sumi ab Hippocr. & libr. de articulis δασὺ πνεῦμα «
asperam respirationẽ intellexit interprete Gale- «
no. hæc autem lingua nonnisi in febribus arden- «
tibus conspicua fit, & in phrenitide propter vi- «
ciniam ac societatem cum cerebro in quo bilis «
æstuat, & calor extraneus feruet. «

Γλῶσσαι ἐρυθραὶ linguæ rubræ quæ à sanguine tales «
fieri dicuntur, sicut χλωραὶ à bile, λευκαὶ à pi- «
tuita, μέλαιναι ab atra bile: Linguæ autem ru- «
bræ multis peripneumonicis accidere solent, «
quia peripneumoniæ materia fere sanguis est: «
vide γλῶσσα περιπλευμονικὴ. multis quoque ma- «
ligna lethali & acuta febre tentatis lingua ru- «
bra est. «

Γλῶσσα καταξήρεσις. vide γλῶσσα δασεῖα. «

Γλῶσσα καυσώδης. lingua æstuans, æstuosa, ardens; ea «
vero 3. περὶ νούσων describitur hoc modo in mor- «
bo qui καυσώδης vocatur ἡ γλῶσσα (inquit) πέ- «
φυκε, τὸ δὲ χρῶμα αὐτῆς τὸν μὲν πρῶτον χρόνον οἷον «
ὑπ' εἰωθότι ξηρῇ δ' ὀροδόεσσα, περίοντος δὲ τοῦ χρόνου σκλη- «
ρυνομένη, καὶ τραχυνομένη, καὶ παχυνομένη, καὶ ἐπιμελαίνε- «
ται. id est lingua inhorrescit eiusque color pri- «
mo quidem tempore qualis esse consueuit, val- «
de tamen sicca est, procedente vero tempore in- «
duratur, exasperatur, crassescit, & tandem ni- «
gresci. «

Γλῶσσα λιγυώδης. lingua fuliginosa dicitur ab Hip- «
pocr. in Coacis, Erotiano μέλαινα καὶ περιῤῥώδης, ὀνό- «
μασται δὲ inquit πρὸς τὴν λιγυὸν, ἥτις δὴ καπνώδης «
αἰθάλη, γίνεται δὲ τοιαύτη διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φλό- «
γωσιν: fuliginosa autem vt sit id per febres po- «
tissimum accidit, quæ ignis instar sanguinem «
adurentes, fumo magis quam vapori halitum «
similem reddunt, quo & sputa interdum colo- «
cantur, hoc vero fit multo minore periculo «
quam ab atra bile, sic in virgine in Larissa causo «
laborante, à phletora cui nulla malignitas co- «

» niuncta erat, ſcribit Hippocr. linguam fuligino-
» ſam apparuiſſe nullo periculi metu.

Γλῶσσα μέλαινα, ἢ σφοδρὰ μελανουμένη, ἢ μελαίνουσα
» apud Hippocr. in Coac. lingua nigra ſeu vehe-
» menter nigricans appellatur, ex atræ bilis fuligi-
» ne & interni ardoris incendio.

Γλῶσσαι ὁμόχροι. id eſt vincenti materiæ quæ vide-
» licet morbum fouet concolores ab Hippocrate
» dicuntur, ita nigræ ab atra bile, rubræ à ſangui-
» ne, albæ à pituita, flauæ ſeu ex pallore albicantes
» à bile eſſe dicuntur.

Γλῶσσα περιπνευμονικὴ: Linguam περιπνευμονικὴν ſæ-
» pius dixit Hippocr. quam interpretari videtur
» in Cydis filio γλῶσσα οἵη δὴ τοῖσι περιπνευμονικοῖ-
» σιν ὠχρόλευκος ex pallore albicans, quanquam ru-
» bentes linguas in peripneumonicis multis conſ-
» peximus: libro περὶ κρισίμων peripneumonicis (in-
» quit) γλῶσσα ξανθὴ, περιόντος δὲ χρόνου μελαίνεται,
» eodem modo 3. περὶ νούσων: verum cœlo cali-
» diore ſanguis tenuis flauus qualis in pulmoni-
» bus ineſt, accedente febre cum viſceris inflam-
» matione facile in bilem vertitur: Noſtro cœlo
» frigido & humido ſanguis humidior eſt, & pleu-
» ritides atque peripneumoniæ magna ex parte, eo
» excalfacto ſanguine apud nos gignuntur, quæ
» res efficit vt ſæpenumero lingua pulmonarijs
» rubeſcat.

Γλῶσσα πφεικῶδες, ἢ φειχώδης. lingua horrida, inhor-
» reſcens ſeu rigidiuſcula dicitur ab Hippocrat.
» quanquam parum vſitata voce, nam inhorreſ-
» cere totius quidem corporis dicitur concuſſio
» quædam, media inter rigorem & frigus: in lingua
» verò nō conſueuit vſurpari; ac horror quidē fit in
» febribus quæ miſta materia, frigida & calida ge-
» nerātur quales ἡμιτεταίοις & quæ φειχώδεις appel-
» lātur effuſa ergo tenuiore parte & veluti ſero sā-
» guinis in linguæ corpus, horror fit, ſicuti excurrē-
» te è venis in reliquū corpus idem concitatur, qua
» notione etiam πφεικὴ γλῶσσα ſcribitur ab Hipp.
» l. 3. de morb. in febre ardente, itaque lingua φει-
» χώδης vel πφεικὴ nihil aliud eſt quam aſpera,
» cuius aſperitas in minutiſſima inæqualitate con-
» ſiſtit vt explicat Gal. comm. ad part. 18. ſect. 3. 9.
» Epidem. atque eam minutiſſimam inæqualita-
» tem comparat mari cum primum flante zephiro
» priſtinam ſui æquoris in tranquillitatē poſitam
» læuitatem amittit ac veluti perhorreſcere inci-
» pit.

Γλῶσσα πφυσσομένη. lingua dicitur quæ ex reſicca-
» tione atque conſumptione peruſta euaſit &
» quam aſperrima, glandularum ſaliuam affun-
» dentium & venarum hypoglottidum nimia ſic-
» citate.

Γλῶσσα ῥηγνυμένη. lingua hiulca & dehiſcens dicitur
» ab Hippocr. quam facit magna vis effumantis
» incendij; Primum enim inhorreſcit lingua &
» reſiccatur, deinde exaſperatur, poſtea hiulca red-
» ditur, dein liueſcit ac nigricat, qui ſunt in febri-
» bus ardentibus ſymptomatum gradus quos
exprimit Gal. comm. 1. in prorrhet & Hipp. 3. de morbis.

Γλῶσσα τραχεῖα. lingua aſpera quæ ex reſiccatione talis facta eſt vi ardoris febrilis.

Γλῶσσα τρομώδης. lingua tremula dicitur, id eſt quæ contremiſcit dum exeritur aut vocem efformā ſermocinando; id vero contingit propter animalis facultatis & tonicæ infirmitatem, cuius cauſa triplex, oppreſſio, reſolutio, & animi grauior affectus, inde 1. prorrhet. 20. affirmat Hippoc. tremulam linguam ſignum eſſe non conſtantis mentis, quanquam haud proprium inquit Galen. nec perpetuum, ſed & γλῶσσαι τρομώδεις in Coac. erupturæ alui & humeſcentis ſignificationem præbere dicuntur, nimirum commota per tremorem & concuſſionem materia in neruos à qua aliquādo excretio aliqua per aluum ſe qui poteſt, ſi enim linguæ tremor à ſola ſit neruorum imbecillitate nihil eſt quod inde liquidior aluus euadat.

Γλῶσσα ὑποτραυλὸς. in vitijs linguæ quæ à ſiccitate fiunt ab Hippocr. reponitur, & notatur in Pythodoro, Andrea, & Eratolai filio, ὑποτραυλὸς γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος; præ ſiccitate aliquantulum balbutiens, quia quod magna longaque ſiti detentis accidit præ ſiccitate idem & febricitantibus.

Γλῶσσα χλωρὰ. linguam luteam vel pallidam vel æruginoſam vel virulentam vel & herbaceam varij varie interpretantur, quia de ſignificatione τῆς χλωρᾶς inter eos non ſatis conſtat, vide vocem χλωρὸν vbi plura leges.

Γλῶσσα χολώδης. lingua bilioſa. id eſt bile tincta.

Γλῶσσα ὠχρόλευκος ex pallido albicans, aut cum albedine flaueſcens, qualem eſſe inquit pulmonum inflammatione laborantium Hippocr. iib. 3. de morbis & lib. περὶ κρισίμων, deindē flaueſcentem & temporis progreſſu nigreſcentem ſicut in Coacis prænot. λευκὴν καὶ μηκέτιον.

Γλωσσαλγία. linguæ dolor ſiue morbus & apud Pollucem γλωσσαλγία & γλωσσαλγεῖν exponitur ἐπὶ τῆς κατὰ γλῶσσαν ἑλκῶν de linguæ vlceribus.

Γλωσσοκόμιον, ἢ

Γλωσσόκομον, ἢ γλωσσοκόμιον, & γλωσσοκομεῖον cum Ei nomen eſt Atticum, vt ſcribit Gal. comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἁρμῶν, & proprie ſignificat arculam, in qua homines recondunt res precioſas, & quam multi iter facientes portant. eſt autem oblonga & anguſta. Ab eius ſimilitudine medici Hippoc. poſteriores (nam Hippocratem id genus inſtrumenti non nouiſſe Galen. author eſt) machinam quandā chirurgicā, fracto femori vel cruri, vbi callus circūdatur, accommodatā γλωσσόκομον nominarunt. Eſt autē machina caua, oblonga, & ad femoris proportionem arcta, ſuperna parte trochleas vtrinque ſingulas habēs ad latera ſitas, & inferna parte trāſuerſum axem, ad quem alligati laquei contrarium nixtum toti membro gemina tenſione efficiunt. Sic autē habet eius deſcriptio.

V. axis, ad quem laqueorũ habena siue appẽdices relegãtur.
B. laqueus superior.
C. laqueus inferior.
D. pars inferior glossocom.
E. trochleæ.
F. habenæ siue appẽdices laquei superioris μεταλλητικὰ τẽσionem efficientes.
G. appendices laquei inferioris tensionem εὐθύτονον efficientes.



Id habet, vt ex figura supradicta patet, ab ima parte axem, ad quem extremi laquei in diuersa extendentes deligantur. Itaque si femori cruriq́ue aptandum est, inijciuntur laquei extremis partibus ossis fracti, fiuntque ex duabus appendicibus siue habenis, sic vt quatuor vterque capita habeat, bina à dextra parte, totidem à sinistra. Ex ijs capitibus quæ inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debent, quæ verò superioris, primò procedere ad superiora, deinde ipsa quoque per latera glossocomi perforata traijci, quibus foraminibus trochleæ inclusæ sint. Vtrinque autem ab exteriori parte glossocomi superioris laquei capita ferenda sunt ad axem. His enim ita constitutis, vna axis conuersio, pariter ambos laqueos & quatuor appendices extendit, sed contrario prorsus nixu. Nam qui ad inferiora fracti ossis alligatur laqueus, os ipsum deorsum versus extendit, qui verò ad superiora religatus est, sursum os adducit. Earum tensionum altera, quæ vtiq́ue membrum tendit in directum, Græcè εὐθύτονος, id est, in directum procedens nominatur: quæ vero prius sursum, mox deorsum agitur, μεταλλητικὰ, quasi translatiuam dixeris: siquidem per trochleas quæ in lateribus glossocomi sunt positæ, circumactio siue reflexus, siue translatio fit à superioribus partibus ad inferiores. Licet porro, vbi crus sic extensum est, in posterum quotidie hanc laqueorum in diuersas partes intentionem corrigere, valentius vel lenius extendendo. Sic quidem Gal. γλωσσοκόμιον suum descripsit tum comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, tum lib. 6. meth. med. vbi etiam docuit licere & σωλῆνα vocare eiusmodi machinam. & cum adiectione σωλῆνα μηχανικὸν, aut γλωσσόκομον μηχανικόν. Habetur apud Oribasium in lib. de machinamentis etiam aliud glottocomum, quod ad Nymphodorum authorem refertur, sed æquilaterum, non oblongum est.

» Dicitur etiam γλωσσοκομεῖον de pudendo mu-
» liebri in epigrammatis vt tradit vetus lexicum.

Γλωσσοκόμον. organum appellant medici comparatum ad linguam continendam vt docuit Camerarius.

Γνάθος. gena, maxilla, bucca, proprie dicitur ea pars faciei quæ τοῖς μυλοις subiecta est. Significat autem quemadmodum & ὁ γλουὸς, tam supernam quam infernam genam. Siquidem apud Hippoc. γνάθον & γλουὸν confundi annotauit Gal. comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. vide γλοῦς.

Γναφάλιον. herba est foliis cãdidis & mollibus, quorum pro tomento vsus esse potest: inde γναφάλιον dicta est quasi tomentitia. Nam & Dioscorides folia dictamni, quod mollia sint, γναφαλώδη, hoc est, tomentitia & lanea, appellauit: & pars cucurbitæ interior, quæ eius semen complectitur, ab Aetio dicitur γναφαλλώδης, propter candorem & mollitiem.

Γναφάλιον autem Dioscorides centunculum vocari Romæ prodidit & centuncularem herbam. Est enim centonibus cum tomento maxima cognatio. Aliqui, vt Plin. ait, χαμαίζηλον vocarunt. Sunt qui eam esse putent quæ vulgo cruciata dicitur.

Γνήσιον. legitimum. verũ. Quæ vox proprie ad morborum species pertinet: nec eam alijs in rebus cum Hipp. tum alij præstantes medici vsurpare consueuerunt. Quare nec de sudoribus, nec deiectionibus, nec alijs eiusmodi recte dicitur, vt annotauit Gal. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Γνήσιαι etiam πλευραὶ dicuntur costę veræ & legitimæ apud Polluc. quæ spurijs Græce νόθαι opponuntur. vide πλευραὶ.

Γνήσια παιδία. vulgares fœtus & vulgo cogniti dicuntur, id est populares quique cõmuni aut maxime vsitato ac familiari partionis tempore contingunt, hoc est nonimestres lib. περὶ ἑπταμήνων.

Γνωσίματα. signa dicuntur quæ incipientem affectum significant.

Γόγγρος. dicitur vitium quoddam arborum præcipue oleæ authore Theophr. histor. plant. l. 1. c. 13. hoc est eminẽtia quædam rotunda in truncis arborum, à cuius similitudine dicitur etiam

Γόγγρων, vel potius γογγρών. (nam 6. Epid. ita scriptũ legimus) ἡ ἐσχοκήλη id est gutturis tumor, veluti cum Hippocr. Epid. l. 6. dicit τὸ λυχνὸν esse συσταλτικὸν ideoque inuehere φάρυγα & γογγρώνας, vbi Galen. annotat videri sibi Hippocratem φάρυγα appellasse τὰ σκληρύνεσθαι ἐν τοῖς νευρώδεσι μορίοις πάσεις; γογγρώνας autem τὰς στρογγυλοτέρους: id est phrea oblongiores tensiones in neruosis partibus, rotũdiores autem gongronas; mox γογγρώνας esse dicit τοὺς περιφερεστέρους ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, ὅταί γε εἰσὶν αἱ γινόμεναι περὶ τὴν ἀκάνθων ἀνφύσεις αἱ κυλλοὶ γόγγροι id est rotundiores cum duritia excessus, quales in quibusdam arboribus appendices sunt quas gongros vocant comment. 3. in 6. Epid. t. 14. allatoque illo Theophrasti loco cuius supra facta mentio est, addit esse quosdam qui suo etiam tempore audierint Thessalos eiusmodi σκληρότητας ὅπου ἐν τραχήλῳ συστῶσι quando in collo fuerint, γογγρώνας nominasse: in Lexico etiam suo Galen. γόγγρωνα exponit

» Βρεγχοκήλην, nominatam sic esse addens ἀπὸ τῶν ἐν
» τοῖς περίνεοις τῶν δένδρων ἐπιγινομένων φαγγύλων ἐξοχῶν,
» ab adnatis nouellarum arborum rotundis qui-
» busdam eminentijs, vbi itidem verba Theo-
» phrasti citat, Sed suspectum videtur illud γάγγρω-
» να cum apud Hippocr. sit γαγγρῶναι, & legatur
» apud Hesych. quoque γαγγρών quod esse dicit
» ἀπόστημα ἐν φάρυγγι. abcessum in pharynge.

Γέγγρων, vel potius Γαγγρών. ἢ βρεγχοκήλη, hoc est, gu-
læ tumor apud Hippocr. Sunt enim γάγγρες pro-
prie eminentiæ quædam rotundæ in truncis ar-
borum. In qua significatione etiam vsurpauit
Theophrastus libr. de plantis, scribens, ἔνια δὲ
καὶ ἴσχει τοὺς κόμβους οἷον γάγγρες. ἢ αὐάλογον,
οἷον ἡ ἐλαία. hoc est, aliqua vero etiam habent vo-
catos à quibusdam gongros, aut aliquid simile,
veluti oliua.

Γογγύλη, ἡ
γογγύλις. rapum. rapa. duorum generum est. vnum
satiuum, alterum syluestre. satiuum duplex tra-
ditur, aut enim in latitudinem finditur, aut in
rotunditatem glomeratur, syluestre in longitu-
dinem excurrit, proprie autem γογγύλη vocatur
quod rotundum est.

Γογγυλίδια. dicuntur apud Hippocr. τὰ σμικρὰ σφαι-
ρία ὡσπερεὶ κατάποτα, hoc est, globuli, orbiculi-
que quasi catapotia.

» Apud Hippocr. autem γογγυλίδας inuenio lib.
» περὶ τῶν ἐνδὸς παθῶν, vbi scribit ἡ γογγυλίδας διέφθα-
» ρεν, habet tamen & Galen. γογγυλίδια; dicun-
» tur autem inquit Erotian. ἀπὸ τοῦ χυμὸν τὸ ὁμοιό-
» πους. ab ea quæ secundum figuram est similitu-
» dine.

Γόμφιασις. affectio est dentium vel gingiuarum:
alius molarium, alius maxillarum à dentitione
dolores interpretatur, alij aliter γομφίασιν siue
γομφιασμὸν vocantes, vt habetur apud Hesy-
chium, dentium σωθλασμὸν, ἢ συντριμμα, ἢ αἱ-
μωδιασμὸν, hoc est confractionem, stridorem,
aut stuporem. Sunt autem qui eo nomine non
aliud intelligant quam dentium compages. Ad
eam affectionem Dioscorides decoctum cornu
ceruini commendauit, scribens ipsum παρηγο-
ρεῖν τοὺς γομφιάσεις. hoc est, affectiones dentium
mitigare. id quod videtur de dolore intelligen-
dum, ad quem proprie videtur τὸ παρηγορεῖν per-
tinere. alioquin per γομφίασιν dentium mobilita-
tem, eorum præsertim qui γόμφιοι dicuntur, &
per γόμφωσιν iuncti sunt articulatique, non absur-
de dici posse crederem.

» Sed & legitur γομφιασμὸς in antiquis Græco-
» rum lexicis vt notauit Marcellus Virgilius; si-
» cut & γόμφωσις & ἐγγόμφωσις pro γομφίασις à non-
» nullis.

Γόμφιοι. clauales, seu molares dentes. Sunt dentes
asperi, inæquales, ampli, lati, molendis at te-
rendisque cibis comparati, à caninis ad extre-
mam vsque mandibulam pluribus radicibus af-
fixi. Dicuntur γόμφιοι quod clauorum modo ge-
nis infigantur. Vnde & γόμφωσις species ἢ σωμα-
φώσεως dentium fere propria, de qua mox dice-
tur. Idem etiam μύλαι fœminino genere à Ga-
leno appellantur, & masculino μύλοι ab Ari-
stotele & Ruffo. Sunt autem molis quibus ce-
reales fruges in farinam vertuntur, non solum
vsu similes sed figura etiam asperiore, inæqua-
li & lata, præsertim qua parte sibi occurrunt,
& cibos comminuunt. Altera vero parte qua
in genas inserti sunt, πολύῤῥιζοι, hoc est, mul-
tifidi, sunt, sed vario modo. Genæ namque
superiori tribus, inferiori duabus radicibus ad-
hæresunt, interdum tamen pluribus vel pau-
cioribus. In quo tamen obseruatum est su-
periorum dentium plures semper esse & firmio-
res radices. Sunt autem molares dentes vt
plurimum viginti, quini scilicet in vna qua-
que parte. In quorum genere etiam censen-
tur qui omnium nouissimi oriuntur, quos Græ-
ci σωφρονιστῆρας, Latini genuinos vocant. vide
ὀδόντες.

Γόμφωσις. est species ἢ σωματοφύσεως: dicitur, vt ait
Galen. cum os ossi claui modo infigitur. Idem
quoque eam diffinit esse σωματοφυῆ κατ' ἔμπηξιν.
Verum talis ossium σωματοφυὴς ambigua est &
prope ad σύμφυσιν accedit, cum scilicet quippiam
tam exactè infixum est, vt ne tantillum qui-
dem loco moueri possit, sicut habet in denti-
bus, quos tamen per γόμφωσιν iunctos esse, non
autem alueolis suis adnatos indicio est quòd
vel sponte decidant vel eruantur. Per γόμφωσιν
quoque iuncta quædam ossa dici possunt in car-
po, metacarpo, tarso, pedio & alijs quibusdam
partibus, synarthroses enarthrosi & arthrodiæ
similes, sola motuum magnitudine ab ea diffe-
rentes.

Γονὴ. genitura. eadem & semen dicitur. Idem enim
est γονὴ καὶ σπέρμα: ratione fortasse differre vide-
buntur. Aristoteles apertè distinxit libr. 1. de
generatione animalium, his verbis: Genitura id
vocatur quod à generante proueniens causa est,
quæ prima obtinet principium generationis,
videlicet in ijs quæ coire natura voluit. Semen
autem est quod ex ambobus coëuntibus illis
originem trahit, quale semen plantarum om-
nium est, & animalium nonnullorum, in qui-
bus sexus distinctus non est, velut id quod ex
mare & fœmina primùm miscetur, quasi con-
ceptus quidam aut animal. Quibus verbis Ari-
stoteles significat genituram esse causam princi-
piúmque generationis proueniens à perfectis
animalibus quæ naturâ coëunt, semen verò
tantùm plantarum esse & animalium imperfe-
ctorum: deinde quòd genitura sit ens naturale
imperfectum, principium tantum alterum ge-
nerationis obtinens, semen vero ens aliquod sit
perfectum, ex duobus rerum naturalium prin-
cipijs constans, cuiusmodi est nux, triticum,
hordeum, & alia semina eiusdem generis, quæ
quidem perfecta sunt, non minus quam ipsum
animal perfectum est. De qua Aristotelis sen-
tentia abundè diximus in annotationibus no-
stris quas in libr. Hippocratis de genitura du-
dum edidimus. Verum Hippocrates, sicut Ga-
len. annotat, non ipsum modo semen recens
emissum, vel in suis vasis contentum, sed quam-
diu à concepto etiam fœtu species seminis ad-
huc apparet, siue per abortum, siue per dissé-
ctionem, γόνον appellat, nondum illi tribuens
fœtus nomen, vt libr. de naturâ pueri, vbi ex-
ponit quæ ancillæ suæ, die à conceptu sexto, ac-
ciderint.

Γονὰς etiam ab Hippocrate appellari partes natura-
les quæ generationi inseruiunt, author est Gal.
comment. 3. εἰς τῶν περὶ ἀρθρων.

In fœminis scilicet μήτραν, in viris τὰ σπερματικὰ
μόρια.

Γονὴ quoque nomen est pessi ad conceptum peru-
tilis, qui describitur à Paulo lib. 6. c. 24.

Γονιμος ἡμέρα. id est, περιττὴ vt exponit Erotianus » hoc est impar, imparibus enim diebus præci- » puam vim messe ad morbos iudicandos voluit » Hippocrates: Translata autem videri possit, me- » taphora à fœtibus qui γόνιμοι ab Hippocrat. di- » cuntur, quando legitimo & partui apto tem- » pore in lucem eduntur vt 7. & 9. mense, qui » γόνιμα τέκνα ἢ παιδία, καὶ βιώσιμα appellantur ab eo- » dem; ita & γόνιμον κλυσμὸν, τὸν τριπλοῦν κλυσμὸν, inquit » Erotian. id est, imparem & à Ruffo φλέβες γόνι- » μοι vasa spermatica dicuntur.

Γονοειδὲς ἐναιώρημα. dicitur apud Hippocratem quod in vrina pendet genituræ simile. Species est τοῦ ἐναιωρήματος genituram referentis, hoc est crassioris, candidioris, rotundioris, magisque compacti. vide ὑπόλευκον.

Γονοειδὲς ἔξεον. exponit Erotian. τὸ λευκὸν, καὶ παχὺ καὶ » ὅμοιον γόνῳ πάντῃ σπέρμα, id est, album crassum » & semini simile. vide ἔξεον vbi plura.

» Γονοειδὲς ὑποχώρημα vide ὑποχώρημα.

Γονόῤῥοια. est inuita & nimia citra venerem seminis » profusio, citra libidinis insomnia, citra colis ten- » tiginem leui quodam aut nullo oblectationis » sensu, titillatuue facta: Sed & gonorrhoeæ spe- » cies quædam est cum occasione minima semen » emittitur, vt in eo qui sola clysteris perfusione » semen eiaculari consueuerat, sed etiam quem- » dam se vidisse testatur Fernelius, qui longa go- » norrhoeæ consuetudine, per insomnia atque » etiam cogitatione sola purum sanguinem non » minori voluptate quam semen effunderet; Ma- » lum quidem est gonorrhoea mulieribus perinde « atque viris commune: est autem in hac semen » crudum, aquosum, liquidum ac tenue, nec pror- » sus album: effluuij causa est spermaticarum par- » tium infirmitas, qua vel non concoqui vel non » retineri semen potest, tantisper dum coquatur » atque crassescat; Quamobrem frequens ijs es- » se solet qui impuberes nec dum maturâ ætate, » veneri sese petulantius addixerunt, nã imbecil- » le partes euadunt in quas longa consuetudine » humores abundantius confluunt: Quum per » insomnia libidinis, aut in attenta rei venereæ » cogitatione semen affatim procidit, non vt in » vera gonorrhoea crudum id & aquosum ac si- » ne sensu, sed magna vtique voluptate effundi- » tur, verum in mulieribus cum partium obscoe- » narum odaxisimo quodam, pruritu atq; titilla- » tione: huius effluentis seminis causa est vel » exuperãtia vel calor, & acrimonia naturam pro- » ritans, vel ingens partium spermaticarum ro- » bur, hoc argumento quod voluptate iucunda » id semper promanat. Cæterum inuasit hoc se- » culo in humanum genus ex lue venerea vitium » quoddam gonorrhoeæ finitimum, quod idcirco » fœdam virulentámque gonorrheam appella- » mus. Principio virus album aut subcitrinum » è vasis spermaticis sine sensu excidit, vigilanti » pariter atque dormienti; Eius causa est vaso- » rum spermaticorum atque testium imbecillitas, » non illa quidem simplex sed ex venenata lue » contracta, hæc enim efficit vt quicquid in ijs » vasis colligitur, in tetrum fœdúmque virus fa- » cessat, quod deinceps contagione alium quem- » uis contaminat, Tempore virus hoc putret & » acrimoniam adsciscit, ductum penis in transitu » exedit, & exulcerat; factum vero iam vlcus esse » ostendit exortus dolor, qui & in tentigine » quasi funem peni subtendit, & in emictione tanquam in dysuria acrius stimulat, vt idcirco » multi in calculi vesicæ suspicionem venerint, » sed hęc proprijs affectuũ signis haud difficile sit « internoscere: Tam alte interdum excauatur vl- « cus vt foras emergat in penis summam cutem: « hoc virulẽto fluore præter rationem suppresso, « intus plerumque colligitur abcessus, aliàs qui- « dem circa testiculum in epididymide, aliàs in « perinæo, qui rupta apertaue cute materiam fun- « dit: Gonorrhæa autem modo viros sed & mu- « lieres, imo etiam frequentius exercet, quod ha- « rum semẽ vt pote crudius ac dilutius minus sub- « sistat. Profluit autem citra vllam veneris titilla- « tionem, nec assiduo, nec quotidie, vt in vteri- « no fluore, sed quibusdam interuallis, non ab « vteri capacitate, sed à vasis spermaticis in vteri « ceruicem, estque id album, serosum, omnis ex- « pers graueolẽtiæ, & acrimoniæ, ac omnino pau- « cum: huius eadem causa est quæ virilis gonor- « rhoeæ: hac autem multo crebrior est virulenta « gonorrhæa quam impura venus infligit, sicut in « viris dictum. Quod per hanc excidit continen- » ter assiduoque fertur vt in vterino fluore; est ta- « men crassius multo, atque modo album, mo- « do flauum aut viresces, odore graui molestum, « acre & exedens, ac proinde raro deprehenditur « citra pudendi vlcus; at nondum his notis certo « possit ab vterino fluore internosci, sed hinc ma- « xime, quod non vt ille ab vtero, sed à vasis sper- « maticis prodeat, quodque prorumpentibus « mensibus non desinat, sed cum his & mox ab ijs « similiter persistat, vterinus vero fluor cesset in « mensium eruptione & aliquanto post tempore. «

Γόνος. idem quod ἡ γονὴ. sic enim appellare solebat Xenocrates, vt refert Galenus.

Genituram enim & semen significat. « Vnde ἔκγονοι & ἀπόγονοι dicti ait Budæus ex Ari- « stotele. Sed & γόνος Hippocrati pro pudendo « virili sumitur libro περὶ ὑγρῶν χρήσιος. «

Γόνος ἡράκλειος. sic à quibusdam dictum est helleborum album, vt habetur apud Dioscor.

Γόνυ. genu. est femoris & tibiæ dearticulatio. In hac cum, sicut in alijs omnibus, sinum quẽdam esse oporteat, qui prominens alterius caput excipiat, caputque hoc tam rotundum esse debeat, vt apte & sine vlla molestia in cauitatem eam inseritur, femoris extremitas inseritur, eamque tibiæ caput excipit. Tibia enim cum femori subiecta sit, duo eius capita duobus sinibus suis, qui neruo & cartilagineo discrimine apte distinguuntur, admittit. Est autem ea dearticulatio omnium expeditissima iustissimaque, vt scripsit Hippocr. lib. de fracturis, præterea firmissima, magnoque naturæ artificio comparata, vt quæ in ea epiphyses & cauitates ita constituxit & ad amussim fabricata est, vt neque laxior sit epi- physeon in cauitates ingressus, neque etiam ad- strictior. Continentur autẽ & firmantur extrin- secus supercilijs quibusdam ipsorum ossium & ligamentis, alijs quidem in profũdo positis, alijs autem in circuitu totam dearticulationem com- prehendentibus. Quo vero firmior etiam fieret, eam anteriore parte rotula seu patella, quam μύλλω & ὀπισθοπάδα appellant, muniuit, quæ pro- hibeat ne femur curuatis aut per decliue curren- tibus loco excidat & dilabatur.

Γόνυ. etiam in arundine dicitur voce translatitia « apud Polluc. & Theoph. lib. 1. de histor. plant. « cap. 13. «

Γοργόνιας. dicitur à quibuſdam corallium, propterea quod quam primum vbi ex alto in aerem profertur ſolet lapideſcere. Nam & Gorgonas in lapides verſas fingunt poëtæ.

» Legendum puto γοργόνιος, Plinius enim fœmi-
» nino genere Gorgoniam dicit ſubaudito gem-
» mæ nomine.

Γορδύλιον ñ

Γόρδυλον. dicitur apud Paulum quod alij πορδύλιον appellant: niſi mendoſus eſt codex. Eſt autem ſeſeli, vel eius ſemen.

Γοσσύπιον. frutex eſt exiguus, laniger, palmæ folio, ſimilem barbatæ nuci gerens fructum, cuius in exteriori bombyce lanugo netur in linum candidiſſimum molliſſimumque, quod cotonium vulgo dicimus, & lanuginem ipſam cotonum.

Γουνάλγεες. genuum dolore conflictati dicuntur,
» quales quos ἐρυσιπελατίζοντας, id eſt, eruo veſcentes
» vocat Hippocr. 6. Epid. ſect. 4. aphor. 11.

» Γραῦα. vide infra χαῦνος.

Γράμμα. ſcripulum. Eſt vigeſima & quarta pars vnciæ. Tot namq; ſcripula ſunt in vna vncia. Eamque ob cauſam, vt Fannius ſcribit, ponderis id genus Græci γράμμα dixerunt, quod vncia in tot huius generis pondera diuideretur, quot eſſent apud Græcos litteræ, quæ illi γράμματα vocant. Fannij verſus ſic habent:

Vncia fit drachmis bis quatuor. vnde putandum.
Grammata dicta, quod hæc viginti quatuor in ſe
Vncia habet. tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Qua in re Latini Græcos imitati à ſcribendo primo ſcriptulum, deinde ſcripulum dixerunt. Qui ſcripulum dicunt, ſine authore & ratione ſic dicere videntur. Eius nota apud Latinos fuit F. Apud Græcos veteres raro in vſu fuit, ſed eius loco fere ſemper διώβολον, vel ὀβολὼ δύο dixerunt. Quem loquendi modum etiam Plinius nõ mutauit, cum haberet ſcripulum, quo alias vtitur, & dimidium ſcripulum poſſet dicere.

Γραμμὴ κυκλοτερὴς. dicitur circulus pupillam ambiens, qui alio nomine ἶρις appellatur.

Γράσις. dicitur à quibuſdam hordeacea farrago, quanquam & multi non indocte ſemiaridum fœnum interpretentur. Reperitur & κράσις.

Γραῦς. dicitur pellicula illa quæ lacti aut iuſculo refrigerato ſuperinducitur. Eſt enim veluti rugoſa cutis, qualem vetulæ habent.

» Teſte Gal. comment. 2. in prognoſt. Dicitur
» etiam pellis vmbilicũ ambiens quod corrugata
» ſenectutis indicium ſit, vt Pollux ſcribit: dicitur
» quoque χαῦς de melle, vt ſcribit Euſtath. Eodem
» nomine etiam ſignificari aiunt, alarum fœtorem:
» ſed & χαῦς de pinguedine quæ vrinis innatat, di-
» citur, quã colliquationis ſignum eſſe inquit Hip-
» pocr. ex Galeni loco cit. & 4. de ſanit. tuenda c.
» 4. λιπαρότητας αὖω ἰσχαμώδας ἀραχνοειδέας pinguedi-
» ne ad modum araneæ ſupraſtãtes appellat Hip-
» pocr. in prognoſt. hoc & in ſignificato vſurpa-
» uit Ariſtoteles lib. de generat. animal. cap. 4.
» dum cutim carne ſicceſcente ſic effici tradit, vt
» in polentis fit ἡ χλιαρὰ χαῦς.

Γραφοειδὴς. dicitur apophyſis oſſis petroſi, quæ alio nomine σκιοειδὴς & βελονοειδὴς vocatur. vide in dictione βελονοειδὴς.

Γραφίσκος διοκλέος. ferramenti chirurgici genus eſt, telis è corpore extrahendis accommodatum: ſic dictum quoniam authorem Dioclem habet, qui inter priſcos maximoſque medicos habitus eſt. Lamina vel ferrea, vel ænea etiam ab altero capite duos vtrimque deorſum conuerſos vncos habet, ab altero duplicata lateribus, leniterque extrema in eam partem inclinata, quæ ſinuata eſt: inſuper ibi etiam parte inclinata, quæ perforata eſt. Hæc iuxta telum tranſuerſa demittitur, deinde vbi ad imum mucronem ventum eſt, paulum torquetur, vt telum foramine ſuo excipiat. Cum in cauo mucro eſt, illico duo digiti ſubiecti partis alterius vncis, ſimul & ferramentum id extrahunt & telum. Deſcriptio hæc habetur apud Celſum lib. 7. c. 5.

Γρεφώδωμα. Galen. in exeg. apud Hippocr. ἐπιπεπλω-
μένα exponit, Heſych. & Ethymol. τὰ σωιλκώ-
δωμα, τὰ ἀπαρτιοδῶς συμπαθοῦντα ſeu ἐγγίζοντα:
hinc & ἀλγήματα περὶς καταχόνδειον χειρόδωμα apud
Hippocr. in 1. prorrhet. aph. 8. Galen. in com-
ment. 3. interpretatur inuolutos dolores, & cir-
cum præcordia implicatos & irretitos ac ſeſe re-
uoluentes, deducta voce ἀπὸ τοῦ χείρου quæ rete
piſcatorium ſignificat, quanquã Gal. loco citato
χείπον, non χείρον ait ſignificare rete piſcatorium
ideoque χειπόδωμα legendum, idem tamen Gal.
in exeg. χείρον pro rete piſcatorio ſcribit, χείρον
etiam antiqui pro eo quod obſcurum eſt inuo-
lutum ac tortuoſum dixere.

Γρωῶν. dicitur à quibuſdam σίκυς ἄχρως. vt habetur apud Dioſcoridem.

Γρύπωσις. Cæl. Aurelian. lib. 2. τ χρον. c. 14. appellari ait à Græcis, quando in phtiſi laborantibus digitorum ſummitates craſſeſcunt obuncatis vnguibus.

Γῦον. exponit Galen. apud Hippocr. comment. ad aphor. 26. ſect. 4. libr. 6. Epid. ὅλον τὸ σῶμα totum corpus: atque γῦον corpus ſignificare aut membrum corporis & de pedibus ac manibus dici apud Homer. eſt valde vſitatum: Erotian. vero γῦον apud Hippocr. proprie de muſculis dici ſcribit, vt præſertim lib. de articulis, & lib. de hominis ætate τὰ γῦα bracchia & manus ſignificare Lalamantius interpres ait.

Γύης. ὁ. in corpore humano dicitur teretum colli oſſiculorum ceu vertebrarum coetus, vt Camerar. interpretatur apud Polluc. τὸ τ ἀπογύλων, ñ
τροφέων τὰ περιέχοντα σύστημα quod Heſychius τὰν τ ἀ-
φαλάων συνδεσιν vocat.

Γυῶ. ἀπολυῶ. καταλύω τὴν δύναμιν. hoc eſt, eneruo, & vires exoluo, apud Hippocr. vt exponit Galen. comment. περὶ διαίτης ὀξέων. ſignificat etiam γυῶσθαι apud eundem idem quod ὑλάπλοια γίνεσθαι. hoc eſt, decurtari, vt interpretatur Gal. comment. 3. in lib. de artic. ac quanquam γῦα proprie maiora membra dicantur, vt pedes manuſque, de reliquis tamen omnibus partibus dicitur.

Γυμνάσιον. exercitatio. duplicem habet ſignificationem: vnam communem, qua dicitur omnis motus vehementior anhelitum immutans. Terminus enim vehementiæ eſt anhelitus alteratio: quando in quibus nulla fit anhelitus mutatio, has nondum exercitationes vocamus. Quod ſi quis magis minuſue, celerius aut crebrius iam ex motu aliquo reſpirare cogitur, huic certe tantus motus exercitatio fuerit. Ea quidem communiter exercitatio vocatur, ſignificans idem quod πόνος, id eſt, labor: quippe cum & qui fodiunt, & qui metunt, & qui equitant, non laborent modo, ſed etiam exercitentur, communi ſaltem exercitationis appellatione. Proprie

vero exercitatio appellatur quæ eo loco suscipitur quem Græci γυμνάσιον appellant. Is locus erat in publico quodam vrbis loco extructus, quo vngendi, fricandi, luctaturi, discum iacturi, aut tale quippiam facturi confluebant: cui qui præerat, γυμναστὴς vocabatur. Callebat enim omnia exercitationum genera, earumque vsum & modum nouerat. Sunt autem exercitationum tria saltem prima genera, vtique quot motionum differentiæ: quippe aut à nobis ipsis mouemur, aut ab alijs, aut à medicamentis. duæ priores sanis & ægris communes sunt, tertia species nequaquam ad sanos pertinet. Ab alio quidem motus fit nauigatione, equitatione, vectione. A nobis ipsis mouemur cursu, ἁπλῶς δρόμῳ, πυλαισμῷ, saltu, disci iactu, lusu coryci pilæque seu magnæ seu paruæ. Mistus vero ex ambobus motus est equitatio violentior, lucta, pugilatus, ὁπλομαχία, σκιομαχία, ἀκροχειρισμὸς, & plæraque alia eiusdem generis exercitia. sed in his quoque complures differentiæ inueniuntur: nam quædam aut violentæ sunt graueſque ac robustæ, aut leues, celeres & concitatæ, aut pariter violentæ & celeres. Quædam enim lente motis fiunt, quædam ocyssime agitatis, & quædam robore ac nixu adhibitis, quædam sine his, adhęc quædam cum robore pariter & celeritate, quædam languide. Ac quod violenter quidem sine velocitate exercetur, τόνον, id est, valens, vocatur: quod violenter & cum celeritate, σφοδρὸν, id est vehemens. Violenter autem robusteue dicere nihil referat: sed tarda quidem exercitatio, vt scribitur apud Hippocr. libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, pinguefacit: velox autem carnes & adipem detrahit, succorumque abundantiam minuit. Præterea aliam partem aliæ alijs magis fatigant: quippe itatio cursusque crurum exercitationes sunt. Acrochirismi & sciomachiæ brachiorum & manuum propriæ. Lumborum autem assidue se inclinare, ac rursus reuocare: item alteres attollere. Thoracis vero & pulmonis maximæ respirationes propriæ exercitationes sunt. Totius vero corporis est paruæ pilæ lusus. Cæterum hæc ipsa exercitationum genera aut priuato, aut publico in loco obeuntur. In illo quidem magna ex parte nulla adhibita gymnastæ cura industriaque, quippe quæ sæpius non exercitationis causa, sed necessarij operis, vel etiã meditationis vsurpentur. Nam cum fodit quis, aut remigat, aut arat, aut metit, cum domos ædificat, seu ferrariam ærariamue factitat, aut alia quæcunque homines, vel opifices vel non opifices in vita vsus causa exercent, facit, operis potius causa quam exercitationis ea facit, ideoque perpetuum diem ea obit, neque vnquam, ne post cibum quidem intermittit, adeo vt plerumque inter causas insalubres huiusmodi exercitatio habeatur. At quæ publico in loco suscipitur, cui peritus gymnastes præfectus est, salubris semper est, & maxima artis tuendæ sanitatis portio, vt quæ non alio tempore quam ante cibum obeatur, & præparato semper corpore, seruetque perpetuo modum, & vocatam ἀποθεραπείαν. Itaque simplex vniusque modi exercitatio ea est quam quisque priuatim vsurpat: quam vero gymnastes moderatur, tribus vtique partibus constat, videlicet præparatione, ipsa exercitatione, & apotherapia. Præparatio perficitur frictionibus & inunctione. Sic enim calefactis & præmollitis solidis partibus, adhæc vero humoribus tenuatis, & exiguis meatibus laxatis nullum periculum nec rumpendi alicuius, nec obstruendi exercitatio impendet: quibus quidem vitandis eiusmodi præparatio adhibetur. Vt autem hæc fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricando prius calfacere, mox oleo fricare. Eiusmodi frictionem πρόψιν προπαιδάζουσαν Galen. appellat. Ab ea dandum se exercitationi, quam pro ratione corporis, naturæ, sexus, ætatis, virium & temporis anni constitutioniſque præsentis oportet esse vel violentam, vel celerem, vel remissam: item longam vel breuem assiduam vel interpolatam, & quæ vel totum corpus æqualiter, vel aliam quamuis partem egregie præter cæteras fatiget. Tum demũ τῇ ἀποθεραπείᾳ vtendum, quæ constat frictionibus & motibus alijs, sed multo magis moderatis & remissioribus quam per ipsam exercitationem, sicut ante in dictione ἀποθεραπεία ostendimus. In hunc modum peracta exercitatio optima est & saluberrima, quod eam duo maxima commoda sequantur, excrementorum inanitio, & εὐεξία, id est, commoda solidarum corporis partium habitudo. Nam quoniam vehementior motus exercitatio est, necesse quidem est tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando, membrorum duritiem ex mutuo ipsorum attritu, genuini caloris augmentum, & spiritus citatiorem motum. Sequuntur vero hæc reliqua omnia priuatim commoda, quæ corpus exercitijs accepta refert, vtique ex membrorum duritia, tum vt minus ex labore afficiantur, tum ad actionis robur: ex calore, tum deducendorum in corpus validum attractum, tum immutationem magis expeditam, tum nutritionem magis fœlicem, tũ vt singulæ corporis partes sint (vt ita dicam) perfusæ. Cuius fusionis beneficio & solida molescere, & humida tenuari, & exiguos corporis meatus laxiores fieri accidit. At ex spiritus valentiore impetu & purgari hos omnes meatus necesse est, & excrementa expelli.

Γυμναστικὴ. gymnastica. Est pars medicinæ sanitatem exercitatione conseruans. Pertinet ad ὑγιεινὸν. Eo autem nomine intelligere oportet eam quæ modum in exercitatione adhibet, & quæ scopum habeat tantum exercere corpus quantum confert ad tuẽdam valetudinem. Est etiam alia gymnastica vitiosa, Athletis propria, nomine quidem suo insignis, sed extra naturæ limites progressa, quæ non optimum finem habet, sed molem corpori adijcere, qua aduersarij prosternantur in certaminibus. Quorum quidem habitum etiamsi Hippocrates summum bonitatis attingere dicat, non est tamen simpliciter bonus, sed vt ait Plato lib. 3. de republ. vituperandus, vt inutilis ad omnia ciuilia negotia, quemadmodum suo loco annotauimus.

Γυμνόκριθον. hordeum nudum. Cereale semen est in Cappadocia prouenies, vt scribit Oribasius lib. 1. collect. medicinal. c. 1. forte id hordeum quod decorticatum nascitur, & quod vulgo hordeum mundatum appellatur.

Γυναικάμπη. sic dicitur à quibusdam ἡ βρυωνία, hoc est vitis alba, teste Plinio.

Γυναικεῖα, τὰ, id est, muliebria cõmuni voce dicũtur τὰ τῶν γυναικῶν ἴδια παθήματα, ἢ διαθέσεις, id est mulierum affectiones propriæ, quæ tantum in eas merito sexus incidunt, ceu purgatio menstrua,

» conceptio, grauiditas, partus, puerperia siue τὰ
» λοχία, & quæ sunt eiusmodi: Sed tamen κυείων
» καὶ τῶν ἐξαγομένων dici reperio τὰ γυναικεῖα pro ijs quibus
» fœminæ ipsa purgantur per naturalia, & καθάρσιες
» nominantur, siue illa sint menstrua siue puerpe-
» ria; Testis illa sententia præceptoris aphor. 8.
» sect. 5. γυναικείων ἀγωγὸν ἢ ὃν ἀφώνωσι πυεῖν. vbi Ga-
» len. hæc scripsit quæ annotaui, quod & ex histo-
» ria Phætusæ apud Hippocr. colligere est, quæ
» cum ex mœrore ob mariti exilium menstrualis
» non esset, nulla ope nec vlla industria potuit
» γυναικωθῆναι, id est, ad eam muliebritatem redire
» quæ est in menstruis: omnia denique quæ vteri-
» na sunt, tam incommoda quã commoda, quæ
» cernuntur in excrementis hystericis, in actioni-
» bus κατὰ λόγον, ἢ παρὰ λόγον, id est, naturæ merito vel
» immerito, tum in qualitate ipsius matricis, id
» est, in complexione, temperamento, habitu, co-
» lore, caracthere & mole, omnia inquam nomi-
» ne τῶν γυναικείων continentur apud Hippocr. in li-
» bris περὶ τῶν γυναικείων, id est, de rebus & morbis
» mulierum proprijs: hæc autem γυναικεῖα siue
» muliebria dicuntur, quod in illis partibus fixa
» sint aut per eas ferantur, quæ ipsam muliebrita-
» tem constituunt: Cæterum etiam τὰ γυναικεῖα
» apud Hippocr. absolute de partibus muliebri-
» bus dicuntur vt 1. Epidem. in Philini & Epicra-
» tis vxore, γυναικείων, inquit, πόνοι vbi Galen. sub-
» audit μορίων id est partium.

Γυναικωθῆναι. interpretatur Galen. perduci ad eum
» statum vbi menstruæ purgationes prorumpunt;
» hac vtitur voce Hippocr. 6. Epidem. vbi narrat
» extitisse illis temporibus mulierem quamdam
» nomine Phaetusam, quæ cum restibilis olim
» fuisset fœcunditatis, ac illi menstrua quam op-
» time respondissent, præ summo mœrore quem
» ex mariti concepit exilio, ante diem desijt esse
» menstrualis, & cum bene illi ciendis menstruis
» medicatum fuisset nunquam potuisse tamen
» γυναικωθῆναι, id est mulierescere, vel ad mulie-
» brem naturã redire quæ est in menstrua purga-
» tione: γυναικωθῆναι tamen alij interpretantur lo-
» co Hippocr. citato emolliri & effœminari, cui
» ibidem ἀνδρωθῆναι, id est, in virum euadere &
» virilitatem reddi opposuisse videntur Hippocra-
» tes.

Γυναικεῖον. dicitur à quibusdam τὸ στίβι, id est, sti-
bium, quod eo mulieres decoris causa cilia illi-
nerent. vide στίμμι.

» Γυναῖδες. idem qui ἀνδρόγυνοι de quibus suo
» loco.

» Γυναικομύραξ. pudendi muliebris pilus appella-
» tur.

Γυναικομαζὸν. est mammarum muliebrium sum-
mum incrementum: non est ea affectio præter
naturam, sed aucta prouenit pinguedine mam-
marum.

Γυναικομαζοὶ. etiam ij appellantur, quibus mammæ
» fœminarum modo turgescunt, vt ait Paul. lib. 6.
» c. 46. vbi & curandi methodus traditur.

Γυνὴ. mulier: Etiamsi vox hæc per υ vbique scripta
» reperiatur, nobis tamen est suspicio, eaque ma-
xime verisimilis γυναῖκας παρὰ τὸ γίνασθαι dictas
esse, quamuis etiam huic etymo videatur verbi
notatio deductioque repugnare, hoc vero ver-
bum æque mulieribus ac viris conuenire potest,
etiamque sæpenumero pro parere legimus vsur-
patum apud veteres, vt sæpe in lib. Hippocr. περὶ
γυναικ; quemadmodum vice verba πικεῖν com-
ment. 2. ad sententiam 7. ex libr. περὶ ἀφόρων pro
γίνεσθαι positum reperies, vt censeamus illas hoc
nomen solas demereri, quæ & eo venerint æta-
tis vt iam periodice eis ferantur menses, quæ-
que etiam operam suam liberis dent & genera-
tioni; neque igitur inter mulieres, vnquam vir-
gines recensebuntur, non in γυναικῶν censu eas
pariter vnquam esse habendas iudicabimus, quę
etsi periodicè menstrua patiantur & suis etiam
sint locatæ viris, degunt sine omni venere & il-
lorum non perfruuntur consuetudine.

Γῦρις. pollen ex farina, qui vt scribit Paulus, amylo
virtute respondet.

Apud alios γύρις scribitur: inde ἡ διὰ γύρεως em-
plastrum ex polline farinaceo à Paulo describi-
tur lib. 7. c. 17. & à Trallian. lib. 3. c. 7. qui ipsum
commendat ad suppurationes promouendas.

Γυρίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi panum insignes differen-
tiæ explicantur.

Γύψος. gypsum. Id dicitur quod ex lapidibus totis
& ambustis exprimitur. Cognata calci res est.
Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, &
è terra foditur, & è summa tellure colligitur, vt
habetur apud Plin. Adstringit, glutinat, sanguinis profluuia & sudores compescit, sed potum
strangulat.

Vt refert Dioscor. in Alexipharm. c. 24. dum
scilicet intra ventriculum lapidescit, idem &
Paul. 5. c. 59.

Γυψώδης οἶνος. vide οἶνος vbi Alphabetica serie insi-
gniores quædam vinorum differentiæ explican-
tur.

Γωνίωσις. sic Archigenes non male appellauit, au-
thore Galeno, speciem quandam pulsus, qui
non toto arteriæ circulo, sed eius angulo tan-
tum ferit. fit propter maximam imbecillitatem
facultatis quę attollere onus nequit. Tunc enim
flexum in alto quendam pulsus repræsentat, non
circuli figuram: quem quidem flexum Archi-
genes γωνίωσιν nuncupauit. Nam altitudo arte-
riæ non vt circuli iam figura, sed vt vertex trian-
guli mouet tactum. Id quod magis etiam ei ac-
cidit horrescenti & rigenti præ frigore, vt quo-
modolibet aliter induratæ. Itaque initio gra-
uium accessionum & cum frigore inuadentium
talem pulsum cernere est, non in his tamen om-
nibus vel solis, vt quidam putant. Nam si pro-
pter duritiem arteria ægre flecti possit, facultas-
que imbecilla grauetur vtrinque, perdit circu-
li veluti circumferentiam. refert autem verti-
cem trianguli, quod propter duritiem arteria
nequeat paulatim flecti, & ad profunditatem
vtrinque inclinari, sed vibretur potius quam fle-
ctatur.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Δ.

ΔΑιτίδες. dicuntur quidem proprie magnæ lampades & ardētes. Per metaphoram vero sic vocatur caput allij, eo quod multis spicis in modum lampadum compactum sit, sicut annotauit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Δάκαρ. genus Cassiæ quoddam ab Arabibus sic dictæ pro quo Ruell. habet darca apud Dioscor. lib. 1. c. 12. Probat vero etiam Hermolaus illud δάρκα vt pote quod in antiquis codicibus legatur: vide κασσία.

Δάκνηρον. Collyrij nomen quasi mordicans dicatur, describitur à Trallian. lib. 2. c. 5. ad visum acuendum vtile.

Τὸ Δακνῶδες. mordacitas. Est tangibilis qualitas, quæ in corpus subiens exasperat, & punctionis sensum inducit. Qualitas est tactus propria, non gustus. Quod autem lingua aliquando dijudicetur, non fit proprio linguæ sensu, sed communi, quoniam, vt reliqua corpora sensilia, tactus sensu prædita sit. Quippe si in aliam quamuis carnem cute nudatam inieceris quod mordicat, & illam sane non minus quam linguam mordebit. Est autem mordicatio tribus istis saporibus, acido, amaro & acri communis: sed acido quidem, vt frigido simul & subtili, amaro vero & acri, vt calidis, mordacitas inest. Siquidem tam ea quæ frigida sunt quam quæ calida, si cutem penetrent, & in sensibiles partes per carnem dispersas subeant, mordicationis sensum inuehūt, dispari tamen, vt docuit Galenus, modo. frigidum namque non nisi in raris corporibus, qualia sunt vulnerata omnia, oculi, os, nares & venter, mordicat: calidum vero in solidioribus. Ac frigidum quidem spiramenta cuncta subiens omnes circumquaque partes amplectitur, contrahit, condensat, & à continuis auellit, vnde molestus mordacitatis sensus exoritur: calidum vero in duriora etiam corpora subiens, ea dissoluit, fundit, colliquat, itaque earum continuitatem multo quam frigidum celerius diuellit, secat, distrahit, vnde mordax necessario sentitur, velut aqua feruens atque ipse ignis. Nec tamen quicquid calidum aut frigidum est, mordax apparet, nisi etiam conuellat & violenter condenset. Sic vtriusque immoderatius aucti communis est mordicatio. Quoniam autem quicquid mordicat in profūdum subire & penetrare debet, ideò necesse est, vel id quod mordicat tenuis esse substantiæ, vel quod mordetur tam rarum esse, vt intra se facile admittat quod mordicandi vim obtinet, vel vtrumque, tum quod mordet, tum quod mordetur, rara tenuique substantia præditum esse. Calida quidem quæ mordicant aut amara aut acria sunt, & omnia tenuium partium quadamtenus existunt. in quorum tamen genere non quo quicquid tenuius est, idem etiam magis mordicet necesse est: quin potiùs magis mordicat quod crassius est, minus autem est mordax quod est tenuius. Frigida vero, cum & ipsa mordeant, vt Hippocrat. dixit, dubitari tamen potest an tenuium partium ea esse oporteat. Quippe acetum & Boreas mordent forte propter partium tenuitatem, quæ tamen niui & aquæ frigidæ non minus mordacibus haud quaquam inest, vt docuit Galen. libr. 1. de simpl. medic. ostendens non omne quod mordax est, idem etiam tenue esse oportere. Hoc autem inter ea discriminis est, quod frigida tenuium partium dura etiam solidaque corpora mordicent, quæ vero crassarum sunt partium, ea modo quæ sunt vlcerata aut rariora. Cæterùm non est idem sensus omnium quæ mordicant. Eorum enim quatuor discrimina in maioris & minoris collatione Galen. docuit in lib. de multitud. Primus, inquit, gradus eorum est quæ mordendo pruritum mouent, vt scilla. Secundus eorum quæ vehementius id agunt, vt cepa. Plusculum enim si corpus nostrum eiusmodi medicamentis assuescat, vlcerabitur. Sunt præterea quæ hoc magis

acria

acria sunt, atque vbi vlceratis præsertim admouentur, horrorem pariunt: vel, si acriora sint, etiã rigorem. His vero respondent, inquit, quatuor humorum in nobis mordacium differentiæ. Sũt enim ex ipsis mordaces, qui mediocriter mordent, ijs vero mordaciores, qui vlcerosum inuehunt sensum, qui acrius ijs mordent, horrorem, qui maxime, ij rigorem mouent.

Δακνώδης πυρετὸς. mordax febris. Est differentia febris sumpta ab ipsa caloris essentia, vel ab eo quod illi maxime proprium est. Siquidem omnis & prope solus calor, & semper, vel mordax est, hoc est, acrimonia pungens atque rodens, vel mitis, vel medius. Mordax itaque febris est, quæ medici manum perpetuo & æqualiter mordet, hoc est, à quo tempore manus admoueri cœpit, donec auferatur, acrem semper calorem exhibet tactui. Debet autem manus ipsa, si modo mordacem febrem recte iudicatura est, media esse duræ & mollis, calidæ & frigidæ, & potissimum imponi thoraci summo. Putris enim materia mordacis febris per cutem erumpens ita eam acrimonia sua pungit & vellicat, vt diu ferre contactum non possit. Eiusmodi sunt omnes biliosæ, cum omni tempore, tum potissimum in statu. Est autem mordacitatis ratio triplex, prima à caloris intensione, secunda à celeri motu, tertia à materia in qua calor accẽditur. Calor enim in subiecto sicco, vt in bile flaua, est acrior quam in humido, vt in pituita, aut in vaporoso & spirituoso, quemadmodum in febre diaria se habet.

Δακρύδιον. est lacryma scammonij, quam radice sua vulnerata fundit. Sic dicta est quasi lacrymula χυλὸς ἐξοχώ. Ea nitida est, rara, fistulis tenuibus, fungosa, leuis, taurino glutini colore simillima, linguam non vehementer vrit, linguæ tactu albescit. Coquitur in cotoneo malo: sic minus stomachum offendit. Circa Canis ortũ excipitur. Vis bimæ, nec ante, nec postea est, vt quidam scripserunt. Corrupto vocabulo medici nunc diagredion appellant.

Δάκρυον. lacryma. Est humor ex oculis distillans. Cuius rei multæ sunt causæ, atque inter se etiam contrariæ: nam & præ nimia lætitia & præ nimio dolore æque lacrymæ excutiuntur. Ad hæc fumus & alia lacrymas mouent. Id quod diuersis accidit rationibus. Quas vt intelligamus, sciendum est ad singulos oculos quatuor inesse glandulas. in vtroque scilicet angulo geminas, vnam infra, alteram vero supra, quæ humiditate à cerebro delabente replentur, eaque oculos humectant, ne nimio motu exiccati deteriores euadãt. Ab his dolor, cui vis inest meatus refrigerandi atque adstringendi, spissitudine meatuum, humorem quem illæ continent, exprimit, pariterque commiseratio & tristitia: lætitia vero humorem ex laxitate meatuum effundit, in naturis præsertim humidioribus atque rarioribus. Nam quicunque arctioribus constant meatibus, lacrymam neutra de causa mittere consueuere. Similiter fumus & alia & reliqua acria oculos mordentia eum humorem eliciũt. Sed præterea in ijs animi affectionibus perturbationibusque inordinati quidam motus spirituum fiunt, à quibus humores quoque commouentur & diffluunt, tanta aliquando copia vt ijs excipiendis oculi non sufficiant, sed per nares etiam decurrant ijs qui flent vehementius. Atque hæ quidem lacrymæ ἐκόσαι, hoc est, spontaneæ, dicuntur, quasi nobis volentibus obortæ, etiamsi eas aliqua vis & causa præter naturam expresserit. Sic enim vocantur quæ à causa externa manifestaque fiunt. Aliæ vero dicuntur ἀκόσαι, id est, inuitæ, vt quæ per morbos fiunt, veluti per lippitudinem, aut fluxionem è capite decumbentem, aut imbecillitatem retentricis facultatis, quas malas & exitiales esse Hippocr. lib. 1. prognost. declarauit. Inuitæ autem dicuntur ad aliarum differentiam. Nec tamen omnes eiusmodi lacrymæ perpetuo malæ sunt, sed aliquæ interdum crisim per sanguinis profluuium è naribus præsagiunt, vt in acutis febribus præsertimque ardentibus, quemadmodum scripsit Hippocr. si modo largius ex oculis dimanent, nec circa eos in spumæ modum inarescant. Tales enim malas esse idem Hippocr. docuit, vt quæ & maximum incendium, & vires perexiguas esse significent. Cum autem lacryma proprie hominis dicatur. per metaphoram tamen designat etiam aqueum illum succum & liquorem qui ex planta siue vulnerata, siue etiam integra sponte sua defluit, siue in gummi humor ille concrescat siue in resinam liquescat propter oleosam quæ in eo est substantiam.

Vt docet Theophr. libr. 9. histor. plant. cap. 1.

Δακρυῶδες ἕλκος. lacrymosum vlcus. Sic per metaphoram vlcus dicitur, ex quo sanies quædam tenuis & cruda emanat, perinde atque ex oculis lacrymæ, quãdo inflammatione laborant. Vsurpatum ab Hippocrate lib. de fractur.

Δακτύλιον. sic dicitur à quibusdam τὸ σκαμμώνιον.

Δακτύλιος. ὁ πρωκτὸς καὶ ἡ ἕδρα. podex. Sunt autem qui rectum intestinum eo nomine intelligant.

Δακτύλιος. dicitur ab Hippocr. aliquando ὁ κύκλος καὶ πεσσίσκος, hoc est, circulus, pastillus siue orbiculus quo in medicina vtimur.

Δακτυλίτης. vocatur à quibusdam aristolochia longa, quę mascula dicitur, quod radix illi sit digitali crassitudine, aut quatuor digitos longa.

Δακτυλοδόχιον. mensura est apud Græcos qua rerum demetiuntur interualla, quam & illi simpliciter δοχεῖον nominant. vide suo loco.

Δάκτυλοι. digiti. sunt partes manuum & pedum extremæ, vnguibus firmatæ, oblongæ, teretes, & singulæ ternis ossibus constantes. Vtraque in manu & vtroque similiter in pede quini habentur, & tales vt descripti sunt, exceptis pedum pollicibus, qui duobus tantum ossibus componuntur. sunt autem digiti manus hi: μέγας, qui & ἀντίχειρ, λιχανὸς, μέσος, παράμεσος, μικρὸς. singuli terna ossa continent, mutuo sibi colligata & ordine sibi succedentia velut in acie: vnde & φάλαγγες à Græcis appellantur. Ab alijs autem σκυτάλιδες, à turma equitum, quam Græci σκυτάλην nuncupant. Latini communi vocabulo digitorum internodia dicere possunt. Græci vero etiam eorum singula suis nominibus distinxerunt à quibus primi articuli metacarpio proximi, πρωτόφαλλοι, medij κάμφαλλοι, postremi μετακόφαλλοι appellantur, & ab his vnguium principia seu radices ῥίζωνυχίαι, extremi deinde digitorum fines ἄκρα καὶ κορυφαὶ, vt scriptum est à Ruffo in partium hominis nomenclatura. Porro ima digitorum ossa metacapio per diarthrosin alligantur, excepto pollice, cuius os infimum non metacarpio, sed carpo per diarthrosin copulatur. Ex quo quidam censent os illud non ad pollicem, sed ad

metacarpium pertinere, ipsumque pollicem, vti & eos qui sunt in pedibus, duobus tantum ossibus constare.

Δάκτυλος. digitus. minima mensura est earum quibus rerum interualla dimetimur. Hæc autem non secundum digiti longitudinem, sed secundum eius latitudinem siue crassitudinem accipi debet. Hac sæpe Dioscorides vtitur, vt de anchusa scribens, δακτύλου τὸ πάχος, hoc est, digiti crassitudine. & de bunio, καυλὸν αὐίεσι τετράγωνον ὑμμένα, πάχος δακτυλαῖον. hoc est, caulem emittit quadratum, oblongum, digitali crassitudine. Quoniam vero indice & infami & medico pollex plenior & crassior est, minimus exilior & tenuior, differentiam quæ est in herbarum radicibus & caulibus, etiam his duobus digitis explanauit. Vt de radice eryngij, δακτύλου ἢ μεγάλου τὸ πάχος. hoc est, digiti magni crassitie. & de spinæ albæ caule καυλὸν ὑπὲρ δύο πήχεις, δακτύλου τοῦ μεγάλου ἢ μείζονος πάχος. hoc est, caulem supra bina cubita altum, maioris digiti aut etiam amplioris crassitudine. De radice inulæ Ægyptiæ, πάχος δακτύλου μικροῦ. Et pluribus in locis similiter, in quorum nõnullis & διδακτύλου & τριδακτύλου mensuram inuenies.

Δάκτυλοι. dicuntur palmæ fructus, quos Græci alio nomine φοινικοβαλανίους, Latini palmulas, Franci dattas vocant.

» Sic autem dicuntur à similitudine, in palmæ
» enim cortice nõnulla visuntur aspera & inæqua-
» lia, quæ similitudine sua palmam manus referunt
» ex qua digiti oriuntur.

Δακτύλιος etiam Marcellus notat dictum aliquando
» de certa hominum specie qui prælonga gracili-
» tate curuati, humanis digitis similes essent.

Δάκτυλος. Graminis aculeati nomen est, quod etiam κοριοθόρος dicitur. Eius tria genera statuuntur. Vnum cui in cacumine aculei sunt, plurimum quini: quod ab aculeorum, quasi digitorum, numero δάκτυλον appellant. Alterum ἀειζόῳ simile, δάκτυλον etiam dictum, quia ad reduuias optimũ sit, & digitis medeatur. Tertium genus τῷ δακτύλῳ tenuius nascitur in parietinis & tegulis, cui causticа vis inest.

Δαμασώνιον. dicitur à quibusdam herba illa quæ ab
» alijs ἄλισμα teste Dioscor. l. 3. c. 169. vbi ἄκυρον
» quoque & λύρον nominari tradit, idem & Plin. l.
» 25. c. 10.

Δαυάν. sic dicitur à quibusdam ἡ δάφνη Ἀλεξανδρεία, hoc est, laurus Alexandrina: vt habetur apud Dioscoridem, l. 3. c. 147.

Δαυάν ξηροκολλέειον. Describitur ab Aetio lib. 7. c. περὶ ξηροκολλείων.

Δαρὰπις & δαρὶς à Nicandro ἐν γλώσσαις dicitur ἄ-
» ζυμος ἄρτος teste Athen. l. 3. id est panis non fer-
» mentatus. Vide ἄρτος ἄζυμος.

» Δαρκὴ. vide supra δάκνῃ.

Δαρτὸς. vna est è quatuor membranis quæ testes inuoluunt. Earũ prima & intima ἐπιδιδυμὶς est: post eam ἐρυθροειδὴς: tertia δαρτὸς, carnosa, erythroide multo valentior: quarta & extima scrotum est.

» Vide Paulum l. 6. c. 61. de darto, sic & Celsum li.
» 7. c. 18. hæ autem tunicæ conteguntur tenui, ner-
» uosa, sine sanguine, alba, quæ ἐρυθροειδὴς à Græcis
» nominatur: super eam valentior tunica est, quæ
» interiori vehementer ima parte adhæret, δαρτὸν
» Græci vocant.

Δασύς. Capillati dicuntur & quibus capillitium aut
» pilus adest aphor. 34. lib. 6. & φαλακροῖς caluis aut glabris opponuntur, δασὺ enim ac λάσιον proprie « hirtum significant & τὸ πεπυκνωμένον; δασὺ & λιὸν « sic opponuntur vt λεῖον & τραχύ; in libris medi- « corum δασυντὴν ἀλωπικίας medicamenta dicuntur « quæ pilos generant in capite depilato & glabro. «

Δασὺ πνεῦμα. spiritus asper. Sic à quibusdam appellatur, qui cum sono ducitur tum ob angustiam loci quo ille redditur, tum propter humoris multitudinem, vt annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Vide & in voce πνεῦμα vbi plura. «

Δασῦναι γλῶσσαι. vide in voce γλῶσσαι. «

Δασὺ, ἢ δεδασυμμένον ὕφος. vide ὕφος. «

Δάσυμμα. oculi vitium idem quod τράχωμα, vt scripsit Aetius lib. 7.

Δαύκιον ἢ

Δαῦκος. herba est trium generum. Creticum fœniculi similitudine, minoribus folijs & candioribus, caule semipedali, capitibus rotundis, vt coriandri. flos albus, semen album, acre, hirsutum & odoratum. radix crassitudine digitali & longitudine dodrantali. Nomen retinet in officinis. Latinis Gallica pastinaca dicitur, vulgo syluestris carota. Alterum vbique prouenit, apio simile, feruens, acre, odoratum, radice digitali crassitudine, bipalmum longa. Tertium pastinacę non dissimile, opacante fastigium anethi vmbella, semine oblongo, & odoratu graui, sapore vt cuminum, acri. Gal. & Paulus daucum nihil aliud esse voluerunt quam staphylinum syluestrem. Omnium generum semen calfacit & extenuat, vrinas & menses mouet. Dioscorides scribit πόα χαμαιλίδα à quibusdam δαῦκον ἄγριον fuisse appellatam. Reperitur & δαῦχος, vt testatur schol. Nicandri.

Δάφνη. laurus. Est arbor læui cortice & tenui, radicibus obliquis, inęqualibus, perpetua coma, caudice procero, pingui succo scatente, nodis perquam paucis. Geminam Dioscorides statuit, vnam tenui folio, alteram latiore. Deficcat laurus & calfacit vehementer. Eius fructus δαφνὶς appellatur.

Cæterum obseruauit Athenæus solitos veteres lauri folia comedere inter bellaria; opinio autem antiquorum fuit ad valetudinis conseruationem plurimum conducere & vt loquitur author γεοπονικῶν in 11. ὑγείας εἶναι ἐργαστικὴν, ex eo mos iste institutus, sed aliæ fuisse videntur causæ cur lauri folia manderent, quod indicasse his versibus videtur Martial.

Fœtere multo Myrtale solet vino
Sed fallat vt nos folia deuorat lauri

Videtur autem vox δάφνη dicta quasi δαοφανὴ quod inter vrendum sonitum elidat.

Δάφνη Ἀλεξάνδρεια. laurus Alexandrina. herba est folio myrti syluestris, molliore, candidiore, maiore, seminis inter folia magnitudine ciceris rubri. ramos spargit à terra dodrantales, eoque ampliores, radice myrti syluestris, maiore, odorata, teneriore. Dicitur alijs nominibus δάφνη ἰδαία καὶ σπαθρακικὴ & ἀσπαλάθιον: vulgo vuluaria & Bonifacia dicitur. Calida est, acris & subamara.

Dicta autem sic videtur quoniam ex ea Alexander coronas gestare solebat.

Δαφνὶς. sic dicitur bacca seu fructus lauri arboris.

Theoph. histor. plant. l. 1. c. 18. & Dioscor. l. 1. c. 50. inde factũ emplastri nomen διὰ δαφνίδων dicti, descriptiq; à Celso l. 5. c. 19. ad extrahẽdũ ceu quę

» ὀπιπαστικὰ vocantur, idonei, quia lauri baccas ha-
» bet, inde nomen obtinuit duplexque ab eodem
» recenſetur.

Δαφνίτης. vocatur planta quæ alio nomine ἀλε-
» ξάνδρεια teſte Plin. l. 15. c. vlt. quoniam videlicet
» figuram aliquam laurinæ arboris præfert: δαφνίτην
» etiam ſcribit Dioſc. l. 1. cap. 12. vocari Caſſiam
» quamdam in Arabia naſcentem ab Alexandrinis
» mercatoribus: quippe δικτικὴν ἐν τῇ ὀδόσει, καὶ φύ-
» φυσιν μετὰ πολλῆς πυρώσιως vt folium & bacca lau-
» ri, quamobrem & Daphnoeidem eam appellari
» à mangonib. teſtatur Plinius: Sed & δαφνίτης etiã
» dicitur à quibuſdã ἡ χαμαιδάφνη vt habetur apud
» Dioſcoridem.

Δαφνίτης etiam dicitur à quibuſdam ἡ χαμαιδάφνη, vt habetur apud Dioſcoridem.

Δαφνοειδὲς. frutex eſt ramoſus, craſſiore ac molliore quam laurus folio, floribus candidis, baccis è nigro rufis. Eius folia os ac fauces accendũt. Non aliud eſt quam ſylueſtris laurus. Herbarij laureolam vocant.

Δαφνοειδὴς etiam dicitur ἡ κληματὶς. de qua ſuo loco dicetur.

» Δαφνόκοκκος. lauri baccæ dicuntur Trallian. l. 1.
» cap. 15.

Δεινὸς ἰδεῖν πυρετὸς. grauis aſpectu febris. Eſt differentia febris apud Hippoc. l. 9. τῶν ὀπισθιῶν. Eam aliqui hecticam interpretantur, quæ in ſolidis partibus accenſa, carnoſum genus vbi iam populata conſumpſit, & multo celerius ſpirituoſum, corpus ſtrigoſum & aſpectu terribile reddit, quod præter cutim & oſſa nihil amplius ſuperſit, præſertim ſi eſt hectica maraſmodes. Ob id homines ita emaciati, vulgo mortes vocantur, & nos, dum occurrunt, mortis modo terrent. Verum id ſummæ emaciationis ſymptoma longis etiam morbis contingit & omni atrophiæ. Viſu quoque terribiles ſunt febres quædam peſtilentes & malignæ, & omnes phreniticorum febres, quibus oculi cæſij & minaces & torua tuentes, & qui ſi à nobis ſpectentur, nos terreãt, quia intẽti, fixi & velut minarum pleni ſunt. Peſtilẽtes quoque cum phlyctænis aſpectu graues ſunt. Gal. tamen hecticam febrem apud Hippoc. intelligit.

Δείνοσμος. dicitur à quibuſdam ἡ κονυζα, vt habetur apud Dioſc. non dubium quin à grauitate odoris.

Δειρὴ. ὁ αὐχὴν καὶ ὁ τράχηλος. collum ſeu ceruix. proprie tamen ſic dicitur pars colli anterior, per ſynecdochen autem totũ collum ſignificat. Hinc ὑποδειρὶς dicta eſt vltima colli anterioris pars, quæ monilibus cingitur, & περίδειρον totus ille colli ambitus apud Pollucem.

Δεῖπνον quod Galeni & noſtra tempeſtate cœnam
» ſignificat, ἄριστον ſiue prandium vetuſtiſſimis tem-
» porib. deſignabat vt Gal. & Erotian. docuerunt,
» quaſi id eſſet μετ' ὃ δεῖ πονεῖν, id eſt poſt quod la-
» borare oportet: vel & δεῖπνον dicitur ὅτι τὸν πόνον
» διαπαύει quia pauſam laboribus facit, vel δεῖπνον
» ὥσπερ διαπεπονημένον, id eſt elaboratum ſolicitiuſ-
» que appoſitum.

Δεκάμυρον. malagma Oribaſij, ſic dictum quod ex decem aromatum generibus paretur. Refertur eius compoſitio ab Aetio & Paulo, ſed deprauatis Pauli, vti iudico, exemplaribus, pro nardo enim nardinum vnguentum reponi debet, vt habetur apud Aetium, & pro libris tribus ceræ, ſexcunx. alioqui iam non malagma erit ſed emplaſtrum.

Δελτοειδὴς μῦς. ſic dicitur muſculus qui brachium ad ſuperiora adducit, propterea quod triangularis videatur, & in Δ ſimilitudinem efformatus. Cuius baſis intelligi poteſt à media clauicula ad extremam vſque ſcapulam ſecundum humeri longitudinem, à quibus ſcilicet partibus ducit originem: latera vero, hinc quidem internum à clauicula, inde vero externum ab ima ſcapula ad medium vſque brachium, quo loco huius muſculi veluti vertex eſt. Is muſculus multum carnoſus eſt & in longum valde exporrectus, totumque humeri ad ſcapulam articulum, quem ὦμον vocant, integit, vnde & ἐπωμὶς alio nomine appellatur, quaſi humero inſtratus & ſuperpoſitus.

Δέλφαξ, ακος, pudendum muliebre in Heſychio.

Δελφινιὰς ἢ δελφίνιον. herba eſt cui rami ab vna radice dodrãtum binum, vel etiam maiores, circa quos folia puſilla, tenuia, diuiſa, oblonga, delphini effigie. quanquam alij non folijs, ſed ſiliquis repãdis Delphinum referre prodant. qua ſimilitudine quidam inducti, delphinium ſenam eſſe Mauritanis dictam exiſtimarunt. Flos illi violæ albæ in purpuram vergens, ſemen in valuulis milio ſimile. Romani buccinum teſte Dioſcoride, vocauerunt. Herbarij quidam filium ante patrem appellant, quod ſiliquam & in eam ſemen ante floris exitum oſtendat.

Δελφὺς. vterus. ſic dictus quaſi ἀδελφοποιὸς. Siquidem ἀδελφοὶ dicuntur fratres ex eodem vtero procreati, quaſi vterini.

Δενδρίτης. dicitur à quibuſdam τὸ κοράλλιον, quod etiam alio nomine λιθόδενδρον appellatur.

Δενδρολίβανος. thus arbor. quæ & ſimplici nomine λίβανος appellatur, de qua vide ſuo loco.

At in vet. lex. δενδρολίβανος eſt Roſmarinus coronaria apud Actuarium.

Δενδρομαλάχη. althæa, ſiue ibiſcus. Maluæ agreſtis ſpecies: quam etiam ἀνάδενδρομαλάχην Galenus appellat.

Δένδρον. arborem ſolemus appellare quicquid ab radice ſtatim, ſimplici caudice bracchiatum, ramis ſurculoſum, diſſolutuque contumax aſſurgit, quemadmodum olea ficus & vitis conſpiciuntur, ſic vero à frutice arbor diſſidet vt frutex ab herba de quibus ſuis locis.

Δεξαμενή. labrum, lauacrum, ſolium aquæ calidæ, in quo qui lauantur, etiam innatare poſſunt. dicitur alijs nominibus ἴμβασις & κολυμβήθρα & μακρὰ.

Δέρμα. cutis. Eſt membrana omnium ampliſſima; partium ſubiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum. Quia membrana eſt, ex eo intelligitur ſimplicem eſſe, planam, tenuem, albam, neruoſam, atque ob id ſentientem. Siquidem per cutem diſperſi nerui dant illi ſenſum, verumtamen ſentit ſolum, non etiam motum habet volũtarium. Oritur ab extremitatibus vaſorum per ſubiectam carnem diſperſorum: hæ namque dilatatæ coniunctæque, in cutem degenerant: quo fit vt à ſubiecta carne ſine ſummo dolore ſeparari non poſſit. Ac quanquam ex carne, venulis & alicubi arteriolis compoſita ſit, ex neruis tamen præcipue conflatur, nec tamen nerui prorſus naturam retinet, ſed inter neruum carnemque quodammodo media eſt. Nec vero ſolum omnium corporis partium, ſed etiam vniuerſæ, quæ generationi corruptionique ſubijcitur, ſubſtantiæ media eſt: quod enim in duritia & mollitie, & in calore ac frigore ſimiliter medium omnium particularum ſortita ſit, ex eius, quam

dixi substantia maxime intelligitur. Est enim veluti sanguine præditus neruus, qui sit inter carnem & neruum quiddam plane medium, & ijs ambobus secum mistis conflatum. Est enim neruus durus, exãguis & frigidus: caro mollis, multi sanguinis & calida: media inter vtrumque est cutis, nec dura & plane exanguis vt neruus, nec mollis & sanguine abundans vt caro. Est igitur cutis extremorum media calidi, frigidi, humidi & sicci: præsertim autem manus, in qua tanquam temperatissima, perfecta tangendi potestas sita est. sic quidem vera cutis habet. Cæterum ab eius excremento alia cutis producitur ὑπερμὶς dicta, ei toti supertensa, sensuque destituta, & quæ sæpe citra dolorem facile ab ea separatur: de qua vide suo loco.

» Dicitur autem δέρμα παρὰ τὸ δέρεσθαι inquit
» Gal. l. 2. de vsu part. quia cutis tota excoriari fa-
» cile possit & separari à subiectis sibi partibus,
» præterquam aliquibus in locis, nempe in vola
» manus, planta pedis, in fronte & facie propter
» tendinum & musculorum in eas partes deriua-
» tionem.

Δραπὸδης μήνιγξ. ἡ σκληρὰ ἢ παχεῖα, hoc est, dura & crassa cerebri membrana, ossi caluæ adhærens, sic dicta quasi coriacea.

Δισμίδιον. significat fasciculum, vt est apud Scribonium Largum, siue manipulum, vt est apud Celsum, cuiusuis rei quam medici nec metiuntur nec ponderant, sed manus complexu sumunt. Neque vero δισμίδιον modo dicunt, sed etiam δισμίδιον χειρομακὲς, id est, fasciculum quantum manu licet comprehendere.

Διυπεία. lora. vinum secundarium. Est potionis genus quod fit maceratis aqua vinaceis. Ab Atticis sic vocabatur. Græcorum vulgus τρύγα, Asiatici ζεμφυλίτην temporibus Galeni appellabant, vt scripsit lib. 2. de aliment. facult. Coniectis, inquit, in parua dolia vinaceis tantum aquæ super affundunt, quoad omnia permadeant. quod vbi satisfactum videtur, in dolij fundo foramen aperiunt, vbi dilutum effluat, idque pro vino bibũt. Affundunt autem aquam moderatam, quo lora neque parcior sit neque aquosior. Deinde rursum aliam aquam, parciorem tamen priore affundunt vinaceis, ita vt id quoque in potu sit tolerabile, quod quidam Attici proprie διυπεία nominari volunt. Vtraque capiti dolorem adfert, nisi quis dilutiores ipsas bibat, sed prior magis caput ferit. Commodum hoc habent quod cito per vrinas reddãtur, in quo tamen magnum est pro vuarum specie discrimen. Dioscorides scribit διυπεία ab alijs πίπιον appellari, & fieri solitam adiectis metretis tribus aquæ in vinacea quibus triginta vini metretæ extractæ fuerint, calcatis vinaceis, & expresso decocto ad tertias partes, & additis in singulos congios modi eius qui remansit binis salis sextarijs: post hyemem transfundi in vasa, & ea intra annum vtendum, quod celeriter exolescat. Conuenit, inquit, ęgris quibus timemus noxam vini, coacti sæpe desiderijs eorum obtemperare: item à longa valetudine se recolligentibus. Parem fere eius conficiendæ rationem describit Columella lib. 12. cap. 40. nisi quod simul spumas defruti siue sapæ & fœcem ex lacu confundit & permiscet, eamque in tritam macerari vna nocte finit, postero die pedibus proculcat, & sic permistam prælo subijcit. Scribit præterea & patrem suum ex aqua vetere eam facere solitum, & nonnunquam plus biennio innoxiam asseruasse. Plinius lib. 14. cap. 10. scribit non posse iure dici vina, quæ Græci διυπρίας appellant, Cato & Latini loram, sed tamen inter vina operaria numerari: tria eorum genera esse decima parte aquæ addita quæ musti expressa sit, & ita nocte & die maceratis vinaceis, rursusque prælo subiectis: alterum quomodo Græci factitauere, tertia parte eius quod expressum sit addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes: tertium esse fecibus vini expressum, quod fecatum Cato appellabat. Nulli autem ex his plus quam anno vsum esse.

Vide in voce οἶνος vbi serie alphabetica in- «
signiores vinorum differentiæ explicantur, sed «
διυπρίας dicitur genere masculino, subintelligi- «
tur enim substantiuum οἶνος sicque Dioscor. l. 5. «
manifeste ὁ χαλκέδονιος διυπρίας. dicitur autem διυ- «
πρίας vt εὐωδιάς. «

Διυπρίειον. secundæ. fœtus in vtero velamentum, quod & χόριον appellatur, vt scribit Paulus lib. 6. cap. 75.

Verum ibi Basil. editio habet διύπρειον, vt & «
Aldina paulo post: atque adeo & Dioscor. διύπρεος «
dicit non διυπρείας, vt l. 3. c. 69. atque alias. «

Διυπρεοπάθεια. idem quod συμπάθεια. «

Δέκοκτα decocta, subaudi aqua, legitur aliquoties «
apud Galen. & recentiores Græcos: est vero vox «
Latina in Græcam linguam translata sicut & «
alia pleraque vt οὔγγια, φιλιάπα μῦες: hæc autem «
erat aqua quæ semel cocta aut calefacta, niue re- «
frigerata exhibebatur sitis arcendæ causa, & «
quam Gal. 7. meth. curandæ ventriculi imbecil- «
litati ex intemperie calida exhibebat: Quod au- «
tem eiusmodi decoctæ vsus Romæ fuerit Plin. «
l. 31. c. 3. ostendit, Neronis (inquit) inuentum est, «
aquam decoquere vitroque demissam in niues «
refrigerare, ita voluptas frigoris contingit sine «
vitijs niuis: hunc morem insecuta ætas Romæ «
obseruauit, adeo vt Neronis decocta ab omni- «
bus celebraretur, vnde Iuuenal. satyra 5. «

Cum stomachus domini feruet, potuq; ciboque. «
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis. «

Martial. quoque in apophoretis. «

Spoletina bibis, vel Marsis condita cellis, «
Quo tibi decocta nobile frigus aqua? «

Linacer autem Galeni interpres non intellexit «
quæ esset quam Romani decoctam vocarent, «
δέκοκτον enim apud illum 7. Methodi biscoctam «
vertit, quasi hæc vox idem, quod δίσεφθον signi- «
ficaret, & quasi ex δὶς Græca, & κόπτα Latina vo- «
ce composita esset, sed turpiter lapsus est, nam «
nullius illic aquæ biscoctæ Galen. mentionem «
facit, sed tãtum eius quæ semel decocta aut præ- «
calfacta est, ac rursus per niuem refrigerata. «

Δηλητήειον. deleterium. Est medicamentum quod totius naturæ suæ contrarietate corpus animalis corrumpit. Id genere duplex est: vnum quod omnino corpori contrarium est, & nulla qualitate à corpore alterari potest. eiusmodi est papaueris succus, siquidem nulla substantiæ suę mutata parte, sed tota seruata integra, corpus nostrum afficit: neque enim in eum quicquam agere, ne vna quidem qualitate potest, multo minus tota sua substantia possit. Alterum genus est eorum, quæ ex nostro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, ac deinde in multifarias alterationes vertuntur, quibus corrumpi

naturam noſtram accidit. ſunt autem hæc genere duplicia: alia poteſtate calida, vt quæ corporis naturam rodunt, putrefaciunt & liquant: alia vero frigida ſunt, vt cicuta, hyoſcyamus, mandragora. hæc enim omnia calido corpori applicata & mutationis momentum aliquod hinc adepta, partim eorum ad ſummam caliditatem, partim perueniunt ad putredinem, partim in cor delata calorem natiuum ſuo frigore extingunt. hæc autem & σηλωτήρια & φθαρτικὰ & φθορεπτικὰ appellantur.

» Atque Ariſtoteli διαπόρεα. Hippocr. 6. » Epid. σηλωτήριον appellat κακόηθες: in iuramento » vero θανάσιμον: his autem contraria dicuntur » Ἀλεξιτήρια & Ἀλεξιφάρμακα. obiter & hoc adno- » tandum Gal. comm. 7. in 6. epid. t. 5. deleteria » definire, quæ nullo vnquam tempore, neque ægrotis hominibus neque valentibus opem ferunt, ita neque aconitum neque argentum viuum neque argenti ſpuma neque lepus marinus » in corpus ingeſta vllum nobis adferunt emolumentum, ſicuti neque alia pleraque.

Δημήτρεια σπέρματα. Cerealia ſemina. ſunt quæ alio nomine dicuntur ὄσπρια, & à quibuſdam etiam χόδροπα. ſcilicet omnia ex quibus confici panis poteſt, vel vicem panis ſupplere, ſiue manu legantur, quæ proprie Græcis χόδροπα, Latinis legumina appellantur: ſiue falce putentur, vt triticum, hordeum, lens, faba, lupinus, cicercula, panicum, milium, piſum, fœnum Græcum, auena, tipha, cicer & alia id genus.

Δημητριαί. ſic dictum fuiſſe à quibuſdam τὸν ὀφιστερεῶνα, Dioſcor. author eſt.

Διὰ τῶν ὀπτῶν. Phraſis eſt Hippocr. valde vſitata » præcipue libris Epidem. vbi ijdem perſeuerant » caſus, aut eadem affligunt ſymptomata, velut in » in prorrhet. διὰ τῶν ὀπτῶν ἰόντες dicuntur quibus » eadem perſeuerarunt vbi morbus diutius traxit.

» Διὰ βαπίνων. confectio ex moris rubi.

Διαβήτης. eſt ſubita potus omnis per vrinas cum magna ſiti profuſio. Proprie pertinet hic affectus ad renes: Gal. vero etiam huius participem quodammodo veſicam facit, ſcribens hunc renum veſicæque affectum ſimilem eſſe ventriculi inteſtinorumque læuitati. Conſentit quidem quodammodo veſica, & copia vrinæ premitur, at nec ipſe morbus, nec morbi cauſa eſt in veſica, ſed in ſolis renibus. Eſt autem attrahendæ vrinæ inexplebilis cupiditas, & eius retinendæ impotentia. Attractionem tantam excitat vel calida & ſicca renum intemperies, vel humor biliоſus, acris, ſalſus, & renes aſſidue irritans, inque ipſo renũ corpore impactus, vel, vt ait Aretæus, morbus aliquis acutus in renes firmatus, & per criſim malignitatem ſuam in eos deponens, vel venenum aliquod deleterium, ex eorum genere quæ veſicam & renes infeſtant, quale id eſt quod à Dipſade funditur. Hæc enim omnia ſitim ingentem mouent, ob quam aſſidue æger bibit. Potum autem hunc auide renes attrahunt, antequam etiam in ventriculo cõcoquatur, ſed eum propter imbecillitatem non retinent, ſed talem effundunt qualis ſumptus eſt. Qua in re diabetes appetentiæ caninæ perſimilis eſt quam ὄρεξιν κυνώδη vocant. Nec vero id ſolum quod bibitur protinus crudum meijtur, ſed humor etiam copioſus à renibus colliquato corpore trahitur, in eoque diabetem proprie conſiſtere Aretæus arbitratur, definiens eſſe σαρκῶν καὶ μελῶν εἰς οὖρον σωμάτων, hoc eſt carnium & membrorum in vrinam colliquationem, ob quam & ſumma totius corporis macies eſt, & copioſior multo vrina redditur quam potus ſit. Diuturna quidem eſt huius morbi creatio, & longo tempore parturitur, ſed breuis hominis vita eſt, in quo malum hoc perfectum fuerit. Velox enim eſt colliquatio, & cum dolore laborantes meiunt, vt ſcribit Aretæus. Viſcera, vt idem ait, ipſis vri videntur, omnia faſtidiunt, animo ſunt dubio, ſaliuam habent albam & ſpumantem, præcordia grauia. Quod ſi amplius increſcat morbus, calor mordax in viſceribus ſentitur, abdomen corrugatur, venæ intumeſcunt, fit tabes. Quod ſi vel modico tempore à meiendo abſtinuerint, tument lũbi, teſtes & ilia. Rarum id prorſus mali genus, & à Galeno bis tantum viſum. Eo autem nomine appellatur, quod humor corporis nullo in loco conſiſtat, ſed ſubinde de loco in locum διαβαίνει, hoc eſt pertranſit, non aliter quam aqua per ſiphonem quem διαβήτην vocant mechanici, vt ſcribit Columella lib. 5. cap. 10. Alij alijs nominibus eum appellarunt.

Gal. l. 1. de criſib. vocat οὖρον εἰς ἀμύδα, lib. 6. de loc. aff. cap. 3. δίλαπον, vocabat antiquus quidam διάῤῥοιαν εἰς ὕδερ ait lib. 1. de criſ. c. 12, Latini nulli peculiare nomen dederunt.

Διαζοφορύζων ὑπερχόλεον. vide ὑπερχόλεον.

Διαζέχης ὑγρότης. vteros appellauit Hipp. 1. γυναικ. qui nimio humore redundant, quique, vt aiunt, hac illacque perfluunt, quos ad conceptionis facilitatem ibidem tantiſper exſiccari iubet, dum humoris reliquiæ attamen ſemper ſuperſint, ne videlicet nimium exareſcant.

Διάζρωσις. eroſio dicitur & αὐάζρωσις. Eſt autẽ exulceratio à re acri & mordaci facta. Si intrinſecus ab ipſo animali prouenit, vitioſi ſucci ſoboles eſt, ſin extrinſecus, aut à valentibus medicamentis fit, aut ab igni. Hęc ab effectu διαζωπικὰ appellantur, media quodammodo inter ἐπουλωτικὰ καὶ καυστικὰ, hoc eſt extergentia & adurentia. Sunt enim extergentibus valentiora, vrentibus autem debiliora & periculoſa minus, vt ſcribit Galenus libr. 1. τῶν κατὰ τόπους. Huius generis ſunt auripigmẽtum, ſandaracha, Aſiæ petræ flos, & miſy.

Διαλιθάνιον. collyrij nomen eſt, quod à Scribonio Largo deſcribitur hunc in modum: Croci p. v. ſarcocollæ p. x. glaucij ſucci p. xx. tragacanthi p. v. opij p. v. Scribit autem Largus ſe opium adieciſſe, cum in veterum compoſitione non eſſet. Non eſt dubium à ſucco glaucij ſic dictum eſſe.

Διάγνωσις. dicitur proprie cognitor rerum præſentium, opponiturque τῇ προγνώσει, quæ eſt futurorum prænotio.

Διαγνωστικὰ σημεῖα. ſigna demonſtratiua dicũtur quæ præſentem corporis affectum indicant, dicuntur etiam σηλωτικὰ vide σημεῖον.

Διαδαφρίδων ſeu Διὰ δαφρίδων. Emplaſtri nomen eſt nobilis & perutilis ad extrahendum. Recipit, vt refert Celſus, Reſinæ terebinthinæ p. xx. nitri, ceræ, picis aridæ, baccarum lauri, ſingulorum p. xxx. olei paulum. Sic appellatur quia lauri baccas contineat.

Διαδόσεις. dicuntur apud Hipp. migrationes humoris de parte in partem, ſiue humoris alicuius exceptiones. Sic enim aliquando humor de parte in partem transfertur, vt à iecore in lienem &

contra. Huius generis sunt abscessus omnes critici.

Διάδοσις. digestio seu distributio alimenti, cum per venas maiores in minimas ipsumque corporis habitum transit. dicitur & αὐάδοσις.

Διάζωμα. septum transuersum, à Gaza apud Aristotelem dicitur cinctus & præcordia. Proprio & vsitato nomine διάφραγμα appellatur. vide suo loco.

Διαζωστὴρ. sic à quibusdam peculiari nomine vocatur duodecima dorsi vertebra. A cinctu sic dicta est, quod per eam partem cingimur.

Διάθεσις, affectio. Dicitur ab Aristotele qualitas esse facile mobilis à subiecto. venit ἀπὸ τῦ διακεῖσθαι, quod significat affectum & dispositum & constitutum esse, atque tam in bonum quam in malum vsurpatur, & in alijs etiam quam in homine. Nam & cantus & harmoniæ & orationis & dictionis διάθεσις quædam videtur esse, pertinetq; ὁ διαθέσεως nomen ad omnes pariter, tum qui sani, tum qui ægri sunt, tum qui neutro modo se habent. Siquidem omnes quodammodo διάκεινται. Itaque ἡ διάθεσις commune nomen est, & morbi & omnium symptomatum & causarum morbificarum: eorum enim vnumquodque διάθεσις est, non autem è contrario omnis διάθεσις aliquid eorum. Siquidem omnem motum, omnesque adeo sensuum alterationes in se comprehendit, non ægris modo, sed sanis etiam contingentes. In visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flauo, & cæteris coloribus fiunt: in tactu, quæ à calido, frigido, humido, sicco, molli, duro, cæterisque id genus: & ad eundem modum in singulis reliquorum sensuum. At hæ omnes alterationes reuera πάθη sunt, id est passiones. Itaque πάθος & διάθεσις idem quodammodo videntur. Atque idem certe sunt, soloque motu inter se differunt. Nam dum mutatur & alteratur quippiam, πάθος fit, vt cum incalescit aut cum refrigeratur, à calore vel frigore proculdubio patitur: vbi vero motus desiit & iam incaluit aut refrixit, aut nigredo vel albedo inducta est, διάθεσις existit. Græci tamen, vt ait Galenus etiam manentem διάθεσιν, sedato iam motu, πάθος solent appellare, sicuti & causam non eam tantum quæ facit, sed eam etiam quæ iam fecit: quanquam neque hæc simpliciter causa est, nec ἡ διάθεσις quæ manet, simpliciter πάθος dicenda sit.

Διαθέσιος. διαφύσεις, apud Hippocr. vt interpretatur Erotianus.

Διαίθρος διαφανὴς. apud Hippoc. hoc est transparens, lib. 2. de morbis mulieb.

Διηκέστατος πόνος. dolor pertundens, & vehemẽtissimus,
» non autem heterocranijs solum, verum & ce-
» phalæis quoque accidit, interdum hic à parte
» primario affecta, ceu à radice subito in vicinas
» profertur. Æginet. l. 2. c. 39.

Δίαιτα. victus ratio. Est certa vitæ institutio quam quis sequitur in rerum omnium vsu. Neque enim solo cibo & potione constat, verum etiam omnibus alijs, vt ocio, exercitatione, balneo, venere, somno, vigilijs, & alijs omnibus quæ quouis modo fiunt in corporibus humanis, vt scribit Gal. comm. 3. in lib. 3. epid. Hæc enim omnia qui ita moderatur vt bene habeat, bona victus ratione: qui vero peius ex his habet, mala vti dicitur. Sed hæc δίαιτα iure dici non debet. Pertinet enim hoc nomen proprie ad eam quæ bona est, cuius instituendæ disciplina διαιτητικὴ dicta est, non leuissima pars artis medicæ. Est autem duabus eius partibus communis, tum illi quæ sanitatem tuetur, tum alteri quæ morbos curat. Nam & sani & ægri suam habent dietæticen. In sanis quidem permagni est momenti (imo vero tota ipsa ὑγιεινὴ est) non modo ad conseruandam sanitatem, sed etiam ad bonos mores faciens. Siquidem praua victus ratio & mores bonos corrumpit, & semina morborum in corporibus spargit, quæ postea tum ex seipsis, tum ab ambientis aeris temperamento principium mutationis adepta, grauissimos morbos pariunt. Cæterum non est simplex & vnius modi sanorum diæta, sed tam multiplex, quam sunt & variæ temperamentorum differentiæ & aeris constitutiones, qui in victus ratione legitime instituenda magnam sibi partem vendicat. Sunt tamen in ea duo hæc potissimum præcepta, in quibus tota fere vertitur: integram sanitatem similibus esse conseruandam, inclinatam autem, & in vitium prope ruentem, modico contrariorũ vsu retinendã esse. Est autem dietætice morborũ curationis pars maxima, quæ victus eam rationẽ instituit & ordinat, quæ & vires sustẽtet, & morbum oppugnet. In qua recte instituenda ad multa attentum esse oportet. Nam & morbi speciem & eius accessiones & tempora & ægri naturam & consuetudinem & vires præsentes, adhæc anni tempora & constitutiones considerare conuenit. Inde varia ὁ διαίτης nomina, λεπτὴ ἀκριδὴς, ἰσχάτως λεπτὴ, λεπτοτάτη, σμικρὸν ἀδρεπτέα, ἀδρεψία: de quibus Hippoc. & Galen. lib. 1. aphor. 4. & 5. Item λεπτύνουσα καὶ παχύνουσα, hoc est, extenuans & incrassans: de quibus apud Gal. lib. de sanit. tuenda, & lib. 7. meth. med. & lib. de victu attenuante. Est autem hæc diæta proprie θερμαντικὴ, à qua diuersa tantum est alia quæ dicitur αὐαλωτικὴ. nam differunt inter se θερμασία καὶ αὐάλωσις. Hæc conualescentibus à morbo conuenit, in quibus, quia nulla præter naturam causa supereſt, neque affectio morbosa, sed infirma tantum sanitas, aut parua admodum vitia quæ per imbecillitatem vitari vix possunt, ea diæta vtendum, quæ robur quod deest suppleat, quodque vacuatum est atque dissipatum resarciat, simulque concoquat, euacuet purgetque excrementa, & ab his abstineat quę sani tatem sæpe labefactant, cuiusmodi sunt algor, æstus, lassitudo, cruditas, ebrietas, vigilię, iracundia & reliqui animi affectus: hæc enim omnia ὁ διαίτης nomine comprehendi ante diximus.

Δίαιτα ἀδρεπτὴ. victus plenus Galeno appellatur qualis « qui per oua fit, alicam, pisces, & alia eiusmodi « comment. in aphor. 4. «

Δίαιτα ἀκριδὴς. hoc est σκεθρὰ, etenim inquit Gal. « comment. 1. in lib. περὶ ἁλμῶν, τὸ ἀκριδὲς λέγε τὸν « ἰῶνον καλεῖσθαι σκεθρόν. «

Δίαιτα ἀδυνὴς. eas appellat Hippocr. ἥτις ταῖς δι' ἀδυνῶν « ἐπιθυμιάτων, ἢ δι' ὀσμάτων τι καὶ πνευμάτων, ἢ ταῖς ἀδυ- « νὴς ἰσχαζομέναις τὸ ζῶον inquit Galen. comm. 4. in « 6. Epid. quæ vel ab imbecillis cibis & potibus « promanant vel quæ animal reddunt imbecillum « & infirmum vide supra ἀδυνὴς. «

Δίαιτα λεπτὴ, καὶ ἀκριδὴς. victus tenuis dicitur qui per « pauca aut parũ enutriẽtia edullia procedit, qualis « est ptisanæ succus comm. in aph. 4. lib. 1. & λεπτὴ « ἰσχάτως appellatur, vt docet ibid. Gal. qui in sũmo «

» tenuis est qui per solã incediam, vel melicratum
» vsque ad iudicationem procedit; sed & κεπωτικὴ
» ἰχάτως alia quædam victus ratio dicitur quando
» integra seruatur inedia.

Διαιτητικὴ. medicinæ pars, quæ docet victus ordinandi artem. Hanc Gal. libr. ad Thrasybulum Homeri temporibus nullam fuisse existimat, ipseque Plato philosophus antiquos Asclepiadas hac medicinæ parte non admodum vsos esse asseuerat. Tanta illis temporibus erat in cibo abstinentia. Sed cum ars ea ad tuendam sanitatem proprie pertineat, alia tamen est διαιτητικὴ quæ ab omnibus pars ἡ θεραπευτικῶς esse censetur, docetque quæ cuique morbo ratio victus quadret. Eius autem exactam notitiam non ipse modo morbus eiusue causa, sed vires etiam eius qui ægrotat, & natura & consuetudo, & ætas & anni tempus, & cætera eiusmodi præstant. Pars ea ἡ θεραπευτικῶς longe nobilissima est, de qua tribus libris Hippocr. accuratissime disseruit.

» Διαχαὶς τὸ. ardor perurens Galeno dicitur.

Διὰ χαλαμίνθης. genus est medicamenti compositi apud Galen. 4. de sanit. tuenda c. 7. cuius ibidem præparationem docet.

» Διαχρυσὸν. vide in voce χρυσος.

Διάκενα. vocantur inquit Galen. 3. de different. pul-
» suum corpora fistulas multas inanes habentia,
» vulgo cauernosa vt spongiam atque pumicem,
» ad τ κενῶν, id est, vacuorum differentiam.

Διακίνησις. dicitur apud Hippocr. cum ossa non toto quidem loco mota sunt (id namque ὀλίδημα appellat) sed cum paulum exciderunt, vt annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἁρμῶν, & 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

» Dicitur alio nomine παρέξθρημα. de quo suo
» loco.

Διακρίσιν. apud Hippocrat. idem quod ἀποκρίσεις. Dicitur & διακρισις, vt annotat Galenus ὦ τῶν γλαύκωσις.

Διακοπὴ. dicitur ab Hippocrate vulnus omne quod alte descendit impactumque est. Scribit tamen Galen. proprie eo nomine significari apud medicos solutam in osse capitis continuitatem ab aliquo acuto occursante atque abscindente, vocarique alijs nominibus ἴσχωσις & ἴσχαρον.

» Sed & διακόμματα dicuntur prorrhet. 2. quæ
» aliàs διακοπαὶ dissectiones & præcisiones: discis-
» sa dici possunt quæ magnas habent dissectiones:
» discissa vocat Celsus c. 26. lib. 5. 25. libr. & 4.
» lib. 8.

Διακοπῶν σφυγμὸς. intercisus pulsus. hic proprio nomine δορκαδίζων vocatur, de quo vide suo loco.

Διακριτικὴ δύναμις. secretrix vel discretrix facultas. Ea tanquam quinta facultas inter naturales à plerisque ponitur, qui Galenum culpæ insimulant quasi eam non nouerit. Aiunt enim hanc esse facultatem à reliquis omnino diuersam quæ bonum à malo secernat, separet, & quodammodo dijudicet, eamque diuersam esse ab expultrice, quod prius malũ à bono secerni oporteat quam vacuari. Eius enim facultatis beneficio, vt aiunt, renes serum à sanguine secernunt, lien melancholicum succum, & natura singularum partium non tantum in alendo corpore, sed per morborum etiam crises vtilia à superuacuis, & maligna à benignis primum secernit, & postea vacuat atque expellit. Certe Galen. facultatem hanc non videtur à reliquis distinxisse. Ipse quidem nomen hoc in libro de symptoma-
tum differentijs vsurpauit, vbi ea persequitur quæ ad functionem naturalem pertinent: verum illic eam ἀπὸ τ ἀποκριτικῆς, hoc est pro expultrice, accipit. Ait enim in regio morbo naturalis coloris mutationem fieri, sed eam nisi alteratricis venarum virtutis vitiũ sit, τ διακριτικῆς ἐνεργείας, hoc est discretricis actionis, symptoma esse. siquidem excretio secretione quadã fit. Nec tamen eiusmodi secretio propriæ cuiusdam facultatis est opus, sed vel ad attractricem aut retentricẽ sequitur, aut mistum quid est ex actione retentricis atque expultricis. Bilis enim aut seri à sanguine secretio nihil est aliud quam rei conuenientis & familiaris attractio. Eam autem necessario sequitur secretio: nam simul atque attrahitur, secerni quoque & separari oportet ab eo à quo attrahitur, alioqui non iam serum aut bilem, sed totum ipsum sanguinem attrahi oporteret. Similiter in mittendo sanguine secretio etiam fieri manifesto cernitur: primum enim natura si sit robusta nec ab aliquo impedita, vitioso sanguine sese exonerat, deinde bonum quoq; profundit coacta, nec tamẽ id opus secretricis facultatis est, sed partim retentricis, partim expultricis. Siquidem naturâ superuacuum expellente & vtile bonumque retinente, eiusmodi secretionem fieri contingit, quæ tamen non vnius facultatis, sed duarum opus est. atque idem de reliquis quoque motibus iudicandum, per quos natura inter bonum & malum distinguere videtur. Hi namque alicuius à Gal. commemoratæ facultatis omnino motus sunt.

Διάκροκα. sunt collyria arida, ophthalmiæ principio conuenientia. sic dicuntur quod croco constent. Inter quæ hoc vnum præcipuum habetur quod ab Aetio & Paulo Ægineta describitur. Recipit autem sarcocollæ drach. VIII. croci drach. IIII. glaucij drach. IIII. vt scriptum inuenitur apud Paulum. Aetius habet glaucij drach. XXIII. Omnia sicca læuigantur: deinde gummi drach. IIII. tragacanthi drach. II. adijciuntur, atque in collytij formam rediguntur. Id autem eadem die fieri oportet. Nam collyria diu in mortario manentia nigrescunt & vires immutant. Est alterũ ab hoc diuersum διάκροκον, quod habetur apud Celsum ad caligationem oculorum, quæ propter lippitudinem oritur.

Διακὸς διῶν. confectio ex capitibus papaueris de qua Gal. 7. κῦ τόπ. vide & in voce κώδεια.

Διάλειμμα. integritas, intermissio. Dicitur quidem in febribus ἀπυρεξία, in alijs vero morbis, vt cephalæa, epilepsia, podagra, simpliciter διάλειμμα, ἀπὸ τ διαλείπειν, hoc est ab intermittendo. significat autem apud Hippocratem ἐπιπρωῖ αὔξεσιν, hoc est remissionem puram & synceram, vt aphor. 45. libro 4. febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ: si vero quouis modo intermiserint, periculum abesse significatur, sic enim in comment. Gal. explicat. Idem vero initio comment. 3. in lib. 1. τ ἐπιδημιῶν scribit intermissionem bifariam dici, primum quidem de ijs febribus quæ accessionem perpetuam non habent. deinde vero de ijs quarum accessio non soluitur integre, etiamsi insignes subeat mutationes, & post principium, augmentum, atque vigorem manifestam habeat remissionem.

Διαλείπειν. quod dicatur ab Hippocrate de febribus quæ εἰς ἀπυρεξίαν desinunt, annotauit Galen.

comment. in aphor. 43. l. 4. Verum tamen apud veteres bifariam dictum fuisse, idem explicauit comment. 3. in lib. 1. τ ἐπιδημιῶν: interdum quidem de ijs febribus solis quæ perpetuam accessionem non habent, interdum vero de ijs, quarum non recedit accessio, sed insignes faciunt mutationes singularum accessionum, in principium, incrementum, vigorem & declinationem. Sed iuniores quosdam medicos eas quæ non magnam mutationem habent, appellare συνεχεῖς: eas autem συνοχὰς dicere solas, quæ non veniunt ad integritatem, & intermittunt post singulas accessiones: easdem autem vocari ab antiquis continuas, interim intermittētes quod scilicet inter continuas & integre desinentes mediæ sint: proinde eas vbi cum synochis conferuntur, intermittentes appellari: cum ijs vero quæ ad integritatem perueniunt, continuas.

Διαλείπων πυρετὸς. febris intermittens. Est febris putrida quæ vicissim soluitur & repetit. Gignitur omnis ex humore putrescente, non quidem vbique, sed in habitu corporis & minoribus venis, eoque differt à continua, cuius materia in vasis maioribus continetur. Discrimen enim à loco est. Putret autem triplex tantum humor, pituita, bilis flaua, bilis atra. Inde tres sunt omnes intermittentium febrium differentiæ materia differentes, quotidiana, tertiana, quartana. Quotidianam pituita, tertianā bilis flaua, quartanam bilis atra gignit putrens & per habitum corporis delata. Quod quamuis apud multos fide careat, verissimum tamen esse ex ijs intelliges quæ scripta sunt à Galeno extremo lib. 2. de differen. febrium: ea enim huius rei abunde fidem faciunt: ac si breui charta tota ea demonstratio comprehendi potuisset, eam hîc inseruissem, sed longior est, & nemo non habet librum eum Galeni in manibus. Humor ille quisquis sit, colligitur primum in toto habitu, aut totius habitus parte aliqua, vt in ventriculo, iecinore, liene, cerebro etiam quandoque, aut pulmone, aut corde, aut renibus, aut vtero: cumque propter partis intemperiem aut imbecillitatem concoqui nequeat, pro bono & vtili vitiosus & nocens euadit & putredinem concipit. Inde facultas expultrix irritata, ipsum tanquam alienum & noxium expellit. Expulsus autem & delatus per sensibiles corporis partes, vel frigus vel horrorem, vel rigorem excitat, pro varia humoris natura. Pituita enim suo contactu, & quia frigiditate vel alterationem subitam mouet, vel continuum diuellit, transiens per partes sentientes, primum frigus, deinde etiam horrificum frigus, vbi paulo plus incaluit, excitat. Bilis quia pungit & rodit, & calorem natiuum cum sanguine & spiritu intro reuocat, horrorem: melancholicus vero humor rigorem inducit. Deinde vero in corpus reuocato & accenso & concepto per putredinem calore febris accenditur (si modo humor tantus est, vt qui ex eius putredine accenditur calor cordi communicari possit) nec desinit, donec vniuersus ille humor, qui putruit, absumptus sit & in cinerem versus, quemadmodum & ignis ardere non cessat quamdiu humor aliquis in ligno supereſt. Est enim caloris febrilis ad putrentem humorem eadem fere ratio, quæ & ignis ad ligna. Ex ipsis enim lignis, dum alterantur, generatur ignis, nec tamen perpetua est hæc alteratio, sed finem habet vbi consumptus in totum fuerit natiuus lignorum liquor & in cinerem redactus. Sic in putri humore calor accenditur, & tamdiu perseuerat, donec omnino fuerit aſlatus, aut è corpore quouis modo vacuatus. Nam si intro pellitur in carnem interiorem, & versus ventriculum, intestina aut renes, vomitu, aut deiectione, aut vrinis finiet accessionem: aut si ad cutim, quod fere fit, pellitur, madore aut sudore tandem dissipatus accessioni finem facit & intermissionem febris adfert: siquidem integre vacuetur, puram & integram: sin minus, dubiam, & in qua manifestum ἐπιπέφυκε relinquetur. Oportet autē vt febris intermittat, tantum humoris post singulas accessiones excerni, quantum per ipsam accessionem computruit. Nam si vel propter ægri corporis densitatem, aut errorem aliquem totus humor, aut bona eius portio in corpore retineatur, pro eius copia accessio ipsa vel grauior, vel mitior diutissime, & sæpe ad alteram accessionem perseuerabit. Hæc quidem intermissionis, quam διάλειμμα medici appellant, causa est, eiusque, vt suo loco dictum est, geminæ. Verumtamen soluta ea accessione, factaque intermissione, altera nihilominus accessio vel secundo die, vel tertio, vel quarto repetit, posteaquam scilicet humor talis tantusque in caloris febrilis foco denuo coaceruatus est, vt eum partis natura amplius ferre patique nequeat, sed iam putrere & calere incipientem à se depellere conetur. Tamdiu autem circuitus iste accessionum perseuerat, quamdiu ipsa putredinis causa in parte febrem fouente residet, proque eius causæ magnitudine magna putredo magnaque accessio excitatur. Ac pituitā quidem, quia cruda semicoctaque est, facile in ventriculo aut alia parte gignitur & colligitur, ideoque quotidianas gignit accessiones, post vigesimam quartam horam recurrentes, vel eo etiam celerius quo crudior fuerit. Bilis flaua, si exquisita est, quia longiore eget tempore ad sui perfectionem, tertio quoque die colligitur, & redundat in iecinore, nec citius, nisi pallidior, crudior, frigidiorque sit, & pituitæ particeps. Bilis quoque atra si naturalis exquisitaque est, quia longiori tempore à liene trahitur & in eo coaceruatur, aut si vstione fit, tardius omnino eam gigni oportet quam flauam bilem, quarto quoque die accessiones mouet, vel celerius etiam, prout magis ad flauæ bilis naturam accedit. Hinc fiunt accessionum anticipationes. Quod si horum trium humorum singuli naturæ modum excesserint, vt pituita quidem ad flauam bilem magis accedat, bilis flaua ad atram, atra autem crassior sit quam naturæ eius modus & ratio ferat, aut magis vsta sit, ipsaque putredinis causa parua sit, nec valde offensa sit & irritata facultas expultrix, tardiores fient accessiones, & ab atra etiam bile fortasse quintanæ, septimanæ & nonanæ febres, quas lib. 1. τ ἐπιδημιῶν Hippocr. commemorat.

Cæterum διαλείπων πυρετὸν antiqui etiam interdum appellabant eam febrem quæ à retentioribus συνοχὰς dicta fuit, id est, quæ licet non desinat in ἀπυρεξίαν, remissionem tamen habet, & insignes facit mutationes singularum accessionum in initium, augmentum vigorem & declinationem vt annotauit Galen. comment. 3. lib. 1. Epid.

Διαλείπων σφυγμός. pulsus deficiens siue intermittēs. Est pulsus inæqualis in pluribus pulsationibus, in quo non solum vno, sed pluribus etiam magnis vnus minor apparet, atque interdum totus quoque motus aboletur. Huic contrarius est ὁ παρεμπίπτων, in quo expectata quiete, in medio tanquam superuacuus aliquis pulsus incidit. fit ab imbecillitate facultatis pulsificæ. Differt ἀπὸ τῆς ἀσφυξίας. quod hæc vt sensus ipse indicat, sit veluti defectus totius functionis, ille vero dimidiatæ tantum priuatio.

Διακλύσαντος. collyrij nomen est digerendo puri, quod » in oculis est. aptissimum, quale pus in Hypopuo » est Gal. 14. meth. cap. vlt.

Διαλελυμένοι. dissoluti, exoluti, de ægris dictum, qui » ex extrema virium imbecillitate deiecti iacent, » quæ figura proiecti cadaueris peculiaris est, licet- » que ex morientibus permultos ita iacentes quo- » tidie videre, hos διαλελυμένους & corpora ἔκλυτα καὶ » πάρετα appellat Hippocr. 6. epid. 1.

Διάλυσος. sic dicitur à quibusdam σπληρὰ ἀσάκλεια, vt habetur apud Paulum lib. 5. c. 3.

Διαμάσημα. vocatur id quod in ore manditur mastiatorium practici appellant.

Διάμηλον. vel διὰ μήλων. Genus est compositi me- » dicamenti ex malis cydonijs apud Gal. 6. de sa- » nit. tuenda, & l. 8. κατὰ τόπ. c. 4.

Διαμότωσις. est linamentorum in vlceris cauitatem insertio.

Διάμωρον. diamorum, confectio est quæ ex moris » fit, de qua Gal. 6. κατὰ τόπ. plura.

Διάντιος. perpetuus apud Hippoc. lib. de articul. Sic autem appellat τοὺς τένοντας siue τόνους, quasi à superiore parte deorsum magna longitudine protensos, vt annotat Galen. comment. 3.

» Cæterum pro διάντιος scribendum διαντίους, » vt non modo apud Hippocr. Sed etiam apud » Diodor. & Suidam legimus, significatque ab » vno extremo ad alterum pertransiens.

Διαρθρητικὸς. organum significat, quo vi adhibita, » membri alicuius restitutio cogitur apud Hipp. » l. de articulis, quanquam & exemplaria quædam » διαρθροξύλινον nominant; βάθρον ἢ ξύλον Paulus » vocat, cuius vt loco cit. κατασκευὴν Hippocrates, » sic ille ex hoc Hippocratis loco καταρτισμὸν opti- » me describit: huius & meminit Oribas. lib. de » machinamentis c. 35.

Διαπάσματα. id dicitur quod inane non est nec teneram fungosamque medullam habet, sed lignosa soliditate durum est. Eo nomine ἀσπάλαθον à Syris vocatum fuisse, habetur apud Dioscoridem.

Διαπάσματα. dicuntur aspergines medicamenti alicuius sicci & in puluerem triti. fiunt ad varios vsus. Plinius quædam ad cohercēdos sudores, & vt à balneis inarescant corpora parari scribit ex rosis libro 21. cap. 19. diapasmata, inquit, ex rosis fiunt ad sudores coercendos, ita vt à balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur. id quod Dioscorides Græce dixit, χεῶντες ὕ καὶ πλείους ἐν διαπάσμασι καὶ συγχρίσμασι μετὰ τὸ λουτρὸν, καὶ μετὰ τὸ ἐκξηρανθῆναι ἀπολούονται ψυχρῷ. hoc est, vtuntur vero etiam plures in diapasmatis & synchrismatis post balneum, & postquam resiccati fuerint, frigida abluuntur. Idem Plinius lib. 13. c. 2. Siccis, inquit, odoribus constant quæ διαπάσματα vocantur. De his & Martialis lib. 1.

Quid quod olet grauius mistum diapasmate virus?

Diapasma enim dixit siccos odores qui in pastillos inspergebantur. Verumtamen non eum modo vsum præstabant, nec ex medicamentis vnius generis componebantur. Siquidem totis corporibus vel eorum partibus fouendis, siccandis, laxandis, adstringendis, molliendis, durandis, & odorandis aliquando inspergebantur. id quod satis euidenter docet Paulus Aegineta lib. 7. c. 13. καταπάσματα appellans, quæ omnino eadem sunt atque διαπάσματα. Dicitur autem διάπασμα non id modo quod corpori siccum inspergitur, verum etiam quod in potum inditur, & inspersum potui bibitur. Nam & huius exempla quædam habentur apud Gal. vt libro 9. τῶ κατὰ τόπους: anchusam tenuissime tritam cum aqua potabili bibendam dato. Et, struthij cochlearium cum melle dato. Nam ipse medicamenta hæc καταπασὰ, siue (quod idem est) διαπάσματα appellat. Refert tamen Oribasius ex Antyllo ἐμπάσματα, καταπάσματα & διαπάσματα differre: quod ἐμπάσματα compescendis sudoribus aut alia corporis per halitum digestione adhibeantur, aut ad summam cutim scarificandum, aut commouendum pruritum: καταπάσματα vero vlceribus superponantur: διαπάσματα vero ad odoris gratiam apparentur, & alis atque feminibus ad summouendam graueolentiam illinantur.

Sic διαπάσματα odorati puluisculi dicebantur quibus lecti cubiculares & discubitorij conspergebantur delicatorum, vnde & nomen, nec in diem erant, sed statim ad vsum adhibebantur, vide καταπάσματα. "

Διαπεπλεγμένα σκέλεα. hoc est, diuulsa longoque interuallo à se inuicem distantia crura. Id participium, vt ait Galen. comment. in prognosticum, etiam διὰ τοῦ χ διαπεπλεχμένα. scribi potest.

Διαπλῶσθαι. significat apud Hippocratem diuaricari & cruribus diductis iacere: quod etiam ab eo ἐκπλῶσθαι dicitur. Græci enim πλινθίδα, siue (quod idem est) πλινθίδα appellant, quod inter vtrumque crus spatium est, vt scribit Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρμῶν.

Διαπλάσματα. transuersaria. pars sunt instrumentorum, quæ ad crurum laterumque compaginem fiunt: ad quem vsum primo præcipueque destinantur. Huc accedit quod machinationes quoque sustinent, vt puta trochleas, cubitos, atque alia quædam.

Διαπόησις. est solutæ cōtinuitatis species, per quam sanguis veluti transcolatus siue sudoris modo transmissus effluit. Id autem duabus de causis contingere potest. Nam vel vasorum tunica ipsa rarefacta, sanguine vero tenuato oritur: vel accidit interdum ex gracilium vasorum ore adaperto. Non est autem hæc sanguinis effusio qualis per anastomosin, in qua tum maiorum venarum arteriarumque ora aperiuntur, tum sanguis impetu & copia erūpit. Siquidem per διαπόησιν veluti transcolatur siue sudoris modo transmittitur, perque carnem sub cute diffunditur in modum τῶ ἐκχυμωμάτων, temporisque progressu liuescit & ater euadit, paruis grumulis ex dispersō in multas cutis partes sāguine coactis. Nec vero proprie sanguis est qui per διαπόησιν effunditur, sed seri potius species, vt scribit Gal. in lib. de sympt. caus. Eumque in modum ex iecinoris renumque debilitate mejtur, ac sæpe per aluum deijcitur sanguinolentum serum. Itaque ἡ διαπόησις præcipua causa est sanguis seroſus,

tenuis & calidus effluens per vasorum tunicas rarefactas, eoque proprie differt ab anastomosi. Quod si contigerit aliquando etiam διαπνοὴν apertis vasorum osculis, vasa quidem omnino exigua sunt, & ex quibus sanguis impetu & copiosus emanare non potest.

» Διαπνοὴν vocat Aurelian. c. 10. l. 2. Tardar. pass.
» expressionem siue sudationem.

Διάπλασις. dicitur à chirurgis fracti ossis compositio eiusmodi, vt comminuti ossis extrema se contingant, omnesque eius partes sibi ex aduerso collocentur, & in pristinam vnitatem reducantur, vt annotat Gal. comm. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Διαπλάττειν. illinere, inungere. Inde διαπλάσματα vnctiones aut fomenta, quibus totum corpus oblinitur. Significat & membra fracta componere, atque in pristinam formam restituere, vt, cum scribit Gal. comm. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων: ὅπως ἀεὶ φυλάττωσι τὴν διαπλασθέντων ἡ φύσις. hoc est, vt semper conseruetur fractorum membrorum compositio.

Διαπνοὴ, difflatio, perspiratio, transpiratio. Est totius corporis veluti respiratio quædam per cutem. Est enim species quædam respirationis quæ ἀναπνοὴ dicitur. Itaque vt hæc duplici motu constat, vno quo aer frigidus attrahitur, altero quo fuliginosa excrementa vacuantur, sic duplici modo ipsa διαπνοὴ efficitur, & animalium corpora difflantur. vno quidem, effusis ad exteriora vaporosis & fuliginosis superfluitatibus, altero vero attracta refrigerante ac ventilante natiuum calorem aerea substantia. Hi autem motus quoniam obscuri sunt, ipsum ideo opus à medicis λόγῳ θεωρητῇ διαπνοὴ, & ἀΐδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ, hoc est, perspiratio quæ ratione comprehendatur, & transpiratio sensu imperceptibilis, appellatur. Hæc corporibus omnibus toto vitæ curriculo inest, eiusque author est calor natiuus, etiamsi varia sit pro discrimine ętatum, anni temporum, studiorum, & totius, vt breuiter dicam, diætæ. In quibus tamen differentijs cõmune hoc inest, quod calidioribus temporibus, regionibus, ætatibus, naturis, diætis, non parua substãtiæ nostræ portio per διαπνοὴν exhalet, vt contra in frigidioribus pauca propter cutis adstrictionem. Est autem necessaria difflatio ad corrigendam qualitatem & intemperiem quæ retentis fuliginosis & acribus excrementis necessario excitatur: eoque fit vt quibus suppressa est, eos febres facilè corripiant.

» Est vero & altera διαπνοῆς species à Gal. ex-
» plicata comment. in aphor. 15. l. 1. quæ non à ca-
» lore interno & natiuo fit, sed ab externo; atque
» per hanc non tantum quæ in corpore superflua
» sunt, sed omnia euacuat æquabiliter, materiam
» inutilem & vtilem, quæ in corpore continetur
» secundum naturam digerens: Reperitur & in
» plantis διαπνοὴ quanquam illæ non spirant, omne
» enim viuens διαπνεῖται, siquidem calor vitalis in
» multis refrigeratione indiget, in omnibus in-
» staurationem, instauratur autem calore cœlesti cir-
» cumfuso qui seſe induit in omnia, is est Anaxago-
» ræ νοῦς aut eius minister: Hippocr. quoque in
» omnia diffusum agnoscit: inde & Theophr. 5. de
» causis plantar. ἐκπνεῖσθαι dixit de arbore moriẽte,
» sicut & διαπνεῖσθαι de ea quæ exsuccatur, dum
» enim vi frigoris naturalis calor exigitur, simul
» item humor exprimitur & expirat.

Διαπνεύμων. apud Gal. is dicitur qui sudoribus exhauritur & resoluitur referente Budæo.

Διαπορήματα. anxietates dicũtur, videlicet æstuationes, inquietæ corporis iactationes, ἀπυρίαν exponit Galen.

Διαπυρώσεις. διακαθάρσεις ὤτων. hoc est aurium purgationes, apud Hippoc. quod pennis interdum aures repurgemus.

Διάπυημα. dicitur apud Hippocratem, cum aliquo præter naturam tumore concocto pus vniuersum collectum est: significat idem quod ἐμπύημα. atque διαπυίσκειν idem quod ἐμπυίσκειν.

Διαπυητικὸν φάρμακον. suppuratorium medicamentum. Id dicitur quod calore & humore temperatum, porosque obstruens, pus mouet. Est enim suppuratorij medicamenti effectus, puris generatio. At pus caloris natiui opus est, qui quanto fuerit vegetior, tanto præstantius pus efficit. Itaque quæ puri gignendo conueniunt, ea proxime oportet ad caloris nostri substantiam accedere, eumque quoad fieri poterit augere. Quemadmodum enim alterationes quæ secundum naturam ab innato calore fiunt, à simili calore externo iuuantur, etiam in suppurationibus vsu venit. Sunt autem naturâ modice calida & humida calori natiuo proxima, & proinde aptissima ad iuuandam concoctionem quam natiuus calor molietur. Ex quibus perspicuum est suppuratorium medicamentum, cum similem naturali temperaturam habeat, eius substantiam tueri potius quam immutare. Itaque in mouendo pure, humor quidem alteratur, aut si qua caro contusa est: alia vero omnia, quæ secundum naturam sunt, substantiam suam conseruant. Tale igitur debet esse medicamentum quod ad pus mouendum adhibetur, qualis est in naturis temperatis natiuus calor. At vero quæcunque hoc modo temperata sunt, rarefaciunt, emolliunt, laxant, nec halituosa modo excrementa, aut tenuiorem humoris partem, sed ipsum etiã natiuum calorem euocant & dissipant, atque ex accidenti refrigerant. Ex quo liquido apparet emplasticum esse oportere medicamẽtum quod exacte suppuratorium est, vt pręclusis meatibus, natiuus calor intus contineatur, in quo concoquentis naturæ robur inest. Ita substantia quidem caloris augebitur, neque intendetur qualitas, porisque obstructis nulla difflatio fiet vel insiti humoris, vel halituosorum excrementorum, vt inde metui possit partis affectæ siccitas. Quæ enim ita detergent aut calefaciunt cataplasmata vt etiam exiccent, pus mouere nullo modo possunt. Nam quæ detergent quidem, etiamsi non multum calefaciant, quia tamen obstructione liberant & referant meatus, faciunt vt vna quoque caloris pars euolet: quæ vero plurimũ calefaciunt, non parum caloris foras euocant, & eum qui supereſt acriorem reddunt. Ex quo fit vt natiui caloris substantia imminuatur, & eius qualitas intendatur. quorum tamen neutrum in pure mouendo fieri expedit, sed potius halituosum & calidum spiritum contineri quamplurimum, & ad vnguem caliditate symmetrum. Sic enim vbi aliquid coquere consilium est, melius perficitur coctio. Genus autem concoctionis est ea quæ fit in pus conuersio, quam quæ præstant medicamenta, à medicis etiam πεπτικὰ vocata sunt.

Διάπυρον. consiligo. sic dicta Græce quod inter triticum & siliginem nascatur.

Διαχάλων. medicamentum ex granatorum succo vo-
» catur.

Διάρθρωσις. dicitur aliquando generatim omnis ossium compositio ad motum voluntarium comparata, quomodo sæpe à Galeno vsurpatur libr. de vsu partium & commentariis in libros Hippocratis: sed nonnunquam speciatim sumitur, estque altera τῶν ἄρθρου, id est, articulationis differentia, quam diffinit Galen. esse πώρωσιν siue συμπαγῆ, hoc est, commissuram ossium inter se motum euidentem habentium. Eam alio nomine Hippocr. συμφάρωσιν appellat. Est autem ea ossium connexio omnino laxior, sic vt euidens, facilis magnusque motus sit, cuiusmodi in cruribus, brachiis, manibus & pedibus habetur. Huius tres differentias Galen. ait, διάρθρωσιν, ἀρθρωδίαν, γίγγλυμον.

Διαφοχάς. exponit Erotian. τοὺς τῶν ὀπῶν δισμοὺς διαπνοάς,
» καὶ τὰ μεταξὺ τούτων διαστήματα, εἰρηται δὲ παρὰ τὴν
» ῥῖγαν, εἶπερ ἔστιν εἶδος ἀναπνοῆς id est vinculorum
» velut quasdam interspirationes & intermissa
» spatia.

Διαῤῥίπτειν. dicitur apud Hippocrat. de his qui cum altero crure breuiore sint, siue huic siue alteri innitantur. in illud quoque totum corpus inclinant. significat enim mutare corpus modo à recto habitu & qui sine inclinatione est in affectũ crus inclinando, & rursum ab ea inclinatione attolli in crus sanum & erigi, vt annotat Galenus comment. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Διάῤῥοδα κολλύρια. sunt certæ collyriorum species ex rosis compositæ. Eorum multæ etiam differentiæ sunt: διάῤῥοδον Nili omnium celeberrimum, διάῤῥοδον τὸ διὰ τῶν ὀβ, quod alio nomine χλωρὸν appellatur: διάῤῥοδον λευκὸν, ἐλεπίδιον, χρόκινον, ὠχρῖνον.

» Quorum compositiones habẽtur apud Gal.
» l. 4. κατὰ τόπ. c. 7. Aetium lib. 7. cap. 108. & Paul.
» Ægin. l. 7. c. 16.

Διάῤῥοια. est alui profluuium absque intestinorum exulceratione, quo vel pituita, vel bilis altera, syncera aut inuicem mista vacuatur. In causa sunt humoris copia & cruditas, quæ aut in toto corpore aut in certa quadam parte sedem habet: ventriculus enim multitudine grauatus quam vel ipse colligit, vel ex alijs sese in eum exonerantibus suscipit, aut maligna aliqua qualitate irritatus quam cruditas (sic autem nunc appello concoctionis deprauationem, quæ proprie ἀδηφαγία dicitur) inuexit, τῇ διαῤῥοίᾳ infestatur: maxime quidem, si orificium eius supernæque partes valentes sint, inferiores autem & πυλωρὸς languidæ. Nam si contra acciderit, vomitiones ἀπὸ διαῤῥοίας citabuntur, vt docet Gal. lib. 3. de fac. nat. Quemadmodum autem ex ventriculo in intestina materia diarrhœæ fluit, sic etiam per venas mesaraicas in eadem portio ipsius defertur. Caeterum humorum cruditatem cum vitiosi cibi potusque, aeris intemperies, insuetum ocium, cutis adstrictio, tum etiam febres longæ aut acutæ moliuntur, quæ & humores & ipsum corporis habitum vitiant, vt inde facile diarrhœa excitetur. Verum sicut ea febribus quandoque succedit, sic illas vtique non minime prorsus ex desurgendi frequentia. Quod si etiam rosio aut dolor aut calor immodicus (quæ pro qualitate humoris fluentis sentiuntur) in ventre atque intestinis sit, huic certe vel longe magis affectio febrilis increscit: sed nec solæ febres diarrhœam mouent, verumetiam venena sumpta, & purgantia medicamenta, quæ intemperiem in iecinore, ventriculo aut intestinis reliquerint. Quæ quamdiu manebit, aluus descendet, perque eam corrupti & putres humores, non vnius quidem generis, sed varij pro ciborum differentijs & ægrotantis intemperatura vacuabuntur.

Διάῤῥοια εἰς οὖρα. profluuium vrinæ. Vide διαβήτης.

Διάσμυρνα. sunt collyriorum species, quorum plures habentur differentiæ. Duas describit Galen. lib. 4. τῶν κατὰ τόπους, γλαυκιδιὸν, καὶ ἐξ αἱματίτου. Aliquot etiam Aetius, vt εὐῶδες, ἀσκληπιάδειον, ἰσόφωτον, διόνυσος. Habet & Scribonius Largus collyrium διασμύρνης descriptum, quod alio nomine ἀθλιόπτην & εὐῶδες appellari dicit.

De quo vide in dictione Ἀθλίοπτον, insuper Gal. 1. κατὰ τόπ. c. 8. σμῆγμα Crytonis describit valens ad achoras διάσμυρνον nuncupatum. Aliud quoque est διάσμυρνον dictum ἀπολοφώσιον quasi mortem differens, malagmatis species, describitur à Gal. 7. κατὰ γένη ex Asclepiade; collyrij quoque species quod & τὸ γλαυκιακὸν Paulo dicitur, describiturque l. 7. c. 16. Non est autem dubium omnia sic vocari quod myrrha constent.

Διάστημα. interstitium, interuallum. Dicitur apud Hippocr. cum ossa, quæ citra commissuram naturaliter se contingunt, affectu aliquo diducuntur & diuelluntur. Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις interpretatur διάστημα corporum ipsorum compositionem lanis similem.

Διαστήματα quoque poni videntur pro eo temporis spatio quo medicus ab ægro discedit, donec eum reuisat, & pro medici absentia lib. περὶ ἐνσχημοσ. apud Hippocr.

Διάστασις. idem quod διάστημα, definitionum medicarum author διάστασιν appellat deductionem mutuam ossium quæ per futuram & coalitum iuncta sunt: & διαστάσεις χειρῶν manuum distensiones dicuntur quales in conuulsionibus contingunt, dum principio neruorum læso functio vitiatur, vt in catalepsi, epilepsia & apoplexia. Sed & φλεβῶν διαστάσεις dicuntur venarum distensiones ac amplitudines Aretæo c. 2. l. 2. de causis & signis morborum acutorum.

Διαστολεὺς ὠτός, instrumenti chirurgici nomẽ est, quo vtuntur in ægro tantis ore deducendo, aut matrice, vel alijs quæ συμμύοντα volunt διαστέλλειν, alio nomine διαστρεπτὶς μήλη dicitur à διαστρέφω significante idem quod διαστέλλω.

Διαστολὴ. diastole. Est motus cordis & arteriæ quo dilatatur in longum, altum & latum. Pars enim pulsus est, cor atque arteriam à corde proficiscentem attollentis & velut explicantis: illud quidem vt à pulmone aerem frigidum attrahat, quo contemperetur & alatur, hanc vero vt spiritum vitalem intromittat, quo per singulas partes postea diffuso calorem natiuum earum augeat atque tueatur.

Διαστολαὶ etiam Empirici appellare consueuerant, eos sermones, qui quod proprium est à communi separant distinguuntque, quos etiam διορισμοὺς aliquando appellabant vt notat Gal. comm. 1. in l. de diæta acut. t. 18.

Διαστρεπτὶς. Gal. in exeg. vocum Hipp. μήλη τὴν διαστέλλουσαν specillum dilatatorium exponit, proprie specillum quo os clausum deducitur atque aperitur.

Διασταλτὴς. ſpecillum dilatatorium, apud Hippocratem, vt annotat Galenus ἐν τῇ γλάσσῃ.

Διάστεμμα. ſpecies eſt luxationis, qua non ea modo quæ iuxta articulum neruoſa ſunt, ſed & ipſe articulus leuiter deprauatur, ſuaque ſede commouetur. Nam ſi ipſo articulo illæſo, neruoſa tantum reſoluantur, id quod præſertim accidit cum ambulando veſtigium fallit, στέμμα appellatur, ſicut annotat Galen. comment. 5. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Διάστροφὴ ſpecies eſt luxationis qua non ſolum articulus, ſed & ea quæ articulos connectunt neruoſa corpora leuiter deprauantur, & ſede ſua dimouentur: Quin & διαστρεμμάτα dicuntur quæcumque peruertuntur, & vitiato naturali ordine, præposterum aut peruerſum occupant, vt ne id ſolis articulis attribuas ſicut videre eſt apud Gal. initio comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον: qui & ad aphor. 35. l. 4. ὀπισθότονοι exponit de omni, quæ eſt ad id quod præter naturam euerſione: fiũt autem illæ partium peruerſiones inquit idem ad aphor. 49. & 35. l. 4. dum tenduntur & contrahuntur ij qui ad eas feruntur nerui, quod propter inflammationes, duros tumores ſiccitates & frigiditates immodicas contingit.

Διασφαγὴ. dicitur hiatus ille qui cernitur in iugulo ſeu gutture diſſecto, & generaliter quiuis hiatus, quodlibet interſtitium.

Διασφύξεις φλεβῶν. venarum ac arteriarum pulſationes Hippocrati dicuntur lib. de alimento, quæ per reciprocum diaſtoles & ſyſtoles motum pulſum conſtituunt ad aerem expellendum & recipiendum.

Διάτασις. eſt diſtentio ſeu tractus corporum ad inferna loca & ſuperna teſte Galen. in definit. medic.

Διαπίλως: ſignificat apud Hippocr. διαπαντὸς τοῦ χρόνου, id eſt perpetuo. Attica lingua διαπίλους, ſeu διὰ πίλους, dicit.

Sic interpretatur Galen. comm. 2. in libr. de rat. vict. in morb. acut. & comment. 4. in eundem lib. & l. 2. περὶ διαιτίας, & comm. 3. in libr. 1. Epid. eſt autem hæc Hippocrati dictio familiaris.

Διαπασάρων. nomen eſt potionis, quam antiqui ad coxendicis dolorem inſtituerunt continuandam toto anno. Sic dicta eſt quod quatuor medicamentorum generibus conſtet hunc in modum: Chamædryos pondo, gentianæ vnciæ nouem, ariſtolochiæ rotundæ vnciæ nouem, rutæ ſeminis ſicci ſextarius. Hæc tuſa dantur quotidie ad annum ieiuno ex duobus aquæ frigidæ cyathis. Author Paulus lib. 3. c. 77.

Διάτριτος. tridui inedia. Inuentum eſt Empiricorum, primumque à Theſſalo excogitatum. Totum autem erat in victus ratione, quam ita inſtituebant in omnibus ægris, vt primum in quarto die ipſos cibarent, poſt in ſexto, mox in octauo, deinde in decimo. Prima quidem cibatio poſt primam diatriton, reliquæ alternis diebus. Sed nugas eas & deliramenta Galen. multis in locis ridet.

Videtur autem διάτριτος illa non eſſe inuentum Theſſali, eſſeque multo antiquior Hippocrate vt patet ex lib. 2. de diæta in acutis, vbi ſic Hippocr. medicos (ait) contra quam oportet agere ſcio, nempe omnes languentes per initia morborum duos vel tres vel etiam plures dies inedia ſiccare, atque ita tum ſorbitiones tum potus exhibere, idque forſan quod magnæ corporis mutationi magnam quampiam obijcere mutationem ipſis decens eſſe videatur: ab illa autem diatrito, ſeu tridui inedia, qui illam ſiue ægris imperarent διατριτεῖν dicebantur, διάτριτος etiam Budæo vocatur acceſſio morbi ſeu febris tertio die.

Διὰ τῶν σπερμάτων. medicamenti genus eſt è ſeminib. factum, vnde illi nomen Anodynum eſt & narcoticum, quippe quod, inquit Gal. 5. method. c. 13. ſomnum conciliet, & ſenſum doloris leuet: ſiccandi quoque vim habet vnde Gal. 5. meth. c. 9. ſolemne ſibi fuiſſe inquit in pectore perforato illo ſemper vti.

Διὰ τριῶν πιπερίων. antidotus eſt ex tribus piperibus, quam dupliciter parare Gal. ſolebat, vt ſcriptum reliquit 8. meth. & 4. de ſanit. tuenda: alia enim erat ſimpliciſſima ex tribus piperibus Aniſo Cretico, thymo Attico & zinzibere; alia compoſita; teſtatur enim ibidem Gal. ætatis ſuæ medicos, Amnium, Seſeli Lybiſticum, helenium, Nardum Spicam & id genus alia immiſcere cõſueuiſſe, ſed hæc potius (inquit) medicamento ſunt ſubſtrahenda; atque illud ijſdem penitus per omnia verbis refert Aet. l. 9. c. 24. Sed Paulus in ponderibus multum variat l. 7. c. 11. Scribitur etiam ab eodem ex duplici pipere medicamentum longe diuerſiſſimum: hanc autem antidotum eſſe apprime vtilem inquit Gal. ſtomachicis cibos non digerentibus, omni imbecillitati ventriculi ex frigida intemperie, humori pituitoſo qui in eo ſtabulatur excutiendo, & aduerſus febrium rigores.

Διαφανὴς. perſpicuum atque pellucidum ſignificat, ſic ſæpe apud Hippocr. διαφανέα ὕδατα, id eſt λευκὰ καὶ λεπτὰ dicuntur, & διαφανέα ὦτα aures pellucidæ inter lethales faciei notas, id eſt ex ſiccitate tabefactæ & excarnes, & διαφανέες φλέβες venæ dicuntur apud Hippocr. manifeſtæ, apparentes, & quæ ſanguine plenæ ſunt atque turgidæ: Præter eam ſignificationem, etiam διαφανὴς candens & ignitum ſignificat, & Galenus διαφανῶ, ἐκπυρῶσαι διάπυρα abunde ignita Hippocrati vocari ſcribit, vt interpretatur Gal. comm. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, quo loco conſulit Hippocr. ferramenta quæ ad alam admouentur candentia eſſe oportere: idem Hippocr. περὶ αἱμορροΐδων, διαφανέα τὰ σιδήρια, candentia ferramenta vocat quibus hemorroidas inuri iubet, quæ διάπυρα καυτήρια ignita cauteria exponit Erotianus.

Διαφανὴς ὕελος. vide ὕελος.

Διαφανέα ὦτα. aures pellucidæ vide ὦς, auris, vbi plura.

Διαφανὴς λίθος. dicitur à Romanis lapis ſpecularis, vt ſcribit Gal. libr. 4. τῶν κατὰ γένη. Leuiter & ſine morſu exiccat. Itaque vlceribus ægre quidem cicatricem, admittentibus conducit non item malignis & rebellibus.

Διαφθείρειν, ἐκδιαφθείρειν, & ἀποφθείρειν. in vniuerſum rem quamlibet vitiare & labefactare ſignificant: medicis tamen etiam fœtum immaturum quauis de cauſa perdere extinguereque deſignant & foras eijcere, quod abortire & abortiri Latini vocant, Græci ἐκπυρώσκειν, ἀμβλίσκειν, ἀμβλόσκειν & ὠμοτοκεῖν, quæ poſteriora ab illis priorib. duobus, διαφθείρειν dico & ἐκδιαφθείρειν, prioris tantum poſterioriſque ratione differunt, cum ad fœtus internecionem eiuſdem foras cõſequatur eiectio: διαφθείρειν autem apud Ariſtotelem

telem 3. de histor. anim. c. 1. Gaza castrare exponit, quod ibidem fieri duobus modis inquit, vel quando testes adhuc nouellos frangũt, aut adultos iam firmosque excidunt.

Διαφθορά. corruptela: cacochymia dicitur, sed ea tãtum quæ deterior est, Galen. enim comment. in 17. aphor. l. 2. hanc solam humoris corruptelam διαφθορὴν vocari ait, quæ tam magna est, vt non possit iterum per naturæ concoctionem ad pristinam humoris bonitatem redire: διαφθορὰ quoque abortionem significat, estque nomen generallius quam ἔκρυσις, effluxio, quæ fit ante 7. diẽ & ἐκτρωσμὸς quæ incipit intra 40. Διαφθορὰ προσώπου. faciei corruptio, vide πρόσωπον.

Διαφλύξεις. ὑπὸ χολώσεις, hoc est effusiones, apud Hippocr. vt Gal. explicat ἐκ τῆς γλώσσης.

Διαφλύοντα. humectantia apud Hippocratem.

Διαφλυχθέντα. perfusa & humectata, apud Hippocratem.

Διαφορὰ. differentia. Est qua quid ab aliquo differt. Gal. author est maiores Græce solitos appellare διαφορὰς, εἴδη, τρόπους, ἰδέας, χρόας: eaque omnia pro vna eademque re vsurpasse.

Διαφόρησις. digestio euaporatio discussio: Est humorum qui in parte aliqua continentur per meatus insensibiles eductio.

Tullius epist. 13. l. 16. ad Tironem scribens διαφόρησιν pro aeris captatione post longum morbum scite vsurpasse videtur: siquidem Tiro vi morbi pene cõsumptus, iamque ex illo vix emergens cum rus profectus esset recreationis ergo, ad illum subinde Tullius scribens, tibi (inquit) διαφόρησιν gaudeo profuisse, id est meliori esse te nunc loco, & valetudinis firmiore statu, ac eius conditione propter iucunditatem & suauitatem summam, quam tu ipse perceperis inter deambulandum & rusticandum, idipsum est quod vulgo & vernacule Galli vsurpant aerem capere & foris leuiter deambulare, inde scilicet hæc est significatio deducta, quod in ipsa quæ ruri fit iucunda deambulatione, aeris bonitate nouantur spiritus & recreantur qui in totum corpus diffusi vitiosos humores discutiunt.

Διαφόρησις ἄδηλος. dissectionem occultam vertit Aurelianus c. 32. l. 2. acut. morborum.

Διαφορητικὰ φάρμακα. medicamenta dicuntur per habitum discutientia quæ scilicet humores in aliqua parte contentos per meatus insensibiles educunt.

Ea proxima sunt attrahentibus: siquidem vicinæ sibi virtutes sunt, eorum quæ in alto latent attractrix. & attractorum digestrix. Nam quæ trahunt, etiam nonnihil omnino discutiunt, & quæ discutiunt pariter trahunt. Omnia in vniuersum desiccant, idque duplici ratione, aut humores ebibentia cum poris quibusdam insunt, aut totam partem alterantia.

Διαφορητικὸς ἱδρώς. is sudor appellatur qui à resolutione fit proprij vltimique alimenti solidarum partium, aut earumdem colliquatione & dissoluta natura, & διαφορῶμαι immodico sudore exhaurior & resoluor vt exponit Budæus, inde & εὐδιαφόρητοι dicuntur apud eundem αἱ ῥᾳδίως διαπνεόμεναι, id est quibus facile succi perspirabili cute digeruntur quibus contrarij sunt δυσδιαφόρητοι.

Διάφραγμα. septum transuersum. Est musculus rotundus obliquus, caput in medio habens, & fines vndique thoraci interno adnexos, liberæ respirationis instrumentum. Hic nec situ nec forma vlli alteri musculo respondet: siquidem in medio caput principiumve habet, ex quo fibræ, instar linearum à centro ad circunferentiam excurrentium, in eas partes proficiscuntur in quas ipse inseritur. Est autem suo capite membraneus, indeque paulatim carnosior efficitur. Totus admodum obliquus est, siquidem ante pectoris ossi, iuxta mucronatæ cartilaginis radicem adhærens, per spuriarum costarum extrema in lũbos duabus aponeurosibus longius protenditur, itaque à prioribus partibus deorsum ad posteriora vergit. Duabus membranis tegitur, vna inferiore, à peritonæo, altera superiore à tunica costas succingente. Est enim medius inter partes alimento seruientes quas peritonæum continet, & inter spiritus organa quæ tunica succingente concluduntur, eamque ob rem iure διάφραγμα nominatur, quod eas partes διαφράττει, id est discludit, quasi septum quoddam medium. Eundem vero φρένας veteres appellarunt, quia (vt aliqui putant) eo inflammatione affecto mens lædatur. Nam multi quidem varios ob morbos delirare solent, sed quæ eo affecto incidunt deliria, non multum distant à phrenitide. Nulla enim pars cerebro subdita præter septum transuersum perpetuum delirium excitat. Itaque maximus illi videtur esse cum mente consensus, & ad eam septum transuersum aliquid conferre. Latini præcordia, vt ait Plinius appellauerunt, quia cordi prætendantur.

Dicitur etiam Græcis διάζωμα, Aristoteles appellauit, ὑπόζωμα nescius hanc partem magnæ in animalibus & necessariæ vtilitati vt scribit Gal. 5. de loc. aff. esse deputatam.

Dicitur etiam & in naribus διάφραγμα quod narium meatus diuidit: κίων & σκολὶς à quibusdam dicitur.

Διαφανὲς. σαφὲς. apud Hippocratem, hoc est manifestum.

Διαφαίνοντες ὑμένες. dicuntur membranæ illæ, quæ totum thoracis spacium à iugulo ad septum vsque in duos sinus, dextrum sinistrumque, diuidunt: vulgo mediastinum vocatur.

Διαφρὲς. spumans apud Hippocr.

Διάφυσις. dicitur ab Hippocr. in commissura genu corpus quoddam γονεοχονδρῶδες, quod in media commissura eminet, & processus femoris, qui in tibiam inseruntur, distinguit, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Sed & διαφύσεις dicuntur ab Hippocr. vertebrarum interstitia aut rimæ, cauites paruæ ac superficiariæ, sinusque vertebrarum corporibus incisi ad apophyseon transuersarum radices; in quas costarum principium tuberculoso quodam capite & rotundo inseritur: eo quoque nomine duplices illi sinus in quibus duplicem dearticulationem costæ faciunt dicuntur.

Διαχάλασις ἢ ῥαφῆς. quasi futuræ resolutionem dixeris apud Hippoc. lib. de vulnerib. capitis: ea vero futurarum capitis affectio est, quando scilicet ad eundem modum finduntur & dehiscunt, vt præter rimam quæ in osse fit, futuræ nexus ille dissoluatur quo vna ossis pars alteri inseritur.

Διαχαλκίτωσις. emplastri nomen est, quod aliter Græcis φοινίκινον, nunc vulgo Pharmacopœorum

» Diapalma appellatur, vide φοινίκινον, & in voce » χαλκίτις.

Διαχαλιδονίων. medicamentum dicitur ex hirundini- » bus confectum apud Aretæ. 1. de curat. acut. c. 7. » quod in anginæ curatione admoueri præcipit: » describitur & à Gal. 6. κ τόπ. ex Asclepiade & » Harpocrate.

Διαχειρισμοὶ. dicuntur medicamentorum dispensa- » tiones, administrationes & præparationes 2. Epi- » dem. compositiones vulgo dicimus, quæ ma- » nuum tractationes exigunt.

Διαχιτὸν. medicamentum dicitur quod palato, Co- » lumellæ, & narium foraminibus applicatur, ab il- » linendo sic dictum, cuius vsus est vt humorem è » capite per os eliciat, sicut ἔμπνοον per nares: διαχι- » τοι σμαχικοὶ, id est illitiones multæ stomachicæ à » Gal. 6. κ τόπ. c. 1. describuntur.

Διαχυλῶν. emplastrum est, cuius variæ habentur in myropolijs descriptiones.

» Ipsum describit Gal. ex Democrate l. 7. κ » χύμ. c. 10. eius nominis collyrium habetur apud » Gal. 4. κ τόπ. c. 7. ad sedandos oculorum dolo- » res: est quoque ὁ διὰ κ χυλῶν pastilli nomen ad » nomas & scabiosos affectus à Galeno descripti. » 5. κ χύμ. c. 11.

Διάχυσις. liquefactio. Est corporis sicci ad humidius alteratio. Contraria est τῇ πήξει, hoc est, coagulationi siue concretioni. Fit per humectationem: tunc enim quæ sicca erant & terminata, incipiũt diffluere & liquari, quod opus humidi est. Humiditas autem inducitur, vel nouo humore superinducto, vel resolutione quadam partium aquearum, quæ ante in corpore latebant compressæ & constipatæ, vel per dissolutionem partium terrestrium prius in vnum coactarum: quemadmodum Aristot. l. 4. τ μετεώρων demonstrauit.

Διάχυσις etiam, & διάχυτον, dictum est à quibusdam τὸ διαχύσιον, vt habetur apud Dioscoridem.

» Sed & διάχυσιν Cælius Aurelian. animi laxa- » tionem & quasi diffusionem appellauit, quam de » risu verba faciens in atrophiæ curatione post ci- » bum commendauit; & quando similiter in capi- » tis dolore adhibendam præcepit, ne à mentis in- » tensione caput impleatur lib. 1. τ χρονίων c. 1.

Διάχυτος οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi ordine alpha- » betico insigniores vinorum differentiæ expli- » cantur.

Διαχωρήματα solet appellare Hippocr. ea quæ per » aluum deijciuntur, vt etiam κατοχωρήματα vt no- » tat Gal. in aphor. 67. l. 7.

Διαχώρησις. quæ & διαχώρημα, idem quod ἔκκρισις, id est excretio seu vacuatio. Dicitur de omni humore, quacumque corporis parte prodeat.

» Vt in illo aphor. 18. l. 2. τ περφύντων ἀδρόως κ » παχέως, παχέα, κ αἱ διαχωρήσιες γίνονται: vbi διαχω- » ρήσιες idem quod ἀναλώσιες, id est consumptiones: » atque in eo differt διαχώρησις ἀπὸ τ κατοχωρήσιος » quæ tantum excrementorum alui est, vt notauit » Gal. comm. in aphor. 18. lib. 2. verum & διαχωρή- » σεως nomen frequenter vsurpatur pro alui deie- » ctione.

Διδυμέα. nomen est malagmatis ad ischiadicos & plæraque alia mala vtilis, cuius descriptio habe- tur apud Galenum c. 2. lib. 10. τ κ τόπ.

» Valet ad ischiadicos, attritos neruorum af- » fectus per consensum, durities, malignas cica- » trices: facit & ad luxata, collisa, & mammarum » affectiones malignas.

Δίδυμη. radix herbæ apud Hippocratem, quæ & ἔρχις nominatur. author est Galenus ἐν τ γλώσσαις.

Traditur enim herba illa habere radicem βολ- « βοειδῆ, διπλῆ, ἐρχέδιος ὁμοίαν, vnde & δίδυμος seu « δίδυμον vocatur. «

Δίδυμοι. dicũtur proprie fratres vno partu editi. Di- cuntur & testes honestiores, vt ait Galen. voca- bulo: de quibus vide ὄρχεις.

Hinc & illud est in Græcis relatum monu- « mentis; Didymon tibicen in adulterio depre- « hensus ἐκ τ ὀνόματος ἐκρεμάσθη ex nomine suspen- « sus est, pro ἐκ τῶν διδύμων è testibus: Testes au- « tem Auicenna similitudine quadam etiam ouа « vocare solet: Sed & in cerebro δίδυμοι siue διδύ- « μαι dicuntur de quibus supra in dictione γλένη. «

Διεξελίθησαν. decepti sunt, apud Hippoc. in qua sig- nificatione etiam Euripides vsurpauit in Hippoly- to, teste Erotiano.

Διέξοδος. idem significat quod κένωσις, id est vacua- tio, apud Hippoc. lib. 1. epidemiõn.

Διεπικοταῦρα. vide ἔξω. vide & Gal. comment. in « aphor. 33. l. 7. «

Δίζυμος ἄρτος. vide ἄρτος vbi celebriores panum diffe- « rentiæ explicantur. «

Διηπίτης. διαυγὴς κ καθαρός, apud Hippoc.

Et διηπίτης γόνος Hippocrati dicitur genitura, « quæ ex internis aut supernis potius partibus tan- « quam cœlitus decidit, quæque fluit è pudendis « muliebrib. instar quasi torrentis; est enim διήπη- « τος epithetum torrentium Homero frequens, « vel διηπίτης vocatur è cerebro suprema mentis « arce tanquam à Ioue descendens: Cæterum pro « διηπίτης scribe διηπετὴς cum Hesychio, pro quo & « διοπετὴς inuenitur. «

Διΐσσω. significat concutere, apud Hippoc. libr. 2. de morbis mulierum. significat etiam transcolare & diuidere: author Galen. ἐν τ γλώσσαις.

Διϊδρεῖς. Galen. in lexico Hipp. exponit νοτερὰ κ διϊ- « δρῶντα humecta & persudans, vbi etiam nota par- « ticipium διϊδρῶντα à verbo διϊδρέω significante « persudo, vt apud Hippocr. de locis in homine « ὥστε διϊκνούμενοι διϊδρῶσι. «

Δικαίως. apud Hippocratem idem quod ὁμαλῶς & ἴσως id est pariter & æqualiter apud quem τὸ δί- καιον multa significat, vt annotauit Erotianus: im- primis quidem εὔλογον, hoc est rationabile. alias vero ὅμοιον hoc est simile. vt libro de articul. vbi scribit, ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι τό τε ἄλλο σῶμα καὶ τὰς χεῖρας κ τὰ σκέλεα. hoc est, quoniam simile habent homines tum corpus reliquum, tum manus & crura. alias autem ἴσον κ συμφέρον hoc est, æquabile, & eonueniens siue conducibile, vbi scribit, παραπλὺ χράπτειν ἰμζολῆς ὤμου, δικαίτατον μὲν μοχλεύειν, ὧν μοῦνον ἐπώτιον τ κε- φαλῆς ἢ τὸ βραχίονος. δικαίτατον δ δὲ αὐτηρόπιλον ἀσφαλείης ἕνεκα. hoc est, permultum potest ad hu- meri iniectionem, æquabile quidem fuerit ad na- turalem situm reducere, si solum extra caput brachij fuerit: sed conducibile id fuerit, quo tu- tius os collocetur. alias solum τὸ συμφέρον. hoc est conducibile. vt lib. de fract. ἰσχίῳ τ ἴσιον, τῶν ἐκπτώσιων καὶ κατασμάτων ὡς ἰδυνάτους τε κατάσιος πειρᾶσθαι. αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις, ὥσπερ νόμος δίκαιος. hoc est, oportebat medicum luxationum & fracturarum quam maxime legitimas facere compositiones. hæc enim est iustissima natura, quemadmodum & lex iusta est. Et lib. de artic. de coxa scribens, τί γὰρ δικαίη μοχλευσις καὶ ἀν χειρουργίη:

αὐτὴ τὸ ἰσχνὸ. μόνον γὰρ τὸ δίκαιον, εὔλογόν ἐστι καὶ εὔτολμον καὶ ἰσχνὸν, ὃ συμφέρει. hoc est, quid enim iusta membrorum compositio non mouerit? pro robusta & forti. Id enim duntaxat quod iustum est, rationabile est, & simplex, & forte, & conueniens.

Δικέντιον. est collyrium calidum & acre, ciens lacrymas. Eo Paulus vtitur ἐν τῇ ξηροφθαλμίᾳ καὶ τῇ σκληροφθαλμίᾳ lib. 3. describitur ab Aetio hoc modo: Æruginis, misyos, succi papaueris, singulorum oboli tres, gummi drach. IIII. Excipiuntur aqua pluuia.

Δίκλειδες. dicitur apud Hippocr. bipartitus, vt possit inferiore parte clausa, superpositam aperire. Author Gal. ἐν ταῖς γλώτταις.

» Sed δίκλειδες apud Hippoc. inuenio genitiuo
» casu positum lib. de artic. ὑπὲρ δίκλειδος θύρης super
» bifore ianua.

Δίκοκκος. dicitur à quibusdam ἡ ζειὰ, quod duplici grano prædita sit.

» Δίκοκτα. vide δίνοκτα.

Δίχρανα. τὰ διηρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα καὶ δικέφαλα; hoc est, diuisa in duas partes, & quasi bifida & bicipitia: apud Hippocratem.

» Vt exponit Erotian. ex lib. περὶ τόπων τῶν κατ' αὐ-
» θρωπον: sed apud Hippocr. δίχραον & δίχραα legi-
» tur, vt & apud Galen. in exeg. legendum existi-
» mo.

Δίχρονος σφυγμός. est pulsus inæqualis in vna arteriæ pulsatione & vna arteriæ parte, qui post absolutam diastolen, antequam perfecte contrahatur, secundo tactum ferit. Huius exemplum haberi potest ex malleis incudem percutientibus, & postea resilientibus, vt voluit Archigenes, qui etiam pulsum hunc non vnum, sed geminum esse existimauit. Talis fit nonnunquam propter inæqualem cordis intemperiem, propter quam inter se contendunt calidæ partes cum frigidis, vt subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ à frigidis, interim celerius frigidæ moueri à calidis attractæ. Fit etiam & cum collectus est in multis eius partibus ingens fuliginosorum excrementorum aceruus: si namque vna contingat vt cordis partes quædam sint præcalidæ, aliæ fumosa fuligine præfocentur, ad contrarios prosilient motus, vt alteræ distentionem moliantur, alteræ vero ad superfluitatum expulsionem considant. ex qua lucta tres numero pulsus huius differentiæ existunt, vt docet Gal. lib. 2. de præsag. ex pulsib.

Δίκρεσος & per contractionem δίκρως: item δικρὴς & » per contractionem δικρῆς, τὸ οἷον δίκραον ἢ δίστομος, » hoc est veluti biceps siue bifidum apud Hippoc. » in Coac. aphor. 1. l. 2. sect. 2. vt Gal. ἐγλώσσαις » exponit, apud quem paroxytonos scriptum δί- » κρους: estque in lingua δίκρους linea illa media quæ » ipsam in duas partes diuidit.

Δίκταμνος. dictamnum. Est herba in Creta nascens, ramis prætenuis, acris, læuis, pulegio similis, sed maioribus foliis, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui & superuacua. Est & ψευδοδίκταμνος, quasi dicas dictamnum illegitimum, multis in terris nascens, ante dicto simile, sed minus quam illud acre, & viribus ignauius. Tertium etiam genus adijcit Dioscor. quod è Creta similiter affertur, foliis sisymbrij, ramis maioribus, flore syluestris origani, nigro mollique: odor foliorum inter sisymbrium & saluiam iucundissimus. Efficax ad eadem est, sed minus nares ferit. Dictamnum vires habet pulegij, sed multo efficaciores. partus eijcit, impactos aculeos illitu extrahit, lienem imminuit, venenatis morsibus remedio est. Sunt qui agreste pulegium appellent, Galli hortense zinziber, quod æstuosa vi statim os adurat & linguam vellicet.

Illum cerui primum monstrauere, telo vulnerati, pastuque eius herbæ electo, inde δορκάδιον quasi Ceruariam Græci cognominarunt, à quo etiam affectu βελόακος id est telorum remedium dixerunt, quod Virgil. 12. Æneid. testatur dum inquit.

Non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Hinc & quidã βελόπικον quod infixa spicula quasi partu quodam excluderet: huius quoque rei meminerunt Theoph. histor. plant. l. 9. c. 16. & ex illo Plin. l. 8. c. 27. nec non Dioscor. libr. 3. cap. 37. qui & ἀγρίαν γλήχωνα id est syluestre pulegiũ eam nominari tradit, vtpote ἡμέρᾳ γλήχωνι, cuius rei quoque Theophr. & Plin. meminerunt, Galli hortense zinziber appellant quod æstuosa vi statim os adurat & linguam vellicet; Artemidion quoque nonnulli vocant à venatrice Diana: Sed notandum Theophrast. sine γ dicere τὸ δίκταμον; Dioscoridem cum γ τὴν δίκταμνον foemin. genere; Alexandrum Aphrodiseum τὸ δίκταμνον neutro; apud Latinos queque diuersis modis scriptum enuntiatumque reperitur, dictamum apud Plinium, apud quem tamen & dictamnum scribunt nonnulli.

Δικτυοειδὴς πλέγμα. retiformis plexus. Est multiplex implicatio contextusque ramorum arteriæ soporalis ad basim cerebri, in quo spiritus animalis ex vitali elaboratur. Arteria enim ea, quam Græci καρωτίδα vocant, posteaquam ramo interno & maiore per obliquum foramen ossis λιθοειδοῦς intra cranium penetrauit, in duos ramos nõ obscure diuiditur, qui deinde in alios atque alios sibi mutuo incumbentes retium in modum per areã temere iacentium simulque congestorum, ad latera τῆς κλινοειδοῦς ἀπορύσεως in eo esse quod σφηνοειδὴς dicitur, sub crassa meninge, varie inter se complicantur. Illic enim non exiguum spatium est, in quo natura veluti thalamum quendam huic arteriarum contextui instrauit, quem à retium, vt dictum est, similitudine δικτυοειδῆ medici veteres cognominarunt. Hic quia mortuo homine, calore spirituque exolutis, & tam exilibus arterijs in se considentibus non facile videri potest, multis calumniæ aduersus celeberrimos medicos occasionem præbuit, tanquam nullus omnino esset, sed merum commentum. Verum si secta eo loco crassa meninge à qua hic plexus tegitur, carotidem in collo inflaueris, manifesto ipsum deprehendes. tunc enim arterias ita sibi implicatas flatu plenas dissilire animaduertes, & ab ijs, si quo loco violatæ fuerint, sanguinem vibrari. Cæterum hæ omnes arteriolæ postea in vnum truncum redeunt, suo quæque latere, & crassa meninge pertusa in cerebrum & eius membranas infinitis prope ramis disperguntur: quorum alterum si lubet perinde atque inferiorem calamo inflare, videbis & totum eum arteriarum chorum flatu intumescere, excitari & assurgere, ipsumque flatum ad inferiorem vsque carotidem

descendere. Præcipuus huius vsus est spiritum animalem percoquere atque elaborare. Vt enim semini per multos gyros & anfractus ad testiculos via est, & lacti per longissima vasa ad mammas, vt illic diutius immorata absolutam concoctionem adipiscerentur: ita cum à corde ad cerebrum via nimium breuis videretur, plexum hūc veluti labyrinthum quendam natura contexuit, in quo mora longiore vitalis spiritus purior, tenuior, similiorque animali spiritui euaderet, antequam in cerebri, vbi perficitur, ventriculos intromitteretur.

Δῖνος. vertigo. Est affectus quo caput circumagi videtur. In quo si præterea tenebræ oculis obuersentur, σκοτόδινος, quasi tenebricosa vertigo appellatur. vide σκότωμα.

Διοξόους ἔμπλαστρος. describitur à Corn. Celso libro 5. cap. 19.

Διόκλειον. nomen est collyrij apud Gal. l. 4. κῶ πόπ. c. 7. vtilis ad suppuratos oculos, eorum epiphoras, vlcera & pustulas.

Διονυσία. sic vocata est hedera à Baccho, qui primus eam ex India in Græciam asportauit.

Διονυσία. sic à quibusdam ἀπὸ χαμαικίσσης dicta est.

Διονυσία. emplastrum est Heræ Cappadocis, vt ait Aetius, à quo bis describitur lib. 15. valens, mirum in modum ad abscessus & ad mammas & ad inguina, vim habens attrahendi & per latentes meatus discutiendi. Recipit ceræ, terebinthinæ, mannę thuris, spumę nitri, olei veteris singulorū sexsuncem, misyos crudi vnciam vnam, aquæ pilleariorum quantum sufficit. Spumam nitri & misy cum aqua terito, & cum oleo coquito: ceræ vero cum oleo liquatæ terebinthinam adijcito, & paulatim ad compagem coquito, vt manus non inquinet, & ablatis ab igne mannam thuris inspergito, & assidue agitando frigefacito, & ad reliqua prius trita ammiscetо residuum lixiuij paulatim instillando, donec totum fuerit absumptum.

» Describitur & à Paulo l. 4. c. 18. & à Gal. 6.
» κῶ γλῶ. c. 16.

Διονυσιακὸν. est vel vitis vel hedera, vt scribit Galen. lib. 1. κῶ τόπ. exponens Rufi Ephesij versus. vtraque enim Baccho sacra est, qui à Poetis Διόνυσος appellatur.

Διονυσίας. dicitur à quibusdam τὸ αὐθέρεσιμον: vel, vt Galeno placet, alterum genus est τῆς αὐθερεσίμου.

» Forsitā quia folia eius trita διυφάδη χυλὸν ἀφίησι.

Διονυσίου κολλύριον. Dionysij collyrium, describitur à Corn. Celso lib. 6. cap. 6. Feruntur etiam Dionysij nomine emplastra duo, vnum nigrum, alterum rubrum, quorum descriptiones habentur apud Scribonium Largum.

Διονυσίσκοι. sunt ossea eminentiæ quæ prope tempora nascuntur. dicuntur & κέρατα, hoc est cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Author. definit. medic. inter affectus præter naturam enumerat. Sic dicuntur à Baccho quem poetæ cornutum fingunt.

Διόνυσος. collyrium apud Aetium lib. 7. quod & inter διάσμυρνα, & inter χαλκᾶ collocari potest. Nam & myrrham continet, & vino Chio læuigatur. Non dissimilem ab eo compositionem Paulus recitat libr. 7. titulo malabathrini collyrij & Isothei.

Διόπος. templi curator apud Hippocr. quod quæ in eo sunt, inspiciat & curet. Dictio Attica est, à multis etiam vsurpata.

Nonnulli scribendum censent δίοπτης in eo Galeni loco qui est ἐν τοῖς γλώσσαις à quo hæc desumpta sunt, quia sic habeat Erotian. quin & Hesych. & Suidas, à quibus exponitur etiam inspector, præfectus, à voce διόπτευω, vnde & διόπτης apud Hesych. reperitur.

Διόπτρα, & διοπτήρ. instrumentum est chirurgicum crure triplici præditum, quod vulgo speculum matricis dicitur, cuius ope naturalibus dilatatis latentes in vtero morbi conspiciuntur, sicut & κατόπτρον dicitur quo anus diducitur.

Διόπτειον. vocat Paul. l. 6. c. 78. ex Leonide instrumentum ad sedem diducendam aptatum quod ἐξ ἑδρᾶς διαστολεὺς dicitur, eo quod ad dilatandum sinum muliebrem vtebantur.

Διοπτευτικὸς. Paulo dicitur modus aptandi illius instrumenti quod supra διόπτραν appellari diximus.

Διορθοῦσθαι. est quæcunque aliquo modo excedunt, in naturalem & moderatum statum restituere. dicitur & ἐπανορθοῦσθαι. Erotianus διορθοῖ interpretatur διατυποῖ.

Quod est efformare, effingere, quo verbo sæpe vtitur Hippocr. lib. de artic. in nasi fracti restitutione: διόρθωσθαι ossa dirigi dixit Cels. lib. 8. c. 10. inde deductum διόρθωσις id est membri fracti correctio aut directio cum ea scilicet quæ aliquo modo excedunt in naturalem & moderatum statum restituuntur.

Διόρρωσις, & διάρσις exponitur à Galen. in exegesi μαπελοὶ ἐπὶ τὸ ὀρρῶδες καὶ ὑδατῶδες, id est mutatio in serum & aquam, vnde διορρῶσθαι quod & διαρῆναι & διαρῶσθαι dicitur Hippocrati, id est saniosum aut serosum fieri, sic & διαρθεῖσα ἀπὸ γονὴ saniosa genitura dicitur quæ nimio sero diffluit, quæque est irrita & inutilis, ceu oua quæ hyponemia dicuntur, de quibus etiam διαρῆσθαι dicitur.

Διὸς ἄνθος. Plinius florem Iouis interpretatur. Est autem æstiuus, sine odore soloque purpureo colore commendatur. rustici cocolurdas vocant.

Διὸς βάλανος. Iouis glans. Latinis dicitur castanea. Est arbor iuglandi non dissimilis, folio tantum venosiore & fimbriato, nuce intus solida & plurimum plana, triplici tegminis ambitu septa, membrana primum amara, mox lento cortice, demum echinato calyce. Plura quidem sunt eius genera, sed duo præcipua. vnum altile, multo maiore corporis tuberculo, Galli maronem vocant: aliud longe minus & veluti ferum. Galenus castaneam non esse mali succi scripsit, crassum tamen succum generat, ægre concoquitur, & flatum excitat, ventremque adstringit, eodem authore.

Græci alio nomine σαρδιανὴν βάλανον appellant quod Sardibus eæ prouenere primum: Gal. l. 2. c. 28. de alirnent. κόμμον βάλανον vocat, Nicander κόμμον κάρυον.

Διόσκουροι. dicuntur à quibusdam αἱ παρωτίδες, vt habetur in libello definitionum medicarum.

Quasi salutares, ita enim Cassius parotides vocabat quo nomine Castor & Pollux nautis affulgent, & procellas turbines ac tempestates leniunt, quasi τῶν Διὸς κούρων: illæ autem solæ sunt parotides διόσκουροι quæ periculi metu liberant,

» quæ moderatæ sunt, sine dolore & integris viri-
» bus erumpũt; præterea quę die critico, antegres-
» sis coctionis signis, tum in toto venoso genere
» tum in parte, quæq; ad suppurationem sine mo-
» lestia ducuntur aut facile resoluuntur; aut citra
» hæc superueniente bilioſorum excrementorum
» excretione per aluum, vel vrinas materiam mor-
» bificam expurgant, ac symptomatum omnium
» remissionem adferunt.

Διοπολιτικὸν. nomen est compositi medicamenti, cuius compositionem Galen. geminam recen-set lib. 4. sanit. tuendæ: aliàs ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro: potestque ita magis vẽtrem soluere, præsertim si crassius apparatum est: aliàs cum reliquorum pari pondere miscetur nitri dimidium. Facit ad flatus discutiendos, & ad dissecandum humores crassos, & ad cruditatem quæ in primis venis continetur. Paulus libr. 7. præparat. ex cumini aceto madefacti, torrefactique vncia vna, piperis, zinziberis, singulorum vncijs duabus, rutæ viridis sesquuncia, nitri drachmis duabus & dimidia. quæ omnia melle excipienda sunt.

» Inde autem sic forteã appellatur quod Dios-
» poli primum inuentum sit aut fieri solitum: est
» autem διὸς πόλις vrbs magna Ægyptiæ Thebai-
» dis, cuius ciues διοσπολεῖται dicebantur, & inde
» διοσπολιτικός. Dioſpolitici autem medicamenti
» varias ex diuersis authorib. descriptiones adfert,
» & inter se confert Cornarius in comment. ad
» Paul. Æginetam: Paulus ipse l. 7. cap. 11. appellat
» διοσπολίτην.

Διόσπυρον. nomen est arboris apud Theophrastum: quam nonnulli contendunt eam esse quæ appellatur Iouis barba, & quam alij διόσπυρον malunt vocare.

Διόσπυρον. sic dicitur à quibusdam τὸ λιθόσπερμον. Alijs sic dicitur arbor quædam quæ vocatur Iouis barba, quæ in siccis nascitur folio argenteo, & in rotunditatem spissa.

» Theophr. histor. plantar. l. 3. c. 13. genus esse
» ceraſi inquit, seu fructus ceraso similis, Meminit
» quoque Gal. huius fructus l. 2. de aliment. cap.
» 8. vbi ipsum numerat inter fructus syluestrium
» arborum.

Διοσκώνιον. Iouis barba. dicitur à quibusdam ἀπὸ χρυσοκόμης, vt habetur apud Dioscor.

Διουρητικὰ φάρμακα. medicamenta vrinam mouentia. Ea duũm sunt generum. Aliqua enim mediocriter id præstant, vt ἐκκαθαρτικά, hoc est, poros expurgantia medicamenta, quia calida sint, tenuiumque partium: alia vero vehementius, vt quæ plurimam mouent vrinam. Hæc prioribus acriora sunt, multoque magis siccant & excalfaciunt: cuius generis sunt semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, smyrnij, & quæcunque lac augent & menses mouent, quod ab his sanguis non modo extenuetur, sed fundatur etiam atque secernatur. Siquidem quò facile ad se attrahant renes quod in sanguine aqueum, tenue & serosum est, hæc duo moliri oportet, primum totius sanguinis fusionem, deinde segregationem, quorum neutrum absque valido calore fieri potest. Calori autem adiunctam esse oportet siccitatem, quod humiditas acrimoniam retundat in ciendis vrinis necessariam.

» Dicuntur etiam οὐρητικὰ à Gal. 5. de simpl. me-
» dic. facult. c. 20. diurinalia à Cælio Aurel. passim
» vocantur & mictualia.

Διπλοῦς. dicitur ossis caluariæ duplicata lamina, & interior eius pars laxa & rara, cauernosa & mollissima, qua ossa inter se connectuntur, Barbari recentiores Caluariæ tabulaturam appellant, alij duplicationem.

Δίπλωμα. vas duplex. Id quod patet ex scriptis Galeni libro septimo περὶ τόπων. vbi Critonis arteriacas describit. Eas enim ipse ἐν διπλώματι coquendas præcipit, quomodo vnguentarij vnguenta sua præparare solent, in magnum lebetem calidam aquam infundentes, & in eum alterum statuentes, qui medicamentum quod coq. qui debet contineat, deinde suppositis carbonibus aut lignis quæ fumum non faciant, ignem accendentes. Idem habet libro etiam quinto, vbi coquendi olei lentiscini rationem instituit. Verum non semper ab eo διπλοῦν dicitur, sed aliquando διπλοῦν ἀγγεῖον. & διπλῆν σκεῦος, hoc est, duplex vas & instrumentum: quo nihil est in officinis pharmacopœorum vsitatius, à quibus & duplex vas & balneum Marię appellatur. Nec caret quidem magna ratione eiusmodi decoctio: impedit enim ne ignis violentia dissipentur eorum vires quæ coquere volumus. Minus enim aqua feruens agit quam vel ignis vel calor siccus. Quare mitiora quidem fiunt quæ ita decoquuntur, etiãsi minus diu duratura videantur.

Δίπλωμα conduplicatum vasculum sæpe exponit Cornarius, verum etiam διπλώματα vocantur lintea complicata quibus dropax impingitur, dicuntur & πτύσματα.

Δίποα τρώματα. apud Hesych. bifpira vulnera dicuntur quæ ad vacuum penetrant & transadiguntur, & quæ ceu per oscula duo respirant vt interpretatur Gal. in exegesi.

Διπρόσωπον. emplastri genus est à duplici facie seu colore sic dictum. vide ἀλφιτον.

Διπύρηνον. instrumentum chirurgicum, hoc est, specillum duas cuspides seu capitula habens. πυρῆνα enim Græci extremum specilli summũque cuspidem appellant. dicitur tam singulari numero quam plurali, aliquando absolute, aliquando cum addito διπυρήνου μίλης.

Διπυρῖτις ἄρτος. vide ἄρτος vbi insigniores panum differentiæ explicantur.

Δίπυρος ἄρτος.

Διρραία. dicitur à quibusdam ἀπὸ ῥιρραίας, vt habetur apud Dioscor.

Δισσὴ πρᾶμις. brassica bisco. dicebatur veterib. medicis, cum ipsa aquæ prius mediocriter incocta, & aqua tota ex lebete effusa, alia rursus affunditur pura & calida, in qua rursus brassica coquitur, donec tenera & flaccida euaserit; hũc coctionis modum ad sistendam aluũ excogitarunt, prima enim illius decoctio aluũ monet vt docet Gal. c. 1. l. 1. de alimẽt. facult. & l. 2. c. de brassica.

Διστοιβὴς ὑγρὸν. idem quod τὸ κρυσταλλοειδὲς, vt habetur apud Aetium lib. 7. c. 1.

Διστιχὰς διστιχάσις. affectus est palpebrarum, videlicet cum sub ordine naturali pilorum palpebræ alius ordo pilorũ præter naturam succrescit. hic oculorum membranas pungit, & fluxiones in oculum excitat. Oritur ex humoris cuiusdam in eam partem defluxu, qui copiosus quidem, sed rosionis & acrimoniæ expers sit. Nam acrior aut magis salsus, aut alio quodammodo rodens, spatio temporis etiã naturales palpebrę pilos corrũpit. dicitur & τριχίασις hic affectus: sed τριχίασις generalior est, φαλάγγωσιν etiam comprehendens.

» Hunc διπλασίως affectum per διπλᾶς τειχὰς
» expressisse Dioscor. videtur l.4.c. 110. dicitur &
» διπεχάσις.

Διπεχάσις. idem quod ἡ διπλάσις, vt habetur ἐν τῇ εἰσαγωγῇ.

Διφρυγές..diphryges. Est perfecti æris veluti fex subsidens & cohærens imæ fornacũ parti: tanquam vstorum in foco lignorum cinis ablato ære visitur. Enumerantur eius genera quatuor, quæ omnia constant ex materia, seu lapide æroso torrefacto, vel etiam cremato, aut excocto. Primum fit è luto quod è specu quodam Cypri sublatum primo arefit sole, mox circundatum sarmentis vritur, atque ex eo διφρυγές, hoc est, bis crematum, vocatur, nempe solis ardore & ignis calore. Id in sola Cypro fieri Dioscorides tradit. Alterum est veluti sedimentum quoddam & fex æris excocti: quod postquam æs affluxit in catinum, remanet in fundo fornacis: hoc Galenus in Cypro proiectum inuenit in spatio intermedio inter ædes ante metallum extructas & vicum eis subiectum, quod post cadmiam inuentum præfectus metalli inutile esse dixit, atque idcirco nõ aliter quam cinerem lignorum in foco vstorum proijci. Tertium fit ex pyrite æroso, per aliquot dies in calcis modum cocto vsque dum rubricæ colorem contrahat. Quartum fit ex lapidis proprie dicti orbibus; qui si fuerint ex pyrite excocti, eos bis aut ad summum ter torrere satis est: sin ex lapide fossili, is quamuis multoties siue in area siue in fornace excoctus, tamen vix diphrygis naturam assequitur. Omne diphryges saporem habet æris, itaque mistis etiam viribus præditum est: nam modice & adstringit & acre est, vt æs vstum: vehementer siccat, ideo vlceribus rebellibus multum prodest. Præstãtissimum habetur quod ad purpuram inclinat: deterius cinereum est vel fuscum. secundi generis nigricat. habet & aliquod colorem rubricæ, pro quo ochram vstam quondam vendi solitam Dioscorides author est. At diphryges madefactum, vel æris colorem contrahit, vel cæruleum euadit.

Δίχαλκον. pondus duorum æreolorum, hoc est tertia pars oboli: siquidem obolus ἓξ χαλκοῦς, hoc est sex æreola, continet. Proinde male apud Paulum Æginetam scriptum est extremo cap. 29. l. 3. ἐλατηρίου δίχαλκον. ὅ ἐστιν ἡμιωβόλιον: elaterij dichalcon, quod est semiobolus. Siquidem ἡμιωβόλιον continet τρεῖς χαλκοῦς.

Διχασῆρες. vocantur in vtroque ordine quatuor dentes anteriores, quod cibum diuidant, qui eandem etiam ob causam τομεῖς appellantur. vide τομεῖς.

» Græci alio nomine γελασίνας & κτένας vocant,
» sic vero appellantur ὅτι διχάζει τὸ προσαγόμενον in-
» quit Pollux l. 2.

Δίχρωμον. est genus medicamenti cui geminus color inest. neque enim particularis alicuius medicamenti nomen est, sed multorum quæ duplici colore prædita sunt. Horum autem colorum rationem Galenus explicat l. 2. ad Glauconem, de sinu differens. Ex lithargyro, inquit, & ærugine plurimum decoctis emplastra fiũt κιρρὰ ἢ φαιὰ dicta. Alis vero, statim vbi reposita sunt, quædam extrinsecus supereminentia fusca concrescit, sub qua pars medicamenti profundior plusquam ab initio fulua apparet, atque idcirco eiusmodi emplastra δίχρωμα & διαφόροπα appellantur.

» His oppositi sunt ὁμόχροα quæ vnius coloris
» sunt.

Δίχρωμον. etiam à quibusdam dictum fuisse τὸν ὀξυστεφῆ, Dioscor. author est.

Δίψα. sitis. est frigidi humidique appetentia. Ea autem duplex est, vna naturalis, altera animalis, sicut & ipsa ciborum appetentia. Illa quidem naturali quadam inclinatione frigidam humidamque substantiam desiderat, quam in dissipatæ locum substituat, non aliter quam ciborum appetentia calidam siccamque substantiam exposcit. Cum enim corpora nostra quatuor elementis constent, eaque expediat in eodem temperamento, quantum fieri potest, conseruare, natura cibi potionisque appetentiam nobis indidit, vt illo quidem, quicquid calidæ siccæque substantiæ dissipatum est, restitueretur: hac vero quod frigidi humidique effluxit, sarciretur. Animalis autem sitis est, cum ventriculus exugi se sentiens potum desiderat. Ad eam vero tot prorsus symptomata eodemque ordine concurrunt, quot & in ciborum appetentia Galenus constituit, de quibus vide ὄρεξις. Quinetiam quot circa cibos symptomata, totidem etiam in siti spectari Galen. libro 1. de symp. causis ostendit. Aliquando enim quædã priuatio sitis est, hoc est, nulla prorsus sitis, cum corpus vel propter excessum humoris & frigoris potum penitus non expetit, vel ventriculus affectionem suam sitimque non sentit. Aliquando vero minor quam deceat sitis est, cum eadem ipsa remissiora sunt. Interdum autem etiam vitiosa est, habetque se ad portionem cum ea quæ alimentum vitiosum appetit, alias quidem immodice potum affectans, si in ipsis ventriculi tunicis malus aliquis succus salsus aut biliosus continetur, aut naturale humidum in eo veluti feruet, vt per febres ardentes accidit, alias vero prauum & à natura abhorrentem, pro ratione vitiosi succi in ventriculo & corpore redundantis. His accedunt & aliæ causæ inexplebilis sitis, vt à vipera, aqua marina, medicamentis, & alijs eiusmodi, quæ Galenus recenset.

Δίψα ἐπιπόλαιος. sitis superficiaria. Dicitur apud Hippocrat. lib. 6. τῇ ἐπιδημιῶν, valde exigua, quæ nec à toto corpore, nec ex magno vẽtriculi affectu excitata est, sed arescentibus aut incalescentibus locis illis per quos ab ore in ventriculum humor delabitur.

Hæc autem duplex est, vna vigilantibus accidit, & somno tollitur, humectatis scilicet partibus per sanguinis impulsum ad interiora qui in somno fit: altera à somno excitatis adest, calefactis nimirum dictis partibus ex vapore eleuato, dum cibi coquuntur, maxime si vinum vetus & meracum ingestum sit: Sed hæc per vigiliã euanescit, ventriculo scilicet mundato & nullos amplius vapores suppeditante, sicque calore illarum partium euanescente: hæc Gal. comm. 4. in 6. Epid. t. 23. «

Δίψα πολύυσα. sitis intensa & vehemens. vide πολύυσα. «

Διψακὸς. à quibusdam dictus est morbus renũ, quem διαβήτην appellant, propter vehementem sitim qua eo affecti torquentur.

Teste Trallian. l. 9. cap. 8. perinde vt à dipsade serpente icti vt tradit Aretæus: vide διαβήτης. «

Δίψακος. herba est aculeata, binum fere cubitorum, foliis lactucæ prælongis, geniculata, hispida, torulos habens in quibus ros aut pluuius humor subsistit: vnde nomen videtur traxisse. Latini labrum Veneris propterea appellant: herbarijs virga pastoris; vulgo pectorius cardo dicitur. Eius

radix ſecundo ordine exiccat, & nonnihil abſterget.

Sed & δίψακον nonnulli ὀνοκάρδιον quaſi aſini corculum dixerunt vt refert Ruellius, Notandum autem hanc vocem vt herbam deſignat apud Dioſc. & Galen. proparoxytonως ſcribi, apud Aetium & Paulum oxytonῶς.

Διώβολον. pondus eſt duorum obolorum, ſiue ſcripuli vnius. γράμμα enim, hoc eſt ſcripulum, duos obolos pondere efficit. dicitur & diuiſis nominibus ἓξ ὀβολοὶ δύο. Ex eo fit διωβολαῖος: vt apud Gal. ὕδατι ἀναπλάττε τροχίσκους διωβολαίους. id eſt, ex aqua formato paſtillos pondere duorum obolorum.

Δίωνος κολλύριον. habetur apud Aetium lib. 7. c. 29.

Διωκτήρ. Chirurgicum inſtrumentum eſt quo in vulnus immiſſo telũ expellitur & extruditur Paul. lib. 6. cap. 88.

Δογματικοὶ. dicuntur qui ratione duce inueniunt remedia, ex quibus perfici poſſit morborum curatio. Idem alio nomine λογικοὶ, & aliquando μεθοδικοὶ, quod methodo remedia conquirant, appellantur, vt ſcribit Gal. initio lib. 3. meth. med. Diuerſi tamen ſunt à methodicis proprie dictis. Cum enim ambo remedia per rationem & methodum inueſtiganda cenſerent, in eo tamen differebant, quod Methodici communia tantum quædam dogmata, quæ κοινότητας vocabant, conſideranda dicerent: Dogmatici vero non ea tantum, ſed multo etiam plura in morborum curationibus ſpectanda eſſe arbitrarentur. Neque enim curationis indicationes ab ipſo tantum affectu petendas cenſent, verum etiam ab ægrotantis viribus, natura, ætate, ſexu, habitu, conſuetudine, anni tempore, cœli ſtatu, regione: omniaque ſalubria, inſalubria & neutra diligenter contemplatur, nihilque omnino negligi volunt quod ad curationem pertinere poſſit. Præterea vero rerum etiam vſum atque experientiam adhibent, quam tamen negant inueniendis remedijs ſolam ſufficere. Eorum princeps fuit Hippocrates, quem ſequutus eſt Diocles, Praxagoras, Chryſippus, Herophilus. Eraſiſtratus, Aſclepiades & Galenus, qui ſectam eam conſtituerũt, non à Methodicis modo, vt dictum eſt, verum etiam ab Empiricis valde diuerſam. Siquidem Empirici res tantum euidentes conſectabantur, & ijs tantum credebant quæ vel ſenſui paterent, vel memoriæ per ſenſum mandata eſſent: Dogmatici vero præter hæc, illis quoque fidem habebant, quæ ex naturali rerum conſequentia per rationem acquiri ſolent. Itaque Dogmatici rationes ſuas, quod rerum eſſent occultarum, ἀπὸ λογισμοῦ: ſuas vero Empirici, quod eſſent euidentium, ἐπιλογισμούς appellabant.

Δοθιὴν furunculus. Id nomen, ait Galenus, nec locum affectum repræſentat, nec cauſam quæ ipſum efficit. Significat autem tumorem ἀποστηματώδη, ex craſſis humoribus in carnoſis plerumque partibus conſiſtentem, mitem quidem cum ſolam cutem occupat, ſed peruicacem & malignum vbi ſubter actis radicibus erumpit. Galen. lib. 5. τῶν κατὰ τόπους geminam eius differentiam facit, alios dicens eſſe duros, variis ſimiles, & qui concoctionem vix admittãt: alios vero eſſe φλεγμονώδεις & magnos, qui febrem etiam aliquando excitent, & in pus vertantur. Hi corpora paulatim conficiunt, & mortiferi ſunt. Naſcuntur furunculi paſſim & in quacunque parte.

Δοθιώη. emplaſtri nomen eſt, quod à Paulo lib. 7. deſcribitur. dicitur & δοθιωικὸν medicamentum valens aduerſus δοθιῆνας, cuius meminit Paulus l. 4. cap. 23.

Δοῖδυξ. cochleare, de quo vide in dictione κοχλιάριον. ſignificat & radium ſiue piſtillum quo aliquid in mortario tunditur.

Quod alio nomine χειρὶς, atque etiam πεττὸν, & ὄβελος à Græcis medicis appellatur.

Δολιχοὶ. appellantur, vt ait Galenus lib. 1. de alimentorum facultat. ſemina plantæ hortenſis, quæ alij λόβους, alij φασιόλους appellant. Nec vero ſemen ipſum modo, ſed & ipſa planta ſic dicitur. Verũ, vt idem eodem loco ſcribit ex dictis Hippocrat. in libro, de ratione victus, dolichi videntur eſſe cicerculæ & phaſeoli: & Diocles eos ſimiliter pro phaſeolis videtur accepiſſe. Idem ſentit & Aetius libr. 1. addens etiam quod ab aliquibus ſmilax hortenſis appellentur. Galenus lib. de euchym. & cacochym. ſcribit dolichos cicerculis meliores eſſe, ſed deteriores faba, piſo & lentibus. Suidas proparoxytonως δόλιχον vocari hoc legumen tradit.

Δονακίτης. dicitur à quibuſdam ἡ ἄκανθα λευκὴ, hoc eſt ſpina alba, vt habetur apud Dioſcorid. forte quod inani & concauo caule arundini ſimilis ſit.

Δόναξ. ſpecies eſt τοῦ καλάμου, id eſt, arundinis eius quæ apud amnes naſcitur craſſa & concaua, quam alio nomine κύπριον κάλαμον vocari Dioſcorides ſcribit. Galli roſetum nominant.

Δορακία μῆλα. mala doracia. Genus ſunt præcocis ſiue Armeniaci mali, præſtãtiora Perſicis, vt quæ nec aceſcant nec corrumpantur. Paulus ſcribit ea mala nuncupari etiam Armenia. In Geoponicis inuenies ſcriptum δωρακικά.

Δορκαδίζων σφυγμὸς. caprizans pulſus. Eſt motus inæqualis in vna pulſatione vnaque arteriæ parte, qui interciditur quiete, & poſt eam velocior euadit. ſumpta eſt ſimilitudo à capra, quæ poſt primum ſaltum in aere adhuc ſuſpenſa manet, & denuo velut ex inſperato, multo velocius reſilit. Vnicus eſt pulſus. Quamuis enim bis tactum feriat, hoc tamen in vna diaſtole fit, ex mutuo certamine duarum inter ſe facultatũ, tum eius quæ cor dilatat, tum alterius quæ contrahit. Oritur autem ea concertatio vel ex inæquali cordis aut arteriarum intemperie, frigidis partibus calidas moueri & plene dilatari vetantibus, vel calidis frigidas ad motum compellentibus: vel propter ingentem fuliginoſorum excrementorum copiam, cum præcalida cordis intemperie, ſicut Galenus libr. 2. de præſag. ex pulſibus explicauit.

Δορκίδιον. ſic dicitur à quibuſdam δίκταμνος, vt habetur, apud Dioſcoridem. Ratio eſt quod ceruæ vulneratæ dictamnum primum oſtenderũt, quibus eo paſtis tela ſtatim decidunt.

Δόρπον. cœna apud Hippocr. quæ veſperi fiebat dicitur, παρὰ τὸ δόρυ πάσειν, quod qui cœnaturi eſſent, debebant haſta abſtinere. Nam quod nos ἄριστον vocamus, veteres δεῖπνον dicebant, ἀπὸ τοῦ δεῖ πεγεῖν.

Δορύκνιον. dicitur à Crateua frutex fere cubitalis, ſimilis oleæ recens enatæ quæ modo ſurrexit in vimen. Dioſcorides τὸ δορύκνιον idem eſſe cum ſolano furioſo, in prœmio lib. 6. prodidit: ſimiliter & Plinius, qui præterea δορύκνιον vocari dixit quod olim eius ſucco lancearum, quæ δόρατα

dicuntur, cuſpides tingerentur inficerenturque: Demophon autem, quod ad inferendum mortem pares τῷ δόγματι vires habeat. Eſt enim venenum, de quo Theophraſtus ſcripſit eum qui drachmę pondere biberit, ſibi placere, ac ſe pulcherrimum exiſtimare, mente iam tentari cœpta: qui vero duplicato pondere, magis inſanire, ſpectris animo obſeruantibus: ſi vero triplicato, perfecte & iugiter inſanire: quod ſi quid ponderi adijciatur, repente mori. Colore & guſtu lactis eſt, & temperie frigidum, naturaque ſomniferum.

» Quaquidem qualitate inſaniam excitare non
» poteſt, quam intemperies veneno contraria pa-
» rere conſueuit, vnde liquet id veneni genus vel
» diſſimiles partes continere, vel occulta quadam
» proprietate hoc efficere. Cæterum quæ dorycnij hauſtum ſequantur ſymptomata tradit Dioſcor. Alexipharm. c. 6. & Nicander in alexiphar.
» & aui mei, authoris noſtri in ea annotationes.

Δόσις. vox eſt apud medicos ſolemnis pro certa quadam medicamenti menſura, ex qua fit vt aſſumptum ſuas probe atque conuenienter edat actiones, quæ doſis ſi plus æquo minuatur vel intendatur, illas etiam vel diminute vel cum exuperantia producet, quorum vtrumque à certa medicamenti ratione eſt alienum; hæc autem iuſta atque definita medicamenti doſis vix inueniri poteſt in tanta medicamentorũ varietate & corporum diſſimilitudine, tamque varia, ætatum, tempeſtatum, regionum, locorum, morborum & humorum euacuandorum ratione; ſed de ea quicquid eſt nobis notum, hoc nos obſeruatio primum longa docuit, atque ſubinde auxit ratio atque confirmauit, hocque ſolum inquit eſſe Gal. quod artem medicam τεχνικὴν id eſt coniecturalem facit.

Δοχμὴ. palmus. Menſura eſt apud Græcos qua rerum dimetiuntur interualla. ſic dicta eſt ἀπὸ τῆς δοχῆς. Conſtat ex quatuor digitis. de qua ſic Iulius Pollux, δοχμὴ δ', συγκειμένων τῶν τέτταρες δάκτυλοι. Eos autem tranſuerſos intelligere oportet. Eadem menſura & διδακτυλοδόχμη & παλαιστὴ & δῶρον dicitur.

Δρόσος. eſt herba cubitalis, gracilibus virgulis, folijs lepidij, ſed tenerioribus candidioribuſque, in cacumine ſambuci gerens vmbellam, in qua candidi flores emicant. Dicitur alio nomine ἀερακίς. Alij orientale naſturcium, alij Babylonium vocant. ſemen eius piperis vicem ſupplet.

Δραχμὴς ἴδιος. pugillus quantum ſcilicet tribus digitis
» comprehenditur.

Δρακαινα. ſic dictum fuiſſe à quibuſdam τὸ ἐρυθρόδανον Dioſcorides author eſt.

Δρακόντιον. dracunculus. herba eſt ſimplici caule, bicubitali, læui glabroque, baculi craſſitudine, verſicoloribus anguis maculis variegato, purpureis etiam intercurſantibus lituris, ita vt plane ſerpẽtis habitum coloremque referre videatur. Fructus illi in vertice eſt, vuarum modo collectus, herbaceo primum colore, deinde cum maturuit luteo, deinceps tanquam lingua concauo foliorum ſinu, ceu rictu quodam ſerpentis exeritur, & quaſi ſpectabili hiantis draconis forma medijs è faucibus emicat, vnde & nomen habet. Ea eſt quam officinæ herbam ſerpentariam nominant. Calefacit & tenuium partium eſt, acre, & amarum, leuiterque adſtringit. Itaque maxime viſcera expurgat, craſſos & lentos ſuccos extenuans. Ex ea ſanguinem Draconis in India colligi Aetius ſcribit libr. 15. c. 12. in deſcriptione emplaſtri quod πρὸς ὄφιν inſcribitur.

Δρακόντιον. dracunculus. Malum eſt cutis, vt ſcribit Introductionis ſeu Medici author, varici ſimile, magnumque dolorem, dum paululum prominens mouetur, concitans. Aetius autem ex Leonida dracunculum lumbrico ſimilem eſſe dicit, interdum magnum, aliàs paruum reperiri, & frequentius quidem in cruribus, aliquando vero & in brachiorum muſculis oriri & conſiſtere: naſci autem in Æthiopia atque India maxime pueris, lumbricis latis non abſimilem, mouerique ſub cute ſine moleſtia, verum temporis progreſſu circa dracunculi extremitatem ſuppurationem fieri, cuteque aperta dracunculum caput exerere. quem ſi quis tentet attrahere, dolorem ingentem moueri, præſertim ſi eum abrumpi contigerit: quod enim intus relinquitur, acerbiſſimos dolores excitare: proinde vt ne intro animal recurrat, valido filo brachium conſtringi oportere, idque quotidie agendum eſſe, vt dracunculus paulatim progrediẽs integer excludatur. Verum Soranus, vt refert ex eo Paulus Ægineta, nõ exiſtimat animal eſſe, ſed neruoſam quandam ſubſtantiam, quæ opinionem motus ſolum præbeat. Sed quid reuera ſit, nemo medicorum explicare poteſt qui Europam incolunt: poſſe tamen animal eſſe ratio nobis dictat, cum non modo in ventriculo atque inteſtinis creari, verum etiam ex cute erumpere, tum pediculos, tum maiora quandoque animalia compertiſſimum habeamus ex hiſtorijs.

Gal. 6. de loc. affect. de his, velut quos non viderit, & qui his quæ de illis produntur nõ multum fidei habeat ſic ſcribit: in quodam Arabiæ « loco, in tibijs, velut tradunt, naſcuntur qui appellantur dracunculi, neruoſi quidem natura, ſed « lumbricis & colore & craſſitudine ſimiles; Qui « igitur dicerent ſe vidiſſe hos multos audiui, ve- « rum cum ipſe non viderim, coniectare non poſ- « ſum, neque de generatione ipſorum, neque de « ſubſtantia quidquam exacte; doctiſſimus Ma- « nardus hunc eſſe morbum frequentem inquit in « India & Ægypto, & appellari à quibuſdam ve- « nam ciuilem, ab halyabbate venam ſanioſam, à « ſanguine atræ bilis naturam habente; vel ab exu- « ſta & valde ſicca pituita: de his dracunculis vide « Aetium lib. 14. c. 85. meminit & Theophr. l. 9. in « fine. «

Δρακοντιάδες appellat Hippoc. inquit Ruffus venas à « corde illico naſcentes.

Δρέπανον. laquei nomen ab Oribaſio deſcripti ad talum ſuo loco motum. Dicuntur vero eodem authore & dracones in machinamentis, qui in vicem manubrioli ductarij fabricantur.

Δρεπὶς. diuulſa, dilacerata, apud Hippocratem. Homerus ea ſignificatione διῃρεπὲς dicit.

Δραχμὴ. drachma. nomen eſt ponderis, menſuræ & nummi. Pondus non vnum vbique fuit. Ægyptia obolum pendit, ſcribente Cleopatra, δραχμὴ δ' καὶ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται αἰγυπτιακὴ ἥτις ἔκτου μέρος ἐστὶ τῆς ἀττικῆς δραχμῆς, ἄγουσα ὀβολὸν ἑ. hoc eſt, drachma autem etiam alia conſimili ſignificatione vocatur Ægyptiaca, quæ ſexta pars eſt Atticæ drachmæ, pendens obolum vnum. Attica ſex obolorum fuit, vt & ex ſententia nunc citata palam eſt, & ex Cleopatræ verbis quæ ſic

habent: ἡ δραχμὴ ἔχει γράμματα γ'. ὀβολοὺς ς'. σίρμους θ'. κεράτια ιδ'. χαλκοῦς μδ'. hoc est, drachma habet scripula tria, obolos sex, lupinos nouem, siliquas octodecim, æreola quadraginta octo. Id etiam testatur Plinius scribens, Drachma Attica (fere enim Attica obseruatione medici vtuntur) denarij argentei pondus habet, eademque sex obolos pondere efficit. Ergo apparet drachmam medicam eiusdem cum Attica ponderis esse. Mensuralis porro drachma etiam vnciæ octaua pars fuit, & nonagesima sexta libræ, & in Romanorum cornibus, vt scribit Galenus, lineis intersectis distinguebatur. Cæterum δραχμὴ etiam nummus fuit pendens drachmam vnam. Is fere argenteus fuit, sicut apud Romanos denarius, de quo Suidas scribit, δραχμὴ ἡ, ἀλλὰ νομίσματος ἀργυρίου. hoc est, Drachma autem pondus denarij argentei. Et Fannius.

In scripulis ternis drachmam, quo pondere doctis.

Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Atque etiam Alexarchus apud Athenæum mutato more loquendi τῷ δραχμῷ ἀργυρίδα nuncupauit. Verum hanc argenteam drachmam Galen. eandem cum denario Romano statuit lib. 8. τ' κ' τόπους. Quod si verum est, septem drachmæ argenteæ vnciam constituunt, cum iuxta Celsum lib. 5. cap. 17. & Scribonium Largum in libri sui proœmio, in vncia pondus septẽ denariorum sit. Verum ea paulo leuior est denario, vt suo loco diximus. Fuit & aurea drachma, quam δραχμὴν χρυσῆν Hesychius & Suidas nominant. Dicta est ἡ δραχμὴ, vt Iulius Pollux scribit, quod sit quasi manipulus obolorum, quem δραχμὴν vocant ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι, quod comprehendere, pugnumque implere significat.

» Δρέπανον συνεγόπομον. Dicitur Paulo instrumen-
» tum Chirurgicum in falcis modum secandis fi-
» stulis accommodatum.

Δεικὺ. acre. id dicitur quod linguam mordet, & cum multa caliditate erodit: sunt enim omnia acria valde calida & tenuium partium. proinde vehementer calfaciunt, incidunt, digerunt, aperiunt, purgant, irritant atque ad excretionem impellunt.

Δεικύτης. acrimonia. qualitas est gustatilis, iisdem facultatibus prædita quibus supra acre pollere dictum est.

» Δεικύτης quoque pro asperitate, acerbitate & ve-
» hementia ponitur, sic apud Gal. δεικύτης πυρετοῦ.
» Δεικὺς οἶνος vide οἶνος: vbi insigniores vinorum dif-
» ferentiæ explicantur.

Δεικυφαγία. acrium esus. Vtitur ea voce Dioscorides aliquot locis, vtútur & reliqui medici. Marcellus interpretatur vomitionem ciborum acrem̃ento quæsitam. In quo tamen non videtur vim huius verbi plane assequutus. Neque enim acres cibi citandis modo vomitionibus conducunt, sed ad alia etiam plæraque vtiles sunt, vt ad calfaciendum, aperiendum, incidendum, digerendum. Hæc enim per se præstare possunt cibi acres, vomitiones non item: quas etsi radicula, eruca, salsamentum vetus, origanus viridis, cepæ, porrum & alia quædam acria prouocent, non tamen quicquid habet acrimoniam, protinus vomitorium est. Itaque quod περὶ ὁμοταρίχων scripsit Dioscorides, εἰς τὰς δεικυφαγίας μάλιστα ἁρμόζειν, hoc est, ad acrium esus præcipue quadrare, intelligendum accommodari maxime & conuenire, quoties cibis acrioribus opus est, siue ad ciendos vomitus, siue ad calfaciendum, siue ad incidendum, siue ad aliud quiduis quod per acres cibos quæritur.

Cæterum salsorum acriorumque id genus ciborum esum Græcis olim δεικυφαγίαν dictum fuisse, satis patet tum ex ipsius vocis etymo, tum ex Aureliani testimonio, quiquidem l. 3. tardar. pass. c. 2. de stomachicorum curatione agens, adhibenda (inquit) in illis est recorporatio quam Græci μεταυγχετικὴν vocãt ex acriori cibo quem Græci δεικυφαγίαν appellant, itemque l. 1. cap. 1. Quibus diebus salsum damus Græci δεικυφαγίαν appellant: ibidem & sæpius habetur, eoque sensu vox δεικυφαγίας quam passim Aurelianus cõmendat ad morborum curationes: aliam vero fuisse à vomitione δεικυφαγίαν, vel ille vnus Pauli locus l. 4. rei medicæ, de elephanticorum curatione abunde testatur, δεικυφαγήσαντες ὃ ἐξεμέσουσιν, ἀπὸ τεταρίχων, ἤγουν, hoc est, assumptis acribus cieatur vomitus, scilicet radicula & cibis eiusmodi: idem Paulus laborantibus ex veteri cancro non vomitu sed acrium esu interdicens scribit: φυλαττομένους δεικυφαγίας ἢ πολὺν πλῆθος: cum Marcelli interpretatione superius allata consentire visus est Cornarius, sed vterque δεικυφαγίας significationem nimium coangustãtes, atque restringentes, dum ad particularem effectum eumque minime necessarium transferunt.

Δεόσατον. vox hæc Nicolao peculiaris est à nullo alio quod sciam Græcorum vsurpata; significat autem idem illi quod Serapium Actuario & nostris syrupus, id quod ex Nicolao patet pluribus in locis, sed potissimũ in antidoto 149. quę pleres archontica appellatur, nam vbi in ea legitur σκλάεντος ἢ δεσάτου τῶν ῥόδων, Latini codices habent sacchari & syrupi rosarum, habet etiam Nicolaus peculiarem de drosatis sectionem, vnde omnibus palam fiet illi ῥόσατον non aliud esse quam serapium.

Δεσόμελι. mel roscidum, quod & ἀεσόμελι, id est, mel aerium, appellatur. Venit hoc ex aere Vergiliarum exortu vel per Caniculam sublucanis temporibus, siue ille sit cœli sudor, siue syderum saliua, siue purgantis se aeris succus, siue aquæ sit liquor, siue naturæ, cum prima aurora lotis quibus prouenire solet, folia arborum herbarumq; melle roscida inueniuntur. Quod si qui matutino sub diuo fuere, vnctas hoc liquore vestes, capillumque concretum sentiunt. Hoc tanquam ros è cœlo cadens, dum venit, obuio terræ halitu concrescens in mellitos grumos coit, qui herbis, arboribus & lapidibus interdum inuenitur hærere. Id manna ab Arabibus appellatur, vt ex ipso Galeno patet, cuius hæc sunt verba capite de melle: In foliis, inquit, stirpium adnascitur quidpiam, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, sed rorulentum quiddam, nec tamen continenter neq; copiosè pronasci soleat. Nec me præterit per æstatem in arborum, fruticum, herbarumq; foliis plurimum fuisse inuentum, si cui à ludentibus rusticis Iuppiter diceretur melle pluisse. Præcesserat tum nox frigidior, pridie calida siccaque cœli conditio diluxerat. Quapropter interierum naturæ perito conueniebat, halitus quos terra vel aqua prospirasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostra

rarius euenit, in Libano monte quotannis, adeo vt extenſis pellibus arbores ſuccutiant, receptoque quod profluit, ollas & fictilia compleant. priuatoque nomine vocant δρυόμελι, id eſt, roſcidum mel. & etiam ἀερόμελι, id eſt, mel aerium. Hæc Galenus.

Δρυόπτερις. filicula. herbula eſt in vetuſtorum robor um muſco naſcens, filici ſimilis, multo minore foliorum inciſura, radicibus inuicem implexis, hirſutis, guſtu acerbo in dulcedinem vergente. Vis ei ſeptica eſt, & cauſtica. proinde pilis glabram cutem efficit.

Apud Dioſcor. Gal. & Paul. ſcribitur δρυοπτερὶς ὀξυτονῶς, itemque θηλυπτερὶς, attamen non πτερὶς modo legimus, ſed etiam πτέρις & quidem frequentius.

Δρυόφυον. olus eſt ſylueſtre filici ſimile, ramis ſeſquipedalibus, flore ſambuci lacteo, ſemine guſtu mordaci, quo vice piperis ruſtici vtuntur. Officinæ nemoralem myrtum vocant.

Δρυπὴς. drupus, hoc eſt, maturus & primum nigreſcens. dicitur proprie de fructibus non oleæ modo, ſed reliquarum etiam arborum maturis & adultis, & iam ex arbore caſuris ἀπὸ τῦ πίπτω ἢ δρῦς.

Δρῦς. hoc nomine Græci omne genus arboris omneque lignum comprehendunt. nam quod Gallicum vulgus cheſnam vocat, Græci δρῦν ἀχρίαν, Latini robur appellant. Habet autem omnis quercus vim adſtringendi.

Δρώπαξ. dropax. Medicamenti forma eſt, interdum liquidioris in modum malagmatis, interdum ſiccioris, emplaſtri modo, prout vſus exigit. Eadem materia, inquit Paulus, conſtat, qua & acopa & emplaſtra. Eſt autem dropax alius ſimplex, alius compoſitus. Simplex is eſt qui & πίπωσις, hoc eſt picatio, appellatur. Pix arida cum exiguo oleo liquatur, deinde dum calet cuti illinitur, & præraſis locis agglutinatur, & antequam omnino refrigeſcat, auellitur. Deinde rurſus ad ignem calfacta reponitur, & ſimiliter priuſquam frigeſcat, auellitur, & tertio quartoque, vel ſæpius etiã id repetitur. Conuenit frequentibus vomitionibus, & cruditatibus, & cœliacis affectionibus, & reliquis partibus alimentum non ſentientibus. Maxime vero ante ſinapiſmum adhibetur ad corporis præparationem, & poſt ſinapiſmum etiam, vt reliquiæ morbi euellantur. Dropax vero compoſitus eſt, cui præterea adiiciuntur alia ad diuerſos vſus, vt ad excitandum calorem piper, pyrethrum, ſemen roſmarini, bitumen: ad deſiccandum vero, ſulphur viuum, ſal, cinis ſarmentorum: ad lancinandum vero, limneſtis quę & adarce vocatur, aut euphorbium. Hæc enim trita liquefactæ pici inſperguntur, aut alia etiam eiuſdem facultatis. Si vires ægri imbecillæ ſunt, liquidior fieri debet in formam malagmatis, & præradi pili in loco cui adhibebitur, & paulatim poſtea auelli. Sin valentes ſunt, emplaſtri modo præparandus eſt, & non deraſis pilis admouendus, confertimque auellendus, niſi forte capiti aut mento, aut pubi applicandus eſſet. Sic enim plus habet efficaciæ, ſpiritumque remiſſum magis firmare poteſt, & ad ſuperficiem reuocare, humoreſque attrahere & diſcutere. Sed & medicamenta depilatoria, φλωθρα proprie dicta, dropaces appellantur, vt conſtat ex verſibus Martialis qui habentur lib. 10.

Lænis dropace tu quotidiano.
Hirſutis ego cruribus geniſque.

Forte quod ſola pice conſtarent in oleo liquata, quemadmodum & dropaces.

Idem & Martial. l. 3.

Pſilothro faciémque lauas vt dropace caluam.

Sic etiam videntur intelligenda hæc apud Suidam πολλὲς ὁρῶ διὰ τὴν ὑγίειαν σπᾶν ξυρὸν καὶ δρώπακα καταφεύγοντας: id eſt multos video ſanitatis gratia ad nouaculam & dropacem confugere: vnde δρωπακίζειν dicitur τὸ μετ' ἀλοιφῆς τινος χεῖσαι τὸ σῶμα πρὸς φίλωσιν τῶν τῆς σαρκὸς τριχῶν, καὶ μεταληπτικῶς πᾶσαν κίνωσιν τῶν τοιούτων ἀποκομιδῶν αὐτῶν teſte eodem Suida: id eſt cum adipe aliquo corp. inungere ad depilationem ſeu auulſionem pilorum qui in cute ſunt. Demonax apud Lucian. δρωπακίσαι τότε αὐτὸν κέλευσον, id eſt dropace illini iubebis, obliquo ſcommate mordens proconſulem quẽdam qui erat τῶν πιπουμένων τὸ σέλας τὸ σῶμα ὅλον, depilata habens membra & corpus vniuerſum, ſuam illi ſic molliciem exprobrans, vnde clarum eſt δρωπακίζειν & πιπόω idem eſſe hoc eſt agglutinatione picis calidæ euellere pilos & deglabrare cutem, vt ethymol. quoque δρωπακίζεσθαι idem eſſe dicit quod πιπίσθαι hoc eſt τὰς τρίχας τῦ παντὸς σώματος μαλάξαι χείσμασι, corporis vniuerſi pilos vnguentis illinere. ac forſitan eſt παρὰ τὸ δρέπειν dictus ὁ δρώπαξ quoniam eo veluti δρέπονται & euelluntur pili: de dropacis autem medicamenti forma plura leges apud Aetium l. 3. c. 190. & Paul. l. 7. c. 19. dropacum quoque differentias nonnullas recenſet Oribaſius l. 3. ſynopſeos.

Δρωπακισμὸς. apud Dioſcor. l. 7. c. 4. dropacis applicatio dicitur.

Δρωπακικὰ φάρμακα dicuntur vel dropaces, vel quæ dropacum modo illinuntur. appellantur eadem πιπωτὰ à Galeno comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον, aphor. 32.

Δρώπαξ. ὁ γάλλος Oribaſij deſcribitur à Paul. l. 7. c. 19.

Δύναμις. facultas. potentia. Eſt cauſa àqua actio procedit. Sed cum cauſa ad aliquid dicatur (eſt enim eius vnius quod ab ea fit, reliquorum nullius) planum eſt facultatem quoque in relatione ad aliquid dici. Ac quo ad agentis cauſæ ſubſtãtiam ignoramus, facultatem eam ſiue potentiam appellamus, in venis quidem ſanguificam, in ventriculo concoctricem, in corde pulſificam, & in ſingulis reliquarum particularum propriam quandam eius quam edunt actionis, ſiue etiam operis (primum enim actionis ipſius facultas eſt cauſa, deinde etiam operis ex accidẽti quodam) effectricem. Itaque ſi certa ratione & via quot & quæ facultates ſint inuenturi ſumus, inueſtigare eas ab ipſis operibus oportet. Singula namque opera ab aliqua procedunt actione, hanc vero omnino aliqua præcedit cauſa, quam facultatem vocamus. Ergo cum variæ admodum ſint actionum differentiæ, multiplices quoque facultates ſtatuere neceſſe eſt, quas tamen medici in hominẽ ad tria ſumma genera reuocarunt, aliam vitalem, aliam animalem, aliam naturalem appellantes. Si quidem ſub earum aliqua alias omnes particulares comprehendunt. Sub vitali quidem pulſificam & iraſcibilem quam θυμικὴν & παθητικὴν appellant, cuius tot etiam habentur differentiæ quot & animi paſſionum. Sub animali vero, ſenſificam, motricem & principem: ſub ſenſifica, viſoriam, auditoriã, odoratoriam,

gustatoriam, tactricem, adhæc vigilādi dormiendique facultatem quæ ad primum & communem omnium sensum pertinet: sub principe, imaginatricem, ratiocinatricem & memoratiuam: sub naturali vero, concupiscibilem & nutritoriam: atque sub his rursus attractricem, tetentricem, concoctricem, expultricem, generatricem, auctricem & reliquas quæ pertinent vel ad generis propagationem, vel ad individui conseruationem, vt sanguificam, ossificam, neruificam, spermaticam & alias cuiusuis particulę formatrices, vel totius etiam fœtus opifices. Sic quidem se habent tres in hominum corporibus facultates, quas quidem vt operibus, sic etiam substantia, instrumentis & sedibus natura seiunxit. Hæ diuersi inter se generis gubernant animal, toti corpori ex suo quodam veluti fonte quæque distributæ. Eas Plato animas vocat, propriam cuiusque substantiam inueniens, quæ, vt ait Galenus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistit. Est autem earum vna, ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet, canales vero ab hoc in totum corpus sparsos, ipsas venas. Hanc seu appetitricem, seu naturalem, seu altricem voces, nihil interest, veluti nec si animam aut facultatem. Altera est quæ non modo vt stirpibus aut vita præditis, sed etiam vt animalibus anima, est insita. Hæc sedem in corde habet, ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arterię sunt: vocaturque hæc multis sane nominibus: nam & facultas siue virtus vitalis, & facultas siue virtus animosa, & anima vitalis, & anima animosa dicitur. Tertia anima siue facultas ratiocinatrix in cerebro domicilium habet: ea voluntariis actionibus vna cum sensibus præsidet. Vtitur & hæc particulis quibusdam ceu canalibus, nempe ipsis neruis, sensum motumq; per hos in totum animal transmittens. Ergo has facultates seruare, nihil plane est aliud quam vitam seruare. Siquidem qualibet earum amissa, necesse est reliquas quoque perire. Sic enim inter se cohærēt, vt altera alteri subsidio sit & mutua ope consistant: quanquam fieri aliquando possit, vt vna alterius affectionem non sentiat. Ortu quidem ipso prima est naturalis, deinde vitalis, postrema animalis: nobilitate & principatu prima est animalis, ab hac vitalis, postea naturalis. In actionum autem & vitæ necessitate omnium prima est vitalis, quod ex ea spiritus & vis influat vitæ in partes omnes, siue illæ moueri, siue sentire, siue nutriri debeant, atque per eam caloris innati (à quo omnium partium functiones proficiscuntur) temperies in singulis partibus. Cæterum præter facultates iam commemoratas alias quoque in medicamentis medici vsurpant, à quibus singula suas actiones obeunt. quæ cum sint admodum differentes, in quatuor tamen summa genera ab iis reuocantur, quas appellant primas, secundas, tertias, quartas. Nec vero interest facultates an qualitates dicas: ipsa enim facultas reuera est qualitas, sola ratione ab ea differens: quando qualitas per se dicitur, facultas vero quatenus ad aliquid refertur. Prima quidem dicitur quæ reliquarum communis est tanquam basis, excepta ea quæ à cæca proprietate est: ex ipsis elementis nullius interuentu prodit, ipsisq; omnium maxime tribuitur. Generatim quidem est calfaciendi, refrigerandi, humectandi, siccādi, tum simplex tū per horum cōiugationem composita: particulatim vero efficiēdi id ipsū in principio, medio, fine ordinis primi, secundi, tertij, quarti. ac primo quidem ordine, obscure: secundo, manifeste: tertio, vehementer: quarto, summe facultas ea tactum nostrum gustatumque afficit, idque in horum singulorum ordinum principio, medio, fine. Facultas secunda est, quæ primas facultates simplices, vel coniugatas nullius alterius interuētu sequitur, vt facultas molliendi vim humidam primo sequitur: durandi, siccam: rarefaciendi, attrahendi, aperiendi, tenuādi, calidam: densandi, repellendi, claudendi, incrassandi, frigidam. Vires & qualitates secundas in acerbis, austeris, acidis, dulcibus, salsis, amaris, acribus, digerentibus, adstringentibus, contrahentibus, repellentibus, ex alto trahentibus, referantibus, sensum stupefacientibus constituit Gal. lib. 5. τῶν κατὰ τόπους. Facultates autem tertiæ sunt quæ vlterius procedendo prope particulatim appellantur, vt σαρκωτικὴ, κολλητικὴ, ἐυπυλωτικὴ, διουρητικὸν, ἐμετικὸν, ἐκκοπτικὴ, ἕρπητος, ἀποφλεγματικὴ, menses ciendi aut sistendi facultas, seminis generatrix vel extinctrix, prouocandi, reprimendi. Hæ magna ex parte primas simul & secundas sequuntur, vt sarcoticum, siccum primo gradu & detergens: colleticum siccans & adstringens: epuloticum siccans secundo gradu & valenter adstringens. Est tamen quando in nullam præcedentium reiicere possis hanc tertiam. vomitorium enim aliquando est, vt bulbus vomitorius, nux vomica, agaricus & helleborus albus, non ob aliquam primam vel secundam qualitatem, sed quia vel substantiæ suæ raritate innatant, vel stomacho sua substantia sunt contraria. Facultates vero quartæ sunt cū magis etiam procedendo, ad particulares peruenitur facultates, quæ à partibus nomen accipiunt, vt cephalica, cardiaca, stomatica, stomachica, hepatica, splenica: vel à morbis partium, ischiadica, nephritica, podagrica, colica, pleuritica: vel ab effectis, bechica, calculos frangentia, colletica, epulotica, cathæretica, cathartica, carnem super ossa nuda creantia, fœtum corrumpentia, fœtum extrahentia, ad chœradas discutiendas, ad epilepsiam, spasmum, & alia prope infinita similiter dicuntur. Tamen sarcotica, colletica, epulotica inter tertias numerantur à Galeno lib. 6. τῶν κατὰ γένη & aliæ ex tertiis eadem ratione inter quartas accensēri possunt, vt lac, semen, menses, vrinas, sudores respicientia. Reuera enim quædam horum ambigunt, & vtrique generi vicina sunt. Ob id Auerroes 5. coll. cap. vltimo tertiam & quartam in vnam miscet. Alij vero quatuor hæc facultatum genera aliter distinguunt, vt primę sint calfactrix, refrigeratrix, humectatrix, siccatrix: secundæ, quæ primos effectus primarum sequūtur, vt vis aperiendi, claudendi, erodens, glutinatoria: tertiæ, quibus medicamenti vnam partem magis quam aliam respiciunt: quartæ, quæ sunt à virtute & forma occulta seu specifica, vt purgatrix, theriaca, alexipharmaca: quibus ἐρπητικὸν & ἱλαρωτικὸν mirum est per hos adiungi, cum manifestam causam habere videantur.

Διάχυσις. accipitur aliquando pro ipsa medicamenti compositione & structura, quod sæpe occurrit apud Galenum in libr. τῶν κατὰ γένη, vt τετραφάρμακος διάχυσις, hoc est, medicamentum tetrapharmacum.

Δυνάμει εἶναι. potestate esse. Quod quale dicitur tale nondum est, sed potest esse tale, hoc esse potestate dicimus. Hominem, verbi gratia, qui modo natus fuit, rationalem, & auem volatilem: scilicet quod eorum vnumquodque futurum est, si nihil id extrinsecus impediat, hoc ceu iam sit appellantes: vnde arbitror hæc esse potestate non actu dicimus. Perfectum namque est ac iam præsens ipsa energia, siue quod actu est: quod vero potestate est, imperfectum & adhuc futurum, & vt fiat quidem id quod dicitur, veluti habile, non tamen adhuc subsistens. Ac maxime quidem proprie sola ea potestate esse dicimus, in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutionem venit, præterea quæcunque sientium, vt sic dicam, continentes materiæ sunt. Dicitur autem potestate esse etiam quod ei quod ex accidēti dicitur est ex aduerso positum, vt si quis carnosi iuuenis in frigida lauationem corpus eius ex accidenti, non ex propria potestate calefacere dicat.

Δυνάμεις. vocant medici sy luam & materiam medicinalem qualis est à Dioscor. & alijs conscripta.

Δύς. apud Hippocr. in compositione aliquid de priuatione in totum minuit vt in voce δύσκωφοι id est surdastri, quanquam hac in voce τὸ δύς significationē augere potius quam minuere videtur (vt in voce δυσάνιος) vt eos intelligas qui valde obsurduerunt: aliquando δύς male significat, vt in (δυσῶδης) male olens, interdum difficultatem ostendit vt in voce δυσεκθεμαίνεσθαι, δύσκεστον autem & quod male & quod ægre atque periculose iudicatur.

Δυσαισθησία. difficilis sensus vel prorsus nullus. sic δυσκινησία non modo difficultatem motionis, sed etiam immobilitatem significat.

Inter morbos à Gal. ponitur vt ἀναισθησία quę omnimoda est sensus priuatio.

Δυσάνιος, δυσήνιος, & δυσανίης: vetus hæc dictio est & & plane Hippocratica quæ Hippoc. lib. 3. ἐπιδεμ. anxium, morosum, molestum, tristem & eum qui fere semper angitur significat; & δυσανίης dicitur Gal. in exeg. ex Critia quicumq; propter parua tristatur, & propter magna magis vel diutius quam alij homines; quam ex Critia expositionem repetit Gal. comm. in ægrum 11. libr. 3. Epid. vbi de muliere quæ in Thaso quam δυσάνιον appellat Hippocrat. Et eam innui scribit Galen. in comment. quæ ex longo mœrore diu tristis & anxia perseuerarit, nec ad animi æquitatem aut securitatem reuocari potuerit, atque hac ratione δυσανίης & δυσάνιος idem esse Galeno videntur: Hesych. etiam voci δυσήνιος eam dat significationem quam voci δυσάνιος ipse Galen. δυσήνιοι enim Hesychio dicuntur ὀπὶ μικροῖς ὀργιζόμενοι, ἀπιθεῖς, δυσαγωγοὶ, ὀπὶ πολὺ σκυθρωποὶ quæ & expositio cum Erotiani interpretatione conuenit: exponit enim Erotian. δυσήνιος, ἢ δυσθύμως, ἢ δυσκόλως τὰς αἰτίας φερούσης, id est, quæ cum vi magna & difficulter admodum fert ea quæ ipsam contristant: atque δυσήνιος Genitiuum facit Erotian. in lexico, Galenus vero nominatiuum sicut & Hesychius, rectiusque meo quidem iudicio, Sed nec Erotianum sic scripsisse existimem: Cæterum Gal. voci δυσήνιος contrariam dat significationem voci δυσάνιος: est enim secundum illum δυσήνιος ὁ μὴ ἐυκόλως αὐτιώμενος, sed τὸ (μὴ) hîc redūdare recte opinatur Henricus Steph. Itemque ὁ δυσκαλίνωτος qui frenari, aut habenis retineri non potest, atque in hac posteriori significatione deducitur ab ἡνία, id est, frenum aut lorum: in illa autem priore ab αὐλία quod prius α in η mutauerit si δυσήνιος legamus, sed manserit immutatum si δυσάνιος.

Δυσαρεστεῖν. non hilariter affectum esse, implacide se habere, vt ægroti qui in lecto acquiescere nequeunt & iactantur, & δυσάρεστος morosus: his opponuntur εὐαρεστεῖν & εὐαρέστησις, id est, placabilitas, animus non æger, & placide composita mente, vt notauit Galen. ex Hippocrat. hinc & δυσαρέστησις displicentia, quam sæpe vocem vsurpauit Cælius Aurelian. vt libr. 5. τ. παθ. cap. 10. & 12. Eaque ægrotantis affectio dicitur, qua illi cuncta displicent cum inæqualitate febribus vicina.

Δυσδιαφόρητος. Galeno dicitur cui succi perspirabili cute difficulter digeruntur.

Δυσελκής. is in quo vlcera ægre sanescunt. quique laborat vlceribus curatu difficilibus. eiusmodi sunt corpora mollia & humida, & quæ aqua inter cutem laborant. ei opponitur εὐελκής. Item δυσελκὲς ἕλκος dicitur vlcus malignum & curatu difficile.

Δυσελκία. difficiles vlcerum curationes dicuntur in corporibus mollibus & humidis, aut aqua intercutem laborantibus apud Hippocr.

Δυσεντέρια. est exulceratio intestinorum, deiectiones ramentosas, cruentas & dolorificas inducēs, Latini intestinorum tormina appellant. Exulcerationis causa est bilis mordax tum flaua, tum atra, sed hæc lethalem excitat dysenteriam, vt scribit Hippo. quod vlcera quæ ab ea facta sunt, difficillime sanentur. Morbus quidem ipse exulceratio est, symptomata autem plurima, in primis quidem ipsius bilios humoris per initia excretio varia, mucosa & pinguis. deinde vero tunicæ intestinorum internæ abrasio, per quam prodeunt membranosa quædam corpora, quæ ipsorum intestinorum particulæ sunt: postea vero cruenta deiectio sequitur, & vlcerum interdum crustulæ quæ ἰρηλκίδες appellantur, & puris non raro magna quantitas: quo quidem tēpore affectus ipse iam proprie dysenteria est. Consistit autem illa interdum in crassis, aliquando in tenuibus intestinis, id quod & ex cruore & ex ipsis ramentis diiudicatur. Nam si & cruor & ramenta ita mista sunt reliquis excrementis, vt vniuersa misceantur vniuersis, in superioribus: si vero supernatant, in inferioribus intestinis vlcus esse ostenditur. Talis quidem proprie dicta dysenteria est, nomen habens à læsa particula, quam solam plærique dysenteriam nominandam censent. Alij vero, inter quos ipse etiam Hippocrates est, dysenteriam interdum appellant non ipsam modo exulcerationem intestinorum, verum omnem etiam cruoris per intestina vacuationem: quo quidem modo morbi nomen symptomati tribuunt, vt annotauit Galenus comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων, aphoris. 40. Sunt autem excretionis sanguinis per intestina sine vlcere tres modi: vnus propter boni sanguinis copiam in toto corpore aucti, qui ex venarum orificijs in intestina apertis effunditur, eo tantum differēs ab hæmorrhoidum profluuio, quod in hoc venæ ani duntaxat, in illo autem secundum totam intestinorum longitudinem, perque omnes eorum anfractus, longeqi

ab

ab ano venæ aperiantur. Talis δυσεντερία αἱματηρὰ appellatur, acciditque potissimum ijs quibus aliquod membrum excisum est, aut intermissa exercitatio. Secundus est cum propter iecinoris imbecillitatem aquosus sanguis deijcitur, loturæ carnium persimilis: quod enim imbecilla sit vis eius retentrix atque alteratrix, sanguis eiusmodi excernitur. vocatur autem ea δυσεντερία ἁπατηρά. Tertius est cum sanguis propter bilis flauæ vel atræ permistionem acrior venarum orificia aperit, & per intestina fertur. hæc proprio nomine caret, & à Paulo comprehenditur sub ea dysenteriæ specie quã αἱματηρὰν vocãt: distinguitur vero à Gal. l. 3. de causis sympt. illam propter sanguinis copiam, hanc propter acrimoniam efficiasserenti. Itaque quatuor sunt in vniuersum dysenteriæ: vna vere & proprie dicta, tres vero improprie à symptomate, quod omnium commune symptoma sit sanguinis per aluũ excretio.

» Sed & ῥευματικὴν quandam dysenteriam describit Trallian. lib. 8. c. 8. id est humorum ex mesaraicis venis ad intestina cursum, nam ciborum » (inquit) ingestorum chylus (hoc est cremor) dũ » in sanguinem ibi mutatur, ad intestina refunditur, atque ita vna cum bile mixtus excernitur, nec » potest ob huius acrimoniam in ventre retineri, » sed ab intestinis foras propellitur: huius autem » reumaticæ dysenteriæ causas inquit esse, acrium » & variorum humorum per aluum excretionem, » sitim magnam, corporis colliquationem, cibi fastidium, ventris & intestinorum rosiones, quod » si hæc diutius perseuerent, exulcerationem intestinorum tandem fieri inquit, quæ proprie dysenteria dicitur, de qua postea peculiare caput instituit.

Δυσεπούλωτα. dicuntur vlcera quæ vix cicatricem recipiunt. Nec vero cacoethe eam etiam admittunt: differunt tamen inter se, quod vlcera quæ ex humorum cõfluxu vel multorum vel acrium oriuntur, si locus ipse affectus eiusmodi dispositionem non contraxerit, vt quod ad ipsum influit bonum probumque corrumpat, δυσεπούλωτα appellantur: si vero locus affectus ad eam dispositionem iam peruenerit, vt corrumpat quicquid influit, κακοήθη dicuntur. Eadem & δυσεπούλωτα nominantur, & δυσέπουλα à Philopono.

Δυσήνιος. vide supra δυσάνιος.

Δυσικοία. grauis auditus dicitur Paulo l. 3. c. 23.

Δυσθανάτους. dicuntur apud Hippocr. in prognostico tum qui tarde & paulatim, tum qui cum dolore moriuntur.

» Gal. comm. 2. in 1. prorrhet. part. 20.

Δυσθυμία. metus & mœstitia, animi deiectio atque » desperatio dicitur, Hippocrati in aphoris. & Epi» dem. quam in Coac. ἀθυμίαν appellat, & esse in» quit tum melancholiæ tum & exitij argumen» tum. Nam in statu & tempestate Aquilonia 1. » Epid. inter signa lethalia φόβοι (inquit) δυσθυμίαι, » ἄκρεα κατὰ ψυχρά, timores, mœstitiæ, extrema subfrigida. Et in Euryanactis filia δυσθυμίη ἀνιλπίστως » desperatus mœror, & ἄκρεα ψυχρὰ annotantur » mortua quidem illa: Delirij etiam meminit melancholici, σιγῶσα (inquit) οὐδὲν διελέγετο Silens nequicquã loquebatur. Taciturnitas enim comes » est melancholici delirij vt ἀθυμία, nam in histo» ria mulieris Thasiæ sub finem Ἄθυμος (inquit) » τὰ περὶ τὸν γνάθμον μελαγχολικὰ: & in Coacis ἀθυμίαι » in conuulsionem desinere sæpe dicitur, siue id vi fiat morbi, violato neruorum principio ex acrimonia mordente, siue aliunde, conuulsione mota, sicut ex suppressa vacuatione, quod mulieri illi contingit cuius morbum describit 3. Epid. cui statim prima nocte φόβοι, λόγοι πόλλοι, δυσθυμίαι, ἀπαθμοὶ πολλοί, in fine historiæ ἔρεα μέλαινα, λεπτὰ περὶ κρίσιν, γυναικεῖα πολλὰ κατέβη muliebria multa descenderunt; fit autem δυσθυμία exusto sanguine crassiore & flaua bile, quanquam & in materia melancholica contrahitur qualitas quædã ineffabilis quæ miris spectris animum perturbat, siue ea cerebri substantiæ imbibatur, siue in venas repat aut fumos emittat, qui velut tenebris offusis animam terreant.

Δυσκύλιστοι. Paulo dicuntur quibus difficulter aluus it.

Δυσκοιτῆν. apud Hippocratem est implacide & molestè decumbere, vt annotat Gal. comm. 2. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Δυσκολαίνουσα οὖρησις. mictio difficilis; vocem autem hanc nouam esse atque obscuram ait Gal. comment. 3. in prorrhet. δυσκολαίνουσαι enim alij interpretantur eam quæ cum dolore fit, alij eam quæ retinetur, alij eam quæ ægre fit, & eam quę cõtinue, & eam quæ in stranguria fieri solet, alij denique eam quæ præpotenter mordet.

Δύσκολον. vox quam sæpe vsurpat Hippocr. in morborum prognosi, & de illis quæ difficilia quidem cæterum periculo vacant nec sunt lethalia; & vbi δύσκολον scribit, addit aliquando ἧσσον ὀλέθριον; aliquando ἔχει τι δύσκολον vbi periculum imminet & difficultas morbi: Est igitur id δύσκολον inter dubiam spem & certum metum, vel vt Galenus interpretatur in prorrhet. quod minatur periculum spem tamen salutis non adimit, videturvox hæc per ταπείνωσιν ab Hippocrate proferri.

Δυσκρασία. intemperies. Est mistio inæqualis quatuor primarum qualitatum: vbi enim illæ ita coierint vt earum pares sint portiones vireſque, temperamẽtum emergit exquisitissimum, quod cæterorum omnium norma est. Ab eo quodcunque desciscit, intemperies dicitur: tunc enim aliqua qualitas exuperet necesse est, aut etiam duæ. Itaque cum quatuor sint ex quibus temperamentum illud exquisitissimum, & vt ita dicam temperatissimum absoluitur, singulorum excessu simplices quatuor intemperaturæ fiunt, calida, frigida, humida, sicca: & totidem compositæ, calida humida, calida sicca, frigida humida, frigida sicca. Nec vero singularum modus vnus est & vna ratio, sed immensa omnino latitudo, adeo vt intemperaturarum infinitæ propemodum habeantur differentiæ. Nec tamen omnes eiusmodi intemperies morbosæ sunt, sed plurimæ contra salubres, quę videlicet intra limites sanitatis consistunt. Quum enim omnis actio à partis temperamento proficiscatur, & varij prorsus generis actiones esse oporteat, multiplices quoque temperaturas esse oportuit, quæ non simpliciter, sed ad iustitiam temperamenta appellantur. Non aliud autem ad iustitiam significeat, quam prout cuique parti expedit. Itaque in singulis partibus primarum qualitatum etiam inæqualis mistio, quoniam secundum naturam est, non dicitur intemperies, etiamsi reuerà intemperies sit, sed temperamentum, quandiu scilicet naturæ modum non excedit: cum

vero exceſſit plane abſoluteque, intemperies eſt, & iam morbus aut morbi cauſa euadit. Eſt & præter iſtas alia intemperiei differentia, per quam æqualis aut inæqualis dicitur. Æqualis quidem eſt quæ in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter ſolaque ineſt. Ea enim ita inducitur, & occupat corpus, vt depulſa naturali temperie, ſola in corpore dominetur: neque enim ea in fieri eſt, vt aiunt, ſed in facto eſſe. Itaque in habitum tranſit, & euadit veluti altera natura acquiſitícia & priori contraria, neque vllo dolore moleſta eſt. Eiuſmodi intemperies in febre hectica eſſe perhibetur. Sicut autem in toto corpore, ſic & in vna certa parte corporis contrahi poteſt. Intemperies vero inæqualis dicitur, cum idem corpus ſimul & calidius & frigidius, aut humidius ſimulque ſiccius quam pro naturali habitu redditur. Ea in fieri eſt, eamque ob rem dolore non vacat, & alias in toto animalis corpore fit, alias in vna qualibet parte, idque vel cum fluxione vel abſque materiæ affluxu, quemadmodum Galen. libello de inæquali intemperie quando ſingulæ corporis partes non ſunt ſimiliter intemperatæ, ſed varias ſortitæ ſũt intemperaturas. cumque corpus totum intemperatum ſit, non tamen vnica intemperies dominatur in toto corpore, ſed plures in ſingulis partibus.

Δύσκριτος νόσος. Mali iudicij morbus appellatur qui » cum grauibus periculoſiſque ſymptomatis iudi- » catur, vel imperfecte, ita vt poſtea recidiuam fa- » ciat, κακόκριτον interpretatur Gal. aphor. 8. l. 3. & » comment. in aphor. 29. l. 4. quo in loco vt etiam » aphor. ſequente idem eſſe ſcribit quod δύσλυτος » id eſt ſolutu difficilis: ἄκριτον interpretatur Gal. » part. 35. comment. 2. prorrhet: huic vero oppo- » nitur ἔυκριτος aphor. 12. libr. 1. ſeu εὐκρινὴς aphor. » 8. lib. 3.

Δυσουρία. eſt vrinæ difficilis & cum dolore excretio. Sæpe quidem ambo hæc ſymptomata in dyſuria concurrunt, vt ea difficulter & cum dolore reddatur. nec tamen in dyſuria ſemper coniuncta eſſe oportet, ſed ſi alterum modo adſit, dyſuria recte dicitur. Ea namque manifeſto diſtinxit Gal. comment. aphor. 48. libr. 7. duas dyſuriæ ſpecies conſtituens, vnam τὴν μετ' ὀδύνης, hoc eſt, quæ cum dolore: alterum, τὴν μετ' δυσχερείας, ὡς μάγις ἐνδηλον τὴν οὖσιν: hoc eſt, quæ cum difficultate, vt vix ipſa vèſica opus ſuum peragat. Illius cauſas recenſet inflammationem, abſceſſum, exulcerationem, inæqualem intemperiem, & ſpiritum flatulentum: huius vero aut facultatis imbecillitatem, aut tumorem præter naturam. Ab his enim cauſis fit, vt cum meiere æger cupiat, non ſtatim vrinæ excretio ſequatur, ſed magno cum conatu atque etiam aliquando dolore. Iis autem duobus exceptis ſymptomatis, vrina naturalem excretionis mõdum ſeruat, neque interciſe fluens, neque guttatim neque maturius quã naturæ conueniat. Hæc enim ſymptomata alijs nominibus appellantur.

Δυσπεψία. eſt depraua ta alimenti concoctio, ſiue alimenti corruptela. ſymptoma eſt actionis naturalis coctricis deprauatæ: quam libuit eo nomine appellare, ſicut debilem, βραδυπεψίαν, prorſuſque abolitam, ἀπεψίαν. Deprauatur autem, cum alimenta in qualitatẽ à natura alienam alterantur. Ea gemina ſtatuitur, χυλώδης & ὀξώδης, hoc eſt, nidoroſa & acida: hæc frigidis, illa calidis de cauſis prouenit. Intemperies ventriculi calida, eiuſque morbi organici calidi, excrementum calidum & bilioſum in eo redundans, cibi potuſque calidiores, nidoroſam gignunt: ea ructibus facile deprehenditur. Non eſt autem vnius generis, ſed quilibet cibus id nidoris genus reddit quod naturæ ſuæ proprium eſt, alius virulentum quid, alius cœni fœtorem, alius piſcium, alius ouorum putidorum aut alterius abſurdæ quæque dici vix poteſt, putredinis nidorem ructu guſtuque refert. Contra vero frigidæ ventriculi affectiones, excrementum pituitoſum & frigidum in eo redundans, cibus potuſque frigidior & natura pituitoſus, τὴν ὀξώδη inducunt, quæ ructibus ſimiliter dignoſcitur. Nec tamen ructibus eas ciborum corruptiones perpetuo licet deprehendere, quod, vt ſcribit Galen. ſi cibi calidiores fuerint aut flatulenti, & calori frigiditas quædam aliunde acceſſerit, vapore ſpirituque ventriculus repletur, qui neque nidorem neque acorem vllum ſapiat.

Δύσπνοια. ſpirandi difficultas. ſymptoma eſt leſæ reſpirationis, commune orthopnoicis, pleuriticis, peripneumonicis, ſynanchicis, & alijs plærisque male affectis, à quo ægri δυσπνοϊκοὶ appellantur. Galen. tamen lib. 7. τ. κ. τόπ. ſic eos ſimpliciter ſcribit à veteribus vocatos quibus bronchia pulmonis craſſis & viſcoſis humoribus ſunt obſtructa, & in quibus medicamenta præterquam quod incidunt atque attenuant, humectandi etiam facultate prædita eſſe oportet. Aetius addit ſic proprie dici qui febris omnino expertes ſunt, nec grauitatem ponduſque ſentiunt, nec febricitantium in morem calidum ſpirant. Celſus ab orthopnoicis qui & aſthmatici dicuntur, ſola cauſæ magnitudine diſtinguit, dyſpnœam ſcribens eſſe ſpirãdi difficultatem, non omnem quidem, ſed eam quæ modica eſt, neque ex toto ſtrangulat. Nam cum vehementior eſt, vt ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit, ἄσθμα appellari.

Δύσπνοον, ἀδύσπνοια. apud Hippocratem.

Δυσεμπλάστου. emplaſtri nomen eſt quod à Galeno deſcribitur lib. 5. τ. κ. γ. φ.

Δύσειροι. dicuntur qui in algeſcunt perpetuo: Pollux l. 4. τὸν ἀεὶ ῥιγοῦντας tradit ab antiquis nominatos fuiſſe ῥιγοσκίους, ab hominibus ſui temporis δυσῤῥίγους; Latini alſioſos vocant qui facile læduntur à frigore, eiuſque ſunt impatientes.

Δυστοκία. difficilis partus dicitur apud Paul. libr. 3. cap. 76.

Δυσφέρητος ὄγκος. Gal. in 2. ad Glaucon. dicitur tumor qui non facile reſoluitur.

Δυσφορία. dicitur moleſtia incredibilis & anxietudo quæ cernitur in iacendi habitu inquieto, cum ægra difficilique admodum tolerantia ſymptomatum omnium quæ à febribus vel à viſcerum phlegmone inferuntur, nam tum efferũtur faſtidio & contumacia in eos qui præſto ſunt, intus incendio conflagrãtes cum inexplebili ſiti, iactatione varia ſurſum deorſum, dextrorſum & è cõtra, omnis figuræ loci ſituſque impatiẽtes, more eorum quos in ſecũda valetudine tædet ſubinde earum rerum quæ prius placuerant: δυσφορεῖν vocat in prognoſt. Hippoc. δυσφόρων φέρειν τὸν νόσον, quam facit coitio malorum, ſitis, vigiliæ, doloris æſtus, & vbi acris materia in medio corpore

„ stomacho & visceribus feruet; idem interdum
„ efficit virium imbecillitas quæ morbum non fe-
„ rat, & æstus quidam, sacer ignis aut inflammatio
„ conclusa in præcordijs: minus formidabilis ca-
„ sus est, si mollitie, consuetudine, vigore febris
„ perturbatione critica, dolore grauius excrucian-
„ te accedit: est ergo δυσφορία mala tum vt signum,
„ quia ea quæ dicta sunt indicat, tum vt causa quia
„ virtutem exoluit & coctionem materiæ prohi-
„ bet: inde Philiscus in lienis inflammatione 3. die
„ noctu δύσφορος, & 4. nox δυσφορωτέρη, sic enim pari
„ die qui ægro acerbior erat proritatis omnibus
„ huicque coniuncta extremarum partium refri-
„ geratione, 6. mortuus est; idem Sileno contigit
„ in præcordiorum inflammatione, nam statim 2.
„ nox δυσφορωτέρη & 6. πολύς βληστρισμὸς, quo nomi-
„ ne sępe δυσφορίαν significat: obijt 11. In herophon-
„ te εὐφορίαν ceu signum bonum annotauit, ille
„ etiamsi mala signa accidissent conualuit: in hepa-
„ te vulnerato 5. Epid. ἄλυσμος inquit δυσφορίη, pau-
„ lo post obijt: in Erasino cui mors 5. contigit sæ-
„ pius δυσφορίαν inculcat. Est igitur graue malum
„ δυσφορία cuius nomine continentur omnia no-
„ mina quibus fastidia cordis & corporis explican-
„ tur, ἄσση, ἄλυσμος, ἀπορία, ῥιπτασμὸς, ἀδαιμονία, βλη-
„ στρισμὸς, μετεωρισμὸς: ad δυσφορίαν etiam referri de-
„ bet, quod quidam citra occasionem vllã è lecto
„ surgere & lectum commutare volunt, quod
„ etiam vulgus existimat esse certissimum mortis
„ indicium.

Δυσφορίη πνεύματος. spirandi labor & difficultas in apo-
„ plecticis dicitur cum magna spirandi molestia la-
„ borant, & magna cum violentia spiritum trahũt.

Δυσῶδες. graueolens. de quo vide ὄσφρησις. Est & no-
men malagmatis ad pleuritidem vtilis: est & ἄκο-
πον medicamentum. Vtriusque descriptio habe-
tur apud Paulum libro 7.

„ Malagmatis quidem ca. 18. acopi vero c. 19.
„ huius & acopi descriptio habetur apud Gal. 7. κατὰ
„ γένη c. 12. & 13.

Δυσωδία. graueolentia dicitur & odor malus, cuius
„ causam Aristoteles inquit esse ἀπεψίαν τινα περι-
„ ττώματος id est cruditatem quamdam excremen-
ti, hinc flatus ructusque crudorum fœdius olent:
plura hac de re idem sect. 13 problem. 5. & se-
ctione totã.

Δωδεκαδάκτυλον. principium est intestinorũ ab imo
ventriculi orificio exoriens. Id sub sede ventri-
culi posteriore, secũdum dextram spinæ partem
deorsum exporrigitur, sine vllo anfractu, quo det
locum quibusdam partibus quas natura inter
ventriculum & ieiunum intestinum collocauit,
duodecim digitorum longitudinem vt pluri-
mum æquat, ob idque δωδεκαδάκτυλον ab Hero-
philo primum appellatum est. Sunt qui ipsum
intestini nomine non dignentur, sed ἔκφυσιν modo
appellent, vel cum addito ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον.
In id meatus inseritur à vesicula bilem conti-
nente, per quem ea in ipsum expurgatur.

Δωδεκάθεον φάρμακον. nomen compositi ex duode-
cim rebus medicamenti, cuius descriptio habe-
tur apud Paulum lib. 7.

Δωδεκάτεος. herba cui folia septem lactucis similia
exeunt à radice lutea. Eam quidam putant esse
Moly Homericum.

Δωδεκάθεος ἅλς. nomen salis è multis compositi, de
quo ante in dictione ἅλς.

Δωρὶς. sic dicta est à quibusdam ἡ ψευδαγχούσῃ, vt ha-
betur apud Dioscoridem.

Δῶρον. palmus. mensura est apud Græcos qua re-
rum interualla metiuntur. Est autem quatuor
digitorum: sic dicta est ἀπὸ τοῦ τὰ πλεῖστα διὰ τῆς χει-
ρὸς ἡμᾶς δωρεῖσθαι, ἀφ' ἧς μετρεῖται ἡ παλαιστὴ. Id est,
ab eo quod manu plurimas res demus, quas me-
timur palmum. Eadem alijs nominibus παλαιστὴ
& δοχμὴ dicitur: vide in dictione δοχμή. Ab eo fit
δίδωρον, τετράδωρον, πεντάδωρον, & alia quæ passim
apud authores occurrunt, & apud Plinium le-
guntur li. 35. c. 14. vbi scribitur δίδωρον lateris ge-
nus esse sesquipede longum. Sed aduerte num
legendum sit semipede, cum manifesto δῶρον pal-
mum esse dicat. Sic enim recte lateris illud ge-
nus δίδωρον vocabitur, hoc est, duorum palmo-
rum, quæ dimidij pedis mensura est, cum ipse
quatuor palmis constet.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. E.

Ap. ver. est anni tempus primum & omnibus qualitatibus tẽperatũ, ab æquinoctio quod hyemem sequitur incipiens, & Vergiliarũ matutino exortu desinens. Nam cum singuli anni ætatem suã peragant, & quatuor ætatum spatia percurrant, vt initio quidem augeantur & pubescant, postea in vigore sint, exinde declinent, postremo, emoriantur, haud absurde vernum tempus prima anni ætas censebitur, quo annus per hyemis intemperiem pene extinctus & demortuus, quasi reduce vita repuerascit. & exerendis virgultis, floribus foliisque depromẽdis, maxima rerum omnium amœnitate & suauitate iuuenum more luxuriat. In causa Sol est, cuius accessione decessioneque quadripartito anni tempora distinguntur. Cum enim peracta hyeme ad nos rediens noctis dieique pares horas facit, placidissimo tẽperatissimoque sydere terras illustrat. Tum calor vigorque omnibus redit, animalia atque omnia è terra virescentia maritantur, gestit natura semina accipere & sese aperit, à quo Aprilem mensem quasi Aperilem dictum aliqui existimauere: atque ille animam infert satis omnibus. Tunc enim genitalibus terræ locis animantur semina. Eo tempore Fauonius mundi spiritus, ζέφυρος Græcis dictus, primum flare incipit, genitalis prorsus ventus, à fouendo dictus, vt multis visum est. ab occasu æquinoctiali ver inchoans. Vt autem ille est leniissimus, sic ver talem in modũ afficit, vt nemo de eius frigore vel calore vel humiditate vel siccitate queri possit: est enim in eo quatuor harum qualitatum mixtionis æqualitas, quæ & mediam in eo temperaturam & salubritatem conciliat. Ver autem durat donec Vergiliæ matutino oriantur. Earum enim is exortus, æstatis principium est. Itaque cum hoc tempore apud nos æquinoctium quinto idus Martij peragatur, & Vergiliarum ortus matutinus septimo, octauo vel decimo die Maij fieri insuerit, patet totum vernum tempus dierum fere sexaginta esse.

Eap etiam sanguinem significare quod verno tẽpore is abundet, scribit Suidas, sed & apud Nicãdrum in Alexipharm. pro pinguedine vsurpatur.

Ἑβδομαῖος πυρετὸς. septimana febris, ita appellatur quod 7. quoque die repetat, illius meminit Hipp. lib. 1. Epid. vt etiam ἐνναταῖοι nonanæ, scribens has esse longas sed non lethales, hos tamen circuitus in febribus, se nunquam obseruasse scribit Gal. sed quintanam tantum licet obscure, succensetque Hippocrati quod cum multa alia communia præcepta priuatis exemplis plana fecerit, idem tamen officij sui immemor in hac re non præstirit.

Ἔβενος. ebenus. arbor est plærumque tenuis & frequentior, vimine raro, in crassitudinem caudicis extuberata, hiulco cortice & admodum reticulato, dehiscentibus venis, adeo vt per ipsos sinus pars intima vix tenui libro contegatur. Lignum omne atque mediale eadem ferme & facie & nitore qui est in lapide gagate. Duo sunt eius genera. Rarum id quod melius, arboreũ, trunco enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus iucundi. Alterum cytisi modo fruticat, nodosum & candidis tænijs vitiatum. Nascitur in India atque Æthiopia. Tam graue est, vt aquis innatare non possit, sed protinus demergatur. Dioscorides Æthiopicum laudauit magno splẽdore, cornus expoliti nitore, citra læuorem prædensa materie, si frangatur gustu mordaci, odore cum vritur iucundo, citra fumi tædium. Ebenus caliginem oculorum discutit, contra veteres fluxiones & pustulas pollet. Huius speciem esse Gaiacum Ruellius scripto prodidit.

De ebeno plura leges apud Dioscor. lib. 1. c. 130. Gal. in simpl. medic. Plin. l. 12. c. 4. apud Latinos autẽ interdũ cũ aspiratione scriptum reperitur.

Ἐνόπτειχον. dicitur à quibusdam τὸ ἀδιάντον, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἔνισκον. est ἡ μαλάχη, quæ & althæa, inquit Suidas. Galenus dicit esse μαλάχην ἀλσείαν.

» Simpl. medic. lib. 6. Dioscor. appellat ἴσκον
» per 1. vt Plin. quoque & Virgil. hibiscum præfi-
» xa etiam aspiratione.

Ἐνεμάδη. ἐμαλάχθη. mollificatus est, mollis factus est, apud Hippoc.

Ἐγγαστρίμυθοι. dicuntur apud Hippocratem qui clauso ore loquuntur, quia videantur ex ventre loqui.

» Vt explicat Gal. in exeg. qualis erat Pythia
» illa Delphica quæ tripodi diductis cruribus insi-
» dens, terræ anhelitum hauriebat, quo mente in-
» citata & furens oracula edebat: qualis & Pytho-
» nica illa mulier 1. Reg. c. 28. Quæ in Saulis gra-
» tiam Samuelem iam vitâ functum excitauit, &
» ἐγγαστρίμυθος γυνὴ dicitur: qualis & puella illa quæ
» Pythonis afflatu vaticinabatur Actor. 16. quam
» D. Augustinus ventriloquam fuisse scribit lib. de
» doctrina Christ. c. 23. & crebra quidem in sacris
» litteris hæc dictio est, qua diuinaculi & vaticinia
» captantes significantur, qui & ἐγγαστρίτου & ἐνυπ-
» κλείτου dicti fuere ab Eurycle quodam qui hoc di-
» uinationis genus exercuit: Hippocr. 5. & 7. Epid.
» hanc vocem vsurpauit in muliere quadam angi-
» nosa, strepitum quemdam aut sonum ex pectore
» & thorace editum designans, ex plurimo spiritu
» crasso & viscido sputo permixto, qualis in fatidi-
» cis illis atque diuinaculis & obsessis exaudiri so-
» let: Cæterum ἐγγαστρίμυθοι etiam γαστριμαῆτες & στε-
» νομαῆτες dicti sunt, quasi ex ventre aut pectore
» vocem ducentes; Plutarcho πυθῶνες ab oraculi
» solius prærogatiua; ab Hippocr. 5. Epid. ἀπὸ στέρνω
» φθογγόμυθοι; idem Plutarch. ἀπὸ στόματος in com-
» mentario quem inscripsit à causa quare oracula
» desiere.

Ἐγγενὲς. congenitum, proprium apud Hippocratem.

Ἐγκέφαλος. Est cranij fissura, in qua os affectum loco naturali dimouetur & desidet, atque ad inferiorem cerebri membranam pertingit, quam etiam vrget premitque. Est autem in eo fissuræ genere omnino ossis fragmentum grandius. Nam si os in plura fragmenta perruptum est, ἐγκέφαλος appellatur. sic dicitur ἀπὸ τοῦ ἐγγὺς, id est, prope, quod os fractum ad subiectam membranam appropinquet.

» Ἐγκέφαλος quidem per 1. scriptum apud Paul. sed
» rectius per ει apud Gal. in definit. medic. & l. 6.
» methodi, ducta metaphora ab ædificijs quibus
» proprie γείσα siue γεῖσα tribuuntur & κεφαλαῖα.

Ἐγκόμφωσις. dicitur compages dentium quæ & γομφίασις quoniam videlicet dentes gingiuis veluti
» γόμφοι & claui impacti sunt serie quadam conti-
» nua. vide γομφίασις.

Ἐγκόνιον γόνυ. dicitur vbi cubitus cum bracchio ad
» rectum angulum figuratur, quæ media est ad
» summam extensionem & inflexionem figura &
» doloris expers, vt docet Gal. comm. εἰς τὸ κατ' ἰη-
» τρεῖον, & l. 2. de motu muscul. & comm. 1. in lib.
» de fracturis.

Ἐγκοῖτοι, & ἐπεγέρσεις. dicuntur ægrorum per somnum
» expergefactiones, inde in Coacis ἐγέρσεις ταραχώ-
» δεις turbulentæ à somno excitationes dicuntur,
» & ab eo damnantur ceu delirij & phrenitidis in-
» dices.

Ἐγκωμὸς. piscis sale conditus à Trallian. l. 12. c. 7. ap-
» pellatur, quo se audacter vsum inquit in quodam quotidiana febre laborãte & pituitosa euomẽte.

Ἐγκάθισμα. est sessio in aqua medicata ab imis pedibus vel feminibus vsque ad vmbilicum, ita vt supernæ partes non madescant. Quod quidem auxilij genus cum plærisque morbis conueniat, ijs tamen solis adhibetur qui partes intra peritonæum conclusas infestant. Itaque inflammatis renibus sedere conuenit in decocto fœnugræci, maluę hortensis ac syluestris & seminis lini: in calculosis affectibus conuenit ἐγκάθισμα, in ijsdem propter inflammationem, & præterea artemisiæ decocto & rosmarini & petroselini & spicæ nardi, quibus etiam in vesicæ morbo vtendum est adiecta ruta. Ad vterum vero artemisiæ decocto, saluiæ, lauri & similium. Ad sedem, meliloti, papaueris & rosarũ. Ad hæmorrhoidas & fluxiones vteri, plantaginis, polygoni, malicorij, rosarum, ruborum, & eorum quæ similes vires habent. Ad vulnera vero ex quibus neruorum distentio timeri potest, aqua & oleo. Quod si ad alios præterea affectus conuenire potest, id accidit vel ob balnei penuriam, vel ob imbecillitatem ægroti, qui totius balnei vsum non possit admittere, vel ob supernæ alicuius partis debilitatem, vel affectionem cui aquæ perfusio inutilis sit, aut aliquod aliud impedimentum. Cæterum qui in talibus decoctis sessuri sunt, omnes sunt illinendi & immergendi in aquam vsque ad infimum vmbilicum. Oportet autem partes quæ non madefient prius inungere, sed præsertim caput quod tegi debet ne repleatur. Qui medicinam nunc faciunt, id genus remedij semicupium appellant.

Ἐγκάθισμα etiam remedij nomen esse videtur apud Galen. 5. περὶ φλεγ. cap. 13. quasi quod insessu curet hemorroidas sic nuncupati: ex Phanio ipsum describit.

Ἐγκάμψει. innixũ, apud Hippocr.

Ἐγκὰς. ἐν βάθει. in profundo, apud Hippoc.

Ἐγκανθὶς. proprie quidem dicitur oculorum angulus, tum maior qui naso est proximus & proprio nomine μείζων dicitur, tum minor qui est ad tempora, vocaturque παρωπίας. Inde vero eius etiam morbo inditum nomen est, & significat tuberculum quod in angulo minore nascitur carne naturaliter excrescente, & palpebras haud facile diduci patitur. Id sicut aliquando succedit oculorum pterygijs, ita si vel à pharmacis nimium imminuatur, vel ab imperito chirurgo sic tollatur, vt vna cum carne præter naturam aucta ipse etiam oculi angulus excindatur, in alium affectum degenerat qui ῥοιὰς appellatur. Malum hoc in canibus frequens est, & homines minus corripit, sed eos magis qui in mari versantur. Cuius duæ differentiæ obseruantur: siquidem aliquando hoc carnis incrementum benignum est, tenerum, laxum & sine dolore, quod medicamentis siccis consumendum est: aliquando vero malignum, durum, inæquale & cum dolore punctorio, quod manu curare & scalpro euellere oportet.

Ἔγκαρ. genere masculino plurimum quidem, sed & neutro quandoque dicitur à veterum plerisque, vt apud Lycophronem Cerebrum; sic apud Homer. Iliad. 1. legimus, vt in Symposiacis refert Plutarch. τὸν δ' ὠμὸν ἔγκαρ ἔδων, id est ejus ipsum honoro ac cerebrum, ipsum enim in cibis tanquam rem prorsus sacram

» auersabantur veteres perinde ac ominosum opi-
» nati, præcipueq; Athenienses, hinc & Atheniēsis
» Apollodorus nemini veterum opinatur cerebri
» nomen admissum in libris, proindeque in Thra-
» cinijs Sophoclem λευκὸν μυελὸν id est albam me-
» dullam dicere maluisse, qua tamen in re longe
» falli Apollodorum amplius curosiusque the-
» sauros veteres peruoluēti certo certius liquebit.

Ἐγκάρδιον. est medium cuiusque rei, interna pars & medulla cuiusque ligni. dicitur alio nomine ἐντερεώνη.

» Dicitur & ἐγκάρδιον pars in qua cor residet,
» sunt & qui hac voce internam cuiuslibet rei par-
» tem significari velint.

Ἔγκαρπον. metaphoricῶς de muliere grauida dicitur
» in cuius vtero fœtus est, velut fructus in arbore
» vt notauit Suidas.

Ἔγκατα, τα, intestina seu viscera appellantur, tum pis-
» cium tum quadrupedum ab Homero.

Ἐγκαταλιμπανόμενα. dicuntur quæ relinquuntur in
» morbis, & quæ vt inquit Hippocr. in aphorism.
» recidiuas facere consueuerunt: ea vero duorum
» sunt generum: Primum quidem materia quæ-
» dam ab imperfecto iudicio relicta, quæ putredi-
» nem parit & febrem intermissam denuo excitat,
» deinde γοσώδης διάθεσις aut πυρετώδης, dispositio
» quædam relicta vnde facile ignem concipiat vel
» incolumis materia: externæ causæ sunt plenior
» cibus & intempestiuus, animi pathemata, loci
» commutatio, cœli iniuria, venus & alia id genus:
» ac recidiuæ certo fiunt, vbi nondum maturata
» materia vel excretio aliqua fit vel abcessus: Sic
» enim febris aliquādo intermittit, sed paulo post
» redit, fiunt quoq; vbi diebus non criticis ea com-
» mouetur, excretio, & abcessus vt in Epidemijs
» docuit Hippocrates.

Ἐγκατάσκηψις. dicitur cum morbus inuadit & in ali-
» quam corporis partem vel corpus totum de-
» cumbit.

Ἔγκαυμα. inustio, pustula ex vstione contracta.

Ἔγκαυμα. est vlcus in oculo quod à febre vt plurimum cum crusta impura in nigro aut albo oritur. Ac in nigro quidem dum fit, sæpe profundum est, ac fere semper in ipsa expurgatione, maior tunicarum erosio contingit, adeo vt humores paulatim diffluant, & totus oculus effundatur. author Aetius lib. 7. cap. 26. Id oculi vlcus ἐπίκαυμα Paulus Ægineta appellauit, à quo tamen diuersum Aetius scribit, quod ipse ἐπίκαυμα nominat.

Ἐγκαυσις. dicitur proprie medicis ex sole æstiuo cir-
» ca caput facta ac perseuerans caliditas ex Gal. 2.
» περὶ τόπ. & apud eundem οἱ ἐγκαυθέντες à Sole exu-
» sti dicuntur, & ἐγκεκαυμένος; & apud Paul. libr. 1.
» c. 4. inscribitur περὶ τῶν ἐγκεκαυμένων de exustis à sole,
» & l. 3. c. 4. inscribitur περὶ τῶν περὶ ἔγκαυσιν κεφαλαγικά-
» των. de capitis dolore laborantibus ab insola-
» tione.

Ἐγκεκαυμένοι. οἱ ἐπηρεικότες καὶ γνυπεῖ. hoc est, innitentes, incumbentes & adunci, apud Hippocr. dictum est autem de vnguibus.

Ἐγκλίνειν. apud Hippocr. significat τὸ ὄλον ἐρείσαι, id est, insidere & quasi inhærere, vt interpretatur Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ἐγκέφαλος. cerebrum. Est pars capitis mollis, alba flexuosa, facultatis animalis principium. Medullę quidem similitudinem gerit, imo vero medulla etiam à quibusdam dictum est: per multum tamen ab ossium medulla differt, quod nec liquefieri nec absumi, vt illa, possit. Non est omnibus sui partibus æquabiliter molle, sed extimis quidem & anterioribus humidius est: intimis autem posticisque, quoque magis ad posteriora tendit, siccius, coactius, densiusque. Totum in duas partes diuiditur, anteriorem & posteriorem: quarum illa ἐγκέφαλος, totius nomine, hæc παρεγκεφαλὶς appellatur. Rursus anterior duplex statuitur, dextra & sinistra, duosque sinus seu vētres habet, dextrum & sinistrum, qui à corpore calloso, quod τυλοειδὲς dicitur, dirimuntur. Hi posteriore sui parte in tertium sinum mediocrē sub psalloide concurrunt, à quo meatus est longus, τοῖς γλυπτοῖς subditus, qui in sinum alium quartum, omnium postremum minimumque inter cerebelli basim spinalemque medullam situm, incidit. Istis quatuor maxime ventriculis spiritus animalis continetur, diffusus nihilominus per totam cerebri & cerebelli & spinalis medullæ substantiam, cuius opus est mouere, sentire & principibus actionibus defungi. Eum in subiectas partes cerebrum per neruos mittit, quos à seipso producit, molles quidem & ad sensum comparatos ex anterioribus humidioribusque sui partibus, duros autem qui motionibus deseruiant, ex siccioribus, maximeque cerebello.

Ἐγκέφαλος etiam in palma arbore dicitur suprema eius pars qnæ olim esui erat, vt docet Galen. l. 4. cap. 15. de simpl. medic. facult. & l. 8. eiusdem operis cap. περὶ φοίνικος, & lib. 2. de aliment. facultat. c. 39. & Theophr. 1. de causis plant. c. 2. vnde notandus venit Philostrati interpres, nam vbi apud Philostratum scriptum Græce, τὰ δ' ἐμὰ σιτία λάχανα, καὶ φοινίκων ἐγκέφαλοι, καὶ χαρπὸς τῶν φοινίκων, id est cibus meus est olus, & palmarum cerebrū, atque earumdem fructus, interpres de palmarum cerebro tacuit, puta quia inusitatum videbatur dici in palma cerebrum, etiamsi vel commeminit, illius Xenophon ἀναβάσεως 2. vbi ait milites Græcos Cyro perempto, cum quo expeditionem inierant aduersus Artaxerxem, tunc gustasse primum ἐγκέφαλον τῶν φοινικος ac plerosque demiratos fuisse in voluptatis specie inusitatā propriamque: Strabonis interpres l. 15. palmæ ἐγκέφαλον pro medulla putauit accipiendum, ἔγκαρδιον Dioscor. appellauit.

Ἐγκεφαλίζεσθαι. apud Hippoc. significat ἐλίσσεσθαι δίκλωκοῦ. hoc est, hederæ modo conuolui atque implicari.

Lib. de natur. ossium, vtitur & Galen. hoc verbo in lib. περὶ ὀστέων.

Ἔγκλυσμα, idem quod ἔνεμα, κλῦσμα, κλυσμὸς, & κλυστὴρ. vide suis locis.

Ἐγκοίλια. dicuntur insidētia costis viscera à Polluce.

Ἔγκοπή. incisio. Dicitur proprie in capitis ossibus, inquit Galen. soluta continuitas ab aliquo acuto occursante & abscindente. Vocatur alijs nominibus διακοπὴ & ἴδε ῥῆγμα.

Ἔγκρὶς. placentæ genus. farina bene subacta in oleo primum coquitur, mox mel adijcitur. τηγανίαν Pollux vocauit, quod patinis fere frigatur.

Hesychio dicitur πέμμα ἐλαίῳ ἑφθὸν καὶ μελιτόεν. libum quod in oleo incoquitur & melle indulcatur, idem & Athen. docet l. 14.

Ἐγκράσιον. idem quod παρεγκεφαλὶς id est cerebellū, vide παρεγκεφαλὶς. dicitur & ἔγκρασις & ἔγκραμον Gal. 8. de vsu part. c. 11.

Ἐγκρυφίας. genus panis, qui & ἀγροῖκος, id est, forēsis

& vænalitius dicebatur, quod in foro vendendus proponeretur.

» Atque etiam ἀγελαῖος, id est gregarius: vide » ἀγελαῖος ἔρπες, vide etiam ἐξηγήσεις in dictione ἕρπες » vbi insigniores panum differentiæ recensentur.

Ἔγνα. dicta est à quibusdam ἴσατις, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἔγρησις. ἡ ἐγκάθεσις, vigilantia, apud Hippocratem.

Ἐγχαλινοῦται. χαλινοῦς ἐμφῶς ἔοικεν. veluti frenis cinctus est, apud Hippocratem.

Ἐγχάραξις. scarificatio. Est cutis & subiectæ etiam carnis per scalpellum dissectio multis foraminibus. Differt ἀπὸ τῆς φλεβοτομίας, quod hæc vno vulnere venam aperiat, illa multis vulneribus cutem carnemque diuidat. Diuisio autem ipsa cum multas habere possit differentias, in treis tamen referri potest secundum Galenum li. 2. ad Glauconem: aut enim tenuis & superficiaria est, aut è contrario magna & profundior: aut longitudine & profunditate inter eas media. Quibus omnibus Galenus se vsum fuisse prodidit in absessuum curatione. Quæ in superficie fiunt, non attrahunt è longinquo, non reuellunt, non deriuant, sed in summa modo cute hærentem rem qua vlcuscula facta sunt, educunt, nec magnis morbis opitulantur. Quæ longæ sunt & profundæ, plurimum sanguinis exhauriunt (cuius rei Oribasius testis locuples est, qui scarificato sibi crure, cum pestilentia laboraret, duas fere sanguinis libras inde detraxit) adeo vt animi deliquium aliquando inducant, & è partibus etiam remotissimis, vt à capite in crura, à crure in manum reuellunt: & quia in carnem altius adactæ sunt, propriam curationem in modum vulnerum efflagitant. Quæ ambarum mediæ sunt, earum pariter incommoda declinant, ideoque alijs præferri debent, si quando scarificationis vsus inciderit. Ea autem tribus de causis suscipitur, ad reuulsionem, ad deriuationem, ad vacuationem humoris tum corpore toto redundantis, tum ea in parte quæ scarificari debet, impacti. Quæ omnia quamuis per phlebotomiam consequamur, quia tamen (vt ex Apollonio refert Oribasius) multum nocere solet corporibus venæ sectio sæpius repetita, ideo ea omissa tutius est scarificationes moliri, quod eæ citra validam totius molis corporeæ commotionem, eadem quæ & venæ sectio commoda præstare valeat. Itaque si crura fluxione vexentur, si phlegmone laborent, manus scarificare conueniet, vt è contrario crura, si manus male affectæ fuerint: similiter si dextrum crus doleat aut dextra manus, sinistrum crus aut sinistram manum scarificare poterimus, quod reuulsio non tantum à summo deorsum, aut ab imo sursum, verum etiam à dextris ad sinistra, & contra fieri recte possit, vti & secundum alias situs differentias. Isto quidem modo mihi magis libet Galeni locum qui habetur libro 13. meth. meden. intelligere, quam nimis dura interpretatione τὸ λοιπὸν, hoc est reliquum, interpretari reliquam manum. Crus enim alterum Galenus mihi videtur intelligere, geminamque reuulsionis speciem ijs verbis indicasse, vnam quæ fiat à summo ad imum, cum manu laborante scarificamus crura, alteram vero quæ fieri possit à dextris ad sinistra, vt cum crure vno laborante, alterum scarificatur. Siquidem Galenus generalem reuellendi methodum eo loco explicans, eam duobus reuulsionum adductis exemplis patefecit. Adde quod scarificatio quæ reuulsionis gratia instituitur aut vacuationis è toto corpore, haud temere alijs in partibus quam in cruribus vsurpata est à veteribus medicis. Quæ namque alijs in partibus adhibetur, non solet reuulsionis causa fieri, sed vt quicquid ijs inhæsit humoris, vacuetur: proindeque eo loco Galenum recte interpretabitur, qui laborante vno crure, alterum scarificandum esse intelliget, quo reuelli possit humor qui in crus affectum influit. De quo tamen quisque, vt volet, statuat sentiatque. Similiter si humorem deriuare volumus, aut eum qui parte aliqua inhæret, vacuare, scarificationibus vtemur, præsertim si acris est, si rodens, si virulentus, vel nimius, qui vel maligna qualitate, vel sui copia calorem partis natiuum obruat. Nec minor est etiam scarificationis vsus in tollenda plenitudine, siue eam consuetæ excretionis suppressio, vt menstruorum aut hæmorrhoidum, siue otium, siue alia quæuis causa induxerit. Cæterum, vt monet Antyllus, pars quæ scarificari debet, prius, si fieri potest, lauanda est: sin minus, aqua tepida quousque rubescat perfundenda est; aut spongijs fouenda, aut soli igniue exponenda. Incisiones etiam faciendæ in cruribus, abdomine, thorace, dorso, ceruice κατ' εὐθυωρίαν, in capite secundum capillorum positionem, in fronte autem per transuersum. Debent etiam magnitudine inter se æquales esse, & paribus distare interuallis. Scarificationis autem principium idem consulit ab infernis partibus sumendum esse: sic enim fieri, vt sanguis ad superficiarias partes decurrens eam non obscuret quæ postea scarificanda venit. Præterea vero scarificationem non κατὰ πλησίον, ἀλλὰ κατὰ συρμὸν, hoc est, non punctim, sed cæsim faciendam esse, quod ita minus doloris moueat.

Cæterum ἀπόχασμος, κατάχασμος, ἀπόκοπος, cum ἐγχαράξει synonima sunt: ἀποσκαφὶς quoque in eadem significatione sumitur Hippocrati lib. 1. de morbis.

Ἔγχνδες. grumosum, granulosum, micas frequentes habens, cuiusmodi mannam & thus esse oportere Dioscorides scripsit. Hermolaus cartilagineum interpretatus est, quod à multis non probatur.

Ἐγχίμπτειν, seu ἐγχρίπτειν. appropinquare & attingere: vtitur autem hac voce Hippocr. cum partes ossium, quæ conformantur ad propriam sedem aguntur & se mutuo allidunt, vt notat Galen. comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρ. f. 1. & comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. inquit solitum Hippocratem vsurpare ἐπὶ τῶν ἐρειδόντων εἰς ἄλληλα, hoc est de ijs quorum alterum alteri inhæret.

Ἔγχισις. linimentum, inunctio, vide συγχίσματα.

Ἔγχισον. idem quod ἔγχισις: ἔγχισα Græci vocant ait Cels. lib. 5. c. 24. liquida quæ illinuntur.

Ἐγχύλισις. apud Theophr. 6. de caus. plant. succorum expressio appellatur quæ trifariam fit inquit doctissimus Scaliger: Primum quidem per expressionem, vt in vino & oleo, & hoc est χωρίζειν separare: Secundo per affusionem, in aquam enim abit fructuum sapor qua ipsos maceramus: Tertio denique per corruptionem velut in zytho sapor hordei.

Ἔγχυμα. infusio. Species altera est τῆς πλήθους, hoc est, plenitudinis & copiæ humorum, ea videlicet

quam locus continens metitur. Cum enim duplex sit omnis multitudo, vna ad vires, altera ad vasa, illam τὸ πρὸς δύναμιν, hanc τὸ κατὰ τὸ ὄγκωμα πλῆθος appellant. Siquidem vasis tantum humoris affusum videtur, quantum ipsa capere & continere possunt. Non ad animantes modo pertinet, sicut ea quæ ad vires dicitur, verum etiam ad inanimata etiam ænea ferreaque: quod hæc quoque concluso in ijs copiosiore spiritu, rumpantur.

» Apud medicos vero etiam ὄγκωματα dicuntur
» liquida medicamenta quæ guttatim in dolentes
» aures vel oculos instillantur: Sunt & ὄγκωματα
» & ὄγκτα medicamenta quæ in thoracem ad pus
» eliciendum infunduntur, aut ex infuso adhiben-
» tur.

Ἐγκώμωμα, ἐγκώμωσις & ἐκκώμωσις diuersos affectus
» tametsi non omni ratione contrarios ostendunt,
» ἐκκώμωσις enim extra venas factam sanguinis ef-
» fusionem significat; ἐγκώμωσις vero intus factam
» in venulis ipsis atque arteriolis innati caloris,
» spirituumúe ac sanguinis fusionem; qua
» videlicet ob iram, animique excandescentiam
» vel aliam quamlibet occasionem venulæ atque
» arteriolæ in extremis corporis partibus existen-
» tes pleniores redduntur, corpusque coloratius
» euadit, quemadmodum aliquando scripsit Hip-
» pocr. 2. Epid. sect. 4. ἐπιπόλυσιν ἐξύθυμιν ἐμποιέ-
» ειν, ἢ κώματος ἀπαλλάξιος ἕνεκα ἢ ἐγκώμωσιος, id
» est, curare vt in animi excandescentiam induca-
» tur & tum vt coloris reuocationem acquirat,
» tum vt sanguis effundatur, nam vt ait Galen. ἡ
» ὀξύθυμία natiuum calorem excitat & accendit: &
» effunditur quidem non extra venas cum præter
» naturalis ille affectus à medico curandus qui-
» dem non inducendus sit, verum in vasa ipsa: est
» ergo ἐγκώμωμα siue ἐγκώμωσις affectio secundum
» naturam, differtque propterea ἀπὸ τῆς ἐκκωμώ-
» ματος quod præter naturam est, & de quo plura
» infra in ἐκκώμωσις.

Ἕδρα. sedes. anus. podex. dicitur & Græcis alio nomine δακτύλιος & πρωκτός. Est meatus ventris inferior, continendis transmittendisque excrementis destinatus. Cum enim venter totus peritonæo vndique concluſus sit, duo tamen in eo sunt meatus, superior quidem ad stomachum, πυλωρὸς dictus: inferior vero hic de quo nunc nobis sermo est ad rectum intestinum, cuius oræ vltimæ incumbit. Est autem instrumentum vacuandis excrementis comparatum. Cuius generis instrumenta cum sint duplicia, alijs excrementorum effluuium intempestiuum cohibentibus, alijs vero tempestiuum incitantibus, ea quidem ne intempestiue & præpropere labantur, musculi sedem ipsam constituentes non sinunt. Sunt autem duo ad sedem musculi, quorum vnus rotundus est, solutus, & sine pari siue oppositio musculo. per transuersum ipsi circunfusus, adeo vt rectum intestinum exacte & firmiter occludat, & excrementa intus contineat. Substantiam habet labiorum parti vltimæ similem, mediam scilicet inter cutem & musculum, eundemque quem & musculus vsum præbet, præterquam quod actionis robore multum illi musculus præstat. Eum anatomici σφιγκτῆρα appellant, quod anum adstringat: qua in re musculo vesicæ similis est. In eo perinde atque in musculo vesicæ plurimi errarunt, quasi ad excretionem superfluitatum conditus esset, neque perpenderunt quod eo resoluto tantum foras excrementa prodeant, nobis etiam inuitis. Itaq; musculus hic nihil agit ad excretionē, sed ijs etiam reluctatur qui eam moliuntur, nec nisi onere vel acrimonia vel alia causa irritatus relaxatur, adeo vt transmittendis potius quā expellendis excrementis inseruire videatur. Hic autem sicut proprium & à musculis diuersum motum, ita & formam diuersam possedit. Est enim contractis crumenis similis & rugosus, vnde etiam anum Latini dixere, quemadmodum quibusdam placere video: quanquam alij quasi annulum sic dictum fuisse contendant, quod δακτύλιος à Græcis appelletur. Alter vero sedis musculus est geminus vel etiam tergeminus (eum namque in duos vel tres diuidere possis) qui oblique supra rotundum musculum situs, sedem sursum retrahit. Quo fit vt si quando resoluatur aut reddatur imbecillior, sedem ipsam prociduam & prolabentem, vt in magnis contentionibus corporis fieri aliquando solet, sursum retrahere & reuocare non possit, sed ea omnino euersa maneat, nisi manu reponatur.

Ἕδρα. apud Hippocr. libr. de vuln. capitis, est ossis fracturæ species eiusmodi vt in eo teli vestigium remaneat, atque appareat qua telum impactum fuit. Quem quidem affectum à telo acuto fieri necesse est. Author Gal. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. Idem vero scribit in libr. de causis morborum eo nomine peculiariter designari solutam in ossibus capitis continuitatem ab aliquo acuto occursante atque abscindente, vocarique etiam ἰγκοπὴν & διακοπὴν, vt habetur apud Hippo. libr. de vuln. c. Cum vero idem scribit ἐν τῷ μοχλικῷ, καταγαλήσας τὰ ὑφιέχοντα εἰς ἕδρην πίπτει: hoc est, reducere vero quæ supereminēt, in sedem calce aut palma: significat τὴν ὠκεῖαν τόπον, hoc est, locum naturalem & proprium.

Ἑδρῆς ὕπνος. apud Hippocr. quidam βαθὺν exponunt in hoc aphor. ὕπνος ἑδρῆς ὀξέῳ νυσταγμός. id est, quæ stanti adest somnolentorum nictatio somnum profundum facit. Sed Gal. ἑδρῆν esse mauult τὴν καθημένων, dictum ἀπὸ τῆς ἕδρης: Sic & ἑδρήσας κοιμηθῆναι apud Hipp. exponunt βαθέως.

Ἑδρικὰ φάρμακα. apud medicos pharmaca sedi accommoda dicūtur, & ἑδρικὰ ἕλκη apud Ægin. sedis vlcera lib. 3. cap. 59.

Ἑδροδιαστολεύς. instrumentum est chirurgicum ad anum aperiendam: est enim sedes aliquādo tam inflammata & angustata, vt per ipsam alui recrementa non transmittantur.

Ἑδώδης. appellatur qui multum comedit apud Hippocr. libr. de aere aq. & loc. qui βοώδης interdum Græcis vocatur & πολύφαγος.

Ἑλκεται. ἀναπολαμβάνουσι. comprehendunt, constringunt, apud Hippocratem.

Ἑλυμωδία ἕδρας. vide ἕδρα & ἐλύμωσις.

Ἑλυμωδὲς ὑπολείμμα. vide ὑπολείμμα.

Ἐθέλειν. dixit Hippocrates ἀντὶ τοῦ δύνασθαι. id est, Velle, pro Posse. quemadmodum etiam Homerus, Οὐδ' ἐθέλε ποσσὶν ἐρείσαι: hoc est, neque poterat profluere; Iliad. φ'. sicut annotauit Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ἔθος. cōsuetudo. Est natura lōgo rei cuiuslibet vsu acquisita. Alij alterā, hoc est secundariā, naturā esse diffiniūt: siq enim frequēti vsu rei cuiusl. natura ei assuescit, vt eā, perinde ac si naturalis esset amplectatur. Cæterū ea contrahi potest in omnibus rerū non naturaliū differentijs, aere, cibo,

potu, motu, quiete, somno, vigilia, excretis, retentis, & passionibus animi. Earum. n. rerum tantum consuetudo esse dicitur, in qua tantum vsus valet, vt rei, etiam naturæ contrariæ, consuetudo nonnunquam inducatur. Itaque si consuetudo transit in naturam, patet vim eius non esse minimam tum in tuenda sanitate, tum in depellendo morbo, & magnam siue salubris victus inueniendi, siue ægrorum curationis ex consuetudine sumi indicationem. Siquidem ea singulorum corporum naturam euidentius quam reliqua omnia ostendit. Si namque omnes temperamentorum notas in vnum colligas, hæ longissime absunt, vt parem ei quam consuetudo præstat faciant fidem: quando, si quis per sanitatem frigidam perpetuo biberit, nulla in re iecinore, ventriculo, renibus aut alijs visceribus offensis, planum est ex eo, non consultis etiam alijs signis, valida sanaque illi esse hæc viscera. Nec vero non offenditur solum aut defatigatur consuetudine, verum etiam impense delectatur natura, adeo vt ea quibus longo tempore assueuimus, etsi deteriora sunt, insuetis tamen minus molesta esse soleant, quemadmodum Hippocrates prodidit. Ipse etiam inter maxime necessarios scopos curationis eam constituit, eique secundam à natura indicationis vim assignauit: primum quidem naturam ipsam inspiciendam seruandamque vel etiam restituendam esse docens, nisi quatenus pro cuiusque consuetudine variandum sit.

» Quin etiam quantas vires habeat consuetudo » in assumendis sæpius venenis & citra noxam docuit Theoph. lib. 9. histor. c. 18.

Ἔθραυσεν. pupugit, stimulauit, apud Hippocratem.

» In quibusdam codicibus melius legitur ἔθρασσεν, θράσσω enim à quo ἔθραυσεν non pungo sed » frango significat: at ὀνθράσσει postea explicat Galen. ὀνγλώσσαις, νύττει, id est pungit, θράσσει idem » quod νύσσει.

Εἷμα. Nicandro in Alexipharm. sanguis dicitur quo» niam vere plurimum exundat.

» Εἵδη. dicuntur Paulo & Actuario Aromata.

Εἶδος. species. pars quæ generi subijcitur, quæ alijs nominibus διαφορὰ & τρόπος à medicis dicitur, vt scripsit Galen. comment. τὸ περὶ ὑγιείων. Dicitur etiam εἶδος corporis natura & temperamẽtum, ab eo qui edidit quæ in extremo libro de natura humana habentur, vt Gal. in comment. annotauit.

Εἰλάμιδες. membranæ quibus cerebrum inuoluitur, quæ proprio nomine μηνίγγες vocantur.

» Teste Polluce, qui & dictas vult διὰ τὸ περὶ μυελὸν » εἰλεῖσθαι, quod circum medullam conuoluantur.

Εἰλεός. est intestinum ordine à ventriculo tertium. Incipit vbi ieiunum desinit: eo scilicet loco, in quo chylus iam crassior effectus incipit consistere: chylus enim admodum liquidus è ventriculo prodiens facile per ecphysim & ieiunum intestinum effluit: exactus vero à venis quę ieiunum circunstant, attractaque liquidiore eius parte, paulo crassior redditur, & in ileo diutius cunctatur, præsertim obtusa iam bilis acrimonia in ecphysim excretæ, ileoque ab ea minus demorso atque irritato. Inde igitur ileon incipiens, desinit vbi crassa intestina incipiunt; quorum primum ileoque vicinum τυφλὸν, hoc est cœcum; appellatur. Dictum est εἰλεὸν à multis anfractibus & circunuolutionibus, atque ab eo morbus qui εἰλεὸς vocatur. Idem vero & λεπτὸν hoc est tenue, simpliciter dicitur; nomine duobus etiam prioribus communi.

Εἰλεός. est intestini tenuis ἄνω εἴλησις, id est sursum re- «
uolutio, qua nec aluus nec spiritus infra trans- «
mittitur, sed contrà cibus & stercus, cum inue- «
terauerit affectus, per os reddũtur: præceps au- «
tem ille morbus est & periculosus admodum vt «
docet Hippocr. lib. περὶ παθῶν, diximus esse affe- «
ctionem intestini tenuis, quanquam nihil vetat «
etiam in crassiore intestino obstructionem eiusmodi fieri vt scribit Galen. comment. 2. in lib. 3. «
Epid. hæc tamen minus acuta, dolorifica, pericu- «
losaque est quam ea quæ in tenuibus consistit. Id quod forte fuit in causa, cur Diocles Carystius vt scribit Celsus plenioris intestini morbum εἰλεὸν nominarit, quanquam, vt idem ait, «
mutata est postea nominis significatio, & te- «
nuioris intestini morbus εἰλεὸς cœpit vocari, qui «
ante χορδαψὸς dicebatur: εἴλησις vero illa intesti- «
norum contra naturam, quæ est in motu peri- «
staltico intestinorum, contraria est naturali, cum «
scilicet intestina fibris rotundis circumcirca sese «
colligunt inferne sursum, nec id naturaliter vt «
fit superne deorsum: est enim peristaltica vis in- «
testinorum, qua transmittuntur infra humores «
flatus & fœces, atque id naturaliter fit. Secus in «
Ileo, cuius quidem vitio cibus & fœces non per- «
meant, sed primum in aluo subsistunt, mox re- «
meant sursum, vt etiam per os reddantur, estque «
talis ἄνω εἴλησις fundamentum ilei. huius autem «
morbi symptomata mortifera recenset Hippo. «
in historia illius quæ apud Tisamenum decum- «
bebat hist. 6. part. 2. 3. Epid. Apud Tisamenum «
(inquit) decumbebat mulier quam vix tolera- «
bilia ileosa continuo inuaserunt: vomitiones «
multæ; impotentia continendi quæ biberat: cir- «
ca hypochondria sæui dolores; tum infra cru- «
ciatus ad aluum; assidua scilicet tormina: nulla «
sitis erat, sed æstu incandescebat: extimæ partes «
frigidæ exactum ad morbum; summa mulieris «
anxietudo; somni vacuitas, vrinæ paucæ ac te- «
nues: deiectiones crudæ ac tenues; Seruari non «
potuit, nec potis fuit quidquã opis adferri, pro- «
indeque tali sorte interijt: horum autem cõme- «
memoratorum symptomatum vnum tantum «
est huic morbo proprium & inseparabile, quod «
nihil ad inferiora descendat, nisi forte liquida quædam pauca & serosa: vomitus non semper adest, sed morbo tantum exitiali; Quod si «
vehementius æger laboret, stercus in os vs- «
que ascendit & singultus oritur. «

Eius autem reuolutionis in ileo causa est, vel al- «
terutrius intestini, vel vtriusque inflammatio, «
cuius argumenta leguntur in prædicta historia «
ileosæ mulieris: Tum, crassioris præsertim inte- «
stini firmiter fixa oppilatio, cuius causæ sunt vt «
lib. περὶ παθῶν docet Hippocr. perusti stercoris co- «
pia quæ subsistit in intestino ac pituita inuolui- «
tur, eorumque duorum cumulata congerie clau- «
sum intestinum circumtenditur & intumescit, «
nec vllum eorum quæ sumuntur per os medica- «
mentum æger excipit, sed sursum vomendo red- «
dit, nec eorum quæ conuenienter subijciuntur «
vllum clysterem admittit, ait Hippocr. «

Sed & cruditates continua ciborum corruptio lethalia medicamenta, Enterocele, colicus affectus & aliquando stercoris nimia resiccatio obstructionis in intestino sæpe causæ esse solent,

vnde obstructa intestina, cum appetant à se expellere quod nocet, quodque iam longo tempore cœpit esse molestum, concitant violentius noxiam materiam, & in partes superiores contra naturam propellunt: Εἰλιὸς autem nomen habet à parte affecta quæ εἰλιὸς dicitur hoc est intestinum tenue, vel à symptomate vt scribit Galen. 2. meth. quod per ipsum intestina εἰλεῖσθαι, hoc est conuolui videantur, vnde & quidam Latine voluulum dixere: vocatur & aliàs χορδαψὸς quod qui manū dolenti loco admouerit ἡ χορδὴν ἅπτεται, hoc est chordam attingere videatur propter partis affectæ tensionem. Cælius Aurel. 3. acut. cap. 17. appellat tormentum acutum, & sic vocari ait quod intestina torqueantur ob spiritus exitum negatum, atque ob dolorem propter quem ægrotantes in sese conuoluuntur & arcuantur, vnde & forsan Hippocr. speciem huius affectus quemdam vocat voluulum arcuatum: Silimachus apud eundem Cælium narrat quosdam Pythagoricos vocasse φραγμὸν, id est, sepimentum quasi in ipsis intestinis fiat veluti sepimentum.

Εἰλιώδης (scribitur & ἑλιώδης apud Paul.) τὸν στόμαχον ὀδύνην interpretatur Paul. lib. 3. cap. 37. vehementem & conuulsorium dolorem, ἰσχυρὰν καὶ σπασμώδη ὀδύνην, & εἰλιώδεις ἐμέτους & ἀναγκαίους vomitus vehemētiores & periculosiores appellant Græci quales in ileo cernuntur.

Εἱλίγματα apud Hippocr. intestinorum conuolutiones atque inuolucra vocantur.

Εἱλικρινὲς σῶμα. corpus integrum Celso dicitur libr. 2. c. 3. quando à febre liberum euasit.

Ἕλιξ & ἑλιξ. dicitur extrema auriculæ ora, sicut ἀντέλιξ illi pars opposita, cuius in medio cauitas est quam κοίλωμα appellant.

Ἔφεσις. vocabulum est ab Hippocr. vsurpatum de quo sic scribit Erotianus, alios quidem existimasse sic dici φλεγμονὴν & circumscriptionem tumoris scirrhosi in liene consistentis: alios vero malam totius corporis affectionem interpretatos esse, sed neutros recte sentire, quod ἔφεσις febris species sit.

Εἰφύσαται. hoc est, ἕλκεται, apud Hippocratem in prorrhetico.

Εἰσοδικὸν. dicitur in accessione primus eius insultus primaque aggressio. Est autem, vt ait Gal. libr. de morb. temporib. tempus indiuisibile & exacte primum à quo ipsa accessio incipit. dicitur alio nomine ἐπιπλοκή. vide suo loco.

Εἴσπνοὴ. inspiratio. Est pars respirationis qua aer intra pulmonem per os & nares trahitur ad cordis refrigerium. Is enim præcipuus est & necessarius inspirationis vsus, cui & alius accedit, nimirum spiritus vitalis nutritio. Siquidem attracti per inspirationem aeris calidior, tenuior, puriorque portio in eius nutrimentum cedit, primum quidem in pulmonis carne elaborata, deinde vero in sinistro cordis ventriculo percocta & confusa sanguinis vapori, qui ex dextro ventriculo proficiscitur. Sunt autem inspirationis multa instrumēta, os, nares & aspera arteria eiusq; bronchia per pulmonis substantiam diffusa, per quæ spiritus intromittitur, pulmo, qui aerem continet non suis modo maioribus spatijs, sed etiam minimis (est enim eam ob causam factus à natura spongiosus, mollis & aerius) adeo vt totus spiritu plenus distendatur, & præterea diaphragma & thorax & thoracis externi musculi. Cum enim inspiratio voluntarius motus sit, aut omnino mistus ex naturali & voluntario motus, eam quidem musculi, vt efficiant oportet, quos natura plurimos pulmoni circumposuit. Nec tamen omnes omnem inspirationem edunt. Siquidem modica est inspiratio, ad eam satis est vnum diaphragma, quod deorsum descendens satis magnum pulmonibus spatiū concedit quo se dilatent & aerem sufficientem excipiant. Sin autem magna debet fieri inspiratio, præter diaphragma, quod est præcipuus respirationis musculus, thorax etiam modice attollitur & dilatatur eorum musculorum ope qui inter costas interius conditi sunt. Verum per maximam inspirationem præter diaphragma & eos musculos accedunt & ij qui thoraci extrinsecus incumbunt, ab humeris ad partes thoracis superiores deriuati, & octo insuper musculi epigastrij quorum omnium concursu thorax quam maxime fieri potest distenditur: cui quidem maximæ inspirationi contraria est maxima expiratio quam proprie ἐκφύσησιν appellant. Cæterum de musculis id vnum scire oportet, eos qui inspirationem absoluunt quatuor esse, duos internos & duos externos: ex internis quidem vnum qui ex clauicula in primæ costæ cartilaginem ad sternon vsque protenditur, alterum vero qui ex omoplatæ basi ad costarum nouem superiorū ossa procedit. Externorum vero vnum, qui ex vertebris ceruicis in quatuor costas superiores inseritur, alterum vero qui ex spinis lumborum & metaphreni in quatuor costas inferiores peruenit. Quibus quidem distinctis, facile iam erit loca plæraque Galeni de respiratione intelligere.

Ἑκατοῦ ἔμπλαστος. emplastrū est ab Hecatæo compositum, præditum vi extrahendi. Recipit galbani p. XIIII. picis p. XVI. ceræ & resinæ terebinthinæ, singulorum p. XVIII. quibus paucum vnguenti irini miscetur.

Ἐκκαύμα. nomē collyrij quod huiusmodi est. Cadmiæ vstæ lotæque, æris cremati & eloti, singulorum drach. VIII. stimmios combusti, acaciæ rubentis, gummi, singulorum drach. XV. aloes, gallæ, æruginis vermicularis, castorij, lycij, spicæ nardi, croci, opij, myrrhæ, ceruſſæ, ebeni ramenti, chalcitidis, singulorum drach. I. rosarum drach. LX. aqua pluuia teruntur. Detergendi vim habet, & crassas oculorum cicatrices extenuat.

Describitur etiam hoc Collyrium à Trallia- no sed diuerso modo l. 2. c. 6.

Ἐκπυοῦντα δι' ἐχμοῦ. nomen est viridis emplastri ab Andromacho compositi hunc in modum: Ammoniaci thymiamatis drach. V. III. squamæ æris drach. XII. pollinis thuris drach. XVI. resinæ pinus drach. XII. adipis vitulini drach. XIIII. terebinthinæ drach. VIII. ceræ drach. XXX. acetum quantum satis est. Hoc magna vulnera glutinat, sordida vlcera exterget, crassa ipsorum labia deterit, sinus contrahit, discutit & repellit, & cauis vlceribus inditum ea carne implet: sic dicitur quod centum drachmis constet. Aetius.

Describitur etiam sed aliter à Gal. lib. 2. κατὰ τόπους. c. 2.

Ἐκπυοτικὰ σύμματος. antidotus centēna dicta quam describit Gal. 2. de antid. c. 9. quam & ad venena plurimum valere scribit.

Ἐκπυοτικὸν. species est τῶν φαρμακῶν collyriorum: sic dicitur quod vniuersa ei⁹ structura sit drachmarū

centum. Recipit aut æris drach. XII. cadmiæ drach. XV. myrrhæ drach. IIII. acaciæ drach. XXXII. opij drach. IIII. gummi drach. XXXII. croci drach. I. Excipitur aqua; valet ad sistendam fluxionem, præsertim vbi affectio ad concoctionem peruenit. Aetius.

Ἐκβόλια φάρμακα. sunt medicamenta quæ abortum faciunt, quæ & φθόεια appellantur. Eadem & fœtus demortuos extrahunt.

Ἐκβεβύσματα. sunt papulæ ardentes & feruidæ, quæ alio nomine ἐκζέματα dicuntur, diuersæ ἀπὸ τῶν ἐξανθημάτων.

Ἐκβεβλῆσθαι. ἐκβάλλει, eijcit, expellit, apud Hippocr.

Ἐκβυσώματα. dicuntur à medicis recentioribus τὰ ἐξέχοντα ὀστᾶ, hoc est, articuli excedentes, vt annotauit Galen. comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ἔκδοχιν. διαδοχὴν, successionem, apud Hippocr.

Ἐκδορικὰ, dicuntur medicamenta quæ vrendi vi prædita cutem abradunt & exulcerant, ἀπὸ τοῦ ἐκδέρειν, quasi excoriantia. qualia ex cantharidibus apparari possunt, vt habetur apud Dioscoridem lib. 3. περὶ ἄμμιος, quod ille eiusmodi medicamentis resistere prodidit.

» Sic lichenum ἐκδορικὰ ἕλκη multa, hoc est » exulceratoria describuntur à Galen. 5. κατὰ τόπ. » cap. 7.

Ἐκζέματα. sunt pustulæ ardentes & feruidæ, dolorem cientes, citra saniem. Ingens enim feruor omnem materiam absumit. Dicuntur & ἐκζέσματα.

» Paul. lib. 4. cap. 10. πεμφίγματα vel & πεμφίσματα » nuncupauit, quasi vehementer feruentia; aliàs » & ἐκβεβύσματα vt loco cit. quidam & ἐκζέσματα, » ὑδρῶπα, id est, sudamina interpretantur, siue sudorum papulas; esseque volunt ab illis quam » minimum dissidentia, proximèque ad Celsi » exanthemata accedere, quæ pustulis ex sudore » factis assimilantur, quæ dum bilioſi cuiusdam » ichoris feruore iam extra erumpunt, plurimæ in- » simul emergere consueuerunt.

Ἐκθηλυῶσιν. effœminare, χαυνοῦν, corpus molle & laxum reddere, ac proinde imbecillius facere. sic lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν Hippocrates τῶν σκελέων ἐκθηλυώσας intellexit. non enim aliud hoc nomine quam crurum imbecillitatem designauit. sunt enim mulieres natura viris molliores & laxiores, & propterea imbecilliores.

» Sic etiam aphor. 16. libr. 5. dixit Hippocrat. » ἐκθήλωσιν σαρκῶν, quam Gal. ἀπονίαν interpreta- » tur hoc est imbecillitatem, metaphora à fœmi- » nis desumpta quæ sunt maribus imbecilliores: » cum autem Epidem. 6. τῶν σκελέων ἐκθηλώσεις dixit » Hippocr. ibi Galenus fatetur ingenue se non as- » sequi posse an ἐκθηλώσεις appellare voluerit » solas ἀδενείας, an quibus ἀπεφία coniuncta esse » soleat: Erotianum tamen videmus ἐκθήλωσιν » exponere ἕκπτωσιν, item & ἰσχνότητα & ἰσχνασίαν: Sed » & Hippocr. εἰς τὸ κατ' ἰνδρεῖον ἐκθήλωσιν ad deliga- » tionem in fractis transtulisse videtur, quam re- » missam seu mollem fieri ait ex linteorum quæ » circumijciuntur multitudine, vt notat Gal. com- » ment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. textu 6.

Ἐκθλιμμα. exulceratio quæ in summa cute ex compressu nascitur: sic enim appellat Hippocr. vt annotat. Gal. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρμῶν.

» Ἐκθλῖψις ὀφθάλμου. vide ὄφθαλμος.

Ἐκθύματα. papulæ per cutem erumpentes, sic dictæ ἀπὸ τοῦ ἐκθύειν, quod significat ἐξορμᾶν, hoc est, impetu ferri & erumpere. Ortum habent ab humoribus superfluis & tenuibus. Ideo in cute leuiter extuberant, quod tenues humores exulcerationem potius quam tumorem creent. Dicuntur & alio nomine, vt ego arbitror, ἐξανθήματα: neque enim harum vocum discrimen vllum comperi. Eius generis sunt tum quæ per febres ardentes exeunt, tum variolæ vulgo dictæ & morbilli. Vide ἐξανθήματα.

Ἐκκαθαρτικὸν. dicitur medicamentum acre & partium per adustionem tenuium, poros omnes corporis expurgans: idem alio nomine etiam ἐκφρακτικὸν appellatur, hoc est, obstructiones tollens. Contrarium est emplastico: nam neque viscosum est, neque mordacitatis expers, sed nitrosum & subtile. Eiusdem est generis cum τῷ ῥυπτικῷ: differt tantum per magis & minus. Nam quæ in superficie sordem auferunt, siue in cute siue in vlceribus, ῥυπτικὰ dicuntur: quæ vero poros etiam expurgant, subtiliorum sunt partium & maioris energiæ. Sunt autem ea facultate duplicia, tum nitrosa, tum amara. Nitrosa quidem cutis extimæ poros expurgant: amara vero, præsertim si adiuncta est aliqua adstrictio, meatus minores, cuiusmodi sunt in cute, purgare non possunt; maiores vero meatus qui sunt in alto corpore, purgare abstergereque possunt. Nam foris meatuum exiguitas prius ab adstrictione medicamenti occlusa, quam probe queat repurgari, non admittit in altum abstergentem facultatem. Ergo ἐκκαθαρτικὰ sunt omnia nitrosa & amara: cuiusmodi sunt per se nitrum, aphronitrum, abrotonum: similiter & erui & lupinorum farina, maxime si amara fuerint, & amigdala amara, & vrticæ semen, & iris: vim enim habent crassos lentosque humores extenuandi in thorace, pulmone & iecinore, sed maiorem capparis cortex, radix tamaricis, scolopendrion, scilla & asplenos, vt quæ maiores etiam lienis obstructiones expurgent.

Ἐκκαύλημα. dicitur Hippocrati scapus silphij siue laserpitij, quem ipse alio nomine καυλὸν appellat.

Ἐκκολύψας. ἀπολεπίσας. qui corticem detraxit, apud Hippocrat.

Ἐκκοπεύς. instrumentum excisorium apud Paul. lib. 6.

Ἐκκοπὴ. excisio. Est caluariæ fissura cum ossis offensi ruptura, vt ait Paulus lib. 6. c. 90.

Ἐκκωφωτικὰ. dicuntur medicamenta imbecillia, quæ mouendi tantum stercoris, & ea quæ in spatijs intestinorum continentur deijciendi vim habent, non etiam ex alto attrahendi & vacuandi humoris. In eo genere Gal. aloen collocauit. dicuntur ἀπὸ τοῦ κόπρου.

Ἐκκρισις αἵματος. excretio sanguinis dicitur, differtque à sanguinis ἀναγωγῇ, id est, sursum eductione: hæc enim vel à pulmone vel ab aspera arteria prouenit; illa à stomacho, sanguisque apparet nigrior; Sed qui à thorace reijcitur, flauus magis est atque spumans: deinde hic cum tussi, ille citra tussim exspuitur, sæpenumero etiam à capite per palati foramina in os defertur sanguis, præbetque τῇ ἀναγωγῇς φαντασίαν id est, eductionis falsam imaginem: hæc Galen. in Isagoge.

Ἐκλάκτισμα, vel ἐκλάκτισμος. dicitur anxietas in qua pueri exiliunt & calcitrant propter membranarum cerebri morsum ab humore acri, vel doloris asperitatem, vel incipientem iam conuulsionem, hac vsus est voce Hippoc. l. 3. Coac aphor.

» 35. & in pueris vsurpauit, αὐτὴ τὸ ῥιπασμῶ, scilicet » quia pueris peculiare est in morbis à pedibus ῥι- » πάζεσθαι; pro ἐκλακτίζειν vsurpato in Coac. dixit » in prognost. ἐκπλαγῆναι & κλαυθμυρίζειν, quod » est perterreri, lugere aut plorare, vel vt Galen. » exponit φοβηθῆναι σφοδρῶς.

Ἔκλαμψις. effulgescentia dicitur ab Hippocr. lib. 6. » Epid. de puerorum calore, quando consumpta » humoris exuperantis in eis portione iam opera » sua manifestius edit, trāslatione deducta à flam- » ma extrinseca, quæ quādo materiam vicit, eam- » que sibi omnem assimilauit, effulget manifesta- » que omnibus redditur, cum prius humidam ma- » teriam exsiccans occultaretur, vt ait Gal. com- » ment. 1. in 6. Epid. t. 5. Cæterum etiam ἐκ ἀμ- » ψίας morbo comitiali omnes tribuunt, deque eo » significari volunt, & ætatis mutatione, quæ pu- » bertatis tempore in pueris emicat, elucet, ac ve- » luti flamma quædam resplendet, quod in illa » a lultiores pleniores atque vegetiores euadant, » viribus ingenioque præstantiores.

Ἐκλαπίσσειν. αὐτὸ τὸ ἐκλυφίσσειν καὶ ἐκχυνδύσσειν, vt annotauit Erotianus, qui se primum dicit eius vocis interpretem extitisse.

Ἔκλεισμα ἦ

Ἐκλεικτὸν. est medicamentum quod ori inditum sensim liquefit & deglutitur. datur ad pectoris & pulmonis vitia. vocatur & alio nomine ἀρτη- ειακόν. Verum etiam ἐκλείσματος nomen tribuit medicamentis, quæ deuorantur ad lumbricos libr. 4. cap. 57. dicitur ἀπὸ τῆς λείχειν, id est, à lingendo.

Ἔκλειπων σφυγμός. à Gal. in Definit. Med. deficiens » pulsus dicitur, definiturque in quo arteria non » modo duabus in pulsationibus, sed etiam tribus » aut pluribus immota manet; vel is dicitur qui à » magnitudine vehementiaque exorsus magis ac » magis subinde minuitur, qui dum nullam habet » amplius magnitudinem μειοῦσθαι nuncupatur, » vbi vero diminutus sit & minor redditus, atque » ad minus semper vergens, deficiens ἐκλείπων ap- » pellatur.

Ἐκλευκαινόμενος. ὁ ὑπόγειος, subterrestris, qui desijt al- bus esse, apud Hippocr.

Ἔκλευκοι. dicuntur Hippocrati exalbidi, qui pituita » plurima redundant & pituitoso sunt habitu.

» Ἔκλευκοι ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Ἐκλύω. ἀσθενίζω. apud Hippocratem, hoc est pro- latur.

Ἐκλυόμενοι. dicuntur qui animo deficiunt aphor. 41. » lib. 2.

Ἔκλυσις. est facultatum vitalium repentina debilita- » tio, qua quidē cor exiguo velut filo pendere cre- » ditur languescente vita, Gallice *foiblesse*, illa si » pulsu concidente lapsum quoque habet virium » animalitatis & citra sudorem λειποθυμία & λειπο- » ψυχία; Si cum sudore præsertim frigido σύγκοπὴ » nominatur, Gallice *defaillance*: vide Galen. ad » Glauc. 1. & comment. ad aphor. 41. 2. vbi. » νοσκόπειν circumloquendo Hippocra. extulit ἐκ- » λύεσθαι ἰσχυρῶς, id est, vehementer exolui: Aetius » tamen li. 5. λειποθυμίαν & ἔκλυσιν confundit: Hip- » pocrates distinxit accuratius vt in illo aphor. A » tuberculi introrsum eruptione, ἔκλυσις, ἔμετος, καὶ » λειποψυχία, vbi Galen. ἔκλυσιν virium debilitatio- » nem interpretatur à dissipatione spiritus vitalis, » quæ fit simul cum immoderata excretione: Ge- » nerallius tamen interdum pro summa virium in- » firmitate vsurpatur, id est, nō quæ fit per virium oppressionem, sed cum virtus nec suo officio sa- « tis esse, nec causæ externæ resistere potest, vel « resolutis spiritibus à morbi diuturnitate, aut « symptomatum magnitudine vt in dolore & vi- « gilijs, quæ non minus vires frangunt quam sen- « sibiles euacuationes: vel immoderata vacuatio- « ne vt sanguinis; vel venenata quadam qualitate « vt in morbis pestilentibus; nam Galen. in pro- « rhet. κατ' ἔκλυσιν idem significare scribit quod « σφοδρὰ ἀθυμίαν, in qua dictione notat propo- « sitionem κατ significare magnitudinem quamdam « in virtutis infirmitate. Sed & sunt qui ἔκλυσιας, vt « notauit Hollerius, leuiora animi deliquia appel- « lent vt à syncope distinguant: Ἐκλύονται autem « in Coacis sunt qui ambiguum verbum esse di- « cant, & veteribus Hippocratis interpretibus « ἐκλυόμενα dici ἐκκρινόμενα, quæ excernuntur: Ga- « len. hepaticum verbum esse scribit, exolutio- « nemque esse symptoma quod immoderatas ex- « cretiones sequitur non vero retentiones, vt 2. « Epidem. «

Ἔκμαγμα. συνεψαμμένον φύραμα καὶ κρεκόμαγμα. massa subacta apud Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων.

Ἐκμαίνειν. vehementer furere, apud Hippocratem in prorrhet.

Ἐκμάξαι. formare. apud Hippocrat. libr. περὶ ἀφόρων, δακτύλῳ ἐκμάξαι, τουτέστιν εἰς τὸ κυκλίσκον ἀναπλά- σαι. trochiscos fingere. Significat etiam ἐκθλί- ψαι, hoc est exprimere apud Hippocr. libr. 1. de morbis maiore, de spongia & mercuriali & sam- buci folijs.

Ἐκμαστεῦσαι. ἐξαζητεῖν. inquirere & inuestigare, apud Hippocratem.

Ἐκμύονται. inquinantur, ἀποκρίνονται τὸ σπέρμα, apud Hippocr. hoc est, semen eijciunt & excernunt.

Sed nota pro ἐκμύονται esse scribendum ex ve- « teri codice, & ex Henr. Steph. ἐκμαίνονται, ἀπο- « κρίνει τὸ σπέρμα, vt ἐκμαίνεσθαι proprie sit excretio- « ne seminis se inquinare. «

Ἐκνεφίας ὄμβρος. imber cum sole factus apud Hippo- crat.

Ἐκνεφίας πυρετὸς. febris humida simulque inflamma- toria, apud Hippocr. sicut & ἥλιος ἐκνεφίας dicitur quando imber æstuosus est.

Ἔκνυξεν. ἐλύφησε. strepebat, apud Hippocratem.

Ἐκπεπαλαιωμένη. explicata, explanata, apud Hip- pocratem.

Ἐκπεπισωμένον ἕλκος. vide ἕλκος suo loco.

Ἐκπετάζεσθαι. diuaricari & diductis cruribus iacere. μεταφορικῶς vero etiam Hippocrat. libr. de fract. ἐκπεπλησμένον ἕλκος dixit, hoc est digrediens, di- ductum, & cuius labra expansa diductaque sunt, translatione sumpta à cruribus per gressum di- uaricatis.

Ἐκπεπαμένα. expansa. vsurpatur hoc verbum ab Hippocrate in vulneribus quæ præter quā quod distant amplius quam par sit, vtrisque labris ex- pansa atque aperta inter se sunt: id quod ex ve- hementi inflammatione euenire interdum con- spicitur. Cum enim caro ad multam vsque alti- tudinem diuisa, & musculus per transuersum se- ctus fuerit, conglutinatio autem & consolidatio fuerit impedita, tum inflammatio superuenerit, ex qua cutis distēta vtrimque labrum sibi anne- xum retraxerit, vtraque in parte ἐκπεπαμένον, id est expansum, os vulneris redditur. Annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Ἔκπτωμα. est fractura caluariæ immultas partes, in qua profundius fracta ossicula descendunt & membranam

membranam cerebri comprimunt.

» Sic enim Gal. in definitionibus medicis quæ » illi adscribuntur: Paulus autē l. 6.c.90. ἐκπίεσμα » speciē facit τῶν τ κεφαλῆς καταγμάτων id est fractu- » rarum capitis sic definiens ἐκπίεσμα ἡ ὅτι πολυμε- » ρὲς τὸ ὀστέον διαίρεσις μετὰ τοῦ τὰ καταγέντα ὀστέα κα- » τενεχθῆναι κατὰ τοῦ ὑποκειμένου μήνιγγα. id est in multas » partes calvariæ effractio est, in qua profundius » ossa descenderint, & cerebri membranam con- » tactu suo premant.

Ἔκπίεσμα. insuper apud medicos significat id quod » expressum est, succum seu liquorem expressum, » sic Gal. l. 2. de loc. affect. δυσηδὲς ἐκπίεσμα dixit, » pro quo Dioscor. πίεσμα: est & ἐκπίεσμα retri- » mentum rei cuiusque, seu reliquiæ succi expressi, » fœx & veluti stercus succi expressi, idem quod » πίεσμα, ἀποπίεσμα, μάγμα: nec id tantum, sed etiam » sæpenumero succum ipsum significat, vt cum » apud Dioscor. lib. 4. c. 160. de glande vnguentaria » dicitur μυροβαλάνου ἐκπίεσμα, quod & ἀπόθλιμμα » & μάγμα appellatur: Cels. l. 6. c. 5. Myrobalani » magma dixit; Ruell. loco Dioscoridis citato, tu- » sæ & expressæ Myrobalani succum; quanquam » alij tusæ & expressæ recrementum, seu quod ex » tusa expressaque supersit, dixerunt.

Ἔκπίεσις. est totius oculi prolapsus extra cauitatem suam. Sic enim oculi aliquando exprimuntur, vt prominentes permaneant. Auicenna oculi exi- tum & egressionem vocat. Differt ἀπὸ τ προπτώ- σεως, hoc est à procidentia, quod in hac vuea tan- tum tunica, in illa totus oculus foras erumpat. Id malum intellexit Celsus, cum ait, nonnunquam ingentem inflammationem tanto impetu erum- pere, vt oculos sua sede propellat. Contingit & his qui strangulātur, vt scribit Aetius, & in athle- ticis certaminibus, & fœminis quæ in partu præ dolore vehementius distenduntur, aut ex magnis fluxionibus quæ à capite impetu descendunt, vi- de περίπωσις.

Ἐκπλαγῶσι. vehementer & ad stuporem vsq; me- tuere, apud Hippoc. vt annotat Galen. comm. in prognost.

Ἐκπλεθρίζειν. dicebantur qui se cursu exercebant, » ita vt prorsum retrorsumque vicissim, idque sæ- » pe in vtramque partem sine vllo ad latera flexu » cursitarent, vnoquoque cursu breue quiddam de » spatio dementes, quo ad tandem in vnico gressu » consisterent, vel vt dixit clarius Auicenna donec » in fine illius in medio stetissent: à Gal. 2. de sanit. » tuenda, inter exercitationes citra robur & vio- » lentiam celeres hæc reponitur, & peculiariter » crura & pedes exercere dicitur, thoracem quo- » que non parum fatigat, haud secus capitibus ma- » le affectis valde nocere creditur, vtpote quæ ex » iugibus illis reuersionibus quasique circuitioni- » bus facillime tum vertiginosas, tum apoplecticas » affectiones incurrere queant: ἐκπλεθρίζειν autem » dicebantur, quia ἑκπλέθρῳ hoc est sexta diei par- » te talis exercitatio fieri solita erat, qua de si plura » voles lege Mercurial. in Gymnasticis.

Ἔκπληξις. timor subitus & vehemens. huic contra- ria est voluptas maxima, quam ἁρπαχάρειαν, quasi excessum gaudij, appellant. Author medicarum definitionum dicit esse mentis abalienationem quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinse- cus prouenit. Multi syderationem & tabem in- terpretantur: Gal. comm. aph. 14. lib. 7. ἔκπληξιν esse scripsit, cum quis ex morbo nec loquitur nec quicquā agit, sed apertis oculis quietus ma- net, veluti præ timore attonitus. quo loco obstu- pescentia ab interprete vertitur.

Ἔκπληξις. insuper affectio quædam esse dicitur ar- » boribus contingens à Theophr. l. 4. c. 17. Tabem » interpretatus est Daniel Heinsius interpres, quā » modo frigore, modo gelu inuehi scribit Theo- » phr. brumali tempore, adeo vt quibus illa arbori- » bus contigerit vix regerminent. »

Ἔκπνοὴ. expiratio. Est motus respirationis quo spi- ritus foras fertur. Constat enim respiratio ge- minis partibus seu motibus sibi contrarijs, vno quo spiritus intro subit, & εἴσπνοὴ appellatur: al- tero quo spiritus è pulmonibus redit, qui con- trario etiā nomine ἐκπνοὴ dicitur. Ea solius septi transuersi, quod φρένας appellant, opus est, quem- admodum & inspiratio, vt scribit Galen. libr. 2. de motu muscul. neque ab vllo thoracis muscu- lo perficitur. Sed nec constricto quidem pecto- re fit, vt nec inspiratio eo dilatato, si modo sine vi foras spiritus feratur aut trahatur, sicut se ali- quando Romæ in celebri virorum doctorum cœtu demonstrasse Galen. prodidit lib. de præ- cognitione. Itaque quod ipse scribit tum lib. 4. de locis affect. expirationem fieri ab vniuersis musculis thoracem contrahentibus, tum in li- bello de causis respirationis, internos qui cir- cum costas sunt musculos expirationem per- ficere, non est de simplici expiratione intelligen- dum, sed de violentiore, qualis per febres fit & apoplexias & post magnam exercitationem. Tunc enim magna violentaque expiratio est ἐκφύσησις proprie dicta, à musculis tum interco- stalibus, tum ijs qui ex scapulis & dorso ad tho- racem feruntur, facta. Maximam enim inspira- tionem externi, maximam vero expirationem interni intercostales absoluunt, ex costæ supe- no latere in suprapositæ latus infernum oblique inserti. Est autem expirationis vsus aerem, qui præcedente inspiratione attractus fuerat refri- gerandi cordis gratia, foras expellere, vt alteri frigido aeri rursum inspirando locum faciat. Si- quidem aer per expirationem nihilo fere paucior redditur, quam qui per inspirationem attractus est. Quo in opere contingit etiam permulta si- mul fuliginosa excrementa quæ à sanguinis vstione in corde & pulmonibus redundant, va- cuari. Ipse enim aeris motus & impetus, multa eorum quæ per se transire nequeunt, vna secum trahit rapitque.

Ἔκπωμα ἡ

Ἔκπωσις. luxatio, hoc est, ossium è propria sede ex- cessus sine fractione. Nec vero id modo signifi- cat, sed etiam ἐξάρθρωσιν siue ἐξάρθρωμα apud Hip- pocratem. vt Galen. annotauit initio comment. εἰς τὸ περὶ ἁρμῶν. Est autem duplex omnis luxatio- nis differentia, vna sursum, cum à musculorum contentione articulus ad supernum locum tra- hitur: altera extrorsum, cum in partem ante- riorem aut posteriorem, dextram aut sinistram emotus transit. Omnis autem eiusmodi luxatio aut simplex est aut composita. Simplex qui- dem est cum luxationi nihil insuper accessit, non vlcus, non ossis denudatio aut fractio. Com- posita vero est cum præter luxationem ali- quid eorum accessit. Causa vero omnis luxatio- nis duplex, externa, vis omnis quæ articulum loco mouere potest: interna, defluxio humoris

articulum præ copia vel mollitie loco propellentis.

Ἐκπυΐσθαι. suppurari duobus modis apud Hippocr. » vsurpatur; vno modo proprie significans in pus » verti; alio modo latius, ita vt omnem sanguinis » corruptelam comprehendat, quomodo vsurpa» tumest ab Hippocr. aphor. 20. l. 6. vt author est » Gal. eo loci.

Ἔκπυημα. dicitur ab Hippocrat. vniuersi puris collectio tumore aliquo qui præter naturam est concocto: & ἐκπυίσειν ad suppurationem perducere.

Ἐκπυητικὰ φάρμακα. seu ἐκπυοντικά. suppurantia me» dicamenta. vide διαπυητικόν.

Ἐκρήγματ. ἀποχήματα ῥακῶν, scissuris pannorum apud Hippocratem.

Ἔκροαι. Hippocrati dicuntur 2. Epid. emissaria, ef» fluuia, aut spiracula, & ductus quidam per quos » velut quasdam destinatas à natura vias humores » effluunt, & morbos eluunt: eosdem ductus ibi» dem Hippoc. ex translatione ἐκπτοὰς vocat, hoc » est diuerticula, diuortia, ac veluti subterfugia per » quæ humores sese insinuent & subeant.

Ἔκρυθμος σφυγμός. pulsus ecrhythmus. Est pulsus arrhythmus, qui nullius ætatis, naturæ, temporis aut reliquorum rhythmum retinet, vel, vt ait Paulus qui omnem prorsus eurhythmiam euertit. Tertia species est pulsus arrhythmi. de quo vide ἄῤῥυθμος.

Ἔκρυσεις. effluxiones. Aristot. l. 7. de histor. animal. scripsit sic vocari eas conceptus corruptiones, quæ intra septimum diem fiunt, abortiones vero ἐκτρωσμοὺς vsque ad diem quadragesimum appellari.

Ἔκσαρκωμα. non aliud est quam ὑπερσάρκωσις, hoc est carnis excrescentia.

Ἐκσεσηγοῦσθαι. ἀφασμοῦσθαι. aperiuntur, apud Hippocratem.

Ἔκστασις. & ἐκστῆναι. significant proprie extractionem » mentis extra naturam & constantiam suam, vt » amplius non sit apud se, nec ad se redire possit, » vel eggressionem à natura sua, cum à potestate » eximi incipit vi morbi: illud ergo τὸ ἐκ nota est » formæ ad priuationem, vt cum dicimus ex homi» ne cadauer, & στάσις constantiam mentis indicat: » est autem ἐκστάσεως triplex distinctio: vna stupo» ris qua stupent attoniti, manentque immoti, vul» go dicuntur (rauis) à nostratibus excessus, est» que priuatio officiorum animæ, sentientis, mo» uentis & intelligentis, immoti manent ac potius » tigent, transfixi non sentiunt, apertis oculis nihil » vident, nihil audiunt, perculsis scilicet spiritibus » ac receptis in intimos cordis sinus: Talis quo» dam modo est affectus eorum quos 1. Eude» miorum Aristoteles appellat νυμφολήπτους, cuius » rei causam pie admodum & conuenienter Sacro» sanctis libris nostris ad Deum refert, ἐπιπνοίᾳ in» quit πνεύματος ἐνθουσιάζουσιν, inspiratione qua» dam diuina animantur, idcirco eos ibidem θεολήπτους vocat quasi à Deo captos: Altera ἐκστάσεως di» stinctio, silentij est & quietis, quam ἔκστασιν σιγῶσαν appellat in Coacis Hippocrates, ἢ ἀσαφῆ καὶ » id est obscuram & cum silentio, quæ melancho» lici vitij, aut ægri in veternum inclinantis indi» tium est; in illa silent ægri cum tamen loqui pos» sint, nec exiliunt, nec vociferantur, nugantur aut » clamant, ita vt vix tos desipere credas, agnoscun» tur tamen ex feroci oculorum intuitu fixoque, manuum gesticulatione, alij sque id genus indi- « cijs: sed & in ea latenter obmurmurant, quos ta- « men tacere ait Hippocr. in prorrhet. hinc Galen. « ἐν γλώσσαις hanc vocem (σιγῇ) id est cum silentio « opponi inquit dictioni μετὰ θορύβου id est cum tu- « multu: huius vero ἐκστάσεως duæ esse causæ per- « hibentur, languens virtus, & ἐκπυὸ διάθεσις, he- « ctica temperies, quando nimirum ab humore bi- « lioso, & intemperie calida sicca, adeo cerebri « substantia inficitur, vt morbus efficiatur cerebro « hecticus, haud secus atque in febribus hecticis « non amplius humorum putredo causa est, sed « partiũ solidarum facta & absoluta alteratio, aut « sicut in lanis quas colore aliquo ita fucant, vt vis « medicamenti concepta nulla lotione possit elui, « ἢ ἡ τοιαύτη τύπωσις οὖσα βαθὺ τῆς ἰσχυρᾶς τὴν παρεφε- « σμένην ἐκτικὴν ἔχει, hoc est talis veluti cerebri tin- « ctura, dementiam hecticam habet: vocatur au- « tem ἔκστασις quia cerebrum non iam amplius al- « teratur, sed aliud factum est à seipso, vt ἔκστασις in « plantis apud Theophrast. egressionem significat « è natura speciei: Vicina autem est hæc ἐκστάσεως « affectio ei quæ dicitur ἀφωνία, vel potius ea- « dem est; quanquam autem ea esse dicitur σιγῶσα « vel cum silentio, aliquando tamen etiam cum « loquacitate est & voce integra, coeuntque hæc « nonnunquam in eodem ægro, vt in Dealcis vxo- « re, ἔλεγε πολλοὶ, ἔσιγῶσα, aut multa loquebatur « aut silebat, & primis diebus ἀεὶ σιγῶσα, vicesimo « λόγοι πολλοὶ & rursum ἄφωνος; Similiter nono πολλὰ « παρέλεγε καὶ πάλιν σιγῶσα; 21. die obijt: idem & le- « gas in vxore Theodori quæ tandem interijt: Ter- « tia ἐκστάσεως differentia furoris est & rabiei, quæ « quidem phrenitica nominatur, & quidem ἔκστα- « σις & ἐκστῆναι dicuntur apud Hippocr. de conti- « nua & vehemente insania, de vehementi motio- « ne & aberratione mentis, eadem prorsus signifi- « catione qua παίειν & μαίνεσθαι vsurpat, vt annota- « uit Galen. initio comment. 3, in lib. 3. Epidem. & « comment. 1. in prorrhet. fitque à flaua bile vsta, « per cerebrum diffusa, & vigilias habet coniun- « ctas, atque ideo comati contrariam esse scribit « Gal. In hanc ex secunda sæpe fit ἐπιχώρησις vt no- « tauit Hippoc. in Coacis; cuius & exemplum le- « gitur in Dealcis vxore quæ morbum exegit vs- « que ad vitæ finem quem attulit dies 21. partim « cum silentio melancholico, partim cum multa « nugarum garrulitate phrenitica, & ex hac rur- « sum in secundam fit commutatio, vi bilis atque « impetu languescente, & calore feruenteque « spiritu tandem torpescentibus vnde quieta bi- « lis desidet, fitque σιγῶσα ἔκστασις: Triplex autem « illa ἐκστάσεως distinctio à nobis commemorata « sic nominari poterit, ἔκστασις ἁπλῶς dicta, ἔκστασις « σιγῶσα, ἢ ἔκστασις φρενιτικὴ. «

Ἐκστατικὴ δύναμις. dicitur facultas quæ vim habet ab alienandi animum, qualis est in hyoscyamo, coriandro viridi & ephemero.

Ἐκτρόπια dicuntur medicamenta hæmorrhoidibus cæcis extrahendis aperiendisque conuenientia, quo postea facilius medicamenta adhiberi possint. Eiusmodi aliquot Galen. recensetlib. 9. τῶν κατὰ τόπους.

Ἐκτείνων πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ἐκτιθλυσμὸν πνεῖν. vide πνεῖν.

Ἑκτεὺς. mensura Attica, octo chænicas capiens. sic dictus est quod sit sextarius medimni. Budæus de asse interpretatur modium.

Ἑκτικὸν. hectica. Geminam habet significationem. Vna quidem dicitur, omnis febris solutu difficilis, siue sit pituitosa, siue melancholica. Opposita est τῇ ῥᾳδίᾳ, hoc est, febri solutu facili. Vt enim ἕξις qualitas est à subiecto facile mobilis, διάθεσις vero ægre mobilis: sic ῥᾳδιὰ & ἑκτικὰ inuicem opponuntur, vt scribit Gal. lib. 8. meth. medendi. Altera vero significatione speciatim magis dicitur quę & putridæ & diariæ opposita sit. Retinet tamen eãdem nominis rationem: sicut enim διάθεσις ægre separatur à subiecto, sic hectica curatu difficillima est, vel ἑκτικὸν dicitur quod in habitu corporis, quem διάθεσιν appellant, tanquam in subiecto consistat. Est enim hectica febris calor præter naturam in solidis partibus accensus. Hæc cum vnicam habeat accessionem ab initio ad finem vsque & mortem, diuiditur tamen in tres species à varia corporis dispositione sumptas. Prima est hectica tantum, in qua corpus cordis & cæteræ partes solidæ iam primum sunt incensæ: duratque hæc species quamdiu in corpore cordis & alijs partibus solidis humor substantificus & radicalis, terreas ipsius partes glutinans, adhuc multus supereſt, ipsum calorem igneum nutriens & fouens, quomodo oleum, cera, sepum & similiter pinguia in ellychnio flammam alunt. Hæc cognitu difficillima est, curatu vero facillima. Altera extrema est μαρασμώδης dicta, quod marasmum calidum siccum habeat adiunctum: sic autem dicitur cum humor ille omnino absumptus est, parteſque omnes solidæ non solum corpus cordis, velut vstæ sunt & versæ in cinerem, vt putrefacta & vsta omnia, qualeque exustum est ellychnium, quod nullius olei affusione non amplius ardet: sic enim absumpto humido substantifico, calor natiuus extinguitur, nec potest instaurari. Ob id hæc vt nullius visum & tactum latere potest, sic nunquam curationem recipit, & hanc à marasmo simplici, qui solius siccitatis excessu prouenit, & composito, frigido sicco senib. familiari, & quibusdam etiam pueris hydrope, lumbricis vel aliter atrophia sine febre laborantibus, separat Galen. lib. 1. de differ. feb. qui tamen nomine marasmi alterius compositi, id est calidi sicci, hecticæ istam speciem comprehendit lib. de marasmo, atque etiam aliquando marasmum pro hectica marasmode accipit, vt quandoque marasmi nomen minus late pateat qnam lib. de marasmo. Tertia hecticæ species inter has media est, nũc illi, nunc isti propior, vt satis magnam latitudinem obtineat, vti etiam extremæ duæ. Maioris enim & minoris ratione omnes hæ tantum differunt. Cum autem siccitas sit triplex, vna sanguinis penuria, in proprijs cuiusque particulæ exilibus venis & arterijs: altera ex absumpta omnino humiditate propria in omnibus animalis partibus contenta, & roris modo sparsa, ipsas nutriente, quæ solo alimento instauratur: tertia ex solida similarium partium substantia siccata, hecticæ tres species in his duabus postremis videntur esse, aut fortasse verius in solo humore substantifico & radicali siue tertio. Cæterum hectica febris magna ex parte & frequentissime sequitur febres ardentes, bilioſas & æstiuas, non etiam hybernas & pituitosas, cum ea laborantes calidi sicci, à causa calida sicca, in aere calido sicco, calidiores & siccio-res euaserunt, vel ex longiore ieiunio, vel victu tenui, & eo calido sicco, nec frigida humida ab his tempestiue sumpta sunt vel admota. Interdum in homine calido & sicco nascitur à causis calidis & siccis, ira, mœrore, cura, vigilijs, æstu. Interdum à phthisi & dysenteria & lienteria & principum viscerum alijs morbis, ex quibus alimentum vel non retentum vel male coctum vel vitiatum partes solidas non humectat, quæ propterea alimento destitutæ, & calorem acriorem & febrilem concipientes resiccantur & incalescunt. Has tamen febres non proprie hecticas, sed potius symptomaticas quidam censent esse. Signa autem triplicis hecticæ à Galeno tradita sunt lib. 1. de differ. febrium, inter quæ maxima sunt oculi cauí, squalor & siccitas totius corporis, sed maxime frontis, collapsa tempora; venter inferior extenuatus, & præcordia versus thoracem vehementer contracta, pulsus tenuis, durus, debilis, frequens, calor tangenti primum quidem mitis, sed postea acer & rodens: nec tamen æger se febricitare sentit, non quidem ob caloris exiguitatem, vt qui mordax sit & medico molestus, sed quia alteratio illa diutina & paulatim facta est, non autem affatim, quodque hectica intemperies omnino æqualis sit. Habet & hoc hectica proprium quod sumpto semper alimento in ea calor augetur, & pulsus maior & velocior fit, quamdiu cor ab alimento humectatum, intemperatum minus est, ob idque robustius euasit, & ad motus magis expeditum: quod quidem febris hecticæ maximum, indubitatum, & inseparabile argumentum habetur.

Cur id fiat Gal. comm. 2. in lib. prognost. explicat vbi agit de notis suppurationis exemplo calcis; quemadmodum enim huic cum affunditur aqua statim exardescit, sic solidæ corporis partes cibi madore perfusæ: eodem etiã in loco Galen. hoc accidere omnibus hectica febre prehensis inquit, vt noctu febris increscat, nõ morbi ratione, sed ex accidenti, nec inde tamen paroxysmos habere hecticam febrem putandum; itaque ad differẽtiam accessionum quæ in febribus intermittentibus contingunt, dicitur illa exacerbatio ἀθλιπτος ἐπισημασία, id est sine calore & molestia, quia nempe non fiat cũ horrore, nec inæqualitate caloris, & cæteris molestijs intermittentium febrium accessioni cõsuetis: Notat prętera Gal. digitos quamuis per omnes morbos refrigerentur, calidos tamen in omnibus febribus hecticis permanere, præcipue extrema sui parte, eaque interna, qua scilicet sunt carnosiores, vbi enim plus humiditatis ibi etiam plus caloris necessario in ijs febribus inest: Cæterum notandum sæpe iungi putridam febrem cum hectica quod ex vtriusq; signis seorsim traditis cognosces; ex eo vero potissimum, si alicuius accessionis signa appareant; ea enim exquisita hectica censenda est, quę nullum particularis accessionis aut initium aut incrementum aut vigorem aut remissionẽ habet, vt ait Gal. lib. de marasmo: Sic quæ Erysipelata aut phlegmonas internę alicuius partis consequitur hecticam simplicem non esse vult Gal. loco cit. interdũ etiã intermittentẽ cũ hectica cõiunctã vidit Gal. vt scribit l. 1. Epid. com. 3. & Hipp. l. eodẽ quintanã febrem ante tabẽ & iã tabidis superuenire scribit, eosq; perimere, & certe omnis putrida cũ hectica periculosa est, quia pugnãt inter se curationis indicationes.

Ἑκτικὴ διάθεσις. habitualis intemperies dicitur Galeno comment. in aphor. 12. l. 4. quæ ipso ha-

» bitu corporis læso perficitur.

Ἕκτικον σφυγμόν. hecticus pulsus. Est species inæqualis pulsus in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, confinis formicanti, qui Græcis μυρμηκίζων dicitur, sed eo adhuc minor. Phthisi, empyemati, & febri hecticæ proprius est, & sicut hæc, ita nec ipse magnam vllam mutationem sustinet, sed perpetuo similis manet, hoc est gracilis & paruus, quia propter siccitatem in longum & latum diduci nequit arteria: & debilis, ob facultatis vitalis imbecillitatem, & præterea frequens: quia cum propter auctum calorem pulsus velox esse deberet, nec tamen talis esse hecticis possit propter vitium infirmitatem, necesse sit frequentia magnitudinem & velocitatem suppleri.

Ἑκπλωτικά. appellantur ea medicamenta quæ callos
» detrahunt.

Ἔκτομον. dicitur Galeno ἐν γλάσσαις veratrum nigrũ,
» ex qua quidem Galeni expositione pro ἔκτομον re-
» stituas licet ἔκτομον l. 4. apud Dioscor. c. 146. pro ἔκ-
» τομον alij ἔντομον legunt.

Ἔκτοθεν. apud Hippocratem aliquando non significat extra, quæ loci differentia est, sed præter: in qua significatione & à Demosthene & alijs rhetoribus vsurpatur, cum dicunt aliquid ἔκτοθεν τῆ ἐρεσμάτος, hoc est extra rem, siue præter rem dictum factumue esse, vt annotat Galenus comm. εἰς τὸ κζ' ἐπιζύγιον.

Ἔκτασις. ægroti inclinatio ad latera, siue sit totius corporis, siue eius partis duntaxat quæ ægra est, vt annotat Gal. comment. 1. εἰς τ' κζ' ἐπιζύγιον, & ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ἐκτρητὰ. dicuntur Hippocrati diuortia aut diuer-
» ticula, per quæ humores abscedunt & veluti
» cuniculis actis quosdam in sinus se recipiunt.

Ἐκτρόπιον. est affectus inferioris palpebræ oculum contegentis, ita inuersæ & retractæ deorsum, vt parum sursum attollatur, sed pendeat & hiet, neque ex toto oculum integat. Quod vitium si palpebræ superiori acciderit, λαγώφθαλμον dicitur: sed tamen λαγώφθαλμον naturaliter contingere potest, ἐκτρόπιον vero non nisi à causa præter naturam, vt cicatrice, carnis excrescentia; relaxatione, à medicamento, futura vel vstione inartificiosa, interdum etiam senectute.

» Quanquam solius inferioris palpebræ affe-
» ctus hîc esse dicitur ἐκτρόπιον vt Græci existima-
» runt, Paulus scilicet l. 6. c. 10. & 12. Celsus etiam
» l. 7. c. 7. notandum tamen de superioris quoque
» inuersione dici, quo modo simpliciter intellexis-
» se videtur author introductorij & definit. medi-
» carum qui ἐκτρόπιον absolute palpebrarum vi-
» tium appellarunt, nihil interea de lagophtalmo
» exprimentes. dicitur vero ἐκτρόπιον à voce τροπὴ id
» est conuersio, & ἐκ extra quasi sit ad exteriora
» conuersio.

Ἔκτρωσις. abortio, non omnis quidem, Aristo-
» tele authore, sed quæ ad diem vsque quadra-
» gesimum fit: quemadmodum ἔκφυσις quæ intra
» diem septimum contingit, de qua vide paulo
» ante.

Ἐκφέρειν. fœminæ dicuntur quæ vterum ad exactos
» menses perferunt, vt notauit Budæus ex Aristo-
» tele 7. de histor. animal. & mulieres ἐυεκφόρους quę
» facile ferunt.

Ἐκφυσᾶσιν. ἐξορμᾷ, ἐκβράσσει. ἐκρήγνυσι. erumpit; expellit, ebullit, apud Hippocratem.

Vt refert Galen. in exegesi, pro quo apud ip-
sum Hipp. scriptum est ἐκφλυσᾶσιν. vt in lib. περὶ τῶν « ἐντὸς παθῶν, his verbis, ἢν ἕλκεα ἀπὸ τ' ὀσφύος ἐκφλυ- « σᾶσιν; idem & aliquanto post. «

Ἐκφλεγματῶσαι. in phlegmata cõuerti apud Hippoc. « de victu in acut. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ inquit ἁλυκὰ ποιεῖ « ἐκφλεγματοῖ. quæ amara sunt dissoluuntur & « pituitescunt. «

Ἐκφρακτικά. dicuntur medicamenta quæ pororum obstructiones expurgant, facultate nitrosa & amara: dicuntur alio nomine ἐκκαθαρτικά, de quibus supra.

Contraria hic sunt ἐμπλαστικὰ & ἐμφρακτικά: est « porro hoc verbale à verbo ἐκφράττω significante « idem quod ἀποφράττω, id est obstructione libero « seu obstructiones amoueo, cui & oppositum ἐμ- « φράττω. «

Ἔκφραξις. quasi dicas recluſio cui contraria ἔμφραξις. «

Ἔκφυσησις. efflatio siue exufflatio. Est, vt ait Galenus lib. 2. de motu musculorum, ἀθρόα τοῦ πνεύματος ἔξω φορά, hoc est, expiratio, confertim facta. Eius opifices sunt musculi omnes intus inter costas siti, adiuti etiam ijs qui ad thoracem perueniunt ex scapulis & dorso, atque alijs etiam magnis qui in epigastrio habentur: efflationis enim gratia eos factos esse Galen. docuit lib. 4. de vsu partium. Propria est vocis materia, neque vox citra eam fieri potest. Differt à simplici expiratione tum violentia, tum musculis à quibus efficitur. Nam & paulatim expiratio fit, & à solo septo transuerso. Gal. lib. 4. loc. affect. duplicem statuit πνοὴν ἐκφύσησιν, vnam ἄψοφον, alteram ψοφώδη, de voce verba faciens.

Id est aliam sine strepitu, aliam cum strepitu, « quã postremam ἐκπνοὴν ῥοιζώδη vocat, quæ & illi « βίαιος & μεγάλη ἐκπνοὴ dicitur, cuius ὄργανον est pe- « ctus & pulmones. vide in dictione ἐκπνοὴ. «

Ἔκφυσις. est intestinum à ventriculo primum. Id ventriculo coniunctum est, nec protinus in circumuolutiones reflectitur, prius quã ijs locum præbuerit quæ in medio inter ventriculum & ieiunum spatio locati necesse erat. Itaque cum intestinorum propria videatur esse circumuolutio, quidam ipsam ἔκφυσιν non dignantur intestini nomine, sed vel simpliciter ἔκφυσιν, vel ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον, vel etiam absolute δωδεκαδάκτυλον appellant, quod duodecim fere digitorum longitudinem æquet. Sunt vero qui non totum eum processum ἔκφυσιν appellandum censent, sed ipsius tantum orificium quo dependet à ventriculo. Cæterum ad hoc intestinum meatus defertur, qui bilem ipsam ex hepate in ipsum dimittit.

Ἔκφυσις. in osse dicitur idem quod ἀπόφυσις.

Ἐκχόωμα. ὃ

Ἔκχυμωσις. fugillatio. est sanguinis sub cutem per grumos effusio. Cutis affectio est, eius causa, vt plurimum contusio carnis est, à qua cum exiguæ venæ diuortium perpessæ fuerint, sanguis per diapedesim profunditur, & sub integra cute colligitur per grumos. Inde tumor excitatur tactu mollis & cedens, & magna ex parte indolens, nisi quatenus ex contusione dolor est, & principio quidem rubens, deinde progressu temporis liuidus & niger. Ac cum in phlegmone quoque sanguis è vasis effundatur, distinguit tamen phlegmonem ab ecchymosi Galen. aphoris. 20. sect. 6. quod in phlegmone sanguis per musculorum cauitates sola ratione contemplabiles secundum minimas sui partes effunditur: in ecchy-

mosi vero in spatia effluit quæ venis circumiacent.

» Quoniam vero effluentem sanguinem loca
» circum venam excipiunt atque vbi exceperunt,
» talem qualis à principio erat minime conseruãt:
» hinc ἐκχύμωματος duas species penes colorum di-
» uersitatem posuit Galen. libr. de tumor. præter
» nat. cap. 11. & 10. simpl. medic. c. 9. Quarum al-
» teram senibus quidem, quoties illorum venæ
» contusæ aut alia quapiam ex causa reseratæ sunt,
» familiarem ac maxime contingentem peculiari
» nomenclatura μελάσματα, id est nigrores appel-
» lat, nigra enim ob atri humoris melancholici-
» que sanguinis effusionem affecta pars euadit; Al-
» teram vero (quæ scilicet medium colorem inter
» rubrum atque nigrum obtinuit) proprie πελιδνὰ
» seu liuida & liuores: ἐκχυμώσεως autem species
» pro affectarum partium diuersitate à Paulo libr.
» 4. cap. 30. tres numerantur. Prima est τὰ καλού-
» μενα ὑπώπια, id est quæ vocantur subocularia,
» nonnulli sugillata appellant, dicitur & τὸ ὑπώ-
» πιον de quo suo loco: Secunda est ἔκθορασμα de
» qua & suo loco; Tertia à Paulo relata ea est quæ
» sub vnguibus fit, cum nimirum sub illis, à ruptis
» contusione venulis resiliens sanguis congrega-
» tur, rubrum ab initio, dein vero liuidum ac de-
» nique nigrum ipsum vnguem efficiens. Non au-
» tem in his modo partibus facie inquam oculis &
» vnguibus, affectus hic aduenire potest, verum
» & in qualibet corporis particula, adeo vt tot
» numerari species secundum affectam partem
» queant, quot sedes membraue corporis existunt:
» inde fit vt Hippocr. aliquando generallius ἐκχύ-
» μωσιν siue ἐκχύμωμα appellet effusionem omnem
» sanguinis è vena, & inanitionem, quam alio
» etiam nomine γαυσίωσιν vocat vt Galen. annota-
» uit comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων: differt autem ἐκ-
» χύμωμα ab ἴχυμμα: quo de affectu plura suo
» loco.

Ἐκχύματον. Galeno vox est lib. 8. κῦ τόπ. vsurpata
» quasi dicas exsuccatum, sed & hoc plus signifi-
» cat, chylum scilicet à iecore attractum, ita vt
» pars liquidior sit distributa, siccior veluti recre-
» mentum relicta; dicimus ita chylum ἐκχύματον
» cum & ventriculus probe concoxerit, & iecur
» attraxerit; vbi vero ille quidem concoxerit, iecur
» autem attrahendi vim habeat infirmam ἀπεκχύ-
» ματα & liquida excernuntur.

Ἐλαία. olea. Arbor est saligneis fere frondibus & perpetuis, angustis, quæ tam breui innituntur pediculo, vt quasi defixæ cohæreant: floribus pusillis quidem, sed foliatis, fructum ambientibus, baccis maturitate nigrantibus. Huic supina foliorum, contra quam cæterarum, candicant magis quam prona, minusque sunt læuia, vertunturque mox post æstiuum solstitium. Viuax est & diutissime durat. fructus eius ἐλαία eodem nomine dicitur, cuius succus oleum est, ἔλαιον Græcis vocatum.

Ἐλαία. oliua. est fructus oleæ. Constat tribus partibus, nucleo, carne, & amurca, quæ sanies eius est amara: succus eius oleum est. Traduntur autem oliuarum multa genera, sed præcipua decem: pausia, algiana, liciniana, sergia, næuia, culminia, regia, murtea, orchis & circites, seu potius cercites. Sunt & inter eas particulares quædam differentiæ: κολυμβάδες vocantur, quæ oleo suo puræ, hoc est sine accersita commendatione, innatant, & velut vrinabundæ fluitant. eædem etiam ἁλμάδες, hoc est muria conditæ, aliquando dicũtur. πτεράδες etiam dicuntur Iulio Polluci, quoniam enatent. Dicuntur & aliquæ πτυελάδες, hoc est furfuraceæ, quæ antequam omnino matureſcant, decerpuntur & condiuntur. sic dictæ à colore. nondum enim nigræ sunt.

Proptereaque λευκαὶ id est albæ dicuntur, quæ « scilicet mediæ sunt inter virides & maturas seu « nigras: harum meminit Aetius l. 6. c. 45. Gal. lib. « 5. περὶ κῦ τόπ. Plin. lib. 23. cap. 3. Cels. libr. 4. c. « 20. nec non Oribas. l. 7. qui omnes illis pro sto- « macho alijsue partibus astringendis vtuntur, & « Plinius oliuas albas stomacho vtiliores, ventri « minus scriptum reliquit. Sunt & oliuę quę apud « Athenienses πέμφυλαι dicebantur, quas aliter πε- « πεμμένας vocabant, Aristoteles θλασείς, Cœl. Au- « relianus 4. Chronic. cap. 5. fractas nuncupauit: « Quædam insuper δρυπεπεῖς dicuntur à Romanis « drupæ, quas Paul. lib. 1. c. 8. esse inquit κακοσο- « μάχους, ὑγλισπαῖς χυμῶν γλισχρότητος; Eædem viden- « tur quæ κολυμβάδες: à Paulo libr. 7. cap. 5. oliuæ « quædam κατ. ἅρπακα describuntur: quænam vero « sint oliuæ Premadiæ apud Nicandrum in Ale- « xiph. aduersus Cerussæ venenum commendatæ, « nondum mihi quidquam certi compertum. «

Ἐλαιόγαρον. ferculi quoddam genus erat delicati, « quod Sybariticũ missum in cœnis appellabant, « vt Hermolaus ex Spartiano refert. «

Ἔλαιον. oleum. Est succus ab olea expressus, is proprie & simpliciter oleum dicitur. Humidum est & moderate calidum, idque tanto magis quanto dulcius fuerit: tale sit potissimum ex oliuis quas δρυπεπεῖς, hoc est drupas, vocant, siue maturas. Quod enim ἀμοτριβὲς & ἀμφάκινον nuncupatur, ex vuis scilicet immaturis expressum, id quantum in se habet adstrictionis, tantum etiam illi inest frigiditatis. Quanto autem quodque vetustius fuerit, tanto etiam euadit calidius & tenuius. Habet præterea mitigandi laxandique facultatem. Ab eius similitudine succus omnis oleosus ex fructu quouis expressus oleum vocatur, adiecto fructus ex quo prodijt nomine, vt oleum ricininum, amygdalinum, caryinum, laurinum, terebinthinum, nec pauca præter hæc ex fructibus expressa omnia, sed tantum inter se facultatibus discrepantia, quantum & fructus ipsi ab inuicem dissident. Sunt etiam ab his alia oleorum genera, quę æquiuoce cum ipsis dicuntur vnguentis, vt: rosaceum, melinum, liliacæum, & quæcunque id genus floribus, fructibus, germinibus, foliis in oleo maceratis conficiuntur.

Oleorum differentias atque compositionem « si videre voles pete ex Dioscor. l. 1. Aet. tetrab. 1. « serm. 1. Æginet. l. 7. c. 20. Gal. 2. de simpl. medic. « & Mesueo quæ singula hîc nimis longum esset « recensere. «

Ἔλαιον etiam à quibusdam dictus est ὁ ἄσφαλτος, hoc est bitumen liquidum, quia maxime propter pinguedinem olei simile sit, vel quod eo ad lucernarum lumina antiqui præsertim in Sicilia vterentur.

Ἔλαιον etiam apud Hippocr. interdum pinguedi- « nem & adipem significat cum pluribus in locis, « tum lib. 1. περὶ γυναικ. vbi ἔλαιον ὗες sæpe ponitur « pro ὕειον σίαρ, id est adipe suillo vt notat Erotia- « nus. «

Ἔλαιον μεδικὸν. olei Medici meminit Solinus « cap. 24. quod oleum incendiarium nominat, «

» quod vt ait quadam inficitur herba, etsi etiam
» naturale quoddam est, non tantum artificiosum
» & factitium; hoc genere olei pellicem suam est
» vlta Medea; Talis erat circa Babyloniam Naph-
» ta: erat etiam, vt reor, vel arte parabatur in Me-
» dia, vnde & Medicum vocabatur oleum: huius
» vero olei incendium aqua non restingui potest,
» sed pulueris iactu, inquit idem Solinus.

Ἔλαιον ῥόδινον. oleum rosaceum, id est, quod aromatibus conditum non est, apud Hippoc. vt annotat Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις. vide ῥόδινον.

Ἔλαιον σπανὸν. quoniam hoc oleum haud ita apud
» authores vulgatum est, sed fit apud Galen. fre-
» quens illius mentio, quale sit & quomodo pare-
» tur hîc adnotandum. Constantin. in Geoponic.
» libr. 9. illud ita confici iubet, vt oleo ab amurca
» defœcato & feruenti, triplum aquæ tepidæ vnà
» cum sale contuso iniiciatur, vt exacte commis-
» ceantur, diuque agitata stent tanto temporis in-
» teruallo, donec aqua vna cum sale in amurcæ lo-
» cum subsederit, tandem oleum supernatans le-
» bete vel cochleari excipito, quo exhausto iterum
» affusa aqua tepida bene commisceto, & quic-
» quid olei puri, postquam aqua pessum iuerit, su-
» pernatat, vasculo excipito, Postea succum de fo-
» lijs aut tenerioribus olearum surculis (quos
» Græci θάλλους vocant) expressum, vt oleum
» acuitatem & amaritudinem acquirat, quibus
» stypticitas interna subire poterit, illi addas, & si
» hoc tibi paratum defuerit, & in oleo veteri vi-
» rescentes olearum thalos decoxeris, ijs expressis
» oleum spano vel etiam omphacino succeda-
» neum habebis.

Ἐλαόμελι. genus quoddam resinæ Palmyris Syriæ familiare. Id ex vetustis arborum caudicibus manat pingue, vnguinosum, crassius melle, resina tenuius, perinde quasi nunc è lapidibus quibusdam, quod πηρίλαιον nominant. Iis quibus insederit, hæret admodum pertinaciter, atque, si edatur, marcore consumit & viribus destituit, veternumque inducit.

» Hermolaus Barbar. suis in Dioscor. l. 1. com-
» mentarijs ἐλαόμελι esse idem existimat quod
» manna, de quo in sacris litteris, atque ab illo tan-
» tum differre, quod ἐλαόμελι in vsum medicinæ
» tantum veniat, manna vero etiam mandi potue-
» rit.

Ἐλαιώδη ξύλα, ἐλαιοφανῆ, & ἐλαιόχροα. appellantur vri-
» næ oleaceæ, vel quæ olei similitudinẽ habẽt, vel
» quæ oleosi coloris sunt Aretæo l. 1. περὶ ὕδρωπ cap. 8.
» vide ξύλον.

Ἐλαιοπέφυλος. est fructus vitis in oleã insitæ, vtriusque fere parentis naturam retinens.

Ἐλαιόφυλλον. herba est quæ φύλλον dicitur quod in saxosis nascitur.

Ἐλάτη. abies. Arbor est procera & recta, semper virens, pino non dissimilis, radice neruosa, singulari, hirsuta, caudice rotundo, folijs pinnatis & insectis, summo mucrone rigentibus, flore croceo. Duũm generum est: mas & fœmina. mari pungentiora, acutiora, & magis flexa folia sunt: fœmina materie constat molliore, candidiore, operibusque faciliore, & caudicem prolixiorem habet, qui mari versicolor, latior atque durior est: præterea maris nucibus pauci quidem nuclei parte priori insunt, sed fœminæ nucibus nulli omnino. à Gallis & sapinus & anetum dicitur. Sed nec Dioscorides nec Galenus huius arboris meminerunt. Præparatur autem ex abietino semine medicamentum ἄκοπον, hunc in modum: Abietis semen septembri potissimum mense collectum conijcias in oleum quando voles, permittasque macerari aut trium aut quatuor mensium spatio, prius tamen contusum. Quantitas eorum talis esto: seminis eius modium Italicum in viginti quinque heminas siue libras olei conijcies: vbi satis semen erit maceratum, ipsum abijcies, humidum vero quod supererit, linteo percolabis: postea ceræ quatuor libras inijcito, resinæ abietinæ libræ vnius partem vnam, siue drach. xxxii. resinæ etiam pineæ tantundem: aut si harum copia non sit, terebinthinæ. Concoquas postea in vase duplici, aut igni lento. Valet ad eos qui in carne & tota corporis mole succos congesserunt, vt eos concoquant & digerant. valet ad omnem lassitudinem seu spõte ortam, seu alia quauis ratione contractam. Author Galen. lib. 4. sanitatis tuendæ.

Ἐλάτη. insuper Galeno dicitur summus palmulæ cortex, seu corticosum id quod in summa palmula enascitur, quod & σκέπιον Archigenes vocauit; appellatur & σπάθη, quod & Dioscor. ἐφηλύμματα id est operimentum fructus palmæ recentis, & adhuc florentis esse dicit: Galen. vero 8. simpl. ἀμφίεσμα hoc est indumentum seu tectorium vocat, quo loco ἀφίλυμα deprauate legitur: Porro non solum hic summus palmulæ cortex ἐλάτη appellatur apud Dioscor. sed fructus quoque ipse eo cortice inclusus, ὁ περιεχόμενος τοῦτ' αὐτῆς καρπὸς inquit Dioscor. sed & alia ab his diuersa significatione ἐλάτης vocem vsurpauit Galen. loco cit. dum τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα τοῦ φοίνικος hoc est palmæ tenellum germen esse voluit cum quo idem sentit Hesych. ἐλάτην explicans φοίνικος τὴν ἀκροτάτην ἴκφυσιν.

Ἐλατήριον. Elaterium est succus ex fructu cucumeris agrestis expressus & in orbiculos coactus vt tradit Dioscor. lib. 4. cap. 155. attamen elaterium fieri succo expresso è semine cucumeris syluestris nominatim scripsit Plin. lib. 20. cap. 1. Eodem loco pro cultello arundinem ad incidendos cucumeres desiderat: eius conficiendi rationem Dioscor. loco cit. explicauit, cuius mentem non satis videtur assequutus Plinius, sed neque inter interpretes quotquot mihi legere contigit, consensus est, de hac elaterij præparandi ratione, vt facile fuerit ei animaduertere, qui varias eorum interpretationes inter se contulerit: qui vero apud Mesuæum extat elaterij parandi modus, plane mãcus atque concisus est, vt vix certi quidquam elici possit: nec vero ex fructu tantum & semine fit, sed etiam expressis radicibus & folijs quibus tamen vis inest imbecillior: eligi autem debet, inquit Dioscor. quod in candido leuiter humectum est, sine pondere, sine scabritie, gustu amarissimo, quodque lucernarum luminibus obiectum facile ignem concipiat: at Paul. lib. 7. cap. de simpl. medic. purgantibus præfert τὸ πεφυσιζον, hoc est porraceum quod nominatim Dioscorid. & Plin. improbauerunt: Cordus Pauli sententiam magis probat, quippe qui vix credat elaterij succum, quantumuis diligenti insolatione, ad illum candorem seu etiam pallorem peruenire posse: improbatur vero elaterium ex Dioscor. quod asperum, turbulẽtum, herbaceum, aspectu medio inter eruũ & cinerẽ, quod & põderosum est: de elaterij tũ ætate, cũ etiã tẽpestiuitate, grauissimorũ

„ authorum variæ sunt discrepantésque senten-
„ tiæ: siquidem Theophr. lib. 9. histor. c. 14. nul-
„ lum ex medicamentis longiori æuo durare, &
„ quo vetustius eo melius esse scribit, durationis
„ causam in humoris copia collocans, quin & ad-
„ dit ducentis annis seruatum quondam elaterium
„ fuisse, cuius tamen excellentes vires medicus
„ quidam haud insolens neque mendax fœliciter
„ expertus fuerit; Theophrasto Plinius astipula-
„ tur lib. 20. cap. 1. prætereaq; à trimatu esse tem-
„ pestiuum eius vsum scribit, at Æginета elate-
„ rium laudat μὴ παλαιότερον ἑπταετῆ non anno ve-
„ tustius, nisi forte (quod ego suspicor) pro πα-
„ λαιότερον, νεώτερον, id est, recentius legendum vi-
„ detur. Mesuæus vero asserit ipsum triennio ser-
„ uari, & post semestre vsurpandum: Ab his por-
„ ro omnibus Dioscor. (cui tamen plurimum tri-
„ buimus) manifesto dissentit, dum à bimatu ad
„ decennium, purgationibus accommodatum es-
se scribit: Ab Aetio elaterium inter venena collocatur quod ὑπερκαθάρσεις inducat: Ciet autem menses & fœtum interimit appositum, ceu alia amara omnia & subtilium partium, præsertim si calida sint, cuiusmodi est elaterium: summe quidē amarum est & secundo ordine excalfacit, habet & vim digerendi. Gaza apud Theophrast. ἐλατήριον agitatorium interpretatus est commouet enim vehementer corpus, sed hoc Latinis incertius quam si simpliciter elaterium dixisset.

Ἐλατήριον. non tantum succus sed & ipse cucumis à quibusdam dicitur vt habetur apud Dioscor. Sed & ex Galen. ἐν γλώσσαις non tantum quod ex cucumere agresti fit medicamentum, sed & quicquid aluum inferiorem expurgat ἐλατήριον appellatur. quod & docet comment. 5. in
„ lib. 6. Epid. Et lib. de rat. vict. in morb. acut.
„ φαρμακα ἐλατήρια sumi videntur pro medicamen-
„ tis aluum vtcumque subducentibus, κοινῶς τὰ τὴν
„ κάτω κοιλίαν καθαίροντα exponit Erotianus.

Ἐλατίνη. herba est foliis helxinæ minoribus rotundioribusque, pilosis, tenuibus, & semipedalibus ramulis, quinis senisue, ab radice statim foliosis, gustu adstringentibus. Vulgus campestre rapistrum vocat.

Est & alia quæ elatine pampinaria dicitur, huic similis quam nostrates pimpinellam aut potius pampinulam dicunt.

Ἐλαφόβοσκον. herba est quæ caulem emittit fœniculo vel rosmarino similem, angulosum, foliis latitudine digitorum duum, prælongis, infractis & aliquatenus asperis, propagines multæ vmbellas anethi subluteas sustinent: ipsum quoque semen anetho simile est, radice tres digitos longa, vnius crassitudine, candida, prædulci, esculenta. Officinæ & herbarij gratiam Dei vocant. Excalfacit & desiccat tertio ordine.

Ἐλαφόβοσκον. etiam à quibusdam dictum esse τὸ ἑλειοφάκον, Dioscorides author est.

Ἐλεόβριζον. Hesychio est κύπειρος, hoc est Cyperus, forsan quia in paludibus radices agit. est enim Cyperus ex iuncorū genere, qui palustres sunt.

Ἐλεοπάχια. id est agrestia, apud Hippocrat. vt scribit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ἐλειόφακοι. saluia. Est frutex oblongus, furculosus, quadrangulas habens & candidas virgas, folia cotonei mali effigie, longiora, scabriora, paulo callosiora, extritarum quoque vestium similitudine hirsuta & incana, vehementer odorata, sed virosa, semine syluestris hormini in summis caulibus. Plinius eleliſphacon in censu frugum inter lentis species retulit syluestris. Nunc tamen nihil est commune lentis & saluiæ, facileque fieri potuit vt Plinius ἑλειόφακον αὐτὸ τὸ ἑλειφάκου ceperit. Est autem dicta ἑλειόφακος quasi tabida herba. est namque saluia squalida & scabra, ac retorrida semper & exsucca apparet.

Est & alterum saluiæ agrestis genus quod σφάκελον vocant, breuiori & læuiori folio. vulgus francam saluiam appellat. Euidenter vtraque excalfacit & leuiter subastringit.

Ἐλειοχρυσον. vide ἠλίχρυσον. «

Ἐλίνιον. herba est folio verbasci angustioris, asperiore, oblongo. Caulem quibusdam in locis non emittit, radice subcandida vel subrufa, odorata, subacri, vegeta, magna, tactu molli. Romani inulam dicunt, vulgus enulam campanam.

De duplici huius herbæ genere vide apud « Dioscord. lib. 1. cap. 27. & 28. sic vero vocatur « quoniam eam fertur Helena σπεῖρεσθαι πρὸς τὰς ὄψεις « ὅπως βοσκήμασι αἰκισθῶσι vt author est Hesych. at « Plinio teste lib. 21. cap. 10. quod ex Helenæ la- « chrymis nata dicatur, quādo scilicet addit Ethy- « mol. ὅτι Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν « αἱμορροΐδων ἀποθανόντι. id est, mortem luxit Me- « nelaus Canobi gubernatoris ex hemorroidibus « intereuntis. «

Ἐλειόσιλινον. est herba humidis locis nascens, apio « satiuo maior, folio rariore, cætera prorsus apio « consimilis, odore, sapore, figura, viribus. Homerus Iliados β'. ἑλειόθρεπτον, quasi dicas in palude nutritum, vocauit. Gaza Latine paludapium reddidit.

Theophr. ἕλειον σίλινον appellat: Perperam ve- « ro apud Dioscorid. lib. 3. cap. 75. scribitur ἑλαιο- « σίλινον. «

Ἐλεφαντίασις ἡ

Ἐλέφας. est extuberatio melancholica & contagiosa, totum corpus in speciem elephantis immutans. Totus hic morbus sub tumorum genere continetur. Non est autem tumor vnus, sed multiplex & inæqualis, & per vniuersum corpus huc illuc dispersus, intus à visceribus facto initio, & progressu vsque ad extimam cutem continuato. Pares enim in internis visceribus tumores excitantur, qui & exterius apparent. Siquidem, vt scripsit Archigenes, non est existimandum tum gigni morbum cum ad cutem tumores erumpunt, sed potius perfici, atque inde euenire vt morbus hic curatu difficillimus sit, quod principio, quia latet, nulla medicina reprimitur, sed vires in interno corpore acquirit maiores, quam vt possit postea superari. Siquidem vitiosus humor ipsum creat, qui malignitatem hanc non in summo corpore acquirit, sed in internis visceribus concipit. Prima enim mali labes in iecinore & liene residet, atque inde vitium serpit. Humor autem qui morbum parit, melancholicus est, plus minusue, siue fecis instar accumulatus, siue bile vsta genitus, siue syncerus, siue sanguini, aut bili, aut pituitæ mistus. Nam pro mistura modo variæ elephantiasis differentiæ existunt. aliæ, vt vocat Paulus, ὑπέρυθροι, hoc est subrubicundæ, à sanguine melancholico & limoso, quæ mitiores vel minus malignæ sunt: aliæ ἴκλευκοι, id est albæ, à melancholico humore cum pituita misto, vel ipsa etiam pituita crassa, salsa, nitrosa & acri: talis namque genere atra

bilis est, eiusdemque naturæ particeps, quod propter ingentem crassitiem, acrimoniam & salsuginem non parum sicca sit: aliæ vero malignæ & pessimæ, ex humorum adustione genitæ, per quas & corpus vniuersum scatet vlceribus, & extrema etiam decidunt. Et has quidem tres elephantiæ differentias plærique statuerunt pro varietate humoris & coloris. Humores eiusmodi tã sunt maligni, vt vere inter venenatos habeantur, & contagione etiam sanos inficiant, non aliter quam pestilentia & venerea lues. Verum incurritur in eum morbum magna ex parte ex elephantico parentum semine, vel ex victus ratione gignendis ijs humoribus congruente, præsertim quibus suppressi menses, aut varices vel diuturnæ hæmorrhoides cohibitæ. Hos autem humores in præcipuis visceribus noxios natura, sicut solet in omnibus morbis venenatis & pestilentibus, ita in hoc ad cutem propellere aggreditur, id quod aliqua quidem ex parte præstat, verum humor propter crassitiem sub ea hæret, varioſque toto corpore tumores pro sui copia excitat, itaque corporis vniuersi figuram immutat, vt verius elephantis quam hominis esse videatur. Quam quidem morbi cum elephante similitudinem Aretæus lib. 2. de diuturnis morbis elegantissime persequutus est, in hanc fere sententiam: Elephanti tum morbo tum feræ multa sunt & specie & colore, & magnitudine & victu communia. Vt elephas nulli alteri animali similis est, sic neque hic morbus alteri morbo. Elephas omnia animalia magnitudine & crassitie superat: omnis niger est, tenebricoso colore, morti & nocti similis, facie est fœda & informi, collo perbreui, auribus magnis, latis & alarum similibus: corium habet asperum & crassissimum, prætumidis fissuris inæquale & velut anguſtis longisque fossis inaratum, scissuris alijs cauis & transuersis intercursantibus, alijs etiam obliquis & valde profundis: ac cum reliquis animantibus natura pilos aut setas dederit, hic solus habet lanuginem. Sic & morbus iste magnitudinem habet, non tantum quia genere magnus sit, sed quod eo laborantes euadant seipsis maiores & crassiores, totumque corpus in tumorem attollitur. Tumores diuersi erumpunt, nondum quidem continui, sed crassi & asperi. Finditur autem tumorum interstitium, vt elephantis corium. Venæ latæ sunt, non sanguinis redundantia, sed propter cutis crassitiem. Non multo post corpus æqualiter inturnescit. Pili vbique moriuntur, in manibus, femoribus, tibijs, pube, mento & capite, & caluities vel canities præmature aduenit. In capitis cute rimæ frequentes, profundæ, asperæ. Tumores in facie duri, acuti, albo sæpe fastigio, basi viridiore. Pulsus pusilli, graues, tardi, tanquam per cœnum vix se mouentes. Lingua grandinosis varis exasperatur, impetigines summos digitos infestant, genua pruriunt, & cum voluptate scalpuntur. Rubent malæ cum modico tumore; supercilia prominent, glabra, deorsum versus pondere vergentia. Color liuidus aut ater est. Nares cum atris tumoribus salebrosæ sunt, labia crassa prominent. Aures etiam consueto grandiores videntur. Totum corpus rugis asperis exaratur, & alte descendunt scissuræ velut nigri in corio sulci. Morbo vero aucto tumores vlcerosi fiunt, vlceraque fœtida & insanabilia oriuntur, membraque ipsa hominem morte præueniunt, excidunt. que de corpore nasus, digiti, pedes, genitalia & totæ manus. Neque enim hæc labes prius perimit, & à turpi vita sæuisq; cruciatibus hominem liberat, quam membratim totus dilaceratus sit. estque admodum longæua, quemadmodum & elephas animal. Hæc & alia plura Aretæus edisserit, ex quibus manifesto constat vereres huic morbo nomen ab elephantis similitudine indidisse. Idem vero scribit etiam λέοντα καὶ λεόντιον appellatum fuisse propter extremarum frontis rugarum similitudinem cũ leonibus aut ijs qui irascũtur. Archigenes, vt habetur apud Aetium, λεοντίασιν appellari scripsit, quum frons ægrorum cum quodam tumore relaxatur perinde ac cutis flexilis superciliorum leonis. Dicitur & σατυρίασις tum à genarum rubore, & facie Satyris persimili, tum propter inexplebilem & impudentem coeundi libidinem. vocarũt & veteres morbum hunc ἡρακλειον, hoc est Herculeum, quod nullus eo maior sit & violentior. nam præter ea symptomata quæ ex Aretæo recensui, morbo ingraueſcente primum quidem stupet cutis, deinde sensum prorsus amittit, vt ne acu quidem compuncti dolorem sentiant, aut feruente aqua affusa vrantur: estque, vt ait Paulus, velut cancer quidam totius corporis, qui nullam omnino admittat curationẽ. Hic morbus vere est qui vulgo lepra appellatur, cuius quatuor differentias recensent, alopeciam, tiriam, leoninam & elephantiam, nominum istorum rationem non intelligentes.

Insuper notandum elephantiam vocate Arabes diuersum quemdam à lepra affectum, pedum scilicet quemdam tumorẽ à varicibus obortum, cuius causa sit humor pituitosus viscidus, modo ater & melancholicus, cuius vitio atque multitudine pes, & crura mirum in modum intumescant, qualis sæpenumero pedum tumor videtur in pauperculis illis mendicantibus, in quibus cutis præ humoris multitudine & malignitate, vt quæ tantum distendi nequeat, discinditur & crepat deformitate magna: hoc vero nomine is tumor vocatur, quod in illo (inquiunt) pedis figura sit elephantinæ similis; de hoc affectu plura apud Rasem 12. contin. cap. 2. & 9. ad Almans. cap. 93. & lib. diuis. cap. 107. & Auicennam 22. fen. 3. tractat. 1. cap. 16. 17. 18. & Auenzoar. 2. Theisur. tract. 7. cap. 26.

Ἐλεφάντινος. emplastri nomen est, quod habet cerussæ P. XXX. ceræ P. XLX. olei heminam, aquæ sextarium. Est autem compositio ea percandida, ideoque elephantina nominatur. Habetur apud Aetium gemina.

Describitur & à Celso lib. 5. cap. 19.

Ἐλιγμυσάμην. ἐπὶ πλέον διελέχθην. multum disserui, apud Hippocr.

Scribendum ἐλιγμυσάμην à verbo λιγμύζω quod est sermocinari, differere; In manuscripto codice est ἐλυγμυσάμην quod lucubrandi habet significationem.

Ἐλισσάζει. ἑλίσσει. insoletur, apud Hippocr.

Ἐλινύειν. cessare & toto corpore quiescere. dicitur de ijs qui ex motu & actione ad ocium & segnitiem transeunt, apud Hippocr. περὶ διαίτης ὀξέων, vt comment. 2. Galenus annotauit: cui Hippocrates opponit γυμνάζεσθαι. Apud Hesych. scribitur non tantum ἐλινύειν, sed etiam ἐλλινύειν: verum male, vt opinor.

» Galen. comment. 1. in lib. 6. Epid. ἑλκύειν exponit, ἡσυχίαν ἄγειν in quiete esse.

Ἑλκτηρίς. τὸ ὡς ἀπὸ ἡλίου θερμόν. quod ceuà sole calidum est, apud Hippocr.

» Sed pro ἑλκτηρὶς & ἑλκτηριῶδα quæ hîc habentur, » apud Hesychium habes εἱλκτηρὶς & εἱλκτηριῶδα, » deriuata ab εἵλη, quod est calor solaris, & θερμῶδα » calefieri seu torrefieri, itemque apud Suidam.

Ἑλκοειδὴς χίτων. testium tunica propria est à Paulo » lib. 6. cap. 62. sic nuncupata quasi capreolaris: » at nulla est eiusmodi tunica testium inquit Cor» nar. verũ vasa seminaria ἑλκοειδῶς, id est, pãpini» formiter ad testes feruntur, & hinc vitium falsæ » appellationis processit, itaque pro ἑλκοειδὴς re» ponit Cornar. apud Paulum ἱρυξοειδὴς.

Ἕλιξ. capreolus vitis vel hederæ. Sic etiam dicitur tertia hederæ species, quam Latini helicem vocant, quasi clauiculam: sterilis est, tenuibus viticulis, breuibus angulosisque & concinnioribus folijs. Significat & ἕλιξ extremam auriculæ oram, siue, vt Ruffus ait, τὸ συμπληροῦν τὴν ὀφιφέρειαν τῶν ὤτων. hoc est quod complet circumferentiam aurium. Inde αὐτίλικα appellant oppositam illi partem, τὸ ἐν μέσῳ κάθαιρον τὴν κοιλότητα, siue παρὰ τὴν κοιλότητα: id est, quod in medio iuxta cauitatem eminet. Cauitatem autem illam quæ in medio est, κόγχην vocant. Dicuntur etiam ἕλικες anfractus & conuolutiones intestinorum.

Ἑλίχρυσον. herba est cauliculo tenui, virenti, erecto & duro, folijs angustis ex interuallis, abrotono similibus, comis aureæ lucis in orbem (vnde quidam ἡλιόχρυσον eam appellant) vmbella rotunda, aridis corymbis dependentibus, radice exili. Dicitur alijs nominibus & χρυσάνθεμον & ἀμάραντον. Proxime videtur accedere ad eam quam officinæ cotulam maiorem vocant.

» Hoc Elychrisi flore coronari Deorum simula» chra solere ait Dioscorid. & Plin. lib. 21. cap. 11. » hoc coronare se magos ait; si & vnguenta su» mantur ex auro quod apyron vocant, ad gratiam » quoque vitæ gloriam que pertinere arbitrantur, » hoc & idem Theoph. hist. plant. lib. 9. c. 21. alijs » ἠλιόχρυσον dicitur: Theocr. Dioscor. & Nican» dro ἠλίχρυσον; Nota & apud Suidam Hesych. & » alios nonnullos tenui spiritu legi ἠλίχρυσος.

Ἕλκος. multa habet significata, quandoque enim » Hippocr. generatim sumit, cum inquit omnem » morbum esse vlcus lib. de fractur. & 4. de morb. » neque enim vt arbitror tum fortasse distincta » fuerant nomina τραύματος, ῥήξιος, θλάσεως, ῥαῦ» μῆς, ῥήξεως & reliqua quibus recentiores medici » solutæ continuitatis differentias distinxerunt: » Sumitur aliquando solum pro solutione conti» nuitatis cuiuscumque generis, nempe pro vlce» ribus omnibus tam quæ à causa interna fiunt, » quam quæ ab externa, & peculiari πταύματος no» mine comprehẽduntur vt per totũ lib. περὶ ἑλκῶν, » vbi non vlcera modo nobis dicta curare docet, » sed etiam vulnera à causa externa excitata, & ali» bi sæpe vt 2. prorrhet. contrahitur tamen à Gal. » ad sola vlcera vera lib. de constitutione artis, ad » omnem quacumque in parte solutionẽ continui » ex erosione factam, præter eam quæ in osse fit & » περιῶν vocatur: At longe maior est huius nomi» nis contractio quæ tradita est à Galen. 1. de dif» fer. morbor. & in lib. meth. med. vbi ad solutio» nem continuitatis quæ fit in carne contrahitur, » qua ratione τὰ ἕλκεα carnis calamitates & vitia » appellauit Hippocr. libro περὶ ἰκμάδων, dicit enim τὰ ἕλκεα τὸ σαρκὸς ξυμφορὰ: Vlcera autem late sumpto nomine multas differentias veras habent, multas quoque quæ minime tales sunt, sed ex alijs fiunt dispositionibus cum vlceribus complicatis: Propriæ vero differentiæ sunt quæ ab ipsa vlceris substantia accipiuntur, non ab affectu alio qui possit per se consistere: ex figura rectum, obliquum, circulare: ex quantitate, magnum, & paruum; ex dimensionibus longũ, breue, latum, angustum, sublime, superficiale, profundum: ex tempore recens, vel cruentum, & multi pauciúe temporis; ab exterioribus alijs apparens vel non apparens, in toto vel in parte: ex loco in extremo musculi, vel medio: Simplex, crudum, callosum; Auicennæ ostracinum fistulosum, cuniculosum, profundum; Quædam computantur à multis pro differentijs quæ non sunt differentiæ, sed alterius dispositionis complicationes, sicut phlegmonõdes, erysipelatodes, Carcinodes, τομῶδες, κακοήθες, aliæque eiusmodi plurimæ quæ sequuntur.

Ἕλκος ἄγριον. vlcus ferum vide ἄγριον ἕλκος.

Ἕλκεα αἰγύπτια, ἢ συριακὰ. sic vocantur fœda quædam tonsillarum vlcera in Syria & Ægypto frequentia: illis qui hæc patiuntur pallida seu liuida facies adest, febres acutæ, sitis, vt igne accensi videantur; potum veriti dolores non admittunt; Tristantur enim cum tonsillæ comprimuntur, aut potus in nares resilit, miserrimus denique mortis modus illis accedit: hæc vlcera eleganter & copiose describit Aretæus lib. 1. acutor. c. 9.

Ἕλκος ἀπείρατον. vide ἀπείρατον ἕλκος.

Ἕλκος ἁπλοῦν, vide ἁπλοῦν ἕλκος.

Ἕλκος ἀφρῶδες. exponit Pollux ᾧ ἐπιπολῆς λευκότης ἢ μελανία. In quo efflorescit albedo quædam vel nigredo.

Ἕλκος δακρυῶδες. vide δακρυῶδες ἕλκος.

Ἕλκος ἐκπεπισμένον. vlcus dicitur quod habet euersa labra atque protuberantia, veluti materia ad ea ipsa expressa, & per deligationem ex ipsa inflammatione coacta, ideoque vt euertantur necesse est quod ἐκτρέπειν τὰ χείλη dixit Galenus.

Ἕλκος ἔναιμον. cruentum & recens vlcus, sic dicitur confestim vbi illatum est, & nondum ex toto siccum sed sanguine & cruore adhuc stillans, quodque coniungi sibi labra tantum postulat, omnis adhuc expers alterius symptomatis.

Ἕλκος καθαρὸν. purum hoc est non sordidum, non putre, nec mucosum apud Hippocr 1. γυναικ.

Ἕλκος κακοήθες. id est, male morigeratum, vel mali moris malignumúe dicitur, quod cum omnia diligẽter & recte feceris non tamen curatur, quia scilicet, vt inquit, Galen. in loco vlcus patiente adest malignitas sanari ipsum prohibens, atque in eo differt à Rheumatico quod influxum malorum humorum aliunde recipit. Celsus primam Carcinomatis speciem hoc nomine appellauit.

Ἕλκος καρκινῶδες. cancrosum quod cancrum sapit vide καρκῖνος.

Ἕλκος μελικηρῶδες. à mellei humoris similitudine sic dictum, appellatur & τὸ γλυκὺ, id est dulce, & συριακὸς Ἀναλεία, id est, Syriace Analia. Aetius serm. 4. tetrabl. 1. c. 23.

Ἕλκη μεμυκότα. dicuntur Dioscoridi obducta cicatrice vlcera & coalescentia.

Ἕλκος μυκοτοιοῦν exponit Erotian. apud Hippocrat. ex quorumdam sententia κάτυγρον ἢ μυξῶδες humidum & mucosum.

Ἕλκος περιμάδες. vlcus circumquaque glabrum & depile dicitur.

Ἕλκος περιτετριχωμένον, dicitur Polluci ὃ τὸ ὑχὸν φθείρει τὰς τρίχας πυώδεσι ἰκμάσι ὃ ὅπου τρίχες.

Cuius humor vel humiditas corrumpit pilos furfuribus similis, consistit vero vbi pili sunt.

Ἕλκος σφυγμῶδες, καὶ πυρετῶδες. vlcus pulsans & febrile, hoc est inflammatione tentatum dicitur apud Hippocr. vt & πυρετώδεις quod igneum feruorem ex inflammatione concepit.

Ἕλκος τηλέφιον. species est phagedænæ, ita vero vocatur quod Telephus eo fuerit vexatus, estque eiusmodi vlcus antiquum & δυσπυλωτόν.

Ἕλκος σαρκοπαρόν. apud Pollucem dicitur quod carnem habet superfluam, Auicenna carnem addidit tam super vulnera dixit.

Ἕλκος βαθύμυον. dicitur Polluci qnod βάθος ἔχει καὶ κόλπους profunditatem & sinus.

Ἕλκος χειρώνιον. vide χειρώνιον ἕλκος.

Ἑλκτικὰ φάρμακα. attrahentia medicamenta, quæ & ὀπτικὰ appellantur. Sunt medicamenta calida & tenuium partium, quæ humores ex profundo in superficiem proliciunt. Attrahit enim perpetuo calidum, nec quicquam est trahendi facultate præditum inter medicamēta quod calidum non sit. Verum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit vehementius. Est autem duplex attrahentium essentia: alia enim sponte nascitur, vt dictamni, propoleos, thapsiæ, sagapeni, vt succorum Cyrenaici & Medici: alia vero ex putrescente & acescente materia est, & fermenti & porici. Quod si fimi quoque ex putrefactione generantur, omnes vtique attrahendi facultate pollent. In his tamen non parum est discriminis: nam columbinus admodum attrahit. Ex æquo autem vtrimque ab hoc recedunt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius vero gallinaceus: hoc etiā magis vincuntur humanus & suillus. At canum stercus simile est medicamentis extergentibus, maxime si vescantur offibus. Nec vero valde à se inuicē differunt τὰ ἑλκτικὰ ἢ τὰ διαφορητικὰ φάρμακα, hoc est, attrahentia & discutientia medimenta. etenim virtutes sibi vicinæ sunt eorum quæ in alto latent attractrix, & attractorum digestrix. Nam quæ trahunt, etiam nonnihil omnino discutiunt: & quæ discutiunt, pariter trahunt. verum in digerentibus medicamentis discussoria virtus, in attrahentibus attractrix præpollet: atq; ab ea hæc quidem ἑλκτικὰ, illa vero διαφορητικὰ appellantur.

Est & aliud medicamentorum attrahentium genus, quod qualitatis familiaritate attrahit: id quod non est aliud quam totius substantiæ similitudine. Huiusmodi sunt omnia purgantia medicamenta & quædam alexiteria: virtus enim illorum purgatoria pars est, seu species facultatis attractricis: sed calida vt sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea quæ essentijs similia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, vtpote quod similitudini coniunctum habeat auxiliarium calorem. Siquidem cum id duabus causis attrahat, vehementius trahet quam quod vna duntaxat attrahit.

Ἑλκτικὴ δύναμις. attractrix facultas. Est prima facultatum naturalium, qua singulæ partes sibi conueniens nutrimentum adducunt. Nam cum sint quatuor facultates quibus natura regitur, attractrix, retentrix, alteratrix & expultrix, ociosæ sint oportet postremæ tres, si desit nutrimentum in quo occupentur. Itaque primum attrahi nutrimentum oportet: id quod euidēter in ventriculo cernitur, quod est primum concoctionis instrumentum, cibos per magnam famem semesos è faucibus ita rapiente, vt manu celerius & violentius vix rapi possint. Neque enim suo pondere cibi in ventriculum deuoluuntur, sed ab insita ventriculo facultate, quomodocunque situm corpus sit, attrahuntur. Verum tamen nō omneis cibos indifferenter attrahit, sed naturæ tantum suæ familiares & consentaneos. Hanc autem attractionem præcedit appetentia, pro cuius modo, cibus auidius vel languidius à ventriculo attrahitur. Cæterum sicut ventriculus vim suam tractricem cibi possidet, ita in cæteris partibus facultatem conuenientis, siue alimenti, siue alterius rei attractricem inesse existimādum est, venis quidem & iecinori chyli ad se trahendi, vesiculæ fellis trahendæ bilis, lieni trahendi humoris melancholici, renibus trahendi seri & vrinæ, testiculis & vtero trahendi seminis, pulmoni non sanguinis solum, sed etiam aeris, & reliquis similiter partibus attrahendi aliud quo delectantur, & frui possunt: nulla enim pars est quæ eiusmodi facultate careat. Est autem ea vis à tota substantia & naturali proprietate cuiusque partis, à qua & magnes ferrum & succinum paleas, & medicamenta purgantia humorem sibi familiarem attrahunt: ita tamen vt in eo opere natura villis ceu fibris rectis tanquam adminiculis vtatur: siquidem fibris rectis attrahit, sicut transuersis expellit. Porro nihil refert ὀπτικὸν aut ἑλκτικὸν aut ἑλκυστικὸν δύναμιν dicas, vt nec Latine attrahentem ne an attractoriam facultatem.

Ἑλκύδιον. vlcusculum. sic dicitur omne vlcus paruum, nec eo nomine certa vlla species vlceris designatur.

Vt ex Galen. colligere licet 1. καθ' ὅλ. cap. vlc. hanc tamen deinceps vocem Alexander lib. 1. c. 7. Paul. lib. 3. cap. 3. & Aetius lib. 6. c. 70. ad vlcera quædam transtulerūt papillis similia, densaque, & rubra, à quibus sanies ichoresue eliquantur & defluunt; hinc Græcis θῆλαι, id est, papillæ, quia mammarum papillis similia sunt vocantur. Cels. lib. 5. cap. 28. huiusmodi affectum Græco nomini respondente Latina dictione vlcuscula nuncupant, pustulæ speciem esse supponens, Nonnunquam, inquit, maiores pustulæ, liuidæ aut pallidæ aut nigræ, aut aliter colore naturali mutato, subestque his humor, vbi hæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet ἑλκύδια Græce nominantur.

Cæterum reperitur & ἑλκύδιον sine ῥ vt apud Plutarch. in quæstion. Græcan. sed hîc fides exemplarium suspecta esse queat.

Ἕλκυσμα. dicitur scoria siue recrementum argenti, ijsdem fere viribus, quibus & ἡ μολύβδαινα, prædictum, vt habetur apud Dioscor.

Ἑλκυστὴρ. instrumentum ferreum est extrahendo fœtui accommodatum. Ἑλκυστῆρων autem duplex genus est primum eorum qui punctim impacti in rem obiectam in ea manent, incurui scilicet, simplices & soli, sibi toti per se cohærentes, hoc est sine aliorum & interiectione & fabrica, vt τῶ ἑλκυστῆρες non constent pluribus partibus quæ secerni saltē queant sine fractione; Ἑλκυστῆρες contra alij obtusa habent extrema quibus Chirurgi

» obiectum corpus Embryonis, aut quiduis aliud
» prehendant, recti sunt aut inurui non simplices,
» sed suis partibus per quamdam copulam coniun-
» ctis inter se cohærentes & coagmentati, in quas
» possint disiungi diuidiq; facile & sine fractione;
» in horum numero πῖσφον recensemus: Alterius
» vero generis ὄνυξ, vnguis, siue hamus erit, cuius
» meminit Hippo. & quem ad extrahendum Em-
» bryonem mortuum vsurpari voluit lib. de super
» fœtat. vnde etiam in sua exegesi Galen. ἑλκυστῆρα
» interpretatur ἐμβρυουλκὸν, id est, organum extra-
» hendo Embryoni aptum, denique quicquid ma-
» nu trahitur inter medendum in genere ἑλκυστὴς ap-
» pellari potest, cuius amplitudine & ὄνυχα & πῖ-
» σφον contineri putamus; Sed non adeo late ἐμ-
» βρυουλκὸς, nec ἐμβρυοθλάστης diffunditur quum soli
» sit dicatum vtrumque extrahendo fœtui orga-
» num.

Ἕλκυστικὴ δύναμις. attractiua facultas, eadem quæ
» ἑλκτικὴ de qua supra.

Ἕλκωμα ἢ ἕλκωσις, authori Definitionum Medica-
» rum esse dicitur corneæ ruptio, quam vel ictus
» vel insignis inflammatio attulit.

Ἑλκωτικὸν. nomen est emplastri emollientis & dis-
cutientis abscessus etiam in pus transmutatos.
Descriptio eius habetur apud Aetium lib. 15.

Ἑλλεβοείνη. sic dicta est à quibusdam ἡ ἐπιπακτὶς.
» Teste Dioscor. libr. 4. cap. 109. & Plin. lib.
» 29. cap. 9. est vero frutex quidam paruulus, fo-
» lijs minutissimis, vtilis potu contra venena le-
» thalia.

Ἑλλεβορισμὸς. potio seu purgatio quæ fit helleboro,
» quæ quam multis modis paretur docuit Paul. li.
» 7. c. 10. & Aetius tetrab. 1. serm. 3.

Ἑλλέβορος. elleborum, veratrum. Planta est duo-
rum generum, vnum album, alterum nigrum.
Album folio est plantaginis aut betæ syluestris,
sed breuiore, & nigriore, rubescente. Caulem
habet canum, quadrantalem, tunicis conuolu-
tum cum arescere cœpit. Radicibus nititur mul-
tis, tenuibus ab oblongo & exiguo capite exeun-
tibus, ceparum modo fibratis. Optimum habe-
tur candidum, friabile, carnosum, modice ex-
tentum, nec tamen iunci modo mucronatum,
quod frangẽdo puluerem emittit & tenuem ha-
bet medullam. de quo cum scribitur aliquem el-
leborum sumpsisse, intelligendum est. Hunc
enim simpliciter elleborum nominare consue-
uerũt. Nigrum autem folia habet viridia, plata-
ni similia, minora, folijs sphondylij proxima, sub-
aspera, nigriora, pluribus diuisuris incisa, caulem
asperum, flores purpureos, candidos, racematim
cohærentes, semen cnici: quod in Anticyra σπαρμονιάς
vocabant, quo deiectiones olim molie-
bantur. Radicibus cohæret nigris, tenuibus, à
capitulo cepæ simili confibratis. Sic dicitur πικρὸν
τὸ ἑλλέβορον τῇ βοσῇ, quod esu perimat, vtpote θανάσι-
μον φάρμακον. Eligi debet corpulentum & plenum,
in quo tenuis sit medulla, acre gustu feruensque:
vtriusque coloris discrimen non in semine, ne-
que in virgultis, sed in radice apparet. Candido
vomitiones cientur, eoque stomachum & ven-
trem superiorem purgat. Nigro aluus inferior
diluitur. vtriusque periculosa sumptio: vtrum-
que calfacit & siccat tertio ordine: item acre est
& absterſorium.

» De hellebori duplici genere plura leges apud
» Dioscor. lib. 4. cap. 150. & 151. Theophr. histor.
» plant. lib. 9. cap. 11. Plin. lib. 23. c. 3. & Act. te-
trab. 1. serm. 3. 121. μελαμπόδιον à nonnullis vo- «
catur quod Melampodem inuentorem habeat. «

Ἑλληνογύπα. emplastri nomen cuius duæ habentur
descriptiones apud Gal. lib. 6. τῶν κατὰ γένη, vna An-
dromachi, altera Heræ.

Ἕλλοβα. Theophrastus appellat siliquata, hoc est
λοβὸν, siue siliquas habentia, vt lentes, fabæ lu-
pini, dolichi.

Vt ait Galen. c. 1. lib. 2. de aliment. facult. & «
ἕλλοβος καρπὸς fructus qui siliqua continetur, & τὰ «
ἑλλοβώδη apud Theoph. histor. plant. lib. 8. quæ «
sunt ex genere τῶν ἑλλόβων, id est, quæ siliquantur «
vt inquit Plin. «

Ἕλυτρα. dicuntur apud Hippocrat. velamenta
spinalis medullæ: quorum duo interiora sunt
deducta à membrana quæ cerebrum inuoluit, re-
liquum vero exterius vertebras omnes comple-
ctens, à caluaria, qua cum prima vertebra com-
mittitur: author Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρ-
θρων.

Ἐλλύχνιον. ellychnium, quod apud antiquos certũ
quoddã materiæ genus fuit quod εἰς τοὺς λύχνους, id
est, ad funiculos lucernarum, aptissimum erat.
Id quod ex Galeno apparet qui eiusmodi elly-
chnio etiam spongiæ loco vti iubet lib. 14. meth.
med. præsertim mollissimo, quale, inquit, est
Tarsense. cui etiam vis ineſt, vt ait lib. 13. vlcera
quæ supercrescunt submittendi. verum quale
hoc ellychnium fuerit, non cõstat mihi, nec Pli-
nius prodidit, cum tamen multorum aliorum el-
lychniorum mentionem faciat, vt eius quod ex
vua ricini fiebat, præcipuæ claritatis, præterea
papyracei, & alterius ex phlomide compositi.
quam ob id λυχνίτιν appellant.

Ἐλλύχνιον ταρσικὸν. ellychnium Tarsense: illud qua- «
le fuerit non satis constare inquit author noster, «
in expositione τῶν ἐλλυχνίων. nec mirum quidem ab «
omnibus fere ignorari, cum & res & nomen ho- «
die perierint: Quorumdam quidem ellychnio- «
rum Plinius meminit, vt lib. 23. cap. 4. ellychnia «
claritatis præcipuę ex vua ricini fieri tradit, & lib. «
28. cap. 11. ellychnij papyracei meminit, & libr. «
25. cap. 10. alterius ex phlomide, quæ ideo lych- «
nitis ab alijs tryallis vocatur, quam esse ait folijs «
crassis pinguibus & ad lucernarum lumina aptis, «
quæ verba ex Dioscor. transtulit; libro denique «
35. cap. 15. quarto sulphuris generi vsum ad elly- «
chnia conficienda maxime esse dicit: Ellychnio- «
rum vero Tarsensium nusquam mentionem, forte «
quod nondum Romæ in vsu fuerint, Solus Ga- «
len. in lib. 13. meth. modum quo ad cicatricem «
ducuntur vlcera docens, eorum meminit, vt &: «
14. eiusdem operis, vbi œdematis curandi rati o- «
nem tradens spongiam poscat madidam probat, «
eaque deficiente ellychnium Tarsense substi- «
tuendum monet: an ergo ellychnia Tarsensia, «
quod opinatur Cornarius, ex fungorum terre- «
strium genere fuerunt, qui erant tùm funiculis «
lucernarum apti, tùm spongiarum maxime no- «
uarum loco vsurpati? suas ille sub finem com- «
mentariorum in 3. περὶ πόρ. coniecturas fusius ex- «
ponit & cõfirmat: an vero illa fuere ex lignorum «
quorumdam genere, quod ξύλον Græcis, à Lati- «
tinis gossypium nuncupatur, lucernis accenden- «
dis apud veteres vsitatum, vt censet doctissimus «
Mercurialis, fusiúsque exponit lib. 3. variar. lect. «
cap. 17. in re tam incerta quid sequendum ipse «
lector viderit. «

Ἐλλυχνιωτὴν. linamenti genus apud chirurgos, sic

li tum, vel quod in ellychnij formam componeretur: vel, quod verius est, ex eadem materia constaret ex qua ellychnia olim fiebant, quibus vis erat, ait Galen. ad supercrescentia vlcera non mediocris.

Ἕλμινθες. lumbrici. Sic dicuntur animalia quædam longiuscula in ventre genita. Ea ex omnibus corporis partibus maxime intestina occupant, nec alibi nasci videntur. Quod si quæ interdum ex auribus, aut vesica aut sordidis vlceribus prodeant, admodum exigua sunt, & σκώληκες, non etiam ἕλμινθες appellantur. Sunt autem tres vniuersæ lumbricorum differentiæ. Prima teretum secundum crassitiem, secunda latorum, tertia ascaridum. Teretes (quos ἕλμινθας στρογγύλας, hoc est, lumbricos teretes seu rotundos, vocant) alijs frequentiores esse solent. creantur plerumque in superioribus gracilibusque intestinis, & superiorem ventriculum subeunt, ideoque frequenter per os reijciuntur atque etiam per nares. hoc genus infantibus peculiare est, & plurima ex parte eũ febricula. Latus vero lumbricus (ἕλμινθα πλατεῖαν vocant) mutatio est, si ita dicere liceat, membranæ interioris tenuium intestinorum in corpus quoddam viuum & animalis modo mobile, quod sæpe totum redditur longitudine incredibili aut in partes dissolutum. Nunc in ijs qui febri carent abundat, nunc febricitantibus accidit, ex longo morbo continuas stomachi rosiones inferens, ac impotentem ciborum cupiditatem. Nam quod animatum euasit, in intestinis obiectum rapit alimentum, vt alio statim opus sit, & nisi assumpserit, intestina rodantur. Certissimum eius indicium est, si cum recrementis nonnulla semini cucurbitæ similia excernantur. Talia enim ab ijs gigni Aristoteles author est lib. 5. de hist. anim. cap. 19. Hi lumbrici etiam à medicis κτεῖσι appellantur, hoc est institæ, à similitudine quam ad institas habent. Vocantur etiam ταινίαι, quod instar fasciarum sint lati ac longi. Ascarides autem exigui sunt & tenues simulque teretes, vermibus similes. Hi reperiuntur in extremo longanone & musculi sphincteris initio, vehementem horum locorum pruritum excitantes. Omnes lumbrici in intestinis nascuntur ex crassa lentaque pituita frequentibus eructationibus collecta. Animantur autem à plurimo calore natiuo. Itaque pueri quam adulti lumbricis sunt magis obnoxij.

» Cæterum apud Hippocr. 1. Epidem. reperio
» etiam ἕλμιγγες duplici γ quasi à nominatiuo singulari ἕλμιγξ.
» Ἑλμινθιον. lumbriculus apud Hippocr. 4. Epid.

Ἕλξίνη. planta fruticosa est foliis hederæ, minoribus, ramulis exilibus, quibus complectitur quodcunque contigerit. cognomento κισσόμηλος dicitur, quasi vitis hederacea. potest videri species conuoluuli. sic dicitur quod facile adhærescat rei cuilibet.

» Vel sic dicta à trahendo, quoniam prætereuntium vestes attrahit teste Dioscor. lib. 4. cap. 86.
» in officinijs parietaria appellatur; Auicennas herbam quavitrum abstergitur nominauit, vt quam
» in extergẽdis vitris esse accõmodatissimam omnes testãtur veteres, atq; in primis Gal. 6. de simpl. medic. facult. Nec certe aliunde vrceolaris,
» seu vt vulgo vocatur vitriola, dici cœpit, nisi
» quod extergẽdis vrceolis vasisque vitreis experimento esse efficax inuenta sit; illam vt ait Plin. lib. 22. c. 17. aliqui perdicium vocant, quoniam ea præcipue vescantur perdices, aliqui sideritim nonnulli Parthenium, quorum posteriorum duorum nominum meminit & Dioscor. lib. 4. c. 86. & Gal. 6. simpl.

Ἕλξις. Attractio; quinque omnio fit modis, calore, dolore, siccitate, substantiæ similitudine, & fuga vacui: Calorem attrahere nulli dubium est, quamquam Asclepiades calorem non attrahere, sed ad partem calidam humores confluere dicebat vt scripsit Galen. Sed non est hoc adeo in dolore manifestum, & medici quidem solum quotidie idipsum fieri in corporibus nostris experiuntur, dum partem dolentem illico phlegmonem pati animaduertunt; huius attractionis causam hanc reddit Gal. est, inquit, in corpore nostro facultas expultrix, quæ tunc munere suo fungitur cum triste aliquid sentit, ex ijs vero quæ illam contristant censetur quæ dolorem excitat causa, quæcumque illa sit: hanc igitur extrudere dum properat phlegmonem interdum in particula concitat, cum enim primis suis conatibus nihil profert, vehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid & spiritus, ex partibus superpositis in afflictam simul exprimit: hæc Galen. meth. med. eadem etiam fere habentur comment. in aphor. 53. lib. 5. hæc, inquit, communis quædam ratio est, vt quam in partem natura aliquid violenter expellit, illic sanguinis & spirituum motus fiat, quibus veluti instrumentis quibusdam vsa per vim propellit ea quæ molestiam exhibent; hac siquidem ratione dolentibus partibus superueniunt inflammationes, doloris causam excernere & propulsare, enitente & properante natura, quæ vt id præstet sanguine & spiritu locum dolentem implet: ex ijs quidem liquido apparet fluxionem à dolorẽ omnino per attractionem fieri, sed causam incipere quidem ab ea parte quæ affligitur, at quicquid est fluxionis id supra positas partes immittere, easque non omnes, sed illas tantum quæ doloris molestiam sentiunt, nihilominus tamen referri ad attractionem, quia promanat fluxionis causa ab ea quæ affligitur parte, quod secus fit in alijs fluxionibus quæ partis mittentis & detrudentis vi atque robore fieri creduntur; itaque quo maior erit dolor, quia latius se vndequaque expandit in partes vicinas, eo etiam maior erit fluxio: Tertio attrahunt ea quæ sicca sunt & rara, vt ligna sicca, ripæ fluuiorum, Calx in aquam immissa, ita vt tota in aquam non mergatur, hęc enim omnia humorem ex eo attrahere perspicitur quod altius humectentur, quam quà humorem tangunt: Substantiæ similitudo non minimum etiam potest in attractione: Sic medicamenta trahunt humores in corpore sibi familiares & similes, sic singulæ corporis partes sibi cõueniens alimentum & suæ substantiæ simile, sic magnes ferrum, sic ambra paleam, & medicamenta quædam surculos, quædam telorum cuspides, quædam etiam venena; Sic vult Galen. semen maris vim habere, peculiarem attrahendi ad se sanguinis materni quantum illi satis est; Ad hanc etiam causam refert fortum Agricolarum Asiæ in tritico lib. de loc. affect. quanquam fortasse rectius ad siccitatem referretur. Superest quinta attractionis causa, fuga vacui, quæ in cordis & arteriarum motu perspicitur manifeste; hæc enim non alia ratione aerẽ dilatata trahunt,

sic

» sic fit respiratio, sic actio cucurbitularum, deni-
» que innumera in natura rerum miracula, vt
» ita dicam, propter hanc attractionis causam
» fiunt, Galen. vocat attractionem quæ fit succes-
» sione ad id quod vacuatur: hac vero attractionis
» specie primum leuiora & tenuiora trahuntur, ea-
» que ex propinquo, quemadmodum etiam & in
» ea quæ fit per calorem & dolorem, at vero quæ
» fit per similitudinem substantiæ etiam grauia
» tum & crassa attrahuntur, eaque etiam ex lon-
» ginquo: Cæterum male sentiunt qui à vacuo
» motum fieri docēt, quomodo enim talem mo-
» tum adferat vacuum si nihil est; melius itaque
» dixeris à natura cieri motum metu vacui, causa
» vero cur natura non ferat vacuum alterius est lo-
» ci atque disputationis.

Ἔλυμος. panicum. Est semen frumentaceum mi-
lio simile, denis cum minimum folijs luxu-
rians, culmo pene in surculum extenuato, nu-
tante, rubido panicularum fastigio, prædensis
aceruato granis, alias purpureis, alias rufis, nigris
alias, item & candidis. Eodem modo quo & mi-
lium in panes subigitur, eosdemque habet vsus.
minus tamen & nutrit & stringit. A quibusdam
μελίνη dicitur, vt scripsit Dioscorides.

Ἕλυτρα. τὰ σκεπάσματα id est velamenta apud Hip-
» pocr. & τὰ εἰσιλήματα ἢ καλύμματα inuolucra &
» integumenta exponit Hesych. sic sane pellicula,
» illa qua oculus integitur ἔλυτρον dicitur, tradit
» enim Pollux libr. 2. ἕλυτρα vocari partes illas ex
» quibus enascuntur αἱ βλεφαρίδες: & lib. de ar-
» ticul. Hippocrates, sic annotante Galen. ita vo-
» cat μήτρας καὶ χιτῶνας; itidem in insectis volatili-
» bus ἔλυτρον dicitur crusta illa quæ pennis super-
» uenit, easque veluti vagina claudit, authore Ari-
» stot. hist. anim. lib. 4. nec non seminum folliculi
» li seu vtriculi ἕλυτρα vocantur, quoniam hisce
» velut inuolucris integuntur, authore Dioscor.
» lib. 2. cap. 111. & lib. 4. cap. 167. Plinius lib. 27.
» cap. 11. tunicolas appellat: scribendum autem
» ἔλυτρον cum simplici λ non duplici quia fit ab εἰλύω,
» inuoluo, implico.

Ἐμβάμματα. intinctus, condimenta, hoc est, liquo-
res in quos cibos intingimus ad saporis com-
mendationem & gulæ irritamentum: vt ga-
rum, sapa, acetum. Latini etiam embammatis
nomen vsurparunt, vt apud Columellam lib. 12.
cap. 55. Hoc sinapi ad embamma non solum
idoneo, sed etiam speciosо vteris; ἐμβάπτειν enim
intingere est. Dicuntur & alio nomine ἀφύματα.
» De quibus suo loco vide: ἔμβαμμα quoque
» ad stomachum perfrigeratum habet Trallian. l.
» 7. c. 12. & l. 8. c. 7. ad alui profluuia.

Ἔμβαστρ. soliū aquæ calidæ ab inscensu & descensu,
» alias labrum ac lauacrum & piscina, atque vulgo
» medicorum etiam Tina appellatur, nimirum vas
» in quo aliquis desidens lauari potest, qualia etiā
» hodie in balnearum ædibus habentur, Græci
» etiam κολυμβήτραν vocant ab innatando, quan-
» quam hæc longior & spatiosior piscina fuerit, &
» τῷ πέλῳ μικρῷ id est alueolo vel solio paruo op-
» ponitur à Gal. qui alias etiam ἐξέδρας & κατοχὰς
» appellat pro quo μάκτραν dicunt & legunt non-
» nulli, sed meo iudicio minus bene.

Ἐμβάφιον. ἐξυβάφιον, hoc est acetabulum, apud Hip-
pocratem.

Ἔμβολη. iniectio, scilicet compositionis medicamē-
» torum formula, quæ vel epithema est, vel ad epi-
thematis modum confecta, cuius aliquot diffe- «
rentiæ à Paulo recensentur l. 7. c. 18. «

Ἔμβρεσμα ἢ «

Ἐμβρεχή. auxilij genus, cum locis affectis liquore «
aliquo humectatis perfusisque lanam deinceps «
aut linteum eodem liquore imbutum impони- «
mus. Differt ἀπὸ τῆς καταιονήσεως, quod hæc τῆς ἐμβρεχῆς «
pars & principium tantum sit, cum ἡ ἐμβρεχὴ «
præter τὴν καταιόνησιν adhibeat loco affecto re- «
medium quod perpetuo insideat. Minus virium «
habet quam cataplasma: sed tamen vbi commo- «
de aptari id non potest, vt in capite, ibi ἡ ἐμβρεχὴ «
apte adhibetur, & illis similiter qui propter im- «
becillitatem ferre non possunt cataplasmatum «
grauitatem: item præcordijs inflammatis, per «
initia morborum, quo tempore intempestiuus «
est cataplasmatum vsus: præterea fracturis & «
contusionibus, cum emplasticis vti non licet. «

Ἐμβρυουλάβης. vncus ceu spiculum ad educendos «
fœtus mortuos præsertim in vet. lexico. Scien- «
dum tamen est hoc instrumentum (quod æneum «
spiculum Tertullian. vocat in lib. de anima.) non «
ab educendo fœtu, sed à confringendo seu con- «
tundendo vocari, eoque respexisse puto Ter- «
tullianum cum de infanticidij officio sic nomi- «
natum scribit, & addit, vtique viuentis infantis «
peremptorium, quæ quidem refragantur ijs qui «
ἐμβρυουλάβῃ vsum, ad educendos præsertim fœ- «
tus mortuos fuisse volunt: hoc idem instrumen- «
tum aliàs vocatur πίεσμον Hippocrati, vt ait Ga- «
len. ἐν γλώσσαις, item ὄνυξ, ἑλκυστής, nec non ἐμ- «
βρυουλκός. «

Ἔμβρυον, vel ἔμβρυον. sic dicitur Hippocrati & Ga- «
leno fœtus in vtero, trium partium principum «
conformationem manifestam iam adeptus, cru- «
rum vero & bracchiorum aliarumque partium «
obscuriorem, sed tantum lineamenta quædam «
rudia & adumbratam figurationem; nam Gal. ex «
Hippocratis doctrina totam fœtus gestationem «
in 4. tempora diuisit: Primum est, cum adhuc «
species seminis apparet, idque primis diebus & «
dicitur γονή: Secundum est cum sanguine reple- «
tum est semen, tresque partes principes, licet in- «
distinctam adhuc habeant & informem coagu- «
lationem, iam tamen concretionem quamdam «
& notabilem magnitudinem obtinēt, ita vt sub- «
stantia fœtus carnea iam, non autem amplius «
spermatica appareat, & tunc dicitur Græcis «
κύημα, duobus nimirum primis mensibus ex Gal. «
l. 1. de causis symptomatum, vide κύημα suo loco; «
quod si iam trium partium principum, (vt di- «
ctum ab initio est) manifesta eluescit confor- «
matio, dicitur ἔμβρυον παρὰ τὸ βρύειν ἔσω, id est quod «
in vtero lateat: Quartum denique & vltimum «
tempus est, cum iam artuum omnium est mani- «
festa distinctio, iamque incipit moueri fœtus in «
vtero quod ἀσπαρίζειν vocauit Hippoc. sicut hunc «
primum infantis motum ἅλμα; atque hoc tem- «
pus comprehēdit totum illud interstitium quod «
est à tertio mense ad partum, diciturque tum «
Hippocrati παιδίον infans; Notat Marcellus ἔμ- «
βρυον dici quod à prægnante in vtero geritur, & «
quamdiu geritur, à medicis tamen strictius vt di- «
ctum est vsurpatur. «

Ἐμβρυοτομία. dicitur Paulo l. 6. c. 74. vmbilici sectio «
in fœtu recens in lucem edito, quæ quomodo re- «
cte fiat ibidem docet. «

Ἐμβρυουλκία. appellatur extractio infantis mortui «

» ex vtero, apud Paul. lib. 3. cap. 76. quæ quo-
» modo ope chirurgica fiat idem docuit lib. 6. c.
» 74.

Ἐμβρυουλκὸς. vncus est ferreus ad extrahendum
» fœtum mortuum, Hippocrati ἀγκυλὴς dicitur,
» πέσσον, ὄνυξ, & ἐμβρυοθλάστης de quibus suis lo-
» cis.

Ἐμπειρὴ. dicitur illa ἀγωγὴ siue ratio, quæ in rebus &
» modis vomitum parantibus collocata est, sicut
» διαιτητικὴ ea dicitur à Græcis medicinæ pars quæ
» in rebus ad humanum victum spectantibus sita
» est, & κενωτικὴ quæ ad exinanitiones pertinet:
» hac autem vsus est voce Cicero in epist. vltima
» lib. 13. ad Atticum de Cæsare loquens, his ver-
» bis. vnctus est, accubuit, ἐμπειρὴν agebat, itaque
» & edit, & bibit ἀλύπως & iucunde, quibus verbis
» eius diei rationem exponit in qua is secundum
» multorum consuetudinem vomere destinaue-
» rat, atque ob id ἀλύπως, id est sine timore & iucun-
» de ederat biberatque, vt (quod erat medicorum
» præceptum) varij generis potu, ciboque reple-
» tus posset dum iret dormitum vomere, ita nam-
» que locus ille, ἐμπειρὴν agebat, intelligi meo indi-
» cio debet.

Ἐμπλεικτικὰ. vomitoria Dioscoridi dicuntur & ἐμε-
» τικά.

Ἔμετος. vomitus: duplex est huius vocis acceptio.
» Primo quidem & proprie de ijs dicitur quæ per
» gulam & os è ventre repurgantur: improprie
» vero ab Hippocr. dicitur de sanguine qui è pul-
» monibus largior reijcitur, sic aphor. 13. lib. 5.
» ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἐμέουσι, τρῶσιν ἐν τῷ πλεύμονος
» ἢ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται, quicumque spumosum
» sanguinem euomunt, illis è pulmone talis fit
» eductio, quanquam alij ἀναπτύουσι legunt pro ἐμέ-
» σι. Eodem & significato vsurpatur, pluribus apud
» ipsum locis, vt aphor. 37. l. 7. vbi etiam scripsit
» Galen. eo verbo quæcumque ex aspera arteria
» & pulmone educuntur per tussim comprehen-
» di, vt ἐμεῖν pro ἀναβήχειν aut ἀναχέειν ponatur; id
» autem populari vsu qui vomitiones quoque ap-
» pellat largas subitasque reiectiones sanguinis ex
» ore; at consueuit Hippocrates vti vocibus ex
» populari consuetudine: Vomitus vero qui sic
» proprie & maxime nuncupatur, esse dicitur eo-
» rum quæ intus ventriculum male habent per os
exclusio, estque symptoma male affecti ventri-
culi, quemadmodum & diarrhœa, differentia
tantum in eo est, quod vomitio superioris partis
ventriculi male affectæ simptoma sit, diarrhœa
autem inferioris: sicut enim vbi in imis parti-
bus ventriculus vel multitudinis pondere, vel
mordentis humoris acrimonia offenditur, ac fir-
mæ partes sunt quæ circa stomachum habentur,
diarrhœæ citantur: ita cum eius os sic afficitur,
si cæteræ partes sunt valentes vomitiones cien-
tur.
» Est autem vomitionis causa multiplex vna ven-
» triculi imbecillitas, tantaque dissolutio, vt ne-
» que cibum amplexari neque continere possit,
» nascitur hæc inde, quod cibus purior nullo hu-
» more vitioso permistus redditur: imbecillitas
» porro, vel ab intemperie præsertimque humi-
» da proficiscitur, quæ & dissolutionem prænun-
» tiat, vel à lubrico & pingui læuore, quo omnia
» qualia assumpta sunt remeant, vel ab alie-
» na qualitate, qualis præsertim est venenata
» ac pestilens, qua afflati fere assiduo vomunt;
Altera causa est res quæuis præter naturam la- «
cessens ventriculum & irritans, id autem effi- «
cit modo copia vt cibus copiosior ingestus na- «
turæ grauis; modo acrimonia vt bilis; modo «
lentor vt pituita; modo aliena & externa quali- «
tas vt corruptus putrescensque cibus: hæc etiam «
causarum vitia nonnunquam in ventriculo «
gignuntur, vt cum crudior cibus permanens in «
pituitam facessit, aut cum exustus vertitur in bi- «
lem, aut cum in externam alienamque substan- «
tiam corrumpitur, nonnunquam vitium ex alijs «
sedibus eo confluit, ceu è iecore, liene, mesente- «
rio, intestinis, cerebro, vniuerso denique corpo- «
re per iecoris venas. «

Ἐμπλαστῆρες. in modum τῶν ἐμέτων. Hippocrat. in «
prorrh. 1. τὰ ἐν ἕξει ἐμπλαστῆρες ἑλκώματα φλαῦρα, quæ «
in morbis acutis cum vomitu vel nausea trahun- «
tur praua. «

Ἔμια. Galen. in lexico Hippocr. exponit ἔμετοι vo- «
mitus Atticum esse vocabulum docēs, sed Hen- «
ricus Steph. putat scribendum ἐμεῖαι, quod ita «
scriptum legatur apud Hippocr. l. 2. de morbis, ἢν «
ἐμεῖαι μὴ ἴσχωσιν ἐμεσάτω. si vomitus quidem deti- «
neant vomat. «

Ἔμμηνα. menstruæ mulierum purgationes. vide κα-
θαρμοὶ.

Sic ἔμμηνοι καθάρσεις etiam apud medicos mē- «
struæ purgationes, quæ & ἐμμηνία dicuntur Dios- «
cor. l. 3. c. 4. & 36. «

Ἔμμοτον. est medicamentum liquidum quod linteo-
lis concerptis exceptum intra vlcera eiusque si-
nus reconditur. Liquatur etiam aliquando in
eam rem, vt penitius subeat. Sic dicitur quod ἐν
τοῖς μοτοῖς adhibeatur, ipsa enim linamenta μοτοὶ ἢ
μοτὰ appellantur. Ab hoc medicamentorum ge-
nere ἔμμοτοι dicuntur, apud Hippocratem lib. περὶ
ἕδρων, qui vlcere cauo laborant, quod curatio-
nem διὰ τῶν μοτῶν, hoc est per linamenta, deside-
rent, vt annotat Gal. comment. 3.

Ab alijs ἔμμοτοι dicuntur quibus μότοι & pe- «
nicilli inditi sunt. «

Ἐμπάσματα. inspergines. medicamenta arida quæ
cuti inspergunturs, vt immoderati sudores, aut
alia per halitum digestio cohibeatur, aut vt cu-
tis extrema scarificetur, aut pruritus excitetur.
Sic quidem Oribasius l. 10. collectaneorū me-
dicinalium, qui etiam ab his διαπάσματα dif-
ferre scribit, quod hæc ad suauitatem tantum
odoris alis, inguinibus, pedibusque adhibean-
tur.

Ἐμπειρία καὶ
Ἐμπειρικὴ. est altera è primæ medicinæ sectis. Eius
author primus Serapion extitit qui naturę cog-
nitionem, rationalemque disciplinam nihil ad
medicinam pertinere professus, in vsu & expe-
rimentis eam posuit. Quem Apollodorus &
Glaucias & aliquanto post Heraclides Tarenti-
nus & aliqui non mediocres viri sequuti, ex ipsa
professione se ἐμπειρικοὺς appellauerunt. Erant
autem τῆς ἐμπειρικῆς genera tria, πειρητικόν, αὐτο-
σχέδιον, & μνημονικόν. Primum quidem dicebatur
cum aliquid experirentur, in quod forte fortu-
na, nihil tale cogitantes, incidissent. Secundum
cum ad alicuius rei experientiam dedita opera
venirent, siue per somnia, siue aliter admoniti.
Tertiū vero cum ea quæ prosunt vel nocent, sine
natura, siue fortuna, siue aliquo consilio, in mor-
bis ijsdem experirentur, alios, qui eadem prius

experti essent, imitantes. Quicquid autem iuuat aut nocet, hoc est causarum omne genus, dicebant vel naturale, vel fortuitum esse, vocantes naturale quod casu fieret, neque haberet manifestam causam: fortuitum vero, quod sine electione quidem nostra fieret, sed euidentem causam haberet. Tribus autem his theorematis vtebantur, πρήσει, ἱστορίᾳ, τῇ τῶν ὁμοίου μεταβάσει. Appellabant πρῆσιν quicquid aliquando obseruassent, quorum cum magnam habebant copiam, eam omnem ἄθροισμα nuncupabant, atque id rursus ἀποψίαν quæ est eorum memoria quæ frequenter & eodem modo visa sunt. quæ cum didicissent, eam ἱστορίαν appellabant. Qua in re diligenter considerabant quæcunque simul accidere sympto mata, eorumque omnium obseruationem συνδρομὴν appellabant, hoc est, concursum & congeriem symptomatum omnium quę in affecto essent loco. Quod si in morbos nondum visos inciderent, aut eo loci essent vbi inuentorum auxiliorum facultas non suppeteret, transibant ad consimile, quod μετάβασιν τῶν ὁμοίου vocabant, eamque triplicem statuebant, de affectu in affectum, de loco ad locum, de remedio ad remedium. Eam autem obseruationem quam per illam τῶν ὁμοίου μετάβασιν habebant, πεῖραν τεχνικὴν appellabant.

» Quod exercitatum in arte oporteat esse eum
» à quo quidpiam hoc pacto inueniendum sit.

Ἐμπειρικὸς ἰατρὸς. is dicitur Galen. comm. l. 1. τὸ κατ' ἐμ-
» πειρίαν, qui experientia sola nititur, & comment.
» 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων Empiricos quosdam taxat
» qui Hippocratem ἐμπειρικὸν vocare audebant.

Ἔμπετρον. herba est nascens in montibus & maritimis, salso gustu. Romanis saxifraga dicitur, Est & alia eiusdem nominis quam Latini calcifragam appellant.

Ἐμπλασμὸν ὀστέον. dicitur Hippocrati medium
» os desidens, id est quod intro cedit & deprimi-
» tur, & sub graui ac retuso telo, interdumque
» etiam acuto id accidit; Galen. libro de caus.
» morbor. ἔνθλασιν, hoc est contusionem appel-
» lat vbi scilicet concauitas aliqua ex collidentis
» corporis ictu inducta apparet, sed eam sub θλά-
» σεως nomine cæteri comprehendunt & Ga-
» len. 6. meth. Paulus & author definit. medica-
» rum.

» Ἔμπυκτὸν γάλα. vide γάλα.

Ἐμπλαστικὰ. Dicuntur medicamenta quæ poris corporis illita tenaciter hærent. Sunt autem eiusmodi glutinosa, terrea, & minime acria, sed gustu potius aquosa. Nam si qualem tibi sensum præbet aqua omnis plane qualitatis expers, talem in re sicca & terrea inuenias, ea vtique calore & frigore temperata est, aut paulo certe frigidior. Itaque consistentiam siccam habeat & terrestris sit, citraque morsum desiccet necesse est, atque si meatibus corporis illinatur, difficulter inde euelli & elui poterit. Eius generis medicamenta sunt plurima, si exquisite sint lota, vt amylum, pompholyx, cerussa, calx, cadmia, pinearum vesca pars aqua macerata. Verum quædam eorum non solum terrea sunt, sed natura etiam aquea, quædam etiam aeris non parum habent, tenacia tamen sunt omnia, atque ideo emplastica. Duplex enim est emplasticorum natura, altera exquisite terrea & sicca, altera tenax omnino: mista vero ex aqua & terra, & plærumque etiam aere, vt oleum dulce salis expers. Oui quoque album ex ijsdem quodammodo mistum est, magis tamen terreum est quam oleum. Quinetiam caseosa lactis pars emplastica est, tenerque ac recens caseus, & suilla pinguedo, & cæteri quoque adipes qui nondum acrimoniam contraxerunt, eoque magis quo sicciores magisque terrei fuerint. Eadem medicamenta etiam ἐμφρακτικὰ appellantur. His contraria sunt ἀνακαθαρτικὰ, quæ & ἀποφρακτικὰ vocant.

Ἐμπλαστικῶν autem vox deducta est ab ἐμπλάττω id
« est illino, & infarcio, ideo ἐμπλάττειν obstruere
« locum significat & implere hinc ἐμπλαστικὰ di-
« cuntur quæ vim habent obstruendi meatus cu-
« tis, & corporis quasi tectoria, & ad illitum
« comparata. Significat etiam ἐμπλάττω cutem
« restituo; item & locum vlceratum intego, &
« in integrum restituo; Significat etiam ἐμπλάττω
« subigo. & versando mollio, vt notauit Budæus,
« & ἐμπλάσσειν τὰ φάρμακα apud Hippocr. lib. de
« vlcerib. interpretatur V. Vidius inducere em-
« plastra.
«
Ἔμπλαστὸν. pharmacum dicitur quod imponi solet
« vulneribus cum præmollitum est, differtque ἀπὸ
« τοῦ ἐμμάτου, καὶ τοῦ καταπλασθέντος, vt notauit Budæus ex
« Galeno.
«
Ἔμπλαστρος. emplastrum. medicamentum in massam coactum quod præmollitum vulneribus imponitur. Differt à malagmate, quod hoc magis è floribus eorumque etiam surculis fiat, emplastrum vero sicut & pastillus, magis ex metallicis paretur. Deinde malagma contusum abunde mollescit: nam super integram cutem inijcitur, laboriose vero conteruntur ea ex quibus emplastra pastillique fiunt, ne vulnera lædant cum imposita sunt. Inter emplastrum vero & pastillum hoc interest, quod emplastrum vtique liquati aliquid accipit, in pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplastrum hoc modo fit: arida medicamenta per se teruntur, deinde mistis his instillatur aut acetum, aut si quis alius non pinguis humor accessurus est, & ea rursus ex eo teruntur, ea vero quæ liquari possunt, ad ignem simul liquantur, & si quid olei misceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquid ex oleo prius coquitur: vbi facta sunt quæ separatim fieri debuerunt, tum omnia simul miscentur. At pastilli hæc ratio est: arida medicamenta contrita, humore non pingui aut vino vel aceto coquuntur, & rursus cocta inarescunt, atque vbi vtendum est, eiusdem generis humore diluuntur. Tum emplastrum imponitur: pastillus illinitur, aut alicui molliori aut cerato miscetur. Sic quidem distinxit Celsus lib. 5. cap. 17. Sunt autem multæ & variæ emplastrorum differentię: quædam cruentis vulneribus conueniunt, eaque agglutinant & fracturis accommodantur, alia maturant, discutiunt, attrahunt, sinus implent, resiccant, cicatricem inducunt, leniunt. quas vniuersas varietates varia simplicium medicamentorum natura misturaque distinguit. Sumuntur & à coloribus. vnde alia λευκὰ, hoc est alba, appellantur, quorum magna pars cerussam habet: alia μέλαινα, hoc est nigra, vt quæ pice, resina & bitumine constant: alia χλωρὰ, id est viridia, ex ærugine, chalcanto, squama æris: alia ἐρυθρὰ, id est rubra, vt ex minio, siue rubrica Sinopide: alia μύλινα, hoc est colore mali cotonei, qualia parantur ex ærugine moderate cocta, aut ex varia mistura;

neque enim omnia μόλιβα ærugine constant) medicamentorum: alia vero δίχρωμα siue διαχρωπα, hoc est, duplicis coloris siue aspectus, vt quum ærugo plurimum coquitur: alia autem κιρρὰ, hoc est fulua, propter nimiam æruginis coctionem, vt ostendit Galen. lib. 2. π. κ. ἡθ.

» De quibus vide in μολίβη ἔμπλαστος: Cæ-
» terum si multas atque varias illas emplastrorum
» differentias atque descriptiones videre voles, le-
» ge Aetium tetrab. 4. serm. 2. qui etiam emplastra
» aliquot purgatoria recenset tetrab. 1. serm. 3. c.
» 135. vide & Trallian. l. 4. cap. 2. Paul. lib. 7. cap.
» 17. & Oribas. l. 3. synops. qui & l. 2. synops. cap.
» 60. emplastra quædam à latitudine πλατύσματα
» nuncupata esse inquit, vide & Celsum lib. 5. cap.
» 19. qui plura describit, dictum est autem ἔμπλα-
» στρον ἀπὸ τῦ ἐμπλάττειν cuius significata supra attu-
» limus. Cæterum ἔμπλαστρος, pro ἔμπλαστρος σκευα-
» σία dici putatur, seu ἔμπλαστρος δύναμις, sed inue-
» nitur tamen substantiue positum ἔμπλαστρος, vt
» apud Dioscor. ἔμπλαστρος κεφαλικὸ, & ἐμπλάστροις
» ψωρικοῖς apud eundem.

Ἐμπλαστρώδης φάρμακον appellatur medicamentum
» emplastri figuram habens apud Paul. l. 7. c. vlt.
» & ἐμπλαστρώδης σύστασις apud Gal. & apud Dioscor.
» ἐμπλαστρώδης κατάπλασμα id est quod emplastri
» modo illinitur.

Ἐμπλαστώδης. medicamentum dicitur quod in mas-
» sæ formam coactum commode ita per se impo-
» ni potest, aut etiam in malagmatis formam dilui,
» & liquoribus additis resolui: atque hæc est pro-
» pria emplasti medicamenti forma, & inde appel-
» latio, quam tamen adiecta littera ρ, non ἔμπλαστον
» sed ἔμπλαστρον tum Græci tum Latini per vsum
» inualescentem appellare cœperunt, vt Gal. lib. 1.
» π. κ. ἡθ. ostendit.

Ἐμπλεῖν. πλησίον. prope, apud Hippocratem.

Ἐμπνευμάτωσις. inflatio. idem quod ἐμφύσημα. de quo postea.

Ἔμμαφον σφυγμὸν. pulsus serratus, seu serratilis. Est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis partibus arteriæ, in quo pars alia arteriæ magis elata distentaque, alia minus, videtur. fit ob inæqualem arteriæ duritiem, ex phlegmone præsertim contractam. sic enim fit vt pars alia attolli, alia non attolli videatur, quod durior sit minus apta distentioni. Habet quiddam vibrati simile & celer quidem est & frequens, non tamen semper magnus. Proprius est omnis magnæ inflammationis.

Ἐμπροσθότονος. est perpetua totius corporis conuulsio in partem anteriorem. Species est τῦ τετάνου sic à symptomate appellata, quod qui ea laborant, inclinantur in anteriora, nec se erigere valent. Est autem totius corporis conuulsio, non solius ceruicis. ex quo constat non modo ceruicis musculos, sed omnes etiam qui tota in spina habentur affici, & proinde hunc affectum ad neruorum, qui corpus in partem anteriorem inflectunt, principium pertinere. Quanquam fieri interdum possit, vt ijs non affectis, sed oppositis potius resolutis id mali genus excitetur. Ac si totius quidem corporis est, ἐμπροσθότονος simpliciter appellatur: si vero certarum quarundam partium, non simpliciter, sed addito eius partis nomine quæ ita distenditur, vt ceruicis, vel maxillæ, vel lumborum. Oritur ab humore in neruis refrigeratio. Pelops causam tribuit musculis repletis spiritu & aere crasso nebulosoque, quem impense frigidum & concretum, eoque ad motum contumacem affirmabat. vide ὀπισθότονος.

Ἔμπνοια. expuitio, differt ab ἀναχέμψει, id est, « screatu. «

Ἔμπύημα. dici potest in omni corporis parte facta puris collectio, siue illud in inflammata parte adhuc contineatur, siue absessus ruptus sit: alij non omnem quidem puris collectionem, sed eam modo quæ in internis visceribus facta sit, ita appellandam censent. Rursus alij nec eam quidem omnem, sed vbi inter thoracem & pulmonem pus effusum est. quæ quidem magis propria magisque vsitata est τῦ ἐμπυήματος significatio. Symptoma est peripneumoniæ vel pleuritidis, si digeri vel per sputa vacuari non potuit. Succedit etiam interdum anginæ, vt habetur apud Hippoc. aphor. 10. lib. 5. Rupto namque inferne absessu, pus in vacuum thoracis locum effunditur, ibique fluctuationis cuiusdam sensum mouet, cum æger è latere in latus conuertitur, inde vero per occultos meatus in aluum, intestina vesicamque subit, vel aliquando ad cutem erumpit, sibique foras viam vno aut pluribus vlceribus aperit. Cæterum non semper inflammationi succedit empyema, sed quandoque nulla febre præcedente serosus aut pituitosus humor ex reliquo corpore eo loci delapsus putrescit, & empyema mouet, vt Aetius scriptis annotauit.

Dicitur etiam διαπύημα vt videbis suo loco. « «

Ἐμπυϊκὸς ἡ

Ἔμπυος. ὁ ἐμπύημα ἔχων. suppuratus, purulentus, quacunque corporis parte pus collectũ sit. Verumtamen medici, vt ait Galen. in prognost. solent eos solos vel præcipue ἔμπυους nominare, qui in thorace aut pulmonibus hoc modo affecti sunt.

Comment. 2. in prognost. part. 60. & in « aphor. 27. lib. 6. & in aphor. 44. lib. 7. Sed & « Aretæo lib. 1. de diuturnis c. 9. ἔμπυοι dicuntur, « qui pus in regione pectoris delitescens, aut infe- « rius sub septo transuerso per os eijciunt, quod si « hoc per aluum pus deijciant ἀποπυματίας vocari à « Græcis tradit. «

Ἐμπυηματικοὶ Tralliano dicuntur lib. 7. cap. 2. qui « ἔμπυοι. «

Ἐμπύοις μοσσὸς. linamenta concerpta & conuoluta, quæ vulneribus induntur ad purgandam saniem, vel λημνίσκους, apud Hippocr.

Ἔμπύρευμα. reliquiæ caloris febrilis post solutam accessionem. Dispositio quædam est neutra, mediaque inter febrem, & febris intermissionem. Propria est intermittentium febrium & putridarum, in quibus soluta accessione supersest tamen nonnihil caloris vel in ipsis humoribus putrentibus relicti, vel in solidis etiam partibus impressi. Huic contraria est ἀπυρεξία. vide διάλειμμα.

Præterea ἐμπύρευμα definit Aetius tetrabl. 1. « serm. 2. c. 1. igniculum quemdam tenuium par- « tium qui deustis inest, quemque per loturam « vsta deponunt, quo per aquam decedente, quod « reliquum est vsti, substantia terrea frigida fit que « citra mordacitatem siccare potest, aqua vero in « qua lotum medicamentum est, calidam vim te- « nuium partium acquisiuit: quod spectat ad deu- « storum temperiem qua de controuertunt non- « nulli, quidam (addit ille) opinantur, omnia vsta «

» frigidiora ſeipſis euadere, quidam è contrà calo-
» rem in vltis augeri putant; vtrique autem errāt;
» aeria igitur quidem omnia vſta multum de ca-
» lore ſuo perdunt, quæ vero talia non ſunt vſta
» caliditatem acquirunt, nullum autem vſtum
» frigidum penitus euadit propter igniculum il-
» lum prædictum quem poſſident, & Ariſtoteles
» 2. metheor. c. 3. omnia quæcumque ignita fue-
» runt habere potentia caliditatem in ſeipſis ait, vt
» videre licet in calce, cinere, & ſubſidentia anima-
» lium, tum ſicca tum humida, quod & idem af-
» firmat Galen. 9. de ſimpl. medic. facult. eamque
» ob rem cap. 6. l. de cauſ. ſymptom. atram bilem
» quamquam natura ſua frigidam & terreſtrem,
» quia ex ſanguine aduſto gignitur, caloris non
» eſſe expertem inquit, æque ac cinerem & ace-
» tum.

Ἐμυκήθη. ſignificat apud Hippocratem πωλίμυσιν, id eſt concluſit, vt Dioſcorides interpretatur. vel, adnata habuit humore plena, in morem fungorum, ſicut interpretantur plurimi.

Ἐμυλάχθη. καπνμαγήθη. contabuit, apud Hippocratem.

Ἐμυλώθη. ἐσκληρώθη. induruit, apud Hippocratem.

Ἐμφράγματα ſunt obturamenta, ſepimenta, & impe-
» dimenta quando nimirum fœtus in pedes proce-
» dens viam ſibi in partu obſtruit.

Ἐμφρακτικὸν. Medicamentum quod poros ſuo lentore obſtruit. ἐμπλαστικὸν etiam appellatur. Huic contrarium eſt τὸ ἀνεμφρακτικὸν: ſed hoc quidem modo ſumptum ἐμφρακτικὸν tantum lentore ſuo obſtruit. Verum aliquando ſumitur generalius, vt eo etiam nomine comprehendantur quæ copia vel craſſitie obſtruunt.

Ἔμφραξις. obſtructio. Eſt ſtipatio meatuum aut cauitatum naturalium ex abundantia aut vitioſa qualitate ſuccorum. Speciem στυφόσεως, hoc eſt ſtipationis, eſſe Galenus lib. 10. meth. med. prodidit, ſicut & πυκνότητα. Eſt autem obſtructio morbus organicus, pertinetque ad formam organicæ partis corruptam, amiſſis videlicet meatibus aut cauitatibus parti alicui debitis, vel propter vitioſam qualitatem, quod ij nimium lenti vel craſſi ſint. Hæ enim duæ eſſe poſſunt obſtructionis cauſæ, quæ morbus eſt inſtrumentalis eorum quæ obſtructa ſunt corporum. Hanc ſymptomata multa conſequuntur, & maxime quidem ipſa tranſpirationis retentio, atque rurſus putredo, aliorum morborum antecedens quædam cauſa.

Ἔμφυσημα inflatio. Eſt ſpiritus flatuoſi collectio in inanibus corporum ſpatijs. Eius principium, inquit Gal. male concoctus cibus eſt, à calore videlicet debili, & à quo flatus excitati reſolui nequeunt. Hi quidem collecti alias ſub cute, alias ſub membranis quæ oſſibus circundantur, aut muſculos viſcerumue aliquod includunt, ἐμφυσήματα generant. Colligitur vero non parum aliquādo etiam in ventriculo & inteſtinis, itemque in medio ſpatio horum & peritonæi. Gal. duabus differentijs omnem inflationem complexus eſt: aut enim in maioribus cauitatibus continetur, aut in minimis ſpatijs, quæ non licet ſenſibus vſurpare, ſed ſola ratione comprehendi poſſunt. Cuius generis tumores, vt ſcribit, aliquando extitere, quibus diſſectis nullum pus inuentum eſt, ſed ſpiritus tantum, qui per totam carnem minimis portionibus diſſeminatus eſſet. Cæterum differt inflatio ab œdemate, quod & preſſa digitis non retinet veſtigium, & ſonitum veluti tympanum reddit, itemque quod in cauitate ſenſibili ſubinde continetur, atque hac nonnũquam maxima. Hæc affectio non ſolum ἐμφύσημα, ſed ἐμπνευμάτωσις ἢ πνευμάτωσις dicitur. Hæc enim nomina medicos confudiſſe apparet, neque rationem habuerunt in maioribusne an in minimis ſpatijs ſpiritus concluſus eſſet, vt illud ἐμφύσημα, hoc vero ἐμπνευμάτωσιν appellarent. Quæ enim in ventriculo & inteſtinis & medio eorum & peritonæi ſpatio naſcitur, eam Galenus lib. 14. meth. med. ἐμφύσημα vocat, eandemque ἐμπνευμάτωσιν appellat poſtremo libro de ſymptomatũ cauſis. Cum autem ἐμφύσημα omnium partium communis affectio ſit, in oculo tamen proprie dicitur quum ille abſque manifeſta cauſa intumeſcens, decoloratior, pituitoſior & multum pruriginoſus fit cum fluxione, vt Aetius ex Demoſthene recitat. Contingit autem, vt idem ait, plærumque ſenioribus, pruritu ab angulo qui ad naſum eſt incipiente, velut ſi quis à muſca aut culice ſit commorſus. eſtque hæc affectio per ęſtatem frequēs.

Ἔναιμον ἕλκος. vide ἕλκος ἔναιμον.

Ἔναιμον φάρμακον. cruentum medicamentum. Id dicitur vt ait Galen. initio comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀλφῶν, quod cruento vulneri injcitur vt primum illatum eſt, & nondum ex toto ſiccum, ſed adhuc cruentum, hoc eſt cum cruor qui αἷμα dicitur, ex cute ipſa vulnerata, vel etiam ex carne in roris ſpeciem diſtillat. His emplaſtris, inquit Celſus, nulla maiorem vſum præſtant. Nam reprimunt inflammationem, niſi magna vis eam cogit, atque illius impetum minuunt: tum glutinant vlcera, & cicatricem ijſdem inducũt. Conſtant autem, inquit, ex medicamentis non pinguibus, ideoque ἀλίπτωτα nominãtur. Quæ enim huius generis ſunt, ſiccare debent, & citra abſterſionem leniter adſtringere. hæc maxime ex bitumine componuntur, cumque varij ſint generis, duo tamen habentur præſtantiſſima, vnum βαφὲν, alterum κυζικηνὸν appellatum. hoc tamen paulo plus quam cruenta exiccat, ideoque niſi diluatur nocet magis quam proſit, contrahens membra atque dolorem inducens. Cæterum τὸ ἔναιμον φάρμακον etiam à quibuſdam κολλητικὸν nominatur, vt ſcribit Galenus. de quo vide ſuo loco.

Ἔναιμον etiam dicitur medicamentum ſanguinem ſupprimens Ariſtoteli ſect. 1. probl. 35. vbi quærit quænam ſit virtus medicamenti ſanguinem ſupprimentis.

Ἐναιώρημα. eſt portio vrinæ craſſa candidaque in eius medio ſublimis. Partem quidem vrinæ eſſe patet ex eo quod omnes vias emenſa ſint, & mutationes ſortita quas & vrina, attracta primum per emulgentes venas à renibus, deinde demiſſa in veſicam, & concoctionem ijs in locis ſortita non aliter quam vrina. Sed nulla etiam vrina eſt, quæ eam non habeat vel ſecretam vel in ſe confuſam, quemadmodum etiam hypoſtaſim, de qua ſuo loco dicemus. Differt autem ab ea ſola craſſitie & grauitate. vnde fit vt hypoſtaſis matulæ fundum petat, enæorema autem in media vrina pẽdulum ſit, aut ſi forte exquiſite medium non eſt, paulo magis deorſum quam ſurſum vergat. Eſt enim corpus vrina paulo craſſius & grauius, multo tamen leuius quam hypoſtaſis. Ac quanquam quod optimum eſt, eo loco ſitum eſſe oporteat & in imum magis inclinare (quanto

enim magis deorsum subsidet, tanto melius haberi Galen. author est) sæpe tamen in aduersa valetudine supra medium fertur, atq; ipsi etiam vrinæ supernatat, pendetque in ea, veluti nubes in aere, propter flatuum copiam, atq; ab ea similitudine ab Hippoc. etiam νεφέλη nominatur.

» Hinc in prognost. νεφέλας ἐκφερομένας pro ijs » sublimamentis, quæ mediam vrinæ regionem » petunt sumit.

Sic enim putauit Galen. ἀναιώρημα & νεφέλιον apud Hippocrat. idem significare: quanquam ipse comment. 2. in prognost. dubitare videatur num Hippocrates τὸ ἀναιώρημα genus faciat τῆ νεφέλης ἀπὸ τοῦ γονοειδοῦς ἀναιωρήματος. ita vt duæ enæorematis species sint, vna nubeculæ similis, altera genituræ. Cæterum quod pertinet ad colorem quem candidum esse decet, eius ratio posita est in perfecta concoctione, quemadmodum color albus lactis, seminis, atque ipsius etiam sedimenti, sicut suo loco dicetur. vide ὑπόστασις.

» Cæterum etiam ἀναιώρημα non raro apud » Hippoc. pro hypostasi vsurpatur; sic in Philisco » legimus, Enæorema rotundum torosum: in alijs » bilioſum nubeculosum, conglomeratum, ni- » grum: in alijs album, æquale & læue; Gaza au- » tem ἀναιώρημα sublimamentum interpretatus est, » quæ per vrinam feruntur, in eaque appendent » significans, Celsus ex Hippocr. suspensas nube- » culas appellauit.

Ἐναιώρημα γονοειδὲς. dicitur ab Hippoc. sublimamẽ- » tum genitali semini simile, id est velut grumo- » sum & grandinosum, quod multam pituitam vi- » tream, crudam, viscidam & frigidam, confertam » & flatulentam indicat quale Philisco contigit 1. » Epidem. quod perpetui sudores frigidi compro- » barunt: hoc & idem Philistæ accidit ægro 4. l. 3. » Epidem. qui ex multa confertaque, & cruda ma- » teria febre assidua laborauit, in quo ἀναιώρημα γο- » νοειδὲς extulit Hipp. idem quoq; visum est in ægro » 3. l. 3. Epid. qui ex febre acutissima laborabat à pi- » tuita cruda vitrea admodum incensa, quæ pluri- » mos admixtos flatus habebat. Erat & τὸ ἐρεύθυμον » γονοειδὲς in Theodori vxore l. 7. Epid. ex crebris » conuulsionibus tremoribus & sudoribus frigidis » ex magna cruditate laborante.

Ἐναίωρημα μετεώρου. sublimamentum sublime, quod » mentis emotionem significare scribit Galen. » comm. 5. in l. 3. Epidem. tale vero fit à flatibus » qui sursum materiam exagitant & impellunt, » hoc & idem ἀναιώρημα διεταραγμένον, vel διεσπασμένον » dicitur in ægro 4. lib. 3. Epidem. & in ægro 10. » lib. 1.

Ἐναιωρεύμενοι ὀφθαλμοὶ. Sublimes oculi, instabiles, & » cõtinuo motu agitati apud Hippoc. in prognost. » dicuntur, quos lib. 1. Epid. appellat ἐνδεδινημένους » intus circumagitatos: Tales autem fiunt delirantibus, interdum & oculorum tremorem significant, vtrimque lethali signo; Sine morbo autem quibus à natura id vitij inest oculis, affectus » eiusmodi ἵππος vocatur quod signum animi esse » inconstantis creditur: in prorrhet. 2. sect. 2. & » libr. 6. Epidem. ἐναιωρευμένοις ὀφθαλμοῖς oppo- » nuntur αἱ πηγάσεις, id est concreti & immobi- » les, qui etiam inter signa lethalia collocan- » tur: fit enim ista immobilitas ob musculo- » rum oculi vel resolutionem, vel tetanum vt fit » in catoche.

Ἐναντίον. contrarium, aliter Aristoteli, aliter alijs definitur. Hi enim non in corporum modo qualitate, sed etiam in quantitate & loco contrarietatem constituunt, quam vtique Aristoteles oppositionem vocat, non contrarietatem. Neque enim magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo quod ad aliquid dicitur oppositum: neque multum pauco, sed nec rarum denso, neque relaxatum contracto, neque ipsi quod secundum naturam est, id quod præter naturam est, vt nec summum imo, dextrum sinistro, anterius posteriori. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem, sicuti etiam Platoni, qui generationes ex contrarijs esse dicit. sed nec Aristoteles suam ipsius legem in nominibus seruat, quo loco principia eorũ quæ natura reguntur, materiam, formam & priuationem statuit; itaque nihil interest in medicina dicas, contraria contrariorum esse remedia, vel opposita sibi inuicem esse remedia. Siquidem copiam sanat vacuatio, defectum nutrimenta, in summa quod exuperat, ablatio, quod deficiens est, adiectio. Cum vero dicantur contraria quæ sub vno genere plurimum inter se distant, non tantum extrema extremis, sed medio etiam contraria sunt. Itaque si intellexerimus in vno quoque genere quod mediocre sine medium est, infinita quædam contrariarum rerum multitudo inuenietur, quæ maioris minorisque ratione inter se dissideant. Hæc enim quamuis à se non distent longissime, contrariorum tamen nomine censentur ab Hippocrate.

Ἔναφυες siue Ἔναφιες. euirati dicuntur, quem Scytha- « rum morbum fuisse declarat copiose Hippocr. « lib. de aere aq. & locis, & Herodotus in Clio, qui « etiam Scytharum vates vtpote castratos, sic ap- « pellatos esse in Melpomene meminit. «

Ἐναργῆ ἐνύπνια. Conspicua insomnia dicuntur ab « Hippocr. in Coacis; id est placida & tranquilla, « cum quæ per somnum repræsentantur species « & simulachra confuse non miscentur, sed sim- « plicia apprehenduntur, qualia per vigilias à sen- « sibus exterioribus apprehenduntur, ita vt à somno excitatis horum sit facilis recordatio; oppo- « nuntur autem hæc perturbatis, tumultuosis, aut « turbulentis, in quibus Chymeræ, hypocentauri, « & similia per somnum videri videntur, quorum « post somnum nulla omnino aut exigua sit re- « cordatio. fiunt hæc ab immodica frigiditate: & « humiditate, illa vero à puriore, tenuiore, calidio- « re siccioreque materia: hæc pituitosis naturis, & « intemperanter viuentibus, & morbis frigidis, vt « Comate, Lethargo; illa vero in naturis siccis & « parce viuentibus, melancholicis, & morbis ca- « lidis siccis, vt in phrenitide: Hollerius ἐνύπνια « ἐναργῆ interpretatur in phreniticis, quæ dormien- « tibus prætenduntur & excitatos somno exturbant, cogũtque vt sui insomnij indicia quædam, « vel gestu vel sermone exponant: Sed & phreni- « ticis vigilãtibus, inquit, multa offeruntur, aut re- « cens excitatis somno quæ abigi iubent, aut qui- « bus etiam delectantur. «

Ἐναρθρωσις. species est τῆ διαρθρώσεως. Dicitur autem cum cauitas articulum excipiens admodum profunda est, eaputque quod in eam inseritur, oblõgum. Eius pauca sunt exempla, vt cruris cum ischio, & forte tali cum osse nauis speciem referente.

Gallice *emboiture* vocatur. »

Ἔναυλον. pro pudendorum simu sumitur apud Hip- « pocr. l. 2. περὶ γυναικ. «

Ἔνδειξις. indicatio. Est significatio eius quod fieri in singulis rebus debet, sumpta à propria cuiusque rei natura. Cum enim in singulis rerum generibus quæri possit, quid sequēdum quidue fugiendum sit, eius cognitio ab ipsa rei de qua quæritur natura peruestiganda est, quodque illa faciendum insinuauerit id eius indicatio dicitur. Vt si quæratur de sanitate quid sentiendū sit, primum perpendere oportet sanitatis naturam, quæ quia bona omnibus mortalibus videtur, facit vt iudicemus eam à nobis seruandam esse. quamobrem sui custodia, sanitatis indicatio est. Idem vero & in morbo agendum, qui quoniam totus præter naturam est & toto genere malus, indicat & ostēdit se tollendum esse. Itaque quemadmodum duo sunt summa rerum omnium genera bonum & malum, ita duæ sunt primæ & generales indicationes Custodia & Ablatio, illa quidem boni, hæc vero mali. Singula enim de seipsis alterum eorum necessario indicant: quicquid enim est, aut secundum naturam, aut contra naturam, aut medium est, quod non naturale solent appellare. Quod secundum naturam est, vel est sanitas ipsa, vel vires nostri corporis triplices, vel causæ sanitatis, ad quas temperies, ætas consuetudo & ambiens aer referuntur, vel sanitatis effectus, hoc est, actiones omnes quæ secundum naturam fiunt. Hæc autem omnia custodiam sui medicis omnibus indicant: quemadmodum quod contra naturam est, sui ablationem. Id autem est, aut morbus ipse, aut causa morbi, aut symptoma. Est autem ea prima & communissima indicatio & idiotas etiam non latens, quæ quid agendum sit declarat à qua aliæ sunt magis speciales indicationes, quare illæ fierine possit quod prima indicauit, aliæ vero quibus remedijs, ostendunt. Hæc autem nihil aliud sunt quam rei propositæ argumenta à quibuslibet rebus desumpta, quæ ad eius cognitionem conferre possunt. Vt si quęratur de morbo an curari possit, indicatio siue argumentum primum petendum est ab experientia, deinde vero à ratione: illud Empiricorum proprium est, & πίστις καὶ σημεῖον vocatur: hoc proprie ἔνδειξις est, nec aliud quam ἡ ἀκολουθία λογικὴ, hoc est, consequentia ratione inuenta ductaque, dicitur que alio nomine παραμέτριον Petitur autem quadrifariam, à substantia totius aut partis affectæ, ab actione partis læsæ, ab vsu, à situ partis. A substātia quidem petitur argumentum hoc modo: nam si eius temperies æqualiter vitiata est, indicat id non posse præstari quo tendimus: contra vero si inæqualiter vitiata est, aut si solida aliqua substantia perierit, indicat ipsa se non posse reparari: si vero carnosa aut spiritalis, posse. Ab actione autem partis læsæ in hunc modum. Nam ea tum per quam vita est, tum sine qua esse non potest, tum per quam conseruatur si perierit, certum est argumentum morbū eum cuius vitio perierit non posse curari: si vero per quam melior vita est perierit, spem esse curationis. Similiter pars ea cuius vsus ad vitam necessarius est si perierit, indicat morbum esse incurabilem: contra vero cuius nō necessarius est vsus. A situ quoque partis idem indicatur. Nam si ita sita est vt medicamenta ad eam pertingere nequeant, argumentum est præstari id non posse quo tendimus, sicut econtra præstari posse si medicamenta ad eam deduci valeant. Similiter vero de alia quæstione statuendum, qua quæritur quibus remedijs præstari possit quod speratur. Argumenta enim petuntur & à rebus secundum naturam, & ab ijs quæ sunt præter naturā. Quæ enim secundum naturam sunt, vt sanitas, vires & causæ omnes salubres, ad sui custodiam similia sibi adhiberi postulant: quæ vero sunt præter naturam, remedium insinuant contrariæ cū morbo facultatis, vt qualitas contrariam qualitatem, repletio vacuationem, & præterea definitum certa quantitate & numero. Sed quantitatem quidem metiri oportet tum ex morbo, tum ex natura. Morbus enim indicat medicamentum tanto excessu contrario à natura deficiens, quanto ipse naturæ modum excessit, vt si morbus primo ordine sit calidus, medicamentum indicat adhibēdum primo etiam ordine refrigerans. Natura vero multiplices variasque deligendi medicamenti indicationes præbet. Spectare enim oportet, & totius corporis & partis affectæ naturam. Totius autem natura partim à naturali temperamento partim à viribus nostrum corpus dispensantibus estimanda. Ac temperies quidem medicamēta indicat cum totius temperie æquali mensura esse oportere. Vires autem si robustæ fuerint, valida medicamenta: si imbecillæ, mitiora indicant. Similiter & partis affectæ natura distinguenda est: nam pars similaris in corpore quidem temperato, si medij est cum ipso corpore temperamenti, indicat remedium tantum esse oportere, quantum soli morbo debetur: sin autem medij non est temperamenti, indicat medicamentum plus quam morbus ipse exposcat ea qualitate intendendum, quatenus plus minusue à mediocritate temperamenti recessit: verbi gratia, glandulosa pars minime siccans medicamentum indicat, carnosa parum siccans, venosa non multum, arteriosa magis, membranosa & neruosa amplius, musculosa medio modo inter carnosam & neruosam, cartilaginosa multo magis, ossea vero quod maxime desiccet medicamentum indicat. Eadem vero similaris pars in corpore intemperato, si quidem ambo, pars videlicet & corpus totidem contrarijs gradibus recesserunt à sua temperie, indicat medicamentum tantum esse exhibendum quantum parti debetur temperatæ, *quantum scilicet morbus ipse solus* postulat: si vero pars sola in medio est temperamento, indicat eatenus intendendas esse vires medicamenti, quatenus corpus ad intemperiem deflexit: sin autem & pars & corpus imparibus gradibus contrarijs recesserunt à sua temperie, tunc quot gradibus vnum alterum excedit, totidem gradibus vires medicamentorum augendas esse ostendit. Pars vero organica, tum ex sua figura, tum ex positu suo remediorum genera modumque indicat, sicut Galenus extremo lib. 7. meth. medendi demonstrauit. Sed hæ quidem simplices sunt indicationes, præter quas aliæ etiam habentur compositæ genere similiter triplices: aliæ enim quid agendum sit, aliæ an præstari possit, aliæ quibus auxilijs præstari possit, ostendunt. Quid vero agendum sit, in compositis indicationibus non alia methodo inuenitur quam in simplicibus, quod compositi cum alijs affectibus non indicēt aliud esse agendum quam si simplices per se subsisterent. An vero præstari possit, indicari potest, vel æstimatis per se singulis affectibus, qui si curari non possunt, nec ipsi quidem cum alijs cōpositi curationem vnquam

admittent: vel affectuum inter se collatione. Si namque inter se contrarij sint, aut si eorum vnus alteri noceat, difficiliorem, prolixiorem aut periculosam omnino curationem indicant: si vero indifferentes sint, vt sibi mutuo nec prosint nec noceant, prolixiorem: si vero alter alteri auxilio sit, faciliorem pollicentur. Quibus autem auxilijs præstari possit, inuenietur non aliter quam si simplex esset indicatio, siue remedij genus, siue qua mensura, aut quam sæpe sit exhibendum requiratur. Verum in remediorum ordine discrimen est, & cui primo cui secundo medendum sit inuestigandum. Affectus quidem in ordine promiscui, quorum nullus altero prior est, nullum ordinem exhibendi medicamenti definitum indicant: in quibus vero ordo aliquis est, etiam medicamenta certo ordine sibi adhiberi postulant. Id autem indicabitur à causa eius quod post futurum est, id est, cuius curatio est causa curationis alterius: hoc enim prius remedia sibi adhibenda esse postulat ab eo quod obtinet rationem causæ sine qua non: hoc enim ante alia medicamentum requirit ab eo quod magis vrget: siquidē id prius sibi medendū esse indicat. Hæ quidē fere præcipuæ sunt indicationes quæ in morborū curationibus spectari solent. Nec tamen tantum in medicinæ parte therapeutica indicationibus locus est, sed in sanitate etiam conseruanda, & in re breuiter omni de qua trium earum quæstionū aliqua quas explicauimus institui potest.

Ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοί. sunt intro conuoluti oculi seu intus conuersi, obtorti, intus agitati.

Ἔνδεσμον. inquit lib. 5. lineum filum est quod medici in extremo clysterio relinquunt per quod κλυσμὸς inijcitur; Sic & Græci foramen vocant in naui per quod emittitur sentina, vnde & per trāslationem, vt opinor, medici in clysterio, id est, instrumento quo aluus perluitur sic vocarunt, Aliud enim ἔνεμα quam clyster & clysterium; illud id quod inijcitur; hoc instrumentum quod inijcit.

Ἔνδημος ἢ

Ἔνδημος νόσος. morbus patrius, vernaculus, & regioni seu populo alicui familiaris. Hic in regione aliqua frequens est & perpetuus, omnesque ex æquo corripit, quod causam habeat omnibus cōmunem. Altera est communis morbi qnem πάνδημον appellant differentia. De hoc morborum genere agitur apud Hippocratem lib. de aere, locis & aquis.

Ἐνδιαφθείρειν. vide supra διαφθείρειν.

Ἐνδιαιτᾶσθαι ἔχειν. & ἐνδιαιτᾶσθαι νοσήματα. de ijs dicuntur qui ad morbum aliquem dubie se habent, in eoque ambigunt, qui etiamsi suspecti sunt, nondum tamen plane sunt confirmati, quales erant 1. Epidem. quibus tabes antea suspecta fuerat, posteaque tandem confirmata, hæc autem phrasis est Hippocrati admodum familiaris.

Ἐνδιδόναι. concedere, hoc verbum de morbis & symptomatis efferre solet Hippocr. sic sæpe, concedit inflammatio aut tumor aut dolor: Sed & concedere vrinam dixit Hippocrat. in prognost. quod nō satis probare Gal. videtur in comment. nisi, inquit, metaphoricōs vox hæc à prædictis ad vrinam fuerit ab Hippocr. translata, vt quemadmodum dici solet concedit dolor aut tumor, quia in melius mutantur, ita concedit vrina, quia cum esset suppressa, vbi exierit facit in melius mutationem.

Ἔνεμα. infusum. quod per inferna in aluum infundi tur. ἔγκλυσμα, κλυσμός. venit ἀπὸ τοῦ ἐνίημι, quod infundere significat.

Ἔνυγρα. dicuntur humores qui in corpore insunt & continentur: Hippocr. autem 1. de morbis nomine τῶν ἐνύδρων ἐν τῷ σώματι ea quæ in corpore supernacanea sunt intellexit, dum ab illis vel ἀπὸ τῶν ἔξωθεν solutionem continui fieri scribit.

Ἔνωτα. vocantur à Græcis, inquit Galenus comment. 4. εἰς τὸ κατ' ἐπιτροπήν, qui ab ortu surdi sunt, simulque indistincte loquuntur. Vnde quidem apud Hippocratem ἐνώτων metaphorice interpretantur inefficax & inutile. vt enim illi obeundis vitæ munijs prorsus inutiles sunt, sic quicquid non iuuat, ἐνώτων ab Hippocr. dici existimant.

Ἐνέργεια. actio. motus est partium actiuus. vel, actio est agentis motus. vel, actio motus est actiuus, qui à se editur. hoc enim pacto plæræque actiones excluduntur, quæ verius passiones nominari debent, quales quibusdam partibus accidunt, cum ab alijs mouentur. Siquidem crurum brachiorumque ossibus motus ineſt passiuus potius quam actiuus, qui fit à musculis ea mouentibus. Qui tamen & geminam quoque rationem habent. Nam si ipsum primum mouens, quod est princeps animæ facultas, respexeris, musculi rationem instrumenti habebunt: sin autem ossa quæ ab ipsis mouentur, rationem habebūt agentis. Possidet autem omnis actio, vt & passio, in ipso fieri essentiam suam. Quamdiu enim fit, actio dicitur: cum facta est, iam non actio, sed ἔργον, id est opus. Siquidem caro non est naturæ actio, sed opus: quanquam recte etiam loquentibus actionem quidem licet opus quoddam naturæ appellare, ceu digestionem, concoctionem, sanguificationem: non tamen contra licet opus actionem omnino nūcupare. Patet enim alterum eorum nominum bifariam dici, alterum non item. Habet vero omnis actio in animantis corpore peculiarem aliquam partem per quam perficitur, nec pars vlla est in animalis corpore quæ careat sua actione, verum primarias quidem actiones corpora similaria, secundarias autem organicæ partes, sed vtrasque quidem (si modo integræ & inculpatæ fuerint) à proba & naturali qualitatum temperie perficiunt. Actionamque proba esse non potest sine corporis naturali affecto, vt nec vitiosa, nisi cum corpus fuerit vitio affectum. Sicut autem probitas actionis, sanitas, ita actionis vitium morbus dici potest. Itaque habent singulæ partes animalis suam propriamque actionem, quæ quamuis partis eius cuius actio est, vsus etiam esse possit videri (visio enim actio est oculi, nec alium ab oculo vsum exposcimus) idem tamen non est, sed ab eo differt, quod actio, vti diximus, motus sit actiuus, vsus vero nihil aliud sit quam quæ vulgo dicitur εὐχρηστία, id est, ad agendum apitudo, quodq; vsus actionem quidem dignitate præcellat, actio vero constructione & generatione præcedat, vt in lib. de vsu partium docuit Galen. Sunt autem omnium actionum duæ summæ differentiæ, alteræ animales, alteræ naturales. Animales triplices, sensitiuæ, motiuæ & rectrices, siue principes, quas præcipuas obtinet ea quæ à pueritia ad remissionem vsque succedit ætas. Naturales vero, quæ & corporales à Galen. dicuntur lib. 6. sanitatis tuendæ, plurimas, quarum tum cor, tum iecur principia existunt, in pueritia præcipue vigen-

tes. Alij vero treis ſummas actionum differentias conſtituunt à tribus partibus deſumptas quę ſunt in toto corpore nobiliſſimæ: animales, quæ cerebri ſint, vitales, quæ cordis, naturales vero quæ iecinoris, vocabulis tantum à prioribus diſſidentes.

Ἐνέργεια. id eſt actu, aliquid eſſe dicitur quod ὄντως, id eſt reuera, tale eſt quale eſſe dicitur, vt ignis calidus, nix alba, homo niger qui reuera niger eſt, & calidus qui calet: dicitur autem relatiue πρὸς τὸ δυνάμει εἶναι, id eſt, ad id quod poteſtate tale eſt.

Ἐνερυθὴς & ἐρυθρὸς. Græcis diuerſa ſignificant Athe- « næus lib. 1. ſanguinem è vino vetere fieri ait non « ἐρυθρὸν, id eſt rubrum, ſed ἐνερυθὲς, id eſt rubenti af- « finem, ſiue è flauo rubrum. Itaque voce ἐνερυθὴς « remiſſa rubedo intelligitur, quem eſſe colorem « optimi ſanguinis ſunt è medicis qui ſcribant vt « Actuar. lib. de vrinis cap. 4. Celſus contra ſan- « guinem ſemper laudat qui rubet & pellucet; « Ariſtoteles in ſano corpore ἐρυθρὸν, Auicenna ru- « beum eſſe pronuntiant. Porro verum eſſe quod « de differentia vocum ἐνερυθὴς & ἐρυθρὸς diximus, « neque aliter iſta exponi debere, vel vnus hic « Dioſcoridis locus euincat, ſcribentis lib. 7. de ve- « neno araneorum, ὁ τόπος, ait, ἐνερυθὴς φαίνεται, quod « ſtatim ipſe interpretatur μετρίως ὑπέρυθρος, vt val- « de dilutam rubedinẽ habeamus intelligere, quæ « non ſit ἐρυθρὸν ſed ὑπέρυθρον, & id quoque μετρίως, « ideo ait Nicãder vix in cute apparere vulnus ara- « nei; ita ſemper accipere debes apud Dioſcorid. « Galen. & omnio vbicumque occurrit vox ἐνερυ- « θὴς, quamquam pauci obſeruarunt quam vim « particula ἐν habeat in hac dictione & ſimilibus; « neque enim otioſa eſt, neque vt putant multi ſi- « gnificationem intendit, ſed minuit potius idque « ſignificat quod diximus: in 2. methodi ceu affi- « nes colores ponuntur ἐνερυθὴς, & λευκὸς ἀκριβῶς: « ex Theone Gymnaſta ſcribit idem ὑγιεινῶν lib. 2. « τὴν ἁλίζουσι τρίψιν, ἐνερυθῆ πως ὀλίγον χρόνον τὴν ἐπιφά- « νειαν ποιεῖν, modicam frictionem modice ruben- « tem ad breue tempus cutem reddere, ἐνερυθῆ hoc « eſt ἐρυθρὸν τι ἔχουσαν vt loquitur Galen. alibi de re « eadem: hoc in ſenſu Dioſcor. hanc vocem intel- « lexit lib. 3. de onoſmate loquens, & lib. 4. de ſi- « deritidis folijs: Cicero Attico, Angebar quod « Tiro ἐνερύτερον te ſibi eſſe viſum dixerat, ſic acci- « pe hanc particulam in omnibus ſimilibus voci- « bus vt ἔγκυρος, ἐμπόρευσις, ἔσχλωσις, & ſimilibus « apud Dioſcor.

Ἐναλλασσόμενα ἄρθρα. articuli dicuntur inuicem cedentes, & inter ſe alternati, ſic vocantur vertebrarum articuli.

Τὸ ἐνθουσιαστικὸν πάθος. affectus eorum quos quaſi numine obſeſſos & diuinaculos dixeris; Eſſe melancholiæ ſpecies cenſeri poteſt, hi namque à maiore aliqua vi afflari videntur, & futura præuidere, ceu nituntur vates quidam; alij ea quæ nihil formidoloſi oſtentant, expaueſcunt, & temere conuelluntur, animum ita deſpondent & hominum commercia fugitant, ægritudo vero aut in riſum aut in feritatem deſinit inquit Actua. lib. 1. περὶ διαγνώσεως παθῶν c. 53.

Ἔνδον & Ἔνδεν. voces quæ ſæpe apud Hippo. repe- « riuntur, & hinc inde ſignificant, pro à ſuperiore « & inferiore parte, antiquo loquendi modo, ple- « rumque enim vſurpantur cum de partibus quæ « à latere ſunt ſermo fit, his quippe vocibus Græ- « ci ad latitudinem ſignificandam vti conſueue- « runt, hæc Galen. comment. in lib. περὶ ἀγμ. & « comment. 3. «

Ἔνθετα. medicamenta dicuntur quæ naribus impo- « nuntur ad compeſcendam hemorragiam. «

Ἔνθερμος φύσις. Calida natura, ſic conſueuit Hippocr. « ates appellare hominem qui non ingenito calo- « re, ſed acri & mordaci abundat, quem aduenti- « tium & non ſecundum naturam eſſe arbitratur « Galen. comment. 4. lib. 6. Epid. ſic etiam θερ- « μοκοιλίους vocat quibus in ventriculo calor multus « eſt, non ille quidem inſitus ſed acer & mordax, « vt ait Gal. eodem com. eſt enim Hippocrati du- « plex θερμὸν. «

Ἐνθλάσει. infringit, apud Hippocr.

Ἔνθλασις. ſpecies eſt θλάσεως, nam cum θλάσις dica- « tur ſolutio continuitatis in carne, ita vt partis « affectæ externa ſuperficies integra maneat, in « profundo autem ſint multæ & paruæ diuiſiones, « ἔνθλασις dicitur tunc ſolum cum aliqua cauitas à « collidentis corporis ictu inducta appareat, vt « ſcripſit Galen. lib. de cauſis morborum. «

Ἐνθουσιασμὸς. fanatica perculſio ſeu afflatio numinis. Eſt veluti cum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſi qua viderint, aut ſi tympana vel tibias vel ſigna audierint, vt legitur apud authorem τῶν ἔνδον ἰατρικῶν.

Ἐνδυοσκὸν. inter olera ſylueſtria à Theophraſto ponitur. Athenæus & Plinius anthriſcon maluerunt appellare.

Ἐνδράσει. ἰσχυρόμου πύπτει. inſtans pungit apud Hippocrat.

Ἐνιαύσιον. annuum. Vt annuus morbus. Id dicitur vel quod vno anno à prima ſua origine ſoluitur, vel quod annorum numeris iudicatur: quemadmodum & quædam ſeptem annorum ſpatio finiuntur, ſicut ab Hippocr. in aphoriſ. ſcribitur, pueris plæroſque morbos deſinere, alios quidem quadraginta diebus, alios ſeptem menſibus, alios annis ſeptem, alios vero cum ad pubertatem venerint. Author Galen. comment. in lib. de nat. hum.

Ἐνιαυτὸς. annus. eſt temporis ſpatium quo Sol à puncto vno zodiaci digreſſus in idem reuertitur. Id trecentis ſexaginta quinque diebus & ſex horis, excepta fere centeſima vnius diei parte, peragitur. Ac ſex quidem horæ quarto quoque anno diem vnum efficientes eodem intercalãtur. Nec dubium quin poſt annum quemque circiter centeſimum, dies vnus eximi debuerit. Quod quia à temporibus vſque Iulij Cæſarij neglectum eſt, ſolſtitia æquinoctiaque quindecim vel ſedecim diebus celerius apud nos hodie contingunt, vt patet cum ex multis, tum maxime ex Columella lib. 11. cap. 2. Nec me mouet quo minus ita ſentiam, Galeni authoritas, ſcribentis lib. 3. τῶν ἀφορισμῶν, annum non trecentorum & ſexaginta quinq; dierum tantũmodo eſſe, ſed etiam quartæ partis diei, & præterea fere centeſimæ. Siquidem malo hac in re cum aſtrologis ſentire & ſcribere rationi conſentanea, quam Galenum imitari, ſi modo hic locus integer eſt, & mendo vacat. Eo autem curriculo cum ſol nunquam eodem in loco conſiſtat, ſed varie nobis illuceat propius ad nos accedens, vel longius à nobis digrediens, etiam vario modo afficit atque immutat aerem. Cuius quidem mutationis, cum ſint quatuor magnæ ſiue generales differentiæ (tot enim modis inter ſe eoeunt quatuor qualitates) ideo totum annum in quatuor partes genere ſiue

ſpecies differentes, quas Græci καιρὸς, interdum ſimpliciter ὥρας, aliquando ὥρας τῶν ἐτῶν, Latini anni tempora appellant, veteres diuiſere, ver æſtatem, autumnum & hyemem eas nominantes. Quorum etiam ſingulas differentias ſi in magis & minus ſeces, particularia quædam tempora conſtitues, ſed nominibus carentia, præter æſtatis particularia tempora, cuius medium ὥρα κυνὸς ἐξοχὴ, poſtremum ὀπώρα nominatur. A quibus inducti quidam annum in ſeptem partes diuiſerunt, æſtatem ſecantes in duas, hyemem vero in tres, vt ſcripſit Galen. Ac primam quidem earum, ver appellabant, ab æquinoctio verno vſque ad Vergiliarum ortum, ipſumque indiuiſum propter paruitatem relinquebant: ſecundam vero, æſtatem, vſque ad Canis exortum: tertiam, ὀπώραν: quartam, φθινόπωρον, hoc eſt autumnum: quintam σπορητὸν, id eſt ſementem: ſextam, hyemem, eo nomine tempus id proprie intelligentes quod ſub ſolſtitium eſt: extremam vero, φυτικὴν, quod inſerendis arboribus opportuna ſit. Quæ quidem diuiſione ver & autumnum integra ſinebant, propter temporis quod continent breuitatem: æſtatem vero in duas partes, hyemem autem in tres diuidebant. Attamen Hippocrates annum quadrifariam tantum partitus eſt, pro ratione, vti dixi, temperamentorum. Nec tamen tam firma rataque ſemper eſt partiũ anni temperies, quin perſæpe propter aliorum haud ignobilium quidem ſyderum ortus, occaſus & coniunctiones euariet. Sed hãc quidem qui ſeruarit, κατὰ τὸν ἑαυτὸν, id eſt, conſtantem annum. qui vero non ſeruauerit, ἀκατάστατον, hoc eſt inconſtantem, Hippocrat. appellat. ſi enim, inquit, pro ratione facta fuerint ſigna quæ diximus in ortu & occaſu ſyderum, & in autumno ſi aquæ deſcenderint, & hyems mediocritatem ſeruauerit, neque valde ſerena neque frigore excedens, & vere aquæ euenerint tempeſtiuæ & æſtate, par eſt annum fore ſaluberrimum.

Ἔγκαυμα. idem quod ἐπίκαυμα, oculorum ſcilicet vlcus ſordidum & impurum, vide ἐπίκαυμα vbi plura.

Ἐναταῖος πύρετος. febris nonana, id eſt nono die repetens; illius meminit Hippocr. libr. 1. Epid. vt etiam πεμπταῖος, & ἑβδομαῖος, id eſt, quintanæ & ſeptimanæ; Sed quintanam obſeruaſſe ſe ſcribit Galen. idq; obſcure; Septimanam autem & nonanam nunquam, ideoque ſuccenſet Hippocrati, quod cum multa communia præcepta priuatis exemplis explicauerit, idem quoque in hac re officij ſui immemor non præſtiterit; Sed Hippocratem eiuſmodi circuitus obſeruaſſe patet ex eo, quod ibidem earum naturam explicans, ſeptimanas & nonanas longas eſſe inquit, verum nõ lethales, nonanam inſuper ſeptimana eſſe longiorem ſcribens, monens præterea medicum, vt quibus illæ circuitibus iudicentur diligenter conſideret: Galen. tamen comment. 3. in lib. 3. Epidem. hæc in lib. 1. Epidem. ab aliquo inſerta fuiſſe ſuſpicatur: verum febres quaſdam eſſe quę per longum adeo tempus repetant mirum eſſe debet, ſi modo verum ſit quaſdam ſingulis annis certo tantum die repetere, quod de Antipatro Sidonio Poëta narrat, Valer. Max. lib. 1. cap. 8. & Plin. lib. 7. cap. 51. qui omnibus annis eo tantum die quo genitus erat febre corripiebatur, cumque ad vltimam peruenisſet ætatem natali illo ſuo, circuitu morbi conſumptus eſt; huiuſmodi autem febres agnoſcunt Razes & Auicenna, fierique aiunt à materia melancholica, pauca & craſſa admodum, quam deuſta craſſior pituita generauit.

Ἐπιφαρμακος. peſſi nomen eſt qui ad vteri & ſedis inflammationes conuenit. habet autem adipis anſerini & bubuli, ceræ albæ, terebinthinæ, butyri, medullæ ceruinæ, mellis olei roſacei & cicini, pares portiones. Hæc omnia recentia ſimul liquefiunt & vniuntur. Eſt & emplaſtri genus, quod Aetius li. 15. dicit eſſe Hori Mendeſij. Recipit autem adipis anſerini, vitulini, butyri, medullæ ceruinæ, ceræ, terebinthinæ, olei roſacei, cicini, mellis, ſingulorum æquas portiones, ſimul omnia liquefiunt & vniuntur. ſuppurat, laxat, & præcipue neruis per conſenſum affectis conducit: ex eo etiam peſſus fieri poteſt. Aliud eiuſdem nominis emplaſtrum deſcribitur à Celſo ad pus mouendum & purgandum valens, nouem ſcilicet ſimplicibus medicamentis compoſitum, cera, melle, ſeuo, reſina terebinthina, myrrha, roſa, medulla vel ceruina, vel vitulina vel bubula, hyſſopo, butyro, omnibus pari pondere inter ſe miſtis.

Eſt etiam antidotus eius nominis valens aduerſus morſum viperæ, quæ ad Heraclidem Tarentinum refertur apud Galen. lib. 2. cap. 14. de antidotis: Nomen etiam eſt medicamenti ad vitia ani vtilis; ijſdem fere conſtans quibus ſuperiora; deſcribitur à Gal. lib. 9. κατὰ τόπ. c. 6.

Ἐπιφύλλον. herba nouem folia longa habens, cauſticæ naturæ. In lumborum doloribus & coxendicum imponitur vtiliſſime, lana circundata ne vrat latus: continuo enim puſtulas excitat.

Τὰ Ἐπιόδια. acceſſiones epilepticas appellaſſe Theophr. videtur lib. de ſudoribus, appellatione ex Lunæ cognomine deſumpta; quorumdam enim ſententia fuit, Lunæ mutationibus acceſſiones epilepticas commoueri; alijs vero Lunaticum morbum Epilepſiam nominari placuit, quia Luna ſilente natos potiſſimum corripere videretur; nõnulli etiam Lunatici morbi nomen ex eo inueniſſe tradunt, quod maleficis hominibus vlciſcendorum ſcelerum cauſa à Luna immitti putaretur; Sed & inter nomina varia Lunæ impoſita, etiam ab Orpheo. in hymnis ἐπιόδια cognominatur, & in Græcorum quoque epigrammatis ἐπιόδιος; huic τῶν ἐπιοδίων interpretationi authoritatem addit Hippocr. in lib. de morbo ſacro vel quiſquis eius libri author extitit, in quo varia nomina commemorans à quibus nefarij quidam homines morbum comitialem immitti, propterea que expiatione tolli oportere imperitæ multitudini ſuadere nitebãtur, ἐπιόδιας, inquit, περίκειται ἢ περιστιμίη. Sed & fortean Theophr. lib. citato τῶν ἐπιοδίων nomine tubercula & vlcuſcula quædam deſignare videtur, quæ ex itinere, vbi excrementorum eſt redundantia, in cruribus erumpere conſueuerunt.

Ἐπορμωῶντα. impetum facientia. Sic dicti ſunt ſpiritus ab Hippocrate, aptiſſima prorſus appellatione & rei naturam omnino exprimente. Eſt enim ſpiritus omnium quæ sũt in corpore leuiſſimum tenuiſſimumque, non tam aerea quam ætherea ſubſtantia præditus, ex qua non modo celerrime mouetur, ſed etiam in omnia corpora ſubit & commeat. Triplex autem cum ſit, naturalis, vitalis & animalis, omnes ab ijs facultatũ omnium

ctiones perficiuntur, & quo singuli sunt, vt ita dicam, habitiores, firmiores, largiores, tenuiores, calidiores, eo plures & vehementiores & celeriores, & crebriores impetus motusque cient in suo quique genere. Itaque cum pro ætate, sexu, temperamentis, partibus anni, ratione victus & reliquis circumstantijs magna sit spirituum differentia, inæquales quoque ab ijs in corporibus motus excitari oportet. Sunt tamen omnes, vti & spiritus, genere triplices, quot scilicet sunt facultates ad quas motus omnes referuntur. Naturalis spiritus à iecinore prodiens, atque à solido eius corpore suam viam roburque sortitus, natiuoque calore comitatus, instrumentum est cuius opera functiones omnes naturales perficiuntur cum magna etiam vehementia, toto corpore trahendo, distribuendo, exernendoque quicquid corpori officit. Vitalis autem quantos motus cieat, præter gloriæ, honorum, vindictæ & aliorum eiusmodi magnam cupiditatem alioſque animi affectus, ostendunt etiam cordis & arteriarum pulsus magni, vehementes, celeres, crebri, ab ipso quidem corpore cordis, seu facultate ipsi insita profecti, sed spirituum ministerio absoluti & continuati. Cerebrum autem per spiritus animales impetus edit omnium vehementissimos in omni sensuum genere, sed maxime quidem dum partem aliquam pro volũtate mouet, multoque adhuc magis cum tam repente dormientibus, timentibus, animo deficientibus, in cerebrum tam cito recurrit, aut à cerebro in membra omnia, dicto citius euolat expergefactus, metu solutus, reuocatus, & per neruorum spiracula sensum fugientia penetrans atque permeans. Verum, sicut initio proposuimus, tanti impetus non à sola spirituum copia, sed à caloris etiam robore, eorumdem tenuitate & subiecti ipsius corporis raritate plurimum adiuuantur. Siquidem pueris, adolescentibus & ætate florentibus, quia omnes eiusmodi causæ concurrunt, magno quoque impetu spiritus in ijs aguntur, ætate declinantibus minore, quod eæ causæ multo sint in ijs remissiores, minimo vero senibus præsertim decrepitis. vide πνεῦμα.

Ἔγκυκλον. caro gingiuarum interna, vt scribit Pollux quæ enim externa est, οὖλον proprie dicitur: quæ vero inter dentes ipsos media est, ἁρμός.

Ἐγκεφωῖτις. dicuntur quasi ἐν τῇ κλίνῃ aut ἐν τοῖς στρώμασιν ἐγκωῖτες, id est, lectos & strata permingentes, quæ affectio maxime pueris contingere solet vt Paul. refert lib. 3. c. 45 & Diogenes Cyni. de seipso confitebatur, vt refert Laertius, nam cum quidam ipsi exprobrasset, quod aliquando falsam monetam signasset, Diogenes per adolescentiæ prætextum crimen excusans, οὐ γὰρ ἐνέγεσκον ποτε ἀλλὰ νῦν, inquit hoc est, tũ sane etiam stratum permingebam, sed nunc non item: ad hanc autem affectionem naturalia quædam auxilia. Paulus refert, quæ ex occulta quadam naturæ proprietate conducunt, non ex qualitate aliqua temperamenti.

Ἔγρυθμος σφυγμὸς. pulsus enrythmus. Est octaua pulsus differẽtia à Galeno explicata. Sic autem pulsus omnis dici potest: omnis enim pulsus rhythmum omnino aliquem habet. Sed qui naturalem & optimum seruat, εὔρυθμος dicitur, vnusque est & indiuisus: qui vero non seruat, ἄρρυθμος, in tres diuisus differentias. Itaque εὔρυθμος genus est commune τῷ εὐρύθμῳ καὶ τῷ ἀρρύθμῳ.

Ἔγχυτον. collyrij genus, sic dicti quod oculis instillaretur liquidum. Eius multæ sunt apud Aetium differentiæ. Habetur & collyrium apud Galen. ἔγχυτον appellatum lib. 4. περὶ κολλυρίων. Paulus Ægineta ἐγχυτικὸν appellat.

Lib. 7. cap. 16. vbi eodem fere modo describitur, sed diuerso pondere, addito insuper etiam croco.

Ἔγχυσις. obscuræ significationis vox est quæ apud Plutarch. habetur in lib. de præceptis sanitatis, vbi monet eos qui ægrotos inuisunt vt diligenter ab ipsis causas ægritudinis inquirant, μὴ σοφιστικῶς, μηδὲ ἀφιλέργως, ἐνστάσεις καὶ παρεμπτώσεις καὶ κοινότητας λαλοῦντα; Quid vero ἐνστάσεις obscurum esset & mendo scatere locus ille videretur, nisi eum Nicasius Ellebodius integrum esse monuisset, docens Asclepiadem (qui Democritum secutus, morbos ex atomorum in vacuos meatus ingressu, obstructione gigni docuit) huiusmodi ingressum infixionemue ἔγχυσιν appellasse: Quod primum ex Celso colligitur qui in prœmio librorum suorum tradit Asclepiadem contendisse fieri ægritudines, vbi manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt; deinde ex Cælio Aurel. qui in prœmio libri de acutis passion. Ait Asclepiadem definiuisse phrenitim esse corpusculorum stationem siue obstructionem in cerebri membranis: Galen. vsus est ea voce lib. 6. aphor. 31. his verbis, ἐφ' ὃν ἐστὶν ἔγχυσις αἵματος παχέος ἐν τοῖς τῶν ὀφθαλμῶν φλεβίοις, à quibus concretio fit sanguinis crassi in oculorum venis exilibus: apertissime autem omnium quid proprie esset ἔγχυσις declarauit Cassius Medicus, quem ideo Asclepiadis fuisse sectatorem cõuincitur, quia eam vocem frequẽtissime vsurpauit: is enim problem. 79. quærens cur in dolore capitis tinnitus fiant, ita respondet ὅτι τὸ ἀκουστικὸν, πνεῦμα κραδαίνεται ὑπὸ τῆς ἐνστάσεως τῆς ἐφ' ἑτέρου μέρους συμβάσης, ἔγχυσις δὲ ἐστὶν ὕλικος ἐν λόγῳ διωρισμένος ἀφανώμασι δι' ἀραιώσιν. id est, quoniam spiritus auditorius ab obstaculo, ijs in partibus hærente percellitur. porro obstaculum illud est coagmentum quoddam in insensibilibus poris ex obstructione natum.

Ἐγχριστὰ. ea medicamenta Græci vocant quæ sunt ad venerem stimulandam vtilia, vt inquit Paulus lib. 7. cap. 17. περὶ τῶν ἀφροδισίων μορίων; Affricanus in Astrosophistis, citante fulgentio Placiade, vocat συοῖδες ἀπὸ τοῦ συεῖν, id est ἐντείνειν, ad quod verbum alluſit qui apud Comicum ἀσυδάκατα se vocauit, ὅτι συεῖν οὐκ ἐδεδιήκατο, arrigere non poterat, & qui apud Athenæum dixit, Dianam μισεῖν τὰ σύμμικτα odisse pudendi distensionem ac venerem: Ἐντατικὰ vero dicuntur quasi intensoria, estque ἐντατικὸν emplastri nomen apud Paul. loco cit. constans magna ex parte ijs quæ penem possunt intendere, ceu Satyrio, pudendo ceruino, scinci cauda; semine erucæ, pyrethri, roriſmarini, ouis passerum troglodytarum, & stellionibus transmarinis, exceptis oleo Laurino vel irino & resina Terebinthina.

Ἔντερα. intestina. Sunt corpora membranosa, caua, rotunda, ab imo ventriculo ad anum vsque protensa, distribuendi in iecur chyli & continendi expellendique stercoris instrumẽta. Eorum substantia nõ multum à ventriculo diuersa est. Sunt autem illis duplices tunicæ propriæ, partim vt expultrice vi maiore pollerent, partim vero naturæ quadam prouidentia, vt si interior aliquo

morbo putrescat vel exulceretur, exterior salua sit, ne chylus effluat. Est autem interna carnosior, externa vero membranosior. Vtraque fibras fere tantum circulares siue transuersas habet ad chyli & stercoris expulsionem, alicubi tamen & rectas, ad earum firmitatem, quod periculum esset transuersas à se inuicem diuelli, nisi à rectis veluti ab aliquo ligamento extrinsecus cõtinerentur. Ac tunicis quidẽ his intestina à ventriculo differunt, quod huius interior tunica, contra quam intestinorum membranosior est, rectisque fibris intertexta. Præter eas vero duas proprias, etiam tunicam habẽt tertiam à peritonæo duabus illis circundatam. Sunt autem intestinorum duæ summæ differentiæ. alia enim tenuia sunt, eaque superiora, ἔκφυσις, νῆστις, εἰλεὸν ἢ λεπτὸν: hoc est, ecphysis, ieiunum, ileon seu tenue. alia vero crassa & inferiora totidem, τυφλὸν, κῶλον, ἀπευθυσμένον: cæcum: colon & rectum. Illa quidem chyli à ventriculo cocti in hepar distribuendi instrumenta: hæc vero stercori colligendo magis destinata, quanquam ex his quoque chylus aliquis in iecur perferatur. In id autem vena porta sobole numerosissima in partem eorum sinam (nam cum permulti in ijs sint gyri atque anfractus, necessario pars eorum altera gibba, altera caua existit) inseritur, chylum vndique exugens. Verum is suctus potissimum in tenuibus intestinis perficitur: iam enim ex chylo stercus fieri formarique incipit, vbi ad cæcum intestinũ peruenit: quod quia terrestrius acriusque cunctando morandoque efficitur, ideo inferiora intestina, quibus continetur, carnosiora minusque sensibilia natura perfecit & magis sinuosa atque anfractuosa, ne nimium frequenter & cumulatim fierent excretiones. Cæterum præter venas etiam arteriæ quamplurimæ ad intestina perueniunt à maioris trunco, qui lumbis insidet, profectæ, & nerui insuper à ramo sextæ coniugationis, qui ab ea per costarum radices ad partes ventris inferni dimittitur. Sunt autem omnia intestina sex numero, hoc ordine sese consequentia, sumpto à superis partibus initio: ἔκφυσις, quæ & διωδηκαδάκτυλον dicitur, νῆστις, λεπτὸν, quod & εἰλεὸν vocant: τυφλὸν, κῶλον, ἀπευθυσμένον, hoc est, duodenum, ieiunum, tenue, cæcum, colum, rectum: de quibus vide suis locis. Hic omittendum non est quod annotat Galen. comment. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, cum τὸ ἔντερον singulari numero dicitur apud Hippocratem, alios τὸ κῶλον interpretari, alios vero cæcum: illud quidem κατ' ἐξοχὴν, propter magnitudinem, hoc vero quod solum ex intestinis in scrotum descendit & ἐντεροκηλῶ committit.

Ἔντερα γῆς. intestina terræ, sic lumbrici vocantur à » Græcis vt ab Athenæo lib. 7. eo quod in terra gene» rentur, & in ea quasi immobiles viuant, quod» que aliorum animalium modo non incedant, sed » in seipsis & circa seipsos quodãmodo moueãtur.

Ἔντερον. pars interna cuiusque rei, siue medulla sit, siue nucleus, siue ossiculum. alio nomine ἔγκρανον appellatur.

» Sic 8. κατὰ τόπ. cap. 9. apud Galen. ἔντερον Ar» chigenes pro nucleo siue ossiculo palmæ dixit, sic » ἔντερον & σπόν & κολοκυνθίδος & σίλλης nomina» tur, quam aliqui medullam exposuerunt; Dios» corid. etiam medullam herbæ quæ δίψακος voca» tur, appellauit ἔντερον.

Ἐντεροσαρκοκηλη. est tumor scroti, intestino & omẽto in ipsum simul deuolutis. Tumor est compositus, vt scribit Galen. lib. de tum. præter nat.

Ἐντεροκήλη. est tumor scroti, delapso in id intestino. Accidit magna ex parte laxato, nonnunquam vero & abrupto eo meatu qui à peritonæo ad testiculos pertingit. Sic enim ad ipsum meatum aut ad tunicam quę ἐρυθροειδὴς dicitur, intestinum delabitur. Id autem fere cæcum est: Græci τυφλὸν vocant. facile enim, cum omni vinculo solutum sit, descendit in scrotum, quoniam solum hoc intestinum solutum sit, cum reliqua omnia lactibus alligentur, vt scribit Galen. comment. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Ἐντερόμφαλοι. quibus intestina ad vmbilicum procedunt, ipsumque extuberare faciunt. species vna est τῶν ἐξομφάλων, vt habetur ἐν τῷ ὑποτῷ. vide ἐξόμφαλος.

Ἐντοσθίδια. appellantur ab Hippocr. lib. de superfœtat. Embryonis interanea omnia tã superni quã inferni ventris; apud Pollucem lib. 2. scribitur ἐντοσθίδια, exponitque quæ intra pectus sunt, siue pectoris partes internas, nam quod medicis iunioribus στέρνον vocatur, idem quoque est σῶτες apud Hippocrat. vt declarauit Galen. os scilicet medium in quod costæ antrorsum sese insinuant.

Ἐντρίχωματα. sic à quibusdam dicuntur οἱ ταρσοὶ, hoc est, extremi palpebrarum ambitus, vnde excrescunt cilia.

Ἐντύπωσις. humeri acetabulum. Articulus humeri cum brachio, sicut habetur apud Iulium Pollucem, qui alio nomine ὠμοκοτύλῃ scribit vocari.

Ἐνύπνιον. insomnium. Affectio est sensus communis & proprie quidem phantasiæ: est enim somnium apprehensio phantasmatum facta inter dormiendum, & phantasmata vocantur imagines, simulachra, & species rerum per phantasiam conceptæ, ad similitudinem specierum externe sensibilium, nam huiusmodi species pleræque à vigilantibus conceptæ, in phantasia relucent, sicut imago in speculo aut in aqua liquida, Sicut aqua turbata reddit quoque turbatam & instabilem speciem intuenti, sic spiritu ac meatu sensitiuo per somnum obstructo & oppleto, phantasia refert dormienti confusas species plerumque in somno, quarum possumus raro aut vix admodum recordari; purior tamen ac syncerior dormientis phantasia, sæpe puriores etiam meliusq; distinctas species, hoc est expressiora somnia concipit & fingit, memoriæque commendat vt euigilans meminisse queat. Est autem somnij causa efficiens duplex, interna & externa: interna, causa est vel anima ipsa vel corpus; mens enim sæpissime dormiente corpore & cessante sensu, recogitat ea quæ vigilando conceperit & appetiuerit aut metuerit; corporis deinde diuersa complexio, immittit varias somniorum species ac simulachra, à quibus & medici naturam corporis, & morbi causas coniectant in ægrotantibus, habentq; ista somnia pro signis & prognosticis: Sic cholericus ignea & præcipitia, melancholicus monstruosa & horribilia; Phlegmaticus aquea & pigra; Sanguineus amœna somnia somniat: externæ autem causæ sunt variæ, vt cœli influxus, elementi circumstantia, necessitatis quoque aut casus fortuiti occasio, sic famelicus somniat cibum, ebrius humida; Sic canes, & aliæ quædam bestiæ, somniant; Quin & Deus, Angelique boni ac mali somnia immittunt hominibus, vt est apud Homer. 2. Iliad. & Virgil. 2. Æneid.

» 2. Æneid. Talia ſunt in ſacris litteris ſomnia Io-
» ſeph Pharaonis Danielis & ſimilia.

Ἐνύπνια ἐναργῆ. vide ἐναργῆ ἐνύπνια.

Ἕνωσις. vnitas, Tertia virtus eſt quæ requiritur ad
» perfectam & abſolutam ſanitatem tam ſimila-
» rium, quam diſſimilarium partium, appellat eã-
» dem Gal. συνέχειαν continuitatem, pro eodem ſu-
» mens hæc duo nomina cap. 8. artis paruæ & libr.
» de morborum cauſis.

Ἑξάγιον. ponderis nomen eſt, quo vtitur Actuarius in aurea antidoto Alexandri. Pendet autem quatuor ſcripula: Latini ſextulam appellant.

» Alicubi στάγιον & ſtagium reperitur pro ἑξά-
» γιον errore nato ex compendio ſcripturæ, cũ enim
» hæc nota ϛ, ſignificet ἑξ ſolebant στάγιον ſcribere
» pro ἑξάγιον ex quo omiſſo ſpiritu perperam fa-
» ctum στάγιον & ſtagium.

Ἐξαιμάτωσις. dicitur alimenti alteratio & in ſangui-
» nem conuerſio, quæ principaliſſima eſt hepatis
» facultas quam αἱματοποιητικὴν Gal. vocat: hæc he-
» patis actio ſi læſa ſit & offenſa ἀπαπυχίαν, & χλόωσιν
» ἐξαιματώσεως appellare ſolent, hoc eſt fruſtratam
» & læſam ſanguificationis facultatem: quin &
» idem malum ἐξυδάτωσιν vocant, hoc eſt commu-
» tationem in aquoſum humorem, & ex hoc ipſo
» aquam intercus fere conſequitur, quanquam pro-
» prie hepatica hæc ipſa ſit affectio, & in ipſa ſan-
» guinolentus humor per aluum excernatur, cu-
» ius imaginem Galen. ad carnium recens macta-
» tæ victimæ loturam comparat, vt ἐξαιμάτωσις
» etiam videri queat hoc ipſum ſymptoma ſignifi-
» care, ſanguinis videlicet per anum excretionem,
» quomodo ſane aliquot locis Aetius vſurpauit,
» cum prima ἐξαιμάτωσις fruſtrata, alteram ἐξαιμά-
» τωσιν inducat.

Ἐξαυθεκάζειν. exponere ſub dio, quem eſſe tertium
» modum refrigerandi medicamenta inquit Ga-
» len. 2. κρ. τόπ. hinc οἶνος ἐξαυθεκασμένος apud Hip-
» pocratem 1. γυναικ. de quo vide in voce οἶνος
» vbi inſigniores vinorum differentiæ explican-
» tur.

Ἐξαλείπτης. κονιάτης. χρίστης. illitor, vnctor, apud Hippocratem.

Ἐξαλίζοιτο. ἐκκενοῖτο, euacuaretur, apud Hippocratem.

Ἐξαναιμῶσθαι. Ariſtoteli Gaza interprete euentari
» eſt, quod cadit in equas cum equiunt, id eſt libi-
» dine ſua percitæ in omnem partem curſitant &
» quoquouerſum currendo concipiunt: Locum
» legite lib. 6. de hiſt. anim. cap. 18. Sed apud Hip-
» pocr. 1. γυναικ. vterum ἐξαναιμῶσθαι exponunt in-
» terpretes diſtendi flatulento ſpiritu ex reſolutio-
» ne humoris pituitoſi: Sed & vocem hanc vſur-
» pauit Ariſtoteles 10. de hiſtor. anim. cap. 3. &
» matricis affectionem eſſe inquit mulierib. ca-
» uendam: Scalliger fruſtrari dixit, quod & vitium
» fieri ait Ariſtoteles, vbi in coitu neque proij-
» ciunt quidquam, neque concipiunt, cuius rei
» cauſam inquit eſſe matricis ariditatem qua ſu-
» binde intumeſcre ſolent; Sed & ἐξαναιμῶσθαι à
» Theophr. lib. 7. hiſtor. cap. 10. vſurpatum legi-
» mus de tritico atque hordeo, quando ſcilicet aut
» iam florentia perflantur, aut flore dimiſſo pro-
» tinus infirma à flatibus concutiuntur, quo vtro-
» que modo intereunt: hanc vocem cum Gaza
» Daniel Heinſius Theophraſti interpres euenta-
» ri dixit.

Ἐξανθήματα. papulæ. Sunt eruptiones leues humo-
rum per cutem: ſed illæ diuerſorum omnino ge-
nerum ſunt. Nam & φλυκτίναι & ἰδρῶτες & ἐπινυκτίδες & λειχῆνες & alia multa tumorum genera comprehendunt. Earum autem quædam in altum attolluntur & extuberant, à calidiore videlicet humore genitæ: quædam depreſſæ ſunt & latæ, nec cutem fere excedunt. Præterea aliæ toto prope corpore effloreſcunt, vt quæ per malignas & peſtilentes febres oriuntur, & quæ per Gallicum morbum erumpunt, & variolæ vulgo dictæ & morbilli: aliæ in parte tãtum aliqua conſiſtunt, vt capite, facie, quas omnium maligniſſimas Herodotus medicus dixit, circa labia & naſum, quales fiunt in febrium declinationibus. Sunt & earum ex colore differentiæ plures. Quoniam enim omnis humor in cutem poteſt erumpere, idcirco & rubræ & pallidæ & flauæ, nonnunquam vero & nigræ, & liuidæ apparent. Pro materia vero vnde naſcuntur varias habent appellationes. Alias enim feruentes papulas, alias nigras medici nuncupant: ipſeque Plinius eas quæ à pituitoſo humore fiunt, pituitæ eruptiones vocat. Præterea & papularum quædam ſine dolore, ſine pruritu, ſine vlcere ſunt: aliæ pruritum inducunt tantum, vt ſcalpendi continuo labore vigiliæ ſuccedant. Aliæ vero exulcerantur, & aliquando ad quandam carbunculorum ſpeciem accedunt, quas ἀγρίας, hoc eſt feras, Celſus ſcribit, à Græcis appellari: in ijs enim cutis plurimum exaſperatur, vlceraturque ac vehementius eroditur & rubet: interdum etiam pilos remittit: quod papularum genus plærique λειχῆνας, hoc eſt impetiginem, interpretantur.

Cæterum etiam ἐξανθήματα, ἐξανθίσματα dicuntur & ἐξανθήσεις: dicuntur & alias ἐνθύματα ab Hippocrat. 3. Epid. ſect. 3. textu 51. id eſt impetuoſæ feruidæque eruptiones, παρὰ τὸ ἐνθύειν ὅσῳ ἐστὶν ἐξορμᾶν, vti Gal. ibidem ait comment. 3. id eſt impetuoſe erumpere, quamuis nonnulli ab exãthematibus ecthymata differre putent, ſed immerito, vide ἐνθύματα ſupra.

Ἐξανὴς. ὑγιὴς, ſanus, apud Hippoc.

Ἐξάρθρημα. πωτείωμα. confractio, colliſio, apud Hippocratem, vt Galenus exponit.

Ἐξαρθρεῖν. vide ἐλισθαίνειν.

Ἐξάρθρημα. luxatio. Eſt poſitio articuli depranata & præter naturam. Ea fieri poteſt ſurſum, deorſum, intro, foras, ante, retro. Sex enim iſtis differentijs in articulo oſſa à ſua ſede tranſponi poſſunt. Eſt autem luxatio morbus oſſis, non qua os pars ſimilaris eſt, ſed quod partis organicæ portio ſit. Sic enim & in multis alijs, partium organicarum morbi partibus ſimilaribus per accidẽs tribuuntur, & contra ſimilarium morbi organicis. Sunt autem qui per ἐξάρθρημα. non omnem luxationem intelligant, ſed eam tantum in qua totus articulus à ſua ſede omnino receſſit. Nam paruam luxationem παράρθρημα vocari contendunt. vide ἐλισθαίνειν

Ἐξάρθρους. Hippocrates appellauit eos quibus articuli naturaliter extant & prominent, vt annotat Galen. comment. 1 εἰς τὸ περὶ ἀρθρων.

Ἐξάρθρωμα ſiue ἐξάρθρωσις, dicitur ab Hipp. cũ os citra fracturã ſuo loco mouetur. quod malũ etiam alio nomine ἔκπτωμα atque ἔκπτωσις appellatur.

Ἐξαρμα. tumor dicitur in altum ſublatus idem quod ἔπαρμα.

Ἐξαύεται. ἐκκενοῦται. ἐκθλίβεται. euacuatur, exprimitur, apud Hipp. Quidã vero interpretãtur ἐξάρμενος ἢ ἀπειλῶν πείθεται, hoc eſt, aggreditur & minatur.

Ἐξάρυσις. ἀπόπλησις. exhauſtio, apud Hippocratem.

Ἐξαίσιος ἢ ἐξαίσιε, quidam apud Hippocrat. interpretantur lina eminentia in oris linteorum ſciſſorum, & à vilibus pannis fila. Galeno autem etiam antequam ſcindantur, extantia eodem modo videtur Hippocrates appellare. Idem Galenus annotat ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, in ijs fieri ἐξαίσιας quæ texuntur interdum de induſtria, interdum autem contra voluntatem noſtram. Sed obſeruandum vulgatas editiones & Hippocr. & Galeni habere ibi ἐξεσίας.

Ἐξαυάμαχον cerati nomen ad perniones deſcripti à Paulo l. 3. c. 79.

Ἐξεντερισμένον. emedullatum ſeu exinanitum, ſic
» apud Dioſcor. ἐξεντερίζεται ἐλλέβορος, id eſt ex helle-
» boro medulla eximitur, hoc eſt emedullatur: in
» vulgatis lex. annotatur ex Galen. καρδάμωμον
» ἐξεντερισμένον, lib. 7. de compoſit. medic. in con-
» fectione Pamphili: itidem pro emedullatum ex
» Plinio; ſed Scribonium Largum & Marcellum
» Empiricum, naſturtium inanimatum & Cachry
» inanimatum (ita enim legi debere) vocare quod
» ſit ἐξεντερισμένον, videlicet exinanitum, cui oppo-
» ni animatum id eſt integrum & plenum: Sic &
» glicyrriſam Galeno dici ἐξεντερισμένην pro eo
» quod alibi, nimirum de antidotis, dicit χωρὶς
» τῆς ἐντερώνης ſine interna quauis parte.

Ἐξέρυθρον. valde rubens, apud Hippocratem in prorrhet. vt Galenus interpretatur. Annotauit autem Erotianus à quibuſdam ἐξέρυθρον intelligi τὸ ἔξω γινόμενον ἐρύθημα, hoc eſt, ruborem exterius factum: inque ea ſententia fuiſſe Philonidem Siculum.

Ἐξέρυθροι πύρετοι. febres valde rubræ Hippocrati di-
» cuntur libr. 6. Epid. quæcumque à ſanguine
» fiunt, ſynochi videlicet, quemadmodum οἱ ἐξω-
» χροι pallidæ quæ à bilis exuperantia fiunt.

Ἐξεχέλεσχροι. gutturoſi, apud Hippocr. lib. 2. de art. id eſt, qui guttura habent in anteriorem partem protuberantia, βέλεχρον enim ipſe appellat vel totam aſperam arteriam, vel fauces duntaxat.

» Vt notat Gal. comm. 3. εἰς τὸ περὶ ἀρθρ. t. 8.

Ἐξεχέλυκται. dicuntur qui prominentibus ſunt natibus, aut quibus clunes in exteriorem partem
» prominent lib. de arte.

Ἐξηκριασμένος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum
» differentiæ explicantur.

Ἐξηκοντάδραχμον. ſpecies collyriorum τῶν κατὰ κῶν, ſic dicta quod vniuerſa eius ſtructura ſit drachmarum ſexaginta, ſicut ἑκατοντάδραχμον, quod ſit drachmarum centum.

Ἐξεντερισμένον. τοῦτεστι διὰ τοῦ λεπτοῦ ἠθημένον. hoc eſt, panno vili colatum, apud Hippocrat. Eſt autem λεπτὸν tenue quoddam & ruſticum ſubtegmen.

Ἐξεπτικὰ φάρμακα, eadem ſunt quæ & σηπεδονικά, de quibus vide ſuo loco.

» Et lib. 7. κατὰ γῆν Galenus ἐξεπτικὰ ſignificare
» inquit ea medicamenta quæ ſenſim humores diſcutiunt & depaſcuntur.

Ἕξις. habitus varia ſignificat. Primum quidem eo nomine in re omni vti ſolemus quę ſtabilis eſt & ægre mouetur à ſubiecto. quomodo & Ariſtoteles vſurpauit in logicis, diſtinguens ἀπὸ τῆς διαθέσεως, id eſt à diſpoſitione. hic comparatur à multa longaque διάθεσει. Proinde ſecundum eam ſignificationem id quod eſt ἐν δυσλύτῳ διαθέσει, ſiue ſanitas, ſiue morbus, ſiue aliud quodlibet, κατ' ἕξιν διακεῖσθαι dicitur, vt ſcribit Galen. lib. 2. meth. med. Huic contrarium eſt κατὰ χύσιν, ſiue ἐν χύσει, vt idem initio lib. 8. docet, idem ſignificans quod ſimpliciter ἐν τῇ διαθέσει. Sic autem ſimpliciter dictus habitus neque bonum neque malum ſignificat: ſed eum in hominis valetudine deſignare volentes, illum εὐεξίαν, hunc κακοξίαν nuncupamus. Sunt enim hæ duæ τῆς ἕξεως differentiæ, medicis ſupra cæteras vſurpatæ. Hippocrates vero ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων etiam ἕξιν vocauit ἀυτὴν τὴν σώματος πλὴν κατασκευὴν, hoc eſt, ipſius corporis conſtitutionem, per quam vel raro aut denſo corpore, vel gracili aut obeſo, vel aliter quis dicitur, ſicut Galen. comm. 2. annotauit: quam tamen idem Hippocrat. etiam χύσιν ἐν τῷ περὶ ἀέρων appellat, duo hæc nomina confundens, vt habetur apud Galen. comment. 1. Idem Galen. libro de arte medica ſcripſit totius corporis habitum de his maxime partibus dici, quæ primæ intuentibus obijciuntur, cuiuſmodi ſunt muſculi oſſa omnia cingentes, ex ſimplici primaque carne, & fibris, quas ipſa conueſtit, conſtantes, quod quidem non eſt aliud quam ipſa κατασκευὴ τοῦ σώματος, hoc eſt, conſtitutio corporis: cui proprie competit raritas, denſitas, gracilitas & obeſitas. Verum Galenus ſcribens de his maxime partibus habitum dici quæ ſunt oculis peruiæ, intellexit proculdubio & alias quaſdam particulas eſſe, oculis licet non obuias, quæ habitus nomine comprehendantur. Eæ nimirum ſunt omnia etiam interna viſcera. cor, pulmones, ventriculus, iecur, lien, renes & reliqua omnia, præter contenta & impetum facientia. Siquidem τῶν ἐχόντων, hoc eſt continentium, nomine intelliguntur. In hac ſignificatione accipienda ſunt quæ dicuntur à medicis febres intermittentes gigni humoribus in habitu corporis putrentibus. Neque enim hi in extima modo carne putrent, ſed in intimis etiam viſceribus, ventriculo, iecinore & liene, quæ non minus quam muſculi, habitus nomine deſignantur. Similiter cum dicitur tertiam febrium ſpeciem quæ ἑκτικὴ dicitur, corporis habitum occupare: ſiquidem ea conſiſtit in his omnibus partibus quas ſolidas nuncupant, & quæ ἔμφυτα ab Hippocr. nuncupantur, pluresque earum differentias pro locorum affectorum varietate, vt vētriculi, iecinoris, pulmonis, pectoris, meſaraei, ieiuni, coli, vteri, renum & ſepti etiam tranſuerſi, Galen. lib. 10. methodi medēdi annotauit. Quare nemo veteres medicos cauilletur dicentes febrem intermittentem in habitu corporis gigni, quod illæ in ventriculo, iecinore, meſenterio atque alibi naſcantur: quaſi vero hæ quoque partes habitus nomine non cōprehendantur. Quod attinet ad febrem hecticam, non eſt neceſſe ſic dictam eſſe intelligere quod habitum corporis occupet. fieri enim poteſt vt illi nomen hoc inditum ſit ſecundum primam τῆς ἕξεως ſignificationem, quaſi ſit ἐν τῇ ἕξει, non vt aliæ febres ἐν χύσει. Significat & ἕξις apud Hippocrat. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, τοῦτ' ἐν τῷ μετὰ τοῦτο ἐπιδῆσαι καιρῷ κατ' ἄρσιν τῶν ἐπιδεδεμένων, hoc eſt, poſt deligationis tempus membrorum deligatorum collocationem, vt comm. 3. Gal. annotauit.

Sed & præter iam commemoratas ſignificationes ἕξις partium quoque ſtructuram & compoſitionem ſignificat ait Gal. comm. 2. de victu acutor. tex. 31. & 47.

Ἐξισοῦν. dicitur περιγκόπτειν ὑποδοχὰς, ait Galen.

» comm. 3. in prorrhet. part. 6. & ἐξίστασθαι μελαγχολικὸς prorrhet. 1. vehementem ac furiosam » mentis insaniam significare Galen. ait, hoc idem » Plautus in Amphitr. expressit his verbis, atra bili » percita est, Nulla res tam delirantes homines » concinnat cito: de voce autem hac plura vide in » ἔκστασις.

Ἐξίσχια ὀφθαλμοί. exorti & prominentes articuli Hippo» crati dicuntur in mochlico: eos qui hoc patiun» tur ἐξάρθρους quoque vocat lib. de arte; Sed & ἐξί» σχια eidem dicuntur quibus coxa eminet & nates » rotundæ extant.

Ἐξίστηντες ὀφθαλμοί oculi tumidi & exerti dicuntur » in prognostico.

Ἐξολισμός. trãslatio ossis ex superficie in profundũ.

Ἐξόμφαλος. dicitur cui vmbilicus indecore prominet, ipsumque malum ἐξόμφαλον πάθος vocatur: alij rupturam, alij egressionem vmbilici vocant. Accidit, inquit Paulus, vel peritonæo ea parte rupto, ac procidente omento aut intestino: interim colluuie ociosi & inutilis humoris sub vmbilico contracta, interim carne subnata, aliquando sanguine irrumpente propter venæ aut arteriæ rupturam, vt in aneurysmatis, interdum non sanguine, sed spiritu solum irruente. Si omentum procidit, circa vmbilicum tumor concolor, mollis tactu, indolens & inæqualis apparet. Si intestinum, præter hæc tumor magis inæqualis est digitis cedens & euanescens aliquando cum strepitu, bãlneisque & distentionibus magis increscit. Humorem denotat mollis tumor qui compressu non cedit nec decrescit, neque tamen augetur. Si præter superiora signa liuidior tumor est & durior, adnatæ illic carnis signum est. Introductorij author tres tantum causas videtur nouisse, scribens omnes ἐξομφάλους tribus differentijs comprehendi, alios appellans πνευματομφάλους, alios ἐντερομφάλους, alios ὑδρομφάλους. Non est autem malum hoc peritonæi solius, sed oportet omnino transuersorum quoque musculorum epigastrij nerueas appẽdices affectas esse.

» Cæterum hunc affectum appellat Paulus l. » 3. c. 51. πρόπτωσιν ὀμφαλοῦ, id est procidentiam vm» bilici, & τῶν ὀμφαλῶν ἔξοχὴν vmbilicorum emi» nentiam ibidem: Nonnunquam & ἐξόμφαλον πά» θος vt lib. 6. c. 51. quasi dicat exumbilicarem affe» ctum: Rases eminentiam vmbilici & rupturam » circa ipsum, nonnunquam egressionem, interdum & exitum vmbilici: Auicenna vmbilici au» gmentum: Haliabbas vmbilici acumen: Celsus » l. 6. c. 17. vmbilicum prominentem & quidem vt » l. 7. c. 14. indecore, & in his quidem omnibus af» fectibus commune est vmbilicum prominere.

Ἐξόμφαλα παιδία, ἐξόμφαλα βρέφη pueri dicuntur qui» bus excidunt vmbilici apud Aetium libr. 4. c. 26. » quasi exumbilicatos dixeris.

Ἐξονειρώττειν 6. Epid. sect. 8. t. 51. dixit Hippocr. pro » in somnis genituram emittere cum dixit σπυρὸς » ἐξονείρωσις πλεονάκις. & lib. etiam περὶ γονῆς & 5. pro» blem. 31. Aristoteli ἐξονειρωκτικοὶ siue ἐξονειρωτικοὶ » dicuntur qui in eiusmodi nocturnas incidunt » pollutiones; cuius rei ibidem causam docet ni» mirum cur illæ potius per somnium fiant, quam » vigilantibus & interdiu, causamque in seminis » naturam refert, quæ cum calida sit & humida eo » tempore, ita & in ea hominis conditione potis» simum abundabit atque effluet in qua hominis » corpus magis ad talem calidam & humidam cõ» ditionem accedit: cum enim per somnum spiritus & calor ad interna retrahãtur, efficitur vt se- « minalis materia adaugeatur, hincque nocturnæ « per somnum pollutioni occasio manifesta præ- « betur, potissimum in ijs qui ad hoc natura sunt « propensi. vide ὀνειρωξμὸς. «

Ἐξόστωσις. ossis eminentia & extuberatio, quacunque corporis parte præter naturam contigerit. Peculiari tamen nomine ossium tubera quæ in genis contingunt, σατυρισμοὶ appellantur.

Authore Gal. l. de tumoribus præter natur. c. « 15. similitudine à Satyris, cornua circa tempora « habentibus desumpta; vel quia eiusmodi ossium « temporalium, vel genarum eminentia in elephã- « ticis sæpe contingere consueuit, quæ σατυριασις « vocatur & σατυρισμὸς. «

Non dubium est autem eius tumoris qui præ- « ter naturam est materiam crassam esse & melan- « cholicam, sunt autem huiusmodi tumores Gal- « lico morbo laborantibus frequentes. «

Ἐξουρα. εἰς στενὸν συμπεφυκότα. in angustum contracta, apud Hippoc. quæ & μύουρα dicuntur.

Inquit Gal. in lexico Hipp. vtitur porro hac « voce Hipp. l. 2. χειραξ. dicũtur & eidẽ Hipp. ἔπακρα. «

Ἐξοχὰς. est in ano genitum tuberculum quod callũ nondum contraxit. si namque iam contraxit, κονδύλωμα vocatur. Dicitur & ἔξοχὴ.

Paul. l. 3. c. 59. ἐξοχάδων ἢ ἐπακάδων vocem pro « ani excrescentijs vsurpauit, sic & Nicolaus ea « voce eminentias, & præsertim hemorroidum in- « tellexit, vt ex vnguento 56. intelligere est. «

Ἐξοχὴ. idem quod supra ἐξοχάς. «

Ἐξόφθαλμος. is dicitur qui oculis est prominentibus, « hunc Xenophon de forma equi loquẽs opponit « τῷ κοιλοφθάλμῳ. «

Ἐξυδάτωσις. idem quod ἀποτυχία τοῦ αἱματώσεως; id est, frustrata sanguificatio. sanguinis enim loco humor aquosus reponitur, vnde prompte aqua inter cutem emergit.

Τὰ ἐξυγρασμένα. vide ὑποχώρημα. «

Ἐξωπὸς ἄρτος. panis exaltatus, vide ἄρτος vbi panum « aliquot insignes differentiæ explicantur. «

Ἐπαλκυλωτὸς. laquei species apud Oribasiũ, quo sin» super sinũ inijcitur, faciens ad corpora figuranda.

Ἐπαγώγια. dicuntur membrorum genitalium præputia, sed male tantum affecta: videlicet curta & quæ facile reduci non possunt, siue à natura, siue ex circumcisione. sic enim vsurpat Dioscor. cap. περὶ θαψίας & περὶ ἀλόης. Quæ autem naturaliter se habent, πόδες vocantur. Dicta sunt autem ἐπαγώγια quod ducantur & reducantur.

Ego autem ἐπαγώγιον dictum crediderim ἀπὸ « τοῦ ἐπάγεσθαι quòd sit idem cum ἐπισπᾶσθαι, quo vti- « tur Paulus hac ipsa de re loquens, cum dicit περι- « τεμνόμενος τις ἐκλάθῃ μὴ ἐπισπάσθαι τὴν ἀκροβυστίαν 1. « Corinth. c. 7. id est circũcisus aliquis vocatus est « non adducat sibi præputium, vel ne attrahẽdum « sibi curet Chirurgi manu, cute nimirum ferro « adducta vt glandem rursus operiat. «

Ἐπακμαστικὸς πυρετὸς. species vna est febriũ quas σωτόχους appellant, quæ cum vnam quidem à principio ad finem vsque accessionem habeat, non tamen eodem tenore perseuerat, sed assurgit atque inualescit. Dicitur & αὐξητικὸς alio nomine.

Ἔπακρα. τὰ εἰς στενὸν πεπυκνωμένα. in angustum desinentia apud Hippocratem; quæ etiam ἔξοχα ab eodem dicuntur.

Ἐπαλωῶν. ἐπιπάσσων, inspergens: apud Hippocratem. additur autem ad denotandam vehementiam.

Ἐπαναδιδοὺς πυρετός. increscens, resurgens febris. Est differentia febris apud Hippocrat. libro 6. τῶν ἐπιδημιῶν, sumpta à caloris motu, cui ipse ὀξυθὼ, id est acutam, opposuit. sic dicitur cuius calor initio minus mordax postea assurgit, manumque admotam mordet. Huius generis sunt pituitosæ febres. Nam quum primum medicus manum thoraci admouerit, illæ nec mordent, nec tactum calore suo feriunt, quod materia frigida humida igni contraria, non facile accendatur. Manu autem diutius immorãte & calorem paulatim fouente atque excitante, calor accensæ iam materiæ mordax effluuio fumidi excrementi manum mordet. Nec tamen ista febrium differentia à motu caloris ita sumitur, quin & febris essentiæ, id est, calori intensiori, & materiæ in qua calor accenditur, aliquid suæ generationis debeat.

Ἐπαυώρημα. exponit Erotianus ἐπιγέλοιον τὸ ἱστάμενον τοῖς οὖροις καὶ τοῖς διαχωρήμασι καὶ οἷον ἐπικεκράμενον, ποικίλῳ χρώματι κεχρωσμένον, νέφελας γὰρ ἰδίως καλεῖ τὰς τοιαύτας ἱστάσεις. Nubeculam in vrinis & deiectionibus subsidentem atque velut suspensam, colore variegatam, nubes enim proprie vocat Hippoc. eiusmodi subsidentias.

Ἐπαυδίπλωσις, siue

Ἐπαύλημις. idem quod αὐαδίπλωσις in febribus Galeno authore comm. 2. in libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. vide αὐαδίπλωσις.

Ἐπαύλημις. etiam medicorum vox est cum defuncta scilicet morbis corpora instaurantur atque redintegrantur cibo, ἀπὸ τοῦ ἐπαναλαμβάνειν dicta. vide supra αὐαλητικὸν.

Ἐπαυξήσεις. erumpentes eminentiæ dicuntur & velut assurgentes tumores & pustularum eruptiones. Dicuntur & ἐπανασήματα, & Galeno συκώδεις ἐπαυξήσεις, ficosæ eruptiones 5. κρ. τόπ. cap. 3.

Ἐπαναφέρεσθαι. ab ἐπαναφέρειν quod iterum atque iterum velut resurgere significat, quod illud ἐπὶ ostendit, sicut in illo ἐπιῤῥιγέειν quod est crebro rigere; nam αὐαφέρειν verbum vsurpatum reperio ab Hippoc. de ijs qui periculo defunguntur & restituti viuunt.

Ἐπάνθισμα ἐρυθρόν. spumosus veluti flos dicitur qui in bilioſis deiectionibus sæpe superne incumbit, Hippoc. in 1. prorrhet. part. 21. & in sanguine qui è pulmone educitur quem ἀφρώδεα αἷμα vocat idem in Coacis.

Ἐπανθισμός. id est efflorescentia, omnium primus (inquit Ruffus) Dionysius Oxymachi filius nomen hoc adinuenit, aitque Eudemus ἐπανθισμὸν venam appellari: Sed mihi quidem Dionysius rem venæ similem ἐπανθισμὸν, non idem tamen venam atque ἐπανθισμὸν, sed quoddam aliud aduentitium sanguinis receptaculum vocasse visus est: idque ipse ita esse testatus est eodem loco, sæpius φλέβα, ἐπανθισμὸν & ἀρτηρίας inculcans & repetens, neque enim si rem eandem φλέβα & ἐπανθισμὸν putaret ita vnquam locutus esset, nam etsi nihil aliud ἐπανθισμὸς quàm ἕλκος est, nihilominus ipse aliter sensit atq; appellauit: hæc Ruffus.

Ἐπανίοντα νοσήματα. eadem quæ Galeno ἐπανερχόμενα, sic morbos appellans qui parum quidem remittuntur moderatioresque fiunt, sed rursus accessione repetunt, vt docet comment. 3. in prorrhet. part. 2.

Ἐπανορθοῦσθαι. significat apud medicos, quæcunque aliquo modo excedunt, in statum naturalem restituere, vt hiantia coniungere, quæ abscesserunt propellere, peruersa dirigere. dicitur & διορθοῦσθαι.

Ἐπαύτλημα, καὶ ἐπαύτλησις. dicitur apud medicos perfusio alicuius liquoris, fotum vel fomentum appellare possis: esse autem idem videtur quod πυρίαμα. dicitur etiam καταύτλημα & καταύτλησις ab ἐπαυτλεῖν quod ὑγραίνειν & καταιονᾶν irrigare significat.

Ἐπάρχεμα ὄμματα. interpretatur Hesych. oculos qui à leucomatis prorsus excæcati sunt, aut alio quouis modo nihil vident.

Ἐπάρχεσις. Polluci dicuntur qui oculi vlcusculo quod ἄρχεμον dicitur laborant. vide ἄρχεμον.

Ἐπάρματα. vocantur ab Hippoc. tumores præter naturam qui secundum aures ægrotantibus exoriuntur. Ea etiam οἰδήματα communi significatione appellat. Recentiores proprio nomine παρωτίδας nuncuparunt.

Dicuntur & ἐπάρσεις Hippocrati qui vtroque nomine etiam generaliter omnem significari tumorem tradit. interdum apud illud reperias ἐπάρματα cum adiectione τὰ παρ' ὦτα, aut κρ. τὰ ὦτα, vt in Epidem. & Coacis.

Ἐπαυξὴς νόσος. increscens morbus. Dicitur apud Hippoc. qui procedente tempore augetur, semperque, nisi prius soluatur, labitur in peius: vt podagra, arthritis, nephritis, epilepsia, melancholia: increscunt enim vna cum ætate. Sabinus vero ἐπαυξεῖς νόσους interpretatus est morbos pueriles, qui vna cum ipsis pueris crescunt donec ad venerem apti sint, vt scribit Galenus comment. 5. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Ἐπαφαίρεσις. repetita sanguinis missio dicitur apud Galen. lib. de curandi ratione per sanguinis missionem, quæ tum fieri debet cum per virium imbecillitatem nequit vniuersa euacuatio compleri, tum enim partitione vti cogimur, quæ fit modicis interuallis, atque dum vel dissoluto vinculo, vel digito indito vulneri intermittitur tantisper, dum alimentis idoneis restituantur vires: interdum autem hora vna, interdum etiam plures ad virium instaurationem necessariæ sunt, optimum autem est non vltra diem prorogare, ac bis sanguinem si vires sinunt eodem die mittere, idque in morbis vniuersalibus & (nisi quid aliud vetat) antequam putredo aut alia mala inualescant, quantum expedit educere: Cæterum in affectibus partium omnibus, præsertimque in phlegmonis, partitas euacuationes oportet longiore interuallo seiungi, atque repetitam, vel in diem posterum, vel in perẽdinum differri, vt hoc temporis spatio corrupti humores ex affecta sede remigrent in venas exhaustas, quos exinde altera sectio promptius eripiet, pars enim laborans sensim vno alterone die humores suos eò deposuit, qui corrupti cum sint illic relinqui non debent, etiamsi dolores conquieuerint; at vero venenatam malignamque inflammationem, vt pestilentem bubonem, vel carbunculum, necesse est eo ipso die festinanter iterata vacuatione demoliri, ne pestilens contagio diutius hæreat in venis. Neque tamen confidentius atque audacius crebrior venæ sectio adeunda, non parum enim spiritus caloriſque demit, ac in senectutem immaturam, & hanc morbis grauioribus obnoxiam præcipitat, cuiusmodi sunt cachexia, hydrops, arthritis, apoplexia. impensius enim refrigerato natiuo calore, humidoque primigenio imminuto, viscera langueſcunt, cruditas dominatur, quæ tot malorum causa fit atque origo.

Ἐπαφᾶσθαι τῷ δακτύλῳ. contigeris digito. ἀπὸ τῆς ἰφάλης. apud Hippocr. dicitur autem παρὰ τὸ ἐπαφᾶσθαι, vt annotat Erotianus.

Ἔπαφρα. τὰ διάλευκα καὶ οἷον ἀφρώδη, apud Hippocratem.

„ Id est alba atque velut spumosa: Gal. initio
„ comment. 3. prorrhet. 1. tradit quosdam Hippo-
„ cratis enarratores apud Hippocr. ἔπαφρα inter-
„ pretari τὰ τὸν ἀφρὸν ἀνωθεν ἐπηχούμενον ἔχοντα, seu ἐφ'
„ ὧν ὁ ἀφρὸς φαίνεται, id est quæ spumam sursum ve-
„ ctam habent, seu in quibus spuma apparet, nimi-
„ rum cum prorrhet. l. 1. dicit κοιλίην ἔπαφρα χολώ-
„ δεα πρὸς διέρχεται, aluus spumosa bilioſa effundit:
„ in solis autem febribus ad instar ignis vrentibus
„ spumosum deijci inquit ibidem Galenus.

Ἐπιλυμαίζονται τὰ ἐπιμήνια. hoc est, impediuntur menstrua. αὐτὴ γὰρ ἐμποδίζουσα) apud Hippoc. λύμη enim apud Atticos idem quod ἡ σκιά, vt annotat Erotianus.

„ Ἔπαλξις Hesychio teste ἰφιάλτης.

Ἐπίκολα. teste Cæl. Aureliano dicitur affectus qui
„ alio nomine ἰφιάλτης de quo suo loco; Sed & τὰ
„ ἐπίκολα apud Galen. vbi dicit τὸ χρονίζον ὀστοῦ λε-
„ πτοτέρους ἔχον ἐπίκολα os temporis squammosas
„ habens commissuras, ait Budæus exponi posse
„ coagmenta vel commissuras: idem Budæus rur-
„ sum ἐπίκολα in dicto Galeni loco appellat appli-
„ camenta squammatim incumbentia, seu in mo-
„ dum squammarum insidentia, nam quod Celsus
„ dixit inferiora ossa superioribus leniter insident,
„ id Græcis esse ἐπικάλλεσθαι.

Ἐπίκολις scribit Pollux hoc vocari nomine τὸ τῆς
„ ἕλικος πλοκὸς τὸ ἐπὶ ἔξω, hoc est extremum & per-
„ breuem finem partis eius auriculæ quæ ἕλιξ dici-
„ tur. vide ἕλιξ.

Ἐπιγάστριον. abdomen. Est pars humani corporis, inquit Celsus, quæ à coxis & pube sursum versus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte, euidenti cute: ab interiori, leui membrana inclusa quæ omento iungitur, ὑποχόνδριοι autem à Græcis nominatur. Sic quidem ille libro 4. cap. 1. quid abdomen sit, diffiniuit. Alij vero multo aliter ἐπιγάστριον interpretantur, sic appellantes eam tantum partem quæ supra vmbilicum est, quæque iecinori & lieni incumbit, decepti vel nominis etymologia (γαστὴρ namque ventriculum significat) quasi sic dicatur id quod ventriculo insidet, vel male intellecto Galeno comment. in aphor. 35. libr. 2. Nam cum Galenus initio eius commentarij statuisset τὸ ἐπιγάστριον commune nomen omnium partium quæ in imo ventre cõtinentur, concluſit circa finem εἰς τέλος ταῦτα διαιρεῖσθαι τὸ σύμπαν, ὑποχόνδριον, τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ τὸ ἧττον. hoc est, in treis partes omnem eam regionem (epigastrium intelligens) diuidi, in hypochondrium, in partes vmbilico circumpositas, & in ventrem infimum. Est enim hypochondrium pars superior epigastrij. Itaque relicta ea interpretatione nostram sequamur, qua dicitur τὸ ἐπιγάστριον tota ea caro quæ ab imis costis ad pubem vsque protenditur, quasi ἐπὶ τῇ γαστρὶ κειμένη, propterea quod ventri incumbat. Constat ea octo musculis, quorum quatuor obliqui sunt, duo recti & duo transuersim siti. Sunt autem obliqui omnium primi discissa cute statim obuij, quorum duo priores è costis profecti in pubis ossa oblique inseruntur, reliqui vero contrario fibrarum situ ab ilium osse exorti in extremas nothas costas feruntur. Hi autem quatuor musculi tum qui ab ilibus ad costas, tum à costis ad ilia ducuntur, Græcorum literam χ referunt, eodem modo sese intersecantes. Secundum eos recti apparent, toti carnosi, à pectore vsque ad pubis ossa per medium ventrem extensi, atque ab his transuersi, qui à notharum costarum finibus exorti illos medios angulis rectis diuidunt. Ac cum recti quidem prorsus carnosi sint à prima origine ad finem vsque, reliqui qua rectos non contingunt, sunt quidem pariter carnei: qua vero eos attingunt, in membranosas ἀπονευρώσεις mutantur. Valent autem hæ musculorum differentiæ non modo ad attractionem, retentionem expulsionemque excrementorum, verum etiam ad efflationes conducunt, vocemque acutam & magnam, præterea ad vomendum meiendumque inferiore præsertim sui parte, qua vesicæ incumbunt. Cæterum nemo Galenum reprehendat, si horum octo musculorum ordinem aliquot in locis ratione optima mutauerit. Siquidem lib. 6. meth. med. & lib. 5. adminiſt. anatom. eo ordine describit quo nos supra explicauimus, naturę videlicet ordinem sequutus. Idem vero lib. 5. cap. 6. de loc. affect. primos recenset rectos, quanquam primos non appellet, vt clarius explicaret reliquos treis ordine legitimo descriptos qua rectos attingunt, in aponeuroses commutari: similiter lib. 5. de vsu partium rectos primos describit, quorum comparatione transuersi primum, deinde obliqui, ex angulorum cum rectis musculis varietate appellantur, vt lib. 2. sanitatis tuendæ de frictionũ differentiis agens Gal. explicauit. Rectum namque & natura & dignitate prius est transuerso, & transuersum obliquo: neque transuersum aut obliquum nisi per rectum definiri possunt. Quare eo ordine modoque musculos epigastrij describens Gal. ordinem doctrinæ secutus videtur.

Ἐπιγίγνεται. idem quod σύμπτωμα. quanquam aliqui ita distinxerint, vt symptoma esset quicquid præter naturam animali accidit: ἐπιγίγνεται vero non omne, sed quod solos morbos necessario sequitur.

Hoc vocabulum parum est in vsu apud Græ- «
cos ait Gal. lib. de different. symptom. Ab illo «
factum ἐπιγίνεσθαι, quod apud medicos de sym- «
ptomatis dicitur, quæ ipsius morbi augescen- «
tis ratione accidere solent ait Galen. aphoris. «
35. lib. 6. Μεταπίπτειν vero cum soluto priore af- «
fectu alter nouus incidit vt notat Gal. in aphor. «
11. l. 7. «

Ἐπίλεπτος. femoris & natis pars exterior apud Aristot. histor. animal. lib. 1. c. 14. ὑπόλεπτος autem caro sub natibus ad femur depressa.

Ἐπιλωσις ἡ

Ἐπίλωτις. ligula. Est membrana cartilaginosa, rotunditatis oblongę, laryngis meatui superposita. Eius substantia cartilago est, eaque prætenuis, quod eam & attolli & collabi crebro oporteat. Quo enim tempore animal respirat, attollitur, vt viam aeri faciat: cum autem quiduis transglutit, laryngi accumbit, ne id in pulmones decidat. Quod enim transglutitur, ceu primum ipsius radici incidens, post autem dorso inuectum, inclinare ipsam cogit & collabi. Rotunda autem est & magnitudine paulo maior laryngis orificio, vt velut operculum quoddam totam laryngem exacte claudat. Vergit autem ad stomachum, positionemque habet tertiæ car-

tilagini aritæ noidi contrariam, vt quæ ex aduerſo etiam loco exoriatur.

» Plin.l.21.c.37. Græcam hanc vocem minorem linguam interpretatur; κλειδιον etiam ab » Hippocrate eam appellari notat Camerarius, & » à Cicerone operculum aſperæ arteriæ; Macrob. » Saturnal. l.7.c.15. Hippocratem imitatus ſcribit » impoſitam eſſe arte quadam & ope naturæ quaſi » clauſtrum mutuum vtriuſque fiſtulæ.

Ἐπιγονατὶς ἡ

Ἐπιγονὶς. mola, patella. Eſt os cartilaginoſum, latum, rotundum, intus læue & cauum, toti genu ſuprapoſitum. Duabus conſtat ſubſtantijs, vna oſſea, interiore, altera cartilaginea, quæ exterior ſuperficiariaque eſt, ſic vt cartilagine quodammodo incruſtatum videatur interna præſertim parte qua articulum reſpicit. Verum à lateribus aſperum eſt, quo commodius ei tendines tibiam extendentes ipſumque femori atque tibiæ alligantes aptarentur: propter quos etiam ijs locis cartilaginoſum videri cum Galeno poſſit, maxime in iuuenum corporibus: at grādioribus, abraſis cultello aut coctura abſcedentibus tendinibus, manifeſto oſſeum apparet. Contegit femoris tibiæque articulum, alioqui nimis patentem, prohibetq; ne antrorſum luxetur. formam prope orbicularem habet, faſtigio ad tibiam acuto. Vmbonem imitatur, medio corpore craſſiore, oriſque tenuibus.

» Cæterum etiam ἐπιγονίδια dicunt nonnulli » vt docet Gal. εἰς τὸ περὶ ἰητρείων l. 14. eſtque ἐπίσηλις » idem quod ἐπιγονατὶς vt tradit Pollux, quæ & » apud eundem κόγχη dicitur & κόγχος, μύλη & ἐπι- » μυλὶς ſecundum Hippocratem, & ſecundum » Hipponactem μυλακρὶς vt ait idem Pollux: ἐπιγο- » νὶς autem etiam pro genu exponitur à Cicerone, » & ἐπιγονίδες appellantur à Ruffo muſculi genu- » bus inhærentes, & apud Pollucem ἐπισυὶς dicitur » muſculus circa genu.

Ἐπιδερμὶς. eſt cuticula ſenſu deſtituta & toti veræ cuti ſupertenſa. Senſu differt à vera cute: hęc enim à neruorum extremitatibus dilatatis fit, ἐπιδερμὶς vero à cutis excremento prouenit. Itaquel vel ſenſu caret, vel exigui admodum ſenſus eſt, proindeque citra dolorem facile à ſubiecta cute ſeparatur. Sic dicitur quod ſupra cutem naſcitur, quodque eius veluti quædam efflorescentia ſit, ſicut τὸ ἐπίθυμον τοῦ θύμου, καὶ τὸ ἐπίθυμβεσον ἡ θύμβεσις.

» Non autem ἐπιδερμὶς cuticulam tantum, » quanquam id proprie ſignificat, ſed etiam ſub » ea cutem veram comprehendit, in qua potius » quam in Epidermide pilorum radices ſitæ ſunt, » authore Hippocrate in lib. περὶ φυσ. παιδίου.

Ἐπίδεσις authore Polluce l.2. dicitur τὸ ἐν μέσῳ μέσο- » μαπι σκαίεσιν σαρκίον, Caruncula illa quæ in media » muliebris pudendis fiſſura ſubſultat: quæ eodem » teſte & νύμφη dicitur & μύρτον & κλειτορὶς atque » illa vbi multo magis increuit κέγχος & κίρκωσις, id » eſt cauda. vide νύμφη.

Ἔπιδεσις. apud Gal.lib.5.meth. eſt deligationis ge- » nus quæ vas aliquod non circumplectitur vt » vinculum, ſed ex parte ſuo complexu commit- tit quodammodo vulneratæ partis labra diſſi- « dentia. Vide Galen.comment. εἰς τὸ περὶ ἰητρείων t.1. « & 2. vbi illius quædam differentiæ habentur. «

Ἐπίδεσμος. dicitur ab Hippocrate faſcia ſumma, quæ primæ ſuperiniicitur: quæ enim proxime partem affectam contingit, ὑποδεσμὶς ab eo vocatur.

Ἐπίδηλος ἡμέρα. index dies. Eſt quartus dies cuiuſq; ſeptimanæ, indicans qualis futurus ſit ſeptimus. Nam cum iudicia ſoleāt à natura fieri dierū hebdomadibus, ſicut à Galeno demonſtratum eſt in libris de diebus criticis, eaque niſi concocto humore fieri non poſſint (nulla enim crudi humoris excretio critica eſt) vt criſim concoctio præcedat omnino neceſſe eſt, quoque perfectior cōcoctio fuerit, eo criſim meliorem fore. Itaque vbi concoctionis ſigna videri incipiunt, ſpes eſt propediem futuram criſim: vt ſi quarto appareant futuram ſeptimo: ſi vndecimo, futuram decimoquarto: ſi decimo & ſeptimo, futuram vigeſimo, atque ita deinceps alijs ſeptimanis, quemadmodum prodidit Hippocr. aph.24.lib.2.vbi quod de duabus ſeptimanis dictum eſt quaſi ſub exemplo de alijs intelligendum nobis reliquit. Itaque in præſagienda criſi, qualis ſit cuiuſque ſeptimanæ dies quartus, diligenter conſiderandum eſt, quem ea de cauſa διωρητὸν Hippocr. appellauit: deſignat enim qualis futuris ſit proximus ab eo ſeptimus. Si namque quarto die cuiuſque ſeptimanæ ſigna mortifera appareant, certa pernicies ſeptimo expectanda: contra ſi illo die ſalutifera ſigna ſe prodant, ſalus die ſeptimo promittitur. Quod cum in omnibus morbis verum ſit, in acutis tamen omnium manifeſtiſſime deprehenditur, in quibus mutationes maiores magiſque ſubitæ contingunt. Adeo verum eſt quod ſcripſit Hippocrates, ſeptenorum ſemper quartum diem eſſe indicem. Quod ſi fuerit aliter aliquando obſeruatum, ſciendum id non ex ipſius diei natura, ſed alia de cauſa contigiſſe. Ex ſua namque natura, hoc eſt, ſi nihil rarum magnumque vel extrinſecus, vel ex ipſa morbi ſpecie moreque, vel etiam ægrotantis habitu acciderit, quartus omnino ſeptimum qualis futurus ſit, declarat, ſicut Galen. de diebus criticis lib. 1. cap. 11. apertiſſime demonſtrauit.

Ἐπιδημικὴ ἡ

Ἐπιδήμιος, ἢ ἐπίδημος νόσος. eſt morbus communis & à communi cauſa natus, non tamen patrius & familiaris, ſed potius externus & aduentitius. in hoc enim differt ἀπὸ τοῦ ἐνδημίου. Nam vterq; cum παίδημος, hoc eſt, communis ſit, hic tamen familiaris eſt alicui regioni & quodammodo vernaculus: ille vero non aſſuetus, ſed à communi cauſa & inſolita natus. habet autem duas differentias: quod alius λοιμώδης eſt ſiue peſtilens, alius vero mitior, quem generis videlicet nomine ἐπίδημον ἢ ἐπιδήμιον vocari ſcribit Gal. comment. 1. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, aphor. 9. Sed ſatius fuerit omnes eas morborum differentias in tabula ſub oculos ponere, quemadmodum Galenus diſtinxit.

Morborum alij.

Σποράδες. hoc est, dispersi, qui singulos separatim corripiunt. Sunt plures simul morbi vagantes & genere diuersi, quorum alius alium inuadit. Non ab aere, sed à ratione victus nascuntur, quam singuli habent propriam & peculiarem.

Κοινοὶ ἢ παίκοινοι. hoc est, communes. Sunt certi morbi & singulares qui alicubi vagantur, & multos æque simul corripiunt. Vt autem omnibus sunt communes, sic & causam habent communem, vt aerem quem omnes pariter inspiramus, vel aquæ malæ potum, vel cibum etiam aliquando à cœli intemperie aut alia de causa vitiatum, aut grauem tetramque exhalationem, vel simile quid quod vitari nullo modo potest.

Ἐνδήμοι ἢ ἐνδήμιοι. hoc est, patrij, vernaculi & alicui regioni familiares. Hi in aliqua regione frequentes sunt & perpetui, & omnes ex æquo corripiunt, ob causam quæ omnium communis est. De his agitur ab Hippocrate lib. de aere, locis & aquis.

Ἐπίδημοι ἢ ἐπιδήμιοι. communes quidem morbi, & à communi causa nati, non tamen patrij & familiares, sed potius externi & aduentitij.

Λοιμώδεις. pestilentes. Hi sunt contagiosi & omnium pernicioſissimi.

Μὴ λοιμώδεις. non pestilentes, sed pestilentibus mitiores. Carent proprio nomine, quanquam Galenus quasi oblitus eorum quæ in proemio l. 1. Epid. scripserat, asserit alibi eos qui pestiferi non sunt vocari ἐπιδήμιοι, mutuato scilicet generis nomine, vt plerisque alijs accidit rerum differentijs.

Ἐπιδερμὶς. est propria & intima testium tunica & illis omni ex parte contigua, dura, crassa & admodum valida. Eius supernæ parti vena atque arteria, sanguinem spiritumque testi deferentia, inseruntur, & multi ab ijs ramuli intra testis corpus peruadunt. Huic alia tunica superposita est, ὑπερσαρκὶς dicta, non eam modo, verum totum etiam testem comprehendens. Dicitur ἐπιδερμὶς, quod testiculis quos διδύμους vocant, superinducta sit. Male quidã eo nomine testiculi quoddam caput & veluti efflorescentiam significari putant, nominibus manifesto abutentes (id enim πυρωτὶς vocatur) & ob id in errorem lapsi, quod existiment τὴν ἐπιδερμίδα eadem ratione dici, qua τὸ ἐπίδυμον καὶ τὸ ἐπίδυμις ἔγγ.

» Verumtamen etiam Galen. libr. 1. de semine » ἐπιδερμίδα. esse ait μόριον ὑπεκείμενον τῇ κεφαλῇ ὄρ- » χεως particulam testiculorum capiti adiacentem. » Necnon in lex. Hipp. annotat idẽ μύτην esse κάλυμμα ἢ οἷον ἔλυτρόν τι quæ ἐπιδερμὰς vocetur, esse » autẽ κεφαλὴν τινὰ ὄρχεως τὴν κορυφὴν ὑπερκύπτουσαν τῷ δι- » δύμῳ. vuluã esse operculum & velut inuolucrum » quod ἐπιδερμὶς vocetur, esse vero varicosum tu- » morem adiacentem testiculorum velut apici.

Ἐπίδοσις. incrementum. vide αὔξησις.

Εἰκὸς. apud Hippocratem significat verisimile & probabile, vt annotat Gal. comment. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν.

Ἐικότως. significat apud Hippocrat. modice, hoc est, neque perfecte siue omnino vehementer, neque ex toto, sed mediocriter, vt annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Idem præterea author est ἐικότως in symptomatis vsurpari quæ nec multum spei, nec multum etiam timoris habent.

» Sed quodammodo in medio sunt, comment. 3. in prorrhet. part. 67. hoc & sensu ho- » minem ἐικότα appellamus qui neque summo iu- » re, neque summa licentia vtitur; ita in luxatis ar- « ticulis quod neque indulgentius neque maiore « vi repositum est, sed moderata contentione, ἐικότως « reponi dixit Hippocrat. & 3. prorrhet. 64. « surdis ἐικότως parotides fiunt, id est Galeno in- « terprete, Si surditas accidat parotidas fore me- « diocriter spera, id est moderatas, quæ nec maio- « res sint quam sustineri queãt, nec minores quam « morbo conueniant: Sic & morbus ἐικότως voca- « tur qui neq; omnino leuis est neque violentus; « Vno verbo τὸ ἐικότως est inter τὸ σφοδρῶς, ἰσχυρῶς, « νεανικῶς, & τὸ ἐπιπολαίως. «

Ἔπαθμα. nihil aliud est quam compositio quædam « ex aquis stillatitijs, alijsue liquoribus & speciebus, « in quibus pannus mundus vel spongia imbuta, expressáque parti inducitur; nonnunquam « etiam pulueres, aliaque simplicia sacculo includuntur qui tepentibus aquis insperſi imponuntur; veteres hæc vocabant μαλάγματα, Recentioribus irrigationes seu irrorationes dicũtur; ἐπιθέματα autem καθαρτικὰ pleraque describuntur ab « Aetio lib. 3. cap. 135. & epithemata dysenterica « quædam tetrabl. 3. serm. 1. cap. 50. vide μαλάγματα. «

Ἔπυμις. à quibusdam dicitur ὁ θύμος, vt habetur apud Dioscoridem.

Ἐπιθυμητικὴ δύναμις. concupiscibilis, appetitrix facultas, quæ & φυσικὴ & θρεπτικὴ appellatur. Est pars animæ irrationalis, cibũ, potionem, & omnis generis voluptates appetens. Eius principium, iecur est secundum Hippocratem & Platonem, non cor vt Aristoteles existimauit, in quo irascibilis potentiæ sedes est, à concupiscibili tam diuersa, vt eam nunquam adiuuet, sed vna cum ratione repugnantem sæpe habeat. Vbi namque pars ea animæ concupiuit, ratio primũ de concupiscentia iudicat. quæ si appetitũ sequatur, sponte vna cum ratione accedit etiam irascibilis; sin autem concupiscentiæ aduersetur, continuo etiã insurgit in eã irascibilis, socia rationis & adiutrix.

Ἐπίθυμον. flos est è thymo duriore satureiæ simili. Capitula habet tenuia, & leuia, & in eis caudiculas quasi capillamenta. Ea vero capillamenta non in thymo solo, sed & in Thymbra, stœbe, lino, hyssopo, vrtica, polio, genista, Chamedry, & complurib⁹ alijs plantis reperiri certum est; verum quod thymo innascitur peculiariter ἐπίθυμον dicitur, vti quod Thymbræ ἐπιθυμβρον; quod stœbe ἐπιστοιβη: ista vero capillamenta sine radice nasci idcirco scribit Plin. quod nullam euidentem radicem habeat, vti neque viscum quod arboribus innascitur; habet autem Epithymum Thymi facultatem, ad omnia tamen est efficacius, exsiccat, & calefacit ordine tertio, humorem expurgat melancholicum, qua vero dosi varij varie sentiunt: Dioscor. cum Galen. lib. 14. meth. illius dragmas quatuor ex aqua mulsa vel sero propinat; Aetius quoque lib. 3. cap. 29. adultis epithymi contusi & cribrati scrupulos 12. cũ passo & aceto mulso ac modico sale exhibet; Auicenna ad 4. aureos progreditur. Cæteri vel ampliore vel parciore dosi ipsum exhibent, & Paul. quidem lib. 4. cap. 26. ad cancrum Epithymum quatuor dragmarum & dimidiæ pondere ex sero vel mulsa porrigit; Libro vero 7. eiusdem dragmas quinque tritas dari scribit ex seri lactis hemina; Oribas. Collectan. lib. 7. c. 27. senas dragmas dare non veretur; Ruffus item in libro de medicamentis dragmas sex & amplius ex vino dulci, Plin. quoque lib. 26. cap. 28. Epithymum aluum soluere testatur à quatuor dragmis ad sex, Mesueus dragmas 7. exhiberi posse tradit: At Actuar. method. lib. 5. idem quod Aetius refert, sed tantum quinque mentionem facit, & ipse Oribas. lib. 1. περὶ εὐπορ. de euacuationibus agens quæ sanis conueniunt binas tantum dragmas in oxymelite propinari voluit, similiterque synops. lib. 1. cap. 17. eiusdem triti & cribrati binas vult exhiberi dragmas ex vino dulci, aut plus eo, cum melle sale admisto.

Ἐπικανθίδες. oculorum ambo anguli, qui & ἴσχανθίδες & κανθοὶ vocantur. vide ἴσχανθις.

Ἐπίκαυσις. maior & grandior apud Hippocratem, & qui vim in re quacũque magnam habet: quemadmodum nerui qui non longe distant à spinæ medulla & maxime pleni sunt, dicuntur ab eo ἐπικαυσόπαπτοι, sicut annotat Galen. comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἀέρων, & comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἁλμῶν.

Sic lib. 2. de Diæta in acut. t. 51. Ἕλκος ἐπίκαυσον vlcus appellat magnum & insigne, quod propter loci naturam tale est: vt exponit Galenus.

Ἐπικαταίονησις, vel καταίονημα. irrigatio dicitur, illa quas ob causas vtamur docet Aet. tetrab. 1. serm. 3. c. 172. vide infra καταίονησις.

Ἐπικατερᾶσαι. ex vno vase in aliud transferre. dicitur & καπερᾶσαι. Nam τὸ ἐρᾶσαι significat euacuare.

Ἐπίκαυμα. dicitur à Galen. ἐν τῇ εἰσαγωγῇ, exulceratio tunicularum superficie inustæ, vel etiam profundius: quod vlceris genus Scribonius Largus vstionem appellat, alij etiam inustionem. Sed aduertendum est duo vlcerum genera hoc vno nomine apud Paulum & Aetium designari. Scribit enim Paulus ἐπίκαυμα vlcus esse oculi sordidum, impurum, crustosum, quod dum repurgatur, sæpe humores oculi effluunt. Id vero ab Aetio non ἐπίκαυμα, sed ἴσκαυμα appellatur. Vocat enim ἐπίκαυμα vlcus superficiarium, cũ videlicet nigrum oculi in superficie exasperatum inustum fuerit, & coloris cinerei euaserit, cuius vlceris non meminit Paulus.

Ἐπίκεγες. fœnum græcum apud Hippocr. Dicitur & ἀιγόκεγες siue αἰγόκερως.

Alijs nominibus dicitur τῆλις, καλλίκερας, βύκερας.

Ἐπικερασικὸν. vocari potest, quicquid paulatim bonum succum sufficit in locum mali vitiosique succi paulatim vacuati. In hac enim significatione Galen. ἐπίκρασιν vsurpauit. Proprie vero dicitur medicamentum temperãs & obtundens malignitatem vel morsum humorum in aliqua parte contentorum, veluti vua passa mordentes mediocriter stomachum humores obtundit apud Galen. lib. 2. de alimentis. Idem medicamentorum genus etiam κατακερασικὸν appellatur. Vide ἐπίκρασις.

Ἐπίκαυσις. dicitur scarificatio, scalptura siue incisio quæ per summas partes fit.

Ἐπικοιλὶς. cilium vt interpretatur Gaza, quo nomine veteres extremum ambitum genæ superioris designarunt.

Ἐπικοίμασις. in partem decubitus aut dormitio dicitur.

Ἐπίκρασις. est ratio curandæ cacochymiæ, seu potius, vt ait Galen. cacochymiæ curatio, per quam vt scribit lib. 9. meth. paulatim vacuatur quod vitiosum est, inque locum eius paulatim quod bonum est reponitur. Est enim in vniuersum duplex omnis curationis ratio. Aut enim in totum summouetur vitium, si & vires valent & humor concoctus se facile educi patitur: aut si vires imbecillæ sunt, vt confertim factam vacuationem admittere nequeant, vel humor propter cruditatem non sit futurus obediens medicamento, tunc vbi eum attemperaueris, tenuaueris, mitificaueris, paulatim educere oportebit, inque locum eius benigniores sufficere. Quanquam non est necesse ἐπίκρασιν vacuatione perfici. Nam quę etiam in corpore manent, alterari mitigariq; possunt, permissa soli naturæ vacuatione, quæ eorum partem vel conuertat in corporis alimentũ, vel per aluum, vrinas, sudorem aut aliter expurget. Hæc quidem curandi ratio proprie ἐπίκρασις appellatur. Atque in eo sensu accipiendum est quod scribit Galenus de vinis fuluis li. 12. meth. ἐπικερασικοὶ δ' εἰσὶ καὶ θρεπτικοὶ. Id enim postea interpretatur, dicens, τρέφουσι δὲ μᾶλλον, ἢ κακοχυμίαν ἐπανορθοῦνται. hoc est, magis autem nutriunt, & humoris vitium emendant. Quod non videtur Linacer animaduertisse, de mixtione non de hac quam tractamus ἐπικράσει interpretatus.

Ἐπικρατητικὴ δύναμις. facultas coercendæ ac retinendæ alui, vt apud Galen. lib. 11. simpl. medic. vbi de iure gallinarum & gallorum loquitur: ὄρνιθι μὲν τῇ ἀλεκτοριδίῳ ἁπλῆς ζωμὸς ἐπικρατητικῆς δὲ δυνάμεως, ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων ἰσχναντικός. hoc est, gallinarum autem simplex ius facultatem habet retinendæ alui, sicut veterum gallorum sistendi. Quam sententiam ita Paulus refert. lib. 7. Vt manifeste appareat, legendum esse apud Galen. ἐπικρατητικῆς, non autem ἐπικερασικῆς.

Ἐπικρατεῖν. Galeno idem aliquando significat quod ἀποκρατεῖν, id est, coercere & retinere vide ἀποκρατεῖν.

Ἐπικτένιον. ἐπίσιον. pars muliebris quæ pubes dicitur, apud Hippocratem.

Dicitur quoque locus supra pubem, sed & supra κτένα, id est, pubem lanugo quædam solet subnasci quæ hæc ratione ἐπικτένιον primaria si-

„ gnificatione iure nuncupatur ; ita idem ipsum
„ nomen villi sortiuntur, qui dū apparatur crudum
„ linum pectine, pectini adhærescentes, remanent
„ molliusculi apud Hippoc. 1. γυναικ. & Galen. ἐν
„ γλώσσαις.

Ἔμπυημα. est fœtus alter grauida iam muliere conceptus. Id quod fit, vt scripsit Hippocrates, cum fœtu iam concepto non clauditur exacte vterus, sed semen aliud etiam postea intro admittit.

„ Superfœtatum dicitur à Plin. quasi quod super
„ vterum concipitur à voce ἐπικυΐσκω.

Ἔπιδόσις. habetur hoc nomen apud Hippocratem lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. Id nonnulli interpretantur mutationem temperamenti ad calidius & siccius: hoc enim ætatis progressu velut flamma effulget. Alij vero interpretantur corporum perfectionem, quod iuuenes per ætatem euadant carnosiores, magis adulti, colore formaque gratiores, & viribus ingenioque præstantiores, vt quodammodo fulgere videantur. Verum eo loco alij non ἐπιδόσις, sed ἐπιλήψις scribunt, aut ἐπιλήψιας αὐτῶν ἐπιλήψιων interpretantur, vt annotat Gal. comment. 1. in eum librum.

Ἐπιληψία. comitialis morbus. Est conuulsio totius corporis non perpetua, cum mentis & sensuum oblæsione. Eam molestæ rei sensus inuehit, & cerebro noxiæ tum quantitate tum qualitate. Quantitas quidem cerebro grauis est, eiusque vim expultricem excitat, consistitque in humore vel pituitoso vel melancholico, sed fere semper frigido, crasso & viscoso. Quem tamen non adeo multum esse oportet vt penitus obstruat, vimque ipsius cerebri exuperet, alioqui non epilepsiam sed apoplexiam potius pareret, sed quantitate mediocrem, vt ad eius depulsionem, quam natura totius corporis cōcussu molitur, cerebro vires adhuc suppetant. Qualitas vero maligna & venenata, & virtuti animali infesta est, siue à veneno sumpto, siue ab vlcere cacoethe cerebri vel subiectarum partium, siue ab alia affectione, vt ventriculi cruditate & largo meri potu proficiscatur. Itaque vbi eorum aliquid in cerebro præter naturam fuerit, ipsum mouendi sentiendique principium in sese recurrit & contrahitur, atque ita totius corporis conuulsionem inducit. quinetiam eam à se amoliri contendit, crebra & inæquali cerebri totiusque corporis concussione. Apparent enim manifesto in eo morbo hæc duo symptomata, conuulsio concussioque tanta, vt spumam etiam eliciat. Valido in motu humor qui in cerebro continetur exagitatus, non aliter quam oui candidum, spumam creat. Sunt autem (quanquam loci affecti nullum signum apparet) cerebri ventriculi, anterior maxime & posterior, huius mali sedes, in quibus spiritus gignitur atque continetur, primum animæ instrumentum, tum in sensilibus actionibus omnibus, tum in ijs quæ à consilio & voluntate prodeunt. Spiritus igitur cum laboret & veluti attonitus in depellenda morbi causa versetur, alias interim functiones deserat necesse est. Quare non imaginari, non ratiocinari, non meminisse potest. Et quia se fere totum in suos ventriculos tanquam in arcem recipit (quod & spiritui vitali calorique accidit, si quid cordi molestum est. tunc enim in cordis ventres spiritus calorque vitalis se recipiunt, reliquis partibus calore destitutis & frigentibus) idcirco ægri neque vident neque audiunt, neque aliter omnino sentire possunt, sed facultate pristina destituti musculi vrinam, stercus, & semen quasi resoluti profundūt. Horū enim symptomatum ego potius eam causam esse existimo, quam cerebri ventriculorum obstructionem. Nam præterquam quod non est, tanta ventriculorum obstructio (qualis in apoplexia esse perhibetur) vt cursum prorsus intercipiat spiritus animalis, certum etiam est eam nō esse communem omnis epilepsiæ. Tres enim cum sint, authore Galeno, comitialis morbi differentiæ, vna omnium frequentissima cerebri propria est, hoc est, ab humore in ipso cerebro genito aut cumulato: altera ab ore ventriculi, affectu scilicet ab eo ad cerebrum per consensum ascendente: tertia vero à quauis alia parte, à qua affectus ipse incipiens, sentiente ægro ad cerebrū vsque conscendit. Ac primam quidem Galenus docuit à crasso viscosoque humore fieri ventriculos obstruente atque impediente ne spiritus animalis, qui in ijs continetur, inde exire possit. Quod quidem vt in ea specie verum sit, in reliquis tamen duabus verum esse nequit. Quandoquidem neque ab ore ventriculi, neque ab alijs partibus, vt vtero, & (quod se in duobus vidisse Galenus scripsit) crure, talis humor sursum ferri potest (hic enim præter naturam motus esset) sed vel vapor, vel tenuis & spiritalis quædam substantia, vaporis in modum sursum ascendens, vel nuda quædam qualitas, alteratis per continuationem partibus cerebrum petens, quemadmodum Pelopem præceptorem suum differentem Galenus se audiuisse prodidit, epilepticæ conuulsionis, reliquorumque symptomatum causa est. Ea igitur cum obstruere ventriculos non possit, conuulsionem tamen & concussionē vehementem totius corporis nihilominus inducat, patet ea symptomata ab obstructione non fieri, sed à rei tristis & infestæ sensu, facultate animali in suum principium se recipiente, quodque nocet à se depellere tentāte. Eorum autem quæ nocent, sicut initio proposuimus, duplex est differentia. Aliud enim copia, aliud qualitate nocuum est. Sed copiam quidem in epilepsia non oportet esse tantam, vt prorsus obstruat, & vim cerebri expultricem exuperet, sed mediocrem, vt in eam natura valeat insurgere. Virtus enim propter copiam nimium oppressa, & veluti coarctata, non habet spatium quo se moueat, insurgatque ad excutiendum humorem totius cerebri ventriculis infarctum. Ob id namque in apoplexia concussio illa corporis exagitatioque fieri nequit, futura alioqui, si minus esset humoris. Est enim hoc præcipuum inter apoplexiam epilepsiamque discrimen, quod & inter paralysim tremoremque esse animaduertitur. In hoc enim tremor epilepsiæ quodammodo similis est, sicut paralysis apoplexiæ. Ergo vt tremoris causa non est obstructio, sed superfluus tantum humor naturæ grauis, & grauitate duntaxat non etiam obstructione, sicut in paralysi, motū conatusq; naturæ impediens, ita in epilepsia iudicare licet, humorem qui copia sua cerebro nocet, non ea ratione epilepsiam aliaque eius symptomata excitare, quod obstruat, sed tantum quod grauis & molestus cerebro existat. eoque fieri vt inde concitata facultas animalis in suum principium se recipiat, quo tota in eius depulsionem postea incumbat. Non est igitur omnis epilepsiæ causa obstructio, sed quemadmodum singultum, inquit Ga-

lenus, generari aliquando cernimus, sic etiam epilepsiam quandoque fieri putādum est. Si Galenus piper plus æquo edisset, ilico singultu se correptum fuisse memoriæ prodidit. Proinde existimauit similem quemdam in cerebro motum fieri posse, qualis aliquando stomacho singultiente accidit, atque acrem quoque humorem non modo singultum, verum etiam conuulsionem per vniuersum corpus excitare, ipsumque neruorū principium, quo à se expellat quicquid molestiam exhibet, isto motu concuti. Motus hic vniuersalis quidem diuturnus est, vt qui à pueritia maxime incipiens (qua de causa, opinor, Hippocrates lib. de aere, loc. & aquis, παῖδος παιδίων, hoc est, puerilem morbum appellauit) fere semper consenescat: particularibus vero accessionibus, inter acutos, qui sine febre sunt, à Gal. numeratur. Eundem morbum veteres νόσον μεγάλην & ἱερωτάτην & ἱερὰν, hoc est, morbum magnum, Herculeum & sacrum vocarunt, ijs nominibus eius magnitudinem designantes. Latini comitialem dixerunt, quod in comitijs & hominum frequentia maxime inuadat.

» Plato in Timæo νόσημα ἱερᾶς φύσεως, id est, morbum sacræ naturæ appellauit; & quo sensu Græci μεγάλην νόσον hunc appellarunt, hoc & nostrates morbum altum vocare solent; Cur & ἱερὰ νόσος dicatur, afferuntur aliæ rationes ab Aretæo, vt coniecturæ tamen, Trallianus vero sic nominatum scribit hunc morbum διὰ τὸ ἱερὸν καὶ πρῶτον εἶναι τὸ ἐγκέφαλον, quod sit crebrum sacrum atque honoratum: Idem cur epilepsia dicatur rationem reddens, postquam epilepticos nec audire, nec videre, nec intelligere, sed omnium sensuum facultate destitutos iacere dixit nihil differentes à mortuis, subiungit, διὰ τοῦτο καὶ ἐπιλαμβάνεσθαι τὸ πάθος ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις: hunc idcirco morbum epilepsiam vocarunt quod ab illo sensus corripiantur & vincantur; denique quod ad varias eius appellationes spectat, etiam à Plauto in Captiuis epilepsia dicitur morbus qui insputatur vt censuere nonnulli, fulti authoritate Plinij, qui lib. 10. ca. 23. & lib. 28. cap. 3. id disertissimis verbis monstrare videtur: Cæterum hoc insuper de epilepsia adnotandum Aristotelem 31. parte problem. 27. & 28. minime verum dixisse dum solum hominem epilepsia prehendi inquit, siquidem Hippocrat. lib. de sacro morbo demonstrans eam non immitti à Deo, vt existimabant plerique, id probat quia pecudes & præsertim capræ ea frequentissime corrupiantur, illarum siquidem mortuarum capita si incidantur, humore aquoso male olente plena inueniri: idem quoque in problematis Plutarchus asseruit, referens sacerdotes propter hunc morbum à caprinis carnibus abstinuisse: Immo & Absyrthius etiam equos hoc corripi morbo dixit, quanquam eum σφακελισμὸν vocat: Sunt & qui referant feles & Graculos & accipitres: Plin. vero lib. 10. cap. 13. manifesto errore inquit inter animalia solam coturnicem epilepsia tentari; nisi dicamus; in homine morbum comitialem haud esse eiusdem generis, sed alterius similis: Doctissimus Dalechampius. canes & arietem hoc morbo interemptos se vidisse commemorat.

Ἐπιλογισμὸς. est communis ratio & omnium assensu comprobata, vt definit Galen. vel est ratio apparens nec recedens ab his quæ manifesta sunt, sed illa semper vsurpans, vt idem ait libr. de sectis. Huiusmodi rationes multæ habentur apud Hippocratem in prognost. vt quæ à facie ægri & lignis alijs euidentibus sumuntur.

Ἐπιμήδιον. vindicta Romanis. caulis est non magnus, hederæ folijs denis vel duodenis, neque florem neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. Refrigerat & humectat.

Vide Dioscor. lib. 4. c. 19. Galen. simplic. 6. « Plin. li. 27. c. 9. nam epimenidium perperam pro « epimedium apud eum legi existimatur. «

Ἐπιμηλὶς. est alterum genus mespili, vt ait Dioscorides, in Italia nascens, quod à rusticis, vt scribit Galenus, vnedo vocatur, & plurimum in Calabria nascitur. Est autem arbor mali similitudine, folio tantum minor, ferens pomum rotundum esculentumque, adstringens & tarde matureſcens. Dicitur à quibusdam alio nomine σιπήνιον. Galenus quoque author est eandem etiam ἀμαμηλίδα dici.

Ἐπιμήνια. idem quod χαμαίμηνια de quo suo loco. «

Ἐπιμυλὶς. ἡ ὀπωρατὶς. vide supra ὀπωρατὶς. «

Ἐπινευκὸς σφυγμὸς. annuens siue innuens pulsus dicitur à Latinis interpretibus. Idem vero & ἀφινευκὼς ab Archigene dictus est. Species est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, quoties pulsus magnus circa duos medici digitos medios sentitur, minor autem ab extremis. Sic enim appellauit Archigenes, volens indicare diastoles breuitatem cum vtriusque extremi quadam ὀπτεύσῃ, hoc est, inclinatione. Neque enim vt præcisis affatim, sed veluti inflexis vtrinque partibus in breue contrahitur, fitque μύωψις, hoc est, decurtatus magnitudine, secundum extremam vtramque sui partem. Hic pulsus proprius est marcescētium ex inflammatione quæ discussa non sit, nulli eorum conueniēs qui aliam ob causam in marasmū inciderint, vt scripsit Galen. in Isagoge pulsuum. vide μύωψις.

Ἐπιπέλιον ἔστιν ἡ ἐκκαύσημα. Vide πέλλη.

Ἐπινυκτὶς. pustula est, vt ait Celsus, pessima colore vel subliuida, vel subnigra, vel alba, suo videlicet humori similis, circa quam vehemens inflammatio est: & cum adaperta est, sanies inde defluit & reperitur intus exulceratio mucosa. Dolor in ea supra magnitudinem eius est: neque enim ea faba maior est. Oritur in eminentibus partibus, suaque sponte erumpit, & fere noctu, vnde nomen quoq; ei ἐπινυκτὶς impositum est, sicut etiā placet Galeno. Scribunt autem Paulus & Aetius eam nō magnopere per diem excruciare, sed noctu grauissimum ciere dolorem atque inde nomen habere. Vera autem est vtraque ratio: nam qua hora orta est, eadē exacerbari verisimile est. In reliquis cum Celso consentiunt, scribentes ἐπινυκτίδας vlcuscula esse sponte erumpentia, phlyctænis similia, subrubra, ex quibus ruptis sanies cruenta effluit. Nec obest quod ille pustulas, hi vlcuscula dixerint: sunt enim & ipsæ pustulæ vlcuscula: nec similiter quod Celsus varij coloris, hi subrubra dixerint, quoniam sub istis & subliuida & subnigra comprehēduntur. Omnis enim sanguis etiam biliosus (à quo subrubrū illum colorem fieri verisimile est propter dolorum vehementiam, quod à bile dolor omnium vehementissimus sit) sub cutem effusus, facile in eos colores mutatur. Qui enim ab atra bile talis est, non habet fere magnum dolorē adiunctum,

quantum inuehunt epinyctides. An vero & albæ tantum inferre valeant, dubitari potest, nec de eo tantum, sed an albæ etiam omnino sint, præsertim cum scribat Celsus circa eas vehemētem inflammationem esse. Præterea tum hi, tum Celsus saniem ijs ruptis emanare scribunt, nec illi negant in fundo vlcerum mucosum quid reperiri. Quod vero bilis mista sanguini dolorem non moueat nisi cum mouetur, quodque noctu interdum moueri soleat, declarant & febris tertianæ & hemicraniæ accessiones aliquando per noctem contingentes statis periodis.

„ Plin. ἐπινυκτίδας pustulas liuentes ac noctibus
„ inquietantes appellat.

Ἐπιώπιον. scapula. ἠ ὠμοπλάτη.

Ἔπιπαγες. dicitur Dioscor. lib. 1. cap. 182. succus qui
„ inciso arboris cortice manans concrescit & con-
„ gelat; dicitur & in rebus quæ coquuntur, ipso-
„ que adeo lacte id quod superstat & innatat, ceu
„ & id quod ex casei coagmento resultat, quod λί-
„ πος ἐπιπόωδυον ἐπὶ τῷ πυρῷ τῷ ἐν τοῖς τεμαχίοις συκεε-
„ μένῳ pinguitudinem caseo suprastantem in fictili-
„ bus vasis existenti, dixit Galen. 3. κρ. πόσ. c. 1. dici-
„ tur & ἐπίπαγος apud Paul. lib. 4. cap. 53. crusta, id
„ est, eschara quæ medicamento aut cauterio in-
„ ducta est, id est ἐπιπωνυδών.

Ἔπακτις. frutex est pusillus, exiguis folijs. Valet aduersus venena & iecinoris vitijs vtilissima est. alio nomine ἰλλυσσελινον. dicitur.

Ἐπιπαστὰ φάρμακα. medicamenta quæ inspergunter. dicuntur & καταπασταὶ, de quibus vide suo loco.

Ἔπιπλοον. sic dicitur ἔλκεος authore Plinio. Hanc Hippocrates lib. περὶ ἑλκῶν aduersus tumores & inflammationes commendauit. refrigerat enim & modice adstringit. Sunt tamen qui eo nomine ἀνεζωον intelligāt, quod πεταφυὲς à quibusdam dici Dioscorides scripserit.

Ἐπιπεφυκὼς χιτὼν. adnata tunica. Est tunica oculi extima orta ex pericranio, oculum continens & vicinis partibus alligans. Sic dicta est quod alijs quæ oculum constituunt tunicis forinsecus sit adnata. Ea oculum vniuersum non complectitur, sed à lateribus tantum, adhærescens corneæ tunicæ eamque complectens, ad iridem vsque progreditur. quo cum peruenerit, summa tenuitate euanescit, nec ad pupillam vsque extenditur, ne visioni officiat, vulgus coniunctiuam appellat. Vocatur autem à Græcis & ἀραιόστης & πε-
ριεκφύσεις ὑμὴν. vt scribit Galenus.

Ἔπιπυγον. pars cubiti superior, sicut ἀγκὼν inferior.

Ἔπιπλασμα. idem quod καταπλασμα de quo suo loco.

Ἐπιπλοκόμενοι πυρετοὶ. febres implicitæ: apud Galen.
„ lib. 2. de crisib. & lib. 1. de different. febrium, sic
„ dicitur species compositarum febrium, quando
„ ita simul miscentur, vt tamen vnaquæque seor-
„ sim consistat, & essentiam suam habeat, ita vt di-
„ uersis horis incipiant, & diuersis desinant, licet
„ accessionum singularum partes quædam in idem
„ tempus concurrant; de his & illarum differentijs
„ vide plura in voce σύνθετοι πυρετοὶ, vbi omnes
„ compositarum febrium differentias explicui-
„ mus.

Ἐπιπλοκὴ. dicitur mixtio febrium implicitarum quę
„ supra exposita est.

Ἐπιπλοκήλη. est delapsus omenti in scrotum. Morbi genus est in situ præter naturam. Est autem herniæ species, cuius cum sint plures differentiæ, hæc ab ipsa parte quæ excidit & tumorem facit sortita nomen est. Descendit autem id rupto laxatoue peritonæo, sicut & intestinum, præsertim quibus longius fuerit: multis enim breuius est.

Ἐπιπλόμφαλον. Galeno dicitur in Definit. Medicis « quando omentum in vmbilicum decurrit. «

Ἔπιπλοον ἢ

Ἐπίπλοων. omentum. Est pars membranosa, dupla, pluribus neruis, arterijs venisque intertexta, intestinis incumbens. Id secto peritonæo primum venit in conspectum, ac primo quidem obtutu nuda simplexque membrana apparet: sin totum eius corpus contempleris, multis præterea venis, arterijs, neruis, plurimoq; etiam adipe eam constare deprehendes. Ac venas quidem habet ab ea magna τῇ ἐπὶ τὰς πύλας, quam portam vocant. arterias vero ab illa arteria quæ secundum lumbos descendit: neruos autem à sexta cerebri coniugatione, eiusque ramis qui in iecur, lienem & ventriculum feruntur. Ad quorum vasorum tutelam natura illi glandulosum corpus, καλλικρέας & πάγκρεας dictum, inseruit, inferiori eius membranæ ad fundum ventriculi innatum, vt illorum diuaricatio securior redderetur. Ita instructum omentum reti non est absimile, proindeque & γαστρὸς & σαγήνη à plerisque dictum fuit. Nascitur à peritonæo, duplumque est, tunicis videlicet duabus constans densis, tenuibus, sibique incumbentibus, nec vsquam secum vnitis, ex quo peræ aut marsupio Galenus ipsum comparauit. Dorso ad vndecimam thoracis vertebram, & iecinoris cauo, & ventriculi fundo, & duodeno intestino, & lieni & colo ligamentis adhæret, reliquis autem intestinis prætenditur & quodammodo ἐπιπλέει, hoc est, innatat: vnde & nomen habet. Vsus eius maximus est vt ventriculum, cuius fundo incumbit, foueat, innatumque calorem etiam per inediam tueatur, deinde vero vt venæ portæ ramos quoquo versus protensos, sibique implexos fulciat, & arterias paritet neruosque proximis ipsi partibus inserendos tuto deducat.

Ἐπιπλοκομίσαι. omēti gestores, scilicet quibus omentum in scroti meatum incidit authore Gal. administrat. anatom. lib. 6. c. 5.

Ἐπιπνεῖν. superinspirare seu inspirationem ingemi- « nare. «

Ἐπιπολάζων. significat apud Hippocrat. idem quod πλεονάζων, hoc est, redundans, vel quod syncerum est alijsque imperrnistum, vt annotat Galenus comment. in librum de natura humana.

Sed & ἐπιπολάζων 1. Epidem. eleganter dixit « Hippocr. de humoribus ex magna redundantia « fluitantibus, & per summa apparentibus ac ex- « tantibus quod copiæ plenioris nota est. «

Ἐπιπόλαιον τραῦμα. vulnus dicitur quod in superficie « tantum corporis alicuius extat, non autem in ip- « sius corporis profundum penetrat; Sic ἐπιπόλαιος « ὕπνος apud Dioscor. Cui opponitur βαθὺς; & βα- « θὺ ἐπιπόλαιος, & ἐπιπολαιότερον ὀστοῦ apud Hippocr. « os dicitur quod minus profundum est, sed in su- « perficie extat; & ἐπιπόλαιος ἔμετος apud Dioscor. « lib. 3. cap. 67. id est in superficie, vel ex summo « stomacho exurgēs vomitio, vt exponit Marcell. « vel leuis vomitio vt alij, vel vomitio eorum quæ « in summo ventriculo fluitant vt Sarracenus; vel « vomitio quæ in promptu paratoque est, & fre- « quentia in familiarem quamdam consuetudi- « nem abijt, vt Moibanus ad ἐυπέψια Dioscoridis « notauit. «

» Ἐπίπονον ἄγειν. Vide ἄγειν.

Ἐπιτόνως. significat apud Hippocrat. idem quod ἐκ εὐρόῤῥως. vt annotat Galen. comment. εἰς τὸ ἀφ' ἑπτὰ κριθῶν.

» Id est, de ijs dicitur quæ implacide & intoleranter affligunt, quibus opponit Hippocr. ἡδυπαθῶς νοσεῖν.

Ἐπιῤῥιγέντες. insuper febrientes dicuntur, hanc autem vocem Hippocr. in Coac. lib. 3. aphor. 20. de illis protulit non quibus febris augetur, sed quibus illa quæ desierat redit, τὸ ἐπὶ significante iteratam febris accessionem & recidiuam, vt docuit Gal. 1. prorrhet. 1.

Ἐπιῤῥώματα. sunt tophi aut calli tophacei in artubus enati qui πώρεσι dicuntur, & ἐπιπώρωσις callosa durities apud Aretæum.

Ἐπισαρκίδιος. sic quidam legunt libr. 4. de Diæta in acut. pro hydropis specie quæ ἀνάσαρκα dicitur, alij legunt κατασαρκίδιος.

Ἔπισχιον. pubes. pecten. Idem quod ἧβη καὶ ἰφύαιον. alij aqualiculũ interpretantur. scribitur & ὄπισθιον.

Ἐπισημασία. dicitur ipsum principium siue insultus accessionis febrilis, in quo ægri solent horrere, refrigerari, oscitare, pandiculari, dormitare, aut alia quædam his similia pati. Est autem insultus accessionis, vt explicat Galen. lib. de morb. temporib. tempus indiuisibile, exacte iam primum, quo ista fore quæ retuli, solent oboriri: horum si quod ægri senserint, iam accessionẽ adesse, quasi eo signo præsentiunt, eamque ob causam tempus id ἐπισημασία, hoc est, significatio, nominatur. dicitur autem & εἴσοδος παροξυσμοῦ. Ac eiusmodi quidem accessionis significatio, quæ scilicet cum talibus signis inuadit, simpliciter ἐπισημασία appellatur, estque febrium putridarum propria. Verum habent & suam ἐπισημασίαν hecticæ febres, sed ab illa differentem: ea autem est vna fere hora vel duabus post assumptum cibum, quo tempore qui hectica febre laborantem tetigerint, quandam febris veluti accessionem deprehendent, calorem & pulsuum magnitudinem atque celeritatem intendi sentientes, nec quicquam tamen eorum obseruantes accidisse, quæ solent in putridis febribus euenire, hoc est, non horrorem, non extremitatum refrigerationem, non dormitationem, non aliquam pigritiam aut aliquam omnino inæqualitatem in calore aut pulsu, sed neque paruitatem neque debilitatem, neque aliud quid simile. Ideo hæc quia ἐπισημασία non est, non absolute, sed cum addito, ἐπισημασία ἄδηλος nominatur, quod careat ijs angustijs molestijsque, quibus alij grauiter premuntur per initia accessionum. Est autem hæc febrium hecticarum propria, vt docet Galen. lib. 1. de differentijs febrium c. 9.

Ἐπισκληρῖδες. induratis apud Hippocr.

Ἐπισκύνιον. vocatur extrema frõtis ruga, quam oculis superinducimus, quoties attentius aliquid cogitamus, aut erubescimus, vt scripsit Ruffus. Sunt autem qui partem eam carnosam quæ supercilijs subiecta est, ἐπισκύνιον appellent. Nicandri Græcus scholiastes, in Theriacis ἐπισκύνιον interpretatur τὸ ἐπάνω τῆ ὀφρύος, hoc est superciliorum extremum. Id quod Nicander simplici nomine σκυώνιον dixit. Gaza supercilium interdum apud Aristot. vertit.

» Obiter adnotandum quod apud Xenophontem legimus γεωμετρεῖν ἐπὶ τὸ ἐπισκύνιον Geometriam exercere in supercilijs pro fuco dictum.

Ἐπισπαστικὸν φάρμακον. attrahens medicamentum, quod alijs etiam nominibus ἑλκτικὸν καὶ ἐξισπωτικὸν appellatur. de quo vide in dictione ἑλκτικὰ φάρμακα. Sunt autem multa eius generis medicamenta, quorum nonnulla habentur apud Galen. lib. 6. τῆ κατὰ γένη. & apud Scribonium Largum certũ quoddam emplastri genus ἐπισπαστικὸν ab eo appellatum nomine sui generis, quod aperit & educit pus, aut si quid aliud subest.

Ἐπισπαστικὰ καὶ διαφορητικὰ ἔμπλαστροι. dicuntur emplastra ad extrahendum & discutiendum, quibus scilicet virtutes sunt ea quæ in alto latent attrahendi, & attracta digerendi. Constant autem inquit Galen. 6. τῆ γένη. cap. 13. ex simplicibus medicamẽtis quæ humorum superfluitates ex profundo in cutem extimam possunt attrahere & attractas digerere.

Ἔπισταξις. dicitur Hippocrati repetita sanguinis è naribus stillatio.

Ἔπιστασις. dicitur apud Hippocr. aphor. 34. & 35. lib. 7. id quod insidet & supernatat vrinæ, siue bulla, siue pinguedo, siue quid aliud.

Ἐπίστιμος. cunctatrix, cogitabunda, hæsitans, apud Hippocratem.

Ἐπιστροφεύς. primæ vertebræ nomen fuit apud antiquos medicos. Nam ea super secundam vertitur, veluti super axem quendam. quam ob causam etiam hæc ἄξων à veteribus dicta est.

Ἔπισχιον. os transuersum & latum in imo ventre quod pubi subiacet & munit intestina: Latine pecten & os pubis dicitur.

Ἐπισχόντες. dicuntur quibus accessio febrilis subsistit, cunctatur, inhibetur aut differtur.

Ἐπισχυρὸς ὀφθαλμός. oculus puluisculosus, puluerulentus qualem phreniticos habere ait Hippocr. 1. prorrhet. p. 17.

Ἔπίτασις. dicitur ab Hippocrat. ἡ ἀρχὴ τῆ παροξυσμοῦ, hoc est initium accessionis, vt annotat Gal. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Sed vocis huius significationem videtur aperuisse Cæl. Aurelian. lib. 4. τῶν χρον. c. 3. dum inquit, Cum adhuc noua vel emergens fuerit passio nec plurimi temporis sed in superpositione constituta quam Græci ἐπίτασιν vocant, erit eo tempore, & cætera.

Ἐπιτηδεύματα. Latinis proprie vitæ instituta appellantur, vitæ rationes & studia Galen. vero 3. de symptomatum causis, ἐπιτηδεύματα vocat, equitationes piscationes, Venerea, Balnea, deambulationes, nauigationes, venationes, & simpliciter omnia in quibus aliquid corpore efficimus.

Ἐπιτίθησι ἡ γαστὴρ. dicitur fluxa aluus quæ non sinit quiescere, hinc dictum elegantissime ab Athenæo lib. 8. de Diogene, Cynico, quod δι' ὑπερπολυποδίαν κατάφαγὼν ἐπιτιθεῖσαν αὐτῷ τὴν γαστέρα ἀπέθανε, polypodem crudum cum comedisset hinc aluo superurgente interijt, quem Laertius dixit χολερικῶς ληφθῆναι: Censorinus quoque in choleram solutus est, inquit, vimque illius morbi appositissimo verbo author expressit, ἐπιτεθεῖσαν τὴν γαστέρα: Est vero ἐπιτίθεσθαι instare & persequi aliquem atque vrgere, idiomate nostro vulgari dicimus, *donner la chasse*.

Ἔπίτοκος. illa dicitur quæ sub tempus partus existit interprete Budæo.

Ἐπίτριτος. sic dicitur à quibusdam ἡ ἕκτος.

Ἐπὶ τριῶν. ossis nomen est apud Ruffum, illi suræ ossi super impositum, quod à figura κυβοειδὲς, id est cubicum nominatur.

Ἐπιφάσεις

Ἐπιφάνεια χωροῦσα. apud Dioscorid. lib. 2. cap. 172. dicitur de ardoribus peruſta corporis ſuperficie ; ſeu de febris ardore , æſtuque infeſtata ſumma cute quàm à ſucco cucurbitæ emendari inquit Dioſcor. & Plin. lib. 20. cap. 3.

Ἐπιφανόμενα σημεῖα dicuntur ſigna quæ vnà ſtatim cum morbo non apparent , ſed ipſi ſuperueniunt vt ſputum pleuritidi : Sunt autem ea triplicia , alia enim ſunt ſalutis aut mortis , alia coctionis aut cruditatis , alia ſunt κρίσιμα.

Verum & ἐπιφανόμενα peculiari nomine intelligi poſſunt menſtrua , aut ea quæ toto geſtationis tempore in vterum gerentibus apparent , vt menſtruæ purgationes , aut depraua appetentia , vt aphoriſ. 7. lib. Epid. ſect. 8. τὰ ἐπιφανόμενα ἐν ὅσοι μησὶ γίνεται , quæ geſtationis tempore apparent in quos menſes incidant , videndum : ſic & lib. 4. Epidem. ἐρυθρὰ ἐπιφανόμενα menſtrua vocantur.

Ἔπλεσεν. dicuntur venoſi , id eſt quibus conſpicuæ venæ ſunt & eminentes , quippe quæ ſanguine plenæ , & carnium ipſas contegentium paucitate nudæ appareant vt docet Gal. comm. 4. in 6. Epid. t. 25.

Ἐπλογίσματα. dicuntur ab Hippocrat. aphoriſ. 23. lib. 5. ardores & feruores alicuius partis , velut à flamma vſtæ propter exuperantem humorum caliditatem. Idem proſus eo nomine ſignificatur quod ὁ φλεγμονῆς , quo veteres omnem ardorem etiam citra tumorem notabant. Dicitur & Hippocrati φλεγμαίνη.

Ἔπροδος. deſluxionis impetus dicitur vt vertunt nonnulli , id eſt omnium humorum ad quaſcumque corporis partes validior influxus & impetus , proptereaque partium nomina ad quas eiuſmodi fluxiones fiunt adijci ſæpe ſolent ; ſic Plinius epiphoras vteri , ventris teſtium & oculorum ſæpe vocat : verum de oculis ſæpe atque ſimpliciter epiphora dicitur , fluxionem ſignificans in oculos irruentem , ſic Plinius ſexcentis in locis epiphoram eam quæ in oculis fit intellexit , atque oculos eiuſmodi affectos lachrymoſos vocat & lachrimantes , atque epiphoras delacrimationes ; Paulus tamen lib. 3. vbi de oculorum epiphoris agit non ſimpliciter ἐπιφοράς , ſed τὰς τῶν ῥευμάτων ἐπιφοράς dixit , & Galen. lib. 4. τῶν κατὰ τόπους deſcribens Nectarium Marci dicit περὶ ἐπιφορὰς ῥεύματος λεπτοῦ efficax eſſe : introductionis author quoties vnà cum ingenti oculorum phlegmone humoris etiam copia influxerit , epiphoram nominari voluit ; Sed & lachrimarum quoque copiam immodicam , etiam ſine phlegmone atque tumore vllo , epiphoram recte nominare poſſimus , ſic enim plerique morboſas lachrymas nuncuparunt , & ex oculis acriorem copioſioremque pituitæ curſum delabentem vt Galen. 4. κατὰ τόπ. cap. 5. Trallian. lib. 2. cap. 1. Paul. lib. 3. cap. 22. Largus cap. 19. vſque ad 27. ſæpe , Celſus lib. 6. cap. 6. Columella lib. 7. cap. 17. & Plinius libr. 20. cap. 15.

Ἔπροδοι. dicuntur apud Hippocr. in prorrhet. quæ vel proxime abſunt à partu mulieres granidæ , vel quæ vt agri reſtibiles ſunt fructuoſæ , vel etiam quibus eſt crebra viciſſitudo concipiendi & abortiendi , vt notat Galen. in comment. 3. prorrhet. part. 11. vt quibus mucore ſunt obſiti cotyledones , alioqui ſolidæ ac ſucci plenæ , nam illæ trimeſtres fœtus abortiunt , nouos ſubinde concepturæ ; Ἔπροδοι autem opponuntur ἄφοδοι id eſt ſteriles , per impotentiam excipiendi & concipiendi ſemen virile. Talis mulier dicitur etiam Hippocrati ἀφικύμων.

Ἔπφυσις. eſt vnitio oſſis cum altero oſſe , quaſi os alterum oſſi innatum ſit. In epiphyſi enim oſſa in ſe mutuo ſubeunt , quo ſecurius vniantur , & fere ad oſſis alterius finem portio hæc maioris oſſis per epiphyſim agglutinatur , tanquam natura ſui oblita os breuius fecerit , quod deinde epiphyſi addita perficiat atque producat. Quo in opere naturam ars fabrilis videtur imitari , quæ breuius lignum alterius adiectione ceu epiphyſi auget. Apparet manifeſtius epiphyſis in infantibus , non oſſis , ſed cartilaginis ſpecie. Tempore autem in os dureſcit , adeo vt ſenibus commiſſura quandoque nulla appareat , niſi eam interdum vis aliqua detegat & ſeparet. Eſt vero epiphyſis oſſibus quibuſdam vnica , alijs duplex , triplex quibuſdam , aliquando quadruplex vel etiam quintuplex. Vſus epiphyſeos eſt , vt ſcribit Galenus , non tantum quod medullam in magnis & raris oſſibus operit , ſed quod tutam etiam articulationem reddit , quod per epiphyſim os dilatatum in magnas , ſæpe etiam multas apophyſes , tutam magis diarthroſim efficiat , dum pluribus partibus os vtrumque committitur : quomodo columnarum baſes & epiſtylia amplificantur ad ſuſtinendi ſecuritatem. Nam ſi anguſta & acuta his partibus eſſent oſſa , ac veluti puncto ſeſe tangentia , fallax omnino & periculoſa eſſet diarthroſis. Ne vero os propter epiphyſeos amplitudinem eſſet oneri , raritate & cauernulis amplioribus & pluribus ſuccum illum medulloſum ad ſui nutritionem continentibus , natura prouidit. Cæterum quod ὑπόφυσις differat ἀπὸ τῆ ἀποφύσιος Galen. libr. de oſſibus annotauit ſcribens ἀπόφυσιν totius oſſis partem eſſe , ὑπόφυσιν vero non eſſe partem oſſis , ſed aliquid oſſi adnatum.

Ἐπιχλαίνωσις. idem quod ὑπωπυῤῥετώδης apud Hippocrat. in prorrhet. Galeno interprete , atque de non acuta & calida ſed de leui febre dicitur , cuius proprium eſt humorem commouere ac ducere ſurſum in caput non diſcutere : ſed & Hippocrati ſubinde incaleſcere & intepeſcere ſignificat. Vt 6. Epid. ſect. 7. aphor. 2. & 4. Epidem. & in Coac. Sumitur & hoc verbum pro calore in tumoribus præter naturam intepeſcente , ac veluti ſubſidente , ſic enim 2. Epidem. ἦσαν ὃ τοῦτο καὶ ὑπεχλαίνετο , de tumore ad aures ſuborto qui tamen minor erat & quaſi reſidebat.

Ἔπηνον. ὑπάρχον. χνοώδη. concretum , lanuginoſum , apud Hippoc.

Apud quem ſæpe legimus ὑπήνεον ἔχοντα

» ὄμματα, de oculis puluere & ſorde, ac ve-
» lut lanugine obſitis atque ſquallidis, Ga-
len. ὀφθαλμοὺς τῷ καλουμένῳ χῆτι μεστοὺς oculos pul-
» uere aut lanugine plenos exponit.

Ἔπιχορδις. lactes ſiue Meſenterium apud Græcos
» veteres ſignificat, neruos ſcilicet interiacen-
» tes, vaſcula, & membranas quæ inteſtinorum
» ſtabilimenta & fulcimina ſunt vt docet Aretę.
» l. 2. de acut. c. 6.

Ἐπιχώριον νόσημα. appellatur morbus patrius, ver-
» naculus plebi communis.

Ἐπ' ὀλίγον vſurpare conſueuit Hippocrat. de
» ijs quæ ſenſim fiunt & pauco tempore, &
» breui durant, ſic in Coac. ἔξεα ἐπ' ὀλίγον πε-
» πεπόυθμα, vrinæ paruo tempore concoctæ.

Ἐπομφάλιον. medicamentum vmbilicale dicitur,
» ſeu quod vmbilico illitum aluum ſubduc-
» it, cuius vſus eſt cum ægrotans ſua ſponte
» renuit expurgans medicamentum deuorare, aut neque deuoratum retinere, vel
» quouis pacto aſſumere quidquam per os non
» poteſt: eiuſmodi vero ἐπομφάλια medicamen-
» ta ſuas virtutes cordi & pulmoni communi-
» cant, atque per vmbilici arterias eorum
» etiam vis trahitur qua humores agitantur,
» qui poſtmodum naturam ipſam irritant, &
» ad expulſionem commouentur. Plura au-
» tem eiuſmodi recenſetur à veteribus, quem-
» admodum refert Aetius libr. 1. tetrab. ſer-
» mon. 3. capit. 135. & Paul. libr. 7. cap.
» 9. Sunt autem illa plurimis ex vſu, pue-
» ris nimirum & fœminis quibus Mercuria-
» lis & cycla trita cum butyro vaccino &
» oleo violarum frixa plurimum prodeſt, ſicut
» ſuccus earumdem herbarum cum butyro
» & oleo amygdalarum dulcium in vnguen-
» ti formam redactus, alia eiuſmodi plu-
» rima ſunt, veluti medulla colocynthidis,
» ſemen erucæ, ruta ſylueſtris elaterium,
» granum cnidium, nitrum rubrum atque alia
» complura.

Ἐπορεξάμενα ἐπικτᾶθεῖσαι. extenſæ apud Hippocratem.

Ἔπρηον. palmes ex quo naſcitur quippiam, vt ex colocynthide, apud Hippoc.

Ἔπουλις. eſt tuberculum & carnis excreſcentia in gingiuis proueniens & ad intimos molares dentes pertinens. Oritur ex inflammatione, febreque interdum, & dolorem habet adiunctum, eumque aliquando tantum vt æger os aperire nequeat. Quanquam autem Paulus libr. 3. ſcripſerit intimi molaris affectum eſſe, generalius tamen dicit libr. 6. carnis eſſe excreſcentiam iuxta dentium aliquem in gingiuis exorientem.

» Vide παρουλὶς vbi plura.

Ἐπουλωτικὴ δύναμις, cicatricem inducens facultas dicitur & συνουλωτικὴ.

Ἐπουλωτικὸν φάρμακον. eſt medicamentum valde ſiccum & adſtringens, vlceri cicatricem inducens. Nam quia cutis carne ipſa ſiccior denſiorque eſt, qui carnem cuti perſimilem reddere cupiet, eam neceſſe eſt contrahat, conſtringat, conſtipet, denſet, præterea ſiccet & calli inſtar induret, quippe cum cutis velut in callum durata caro ſit. Hæc quidem eſt medicamenti quod cicatricem inducit ſumma, verum ea non ſatisfacit ad intelligendam plane eius naturam. Nam & glutinatorium medicamentum, quod κολλητικὸν dicitur, tum ſiccat, tum etiam adſtringit. At in glutinatione vlcerum ſiccandum modo eſt quod affluit, quo videlicet affecta pars ſuperuacuis vacet: in cicatrice vero ducenda, non modo quod affluit, verum etiam humor qui in ipſa carne continetur eſt conſumendus. Itaque multo ſiccius eſt quod cicatricem inducit, quam quod agglutinat, quando glutinaturo vnum id propoſitum eſt, vt eius quod ſecundum naturam eſt redundantiam conſumat: qui cicatricem inducet, non hoc modo, verumetiam vt eius naturalem humiditatem abſumat. Sunt autem huius generis medicamentorum multi gradus, pro diuerſa corporum natura & partium: galla immatura, mali corium, Ægyptiæ ſpinæ fructus, modice ſiccantia ſunt: chalcitis, æs vſtum, æris ſquamma, miſy, ſciſſum alumen, multo his valentiora ſunt: miſy quidem & chalcitis præcipue, mitior autem æris ſquamma, atque etiam hoc mitius æs vſtum. Talia quidem ſunt ἐπουλωτικὰ φάρμακα, cicatricem primario proprieque inducentia. Nam ſunt & alia quæ per accidens & ſecundario id poſſint, veluti καθαρτικὰ, ſi ad exactum pulueris læuorem redacta per ſpecilli cuſpidem carnem leniter contingant: & ea quæ abſque adſtrictione deſiccandi vim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoque ex accidente ἐπουλωτικὰ ſunt, vt myrrha, lithargyrus, oſtreum & diphryges combuſta: nam & hæc ſæpe cicatricem inducunt illita.

Ἐπταμηνιαῖοι. ſeptimeſtres partus dicuntur ſic
» Cicero Attico l. 10. Tullia mea peperit puerum ἑπταμηνιαῖον.

Ἐπτάπλευρον. dicitur à quibuſdam τὸ ἀρτέμισιον hoc eſt plantago, vt habetur apud Dioſcoridem: ratio eſt vel quod ſeptem craſſioribus fibris quaſi coſtis in dorſo per longitudinem folia eius diſtincta ſint, ob quam cauſam etiam à pleriſque πολύνευρον appellat: vel quod maior folijs ſeptenis, laterum modo includitur. Graiorum imitatione ſeptineruia dici poteſt. Verum Paulo Æginetæ ἑπτάπλευρον alia videtur herba quam plantago, id quod aperte in emplaſtro cui nomen eſt βοτανικὸν, aduerſus collectiones inuento demonſtrauit: quippe in quod tres quærantur herbæ, plantago ternis vncijs, heptapleuron ſenis, leoneuron quoque ternis.

Ἐπτάφαρμακον. medicamentum laxans, ſuppurans, carnemque gignens. ſic dictum quod ſeptem pharmaca admittat, ceruſſæ beſſem, ſepumæ argenti trientem, ceræ, picis, colophoniæ, adipis taurini, thuris, ſingulorum ſextantem, vt habetur apud Aetium libr. 15. cap. 22.

Ἔπτάφυλλον. herba eſt quinquefolio ſimilis niſi ſeptem haberet folia. Ea vtrinque lanuginoſa ſunt. Florem habet luteum, radicem puniceam & intortam. Officinæ biſtortam vocant.

Ἐπτώτους. non paralytici dicuntur neque attoniti,

» hoc est apoplectici velut in toxico apud Dios-
» coridem Marcellus exposuit, Neque tabefacti,
» velut Manardus; neque hectici aut phtisici velut
» idem Manardus ex Auicenna profert, sed stupi-
» di & dubiæ ac vacillantis rationis, vt apud Ae-
» tium serm. 13. c. 70. vertit Cornar. à verbo πλήσ-
» σω quod est consternor & præ timore stu-
» peo.

Ἐπῶδες. δυσῶδες καὶ ὄζον ἐπόζον. fœtens, male olens, apud Hippocr.

Ἐπωξέτερον. τῷ ὄξει πλέον κεκραμένον. multo vtens aceto, apud Hippocr.

Ἔπωμις. dicitur à Galeno comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, pars humeri superior quæ ad ceruicem vsque porrigitur. Ruffus definit esse partem eam quæ à tendine ad humeros pertingit. Hanc autem quidam musculum esse interpretantur, articulo humeri superiniectum & brachium sursum mouentem, quem etiam veteres δελτοειδῆ appellarunt. Id quod ego magis arbitror quam dicere ossis portionem esse, cum Galenus nullam eius ossis mentionem fecerit lib. de ossibus, neque ab acromio distinxerit.

Ἐρανθεμὶς ἡ

Ἐρανθεμον dicitur ἡ ἀνθεμὶς, quod vere floreat: tametsi non omnia anthemidis genera quidam censent hoc nomine appellanda, sed proprie illud modo cui flos colostinus est, foliorum fruticisque amplitudine maiusculum.

» Sed nota scribendum ἠρανθεμις & ἠρανθε-
» μον, ac suo loco reponendum ab ἦρ ver & ἀνθέω
» floreo, ab ἦαρ enim scribendum esset ἐαραν θεμον.

Ἔρινος. lapillus quidam qui in Euphrate reperitur. Quidam turcicam vulgo dictam esse putant.

Ἐργασία τροφῆς, quæ & κατεργασία dicitur hoc est πέψις
» & εἰργασμένη τροφὴ ἢ κατειργασμένη cibus confectus,
» & κατεργάζομαι conficio & concoquo, & εὐκατέρ-
» γαστος concoctu facilis. hæc Budæus ex Aristotele
» Galeno & Theoph. notauit.

Ἔρρασιμι. Species est myrrhæ, omnium deterrimæ. pingui caret, cano situ obducta est, acris, ad gummi imaginem vergens, vt scribit Dioscorides.

Ἐρεβινθος. cicer. Est legumen radice surculosa, eademque altissima, caule lignoso, obliquo, folijs circinatis, siliqua rotunda, semine vario, tum colore, tum sapore, tum forma. Eius genera sunt arietinum, κριὸς à Græcis dictum, quod arietino capiti simile sit, Columbinum idemque Venerium, erui similitudine, ὀρόβιον ob id appellatum, à Columella punicum. Ijs generibus syluestre adijcitur à Dioscoride, Galeno, Pauloque, cuius vis alia duo excedat. ὀρόβια calidior arietino, subamarusque vt eruum, vnde nomen. In columbino & orobiæon & syluestre contineri putamus. Est autem cicer copiosi nutrimenti aluo mouendæ habile, ciendæ vrinæ idoneum, lacti & semini generando aptum, prolicit vero & menses. Sed arietinum cæteris efficacius vrinam prouocat, eiusque decoctum renum calculos confringit. Cæterum ὀρόβια eadem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi & modice sicci, participes item sunt amaritudinis, per quam viscera expurgant.

Ἐρεβινθος. dicitur etiam pudendum virile. quomodo apud Aristoph explicat eius scholiastes.

Ἔρεμος. simpliciter quidem & absolute, faba fresa fractaque: vt sit ἔρεμος in faba quod πτισάνη in hordeo, & χόνδρος in alica. Quod si faba molam experta sit & in farinam redacta, iam non ἔρεμος, sed vel κυάμινον ἄλευρον vel ἄλευρον ἐρεμινον dicitur. Quamuis autem de faba sæpissime ἔρεμος vsurpetur, obseruatum tamen est etiam de alijs leguminibus, itemque radicibus eodem modo fractis dici, non simpliciter quidem sed nomine ipsorum appositio, vt κριὸς ἔρεμος, ἔρεως aut πτισάνης aut ὀρόβου ἔρεμος. Non est idem quod ἔτνος, neque quod λέκιθος. Nam ἔρεμος, vt dictum est, fabam ipsam aut aliud leguminum genus fresum fractumque significat, sed crudum adhuc incoctumque, ἔτνος vero & λέκιθος, ipsum iam elixatum ita vt mandi possit. Dicitur ἔρεμος ἀπὸ τοῦ ἐρείκειν, vt ait Galen. quod frangere significat. Alicubi ἔρεμος inuenitur scriptum ἀπὸ τοῦ ἐρίκειν, quod idem est.

Ἐρεθισμὸς. dicitur quodcumque naturæ irritamentum atque proritatio, qua sollicitata ad actiones « obeundas excitatur; illam autem inferunt τὰ ἐρεθιστικὰ quæ in offensionem & molestiam veniunt « vel vniuersi corporis, vel partium eius quarumdam, idque ἀπὸ τῶν ἔξωθεν vel ἀπὸ τῶν ἐντὸς ὄντων id « est intus vel extrinsecus: τὰ ἔξωθεν sunt diæta « spiritus & pharmaca; ac spiritus quidem vt tempestas aquilonia, horrifera tussifica & ragadibus fœta; diæta autem vt vinum acidum, pyra « acerba, denique fortes cibi & fortia vina, quæ « perturbationem illis adferunt qui calidiore sunt « aluo: de Pharmacis autem notum est illud in « aphorismis τὰ κριτὸν μὴ τὰ κεκριμένα αὖθις μήτε κινεῖν, μήτε νεωτεροποιεῖν μήτε φαρμακεύειν, μήτ' « ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι χρῆσθαι, ἀλλ' ἐᾶν. Id est quæ iudicantur & iudicata sunt integre, illa nec mouere oportet, nec innouare, aut pharmacia, aut proritatione alia sed relinquenda, huiusmodi vero « sunt omnia quæcumque foris & intus abradendo, mordendo, atque exasperando molesta sunt: « Sed ἐρεθισμοὶ qui veniunt ἀπὸ τῶν ἐντὸς sunt tussis ferinæ itemque siccæ, leuiter irritantes, lumbrici, tormina, pruritus & quæ sunt eiusmodi, « quæ omnia Hippocrat. ἐρεθιστικὰ vocauit ἐν τῷ « περὶ διαίτης ὀξέων sicut Galen. comment. 3. annotauit. «

Ἔρεισμα & ἔρεισμα faba siue alia legumina fresa & « confracta Hippocrat. dicuntur 2. γυναικ. & in « Coac. «

Ἐρείκη. vide ἐρίκη paulo post. «

Ἐρείκια. Græcis appellata esse eadem quæ ἐρείκια tradit Galen. ἐν γλώσσαις, nimirum παρὰ τὸ ἐρείκειν « id est ab eo quod forabilia & εὔθραυστα vt ipse ait « reddantur: Sunt & qui putent ἐρείκιον Galeno di- « ci aliquid eiusmodi quale quod vulgo appellamus Marzepain. «

Ἔρεισμα. idem quod ἔρεισμα, hoc est, partis ægræ fulcimentum per fasciam & vinculum „ vt ait Galenus.

Vide ἔρεισμα paulo post, dicitur & ἔρισμα Hippocrati. «

Ἐρετεία γῆ ἡ «

Ἐρετριὰς. Eretria siue Eretrienfis terra. Regionis & loci è quo effoditur nomen habet: sic enim dicitur ab vrbe Eubœæ Eretria, sita prope Chalcidem. Ea est modice pinguis, sed densane an rara fuerit non facile sciri potest, quod nihil ea de re veteres prodiderint. Sunt autem ipsi duæ colorum differentiæ: alia enim candida, alia cinerea est. Illa pictores, hac medici vtuntur, præsertim vero admodum molli, & quæ per æramenta tractim si ducatur, lineam violaceam refert.

Extergendi vim habet valentem, sed citra morsum, maxime si elota sit. Quod si vratur, subtilitatem & acrimoniam acquirit, & vim etiam digerendi. Sin post vstionem lauetur, deposita acrimonia & retenta tenuitate, deficcantior euadit. Quo autem modo eam tum lauare tum vrere oporteat Dioscorides exponit lib. 5.

Ἐρυγὼ. ἐρύγνιον. ἀπόβλημα. ructus, reiectio, apud Hippocratem.

» Vide ἐρύγη infra.

Ἔρευξις. sic dicitur Hippocr. lib. 6. τῶν ἐπιδημ. ἀ ἐρύγη, » hoc est ructus ἀπὸ τῦ ἐρεύγεσθαι quo loco Hippo- » cratis pro quauis excrementorum expulsione & » reiectione sumi videtur, siue quod ex vno eructa- » tionis vel euacuationi genere reliquas intelli- » gat, siue quod ἔρευξις Hippocrati nō modo quam- » cumque flatuosi spiritus vndecumque prodeat » vacuationem significat, (quo significato tussis » sternutatio singultus ructus & crepitus ἐρεύξεις » vocabuntur,) sed etiam quamuis humorum ex- » cretionem vt scribit Gal. comment. 2. in 6. Epid. » qua & translatione scribitur in prorrhet. περὶ ὃς π » ἐρεύγεσθαι abcessum ad aures eructare, hoc est reij- » cere & effundere, sic quoque & ἐρυγγάνει in exeg. » Galenus ἀποβάλλει explicat vt & ἐρευγὼν ἀπό- » βλημα. & Homerus ipse dum ait ἐρυγομένης ἅλος » ἔξω loquens de mari quod omnia extra se reij- » cit.

Ἐρισμὸς. vide ἔρεισμος.

Ἐρίκη. erice. Est arbor fruticosa bis anno florens, prima videlicet & vltima syluestrium. Plinius ait non multum à myrice differre, colore rosmarini & pene folio: multo tamen quam myrice minor est. Athenienses πίων ἐρίκιον authore Plinio appellant tetradicem: vel, vt habetur apud Theophrastum, nisi mendosus sit codex, tetralicem. Eubœi sisaron, vel, vt Varro habet, sisaram. Vescuntur apes eius flore, vnde mel ἐρικῖνον vocatum, syluestre improbum & simile arenoso faciunt. ἐρίκη vi pollet discutiente citra rosionem, sed flore eius potissimum & folijs vtendum. Sūt qui putent esse eam quam officinæ genistellam nuncupant. Sunt qui ἐρείκη per diphthongum scribant quod ab ἐρείκω deducatur.

Ἐρικηρὸν. species est collyriorum τῶ σαπκῶν, cuius aliquot differentias Aetius recensēt. Non dubium est sic vocari à fructu erices quem recipiunt, quem Galenus lib. 4. τῶ κῦ τόπ. inter mediocriter adstringentia enumerat.

Ἐρίκινδις. αἱ ἀδρομερῶς διηρημέναι κριθαί. hoc est, hordea, in crassiores portiones diuisa, apud Hippocrat. quidam bifariam diuisa interpretantur. Nam & ἐρισμὸν, quod bifariam diuisum sit, vocari aiunt. Galeno tamen vtrumque dictum videtur ἀπὸ τῦ ἐρίκειν, quod non significat bifariam diuidere, sed frangere simpliciter. vnde & placentæ quoddam genus ἐρίκινον vocatur quod facile frangatur. Sunt qui ἐρείκινδις per diphthongum scribere malint.

Ἐρικοὶ. à quibusdam dicuntur οἱ ὄλωδοι, id est, grossi, de quibus vide in dictione ὄλωδοι.

Ἐρικὸς. caprificus. qui & ἔρινος.

Ἔρινος. herba est folijs ocimi, sed minoribus, parte superna diuisis, quinis senisue, dodrantalibus surculis, flore candido, semine nigro & acerbo: in cuius folijs & caulibus lacteus succus continetur. Quam autem Dioscorides ἔρινον appellauit, Galen. ἐχῖνον vocat, qui τῦ ἐχίνου non meminit, vti nec ille τῦ ἐχίνου: in reliquis eadem dicentes. separauit tamen eas Paulus, & de vtraque seorsum egit. Quia autem ἔρινος ocimi similitudine sit, ab aliquibus ὀκιμοειδὴς dictus est, & à Romanis ocimum aquaticum, propterea quod apud fontes & fluuios nascitur. Herbarij herbam lactis & ocimum aquatile appellant.

Ἔρινος. caprificus. Est ficus syluestris generis, nunquam matureſcens, carpensque muros ac parietinas: longe validior est quam ficus & nodosior, nullis fere vitijs obnoxia. Est & fico multo viuacior. Habet & vires multo etiamnum efficaciores. Dicitur & ἐρινεὸς.

Ἔριξ. dicitur apud Hippocr. de iecinore, vt ait Gal. ἐν τῖς γλώσσαις. scriptum tamen est in plurimis ἧπαρ. significat autem partem hepatis superiorem qua eius fibræ à se inuicem diuiduntur.

Ἔριον. lana magni, est in medicina vsus. Eius duæ differentiæ sunt, pura & sordida. pura dicitur quę lota est: sordida vero, illota, quam Græci ἔριον ῥυπαρὸν & οἰσύπηρον, Hippocrates vero πτόον καὶ πτῶδες appellant. est autem πτόες idem quod ῥύπες.

Ἔρια κεκαμμένα. lanæ vstæ dicuntur, vrendarum autem modum & vstarum vtilitatem exponit « Dioscor. l. 2. c. 83. & Aet. tetrab. 1. serm. 2. c. 159. « & ἔρια οἰσυπηρὰ lanæ molles & succidæ dicuntur, « collo fœminibusque laudatissimæ, de quibus « Dioscor. lib. 2. c. 82. quarum & virtutes recensēt « Aet. tetrab. 1. serm. 2. c. 159. «

Ἐριοφόρον. est bulbi genus authore Theophrasto, circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem partemque eam quæ edendo est, lanea continetur materia, ex qua mappæ vestesque quondam conficiebantur. Nomen ex eo accepit quod lanam ferat.

Ἐρίσιμον. vide εὔρισμον.

Ἐρεφίας. herba est septem lanuginosis ramulis apij modo foliata purpureo flore & perenni, semine fabaceo, totidem radiculis, quot ramis. Hāc magi prodidere in auena scarabæum habere sursum deorsumque decurrentem, cum sono hædi, vnde nomen accepit, simulque nihil ea esse ad vocem præstantius.

Ἔρμασμα. dicitur ab Hippoc. partis ægræ fulcimentum chirurgi industria adhibitum, iniecta fascia & vinculo: quod conuenit ijs modo partibus quę mouentur. Differt ἀπὸ τῦ σπλίσματος, id est, à firmamento, quod hoc & sine vinculo & partibus illis quarum motus necessarius est, à quo cessatio non est in nobis, adhibetur. dicitur autem alio nomine ἔρεισμα, vt annotat Galenus: comment. 3. εἰς τὸ κῦ ἐπιζήτιον.

Cæterum ἐρμάσματα & σπλίσματα poni sæpe in « eadem significatione testatur Galen. loco cit. ha- « bere tamen, si vis verborum expēdatur, aliquam « inter se differentiam, & σπλίσματα esse ὅσα τῆς ὀπι- « σθίου ἕξωθεν ἐστι quæcumque extra deligatio- « nem sunt. At vero ἐρμάσματα esse τὰ κῦ αὐτὴν « ἐκείνην. vide plura ibidem: est autem ἔρμασμα à « verbo ἐρμάζειν quod idem enarrator apud « Hippocrat. ἐδραίζειν καὶ σπλίζειν exponit, ab eo- « dem est & ἐρμασμὸς quo vtitur in libr. περὶ ἁλι- « μῶν. «

Ἐρμαφρόδιτον. est vitiosa membrorum genitalium conformatio, præter legitimum pudendum, alterius etiam sexus pudendo apparente. Huius vitij quatuor differentias esse Leonides memoriæ prodidit, tres quidem in viris, vnam in mulieribus. In viris quidem alias iuxta, τὸ αἰδοῖον, alias in medio scroto pudendum muliebre pilo-

sum apparet, alias vero, quæ tertia differentia est, per idipsum quod in medio scroto pudendi formam habet, vrina emittitur: in mulieribus autem supra pudendum, iuxta pubem virile frequenter genitale reperitur, tribus quibusdam extantib. corporibus, vno tanquam cole, duobus autem veluti testiculis. Sed fere fit vt è duobus pudendis alterum iners sit & inualidum, nec nisi rarissime vtrumque ad venerem idoneum habetur. Pluribus vero etiam vtrumq; imperfectum est, vt nec maris nec fœminæ opus exercere possint, id quod Ausonius Poeta hoc epigrammate significauit.

Mercurio genitore satus, genitrice Cythere,
Nominis vt misti, sic corporis Hermaphroditus,
Concretus sexu, sed non perfectus vtroque,
Ambigua Veneris, neutro potiundus amori.

Nomen huic malo datum est ab Hermaphrodito quem Mercurij & Veneris filiũ fuisse & ἀνδρόγυνον, hoc est, virum & mulierem, perhibent. A quo qui vtrumque similiter sexum habent, ἑρμαφρόδιτοι καὶ ἀνδρόγυνοι appellantur.

» Atque etiam γυναικόγυνοι, Plin. l. 7. cap. 3. eos
» olim in prodigijs habitos fuisse inquit, suo vero
» tempore in delicijs; hos & διφυεῖς & ἀνδρόβιλλους
» & ἀρσενοθήλυας vocari tradit; hos & Pollux con-
» cubinos vocauit, eosdem & γυνίδας Græci vo-
» carunt, Suidas ἑρμαφρόδιτον dici ait τὸν ἀμφότερα
» ἔχοντα τὰ μόρια, ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν, vel αἰσχρῶς καὶ το-
» ιοῦτα καὶ πάσχοντα. id est vel qui vtrasque partes ha-
» bet tum maris tum fœminæ, vel qui turpiter &
» agit & patitur.

Ἑρμιόνα. compositionis cuiusdam nomen est, qua magos quondam vsos esse perhibent ad liberos generandos pulchros bonosque. Constabat nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco & palmeo vino, atque ita admixto lacte bibere iubebant: similiter & à conceptu puerperas partum enutrientes. Sic fieri constantes animo & forma excellentes atque bonos alumnos pollicebantur.

Ἑρμοδάκτυλος. à recentioribus Græcis dicitur bulbi genus, quod folijs emicat pinguiusculis, caule semipedali, flore croci, candido, qui autumni exitu erumpat, radice bulbacea, forinsecus nigra, intus alba, lacteo dulcique succo plena. hæc lethifera pruritum exterius ciens, intersus vellicans, cum graui stomachi exæstuatione, mistum cruorem strigmentis in aluum depellens. Eius duo genera Actuarius dicit esse, candidum & purpureum, quæ veterum κολχικὸν & ἰφήμερον esse plærique existimant. Asseuerat tamen Ruellius τὸ ἰφήμερον Hermodactylum non esse ex quo catapotia illa aduersus arthritidem tantopere commendantur.

» Purgantium quoque medicamentorum ex
» Hermodactylo descriptiones aliquot vide apud
» Trallian. l. 11. cap. 1. quibus in ingentibus arthri-
» ticorum doloribus ceu eximijs anodynis vteba-
» tur, apud Paul. l. 7. c. 5. describitur etiam ἡ διʼ ἑρ-
» μοδακτύλου πεδαγρική.

Ἑρμοδακτυλος dicitur à quibusdam τὸ πεντάφυλλον, vt habetur apud Dioscor.

Ἑρμοκλιμαξ. medicamenti compositi nomen est a-
» pud Nicolaum, cuius appellationis rationem
» ibidem docet. huius & meminit Trallian. lib. 1.
» cap. 15. in epilepsiæ curatione, antidotum vocat
» quam refocillare vires ait, & extenuare si quid
» meatibus insideat, quam & varia mixtura con-
stare & ægre comparari ait.

Ἑρμολαοι. sunt species collyriorum ἡρπικῶν, hoc est, reprimentium sistentiumque fluxiones. Eorum autem alter magnus, alter paruus dicitur. Paruus recipit Cadmiæ vnc. 1. croci drach. IIII. myrrhæ drach. IIII. aloes drach. VIII. acaciæ drach. VIII. gummi drach. VIII. nam male apud Aetium legitur κόμμι ≺ κ. pro ≺ ι. quorsum enim tanta gummi copia? excipiuntur aqua pluuia. Magnus autem habet hoc modo: Cadmiæ vnc. VIII. spicæ nardi sesquiunciam, æris sesquiunciam, croci vnc. IIII. aloes vnc. VIII. lycij Indici vnc. I ι. acaciæ vnc. VI. opij vnc. IIII. zinziberis vnc. IIII. tragacanthi vnc. 1. gummi vnc. VI. excipiuntur aqua Aetius.

Ἑρμῆ πόα. vocatur à multis eo nomine ἡ λινόζωστις, quam Latini vocant Mercurialem, propterea quod eam à Mercurio inuentam perhibent.

Ἑρμωνος κολλύριον. est collyriũ quod refertur ad Hermonem authorem, cuius descriptio habetur apud Corn. Celsum lib. 6.

Τῶν ἑρπυλλῶν voce plantæ quælibet intelliguntur quę « ramis quodammodo bracchiatæ spectantur, « nempe arbores frutices & ipsa quoque virgulta. «

Ἑρπάκτιδος. dicitur à quibusdam ἕκτιδος, vt habetur apud Dioscor. quod natura sua hæreat, nitatur, longiusque folijs suis serpat.

Ἑρπητά. pediculi capitis & reliqui corporis.

Ἑρπης. herpes. Est tumor exulcerans à flaua bile syncera proueniens. Sunt autem tres eius differentiæ. Nam si bilis substantia crassior est atque acrior, totam cutem vsque ad carnem subiectam exulcerat, & dicitur ἕρπης ἐσθιόμενος: qui vlcus inæquale est, vt ait Corn. Celsus, cœno simile, cui multus humor glutinosus inest, odor intollerabilis, maiorque quam pro modo vlceris inflammatio. sic dictum à Græcis quia celeriter serpendo penetrandoque vsque ad ossa corpus vorat. Quod si bilis tenuior est & minus acris, superficiem solum velut inurit, appellaturque simpliciter ἕρπης eodem cum suo genere nomine, citra cognominis adiectionem. Sin autem bilis ipsa tenuior, & minus tum acris tum calida est, pustulas exiguas multasque per summam cutem excitat, κένχρους, hoc est, milio similes, atque ob id ἕρπης κενχρίας dicitur, quem Latini miliarem interpretantur. Idem vero etiam ἕρπης φλυκταινώδης nuncupatur à pustulis suis indito nomine. Cæterum ἕρπητα à Latinis zonam vocatum fuisse aliquot locis apud Scribonium Largum intelligitur, vt capite 62. Est autem zona ignis sacri species quæ medium hominem ambit cingitque. dicitur alio nomine ζωστὴρ.

Ἑρπυλλος, καὶ τὸ ἑρπυλλον, serpyllũ herba de qua Dios- «
cor. l. 3. c. 46. Græcis autem & Latinis à serpen- «
do dicitur vt author est Varro vna littera com- «
mutata: Nicander in Theriacis νομαῖον appellat, «
significans ipsum cõtinue in anteriorem partem «
progredi, eorum animalium more quæ per agros «
pascuntur, aut vlcerum quæ etiam in nostris cor- «
poribus serpunt: Pulchre etiam φιλόζωον appel- «
lat quod vitam suam amare videatur, ideoque «
seipsum noua perpetuo sobole & propagatione «
conseruet, siquidem qua terræ parte folia eius «
adhæserint in ea radices agunt. eaque ob id ῥιζο- «
βόλα ibidem appellauit. «

Ἑρπυλλος ἀγρία. serpyllum syluestre. Sic à quibusdã « vocatum fuisse σπύμβιον, Dioscorides author est. quod de primo eius genere intelligi debet.

Ἐρυσιπελᾶς τὰ, in Coac. αὐτὴ δ' ἐρυσιπελέων ponuntur, & eorum quidem κιγχρίων, ἢ φλυκταινωδέων, quæ sunt phymata bilis flauæ tenuioris.

Ἐρυσιπελὼν ἕλκος. definitur Polluci quod ἐπιχολὴ μὲν προσβυπῶν κνήμας καὶ πόδα (ἔνθ' ὅτε δὴ καὶ χεῖρα καὶ μηρὸν ἔλθοι) δηλῆ δ' ὑποπίλιδνον, καὶ νέμεται καὶ φλεγμαίνει. id est quod senum suras molestat & pedes, nonnunquam etiam manus & femora, est vero illud subliuidum & depascitur & exurit.

Ἔρρινον. medicamentum quod naribus purgando capiti infunditur. Quicquid autem eam habet facultatem, extergēs & acre sit oportet: sic enim & commodissime attrahit, & vim expultricem irritat. Eiusmodi est betæ succus, cuminum, medulla cucumeris syluestris, melanthium, cyclaminum, sal ammoniacus, nitrum, iris sicca, veratrum, staphis agria cum oleo aut vnguento, aut lacte aut alio liquore excepta, & naribus inuncta, tum in puluerem trita tenuissimum & per arundinem insufflata. Quod vbi actum est, eger deorsum pronuere debet, quo videlicet coactus humor distillet.

Ἔρρισις. prostratio & deiectio corporis. Signum est extremæ imbecillitatis. Nam stare aut sedere aut surgere non posse, graue quidem est: at tanquam mortuum & inanimatum corpus deorsum ferri, & à culcitra sublabi ad pedes, longe grauissimum. Neque enim id accidit nisi omni robore prorsus & soluto & perdito. Talem quidem iacentis habitum Hippoc. lib. περὶ χυμῶν ἔρρισιν appellauit.

Cæterum pro ἔρρισις potius scribendum ἔρεισις ab ἐρείπω, quod est decido, delabor vt liquet ex Erotiano.

Ἐρυγγάνει. reijcit. apud Hippocr. teste Galeno. vel Eructat.

Vide supra in voce ἐρεύξις.

Ἔρυγγιον. cardui nomen qui ex rei natura nomen creditur contraxisse ab eructatu quem Græci ἐρυγὼν dicunt, nam si qua forsan capella caulem Eryngij morsu sectum ore sustulerit, totus statim grex velut attonitus subsistit, relictoque pascendi studio, rei nouæ spectaculo captus, non prius herbam mirari definit quam raptum caulem eructarit, aut pastor prorsus abstulerit, id quod Aristoteles in nouo grege præsertim vsu venire prodidit, post eum Plutarch. idem refert & Græci complures: hanc à capitulorum numero centumcapita cœperunt omnes appellare.

Ἔρυγὼ. ructus. Est excretio flatulenti spiritus, à ventriculo per os erumpentis. Symptoma est quod ad motum quidem facultatis expultricis pertinet, sensu tamen percipitur & cum voluntario communicat, non aliter quam horror, rigor, pruritus, tussis, sternutamentum, oscitatio, pandiculatio, singultus, vomitus. Quos motus quamuis sola natura, hoc est facultas nostrum corpus regens, edat, ea tamen à causa aliqua morbifera cogitur: ob id symptomatis præter naturam annumerantur, quia causæ præter naturam cogunt eam ad eiusmodi motus ciendos, vt quod noxium & superuacuum est, à se depellat. Itaque si quando in ventriculo collectus est halituosus quidam spiritus & flatus, eiusque excretionem per os natura moliatur, ructus fit: quemadmodum si per sedem excernatur, crepitus aut silens flatus. Is autem gignitur, & ab humore vel cibo manat propter eius inconcoctionem, quod ventriculus humori ciboue concoquendo par esse non potuerit, siue ex cibi ingesti humoriſque natura, illæso manente ventriculo, siue à ventriculi imbecillitate, rem concoctu facilem non valentis concoquere. Eam autem imbecillitatem calida aut frigida intemperies excitat, tum per se tum cum humoris affluxu. Sed calida quidem nidorosos & fumosos edit ructus, frigida vero acidos, quos proprio nomine ἐξυρεσμίας appellant.

Ἐρυγὼ κιτρώδης. ructus nidorosus Tralliano.

Ἐρυγὼ ὀξώδης. ructus acidus. vide ὀξυρεσμία. vide & Trallian. lib. 12. c. 1.

Ἐρυγματώδης νόσος. morbus ructuum effectiuus & flatuosus, apud Hippocr.

Ἔρύθημα. idem quod ἐρυσίπελας designat Hippocrati, & de rubore dicitur qui faciem aut malas occupat magnique febrilis incendij signum est, sanguine feruido cum spiritu ad superiora prorepente; etiam ἐρυθήματα in Coac. significare videntur οἰδήματα φλεγμονώδεα, id est tumores inflammatorios, quos & τὰ παρ' ὦτα ἐρυθήματα illic vocat, id est rubras parotides. seu pone aures suffusos rubores, vt & idem vocat 3. progn. inflammationes τὰ ἐρυθήματα, & 6. τῶν Epid. κωλαγχικὸν ἐρύθημα, est enim rubor signum phlegmones pathognomonicum: & in Coac. τὰ κατ' ἕνας ἐρυθήματα exponit doctissimus Duretus crebram suffusionem, quæ non assurgit in molem tuberculi phlegmonosi, sed potius refert ἐπχύμωσιν id est suffusionem quamdam erysipelatosam alibi dictam αἴθος; ista κατ' ἕνας ἐρυθήματα esse signa profusioris alui ait idem Hippocr. in Coac. denique & ἐρυθήματα pestilente cœlo in morbis populariter grassantibus passim animaduertuntur, & venenatæ materiæ indicia præ se ferunt, eaque in febribus valde suspecta habet Hippocr. velut in fullone Syrio ac Pherecide, & Euphranoris filio videre licet 7. Epidem. ipsaque alias vocat ἐξανθήματα οἷα ἀπὸ κοριάννων, id est velut Culicum morbus atque puncturas toto corpore enascentes, quas & in Coac. appellat φλυκτίδας ἐξερυθρὰς ἐπιπολαίους. pustulas rubentes in cutis superficie.

Ἐρύθιον. nomen est malagmatis, cuius compositio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 18.

Ἐρυθρόδανον. rubia. Herba est caule anguloso, geniculato, aspero, folijs circa articulos per interualla stellæ modo radiatis, semine primum herboso, mox rubro, denique nigro, semper rotundo, radice rubra, tantæ altitudinis vt raro tota queat effodi: hac tinguntur lanæ pelleſque, & ob eam causam rubia tinctorum in officinis dicitur.

Dicitur etiam ἐρευθόδανον, & ἐρευθέδανον.

Ἐρυθροειδὴς. tunica testium & vasorum spermaticorum, vbi extra ventrem processere: quādiu enim intra ventrem sunt, eorum tunica, quod illic nihil habeat eximium, nullo proprio donatur nomine: posteaquam vero extra ventrem processit, quia rubet, ἐρυθροειδὴς incipit appellari. Rubet autem tum à colore rubro musculi testium gracilis, tum à vasis multis quibus implexa est. Epiphysis est peritonæi, testemque totum eiusque proximam tunicam ἐπιδιδυμίδα dictam inuoluit, præsertim in viris: ea namque mulieribus vel nulla est, vel tam exigua & obscura, vt oculis videri non possit.

Ἐρυθρὸς. à quibusdam dicitur ὁ ῥοῦς, quem vulgo sumach appellant.

Ἐρυθρὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi Alphabetico ordine insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ἐρυθρὸν, ἐξερυθρὸν, & ὑπερυθρὸν ὕδωρ vide ὕδωρ.

Ἐρυσίπελας. idē quod ἐρυσίπελας, & definitur à Pollu. μώλωψ ἐρυθρὸς, ὀξύπονος, ἔμπυος, ἐφ' ὅπερ ἡ φλυκταινώδης. Cutis fugillatio rubra dolorifica, ignea nonnunquam & pustulas ciens.

Ἐρυθρὸν τῆς κ. τὸ ἔναιμον. apud Hippocr. hoc est adeps cruentus & sanguinolentus.

Ἐρυθρόχλωροι. appellantur ab Hippocr. 6. Epid. pallide rubri, id est, qui multam pallidam bilem cum sanguine commixtam habent.

Ἔρυμα. στέγασμα. apud Hippocratem, hoc est firmamentum, quod & ἔρεισμα.

Ἐρυσίβη. Rubigo; Hesychio νόσος τις ἄγρης τῆς φυτῆς καὶ καρπῆς ὀπηχωμένη, aeris morbus quidam plantis atque fructibus superueniens. Theophr. de causis plantar. lib. 4. cap. 15. & cap. 27. lib. 3. esse dicit σῆψίν τινα τῆ ἐφισαμένη ὑγρᾶ, id est, humoris residentis putredinem quamdam, maximeque infestare τὰ στρώδη καὶ τὰ χαλεπὰ in locis κοίλοις καὶ δεσποδόλοις, id est, cauis & rorulentis superueniente sole rori; Vnde Plinius lib. 18. cap. 17. Cœleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est rubigo, frequentissima hæc in roscido tractu conuallibusque.

Ἐρυσιβάλη. herba est folijs acanthi, flore luteo.

Ἐρύσιμον. irio. Est legumen Cereale quod culmo consurgit ferulaceo, in lori modum flexili lentoque, folijs erucæ syluestris, floribus luteis. In cacumine siliquas gerit graciles & corniculatas, in quibus semina continentur parua, nasturtij specie, gustu ardenti. Sunt qui existiment frumentum Turcicum esse.

A Theophr. lib. 2. de caus. plantar. c. 17. numeratur inter ea semina quæ ἰλάχεια sunt καὶ πολυχύσπερμα vt milium, sesamum, papauer, cuminum: Paul. lib. 1. ipsum numerat inter olera quæ venerem excitant.

Ἐρυσίπελας. erysipelas. Est tumor præter naturam in cute à sanguine & flaua bile calidioribus, vel à sanguine feruente tenuique proueniens. Continetur in genere tumorum præter naturam: sed tumor ad solam cutim pertinet, nec subiectas cuti partes inuadit. Cutim appello tum hanc externam quæ omnium partium commune est tegumētum, tum membranosam & tenuem, quæ singulis internarum est circundata. Habet quidem doloris aliquid, sed longe moderatius quam phlegmone, neque, vt illa, pulsat, premit aut distendit. Verum multo calidior est & aspectu flauior, & si tetigeris, sanguis facile refluit, rursusque affluit valde tenuis & rubens. Tale quidem est proprie dictum erysipelas & exquisitum. Fit à flaua bile, non syncera quidem & secreta à sanguine (nam pro erysipelate herpes facile fieret) sed sanguini calidiori mista, vel sanguine quidē, sed feruido & tenuissimo, vt scripsit Galen. lib. 2. ad Glauconem. Ergo exquisiti erysipelatis causa sanguis est, non simpliciter quidem dictus sanguis, hoc est, & qualitatibus & substantia moderatus, qualis in carnem effusus phlegmonem gignit, sed vel flaua bile mistus, vel feruens & tenuis. Talis autem bilios us vtiq; fuerit, aut etiam potentia bilis, ijsdem fere quibus illa qualitatibus præditus, nec viribus longe impar. Itaque cum Galenus scribit, id quod facit multis in locis, erysipelas flauæ bilis aut bilios æ fluxionis sobolem esse, non oportet eam puram & ab omni sanguine secretam intelligere, vt quæ herpetem non erysipelas excitet, sed sanguini calidiori mistam: vel sanguinem feruidum & tenuissimum, vt qui proxime ad bilem accedat, neque aliud vnquam tumoris genus quam erysipelas committat, si in sola cute hæserit. Neque vero propterea ita genitum erysipelas exquisitum nō est: siquidem non ab ipsa materia exquisitum aut non exquisitum erysipelas dicitur, vt quam habere possit cū multis alijs morbis communem, sed ab ipsa tumoris specie & natura. Itaque exquisitum est, quod non est alterius tumoris particeps: non exquisitum, in quo tumoris alterius generis notæ cōfusæ sunt & permistæ. Vbi enim rerum species distinctæ sunt, exquisitæ & legitimæ dicuntur. Si quòd igitur erysipelas ita in cute consistit, vt tangenti calidum appareat, intuenti flauum aut rubens, sed rubore multo viuidiore magisque splendenti quam naturalis mediusque sanguis, adhæc cum paruo dolore, sine pulsu, sine distentione, sine renixu, sine laxitate & mollitie, sineque duritie, exquisitum censendum est & alteri tumori impermistum. Verum si non cutim modo, sed carnem etiam subiectam fluxio inuasit, tumorque occupat, si dolor pulsatorius est, si humor non plane tenuis, sed crassior est, si color vere ruber, sicuti cum notis erysipelatis mista sunt phlegmones symptomata, ita erysipelas hoc non dicitur exquisitum & simplex, sed ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες, si modo propria erysipelatis symptomata præualeant. Si enim contra phlegmones signa potiora fuerint, φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης appellabitur. Quod si neutrius luculenter vincant sed paria cernantur, duo affectus misti esse dicentur, phlegmone scilicet & erysipelas. Similiter si vna cum erysipelate mista esse videātur propria œdematis symptomata, non simpliciter dicetur, sed ἐρυσίπελας οἰδηματῶδες: atque ad eundem modum σκιῤῥῶδες, si tumoris scirrhosi notæ quædā propriæ simul insint. Cæterum tam exquisitum quam non exquisitum erysipelas duplicem præterea habet differentiam. Nam vel absque exulceratione, vel vna cum hac incidit. Nec tamen quod cū ea est, herpes est, quod bilis quæ herpetem committit, tenuior sit & syncera: quæ vero erysipelas, paulo crassior & semper alteri humori confusa. Non ignoro quidem Paulum lib. 4. cap. 21. erysipelatis duas apud Galen. significationes annotasse, vnam, vt ait, propriam, alteram vero communem: quas ego peritioribus relinquo diiudicandas.

Cæterum de notatione nominis sunt hæc adnotanda: dici nimirum ἐρυσίπελας quasi ἐρυσίμῳ πέλας per syncopem, id est erysimo vicinū, vt quod instar erysimi cutim comburat & quamdam illi mordicationem inducat, est enim erysimi semen vt Galen. ait 6. simplic. facultate gustuque igneum; Sed & sunt qui ἐρυσίπελας dictum putent quasi ἐρυσιβώπελας per syncopem, est autem ἐρυσίβη, idem quod rubigo, vt affectum æruginis instar erodentem præsertim quoties exulceratum est præseferat; Sunt & Græcorum nonnulli qui quasi ἐρυθρόπελας dictū putent, quoniam scilicet prope ad rubrum accedit. flauus enim color exquisite ruber non est, sed illi proximus: demum ex ethymologico magno ἐρυσίπελας quoniam ad vicina trahitur deductum esse volūt nonnulli ab ἕρυω, id est, traho & πέλας prope, quasi vicinas

» partes depascens: hinc Celsus ipsum inter cancri » species numerare videtur lib. 5. cap. 26. Latini » etiam saevum ignem, vulgi superstitio ignem S. » Antonij appellat.

Ἐρυσίσκηπτον. dicitur à nonnullis ὁ ἀσπάλαθος, vt habetur apud Dioscoridem, dicitur & à quibusdam ἡ ἄκανθα λευκὴ eodem authore, forte propter aculeos & vitilium modo lentorē quem habet. dicitur & à nonnullis chamæleo albus, vt habetur apud eundem. Dicitur & à quibusdam ὁ κύπερος, vt habetur apud eundem, & confirmat etiam Hesychius in suo lexico.

» Ἐρυσίσκηπτον. autē ea fuisse videtur ἀσπάλαθος in » quam iris incubuerat, cum opinio esset arcu cœ- » lesti innitente odoratiorē reddi, sed & alias stir- » pes omnes: Hesychius ita sacrā omnēm herbā ap- » pellat in quam iris innixa fuerat, itaque appella- » tum esse videtur tanquam ἐρυσίσκηπτον quod nimi- » rū irim eliciat, quo ab ea tanquā de cœlo tanga- » tur, odoratiores autem reddi solitas plantas in » quas arcus cœlestis innixus esset Aristoteles & » Theophrast. prodiderunt, quod tamen opinione » potius valuisse quam re & veritate constare cre- » diderim: Plutarch. in symposio vsque adeo per » hominum animos hanc opinionem peruasisse » ostendit vt sacerdotes irim precibus elicere sole- » rent ad odoris commendationem arboribus » quærendam.

Ἐσταφάσας. εἰς τὸ ἔσω χαλάσας ὥστε ψαῦσαι, hoc est, intitime & penitius relaxans vel diducens, vt aliquid inuestigetur, apud Hippocratem.

Ἔσδρα. Esdræ antidotus apud veteres celebris. » Cuius compositionem præparationem & vsum » multiplicem quia longior est repetes ex Aetio li. » 13. cap. 101. hanc & describit Paul. lib. 7. c. 11.

Τὰ ἐσθιόμενα, & τὰ ἔσθοντα interpretatur Galen. πρὸς » προφ. 1. de aliment. facult. c. 1.

Ἐσθιόμενος. est herpes vna cum cute carnem pariter exedens: fit à bile magis vsta & paulo crassiore. vide ἕρπης.

Ἐσκολιόμενος σφυγμός. Gal. in Definit. Medicis obli- » quatus pulsus dicitur, isque est qui non recte » constituta arteria præter suum positum efficitur.

Ἐσμάττεσθαι. alte inquirere & inuestigare, apud Hippocratem, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀέρων.

» Duo autem reperiuntur apud Hippocr. verba » significato & sono affinia, ἐσμάττεσθαι scilicet & » ἐσμασσύεσθαι, Prius significat immittere, immissum » admouere, nimirum explorandi causa, vnde » aoristus ἐσμασάμενος apud Erotian. quod exponi- » tur ἐμβαλών: Posterius simplici τ. scribendum à » ματτύεσθαι quod est inquirere, vt sit immisso digi- » to perquirere vel explorare. Priore vtitur περὶ ἀέ- » ρων, sect. 2. aphor. 24. πυκνὰ πρὸς τὴν γλῶσσαν » ἐσμάττεσθαι χρή: Posteriore apho. 43. ἐσμασσύεσθαι » ἐς τοὺς μυκτῆρας digito in nares immisso perquiren- » tem vt Hesych. etiam exponit ἐρευνῶντα, ζητοῦντα.

Ἐσπεριὸν μῆλον. malum citrium, vt habetur apud Athenæum.

Ἔσπερις. herba est generis violarum, ramosa, cubitali caule, exili folio quasi brassicæ longo latoque, aspera lanugine, canescenti, ambitu rariusculè laciniato, flore quadrifolio, non vnius coloris: nam alij purpurei sunt, alij niuei: foliaceum semen tenuibus siliquis teretibusque continetur. Noctu fragrātius spirare quam interdiu dicitur, vnde illi nomen hesperidi. Rustici girofleam vocant.

Ἑσπερισμα. vesperna ficto vocabulo Plautus effor- » mauit pro cœna significanda. »

Ἑστία. nomen nobilis apud veteres emplastri, quod sic dictum est, quia ex Græci nominis literarum calculo quæ in ἑστία continentur, indicetur ipsum DXVI. constare. Refertur ad Necepsonem regem. Conducit omni vulnerum generi. descriptio eius habetur apud Aetium lib. 15. c. 12.

Ἑστία. etiam dicitur focus in febribus lib. 11. meth. « med. pars scilicet illa quam obstructio aut putre- « do aut phlegmone obsideat, à quibus postea cor- « di communicato affectu oritur febris, sumpta ex « ædium nostrarum focis similitudine: nam quem- « admodum in foco ignis accenditur quo postea « ea quæ admouentur prope omnia calefiant; Sic « etiam in nostris corporibus aliquādo in vna par- « te congeritur præter naturam calor, à quo dein- « ceps totum corpus calefactum febricitat; focus « eiusmodi in febribus symptomaticis vulgo dictis « manifeste percipitur, nā exempli gratia in pleu- « ritide focus πλεύρη est; in peripneumonia pul- « mo, in phrenitide cerebrum; in inguinum tumo- « ribus ipsum inguen, & sic in reliquarum par- « tium inflammationibus à quibus febres excitan- « tur: nec vero symptomaticarum tantum, sed & « omnium aliarum quæ ex putredine accenduntur « febrium suus est focus, siue sint continuæ siue in- « termittentes, nam continuarum præterquam « quod focus generalliter contineri debet in vasis « maioribus, quæ sunt inter alas & inguina tamen « non raro fit vt ipsorum vasorum maiorum pars « aliqua potissimum ab humore putrido obsideā- « tur quæ tunc febris focus dicitur; Sic in causo « vasa præcipue quæ circa cor, obsidentur humo- « re bilioso & feruenti, interdum vasa quæ circa « ventriculum & hepar, atque idem fieri posse in « febribus alijs continuis existimare par est vt aliàs « ipse truncus venæ cauæ, aliàs quidam eius insi- « gniores rami focum febris contineant, hinc fit vt « non raro in emisso è secta vena sanguine magna « insit varietas, eius portione vna pura, altera im- « pura sæpenumero existente, atque in illa foci va- « rietate oritur varietas symptomatum in ipsis cō- « tinuis febribus, vt aliàs dolor lumborum grauis- « simus infestet, aliàs ceruicis, aliàs capitis, aliàs « sitis immensa, aliàs nausea frequēs aut aliud quid « simile: In intermittentibus similiter focus dici- « tur pars ea in qua vitiosus humor febrem accen- « dens congeritur: in Tertiana quidem vt pluri- « mum iecur; in quartana lien; in quotidiana os « ventriculi, ac etiam totus ipse ventriculus; hæc « enim in harum febrium singulis fere affici solent « vt scripsit Galen. lib. 2. de arte ad Glauconem: « Non raro etiam harum focus & sedes est mesen- « terium, epiploon, intestinorum anfractus, in « quibus prout varius est humor qui putrescit, sic « etiam variæ fiunt febrium intermittentium spe- « cies; neque vero hîc nouum aliquid & inaudi- « tum dicere mihi videor, vbique enim Gal. dum « de febribus intermittentibus ex professo dispu- « tat, earum sedem ponit in parte aliqua corporis, « ita esse quiuis manifeste intelliget qui legerit ex- « tremum caput lib. 2. de different. febr. & lib. 11. « meth. med. vnde hūc ego locum præsertim pro- « feram: Ergo ab his, inquit, medicis exercitemur « in eo febrium genere quod ex putredine nasci- « tur, & quoniam putredo vel in omnibus æquali- « ter consistit vasis, vel in maximis & maxime prin- « cipalibus, vel in vna quapiam particula, quæ vel «

» phlegmonem in se habet vel citra phlegmonem, » veluti in foco quodam principium febris in se » continet, in singulis his differētijs seorsum exer- » citari conueniet: hæc Galen. qui generalem fe- » brium putridarum diuisionem proponens, mani- » feste intermittentes complexus esse videtur sub » ea putredine quæ in parte aliqua citra phlegmo- » nem continetur. Per partem autem intelligere » cerebrum, iecur, pulmonem lienem, ventricu- » lum, renes, nec non mesenterium, totum lib. 11. » legenti manifestum est: Cæterum in hecticis » etiam febribus focum Galen. appellat eam par- » tem quæ prius suis solidis particulis immodice » calfacta, postea cor ipsum similiter calfaciendo » febrem hecticam gignit, atque sic aliquando ha- » rum febrium focus est iecur, interdum septum » transuersum, à quo se hecticas febres excitatas » vidisse scripsit Galen. 11. meth. Notandum præ- » terea in quibusdam febribus, non vnum tantum » focum, sed etiam duos aut plures esse, ita vt di- » uersis in locis putrescant humores varij; hinc » fiunt aliquādo febres inordinatæ & erraticæ, hinc » etiam duplices & triplices tertianæ, quartanæ, at- » que hinc etiam in ijsdem prædictiones fallaces » cum vno euicto & domito humore alius nouus » in nouo foco putrescere incipit, qui postea vri- » nas crudiores demonstrat.

Ἐπικαυθῆναι. συμπεπιεσμένα, συνεστραμμένα. colligata, constricta, apud Hippocr.

Ἔσχαρα. crusta. dicitur ea proprie quæ ab ardente ferro aut medicamento causticō inducta est. Eius generatio, inquit Galenus, ex subiectis circumpositisque corporibus, vt sic dicam, semiustis, sic vt cuiusmodi rem in hyemem extinctos hos carbones parant, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exustæ sint reliquiæ. Quare quātum particulæ aduſtum ad crustam est, tantum ipsi de naturali carne deperditur. Sic vero dicitur & ea quæ sponte sua vlceribus cauis accrescit crassa nigraque. Nam quæ leuior est, non ἔσχαρα, sed ἰχωλὶς appellatur.

» Sed & aliam τὴν ἐσχάρας significationem scripsit » Aretæ. lib. 1. de acut. pass. cap. 9. vlcera, inquit, » pestifera, lata, caua, pinguia, quodam concreto » humore albo aut liuido aut nigro sordētia ἀῤῥωδία » Græcis dicuntur; quod si concreta illa sordes » altius descenderit, affectus isse ἔσχαρα, id est, crusta » dicitur; hanc comitatur rubor igneus & inflam- » matio & venarum dolor, sicut in carbunculo » exanthemata quæ in vnum coalescunt & inde la- » tum vlcus efficitur, hæc Aretæus: Sed & Eusta- » thius male (quoscumque authores sequutus sit) » dixit ἐσχάρας esse caua vlcera, cum sint potius cru- » stæ quæ vlceribus cauis accrescunt.

Ἔσχαρα. pudendum etiam muliebre eidem Eusta- » thio dicitur, scholiasti vero Aristophanis illius » tantum τὰ χείλη, id est labra, plurali numero ἐσχά- » ρας vocantur.

Ἐσχατιὰ ἄκρου. Vide ἄκρον vbi Alphabeti ordine panum insignes aliquot differentiæ explicantur.

Ἐσχαρωτικὸν φάρμακον. crustificum, seu crustam inducens medicamentum. Est autem duplex τὸ ἐσχαρωτικὸν, ignitum ferramentum, & crustificum medicamentum: hoc autem calidum & siccum est quarto gradu, crassæ essentiæ & dolorificum: id carnes colliquat & adurit, sicque crustam facit. Eius vsus in primis necessarius est, vbi ex erosione putrescētis alicuius profluuium sanguinis excitatur, atque vbi quod computruit sublatum est, ad adurendam ipsius veluti radicem. Est autem incrustantium medicamentorum materia non vtique solus calor, sed cum quo adstringendi facultas sit coniuncta, qualis in chalcitide & misy & atramento sutorio, siue vstis, siue inustis. Quæ vero ex calce non extincta conficiuntur, ea vtique valentiora sunt: cæterum calx adstringendi vim non habet. Excidunt igitur citius quæ ab his fiunt crustæ, hærent autem corporibus diutius quæ ab adstringentibus: quod vtique longe est vtilius in profluuio sanguinis, quādō ita prius nascitur in imo earum caro, efficiturque profluenti vasi velut operculum quoddam: vnde nec nosmet præcipites esse ad crustas, vbi hæmorrhagiæ periculum imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tantum affectibus in quibus propter putredinem candens ferrum admouere coacti sumus. Tunc enim celerrime crustam excidere expedit.

Ἔσχατα. extrema. Sic dicuntur τὰ κῶλα, hoc est manus pedesque, apud Hippocrat. significat vero etiam τὸ ἔσχατον apud eundem vigorem seu statum morbi: vt aphor. 7. l. 1. quo ait peracutum morbum extremos labores statim habere, hoc est accessiones & symptomata. id enim nihil aliud est, quam morbum in vigore esse, sicut Galen. extremo lib. 1. de diebus decretorijs interpretatur.

Et comment. in aphor. 6. lib. ἔσχατα, τὰ μέγιστα de morbis extremis profert, id est, vltra quos non sint alij.; & sequente aphor. ἔσχατοι πόνοι exponit μεγίστους.

Ἐσχατόγηρες. Galen. comment. in aphor. 13. lib. 1. dicuntur qui extremam agunt senectutem, alio nomine πάππιλοι Latinis silicernia.

Ἔσω χεῖρα, πλησίον. prope. apud Hippocratem.

Ἐτόκριθον. genus hordei, quod nunquam rubigine vitiatur, quoniam incuruum nascatur.

Ἑτεροκρανία. idem quod ἡμικρανία.

Ἑτερογενὲς μέρος. pars dissimilaris appellatur, cui opponitur ὁ ὁμοιομερὴς. Vide μέρος.

Ἑτερικεφαλὶς. altera capitis parte laborare vt in hemicranicis apud Pollucem.

Ἑτεροκρανία. dicitur ὁ κόπος περὶ τὸ ἕτερον τῦ κρανίου μέρος πόνος ἔπεσι cum alteram cranij seu capitis partem dolor tentat, dextram vel sinistram: dicitur & ἡμικρανία. Gal. in Isag. & Definit. Medicis.

Ἑτεροῤῥέπιες. dicuntur apud Hippocratem ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, dies magnas in vtrumque, hoc est tum ad salutem tum ad mortem, vires habentes. Siquidem insignes ab his mutationes contingunt. Eiusmodi quidem sunt dies impares.

Ἑτερόῤῥυθμος σφυγμός. est pulsus qui rhythmum remotioris alicuius ætatis, naturæ, sexus, partis anni, & reliquorum quæ peculiares pulsus habent, proprium mutuatur. Species est παρ' ἀῤῥυθμια, vt qui nullius proprium rhythmum conseruet. Cuius etiam cum species sit ὁ παραῤῥυθμος, ab eo tamen differt, quod hic propinquæ vicinæque ætatis, naturæ & reliquorum proprium rhythmum habeat, ille vero multum ab ijs remotæ. vide ἀῤῥυθμος.

Ἐτησίαι. Eteſiæ. Anniuersarij venti, qui circa decimum vel duodecimum diem à Caniculæ ortu flare incipiunt, vsque ad Arcturi exortum, hoc est vsque ad æstatis finem. Qui eos antecedunt: venti, προόδρομοι appellantur. Eos autem Canis ortus dirimit.

Ἔτνος. puls ex leguminibus, seu pulmentariū edulliumue ex leguminibus confectum, fractis concisisue, Gal. enim in lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας

» tradit ἔτησος sese & alios medicos nominare τὸ ἐκ » πρεχθέντων ὀσπρίων τε καὶ χλωρῶν σκευαζόμενον, sic » sane apud eundem Galen. legimus, κνάμινον ἔτησος; » apud Hippocr. φάκινος ἔτησος. Itaque ex omni le- » guminũ genere, faba, lente, panico, milio, auena, » frumento ἔτησος fieri potest, sicut ex eorumdem » farina λίκιτος, sic enim Galen. distinxit libro citat. » ca. 5. nimis igitur restringit vocabuli huius signi- » ficationem scholiastes Aristophanis dum ἔτησος » esse dicit εἶδος ἀθάλης ἀπὸ φασηλίων; & alibi ἔτησος » vocari τὴν ἀθάλην καὶ τὸ πόπανον ἀφέψημα seu ἕψημα, nec » enim ex phaseolis duntaxat & pisis fit, sed ex alijs » etiam, vt dixi, leguminibus. Porro pro ἔτησος » etiam ἔτησιον ἕψημα dicitur quasi simile τῷ ἔτησι, » aut quod est ἐξ ἔτησος apud Athenæum. vide λίκιτος.

Ἔτησος. annus vide ἐνιαυτὸς.

Εὐμήδρυς. sic dicta est apud Macedonas quercus, quæ dulcem glandem produceret, quasi veri-quercus.

Εὐναιμία. illa tum adesse dicitur quando sanguis, qui » ex 4. humorum naturalium æqualitate constat » & qualitate & quantitate, vt in lib. de plenitud. » testis est Galen. naturalis existit, atque adeo ex- » cessus omnis expers: differt autem à πολυαιμίᾳ » quod in hac humores omnes ex æquo, seruata » tamen qualitatis mediocritate, supra veterem » proportionẽ & naturæ congruentem crescant & » augeantur, vt bonis Athletarum habitibus con- » tingit, atque hæc etiam πλῆθος & πληθώρα voca- » tur.

Εὐναπόδοτος. dicitur cibus qui facile in stomacho » digeritur.

» Εὐσθὶς ἕρση. vide ἕρση.

Εὐναλκῆτα. dicuntur Hippocrati quæ facile emen- » dabilem noxam habent.

Εὐναύσφαλτοι. dicuntur qui facile ex morbis resur- » gunt, atque conualescunt Hippocrat. lib. περὶ » προφάσ.

Εὐνάφιον. medicamenti nomen conuenientis ad hæ- morrhoidas, cuius Nicomedes medicus author fuit, sic dictum à lenitudine. describitur à Galen. lib. 9. κατὰ τόπους.

Εὐναύξιμον. sic videtur ab Hippoc. dici ἡ αὐξησις.

Εὐγάλακτον. sic à quibusdam dicta fuit ἡ γλαυξ, vt ha- betur apud Plinium.

Εὐδιανον. Hesych. à nonnullis vocari ait metaphori- » cῶς muliebre pudendum.

Εὐδιάπνευστοι. dicuntur ij quibus libera corporis tran- spiratio est, quod hominum genus nec assidue ægrotat, nec longo tempore, quod excrementa vsta & fuliginis speciem præ se ferentia facile per halitum digerantur. Id quod Hippocrates testa- tus est his verbis: Laxitas corporis ad transpira- tum, quibus plura per cutim feruntur, salubrius: quibus pauciora, minus salubre. Patet autem ijs raram esse cutim, ideoque eosdem aliqui tum medicorum tum gymnastarum ἀραιοσυκρίτους ap- pellarunt.

Εὐδιος. quid vox hæc significet multi controuer- » tunt, & hac quidem de re plurimũ inter se digla- » diantur Leonicenus & Manardus. vsurpatur au- » tem vox illa ab Hippocr. lib. de aere aquis & lo- » cis cum describit anni bene constituti rationem » his verbis: si, inquit, secundum rationem fiant si- » gna in astris Occidentibus & Orientibus & in & autumno pluuiæ fiant, καὶ ὁ χειμὼν μέσιος, μητε λίην » ὕδιος, μητε ἀπόψυχος τὸν καιρὸν τῷ ψύχει, id est, & » hiems sit moderata, neque valde tepens & cle- » mens, neque etiam nimium frigida, annum salu- berrimum fore verisimile est; illic ἔυδιον χειμῶνα interpretor cum Theodoro Gaza hiemem tepi- dam ceu miti calore præditam, Gallice dicimus *vn temps doux*, atque ita interpretandum esse do- cetur quod τῷ εὐδίῳ statim opponit Hippoc. ἀπόψυχον τῷ ψύχει: atque sic manifeste vocem (ἔυδιος) Galen. vsurpare videtur aphor. 12. lib. 3. ne- que interpretatio hæc bonorum authorum exemplo destituta est, sic enim Budæus apud Theophr. εὐδίαν interpretatur temporis clemen- tiam, & Plinius apud Aristotelem de apibus lo- quentem, mitiorem diem: Reperitur præterea hæc vox ἔυδιος apud Hippocr. aphor. 12. lib. 3. in cuius interpretatione mire se torquent in- terpretes, sed verisimile est hanc vocem textui Hippocratis insertam fuisse à quodam qui in Ga- leni commentarijs eam legerat; Nam Cornel. Celsus lib. 2. cap. 1. hunc aphorismum conuer- tens eam omisit, nec Aristoteles problem. 9. lib. 1. hæc Hippocratis verba explicans, eius memi- nit, atque ipse Galen. comment. in aphor. 13. lib. eiusdem vbi aphorismum 12. repetit, vocẽ istam non addit, quæ omnia efficiunt vt cum doctissi- mo Manardo credam eam vocem fuisse inser- tam, quod si quis tamen inserendam esse conten- derit, ego non magnopere repugnauerim, modo pro tempore miti hanc vocem ab Hippocr. vsur- pari credat, neque enim χειμῶνα νότιον καὶ ἔυδιος si- mul dixisse omnino superuacaneum fuerit: Nam quia constitutio νότος, id est, austrina interdum frigidiuscula est, additur ἔυδιος vt significetur au- strina constitutio humida & calida, sic ab Hip- pocr. 2. Epid. sect. 3. aphor. 1. simul coniungun- tur ἐγκρόνει, inquit, ἐχείμωνότος ἔυδιος.

Εὐληφορος. Aristoteli dicitur mulier quæ vterum ad exactos menses profert & maturum parit.

Εὐλκεῖς. dicuntur homines quibus facile sanescunt vlcera, quibus opponuntur δυσλκεῖς: vtrorum- que mentio fit à Galeno libro sexto meth. med.

Εὐμικὲς. dicitur quod facile vomitiones facit Dios- corid. lib. 6. cap. de calce sandaracha & auripi- gmento, vbi notabis male illic legi ἐυμυκὲς.

Εὐεξία. bonus habitus. Species est τῆ ἕξεως, hoc est ha- bitus: sed de bono tantum dicitur. malus enim κακοξία vocatur. Est autem duplex ἡ εὐεξία. vna est ἡ ἁπλῶς εὐεξία, quæ in optima corporis constitu- tione deprehenditur: altera vero, οὐχ ἁπλῶς, sed μετὰ προσθήκης εὐεξία, quam habent singulæ cor- porum naturæ propriam, & in comparatione dic- tam. Itaque ἡ ἁπλῶς εὐεξία nihil aliud est quam ἀνάγκης ἕξεως ἡ τελειότης. hoc est, perfectissima & absolutissima sanitas. quam sequuntur neces- sario, bona omnium partium temperies, actionum robur, euchymia, & præterea sanguinis, carnis, totiusque corporeæ molis symmetria. Et quia species & ipsa τῆ ἕξεως est, non facile à causis insa- lubribus offenditur, sed firma constansq; in cor- poribus perseuerat. Quæ autem ab hac deficit, modo nondum vitiosa sit, non iam εὐεξία, sed ab omnibus ὑγίεια, hoc est sanitas, nuncupatur, quæ eadem est cum τῆ μετὰ προσθήκης εὐεξία. Túc enim non simpliciter, sed huius vel illius εὐεξία dice- tur. Sic ἡ τῆ ἀθλητῆ εὐεξία non simpliciter dicitur, quoniam optima non est, quam periculo proxi- mam esse Hippocr. pronunciauit, & negauit natu- râ esse comparatam: nam vt reliqua habeat optima, attamen sanguis & præcipue carnosum genus in ea supra modum excreuit.

Εὐεξία γυμναστικὴ. exercitatorum bonus habitus ap-

» pellatur apud Hippocr. qualis est eorum quibus » hoc est totius vitæ institutum assiduam operã da- » re exercitationibus vt alios deijciãt qualis Athle- » tarum Galen. comment. in aphor. 3. lib. 1.

Εὔζωμον ὃ

Εὔζωμος. sic dicta est eruca propter suauitatem, quasi iuribus grata.

» Sed & semen generare creditur, & coeundi » appetitum excitare ait Galen. 2. de aliment. fa- » cult. cap. 53. Erucam autem Latinis dictam vo- » lunt nonnulli quod erodat, & sane si eam degu- » staueris os & linguam satis acriter vellicabit: alij » sic nominatam putant quod vrendi licentiam » nanciscatur quasi dicas vrucam, nec desunt qui » cum illa edendo sit, esucam primum, dein facta » s. in r. conuersione vt fit in plerisque erucam » postmodum fuisse dictam contendant.

Εὐήθης. facilis, simplex, ἁπλοῦς, id est, qui facile » ad bonum vergit vt interpretatur Galen. lib 2. de » Diæta in morbis acut. quales sunt ij quos vulgus » bonos homines vocat, qui etiam ἁπλοϊκοὶ & ἀφε- » λεῖς nominantur, quasi simplices & deceptu faci- » les, quemadmodum & Terent. in Andria Im- » peritos rerum vocat, Reuera autem εὐήθης dicitur » qui bonis moribus est præditus, & εὐηθείαν, id est » simplicitatem, ceu mentem bonis & pulchris » moribus instructam comitantur probitas, mo- » rum compositio, decus & concinnitas inquit » Plato 3. de republ. Ab illo significato translata » vox εὐήθης ad affectionem moribus bonis prædi- » tam, id est, eam quæ nihil habet malignitatis, sed » facile soluitur, & cui opponitur κακοήθης, hinc εὐη- » θέστατοι πύρετοι simplicissimæ febres, id est, placi- » dissimæ & mitissimæ apud Hippocr. 3. progn. di- » cuntur exponente Galeno; & 2. de victu acutor. » ἕλκος εὐήθες dicitur quod simplex & paruum est, » vel propter loci naturam quæ vilis & abiecta est, » vel propter sectionem ipsam paruam factam vt » ibidem Galen. exponit, Annotauit tamen Galen. » comment. 3. in lib. 1. prorrhet. εὐηθέστερον ali- » quando significare τὸ κακοηθέστερον & multos vete- » rum eo verbo vsos in hac significatione quam- » quam etiam significet τὸ εὐτραπτον.

Εὐθετίη. ἡ ἐγγινομένη τῷ σώματος ἕξις. ingenitus corporis habitus, apud Hippocrat. vnde & annus εὐθετίης vocatur, ὁ εὐφορίας ἀπεργαστικὸς, hoc est, fertilis & fœcundus.

Εὐθυλυκεία. sic à quibusdam dicitur ἠγλυκυβρίζα, vt habetur apud Theophrastum lib. 9. cap. 13. sed non sine mendi suspicione.

Εὐθυτὸν. dicuntur quæ in rectum è curuo reduci possunt. vide καμπὴ.

Εὐθύτερος τάσις. tensio recta siue in rectum procedens, quæ vtique membrum quod fractum est, tendit in directum. de qua Galenus lib. 6. meth. med. in glossocomi mentione, vide γλωσσοκόμιον.

Εὐθυωρία. rectitudo, rectus trames, recta via. Non est aliud quam directio quædam meatuum per quos humorum deductiones commode fieri pos- sunt. Hippocrates peculiari nomine ἴξιν vocauit.

Εὐκάρδιον. εὐστόμαχον. apud Hippocr.

Εὐκοιλία. aluus bona dicitur Dioscor. lib. 1. cap. 157. » de Cerasijs, quæ si recentia sumantur aluum bo- » nam facere ait, id est, neque tardiorem neque ci- » tatiorem, idemque passim toto opere aliquid ait » εὐκοίλιον esse, & hoc illudúe λυεῖν, μαλάττειν, καὶ ὑ- » πάγειν γαστέρα quorum omnium vna & eadem ra- » tio est.

Εὐκρασία. bona probaque temperies, quæ ex optima & conuenienti mistura calidi, frigidi, humidi & sicci prouenit. Illa sua cuique est, ex quo patet magnam esse eius latitudinem. Ea proprie par- tium similarium est, & prima est omnis earum functionis causa. Hanc qui adeptus est, εὔκρατος, hoc est optime temperatus, dicitur.

Εὔκρατον ὕδωρ. id est, χλιαρὸν. «

Εὐκρατώτατος ἄνθρωπος. optime temperatus homo « dicitur quum corpore apparet exacte medius in- « ter omnia extreme disposita corpora, in gracili- « tate & crassitudine, mollitie & duritie, in summa » is esse dicitur qui animales & naturales actiones « inculpabiles habuerit inquit Aetius lib. 4. cap. « 53. «

Εὐκριτος νόσος. dicitur morbus boni iudicij qui etiam « εὐκρίνης Hippocr. aphor. 8. lib. 3. opponitur huic « δύσκριτος seu κακόκριτος. «

Εὐλαὶ. vermes dicuntur & præsertim qui in corpore « ex vulnere aut vlcere nascuntur. «

Εὔλυτος κοιλίη. aluus facilis apud Hippocr. & εὐλυσία « κοιλίης apud Tull. epist. famil. l. 16. epist. 18. quam « illic ad sanitatem tuendam requiri ait. «

Εὐνὴ. non solum significat cubile, sed & coitum apud Hippocr. vt libr. 2. de morbis mulierum: καὶ ἄχθη τὸ στόμα ἐστὶ εὐνίω, id est, coitu vehe- mentissime offenditur.

Εὐνέχιον. sic lactucam quamdam τὴν ἐκ γλυκέος πλά- « τύφυλλον, καὶ πιπανὴν, καὶ ἄκαυλον à mulieribus ἀσύπηδα, « & εὐνοῦχον à Pythagoreis vocari ex Athenæo tra- « dit Eustath. eo quod frequens lactucarum esus « ad venerem inhabiles reddat, vnde & exosam « veneri herbam esse & Adonidem quod ad lactu- « ctucam confugisset, ab apro interemptum: hoc « etiam lactucæ genus dicitur εὐνέχιον quasi spado- « nium. «

Εὐνοῦχος. is est qui Latinis castratus dicitur, & ma- « xime proprie Eunuchus vocatur cui ante puber- « tatem membra virilia execta sunt, nec solum te- « stes, sed etiam totus coles ipse, aut qui naturali- « ter sine testibus est progenitus; est hoc vero no- « men tanquam si dicas lecticustodem propterea « quod ad obseruandam mulierum pudicitiam ad- « hibebantur παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν, vt sit hoc nomen « quasi pallium vt tegatur iniuria naturæ facta vt « ait doctissimus Scaliger, qui & aliam tradit hu- « ius vocis originem, venerea, inquit, à priscis « amentiam appellatam fuisse constat ex Aristo- « phane, à quibus cum putarent Eunuchos abstine- « re, contrarijs vocibus compositis fecere nomen « ἐυ τοῶν ἔχειν. Aristoteles in 4. sectione haud vere « castratos sed natura effœminatos ita videtur « appellare, θηλαμιπόλους quasi cubicularios alij vo- « carunt: Eorum autem modi multi sunt, quippe « alij natura tales sunt, alij arte, vel morbo aut alio « euentu: Eorum rursus alij ἐκτομίαι dicuntur παρὰ « τὸ ἐκτέμνειν quibus scilicet exempti testes sunt & « execti; Alij Spadones (σπάδων Græcis) παρὰ τὸ « σπᾶν quibus ij sunt extracti, alij θλιβίαι παρὰ τὸ « θλίβειν quibus contusi, & affine huic θλᾶν frange- « re à quo θλασίαι: omnium autem exectorum ani- » mantium vox in fœminam mutatur: Spadones « insuper varicibus omnino vacant vel minus ha- « bent quam cæteri; Cruribus insuper putridis « vlcerosisque fiunt; Calui insuper effici ne- » queunt, quorum omnium rationes docet Aristo- « teles sect. 10. problem. Sed neque Hippocratis æ- « tate podagra laborabant, inde cõqueritur Seneca «

» quod suis temporibus Eunuchi mendacem fece-
» rint Hippocr. quod & tum caluescerent, & ar-
» thritici fierent ex intemperato viuendi genere;
» Quæsitum autem est apud Iureconsultos an le-
» ge liceret eis vxorem ducere: Terentiana mere-
» tricula mulierum maximos esse amatores ait, sed
» nihil posse: Cæterum intendi eis neruum irritis
» flatibus palam est ex Turcarum maleficio, vnde
» coeunt certe nonnulli etiam valide tametsi nihil
» emittant, quæ causa fuit vt Asianorum immanis
» Barbaria progressus faceret in crudelitate, exe-
» ctos namq; pueros cum fœminis custodes adhi-
» buissent, eosque adultos postea cum illis in adul-
» terio deprehendissent, flagitium illud à quibus-
» dam commissum in illis quidem mortis suppli-
» cio vlti sunt, in alijs totius virilitatis amputa-
» tione.

» Eunuchorum autem varias appellationes has
» legi, scilicet non modo εὐνοῦχοι vocantur, sed &
» ἀπαδίαι, θλασίαι, θλιβίαι, ἀποκοπαί, ἐκτομίαι, ἀνα-
» δεεῖς, ἡμιανδρεῖς, ἡμιγύναικες, εὐδεργωνοί, γωνίδες,
» & χλόωνες, & Ἄττεις, & Asiatica ac Bythina vo-
» ce γάλλοι ab Atte qui versus in furorē deuoluit ip-
» se acuto sibi pondera silice, vt legitur in Catulli
» carmine; idem vitium hominum dicitur λοιμὸς
» τῆ φύσιος, πῆλος πολιτείας, naturæ pestis, ciuitatis
» labes, ἀμφίσολα πρόσωπα ἀφιέντων personas ambi-
» guas gerens, πρᾶγμα πανοπτευμένον, & apud Catul-
» lum Notha mulier; dicuntur ijdem Ἄνδρες μὴ
» ἀνανδρεῖς, neque viri neq; mulieres, σιδηροχαλκάδι-
» κοι ferro multati, γυναικομανεῖς, & θηλυμανεῖς mu-
» lierosi, etenim perhibentur esse maximi amato-
» res mulierum vt & Terentiana Pythias ait, item-
» que πολυμανεῖς dicuntur, vt in Ennianoversu Sal-
» macida spolia à fonte Salmacidos, hoc & insu-
» per de voce εὐνοῦχος adnotandum venit, illam de
» rebus alijs metaphoricῶς plerumque vsurpari,
» Sic Plinius aliquando Laurus spadoniæ memi-
» nit, idem lib. 12. cap. 14. à conditione castrati se-
» minis mala quædam à Belgis Spadonia appellari
» docet, sed & lactucam quamdam vt supra anno-
» tatum in voce εὐνοῦχον; Sic & Theophr. hist.
» plant. lib. 4, cap. 12. scribit arundines non haben-
» tes τὴν ἐντὸς, vocari εὐνοῦχας, sed & surculos qui
» nihil afferunt Columella spadones nominari au-
» thor est.

Εὐνοεῖδέστατοι τῶν Ἀνθρώπων. dicuntur Schythæ
» Hippocrati lib. de aere aq. & loc. id est, maxime
» effœminati & euirati, omniumque hominum
» minimè ad coitum valentes.

Εὐνουχισμὸς. Eunuchos faciendi ratio dicitur à Paulo
» lib. 6. cap. 68. quam esse duplicem inquit, nimi-
» rum vel testium contusione facta, vel eorum-
» dem excisione, quem vtrumque modum eo lo-
» co describit: fuit autem olim εὐνουχισμὸς Elephan-
» tiaseos remedium.

» Εὔολκος. de illius significato vide in voce ὄλκος.

Εὐοργητότερα. εὐτροπώτερα. εὐηθέστερα. hoc est, mo-
ribus melioribus seu facilioribus, apud Hippocr.
ὀργαὶ enim dicuntur οἱ τρόποι, & iræ inter mores
censentur.

Εὔοχον. epitheton vinculi apud Hippocratem ἀπὸ τοῦ
εὖ ἐπέχειν, quasi dicas gestabile. sic autem vincu-
lum vocat, quod bene gestat & sustinet, hoc est
firmiter, & sine vlla compressione continet.

Εὐπατόριον. est herba fruticosa surculosaque vnicum
efferens caulem, tenuem, lignosum, subrectum,
nigricantem, hirsutum, cubitalem & aliquando
ampliorem, folio per interualla inciso & magna
ex parte quinquepartito: semine leuiter plumo-
so, è medio caule prosiliente. A rege sic nuncu-
patum esse multorum opinio est: alij ἀπατόριον
καὶ ἀπατίνην appellant. videtur ea esse quæ in offi-
cinis agrimonia dicitur. Quod enim in illis eupa-
torium vocatur, sunt qui putent esse τὸ εὐδεσπό-
φι, siue piper aquosum.

Nomen inuenit à Mitridate cognomento
Eupatoris, vnde & Plin. lib. 25. ca. 6. de herbis
loquens à Mitridate inuentis, Eupatoris, inquit,
Regiam authoritatem habet, de hac autē Dios-
corid. lib. 4. cap. 41. reijciens eos qui hanc ean-
dem cum artemisia esse existimant, seu cum Ar-
gemone vt quidam existimant.

Εὐπίπλους. dicitur à quibusdam τὸ διαφοίνιξ, vt ha-
betur apud Dioscorid.

Εὐπετέως. facile & prompte, apud Hippocr.

Εὔπνοια. spirandi facilitas. respiratio quæ secundum
naturam fit, apud Hippocr. vt annotauit Galen.
in prognost.

Part. 25. id est, quæ naturali modo obitur, nec
à naturali abscedit in expiratione, inspiratione,
quiete, motu, dilatatione, compressione.

Εὐπνοῶν. σῶμα. idem quod εὐδιάπνοον, de quo sic
Aristoteles sect. 38. problem. 4. Corpus, inquit,
cui secundam valetudinem cōciliamus non den-
sum sed rarum reddendum est, nam vt vrbes
locusque qui placide aspiratur (hinc enim mare
salubre est) ita etiam corpus quod facile transpi-
rat, illo salubrius degit quod contrario modo se
habet, aut enim nullum recrementum existet,
aut quod extiterit quam primum vt excernatur
danda opera est, corpusque est semper ita regen-
dum vt simul atque excrementum admisit, ha-
beat qua parte illud excernat, sitque motui de-
ditum non quieti, Quod enim manet putrescit
modo aquæ immotæ, putrescens vero morbum
committit, at quod excernitur antequam vitie-
tur decedit; hoc igitur vt corpore denso nun-
quam contingit (fit enim prope vt inuisibilia fo-
ramina claudantur) sic raro solutoque accedat
necesse est. hæc ille.

Εὐπρεία. expeditio, promptitudo, facilitas, apud
Hippocratem.

Εὐπρόσεκτα. φάρμακα. dicuntur medicis medicamen-
ta parata facilia de quibus librum scripsit Ori-
bas. atque etiam extat de ijs Dioscorides opus.

Εὔρεσις. sic à nonnullis dictus est lapis Iudaicus,
quasi facile fluens, quod vrinam mouere & cal-
culos frangere dicatur.

Εὐρεῶν τὸ σῶμα. corpus fluidum aut fluxum aut mea-
bile, tale autem corpus est omnibus meatibus
reseratis, & humoribus extenuatis, & incisis, si
quis fuerit in corpore humor crassus & glutino-
sus, vt exponit Galen. comment. in aphoris. 9.
lib. 2.

Εὐρυθμία. τῶν χειρῶν. manuum agilitas atque prom-
ptitudo est Hippocr. lib. περὶ εὐσχημοσυνῆς, quan-
do nimirum Chirurgus composite & expedite
instrumentis ad artem accommodatis vtitur: es-
se & εὐρυθμία in pulsu dicitur, vide in sequentibus
εὔρυθμος σφυγμός.

Εὔρυθμος σφυγμός. pulsus eurhythmus. Est pulsus eu-
rhythmus, seruans rhythmum proprium ætati,
naturæ, temperamento, parti anni & reliquis
omnibus circumstantijs. Nam cum suus sit cui-
que ætati naturalis pulsus, qui rhythmum seruat
ætatis, εὔρυθμος vocatur: vt qui eum labefactat,
ἄρρυθμος. Idem de naturis ac anni temporibus &
locis.

locis omnibusque alijs statuēdum, quod horum singulis certus quidam rhythmus sit, qui seruatus εὔρυθμον pulsum facit. Eum autem qualis sit Galen. lib. 3. de pulsuum causis in singulis generibus sigillatim explicauit. vide ῥυθμός.

Εὐρυπια. iūci genus, cui⁹ semine somnū allici dicūt.

Εὐρυχωρεία. sinus, cauitas & spatium internum.

Εὐρώς. caries, situs, putredo ἐυρωτᾶν Gaza apud Aristotelem exponit vermiculari, atque Dioscorides ἐυρωτῶσαν ἀποφθορὰν, quę situm sentiunt, quæque nimis inueterarunt & mucum redolent.

Εὔσαρκος. homo bene habitus, optime compositus. Linacer apud Galenum quadratum interpretatur. Is porro est quem nec gracilem dicere nec crassum possis, sed nec calidum nec frigidū, nec alio quouis nomine ex his quæ excessum defectūue indicant appellare. Est enim eius habitudo media, qui sicuti debitam partium conuenientiam speciemque inculpatam habet, ita mediocri & nullis vitijs obnoxio temperamento est.

» Accipitur etiam interdum hoc nomen pro
» crasso & pingui, opponiturque τῷ λεπτῷ aut ἰσχνῷ
» id est tenui, cum apud Gal. multis in locis, tum
» etiam apud Hippoc. aph. 7. l. 4. vbi δυσημίας μέσως
» ἐυσαρκους, opponit ijs quos precedente aph. 6. eiusdem lib. dixerat τὸν ἰσχνὸν ἢ ἐυσαρκίαν, id est difficile
» vomentes & mediocriter carnosos gracilibus &
» facile vomentibus: ab εὔσαρκος factum ἐυσαρκία, &
» ἐυσαρκέω verbum apud Gal. 14. meth.

Εὐσίνη. sic dicta est à quibusdam ἡ ἐλξίνη, vt habetur apud Dioscoridem.

Εὐσιτία, καὶ ἄνοσιτος. illa non est idem quod ὄρεξις id est
» naturalis appetentia, nam hæc integræ valetudi-
» nis signum est, quæ nihil relictum ostendit ne-
» que Empyreumatis, neque humoris morbifici,
» quemadmodum ἀνορεξία recidiuæ prænuntia est
» quam ἀποσιτίαν Hippocr. vocat, & cui contraria
» est ἐυσιτία, id est vt interpretatur Philotheus ἡ
» πολλὴ τροφὴ multus cibus, velut Gal. ὄρεξις σφο-
» δροτέρα σιτίων appetentia vehementior ciborum:
» Hippocrati εὔσιτοι idem quod in aphorismis τρο-
» φὴν λαμβάνοντες, Galeno ὀρεγόμενοί τε καὶ πεφιλήμοι
» ἄχρι κόρου appetentes ac pasti adusque satietatem:
» damnat autem Hippocrat. in conualescentibus
» non ὄρεξιν appetentiam integram sed ἐυσιτίαν im-
» moderatam cibi sumptionem, Contra vero pro-
» bat initio ἀσιτίαν non autem ἀποσιτίαν, cuius di-
» stinctionis ignoratione mirum est quam peccent
» multipliciter recentiores aphorismorum inter-
» pretes; ἀποσιτία perpetuo mala est ὄρεξις bona; ἀσι-
» τία in conualescentibus ambigit, ἐυσιτία pericu-
» losa: in omnibus cibo non refici malum & reci-
» diuæ signum.

Εὐσταθὲς. significat apud Hippocr. valde mite & blādum, quodque cito consistit, & veluti in æquilibrio positum nihil habet periculi, vt interpretatur Galenus.

» Et Εὐσταθὲς νόσημα. dicuntur Hippocrati mor-
» bi constantes, certi, tempestiui qui facile consi-
» stunt.

Εὐστάθεια, & εὐσταθία. bona constitutio est, & bona
» habitudo, idem fere quod εὐεξία apud Plutarch.
» in præceptis sanitatis.

Εὔστακτον. Collyrij nomen apud Gal. quod Scribo-
» nio & Paulo στακτὸν dicitur, vide στακτὸν.

Εὔστομα. medici cibos vocant qui ori grati sunt, vt
» ἄστομα eos qui ingrati.

Εὐστομαχα. ea medici vocant quæ ori ventriculi grata
» sunt & vtilia ipsumque corroborant, eadem εὐ-
κάρδια dicuntur apud Hippoc. opponuntur his πρὸ
κακοστόμαχα de quibus suo loco.

Εὐστομάχεια. dicitur ventriculi bona affectio, vt & sapor stomacho gratus Dioscor. l. 2. c. 19. de viperæ carnibus, vbi tamen nonnulli ἐυστομίαν legunt.

Εὖσπα. montanum hordeum, quod alio nomine ἀμφίκιμπις appellatur.

Εὐσχημοσύνη. virtus quædam est quam in medico requirit Hippoc. libello περὶ εὐσχημοσύνης, ornatum decentem Cornarius exposuit; moderationem Scalliger; probitatem & honestatem Caluus & fuschius; elegantiam zuinggerus appositissime, hanc virtutem sub decoro Latini non male mihi comprehendere videntur, ille enim Hippocratis libellus videtur speciosum quemdam ac decenter compositum medici ornatum & habitum instruere.

Εὔτονον. est collyrium βαλανωτικὸν Oribasij. describitur ab Aetio. quod alijs etiam nominibus ἄμμιον & ὑποδοχὴς vocari scribit.

Vide ἄμμιον: est & aliud τόνον vocatum in genere aridorum medicamentorum cicatricem inducentium apud Gal. 5. περὶ ὕλης c. 14.

Εὔτονος κίνησις dicitur à Gal. motus qui violenter & sine velocitate fit. nam qui cum violentia celeritatem habet, σφοδρὸς appellatur, vt ait lib. 2. sanit. tuendæ.

Εὐτραπελία. virtus est quam lib. περὶ εὐσχημοσ. requirit in medico Hipp. cui τὸ ἀυστηρὸν ibidem opponitur, affabilitatem, facilitatem & popularitatem recte appellaueris.

Εὐτραφὴς ἀνθρωπος. appellatur qui bene nutritus, id est bona habitudine & firma corporis valetudine præditus est.

Εὐτρεπὲς νόσος. idem quod ἐυδίης & exponitur qui facile ad bonum vergit, hac dictione vsum Hippocratem, tum & veteres alios docet Galen. comm. 2. de victu acutor t. 40.

Εὐφορεία, siue

Εὐφόρειον. est arbor ferulacea nascens in Aphrica, succo madens acerrimo, lacteo, & valde tenuium partium. Ab incolis propter eximium eius ardorem non sine metu legitur. Quapropter vētriculos ouium elutos, in quos succus profluat, arbori adalligant, & eminus caulem contis incidunt, confestimque è plaga tanquam è vase quodam magna vis eius in subiectos ventres effunditur. Huius autem succi duo sunt genera, vnum orobi magnitudine, sarcocollæ modo transluciduum: alterum vitreo nitore, in ventriculis concrescens. Eligendum est translucens & acre: sed difficile gustus experimentum, quia vel leni linguæ tactu os accensum diu detineat, & admota ori omnia euphorbium resipere faciat. Vim habet discutiendi suffusiones & sedandi coxarum dolores, in odorifera potione haustus, aut cum melle cocto. sic enim eius drachma vna epota, vt scribit Paulus, pituitam, vel potius aquas exturbat atq; amolitur. Euphorbium Iuba Ptolemæi pater appellauit nomine inuentoris medici sui & fratris Musæ, à quo Cæsar Augustus conseruatus est, dicato illi priuatim volumine. Fit autem ex eo ceratum ad neruos vulneratos optimum, cuius descriptio habetur apud Aet. lib. 14.

Εὐφορβία. herba est hyssopo similis, cauliculis purpureis, folio paruo & per ambitum serrato, flosculo albicante, quæ in opacis collibus nascitur. De ea veteres nihil prodidere scripto, etsi Græcā nomenclaturam præ se ferat. εὐφόρβιον forte dici

debuit, quod faciat ad animi hilaritatem. Valet autem ad oculorum caligines & suffusiones.

Εὐφρόσυνον. dicitur à quibusdam τὸ βύσλωσον, cui dos hæc præcipua traditur, quod in vinum coniectum animi voluptates augeat. Dicitur & eo nomine ἡ εὐφροσύνη.

Εὔχροια pulcher color rubeus atque floridus quem » αἰθέρα χρῶμα ἢ εὐανθὲς alijs locis Hippocr. ap- » pellauit; is vero viuidus color atque rubeus du- » plex est, alius enim naturalis qualis inest candidis » puellis bene valentibus, alius saturatior atque » aduentitius vbi illæ pudore suffunduntur, qui & » cursu incalescentibus elucet, existitque vrgen- » te accessione & calido sudore, phreniticis qui- » busdam catalepticis, criticis hemorragijs immi- » nentibus, aut abcessibus interdum post aures, at- » que pulmonarijs, is in morbis color εὔχροια dici- » tur Hippocrati, fitque talis à vaporibus & hu- » moribus & quando calor superiores partes pe- » tit.

Εὔχροον. nomen emplastri quod describitur à Scribonio Largo, & ab eo appellatur Tryphonis viride emplastrum. Est & huius nominis cataplasma quod habetur apud Gal. lib. 4. πρὸς τόπους, oculis conueniens.

» Sic dictum à coloris bonitate: describitur & » aliud à Gal. lib. 5. πρὸς τόπ. c. 7. sic dictum empla- » strum valens ad mentagram & lichenes, aliud » quoque cruentis idoneum & epuloticum 5. πρὸς » ψώρ. c. 2. ex Hera.

» Εὐχυλία. succi bonitas apud Hipp.

Εὔχυμον. dicitur alimentum quod boni succi est. Id autem duplex est, tum quod portionem quandam boni succi continet ad nutriendum habilis, sed plurimum habet recrementi, tum quod plurimum habet quod nutrire potest, minimum autem quod sit inutile, vt habetur apud Galen. l. 9. meth. med.

» Huic opponitur τὸ κακόχυμον de quo suo lo- » co, sed & Gal. comment. in aphor. 64. l. 5. εὔχυμα » definit quæ post coctionem in bonum succum » id est sanguinem mutantur, is enim humor est » nobis amicus, dicuntur & εὐχύλα, quænam vero » alia sint docuit Cels. l. 2. c. 20.

Εὐψυχές. dicitur iucundo & salubri exposito frigo- » ri, eaque significatione quæ dicimus Gallice vn » lieu frais.

Εὐῶδες. bene olens, de quo vide ὄσφρησις. est & nomen malagmatis, quod habetur apud Paulum lib. 7. Item collyrium quod alio nomine ἀθήνιπτον & διὰ σμύρνης appellatur, & à Scribonio Largo describitur.

» Vide in dictione Ἀθήνιπτον; aliud & habetur » collyrium εὐῶδες dictum l. 4. πρὸς τόπ. cap. 7. at- » que ad Zosium authorem refertur: epithematis » quoque cuiusdam εὐώδους dicti descriptiones vi- » de, atque vires apud Trallian. lib. 8. cap. 2. vide & » medicamentorum huius nominis, vtiliumque ad » stomachi inflammationes à frigido humore or- » tas descriptiones aliquot apud eundem l. 7. c. 12.

Εὐώδη ὕδατα: aquæ odoratæ Hippoc. dicuntur lib. de » aere aq. & loc. quæ laudantur tanquam salubres » non quod illæ odoris boni aut mali participes » esse debeant, sed quod ita odore carere debent vt » elementi naturam referant, hocque modo fra- » grantes & odoratæ, id est gratæ etiam olfactui di- » cantur, quemadmodum dulces vocamus nõ quę » dulci sapore præditæ sunt, sed quæ omni saporis » genere carent.

Εὐωδία. suauis odor: omnis autem odorum suauitas ait Theoph. 6. de caus. plant. c. 6. πέψει τινὶ γίνεται καὶ κατεργασίᾳ confectione concoctioneque prouenit, siquidem quæ excocta fuerunt saporis odorisque sunt melioris quam crudiora.

Εὐώνυμος. est arbor Punicæ mali magnitudine atque folio eiusdem, maiori quam vinca peruinca, & vt Punica tenero: flore albo & violæ proximo, odore graui ac pestifero, folliculis sesami, in quibus acinus quadrangulus, solidus, pecori gustatu lethalis.

Videtur per antiphrasim εὐώνυμος dicta, sunt etiam qui κακώνυμον vocẽt à non habẽdo nomine.

Ἑφέδρα. herba quam & caucum appellant.

Ἑφέδρανα. οἱ γλουτοί. hoc est nates.

Quod super his homines sedeant.

Ἕφεδρον. herba quæ & ἵππουρις & κάτασις dicitur. Sic vocatur ab insidendi natura. ascendit enim proximas arbores, & ijs insidens coma propendent iuncea. Vide κάτασις.

Apud Dioscor. dicitur ἵφυδρον pro ἕφεδρον, sed non sine mendi suspicione.

Significat etiam ἵφυδρον apud Hippocr. sedem vel corpus aliud stabile, vt in eo desidere aliquis firmiter possit, vt exponit Gal. comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρμῶν.

Ἑφελκὶς. crustula quæ vlceri obducitur. Dicitur tũ de externis vlceribus, tum de internis: quandoque enim crustulæ eiusmodi & per tusses è pulmonibus, & per deiectiones ex intestinis vacuantur.

Si autem dicta crustula crassior sit & nigra, » non iam ἐφελκὶς sed ἐπάρα appellatur.

Ἑφεστάς. nomen emplastri egregie resiccantis, quod & μάγας alio nomine dicitur. Eius descriptio habetur apud Aetium lib. 10. inter remedia hydropicorum.

Cap. 24. sinus & fistulas conglutinat &, resiccat efficaciter, sed vide num sit legendum ἐφαστίας.

Ἑφέδιον. pubes, pecten, id totum dicitur quod est ab hypogastrio vsque ad pudenda vt scribit Ruffus: etiam κῆπον veteres appellarunt tam fœminarum quam marium; sed & dicitur πόδιον, in fœminis præsertim; λειμῶνα vocauit Euripides in Cyclope, Scaliger κλειτώνιον, ἕρκτον, ἐνδιαῖον, χειμαῤῥουν, dicitur etiam ἕδρα ἢ ἔπισον: hoc postro vocabulum Medicorum esse proprium inquit Pollux: & à Budæo ventrale vocatur, & pudendorum muliebrium velamentum id est quod τῇ ἕδρᾳ obtenditur seu prætenditur.

Ἑφηβία. pubertas. idem quod ἡ ἥβη. vide ἥβη.

Ἐφηλὶς. quid sit, ait Celsus l. 5. c. 5. à plærisq; ignoratur, cum nihil aliud sit nisi asperitas quædam & durities mali coloris. Prouenit potissimũ in facie ex inflammatione aut ardore solis: præsertim vero, vt scripsit Crito, circa malas & nasum eiusmodi maculæ apparent, non quidem in alto fixæ, sed instar floscul orũ productæ. Nomen inditum ἀπὸ τοῦ ἥλιου, non quod à sole tantum vitia illa in cute contrahantur, sed quod à reliquis inducta causis, similem asperitatem & colorem habeãt. Quæcunque enim causa ea excitarit, cutis ceu multo sole exusta, candorem & læuo tem amittit, contrahitque nigritiem & aspredinem. Plinius aliquando discolorem à sole cutem, aliquãdo à sole vsta, vel à sole adusta interpretatur, eoque vitio deformes solatos appellat. Alij vitia cutis simpliciter Latine reddunt.

Ἐφήμερον. ephemerum. Duplex est Dioscoridi &

Galeno, vnum quod irim syluestrem dixerunt, foliis & caule lilij, tenuibus, radice oblonga, vna, digitali crassitudine, saporis adstricti, odoris non ingrati, flore candido, amaro, semine vero molli. Ea videtur esse quam lilium conuallium, & rura muschetum appellant. Alterum vero deleterium & lethale est. Alij κολχικὸν, Romani bulbum agrestem vocant. flos illi croceo similis, subcandidus, caulis semipedalis, semen rufum, radix rotunda, foris è nigra rufescens, quæ desquamata intus albicet, teneraque ac lacte succosa, gustatu dulcis inuenitur, fungorum modo iugulat, bulbi similitudine inuitante. A quibusdam hermodactyli genus esse proditur. Verum Ruellius contendit hermodactylos è quibus catapotia tantopere commendantur ad podagras, non esse ephemeron, fretus authoritate Aetij & Pauli. Vtrique ephemero etsi nomen vnum est, diuersa tamen est nominis ratio: illud enim sic dicitur quod flos illi confestim deciduus, non longius vno aut altero die commoretur, aut decerpto longior vita quam dies, nullam enim ei vim mortiferam Dioscor. & Galen. tribuerunt: hoc vero ita vocatur, quod eodem die perimat. de hoc vide Nicandri Alexipharmaca, quæ nos aliquando versibus Latinis reddidimus.

Ἐφήμερον. dicitur à quibusdam κώνειον, id est cicuta, ab interitus celeritate, vt Phocion author est.

Ἐφήμερος πύρετος. (vel ἐφημερινὸς vt est apud Trallian. l. 12. ca. 1.) diaria febris in spiritibus accensa, cuius tota constitutio vnica accessio est horarum viginti quatuor. Hanc excitant causæ febribus alijs communes, præter putredinem: motus multus tum corporis tum animi, quies immodica, & omissa exercitationum consuetudo, suppressio calidi effluuij densata cute, obstructio mediocris à succo multo, crasso, lento si modo per initia recte tractetur, alioqui facile in putridam transit: præterea contactus calidæ substantiæ, satietas & ebrietas, cruditas, fames, & omnes animi affectus vehementes. Huius febris signa sunt in primis calor mitis & blandus, pulsus nullam habens inflammationis notam, nullamque omnino inæqualitatem in vna pulsatione, aut certe minimam: vrinæ omnino similes naturalibus, aut parum ab his mutatæ, bene coloratæ & rufæ, in quibus quod vel pendet vel subsidet, optimum est: adhæc facilitas tolerandi accessionem. Est enim hæc febris mitissima, quia calor illi vaporosus est, quibusdam primo manus occursu, alijs paulo postea. hæc quidem sunt diariæ febris signa communia. Singulæ autem quædam habent sibi propria, quæ naturam causarum sequuntur, à quibus sunt excitatæ.

Ἔφιππον. emplastrum ephesinum quod à Celso lib. 5. c. 19. describitur aduersus morsus & recentiora quædam vulnera efficax.

Ἐφίππιος. significat apud Hippocratem ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, exolutionem virium corporis ab humido calore inductam, quasi corporis quandam elixationem, vt Gal. in comment. annotauit.

Sic ἐφθοὶ dicuntur libr. 4. Epidem. qui febribus laborabant, quæ ob nimiam humiditatis redundantiam corpus exolutum ac velut excoctum redderent, & faciei τὴν ἐφθότητα, id est excoctionem vere dixeris quam Galli appellant *face bouffie*, qualis cernitur in Lethargicis.

Ἐφιάλτης. incubus. Est nocturna corporis oppressio & suffocatio. Quidam dæmonem esse putauerunt, aut externam quandam vim quæ quiescentes inuaderet, & pondere suo oppressos grauaret: ex quo nomen ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι indiderunt, quod hoc malo correpti imaginentur se ab aliquo inuadi & violari. At dæmon non est, nec vis vlla externa, sed tota mali causa intra corpus est. Ea autem est non humor, sed crassus & frigidus vapor, vt scripsit Posidonius, ventriculos cerebri implens, & prohibens spiritus animales per neruos ferri. Per somnum tantum fit, eoque laborantes per ipsum accessionem eadem patiuntur quæ & apoplexia correpti, sed tamen mitiora. Quia enim vapor in causa est, non in totum opplentur ventriculi cerebri, nec tam difficulter excitantur qui eo laborant. Manent tamen aliquandiu immobiles: deinde vero multo labore & conatu tenuato discussoque spiritu, & meatibus obstructione solutis, derepente è somno excitantur. Læditur illis potissimum imaginatio: ex quo verisimile est in priori potissimum ventriculo morbum consistere. Ex his intelligi potest incubi differentia ab apoplexia & epilepsia. Præludium tamen procemiumque eorum morborum est, atque etiam insaniæ. Diuturnior enim & frequenter repetens, crudo humore in ventriculis cerebri paulatim cumulato, in eos facile degenerat. Præcedunt incubum suffocatio, vocis amissio, grauitas & immobilitas, & hæc rursus crapulæ & cruditates ex quibus crassus ille frigidusque vapor suscitatur. Proinde quidam morbum hunc recte quidem, sed imperfecte definierunt, τὸν εἰς κεφαλὴν ἀναπέμποντα ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδυναμίας καὶ ἀπεψίας, hoc est, vaporem in caput discursum ex nimio cibo & cruditate. Themison vero à suffocatione πνιγαλίωνα appellauit.

In epistolis, vel & πνιγάμωνα: ab Aurel. lib. 1. τῶν χρον. cap. 3. ἐπιζολὰ: Dioscor. lib. 3. cap. 134. πνιγμὸν ἀπὸ ἐφιαλτῶν vocat: Plinius modo suppressiones, modo noctis ludibria; Sed & ἐφιάλτην ludibria faunorum idem vocauit lib. 25. c. 4. quod fauni veterum opinione dormientibus ista hominibus visa immittere crederentur; Neque sane omnino videtur contemnenda veterum Theologorum authoritas, omniumque gentium communis ille consensus de incubo & succubo, cui etiam attestatur experientia, & in primitiuæ Ecclesiæ historijs sæpe legimus catechumenos huiusmodi dæmonum ludibrijs vexari solitos, ita quoque apud D. Augustinum de incubis & succubis l. 15. de ciuitate Dei, vt hinc fere cogamur fateri, incubum alium arte dæmonis induci, alium corporis morbum esse: caeterû de isto affectu nullibi apud Gal. fieri mentionem inueneris nisi in libello de vtilitate respirationis, qui inter spurios censetur, illic scribit esse ephialten epilepsiam quamdam quæ fit in somno.

Ἐφιάλτου. antiquis vocata est pæonia, vt quæ aduersus ἐφιάλτην, hoc est suppressiones incuborum nocturnas, valeret.

Ἐφιάλτας vocat Aetius tetrab. 1. serm. 1.

Ἐφίδρωσις. duo significat, vel sudoris circa thoracem & caput exortum, vel in vniuerso corpore sudoris prouentum qui & paucus sit & inutilis: cumque eo nomine frequenter prorrhetici autor vtatur, non liquet tamen vtro modo ἡ ἐφίδρωσις intellexerit, vt annotat Gal. in comment.

» Apud Hippocratem sæpe reperias hanc vocem cum adiectione μικρὸν aut σμικρὰ, vt in Epid. » σμικρὰ ἐφίδρωσιν, & alibi μικρὸν ἐφιδρῶντες: est autem ἐφίδρωσις apud Hippocr. mali semper iudicij, quia vel oppressam copia naturam, vel imbecillitatem virum indicat, & quæ subinde excitatur ἐφίδρωσις, inutilem conatum naturæ denunciat; quomodo qui ex onere graui procidit, dum incumbens pōdus enititur reijcere, & in id vtrūque exurgens statim recidit, imbecillior factus grauius opprimitur; ita natura copia materiæ adobruta, dum aliquid conatur, paucum quid ac tenue diffluit, sed statim concidens debilior fit, quod si toto corpore eiusmodi subsudatio est, copia materiæ vel infirmitas retentricis ostenditur qua parte existit, itaque deterior, vbi parte nobiliore emanat, capite & thorace: adolescentulus 3. Epid. σμικρὰ ἐφίδρωσιν 2. die, obijt 7. Et Silenus 6. περὶ κεφαλὴν σμικρὰ ἐφίδρωσιν mortuus 11.

Ἐφλυσν. ἐχελάδησαν. apud Hippocratem, diffusi sunt & dispersi.

Ἐφοδος. dici solet proprie de hostibus aut latronibus. Sed ab his Hippocrates transtulit ad dies criticos, appellans ἔφοδον τὴν τῶν κρισίμων ἡμερῶν περίοδον, hoc est periodos dierum criticorum. vt annotat Galen. comment. in prognost.

» Hac & voce Hippocr. aphor. 2. sect. 5. lib. 6. » Epid. vtitur, atque intelligit naturæ vias ac veluti motiones atque impetus ad obeundas functiones, aut appetitiones naturales quibus ad » agendum aut mouendum impellimur, citra disciplinam vllam & absque doctore.

Ἐφυδρον. sic dicta est à quibusdam ἡ ὕπνους, vt habetur apud Dioscoridem, nisi ἐφίδρον legendum sit.

Ἐχει. apud Hippocr. lib. 2. πύρετος ἔχει interpretatur Galen. καταλήψει hoc est prehendit, ita vt corpus integrum nunquam dimittat.

Ἐχέκολλον. dicitur medicamentum glutinosum & tenax, quod affectæ parti appositum extrinsecus firmiter adhæret, vt ipsum vinculo contineri nō necesse sit. Idem distrahendo plurimum extendi potest.

Ἐχεται. Sequitur pro appetit & affectat & coniectat. quæ sane omnia vim eam habent, vt significent quænam vires & quæ opera eius sint de quo dicitur. Appello autem operā nunc, non operationes, sed effecta, sicut ædificatoris domus, fabri lectica, textoris vestis est. Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἰητρείου.

Ἐχέτλωσις. ἡ λευκὴ βρυωνία, hoc est alba bryonia, apud Hippocratem.

» In codicibus alijs est ἐχέτωσις vt l. 1. de morb. » mulier. & lib. de nat. mulieb. forsitan à cohibendis vulneribus.

Ἔχινος. non recensetur vel à Galeno, vel à Ruffo inter partes corporis humani. Eustathius tamen in Odiss. σ' scribit partem ventris esse, sicut & τὸ ἔντερον, Nicander in Theriacis:

Ἠ ἑλάφου γναθμὸν, πλὴν δὴ κηλίστιν ἔχῖνον,
Ἄλλοι δ' ἐκπόντα κεκρύφθαι.

Dicitur autem à multis eo nomine designari finum illum ventris in ruminantibus animalibus: qui parte interiore asper est, cancellatus, crustatus, & magnitudine reticuli. Hermolaus omasum interpretatur. Vocatur & ἐχῖνος in stirpibus quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, siue tegmen, siue caput, siue cacumen, ab erinacei marini similitudine.

Dicitur & à Galeno ἐχῖνος herba, quæ alio nomine ἔλενος, aliquibus ἀνιμοειδὴς, Romanis ocimum aquaticum appellatur. Significat etiam ἐχῖνος ollam magnam multumque patentem apud Hippocratem vt annotauit Erotianus.

Ἔχιον. herba est cui folia prælonga, hirsuta aliquantum tenuia, anchusæ proxima, sed minora, subrubra, pinguia, & spinulis horridula. cauliculi exiles & numerosi, quibus minuta vtrinque folia, expansa, pinnata, nigra, in summo caule minuscula, flores secundum folia purpurei, in quibus semina insident viperarum capitulis similia, à quibus nomen videtur habuisse. Auxiliatur vero etiam demorsis à serpentibus, cum vino pota. Sunt qui anchusæ speciem eam esse dicant quam ἀγχιδιάδιον appellant. Nicander etiam ἔχιν in Theriacis vocauit.

Ab effectu ita appellari videtur quod viperarum morsibus medeatur, siue epota siue etiam vulneri admota.

Ἔχμις. species vna τῆς κλήματίδος apud Plinium.

Ἐχόμενος. κατεχόμενος. βιαζόμενος, qui detinetur & cogitur: apud Hippoc. aph. 16. lib. 6. vt in comment. Galen. annotauit.

Ἔχυμώριον. sic dicitur flos cnici, vt tradit Hermol. in Dioscor.

Ἔψαλὸν. genus piscium apud Hippoc.

Sed ἔψητὸν melius legitur quam ἔψαλὸν: verum & dici mauult Henricus Steph. ἔψητος aut ἔψατος, nam ἔψητος vt tradit Athen. libr. 7. ὃν τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων, quos piscículos minutos Terent. in Andria actu 2. scena 2. appellauit. Sed & ἔψητος aliquando generaliter de omnibus minutis piscibus dici non de certa quadam specie suspicatur Henr. Stephanus, appellari vero ἔψητος quod solerent ἕψεσθαι non autem ὀπτᾶσθαι: Sed etiam ἔψητος vt ex antiquis authoribus docet Eustath. vocatur edullium quoddam ex minutis piscibus, videlicet ex ἀφύης aut ἀθερίνης, vel περκίδων, seu σπρηδίων & χαρακιδίων.

Ἔψημα ἢ ἔψητὸν. sapa, defrutum. Vinum ad tertiam mensuræ partem vel dimidiam etiam decoctum. vt apud Dioscoridem cap. de nitro, lib. 5. ἐν ἀφεψοῦσι δὲ τὸ νίτρον καὶ τρόφις πυθέι λεανθὲν μετ' ὀλίγου, καὶ πυθὲν αὖος ὑδρεχελίτου ἢ μετ' ἐλαίσματος, ἢ τινὸς τῶν διαφορεῖν δυναμένων πνεύματα. hoc est, Præterea nitrum tormina sedat, si tritum cum cumino bibatur in hydromelite, aut sapa, aut aliquibus quæ inflationes discutere possunt. σίραιον etiam id Græci appellant. Nec tamen ἔψημα pro sapa semper vsurpatur, sed aliquando simpliciter pro decocto & coctura, vt apud Galen. lib. 2. περὶ τέχνης, cum ait ἐψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἤδη πῶς ἡψωντα παχυνθῇ. hoc est, non statim coctionis initio, sed postquam coctione iam quodammodo intabuerint. Vide σίραιον.

Ἐψήματα etiam vocabant veteres cocta olera aut legumina vel alia absque carne, hoc & idem Galen. vocat ζωμὸν sed cum adiectione λευκὸν, id est: ius album, in quo scilicet vel olera tantum, vel etiam pisces cocti fuissent, at non item in quo carnes: non autem olerum tantum fiebant ἐψήματα vt ex Aristotele patet 1. de partib. animal. alibi idem docet: vocata esse ἐψήματα, quibus, cum frigefiunt, superficies in tenuem crustam concrescit, vt de generat. animal. l. 11.

Ἕψησις. elixatio. Est coctio indefiniti humoris facta à calore humido. Genere quidem πέψις est. fit ab humido calore: quæ enim elixantur, & ab aqua ca ida, & in calore humido concoquuntur. Perficitur autem eiusmodi concoctio, definito eo humore qui indefinitus, hoc est, flatuosus vel aquosus, mistus erat reliquo humori. Est autem elixatio eorum proprie quæ possunt elixari. Non est autem elixabile tum in quo nihil humoris inest vt lapis, tum in quo aliquis quidem est, sed propter densitatem superari & excerni non potest, vt lignum: sed id cui humor inest ab humido calore passibilis. Quod si alia elixari dicantur, id non proprie sed per metaphoram & similitudinem quandam dicitur. Sic enim aurum elixum esse dicitur, cum ignis vi humorem alienum remiserit. Dicitur similiter & lac & mustum elixum esse non proprie, sed metaphora & similitudine quadam, quum flatus aut aquosus humor discussus concoctusque est, etiamsi eorum concoctio propius quam auri & ligni & similium accedat ad veram elixationem. Nec tamen proprie elixari dicuntur, quod neque lac neque mustum dum coquuntur, posita sint in humore calido, neque ab eo concoquatur illorum humiditas, sed ignis vasi in quo continētur circumfusus eorum humiditatem concoquat. Est autem elixis proprium vt seipsis sicciora euadant: humor enim qui circumstat, propter calorem attrahit ad se rei elixæ humiditatem, eaque facile sequitur propter pororum laxitatem, contra quam in ijs quæ assantur, in quibus conclusi & conniuentes ab ignis calore pori humorem intus continent. Quo fit vt elixa proprio humore destituta, sicciora intus sint assis: foris autem alieno humore madeant. Elixa tamen nutrimētum humidius præbent quam assa, præsertim si in aqua dulci elixa sunt: omnes enim qualitates quæ initio sibi inerant deponunt, ita vt tandem ἄποια & aquosa euadant & aquæ qualitatibus prædita.

Ἑωλακρέα. carnes hac voce Græci appellare consueuerunt quasi biduanas vel triduanas dixeris, & ἑωλίζειν ita ante putrefacere est, hinc edullium summe recens ἐπιβραχὺ προσεωλισμένον id est parum adputrefactum mortificatumque dicitur; dicuntur & hæ carnes ψαδυρὰ & ψαθυρὰ, dicuntur & σαγνὰ, eæ nimirum carnes quæ diem vnum vel duos à iugulato animali asseruantur, Gallice *mortifiees*, Galen. comment 3. in prorrhet. partic. 24. qui eas opponi inquit τοῖς σκληροῖς καὶ ἰνώδεσι καὶ δυσδιαλύτοις καὶ δυσμασσήτοις. Vituperantur autem vt plurimum ἕωλοι cibi, quanquam memini Hippocratem. in lib. περὶ παθῶν præcipere quibusdam ægris, vt vtantur cibis ἑώλοις καὶ ψυχροῖσι: dicitur autem ἕωλον παρὰ τὴν ἕω quod significat ἡμέραν vt & Suidas ἕωλον esse tradit τὸ εἰς τὴν ἕω (diei videlicet sequentis) λειπόμενον χθεσινὸν ψυχρὸν.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Z.

Ζὸ διὰ τῶν ζ̃. medicamentum ex rebus 7. constans podagræ & coxendicum doloribus accommodatum: describitur à Paulo lib.7.c.11.

Ζάδυρα. barbarum nomē est, sed tamen à Græcis recentioribus vsurpatum. Est autem radix teres, aristolochiæ non absimilis, sapore & colore gingiberis, quæ ex India ad nos defertur. valet aduersus pestilentiam.

Ζάδωρ. idem quod ζάδυρα, vt author est Aetius.

Ζακελτὶς. sic voluit Nicander rapam appellari. Alij vero non rapam, sed cucubitam ita dici arbitrantur. Reperitur & ζεκελτὶς.

Ζάλεια. dicta est à quibusdam ἡ δάφνη ἀγδξάνδρεια, vt habetur apud Dioscor.

Ζέα ἢ

Ζειὰ. frumenti genus est tritico simillimum, radice multiplici & alba, culmo numeroso, sed tritico fuscius & minus. Duæ sunt eius differentiæ, vna simplicis grani, altera gemini, duabus tunicis inuoluti, quæ ob id δίκοκκος cognominatur. Ex zea olim fiebat alica, sicuti far ex frumento: neque est assentiendum Asclepiadæ, qui authore Gal. cap.3. lib.9. τῶν κατὰ τόπ. far & zeam idem esse existimauit. Siquidem τὴν ζειὰν Latini non far ipsum, sed semen ex quo parabatur, à frugis præstantia appellarunt.

Ζέια quoque idem quod ὄλυρα est inquit Hesych. vt & Galen. quoque Ζειὰς apud Hippocratem exponit ὀλύρας, id est siliginem in exegesi.

Ζεκελτὶς. idem quod Ζακελτὶς. de quo supra.

Ζεὰν ἀντὶ τῆς ὀλύρας, hoc est, pro siligine, vsurpauit Hippocrates, vt scripsit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ζεόπυρον ἢ

Ζειόπυρον. frumenti genus, mediæ inter zeam & triticum naturæ: nascitur in Bithynia.

Vt ait Gal. 1. de aliment. facult. c.13.

Διὰ ζεμάτων. Collyrij nomen est quod habetur apud Paulum lib.7. cap.16.

Sic dictum est quia ex decoctis constet.

ZZ. duplex, apud medicos veteres τὴν σμύρνην, hoc est, myrrham designabat, vt annotauit Hermolaus Barbarus l.1. corollariorum, propterea, quod ζμύρνη perinde atque σμύρνη diceretur. Nunc tamen vulgo per duplex ζζ. omnes zinziberi intelligunt, magno & periculoso errore.

Atque hic error de zinzibere frequens valde est in medicis Græcis omnibus quorum imitatione Marcus Cato & Plin. zmurnam scripserunt vt in vetustissimis codicibus legimus: occasio vero erroris inde est, quod Græcis non modo σμύρνη sed etiā ζμύρνη scribatur, de qua re in vocaliū iudicio apud Lucianum cōqueritur littera 6. quod patienter tulerit, neq; vnquam litteræ Z exprobauerit quod abstulerit sibi Ζμάραγδον, & ademerit ζμύρναν, & cū ita ζμύρνα pro σμύρνα scriberetur, factum est postea vt compendij gratia per duo ZZ. denotaretur ζμύρνα; quod compendium ignorantes ad id dispendij deuenerunt, vt myrrham per ZZ. notatam, pro Ζιγγιβέρεως voce agnouerint, atque ita zinziberi pro myrrha supposuerint.

Ζεστολουσία. feruentis aquæ lauatio dicitur Gal. 3. de sanit. tuenda c. 8.

Ζεὺς Iuppiter, pastilli cuiusdam nomen est ad dysentericos, describitur à Gal. 10. κατὰ τόπ. c. 5.

Ζεφύρια ὠὰ. sic dicūtur oua subuentanea & irrita quæ sine coitu pariuntur, alio nomine ὑπηνέμια dicta vide ὠὸν.

Ζίβεττον. est sordes animantis odoratissima, ex eius genitalibus locis deprompta. Nonnulli è recentioribus Græcis hoc animalis genus ζαπέτιον vocant, vulgus nostrum hodie siuettam nominat.

Ζίγγιβρ. ἢ ζιγγίβερι. zinziber. planta est in Arabia Troglodytica magna ex parte nascens: qua virente ad multa, perinde atque nos ruta, vtuntur. Radices habet cyperi modo paruas, candicantes, odoratas, & piperis sapore. Impense calefacit: nec viribus dissimilis est piperi, vt scribit Dioscor.

Ζίγειρ ἢ

Ζίγιρ. est species casiæ purpurei coloris crassiore sar-

mento, rosam spirans, & præcipui in medicina vsus vide κασία.

» Hanc Cassiæ speciem seu potius pro bonitatis » ratione differentiam ab incolis sic appellari Gal. » asserit libr. 5. κῦ τέτ. quamquam pro eo ibidem » habent codices nonnulli ζιγγιβέρεως; Libro vero de » Theriaca ad Pisonem ait ζιγγίβεως nominari, sed » mendum vtrobiq; subesse mihi facile fit verisi- » mile quoniam lib. de antid. 1. c. 15. quo loco ex » professo de Cassiæ generibus agere videtur, ean- » dem illam vocat ζίζι nomine dissyllabo & πιπερα- » μώτῳ, Arianus ζίγιβις nominat, Aetius ζίγι, Pli- » nius Balsamodem.

Ζιζάνιον. sic dicitur à quibusdam ἡ αἶρα, hoc est, lolium.

» Suidæ ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα, ethymologo τὸ αὐτὸ » σπόρος συμπυρφυόμενον τῷ σίτῳ: Legitur hoc voca- » bulum apud Euangelistas in nouo Testamento, » & apud Theologos, & quidem in plurali nume- » ro vt τὰ ζιζάνια σπείρειν apud Gregorium, alibi » non memini me legere.

Ζίζυφος. arbor est flore oleæ, sed magis odorato, cuius fructus corni baccis similior est quam ma- lis. Est duûm generum, vt scribit Columella, vna rutila, altera candida: omnibus officinis iu- juba dicitur.

Σμύρνη. idem quod σμύρνη myrrha, vide supra in » ZZ.

» Σοφῶδες ὄρος. vide in voce ὄρος.

Συρία. carpinus. arbor procera: sic dicta quod ex ea iumentis iuga optima fiant, quia, vt scribit Vi- truuius, fragilis non est, sed habet vtilissimam tractabilitatem. Galli charme vocant.

» Etiam sic appellatur aceris resina apud Paul. li. » 4. cap. 4. memini me quoque alicubi ζυγίας δά- » κρυον legisse in his quæ margini Aetij ascripta es- » sent.

Συγίς. est serpyllum syluestre, quod rectum exili- bus ramulis & longis attollitur, foliis rutæ, oblongioribus & angustioribus, flore gustu acri, odore iucundo.

Σύγωμα. os iugale, iugamentum. Est os ex duabus, vna ossis temporalis, altera ossis paruum oculi angulum constituentis apophysibus, inter ocu- lum & aurem coeuntibus conglutinatum. Nec vero interest apophyses ne an ecphyses dicantur. harum quidem posterior, à capitis osse quod iux- ta aurem est: anterior vero ab osse quod ad par- uum oculi angulum est, procedit, iunguntur au- tem in medio sutura obliqua. Ob id ζύγωμα siue συζυγώδες, quasi coniugale & ex duobus coniuga- tum, vocatur. Est autem solidum & durum in lapidis modum, medullæ expers, & foris quidem gibbum: intus vero cauum, quod musculum temporalem quem subiectum habet, & cui ve- lut propugnaculum obiectum est, contineret & ab externis iniurijs vindicaret. Siquidem sub hoc osse musculus ille magna ex parte delitescit.

» Istud & os à Polluce lib. 2. καρκίνος vocatur à » similitudine cancrorum fluuiatilium. Galeno » etiam ζυγωδὲς. dicitur.

Ζῦθος. zythum est potus qui fit ex hordeo aqua ma- » cerato resolutoque in liquorem vino similem » qui propterea οἶνος κριθινος, hoc est vinum hor- » deaceum à quibusdam dictus fuit: non autem » simpliciter ex hordeo preparatur velut innuere » videtur Dioscorid. sed ex hordeo postquam » aqua maceratum intumuerit, germinaque seu li- » gulas emiserit, torrefacto, quomodo bynem preparari docuit Aetius: Theophr. 6. de caus. « plantar. cap. 15. ζῦθον seu ζῦθος scribit ex hordeo « simul & tritico fieri; Bauari alijque decocto lu- « puli hordeum macerant atque sic bieram vo- « cant, Latinorum nonnulli Cereuisiam, alijs « vero vocibus Græcis βρύτος, βρύτον, βρύτιον, βυον, « βυτὸς, οἶνος seu πῖνος, & periphrasticως, κριθινος « οἶνος. Inebriat autem zythum perinde ac vinum, « & acris gustu est ex putrilagine quam ipsa præpa- « ratione concepit. Dioscorides scripto prodidit « eum vrinam ciere, renes & neruos tentare, « membranis præsertim cerebrum vestientibus « officere, inflammationem parere, vitiosum suc- « cum creare & elephantiasim gignere, quod po- « stremum quomodo ab illo fieri possit iure quis « dubitet, cum neque hordeum id efficiat, atque « lupulum dent medici ad sanguinis defœcatio- « nem: Porro sunt & qui ζῦθος scribant circumfle- « xo ῦ ex Galeno edocti; apud Theophr. loco cit. « per » scriptum legimus ζῦθος; est vero non tan- « tum masculini generis ὁ ζῦθος, sed & neutrius τὸ « ζῦθος, vt apud Plutarch. legere est sic annotante « Henrico Stephano. «

Ζυμίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi Alphabetica serie insi- « gniores panum differentiæ explicantur. «

Ζύμη ἡ

Ζύμωμα. fermentum. Est farina subacta, quæ aco- rem contraxit. Subigitur aqua priusquam adda- tur sal, & quia non perfecte coquitur, putrescit, caloremque & acrimoniam à putredine concipit, vt & alia quæ putrescunt omnia. Simul au- tem & tenuitatem partium & aciditatem acquiri- rit, quemadmodum acetum quod putrescente vino tale euadit. Ergo quanto vetustius fermen- tum fuerit, tanto est præstantius. Sic enim cali- dius acrius, & tenuius est, magisque ea quæ in alto fixa sunt attrahit & discutit. Miscetur ob id panificijs, leuioremque panem & concoctu di- gestuque faciliorem exhibet. miscetur & medi- camentis extrahentibus & digerentibus, atque etiam suppurantibus.

Ζύμωσις. fermentatio, vt Plato definiuit, est τῆς γεώδους οὐσίας ὑγρῷ κίνησις καὶ ἀέρωσις. hoc est, terre- næ substantiæ motus simul & in aerem resolu- tio. Est enim motus fermenti vi factus in ter- reno crassoque corpore, quo in tumorem le- uem attollitur, conceptoque aere distenditur, inflatur, & quodammodo ebullit. Id quod fermentum farinæ triticeæ subactæ inditum, euidenter præstat, & in multis rebus tum sim- plicibus tum compositis quæ per se eam vim fermenti acquirunt, manifesto cernitur. Ip- se enim vini feruor in dolio, & solidiorum me- dicamentorum vt Mithridatij, theriaces & con- seruarum, vt appellant pharmacopolæ, ebul- litio (neque enim Plato inter ζέσιν & ζύμωσιν distinxit, vtrumque eadem definitione compre- hendens) quædam fermentatio est, etiamsi inde acida non fiant, vt nec ipse panis fermentatus. Idem effectus & in atra bile apparet, quæ incen- dio bilis flauæ genita, terram in quam effusa fue- rit, abradit, & partes quæ raduntur omnes in al- tum attollit. Est enim is humor aceto simillimus, ex quo in terram effuso idem omnino fieri apparet, eumque propterea veteres humo- rem acidum nominauerunt, æque vt pallidæ bilis, amarum. Ab eadem causa etiam ἕδρα ζυ- μωδέα, hoc est, vrinæ fermentatæ, dicuntur ab Hippocrate, vt annotat Galen. comment.

2. in lib. 1. prorrhet. Sicut enim in terram acetum acre effusum protinus intumescēs quasdam terræ partes sursum simul attollit, sitque compositum quoddam ex terrestri substantia, aceti humiditate, & vaporoso spiritu, aut quemadmodum effusa in terram atra bile, aut in feruente musto, motio quædam spirituosa manifesto assurgit, aut sicut in panibus quotidie misto farinæ subactæ fermento & mediocriter macerato fermentatio fieri cernitur, fusa simul & intumescente quæ fermentatur substantia: sic & in vrinis aliquando crassis multum spissisq; leuis quidam feruor per agitationem excitatur, motisque & rarefactis spiritibus in ea conclusis, in maiorem quam cum primum excretæ fuerant, tumorem attolluntur.

Ζύμωσις ὕπατος. iecinoris tumor œdematosus, apud Hippocr. vt annotauit Erotianus.

» Credibile autem est exhaustis pene facultati-
» bus, & extincto prope calore natiuo magnam ie-
» coris contrahi intemperiem, vnde cessantibus
» facultatis naturalis officijs crudi humoris & fla-
» tuum collecta abundantia hepar intumescat,
» Quod in dies videre est in ijs qui à pure in thora-
» cem collecto & tabe consumuntur, hac phrasi
» quamquam insolente vtitur Hippocr. 4. Epid.
» qua voce sunt & qui hepatis feruorem & ebulli-
» tionem intelligant, qua & fere notione ἐζυμω-
» μένα ὕδερα in prorrhet. & ἐζυμωμένα διαχωρήματα in
» Coacis dicuntur.

Ζωὴ. vita. Est coniunctio animæ & corporis. Hæc enim coniunctio cum primum in vtero cœpit, & quamdiu durat post ortum, homo viuit, adeo vt vita aliquot locis à Galeno dicatur actio animæ primaria. Continetur autem ea coniunctio vno calore natiuo, quo quidem vt præsente viuimus, sic extincto morimur. Quamdiu enim vel scintillula huius caloris erit in corpore, vita erit, vitæque functiones, licet aliquando valde obscuræ, perseuerabunt. Quod autem eo quasi vinculo vita constet, mors ipsa ostendit, quam omnes Philosophi caloris huius extinctionem esse prodiderunt. Vita igitur consistit in calore, non eo quidem elementari, sed diuiniore, vt suo loco dicetur, ita tamen vt non sit censendus opifex omnium functionum, atque causa per quam omnia in corporibus nostris perficiantur (id enim animæ proprium est) sed tanquam instrumentum animæ eiusque facultatum, sine quo nihil prorsus agere valeant. Abundat ille vigetque potissimum in corde, à quo tanquam è fonte quodam in omne corpus diffunditur. Ex quo patet vitam in corde tanquam in penu conditam, in omne tempus eius beneficio distribui, quod propterea primum viuit postremumque moritur, sedemque in medio habet corpore, quo vitam, calore suo per arterias diffuso, in omnibus particulis tueatur.

Ζωμὸς. ius. ius esculentum, liquor eorum quæ cocta sunt adiectis condimentis: ex quo ζωμοπιεῖν vocatur à Dioscoride quicquid gratiam iuribus conciliat, seu quod gratiam in iuribus habet. Cū autem plura sint condimentorum genera, duo tamen apud veteres maxime celebria fuerunt, ius album, & ius nigrum. Illud ζωμὸς ὁ λευκὸς dicebatur: fuit autem conditurę genus coquendis edendisque non piscibus modo, sed Gallorum etiam testiculis & columbarum pullis alijsque carnibus dicatum. Erat quidem, vt scribit Galen. cocturæ genus præstantissimum, atque hunc in modum apparabatur. Copiosa aqua primum injiciebatur, deinde olei quod satis esset affundebatur, cum pauco anethi & porri: postea cum pisces semicocti erant, salis tantum aspergebatur, quod totum ius salsum non redderet: eratque præparatio eiusmodi etiam ægrotis accommoda, nec eo quidem modo coctas carnes Galenus, vel in febre, vel in dolore capitis ex ebrietate contracto exhibere dubitauit. Tale quidem fuit ius album antiquis, sed simplex. Siquidem alias cum garo & vino, aut alia quadam superuacua conditura, cuiusmodi καρυκείαν Græci vocant, præparabatur, sed minus salubriter. Dicitur autem ius album ad nigri differentiam, cuius tamen parandi quænam fuerit ratio, ignorare me profiteor. Nigritiem enim potest contrahere varia mistura & multa præsertim sapa, sicut Galenus comment. 1. in lib. 1. prorrhet. annotauit. Eo vtebantur senes Lacedæmonij, vt refert Plutarchus in Apophthegm.

Eratque in eorum mensa illud præcipuum vt
» senes eo cibo acquiescerēt plerumque, nec aliud
» obsonium desiderarent vt ibidem Plutarch. &
» Tullius 5. Tusculana docent; à Græcis αἱματία
» vocabatur vnde suspicari est sanguine cocto vel
» incocto atrum colorem iuris illius redditum fuis-
» se, cuiusmodi esse ius botulorum videmus, pro
» hoc iure nigro vide αἱματία, vide & ζωμός, vbi plu-
» ra leges.

Ζώνη. dicitur pars ea corporis qua cingimur apud Hippocrat. quanquam sunt qui πλὴν ὀσφύος interpretentur, vt annotauit Erotianus.

Est & ζώνη ignis sacer, siue herpetis species, sic dicti quod medium quodammodo cingat & complectatur hominem, vt author est Scribonius Largus cap. 62. scribens medicamentum Andronis facere ad carbunculos & ad ignem sacrum & ad zonam quam Græci ἕρπητα dicunt. Sed magis vsitato nomine ζωστὴρ appellatur. C. Plinius Secundus in lib. 3. quem scripsit de medicina, ait πλὴν ζώνης à quibusdam circinum appellari, fierique hunc in modum: vesicæ tanquam combustæ exeunt & crepant, primum paucæ, deinde cito multiplicantur, quæ si hominem cinxerint, occidunt.

Ζωστὴρ. species τρυχάμεως, quæ in fornacibus legitur zonarum similis.

Ζωόφθαλμον. dicitur à nonnullis τὸ ἀείζωον siue sedum maius, apud Dioscoridem, ab oculorum animalis similitudine.

Ζωόγονον σπέρμα. apud Aretæum appellatur semen genitale cui opponitur ἄγονον.

Ζώπασα. est pix cum cera derasa nauibus maritimis, quam aliqui ἀπόχρισμα vocant. Ea dissipandi naturam habet, quoniam marino sale macerata sit. Sunt autem qui pineam resinam hoc nomine appellarint.

Ζώπυρος. nomen est antidoti quam dicitur Zopyrus regi Ptolemæo composuisse atque Ambrosiam nominasse, vt scribit Celsus lib. 5. cap. 23. valens ad colicos dolores & alui inflationes & incipientes hydropas & venena. Describitur à Com. Celso atque à Paulo Ægineta eodem prorsus modo, ac ne ponderibus quidem medicamentorum, nisi admodum paucis immutatis. Habetur & apud Aetium ζωπύρειος ἀντίδοτος, eadem quoque omnino materia constans sed diuersis mensuris. Describit & Scribonius Largus antidotum

quandam Zopyri ad lethalia venena & omnem serpentis ictum efficacem, sed plurimum diuersam à superiore.

„ Est etiam Ζωπύριος ἀντίδοτος lib. 2. de antidot.
„ apud Galen. cap. 1. Alia insuper sic dicta cap. 8.
„ libri eiusdem quæ dicitur à zopyro ad Mitrida-
„ tem missa, & à Mitridate in morte condemnatis
„ experta aduersus venenorum haustum: Aliam
„ præterea eiusdem nominis describit idem Galen.
„ vlt. capite eiusdem lib. 2. de antidot. vsusque
„ multiplicis ad affectus diuersos.

Ζώπυρον. vocant nonnulli herbam quæ κλινοπύδιον dicitur.

Ζωόφυτα. dicuntur quæ natura quadam media sunt
„ inter plantam & animal. vt vrtica spongia.

Ζωστὴρ. est ignis sacer qui medium hominem ambit cingitque, Scribonius Largus eum alio nomine, sed parum differente, ζώνην appellat c. 62.

Ζωστὴρ. à quibusdam dicitur species vna fuci marini, cui folium latum virideque est, ob id πράσιον etiam nominatur.

Ζωτικὴ δυνάμις. est facultas vitæ conseruatrix. Nam cum vita non aliud sit quam copula animæ & corporis, eaque vno calore natiuo contineatur, merito ea facultas vitæ conseruatrix haberi debet, cui à natura caloris huius gignendi, continendi, partibusque omnibus impertiendi, cura commissa fuit. Eam facultatem medici vitalem appellarunt, multo præstantiore nomine quam reliquas facultates, quæ quamuis tam sint ad vitam necessariæ, vt sine ipsis ea nullo modo constare possit, prærogatiuam tamen eam habet vitalis vt per eam vita consistat. Siquidem calorem natiuum, quo vno viuimus, sola moderatur. Cuius rei causa in corde residet, viscere nobilissimo: quod propterea omnium in corpore primum vita fruitur & postremum viuere desinit, situmque est medio in corpore, vt quoquouersum calorem suum in omne corpus effũdat. Neque enim satis naturæ visum est natiuum calorem singulis partibus in ipsa prima conformatione indidisse, qui fixus à medicis dicitur: sed quoniam multis de causis alterari, imminui, digeri extinguique potest, eum perpetua alterius caloris ὁμογενοῦς accessione refici atque instaurari oportuit. Quod quidem munus facultatis vitalis proprium est. Eo autem vt defungeretur natura, cor condidit huius caloris sedem, in cuius ventriculo maxime sinistro tanquam in fornace coqueretur. Materia eius pabulumque sanguis est atque sanguinis vapor quem dexter cordis sinus suppeditat, qui postea perenni cordis motu elaboratus & calidior tenuiorque effectus, vitalis spiritus nomen accipit, non tam iam pabulum caloris illius natiui quam vehiculum. Calor namque natiuus duobus ijs comitibus in singulas corporis partes per arterias decurrit, earumque perpetua pulsatione calorem ipsis à natura insitum temperat atque refocillat. Idem enim præstat vniuerso corpori arteriarum motus, quod cordi respiratio, quæ aeris inspiratu non modo calorem in corde alioqui exardescentem, leniter ventilat, sed etiam adauget, expiratione vero fuliginosis excrementis liberat. Itaque cum facultatis vitalis munus proprium præcipuumque sit vitæ cõseruatio caloris natiui beneficio: vel, si mauis, caloris natiui, quo vno vita continetur, generatio & custodia: præstari autem id non possit absque cordis & arteriarum pulsu, vt qui eo in opere habeat rationem causæ per quã vita calorque natiuus conseruentur: consentaneum est vim quoque pulsificam facultatis vitalis functionem esse: neque enim pulsus aliud est quam caloris natiui motus. Sed nec minus inter eiusdem facultatis actiones annumeranda sunt animi pathemata, quæ & ipsa motus sunt natiui caloris, sed diuersi à pulsu generis. In pulsu namque tum in ipso corde motus fit, tum per arterias: per animi vero pathemata non in corde modo cientur caloris motus, sed per vniuersum etiam corporis habitum sentiuntur. Siquidẽ in mœrore & metu, adhæc iræ & verecundiæ initio calor natiuus intro cum spiritu & sanguine recurrit: contra in gaudio, ira, & verecundia iam vigente, ad cutem cum spiritu & sanguine plurimus erumpit. Quorum quidem motuum concitandorũ facultas θυμοειδὴς à Philosophis appellata fuit. Ex quo patet facultatis vitalis geminam esse differentiam σφυγματώδη & θυμοειδῆ. de quibus suis locis agetur.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. H.

Ἥβη. pubertas. Tempus est ætatis quo lanugo circa pudenda oriri incipit. Id quia incerto fit tempore, vt ait Galenus comment. in aphor. 27. lib. 3. propter frigiditatem temperaturæ (calidi enim citius frigidi tardius pubescunt) idcirco pubertatis initium varium est, alijs in duodecimo, alijs vero à decimoquarto anno vel serius etiam pubescentibus. Sed cum omnes cum cæterarum rerum tum maxime ætatum mutationes annorum hebdomadibus contingant, initium pubertatis post annũ decimumquartum recte videtur à Galeno assignatum. Durat autem vsque ad vigesimum quintum, sicut Hippocratem sensisse Galenus scribit comment. in aphor. 7. lib. 5. qui de comitiali morbo editus est. Quanquam Modestinus iurisconsultus plenam pubertatem decem & octo annis definiat.

Ἥβη. pubes. pecten. est postrema pars hypogastrij siue aqualiculi, qua scilicet pili nascuntur. Dicitur alio nomine ἐφιβάνον & ἐπίσχον.

» Inde ἡβῶντες, id est, pubescentes dicti: Virgi-
» lio etiam pubentes herbæ, & caules pubentes
» ab illa foliorum lanugine sic dicti.

Ἥβης ὀστᾶ. ossa pubis, pecten. sunt apophyses ossis sacri tenues, perforatæ & in anteriora protensæ. Illæ inter se in extremo symphysi coniunguntur, præcipue in viris: in mulieribus autem laxius cohærent, quo facilius in partu diuelli possint.

Ἡγκίστρευται. implicatus est, apud Hippocr. ἀγκιστροειδῶς συμπέφυκεν, vt explicat Erotianus.

Ἠδὲ ἔτι δὲ. insuper, apud Hippocr.

Ἠδελφισμένα. dicuntur apud Hippocr. quæ inter se similia sunt & valde, quasi dicas, cognata. Namque inter cognatos non est maior propinquitas & affinitas quam fratrum: annotat Galen. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ἠδέλφισται. ὀκείωται, apud Hippocr. ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, hoc est, affine cognatumq; est & maxime simile.

Ἠδελφισμένος ἰητρὸς. dicitur Hippocrati verus & genuinus medicus, ingenuus & liber, quem Plato lib. 1. cap. 8. de legibus ab illiberali & seruo distinguit.

Ἠδελφισμένως ἱμείρεσθαι. dicitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. more grauidarum aliena concupiscere: ἠδέλφισται verbum est quo iterum tertioque vtitur Hippocr. in eodem lib. & quod Gal. in exeg. exposuit οἰκείωται, à quo cum qui post eum extitere minus recederent, de affinitate qua mulieres inter se iunguntur, voluerunt interpretari: Sed si vocis huius & significationis originem attentius meditemur, vox illa ἠδελφισμένος deriuanda est à voce δελφὺς, id est vterus, vnde ἀδελφοὶ fratres vocantur, vt iure ἠδελφισμένως ἱμείρεσθαι de prægnantium absurdo appetitu dici existimetur.

Ἤδη. etiamsi tempus plerumque denotet, sæpe tamen adijcitur ad aliquid comprobandum, & significat præsertim, apud Hippocrat. vt cum dicimus, καὶ διὰ τ' ἄλλα καὶ ἤδη διὰ τοῦτο: hoc est, & propter alia, & iam propter hoc annotat Galen. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν.

Ἡδονὴ. voluptas, delectatio. Est sensus lenis in corpore motionis: eius fons & radix sensus est, sine quo nulla voluptas esse potest. Plato eam passionis nomine comprehendit, eo significans omnem motum qui fit ab altero in alterum. Epicurus & Zeno definierunt esse, ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι, hoc est, elationem ob rem quæ sequenda videatur. Pertinet ad facultatem irrationalem: siquidem ad voluptatem vis irrationalis omnes pertrahit, atque ad eam ex concupiscentia trahimur. Sensibus omnibus, vt & contrarius illi dolor, contingit, sed in oculis minus quam in cæteris, euidenter. in tactu autem & gustu maxime luculenter, ab ijs deinceps in odoratu & post hanc in auditu. Communis eius, vt & doloris causa est, naturæ ad se reditus vniuersim & celeriter factus. Quod enim sensim & paulatim fit sensum latet. Itaque eius quod periclitabatur diuelli, reditus ad naturam simul & celeriter fa-

fert. Idcirco oculis iucundissimum spectrum cæruleum est, sicut è diuerso grauissimum tristissimumque quod splendidum simulque album est, quemadmodum sol, sicut Galen. demonstrat li. 1. de causis symptom. medij vero colores medio etiam modo. In auditu similiter iucundissima vox est quæ lenissima tardissimaq; est & in ægris etiam parua & exilis, atque hac etiam magis quæ numerosa est. Est autem voluptas in hoc sensu quam in visu euidentior, propterea quod est sensu crassiore. sicut in odoratu adhuc manifestior est voluptas, propterea quod adhuc eius substantia est magis crassa: postea in gustu. Omnium autem maxima in tactu, dum ad naturalem statum reducimur. Proinde ijs quæ ipsum exasperant, vel concoquendis, vel difflandis, vel sensibiliter excernendis, quia ad naturam suam reuertitur, voluptatem percipit. Quinetiam qui lassitudine laborant, vbi molli frictione, vel in balneo loti, ab ijs quiescunt, euidentem sentiunt voluptatem. Nec vero solum lauando aut fricando voluptas comparatur, sed etiam in maioribus doloribus pertractatio quæ mollis, blanda & lenis sit, solatium quoddam non exiguum adfert. Cæterum in omni voluptate sensus, ad quem ea pertinet, sese totum comparat ad excipiendum id quod delectat, vt contra in dolore intro refugit, proindeque spiritus eo accurrit, & magna fit facultatis sensificæ relaxatio, expansis veluti vlnis rem gratam amplectentis. Sic fit vt plurimi maximo gaudio (ἀφιλαρέσιαν Græci vocant, quasi gaudij quendam excessum, oppositum timori subito & vehementi, quem ijdem ἔκπλαξιν nominant) repente interierint prorsus dissipatis spiritibus. Quanquam vero non semper voluptas iugulat, at certe facile resolubilem infirmumque spiritum reddit. Ex quo fit vt omnium maxime imbecilli euadant qui nimias voluptates consectantur.

» Cæterum etiam ὄξος vsurparunt quidam pro
» aceto; Patet apud Athenæum lib. 8. vbi de pis-
» cium condituris verba faciens quidam, pisces sa-
» xatiles optimos esse scribit τὰ ὄξει σκευαζόμενα hoc
» est, vt interpretatur Casaubonus, simpliciter cum
» aceto paratos.

Ηδύ. vide paulo post ἡδύσματα.

Ηδυπώματα. pix odoribus condita, apud Hippocratem, coquitur autem cum aqua & aromatibus. Similiter apud eundem ἡδυπότον σέαρ dicitur adeps in aqua & aromatibus coctus.

Ηδύοσμον. herba est duûm generum apud Dioscoridem: vna satiua, altera syluestris est: illa mentha dicitur, nec à Dioscoride describitur, hæc vero menthastrum vocatur, seu mentha syluestris. Herba est sisymbrio procerior, folio hirsutiore, maiore & grauiori odore: maiores flosculos habet, coliculorum fastigia coronantes. Calfacit tertio ordine, habetque humorem semicoctum, cuius causa venerem stimulat.

» Galen. 6. κ τόπ. ca. 1. mentham odoratam à
» veteribus ἡδύοσμον dici scribit: mentham κοκκυπο-
» νύμην Oppian. vocat 3. ἁλιευτικῶν, quod Min-
» tham Cocyti filiam Platonis amicam aduentan-
» ti Proserpinæ infensam & minitantem Ceres in
» κακὸν Cερπύλλην mutauit: improbam autem herbam
» vocat Oppiani interpres, quod ante coitum ap-
» posita mulierum genitalibus cõceptũ impediat,
» vulneraque si inferatur curari prohibet, & lacti
» mixta, coagulum densari non patitur: Calfacit
» tertio ordine, habetq; humorem semicoctũ, cuius causa venerem stimulat; Sed venerem excitet necne, dissidentibus inter se veterum authoritatibus iure controuertunt, & addubitant nonnulli: illam siquidem ad veneris voluptates commendat Dioscorid. lib. 3. cap. 40. & Galen. 6. simplic. venerem affirmat vsu menthæ excitari mediocriter, id quod & cæteris scribit accidere, calidis nimirum & siccis, quæ humiditate semicocta & flatuosa participant; Sed & eodem illud Aristotelis spectare videtur qui in problem. sect. 20. Causam inquirẽs huius prouerbij, belli tempore mentham neque edito neque serito, hanc rationem reddere videtur quod quæ potissimum satiua est militum corpora refrigeret & euacuet, id quod coitus nimius & intempestiuus κῦ συμβεβηκὸς efficere consueuit; nec secus Hippocr. 2. de Diæta de mentha verba faciens, quamquam eius etiam vsu tentiginem arceri velle videtur, Si quis (inquit) ea frequenter vtatur genitale ipsius semen ita colliquefiet vt effluat & arrigere prohibeatur, corpus denique reddatur imbecillum: Contra vero Plin. lib. 20. cap. 14. Resistere generationi mentha creditur, ait, cohibendo genituram densari; itemque Florentinus in Geoponicis lib. 12. ἡδύοσμον ἀφροδισίου εἶναι παρὰς τὰ ἀφροδίσια; hoc est, mentham ineptam esse ad venerea tradidit: Sed his conciliandis contradictionibus non magnopere mihi laborandum videtur, quoniam etsi prima fronte inter se pugnare videantur, minime tamen repugnant: neque enim quidquam prohibet quominus mentha dum liquidum fluxileque semen reddit venerem stimulet, & eadem ipsa, huius, vt ita dicam, fluxibilitatis ratione conceptui & generationi resistat. Cæterum ad Auicennæ authoritatem respondere difficilius fortasse fuerit, qui mentham tradidit seminis exitum cohibere, dum semen incrassat & ipsa spermatica vasa roborat, attamen & hæc authoritas cum primis illis minime pugnabit, si verba ista, vti par est, de mentha sicca intelligas, cuius quidem vim quam recentis longe aliam esse quiuis facile iudicet. Sic & Oribasij locus lib. 9. synopseos quo asserit mentham æque ac rutam ijs vitandam quæ fœcundæ esse desiderant; de mentha sicca eaque fortassis etiam syluestri intelligendus est.

Ηδυπνοῖς. genus est syluestris cichorij quod prodit latiore folio.

Ηδύοσμον. securidaca. frutex est folia ferens ciceris, pusilla, folliculos modo corniculorum aduncos, semen complexos rufum, securiculæ ancipitis figura: à qua πελεκίνος etiam dicta est inter hordeum triticumque prouenit.

Marcellus apud Dioscorid. à suauitate odoris sic nominatum refert. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 147. vbi ipsum dicit πικρὸν ἡδυσμῶδες.

Ηδύσματα. dicuntur vnguenta ipsa quibus ad suauitatem odoris aromata adiuncta sunt. Alia nõ vnguenta, sed aromata sic appellant, quibus odor vnguentis conciliatur, cuiusmodi sunt amaracus, costus, amomum, nardus, carpobalsamum & myrrha, vt patet ex Dioscoride in descriptione vnguenti amaracini: item coriandrum, mentha, apium, ruta, quæ etiam olera ementibus dari fuisse solita gratis præter legitimum pondus atque precium Galenus scribit. Cæterum vnguenta ea quæ ἡδύσματα vocabantur, succus tantum erant, hoc est, liquida, vt quæ solis fere constarent oleis eoque differebant ἀπὸ τ συμμάτων, vt

Plinius scribit, quod hæc corpus haberent, hoc est, solidiora essent: vtrisque tamen eadem odoris gratia. Dicuntur ἁδύσματα ἀπὸ τοῦ ἁδύνειν, quod est suauē & odorē gratum facere: vnde & ἁδύσματα generaliter dici possunt quæcunque rem aliquam iucundiorem gratioremque reddunt. in qua significatione Galenus lib. 3. de alimentis pinguedinem & adipem, carnium ἁδύσματα esse dixit. cibis enim suauitatem potius conciliant quam in alimentum vertantur.

Ἁδύσματα. etiam apud Hippocratem dici τὰ χλωρὰ καὶ ξηρὰ ἀρτύματα, vocemque Atticam esse, Erotianus annotauit. ex quo ipse lib. 2. τῶν γυναικείων, σέρ ἁδὺ appellat τὸ ἡρτυμένον.

Ἁδύχροον. est magma per pastillos digestum, multis aromatis constans. Primum ab Andromacho inuentum descriptumque proditur. Eius compositio refertur à Galeno lib. 1. de antidotis & lib. de Theriaca ad Pisonem. Describitur & à Paulo & Aetio. Non habet postremum locum in Theriaces compositione, vt cui præter alia & saporis & odoris suauitatem conciliet. Nec vero Theriacæ tantum conuenit, sed vnguenti etiam loco vsurpatum fuit & ozænis odoris gratia illitum à Galeno, qui resiccando etiam per odorem pulmoni à se exhibitum fuisse prodidit lib. 4. de locis affectis.

» Hedychroi autem descriptiones quantum va-
» rient non in ponderibus solum, sed etiam in ipsis
» rebus apud Aetium Galen. & Paulum docuit
» Cornar. suis in Paulum commentarijs.

Ἀθμοειδὲς ὀστοῦν. sic dicitur os illud quod ad summam nasi radicem intus fixum hæret tenue & latum, & magno illi foramini oppositum quo è cerebro in nares excrementa descendunt. Ratio nominis est quod cribri modo (ἄθμὸν Græci vocant) pertusum sit pluribus locis. Alij spongiæ idipsum conferunt, & σπογγοειδὲς nuncupant.

» Dicuntur & Paulo περὶ ἀθμοειδοῦς.

Ἄθμὸς. dicitur à quibusdam pars nasi superior, quæ supercilijs proxime subiacet.

» Vnde & ossa ἀθμοειδῆ dicta sunt.

Ἕξις τῆ νόσου. mos morbi qui & πρόπις modus dicitur:
» hæc autem voce malignitatem & benignitatem
» comprehendimus & Galen. quidem 3. de cris. c.
» 4. In morbo quatuor considerat à se inuicem di-
» stincta, speciem, motum, magnitudinem & mo-
» rem; Species inquit ex proprijs accidentibus co-
» gnoscitur, vt febris tertiana, quotidiana, quarta-
» na & reliquæ, ex signis cuique illarum proprijs
» dignoscuntur; magnitudo ex eorumdem acci-
» dentium quantitate; motus ex tempore partium
» accessionis; mos verò ex superuenientibus acci-
» dentibus, nam multos magnos morbos & qui
» celerius mouentur reperias qui tamen periculosi
» & maligni non sunt, sicut contra paruos & debi-
» les, qui tamen sint maligni; Ex his dicitur mor-
» bus alius εὐκόσμος, alius κακόσμος; εὐκόσμος quidem vt
» ex: gratia pleuritis, si sputum cito & facile edu-
» catur, si facilis respiratio, & similia accidentia mi-
» tia sint; κακόσμος è contra.

Ἧκιστα. Galen. 3. de acut. notat non significare ἥσσα-
» μῶς, id est, nullo modo vt plerique putarunt sed
» ἐλάχιστον, id est minimum, & lib. 4. t. 95. dicit si-
» gnificare contrarium τῷ μάλιστα.

Ἠλεκτρώδης λαμπρὸς καὶ στίλβων hoc est, lucida & splendens. dicitur ab Hippocrate de alui deiectione, παρὰ τὸ ἤλεκτρον, hoc est, ab electro & succino: vt annotat Erotianus.

Ἤλεκτρον. succinum Est succus quidam pinguis, oleosus & leuis, qui in lapidem mollem concreuit, ignem flammamque facile concipiens. Sed cuius generis succus ille sit, plurimum variant authorum sententiæ. Multi dixerunt esse arborum succum, ex arboribus littori vicinis stillantem in fluuios & mare: qui cum sit genere triplex, lacryma scilicet, gummi, & resina, Aristoteles succinum lacrymam esse scripsit, nec tamen definiuit cuius sit arboris: multi vero populi esse censuerunt, cuius opinionis & Dioscorides meminit, scribens lib. 1. quosdam existimare lacrymam populorum quæ in Padum amnem defluat, durariae coire in succinum. Quæ opinio vel potius fabula vnde profecta sit, Plinius explicat. Idem vero narrat Poëtas aliquos fuisse qui dicerent esse gũmi, sed nec eos qui id senserint, nec arborem ipsam ex qua funditur, nominat. Ipse vero pineæ succum esse arbitratur: alij vero cedrinæ. verum alij nec quæ succi species sit, nec quæ arbor eum exudet speciatim explicarunt, contenti in genere dixisse, succum esse arboris: inter quos plurimi fuerunt authores Græci, & è Latinis Cornel. Tacitus. Sunt & qui succinum terræ succum siue sudorem esse dixerint, & crediderint solis radios circa occasum vehemẽtiores in terram actos pinguem sudorem ex ea elicere è quo fiat succinum: alij etiam è limo terræ gigni prodiderunt: alij cõcreti maris purgamentum esse. Adeo multum pugnant inter se veterum sententiæ. Nouissime vero Georgius Agricola vir doctissimus & acerrimi iudicij, repudiatis veterum sententijs, scripsit succinum esse bitumen fossile quod in lapidem mutatum sit, quoniam omnes bituminis proprietates habeat. Cæterũ omnes consentiunt succinum in littoribus maris colligi: præsertim ad septentrionem, atque tempestatibus in littora ejici. verum è terra quidem, quæ sub mari est, oriri Serapio prodidit, non aliter ac fungi oriuntur ex ea quæ eminet è mari, ipsumque fluctibus & tempestatibus è natali solo erutum ad littora impelli. Cæteri vero omnes non nasci in mari, sed è fontibus in mare influere sentiunt, ibique durari. Non est autem succino color vnus: aliud candidum est, quod habetur præstantissimum: aliud fuluum & perspicuum instar vitri, quod Genus Græci nuncupant ὕδωρ: aliud nigrum, quod est deterrimum. Omne admoto igne accenditur & ardet, vt reliqua bituminis genera, affrictuque calefactum plumas, paleas, resque alias leues ac minutas, tanquam magnes ferrum, ad se trahit & retinet, eamque ob rem Græcorum quidam ἄπυρον ipsum appellarunt. Præbet multiplicem vsum. eius ramenta in suffitus cedunt quibus fœtidus & pestilens aer corrigatur: est enim odoris iucundi. Illinendi vim obtinet, atque ob id potum sistit sanguinem vndecunque profluentem, & vomitus & alui profluuia & catarrhos. Et quia odorum est, cordi amicum esse, eiusque tremori mederi creditur. Cæterum non in Oceano modo, sed etiam in mari Mediterraneo colligitur, quod tamen ad nos adferri negant, dicentes in eius locum substitui factitium ex benzoo, cera candida noua, carie fraxini & arborum musco, vel ex styrace, ladano, & ramentis xylaloes: ad vtramque vero compositionem addi muscum vel zibetum, atque omnia cum aqua rosacea cõmisceri: facile tamen fraudem deprehendi, quod natiuum non tam cito atq; factitium aquis mol-

lescat.

leſcat. Mauri atque Arabes ambram citrinam & caraben appellant.

„ Διὰ ἡλίκης paſtillus ad alui profluuia efficax qui
„ deſcribitur à Tralliano l. 8. c. 8.

„ Ἡλικτρῶδες ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Ἡλιοσφάκος. herba eſt folio myrti in Themiſcyra regione & Ciliciæ montibus maritimis prouenies. Ea ſcribunt quidam cum adipe leonino decocta, addito croco & vino palmeo, perungi ſolitos Magos & Perſarũ reges ad conciliandã corporis gratiã, ideoq; eandẽ ἡλιοκαλλίδα nominatã fuiſſe.

Ἡλιακὸν genus τῶν κύφεων, quod & κῦτι μέγα vocatur, ex rebus triginta ſex conſtans. Eius compoſitio habetur apud Paulum lib. 7. c. 22.

Ἡλικία. ætas. Eſt annorum decurſus corporis temperamentum immutans. Ita namque fert naturæ conditio, vt corpus humanum nequeat diu eodem in ſtatu perſeuerare, quod ſit omni genito corpori corruptelæ interituſque connata neceſſitas. Cum enim ita nati ſimus vt in naturæ noſtrę primordijs calidum frigido, humidum ſicco præpolleat, conſtetque nobis ex humida ſubſtantia genituræ origo, quam tamen humidam perpetuo ſeruari conueniens non erat, quod ex ea ſolidæ partes fieri deberent, natura ſtatim in generationis initio ignem terramque copioſius admiſcuit, quę non torrerent quidem vrerentue, ſed tamen abunde ſiccarent. Id quidem in cauſa eſt cur progreſſu temporis temperamentorum mutationes contingant, quæ non aliud reuera ſunt quam ætates: Ab hoc enim primum cogitur paulumque concreſcit quod in vtero conceptum eſt, mox ſiccius redditum veluti lineamenta quædam & rudimenta cuiuſque membri obtinet: vlterius vero etiam ſicceſcens, non lineamenta rudimentaue modo, ſed etiam exactam vniuſcuiuſque ſpeciem oſtendit: iam vero in lucem editum & magnitudine proficit, & tum ſiccius tum valentius ſeipſo ſemper efficitur; donec ad ſummũ incrementũ ſit peruentum: tum vero & incrementum omne ſiſtitur, oſſibus nimirum ipſis per ſiccitatem non vltra ſequacibus, & ſanguinis ſpirituſque vaſa ſpiritus ipſius flatu in latum aguntur: cuncta denique membra non ſolum robuſta fiunt, ſed etiam vires ſuas ſummas obtinent. In eo vero quod ſequitur tempore, omnibus iam partibus ſupra iuſtum ſicceſcentibus, non ſolum cuiuſque officium minus probe adminiſtratur, ſed etiam corpus ipſum macilentius graciliuſque quam ante redditur, & poſtea etiam rugoſum euadit. Quo vbi peruentum eſt, ſumma artuum atque viſcerum imbecillitas ſeniumque oritur. Talis quidem in genere eſt totius vitæ decurſus omnes temperamentorũ mutationes ætatumque differentias cõplectens. Hæ autem quamuis niſi annorum ſpatijs certis contingere non poſſint, ſed eas neceſſario annis metiri definireque oporteat, non facile tamen eſt id exacte præſtare, certoſq; fines ſtatuere ſed tantũ in latitudine quadam. Nam prout calidior, frigidior, humidior aut ſiccior aliquis eſt; etiam celerius aut tardius vel pubeſcit vel ſenex eſt. Earum namque qualitatum temperaturis ætates diſtinguuntur. Itaque vt quatuor ſunt temperamẽtorum differentiæ, quas homo toto vitæ ſuæ ſpatio ſuſtinet, ita par eſt quatuor ætates eſſe illis reſpõdentes. Primum enim vbi natus eſt homo eum calidũ & humidum eſſe conſtat, deinde calidum & ſiccum fieri, poſtea ſiccum & frigidũ euadere, tandem vero frigidum humidũque effici, & per eas quatuor temperies decurrere, perinde atque annum per ſua tempora eandem quoq; tẽperaturam ſortita. Quod enim in anno tempus, id in vita hominis ætas eſt, non eadem modo temperie prædita, ſed humoribus etiam & reliquis plæriſq; affectionibus. Habent autem & ætates ſua nomina, veluti anni tempora: quarũ prima dicitur ἡ τῶν παίδων, id eſt pueritia, veri admodũ ſimilis & abũdãs ſanguine: quæ tamdiu dicitur, quãdiu corpus calidum & humidum exiſtit. Eam autem medicarum diffinitionum author πρῶτον νέον appellat, id eſt iuuentutem, pueros cum iuuenibus confundens. Secunda autem, ἡ τῶν μειρακίων ἢ ἀκμαζόντων, id eſt, adoleſcentia, ſiue florens & virilis ætas: quæ durat cũ calor & ſiccitas exuperant, æſtati ſimilima, in qua, vt in hac quoq; multa bile corpus ſcatet. Tertia, ἡ τῶν παρακμαζόντων, quos etiam μέσους Græci appellant, id eſt, decreſcens ſiue inclinans ætas: quæ eſt cum frigiditas & ſiccitas corpus occupat, autumno nõ diſſimilis tum temperie tum humoris melancholici prouentu. Quarta eſt τὸ γῆρας, id eſt, ſenectus, frigida & humida inſtar hyemis, propter abundantis in ea pituitæ copiam. In quo tamen nemo me criminetur ſi ſenectutem frigido & humido, non autem ſicco definiui. Ego enim Galenũ ſequutus ſum ſic ætates diſtinguẽtem l. 8. de placitis Hippoc. & Platon. & in comment. quos ſcripſit in lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. Verũ alijs aliter ętates diſtinguere placuit, maxime per ſeptimanas, quod eo fere numero natura magnas mutationes efficere conſueuerit. Nec tamen de earum nominibus, vel quo temporis ſpatio circunſcribi debeant ſatis conuenit. Omnes primã ſtatuũt πρῶτον παίδων, hoc eſt puerorũ: cui duas ſeptimanas tribuũt, videlicet vſq; ad decimũquartũ annũ. Ab eo incipit ἡ ἥβη, id eſt, pubertas, & ſecũdũ Hipp. ſententiã vſque ad annũ vigeſimũ quintũ extẽditur, vt annotat Gal. comm. in aph. 7. l. 5. quo tamẽ in tempore πρῶτον μειρακίων ἡλικίαν, id eſt adoleſcentiã, cõtineri idẽ Gal. author eſt comm. in aph. 29. l. 3. ſcribẽs πρῶτον μειρακίων mediam eſſe inter πρῶτον ἥβης καὶ πρῶτον ἀκμῆς, id eſt, inter pubertatem & florẽtem ætatem. Quod ſi verum eſt, pubertas erit ab anno decimoquarto vſque ad annum decimumoctauum, ſpatio videlicet dimidiæ ſeptimanæ: ab anno autem decimooctauo vſque ad vigeſimumquintum adoleſcentia, vt ſcriptum reliquit Galen. comment. in aphor. 9. lib. 6. Itaque pubertatis nomine adoleſcentiam comprehendere Hippocrat. videtur. Ab anno autem quinto & vigeſimo ἡ τῶν ἀκμαζόντων καὶ πανίσπων ἡλικία, id eſt florens & iuuenilis ætas, incipiens, quinta ſeptimana terminatur, id eſt, anno trigeſimo quinto. Ab hoc poſtea ἡ παρακμὴ, id eſt, ætas declinans, incipit, iuuentuti ad ferendos labores multum impar, & ad duas ſequentes ſeptimanas extenditur, vt docet Galen. comment. in aph. 30. lib. 3. Ea igitur eſt à trigeſimoquinto anno vſque ad quadrageſimum nonum. Inde ſuccedit ſenectus, quam triplicem Galen. eſſe docet extremo quinto libro de ſanitate tuenda: cuius primam partem τῶν ἀμοιρεόντων appellat, id eſt eorum, qui cruda viridique adhuc ſenecta ſunt, propterea quod nondum habent ſenſum ſenectę manifeſtum, ſed adhuc ciuilia negotia obire poſſunt. Nec vero ſola ſenectus trifariam ita diuidi

intelligenda est, sed & reliquæ perinde ætates, vt prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Ætatem M. Varro diuisit in infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam. Author est Aulus Gellius li. 10. cap. 28. Seruium Tullium Regem, cum census faciendi gratia illas quinque classes populi Romani instrueret, eam rationem sequutum, vt pueros esse existimaret, qui minores essent annis septemdecim: inde ab anno decimoseptimo quos idoneos iam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit, eosque ad annum quadragesimum sextum iuniores dixit, supraque eum numerum seniores appellauit.

Ἡλιοκλὶς. nomen est compositi medicamenti aridi, quod vel maximas carnis excrescentias vsque ad penitiora adurit. Habet autem auripigmenti libram vnam, calcis viuæ drachmas duas. Aqua læuigantur per dies caniculæ, deinde siccantur.

Ἡλιοκλλὶς. herba quæ & ἡλιαστὴ dicta fuit: de qua supra.

Ἡλιόπτις. idem quod τὸ ἡλιοτρόπιον maius, sicut habetur apud Dioscoridem.

Ἡλιόφορον. sic à quibusdam dictum est τὸ ἡλιοτρόπιον μέγα, hoc est, heliotropium maius: vt Dioscorides scribit. Plinius tamen helioſtrophion & tricoccon genera facit duo heliotropij.

» Vt autem ἡλιότροπον & ἡλιοτρόπιον, sic ἡλιόφορον & ἡλιοφόριον Græci dicunt vt apud Dioscor. & » Apuleium videre est, quorum ille ἡλιότροπιν fœ» minino etiam genere vsurpat; hic & maluam er» raticam ἡλιόφορον à Græcis nominari docet.

Ἡλιοτρόπιον. solaris herba Celso dicitur: cuius duo genera, maius & minus, describuntur à Dioſc. in fine lib. 4. Gustu est adstringenti, cum quadam leuiuscula amaritudine.

» Nomen autem habet vt testatur Dioscor. » l. 4. c. penult. ἀπὸ τῦ συμπεριτρέπεσθαι τὰ φύλλα τῇ » τῦ ἡλίυ κλίσει, itidem & Plin. inquit lib. 2. cap. 41. » abeuntem solem intueri semper, omnibusque » horis cum eo verti vel nubilo obumbrante, & » lib. 22. cap. 21. heliotropij (inquit) miraculum » sæpius diximus cum sole se circumagentis » etiam nubilo die, tantus syderis amor est, noctu » veluti desiderio contrahi cæruleum florem: à Ni» candro vocatur ἠελίυ τροπαῖος ἰσόνυμον ἔρνος.

Ἡλιοτρόπιον. est & gemmæ nomen apud Plin. lib. » 37. cap. 10. sic dictæ quia iniecta in vas aqua ple» num fulgorem solis accedentem percussu san» guineo mutat, atque extra aquam speculi modo » solem accipit.

Ἡλῖπις. est species squammæ æris, sic dicta quasi clauaris. vide χαλκῦ λεπίς.

Ἥλιωσις. insolatio. Est corporis in sole apricatio. Remedij genus est veteribus medicis vsurpatum varijs modis & ad varios affectus: alij enim vncti, alij non vncti, alij decumbentes aut iacentes super multiplici strato, alij stantes aut deambulantes solis radijs exponebantur: ex quo ista fere commoda consequebantur, corporis perspiratio vberior, sudores, alui adstrictio, adipis consumptio, tumorum laxorum, maximeque hydropicorum depressio, totius corporis exiccatio, respiratio facilior, omnisq; superflui humoris absumptio. Proinde eo remedio iuuabantur hydropici, ischiadici, nephritici, paralytici, elephantici, cœliaci, fœminæ hystericæ & alba vteri fluxione laborantes: adhæc cephalalgici, præmissa per aluum vacuatione. Quæ quidem omnia ex Antylli libris Aetius plenius explicauit.

Ἡλίωσιν autem solis feruorem torridum Aurelian. vocat lib. 3. τῦ χρόνου c. 5. & l. 4. cap. 2. solicationem. »

Ἥλος. clauus. Est callosum tuberculum, album, rotundum, capiti clauorum simile. Prouenit toto corpore, sed pedum plantis digitisque potissimũ, nascitur frequens & in calcaneis, præcipue tamen ex contuso, quamuis interdum aliter, doloremque etiamsi non alias, tamen ingrediẽti mouet. Sed & in summis manuum digitis sæpissime oriri solet. Accidit & oculis: sic autem vocãtur callosa in eorum albo tubercula, vt ait Celsus lib. 7. Aetius agens de staphylomate scribit ἦλον in oculo appellari postquam staphyloma maximum euaserit, adeo vt palpebras excedat, & induruerit, cornea tunica vndiq; callosa euadente. Cæterum clauus omnis dictus est à figuræ similitudine. Nec vero in homine tantum, sed olea etiam ἦλος dicitur, ceu quædam solis inustio qua infestatur, quam, vt scribit Plinius, quidam fungum malunt appellare, alij patellam, quæ Græcis λοπὰς etiam dicatur. »

Ἥλωσις. Hippocrati vocatur palpebræ euersio, fitque vtroque musculorum conuulso partemque tarsi continuam ad seipsum trahente, hanc & palpebræ figuram Hippocr. κάμπυλον, id est curuam ac reflexam appellauit vt docet Galen. 10. de vsu part. c. 9. « « « « «

Ἡμέρα. dies. Duobus modis potest intelligi. Vno spatium id modo quod est à Solis ortu vsque ad occasum, quo quidem à nocte distinguitur. Est autem duodecim quidem semper horarum sed inæqualium, prout dies longiores sunt aut breuiores, alioqui si in horas æquales diuisus fuerit, in ipsis tantum æquinoctijs duodecim horarum erit: alijs autem temporibus plurium omnino erit vel etiam pauciorum. Altero vero totum id temporis spatium dicitur, quod est ab vno Solis ortu vsque ad alterum proxime sequentem. Is vero etiam noctem simul comprehendit, eumque à se intelligi plærisque in locis Galenus professus est. Est autem horarum viginti quatuor æquinoctialium. Hic quandam cum toto anno similitudinem habere dicitur, in quatuor partes similiter diuisus. Tempus namque matutinum humidum calidumque perhibetur, perinde atque ver, vt ex Antyllo Oribasius scripto prodidit: meridies æstati comparatur: pars quæ ad occasum spectat, autumno, vt & noctis prima pars, quæque circa vesperam est, occasui similis: mediæ autem noctis tempus, hyemi. Eo namque tempore, quemadmodum & per hyemem, Sol plurimum abest à nobis. Quamobrem vtroque tempore corporum perspiratio æque intercipitur, & fluxiones doloresque maxime recurrunt & vrgent. Vltima vero noctis pars ad auroram spectans, propterea quod matutino tempori propinqua est, eiusdem cum eo particeps est temperamenti.

Ἡμέρα κρίσιμος. vide κρίσιμος ἡμέρα.

Ἡμιτριτὸς πύρετος. diurna febris dicitur Hippocrat. lib. 3. Epid. ea quæ interdiu inuadit, opponiturque νυκτερινῷ, id est nocturnæ, has Hippocrat. esse ait longissimas vt etiam sint nocturnis longiores & in nonnullis ad tabem vergant. « « « « «

Ἥμερις. quercus placida, Roboris genus est, trunco

neque erecto, neque læui, neque excelso, sed caudice in orbem comoso, contorto, sinuosoque.

Ἡμερόκαλλις. herba est folio & caule lilio similibus, herbacei coloris vt porrum. flores in caule per singulos exortus, terni aut quaterni erumpunt, lilij diuisura, quoties dehiscere cœperunt. colore perquam pallido. radix magna est atque bulbosa. Leuiter digerentem facultatem habet, & cum hoc repulsorium quiddam. nostri lilium agreste, vel lilium marinum nominant.

Ἡμίδραχμον. pondus duarum drachmarum. vide δραχμή.

Ἡμίεκτον. τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως. hoc est, mensura chœnicas quatuor capiens. Pars est duodecima medimni Attici.

Ἡμιτεταίνιον. fasciæ nomen ad dorsi & pectoris deligationem. refertur à Galeno lib. de fascijs sub nomine Appollonij iunioris.

» Ἡμιτριτεῖον. vide τριτεῖον.

Ἡμικρανία. hemicrania. Est morbus mediæ partis capitis summo cum dolore: hic modo dextram, modo sinistram partem occupat, & ad futuram vsque protenditur. Ea enim dolorum interstitium est. Per circuitus plerunque reuertitur, vel quotidianos, vel tertianos, ac quibusdam extra caluariam, quibusdam in profundo capitis, plurimis circa temporum musculos, vel altius etiam consistit. Dolores autem aliquando tam sunt vehementes, vt ne manum quidem ferant, affecto scilicet pericranio & cute non experte morbi. Causa doloris tanti est vaporum, aut humorum, aut vtrorumque, vel multorum, vel calidorum, vel frigidorum, vel acrium salsorumque influxus siue per venas, siue per arterias. Affluunt autem hi vel quod à cerebro eiusque membranis foras pellantur tanquam redundantes aut vitiosi, vel quod à subiectis partibus sursum mittantur. Ac vapores quidem rensiuis doloribus afficiunt: biliosa excrementa mordaces inducũt: plenitudo grauitatis sensum adfert: rubor & calor calidos humores significant.

» Dicitur & ἡμιπαρία, & apud Trallian. l. 1. c.
» 12. τὸ ἡμίκρανον: & apud Aetium l. 6. c. 49. πάθος
» ἡμικρανικὸν, Oribas. ἡμίκρανιον appellat in titulo c. 3.
» l. 4. ad Eunapium, & Suidas ἡμίκρανιον exponitur τὸ
» ἥμισυ τῆς κεφαλῆς dimidia pars capitis.

Ἡμικρανικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta topica, curandis hemicranijs conuenientia. Ea non sunt vnius generis: alia enim magis, alia minus calida sunt: omnia tamen calida esse oportet, multum quidem, vbi non est multus calor, moderatius vero, si multa caliditas in dolore percipitur: tunc enim ad reprimendum caloris excessum, calidis pharmacis aliquid refrigerans miscendum est. Omnia etiam aliquid habere oportet quod firmitatem & roburaddat, quod adstringentem scilicet habeat facultatem. Porro eorum materia plurima est apud Galen. libr. 2. περὶ κρ. τόπ.

Ἡμιόβολιον. τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ. dimidia drachma, apud Hippoc. vt interpretatur Erotian.

Ἡμιοχθηρὰ μεταβολή. ea mutatio dicitur quæ fit in
» puris ex sanguine generatione, & ea quidem mix-
» ta atque media ex ea quæ à natura & præter natu-
» ram fit lib. 5. de simplic. medic. facult. vt & com-
» ment. ad Aphor. 47. l. 1.

Ἡμίξεστον, idem quod ἡ κοτύλη. propterea quod ξέστης capit duas κοτύλας. vide κοτύλη.

» Hæc vox legitur apud Dioscor. l. 1. c. 14.

Ἡμιώβολον. pondus est dimidij oboli, siue duodecima pars drachmæ. drachma enim sex obolos habet. frequentius occurrit ἡμιωβόλιον.

Ἡμιόνιον. herba quæ & ἄσπληνον & σκολοπένδριον appellatur.

Ἡμιονῖτις. herba quam ἀσπλήνιον plærique vocant, alij πύκριον, alij etiam ἡμιόνιον.

Dicitur & ἡμιονῖτις. de qua vide Dioscor. l. 3. c. 152. «
& Gal. περὶ κρ. τόπ. c. 8. «

Ἡμίπουν. ἥμισυ. dimidium, apud Hippoc.

Ἡμιπληξία ἡ

Ἡμιπληξία. dicitur paralysis dimidij fere corporis, quæ apoplexiæ succedit. Eadem videri potest cum παραπληγίᾳ siue παραπληξίᾳ, de quibus vide suis locis.

Ἡμίτονος. deligaturæ nomen apud Hippoc. vt annotauit Erotianus.

Ἡμιτριταῖος πυρετός. semitertiana febris. Est febris continua, ex quotidiana & tertiana febre, quarum vna continua, altera intermittens sit, confusis genita & cum horrore inuadens. Continuam quidem esse Galenus ex Hippocrate docet, atque in eo Archigenem & Agathinum reprehẽdit, quorum ille semitertianam in febrium intermittentium numero posuit, hic vero in eodem genere cum tertiana locauit, & sola accessionis vehementia ab ea differre existimauit. In eodem errore est & Celsus lib. 3. cap. 3. Nec tamen ex eo continuarum genere est, in quibus humor intra venas maiores putret, & vna tantum à principio ad finem vsque accessio perseuerat, sed vt vel ex ipso nomine semitertianæ intelligi potest, reduplicationes habet tertio quoque die, non quales quidem habet tertiana, sed dimidia ex parte similes. Nam tertianæ confusa quotidiana, accessionis tertianæ verum typum necessario immutat. Cum autem quatuor modis hæ febres misceri possint, vel ambæ intermittentes, vel ambæ continuæ, vel vna earum intermittens, altera continua, ambarum intermittentium mistio, quia & febrem omnino parit intermittentem, non potest semitertianam, quam continuam esse oportet, gignere: ambæ continuæ, continuam quidem efficiunt, sed sine horrore (quo tamen Hippocrates hemitritæon maxime definiuit) quod omnis febris continua nullum per se rigorem vel horrorem parit. Itaque alteram earum intermittere, alteram continuam esse oportet. Nec vero interest vtra continua sit aut intermittens. Vtroque enim modo & continuitatem seruabit, & mista simul bile & pituita cum horrore prehendet. Sed accidit multo frequentius vt quotidiana continua & tertiana intermittens febrem hanc constituant quã contra: eo quod facilius fit quotidianam fieri cõtinuam quam tertianam, cuius etiam exquisitæ accessiones longiores esse soleãt quam tertianæ. Horror autem non quotidie, sed alternis tantum diebus inuadere debet, quibus scilicet tertianæ & quotidianæ accessiones simul concurrunt & confunduntur. diebus autem alijs medijs & paribus refrigeratio sola incidit, quam febris quotidiana proprie accersit. Ab eo horrore Hippocrates hemitritæon horridam febrem (Græce φρικώδη πυρετὸν) appellauit. Itaque cum eiusmodi febrium mistio semitertianam pariat, duoque sint omnino modi quibus misceri secũ possint, duæ pariter erunt hemitritæi differentiæ. Nam si

æquales sint vtriusque febris vires, nec bilis pituitæ, aut contra pituita bili prævaleat, hemitritæus fiet exquisitus, qui nõ aliud est, quam æqualis earum febrium compositio, per quam æqualis quoque humorum pugna euadit. Sic enim & bilis celeritatem cohibet pituita, ac rursus pituitæ tarditatem atque hebetudinem excitat bilis. Cumque proprium sit tertianæ febris rigorem mouere, quotidianæ vero refrigerationem, mista ex vtraque æqualiter febris horrorem necessario afferet, rem quidem rigore minorem, maiorem autem refrigeratione, tantoque hac ipsa maiorem, quantum à rigore magnitudine superatur. Vt enim extremi humores æqualiter confusi sunt, sic horror pariter medius inter rigorem & refrigerationem nascetur. Quare non temere febris hæc hemitritæos, hoc est, semitertiana, dicta est. Nam ex quotidiana continua, & tertiana intermittente tota eius natura confusa, dimidiam partem vtramque ex ijs febribus retinet, non rigoris modo & refrigerationis, sed etiam reliquorum vtriusque febris symptomatum. Sin autem magnitudine vehementiaque impares febres sunt quæ hemitritæon gignunt, non iam exquisitus erit, sed ei magis affinis quæ in mistione præpollebit, ideoque & propria eius febris symptomata in ipsa mistione magis erunt conspicua. Nec vero satis est febres eas mistas complicatasque esse, sed ita confusas esse oportet, vt vtriusque accessio eodem tempore inuadat. Id quod & perpetuum esse potest, accessionibus eundem semper ordinem seruantibus, & potest non esse perpetuum, sed semel tantum aut bis terue in earum febrium complexu contingere pro accessionum acceleratione vel retardatione. Quo quidem casu non tota ea febrium complexio hemitritæus erit, sed eius modo accessiones illæ hemitriteæ vocabuntur quæ simul concurrent, eademque hora inuadent.

» Hemitritæus alias habet accessiones con-
» fusas, id est quæ eadem hora simul prehendant,
» alius habet implicitas, id est quæ diuersis horis:
» illa autem hemitritæus quæ suas accessiones
» confusas habet, nomen hemitritæi proprie me-
» retur vt ait Galen. lib. 2. de different. febr. itaque
» hemitritæus interdum ex genere confusarum, in-
» terdum ex genere implicitarum est febrium: Se-
» mitertiana autem tantum abest vt dimidia sit
» tertiana, vel multitudine symptomatum, vel
» viribus, vel horum tota conditione, vt longe etiã
» sit tertiana deterior, ita vt potius huius illa, quam
» hæc illius esse dimidia videatur: Quamobrem
» non venit mihi in mentem inquit Gal. l. 1. Epid.
» comment. 3. qua re adducti huic febri tale no-
» men impoſuerunt primi nominis authores, po-
» tuerunt tamen hi cum febris tertiana habeat vt
» & tertio quoque die inuadat, & ad integritatem
» veniat, quod semitertiana alterum habeat de his,
» alterum non habeat, ita vocabulum instituisse,
» habet enim vt 3. quoque die inuadat, vt autem ad
» integritatem veniat non item; Potuerunt præ-
» terea quod & accessione careat cum rigore inci-
» piente, ad hæc cum non finiatur excretione, aut
» quod diem secundum non habeat integrum, hãc
» tamen nominis rationem approbat Gal. 2. de dif-
» ferent. febr. & lib. de typis; cæterum longa hæc
» febris est atque lethalis authore Hippoc. 1. Epid.
» Romæ frequentem fuisse suo tempore scribit
» Gal. Vide φεκαδίης πυρετὸν.

Ἡμιτρίτιον. lintei crassioris pars, apud Hippocratem.

Ἡμιωβόλιον. pondus dimidij oboli, siue duodecima pars drachmæ. Sunt enim sex in drachma oboli.

Ἤνεκ. κόψαι. hoc est, cædere vel tundere: & ἤνεον. κεκομμένον, apud Hippocratem, vt tradit Gal. & γλωσσάριον.

Ἤνυστρον. est ventris sinus in quadrupedibus abomasum dicitur. Hic venter est magnitudine amplior omaso, quod ἰχῖνον vocant, forma oblongior, cancellis intus & crustis multis, magnis & leuibus inornatus. Ab eo proxime intestinum sequitur.

Vide Aristotelem de partib. animal. l. 3. c. 14. & histor. animal. l. 2. c. 17.

Ἠόιας. τὰς πρωΐας matutinas horas, apud Hippocratem.

Ἧπαρ. iecur. Est viscus natura primum, facultatis naturalis sedes & principium. Nam cum corpus humanum tribus principijs gubernetur, hepar omnium quasi quoddam fundamentum existit, sine quo alia esse non possunt, cum tamen ipsum sine alijs initio consistat. Est enim sedes animæ vegetabilis, qua primum animal præditum esse necesse est in modum plantarum, sicut Galen. lib. de formatione demonstrauit. Oritur autem affuso sanguine crassiore & concrescente fere sexta die à concepto semine. Itaque non modo sanguinis substantiæ simile est, sed eius etiam qualitates retinet: calidum enim humidumque est. Vt autem ex sanguine gignitur, sic & gignendi sanguinis vim possidet, quod insitum sit vnicuique parti cuiusmodi ipsa est, tale quid etiam creare. Ea namque naturali propensione iecur chylum quem intra se recepit, in sanguinem conuertit: non eum quidem tantum quo se ipsum alat, sed qui etiam alendo vniuerso corpore vtilis sit & plane necessarius. Talis autẽ bonus sanguis & vitio carens fuerit: quem vt efficiat, necesse est insitas esse iecinori quatuor facultates, vnam materiæ eius attractricem ex qua sanguis generetur, alteram eiusdem retentricem, tertiam vero concoctricem, tum demum absoluta concoctione, eorum expultricem quæ tanquam aliena concoctionem adipisci non potuere. His quatuor facultatibus primo & per se iecur præditum est, tanquam naturalium operum principium, quæ in solido eius corpore sedem habent, atque ab eo vim omnem accipiunt. Eas functiones cum per se exerceat, spiritu tamen, quem per se ipsum gignit, caloreque tanquam instrumentis vtitur, sicut ἐνορμοῦντα explicantes diximus, ex quibus non modo perficit hęc opera, sed eandem quoque facultatem reliquis omnibus corporis partibus impertit. Quæcunq; enim nutriuntur & augentur, ijsdem præditas esse oportet facultatibus quas à iecinore tanquam à fonte hauriunt. Itaque cum iecur venarum & nutritionis principium sit, est & concupiscibilis facultatis, quæ nobis non cum brutis modo, verum etiã cum plantis cõmunis est. Proindeq; iecinoris facultatem plantæ quodammodo simile dicit Gal. l. de plac. Hipp. & Plat. Ipsum enim iecur plantæ, venæ autẽ mesaraicæ radicibus respondẽt. Omnes autẽ in vnã conueniũt, quę vena porta dicitur, à qua & ortũ habẽt, chylũ ab intestinis deferẽtes. Inseritur autẽ ea vena in partem cauã iecinoris, quã & simã nuncupant: inde chylus in partem gibbam siue cõuexam peruenit, in

propria iecinoris caro resídet (eam παρέγχυμα Erasistratus appellasse traditur) quæ primum est sanguinis generandi principium. Ibi autem sanguis genitus in aliam maximam venam, quam cauam vocant, recipitur, ex ijsdem sedibus prodeuntem & subiectam venam portam suo orificio prope osculantem, quæ eum in omnes corporis partes vehat. Quod vt fieret commodius, natura iecur fere medium collocauit: siquidem sima parte ventriculo incumbit, gibba vero septum transuersum attingit. Est autem iecur lobis nunc nullis, nunc duobus aut tribus, nunc quatuor, etiam quinque Hippocrati præditum, nobis plurimum quatuor, magnis duobus & paruis totidem, in carne sua continentibus vim sanguinis effectricem. Cæterum sanguis quem iecur facit, multis de causis crassus est, & ad obstructiones facilis. quare ad eas vitandas natura simæ eius parti, quod in ea crassior sit magisque fecutentus, arterias inseruit quæ insiti caloris symmetriam in toto viscere conseruarent: nullas autem gibbæ dedit, quod ex diaphragmatis vicinia motus illi esset continuus. Ambit autem totum viscus membrana neruulo prædita, qui propago est nerui à sexta coniugatione venientis.

» Hepar autem πολυαίματον vocabat Empedo-
» cles vt ait Plutarch. 5. sympos. 8. quia abundat
» sanguine, & Aretæus 2. de curat. acut. c. 6. ἧπαρ
» esse inquit ὁκοῖον αἵματος πάγος, velut sanguinem
» gelatum, illius Gibba siue conuexa, Polluci l. 2.
» κυρτὰ dicuntur, quæ vero inferius sub ventriculo,
» σιμὰ: Porro πρόπυξα, πύλαι, μάχαιρα, ὄνυξ nomina
» sunt partium quarumdam iecoris aruspicibus
» olim nota & vsitata, quæ & in hominis iecore
» etiam habentur inquit Ruffus, sed obscuræ sunt
» & non conspicuæ & inutiles ad medicinam, de
» duobus prioribus meminit Nicander in Theria-
» cis.

Ἡπατικὴ δυσεντερία. sic dicitur vnum dysenteriæ genus, quo aquosus sanguis excernitur, ei aquæ persimilis in qua caro recens cæsa lota sit. Prouenit à retentrice vel alteratrice iecinoris facultate imbecilla vide δυσεντερία.

Ἡπατεία. medicamenta à Trallian. l. 9. c. 3. vocan-
» tur non modo ea quæ dissipare sed etiam repri-
» mere iecoris tumorem possunt; dicuntur & ἡπα-
» τικά.

Ἡπατικοί. Generaliter quidem dici possunt omnes qui ex iecinore quouis modo affecto laborant: nunquam tamen tam late eius vocis significationem medici extenderunt, sed veteres quidem sic appellarunt eos qui propter iecinoris inflammationem febricitarent, vt & pleuriticos & peripneumonicos qui lateris aut pulmonis phlegmone vexantur. Recentiores vero non ita, sed si tumor aliquis in hepate est, hepatis inflammationem, vel abscessum, vel scirrhum, vel aliter morbum ipsum appellant, non autem hepaticam affectionem: cum vero citra manifestum aliquod iecinoris malum imbecillitas sola acciderit, tunc ægrum hepaticum appellant. Hanc ergo imbecillitatem ex qua hepatici dicuntur, sola intemperies prouocat, eaque omnis generis, calida, frigida, humida, sicca, propter quam facultas eius alteratrix ad tantã imbecillitatem peruenit, vt quæ prius ex proba temperie sanguinẽ probũ gignebat, tunc ab ea deficiẽs sanguinem crudũ & semicoctũ reponat, & aquæ modo liquidum in qua recens mactatæ carnes ablutæ fuerint. Is propter facultatis etiam retentricis debilitatem è iecinore excidit & per intestina excernitur, eamque dysenteriæ speciem facit quam proprie ἡπατικὴν appellant. Singulæ autem intemperies sua habent symptomata, & ea quidem ingens cibi fastidium, sitim vehementem, febrim insignem & vitiosorum humorum vomitum: frigida vero omnia contraria. Commune vero omnium est, sanguinis aquosi & semicocti excretio, ne quis putet à calida intemperie superassari humores & reddi non modo nigriores fæcique similes, sed etiam crassiores. Id enim verum quidem est iecinori contingere cum sola intemperie calida citra imbecillitatem laborat, cumque morbus nondum iecinoris substantiam affecit: verum hepatica hæc affectio, non ad solam intemperiem, sed ad iecinoris substantiam pertinet, quæ propter intemperiem quamcunque longo iam tempore contractam, imbecillitatem contraxerit: sanguinem enim & humores superassare, intemperati quidem caloris excessu, sed nondum prorsus imbecilli iecinoris est.

Ἡπατικὸν πάθος. morbus hepaticus Celso, morbus hepatarius Plauto. "

Ἡ πάτης. dicitur iecoris phlegmone vt notat Gal. 1. Epid. comment. 3. part. 4. "

Ἡπατίτις φλέψ. iecoraria vena. Sic dici ab Hippocrate venam cauam Gal. annotauit lib. de format. fœtus, & comm. in lib. de nat. hominis. vide φλέψ.

Ἡπατίτις. sic à quibusdam dici τὸ ὑποπύησιν, Dioscorides author est.

Ἡπειρωτικὰ μῆλα. mala Epirotica quæ Dioscorides Romanis orbiculata dici ait l. 1. c. 162. "

Ἡπίαλος πυρετός. Epiala febris. Species est febris quotidianæ continuæ. Inter continuas quidem eam recenset Gal. comment. 1. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. De genere autem quotidianarum esse, non potest esse obscurum, quod à pituita vitrea & acida oriatur. Nam vbi ea moderate, aut potius dimidio sui putret, febrim excitat epialam. in ea autem quæuis pars corporis, eodem tempore, totaque febris constitutione febrim & rigorem sentit: febrim quidem à portione vitreæ pituitæ incensa & putrente, frigus vero à reliqua eius parte non putrente nec incensa, sed frigida manente. Siquidem non putris pituitæ pars per omnes venas vel vniuersum corpus dispersa rigorem concitat: quæ vero iam putruit, febrem accendit, non aliter quam si pituita vitrea & bilis flaua simul abundarent: & per partes sentientes mouerentur. frigoris ergo calorisque sensus in epiala febre eodem tempore, eademque parte contingit, eoque à lipyrijs & reliquis febribus differt, in quibus vel interna vruntur, cum extima frigeant, vel ardor summus in visceribus est, cum extremæ partes algeant. Nam quod in his maioribus portionibus accidit, hoc in epialis contingit exiguis portionibus, eoque vniuersum corpus pariter ambo persentiscit. Huiusmodi febris genus Græci medici ἐπίαλον proprie dixerunt: putauitque Archigenes nulli vnquam alteri rei id nomen accommodatum fuisse. Verumtamen & Attici, vt Galenus & Hesychius scripserunt, ita vocarunt τὸ πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος, hoc est, rigorem qui febrem antecedit: eoque nomine οἱ ψυχροὶ nuncupabantur, vt non sit quærẽda alia ratio huius nominis, quam quod hæc febris perpetuo frigida sit. Quidam tamen aiunt sic vocatam hanc febrem ἀπὸ τοῦ ἐπίου ᾧ

ἀλλὰ: quod mare in ſumma etiam tranquillitate perpetuo agitetur. vel πρὸς τὸ ἠπίως ἀλλαίνειν, quod molliter & moderate incaleſcat.

Ἡ πομφόδης πυρετὸς. ὁ μὴ φείκης καὶ ῥίγους γενόμενος: hoc eſt, febris quæ cum horrore & rigore inuadit: apud Hippoc. vt annotauit Erotianus.

» Ἡ πέλιον. dicitur leuis Epialæ febris acceſſio.

Ἡ ἡρακλεία νόσος. Herculeus morbus. ſic dicta eſt ab Hippocrate & veteribus ἡ ἐπιληψία, non quod Hercules, vt ait Galen. eo morbo laborarit, ſed vt eo nomine ipſius magnitudinem καὶ τὸ δυσκαταμάχητον, hoc eſt, eius vim indomitam atque inſuperabilem, deſignarent. Ariſtot. tamen problematum ſectione 30. ſcripſit Herculem reuera eo morbo laboraſſe. Sunt autem qui eo nomine apud Hippocratem τὴν μανίαν interpretentur, quod eo morbi genere Hercules è priſcis Heroibus ſolus laboraſſe dicatur. Aretæus etiam elephantiaſim Herculeum morbum dictam fuiſſe à veteribus prodidit, quod vehemens magnaque ſit, & nullo remedio ſuperari poſſit.

Ἡ ἡράκλεια. ſic dicta fuit à plærisque ἡ ἰλίξιν: & à quibuſdam ἡ σπλεῖτις, vt habetur apud Dioſc.

» Lib. 4. c. 33. & 35. qui & τὸ λιθόσπερμον à non-
» nullis ἡρακλέαν nominari tradit l. 3. c. 158.

Ἡ ἡράκλειον. ſic dicitur à quibuſdam τὸ ἀδέσποτον, vt habetur apud Dioſcoridem. Fortaſſe ab Heraclea Ponti ciuitate, in qua, totoque eius agro, abrotonum plurimum atque probatiſſimum naſcitur.

Ἡ ἡράκλειον ἄμμα. Herculeum vinculũ deſcribit Ori-
» baſ. & ἡρακλειωτικὸν ἄμμα de quo Athenagoras in
» apologia.

Ἡ ἡράκλειον κολλύριον. Collyrium à Tralliano ſic voca-
» tum deſcribitur l. 2. c. 5. oculorum cauis vlceri-
» bus conueniens.

Ἡ ἡράκλειος λίθος. lapis qui & μαγνῆτις dicitur.

» Ab alijs vocatus ſideritis teſte Plin. lib. 36.
» cap. 16. Heſych. tamen negat ἡρακλείαν λίθον &
» μαγνῆτιν eſſe eandem, & à Sophocle λυδίαν λίθον
» nominari dicẽs, id eſt lydium lapidem, quia He-
» racleę vrbe Lydiaca reperiatur vnde & ἡρακλεω-
» τὴν λίθον vocari; Theophr. ſane, Heracleo & Ly-
» dio lapidi eandem vim tribuit probandi videlicet
» auri, vnde indicem Ouidius appellat; hanc &
» magneti vim Euripides aſcribit. Itaque non vi-
» detur abſurdum dicere heracleum & magnetem
» lapidem, vel ſaltem eadem vi pollere, attrahen-
» di videlicet ferri & auri argentique probandi.

Ἡ ἡράκλειον πάθος. morbus Herculeus, vide ἡρακλεία
» νόσος.

Ἡ ἡρακλεία μύκων. Herculeum papauer cuius meminit
» Theoph. hiſtor. plant. l. 9. c. 13.

Ἡ ἡράκλειον πάναξ. herbæ nomen ex panacis genere
» ab Hercule inuenti, quod vocant nonnulli ori-
» ganum heracleoticum ſylueſtre, quoniam eſt
» origano ſimile, teſte Plin. l. 25. c. 4. vide & eun-
» dem l. 26. c. 14. & l. 20. c. 17. & Theophr. hiſtor.
» plant. l. 9. c. 12.

Ἡ ἡρακλεὼς ξηρὸς. medicamenti nomen ſiccantis, & carnem quæ ſupercreſcit exedentis. recipit autem ſquammæ æris, miſyos, chalcitidis vſtæ, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſi æquas portiones, vt effert Aetius.

Ἡ ἡρακλῆς. nomen collyrij fiſtularis, & quod ægilopas radicitus tollere dicitur. Deſcriptio eius habetur apud Aetium lib. 14. c. 55.

» Eſt & ἡρακλῆς aridi medicamenti nomen ad
» ſanguinis eruptiones vtilis deſcribitur à Gal. 5.
καὶ ῥύπ. cap. vltimo.

Ἡ ἑρπυλλίον. eſt genus anthemidis ad calculos efficaciſſimum. florem habet purpureum: cuius amplitudo maiuſcula eſt.

Ἡ ἑρχίωσις. tenuibus & multis venulis inſtar telæ aranearum implicauit, apud Hippocr.

Ἡ ἔρωσις. ἰσοδύναμον, apud Hippocrat. vt annotauit Erotianus: hoc eſt, profuit & auxilium tulit.

Ἡ ἡσυχαῖον πῦρ. tranquillus & quietus ignis, de febre lenta apud Hippocr. 1. γυναικ.

Ἡρμάσθαι. ἐρηρεῖσθαι ἢ ἡρμόσθαι ἢ τειχίσθαι. firmatum innixumque eſſe vel aptatum, apud Hippocrat. ſic dicitur ἀπὸ τῶν ἡρμάτων, τουτέστι τῶν ἐρειδομάτων: quo nomine Homerus vſus eſt Iliad. β', ὣς δ' ὅτε τις ἕρμα νεὼς.

Ἡρμαπομένη. firmata, ſubnixa. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἡρμαπάζεσθαι, quod & ἡρμάζεσθαι.

Ἡσυχίων. ſenecio, herba eſt cauliculo cubitali, ſubrubro, folijs continuis, per extremitates erucæ modo diuiſis, ſed minoribus multo. luteis floribus, qui celeriter diſſecti vaneſcunt in pappos. Nomen ſibi vendicauit, quod flores capillorum ritu caneſcant, radice ſuperuacua. Naſcitur maxime in macerijs & circum oppida. Facultatem miſtam habet refrigerandi & modice digerendi.

Ἡ ἑστιήσιον. dictum fuiſſe à quibuſdam eo nomine ἡ φρισπερικῶνα, habetur apud Dioſc.

Ἡ ἠύγγη ἡ

Ἡ ἠρύγγιον. Eryngium herba eſt ex genere τῆ ἀκανθοφύλλων id eſt quæ aculeos habẽt teſte Theoph. hiſt. plant. l. 6. c. 1. vbi ἠρίγγιον ſcriptum eſt, apud Heſych. vero ἠεγχύλιον: Dioſcor. quoq; ἐκ τῶν ἀκανθωδῶν eſſe dicit qui ipſum latius deſcribit l. 3. c. 24. ſic Plin. l. 22. c. 7. & clara in primis aculeatarum erynge eſt ſiue eryngion contra ſerpentes & venenata omnia naſcens, alio nomine μυρμήκιαν dicj aiunt, vt pote quod habeat folia aculeata & ſpinoſa ſimul ac ἀρωματίζοντα τῇ γεύσει guſtu aromatica, ad hæc radicẽ quoque ἰνώδη καὶ ἀρωματίζουσαν vt eam ob rem non immerito vnguentis expetatur. Trium porro generum eſſe dicitur marinum montanum & vulgare; quod vulgare album eſſe ferunt & à multitudine capitulorũ horrentium ſpinis Cẽtum capita vocari Latinis; Nicander λευκὴν ἠρύγγιον appellat in Theriacis vbi nota ἠρύγγιον ab eo appellari nõ ἠρύγγιον vel ἠρύγγην, quibus in locis annotat quoque Scholiaſt. ἠρύγγιον eſſe λάχανον ἀκανθῶδες & ζωτάνην φύλλοις ἀκανθώδη ἔχουσαν: Heſych. vero ἠρύγγιον eſſe dicit κνησῶν τι εἶδος ἀκανθῶδες, ὃ καὶ ὅπου τοὺς σαρκὰς εἰώθασιν ὀπτᾶν θέναι τῷ σίτῳ, forſitan vt mures & auiculæ ſpinoſis aculeatiſq; folijs ipſius inde arceantur. Rurſum Scholiaſtes Nicandri, Nicandri ἠρύγγιον & ἠρύγγιον Ariſtotelis idem eſſe cenſet, Ariſtotelis inquam de quo hæc ſcribit hiſt. anim. l. 9. c. 3. τῶν αἰγῶν ὅταν πεμμαῖς λάβηται τὸ ἄκρον τῆς ἠρύγγης (ἔστι δ' οἷον θριξὶ) καὶ ἄλλαι ἕπωνται, ὥσπερ μιμούμεναι καὶ βλέπουσιν εἰς ἐκείνην id eſt caprarum ex grege ſi quis vnam villo mento dependente quem aruncum vocant, apprehenderit, cæteræ ſtant velut ſtupidæ, ſuos in vnam illam oculos conijcientes; ſed fallitur non enim herbam ibi ab Ariſtotele intelligi, ſed villũ quemdã caprarum ſatis clare indicant verba illa ὅταν τις μίαν λάβηται τὸ ἄκρον τῆς ἠρύγγης, & hæc, ἔστι δ' οἷον θριξὶ, vnde & Plin. lib. 8. c. 50. dependet omnium mento villus quem aruncum vocant, hoc ſi quis apprehenſam ex grege vnam trahat cæteræ ſtupentes ſpectãt, vt ἠρύγγας ſit quas Martialis vocat barbas, incanaque menta Cinyphij, vete-

» tes Latini ſpirillum authore Paulo & Feſto; ve-
» rumtamen & Plin. loco citat. ſubiungit id etiam
» euenire cum quamdam herbam aliqua ex eis mo-
» morderit, cui opinioni etiam aſtipulatur Plu-
» tarch. ſympoſ. lib. 7. probl. 2. & in lib. de ſera nu-
» minis vindicta, non itaque mirum Nicandri
» quoque Scholiaſtem putaſſe Nicandri ἠρύγγῳ
» hanc vim ineſſe, ſed eam cum Ariſtoteles ἠρύγγῳ
» confundere non debuit.

» Porro quod ad eryngium herbam ſpectat, illa cum adoleuit, complures in ea ramulorum ſtriæ rubent, in quorum ſummitatibus globoſa capitula, durarum & acutiſſimarum ſpinarum ambitu ſtellatim circumuallantur. quorum color alias viridis, alias albus, interdum cæruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, interne candida, pollicis craſſitudine, odorata: vulgus centum capita appellat. Calfacit modicum, ſed valde ſiccat. Meminit eryngij cuiuſdam montani Aetius lib. 6. cap. 16. cui folia, inquit, anguſta & minora, flores autem aurei & oculis ſimiles.

Ἠρύγγιον. etiam à quibuſdam dictam eſſe aloen, author eſt Dioſcorides, forte à ſpinis quæ ſunt vtrique communes. In reliquis enim nullam prorſus ſimilitudinem habent.

Ἡρωικὸν πάθος. affectio heroïca melancholia di-
» tur à Gellio noctium Attic. lib. 18. cap.
» 7. cuius hæc ſunt verba: Scitote intempe-
» riem iſtam quæ melancholia dicitur non paruis
» nec abiectis ingenijs accidere, ἀλλ' εἶναι χαδὸν τι
» τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκὸν, & veritates plerumque for-
» titer dicere, ſed reſpectum non habere, μήτε κόλπου,
» μήτε μέτρου.

Ἥσας. ἀθήσας. apud Hippocratem, teſte Galeno: id eſt, Qui percolauit.

Ἡσυχία. quies. ocium. Eſt ceſſatio à motu. Ergo cum corpus aliquod ab ijs ſub quibus ante fuit in nullo immutatur, quieſcere dicitur: vt ſi in aliquo ab ijs recedit, ſecundum illud id moueri. Itaque cum multis modis corpus à ſtatu in quo erat recedere poſſit, multiſque modis moueri dicatur, totidem modis dicetur quieſcere, vbi moueri deſierit: neque enim quies aliud eſt quam motus priuatio. Quare vt contrarium contrario, ita quies motui ſemper ſuccedit, cuiuſcumque generis motus ille ſit qui præceſſerit. Itaque cum omnis motus apud medicos genere duplex ſit, in qualitate & loco, vel ex ijs duobus compoſitus, patet quietem quoque geminam eſſe, & ſicut omnibus ijs motibus communis eſt prioris ſtatus immutatio, ita è diuerſo quietibus prioris ſtatus conſeruationem. Cumque natura certa quadam contrariorum moderatione vitam noſtram contineri voluerit, patet etiam quietem omnium quæ in nobis mouentur, eſſe communem. Proinde factum eſt vt ſomnus (qui non eſt aliud quam facultatis animalis quies) vigilijs interponeretur, interque vehementes corporis motus atque exercitationes, mediam quietem interuenire oporteat. Neque enim parua eius vis eſt in tuenda valetudine, vt quæ ſpiritus inſtaurando, calorem natiuum augendo, & laſſitudinem tollendo vitam retineat. Sed cum ea inter cauſas ſalubres cenſeatur, quarum recto vſu bene nobis eſt, deprauato autem male, modus quoque in ea non minus quam in omni motu tenendus eſt. Quies enim tum quæ infra modum eſt, tum quæ eum excedit, mala eſt. Ex quo patet omnem quietem in relatione dici ad ſuum motum, vt quantus is fuerit, tantam quoque illam eſſe conueniat. Quiete namque parciore refici corpus nequit, immodica vero nimio redundat humore, vel etiam (quod fieri poſſe Galenus comment. 3. in lib. 7. τῶν ἐπιδημ. annotauit) interdum contabeſcit. Quorum quidem vtrumque non propria vi & natura quietis, ſed ex accidenti contingit. Quies enim nihil reuera eſt, vti nec tenebræ, nec cæcitas, nec ſilentium, ſed mera priuatio. Quamobrem nulla eius actio per ſe eſſe poteſt, ſed ex accidenti tantum, quod vel incommoda nimiæ exercitationis quiete & remiſſione tempeſtiua declinentur, vel abundanti ocio exercitationis commodis priuemur & tandem torpeamus. Itaque quies ex accidenti refrigerat & humectat, corpus replet excrementis, neruos debilitat, effœminat, omniumque partium actiones deteriores reddit. Quamquam autem quies ex eorum genere videatur eſſe quæ in noſtra poteſtate poſita ſunt, attamen ita comparatum eſt à natura, vt inter duos motus contrarios eam mediam interponi neceſſe ſit, quod non ferat contrariorum ratio, vt ſecum vniri continuarique poſſint. Nam prius contrarium motum natura ordiri non poteſt, quam priorem ſedauerit: atqui ſedare, ſubſiſtere eſt & quieſcere. Exprimit ergo neceſſitas quoddam eſſe tempus inter duos contrarios motus quo quies agatur. Id quod in pulſu (qui cordis & arteriarum motus eſt) liquido obſeruatur duobus motibus inter ſe contrarijs conſtante, quorum vterque quietem ſuam habet. Cum enim facta arteriæ dilatatione facultas pulſifica non poſſit eam comprimere niſi à dilatando ceſſauerit, nec ſimiliter abſoluta arteriæ contractione eam denuo explicare, niſi contrahendi finem fecerit, conſtat geminam eſſe in ſingulis pulſibus quietem, vnã poſt peractam diaſtolen quæ externa ſiue ſupera, alteram poſt ſyſtolen, quæ interna quies ſiue inferior appellatur. Earum vtraque pars pulſus à medicis cenſetur, non proprie quidem & per ſe vt diaſtole atque ſyſtole, qui vere motus ſunt, ſed per accidens potius, quod reuera nihil ſint, ſed ceſſatio tantum priuatioque motus. Conferunt tamen & illæ plurimum tum ad pulſuum cognitionem, tum ad præſagiendum ex pulſibus, ſicut poſtea in explicatione τῶν σφυγμῶν dicemus.

Ἧτρον. Scholiaſtes Nicandri dici tradit τὸ ὑπαρ, & « ὕπγιον apud Trallianum vertit interpres ſumina- « lem placentam: apud Galen. autem pannoſam « & laceram veſtem ſignificare videtur vt cum ἐξη- « τριασμένον apud Hippocr. eſſe dicit τὸ διὰ ἠτρίου ἠθη- » μένον, percolatum & tranſmiſſum per pannum. «

Ἧτρον. exponit proprie Galen. imum ventrem ſeu « regionem imam ventris quæ vmbilicum & pu- « denda interiacet; Sic & Suidas vocat τὸ ὑπὸ τὸν « ὀμφαλὸν μέρος, vt & Pollux li. 2. ἧτρον καὶ ὑπογάστριον « vocari ſcribit omne illud quod ſub vmbilico eſt « vſque ad pilos, qui ſupra pudenda ſunt, vt idem « ſit quod ἠφύδριον: Rectius itaque à Marcello red- « ditur imus venter quam ab Hermolao, pubes, « quæ eſt ἄκρα: à voce ἧτρον τὰ ἠτριαῖα & ἠτριαῖα dicun- « tur, id eſt, ea quæ ad τὸ ἧτρον pertinent. «

Ἡθμίας. emplaſtri nomen ad inducendam cicatricem optimi. Parabatur ex teſta ea maxime quæ in fornacibus vſta eſſet, eo quod deſiccandi abſtergendique vim maiorem haberet.

Ἠθμὸς. definitur à Polluce lib. 2. πᾶσα ἡ τῶν ὀφθαλμῶν « » περιγραφὴ, id eſt, totus oculorum ambitus. «

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Θ.

Θαῖς. est ceratum quo faciei rubor conciliatur, quod constat croci, erythrodani radicis, fuci, thuris, myrrhæ, singulorum drachmis 11. Quæ omnia adipe vitulino & mastichino oleo excipiuntur. author Paulus libro 3. cap. 25.

» Scribendum θαῖς ex Paulo, apud quem Ceratum non θαῖς dicitur, sed κηρωτὴ θαΐδος Ceratum » Thaidis.

Est & θαῖς vinculi genus quod capiti adhibetur, vbi summum caput & quod inter ipsum frontemque est vincire conuenit. Cuius generis tres differentias recenset Galen. lib. de fascijs. Nec vero dubium est fic ab elegantia appellari, quod vel Thaidem deceant.

Θαλάμαι. dicitur in naribus pars ea quæ aliter μυκτῆρες dicta est, aliàs vero ὀχετύματα, sed & θαλάμας, » est, forulos vt vertit Cornar. siue cauernulas appellauit Hippocr. in ossibus cauitates, vt τρώλας » in carnibus.

Θάλαμος. ea cauitas appellatur in qua residet oculus » ex vetere onomastico,

» Θάλασσα. aqua marina, aqua salsa apud Dioscor.

Θαλασσηρὸν. est collyrium Hermophili accommodum suffusionibus & hebetudini visus. Descriptio eius habetur apud Galenum, Aetium & Paulum in hunc modum: Cadmiæ drach. XVI. æruginis drach. IIII. atramenti Indici drach. XVI. piperis albi drach. VIII. liquoris Medici drach. IIII. opobalsami drach. IIII. gummi drach. XI. vel XII. aqua adijcitur, quæ pro diuersis affectibus varie temperatur. facit ad omnem visus hebetudinem & incipientes suffusiones, habetque odorem quam gratissimum.

» Θαλασσηρὸς. Paulo vocatur l. 3. c. 22. & Trallian. » l ib. 2. c. 5.

Θαλασσία. dicitur à quibusdam τὸ ἀνδρόσακες, vt habetur apud Dioscor.

Θαλασσίτης οἶνος, siue θαλάττιος, siue πιθαλασσωμένος. est vinum mari mistum siue cui aqua marina addita est. Cuius miscendi rationem Dioscorides variam fuisse scribit lib. 5. & Columella lib. 12. cap. 25. latius explicat. Ex quo facile apparet vinum marinum fieri non modo affusa maris aqua, sed etiam muria, vt in Mediterraneis regionibus, quo non est facilis aquæ marinæ inuectio. Quod postremum vini conditi genus si quis non marinum, sed salsum appellari malit, parum quidem arbitror interesse. Equidem mihi videtur vtrumque & salsum & marinum vinum dici posse. Certe Celsus semper vinum salsum, nunquam marinum nominat: id quod ex duobus maxime locis intelligi potest: primum ex lib. 3. in morbi regij curatione, deinde ex cap. 6. lib. 1. vbi negat inter solutæ alui remedia salsum homini bibendum vinum. His enim in locis manifeste per salsum vinum marinum intellexit, vt qui eadem vires salso tribuat quas Dioscorides marino. Nec est qui aliquam inter ea differentiam apud veteres annotarit. Græcorum inuentum fuisse constat. Sic enim non fortia quidem & nobilia vina, sed imbecilla, vt ait Galen. lib. 12. meth. med. condiebant, siue vt gratiam illis conciliarent, siue vt illis præcox vetustas accerseretur. Cæterum vini salsi septẽ genera Plinius enumerat, biæum quod fit siccatis in sole vuis & affusa aqua marina largiore: leucochrum quod fit eodem vino in album mustum translato. quæ quidem duo vini genera sunt Græcis propria. In alijs autem gentibus simili modo factum vinum πιθαλασσωμένον dicit appellari. Quartum genus thalassiten vocat, vasis musti deiectis in mare, quo præcox fiat vetustas. Ex quo loco manifestum est quam differentiam ponat inter πιθαλασσωμένον & θαλασσίτην οἶνον. Quintum est Coum, cuius etiam concinnandi rationem Constantinus Cæsar explicat Agriculturæ lib. 8. c. 23. Postea Rhodium Coo simile: vltimum Photineum salsius Coo. Omnia autem eiusmodi vina aluum subducunt & stomacho aduersantur authore Galen. lib. 12. meth. quo loco recenset vina quæ stomachum

roborant & digestionem alimenti in corpus iuuant.

Dicitur & θαλασσίας, itemque ὁ διὰ θαλάσσης οἶνος, cui opponitur οἶνος ἀθαλασσος.

θαλασσοπράμνιον. brassica marina quæ vulgo soldanella dicitur, species τῆ κράμβης.

θαλασσόμελι. est compositio quædam constans æquis portionibus maris, mellis & aquæ pluuiæ defecatis, & in picato vase per canis æstum insolatis. Sunt autem qui decoctæ maris aquæ partibus duabus vnam mellis adijciunt, & vase condunt. Vtrumque vim habet purgatoriam, sed hoc multo imbecilliorem.

Est vero θαλασσόμελι ad purgãdum marina aqua leuius & mitius, hæc enim quamuis bilem & pituitam trahat, acris tamen & noxia stomacho est, vnde Plin. hæc verba profert, aqua maris bibitur quamuis non sine iniuria stomachi ad purganda corpora, de Thalassomelite vero sic inquit, prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione, & sapore grato & odore.

θαλερὸν. θερμὸν ὡς ἀπὸ ἡλίου. hoc est calidum ceu à sole, apud Hippocrat. dicitur ἀπὸ θέρους, inquit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις. Alij tamen interpretantur quasi θάλλον, id est, germinans vt annotat idem Galen. lib. 1. Prorrhet. comment. 3. Vide infra θαλερὸν.

θάλικτρον. herba est cuius folia coriãdri similia sunt, cauliculus rutæ crassitudine, in quo summa folia consistunt. Nascitur maxime in campestribus. Omnia fere paria habet cum ea herba quam nunc argentinam appellant.

De illa Dioscor. lib. 4. cap. 98. apud Galenum vero lib. 6. de simpl. facultat. reperio θαλίκτρον vt apud Paul. quoque lib. 7. & Plin. lib. 27. cap. 3. Thalietrum, apud Oribas. vtramque scripturam.

θαλλία. siue

θαλλὸς. dicitur germen omne, sed præcipue & μετ' ἐλαίχω oliuæ: vt apud Paulum libro 3. c. 66. ἀφέψημα σπόδιον, ῥόδων, θαλλίας, ὑπαρείσης. Sunt autem in olea summi ramorum coliculi teneriores, nec à folijs sua mollitie magnopere diuersi. Attamen Festus θαλλίαν cepæ folliculum priuatim intellexit.

Διὰ θαλλίας. collyrij nomen est cuius meminit Paul. lib. 3. cap. 22. ad oculorum procidentias, describitur ab eodem lib. 7. cap. 16. sic vero dicitur quasi constans ex oleæ turiorum succo.

θαλπίδια. sic dicta fuit à quibusdam ἀπὸ ἴριος, sicut habetur apud Dioscoridem, vbi quidam codices habent θαλπίδια.

θάμνος. frutex, sic vocamus quod ab radice, caudice multiplici, ramosumque sese profert, qua nobis appellatione rubus, hedera, paliurus continetur; frutices autem nonnulli, vetustate præsertim in arbores degenerant, vt vitex hedera paliurus: est & frutex vt Latinorũ quidam sentiunt, qui ad iustam arboris magnitudinem non assurgit, vt ait Valla lib. 4. & statura similis est multis herbis sed non demoritur nec velut herba perarescit, verum perennis durat: Inter frutices quoque est soboles illa arborum & plantula.

θάνατος. mors, est copulæ animi & corporis dissolutio. Opposita est vitæ, quæ cum calore natiuo contineatur, sicut ante diximus, eiusdem priuatione mors recte definiri videtur, sicut fecit Aristoteles, mortem dicens esse caloris extinctionem. Siquidem calori illi quo vita constat, cum elementaris non sit, sed plane diuinus & cœlestis, nullum frigus opponitur, sed ipsa tantum caloris priuatio, quemadmodum luci tenebræ, visioni cæcitas, & motui quies.

θανατῶδες. lethale. Dicitur ab Hippocrate tum de ijs quæ necessario mortem afferunt, tum de ijs quæ magna ex parte.

Vt author est Galen. comment. in aphor. 18. lib. 6. comment. in aphor. 2. lib. 5. vbi de voce θανάσιμον idem dicit Galen.

θαυμαστὸν. sic à quibusdam ἀπ' ἴριος dicta est, quod magna florum varietate, sicut arcus quidam cœlestis, sui admirationem præbeat.

θαψία. planta est in Thapso primum inuenta, tota natura ferulæ similis, cuius radix & incisa lacte manat, & contusa succo vehementer acri, cãlido, humido qui eodem cum sua planta nomine θαψία vocatur. Romani ferulaginem & ferulam syluestrem nuncupant.

Sunt qui lignum Scythicum esse dicant buxei seu aurei coloris, nonnulli Guaiacum indicum, denominatum & ipsum à Thapso vna ex Sporadibus insulis quod ibi primum à Cratena repertum fuerit teste Scholiaste Nicandri, qui eius succum esse dicit χλωρὸν πεσὸν ideoque eos qui volunt videri χλωρὸν νοσοῦντας, ταύτην φορεῖσθαι τὴν θεραπείαν: Paul. libr. 3. cap. 2. tradit tinctores Thapso vti, & à Romanis vocari herbam rubiam & aureo colore splendere. Asclepiades vero esse dicit herbam quamdam qua tinguntur τὰ χροσοειδῆ: θάψος, vt Theocrati, Scholiastes scribit est τὸ κοινῶς λεγόμενον χρυσόξυλον, ὥσπερ τὰ ἴρια βάπτουσι, καὶ πιλοῦσι μόλιβα, καὶ τὰς τρίχας ξανθίζουσι quam facultatem Tapsiæ inesse nemo adhuc comperit, ea enim herba vt Theophr. ait πιλιώματα μὲν ἐξυφεῖ, ὑπώπια δ' ποιεῖ ἔκλευκα, quod sic ab eo dictum interpretor vt Tapsia fugillata quidem tollat sed cum eo vt πυρρῶδες τι relinquat; nam & Plutarch. in Phocione θάψον αὐτὸ τὸ πυρρῶδες vsurpauit, hæc Goupyl. in Trallian. qui & addit Trallian. & Ægin. non tam alienos in re medica fuisse vt scripserint Tapsum eam esse herbam quæ à Romanis rubia tinctorum, à Græcis ἐρυθρόδανον dicitur: an vero θάψος eadem sit cum θαψία non constat.

θεῖον. sulfur. Est succus terræ pinguis & purior, vi caloris ex ipsa expressus, siccatus & concretus. non aliud est quam terra vel terræ pinguedo tenuis, calida, ignea, calore siccata. Chymistæ definiunt esse vaporem terræ calidum & siccum, qui causa sit & pater metallorũ. Alterũ enim & fœmininum principium metallorum argento viuo tribuunt. Tale autem est fossile & natiuum, quod Latini sulfur viuum appellant, Græci ἄπυρον, quod Celsus interpretatur ignem non expertum. Reperitur vt plurimum in locis ardentibus, vt in insulis Æolijs & Phlegræis campis inter Puteolos & Neapolim, quam planiciem sulfurosam Græci ὑφαίστου ἄλωσιν appellarunt, figuraque est fere semper gleboſa, rariſſimeque in ſtiriarum modum de ſpeluncis vel cuniculis dependet. Præterea tranſlucet, reſplendet, viret, pingueque eſt: cuiuſmodi reliquis omnibus præfertur, & à medicis in vſum expetitur. Eſt autem aliud ſulfuris genus factitium quod varijs modis paratur. Nam aut ex aquis coquitur, aut ex gleba effoſſa, & in vaſis cocta perficitur igni, aut ex pyrite in ollis cocto ſtillat. Fit etiam ex ſulfure & ſquama ferri ſimul coctis & in vrceos tranſfuſis, quod, quia equorum ſcabiem ſanat, caballinum nominant. Non omne vnus eſt coloris,

Aliud enim est luteum, aliud cinereum, aliud rufum. Sapore est subpingui, odore graui, fulminis & fulguris, cumque vritur, nares ferit aura acri & ignea. Omne rarum leueque est & tenuium partium, trahendique vim possidet, estque temperamenti calidi. Valet maxime ad morsus venenatorum animalium, si & siccum ictui inspergatur, & cum saliua mistum. Cum resina autem terebinthina aut melle psoras & lepras optime extergetsanatque.

Θεῖον. diuinum. Dicitur quod est à Deo, vel à cœlo, quodque vt Deus magnum est aut excellens aut admirabile, aut incomprehensibile, hoc est, cuius causam non sensu modo sed ne cogitatione quidē assequi possumus. Ea significatione intelligi debet id quod in morbis diuinum esse Hippocr. dixit: quamquam in eo explicando variæ fuerint, vt scribit Galen. interpretum sententiæ. Sed omnibus refutatis ipse suam dicit, non aliud esse id diuinum, quam ambientis nos aeris constitutionem. Verum ea cum possit esse multiplex, quam proprie intelligat, non explicauit. Primarum quidem qualitatum temperamētum non est verisimile Hippocratē intellexisse, quod illud non dicam medicis, sed idiotis etiam notum sit, id autem diuinum cuius notitiam Hippocrates haberi vult, à doctissimis tantum medicis cognoscatur. Itaque aliud quid latentius cognituque difficilius intelligit, quod certe si temperamentum non est, qualitas quædam siue constitutio sit oportet, non primis qualitatibus, sed proprietate totius substantiæ nobis infensa, quam in lib. de natura humana κρᾶσιν τοῦ ἀέρος ἀπόκριτον appellauit. Eam Galenus comment. 2. expirationem siue exhalationem interpretatur, quæ magis proprietate totius substantiæ quam qualitate corpora offendat, cuius curationem recte tradidit Hippocrates positam in loci mutatione, & exiguæ inspirationis vsu. Hæc autem aeris insalubris proprietas, vel à specu, vel à cloacis, vel à cadaueribus putrentibus, vel ab ipsis etiam astris aliquando esse dicitur. Ex ea omnes fere morbi epidemici prodeunt, quorum πρὸ φορῆς considerandam esse Hippocr. præcepit: verumtamen non in solo aere diuinum illud esse potest, sed in alimentis etiam, vt in semiputri tritico, & aquis vitiosis, alijsque eiusmodi.

Θιλπίδιον. sic dicta fuit ἀπὸ θίλψεως à quibusdam, vt habetur apud Dioscor. vbi tamen quidam malunt θαλπίδιον, παρὰ τὸ θάλπειν.

Θέναρ. vola manus. palma. Pars manus interior à magno digito ad indicem, vel, vt alij, spatium quod est à digitis ad carpum. Sic quidem plærisque visum fuit: Galenus autem comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων dicit θέναρ appellari palmæ partes magis eminentes, ἀπὸ τοῦ θένειν, hoc est à percutiendo. Nam quod percutimus, partibus illis eminentioribus percutimus. Alij vero, vt idem scripsit, non omnes eminentes palmæ partes sic appellant, sed eas tantum quæ pollici subijciuntur. Rufus ἐν τῷ περὶ τῆς ἀνθρώπου ποιήσεως, scribit vocari θέναρ spatium illud carnosum medium inter indicem & pollicem. τὸ δὲ θέναρ autem partem quatuor digitis subiectam: videri tamen sibi θέναρ ab Hippocr. nuncupari totam eam partem manus quæ lata est, hoc est palmam. Aristoteles totam eam manus partem, quæ est à carpo vsq; ad quinque digitos, θέναρ, hoc est palmam, vocat: quæ cum duabus etiam partibus constet, internam quidem quæ carnosa est, & scissuris vitæ indicibus distincta, θέναρ σαρκώδης nuncupat: externam vero, quæ neruosa est, & quinque ossibus constat ad digitos tendentibus, proprio nomine carere dicit: iuniores tamen alij μεταχεῖρον, alij ὑποθέναρ appellarunt.

Θεοδοτεῖα. sunt collyria multorum generum. Eorum enim plures differentias recenset Aetius lib. 7. sic autem dicuntur ab eorum authore Theodotio, nam & Θεοδότου κολλύριον describit Celsus & Paulus paucis admodum immutatis, quod à quibusdam Celsus scribit ἀχάϊκον appellari. Verum sicut plures eorum differentiæ sunt, ita diuersæ facultates: alia extergent, alia desiccant, alia corroborant, alia vero repercutiunt & poros obstruunt, vt ea quibus Paulus vtitur aduersus πεφυκότα oculorum.

Θεοδότου μέγα, Theodotium magnum collyrium de- « scribit Trallian. lib. 2. c. 6. «

Θεοδώρητον. est antidoti nomen quæ δι' ἀκράτου dicitur ad frigidas capitis affectiones, omniaque pectoris vitia, atque ad eos qui vix sese ex morbo recipiunt, multosq; alios morbos perutilis. Huius geminam compositionem describit Paulus lib. 7. cap. 11. quibus tertiam ex aceto mulso addit Aetius lib. 13. quo loco pluribus verbis agit de hac antidoto.

Θεοῦ χολ. est nomen antidoti ex hircino sanguine præparatæ, quæ nephriticis calculosisque præsenti remedio est. Habetur apud Aetium lib. 11.

Θεόφιλον. est collyrium παχυμερικὸν, describitur apud Aetium lib. 7.

Θεραπεία. curatio dicitur in qua medici spectatur officiū, est enim illud curare apposite ad sanandū: Est autē curatio duobus modis sic dicta, proprie & communiter: Proprie dicitur quæ morbo iam facto curando tollendoque intenta solum est, cuiusmodi est diariarum atq; hecticarum febrium. Earum enim vera & propria curatio est. Siquidem maxime propria in soluendo morbo intelligitur curatio. Verum per abusionem etiam siue communiter, siue improprie curatio appellatur, mistum genus tum ex vera curatione, tum prouisione quam προφυλακὴν appellant, quæ proprie non ad θεραπευτικὴν sed ad ὑγιεινὴν pertinet. Eiusmodi est febrium curatio, quæ ex putrescentibus excitatur humoribus. Siquidem ea προφυλακὴ quoque sibi adiunxit: cuius officium est causam, quæ morbum creat, adimere.

Sed & etiam Galen. comment. in aphor. 38. « lib. 6. θεραπεύειν, inquit, esse eam adhibere pro- « uidentiam quæ passioni congruit, hoc est ipsam « mollire & mitiorem facere, Sicut in occultis can- « cris cum præcipue adest exulceratio, tunc enim « ait necessarium esse, vt non aliud agamus, saltem « ὑγρὰς in his abluamus humido aliquo vtentes, « quod neque putrefacere neque irritare partem « patientem sit aptum, curam hanc palliatiuam « vocant Barbari: Sed & à Theophr. 1. de caus. « plant. θεραπεία dicitur opera quæcumque exco- « lendis plantis impenditur, atque idem 5. de caus. « plantar. cap. 24. τὴν θεραπείαν distinguit ἀπὸ τὴν « ἰατρείαν; θεραπείαν cultum tantum dicit, id est, ope- « ram qua obsecundamur naturæ plantarum, ἰα- « τρείαν cum aliquid facimus quo auertantur noxia, « aut vitia tollantur; Et tamen θεραπεία tam est « προφυλακτικὴ quam ἀφαιρετικὴ: Quin accuratiores « ita existimarunt vocem Syram esse, prima syl- « laba (θε) adiectitia, ἰαρὰ namq; Syris est medicina, «

» hoc vt placet, ita placet etiam τὸ (θε) nutiquam
» otiosum esse, sed in eo mysterio diuinitatem
» quandam indicare, quasi θεοτεία, idem quod
» est in diuino nomine Raphael.

Θεράπευμα. dicitur id quod ad sanandum proponitur
» hinc quoque θεραπευτὴς vel θεραπευτὴς medicus ap-
» pellatur.

Θεραπευτικὴ. pars est medicinæ quæ curandi ratio-
» nem docet, quasi curatrix dicta quæ vtique ab ea
quæ pure sincereque προφυλακτικὴ dicitur, in eo
distincta est, quod sub hac iam sensibiliter ex ip-
sa causa morbus est genitus, in prophylactice
vero est futurus. Cæterum ἡ θεραπευτικὴ tres sunt
partes ad morborum absolutam curationem ne-
cessariæ, διαιτητικὴ, φαρμακευτικὴ, χειρουργικὴ: qua-
rum prima victus rationem ægrotis conuenien-
tem, altera medicamenta præscribit, tertia vero
manum, si opus est, adhibet.

Θέρετρον. locus ad æstiuandum commodus, & in quo
æstate habitare conducit, apud Hippocratem.
sunt tamen qui θέρος scribant. Galen. ἐν τοῖς
γλώσσαις.

Θερινὸν. nomen collyrij quod describitur à Gal. lib.
τῆς τόπου.

Θερμαιόμβροτος. apud Hippocrat. vsurpatur in his qui
» mediocri febre correpti sunt vt interpretatur Ga-
» len. alioquin cum febrem validam significare
» vult, πῦρ dicit comment. 1. in 3. Epidem. t. 5. &
» comment. 3. in 1. Epid. t. 29.

Θερμαὶ. Thermæ aquæ dicuntur calidæ potabiles na-
» turaliter prouenientes & è terræ visceribus scatu-
» rientes, quamquam sueuit Thermarum nomen
» frequentius ad balnea transferri: Thermarum
» autem multa sunt & varia genera.

Θερμαθῆναι. febricitare, apud Hippocratem lib. 1.
τῶν ὀπαδημιῶν, vt Galenus annotauit in comment.
» Quamquam verbum θερμαίνεσθαι, & θερμὴ secun-
» dum naturam dicuntur.

Θερμασία. calor non idem quod πνεῦμα vt zeno in-
» quiebat, πνεῦμα enim est quod spirando trahimus,
» θερμασία vero spiritus elisio, Ruffus: Sed & θερ-
» μασία Hippocrati nonnunquam febris vocatur.

Θερμάσματα. dicuntur Hippocrati τὰ θερμαίνοντα τὸ
» σῶμα κατ' ὄγκους πρόπον, vt scribit Galen. comment.
» 2. in lib. de rat. vict. in acut. quæ & tentationis
» gratia, & doloris leuandi ergo in morbo laterali
» adhibenda esse consulit Hippocr. lib. de rat. vict.
» in acut. Alias vocat Hippocrat. ὑγρὰς πυέας, &
» χλιάσματα fotus humidos seu fomenta.

Θερμὸς. febris, apud Hippocratem. pro quo & θερ-
μωλὴ.
» Sed & de calore natiuo θερμὸν dicitur apud eun-
» dem, vt ex aphor. 14. sect. 1. patet τὰ αὐξανόμενα (in-
» quit) πλείονα ἔχει τὸν ἔμφυτον θέρμον. Id est, quæ
» crescunt corpora plurimum habent caloris in-
» nati.

Θερμοπρεῖαι. dicuntur Hippocrati calidiorum die-
» rum tepores qui vere contingunt.

Θερμὸν. calidum. Duo significat, qualitatem & sub-
stantiam: illam quidem vt cum dicimus ignem
calidum, aut ferrum, aut piper. intelligimus
enim calore seu caliditate præditum. Id quod tri-
bus modis accipi potest: absolute seu simplici-
ter, vt quando ignis elementum calidum dicitur,
quod summum calorem possideat: in excessu, vt
ferrum candens, piper, leo, canis, quoniam plus
caloris habeant quam frigoris: in comparatio-
ne, vt cum homo homine, leo leone calidior di-
citur. Aliquando vero significat calidam substan-
tiam, vt annotat Galenus comment. in aphor.
4. lib. 1. & comment. 4. in lib. 6. τῶν ὀπαδημ. atque
etiam aeream, aqueam & bene temperatam,
quemadmodum idem in comm. eiusdem aphor.
annotauit. Talis autem substantia calida non est
aliud, vt idem alibi scribit, quam calidum innatum
cuius vi omnium animantium vitam natura
moderatur. Est enim aut anima, aut primum aut
præcipuum animæ instrumentum, quo omnia
quæ sunt ad viuendum necessaria, administrat. Id
non est nuda aliqua aut elementaris qualitas, non
ignis aut aliquid quod ab igne originem ducat,
substantia cœlitus in viuentia corpora delapsa, &
aliquid proportione respondens elemento stella-
rum, sicut Aristoteles de generat. animal. lib. 2.
cap. 3. explicauit. Itaque quoniam elementare
non est, sed plane cœleste & diuinum, nullum
habet contrarium, non aquam, non terram, aut
aliquid quod ab ijs originem ducat. Sui ipsius pri-
uatio opposita tantum illi est, sicut lumini tene-
bræ, & visioni cæcitas: proindeque vt eo vita, sic
eiusdem extinctione mors ab Aristotele definita
fuit. Eo omnis generatio perficitur: eo omnia vi-
tam adipiscuntur & conseruant, eo ratiocina-
mur, sentimus, mouemur, nutrimur, crescimus,
non vt opifice quidem harum omnium functio-
num, sed tanquam instrumento animæ eiusque
facultatum, siue quo eæ non possunt eiusmodi
res præstare. Ex his patet illic animam vitamque
esse, vbicumque calor ille natiuus fuerit. Est au-
tem inæqualiter in singulis corporis partibus dis-
persus. In corde enim viget & flagrātissimus est:
in ventriculo & præcordijs multo moderatior: in
capite & cerebro præsertim adhuc eo minor: in
ossibus perexiguus, prout natura vnicuique par-
ticulæ expedire iudicauit. His fixus insitusque di-
citur, hoc est à natura in prima conformatione
singulis partibus certa mensura modoque indi-
tus, qui earum velut forma quædam atque ani-
ma esset, & illis vitale principium roburque im-
pertiretur. Residet ille maxime in partium singu-
larum spirituosa substantia, & humido substanti-
fico pingui, crasso, lento, multo, nec facile pu-
trescenti in corporibus præsertim sanis, & quæ
non facile in morbos incidunt. In tali namq; hu-
mido calor ille singulis partibus insitus diutissi-
me conseruatur. qui tamen nisi subinde noui al-
terius caloris accessione instauraretur, paruo tē-
poris spatio marcesceret atque extingueretur.
Proinde natura calorem vocatū à medicis fluen-
tem in corde tanquam in penu collocauit, qui ab
eo per arterias cum spiritu & sanguine suis vehi-
culis & pabulis continenter depromitur, ferture
que in singulas partes, vt earum calorē natiuum
fixum insitumque foueat atque instauret. Ille in
mœrore, metu, verecundiæ initio, frigore, acces-
sionum principijs & somno intro cum sanguine
& spiritu in cor recurrit, ob idque per eos affe-
ctus cutis & subditæ illi partes frigent & pallent:
contra in gaudio, verecundia iam vigente, statu
accessionum, vigilia, ad cutim copiosior effundi-
tur cum spiritu & sanguine, à quibus calor, ru-
bor, tumor & nitor inducitur.

Θερμὸν. etiam calidam, siue aquam calidam frequen- «
ter medici appellant, & quam antiqui potabant, «
& qua vsos fuisse veteres in conuiuijs voluerunt «
nonnulli, vt ex Philone & ex Polluce lib. 9. c. 6. «
constat, atque posterioribus sæculis frequentior «
calidæ potus fuisse inuenitur, ita vt in conuiuijs «

» aquæ calidæ atque frigidæ miniſter haberetur, vt » ſcribit, Iuuenal. Satyra 7. Caldæ autem nomine » eam aquam intelligendam eſſe exiſtimo, quam » arte nulla (vt ſæpe moris erat) refrigerabant, ſed » quæ qualis ſuapte natura erat potaturis porrige- » batur, Calefacta enim aqua potius concitat vo- » mitum quam aut voluptatem aut commodum » adferat: Communem vero aquam potando cali- » dam idcirco dictam puto, vt eam à frigefacta ni- » uibus, vel alio ingenio conuiuis inter potandum, » & miniſtris inter ſeruiendum diſtinguere liceret.

Θερμοκοιλίαι. dicuntur qui ventriculum habent cali- » dum, ceu quibus in ventriculo abundat calor, non » ille quidem quem ἔμφυτον vocant, ſed acer & » mordax, ſicut etiam ἔνθερμον φύσιν, naturam quæ » non ingenito calore, ſed acri abundat, vt Galen. » docet comment. 4. lib. 6. Epid. Geminum enim » in animalium corpore calidum agnouit Hippocr. » vnum ἔμφυτον, id eſt inſitum appellat, eſſentiam » in ſanguine, ſanguineiſque viſceribus repoſitam » habens, alterum acre mordax & igneum, ſub quo » genere febris eſt. Galen. part. 25. comment. 4. » lib. 6. Epid.

Θερμοπώλιον. ſic taberna vocabatur, vbi confectæ dul- » ceſque potiones vænibant quas calidas bibebant, » vnde & nomen.

Θερμὸς σφυγμός. calidus pulſus. In quo arteria cali- dior apparet quam partes vicinæ, ſicut in febre hectica euenit. Neque tamen ἐκτικὸς eſt, quod hic ſub differentia pulſus inæqualis comprehendatur, ille vero aliam quandam ſpeciem conſtituat. Huic oppoſitus eſt ψυχρὸς. Hæc quidem differen- tia inter primas & ſimplices numeratur, ſumpta- que eſt à qualitate arteriæ, impropria tamen vi- detur: verum addendam quidam cenſuerunt, non minus quam eam quæ mollitie & duritie ar- tetiæ definitur.

Θέρμος. lupinus. pondus eſt duas oboli tertias partes pendens. Etenim cum obolus pendat grana duo- decim, lupinus pendet grana octo. de hoc ſcribit Cleopatra: ὀβολὸς ἔχει θέρμον à S. id eſt, obolus ha- bet lupinum vnum & dimidium. Diuiditur au- tē lupinus εἰς δύο κεφάλαια, id eſt in duas ſiliquas, ſi- ue in grana octo. eadem Cleopatra docet his ver- bis, θέρμος ἔχει κεφάλαια β'.

» Eſt & θέρμος lupinus leguminis genus, de quo » vide Galen. lib. 1. de aliment. facult. c. 25. Theo- » phr. hiſtor. plant. lib. 8. cap. 7. Dioſcor. lib. 2. c. » 132. & Plin. lib. 18. cap. 14. ſunt qui λυπιναρίου vo- » cent.

Θερμολὴ. ὁ πυρετὸς, apud Hippocr.

Θέρος. æſtas. Eſt tempus anni calidum & ſiccum, Virgiliarum matutino exortu incipiens & Arctu- ro oriente deſinens. Illa ex ætatibus quidem me- diæ & florenti, ex diei partibus, meridiei, ex hu- moribus flauæ bili, ex elementis igni reſpondet. Eſt enim ex ſuapte æſtimata natura, non ex alte- rius comparatione, calida & ſicca temperie, ſi modo exquiſite ſuam naturam ſeruauerit. Eſt au- tem ſol caloris eius cauſa, qui ad verticem noſtrū quam fieri poteſt proxime accedens, diemque fa- ciēs longiorem, aerem, nos ambientem excalfa- cit. Itaque cum Virgiliæ circiter octauum diem Maij exoriri conſueuerint, Arcturi autem ortus fere ſecundo Septembris die contingat, palam eſt totum æſtatis tempus quatuor paulo minus men- ſium eſſe. Quod quidem ſpatium etiam antiqui in duas partes diuiſerunt, primam appellātes pro- prie æſtatem, ab eius initio vſque ad exortum Ca- niculæ, alteram vero ὀπώραν, à Canicula ad finem vſque æſtatis. At vero è Græcis etiam aliqui to- tam æſtatem in treis portiones partiti ſunt, qua- rum primam totius nomine θέρος, mediam ἄκρον per excellentiam, in qua matureſcentes fructus ὀπαῖοι dicuntur, tertiam vero ὀπώραν nuncupa- runt.

Θεσπαρὴ ἡ

Θεσπεσιὴ. confectionis nomen authore Apollonio, cuius deſcriptio habetur apud Galen. lib. 7. τῶν κατὰ τόπους. Conuenit tuſſientibus, phthiſicis, ſangui- nem reijcientibus, valetque ad omnes internos pectoris abſceſſus. Deſcribitur etiam ab Aetio lib. 8.

Θεωρητὴ ἡ

Θεωρητικὴ ἡμέρα. contemplabilis dies: hoc eſt, ex cu- ius diligenti obſeruatione quando & qualis futu- ra ſit criſis intelligitur. Is autem cuiuſque ſepti- manæ quartus eſt, qui ſi manifeſta concoctionis ſigna proferat, oſtendit proximum ab eo ſepti- mum diem finem morbo ſalutarem allaturum, vt qui contra ſigna edit maligna, mortem præ- nunciat. vide ἐπίδηλος ἡμέρα.

Θεωροὶ. dicuntur apud Hippocrat. qui Deorum ora- cula ſciſcitatum mittebantur, vt annotauit Ero- tianus.

Θηβαϊκὸν ἔμπλαστρον. emplaſtrum eſt aduerſus achoras efficax: cuius deſcriptio habetur apud Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους.

Θήλη. papilla. Eſt mammæ capitulum, vnde extrahi- tur lac. Hæc media in mamma protuberat. Sub- ſtantia conſtat ad penem proxime accedente. Eſt enim illi neruea quodammodo cutis ſpongioſam intus ſubſtantiam continens, quæ dirigi ac vicif- ſim laxari non minus quam penis poteſt. Habet autem tenues & conſpicuos meatus, fibræ pror- ſus ac nerui modo albicantes, qui venarum ſur- culi ſunt, multiplici ſerie per glandulоſam mam- marum ſubſtantiam excurrentium, ex quibus lac effunditur. Cæterum papillam ambit circulus quidam ſubniger, qui φῶς appellatur.

Θηλὴν. inſuper vocat Pollux τὸ ἄκρον τοῦ μαζοῦ, id « eſt, ſummū mammillarū quod vulgo ῥάξ dicitur « inquit Euſtath. Sed & θηλαὶ, Heſychio authore, « ſunt non ſolum τοῦ μαζοῦ τὸ ἄκρον, ſed etiam τοῦ χει- « λῶνος τὸ ἐκπῖνωτόμενον: deriuantur autem à voce θη- « λὴ, θηλάζω lacto, & θηλάστρια ſeu γυνὴ θηλάζουσα nu- « trix, & θηλαζομένη, & γάλα θηλαζόμενον lac exu- « ctum. «

Θηλοπδευθεῖσα σταφυλὴ. vua paſſa extra vitem, hoc eſt vua ſole ſiccata, nō quidem in vite, ſed poſtquam è vite detracta fuerit, & loco calorifico expoſita, quod tum in cratibus tum ſuper cannas commo- de fieri poſſe oſtendit Columella lib. 12. quo no- mine etiam ea poteſt intelligi quæ ſarmentis ſuis adhuc hærens & pendula, in vmbra ſub tecto ſic- catur. Vtitur ſæpe Dioſcor. eo vocabulo, Ruel- lius vuam ſole ſiccatam in area exponit, Marcel- lus vuam in cratibus ſiccatam. Eſt autem θηλόπε- δον locus in quo vuæ ſiccantur, dictus ἀπὸ τοῦ θη- ᾶσθαι ἐν τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πέδῳ, hoc eſt, quod ſiccatæ ſint in ſole & ſolo. Quæ vua paſſa ſimpliciter di- citur, hoc eſt, quæ in vite adhuc manens à ſole ſiccata eſt, σταφυλὴ ἐπιπθεῖσα nominatur.

Deriuatur autem vox illa à verbo θηλοπδεύειν, « id eſt, in loco ſolis calori expoſito, & ad inſolan- « dum apto exſiccare, inſolare, εἰς ἥλιον καὶ ἐν τῷ θη- « λοπέδῳ ψύξαι, καὶ ξηρᾶναι, verum, notabis pro voci- « bus θηλοπδευθεῖσα & θηλόπεδον quæ hîc habentur, « rectius

» rectius esse scribendum per στιλοπηνθέσαι & θει-
» λόπεδον vt ex Hesych. & Suida patet; Sed & ipsa
» vocis origo sic scribendum docet, nam στιλόπεδον
» est πέδον ὑπὸ τῆς αὐλῆς στιλπναμένον, solum quod à
» solis calore torretur.

Θῆλυ. femella sic dicitur apud Pollucem sinus ver-
» tebræ qui alterius vicinæ partem prominentem
» suscipit sicut hæc ἄρρεν id est masculus vocatur.

Θηλυγόνον. herba oleæ folio, quæ fœminei sexus fœ-
tum edere dicitur. Altera est species τῆ φύλλου: de
qua suo loco.

Θηλυκρανία. cornus fœmina. sic enim cõposito nomi-
ne dicitur à Theophrasto, quasi fœminicornus.

Θηλυπτερὶς. filix fœmina. herba est folijs filicis, sur-
culosis, altioribus, & quæ non singulari, vt illa
pediculo fulciantur: radicibus longis, pluribus,
obliquis, quæ ex nigro in luteum flauescunt: ali-
quæ etiamnum rubræ inueniuntur. Vim siccandi
& amaram possidet, & modice constringit.

Θηλυπτερὶς. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἀ στερίσκ,
sicut habetur apud Dioscor.

Θηλυφόνειον. sic dictum esse à quibusdam τὸ ἀβεβήτον,
scripsit Dioscorides.

Θηλυτόνον. dictum sic est à quibusdã τὸ ἀκόνιτον, quod,
vt Theophrastus & Plinius scribunt, radix eius
genitalibus omnium quadrupedum fœminini
sexus indita, mortem eodem die inferat.

» Eoque modo interemptas à Calphurnio Be-
» stia dormiẽtes vxores proditur. Sunt autem qui-
» bus hæc vox corrupta videatur, & aconitum non
» θηλύφονον, sed θηρίφονον dici, quod feras si ab his
» gustetur, occidat. verum illi apte vtraque ap-
» pellatio congruit; de hoc aconito vide Dioscor.
» lib. 4. c. 77. & Plin. l. 27. c. 3. & 2. atque idem l. 25.
» cap. 10. θηλύφονον à nonnullis scorpion vocari ait
» propter similitudinem radicis, quod & Theophr.
» testatur histor. plant. l 9. c. 19.

Θημών. ὁ σωρὸς, cumulus, aceruus, apud Hipp.

Θῆξις. futura. modus vnus est adducendi labra hian-
tis nimium vulneris, cum per acum eorum oræ
propius coniunguntur. Dicitur & κατὰ θῆξιν, hoc
est, per acum siue per punctionem. ἀπὸ τοῦ θήγειν,
quod acuere & acu transfigere significat. Itaque
errant qui θῆξιν per ι scribunt, quo nomine con-
tactus designatur. Quamuis enim per futuram
ora vulnerum ita adduci possunt, vt se contin-
gant, id tamen pluribus modis fieri potest, vt per
ἀλληπειασμὸν atque συσσάρκωσιν.

» Vt docuit Gal. περὶ κατὰ τόπ. l. 2.

Θηραῖος οἶνος. vide οἶνος vbi ordine alphabetico insi-
» gniores vinorum differentiæ explicantur.

Θηριακὰ. theriaca. Dicuntur proprie medicamenta
quę venenatorum animalium morsus depellunt.
Eo ab Alexipharmacis putantur differre, quod
hæc venenis intro sumptis, illa venenis à morsu
animalium intro subeuntibus medeantur, vt li-
cet videre ex Nicandro qui vtraque duobus li-
bris elegantissimę prosequutus est. Cæterum
geminam τῶν θηριακῶν differentiam facere videtur:
vnam eorum quibus animalium morsus præca-
uetur, siue suffitu, siue instratu, siue illitu: alteram
vero quibus morsus ipse curatur & innocuus
euadit. Dicta sunt θηριακὰ ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est,
à feris & venenatis animalibus, non autem ab vl-
la certa eorum specie: quanquam vipera, quæ
proprio nomine ἔχιδνα siue ἔχις vocatur, à Græ-
cis θηρίον κατ' ἐξοχὴν appelletur, vt & leo θὴρ aliquando.

Θηριακὴ. theriace. Est antidotus aduersus venena
omnia efficax. Ac quanquam omne quod eam
habet facultatem θηριακὴ vocari possit (nam &
alium rusticorum theriacen Galenus appellat)
hoc tamen nomen præcipue obtinuit celeberri-
mum illud medicamentum ex simplicibus plu-
rimis & viperarum carne compositum, valens
ad venena omnis generis, siue morsu siue potu in
corpus peruaderent. Nam cum antiqui crebro
in venena inciderent, & animaduerterent se nec
serpentium ictus euadere, nec venenorum insi-
dias vitare facile posse, simulque considerarent
naturas hominum tantopere ab inuicem diffe-
rentes, vt quod vni prodest alteri sæpe non con-
ferat, hoc medicamentum multiplex & exquisi-
te compositum excogitarunt, quod omnibus ad-
uersus hęc mala præsentaneo esset remedio. Nec
tamen adeo vetus est eius inuentio, sed Neronis
fere temporibus. Tunc autem inter medicos ce-
leberrimus erat Andromacus, qui medicis con-
sultantibus inter se quomodo hæc antidotus ma-
xime præsentanea euaderet, primus excogitauit
viperas addere. Itaque theriacæ compositio quæ
ad Andromachum refertur, antiquissima est &
Galeno iudice optima. Eam autem ipse versibus
descripsit quos Neroni dicauit, & quos Galenus
libello suo de Theriaca ad Pisonem inseruit. Est
autem eiusmodi. Pastillorum scillinorum drach.
XLVIII. pastillorum viperinorum drach. XXIIII.
piperis longi drach. XXIIII. succi papaueris drach.
XXIIII. magmatis hedychroi drach. XXIIII. ro-
sarum siccarum, iridis Illyricæ, radicis dulcis, semi-
nis napi syluestris, scordij, liquoris balsami, cin-
namomi, agarici, singulorum drach. XII. myrrhę,
costi, croci, casiæ, nardi, florum iunci rotundi
odorati, thuris, piperis nigri, dictamni, marrubij,
rhei, stœchadis, petroselini Macedonici, calamin-
thæ, terebinthinæ, zinziberis, radicum quinque-
folij, singulorum drach. VI. polij, chamæpityos,
styracis, racemorum amomi, mei, nardi Gallicæ,
sigilli Lemnij, phu Pontici, chamædryos, folio-
rum malabathri, chalcitidis assæ, gentianæ, anisi,
succi hypocisthidis, carpobalsami, gummi, se-
minum fœniculi, cardamomi, seseleos, acaciæ,
thlaspeos, hyperici, sagapeni, ammeos, singulo-
rum drach. IIII. castorei, aristolochiæ tenuis, se-
minum dauci, bituminis Iudaici, succi panacis,
centaurij tenuis. galbani, singulorum drach. II.
mellis lib. X. vini Falerni quantum sufficere vide-
bitur, hæc quidem Theriaca fuit Andromachi,
eum in modum à Galeno descripta lib. ad Piso-
nem. Cæterum hanc antidotum Andromachus
non appellauit θηριακὴν, sed γαληνὴν, quasi dicas
serenam, atque alijs etiam duobus nominibus
ἱλαρὴν & ὕδνον. Postea vero Crito & qui eum se-
quuti sunt, θηριακὴν vocarunt, quia viperæ carnes
reciperet. Eius compositionem Aetius exactis-
sime persequitur. Ad huius autem exemplum
plærique alias antidotos aduersus venena valen-
tes composuere, quas appellarunt similiter θηρια-
κὰς. Sunt autem hæ fere quæ sequuntur, ab au-
thoribus, aut alijs quibusdam nobilibus viris
nuncupatæ.

Θηριακὴ Αἰλίου Γάλλου. Theriaca Ælij Galli, quam
ipse ex Arabia rediens dicitur Cæsari obtulisse,
quod per eam plærosque seruasset. Recipit au-
tem, Radicis vitis albæ drach. XVI. seminis trifo-
lii, opopanacis, singulorum drach. VIII. aristo-

lochiæ tenuis drach. XII. radicis libanotidis, iridis Illyricæ, zinziberis, opij, singulorum drach. VIII. seminis rutæ syluestris drach. XII. cumini Æthiopici drach. XVI. myrrhæ, casiæ, castorij, seseleos, radices eryngij, serpylli, succi Cyrenaici, singulorum drach. VI. Medicæ drach. XII. sagapeni drach. VI. croci drach. V. farinæ erui drach. XXIIII. hæc cum aqua in pastillos trium obolorum rediguntur, & ex vino dantur.

Θηριακὴ Ἀντύχου Φιλομήτορος. constabat istis, Radicum mei, serpylli, opopanacis, singulorũ drach. II. seminis trifolij drach. I. anisi, fœniculi, ammeos, seminis apij, singulorum acetabulo vno. farinæ erui tenuissimæ acetabulis duobus, vino antiquo quantum satis esset ad commiscendum, vt rotulæ hinc fieri possent, quæ in vmbra siccatę ex tribus vini cyathis trium obolorum pondere exhibebantur. Eam Eudemus versibus conscripsit, qui à Galeno citantur lib. 2. de Antidotis.

Θηριακὴ Δαμοκράτους. Theriaca Damocratis, qui medicus optimus cum esset, versibus iambicis eam descripsit, qui à Galeno referuntur lib. 1. de Antidotis. medicamenta prorsus eadem continet quæ & Andromachi Theriaca, sed in põdere discrepat. Nam quorum Andromachus quatuor drachmas accipit, hic duas sumit, & rursus quorum Andromachus duas, ipse quatuor immittit, id quod in multis medicamentorum generibus licet obseruare. Refertur & ab Aetio lib. 13.

Θηριακὴ Δημητρίου. Theriaca Demetrij. Hic ætate Galeni Cæsarum fuit archiatros, qui cum in theriaces compositione Andromachum reliquis in rebus sequeretur, pondere tantum pastillorum scillinorum differebat leui prorsus discrimine. Nam Andromachus XLVIII. drachmas cum immitteret, ipse XLVI. tantum admiscebat.

Θηριακὴ Εὐκλείδους. Theriaca Euclidis cognomine Palatiani. Habet illa: Castorij drach. VI. opopanacis, sagapeni, seseleos, cachryos, chamædryos, chamæpityos, marubij, singulorum drach. XVI. styracis, bituminis Iudaici, myrrhæ, singulorum drach. VII. succi papaueris drach. VIII. mellis libram vnam: datur cum succo fraxini, vel cum vino drachma vna, vel plus etiam si lubet: prodest & quartanarijs.

Θηριακὴ Ζήνωνος. Theriaca Zenonis Laodicei: habet autem cardamomi demptis inuolucris, serpylli, seminis apij, radicis vitis albæ, seminis trifolij, anisi, petroselini, radicis & seminis fœniculi, ammeos, aristolochiæ tenuis, farinæ erui, opopanacis, singulorum pondus æquale. Separatim primo quæque contundi debent, tum miscери, & vino affuso subigi, indeque formandi pastilli, & in vmbra siccandi.

Θηριακὴ Μιθριδάτου. Theriaca Mithridatis. Est antidotus alio nomine Μιθριδάτιος appellata, quod rex Mithridates ea semper vsus esset, vt se à venenis tutum præstaret. Itaque à Romanis obsessus, bis epoto veneno cum mori non posset, seipsum gladio interemit. Constat permultorum medicamentorum mistura, & describitur à Galeno libr. 2. περὶ ἀντιδότων. Ea est quam nescio quomodo Aetius theriacan Andromachi appellet: nam quam Aetius describit, istam manifesto continet, parumque habet similitudinis cum illa Andromachi theriaca quæ superius descripta est, & quam Galenus cæteris prefert.

Θηριακοὶ ἅλες. Theriaci sales hi quales fuerint, supra à nobis dictum est in dictione ἅλες.

Θηριακοὶ ἀρτίσκοι ἢ πεσσίσκοι. Theriaci panes seu pastilli. Sunt pastilli ex viperæ carnibus confecti, ad theriaces præparationem. fiunt hoc modo: Viperæ fœminæ capiuntur desinente vere. Earum capita & caudæ amputantur, excoriantur, & diligenter repurgantur. Carnes ipsæ bis terque in aqua lauantur, postea in ollam puram injiciuntur cum aqua sufficienti, ac anethi viridis fasciculo, coquuntur subiectis lignis vitis, donec carnes à spinis discedant & penitus separentur. Eas tunc manibus diligenter exprimere oportet, & in mortario tenuissime terere, semper aliquid iusculi in quo decoctæ sunt, paulatim instillando. Deinde panis purissimi recentis, aridi, contusi, cribratique quarta carnium pars addatur, vel, quod minimum, quinta: rursus paulatim iusculi aliquid affundendo. Omnia simul terantur & exactissime vniantur, indeque formentur pastilli mediocres, tenues, modico opobalsamo in his formandis adhibito, qui postea in vmbra siccentur. Inde opobalsamo optimo oblinantur, & in vitreo vase asseruentur, & si quid puluerulenti & albi in ijs propter situm appareat, id deinceps linteo extergeatur.

Θηριακὴ. nomen etiam est emplastri ex centaurio, quod laudat Oribasius, & facit ad neruorum & musculorum vulnera & punctura, ad ferarum etiam & canis rabiosi morsus. Refertur ab Aetio lib. 15.

Θήριον οἶνος. vide οἶνος vbi alphabetico ordine insigniores vinorum differentiæ exponuntur.

Θήριον. significat apud Hippocrat. tum lumbricum, tum vlcus ἄγριον, vt explicat Galenus ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν.

Vtque patet ex Hippocr. lib. de loc. in homine, & lib. περὶ χυμῶν, & in Coac. & aphor. 6. sect. 6. libr. 6. Epid. Sic & Dioscor. θηρία lumbricos appellat, proprio vero significato apud medicos θηρία dicuntur bestiæ venenatæ quæ ictu morsuue venenum relinquunt, inde θηριόδηγμα de serpentis morsu dicitur apud Dioscor. & apud Gal. θηριοτόφος, qui serpentibus vescitur. Sed & apud Hipp. lib. περὶ σαρκῶν accipitur θηρίον pro bruto quolibet animante.

Θηριοτάρκη. frutex est folijs subherbaceis, flore roseo, sic dictus quod serpentibus admotus torporem inferat.

Θηριοφόνον. sic dictum est à quibusdam τὸ ἀκόνιτον, quod feras, si ab ijs edatur, occidat.

Θηριώδης. ferinum, Galen. comment. 2. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν interpretatur κακόηθες, hoc est malignum: quanquam alij, vt ait Hippocr. interpretes non simpliciter τὸ κακόηθες significare dicunt, sed alii quidem πλὴν φθίσιν, quod qui eo morbo laborant, propter vnguium curuitatem feris similes esse videantur: alij θηρίωμα vocari dicunt proprie pulmonis vlcus. alij vero, vt priore commentario Galenus scripsit, eo nomine πᾶν ἀκανθῶδες καὶ πᾶν ἐλεφαντῶδες intelligunt: alij elephantem, alij cancrum. Galeni tamen sententia est eo nomine πᾶν τὸ κακόηθες designari.

Erotianus τὸ θηριῶδες explicans ex aph. 15. lib. 6. Epid. sect. 1. scribit quibusdam videri Hippocr. hanc dictionem ad vlcera maligna referre quæ θηριώματα vocantur, & πεθηριωμένα ἕλκη:

„ Sed & θειῶδες de Autumno dicitur apud Hip-
„ pocr. in quo propter aeris inæqualitatem vlcera
„ eiusmodi, & desipientiæ ferinæ, & tusses, & me-
„ lancholiæ vehementes ab atra & retorrida bile
„ fiunt.

Θειώδης βλὴξ. tussis ferina malignaque dicitur Hipp.
„ aph. 11. sect. 2. l. 6. Epid. vbi scribit Gal. interpre-
„ tes huiusmodi tussim intelligere siccam, quæ ad
„ os ventriculi, lumbricis sursum repentibus & il-
„ lud lancinantibus excitatur, quosdam etiam ad
„ tabidorum tussim referre quoniam illis sicut fe-
„ ris vngues incuruantur.

Θειώδης παραφροσύνη. ferina insania. Dicitur ab Hippocrate ea per quam aliquis discurrit, calcibus dentibusque petit, & sibi ab omnibus fieri insidias putat, vt annotauit Galen. comm. in Prorrhet. Idem paulo post, ait, θειώδεις παραφροσύνας appellat, quando ij qui μελαγχολικῶς insaniunt, in obuios quosque desæuiunt: eo nomine vehementem melancholiam significans.

Θειώδεα παραφρόνητα etiam dicuntur in prorrh.

Θειώδης δίαιτα. ferinus victus Hippocrati dicitur
„ cum brutis communis, quo priscis sæculis ho-
„ mines vtebantur lib. de vetere medicina.

Θειώδεες. ægri dicuntur 4. Epidem. qui lumbricis
„ vexantur, aut febribus quæ lumbricos gignunt.

Θείωμα. genus vlceris teterrimi, quod idem esse cum carcinomate multorum opinio est. De eo Celsus libro quinto prodidit, vlcus esse tum per se nascens, tum vlceri ex alia causa facto interdum superueniens. Color ei liuidus est vel niger, odor fœdus, multus & muci similis humor. Idipsum neque tactum neque medicamentum sentit, prurigine tantum mouetur, ac circa dolor est & inflammatio, interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex vlcere sanguis erumpit: ad id quoque malum serpit. quæ omnia sæpe intenduntur, fitque ex his vlcus quod ἕρπητα ἐσθιόμενον, hoc est herpetem exedentem, Græci vocant. Galenus comment. 2. in lib. 6. τ. ἐπιδημ. scribit aliquos existimare θείωμα proprie dici vlcus quod in pulmone est. Author autem Introductorij seu Medici scribit quamlibet corporis partem theriomate impeti.

„ Eiusmodi in tibijs vlcus malignum lupum
„ vocant: denique definitur à Polluce θείωμα vlcus
„ ἐφ' αἰδοίων αἰδοῖα, ὃ ἔστι καὶ ἐφ' ἕλκους καὶ ἀλλα-
„ χοῦ, αἷμα πολὺ καὶ μέλαν καὶ δυσῶδες ἀφιὸν καὶ μελα-
„ ίας τὴν σάρκα αἰσθόμενον. Id est vlcus circa homi-
„ num pudenda, accidit & quandoque in digitis &
„ alibi, cruorem multum, nigricantem & fœtidum
„ exudans, cum nigrore carnem depascens.

Θλασίας. eunuchus factus ἀπὸ θλάσεως, hoc est per compressionem, ad hunc modum: Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ solium collocantur, deinde vbi eorum corpora eodem solio fuerint relaxata, digitis testiculi comprimuntur, vsque dum aboleantur & euanescant, & dissoluti non amplius ad tactum sublabantur. Ex Paulo lib. 6. c. 68. Repetitur & θλαδίας pro eodem.

„ Atque etiam θλιδίας Hesychio.

Θλάσις, ἡ

Θλάσμα. contusio, collisio, dicitur proprie soluta in
„ carne & musculo continuitas, cum graue & du-
„ rum aliquid deciderit in corpus à quo externa
„ quidem superficies integra & in suo statu per-
„ manet, sed in profundo multæ sunt & paruæ di-
„ uisiones: quod si concauitas aliqua à collidenti
„ corporis ictu inducta remanere appareat ὃν-
θλασιν appellat Gal. lib. de morbor. causis: in os- «
se etiam videtur aliquando euenire, sed in pue- «
ris maxime, oportet enim in sese cogi id os quod «
colliditur, atque ita molle euadere vt perfecte «
durum non sit: Hippocr. autem φλάσμα dixit io- «
nice pro θλάσμα vt notauit Gal. comm. 3. εἰς τὸ «
κατ' ἰητρεῖον. «

Θλάσις etiam numeratur inter fracturæ cranij differentias, quamquam fractura cranij non est, nec fractura quidem simpliciter, sed ossis caluariæ in anteriorem partem impulsio & veluti inflexio, cauitatem tantum non etiam vnitatis solutionem in caluaria efficiens, vt licet in plumbeis & æneis vasis videre si foris illidantur.

Θλάσις etiam dicitur in auribus Ægin. libr. 3. cap. «
23. «

Θλάσις quoque dicitur apud Hippocrat. ἐμπυοθλάσις, qui & πύεσις dicitur lib. 1. de morb. authore «
Gal. in exeg. «

Θλάσπι, ἤ θλασπίδιον. Thlaspi, nomen herbulæ est «
ex eo sic dictæ, quoniam semen habet veluti ἐν- «
τεθλασμένους teste Dioscor. libr. 2. cap. 186. vbi & «
aliud à Crateua θλάσπι commemorari ait, non- «
nullis dictum σφενικὸν σίναπι, proculdubio quo- «
niam eius, vt prioris, semen est δεινὸν, & διεμπυ- «
κὸν: Plinius quoque duorum generum θλάσπι «
esse tradit, ac prius inter alia esse ait cauliculo «
semipedali non sine ramis, peltarum specie, se- «
mine incluso, lenticulæ effigie, nisi quod infrin- «
gitur vnde nomen: Alterum thlaspi etiam ip- «
se dicit ab aliquibus persicum sinapi vocari; «
idem & θλάσπις dicitur Paulo libr. 7. qui ait «
esse σπέρμα δεινὸν: Hippocrat. θλασπιοῦς dixit «
αὐτὶ τοῦ θλάσπεως, vt est in lexico Galen. alioqui «
sunt & qui θλασπίδιον vocent per diminutio- «
nem. «

Θλιβίας. idem qui θλαδίας ceu θλασίας de quo pau- «
lo ante. «

Θλίψις σφυγμῶν compressio pulsus: cum incipiente paroxysmo pulsus admodum paruus & inæqualis est. Proprium est putridæ febris.

Θολερὸν πνεῦμα. quid significet apud authorē Prorrhetici incertum est. Alij putarunt dici spiritum plenum vaporis, qui expiratur: alij spiritum graueolentem, alij raucum, alij perturbatum, tanquam eo nomine difficilis respiratio intelligatur. Plærique vero non θολερὸν sed θαλερὸν per α scribunt, quasi θάλλον καὶ ἀκμάζον, id est florentem & vigentem, siue magnum atque vehementem. Verum Hippocrates nullo in libro, qui suus legitimusque sit, visus est vel spiritum vel quiduis aliud θολερὸν nominasse, vt scripsit Gal. comm. εἰς τὸ κατρῴπικόν.

Θολερὸν πτύελον. sputum cœnosum & graueolens exponit Cordæus apud Hippocr. 1. γυναικ. vt «
& similiter ἐμμήνια θολερά apud eundem. «

Θολερὰ οὖρα. vrinæ turbidæ atque perturbatæ: vide in «
voce οὖρον. «

Θόλος. vinculi genus est quod caluariæ adhibetur, vbi summum caput & quod inter ipsum frontemque est, vincire conuenit, cuius injiciendi rationem Galenus explicat lib. de fasciis.

Θορὸς, idem quod σπερμα. id est semen genitura.

Θορὸς. semen genitale & genituram significat, Ga- «
lenus comment. in extremam partem libr. 1. «
prognost. θορὸν & σπέρμα à quibusdam distingui «
innuit, adeo vt θορὸς semen ipsum & seminis «

» excretionem indicet παρὰ τὸ θορῶ, τὸ ἐκμῶ : σπέρμα
» vero vim ſemini inſitam non ipſam ſeminis ſub-
» ſtantiam : ita & heſych. θορὸν ἔκκρισιν τῆς σπέρματος
» exponit; Ariſtoteles ſemen piſcium peculiari vo-
» cabulo θορὸν appellat, in quibuſdam codicibus vt
» apud Ariſtotelem legitur θόρες accentu in pe-
» nultima, quo modo ſcriptum ſignificare ait Ni-
» candri Scholiaſtes initorem & admiſſarium.

Θορυβὸς. quid apud Hippocr. ſignificet video eſſe
» apud interpretes controuerſum : Nam Gal. vult
» eſſe commune quoddam accidens cunctarum
» affectionum quæ periculoſæ ſunt, quæque tam
» ægrum ipſum quam medicum ſollicitum tenēt,
» & Stephanus Athenienſis quaſi Galenum inter-
» pretans dicit θορυβὸν eſſe τὸ κάμνοντος δυσφορίαν, in-
» quietudinem ægrotantis, atque medici certa-
» men, & inquietudinem circa agenda; verum alij
» recentiores ſignificare putant ipſum delirium,
» alij corporis mentiſque perturbationem; alij de-
» nique animi perturbationem, quæ ægro & illis
» qui adſunt accidere conſueuit, vbi perturbatio-
» nis criticæ caſus ſeſe offerunt, adeo vt illis θορυβὸς
» aliud non ſit quam πάροχή.

Θοῦνος οἶνος. vide in voce οἶνος vbi vinorum differen-
» tiæ celebriores explicantur.

Θραμβὸς. ſic dictum eſſe à Pythagora τὸ σύμψυχον,
Dioſcor. author eſt.

Θρόνος. ſedes vtrinque peruia, apud Hippocratem.

Θρύπτει. pungitur, ſtimulatur, mouetur, pellitur,
apud Hippoc. Sunt autem qui θρύπτειν αὐτὶ τοῦ μαί-
νεσθαι interpretati ſunt, vt annotauit Erotianus.

Θρῦμμα. ſpecies vna ammoniaci, quod in minutas
glebas veluti in fruſta fractum ſit & diuiſum, vel
facile friatur. vide ἀμμωνιακὸν.

Θρυπτὸν. friabile. Id dicitur quod in quaſuis ſine diſ-
crimine, & plures duabus partes diuidi & com-
minui poteſt. In quo differt ἀπὸ τοῦ κατακτοῦ, quæ
non niſi in magnas partes diuidi ſepararique poſ-
ſunt. Quanquam fieri interdum poſſit, vt idem
κατακτὸν & θρυπτὸν exiſtat: fictile enim vtrumque
perpetitur. Diſtinguuntur autem ab inuicem,
ſicut ſcripſit Ariſtoteles. quod quæcunque ita
concreuere vt multis ſcateant poris alternatim
diſpoſitis, θρυπτὰ ſint: quæ vero eos longe por-
rectos habent, κατακτὰ: quæ vero vtroſque ſor-
tita ſunt, vtramque nacta ſint conditionem. Di-
citur & θρυπτὸν alijs nominibus φαυλὸν & κρουστόν.
Gal. lib. 3. de aliment. facult. definit id eſſe quod
nihil in ſe lentoris neque pinguedinis continet,
opponitque τῷ γλίσχρῳ.

Θρεπτικὴ δύναμις. altrix ſeu nutrix facultas. Eſt vis na-
turæ quæ appoſitum alimentum in corporis ſub-
ſtantiam conuertit & aſſimilat. Cum enim cor-
poris noſtri ſubſtantia aſſidue defluat, neque ta-
men eam præpropere abſumi & conſeneſcere
patiantur alimenta, natura facultatem altricem
adhibuit cuius munere aliquatenus id quod pe-
rijt reſtitueretur. Eſt autem opus eius perpe-
tuum, videlicet à prima conformatione ad mor-
tem vſque, nec vnquam in corpore ocioſa ma-
net. Ex quo neceſſitas eius intelligitur, & ſupra
auctricem præſtātia, quæ vſque ad vigorem æta-
tis ſolum progreditur. Neque enim auctrix ſine
nutrice quicquam poteſt, vt nec formatrix ſine
vtraque. Verum vt nutrix auctrici atque for-
matrici inſeruit, ita quatuor aliæ facultates nu-
tricī auxilio ſunt, attractrix, retentrix, cōcoctrix,
& expultrix, quarū miniſterio, alimenti aſſimila-
tio, quæ nutricis facultatis opus eſt, perficitur.

Θρέψις. nutritio. Eſt eius quod nutrit ad id quod
nutritur perfecta aſſimilatio : vel, eſt alimenti in
corporis ſubſtantiam conuerſio. Eſt actio natu-
ræ ex principibus primiſque ordine tertia, qua
ſcilicet molitur, vt omnes animalis, primum qui-
dem formati, deinde vero in lucem editi, & ad
perfectam magnitudinem perducti partes quan-
tum fieri poteſt, perdurent. Siquidem fruſtra
genitum animal ſit, niſi & ad perfectam magni-
tudinem perducatur, & diutius perduret, quo-
rum neutrum ſine alimento affluente adhæren-
teque fieri nequit. Nam & nutritio auctioni fa-
mulatur, neque aliter inanitionis illud genus
quod fit naturali ſubſtantia noſtra aſſidue de-
fluente, quodque nutritioni ex aduerſo oppoſi-
tum eſt, reſarciri poteſt. Eſt igitur nutritionis
materia alimentum, quod cum corporis eius
quod nutritur omni parti affigitur, actio quidem
ipſa nutritio dicitur, cauſa vero huius ipſa facul-
tas. In quo opere alterationem quidem interue-
nire neceſſe eſt (eſt enim nutritio alterationis
ſpecies) ſed non talem qualis erat in generatio-
ne. Ibi namque quod os non erat, poſtea factum
eſt os: in nutritione vero ei quod iam factum eſt,
id quod affluit efficitur ſimile, vt non immerito
alteratio illa nominetur generatio, hæc vero aſſi-
milatio. Cum ergo nutritio ſine alimento perfi-
ci non poſſit, ipſumque aſſimilari oporteat, ne-
ceſſe omnino eſt ipſum prius attrahi, retineri,
concoqui & ab excrementis repurgari, vt dein-
de apponi, poſtea agglutinari ſiue adhærere, &
poſtremo aſſimilari poſſit. Eſt enim aſſimilatio
omnis concoctionis finis, & ſumma totius fun-
ctionis naturalis perfectio.

Θριδακίας. mandagoras fœmina quæ nigricat, & eſt
folijs anguſtioribus & minoribus quam lactuca,
à cuius tamen ſimilitudine nomen habet.

Θριδακίνη ſeu θριδακίσκη. lactuca ſylueſtris eſt teſte «
Galen. l. 2. περὶ τρόφ. c. 1. & l. 1. περὶ χυμῶν c. 4. & «
2. de facult. aliment. c. 40. hortenſis enim ſiue «
ſatiua θρίδαξ vocatur vt idem author eſt 2. περὶ «
τρόφ. c. 1. Sylueſtris vero dicitur quod in vijs naſ- «
catur & locis foſſarum eminentioribus, & pre- «
terea herboſis aquoſiſque ac pleriſque incultis: «
à voce θριδακίνη eſt diminutiuum θριδακινὶς, id eſt «
lactucula apud Athenæum lib. 2. «

Θρίδαξ. lactuca hortenſis ſiue ſatiua vocatur: plan- «
ta admodum ſalubris quam vſque adeo priſcis «
Romanis fuiſſe commēdatam poſt Diuum Au- «
guſtum per eam ſanitati reſtitutum ferunt, vt «
ſeruari etiam in hybernos menſes ex oxymelite «
repertum ſit; Illam ex oleribus ſolam in homi- «
ne temperato euchymiam eſſe dixit Galen. id eſt, «
bonum ſuccum gignere, & optimum corpori «
alimentum ſufficere, atque veſpere in cœna vel «
hora ſomni coctam & commanſam ſibi vnicum «
fuiſſe ad vigilias immodicas alexipharmacum & «
remedium, illam veteres initio menſæ primiſue «
epulis non vt ſolemus eſitabant, ſed poſtremis vt «
Martialis elegantiſſimo diſticho prodidit. «

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum, «
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes. «

Illam autem ἀκρατοπάλην Ruffus Epheſ. voca- «
uit quod crapulam arceat, & omnem capitis no- «
xam à vino contractam excutiat; admonent in- «
ſuper Græci Geoponici aſſiduum lactucarum «
eſum cane peius & angue ijs fugiendum eſſe qui «
procreandis liberis operam dare ſolent, quod illa «
fœcunditatē non modo minuat, ſed quod poſtea «

„ sustulerint partus, velut amentes, inepti, ac stupi-
„ di à progenitorum ingenio degenerent, vnde la-
„ ctucam εὐνέχον Pythagorici vocauere: appella-
„ tur & ἀεύπε quasi Eunuchos reddens propter ip-
„ sius λυκπεὸν facultatem, in qua Callimachus al-
„ legoricῶs scripsit venerem Amasium suum Ado-
„ nim abscondisse, ὅπ ἀδυνεῖς εἰσὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια
„ οἱ σωτιχᾶς χρώμενοι ἐδέδεξι quod sint ad venerem
„ imbecilles, qui lactucis continue vescuntur: hāc
„ quoque Eubulus apud Athenæum νεκύων βρῶμα,
„ id est mortuorum cibum vocat, quæ superstitio-
„ sa opinio adeo in animis hominum inueterauit
„ vt adusque Augustum Principem multis religio
„ esset vesci lactucis teste Plinio.

Θειξ. pilus. capillus. Est pars corporis tenuis, longa, flexilis, sicca, ex cute erumpens. Gal. pilos, vt & vngues, enumerat inter corporis partes in arte parua, quamuis eos excludat è quadruplici illa partium differentia quam eo libro constituit, propterea quod gubernationem nullam habeāt. Non enim corporis substantiam constituunt. quare neque sunt principia virtutum, neque principijs subseruiunt, nec ingenitas ex se vires obtinent, nec ab alijs vires mutuantur. Nō enim sensum, motum, aut vitam habent, neque attrahendi, continendi & concoquendi facultatem, neque eas vires alijs suppeditant, sed solum generantur, ac crescunt, non in omnem dimensionem, quemadmodum reliquæ partes corporis, sed in longitudinem solum. Generantur autem ex crassis & fuliginosis vaporibus, qui dum per angustos cutis meatus à calore foras propelluntur, illis inhærent tamdiu, vt facile interim siccari vtique possint & pilus fieri. Inde mox alius similiter è profundo suscitatus à calore pellitur, qui in priorem meatibus adhuc hærentem, cutique non aliter quam gingiuis dētes infixum, impingit, adiungitur, agglutinatur, & illum, vt clauus clauum, trudit: rursus alius atque alius succedunt. Sic fit pilus maior aut minor, crassus aut exilis, passus aut crispus, niger aut alio colore præditus, prout calor, humor, & cutis pori se habent. Hæc enim tria ad pilorum generationem concurrunt, ac vt varia esse possunt, sic varij exillis pili prodeunt. In calore quidem differentia hæc est, quod imbecillus nullum pilum producit, quippe qui materiam, ex qua pili orcum habent, siccare non possit, nec cutem similiter cui illi inhærere debent. Mediocris siccat quidem, sed pilum tenuem & passum gignit: magnus resiccat vehementer & efficit duriorem. Ab humore autem pilorum discrimen est, quoniam à pituitoso albi, à bilioso flaui, à melancholico nigri prodeunt. Iam quod ad cutem pertinet, eam siccam esse decet & raram: siccam quidem, propterea quod in molliore & humidiore cute excrementa citissime effluant, nec satis diu meatibus hærent, quodque viæ per quas humor ille fuliginosus exit, eo abscedente protinus coniuent & abolentur: raram vero, quoniam densior non est humori fuliginique peruia. Sed tamen in his quoq; moderationem quandam esse oportet. Si ad hæc quæ dicta sunt attente quis aduertat, reperiet certas causas, cur quibusdam partibus pili nascantur, alijs nulli sint, aliquibus, vt supercilijs & palpebris, sint quidem, sed eundem semper modum seruent: in capite vero plurimi longissimique oriantur. Ac cum plurimæ corporis partes pilos habeant, alios ad venustatem ornatumque, alios vero etiam ad vsum: qui sunt in capite, κατ' ἐξοχὴν τρίχες appellantur, à Latinis capilli, quasi capitis pili: de quibus hic dicere eorumque nomenclaturas & synonyma referre non erit prorsus inutile nec iniucundum. Ἀπὸ τῶν τριχῶν dicitur πίλωσις & τρίχωμα, quod capillitium significat. vocatur etiam κόμη, coma, ἀπὸ τοῦ κομεῖν, quod comere & ornare significat. Κίρρας quoque apud antiquos τρίχα significauit, authore Plutarcho, cuius indicium est κειρᾶσθαι, quod tondere significat: vnde κειρασπλόκος, qui in exornanda coma occupatur, apud Archilochum. atque vt Suidas refert, κίρρας οἱ παλαιοὶ τὰς τρίχωσιν ἐπάλλον. Κίκινος, cincinnus, capillus intortus, βοτρυοειδὴς à Phauorino dicitur, quod sit botro similis & instar racemi pendulus. πλοκαμὶς & ὁ πλόκος & ὁ πλοκὰς, cincinnus vel cirrus: πλοκαμὶς autem, capillorum nodus, παρὰ τὸ πλέκεσθαι. & πλοκμὶς, coma, quam veteres alebant & Dijs consecrabant. Eadem σκόλιος & σπεῖρα τριχῶν apud Iulium Pollucem dicitur. Ἐπιπλόκιον capillus in honorem Deorum resectus, apud Cœlium libr. 4. cap. 23. κόρσας etiam capillos quidam dixere, vt author est Pollux. Cirros eadem ratione Latini ἀπὸ τοῦ κείρειν, hoc est à tondendo, videntur dixisse. Κόρυζ & ὁ λόφυρος, plexa cæsaries dicitur & capillus muliebris. Ἕλικες, capilli crispi dicti sunt, ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι: quanquam proprie dicantur de clauiculis siue de capreolis vitium aut hederæ. Οὖλας Attici crispos capillos appellarunt: vnde ἀλόπεκες & ἀλόθριξ, qui crispis est capillis, quem Archilochus τριχοῦλον per inuersionem vocauit. Ἔθειραι apud Homerum capilli dicuntur, ἀπὸ τοῦ ἐθειρύζειν, quod comere siue comam nutrire significat: vel παρὰ τὸ ἐξ ἴσου εἱρεσθαι, ὃ δὴ πλέκεσθαι, vt explicat eius interpres. φόβαι interdum dicuntur, παρὰ τὸ φοβερὰς εἶναι τὰς κομώντας. atque etiam σμήνεργες, ἀπὸ τοῦ μείρειν, hoc est à diuidendo, quod in multas tenues particulas sint discreti, litera σ per πλεονασμὸν addita. χαίτη seta, proprie porcorum, tamen & de homine dicitur: vnde Celsus libro 2. seorsum pectus pro piloso vsurpat. Gaza apud Aristotelem χαίτας & λοφιὰς capronas vertit, quo nomine Nonius Marcellus comas vocari scribit quæ sunt ante frontem, quasi dicas à capite pronas. λάχνη lana & pilus interdum dicitur ex interiima particula λα, & χνοῦς lanugo, vt volunt etymologici authores. λάσιμα nuncupauit Aristoteles discrimen & æquamentum capillorum, vt interpretatur Gaza. Κρόκυλος ὁδὶ πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον: sed dicitur proprie de viris. κόρυμβος vero in mulieribus: est velut flagellum criniũm. σκέπτιος autem in pueris appellatur.

Θειξ. præter communem significationem dicitur etiam apud sacrificos venula angusta, recta, nigra in parte sima iecinoris dextro lobo apparens, vt scribit Gal. ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν.

Scriptum autem reperitur in multis codicibus θεὶξ, sed vt Henric. Stephanus legit τειξ.

Θρόμβος. grumus. Proprie quidem significat continuæ rei fragmentum & frustum. Inde ad lac & sanguinem medicis translata vox est, qui θρόμβωσιν dixerunt, in lacte quidem, quoties à puerperio fœminis lac fluere desinēs in mammis densatur, & in exigua frusta concrescit: in sanguine vero, cum à venis suis effusus, & in vicina spacia abscedens, siue per diapedesin, siue eroso

vel rupto quomodolibet vase similiter coit atque condensatur, non in vesica modo verum etiã in stomacho, in renibus, in intestinis, in vtero, in naso, in omni denique corporis cauitate. In qua quoniam præter naturam inest, calorem natiuum amittit, indeque niger euadit & cogitur, tandemque putrescit, vt & reliqua omnia quæ extra naturalem locum sita sunt.

Θρόμβωσις. est sanguinis affectio, quando is collisa venarum tunica ab aliquo graui corpore cõtundente effusus in carnem & receptus locis quæ circum venam sunt, nigrescit. A qua sanguinis affectione factum est, vt θρόμβος iam sanguis dicatur & sit, quemadmodum annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀλμῶν.

Θρόμβωσις etiam dicitur in lacte cum à puerperio » mulieribus in mammis densatur, & in exigua » frusta concrescit: Generali vero significato θρόμ- » βωσις concretio vocatur qua nimirum aliquid » glaciatur & in grumos coit.

Θρῆνες Μαρκέλλιου. trochisci nomen est, cuius descriptio habetur, apud Paulum lib. 7. cap. 12. & apud Aetium lib. 9.

Θρυαλλὶς. vnum genus est phlomidis, siue verbasci fœminæ, quod & alio nomine λυχνίτις vocatur, folijs ternis aut cumplurimum quaternis, crassis, pinguibus, ad lucernarum lumina aptis.

Θρύον. iuncus, vlua. sic etiam vocant aliqui fruticis genus, quem & θρύον μανικὸν appellant.

Θρύεσις. sic dictum est à quibusdam solanum furiosum.

» Vesicariæ species apud Theoph. hist. plãt. l. 9.

Θρύαρος. sic dicitur à nonnullis ὁ αἶρα, hoc est lolium authore Dioscoride.

Θυαὶ. sic dicitur apud quosdam ὁ ἀρτεμισία, sicut testatur Dioscorides.

Θυάματα. dicuntur apud Hippoc. θυμιάματα ἢ ἀρώματα, hoc est suffitus & odoramenta.

» Pro θυάματα vero dicuntur & θύματα & θυώ- » ματα, quæ Hesychio & Erotiano ἀρώματα dicun- » tur, vide θυμίαμα.

Θυία. arbor est quam Theophr. syluestrẽ, perpetuis frondibus virentem, nec ramis, caudice, frondibus syluestri cupresso dissimilem describit. Putant aliqui eam esse quam Plinius l. 13. trogeten dicit ab alijs vocari. Dicitur & θύεια & θύα & θύον. Hermolaus thyam cedrum alterius generis esse prodidit, ex qua cedrinę mensæ fiebant. At Θυεία, siue Θυία, mortarium est, seu pila in qua tunduntur pharmaca & huius generis alia.

Θυίτης. Thyites lapis. colore subuiridis, vt Iaspis quem vocant. Omnium fere lapidum. valentissimam vim habet, soluitur hic in succum colore lacteum, gustu vero acrem. & proinde illum nemo ocularibus miscet medicamentis, nec fluxiones repercutientibus, vel vlcera sanantibus, sed tantum ad purgãdum & abstergendum quæ pupillam offuscant absque phlegmone: ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest, sed & oculorum vngues, (πτερύγια Græci vocant) vtique si non admodum duri fuerint.

Θυλακίτις νάρδος. sic dicitur mõtana nardus in Cilicia & Syria prouenies, propterea quod ex ijs locis à mercatoribus in Græciam sacculis concluſa vænalis deferretur. θύλαξ enim sacculum ex corio factum vtrumque significat: & θυλακοφόρειν Hesychius interpretatur θυλάκοις περιφέροντας τὰ ἀρώματα ἢ πέμπειν: hoc est, sacculis & peris circumferentes aromata. Nicander in Alexipharmacis de pharici sumpti curatione, νάρδον θυλακίτιδα dixit. Eandem ob causam etiam πηρίτις à Galeno appellatur. vide νάρδος.

Θύματα. θυμιάματα, apud Hippocratem.

Θύμβρα. satureia & cunila. Est herba pedali altitudine, fruticosa, surculosis vtrimque coliculis, folio hyssopi, flosculis per interualla ex purpura candicantibus, odore saporeque gratissimo, sed hæc hortensis est. Quæ vero in asperis & saxosis nascitur, thymo similior est quam hyssopo, sed minor atque tenerior, ferens spicam floris plenam, coloris herbacei. Hæc medicinæ vtilior, illa cibis gratior: in tertio ordine calefacit & desiccat, atque glutinosos crassosque humores incidit.

De Thymbra Dioscor. l. 3. c. 45. & Plin. l. 19. « cap. 8. vbi eam à Latinorum nonnullis Cunilam « vocatam esse ait, subiungens, hæc apud nos ha- « bet vocabulum, & aliud, Satureia dicta in condi- « mentario genere, Columella tamen lib. 9. cap. 4. « inter Thymbram & cunilam seu satureiam di- « stinguit; dicitur porro hæc θύμβρα etiam θυμβρα- « ία ab Hippocr. teste Gal. & θύμβρον à Theophr. « histor. plant. l. 7. c. 1. vbi tamen & fœmin. genere « θύμβρα habetur, Aetius plurali etiam numero τὰ « θύμβρα dicit vt Martial. improba nec prosunt « iam satureia tibi: θύμβρα autem soli natalis ap- « pellationem retinet: Est enim si Stephano cre- « dimus Thymbra oppidum in quo templum Ap- « pollini sacrum, à quo Thymbræi retulit co- « gnomentum: denique à Thymbra quæ acrimo- « niam gustui refert Thymbrophagi quasi acriuo- « ræ dicti, qui non nisi quibusdam acrementis pa- « latum titillent. «

Θυμβραία. idem quod ὁ θύμβρα, apud Hippocratem.

Θυμελαία. est frutex cuius rami tenues, speciosi, cubitorum binúm assurgunt. Ipse similis chamelææ, folijs angustioribus, pinguioribus, gummosis si mordeantur glutinosisque, flores albi & inter eos semen quale myrti, exiguum, rotundum, initio viresccns, postmodum rubens, foris durum nigrumque, intus albet, &, vt Plinius tradit, in quo nascitur granum Gnidion, quod aliqui λίνον vocãt. Herbarij thymelæam nunc oliuellam nunc linum syluestre vocitant. Calefacit & siccat ordine tertio.

Θυμίαμα. suffimentum. suffitio. Est res odorata, quæ ignibus iniecta gratum nidorem exhalat. vt sunt thus, myrrha, styrax, & quæcunque calidam habent temperaturam, suntque satis odorata. Dictum ita volunt quasi θυμοῦ ἴαμα, quoniam languescens animus suffitu eiusmodi recreetur. Sed non desunt qui à thyo odorifera herba deductum velint: vt neque qui ἀπὸ τῆς θύειν, hoc est à sacrificando, quoniam odores Dijs suffiebantur. De eo aphorismus celebris habetur apud Hippocratem, suffitus aromatum muliebria ducere, & ad plæraque alia vtiles esse. nisi grauitatem capitis inducerent.

Sunt autem quibus θυμίαμα pro genere capi- « tur, ab alijs pro styrace tantum, sic vulgus quo- « que thus, speciem ipsam, incensum, cum tamen « æque cætera eundem vsum præstent: habe- « mus & in titulis hymnorum qui attribuun- « tur Orpheo θυμιάματα pro suffitus certa specie: « formantur autem ad vsum medicum suffimenta « tribus fere modis, aut enim in pulueres redigun- « tur qui carbonibus ignitis inspergantur, aut « pulueres succo liquoreue aliquo vel resina, «

„ potissimum Terebynthina subacti in pastillos si-
„ ue placentulas coguntur, qui carbonibus impo-
„ siti sensim in halitus resoluuntur, aut in oblon-
„ gas pyramidales columellas tribus pedunculis
„ innitentes formantur, qui incensi ardent tantis-
„ per, donec conflagrent, halitus gratissimi odoris
„ expirantes, illa vulgus trochiscos, hæc candelas
„ odoratas nominat: Quod autem ad eorum vsum
„ spectat, illa mulierum suffocationibus adhiben-
„ tur, morbis comitialibus, capitis doloribus, or-
„ thopnoicis, Asthmaticis, ijs qui defluxionibus
„ vexantur, ijs denique qui canina conuulsione te-
„ nentur vt docet Oribas. Collectan. 10. cap. 9. qui
„ suffimentorũ materias memoratis affectibus cõ-
„ uenientes illîc edocet, ceu & apud Aetium te-
„ trab. 4. serm. 4. cap. 122. suffumigiorum insignes
„ preparationes videre potes.

Θυμίαμα ῥόδινον. & κρινάτον, id est, rosatum & irinum
„ à Paulo describuntur lib. 7. c. 22.

Θύμον. sic à quibusdam dicitur. ὁ σμίλαξ, hoc est taxus, vt habetur apud Aetium lib. 13. c. 64.

Θύμον. etiam idem est quod θύμος, id est, carnosum
„ tuberculum, de quo paulo post: Et apud Hippoc.

Θύμια. dicuntur carnosa quædam germina aut tu-
„ bercula quæ in pudendis ano, glande & præputio
„ gignuntur.

Θυμοειδὴς δύναμις. animosa seu irascibilis facultas. Est cordi vis insita, qua motus in nobis gignit & animi perturbationes. Sunt autem illæ variæ & prope sibi contrariæ pro diuersitate causarum à quibus proficiscuntur. Causas enim triplices habẽt: primam quidem, rem animo obiectam, siue præsens sit, siue expectetur, siue in memoriam redeat: secundam, rationis phantasiam, hoc est, impressam in animo eius rei opinionem & æstimationem: tertiam vero cordis robur, quo vel vehemẽtius vel languidius commouetur. Quanti enim ratiocinandi facultas obiectam rem fecerit & æstimauerit, tantum vis illa animosa concitatur. Nascuntur igitur animi motus ex rebus æstimatis opinatisque tam bonis quàm malis, vtrisque tam præsentibus quam futuris atque etiam præteritis. Ex bonis æstimatis præsentibus quam futuris atque etiam præteritis. Ex bonis æstimatis, præsentibus quidem lætitia, inuidia, maleuolentia: ex futuris libido siue cupiditas, excandescentia, odium, inimicitiæ, audacia, confidentia, temeritas, libertatis, potentiæ & honoris appetentia: ex præteritis eorumdem recordatio. Ex mali autem opinione præsentis quidem animi ægritudo, misericordia, mœror, tristitia: ex futuri vero timor, terror, pauor, conturbatio, desperatio, pudor, pigritia & id genus alia. Eiusmodi quidem species rationi primum obijciuntur, deinde animosæ facultati; quæ tantum mouetur quantum id quod obijcitur ratio esse duxerit, & cordis virtus ferre potest. Expendere enim fugiendane an amplectenda species sit quæ obijcitur, ratiocinantis facultatis est munus: eam vero fugere vel amplecti, animosæ. Cum igitur non omnes eadem polleant ratione, sed alij res quales sint æstiment, alij non quales, sed meliores aut deteriores, maiores aut minores quam sint, præterea in alijs vehementior sit vis animosa, in alijs minus prompta, fit vt non eodem modo omnes concitentur, sed alij celerius, alij tardius, alij vehementius, alij leuius. Cum enim eiusmodi causæ varie facultatem afficiant, diuersa motionum genera esse oportet, quæ Græci nõ θυμῷ, sed ψυχῆς παθήματα, hoc est, animi affectus & passiones appellarunt, quod necesse sit animæ facultates φανταστικῷ & λογιστικῷ ad hos motus concurrere, etiamsi proprie ad animosam cordis facultatem pertineant, & in corde peragantur.

Θυμοξέλαιον. confectionis medicæ nomen est apud Dioscor. sic dictæ quod ex thymo aceto sale pulegio, & ruta constaret lib. 5. c. 24.

Θυμὸς. iracundia. vnde θυμοειδὴς δύναμις, facultas animosa & irascibilis. In qua significatione etiam Latini animos vsurparunt. Significat & θυμὸς apud Hippocratem πρὸς τὸ θυμόω, hoc est cupiditatem aliquid agendi, vt annotauit Galenus comment. εἰς τὸ προγνωστικόν.

Θύμος. thymum. est frutex surculosus & dodrantalis, folijs canis, exilibus, multis, immortalibus, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitellis specie complicatarum formicarum, radice lignosa. Calefacit & desiccat tertio ordine, & glutinosos crassosque humores incîdit: menses, partus & secundas pellit. Cum sale & aceto potum pituitam per aluum detrahit.

Θύμος. autem ab excitando quod θύειν dicunt nomen inuenit; alijs hoc potius etymon placet, θύμος quasi θύαιμος, id est, sanguinem impellens, nec desunt insuper qui ab thyo odorifera herba deductum velint.

Θύμος. à nonnullis dicitur τὸ ἄγριον, vt habetur apud Dioscoridem.

Θύμος. est glandulosa illa substantia, quæ in iugulo ad os summum pectoris consistit tanquam fultura & substructio vasorum eo loci diuisorum, eiusdem fere atque τὸ παλάχνης generis, nisi quod hoc mollius, rubẽtius & carni similius est. Hæc in nuper natis animantibus ob vasorum mollitiem & imbecillitatem est maxima: in crescentibus autem, quia vasa per siccitatem sunt firmiora, decrescit, ita vt vix eius vestigium in iuuenibus appareat.

Θύμος. est tuberculum carnosum quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutẽ tenue, supra latius, subrubrum & in summo perasperũ, oblongum, interdum rubens, interdum candidum, magna ex parte sine dolore. Idque summum colorem floris thymi repræsentat, vnde ei nomen est, ibique facile finditur & cruentatur, nonnũquam aliquantum sanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est, raro maius, interdum perexiguum: modo vnum, interdum plura nascuntur, vel in sede, vel medijs femoribus, vel talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt, quæ nunc solam glandem, nunc colem, aliquando præputium occupant: quandoque etiam in facie consistunt. Quod paruum est proprie θύμος dicitur, vel θύμον, vel θύμιον, vt habetur apud Corn. Celsum lib. 5. quod vero magnitudine excedit σῦκον, id est ficus, appellatur. Cæterum thymorum alij mites facileque, alij maligni sunt. Illi magis carnosi sunt, inæquales, asperi, candidi aut subrubri, doloris expertes: hi vero duriores, asperiores, maiores, feculenti, liuidi, cum dolore punctorio, quitum maxime mouetur cum manu tractantur, aut medicamenta adhibentur, nec facile curantur, nisi tota parte in qua nati sunt execta.

Θύμου. τὰ ἀπὸ τῶν Θύμων. hoc est à Thymis oriundi, apud Hippocratem. Sunt autem Θύμοι populi Thraciæ.

Θύον. arbor quam Theophrastus vel cupresso simi-

lem, vel cupreſſum eſſe ſylueſtrem exiſtimat libro 5. cap. 5. de plantarum hiſtoria. dicitur & θυΐτε, & θυεῖα, & θυα.

» Vide θυῖα paulo ante; Cæterum reperitur apud » Athenæum θύϊον pro θύον pro thya arbore ſeu ma» teria odorata.

Θυρεοειδὴς χόνδρος. ſcutiformis cartilago. Eſt laringis cartilago prima & anterior, & quæ velut ſcutum quoddam alijs præpoſita eſt. Nec vero vſum modo ſcuti habet, ſed etiam formam. vide λάρυγξ.

Θυρεοῖδες. ſic dicitur à quibuſdam oſſis pubis foramen, quod in eo oſſe tam magnum eſt, vt ἀ θύρας, hoc eſt hoſtij, inſtar videatur.

Θυρσὸν. ſic à quibuſdam dicitur ὁ θύμος, vt habetur apud Dioſcor.

» Apud quē ſcribitur θύρσον proparoxytonῶs, qui » non thymū modo, ſed & catanancen hoc voca» rinomine à nōnullis docet; Apuleius vero etiam « plantaginem ſiue arnogloſſum ſic appellari ait, » At θυρσῖτις dicitur à quibuſdam ocymaſtrum teſte » Dioſcor.

Θυώματα. à Græcis vocantur vnguenta, non illa quidem quæ ex floribus ſed quæ ex aromatis fiebant, » quo vnguenti genere Homerus Iunonis corpus » πεθυώμενον, id eſt, delibutum fuiſſe inquit: vide » θύμια.

Θώραξ. pectus. ſic dicta eſt à veteribus pars ea corporis quæ à collo ad pudenda vſque trunca pertendit, vt definit Ariſtoteles lib. 1. de hiſtor. animal. cap. 7. Sed & Hippocrates libro περὶ τέχνης, his verbis: ὅ, τι γὰρ θώραξ καλεόμενος, ἐν ᾧ τὸ ἧπαρ συγκέκλεται: hoc eſt, thorax vocatus in quo hepar contegitur: manifeſto indicat thoracis nomine ventrem etiam contineri, dictumque quondam fuiſſe thoracem totum illum truncum qui eſt inter alas & inguina. Verum à recentioribus medicis & Galeno pars ea thorax dicitur, quæ collo ſubiecta vtrinque coſtis clauditur. Quantum enim coſtæ ab anteriore poſterioreque parte, & infra ſupraque continent, θώραξ appellatur, ἀπὸ τῦ θορᾶ, hoc eſt ſalio, propter continuum cordis motum: vel παρὰ τὸ θεῖον ὠρεῖν, quod ſcilicet mentem, diuinam noſtri partem, contineat & ſeruet. Latini proprie pectus vocant. Quinque ei partes aſſignantur, in quas diuiditur, στέρνον, νῶτον, πλευρὰ, κλεῖδες, ὠμοπλάται. Dicitur autem στέρνον pars eius anterior in quam coſtæ conueniunt, pluribus quidem & numero incertis oſſibus compoſita vt plærique viſum eſt, ſed ſi Galeno credimus, ſeptenis. νῶτον, dorſum Latini vocant, quod duodenis vertebris compactum eſt. πλευραὶ, hoc eſt coſtæ, bis totidem numero attribuuntur, quot illis in dorſo vertebræ reſpondent, quibus vt parte poſtica inarticulantur: ſic antica priori illi thoracis parti quam στέρνον diximus nominari: κλεῖδες autem gemina illa oſſa vocantur quæ collo proxime ſubiecta ſunt, alterius à coſtis & originis & figuræ. ὠμοπλάται vero duo ſimiliter oſſa, quæ à tergo vtrinque ſita prominent. Nec me quidem latet Galenum libro de oſſibus de thorace diſſerentem ab eo παῖ κλεῖδας & ὠμοπλάτας diſtinxiſſe, ſeorſimque de ijs egiſſe, quaſi thoracis partes non eſſent: ſed quia manifeſto videantur trunco illo quem deſcripſimus contineri, non eſt diſſentaneum eas inter eius partes haberi.

Θώραξ. etiam eſt vinculi nomen quod pectori adhibetur, vbi medium pectus, vel dorſum, vel latera, ſeu thoracem volumus deligare, cuius injiciendi rationem Galenus explicat lib. de faſcijs.

Θωρήσσει, οἰνοποτῆσαι apud Hippocratem exponit Erotian. ſed & armari ſeu loricari ſignificat: Atqui in « hoc quidem vocabulo ceu ambiguo eleganter « luſit quidam apud Ariſtoph. in Acharn. qui cum « miles à puero afferri ſibi inſſiſſet θώρακα πολεμικὸν, « dicens ἐν τῷ δι' ἀρᾶς τὸν πόλεμόν θωρήξομαι: ipſe « ſubijcit, Ἔξαιρε παῖ θώρακα κἀμοὶ τὸν χάλκεον, addens, « ἐν τῷ δι' ἀρᾶς τὸν συμπότην θωρήξομαι, illo contra « compotores armabor, vel contra compotores « potando quaſi armabor, vt ſit & ὁπλισθήσομαι & « μεθυσθήσομαι: eſt itaque θωρήσσειν poculo ceu θώρακι « ſe contra compotorem loricare, vel vt alij thoracem munire & armare, vini videlicet calore; « Et Phauorinus θωρήσσειν λέγεται τὸ μεθύειν, inquit, « διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ σῶμα, ἢ θώρακα πλεκῶσιν, ἢ διὰ τὸ « μάχιμον ἢ μεθύοντων, hoc eſt, θωρήσσειν dicitur inebriari, quod excalfaciat pectus, aut thoracem repleat, aut quia pugnaces ſint ebrij: hinc factum « vt Hippocr. lib. de victu in acut. θωρηκομένους & « ὑδροποτοῦντας opponat, quaſi ſit θωρήσσεσθαι ἀκρατοποτεῖν; ex illa voce deductum θώρηξις quod οἰνοποσίαν καὶ ἀκρατοποσίαν, id eſt, vini meracioris potionem ſignificat, vt placet omnibus qui Hippocr. « aphor. 21. lib. 2. λίμου θώρηξις λύει, hoc eſt famem thorexis ſoluit, interpretati ſunt. Galen. ἐν τῇς « γλώσσης, οἴνωσιν & μέθην explicat, hoc eſt vini potionem & ebrietatem: ab illis quoque vocibus « deductum ἀκροθώρηξ, vel ἀκροθώραξ, quod leuiter appotum eſſe, ſeu quaſi pectore tenus vino « imbutum ſignificat authore Budæo; ſed de vocis « huius ſignificato plura leges ſuo loco. »

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. I.

» Ἄμα. medicamentum, remedium, item & sanatio pro quo Ionice ἴαμα.

Ἁμυλιχοῦ ἅλες. sales Iamblichi. Genus est salis ex multis rerum generibus compositi, cui vis maxima crudos humores concoquendi. vide in dictione ἅλς. Compositionem eius fecit Iamblichus.

» Scribe ἰαμελίχου ex Suida.

Ἀσπόη. est olus syluestre, humi serpens, copioso lacte succulentum, flore candido, folio vno, sed ita implicato vt plura videantur, foris margine in angulos exeunte. Plinius florem eius Concilium ait appellari. Putatur non multum ab ea dissidere quam Gallicum vulgus liseronem vocat.

» Sed scribendum videtur per ω. ἀσπόη vt legere » est apud Theophr. lib. 1. cap. 21. qui hoc olus numerat inter τὰ μονόφυλλα διαγραφὴν ἔχοντα μόνον τῶν » πλειόνων.

Ἄσμη, & ἀσμινον μύρον. dictum vnguentum quoddam in Perside, confieri solitum ex violæ albae » floribus in Sesaminum oleum coniectis, vt tradit » Dioscor. lib. 1. cap. 74. quod tamen caput in » nonnullis editionibus desideratur: vide ibi corollarium Hermolai & annotationes Marcelli qui » facto à violis nomine quasi violationem appellari posse ait.

Ἄστρις. gemma est, sed multorum generũ. Est enim ei tanta coloris varietas vt vno nomine diuersas gemmarum species videatur complecti. Alia viret, smaragdique colore est, quæ si per transuersum linea vna alba cingatur γραμματίας dicitur: sin pluribus, πολύγραμμος: alia glauco pingui est similis, id est, viridis lacte suffusa: alia in viridi pallet, callaidi similis, quam Dioscorides πρασινοθίζουσαν vocari scribit: alia vt cœlum serenum cœrulea est: alia cœlo autumnali matutino similis, id est, cœrulea lacte suffusa, quam ex veteribus quidam ἀβλίζουσαν, iuniores Turcicam vocarũt: alia purpurea: alia rosea est: alia ex purpura cœrulea: alia crystallina est, pituitæ similis: alia saturo iecinoris colore est, distincta lineis concoloribus: alia veluti fumo infecta est, καπνίας ob id dicta. Omnis quidem mirifice nitet & sæpius non translucet, atque in eo differt à gemmis perspicuis quarum speciem gerit, quæ si interdum pellucent, at totæ perraro: aut si totæ nonnunquam, longe tamen ipsis præstant gemmæ quarum sunt assimiles.

Ἀσφαλειπτής. u. medicus reunctor siue vnguentarius qui vnguentis & perfrictionibus corporis morbos curat. Quæ quidem curandi professio ἀσφαλειπτικὴ dicta est, & primũ, vt refert Plinius, instituta à Prodico Selymbriæ nato, discipulo Æsculapij.

Olim vero medicina in profligandis tantum « morbis & salutis restitutione censebatur; in valetudinis conseruatione & virium amplificatione « παιδοτρίβαι & aliptæ, id est vnctores, occupati erãt; « Illi quoque quorum officium ex vnctore & medico conflatum & mixtum erat; vel potius qui « medicorum erant vnctores ἀσφαλειπτάι dicti vt « Celsus vocat; Etiam nonnulli longos morbos « aliptarum officio attribuerunt. vt Cœlius Aurelian. scribit, ideo Tullius, vellem, inquit, vt non « solum salutis meæ quemadmodum medici, sed « etiam vt ἀλειπτάι virium & coloris rationem habere voluissent, quibus verbis analepticem, quæ « è morbis sese recreant & reficiunt ægri aliptis tribuere videtur; Iatraleiptas Plinius lib. 29. cap. 1. « vnctores medicorum, & mediastinos eorum seruosque dicit: Cels. lib. 1. cap. 1. medicum ab iatraleipta distinxit, Sanus inquit homo neque medico neque iatraleipta indigere debet, vide ἀλειπτής. «

Ἀσφεῖα, τα, plurali numero merces vocatur quæ datur medico Polluci lib. 6. σώσφα ἢ σωτήρια etiam « dicuntur apud eundem, eadem ἴασπα etiam vocantur Hesychio, scribit enim ἴασπα, μισθοὶ ἰατρικῆς. «

Ἀσφεῖον. medici vel potius Chirurgi officina dicitur « quæ & medicina vocatur à Plauto. «

ἰατρικὴ. Medicina. Est adiectio & detractio. Sic eam Hippocrates lib. περὶ φυσῶν definiuit, quod & explicauit, addens detractionem quidem superantium, additionem autem deficientium intelligi, quod contrariorum contraria remedia sint, eumque optimum medicum haberi, qui hoc optime præstare possit, quique ab eo plurimum abest, plurimum quoque abesse ab arte medica. Ea quidem definitio sumpta est à medicinæ officio, fine & partibus. Est enim medicinæ officium quod in corporibus deest sarcire, & quod superat detrahere. Id quod etiam ad eius finem pertinet, quæ est aduersæ valetudinis emendatio. Sed & totius medicinæ capita complectitur, quæ Galenus quatuor rerum generibus contineri scripsit, assumenda, facienda, foris incidentia & excernenda, quæ corpori recte adhibita adijciunt quod deest, quodque superuacuum est detrahunt. Galenus vero medicinam aliter definiuit, Herophilum authorem sequutus: esse scientiã salubrium, insalubrium, & neutrorum. In qua definitione scientiæ nomen non proprie, sed communiter vsurpauit, pro ea cognitione quæ multis animi perceptionibus, vsu & exercitatione conquisitis, & in vnum finem vitæ vtilem spectantibus constat. Qua quidē significatione omnes artes scientiæ dici possunt, omnesque periti artifices, artis suæ scientes. At scientia quæ proprie dicitur, ex certis indubitatisque principijs comparatur. Huius generis proculdubio medicina non est, quod talibus non innitatur principijs. Pars namque ea medicinæ quæ σημειωτικὴ dicitur, pene tota coniecturis constat, media, vt Galenus ait, inter exactam notitiam & absolutam ignorantiam: ideoque artificiosa dicitur. Αἰτιολογικὴ autē atque θεραπευτικὴ, quanquam principijs quibusdam vtantur ex rerum naturalium scientia depromptis, & ad exquisitas scientias propius videantur accedere, permulta tamen tractant quæ nisi artificiosa coniectura assequi nullo modo possunt. Itaque medicina scientia est non proprie, sed communiter lateque sumpto nomine, salubrium, insalubrium & neutrorum. Quæ tria quomodo intelligenda sint, Galenus initio artis paruæ abunde explicauit, suisque locis à nobis exponentur. Talis autem scientia quomodo comparetur, non bene inter professores medicinæ olim conuenit. Quidam enim existimarunt vnam experientiam satis esse ad perfectam medicinæ cognitionem, qui ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας ἐμπειρικοὺς se nominarunt: de quibus ante diximus. Alij vero particularium rerum inspectionem, vt eius qui morbo laboraret temperamenti, ætatis, habitus, naturæ, consuetudinis, reliquorumque omnium exactam considerationem nihil ad medicinam conferre professi, nimium compendiaria methodo artem concludentes, solisque contenti communitatibus quas κοινότητας appellarunt, μεθοδικοὶ dicti fuere. Alij vero præter eos fuere qui se λογικοὺς & δογματικοὺς nominarunt, qui corporum naturam exacte noscendam censent, omnium signorum vires, causarum differentias, potionum, ciborum, aeris reliquarumque circumstantiarum facultates expendunt, atq; ab omnibus quæ spectari possunt, curationis indicationes inuestigant. Cuius sectæ author fuit Hippocrates Cous, qui reliquos omnes fama sui nominis & dignitate antecellit. Ab ijs tota medicina in quinque partes distributa est, φυσιολογικὴν, ὑγιεινὴν, αἰτιολογικὴν, σημειωτικὴν, θεραπευτικὴν: quas omnes studiose medico perdiscendas tenendasque opinabantur, cum tamen earum alias Empirici, alias Methodici in totum negligerent. Ex quibus patet medicinam quã Dogmatici sectati sunt, omnium prope rerum scientiam & cognitionem complecti, verissimeque dictum ab Hippocrate fuisse artem medendi longam esse. Si enim causarum omnium tam salubrium quam insalubrium atq; etiam neutrorum notitiam requirit, si nihil omnino negligendum censet quod ad remediorum indicationem conferre possit, nihil medicũ latere debet, sed astrologiæ, Geometriæ, omniumque Mathematum peritum esse oportet, & omnium regionũ, aquarum, animantium, herbarum, metallorum naturas exploratas habere, vt intelligat quæ sint homini expetenda vel fugienda, vt non vitare modo morbum possit, sed si forte in eum inciderit, curare.

Ἰατρὸς. est vir bonus, medicinæ peritus. Bonus quidem vt sit, Hippocratis iusiurandum exigit, ipsaque artis professio & humaniorum litterarum studia quæ colit, ipsum ad virtutem instituunt, qua vbi stimulari cœpit, nullis parcit laboribus, nihil recusat subire quo perueniat ad agnitionem veritatis, nihilque habet prius ægrotantium salute: quam vt consequatur, omnem quantam potest adhibet diligentiam, & legendo, percunctando, conquirendo studet medicinæ peritus esse, vt ægrotos valeat à morbis vindicare. Hoc enim proprium eius munus est & finis, nullumque alium qua medicus est, sibi proponit. Si namque alia de causa medicinam exercet, vt lucri vel honoris & gloriæ causa, vel vt fruatur concessa sibi legibus immunitate ac reipublicæ vacatione: is non simpliciter medicus, sed sumpto à fine cognomine medicus ambitiosus, glorioſus, quæstuosus aut aliter appellabitur. Qui vere dicitur medicus, benignitatē atque humanitate ad medendum incitatur. Est autem proprium medici officium morbos curare, non etiam sanitatem tueri, cuius conseruandæ, rationem qui profitetur, non proprie ἰατρὸς, sed ὑγιεινὸς appellandus venit. Attamen per abusum receptum est vt is quoque ἰατρὸς vocetur, propterea quod cum vna sit ars quæ corpori tuendo præsideat, vnicum ei proprium nomen inditum non est, quemadmodum Galen. lib. 2. de sanitate tuenda annotauit.

Ἰατρὸς. digitino men quem Latini quoque medicum vocant, quod vno fere consensu nomines ori, oculis, vitijsque leuioribus vel saliua vel medicamento delinendis eum ceu puriorem adhibeant. Is minimo proximus est, nec plurimum in quinari solet rebus quas solemus duobus tribusue primis digitis apprehendere.

Ἰάσιος ἡ

Ἴασπις. herba est folia habens nasturcij, vere viridiora, caulem cubitalem aut minorem, æstate lacteum florem, radices duas nasturcio similes, calfacientes & adurentes. Hanc alij, vt Galenus, μεσάδιον, alij ἀχιοχάρδαμον appellant, vt scribit Paulus lib. 3. cap. 77. asserens apud suos fruticosam nasci similibus latiri folijs & multo amplioribus, perutilem ad coxendicum dolorem. alij καρδαμωμὶν, vt Dioscorides, appellant. Aetius etiam καρδαμίνην vocari tradit lib. 12. cap. 2. scribens eam odore, sapore & figura similem cardamo videri, multaque de eius facultate differens. Ac tantam quidem habet cum cardamo similitudinem, vt

ἴσχις dicatur à quibusdam τὸ κάρδαμον, sicut scriptum est à Dioscoride.

Γ'Εἶσος. dicitur à quibusdam ἡ ἀλθαία, vt habetur apud Dioscoridem. Apud Galen. est ἴβισος.

" Vt & apud Suidam, Plinius cum Dioscor. hi-
" biscum præfixa aspirationis nota dixit.

Ἴγνη. herbæ nomen apud Hippocr. sed quænam ea sit, incertum est: forte ἴπαπις ἢ ἀχίλλ, quam à quibusdam ἴγνιλλο vocari Dioscorides prodidit.

Γ'γνιὸς ἢ ἰγνύα & Ionice Γ'γνύη. poples. τὸ ὄπισθεν τῦ γόνατος, εἰς ὃ κάμπτομεν τὸ γόνυ: hoc est, pars ea quæ retro genu est, in quam ipsum genu inflectimus, vel, vt ait Ruffus, ἡ συγκαμψις τῦ γόνατος: hoc est, ea pars in quam genu inflectimus & incuruamus: qui neutro genere ἰγνύον appellat. Valla apud Homerum Iliad. γ'. suram interpretatur, quæ tamen proprio nomine γαστροκνημία vocatur.

Γ'γνύπις φλέψ. vena poplitis. Est vena vna in poplite ex duobus ramis venæ quæ in crura descendit vnitis conflata. Ea surculis aliquot in cruris partem posteriorem spartis, per medium poplitem delapsa nunc in suram absumitur, nunc ad calcem vsque descendit, nunc venis malleoli aucta secundum eum in pedem varie diffunditur.

Γ'ἰδαία ῥίζα. radix est è qua prodeunt folia rusco similia: adhærent ijs veluti exigui pampini, in quibus flos est. Gustu acerbo est & adstringente.

" Plinius Idæam herbam vocat lib. 27. c. 11.

Γ'Ἰδαία δρυς. Idæa Laurus quam nonnulli Alexandri-
" nam vocant teste Dioscorid lib. 4. cap. 147. &
" & Plin. lib. 5. cap. vlt. quoniam plurimum in
" Ida prouenit.

Γ'Ἰδαῖοι δάκτυλοι. sunt qui radicem pæoniæ sic vocent, vt scribit Dioscor.

Γ'ἰδιοπάθεια. propria & primaria affectio, siue affectus contra naturam parti insidens eique proprius. Sic dicitur quando causa affectus & dispositio in ipsa parte hærent. Sic caput in lethargo primario affectu laborare dicitur, larynx in angina, pulmo in peripneumonia, pleura in pleuritide, ventriculus in lienteria. Quod aliter laborat, ἢ συμπάθειαν laborare dicitur.

Γ'ἰδιοσυγκρασία. corporum proprietas & cuiuslibet peculiaris temperatura.

" Quæ licet incomprehensibilis & ineffabilis me-
" dico sit, est tamen adeo ad medendum necessaria
" vt sine illius cognitione, certa medendi ratio con-
" stare non possit, si quidem curatur non homo
" vniuersalis & communis, sed ipsa indiuidua di-
" uerso temperamento, diuersaque natura prædi-
" ta, quæ quia certo sciri non potest, ideo redditur
" medicus suis in operibus coniecturalis, præcipue
" in medicamenti quantitate præscribenda. Ego
" (inquit Galen.) si cuiusque priuatam naturam
" explorare ad vnguem possem qualem fuisse Æs-
" culapium concipio, talem me esse putarem, sed
" quia hoc fieri non potest, certe vt quoad homini
" licet quam proxime accedamus tentandum est,
" hic enim demum optimus cuiusque particularis
" affectus medicus futurus est qui iam methodum
" comparauit, ex qua dignoscere naturas possit, &
" coniectura consequi quæ sunt cuiusque propria
" remedia; idcirco Hippocr. illius ægri faciem op-
" timam esse inquit quæ ipsi sano simillima est.

Γ'ἰδιότητες ἄῤῥητοι. proprietates occultæ, latentes siue
" ineffabiles dicuntur, qualis est magnetis ad fer-
" rum trahendum, Acus ferreæ ad polum conuer-
" sio in pixide nauigatoria; struthionis ad ferri com-
" minutionem atque confectionem, aliorumque eiusmodi plurimorũ, ceu vniuersum purgantium genus, quas proprietates non à materia esse, non à temperamento, sed à forma totaue substantia copiosissime & elegantissime docet Fernel. 2. de abditis rerum causis c. 17. & 18.

Γ'ἰδύπται. λοξοῦται, σωιζάνει. obliquatur & in se restdet, apud Hippocr. similiter apud eundem ἰδύσθη dictum ἀντὶ τῦ σωιεκάμφθη, quomodo etiam Homerus dixit Iliad. ϛ. Πλῆξεν. ἐδὺ' ἰδύσθη.

Γ'ἱδρῶα, τὰ. sic dicuntur ab Hippocrate aphor. 21. lib. 3. pustulæ quædam genitalium partium, summam cutem occupantes & exulcerantes. Oriuntur, vt ipsum ostendit nomen, ab earum partium sudore bilioso & mordaci, qui perfacile ijs in partibus putrescens pruriginem mouet, cutemque velut vlceribus exaspe.at.

Cæterum apud Galen. quidem & Hippocr. reperies scribi ἰδρῶα proparoxytonῶς, apud Pollucem vero ὀξυτόνως scriptum ἰδρῶα, quæ esse dicit διεξοδικὰ ἐξανθήματα. Celsus autem ἱδρῶα interpretatur apud Hippocr. quicquid sudore hominem resoluit.

Γ'ἱδροποιὸς. sudorifica febris; sic vero olim fuit sudor ille Britannicus vocatus, qui in Britannica insula siue Anglia anno 1486. grassari cœpit populariter, quæ febres postea inferiorem Germaniam, Galliam, Belgicam, Hollandiam, Zelandiam, Flandriam & Brabantiam ab Anno Christi 1525. vel 1529. vsque in annum 1530. atque Autumno potissimum peruagatæ sunt, harum tanta fuit truculentia vt vix centesimus quisque valetudinem recuperaret, aut si qui euaderent, in morbum bis terque relapsi, tandem concederent, sic referente Polydoro Virgilio in Chronicis Angliæ; Correpti languore statim dissoluebantur, animi deliquio cum enormi virium iactura, & continuo cardiaco concidebant, effrenis accedebat inquietudo, & æstuans capitis dolor, cum siti, pulsu, crebro & inæquali, decumbentes confestim sudore diffluebant putido, vt intra horas 24. vita cederent, qui præsertim neque sudores prolicerent neque cardiacis se munirent; hanc febrem sudorificam fugisse priscos, sunt qui asserant, alij ad febris cardiacæ familiam ablegant quam ex aphor. lib. 4. aphor. 65. describit Holler. lib. 2. de morbis internis; alij ad eas febres referunt quæ à Galen. libro aduersus Lycum cap. 2. ἐλώδεις siue τυφώδεις appellantur; ab Hippocr. lib. 6. Epidem. comment. 1. part. 29. ναπώδεις & ἱδρώδεις.

Ἱδρὼς. sudor. est humidum tertiæ concoctionis excrementum per cutem in aquæ speciem erumpens. In singulis enim animalis partibus ex ipso, vnde aluntur, succo duplex excrementorum genus nascitur. Aliud quidem seu semicoctæ quædam reliquiæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiuerunt, quod siccum dici potest earum partium excrementum: aliud vero quod ante transmittendi alimenti fuit vehiculum, nunc functum officio, humidum tenueque existit, quale nimirum serosum illud quod vrinam vocant, quod ex venis & arterijs in vesicam defluit. Verum huic excremento nullus certus à natura præscriptus meatus est. Expellitur tamen partim actum per ipsa molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potissimum cum à spiritu maiore impetu irruente impellitur: partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis meatus quos πόρους vocant, quorum non modo reliquum corpus

vniuersum, sed etiam tota cutis plena est. Ac cum tenuissimum quidem sit huiusmodi excrementum, facile sane eijcitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutum, & per transpirationem vacuatum: partim violento motu confertim in aquæ speciem erumpens. Appellant autem medici quod ita excernitur, sudorem: quod aliter erumpit, non sudor, sed ὕγκανσις & ὑγκαῖα & ἵδρως, hoc est, mador, à plærisque appellatur. Est autem eiusmodi humoris excretio secundum naturam non minus quam vrinæ & aliorum excrementorum. Neque Diocli possum assentiri, qui subtilius de sudore differens, omnem præter naturam esse affirmabat, quod indicium esset calidi innati minus valentis, quod quanto valentius fuerit, tanto magis difflatio sensum fugiat, quodque omnibus quæ ad corpus pertinent recte administratis, & alimento à natura optime concocto, nullus vnquam sensibilis humor per cutem excerneretur & sponte naturæ manaret; alia autem sudorũ genera, quæ à balneis, sole aut exercitatione fiunt, à causis violentis originem habeant, sicut Galenus comment. in aphor. 15. lib. 1. recitat. Sudoris ergo materia est humor tenuis & serosus alimento permistus, quo id facilius exiguis & capillorum modo tenues venas subeat, atque ab his in partes quæ eo ali debent, sese insinuet: estque eiusdem prorsus cum vrina generis, in eo tantum ab illa differens, quod vrina quidem ad vesicam, hæc longius in corporis habitum deferatur, magisque propterea concocta sit, quod ad cutem vsque peruenerit, permeatis omnibus quæ intersunt partibus magno calore præditis. Quo fit plærumque vt si copiosior vrina sit, exigua aut pene nulla sit sudoris materia: aut contra si ea nequeat vel insensili transpiratu vacuari, aut per poros confertim erumpere, referatur in venas per quas in habitũ corporis delata fuerat, & vrinæ vim atque copiam maiorem efficiat. Ergo non procedit à visceribus materia sudoris, nisi forte id communi ea ratione fieri intelligatur, qua iecur omnium humorum, qui per corpus feruntur, officina esse proditur. Cæterum causa sudoris efficiens calor est, non ille quidem acris, qui siccandi vim habeat, sed humidus, qui per habitum corporis diffusus, sudorum materiam calefaciat, fundat, attenuet, cutemque simul emolliat & relaxet. Proinde pueris & adolescentibus & alijs in quibus multum est huiusmodi caloris, sudores perfacile mouentur: siccioribus autem siue per ætatem, siue per morbũ, vt hecticis & quibus iecur vel lien inaruit, nulli omnino fiunt, vt nec ijs quibus habitus corporis refrigeratus est, veluti hydropicis. Hi namque propter huius caloris imbecillitatem maximam sudare nullo modo possunt, etiamsi vniuerso corpori humor abunde suppetat. Duabus ijs sudorum causis etiam cutis raritas accedat oportet, vt causa sine qua sudores erumpere non possunt: qui enim cute sunt densa & dura, inepti sunt ad sudandum. His ita definitis facile iam erit sudorum differentias explicare. Petuntur eæ à multis causis, variæque habentur pro hominum temperaturis & ætatibus, ambiente aere, ratione victus & corporum affectionibus. Qui secundum naturam se habet sudor, particeps est salsuginis & amaritudinis, atque, vt vrina, modice pallet. Cui hæc infra modum contigerint, vel materiæ frigiditas vel caloris natiui imbecillitas designatur. cui vero supra modum, cõtraria. Is calidus etiam sit oportet, quod frigidus vel humoris frigiditatem vel caloris natiui extinctionem significet. Præterea vero alius aquosus est & sine vllo lentore, qualis beneualentium vt plurimum est: alius autem viscosus vel à permistione viscosæ cuiusdam materiæ cum seroso humore, vel à resolutione proprij vltimique alimenti singularum partium, aut earumdem colliquatione: cuiusmodi accidit tum hecticis, tum paulo ante mortem, qui διαφορητικὸς à medicis appellatur. Ad hæc alius multus, alius paucus est: ille quidem vel à copia & tenuitate humoris vel à facultatis retentricis imbecillitate, colliquato corporis habitu dissolutaque natura, vel à viribus robustis, vt qui per crises accidit & post balneum & modicam exercitationem: hic vero vel propter excrementum paucum, lentum, crassum, vel propter meatuum constipationem quam aut succi multi, crassi, lentique, aut atrophia, refrigeratio, mollities, siccitas, & adstringentia induxerint, vel propter facultatis in carne expultricis infirmitatem: alius etiam mitis suauisque: alius acer fœtidusque est pro materiæ qualitate quã natura sudoribus excludit. Est & sudoris differentia propter loca ex quibus ille erumpit: alius namque ab vniuerso corpore dimanat, alius à certis quibusdam partibus, qui ex Hippocratis sententia, qua parte corporis sit, ibi morbum esse ostendit. Verum præ cæteris spectanda est ea sudoris differentia qua alius criticus, alius symptomaticus esse dicitur. Critici quidem duo maxime indicia Hippocr. lib. prognost. prodidit, vnum quidem si die decretorio fiat, alterum vero si morbum perfecte tollat. Itaque quemadmodum idem aphor. 36. lib. 4. prodidit, sudores qui euenerint tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vigesimoprimo, vigesimoseptimo, trigesimoprimo & trigesimo quarto die febris, boni sunt quod ij morbos iudicare soleant non omnes quidem sed præcipue acutos, quorum terminus quadragesimus dies esse proditur. Longi namque morbi propter humoris à quo gignuntur frigiditatem atque crassitiem, tum propter caloris natiui post tam lõgum temporis tractum imbecillitatem, sudoribus iudicari non possunt. Quod si præterea sudor morbum perfecte tollat, sic omnium optimus ille censebitur. Cum morbum dico, singulas etiam cuiusque morbi accessiones intelligo, quæ sua tempora suasque crises habent non aliter quam totus ipse morbus. Id autem sudore præstari non potest, nisi is & calidus sit, & è toto corpore erumpat, si modo morbum corporis esse vniuersi intelligamus, cum morbus qui partem tantum aliquam occupat, eiusdem partis sudatione leuari plane possit, atque in totum discuti. Sunt autem sudoris critici argumenta, sicut Galenus lib. 3. de crisibus ostendit, delirium increscente accessione, partium extimarum calor & rubor, vapor quidam calidus per cutem erumpens qui ante non fuerat, tum pulsus vndosus & valde mollis. Ex his iam facile liquet quibus notis symptomaticus sudor designetur: habet enim omnes critico aduersas. Itaque si criticus ille est qui fit die critico, posteaquam signa concoctionis visa iam fuerint, quique calidus & ab vniuerso cprpore prodiens ægrum à morbo prorsus vindicat, censendus symptomaticus est qui ante diem decretorium & nõdum visis signis

concoctionis

concoctionis exit', legitimum tempus anteuertens propter humoris copiam & acrimoniam, quibus natura infestari atque irritari solet, vel ob imbecillitatem retentricis facultatis, quique nõ à toto corpore fertur, nec morbum leuiorem efficit, qui non tam ἱδρὼς quam ἐφίδρωσις ab Hippocrate appellatur.

Ἱδρὼς ξηρὸς. sudor siccus vide ξηρὸς.

Ἱδρῶτες κεγχροειδεῖς. sudores miliares dicuntur, mi-
» lio assimiles quos malos esse testatur Hippocr. in
» prognost. nimirum quia in sudore miliari calor
» est imbecillis, & quia in illo materia non eua-
» cuatur, quæ etiam viscida est cum fiat ex colli-
» quatione humidi iam distributi quod ros voca-
» tur.

Ἱδρῶτες κατὰ σταλαγμῶν καὶ ἀτμίζοντες apud Hippocr. in
» prognost. dicuntur sudores cum guttis fluentes
» & diuaporantes quos cieri à calore robusto ait,
» ideoque bonos esse.

Ἱδρῶσις συγκοπικὴ. sudare ad syncopem dixit Paul. l.
» 2. c. 4. id vero nihil est aliud quam nimia corpo-
» ris imbecillitas quod stomacho languenti im-
» modico sudore digeritur.

Ἱερὰ. est medicamenti compositio, sic κατ' ἐξοχὴν appellati. Ea autem varia fuit & à multis diuersimode descripta, vt patet ex sequentibus.

» Temporibus autem Galeni cum ἱερὰ dicebatur absolute, intelligebatur ἱερὰ διακολοκυνθίδος, vt
» notat Gal. l. 8. κατὰ τόπ. c. 2.

Ἱερὰ Ἀντιόχου. Hæc descripta est à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Catinensis, à quo non inuenta quidem dicitur sed præcipue vsu illustrata. Vixit autem sub Tiberio Cæsare, cui libello post mortem euulgato compositionem eam manifestauit, ex qua magnos quæstus fecerat. Habet autem illa, stœchados, chamædryos, quæ herba similia quercus folia habet, agarici, medullæ cucurbitæ syluestris quam κολοκυνθίδα appellant, marrubij, singulorum drachmas decem. opopanacis, sagapeni, petroselini, terræ mali, id est, aristolochiæ sarmentariæ, piperis albi, singulorum drachmas quinque. cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ folij siue troglodytidis, croci, singulorum drachmas quatuor. In vnum omnia ponderata contunduntur & cribrantur. præterea opopanaces & sagapenum: hæc enim mortario teruntur adiecto melle tenui, id est, quam liquidissimo, deinde cæteris miscentur: quæ & ipsa recipere debent tantum mellis quantum satis erit ad comprehendenda & continenda ea. Reponitur medicamentum vase vitreo. Sic quidem describit eam Scribonius Largus ipsius Antiochi contemporaneus, nec differt à Paulo & Aetio, nisi quod hi omittunt marrubium quod ille addidit. Dicitur hæc à quibusdam ἱερὰ πικρὰ propter amaritudinem, à quibusdam ἱερὰ διὰ κολοκυνθίδος, vt idem Scribonius author est, qui eam multis verbis commendat. Hanc tempore suo simpliciter ἱερὰν à medicis vocatam fuisse Galenus author est lib. 8. κατὰ τόπ.

Ἱερὰ Ἀνδρομάχου. ea est hieræ compositio quæ & ἱερὰ πικρὰ & ἱερὰ διὰ ἀλόης appellatur: de qua paulo post.

Ἱερὰ Ἀντιπάτρου. describitur à Galeno lib. 8. τῶν κατὰ τόπ. citaturque ab eo ex libris Andromachi, qua ille ad stomachicos vtebatur. Habet autem hæc, aloes drachmas quatuor, masticheS drachmas duas, asari drachmas quatuor, rosarum siccarum, iunci odorati, mei, phu, casiæ, singulorum semunciam.

Ἱερὰ Ἀρχιγένους. refertur ad Archigenem. Cuius cum variæ ferantur compositiones, magis tamen placet quæ habetur apud Aetium. Recipit autem, vt ipse refert ex Archigene, medullæ colocynthidis vncias & dimidiam, chamædryos, agarici, marrubij, stœchados, singulorum drachmas decem. opopanacis, sagapeni, singulorum vnciam vnam. petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum drachmas quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ troglodytidis, polij, croci, pulegij, singulorum drachmas quatuor. Excipiuntur melle despumato ad sordium crassitiem, & vitreo vase reponuntur. Summa dosis drachmæ quatuor, vel, vt in alijs Archigenis exẽplaribus animaduersum est, drachmæ tres cum mulsa, adiecto modico sale. Paulus quidem Æginета eam compositionem describens cum Aetio numero simplicium medicamentorum consentit, trium pondera duntaxat variat. Sed Paulus manifesto mihi videtur errare, quod secundum eius descriptionem, hiera Archigenis eadem prorsus esset cum hiera Antiochi si ab illa solum polium demas, à quo tamen palam est non desumi inter eas differentiam. Differunt enim tantum ab inuicem ponderе purgantium medicamentorum, quod longe maius est in hiera Archigenis quam Antiochi, vt ijs notum esse potest qui animaduerterint quamobrem hæc imbecillius, illa vero valentius purgat.

Ἱερὰ Γαλήνου. ea est quam πικρὰν & ἢ διὰ ἀλόης ἱερὰν appellant.

Ἱερὰ Θεμίσωνος. refertur à Galeno ex lib. Andromachi. Recipit, Aloes drach. centum, masticheS, croci, nardi Indicæ, cinnamomi, carpobalsami, asari, singulorum vnciam vnam. Tunduntur & angustissimo cribro excernuntur, atque arida, vt ne transpirent, seruantur.

Ἱερὰ Γάου. describitur à Paulo & ab Aetio, pari quidem simplicium numero (nisi quod Paulus nihil piperis tum albi tum communis, nihilque casiæ adijcit) sed inæquali põdere epithymi. Hic enim pondus eius facit vnciarum quatuor & dimidiæ: Paulus autem drachmarum duodecim, hoc est, vnciæ vnius & dimidiæ. Est autem facile commissus error in Aetio à librario per incuriam verticem τοῦ ῆ nimium attollẽti, vt non tam α quam ῆ esse videretur. Itaque facile Paulo assentior. Sic autem habet: Epithymi drachmæ duodecim, marrubij, stœchados, chamædryos, hellebori nigri corticis, scammoniæ, agarici, piperis albi, piperis communis, piperis longi, scillæ tostę, singulorum drachmæ sedecim. colocynthidos medullæ, euphorbii, aloes, croci, gentianæ, petroselini seminis, ammoniaci thymiamatis, sagapeni, singulorum drach. VIII. opopanacis, polij, cinnamomi, casiæ, myrrhæ troglodytidis, spicæ, nardi, iunci odorati floris, pulegij, singulorum drachm. IIII. aristolochiæ longæ & rotundæ, singulorum drach. II. Excipiuntur melle despumato. Dosis est scrupulorum duorũ aut trium, aut quatuor, aut drachmæ vnius & semis. Sic enim scribendum est apud Aetium ℈ α. S. non autem ℈ δ. Nam quis ferat drach. IIII. & dimidiam, cum helleborus, scammonia, agaricum & colocynthis sexta fere pars sint totius medicamẽti? Apud Oribasium habetur alia hieræ Iusti descriptio in hunc modum: Colocynthidis interioris

denarij 24. ſtœchados, chamædryos, piperis albi, piperis nigri, agarici, veratri nigri, ſcammoneæ, ſingulorum denarij 13. ammoniaci, thymi, croci, euphorbij, ſingulorum denarij 8. myrrhæ denarij 4. ſcillæ toſtæ denarij 6. aliqui addunt caſiæ denarios 4. & ſpicæ nardij denarios 8. mellis quod ſatis eſt.

Ἱερὰ διὰ κολοκυνθίδος. eadem eſt quæ & hiera Antiochi.

Ἱερὰ πικρά. ſic proprie dicitur quæ ex aloe paratur, quæ etiam & πικρὰ ſimpliciter tempore Galeni appellata eſt. Eius triplicem fuiſſe compoſitionem Gal. docet lib. 8. Θ κατὰ τόπους. Vna quidem fuit Andromachi ad hunc modum: floris iunci odorati, xylobalſami, maſtiches, croci, nardi Indice, aſari, cinnamomi, ſingulorũ drach. VI. aloes lotæ drachmæ centum. ſimul trita repone, præbe ieiunis cochlearia duo: alij vinum præbent cum aquæ frigidæ cyathis quatuor, aut calidæ. Altera vero fuit ad centum drachmas aloes, ſingulorum aliorum drachm. VIII. admiſtis. Tertia fuit eorum qui in octoginta aloes drachmas, ſex aliorum addunt. Sunt & aliæ quædam particulares differentiæ: alij florem iunci odorati apponunt, alij ſine eo conficiunt: alij vt Andromachus ipſam aloen lotam, alij illotam adijciunt, prout magis minuſue purgare aut calefacere ſiccareque eſt animus. ſcribit etiam Galen. lib. 2. Θ κατὰ τόπους ſe quandoque picram ex nonaginta drachmis confeciſſe, nonnunquam etiam & modum croci vna drachma minorem impoſuiſſe. Quidam totum medicamentum melle deſpumato excipiunt: ſitque ita durabilius, ſed minus ventrem roborat, magis vero deijcit. Galen. lib. 7. Method.

Ἱερὰ Λογαδίου. hæc ad Logadium neſcio quem refertur. Habetur eius deſcriptio apud Aet. lib. 3. cap. III. Alia etiam habetur apud vulgus aromatariorum, multum ab ea differens.

Ἱερὰ Ῥούφου. hæc quoque diuerſis modis deſcribitur ab Oribaſio, Paulo, Aetio & Pharmacopolis noſtris.

Sunt & aliæ multæ Θ ἰσῶν differentiæ: quæ tamen ad duas omnes referuntur, videlicet εἰς τὸν δι' ἀλόης, vel εἰς τὸν διὰ κολοκυνθίδος. Sunt autem amborum effectus varij: illa maxime ventriculo, hæc capiti & vniuerſo etiam corpori purgando conuenit. Quanquam & ſingulæ alijs etiam vſibus priuatim inſeruiant.

Ἱερὰ ἐμπλάστου. ſacrum emplaſtrũ ex Vulcani templo in memphi deſcribitur à Galen. 5. κατὰ γένη c. 2. vtile ad multa.

Ἱερὸς νόσος. ſacer morbus ſic à veteribus dicta fuit epilepſia, vel quod à Luna hunc morbum immitu flagitioſi homines exiſtimauerint; vel propter eius magnitudinem vt ait Gal. omne enim magnum apud antiquos ἱερὸν dici conſueuit, aut quod non humana ope tolli queat, ſed diuina, aut quoniam tum à dæmone correptus homo videatur vt ſcribit Aretę. l. 1. de diuturnis c. 4. vel quod cerebrum prehendat, quod eſt ſacrum: & honoratum inquit Trallian. lib. 1. c. 15. vel quia ſacram contaminet animam inquit Aurelian. l. 1. Θ χρονίων cap. 4. ſiue quod diuinitus putetur immiſſus. Sed & apud Athenæum l. 7. legeris ἱερὰς νόσους quẽ non medicorum more loquutum fuiſſe ait Doctiſſimus Caſaubonus, qui ſacrum morbum nominunt vnicum nimirum epilepſiam, verum loquutum eſſe vt elegantiores Græcorum quibus magna res omnis & vehemens ἱερὸν dicitur vt ſcribit Plutarchus vt Athenæo ἱεραὶ νοῦσοι ſint qui Plutarcho ἀπογνωσθέντες id eſt deſperati morbi vocantur.

Ἱερακίας ἢ

Ἱερακίον. herba eſt caule ſubrubro, aſpero, intus cauo, folijs per interualla rariuſcule ſciſſis per ambitum more ſonchi, floribus luteis in oblongis capitulis. frequens eſt in pratis. Ruſtici cichoream luteam appellant à florum colore: hæc quidem maior eſt hieracias. Eſt & minor, cauliculis viridibus & coloris herbacei, quem intubum ſylueſtre ruſtici vocant. Dicitur ἱερακίας ἀπὸ τοῦ ἱέρακος, quod accipitres ſcalpendo eam, ſuccoque oculos tingendo obſcuritati viſus medeantur. Succus ei candidus, valens ad oculorum epiphoras & caligines.

Suſpectum autem eſt ἱερακίας maſculinũ, cum Plin. fœminino genere hieraciam lactucã dicat l. 20. c. 7. apud Dioſcor. & Apuleium eſt ἱέρακιον.

Ἱέρακιον κολλούριον. eſt collyrium ad obſcurum viſum & ſcabras affectiones. deſcribitur apud Galenum lib. 4. Θ κατὰ τόπους.

Vide & Plin. l. 34. c. 11. Nomen etiam eſt malagmatis ad hepaticos ſtomachicos, & viſcerum dolores, deſcribitur à Gal. l. 8. κατὰ τόπ. c. 5.

Ἱερακίτης. hieracites. Plinius in gemmis, Galenus & Paulus inter lapides numerant. Is alternat totus, miluinis nigricans veluti plumis. ſic dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἱέρακος. eſt enim ſimilis ſpecie & colore accipitrum mollioribus pennis quæ ipſis ſunt in pectore. Dicitur dextro femori alligatus ſiſtere ſanguinem ex hæmorrhoidibus manantem, eiuſque rei ſe feciſſe periculum Galenus teſtatur.

Ἱέρακος κολλούριον. Hieracis collyrium, quod ad aſpretudinem oculorum prodeſt, & deſcribitur à Corn. Celſo. Sunt & alia præterea quæ deſcribuntur à Galeno lib. 4. Θ κατὰ τόπους in eundem vſum, à quibus etiam differt aliud collyriũ eiuſdem nominis, cuius facit Plinius mentionem lib. 34. c. 11. Eſt & eiuſdem authoris paſtillus apud Galenum lib. 5. Θ κατὰ γένη.

Ἱέραξ. accipiter. Eſt faſciæ circumductio naſo dicata, cuius treis differentias Galenus explicat lib. de faſcijs, vnam ex tribus alteram ex binis faſciolis, tertiam quam ad Menecratem authorem refert. Nomen videtur inditum quod huiuſmodi faſciarum contextus accipitrem referat capiſtro ſuo obuelatum.

Ἱερατικὸν κύφι. cyphi ſacrificulorum, quod videlicet illi dijs adolebant.

Huius meminit Gal. l. 8. κατὰ τόπ. cap. 5. in deſcriptione malagmatis ἱερατικοῦ.

Ἱερατικὸν μάλαγμα. deſcribitur à Galen. lib. 8. Θ κατὰ τόπ. cap. 5. ad ſtomachicos, hepaticos, & viſcerum dolores: ieratici huius meminit Trallian. l. 7. c. 12.

Ἱερὰ σύριγξ. ſacra fiſtula, à Polluce dicuntur illi meatus vertebrarum per quos medulla extenditur, dicitur & σωλὴν ab eodem.

Ἱεροβοτάνη. verbenaca, ſic dicta quod vſum habeat præcipuum in luſtrationibus ſuſpenſa vel alligata. dicitur & περιστερεών. Dioſcorides cincinnalem à Romanis vocari author eſt, ab alijs criſta gallinacea vel exupera dicitur. Hæc ramulos emittit cubitales aut maiuſculos, anguloſos, in quibus ex interuallis folia quercus, ſed minora, anguſtioraq; eiuſdẽ diuiſuris in ambitu, colore aliquatenus cęſio. radix longa, tenuis. flores purpurei,

graciles. Deſiccat vehementer diſcutit, corroborat.

» Diſiunctim etiam dicitur ἱερὰ βοτάνη, id eſt ſacra herba quæ quidem etiam pro ſaluia ſumi ſolet, vt tradit Aetius lib. 1. Cæterum Liuio, Neuio, Seruio, Turnebo, Verbenæ, non herbæ priuatum aliquod genus dicuntur, ſed rami, virgæ, frondes omnium ſacrarum arborum, vt lauri, oliuæ, myrthi, quin etiam herbas ex puro loco decerptas quibus feſtis diebus aræ coronantur.

Ἱερὸν. ſacrum. de huius vocis ſignificato vide ἱερὰ νόσος.

Ἱερὸν. ὀστοῦν. vide ὀστοῦν vbi de oſſe ſacro.

Ἱερὸν καθαρτήριον. medicamentum purgatorium nomine ſacrum, quod exhiberi præcipit Aretæus apoplecticis 1. de curat. acutor. c. 4. ipſum autem ibidem inquit & ſenſum, & caput, & neruos repurgare; hieram autem intelligit quam ſub finē ſeptimi capitis inquit eſſe ποικίλον καὶ θερμὸν φάρμακον varium & calidum medicamentum.

Ἰατρεῖον. ν, τὸ dictum pro ἰατρεῖον: ab Hippocrate liber quidam inſcriptus eſt περὶ ἰατρείου, vel potius duo libri, quoniam in ijs περὶ τῶν περὶ ἰατρεῖον πραγματευθέντων ὁ λόγος ἀμφοῖν γίνεται teſte Galeno qui alibi dicit rectius & melius inſcriptos fuiſſe περὶ τῶν περὶ ἰατρεῖον: ſed poſtea liber ille Hippocratis in duos fuit diuiſus, & prior inſcriptus περὶ ἀρχῶν, poſterior περὶ ἀέρων teſte eodem: eſt autem ἰατρεῖον ſiue ἰατρεῖος officina medici, ſeu potius chirurgi: in hoc vero eiuſdem Hippocratis Epidem. l. 1. τὰ δ' ἄλλα ὁκόσα περὶ ἰατρεῖον αὐτόσε δίδυμον: annotat idem Galen. duplicem reperiri ſcripturam: quoſdam enim codices habere per ο ἰατρεῖον, quoſdam ἰατρεῖνον, priore ſcriptura ſignificante τὰ περὶ τὸ ἰατρεῖον πραγματεύμενα, poſteriore autem τὰ περὶ τὴν ἰατρικὴν ἕλκων.

Ἰθαγενὲς γνήσιον. apud Hippocratem, hoc eſt, legitimum & minime fucatum.

Ἰθυπήριον. ſic dictus eſt à quibuſdam ὁ κισσὸς, vt habetur apud Dioſcoridem.

Ἴκμος. emplaſtrum eſt polychreſtum quod deſcribitur à Gal. l. 5. c. 2. περὶ κηρῶν, & c. 3. aliud Ἴκμος deſcriptum vide c. 5. & 6. eiuſdem libri.

Ἰκμὰς. innatam cuiuſque partis humiditatem vocat Gal. lib. de marcore.

Ἴκτερος. apud Hippocrat. lib. 2. de morbis mulierum ſignificat τὸ γυναικὸς αἰδοῖον, hoc eſt, muliebre pudendum, apud Atticos aduerbium eſt ſignificans idem quod ἐγγύς. Qua ſignificatione vſurpatum fuiſſe ab Hippocrate Erotianus annotauit, ſcribens aliquos eius vocis ignoratione in eius locum ἴκμαρ ſubſtituiſſe.

Ἴκτερος. ictetus. morbus regius ſeu arquatus. Eſt effuſio bilioſi humoris in corpus vniuerſum. Redundat enim bilis toto corpore, nec vlla omnino pars eſt in quam diffuſa non ſit, ſolis aliquando exceptis inteſtinis. Id quod contingit propter cauſarum diuerſitatem à quibus icterus gignitur. Aliquando enim fit ab obſtructione illius veſicæ quæ bilem excipit. Tunc autem bilis non patentibus illis meatibus per quos ſecerni atque vacuari debet, regurgitat in iecur & venas, & ſanguini permiſta effunditur in vniuerſum habitum. Inde tota cutis flaueſcit aureo colore, ſed in primis oculi, in quibus vitioſus color propter ingenitum illis candorem magis conſpicuus eſt. Et quia deſtinatis à natura locis non poteſt excerni, maxima ſui parte propellitur à natura in renes vna cum vrina, eamque colore ſuo inficit, & craſſam impuramque reddit: è contrario autem inteſtina bile vacua ſunt, & eorum excrementa candida, deijciendi autem cupiditas nulla vel ſegnis admodum. Alia icteri ſpecies eſt quam nulla parit obſtructio, ſed vel calida & ſicca totius corporis, maximeque hepatis intemperies, vel facultatis ſecretricis imbecillitas: illa quidem quod multam bilem gignat toto corpore, hæc vero quod genitam ſecernere à ſanguine non poſſit. Ea hoc vno argumento maxime deprehenditur, quod inteſtina & quæ in his continentur excrementa multa bile, perinde atque reliquæ corporis partes, perfuſa ſint. Ad hanc ſpeciem referri poteſt is icterus qui à venenatorum morſibus aut potu pharmacorum deleteriorum ſolet contingere, quique naſcitur ab omni alio iecinoris vitio quo ſanguis deprauatur, & flauus, vel porraceus, vel pallidus, vel plumbeus euadit, ſiue id inflammatio ſit, ſiue durities, ſiue compoſitus ex vtroque morbus. Tertia autē icteri ſpecies eſt, qui fit per morborum bilioſorum criſes. Natura enim aliquando bilem quæ morbum fecit, ad cutem propellit, vnde color bilioſus vniuerſo corpori inducitur. Cæterum quæ dicta ſunt omnia, communia ſunt tam flauo quam nigro ictero: niſi quod icterus niger non fit obſtructione illius veſiculæ bilem continentis, ſed lienis, quodque in eo non flaua bilis, ſed nigra effuſa ſit in corpus, & proinde color non flauus ſed niger appareat. Ferunt hunc morbum icterum vocatum à muſtela quæ ἴκτις dicitur, quod ea oculos aurei coloris habeat.

Alij Regium morbum dictum putant, molliter hic quoniam celſa curandus in aula ait Serenus, vita nempe plane regia, id eſt voluptuoſa & curis vacua: Sed Varro quia curabatur mulſa, quæ olim erat in delicijs Regum, inde regium dictum exiſtimat; ἴκτερον vero vocatum inde nonnulli exiſtimant ab aue quadam quæ ἴκτερος appellatur, à Græcis χαλκίδιον, Latinis Galgula, cuius auis hoc eſſe proprium ferūt vt quotieſcumque intueatur icthericos intra ſe morbum attrahat & curet: Plutarch. 5. ſympoſ. 7. multa de aue præclara narrat, atque inter cætera hanc ſtatim atque animaduerterit quemdam ictericum, oculos ab ipſo auertere, non quaſi inuideat huic egregio remedio, ſed quia oculi ipſius valde offenduntur, vnde colligit Plut. faſcinationes quæ fiunt per oculos maxime veras & naturales eſſe.

Ἰλάμων. collyrij nomen, quod aptum & idoneum leniendo oculorum dolori, quod & ſtupefaciēdi vim habet, huius meminit Paulus l. 3. c. 22.

Ἰλιγγιῶντες ἐμοῦσι, & ἀναῤῥιγοῦσι, vehementiores & periculoſiores vomitus ſic Græci appellant, quales nimirum in ileo morbo, quem volulum vocant, reperiuntur.

Ἴλιγγος. Tenebricoſa vertigo dicitur quæ fit quando humor cū ſpiritu craſſo in capite mouetur, atq; idcirco epilepſiam præcedit, atque apoplexiam teſte Gal. comm. in aph. 17. l. 3. vocatur & σκότωσις à Græcis, vel σκοτοδίνησις, σκότωσις, & σκοτόδινος, quibus in affectibus perturbatis conuolutiſque ſpiritibus in capite omnia circumagi, & tenebræ oculis offundi videntur: dicitur & ἴλιγξ inueniturque vox hęc ſcripta per ι, per ει, per λ ſimplex, & duplex λλ, hinc oriuntur.

Ἰλιγγιῶδες πάθος. apud Hippoc. in Coacis dicuntur in quibus ἄπνοος κίνησις τῆς ευσώδους πνεύματος, ἣν κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντες τοπικὴν

» ἡμέρην, ἢ καταπόθεν ἀεὶ ἀφορμᾶται, idque statim ab initio, » vel post initia, sed diutius vrgens atque vehemē- » tius; huius autem vitij nomen ab aquarum con- » uolutione deductum est, vt ait Aphrodisæus.

Γ Ἀλλαίνειν, διαστρέφειν τοὺς ὀφθαλμούς interpretatur Ga- » len. in exeg. quod est peruersis & obtortis esse » oculis, estque illud proprium Hippocratis voca- » bulum vt testatur Pollux l. 2. Est & ὀφθαλμῶν ἄλλω- » σις, ὀφθαλμῶν διαστροφὴ in prorrhet. & lib. 1. περὶ » γυναικείων ἀλλόδη ὄμματα distortos oculos vocat; » Cels. c. 6. l. 2. ἀλλαίνειν peruerti dixit, atque hęc ipsa » inter perturbationes criticas accensenda existi- » mat Galenus.

Γ Ἀλλάντωσις κολλύειν. describitur à Paulo eoque ipse vtitur ad oculorum vlcera lib. 3. c. 22. vim habet leniendi & concoquendi, sed non est diutius eo vtendum, quod valde narcoticum sit.

Γ Ἀμαὶς affectus est curculionis, cum lõgior, gracilior, sicciorque euaserit: talis enim loro non inepte comparari potest. Differt ἀπὸ τὸ κυρίλιος, quod in hac curculio non extenuatus sit, sed crassitiem ex fluxione maiorem vt plurimum adeptus. Prouenit, inquit Aetius, cum ex suffitu nimium ignescit: tunc enim gracilescit & secundum omnem dimensionem comminuitur.

» Vide κίων: dicitur & ἰμάστωσις vt & ἰμάστιον » Aretæo l. 1. c. 8. membranarum ab vtraque par- » tæ Columellæ adiacentium affectus, quæ veluti » squammæ latæ aut vespertilionum alæ conspi- » ciuntur: id genus morbi lorum vocatur, loris » enim similes sunt membranarum in latum expli- » cationes: ait Aretæus.

Γ Μεροβεῖσαι. αὐδεὶ μηδεῖσαι, hoc est, cum viro mistæ, apud Hippocr.

Γ Νάδειον. nomen collyrij, cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 7.

» Cap. 113. facit ad visus hebetudinem, & ad » exterendas oculorum cicatrices.

Γ Νάδυμα. emplastri nomen est vtilis ad vlcera quæ ser- » pendo depascunt & sanguinis sputum, describi- » tur à Paulo l. 7. c. 17.

Γ Νάδικον. coloris genus est. cuius duæ differentiæ à Dioscoride assignantur. vna sua sponte nascitur tanquam spuma, germinatione Indicis arundini- bus exiens. Alterum infectoriæ dant officinæ, & est spuma purpurea innatans cortinis, quam de- tractam artifices siccant. Optimum existimatur quod cærulei speciem præbet, succum suum sor- bet, & leue. Inter medicamenta est quæ leniter adstringunt, & inflammationes tumoresque rumpunt. purgat & reprimit vlcera.

» Sed & ἰνδικὸν à Persis vocatur piper, vt do- » cuit Hippoc. lib. 2. ἐν γυναικ. Dioscorides vero » iunior (inquit Gal. in exeg.) esse dicit plantam in » India assimilem piperi, eiusque fructum vocari » μυρσινῖτιν eo quod myrto similis sit: alij τὸ ζιγγίβε- » ρι appellant ἰνδικὸν, ait Galen. ibidem, decepti & » in errorem impulsi ex eo quod zingiber radicem » esse piperis opinentur, sed diuersas esse plantas » zingiberis & piperis Dioscor. senior clare satis » explicauit l. 2. c. 189. & 190. vbi & ipse piper esse » dicit arborem in india nascentem.

Γ Νδον πύσμα, ἢ σμῆγμα. id est smegma aut puluis in- » dicus cuius descriptionem & virtutes recenset » Trallian. in podagricorum tophis l. 11.

Γ Νέει euacuat apud Hippocratem. Sic Γ νεῖται, euacuatur, apud eundem. Apud Hesych. vero ἰνᾶται legitur, quod itidem interpretatur ἐκκενοῦται. Hinc ἴνηθμός, de quo infra suo loco.

Γ Ἶνες. villi. fibræ. sunt fila quædam oblonga, gracilia, alba, solida, valida, omnis generis partibus inser- ta. Cum autem fibrarum multiplex sit differen- tia, præcipua tamen est quod aliæ neruosæ sint & sentientes, aliæ prodeant à ligamentis in fila tenuissima deductis sensus expertes. Alia quo- que à situ sumitur, à quo fibræ aliæ rectæ, aliæ transuersæ, aliæ obliquæ dicuntur. Rectæ vocan- tur quæ secundum corporis, cui insunt, longitu- dinem feruntur: transuersæ, quę rectas intersecãt ad angulos rectos æquales: obliquæ, quæ medio inter eas situ vtrasque (si modo eidem parti in- sunt: nam sæpe vnicum genus vni parti inest) in- tersecant ad angulos inæquales, vnum acutum & alterum obtusum. Propria fibrarum actio est ipsarum in se contractio, quæ quidem pro vario fibrarum situ opus quoq; varium exercet. Nam rectæ attrahunt, transuersæ expellunt, obliquæ retinent, præsertim alijs duobus fibrarum gene- ribus adiutæ. Retentio enim firmissima est om- nibus fibris simul contractis circa id quod con- tinetur. Sic cor fibris, quæ sunt illi quam muscu- lis multo duriores & valentiores, rectis quidem per diastolen attrahit, transuersis per systolen ex- pellit, omnibus simul contractis, sed præcipue obliquis, quiescit & attractis fruitur. Musculis vnum modo fibrarum genus inest, vel rectum, vel transuersum, vel obliquum, quod singuli musculi motus singulos & simplices per se & primò edant. Ad hæc musculorũ fibræ sunt ner- uorum & ligamentorum partes: cordi autem, œ- sophago, ventriculo, intestinis, vesicæ vtrique & vtero propria est & innata fibrarum species. In- sunt autem fibræ omnibus partibus, animalibus, vitalibus & naturalibus, per quas singulæ mune- ribus suis defunguntur. Quinetiam cutis tota fi- bris multis à partium subiectarũ neruis prodeũ- tibus plena est, per quas cum partibus ipsis con- nectitur & sentit. Sanguini quoque fibras inesse, & ob earum frigiditatem ipsum coagulari Hip- pocrates & Aristoteles testantur, vel hoc argu- mẽto, quod cui sanguini sunt hæ fibræ vel adem- ptæ, vel à natura negatæ, vt damis, ceruis & ca- melis, ille nunquam frigore possit concrescere. Ac quãtis hepatis carni, quæ sanguinis fons est, vti & pulmonum & lienis & renũ, fibrę desunt, attamen ad trahendum, retinendum atque ex- pellendum fibrarum vasis suis insertarum mini- sterio vtuntur. Et ijs quidem pariter meninges costaque succingens membrana & peritonæũ, quæque ab ijs nascũtur, carent: quæ tamen cum vicinis partibus vinculis partim fibrosis & ner- uosis, partim etiã membranosis alligantur. Aliud autem ab ijs est fibrarũ genus, quæ velut capilli in renibus præcalidis ab humore crasso gigni so- lẽt, & per vrinas excerni, de quibus scripsit Hipp. aph. 75. lib. 4. quæ tamen propter similitudinem fibrarum nomine donantur. Sic quidem se habẽt ἶνες in homine. Trãsfertur autem hæc vox ad ina- nimata, vt herbas, in quarum folijs à tergo, non aliter quam in hominis dorso, spina à reliquo fo- lio veluti costa & puluinus eminet: diuisiones enim eas intersectionesque Græci ἶνας vocant. Plinius aliquando fibras, aliquando neruos, ali- quando dorsum, aliquando venas appellauit.

Galen. ἶνα vocat etiam lineolam illam quæ litteram θ. per transuersum secat initio comm. in Epidem. lib. 6.

Γ Ἰνθμὸς. euacuatio, apud Hippocr. ἀπὸ τοῦ ἰνεῖν quod

vacuare & deplere significat: ex quo κενωτικὸς ipsi Hippocr. est immodica vacuatio à medicamento purgante.

ἐνδυβος. intybus nomen est Latinum à Græcis vsurpatum, est autem oleris genus facultatem habēs lactucis similem, sed non adeo suaue ait Gal. l.2. de aliment.facult.c.41.

ἰνίον. occiput. Est os cranij posterius, futura τῇ λαμδοειδεῖ terminatum. Quinque videtur lateribus constare. Est autem valde inæquale: siquidem parte postica admodum crassum est, inferna qua musculos excipit aut emittit, asperum, tenue, solidum. Duæ illi sunt acutæ apophyses, quæ in cauitates duas primæ vertebræ inseruntur. Intus quidem læue, minimeque asperum est: infernis autem partibus, & vbi non minimam capitis basis portionem constituit, valde asperum & inæquale, vt commodius inde ligamenta & musculi nascerentur, quibus caput collumque vel extenderetur, vel flecteretur. Sic quidem medici anatomes periti ἰνίον describunt. Verum à quibusdam grammaticis ἰνίον definitur tendo ceruicis, quo concidente ad inferiora & contracto ad humeros ἰσχιάδιοι, hoc est incuruari, dicitur qui id patitur. Placetque placet ἰνίον sic dictum esse, διὰ τὸ νευρῶδες εἶναι, quia neruosum sit: quod Græcis ἶνες nerui dicantur à capite in collum descendentes, quos alij τένοντας vocant. Homeri interpres explicans hunc versum Iliados ϛ,

Βεβλήκει κεφαλῆς κατ' ἰνίον ὀξέϊ δουρὶ:

scribit ita dici τὸ κῦλον τῆς τένοντος, ἢ διὰ τὸ νευρῶδες εἶναι, ἢ πλατὺ καὶ παχὺ νεῦρον τὸ καθῆκον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὰ ὀμόπλατα. hoc est, cauitatem tenontis, aut quia neruosa sit, aut acutus & latus neruus qui descendit à capite in collum.

» Ἰνόω. exponit Hesych. pupillam oculi.

Ἰξάλου. τὸ δέρμα, pellis, apud Hippocratem. l. de fract. siue ea capræ tantum, siue alterius animalis intelligatur: proprie tamen capræ, vel capri.

» Eustathius dicit scribendum esse ἰξαλῆ circumflexe contractum, scilicet ex ἰξαλέη, alij autem legendum censent ἰσάλη de quo suo loco.

Ἰξίαι. varices sic dicuntur ab Aristotele οἱ κιρσοὶ, quod » enim Hippocrates Galenus cæterique medici » κιρσὸν vocant, hoc Aristoteles 3. de histor. animal. » c.11. & c.19. & 4. probl. probl. 22. & 10. particula » probl. 30. & Plutarchus in vita Caij, Marij ἰξίαν » appellarunt vt voluere nonnulli, indeque factum » vt Marcellus Virgilius lib. 4. cap. 114. Cæliusque » Rhodig. l. 3. c. 14. ille quidem ex propria opinione, hic vero ex aliorum sententia differentiam inter κιρσὸν & ἰξίαν posuerint, credimus enim nos » (inquit Marcellus) ex ijs quæ obseruata in antiquis scriptoribus à nobis fuerunt, medicorum » vocem esse κιρσὸν, qua totum hoc genus toto corpore dilatantium se venarum complectuntur, » ἰξίαν autem aliorum scriptorum, qua in cruribus » tantum factas eadem dilatationes indicant; verum huius differentiæ non hæc satis idonea fides » est: varices enim quascumque etiam ab Hippoc. » ἰξίας vocari author est Gal. in exeg. & quemadmodum κιρσὸς simpliciter venarum in scroto » ciusque tunicis tumorem & dilatationem significat, & interdum earum venarum tumorem quę » circa testiculos sunt, ita & ἰξία.

Ἰξίας. dicitur chamæleo, vt patet ex Scribonio Largo, vbi de venenis agit, similiter ex Hesychio. Verum non omnis chamæleo est, sed qui viscum fert, cuiusmodi habetur qui in Creta prouenit, quem Theophrastus lacrymam reddere scripto testatus est. Dioscorides autem ad radices eius profundi viscum quibusdam in locis affirmat, quo mulieres vtantur pro mastiche. Itaque non omnis chamæleo, sed qui viscum remittit, ἰξίας dicitur. Quod discrimen intelligens Nicander, cum in Alexipharmacis vlophoni veneni quod omnium consensu chamæleo cēsetur, meminit, adiecta nota ἀλόφωνον ἰξιόν, quasi viscosum, dixit, quod idem erat atque ἰξίαν dicere. Non est igitur idem chamæleo & ἰξίας: hoc speciei, illud generis rationem habet. Ac cum chamæleonem veteres in duo genera distinxerint, albū & nigrum, & videatur Dioscorides ἰξίαν speciē albi facere (quod tamen mirum est, cum album bibi posse constet, ἰξίαν vero lōge pernicioſissimum esse venenum) attamen patet ex eorum dictis chamæleonem ixiam, multum esse differentis naturæ à chamæleone viscum non ferente. Nam qui viscum non fert, si albus quidem est, non est venenatus, quod Dioscorides, Galenus & Plinius eum propinent aduersus interaneorum animalia, hydropas & dysuriam: si vero niger est, venenatam quidem & lethiferam radicem habeat, authore Galeno, qui propterea suadet tantum ea foris vtendum esse aduersus scabiem, impetiginem & vitiliginem, sed longe varijs ab ixia modis nocentem, multumque diuersa symptomata inuehentem, & notas similiter differentes, & alia quoque remedia poscentem: testis Paulus Ægineta, qui seorsum de ixia deq; chamæleone scripsit, quod differant tum symptomatis, tum curatione. Ex eo enim iudicari potest Dioscor. in proœmio libri sexti, venena in suas quæque classes digerentem, non temere chamæleonem & ixiam inter radices separatim recensuisse. Cæterum dicitur ἰξίας ἀπὸ τῆς ἰξοῦ, hoc est, à visco, quasi viscaria planta. Namque viscō redundat tam tenaci & pernicioso, vt non nisi interaneorum conglutinatu interitum adferre videatur. *Nam*, vt cecinit Nicander in Alexipharmacis,

—— stupet attonitus qui viscum exhausit, & ambo
In cæco obstructi conniuent ventre meatus
Potus atque cibi, flatus vbi carcere clausi
Dant strepitum, & circum spatiis voluuntur iniquis:
Horrisono veluti cœlum tonat omne fragore,
Aut celeres duris illisæ rupibus vndæ
Clamorē attollunt inter cana saxa, fremuntque.

Quo quidem in carmine ἰξίαν viscum Latine reddidimus Plinium sequuti: sic enim ab eo multis in locis dicitur, qui è Græcis authoribus omnia fere conuertens, ad viscum remedia attulit quæ Græci omnes aduersus ixiam. Nec tamen visci nōmine apud eum intelligi debet id quod aucupes in captandis auibus vsurpant, sed quod veteres ἰξίαν vocasse diximus. Siquidem viscum illud aucupatorium vt nemo inter venena numerauit, sic nullus est qui ixiam non scripserit venenum esse. Attamen magna vtriusque similitudine effectum est, vt Plinius ἰξίας viscum redderet. Nam sicuti viscum cuiusque rei cui hæserit tenax est, ita si deuoretur ἰξίας, omnia glutinat interanea, omnesq; contrahit & colligat excrementorum exitus. Miror tamen Plinium maluisse viscum quā ixiam dicere, cum nec ipse à Græcis vocibus tātopere abhorreat, nec Scribonius Largus eo antiquior libris suis ixiæ nomen inferere dubitarit,

Γ ξις. dictio est Hippocratis propria. significat autem magna ex parte εὐθυωρίαν, id est, rectum tramitem, vt annotauit Gal. interdum vero φορὰν id est, lationem, καὶ ἄφιξιν. Verum rectitudo ipsa, inquit Gal. comment. 3. in lib. de fracturis, non per longitudinem modo corporis, sed per latitudinem etiam intelligitur, vt quæ non aliud sit quã directio quædam meatuum per quos humorum deductiones commode fieri possunt. Eos autem non vnius generis natura fecit, sed multiformes, alios secundum longitudinem, alios secundum latitudinem corporis, alios vero ab anterioribus ad posteriora tendentes.

» Sed præter eam significationem τὸ κατ' ἴξιν vsurpatum legitur ad perpendiculum, vt l. 3. ἀφεὶ ἀλμῶν, » βάλλεται μὴ οὖν κατὰ τὸ εὐθύνιον κατ' ἴσιν τοῦ ἕλκεος, » quo loco reprehendit Hippocrates suæ tempestatis chirurgos qui fascias iniiciebant hinc inde, » ἔνθεν καὶ ἔνθεν, quæ voces Galeno visæ sunt proprie » ad indicandam rationem adhibendi laminam » plumbeam, non hinc inde, sed ad perpendiculum » super tumore; Laudantur autem perpetuo ab » Hippoc. quæcumque feruntur κατ' ἴξιν, siquidem » tum natura duce, καὶ τῆς ἐκκρίσεως λόγῳ feruntur, » atque id longo vsu medendi expertum, & ab » Hipp. comprobatum, ac velut augustissima lege » sancitum, cũ ait κατ' ἴξιν, καὶ πλευρίων ὀδυνῶν, καὶ ὑποχονδρίων συντάσις, καὶ ἀπλοῦς ἐπάρσεις, καὶ ἐκ ῥινῶν » ῥύσις: Sic lib. 2. & 6. Epidem. pleuritico vena secatur κατ' ἴξιν, abcessus nascitur in crure κατ' ἴξιν; » in phlegmone systrophica hepatis hemorragia » cietur κατ' ἴξιν, abcessus nascitur & erumpit κατ' » ἴξιν; & 6. Epid. herophonti lien intumuit, inde » bubo sinister, mox in crure κατ' ἴξιν facto abcessu præter spem conualuit, & histor. 9. 3. Epid. in » heropyto crebra fuit vicissitudo surditatis & » doloris in Ischio dextro; atque ita comparatum » fuit, & res tulit, vt febris ingraueseeret cum surditate, quoties dolor Ischii quiescebat; ipsa vero » mitescceret cum Ischii dolor vrgeret, ex illis constat liquido, omnia quæ inferne sursum, aut supetne deorsum feruntur κατ' ἴξιν, eo viam affectare vbi consistunt, aut vnde exitum habent, siquidem natura duce καὶ τῆς ἐκκρίσεως λόγῳ feruntur non autem orgasmo; constat ex illis quoque » in eiusmodi rebus imitandam naturam, siquidem » ait præceptor ἀκριβῆ ἡ ῥῆσις, ducendum quâ vergunt: sicut autem laudantur quæ fiunt κατ' ἴξιν, sic » damnantur quæ ἀνάπαλιν, id est è diuerso feruntur, ita in Coacis inquit τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν » πυκνὸν, vt in liene magno è dextris, sunt enim vt » dextra dextris, sic siniſtra siniſtris ὁμόφυλα, καὶ » συμφέροντα id est consocialia inquit Hippocr. » estque maior vis posita in forti contentione naturæ, & partis obsessæ ad faciendum & ad propulsandum κατ' ἴξιν, quam in venarum ductu & » situ.

Γ ἰξός. viscum. optimum est recens, intus porraceum, extra fuluum, quod asperi nihil aut furfuroſi conceperit. fit acinis in quercu nascentibus buxeo fruticis folio. Contusum acinum lauãt, & postea in aqua decoquunt. Sunt qui commanducando ipsum efficiant. Gignitur quoque in malo, pyro & plærisque alijs arboribus. quinetiam inuenitur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit. Ex plurima aerea & aquea calida pauciſſima terrena substantia constat.

» Gignitur quoque viscum in alijs plerisque » arboribus, veluti pyro, malo, cerro, terebinthino, ilice, pruno, castanea, sorbo, larice, abiete, pino, ac ipsa quoque olea, saltem in Palæstinæ regione, si quibusdam fides habetur qui eo loco viscũ in olea rubentibus baccis, nasci retulerunt. Cæterum quamuis Theophrast. ipsumque sequutus Plin. viscum nasci prodiderint ex ipsius acinorum semine per aluos reddito, turdorũ palumborum cęterarumque id genus auicularum, postquam acinorum, baccarumue pulpam intra suos ventriculos concoxere; verior nihilominus videtur eruditissimi Scaligeri sententia, quiquidem in exotericis aduersus Cardanum exercitationibus eundem fruticem sponte naturæ potius ex aliqua arborum quibus innascatur portione, seu potius ex ipsarum arborum vitali excremento gigni retulit: haud secus atque belluarum cornua ex ipsorum ossium internis primordijs pullulare consueuerunt, eoque respiciẽs Poęta quidam viscum quercus sudorẽ esse prodidit: Emollit autem viscum discutit, extrahit, ex plurima aerea, & aquea calida pauciſſima terrena substantia constans.

Γ ἰξύες ἢ

Γ ἰξύς. lumbi, ilia. Sed tamen de huius nominis significatione ambigitur. alij, vt ait Gal. intellexerunt τὰ τῶν λαγόνων ὀστᾶ, hoc est, lumborum ossa: alij vero τὸ ὑπερκείμενον αὐτῶν, hoc est, partem eis superiorem. Galenus vero in eius nominis explicatione dubius est. Nam ex Homero quidem scribit videri sibi eam partem designari quæ inter thoracis & ilium ossa media est, ex Hippocrate vero in lib. de fracturis, eo nomine ipsa ilium ossa intelligi.

Γ ἴον. late patet hoc nomen, deque multis floribus dicitur. significat sæpe violam non omnem quidem, sed præsertim nigram & purpuream, ad hęc flores omnes iasminos, calathianam, & quam Græci φλόγα. Plinius flammeam vocat, pluresque alios qui figura, quantitate, foliorum positura, aliaque eiusce modi ratione aliqua proprie dictis violis similes sunt. Sed ἴον μέλαν proprie veteres vsurparunt pro viola purpurea quam Latini vocant. quod folium habet minus quam hedera, tenuius & nigrius, nec multo dissimile. cui caulículus à radice medius prodit, in quo flosculus suauissime olens, purpureus. Opacis & asperis nascitur. Aqueã & subfrigidam substantiã possidet.

Γ ἴονθος. varus. Est tumor paruus & durus in faciei cute: gignitur ex crasso succo, nullius serosæ tenuitatis participe: eam ob rem pruriginosus non est, neque ad scalpendum inuitat. Ex ijs quæ scribuntur à Paulo lib. 3. c. 25. apparet duplex esse vari genus: vnum duriorem & veluti callosum, alterum vero minus durum. Aetius scribit ἴονθον alio nomine ἄκνλον vocari.

Cur vero eiusmodi tubercula in facie maxime oriri soleãt quærit Aristoteles sect. 36. probl. 3. an quia (inquit) locus ille rarus atque humidus est vt ex pilorum eruptione & sentiendi potentia patet? est autem ἴονθος vt definit ὥσπερ ἐξάνθημα ὑγροῦ τινος ἀπόπυον, id est humoris cuiusdam incocti efflorescentia & eruptio; ἰόνθυς vero Græci appellant inquit Rhodig. l. 24. quoniam instar ὄνθου id est fimi, faciei dehonestamento sint, vel vt sentiunt alij, quoniam in ætatis flore, qui Græcis ἄνθος vocatur, protuberare incipiunt: Sed & ἴονθος primus pilorum exortus seu lanugo dicitur, & ἰόνθυς, id est, varos Græci ἀκμὰς vocarunt teste Aetio lib. 8. cap. 13. quoniam circa ætatis florem erumpere solent, quanquam loco

» Aetij citato ἄκρας legunt nonnulli, Hermolao ſuis » in Plinium gloſſematis ἀκμὰς legente: ex Rho- » digino inſuper loco citato hoc adnotare operæ- » pretium eſt, Siculos conſueuiſſe ἰόγθας, qui ſeſe in » naſo oſtentant, ψεύσας appellare, id eſt vanos men- » daceſque, quia id genus homines per ea naturæ » indicia plane ſignificarentur.

Ἰόντα ὑποχωρήματα. euntia excrementa dicuntur Hip- » pocr. aphor. 21. lib. 4. quæ vel per totum mor- » bum, vel longum ipſius tempus deijciuntur, quæ » enim aliquo tantum tempore prodeunt non ἰόντα, » ſed ἐπιφοιτῶντα, id eſt, ſuperuenientia, aut ἀλιόντα, » id eſt, deiecta dicerentur vt ait Gal. in commen- » tario.

Ἰός. rubigo cuiuſque metalli, vt apud Dioſcoridem » ἰὸς σιδήρου, rubigo ferri, ferrugo Plinio.

Ἰός. ærugo ſiue æruca. Eſt ſuccus concretus ex li- quore cum æris metallo miſto. Duplex autem ærugo eſt, natiua & factitia. Natiuam Dioſco- rides ſcribit in metallis ærarijs gigni duobus mo- dis. Aut enim ex lapidibus quibuſdam nonnihil æris habentibus effloreſcit & abraditur (ex quo ἰὸν ξυστὸν, id eſt æruginem raſilem, Græci appel- lant) pauca quidem illa, ſed optima: aut ex ſpe- cu quodam deſtillat per caniculæ ardores, copio- ſa & grati coloris, ſed vitioſa, quod lapides mul- tos collegerit. Eſt & tertia natiuæ æruginis diffe- rentia, foſſilis videlicet quam à ſimilitudine ver- mium σκωληκίαν Græci, hoc eſt vermicularem, quod in vermiculorum ſpeciem ſe contrahat, ap- pellant, quam Dioſcorides in medicina cæteris prætulit. Factitiæ autem æruginis tria ſimiliter genera ſunt. aut enim abraditur ab ære, quæ ἰὸς ξυστὸς, hoc eſt ærugo raſilis, vocatur: idque pluri- bus modis quos deſcribit Dioſcorides, aût in ver- mes formatur, eodem quo ille etiam recenſet modo; aut in mortario æreo efficitur veteri ex vrina, quam aliqui chryſocollam ab effectu nun- cupant, quod aurifices ea ſola aurum cum auro conglutinent. Æruginí ſuus eſt color in cæruleo ſubcandidus, ſapor acris, facultas adurens, dige- rens, liquans non teneram modo, ſed etiam du- ram carnem. Carnem ſuperexcreſcẽtem minuit, erodit, ſiccat & adſtringit, eaque omnia vehe- mentiſſimè agit non vſta, mitius autem ſi vratur. Ad emplaſtra conuenit maxime, in aceto quam acerrimo diebus pluſculis macerata & poſtea in læuorem redacta.

Cæterum ἀπὸ τοῦ ἰοῦ fit ἰώδης, æruginoſus. quo nomine medici ſpeciem vnam bilis acerri- mæ, erodentis & maligniſſimæ deſignant, quam Galenus mediam ſtatuit inter bilioſum humo- rem & atrum, & fieri, cum flaua bilis ſupra mo- dum exaſſatur, nondum tamen in atram conuer- ſa eſt. Eius indicium eſt viridis color, ſicut niger vel atræ bilis, vel ſanguinis aliquo in loco peruſti. Eam ipſe Galenus ſpecie talem eſſe prodidit, ac ſi quis optimam æruginem aqua perfunderet ad defruti craſſitiem.

Ἰακωβδία. confectionis cuiuſdam nomen eſt dolorem » ſedantis apud Galen. 7. κατ' ὀπ. Eſt autem appel- » latio hæc Latina à Græcis medicis Romæ degen- » tibus in vſum aſſumpta.

Ἰάκχαρ. Saccharum violaceum apud Actuarium » de compoſition. medicam. ex violarum, ſucco & » ſacchar. confectum, lentoſque ait humores ex- » purgare, ac bilis acrimoniam obtundere.

Ἰουδαϊκὸς λίθος. Iudaicus lapis. Eſt lapis glandis effigie, candidus, ſcita admodum configuratione, à cu- ius obtuſiore parte ad acutiorem procedunt emi- nentes lineæ æqualiter inter ſe diſtantes, quaſi de induſtria detornatæ. Sic dictus eſt quia in Iudæa naſcitur: qua de cauſa etiam Syriacus vocatur ab Aetio. Idem à ſimilitudine πυκλίδος atque ἰυγγίος, quia comminuat calculos, atque per vrinam fa- cile effluat.

Ἰουδαΐου ἔμπλαστρος. emplaſtrum eſt quo nomine ob- ſeruaui duo vocari: vnum cuius mentionem fa- cit Cor. Celſus lib. 5. cap. 19. quod dicit fracto capiti accommodatum eſſe: alterum quod deſ- cribitur ab Aetio lib. 15. repurgans carnemque gignens.

Ἴουλος. iulus. Id dicitur quod in auellana nuce cory- loue compactili callo racematim cohæret, & ve- luti prælongus vermis ſingulari pediculo penſile nititur.

Vt ſcribit Theophr. 3. de hiſtor. plant. c. 7. vbi « plura leges. «

Dicuntur etiam ἴουλοι, vt ſcribit Ruffus, αἱ περὶ τοὺς κροτάφους τῶν τειχῶν ἐυφύσεις: hoc eſt, pilorum cir- cum tempora exortus. quanquam non eos mo- do pilos, ſed qui in mento etiam lanuginis inſtar primi erumpunt, eo nomine plærique intelli- gant.

Ἴππος ἄρτος. vide ἄρτος. «

Ἵππος. ἡ πόσις. apud Hippocratem ἐν τῷ μοχλικῷ. id eſt, potio.

Sed pro ἡ πόσις exiſtimo legendum ἵπωσις preſſio « ſeu preſſura; aliàs pro muſcipula reperitur vſur- « patum ἵππος, nec non pro inſtrumento quodam « fullonum & tortorum. «

Ἵππακη. Hippace: Caſeus dicitur equinus, eratque « Scytharum familiaris cibus de quo egit Hippoc. « libr. de aere aq. & loc. itemque 4. de morb. nec « non & illius coætaneus Herodotus hiſtor. ſuæ li. « 4. Damaſcenus apud Stobæum victum γαλακτο- « φάγοις, hoc eſt Scythis, equarum tantum lacte « conſtitiſſe ſcribit vnde caſeos efficerent, vt ita eo « tum potu, tum cibo vterentur: Theophr. lib. 9. « hiſtor. plant. cap. 13. Scythas Hippaces cibo nar- « rat famem ſolitos depellere, vti & ſitim radice « Scythica ſeu glicirriza retenta in ore, ita vt ſolis « iſtis in duodenos dies ſeſe ſuſtentarent; Sed Plin. « lib. 25. cap. 8. Theophraſti mentem non ſatis aſ- « ſequutus, locum iſtum ita peruertit, vt hippacem « ſiue hippicem apud Scythas herbam eſſe volue- « rit, quæ non in hominibus modo, ſed & in equis « eundem illum præſtaret effectum, atque illius « exemplo in eumdem raptus errorem Gaza hippa- « cem Theophraſti, herbam equeſtrem interpreta- « tus eſt: huius autem hippaces conficiendæ Hip- « pocr. loco citato rationem dedit his verbis; Lac « Scythæ vaſis ligneis inijciẽtes conquaſſant, quaſ- « ſatum ſpumeſcit atque diſſeparatur, & id quod « ſuperficiei ſupernatat butyrum appellant, veluti « leue quoddam, Quod autem infra ſubſidet gra- « ue ſegregantes, exſiccant, & poſtquam concre- « uerit hippacem vocant: non deſunt autem qui « hippacem equinum coagulum appellarint, vt au- « thor eſt Dioſcor. lib. 2. c. 80. «

Ἵππικη. herba eſſe Plinio videtur lib. 25. cap. 8. quam « in ore habentes famem ſitimque non ſentire, & « ob id Scythas illâ, etiam in duodenos dies dura- « re in fame, ſitique ait: an vero hippice Plinij « eadem ſit cum ea cuius meminit Theophr. lib. 9. « cap. 13. vt ſupra diximus, & vt credidiſſe videntur « Hermolaus & Gaza; an vero caſeus equinus, ſi- « cut Turnebus ſuis annotationibus in librum «

» Theophrasti de odoribus in eo Plinium repre-
» hendens existimauit haud dicere facile est: Ruel-
» lius contendit nō radicem aut herbam, sed equi-
» num caseum ea voce designari, quam tamen ἱπ-
» πάκην quidam scribunt, vide ἱππάκη.

Ἵππος vox plantis multis præposita inuenitur, vt
» quando hippoglosson dicimus, hippolapathon,
» hipposelinon, hippomanes, hippomarathrum,
» hippophaes, aliáque eiusmodi plurima, nō quod
» eiusmodi res aliquid equis conueniens in sese ha-
» beant, vel necessarium, vt credidisse videtur Gaza
» qui hipposelinon equapium interpretatus est, vt
» & Plin. lib. 20. cap. 12. hippophyen & hippophæ-
» stum inde nomen habere voluit quod equorum
» naturæ accommodatæ esse videantur: Sed eius-
» modi plantæ sic vocantur, quod grandes sint, at-
» que suis congeneribus comparatæ eas longo in-
» teruallo superent; ab equo eiusque magnitudine,
» suæ quoque altitudinis ac proceritatis nomen tra-
» hentes: atque hanc Græcorum vocem (hippo)
» proceriorem habitum & maiorem altitudinem
» significare satis innuere videtur Æschylus in Tra-
» gœdijs, qui ad augendam rerum, & carminis sui
» maiestatem hippaetos, hippalectryonas, aliaque
» eiusmodi multa finxit, grandes aquilas grandes-
» que Gallos hic vocibus significans, & Aristopha-
» nes similiter in ranis ῥήματα ἱππόκρημνα, verba ru-
» pium modo grandia vocauit, & ῥήματα ἱππεβάμο-
» να, id est, voces equestres & ideo grandes, ob id
» scilicet quod qui vehuntur equis altius se à terra
» extollunt. Eodem sensu videntur Galli vsurpare,
» *parler à cheual.*

Ἱππελάφιον. frutex est qui alio nomine laurus Alexandrina aut Idæa dicitur.

Ἱππόλαπαθον. frutex est paruus, folia habens figura myrti syluestris & gracilioris, coma spinosa, & in ijs ceu ligulas, folio paruo de folijs exeunte.

Ἱππολάπαθον. species est oleris, folijs valde magnis in paludibus (vt ait Dioscorides) nascens. eadem habet vires cum rumice.

Ἱππολάπαθον. quasi grande lapathum vide supra ἵππος
» præponi solitum à Græcis, vbi rei altitudinem si-
» gnificare volunt.

Ἱππομανὲς οἶνος. vide οἶνος vbi ordine Alphabe-
» tico insigniores vinorum differentiæ explican-
» tur.

Ἱππομανὲς. frutex est alio nomine ἀπόκωνον & κωνοκράμβη dictus, equis præsertim si eo vescantur, lethalis, de quo Theocritus ἐν τῇ φαρμακευτρίᾳ ita
» cecinit:

Ἱππομανὲς φυτὸν ἦτ παρ' Ἀργέσι· τῶ δ' ὅπ' πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὄρεα, καὶ δονὰξ ἵπποι

Sunt vero qui existiment virus quoque defluens ab equarum inguinibus, quo tempore amoris infamia concitantur, eo nomine vocari. quæ quidem fuit Virgilij sententia lib. 3. Georg.

Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt.
Pastores, lentum distillat ab inguine virus.

» Alij vero ἱπποµανὲς intelligunt non eum modo,
» quem equæ amore furentes emittunt è genitali-
» bus locis humorem, sicut scripsit Aristoteles lib.
» 6. capit. 18. de histor. animal. sed aliquid etiam
» quod narratur fronti nascentis pulli inhærere, mi-
» nus carica parua, specie latiusculum, orbicula-
» tum, nigrum, quod equæ postea perlambentes
» abstergentesque abrodunt. Id carunculam esse
» quidam scripserunt, nullius quidem in medicina
» vsus, ad incantamenta autē & amatoria expetitā.
» Vt 6. de histor. animal. c. 22. & 18. Aristoteles
» docuit, Quod & Virgilium innuisse legimus cum
» ait 3. Georg.

Quæritur & nascentis equi, &c.
Atque subdit,
Quod sæpe malæ legere nouercæ,
Miscuerunt que herbas & non innoxia verba.

» Ælianus etiam πώλιον dicit ait. Vocem autem ἱπ-
» πομανὲς ab equa translatam fuisse pro conuitio in
» mulieres libidinosas, ἀκολάστους πρὸς τὰφροδίσια ζη-
» τοῦσα docuit Aristoteles 6. de hist. animal. c. 18.

Ἱππομάραθρον. fœniculum syluestre, satiuo grandius, semen ferens vt canchry, radice odorata. Constat à magnitudine sic appellatum esse.

» Hæc eadem herba diuisa voce ἵππιον μάραθρον
» vocatur à Nicandro in Theriacis, id est, fœnicu-
» lum equinum.

Ἵππος. est oculorum affectio, sed insita & naturalis, per quam nunquam illi conquiescunt, sed tremule subinde nictant, semper instabiles. hanc oculorum affectionem Galen. comment. 1. εἰς τὸ προγνωστικὸν comparat stridori dentium naturali & congenito, patetq; ex eo non esse morbū, præsertim cum nemo medicorum eius meminerit.

» Quod si in morbis talis oculorum motus &
» instabilitas superuenerit, non iam ἵππος sed ὀφθαλ-
» μὸς ἀναπωμένος appellat Hippocr. ἵππος autem nic-
» tationē perpetuam Philarcus appellauit quam
» Plin. lib. 7. cap. 2. equi effigiem interpretatur,
» dum ait, habere quosdam in oculis equi effigiem,
» sed deceptum arbitror Plinium nomine τῶ ἵππου,
» quæ vox & equum animal, & ingenitum oculi
» vitium nunc explicatum significat. ἵππος etiam
» Hesychio de hominis pudendo dicitur.

Ἱπποσέλινον. olus atrum. Est apium multo maius hortensi apio cum caule tum folijs. Natura illi myrrhæ similis est, ideoque à quibusdam σμύρνιον dictum est.

» Equapium vertit Gaza, sic vero appellatur vel
» ob magnitudinem, vel propter equorum stran-
» guriam. Vide Theophr. histor. plant. lib. 7. c. 6.
» & Dioscor. lib. 3. cap. 76. vide & supra pro vocis
» origine in dictione (hippo) præponi solita à Græ-
» cis in quibusdam quorum magnitudinem signifi-
» care volunt.

Ἵππουρις. equisetum. herba est cui cauliculi inanes, geniculati in se fracti, rubescentes, scabri, & iuncea circa eos folia, crebra, exilia. Attollitur in sublime, vicinos arborum caudices scandens, obuolutumque dependet, comis multis nigris, vt equorum cauda, à qua similitudine caudam equinam vulgo appellant. Radicem habet lignosam & duram. Altera ἵππουρις est caule recto, cubitali, inani, comis per interualla breuioribus, candidioribus & mollioribus. Adstringit, & valenter sineque morsu desiccat.

» Ἵππουρις. etiam apud Hippocr. 7. Epid. significa-
» re videtur diuturnam quamdam in inguina &
» partes genitales fluxionem, aut imbecillitatem
» ex perpetua in equo insessione.

Ἱππόφαες. frutex est quo vtuntur fullones concinnandis vestibus. dicitur alio nomine ἱπποφαὲς atque ἱππόφυες. Vocatum est etiam à quibusdam eo nomine τὸ ἱππόφαιστον. Romani lappaginem & lappulam dixerunt.

Plinius etiam hippophyes nominat scribens
» eam herbam accommodatam esse debere naturæ
» equorum, atque inde nomē accepisse, sed in ori-
» gine vocis fallitur vt supra annotauimus in dictio-

» ne (hippo) præponi solita à Græcis in quibus-
» dam quorum altitudinem atque magnitudinem
» significare volunt.

Ἱππίφεως. sic dicitur τὸ ἱππιφαὲς: præterea carduus & τὸ σύζυγον, vt annotat Galenus ἐν τῇσ γλώσσαις.

Ἱππώνη. nomen est malagmatis cuius Philagrius author perhibetur. Descriptio habetur apud Aetium lib. 12.

Ἶρις. iris. herba est folia ferens gladioli, sed maiora, latiora, pinguiora. flores in summitate cuiusque caulis æqualibus inter se spatijs distant, incurui, varij. siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei aut cærulei conspiciuntur: qua diuersi coloris specie, quædam cælestis arcus imago in cauo calyculi sinu repræsentatur. Radices subiacent geniculatæ, solidæ, odoratæ: quæ frustatim dissectæ in vmbra siccantur, & traiectæ lino reconduntur. Melior est Illyrica & Macedonica, præsertim quæ mutila fere & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo colore, gustu amaro, odore per quam grato & syncero, ita vt nullum prorsus situm redoleat: quæ dum tunditur, sternutamenta mouet. Duo in vniuersum iridis genera produntur, satiua & sylue-stris. Illa cultu vegetior grandiorque euadit, at viribus imbecillior: hæc, duorum est generum: altera satiuæ & vulgari similis, folijs tamen, flore, caule radiceque paulo minoribus: altera, folijs gladioli longioribus, radice tenui, lignosa, geniculata, subrufa, inodoraque, caule breui, flore cæteris longe minori, odore Armeniaci mali. Iris excalfacit ordine secundo completo, vel tertio inchoante, & pariter siccat. Officinis suam appellationem retinuit. herbarij cœleste lilium malunt vocare. rura nostra partim flammam, partim gladiolum, quasi dicas gladiolum, quod folium in gladij speciem mucronatim exeat.

Ἶρις. dicitur circulus pupillam ambiens, inter eam & album oculi medius, quo vniuersæ oculi tunicæ inter se committuntur. Inditum nomen ab arcus cœlestis similitudine. dicitur aliter στεφάνη καὶ στέφανος. vide στεφάνη. Huius partes quæ pupillæ proximæ sunt nigræ, πόσοι dicuntur: circulus vero qui candido proximus est, ἄλως.

Ἶρις. nomen est pastilli croco, myrrha & alumine constantis, vt refert Aetius ex Herodoto lib. 5. cap. 129.

Ἶρις. etiam gemmæ nomen quæ non est aliud quam crystallus candida, lympida, sexangula, quæ exposita solis radijs per rimam aut aliter subeuntibus, angulorũ repercussu arcus cœlestis speciem in proximis parietibus imprimit. Sed & ipsa in se arcus ipsius imaginem habere videtur in vno altero sui angulo, si luci obuersa conspiciatur.

Ἶρις ἄγριος. dicitur à quibusdam τὸ ἀκόνιτον, vt scribit Aetius lib. 13. c. de aconito.

Ἰσάλλω, διφθέρας, δέρμα. id est, pellem, corium. Ita apud Galen. ἐν τῇσ γλώσσαις: apud Erotianum rectius ἰξάλλω. nam ἰξάλη siue (vt Eustath. mauult) ἰξαλῆ dicitur ἰξάλη αἰγὸς δέρμα, pellis capri ad inituram apti, seu (vt Erot. exponit) τελεία, adulti.

Ἴσατις. glastum. herba est fruticosa, duûm fere cubitorum & ampliorem caulem gerẽs: folia plantagini similia, sed pinguiora nigrioraque. Verum ea quidem ἰσάτις satiua est, qua infectores lanarum vtuntur, vt cæruleum inducant colorem. Sylueſtris non multum ab ea dissimilis est, sed folia habet maiora lactucaceis, caules tenuiores, multifidos, quadamtenus rubentes, è quorum cacuminibus folliculi numerosi, linguæ speciem repræsentantes dependent, in quibus semen: flore præterea gracili, luteo. Ambæ vires eadem habent. Illita folia tumores omnes discutiũt, cruenta vulnera glutinant, sanguinis profluuia sistunt, ignem sacrum, phagedænas, putrescentia vlcera & quæ serpunt, sanant. Galli guadum vel gualdum appellant.

Hinc Galeno ἰσατώδης dicitur, id est fusca, seu « quæ isatim siue Glastum colore suo refert, Gal. « enim τὴν φακὴν χολὴν tradit vocari ἰσατώδη. «

Ἰσόμυοσι. ἰσάζουσι, μεσόλικες ὄσιν, hoc est, æquales mediæ ætatis, apud Hippocr.

Ἰσθμός. τὸ μεταξὺ τοῦ στόματός τε καὶ τοῦ στομάχου μόριον. vt ait Galenus, hoc est, pars inter os & gulam media. Sic autem dicta est per metaphoram, quod isthmus proprie significet angustum quendam terræ tractum inter duo maria. Idem in li. de musculorum dissectione ἰσθμὸν vocari dicit præuium quendam locum, gulæ gutturique communem, in quem vtriusque osculum ascendit, nominisque rationem assignat, quod is angustus oblongusque sit. Sic idem erunt, ἰσθμὸς καὶ ἡ φάρυγξ, quam Galen. interpretatur πλὴν περικειμένου εὐρυχωρείαν στομάχου ἡ καὶ λάρυγγος: hoc est, quæ inter stomachum & laryngem interiacet latitudinem.

Ἰσικός. isicium. Est edulij genus ex carne diligenter intrita & minutissime incisa, quod nunc per se, nunc reticulo aut omento circundatũ, alijs etiam iunctis rebus & aromatibus aliquando, in sartagine cum adipe aut oleo butyroue frigebatur. fiebat ex diuersa materia, sicut Apicius docet lib. 2. cap. 1. Verum ægre id genus carnis concoquitur, quod sua leuitate fluitet in ventriculo, vt habetur apud Alex. Aphrodis. probl. 22. lib. 1. Author est Macrob. libr. 7. Saturnal. isicium dici, quod ab insectione insicium dictum erat: amissione enim litteræ, postea quod nunc habet nomen obtinuisse. Gaza tamen apud Alex. insicium vertit. Videntur autem & Græci ex Latino nomine suum fecisse.

Cum nonnisi apud recentiores hoc vocabu- « lum inueniatur, Aphrodisęum, Trallian. & Athe- « neum lib. 9. atque adeo peregrinum esse vocabu- « lum ex eo patet, quod ibi dicat quidã sese propter « Vlpianum ὀνοματοδήραν vereri vti eo vocabulo. « Exisiciorum autem generibus sunt salciciæ no- « stræ non multum nomine differentes; Erat quo- « que ijs simile pharmacũ adeo Imperatori Adria- « no charum, quod ex Phasiano fumine perna & « crustulo compositum fuisse narrat Spartianus; « horum quoque similitudinem quamdam refe- « runt botargæ quorum inuentorem extitisse He- « liogabalum meminit Lampridius. «

Ἴσιον. herba est, sed quæ sit incertum est, nisi quod Aetius lib. 12. capite de medicamentis purgantibus ad arthritidem interpretatur ἴσιον chamæleonta nigrum.

Ἴσις. est emplastrum ad cruenta vulnera efficax, præsertim capitis, ad glutinandum, carnem inducendum, purgandum, & reliqua multa, vt habetur apud Aetium lib. 15. quo loco descriptionem eius habet, & dicit à quibusdam referri ad Hermonem sacerdotem, & appellari Hermonis viride. Habetur & apud Scribonium Largum cap. 206. (sed viride Glyconis nominat) diuersa quidem ratione compositum quam sit ab Aetio & Paulo, sed magna ex parte ijsdem medicamentis constans. Est & ἴσις alterum emplastrũ quod Epigono

iuſcribitur apud Aetium eodem loco. Eſt igitur huius nominis emplaſtrum triplex, ἴσις Γλύκωνος, ἴσις Ἑρμωνος, ἴσις Ἐπιγόνου.

» Priori quod ad hermionem refertur omnino ſimile, niſi quod præterea radicem dracunculi recipit; Eius habetur etiam deſcriptio apud Paulum lib. 7. cap. 17. apud Galen. 2. κατὰ γένη. c. 2. habetur etiam emplaſtrum dictum iſis Epigoni, ſed diuerſa deſcriptione; & lib. 4. eiuſdem operis c. 13. habetur ἴσις cephalica ad curatu difficilia vlcera & ad cruenta; Lib. 5. eiuſdem operis cap. 2. habetur etiam alia ἴσις Epigoni, de alijs etiam eiuſdem nominis emplaſtris vide cap. 3. libr. 5. κατὰ γένη.

Ἔσχαι. ſunt ſpongioſa quædam corpora in quercubus & corylis naſcentia, quibus eſcharotica vis ineſt, & vtuntur barbari vice cauterij. Author Paulus lib. 6. cap. 49.

» Sed & Trallian. ἴσχας à barbaris vocatas ait, qua » voce vetus interpres ſignificari ait cauteria quæ » eſcæ ab edendo & conſumendo dicuntur, Trallianus enim Latinas voces, & ſi Græcis abundat, » nimis ambitioſe interim vſurpat, vt & libro eodem ἐμπλάστρατον αὐτὴ τῶ ψυχειδίνος. ε.

Ἐσθίον. eſt collyrium διάμυξον ad multa vtile, cuius variæ reperiuntur deſcriptiones: vna habetur apud Aetium lib. 7. qui ipſum alio nomine ἰσόφωτον ſcribit appellari: altera apud Paulum libr. 7. multum & materia & ponderibus differens ab ea quæ Aetij eſt, quam ipſe μαλαβάθριον appellat, propterea quod malabathri portionem recipiat.

Eſt & ἐσθίος antidoti nomen quæ deſcribitur apud Galenum libr. 7. τῶ κατὰ τόπους, ex Andromacho.

Eſt & ἐσθίος nomen βηχικῶ φαρμάκου, cuius deſcriptio eſt apud Aet. lib. 8.

Eſt etiam ἐσθίος nomen κολικῶν ἀποδύτου, quæ ad Nicoſtratum refertur, & deſcribitur ab Aetio capite περὶ ἀποδύτων ἀφεδρικῶν κολικῶν.

Eſt & ἐσθίον vnguentum ἐγκαυστικὸν, hoc eſt, ad coxendicis dolorem efficax. deſcriptio habetur apud Aetium lib. 12. cap. 5.

Ἐσθίς. teſte Plinio lib. 25. c. 13. dicitur à quibuſdam » aeizoon ſeu ſemperuiuum minus, proculdubio » quod per totum annum ſit ſui ſimile, hoc eſt vi» rens, vnde tam Græcis quam Latinis nomen ha» bet.

Ἐσπινάμωμον. cognominant mangones caſiã quam» dam teſte Plin. 12. cap. 20. forſan quod Cinna» momo æquippolleat, ſcribit enim Dioſcor. lib. 1. » cap. 12. caſiam duplo pondere medicamentis mix» tam, Cinnamomi vicem ſupplere ſi ipſum deſit.

Ἑσπέρας οἶνος. vinum pariter ſeu æqualiter tempera» tum ὁ ἴσως κεκραμένος; hac vtitur voce Hippoc. lib. » 2. de morbis: vide οἶνος. Vbi vinorum inſignes » quædam differentiæ explicantur.

Ἑσπυεσν. eſt herba in cuius ſummo cacumine capitula ſunt tenuia, plena ſeminis exigui, quæ guſtu melanthium ſapiunt, folia velut aniſi: aliqui vocant φασίολον, quoniam in ſummo caule folium eius in modum pampinorum phaſioli torquetur. Spiſſandi & cohibendi naturam habet, valetque in primis ad vitia pectoris.

» Dioſcor. lib. 4. cap. 121. & Plin. lib. 27. cap. 11. » & Galen. 6. de ſimplic. facult. illius meminêre, » ſed nominis rationem nemo ex ipſis exponit.

Ἐσφύρου μέσον. membrum illud dicitur Hippocrati, quod forma eſt cylindro quam ſimillimum. voco autem cylindrum non quo pueri ludunt, ſed figuram eam qua columnarum ſcapi præditi ſunt. cuius pars nulla in neutram partem magis propendet. vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ἕτος. genere neutro. herba eſt cuius Theophraſtus duo genera deſcribit, vnum nigrum, flore & fructu nigro, alterum candidum, iiſdem ſcilicet candidis: quanquam & medio, inquit, colore fructus quandoque cernuntur, & flores in purpuram inclinantes, virgis & folio tenuioribus atque leniori bus. Itaque tria eius genera recte conſtitui poſſunt. an ſit idem cum τῷ ἑτέρῳ, non ſatis animaduerſum eſt.

Ἑτεόκλυμος, eſt nomen βηχικῶ φαρμάκου, cuius deſcriptio eſt apud Aetium lib. 8.

Ἑτέρωτον. vide ἐσθίον.

Ἑτήριον. collyrij nomen, quaſi dicas auro compar, ad multas oculorum affectiones. deſcribitur à Galeno lib. 4. τῶ κατὰ τόπους.

Ἐμπειρία. eſt ἡ τῶν πεπειραμένων πολλάκις κατὰ ταυτὰ δίαγνωσις, hoc eſt, eorum quæ ſæpius iiſdem de rebus experta ſunt, enarratio, vt ait Galenus in libello de optima ſecta. Eſt autem vocabulum Empiricæ ſectæ proprium, de quo vide in dictione ἐμπειρία.

Nam quod aliquis obſeruauerat remedium, « αὐτοψία dicebatur; Ei autem qui ab altero obſer- « uatum didicerat ἱστορία. «

Ἔναιμον. medicamentum ſanguinem ſiſtens, paulo diuerſum eſt ἀπὸ τῶ ἐναίμου. hoc enim non ſanguinem modo ſupprimit, ſed & inflammationem arcet: illud vero rationem tantum habet ſiſtendi ſanguinis. Huius cum aliquot formulæ deſcriptæ ſint apud Galenum lib. 5. τῶ κατὰ γένη, omnes conſtare reperias vrentibus cruſtamque inducentibus medicamentis.

Ἐνείμων. herbæ nomen eſt milio ſimilis, per terram ſerpentis, folijs aſperis & lanuginoſis. ſupprimit ſanguinem vndecunque ruentem, vnde & nomen habet. aliquid milium agreſte putant nominari.

Ἐναλίαι. ἔσχαι, hoc eſt tenues, apud Hippocr. Similiter ἐναλίαν, tenue.

Ἐνάς. carica, proprie dicitur ficus arida. quamuis aliquando ἐνάδας tum recentes, tum veteres dici inuenias.

Apud antiquos ἐνὰς etiam de oleis ſiue oliuis « dicebatur. «

Ἐνάρ. etiam alio nomine dicitur à quibuſdam ἄκανος herba, propterea quod radicis ſuæ extremum in ficus effigiem turbinatum habeat. dicitur & alio nomine ἀχιονόφανος.

Ἐνειν. συλλαμβάνειν. apud Hippocratem. hoc eſt, comprehendere.

Ἐνεὰ. eſt arthritis coxendicis. nomen habet à parte læſa. Os enim quod femoris caput excipit, ἰσχίον, id eſt coxa, appellatur. Species eſt arthritidis coxæ articulum occupantis. Antecedit & quaſi auſpicatur hoc malum aliquando quidem vicinorũ muſculorum dolor & maxime lumborum: aliquando vero ab ipſa iunctura initium fit affectionis. Iam vero quandoque etiam contingit vt vertebræ dolore fere ſublato, circa poplitem ſolum afflictio hæreat, alijs autem iuxta talum. quibuſdam vero totũ crus æqualiter dolore affligitur: multis item circa inguina dolor figitur, & tum quidem veſica ipſa moleſtiam tranſſumens, vrinæ difficultatem inducit, & nunc maxime totum crus à coxendicibus vſque ad calcaneum dolorem perfert, & non ſolum ſi ipſum crus moueatur conuulſiones infert, verum etiam ſi aliqua alia corporis pars agi-

tetur. Raro tumor ineſt conſpicuus, rarius calor aut rubor, quod malum intimas articuli partes occupet. Generant hanc affectionem multæ cruditates, venus immodica, deambulationes concitatiores, hæmorrhoides ſuppreſſæ, vomendi conſuetudo intermiſſa, & purgationes menſtruæ aut aliæ familiares excretiones impeditæ, neglectæque ſolitæ exercitationes.

Ἰχαδικὸς. dicitur qui eiuſmodi arthritide laborat, pro quo etiam reperitur ἰχακὸς apud Athen. lib. 14.

Ἰσχίον. aliquando ſignificat ligamentum ipſum quo femur coxendicis acetabulo colligatur, vt ſcribit Pollux: interdum vero ipſum articulum. Sed & ἰσχία dicuntur à quibuſdam partes carnoſæ ex vtroque ſacri oſſis latere, quæ & σκαφία à Græcis, à Latinis clunes, vt arbitror, appellantur.

Ἰσχίου ὀστοῦν. os coxendicis. Eſt apophyſis oſſis ſacri, ad coxendicis acetabulum vndique pertinens. Habet enim os ſacrum, vt ſcribit Galenus, tres ἀποφύσεις rectas, hanc quæ τὸ ἰσχίον, aliam quæ τὸ λαγόνων, tertiam quæ τὸ ἤβης dicitur: Ruffus tamen totum illud os ἰσχίον vocat, forte à primaria iſchij actione. Nec tamen dubium eſt os ſacrum diuerſis ſui partibus diuerſa etiam ſortitum eſſe nomina. Ea quidem parte qua femoris caput ei inſeritur, ἰσχίον vocatum eſt. Id quod Homerus etiam teſtatur Iliad. ε. hoc verſu:

Τῷ βάλεν Αἰνείας κρ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς
Ἰσχίῳ ἐνσφίγγεται. κοτύλη δέ τε μιν καλέουσιν.

Quo loco interpres ait, ἰσχίον τὸ ἄνω τῷ ὀσφυϊκῷ ὀστέον, εἰς ὃ ἵσκεται τὸ ἰσχίον ὀστοῦν. hoc eſt, iſchion appellant os quod infra lumbos eſt, cui incumbit os ſacrum. Suidas autem ſcribit, ἰσχίον, τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, εἰς ὃ ἰσκοτύλη γράφεται. hoc eſt, iſchion vocari cauam partem femoris, in qua caput ipſius voluitur. De homine tantum dicitur authore Ariſtotele lib. 4. c. 10. de hiſt. animal. vbi habet: ἰσχία δ' ἔχει τὰ πρανπόδων ὀδὰξ: παρὰ τὸ ἰσχειν καθημένους, quod ſedentes ſuſtineat. Iulius Pollux appellat ἰσχία carnoſas poſt lumbos vtrinque eminentias, his verbis: ἰσχία δ' ἐστὶ καὶ ἐπατίρωθεν μετὰ τὸ ὀσφὺν σαρκώδεις προβολαί. hoc eſt, iſchia quidem ſunt vtrinque poſt lumbos carnoſæ eminentiæ. Idem pro neruo interpretatur, ſcribens: κληῖται δὲ καὶ τὸ νεῦρον τὸ σωίζον πρὸ κοτύλῃ πρὸς τὸ μηρὸν, ἰσχίον. ὁμώνυμον δὲ ἐστι καὶ τὰ ἄρθρον. hoc eſt, iſchion autem appellatur etiam nerus qui detinet ad crus os ſacrum: cui conſimilem habet ſignificationem etiam articulus.

Ἰσχνὸς. gracilis. qui longo & tenui corpore eſt, & minime carnoſo. Talis autem eſt vel natura, vel præter naturam. Qui natura eiuſmodi eſt, calido omnino ſiccoque temperamento eſt, latas habet venas in quibus copia ſanguinis eſt: qui vero non eſt talis natura, is gracilitatem ex longa aliqua conſuetudine contraxit, vt multa tolerantia, curis, vigilijs, exercitationibus, vacuationibus & tenui victu. manent tamen in eo venæ anguſtæ, natiui habitus indices.

Huic opponitur ſæpiſſime apud Galen. ὑγρὸς: ἰσχνὸν apud Hippocr. Galenus interpretatur vt ſit idem quod τὸ μηδὲν ὄγκλον ἔχειν, nihil habere conſpicui, conſpicuum autem definitur calore, colore, tumore, ſed tumore magis: & comment. 4. de victu acutor. t. 31. ἰσχνὸν tumenti præter naturam opponi Galenus ait.

Ἰσχνὸς σφυγμὸς. gracilis pulſus. Sic dicitur qui fit ſecundum ſolam arteriæ longitudinem, cum nulla manifeſta latitudine & profunditate. Huic cõtrarius eſt pulſus ἀλῆθὸς cui latitudo & profunditas magnę ſunt. Cauſa pulſus gracilis eſt arteriæ ſiccitas & conſumptio carnis circumſtantis.

Ἰσχνοφωνία. hæſitantia linguæ dicitur, quod eſſe inquit in problem. Ariſtoteles pronuntiationis vitium ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ταχὺ σωφθαι τὴν ἐπέχειν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἐπέχειν. id eſt, quo ſyllaba ſyllabæ cito copulari non poteſt, illîc docẽs quomodo ἀπὸ τοῦ ταυλόττος καὶ τοῦ ψελλόττος blæſitate & balbutie differat, vbi etiam quærit cur pueri magis quam viri ſint ἰσχνόφωνοι reſpondens pueros τοῦ γλώττης ἧττον κρατεῖν τοῦ ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, pueros voce minus valere quam viros, ſicut & manibus pedibuſque. Locus eſt problem. ſect. 11. quæſt. 30. indicat igitur ἰσχνοφώνους & ἰσχνοφωνίαν dici παρὰ τὸ ἰσχνὸν εἶναι τὸ φωνεῖν ἐν τῷ διαλέγεσθαι ait Budæus qui & ἰσχνόφωνος fortean legi poſſe ait, vt enim ἴσχουσι & ἰσχυρία ab vrinæ ſuppreſſione dicũtur, ſic ἰσχνόφωνοι quibus vox ſupprimitur & ſiſtitur inter loquendum: Heſych. quoque ἰσχνόφωνος exponit non ſolum λεπτόφωνος, ſed etiam ἐμποδίζων τὴν φωνὴν, cui vocis curſus ob linguæ vitium ſiſtitur & inhibetur, alludens ad etymon, quod Ariſtoteles rurſum clarius explicat problem. ſect. 11. quæſt. 35. Ibi enim quærens διὰ τί οἱ ἰσχνόφωνοι ἃ δύνανται διαλέγεσθαι μικρὸν loqui nequeant voce ſubmiſſa, reſpondet ἢ ὅτι ἴσχονται τοῦ φωνεῖν ἐμποδίζοντός τινος. an quod offenſaculo quodam vox ſiſtitur retineturque. Quibus mox ſubiungit, μὴ ἐμποδίζοντος τι τὴν κίνησιν μηδενὸς, καὶ ἐμποδίζοντος, βιάσασθαι δεῖ, renulla motum inhibente, cumque impedit & inhibet, enitendum omnino eſt: vbi aperte indicat ſe ἰσχνοφώνους eos intelligere qui lingua hæſitant non qui ſunt voce exili, atque ita accipiendum etiam quod de Demoſthene Plutarchus refert & Cicero 1. de orato. In eo tantum ſtudium fuiſſe & laborem vt primum impedimẽta naturæ diligentia induſtriáque ſuperarit, quumque ita balbus eſſet vt eius ipſius artis cui ſtuderet, primam litteram non poſſet dicere, perfecit meditando vt nemo planius eo loquutus eſſe putaretur: hoc autem ἰσχνοφωνίας vitium in infantes, mulieres, ſenes & ebrioſos cadit ob nimiam ab humoris inundatione & frigidi ſtupiditate ad motum ignauiam. Quanquam autem de vocis huius ſignificato hæc ſic habent, ἰσχνοφωνία tamen etiam de vocis exilitate & gracilitate dicitur vt Heſych. notauit: Et Galen. comment. 2. in lib. 1. Epidem. ſcribit τοὺς ἰσχνοφώνους fieri ob vitium congeniti muſculorum qui laryngem mouent, eaque inter differre ἀπὸ τῆς λεπτοφώνου quod hi tales propter anguſtiam aſperæ arteriæ & laryngis euadant, vtroſque tamen huiuſmodi eſſe à prima conformatione ob imbecillitatem innati caloris; vt autem ἰσχνόφωνοι fiunt propter vitioſam ab initio conformationem muſculorum laryngem mouentium, ſic οἱ παυλοὶ à vitio & inimia aſperitate inſtrumentorum vocalium euadunt τραχύφωνοι.

Ἰσχόμενοι. contenta. Dicuntur ab Hippocrate ſect. 8. lib. 6. τὰ ὑπόδημα τῶν, humores in ſolidarum partium (quæ ab eodem ἴσχοντα vocantur) ſpatijs & cauitatibus concluſi: quitamen non hac tantum ratione contineri dicuntur, ſed quod etiam ab ipſis ſolidis partibus regantur & gubernentur. Quod enimij gignantur, quodque vſibus corporis inſeruiant, id habent à ſolidis partibus.

Ἰσχοντα. continentia. Verbum eſt Hippocratis ſect. 8. libri 6. τὰ ὑπόδημα. quo ſignificat in primis corpus ſolidum cordis, arteriarum, & aliarum partium ſimiliter cauarum & aliquid ſuo in ſinu concluden-

tium. Sic autem solidas partes vocauit, quod sint totius naturæ & eorum quæ ἰσχάδνα καὶ ἐνερμοῦντα appellat, bases, radices & fundamenta. Nam in ipsis singulis substantia inest triplex, vere solida, & ipsam ambiens, muniens, fouensque carnosa, & per vtramque sparsa spirituosa, in quarum trium substantiarum, & maxime in solidæ quantitate idonea, & iusta qualitate seu temperamento, vitæ primum robur & firmitas residet. Hæc ob id omnium maxime continet ac regit reliquas duas, & huius præcipue beneficio corpora solida dicuntur ἰσχνὰ ab Hippocrate, à quibus singularum partium actiones proficiscuntur. Nam ventriculi solidum corpus trahit, retinet, coquit, expellit, calore suo & spiritu adiutum. Eadem hepatis solidum corpus præstat, suis duabus alijs substantijs similiter adiutum. Pari ratione & reliquæ partes. Ex quibus fit vt Hippocrates optimo iure corpora solida continentia vocauerit, non aliter quam fæcem vini, vinosam & spirituosam eius substantiam fouere & continere videmus. Neque enim continere tantum significat loco aliquo & spatio concludere, sed etiam regere, moderari & gubernare, quo modo & præceptor discipulos, & imperator milites continere dicitur.

Ἰσχουρία. est vrinæ in vesica suppressio. Morbus est vesicæ proprius, cuius causæ geminæ statuuntur, vna quidem imbecillitas vesicæ, non potentis vrinam per contractionem foras excernere, nata vel ex intemperie, vel morbo organico, vel solutione continui, vel neglecta meiendi occasione, vt vrgentibus negotijs, aut in concionibus aut senatu, aut foro aut conuiuio, indeque velut euersa expultrice ob copiam vrinæ immodicam, aut meatu ita conueniente, vt nihil per eum exire possit. Repleta enim tensaque vesica, quantum ipsa distenditur, tanto meatus eius arctior angustiorque euadit. altera vero, angustia & conniuentia meatus vrinarij collique vesicæ vel obstructi à grumo, pure crasso, lapide, topho, tuberculo meatui innato, vel clausi ob tumorem præter naturã, vt phlegmonem, scirrhum, aut alium aliquem mole sua meatum opprimentem, vel multam siccitatem à febribus ardentissimis sicciss imisque contractam. Hæc quamquam proprie ἰσχουρία dicatur, vulgus *tamen medicorum non secus* ἰσχουρίαν *illud quoque* symptoma appellat, *cum* vrina in vesicam omnino non venit renum vitio. Nota tamen est amborum affectuum differentia. Siquidem vera ἰσχουρία vesicæ morbus est vrina plenæ: hic autem affectus est renum aut vreterum, vacuaque est omni vrina vesica, & nihil omnino in se continet.

Ἰσχυρὰ ποτὰ, καὶ βρωτὰ. fortes cibi & potus dicuntur » Hippocrati non qui multum nutriunt, sed qui » acrẽ vim habent, vt cepe, allia, & vinum vetustis- » simum, atque id genus alia naturalem temperiem » augentia vt docuit Galen. part. 24. comment. 5. » lib. 6. Epid.

Ἰτάλικον. est nomen emplastri, quod sic fit authore Paulo: erinei, id est syluestris ficus, tenerum corticem proijcito „ ceræ rufæ quantum satis est in oleo liquefacito: sic enim ἔμπλαστον medicamentum efficitur. Vim habet purgandorum sordidorum vlcerum & inducendi carnem, atque in eum vsum Paulus ipsum adhibet lib. 4. c. 40.

Ἰτέα. salix. est arbor contorto & breui caudice assurgens, ramis longis è trunco extremo velut à capite prodeuntibus, lentis, flexibilibus, foliis longis, subtus incanis, superne virentibus, flore seu nucamento squamatim compactili, lanuginoso, propendente, fructu qui facile ante maturitatem euanescat. Aquosis lætatur, etsi vitam agat ancipitem. lentissima est & frigidissima. Eius folia, semen, cortex & succus adstringunt & exiccant citra rosionem: sed cortex paulo siccior est, cuius penusti cinis vehementer desiccat, vt clauos & myrmecias cum aceto exterat.

Facere quoque aduersus intemperantiam libidinis folia salicis contrita & pota docuit Plin. lib. 24. cap. 9. quod tamen ipsius semini tribuit lib. 16. cap. 26. sterilitatem inducere asseuerans: inde fieri potuit vt salicem ὠλεσίκαρπον, hoc est, frugiperdam appellauerit Homerus, non tantum quod ocyssime suum semen amittat antequam omnino maturitatem sentiat vt voluit Theophr. & Plin. lib. 16. cap. 26. & lib. 24. cap. 9. sed & quod viri semen ita infœcundum reddat, vt à fœmina non concipiatur, nam & metaphoricῶς semen humanum καρπὸς dici potest, haud secus ac mulierem grauidam ἔγκαρπον, & venerem fœcundam, ἔυκαρπον dixere. Porro & à salicibus fit medicamentum διὰ ἰτιῶν nuncupatum, quod commendat Trallian. lib. 7. c. 1. in sanguinem spuentibus.

Ἰτήϊον. dulciaria liba apud Galen. interpretatus est Cornar. alij πεμμάτια & πλακόεντα, hoc est, placentulas & bellaria, quidam etiam διὰ σησάμης καὶ μέλιτος ῥυπάσματα addunt, id est, placentulas ex sesamo & melle paratas, quamquam non ex his solum parari solita fuisse τὰ ἰτήϊα, vel ex eo constat, quod Dioscorid. lib. 4. papauer erraticum in mellita & dulciaria, ἰτήϊα videlicet, addi scribat. Hoc genus edullij hodie etiam passim in Sicilia & in Calabria conficitur & Copettæ nuncupantur vt Græcis κοπτὰ: ἰτήϊον festus sumitale libum appellauit. Omnia denique liborum genera ex melle siue saccharo præparata in quæ & nuces pineæ & amygdalæ adduntur, itemque semina aliqua siue cucumeris, siue cucurbitæ, siue papaueris, aut sesami, ἰτήϊον appellatione venire existimat Cornarius, qui & hæc liba siue dulciarios panes, corrupta ex massa panis voce marzepanes appellari addit, maxime cum prædictæ res cum saccharo & non cum melle in formam panis coactæ torrentur, à qua præparatione cum friabiles fiant ipsi panes, ἰτήϊα etiã *Græcis appellata esse eadem quæ* ἰτήϊα *Galen. in* exeg. tradit, nimirum παρὰ τὸ ἰτέϊκειν, id est, ab eo quod friabilia & ἔυθραυστα „ vt ipse ait „ reddantur: At vero Galen. duplicem ἰτήϊον speciem 1. de aliment. facult. cap. 4. facit, atque alteram ῥυπάματα vocari & præstantiorem esse, vt pote cum melle præparatam dicit; Alteram vero λάχανα appellatam, deteriorem esse, crassique succi, ac tarde commeantis, nimirum ex similagine constantem, cui tamen etiam mel aliquando adijceretur.

Ἰχθύες πετραῖοι. pisces saxatiles appellantur, quod in Petris stabulentur, vt merulæ, turdi, melanuria, quos & Galen. 3. de aliment. facult. recenset & perspicue ita definit, Scaros cottyphos, cichlas, iulidas, percas, phycidas; alimonia ex ipsis non modo concoctu facilis est, sed humanis quoque corporibus saluberrima, sanguinem enim constitutione substantiæ mediocrem generant; Ob id Athen. lib. 8. Dymnosop. ex Diphili medici commentarijs inquit, τῶν θαλασσίων ἰχθύων οἱ μὲν πετραῖοι εἰσὶν εὐσθαρτοι, ἔυχυλοι, σμηκτικοὶ, κῶφοι, ὀλιγόστραιοι; οἱ δὲ πελαγιοὶ εἰσὶ δύσθαρτοι: ex marinis piscibus saxatiles facile corrumpi, bonum succum gignere, detergere,

» detergere, leues esse ventriculo & parum nutri-
» re: Pelagios autem corrumpi difficilius,& Pau-
» lo post ait τὸ ἧ χαλκάνθου πτερὰ πῖνι τι σῶμα ἀ-
» μὸν, ξηρὸν τε διδοῦσι τροφὴν, ἰσχνὸν δ' ὄντ' ἂν τρέφι-
» μα, καὶ πέπλεται παχέως, καὶ ἐγκατάλειπτι ὀφιόδματα
» τε πολλά: qui pisces vocantur saxatiles nostris
» corporibus alimentum siccum præbent, mo-
» lem corporis augent, largius nutriunt, ocyus
» coquuntur nec excrementa multa relinquunt:
» hos idcirco Galen. in esculento piscium iure
» albo elixatos, marasmo aut syncope ex spiri-
» tuum inopia languentibus & lassitudine vlce-
» rosa defessis, salutares esse statuit, nec illorum
» esum febre vel pleuritide laborantibus in mor-
» bi statu denegauit.

Ἰχθύν. squamæ marinæ pellis arida. Potest etiam ferreum vnguem significare, quo in extractione sectioneque fœtus vtimur, propter squamarum piscis similitudinem.

Ἰχθύνματα. dicuntur apud Hippocrat. λεπίσματα φλοιῶν, hoc est corticum fragmenta, lib. περὶ ἑλκῶν, quæ etiam ab alijs πλεκτάνια, hoc est præsegmina, vocantur.

Ἰχθυόσπερμ. nomen est primæ cyclamini, authore Dioscor. vt autem scribit Plinius, tertiæ: quam sibi monstratam asserit vno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necabantur. sic enim è piscium venatu dicta est.

Ἰχθυοκόλλα. est glutinum piscis qui eodem nomine ἰχθυοκόλλα appellatur, quod alij ex eius corio, alij ex ventre putant fieri. Dioscorides scribit esse vētrem piscis cetacei: qualis puto est quem vulgus moruam appellat, è cuius glutinoso ventre & corio glutinum fieri inter omnes conuenit. vnde verisimile est piscem illum ἰχθυοκόλλαν fuisse olim dictum.

Ἴχνος. dicitur cutis quæ pedi subiecta est, authore Galeno comm. 2. in lib. Hippocr. de fracturis.

Ἰχὼς. frequenter in oris medicorum ἰχῶρες versa-
» ri nemo ignorat, atqui sint pauci omnino in-
» telligunt: Homerus 5. Iliad. ichorem esse Deo-
» rum sanguinem voluisse visus est, qui cum nec
» pane nec vino nigro vescantur vt homines, id-
» circo sanguinem humanum non gignunt, sed
» ichorem: Hippocrat. 2. Epidem. circa princi-
» pium: 4. de ratione vict. t. 1. 6. Epidem. com-
» ment. 2. t. 38. ichores (vt sentit Galen. in ijs
» commentarijs) appellauit aquosas atque te-
» nues humiditates à corpore emanantes, quæ
» prout à varijs humoribus secernuntur, sic va-
» rias qualitates & appellationes habent, dum
» alij bilioſi ichores, alij pituitosi, alij melancho-
» lici vocantur. Sic Hippocratis sententiam æ-
» mulatus Plato in Timæo, dixit, ichorem san-
» guinis esse blandum serum, & ex Diocle Paul.
» lib. 1. cap. 100. sub æquinoctium vernum γλυ-
» κεῖς ἰχῶρας τῶν αἱμάτων, hoc est, dulces sanguinis
» ichores, & circa Virgiliarum exortum πικρὸς
» ἰχῶρας augeri scribit: Galen. 6. de sanit. tuenda
» ψυχρῶν καὶ φλεγματωδέων ἰχώρων meminit, & Hip-
» pocr. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. δεικνύας
» καὶ χολώδεας ἰχῶρας, id est, acres & bilioſos icho-
» res dixit, de quibus Galen. ait ὅτι δ' ἰχῶρας ἐνο-
» μάζει παὶ λεπτὰς ὑγρότητας, ὕδατος: humoris autem
» melancholici serum ὄρχιον, id est ferum esse,
» scribit Plato in Timæo: Atque ex illis omnino
» constat ichores nihil esse aliud quam tenuiorem
» atque aquosiorem partem vniuscuiusque hu-
moris; sicut enim in lacte adest serum, quod ni- «
hil aliud habetur quam pars ea lactis humidior «
quæ in Caseum vel butyrum verti non potuit; «
pariter etiam in sanguine, atque alijs humori- «
bus tam sanguini mixtis, quam seperatis reperi- «
tur pars quædam aquosior quæ in humoris sub- «
stantiam verti non potuit, exacte sero propor- «
tione respondens, & ichor vocatur, qui eiüs- «
dem facultatis est semper, cum eo cuius est pro- «
prius humor, vt Galen. 4. acutor. t. 6. Epidem. «
comment. 2. & 2. de element. nec non Paul. li. «
1. cap. 100. ex Dioclis sententia clarissime cen- «
suerunt, neque solum eiusdem facultatis sunt «
ichores, verum etiam prout vnà cum sanguine «
alius vel alius humor abundat magis, sic etiam «
illius ichor copiosior extat: Aristoteles autem «
lib. 3. de histor. animal. cap. 19. & 2. de partib. «
animal. cap. 4. vnum solum ichorum genus vi- «
detur agnouisse, atque ipsum aliud esse voluisse «
quam sanguinem imperfectū, vel in serum cor- «
uersum, esse inquiens partē sanguinis aqueam, «
vel nondum coctam, vel corruptam, vnde 4. «
metheor. c. 7. ichorosum sanguinem non coa- «
gulari dixit, quod eiusmodi sanguis sit pituita & «
aqua, cum neque coctus neque à natura supe- «
ratus fuerit, & c. 10. ichorem veluti serum, vi- «
num lixiuium, & alia eiusmodi aqueæ naturæ es- «
se statuit: atque à medicis nulla alia in re circa «
ichores dissentire videtur, quā quod in humo- «
ribus, alijs ab ipso sanguine, similes ichores ha- «
beri, non monstrauerit conspicue atque diluci- «
de; & quanquam medici ichores in sanguine «
verti negant, idem quoque censuisse Aristote- «
lem existimare possumus in illis qui per sāguinis «
corruptionem fiunt: Celsus vero li. 5. 27. icho- «
rem appellauit speciem saniei tenuem, subalbi- «
dam, ex malo vlcere emanantem, maximeque «
vbi neruo læso inflammatio sequuta est: & Gal. «
3. de sanitate tuenda, Quin & (ait) in vlceribus, «
excrementum tenue ichor appellatur, quod ve- «
ro crassum ἰὼπες, id est sordes. Sed & dicitur «
ἰχὼρ in inanimatis, ceu in lignis ardentibus exu- «
dans humor, vt apud Dioscor. lib. 1. de corno. «
ὁ δὲ (inquit) ἐκ ξύλων φύλλων (alij ξύλων legunt «
& melius) χαμαιζήλων ἰχὼρ ἁμιλᾷ πρὸς λειχῆνας κα- «
τηχρειόμενος, hoc est, sanies quam virentia folia «
torrendo resudarunt, impetigini conuenienter «
illinitur; quo loco non inepte verti potest sa- «
nies, etiamsi Plinius eum explicans sudorem «
verterit lib. 23. cap. 8. Dioscoridem quasi imi- «
tatus Aetius, Cochlearum mucum & ipse icho- «
rem nuncupauit; Pollux lib. 4. onomast. cap. «
25. vbi de morbis corporis totius loquitur, icho- «
rem videtur appellasse morbum quemdam ca- «
pitis vlcerosum, sed ibi inesse mendum non- «
nulli iure suspicantur, & pro ἰχὼς; legendum «
ἀχὼρ, Denique Phauorinus ichorem esse dixit «
αἷμα πεπτὸν, sed errans turpiter, non est enim «
ichor sanguis coagulatus, sed illa pars potius «
humiditatis tenuis, quæ à sanguine coagulato «
seperatur: Cæterum ex prædictis illis haud du- «
bium est quid ἰχὼρ apud Græcos significet; sed «
quomodo Latine dici debeat paulo magis in- «
certū est, alij enim seroſos humores alij tenues, «
alij vero saniem interpretātur, Plinium vbique «
imitantes; Quidam vt Celsus ipsum sangui- «
nem: Ego vero sic dijudicandū censeo, vt quā- «
diu intra corpus quidem ἰχὼρ, tum aquosa vel

» serosa humiditas, siue sanguinis siue alterius » humoris Latine reddi possit, nam & ipse Galen. eosdem ichores nunc pituitosos, nunc biliosos χύμους, id est humores appellat; vbi vero » extra corpus viuum vel mortuum eruperit, » sanies appellari debeat; sic Plin. lib. 15. cap. 3. » amurcam oliuæ saniem esse dixit, & lib. 28. cap. » 11. inassati iecinoris saniem vocauit, eum humorem significans, qui à iecinore, pulmone, » vel parte alia dum assatur, emanat, id quod » aliàs cruorem appellauit vt & Cels. lib. 6. cap. » 6. ita & apud Galen. vt supra diximus tenue » in vlceribus excrementum non absurde sanies » exponitur, & in capitis vitijs quæ ἀχῶρες vocantur, ἰχῶρες non absurde sanies verti possunt.

Ἰχωροειδὲς αἷμα. dicitur Aristoteli qui totus fere » tenuis atque incoctus existit, ita vt nulla eius » pars coaguletur 4. metheor. cap. 7. Sed & saniosus sanguis ita vocatur, qua voce Galen. comment. 2. sect. 2. lib. 6. Epidem. non simpliciter tenuem & aquosum sanguinem interpretatur, sed eum qui venenosa aliqua & maligna facultate præditus sit, vel qui in seipso prauam atque tenuem humiditatem continet, non aqueam & morsu carentem, sed mordacem & erodentem.

Ἰώδης ἔμετος. æruginosus vomitus qui talis est, inquit Galen.) qualis quæ vera ærugo nominatur, floridissimus, sicuti si quis optimam æruginem aqua perfunderet, adeo vt ex eorum vnione talis substantia resultaret quæ defruti crassitiem repræsentaret comment. in aphor. 1. lib. 5.

Ἰωνία. dicitur à quibusdam ἡ χαμαιπίτυς, id est aiuga.

Vt est apud Dioscor. lib. 3. cap. 175.

Ἰώδης ἔμπλαστρος. æruginosum emplastrum authoris Mantiæ ad ægre sanabilia vlcera. describitur Galen. 4. κατὰ γένη cap. vltimo.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. K.

Κάγκαμον. est lacryma Arabicæ arboris, myrrhæ quodammodo similis & virosi gustus, qua ad suffitus antiqui vtebantur. Actuarius sæpe laceam vocat, cum tamen lacca Dioscoridi gummi sit, & odore careat.

Κάγκανον. vel est cacalia, vel illi tam similis est, vt sub eodem capite vtramque Galen. comprehenderit in lib. de simpl. med. facult. vide καγκαλία.

» Vide & Aet. lib. 1. Oribas. collect. medic. li.
» 15. pro quo apud Paul. scriptũ κάκαυον, sed recla-
» mante serie Alphabetica; eum enim scripsisse
» κάγκανον per γκ, Oribasium autem cum Galen.
» κάνκανον per νκ ordo Alphabeticus docet, apud
» Aetium vero extra seriem positum in fine τῶ κ̃.

Κάλχυ ῆ

Κάλχυς. proprie quidem & peculiariter dicitur semen seu fructus rosmarini, cui vis inest repurgãdi, discutiendi & calefaciendi. Dicuntur tamen & κάλχυες quędam peculiaria parturientis arboris initia, quæ nec fructum nec florem proprie dixeris. Plinius vocat pilulas in medicina vrendi vim habentes: suntque sublonga panicularum modo nucamenta quæ squamatim cõpacta propendent è ramis, veluti quidam foliorum conceptus, quibus arbores intumescunt grauidæ, germina parere gestientes. Ea videntur quædam pineæ nucis rudimenta, sed habitu multo longiore turbinantur. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flauescentes squamulas, & prodeunte folio caduca pereunt. Talia in larice, picea, platano, iuglande, tilia, abiete & alijs permultis videre licet. τὰς κάλχυες plurali numero Galenus interpretatur πτερυσσώδεις κριθάς, id est tosta hordea. Oribasius lib. collectorum 4. dicit κάχρηδα (sic enim apud eum legitur sine γ) vocari sorbitionem ex hordeo tosto confectam, eamque ita fieri vt in semichœnice heminæ sex aquæ insint, sed infirmissimam quidẽ esse scribit: si vero bis coquatur vt crepet, fieri præstantiorem. Cæterum in melioribus exemplaribus Græcis κάγχυ scriptum semper obseruaui διὰ τοῦ γ, licet plærique sine eo κάχυ scribant.

Καδμία. cadmia. Duplex est, natiua & factitia. Natiua fossilis est & gemina reperitur, vna pura & expers metalli, ex qua cũ ære mista orichalcum efficitur (æri enim aureum colorem inducit) altera vero metallica, hoc est metalli fertilis, quã Plinius dicit lapidem esse ærosum, atque ex ea fieri æs, quamquã ex ea non æs solum, sed etiam argẽtum fiat, & interdũ æs pariter & argentum. Reperitur sæpe in ærarijs metallis, sed sæpius in argentarijs, atque etiam proprias habet venas. Cadmiam hanc Galenus se in montibus & riuis Cypri iuxta metallum inuenisse scribit. Color ei niger, aut fuscus, aut cinereus: species similiter formaque diuersa. Nam alia vuæ similis est, alia testæ, alia ex crustis videtur constare. Factitia vero cadmia in fornacibus perficitur, in quibus excoquuntur metalla. Ea enim materiæ metallicæ pars est, quã interea dum vena excoquitur flammarum & flatuum vis egerit. Quãquam autem excoctis venis auri, argenti & plumbi nigri prodeat, tamen optima in ærarijs fornacibus fit, & quidẽ ex pyrite & cadmia fossili, quam metallicam supra vocauimus. Nã ex reliquis æris venis pauca & nõ bona oritur, adeo vt ex pyrite, in quo inest plumbũ nigrũ & argentũ, melior fiat. Sunt autem huius cadmiæ quatuor species, sed plura nomina. Etenim cũ crassa materię pars egeritur, ea post diphryges parietibus fornacũ insidẽs, in corpus cõcrescit. Quæ pars egesta, si multa fuerit, crusta fit crassior: sin pauca, tenuior. Quot autem vicibus excoctio fit in fornacibus, tot oriuntur crustæ. Quæ cum crassæ concreuerint, fornaces citius erũt purgandæ: cum tenues, tardius. Atq; hæc cadmia à Græcis, quibus hæ cõcretiones crustarũ similes visæ sunt, vocata fuit πλακῖτις, quibus zonarum, ζωνῖτις: quibus venarũ onychis, ob diuersos colores ὀνυχῖτις. Nam fracta intus videtur habere cinereas & candidas venas, cum in superficie plerumque sit cœrulea. In ijsdem autem fornacum locis humilioribus ex crassa materia fit altera cadmiæ species, quæ

quia terrena & dura est. ὀστρακῖτις à testa nominatur. At tenuis materiæ pars egesta, propter leuitatem magis in sublime fertur, & altioribus fornacum locis insidet, ibique similiter in corpus concrescit, cuius superficies, quod vuarum speciem gerat, βοτρῦτις vocatur. Ea etiam densa est, sed leuior infima, grauior suprema, colore spodio similis. fracta intus cinerem habere & æruginosa esse solet. Postremo vero tenuissima materiæ pars egesta propter maximam leuitatem fertur etiam altius cum fumo, vnde κομῖτις nuncupatur. Ea est, vt ipse Plinius scribit, in ipso fornacum ore, qua flammæ eluctantur, exusta & similis fauillæ. Sic quidem se habent cadmiæ differentiæ. Cæterum omnis cadmia desiccandi vim habet, sed longe maximam quæ in fornacibus gignitur. Contra vero fossilis maiorem erodendi vim habet, vt vdas fossorum manus & pedes exedat. Est autem omni animalium generi venenum lethale, ea præsertim quã chymistæ sublimatam nominant: siquidem illi cadmiam perinde atque argentum viuum in sui generis vas imponunt, vt calore ignis in sublime feratur. Inde enim corpus nigrum, vel fuscum, vel cinereum euadit, quod ab illis cadmia sublimata nuncupatur. Fit ex cadmia emplastrum, quod διὰ καδμίας dicitur, descriptum à Scribonio Largo, optimum ad inducẽdam cicatricem.

» Act. & Paul. καδμία legunt, Dioscor. & Gal.
» καδμεία per dypthongum.

Καθαίρειν. significat apud Hippocrat. idem quod τὸ φαρμακεύειν, hoc est, medicamento purgante vacuare: cum tamen simpliciter significare possit detrahere aut repurgare, secundum quam significationem καθαρτικὰ φάρμακα dicta sunt.

» Sic & ab Hippocrat. 1. γυναικ. καθαίρειν tribu-
» tum pessarijs fuit, quæ expurgandi vterum vi
» pollent.

Καθαίρεσις. detractio. hoc nomen ab Hippocrate vsurpatum est lib. 6. Ἐπιδημ. quo loco Galenus scribit euacuationem esse corporis, quæ citra purgationem aut sanguinis missionem facta sit, ac dici quidem magis solere de solidis partibus, interdum vero etiam de humoribus. Itaque in eo manifeste differt ἡ καθαίρεσις ἀπὸ τῆ καθάρσεως, quod hæc proprie humorum sit à purgante medicamento, illa autem carnis præsertim & adipis, & ex consequenti succorum in corpore redundantium facta ab exercitatione, inedia, vigilijs & alijs eiusmodi quæ molem corporibus detrahere possunt.

Καθαιρετικὴ φάρμακα. sunt medicamenta quæ carnem supercrescentem tollunt, eamque ad modum statumque naturalem reducunt. Ea genere quidem & facultate σηπτικὰ, hoc est putrefacientia sunt, sed multo tamen ijs imbecilliora. Siquidem extimam modo superficiem quam contigerint, detrahunt: in altum vero subire & penitius ferri non possunt, mediam inter ea quæ valenter detergent & cicatricem inducunt sortita conditionem. Huius generis est Asiæ petræ flos, testacea omnia vsta, vterque herinaceus cum toto corpore exustus, diphryges, flos æris, & æs vstum non lotum.

Καθαπτόμενοι. οἱ σφοδρῶς αἰσθανόμενοι. hoc est, qui vehementer sentiunt, apud Hippocr. sicut Galenus explicat ἐν ταῖς γλώσσαις. siue περιαπτόμενοι, hoc est perturbati, vt idem annotauit comment. in Prorrhet.

Κάθαρμα. recrementum dicitur, quod in purgatione reijcitur & expurgatur, inde homines per summam contumeliam καθάρματα Græci solent appellare quos Q. Curtius lib. 10. purgamenta vocat, vt enim purgamenta & sordes foras eiciuntur ex ædibus, sic homines illos vrbe eiectos in exilium, purgamenta eleganter vocauit Curtius loco citato.

Καθαρμὸς. idem quod κάθαρσις: Sed & καθαρμοὶ expiationes aut expiamenta significare videntur Hippocrati lib. de morbo sacro.

Καθαρὸν ἐπιχώρημα. vide ἐπιχώρημα.

Καθαρότης ὀφθαλμῶν. oculorum puritas vide ὀφθαλμὸς.

Κάθαρσις. purgatio. Geminam habet apud Hippocratem & medicos significationem. vnam generalem, qua dicitur esse humorum qui sua qualitate molesti sunt, vacuatio, vt definit Galenus comment. in aphor. 3. lib. 1. Sic purgationis nomine omnis vacuatio humoris designatur non à medicamentis modo, sed à natura etiam facta, vt Galenus annotauit comment. 4. in lib 5. Epidem. Thucydides vero etiam vacuationes quæ à natura symptomatice fiunt, morbi ratione καθάρσεις atque αὐτοκαθάρσεις appellauit. Cum vero purgatio simpliciter dicitur esse vacuatio vitiosi humoris, nec locus per quem eiusmodi vacuatio fit, designatur, non ea tantũ quæ per aluum fit, sed etiam quæ per vomitum, per vrinas, per sudorem, per tussim efficitur, purgationis nomine intelligi potest. Quam credo rationem sequutus Hippocr. vacuationem eam quæ pleuriticis per sputa fit, κάθαρσιν & αὐτοκάθαρσιν appellare consueuit, vt docet Gal. comment. in aph. 8. lib. 5. & præter eum veteres quoque vacuationem eam, quæ tum menstruo circuitu mulieribus peragitur, tum quæ partui succedit, non solum ἔκκρισιν αἵματος & κύησιν, verum etiam κάθαρσιν nuncuparũt, vt annotauit Gal. lib. de atra bile, & comm. 3. in lib. 3. Epid. Quanquam menstruam illam purgationem plurali numero καθάρσεις frequentius videatur Hippocrates dicere, vt aphor. 60. & 61. lib. 5. Sic autem veteribus libuit appellare, propterea quod meliorem sanguinis partem fœtus attrahens & absumens, deteriorem relinquat, quæ cum postea vacuetur, quia vitio nõ caret, merito purgari dicitur. Purgationem enim, vt author est Galenus, vocat Hippocrates, humorum vitiosorum vacuationẽ. Altera vero purgationis significatio particularis est magisq; propria, quæ definiri potest; esse humoris vitiosi per medicamentum vacuatio. Hæc proprie ab Hippocrate dicta est φαρμακεία, vt scripsit Gal. comment. in hunc aphorismum: οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακευόμενοι ἐργώδεες. hoc est, qui bene corpore se habent, difficulter ferũt medicationes. fit enim ope purgantis medicamenti. Sic etiam visum est Aristoteli probl. 42. sect. 1. his verbis: τὰ φάρμακα ὅταν εἰς τὴν κοιλίαν εἰσέλθωσι καὶ διαχωθῶσι, φέρεται κατ' ἄκρας ἐπὶ τὰς ἔξω πρὸς τὰς φλέβας. ἐὰν πιέζωνται δὲ, ἀλλὰ κρατήσωσι τὰ, ἐκπίπτει φέροντα ἐμπόδια ὡσπερ. καὶ καλεῖται τοῦτο κάθαρσις. hoc est, medicamenta quando in ventrẽ ingressa sunt & diffusa, feruntur in venas per eosdem meatus, per quos etiam alimentum fertur. quæ si concoctionem non fuerint adepta, sed eam euicerint, tollunt ea quæ sibi sunt impedimento. atque id purgatio appellatur. Cuius quidem pugationis duplex potissimum differentia habetur, vna

per ſuperiora, altera per inferiora. Per hãc quamuis præcipue alui deiectio intelligatur, attamen & vrinæ & menſtruorum per medicamenta prouocatio deſignari poteſt, quod per eas partes non minus quam per aluum medicamenta humores attrahant & euacuent: per illum vero vomitus ſignificatur. De his multa apud Hippocr. tum lib. περὶ διαίτης ὀξέων, tum primis fere aphoriſmis lib. 4. Rurſum autem harum vacuationum vtrumque genus duplex eſt: nam vel ex vniuerſo corpore, vel ex certa quadam parte purgatio ipſa procedit. Omne certe medicamento purgante peragitur. Cuius cum ſit etiam triplex differentia (totidem namque ſunt noxiorum humorum ſpecies) triplices quoq; purgationes erunt, vna quæ bilem flauam, altera quæ bilem atram, tertia quæ pituitam euacuat. Quod qua ratione fiat, vide in dictione καθαρτικὸν φάρμακον.

καθαρτικὸν φάρμακον. purgans medicamentum. Duobus modis dicitur, vno omnium communi quæ quouis modo excrementa expurgant: altero, quo κατ' ἐξοχὴν ea ſignificat quæ aut per vomitũ, aut per alui deiectionem purgant. Illa indefinita & communi quadam facultate, & primis aliquãdo qualitatibus, vel per accidens etiam plærumque purgant: hæc vero per ſe, quia talia ſint, & facultate familiarium ſuccorum attractrice. Primi generis ſunt quæcunque vel calfaciendo, vel humectando, vel craſſa lentaque extenuando & obſtructa ſoluendo vrinam mẽſeſque mouent, aut ex pectore ſputa eliciunt, aut aliud aliunde vacuant: ſecundi vero, quæ trahendi facultate vacuationem moliuntur ſiue per aluum, ſiue per vomitum, ſiue per vrinas, ſiue per vterum, ſeu alia quauis ex parte. Quæ enim vrinas menſeſque mouent, aut ſputa, tum quæ naribus purgandi gratia infunduntur, aut ore colluuntur, aut dentibus manduntur, ſi trahendi humoris vitioſi facultatem poſſident, eaque vacuationem perficiant, eiuſdem ſunt generis cum ijs quæ per vomitum aut per alui deiectionem trahendo purgant. Purgantis namq; medicamenti eſſentia naturaque in familiarium ſuccorum attractione conſiſtit, quam à totius ſubſtantiæ ſimilitudine inſitaque familiaritate adeptum eſt. Medicamentum enim (vt ſcribit Hippocrates) cum in corpus fuerit ingreſſum, primum quod omnium maxime ſibi natura reſpondet atque ſimile eſt, deducit, deinde alia quoque trahit & purgat, in modum ſeminum & ſtirpium. Quæ vis cum purganti medicamento poteſtate inſit, non exeritur tamen, neque in actum erumpit, priuſquam à calore noſtro excitetur. Dum enim ventriculi calore medicamentum teritur & calefit, eius facultas prius quaſi ſopita excitatur, vireſque ſuas exerit, humorem eum attrahens qui ſibi familiaritate ſubſtantiæ coniunctus eſt. Quare cum tres ſint in hominum corporibus humorum differentiæ, ita medicamenta purgantia genere triplicia perhibentur, φλεγματαγωγὰ, χολαγωγὰ, μελαναγωγὰ, pro facultatibus quas habent trahendi pituitam aut bilem, tum flauam, tum atram: quamquam plæraque medicamenta habentur quæ non vnius modo, ſed duorum atque etiam plurium trahendorum facultatem poſſident.

Sed & in vlceribus καθαρτικὸν φάρμακον illud eſt, quod vna cum eo quod exſiccat quandam etiam abſtergendi vim habet qua vlcera pura efficit, huiuſmodi medicamenta ex ſquamma æris & ærugine componuntur. Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀγμ. t. 3.

καθεκτικὴ δύναμις. retentrix facultas. Eſt vis quędam naturæ per quam tamdiu retinet attractum alimentum, donec perfecte concoctum ſit. Subſeruit facultas iſta concoctioni, nihilque omnino coqui poteſt, niſi quod exacte retentum fuerit. Quod dixi exacte, & tempus & modum deſignat. Debet enim id quod coquitur, tanto tẽpore retineri, quanto concoctio peragitur: & præterea tam arcte à concoctionis organis comprehendi, vt nullum ſpatium vacuum relinquatur. Quamobrem ventriculus cibum optime concocturus eum debet omni ex parte ita complecti, vt nullo modo fluctuare poſſit, nullumque omnino ſpatium inter ipſum ciboſque intercedat. Atque id reuera ventriculus toto concoctionis tempore præſtat, vt qui non modo toto ſuo corpore cibis incumbit, verum etiam ora ſua ſic occludit, vt nihil omnino per ea elabi ſinat, niſi vel copia, vel flatibus, vel mala aliqua qualitate ea recludere compellatur. Nec ſolus quidem ventriculus ea retinẽdi facultate pollet, ſed omnes pariter corporis partes in quibus aliquid vel concoqui, vel aliter perfici debet, veluti venæ, iecur, habitus denique totius corporis, vbi tum chylum, tum ſanguinẽ concoqui oportet atque alterari, ad hæc vterus cui fœtus perficiendi munus, quod concoctio quædam eſt, natura delegauit. Cæterum ea functio, in omnibus retinendi facultate prædĭtis partibus, fibrarum obliquarum miniſterio perficitur, quarum proprium eſt retinere, ſicut rectarum attrahere, & tranſuerſarum expellere, quanquam iſtis quoque plurimum adiuuetur.

Καθεκτικὴ ἡλικία. confirmata ceu conſtans ætas dicitur quæ inter perfectam adultamque ætatem atque ſenectutem eſt media, ita vt præcipitet iam ætas illa florida, nec dum tamen vllum adſit ſenectutis ſignum manifeſtum, Galeno comment. in aphor. 13. lib. 1. In hac conſtituti ætate καθεκτικοὶ dicuntur; hanc autem ætatem appellant nonnulli conſiſtentem, ſed male fortean, quoniam ætas conſiſtẽdi eſt vigor ætatis qui ἀκμή. & ætas ἀκμάζουσα appellatur, Leonicenus in aphoriſmo citato ipſam appellauit conſtitutam ætatem, Fuſchius conſtantem, alij fortean melius ſubſiſtentem, quoniam καθεκτικοὶ iam diminui incipiunt, & à vigore ſubſiſtere; Conſtat autem tales eſſe qui poſt 35. annũ ſtatim ſequuntur, aliquam in viribus patientes remiſſionem, etſi paruam vt dixit Gal. 6. de ſanit. tuenda: hæc autem τῶν καθεκτικῶν ætas à 35. in 49. annum extenditur apud Galen. 3. ſect. aphor. comment. 30. Sed & ſubſiſtentem non conſiſtentem hanc ætatem appellari debere, docet hoc vocabulum καθεκτικὸς à καθίσημι quod ſubſiſto ſignificat apud Hippocr. & Galen. vt in prædicto aphor. ita & Gal. 2. ad Glaucon. cap. de œdemate, frictio, inquit, ſola tum oxyrrhodino, & nonnunquã cum ſale & oleo καθίστησι τὸ πάθος, id eſt, paſſionẽ ſubſiſtere fecit, & in prognoſt. 27. Si febris, ait, perſeuerans 20. diem tranſgreditur, & œdema μὴ καθιστάμενον, hoc eſt non ſubſiſtat, in ſuppurationem vertetur.

Καθηκότες. ij dicuntur qui iam in explicata ætate sunt » constituti, id est, medij inter senes & Iuuenes; » Isti sunt qui ἀμοιρέοντες, hoc est crudi senes vo- » cantur, non vt Fuschius existimauit, eos esse di- » cens in comment. 13. 1. sect. aph. qui ab anno 50. » ad 60. perdurant. Vide ἀμοιρέοντες.

Καθιστὸν. constans. quod suam naturam constanter seruat, & non immutatur. Dicitur ab Hippocrate de anni temporibus, vt καθιστὸς καιρὸς, anni tempus quod ordinate temperiem suam seruat. & καθιστὸς ἐνιαυτὸς, annus bene ordinatus & constans, in quo signa quæ syderum ortus & occasus consequi solent, recte procedunt: autumnus pluuiosus est, hyems mediocris, nec valde serena, nec supra modum frigida, pluuiæque vere & æstate tempestiuo descendunt: talis autem annus vt constans est, sic futurus est saluberrimus. Contra autem ἀκατάστατον dicitur, quod in aliquo à constantis natura euariat. Nec vero dubium est quin de morbis etiam καθιστὸς dici possit, quos εὐσταθεῖς Hippocrates appellauit.

Καθετὴρ. catheter. Est instrumentum chirurgicum cauum & altera parte recuruum, quo vrina retenta elicitur & vesicæ vitia probantur. dicitur ἀπὸ τοῦ καθιέναι, id est, ab immittendo siue infundendo, quod eo instrumento in vesicam inijci solent quæ inijcere expediat, sicut Galen. tradit libr. 5. meth. med. quo loco καθετῆρες εὐθυντῆρες dicit. Cæterum καθετὴρ ab Hippocrate non pro eo instrumento vsurpatur, sed pro linamento torto quod intra vlcera inditur, vt Galenus ἐν γλώσσαις annotauit.

» Cæterum qui sit vtendi & applicandi cathe- » teras modus, tum ad eluendam vesicam vlcera- » tam, tum ad prolectandam suppressam in ipsa vri- » nam, similitudine quædam ad syphonas instru- » menta fusoria, quibus aqua hauriri & emitti in » incendijs solet Paul. lib. 6. cap. 59. docet; legi- » tur tamen illic συμφώνων corrupte pro σιφώνων.

Καθετηριασμὸς. est administrationis chirurgicæ ratio qua inijcimus per catheterem in vesicam id quod ad eius curationem conuenit: vel eximimus id quod impedit ne vrina reddatur, siue concretus intus sanguis sit, siue calculus, siue aliud quippiam, recto siphone immisso, quem Græci καθετῆρα vocant.

Καθημερινὸς πυρετὸς. dicta est (inquit Galen. lib. 2. de differ. febr. cap. 7.) à quibusdam medicis recentioribus febris quotidiana, quæ nullam habet intermissionem, ad differentiam τοῦ ἀμφημερινοῦ quæ quotidiana est intermittens. Verumtamen apud nullum, vt idem ait, idoneum authorem verbum hoc καθημερινὸς reperitur, sed omnes quod singulis diebus eodem modo fit, ἀμφημερινὸν appellant. Itaque eiusmodi quotidianam non intermittentem Galenus ἀμφημερινὸν συνεχῆ appellat, non καθημερινὸν.

» Verum dicitur & hæc μεθημερινὸς Galen. com- » ment. 3. in 1. Epidem. t. 5. hæc habenti: febrium » (inquit) aut nocte quasdam intermittere aut in- » terdiu, ex quibus quæ ad integritatem non desi- » nunt, iuniores quidam medici μεθημερινὰς, vel » καθημερινὰς, id est, diurnas vocant; Illas quæ desi- » nunt ἀμφημερινὰς, id est, quotidianas, qua vo- » cum arguta obseruatione vacabant maiores.

Κάθημα. sessio. Vocabulum est medicum quod » etiam ἐγκάθισμα Dioscoridi dicitur lib. 3.

Καθολικὸν. legitur hæc vox apud Galen. 1. de antidotis initio; nam Græce legitur Euphrati Catholico, atque hac voce significari voluit Rota medicinæ materiæ venditorem, id est pharmacopolam: at ignotum sane mihi est, vnde hæc acceperit, significat enim vel rationalem vt in Glossis, vel naturalem vt apud Lacones Hesychio authore, vel propinquum siue agnatum vt in eisdem glossis: Qui Catholicum vertunt vniuersalem, ij demonstrant se Græce nihil scire, at vero crediderim Euphrati illi cognomen hoc Catholicum quacumque de causa inditum fuisse.

Καθολκεὺς. appellatur fascia oblonga, quæ capitis totum vinculum quod ἀφιστέπαφον dicitur, continet, & prohibet ne ipsum vinculum diducatur. Author Galen. lib. de fascijs.

Καθυγραίνεσθαι. dictum ab Hippocrat. de profusiore aluo quæ crudis excrementis fertur, non sicut ὑγραίνεσθαι aphor. 20. 2. quod simplicem alui libertatem ostendit, sed vt 4. aphor. 27. & in pror. rhet. πυρρίζεσθαι.

Καθυλομανίειν. frondibus folijsque luxuriare & superflue abundare, inde metaphoricè dictum de muliebri libidine apud Hippocr. In Epistola ad Dionysium, habet, inquit, innatam natura muliebris lasciuiam, quasi nisi in dies resecetur, velut arbores superuacuis frondibus & inutili fruticatione luxuriat.

Καίκιος οἶνος. vide οἶνος vbi ordine Alphabetico vinorum insigniores differentiæ explicantur.

Καίειον. apud Hippocratem lethale significat & de vulneribus dicitur quæ certissimam ac celerrimam mortem afferunt.

Καιρὸς. occasio & opportunitas rei cuiuslibet agendæ, quo modo apud Hippocr. καιρὸς ἑξὸς dictus est. Significat & apud eundem τὸ πρόσφορον, vt cum ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων scribit καιροῦ μᾶλλον, αὐτὶ τοῦ μᾶλλον τοῦ προσήκοντος. quod familiare esse Hippocrati, Galen. eo loco annotauit, atque ab eodem interdum etiam vsurpari ἀντὶ τοῦ ὠφελείας.

Καιρὸς. tempus. Dicitur proprie pars anni, quæ & ὥρα vocatur, de qua suo loco agemus. Dicitur & in morbis, spatium id temporis quo insignes in ijs mutationes fiunt. Habent enim & morbi sua tempora, à temporibus anni & ætatibus non valde dissentanea, insignioribus, vt & illa, mutationibus distincta, quæ quadruplices à medicis annotantur, à quibus totidem morborum tempora statuuntur, ἀρχὴ, principium: αὔξησις, augmentum siue incrementum, quod & ἐπίτασις & ἐπίδοσις vocatur: ἀκμὴ, vigor seu status: παρακμὴ, declinatio. Hæc quatuor tempora non modo in vniuerso morbo, sed in singulis etiam totius morbi accessionibus spectantur: illa vniuersalia, hæc particularia appellantur. Non est autem ea facile in singulis morbis definire, quia pro morborum, causarum, symptomatum, naturæ, virium & reliquarum circunstantiarum varietate varijs quoque spatijs signisque distinguntur. Summatim quidem & in genere circumscribi possunt, vt principium dicatur primus morbi motus: incremētum tempus id quo non modo ipse morbus, verum eius etiam symptomata grauiora fiunt: status autem in quo ea quodammodo consistunt, neq; augescentia, neque se remittentia: declinatio vero eũ primũ decrescere incipiunt, donec morbus ex toto desie-

rit Particulatim vero in ſingulis morbis cuiuſq; horum exordium finemque exprimere,& certos limites aſſignare non eſt facile, ſed aliquot forte exempla hic proponere ſufficiet,ex quibus ad reliquorum cognitionem veluti manu ducamur. Primum autem à febribus deſumatur, in quibus plærique omnes, propter earum frequentiam, magis exercitati videntur, & in ijs temporum iſtorum differentias ex Galeni præcepto diſtinguamus. Ille ergo cum ea ſignis maxime cruditatis & cõcoctionis diſtingui ſcribat, febris principium eſt quamdiu humor febrem pariens,crudus eſt: incrementum eſt, vbi ille concoqui cœperit:cum maxime concoquitur, & in eo natura valde laborat, ſtatus ſeu vigor eſt, tempus totius morbi vehementiſſimum : declinatio autem quando iam ſymptomata imminui, morbique cauſæ miteſcere incipiunt. Itaque concoctio humorum obſcura, principium: manifeſta, incrementum: perfecta, ſtatum:reditus ad naturalem habitum, declinationem diſtinguit, & proprijs veluti limitibus diſterminat. Huius autem concoctionis propria ſigna, ſiquidem in vaſis fiat, ex vrinis:ſi in ventriculo,ex deiectionibus:ſi in thorace aut pulmonibus,ex ſputis ſumenda. Sic quidem febris tempora diſtinguuntur. Ad eundem vero modum aliorum etiam morborum tempora ſiue illi in intemperie, ſiue in incommoderatione,ſiue in continui ſolutione conſiſtant,ſignis cuique propriis diſtingui debent. Phlegmones enim principium eſt quamdiu pars inflammata ſanguine repletur:incrementum,cum fluxio ceſſare,& ſanguis in carnem effuſus putreſcere, indeque calor accendi, humor fundi,& pars,etiam ſi nihil amplius influat, diſtendi cœperit: vigor, dum pus conficitur,& pulſatio,dolor,febris,cæteraque ſymptomata ſumma ſunt: declinatio vero cum pus effluit, aut digeſto ſanguine qui eo confluxerat, tenſio minuitur & tumor incipit ſubſidere. Sic ophthalmiæ principium eſt, cum defluit in oculum humor copioſus, tenuis, incoctus: incrementum, cum idem paucus, craſſior, & initium quoddam coctionis adeptus eſt:vigor, cum ille adhuc parcior eſt & craſſior,& iam palpebras per ſomnum conglutinat : declinatio, cum nihil fere eius humoris ſupereſt. Vlceris ſimiliter principium ſanies aquoſa,tenuis & incocta ex eo manans: incrementum eadem parcior craſſiorque : vigorem pus tenue : declinationem pus album,craſſum & paucum definit. Catarrhi à cerebro per palatum & nares principium eſt quamdiu humor multus, aquoſus, tenuis, acer diſtillat: eiuſmodi enim maxime crudus eſt : incrementum, cum & copia, & craſſities & acrimonia minor eſt: vigor, cum eadem magis cocta & meliora: declinatio vero quando perfecte cõcocta & optima videntur. Ex ijs patet cruditatis & concoctionis ſignis quæ ab humorum qualitate & copia petuntur, quatuor illa tempora ab inuicem diſtingui : non in omnibus quidem morbis, ſed ijs maxime qui à natura vincuntur. Hi namque ſoli quatuor iſta temporum ſpatia emetiuntur, cum exitiales interdum in principio, ſæpe in augmento, ſæpiſſime in ſummo vigore ægros è medio tollant, quod nunquam in declinatione (quæ morborum non lethalium propria eſt) contingit. Ea nec certo dierum numero definiri poſſunt, nec ſemper inter ſe ſunt æqualia, ſiue in morbis genere diuerſis (ſunt namque in breuibus & acutis in morbis breuiora quam in diuturnis) ſiue in ijs quæ ſunt eiuſdem generis, vt in duabus tertianis,ſiue in vno& ſimplici morbo conſideremus. Aliorum enim principium longum eſt,cætera breuia,cõtra aliorum declinatio longiſſima videtur, interdum incrementum, alias vero ſummus vigor aut ex ijs plura, cum reliqua multo minus diuturna fuerint. Vt autem totus morbus,ſic & ſingulę morborum acceſſiones quatuor iſta percurrunt tempora,quorum & cognitionis & longitudinis ratio eodem prorſus modo ineunda eſt, quem ante in vniuerſo morbo propoſuimus. Ea exemplo à tertiana febre ſumpto ſatis erit ob oculos ponere. Ergo principium acceſſionis tertianæ eſt cum quis primum inhorruit,riguit, refrixit, oſcitauit, pandiculatus eſt,cœpitque omnino corpore cõmoueri, & à naturali habitu recedere : tunc autem arteria contrahitur & ſanguis cum calore & ſpiritu ad interiora ſe recipit,pulſuſque ob id durior minorque fit. Poſtea incrementum eſt calore ſeſe exerente & per corporis habitum diffuſo,ex quo pulſus maior, velocior frequentiorque euadit. Inde ſuccedit ſummus vigor acceſſionis, tamdiu duraturus quamdiu calor eadem magnitudine & æqualis perſeuerabit, pulſuſque, quantum ſenſu iudicari poteſt,æque magnus,velox & frequens manebit. Vbi autem decreſcere calor videbitur pulſuſque in melius verti, declinatio eſt cui finem halitus fuliginoſi per cutem erumpentes,vel ſudores,vel aliæ excretiones imponunt. Hæc quidem acceſſionum tempora in febribus intermittentibus calore & pulſibus maxime definiuntur,verum in continuis quæ acceſſiones habent, etiamſi eadem tempora habeantur, & proportione quadam intermittentium febrium temporibus reſpondeant, eademque ratione diſtingui debeant,multo tamẽ ſunt obſcuriora,vt ſæpe principium cum incremento coeat & confundatur:vigor tamen ſemper adeſt & declinatio quæ perdurat vſque ad principium ſequentis acceſſionis.

Καχεγχολία. καχορρημοσύνη. maledicentia & procacitas,apud Hippocrat.

Καχαλία. eſt herba foliis grandibus & albis, è quibus medius caulis emicat, rectus, albus, florem ferens robori aut oleæ ſimilem. Naſcitur in montibus, alio nomine λευπκὴ dicitur. Galenus καλάμινον vocauit, aut tam ſimilem τῷ καλαμίῳ putauit,vt vtramque coniungeret,nec ſibi de vtraque ſeorſum dicendum eſſe videretur: Paulus non καλάμινον vocat, ſed τῷ καλαμίῳ ſimilem facit. Et ſubſtantiæ craſſæ, emplaſticæ & modice exiccantis.

Καχαὶ κοιλίαι ἢ καχέξιαι. dicuntur Hippocrati alui male affectæ, multoque peſſime in malignis morbis & febribus ad tertianarum naturam accedentibus 1. Epidem. cum alui excrementa deteriora ſunt & maligniora, à quibus venter male afficitur,quod πυπρότατοι κοιλίαι ſæpe dicit Hippocr.

Κάκιστος. apud Hippocr. τὸ κακόηθες.

Κακκὸς. Heſychio dicitur ὁ μικρὸς δάκτυλος.

Κακόηθες. malignum. Id dicitur quod à ſimplicium morborum conſuetudine alienum, non facile curationem admittit. Siquidem τῷ κακοήθει Galen.lib.1.c.3. de criſibus opponit τὸ ἁπλοῦν : quod & εὐήθες ab Hippocrate dici idem multis locis

prodidit. Itaque vt ſimplex morbus cauſam habet ſimplicem & facilem, & ſymptomata non valde à morborum eiuſdem generis more abhorrentia, & curationem non valde difficilem: ſic κακοήθης habet malignam cauſam & multo deteriora ſymptomata, quam pro morbi ſpecie, atque curationem ſimiliter difficiliorem. Sunt autem hæ duæ differentiæ in omnibus prope morborum generibus, exceptis ephemeris febribus, & aliis quibuſdam eiuſmodi affectibus, in quibus non poteſt eſſe κακοήθεια, quin tranſeat in aliam morbi ſpeciem, præſertim vero in ijs qui habent originem à puttilagine quadam & venenoſa qualitate. Verum hæc κακοήθεια in vlceribus maxime ſpectatur, quæ κακοήθη tunc appellantur, cum talia καχεξία partem exulceratam occupauit, vt bonum etiam alimẽtum quod in eam influit corrumpatur. Neque enim omnis humor putris & vitioſus inducit τὸν κακοήθειαν, ſed is potius quem ἡ καχεξία deprauauit atque corrupit.

» Galen. part. 14. comment. 1. prorrh. 1. κακοή-
» θεις, inquit, morbi dicuntur qui periculum mi-
» nantes, ſpem tamen ſalutis non adimunt, & com-
» ment. 5. in 1. Epid. t. 1. definitur morbus κακοήθης
» qui licet recte omnia adminiſtrentur, nihilo ta-
» men mitior fiat.

Κακοῆθες ἕλκος. vide ἕλκος.

Κακόχριτος νόσος. idem qui & δυσκρινὴς dicitur. vide
» ſuo loco.

κακὸν. malum idem ſæpe apud Hippocratem quod
» θανατῶδες & θανάσιμον, conſueuit ſiquidem Hip-
» pocr. inquit Galen. caſus illos nominare quos
» lethum ſæpe ſubſequitur, vt ratione tantum ma-
» ioris & minoris hæ voces κακὸν & θανάσιμον di-
» ſtingui videantur, maius tamen periculum indi-
» cari ex voce θανάσιμον quam ex voce κακὸν, com-
» ment. in aphor. 3. l. 5. Sed & ſæpe apud Hippoc.
» in morborum funeſtorum præſagijs κάκιστα lege-
» ris, id eſt quibus ad ægri mala vix peius aliquid
» poteſt accedere, vel etiam quæ ſunt eiuſmodi vt
» nulla bonorum oppoſitione vinci ſe patiantur:
» ſunt enim quædam κακὰ in ægris quæ à bonis
» vincuntur, ſed illa demum κάκιστα nominantur
» merito, in quibus τὰ μὲν ὑπάρχοντα κακὰ & ἀσυμ-
» βίβηκότα καλὰ, id eſt omnia quæ adſunt mala, &
» ab ijs abſunt bona: eorum contraria ſunt ἄριστα
» cum ſcilicet καλὰ ὑπάρχοντα καὶ ἀσυμβεβηκότα κακὰ,
» ſicut in optimo hypochondrio notauit Galen. 2.
» prognoſt.

Κακονίαι. vide infra κακονίαι. vbi plura.

Κακόῤῥυθμος σφυγμὸς. pulſus qui & ἄῤῥυθμος dicitur, de quo vide ſuo loco.

Κακοπαθείαι. vexatio moleſta apud Hippocr. lib. de
» octimeſtri partu, & κακοπαθοῦντα μέρεα, apud
» Gal. partes affectæ & ægræ dicuntur.

Κακοσιώπατα. ὀπίζλαβίσατε, hoc eſt, nocentiſſima, apud Hippocr.

Κακόσιτος. Galeno is dicitur qui male paſcitur, ceu
» qui ad cibos nauſeat, nec eſurit, nec cibos appe-
» tit, illi contrarius eſt φιλόσιτος.

Κακοσύμαχα. alimenta quæ vel ſtomachus reſpuit vel ſtomachum offendunt. Celſus à ſtomacho aliena dixit: cuiuſmodi ſcribit eſſe omnia tepida, omnia ſalſa, omnia iurulenta, omnia prædulcia, omnia pinguia, item omnia quæ inflare conſueuerunt, atque alia quæ inter coquendum ventriculo negotium faceſſunt, etiamſi ex his non niſi probus ſuccus dimanet. Ex quibus intelligi poteſt non quicquid boni ſucci eſt, protinus ſtomacho conuenire: neque quicquid ſtomacho conuenit, protinus boni ſucci eſſe. Oppoſita illis ſunt τὰ εὐσύμαχα.

κακόχροι. vide λιθάμοι, & κακοχροία malus color « apud Galenum. «

Κακόχυμα. dicuntur alimenta malli ſucci. Ea ſunt quæ ſanguinem vel pituitoſum, vel bilioſum, vel melancholicum, aut alio quouis modo vitioſum gignunt. Inter quæ Celſus lib. 2. recenſet omnia legumina, carnem omnem permacram, ſalſam: piſces quoque ſaxatiles, omneſque qui ex tenerrimo genere ſunt, aut eos qui rurſus nimium duri viroſique ſunt: item omnia ſalſa, acria, acida, acerba. De quibus etiam apud Galenum apertius in lib. de alimentorum facult. & lib. de euchym. & cacochym.

Dicuntur & κακόχυλα, his vero τὰ εὔχυμα op- « ponuntur. «

Κακοχυμία. eſt redundantia vitioſi humoris in toto corpore. Oportet autem vnum aliquem eſſe malum humorem qui redundat: quoniam ſi pariter omnes redundarent, iam non κακοχυμία, ſed πλη-θώρη eſſet. Hæc enim eſt copia omnium humorum æquabilis, illa vero, certi cuiuſdam humoris vel ſeroſi, vel bilioſi, vel melancholici, qui vna cum ſanguine miſtus efficit vt iam non amplius ſanguis, ſed ſanguis ſeroſus, vel bilioſus, vel melancholicus appelletur.

Quinetiam contentorum omnium intempe- « ries, tum ſimplex tum coniugata, craſſities & te- « nuitas, durities & mollities, lentor & acrimonia, « deinde putredo, & totius ſubſtantiæ corruptio « cacochymiæ ſpecies ſunt: contrahitur autem id « vitij genus ab alimentis corruptis, & quorum « vitioſa ſubſtantia eſt, cuiuſmodi ſunt frumenta, « legumina, oua, piſces, carnes, & quæcumque ve- « tuſtate aut negligentia corruptione quadam la- « befactantur: contrahitur & à cibis quidem pro- « bis, ſed qui facile corrumpantur aut putreſcant, « quales ſunt lac, horarij fructus & quicumque « alieni vitioſique ſunt ſucci, ex his quippe genitus « ſanguis tametſi concoctione crebram mutatio- « nem ſubijt, priſtinæ tamen conditionis, & eius « à quo naſcitur nonnihil etiamnum vbique reti- « net: à cibis intempeſtiue aut ordine præpoſtero « ſumptis, vt cum priore nondum concocto alter « ingeritur, aut cum duri concoctuque difficiles « leuioribus præmittuntur, quorum infirma eſt « ſubſtantia: corrumpuntur poſtremo ac putreſ- « cunt humores interiorum partium, vt iecoris, « ventriculi, omniumque viſcerum affectione ma- « la, hæc enim in alimenta concoctione imprimi- « tur, quæ etiamſi puriſſima ſint, contracta tamen « labe inquinantur. «

Κάκτος. cardui genus eſt, quod ſtatim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato atque ſpinoſo: cactos caules eos appellant. Peculiarem cacton fuiſſe Siciliæ Theophraſtus prodidit, ſed inde nunc non modo in vniuerſam Italiam, verum etiam in Galliam dimanauit propter magnam ſaporis ſuauitatem. ſcolymos alio nomine dicitur & cinara.

Vulgo dicuntur *artichaux*, quaſi ἀρτυτικοὶ « καυλοὶ, vt volunt nonnulli, qui & ἀρτυτικὰ ab « Alex. Trallian. vocari edules iſtos caules tra- « dunt. «

Καλαθιανὸ. munus autumni: violæ cæteræ, veris. Ea minuto est folio, violæ albæ non dissimili, in totum sine odore, calathi similitudine. ancholias Galli vocant.

Καλαμικὸν κάταγμα. est fracturæ ossis differẽtia, quę & εἰς ὄυγκα dicitur. vide in dictione κάταγμα.

Καλαμίνθη. calamintha. Herba est trium generum apud Dioscoridem. Vna montes plus amat, folijs ocimi candicantibus, surculis angulosis, flore purpureo, quam nunc officinæ calamenthum vocant. Altera pulegio similis, quam ob id aliqui syluestre pulegium vocant, quoniam odorem eius æmuletur, aliqui vero nepetam. Tertia menthastri similitudine, longioribus folijs, caule & ramis quam superiora maioribus, quæ nunc officinis nepeta dicitur, & vulgo herba catorum. Est autem calamintha calida & sicca, vtrumque tertio ordine. Tenui est essentia, acris & amara. Ex ea medicamentum ὀξύπυρον fit, quod διὰ καλαμίνθης dicitur, & à quibusdam πολυεπὴς, id est, annosum, appellatur. Id in vniuersum corpus vsque ad cutem ipsam digeritur ac distribuitur, proindeque ijs conuenit quibus crudorum humorum copia in solidis animalis partibus consistit. Huius compositionem & vires Galenus lib. 4. sanitatis tuendæ multis verbis persequitur, similiter & Aetius lib. 9. agens de cruditate.

» Porro Calamintha dicitur, quasi vel bona
» vel vtilis mentha, namque suo nidore serpentes
» fugat vt ex Aristophane liquet, nisi quis putet
» ab κάλυς, id est ligno, quasi lignosam appellari
» mentham.

Καλαμίσκος. apud Aristophanem in Acharn. accipi-
» tur pro specillo, vel simili medicorum instrumẽ-
» to quo pharmaca in vlcera instillant.

Κάλαμος. arundo. frutex est aquaticus, caule geniculato, tereti ac fistuloso, in leue fastigium cacuminato, circa quod densius excrescit tomentum, folijs ex articulis alterno laterum gradu emergentibus. Gallis canna dicitur. Plures eius differentiæ traduntur à Dioscor. alius namque κάλαμος ναστὸς, id est, solidus farctusque dicitur, quod toto internodio concretus sit & plenus, qui & alio nomine à Theophrasto πυκνὸς dicitur, quod ex eo sagittæ factitari soleant: alius θῆλυς, id est, fœmina, quo tibiarum ligulas veteres componebant: alius συριγγίας, quia fistulis esset vtilissimus: alius κύφιος siue δύναξ, crassus, concauus, apud amnes nascens: alius φραγμίτης, id est, vallatorius, gracilis & candicans.

Κάλαμος ἀρωματικὸς, calamus seu iuncus odoratus. arũdini simillimus est aspectu, nempe multis geniculatus nodis, fuluus. cætero tactu mollis, & cum frangitur scissilis, intus arenosus, casiæ gustu, fragrantissimo odore, adeo vt locum in quo nascitur ingredienti spiritus suauissimus statim aspiret. Is est qui ab Hippocrate dicitur μυρεψικὸς, id est, vnguentarius, à Plutarcho Arabicus, à Celso Alexandrinus. Omnes officinæ calamum appellant. Leuiculam quandam adstrictionem & minimam acrimoniam possidet. magna ex parte essentia eius terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatisque coniugatione temperata.

» Est vero duplex calamus aromaticus ratione
» solũmatalis; alter Syriacus ad ripas lacus Gene-
» sarethi quem alij mare Galileæ, alij mare Tibe-
» riadis vocant, nascens, à vulgari nihil dissimilis,
» præterquam quod post 40. diem siccatus nõnihil flagrat: alter indicus descriptus à Dioscor. olim, « nuper à Garcia Lusitano, diuersissimus à Syria- « co; ea calami genera plurimum inter se discre- « pantia Plin. lib. 12. c. 22. ignoranter miscuit & « confudit. «

Καλαμόχνοος. sic dicta est ἡ ἀδάρκη, quasi arundinum lanugo, quod in arundinibus concretæ lanuginis modo inueniatur. vide ἀδάρκη.

Sed nota scribendum potius χαλαμόχνους, vt « contractum ex χαλαμοώχνοος, nam sic cætera etiam « composita à χάος siue χῦς efferuntur. «

Καλλιέλεον. sic dictum fuisse à quibusdam τὸ κρίνον, hoc est, lilium, habetur apud Dioscoridem.

A pulchritudine sic dictum. «

Κάλλιπος. sic dictum fuisse à quibusdã τὸν ἀριστερίωνα, Dioscor. author est.

Καλλίας. à quibusdam dicitur ἡ αἰσθησὶς, vt habetur apud Dioscor.

Καλλιβλέφαρον. dicitur medicamentum quod ad ornatum & venustatem palpebrarum facit. Itaque cum pluribus modis deformari palpebræ possint, patet non vnum esse genus τῶν καλλιβλεφάρων. Nam vel nimium pili excrescunt vel decidunt, vel malo colore aut ordine proueniunt. Quæ tamen omnia cum ab vna fere prima causa excitentur, humore scilicet redundante: excrescunt enim nimio, decidunt vt plurimum ab acri, candidi sunt à pituitoso, rufi ab humore congenere: ideo τὰ καλλιβλέφαρα magna ex parte constant medicamentis mediocriter desiccantibus & absumentibus humorem pilos vitiantem. Eo enim summoto natura ad proprias redit actiones, & pilos satis venustos per se producit. In eiusmodi medicamentorum genere est armeniacum, terra ampelitis, fuligo thuris, stibium, plumbumque vsta, squama æris & reliqua huiusmodi facultate siccante & acrimonia prædita. Marcellus Dioscoridis interpres καλλιβλέφαρα inquit vnica appellatione & malorum remedia & formæ lenocinium in palpebris Græcos appellasse, ideoque Plinium quale erat malum in quo remedio opus esset, sic eam vocem varie vertisse, modo glutinandis, modo replicandis, modo honestandis, modo circumliniendis palpebris dicentem. Hermolaus vero & Ruellius circumlitiones dicunt, quibus palpebras ornat, coloremque mentiuntur.

Καλλιελαία. olea satiua. sicut syluestris ἀγριελαία dicitur.

Καλλιεργὲς. dictum est fœnumgræcum ab eo qui αἱμοπτυϊκῶν descripsit remedium ad calueſcentes præter naturam lib. 1. περὶ τόπων, vt Galenus eo loco explicat.

Καλλικρὰς. idem quod τὸ πίσκρας.

Καλλίτριχον. species est adianti, sed candidioris maiorisque tum folijs tum frutice, vt iure videri possit trichomanes. Id quod apparet ex Plinio lib. 2. cap. 21. qui duo adianti genera faciens, candidius & nigrum breuiusque, maius polytrichum: alterum trichomanes vocari tradit, & rursus libri 25. capite 11. polytrichum à callitricho distare scribit, quod iuncos albos habeat, & folia plura maioraque, & fruticem item maiorem. Dicitur καλλίτριχον quod tingat capillos, eosque speciosiores reddat.

Archigenes, vt inquit Gal. l. 2. περὶ τόπ. καλ- «
λίτριχον ab alijs τριχόμανες appellari dixit, ego ve- «
ro, ait Gal. eos qui de herbis scripserunt ἀδίαντον «
magis appellare καλλίτριχον scio, quam τριχόμανες. «

Καλλίτριχον. dicitur ab Hippoc. καλλίτριχες & ἀδιάντου, vt annotat Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Καλλωπισμοὶ ac καλλωπίσματα artificia formæ dicuntur in quibus sunt medicationes faciei.

Καλέεσθαι. vocatum, & quod vocatur, & καλεῖσθαι vocari: has voces rebus quibusdam quandoque adijcit Hippoc. interdum quidem quod hæc appellatio rei de qua sermo est, Græcis omnibus nullo pacto vsitata sit: interdum vero quod improprie dicatur, & interdum quod artificiosum quiddam demonstret; sed & quandoque appellationem ex adiectione τῷ καλεῶμαι vel damnauit, vel tanquam inusitatam indicauit, vt dum 3. de victu acutor. t. 24. habetur τὸ ὀξύμελι καλεόμενον. hæc Gal. comment. 3. in lib. de victus rat. in acutis atque alijs locis.

Κάλυκος οἴνου. vide in οἶνος vbi ordine alphabetico insignes vinorum differentiæ explicantur.

Κάλυξ. à Suida & Ethymologico exponitur αὐτὸς ῥόδου μεμυκὸς, pro quo μεμυκὸς habet Hesych. τὸ μὴ ἐκπεπταδίν, Rursum & Suidas κάλυκας exponit ῥόδα κεκαλυμμένα vt secundum eos κάλυξ sit flos rosæ non expansus, seu rosa tumens nondum expansis folijs, à quibusdam bacca rosę dicitur: alijs rosæ calyculus.

Κάλυξ. appellatur etiam omnis folliculus seu putamen omne quo aliquid includitur vt in vulg. Lexicis habetur, in quibus legitur etiam calyces in floribus esse inuolucra, quibus dehiscentibus flores in sua folia se pandunt vt in rosis atque alijs.

Κάλυξ. etiam dicitur à quibusdam ἡ ἀΐσχυσις ὀνύκλεια vt habetur apud Dioscor. l. 4. c. 23.

Καλύμματα. polluci lib. 2. proprie dicuntur palpebræ quia oculos tegant.

Κάλχη. herbæ quoddam genus qua tingitur purpura.

Καμάρα. locus est ad auriculæ cauum cameratus atque inde sic dictus.

Καμάριον. κ. dicitur esse cerebri pars supra meatum communem fornicis modo superinducta, quæ & φαλεοειδὴς vel potius φαλειδοειδὴς nominatur Gal. lib. de vsu partium.

Κάμαρις. sic dictum est quibusdam τὸ δελφίνιον, vt habetur apud Dioscor.

Καμάρωμα ἡ

Καμάρωσις. est fractura cranij, in qua os fractum cameræ modo vtrinque exurgit. Paulus lib. 6. cap. 90. dicit esse caluariæ diuisionem in qua os affectum in sublime tollitur: vel ex Galeni sententia, ossis ad interna recessum & excauationem, quemadmodum in ecpiesmate: sic enim Galenum existimasse Paulus scripsit. Hæc quidem Paulus περὶ τῆς καμαρώσεως satis obscure prodidit, quod videatur contraria scribere, & dicere καμάρωσιν à Galeno vocari ossis ad interna recessum, cum tamen idem in camaromate partem exaltari dicat. Locus Galeni habetur lib. 6. methodi med. ad hunc modum: ἐγχεισώματα dicuntur quæ in medio sui membranæ innituntur: καμαρώματα vero, quæ eandem ipsam partem exaltatam habent. Cæterum qua primum ab integris fracturæ partibus diduci ægra cœpit, intro magis recedunt ac membranæ innituntur. Hæc Galenus: ex quibus apparet in camaromate ossis fracti extrema intus ad membranam vsque ferri & deorsum tendere, adeo vt ipsi membranæ innitantur: reliquam vero vtrinque adiacentem ossis partem in altum attolli & à subiecta membrana recedere, & proinde in camaromate geminam esse ossis eminentiam ad vulneris latera sitam. Vidius comment. in libr. de vulneribus capitis fingit sibi vulnus quod καμαρώσει appellat, in quo pars fracta & ad interna recedat & postea attollatur, scribens euenire interdum vt os quod fractum deorsum compellitur simul cum telo sursum reuertatur attollaturque, atque id malum authore Galeno καμαρώσιν vocari.

Κάμμαρος ἡ

Κάμμαρος. nomina sunt τῆς ἀκονίτου. Ac cammori quidem cognomen manifestum est: sic enim recte dicitur aconitum, quod radicem modicam, inflexam & cammaro siue squillæ marinæ (est autem quædam cancrorum species) similem habeat. Id quod Dioscorides tertium aconiti genus facit. Verum τῆς καμμάρου appellatio non tam est vsitata apud authores veteres, nisi forte apud Nicandrum ἐν τοῖς ἀλεξιφαρμάκοις, quo loco omnia eius exemplaria κάμμαρον scriptum habent: quibus consentit & Dioscorides libro 6. & accedit etiam Nicandri vetus interpres, qui sic scribendum esse aperte innuit, explicans κάμμαρον, τὸ κακῶς μόρῳ ἀπαγομένῳ, hoc est, fœua morte perimens. Galenus tamen ἐν τοῖς γλώσσαις scripsit κάμμαρον vocari non tantum animal paruæ squillæ simile, sed etiam aconitum, quod illius radices sint huic animali similes: neutrum tamen horum intelligi posse apud Hippocratem lib. de locis hominis, vbi ad inflammationes assumendum cammoron dicit. Proinde Erotianus non solum ipsum animal κάμμαρον, sed adhærentem ipsi muscum sic vocari scribit: Zeno autem Herophilius cicutam, Zeuxis vero medicinam refrigerantem, sicut annotauit Erotianus.

Καμπὴ. sic à quibusdam dicitur poples, qui ἰγνὺς proprio nomine appellatur.

Καμπὴ etiam pro articulo sumitur, item & pro nodo seu flexura digitorum.

Καμπαὶ. flexilia. dicuntur ea quorum longitudo ex circumferentia in rectum, & contra è recto in circumferentiam permutari potest. Eadem dicuntur εὐθυωτὰ, sola ratione differunt. idem enim, quatenus ex curuo rectum fit, dicitur εὐθυωτὸν: quatenus vero ex recto curuum, καμπὸν vocatur.

Καναῦλοι. per metaphoram à voce καναύλης de qua infra, vocantur homines graciles & macilenti Polluci & hesychio.

Καναῦλος. edullij genus fuit ex amylo, caseo, lacte & melle teste Polluce l. 6. vbi ipsum τοῖς ἁδυσμάσιν annumerari posse scribit, vide ἀμύλη & ὑποτεμμα: apud Eustath. & Athenæum l. 12. legitur καὶ δαυλος quod edullium fuisse quoddam apud Lydos scribit, & palato gratum, quod fieri solitum ait Hegesippus ἐξ ἐφθῆς κρέως, ᾗ κνήκου ἀρτου, ᾗ ξυγίνου τυροῦ, ἀνήθου τε ᾗ ζωμοῦ πίονος. ex carne cocta, pæne caseo, anetho & iure pingui.

Κάνναβις. est frutex virgulas althææ fundens nigriores, asperioresque ac minores, cubitali altitudine, folijs scabris & nigris, floribus modice rubentibus & similibus lychnidi, semine & radice althææ. Nata primum est in syluis, deinde vero in hortos translata cultaque, quæ satiua dicitur. Cannabis semen flatus extinguit, adeoque deficcat, vt si plusculum edatur, genituram absumat.

Καρδαέλλια. sunt animalia parua, varia, lureis lineis,

quas in pennis transuersas habent, promissoque corpore, crassæ ac blattarum modo præpingues. Huiusmodi enim præstantissimæ sunt ad medicinam. Mouent vrinam, & ex ijs caustica medicamenta apparantur: cæterum venenosæ sunt & erodendo interimunt. Appetunt autem præsertim vesicam eamque exulcerant, nisi quibusdam medicamentis misceantur quæ earum malignitatem retundant. E frumentis potissimum lectæ in fictili vase non picato contunduntur, & raro linteo obligato ore & deorsum conuerso suspenduntur super aceti feruentis quam acerrimi halitum, donec æstu exanimentur, postea lino transfixæ reponuntur.

» Verum quia hæc cantharidum non modo
» præparatio, sed & exhibitio apud medicinæ au-
» thores varia reperitur, hęc ideo videtur à nobis
» fusius paulo exagitanda: quamobrem interius
» illæ quidem assumuntur atque exterius admo-
» uentur; exterius quidem medicamentis admix-
» tæ, quæ sunt ad scabros vngues, & ad psoras ac
» lepras destinata, vt docet Gal. 11. de simpl. me-
» dic. facultatibus, quam ob rem illic cantharidas
» totas esse vsurpandas iubet Galen. fœlici in ijs
» malis successu, imo, non in eiusmodi tantum
» erosiuas & vstorias compositiones integras can-
» tharidas se inijcere dicit, sed etiam in medicamē-
» ta vrinam cientia, in quæ alij corpus tantum, alij
» pedes ac alas solum conijcere solent, vtrique ex
» Hippocratis sententia ad suam opinionem in-
» ducti: sunt autem Hippocratis verba hæc lib. 4.
» de diæta in acutis πῶμα ὑδρωπῶντι, κανθαρίδας
» τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας καὶ πτερὰ
» τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα potus
» hydropico, cantharides tres, caput auferēs vniu-
» cuiusque & pedes alasque, conterens ventres in
» tribus aquæ cyathis. Sed & quandoque Galen.
» ipse in eiusmodi medicamentis, seu in recensen-
» do medicamento lichenum excoriatorio 4. κατ'
» ἐπιτ. solos ventres admittit, sicut cum illo Aetius
» tetrabl. 1. serm. 2. c. 174. & id vel quia propter
» partium quibus adaptantur viciniam non tanta
» vis requiritur penetrandi, quantam nonnulli ca-
» piti, alis, pedibusque subesse suspicantur; vel po-
» tius quia pedum alarumque additione vis vesi-
» cas excitandi, qua ipsæ pollent, fortasse remitte-
» retur. Neque vero membrorum externorum
» perinde vt internorum læsio metuitur: quin &
» Hippocr. lib. de mulierum morbis ad procuran-
» dum menstruorum effluuium ex solo canthari-
» dum corpore, addito thure & myrrha, pessaria
» conficere docet, atque de externo cantharidum
» vsu ita censendum: Si vero præparatę interius
» assumantur, haud ita tutus est illarum vsus, quo-
» niam vel ipso teste Gal. interiora viscera, maxi-
» me vero vesicam (quāquam & sępe admota) ex e-
» dendo, seu erodendo tandem interimunt, attа-
» men si medicamentis vrinas mouentibus exigua
» quantitate admisceantur, tuto interdum vsurpa-
» ri possunt, ac totæ quidem tutius quam ipsarum
» soli ventres, quantumuis varijs locis Hippocr.
» itemque Arabes omnes aliter sentire videantur:
» Sed & omnes fere nostrę tempestatis medici,
» qui passim in exhibendis Cantharidibus caput &
» alas abijcere docent ex Arabum consilio, quos
» errare omnes in primis Dioscor. docet lib. 2. cap.
» 53. qui alas cantharidum, earumdem maleficio
» aduersari inquit; docet & Plin. l. 19. c. 4. & l. 11. c.
» 35. vbi ait, venenum hoc remedia secum habet,
alæ medentur, quibus dēptis lethale est: docet & Gal. 11. de simpl. med. facult. sicut & in commēt. 114. li. 4. de victu in acut. vbi insciti cuiusdā medici Hippocratē non recte intelligētis notat, qui hydropico corpora potius cantharidū, quā caput pedes, & alas exhibere, non sine summo ægrotantis exitio voluit: hinc non defuere medici, qui abiecto illarum ventriculo solis pedibus & alis vtebantur, quas partes contra accepta earum corpora priuatim auxilio esse docuere Dioscor. Gal. Aetius, atque Plinius, Galenus vt dixi integras pharmacis miscuit: ex illis omnibus liquet, non inter antiquos medicos conuenisse in qua corporis earum parte virus illud lateret, vt inquit Plin. lib. 19. cap. 4. esse autem illas omnino exitiosas aliqua sui parte omnes docuere, adeo vt sit omnino interius illarum vsus reijciendus, cum præsertim alia multa sint medicamenta quibus sine noxa vrinam ciere nobis concedi-tur, curandumque vt ijs tantum admisceantur medicamentis quæ psoras & lepras sanant.

Medicamēti τῷ διὰ κανθαρίδων meminit Trallianus l. 11. quo quis exterius applicito in arthritide vtebatur.

κανθὸς. angulus oculi. Est oculi pars communis superioris & inferioris palpebræ: vel, est extremum vtriusque palpebræ: habet autem vterque oculus angulum duplicem, vnum maiorem iuxta nares, alterum minorem iuxta tempora.

Hic proprio nomine Græcis dicitur παρωπίς, ille vero ῥωπὸς, pro κανθὸς autem dicitur & ἔγκανθις: esse κανθὸν afrum & hispanicum vocabulum tradit fabius.

Καντίας. u. & in plurali καντίαι apud Hippocr. dicuntur quibus ventres velut ad regulam exacti & directi sunt, Galeno interprete, ὀρθοὶ καὶ περιτεταμένοι τὸν γαστέρας, quibus opponuntur ventriosi à Plauto, & ventrosi à Plinio, sicut & huiusmodi ventri opponitur planus venter ab Ouidio: Sed notandum perperam καχεξίαι legi in vulgaribus exemplaribus, non ipsius Galeni solum, sed Erotiani etiam qui καχεξίαι explicari dicit ab Epicle μακροὶ & εὐμεγέθεις, quam potius significentur hoc nomine λεπτοὶ καὶ ὀρθοὶ: author hic noster τῶ καχεξίαι mentionem facit, non τῶ καντίαι, sed pro hac lectione non illi assentiri videntur veteres codices; adde quod ὀρθότης optime conuenit κάνονι, κανόνα autem vocant regulam, vt καντίας dicatur, qui regulæ modo rectus est & tenuis.

καντικὸν. dicitur à quibusdam ἡ πτύσις, vt habetur apud Dioscor.

κάντος. cortex sambuci. Paulus sambuci florem esse scripsit.

Apud Paul. neutro genere & penultima producta inuenio κάνπον, sed expositione diuersa nam l. 7. c. 3. κάνπον esse dicit sambuci florem, at c. 5. sambuci corticem.

Καντήριος. est trabs quæ ab vna columna in alteram transuersim pertingit. apud Hippocr. lib. de articulis.

κάπποι. vocantur ab Hippocrate ἐρύσματα, τύφοι, hoc est, caua quædam medio suo scamno posita, latitudine & altitudine trium fere digitorum. vide βάθρον.

Καπίλαιον. quid sit, Galen. aperte docet lib. 3. τῆς ὕλης. Resina enim quæ sponte profluit, quæ alijs ἐλατήριον, Lacedæmonijs πεφρυγμένον dicitur: in Cilicia καπίλαιον appellatur. Itaque non olei

genus est, quem admodum ex ipso nomine videri poterat, sed resinæ, quam forte ita vocarunt à fumo quem edit igni admota: vel, quod est probabilius, quia liquidis omnibus resinis liquidior, calidior tenuiorque sit, proindeq; ad oleum magis accedat. differt ab oleo quod Aetius lib. 1. καπιστὸν nominat.

Καπίας. species est, vt ait Aetius, lapidis Iaspidis qui valde turbido colore est.

Καπίας οἶνος. apud Suidam quem fieri scribit Beneuenti in Italia, vide οἶνος: & apud Theophr. hist. plant. l. 2. c. 4. καπιὸς ἢ κάπνιας ἄμπελος, vitis capnia ἐκ μέλανος βότρυος λευκὸν, ἢ ἐκ λευκῆ μέλανα φέρει, & 5. de caus. plant. c. 3. huic nomen ex eo impositum esse docet, quod τὸ χρῶμα τῶν βοτρύων ἔτι μέλαν ἔτι λευκὸν ἔχει, ἀλλὰ καπνῶδες, & Suidas καπίαν exponit τὴν μέλαιναν.

Κάπιον. dicitur à quibusdam ὁ κάπνος, vt ait Gal. de quo vide suo loco.

Καπνιστὸν ἔλαιον. fumosum oleum, seu suffumigabile. Est olei genus ex plærisque aromatis & oleo præparati, ita vt aromata ignem concipientia, fumo suo subiectum ipsis oleum imbuant, vimque suam in eo relinquant. Huius conficiendi rationem Aetius plane docuit libr. 1. Differt ἀπὸ τοῦ καπνελαίου, de quo paulo supra dictum est.

Κάπνιστον. pastilli nomen à fumo sic vocati, & vtilis ad tussim continuam, describitur à Paulo lib. 3. cap. 28.

Καπνῖτις. est species vna τῆς καδμίας, quæ in fornacibus colligitur ex tenuissima materiæ quæ in illis vritur parte in sublime elata cum fumo, propter maximam sui leuitatem. Ea est, vt Plinius scribit, in ipso fornacum ore qua flammæ eluctantur, exusta & similis fauillæ. vide καδμία.

Καπνὸς. fumaria. herbula est fruticosa, prætenera, coriandri similis, foliis candidioribus, vndique numerosis, cinerei coloris, flore purpureo. Acris amaraque est, vrinas bilioſas prouocat, iecinoris obstructioni & stomachi languori medetur. Sic vocata est quod succus eius oculis illitus, lacrymas eliciat. Alia eiusdem nominis describitur à Plinio, quæ vires easdem habere dicitur.

Καπνὸς. fumus, est exhalatio quæ excitatur ex materia semiusta, sicut λίγνυς proprie dicitur, quæ ex immodice assa vstaque excitatur, ita vt καπνὸς excitetur ex materia partim terrestri partim aquea, λίγνυς vero ex terrestri tantum, vt vult Galen. 8. methodi. Sæpissime vero ipse hæc confundit, & pro eodem vsurpat αἰθαλῶδες ἀφίλωμα, ἢ καπνῶδες, ἢ λιγνυώδη ἀναθυμίασιν libro de morborum caussis. vide λίγνις.

Κάπρεις. capparis. frutex est senticosus & humilis, in orbem proserpens, caule breui, ramis in rosæ modum aculeatis, spinis aduncis humatisque, folio circinato horriduloque, baccis oleæ, rotundis, quibus fatiscentibus emicat flos roseus, candidus, odoratus, qui postquam excussus decidit, glans extuberat oblonga, seminis acinosi plena, radice nigra, multiplici, lignosa. Cortex subrufus ac minime friabilis eam vestit. vulgo nomen retinet: aliqui Latinorum inturim vocant. Est autem capparis varijs facultatibus prædita. Cortex eius absterget, purgat, incidit, excalfacit, digerit, contrahit, densat, adstringit. Itaque ex cappari vulgo paratur oleum ad multa vtile. fit & è cappari emplastrum cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 15.

Καπρία. dicitur à quibusdam ἡ κάπρεις, sicut habetur apud Dioscor.

Κάπρος. Suidæ dicitur membrum viri genitale.

Καρδαμαντικὸν. dicitur à quibusdam τὸ καρδαμον vt habetur apud Dioscorid. ab alijs vero lepidium syluestre. quod radix ei sit odore nasturcij: vel, vt apud Dioscor. legitur, radices binas habeat nasturcio similes.

Καρδαμίνη. dicitur à quibusdam τὸ σπάμεσθαι, vt Gal. ait, quoniam cardamo, hoc est, nasturcio, simile quiddam gustu præ se ferat. dicitur & eodem nomine herba ἴσατις siue λεπίδιον, quod cardami, hoc est, nasturcij, odore, sapore & figura sit, vt scribit Aetius lib. 12. c. 2.

Et Oribas. collectan. med. l. 12. quapropter apud Dioscor. etiam l. 1. c. vlt. legendum ἴσατις, ἤτοι καρδαμίνη, reponendo nimirum καρδαμίνη pro καρδαμαντικὴ, vt habent vulgares editiones, vbi iidem subiungit eam habere τὰ φύλλα παρόμοια καρδαμῷ, radices etiam duas παρόμοιας καρδαμῷ θερμαντικὰς ἢ καυστικὰς: porro dicitur & pro καρδαμίνη καρδαμὶς apud Nicandrum in alexiph. & Plutarch. περὶ εὐθυμίας.

Κάρδαμον. nasturcium. Est herba coliculo sesquipedali, lõge statim ab radice minutorum foliorum pediculo, floribus, albis, semine per ramorum latera copioso, firmo, calyculis orbicularibus contento, acri sapore: vulgus gallicum cressonem appellat. Huius semen vim habet adurendi, valenter crassos succos incidit. Caput tentare & ferire dicitur, atque ex eo καρδαμον dictum quasi καρήδαμον.

Plin. tamen capitis dolores tollere scribit, & animum exacuere.

Sunt è Græcis qui περὶ τὸ κόρας μύειν, id est quod pupillas oculorum coeuntibus vna palpebris abscondat ita dici commemorent, nam luminibus admotum subinde cogit conniuere, & genam genæ committi à quo vt volunt euentu καρδαμύσσειν verbum deriuant, quod conniuere lingua nostra dicimus; nec desunt è Latinis qui hoc olus dictum putent quod cordi commodum & vtile natura fecerit: Plinius autem l. 20. c. 13. nasturtium ait nomen accepisse à narium tormento, vt & Varro in Vopisco, Nasturtium (inquit) nonne vides ideo dici quod nasum torqueat? forsitan quoniam acrimoniæ vi singulari est præditum: vnde & καρδαμον seu καρδαμα βλίτου apud Comicos pro δεινὸν βλίτον, eorum scilicet more qui cardamum gustarunt; vel quorum oculis naribusue cardamum fuit admotum, & inde (inquit rursum Plin.) vigoris significatio prouerbio id vocabulum vsurpaui veluti torporem excitantis.

Καρδαμύσσειν. palpebras assidue mouere & claudere, oculis nictare. proprium Atticorum vocabulum est, vsurpatum ab Hippocrate. Sumptum à nasturcio est, quod καρδαμον dicitur, quo si quis vtatur, assidue oculis conniuet. dicitur & σκαρδαμύσσειν. Author Erotianus.

Gal. comm. in 6. in Epid. σκαρδαμύσσειν interpretatur τὸν κλείσαντα τὰ βλέφαρα, διὰ ταχέων αὖθις ἀνοίξαι, cum quis videlicet clausos oculos rursum celeriter aperit, idque subinde reuocat, eorũ scilicet instar qui præ infirmitate grauione re premuntur: estq; is veluti tremor palpebrarũ ab oppressione cerebri, & naturę agitatione, qualis in insultu Epileptico interdum contingit, huic affectui, contrarius est ἄτρομος, id est qui fixis est immotisque oculis ab immobilitate musculorũ.

Καρδάμωμον

Καρδάμωμον. est frutex amomo non dissimilis, odoratus, oblongo semine & anguloso: optimum quod non facile teritur, fractum, occlusum, odore nares feriens, gustu acri & subamaro. Plura eius traduntur genera, vnumq; eorum esse quod granum paradisi officinæ vocant. Est cardamomon facultatis admodum calidæ, sed adiunctam habet quandam amaritudinem qua deterget & lumbricos interficit.

Καρδάμωμον. etiam dici à quibusdam τὸ γεράνιον, Dioscorides author est.

Καρδία. cor. Est viscus carne dura, fibrosa, cāua constans, principium vitalis facultatis. Sunt qui musculum esse definierint, verū & minus rubet quam musculus, & longe durius, spissius solidiusque est, multoq; aliter fibris intertextum: fibris namque validis & rectis caro eius circūfusa est (vnde & περίκαρδια, nomine alijs quoq; visceribus communi, ab Erasistrato appellatur) à basi ipsius in mucronem tendentibus. Habet præterea & transuersas, in eas ad angulum rectū incidētes, & obliquas earum medias. Ac rectis quidem per diastolas è vena caua sanguinem per arteriam venosam attrahit: transuersis autē per systolas in venam arteriosam & arteriam magnam expellit, fuliginosumq; pariter excrementum in arteriam venosam: obliquis vero per quietes inter diastolen systolenque medias sanguine ex vena caua in ventriculū dextrum, & spiritu ex arteria venosa in sinistrum attracto retētoque perfruitur. Sunt namq; cordi duo ventriculi seu sinus, κοιλίαι Græcis dicti, carnis ipsius portione media ceu diaphragmate quodam distincti. Dexter multo amplior est, carne & parciore & molliore circumseptus: sinister vero multo angustior, vt qui carne tum largiore tum densiore contineatur. Vtriq, autem sua est auris neruosa, caua, ad ora vasorum materias in cor immittentium affixa, in quibus veluti in penu quodā sanguis & aer recōdita sunt. Has Græci ὦτα & ὑδρίας ἀορτικὰς appellant. Habet etiam vterq; sua vasa, dexter quidem venam tum cauā tum arteriosam, sinister autem arteriam tam magnā quam venosam, in quorum vasorum orificijs certæ quædā sunt membranarum epiphyses, quarum aliæ foris ortæ introrsum ferūtur (cuiusmodi tres habentur in venæ caux orificio, duæ autē in arteria venosa, omnes æquales & veluti laceræ) aeri atque sanguini in cor immittēdo destinatæ: alię vero ab internis sedibus foras vergunt, tres quidē in magnæ arteriæ osculo, & totidem in venā arteriosa sitæ inter se æquales, per quas sanguis tum crassior ex dextro sinu in pulmones per venā arteriosam, tum spirituosus ex sinistro in magnā arteriam emittitur. Omniū autem orificiorum quæ in cor dehiscunt maximū est arteriæ magnæ, quod vt iuuenibus cartilaginosum est, ita natu grandioribus, præsertimq; senibus, osseum. Cordi porro sua est tunica, neruulū à sexto pari aut recurrēte sinistro sortita. Venam etiam à vena caua habet, antequā ea in dextrum ventriculum subeat, coronæ modo (στεφανιαία ob id dicitur) circa cordis basim implexā, & ramulis postea plurimis in cordis partem extimam distributam: duas item arteriolas inęquales ab aorta sub membranarū epiphysibus productas, &, vt vena coronaria, varie per summū viscus dispersas. Interna namque eius caro à sanguine in ventriculis cōtento abunde nutritur & tēperatur. Est autem cordis figura pyramidata, è lato in acutum tendens. Hunc in modū natura cor instruxit atque exornauit, vt fons & principium vitæ esset, & calorē natiuum, quo vno vita continetur, conseruaret. Ea vis cordi insita à medicis facultas vitalis nuncupatur. Itaque nulla pars in corpore corde vehemētius calet, non modo sua causa, sed vniuersi etiā corporis, cui perpetuo calorē suppeditare debet. Id quod præstat spiritum & sanguinem valde tenuem & calidū per arterias veluti per canales quosdā in omnes corporis particulas immittēs, quem è ventriculo suo sinistro depromit multo tenuiorem calidioremq; quam ante ex vena caua in dextrum admiserat. Verū cum mediocritate & temperatione quadā ipse etiam calor natiuus conseruari debeat, moderate refrigerari sē postulat. Id quod duobus modis, proprie quidē aere frigido inspirato, per accidens vero fuliginosi excrementi vacuatione. Quorum vtrumq; cor pulsu consequitur, per diastolas quidem aerem frigidū attrahens, per systolas vero halitus fuliginosos exprimēs. Sed vt cordis calor respiratione refrigeratur, ita reliquæ partes corporis arteriarū pulsu, quæ in eum finem & vsum originem à corde ducunt, & vim pulsificam (cuius fons & principiū cor est) ab eo accipiunt. Præter eas facultas alia etiam cordi inest, quam veteres Philosophi θυμοειδῆ, Latini animosam & irascibilem appellant, quæ motus in nobis varios gignit, alios remissiores alios magis concitatos, prout ratiocinandi potentia res animo obiectas æstimauerit, sicut ante πλὴν τοῦ θυμοειδοῦς διὰ μέσου explicantes annotauimus.

Καρδία. etiam dictū est à veteribus os ventriculi, propter affinitatem maximā quæ est illi cum corde, & mutuum consensum, vt longo sermone Galen. demonstrauit lib. 2. de placitis Hippoc. & Platonis.

Καρδία. quoq; à Theophrasto matrix seu medulla, & quasi cor arborum dicitur l. 3. c. 17. & passim; alio & nomine vocatur τὸ ἔγκαρδον; interdum vero & ἐγκέφαλος cerebrum à Plinio.

Καρδιακὰ φάρμακα. ea dicuntur quæ noxia omnia malignáque à corde propellunt, illiq; robur conciliant; eorum alia calida sunt, alia frigida.

Καρδιαγμώδεις. Nicolao dicūtur antidoto. 317. qui ardore vētriculi propter bilis copiam vexantur: Gal. 8. κατὰ γέν. c. 3. ἔγκαυσιν τοῦ στόματος hoc malum vocat.

Καρδιακοί. dicuntur qui propter oris vētriculi languorem animo deficiunt & sudoribus resoluuntur. His pulsus densus est & obscurus, extremæ partes frigēt, sudores circa faciem & ad pectus vsq; glutinosi, odor corporis terrestris, pulsus circa cor vehementes & magni. Adhæc febris acuta, desperatio, angor animi & corporis iactatio. Est autem os ventriculi in his primario affectum: per consensum autem cor ipsū vehementer offenditur. Affectionem ipsam Celsus dicit nihil aliud esse quā nimiam imbecillitatem corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur. Galenus huius affectionis genus statuit syncopen, non eam quidem, quæ corde primario affecto contingit, sed cardiacam, quæ vitio oris ventriculi fit (secundum antiquam τῆς καρδίας significationem) quam & stomachicam appellant.

Καρδιαλγία. est dolor & morsus oris ventriculi ab humoris acrimonia. Symptoma est non cordis quidem, hoc est, visceris huius quod vitę pulsusque principiū est, sed oris ventriculi quod à veteribus καρδία dicebatur. Nec vero omnis oris ventriculi dolor καρδιαλγία appellatur, sed ille tātum quem humorū acrimonia irritando & mordendo excitat. Id quod fit in angoribus, vnde mœrore confecti bilem enomere consueuerunt. Neque dolore vexatis tātum, verumetiam ijs qui diutius paulo ieiunium tolerarint, accidit

vt morsus hos ventriculi sentiant, præsertim cũ vehementi aliqua exercitatione fatigati cibum nullum assumpserint. Siquidem & mœror & vehementior exercitatio facit vt flaua bilis in ventriculum confluat, à qua postea irritati & morsi homines cordis dolore prehenduntur.

Καρδιας παλμος. cordis palpitatio: ex ijs quæ in voce παλμὸς dicta sunt, manifesta est huius affectus definitio; Cum enim cor ex numero earũ partium sit quæ suapte natura distensionem admittunt, id est quę distendi ac dilatari possunt, certe cor palpitationem pati posse fit perspicuum. Nihil est autem aliud quã cordis ipsius diastole & systole præter naturam, nam cum pulsus in corde palpitationi similis videatur, ab illo tamẽ hæc differt quod sit præter naturam, & quod diastole & systole in ipsa sit vehemẽs & molesta celeriorque & crebrior. Eius autẽ eædem sunt causæ quæ & & palpitationis, aliquãdo enim sanguinis copia aut alius quiuis humor in pericardio contentus palpitationem efficit, aliquãdo vero vapor crassus siue illic genitus, aut aliunde influẽs, nempe ex vtero, liene, vel hepate, vnde fit vt ictericis, splenicis melãcholicis fere omnibus, puellis cachexia laborantibus hic affectus esse soleat familiaris, vt & his qui ventriculo frigido & hepate calidiore sunt præditi, his enim omnibus multa fuliginosa excrementa, spirituosique vapores crassi in cor exhalãt per arterias & venas, quibus vel ipsum cor dilatatur & attollitur vehementius, non aliter quã in musculis dilatationem patientibus, donec vel omnino dissolutus sit, vel foras explosus, vel vis cordis expultrix tam irritata, vt aduersus rem sibi molestam crebris insultibus insurgat, non aliter quam in epilepsia crebro contingit; atque vis illa expultrix quãto validior in corde est, quam omnibus alijs corporis partibus, tanto huius etiam motus sunt conspicui, adeo vt interdum tanto impetu cor concutiatur, vt costas vicinas sua sede dimouisse & aneurismata excitasse litteris mandatum sit; atque hac de caussa venenum siue assumptum siue intus in corpore genitum cordis palpitationes facit; vermes non solum os ventriculi sed & cor ipsum vellicantes, vt scripsit Mesue, Calculus in corde, tabes calum & abcessus, tam cordis, tum venæ arteriosæ; Cæterum hic affectus ex eorum numero est qui per circuitus interdum repetunt, & omnino periculosus, adeo vt omnes & obnoxios Gal. viderit ante senectutẽ interemptos vt lib. 5. de loc. affect. c. 1. scripsit.

Καρδιωγμὸς. cordis morsus, seu rosio cordis, vel potius vẽtriculi. Est sensus quidã mordicationis in ventriculo ab humore acri os eius rodẽte & vellicante. Alij vero, vt scribit Gal. καρδιωγμὸν interpretãtur cordis (hoc est, visceris eius quod palpitat, & cor proprie dicitur) motũ quendã palpitationi simílem. Itaq; his quidem authoribus καρδιωγμὸς ad cor pertinet, illis autẽ ad os ventriculi, quibus & videtur Galenus assentiri, scribẽs l. 3. de facul. nat. in ventre segregatricẽ expultricemq; alienorum vim per καρδιωγμὸς manifeste indicari. Nondũ quidem scio à veteribus definitũ quomodo ab inuicem καρδιωγμὸς & καρδιαλγία differant. Nam vt scribit Gal. comm. in aph. 65. l. 4. plærique apud Hippocratẽ καρδιώσσειν & καρδιαλγεῖν pro eodem acceperunt, cũ tamen ipse li. 8. Περὶ τόπ. videatur ea diuersa esse dicere. Erotianus inter ea nõ distinguit, vtrũque eorum explicãs, τὸ μὲν ναυτίας καὶ ἐδωδὰς αἴτιόν τινι τὸ στόμαχον: hoc est, cum nausea & dolore stomachum affici. Alteram autem τῷ καρδιωγμῷ differentiam constituit qua cor proprie dictum laborare potest, eamque definit παλμὸν ἀθρόως καὶ σφοδρῶς αὐτῷ γινόμενον. hoc est, palpitationem confertim & vehementer in ipso factam.

καρδιώττειν. inquit Pollux lib. 2. dores dicunt pro eo quod Xenophon βουλιμιᾶν, id est, esurire dixit, sic Hesych. καρδιώττειν quibusdã significare ait διάκεισθαι τὸ στόμαχον ὑπὸ λιμοῦ stomachum fame morderi; Eustat. τὸ καρδίαν ἀλγεῖν ἢ ναυπάθειν explicat, id est, oris ventriculi dolore & fastidio tentari.

Καρηβάρεια, vel καρηβαιὰ grauedo capitis dicitur, est enim capitis affectus non cerebri, κεφαλῆς βάρος vocat Hipp. vt in historia Metonis, quãdo cerebri mẽbranæ distenduntur, præsertim dura meninx à copia sãguinis, aut humoris crassi, aut lenti, aut spiritus flatulenti, & vaporis crassi: huius generis dolorẽ mouerí austro flãte docet Hipp. in aph. quia sub illo vento caput multo humore aqueo & spiritu caliginoso repletur, vnde νότιοι καρηβαρικοὶ ab eodẽ dicuntur, & οἶνος καρηβαρίτης vinũ dicitur quod cerebrũ pertũdit, vel cerebri grauedinem affert; Sed & καρηβαρία etiam de ebrietate dicitur, & καρῆσθαι & κεκαρωμένοι dicti ebrij, & κάρος à crapula capitis dolor.

Καρίκη. carica appellatur ficus, arida quæ aliàs quoque Græcis ἰσχὰς appellatur.

Καρκίνος. medicamenti nomẽ est apud Hipp. libro de vlceribus, illud cathæreticũ est & sordida vlcera deterget carnesq; exedit: hoc duplex esse inquit liquidum atque aridum; illud quidẽ paratur cedrino oleo subactum, aut ad sordes detergendas melle subactum, aridum vero liquoribus abiectis inspergitur, neutrum autem caricas recipit, neq; ex caricis nomen habet, sed è Carum gente, quibus in multo vsu fuit, appellatum esse videtur. Sunt qui καρυκὸν scribant & à nucibus nomen habere existiment cum tamen nuces nullas recipiat.

Καρκίνος. cancer. Est tumor malignus, inæqualis, durus, oris prætumidis, aspectu teter, liuidus & indolens, cancro similis. Ab atra bile gignitur. Sed cũ atræ bilis duæ sint differentiæ Galenus lib. 2. ad Glauconem scripsit ex melancholico excremẽto generari, quod facti vinariæ proportione respõdet, & à liene repurgatur. Id enim si in corpore redundauerit, sanguinẽ crassum, turbidum fæculentumq; reddit. quem si nec per hæmorrhoidas, nec per aluũ, nec aliter natura extra corpus depellit, aliquando in varices, aut in aliam quandã partem cæteris imbecilliorem: interdũ vero in vniuersam cutẽ (vnde elephas nascitur, quem aliqui cancrũ vniuersum vocari volũt) deponit. In quam autẽ partem decubuerit, venæ in ea manifesto apparent sanguine nigro & crasso plenæ atq; tumentes, itaque tumori circũpositæ, vt cancri animalis figuram referre videantur. Siquidẽ tumor ipse cancri corpus, venæ tumidæ crassæq; eiusdem pedes oculis repræsentãt. Quę quidem figura cum vbique cerni possit (oritur enim cãcer in omni corporis parte, atque in ipso etiam oculo.) in mulierũ tamen mammis longe est euidẽtissima. Quamuis autẽ inde huic tumori nomen inditum fuisse plærique putent, potest tamen alia quædam similitudinis ratio assignari, quam Aetius ex Archigene & Leonida in librum vltimum transtulit. Sicut enim cancri animalia sunt aspera & dura, & si quid forcipibus suis ceperint haud facile dimittunt, ita tumor

iſte & prominet & tactui renititur & ægre tractabilis eſt, atque vbi ſemel radices egerit, difficillime auelli tollique poteſt. Eſt enim malignus, ferus, proteruus & quē curatio manuumque vel blandiſſima tractatio efferare potius quam mitificare ſolet. Sed cum ſit duplex cancrorum differentia, quidam enim ſine vlcere, quidam cum vlcere conſiſtunt: qui ſine vlcere ſunt, à veteribus occulti fuere appellati, quamquam Philoxenus cancrum occultum priuatim vocarit qui in vtero atque inteſtinis eſſet. Eſt autem non vlceratus paulo mitior. qui namque vlcus habet, aſſidue erodit, nec ſiſti poteſt, & ſaniem peſſimam teterrimamque exudat.

» Denique cancrum ex feruente atra bile quæ
» ſcilicet ferbuit iam, atque feruoris vi genita eſt,
» ceſſante nihilominus feruore, aut ſaltem non
» adeo vigente vt febrem (perinde ac in anthrace
» cōſueuit) excitaret, cancrum fieri exiſtimamus.

Καρκίνος. cancer. Vinculi genus apud Galen. lib. de faſcijs, quod capiti conueniṭ: faſcia ſcilicet in plures partes ſciſſa. cancrorum pedum ſpeciem referentes. Sic etiam à veteribus dictum fuit os ζυγῶδες, vt habetur apud Pollucem.

Καρκῖνοι κρυπτοὶ. cancri occulti & latentes dicuntur
» Hippocr. aphor. 38. lib. 6. qui non exulcerati
» ſunt, aut qui in profundo corporis latent, quam-
» quam apud Aet. cap. 43. lib. 4. tetrab. 4. pecu-
» liariter ſic appellari videntur qui vterum atque
» inteſtina infeſtant, quod etiam innuere videtur
» Paul. cap. 67. lib. 3. dum vteri cancris proprio
» quodam modo Hippocratis aphoriſmū accom-
» modat, etſi is cancris in genere adhiberi poteſt.

Καρῦνοι. etiam dicuntur oſſa duo iugalia quæ pro-
» pe tempora committuntur, quæ alio nomine
» Ζυγώματα, ait Pollux. li. 2. forſā quoniā ait com-
» mittuntur vt cancrorū forcipes inter ſe coeunt.
» Ἀντίδοτος διὰ καρκίνου. antidotus vocatur è cancris
» patata ad demorſos à cane rabido, de qua men-
» tionem fecere, Dioſcorid. Galen. Paul. Aet. &
» Actuar. quæ omnes in cancrorum numero &
» proportione, tum etiam in eorumdem præpara-
» tione, tum denique in ipſius antidoti doſi, &
» vtendi modo plurimum variant.

Καρκινοῦν τὸν δακτύλιον. dicitur apud Athenæum li. 13.
» tibicen qui tibia canens, non ſolum caroat digi-
» tos, ſed etiā torquet flectitq; in obliquum, ſicut
» cancer pedes ſuos dū ſe mouet; Græci de obli-
» quis hiſce motibus verbum καρκινοῦσθαι vſurpant.

Καρκινοῦσθαι. exponit Erotian. apud Hippocratē σκλη-
» ρύνεσθαι; ſæpe enim fit vt ex duritie, vterorum
» exempli gratia, facile ſit in cancrum trāſitus, ita
» enim Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. γυναικὶ ὅταν ὑστέ-
» ραι σκληραὶ γένωνται, καὶ εἰς τὰ αἰδοῖα ἐξέχωσι, καὶ οἱ βυ-
» βῶνες σκληροὶ γίνωνται, καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐὼν,
» καρκινοῦσθαι ἄρχεται; id eſt, mulieri vbi vlceri indu-
» reſcunt, & in pudenda prominent, inguina in-
» durantur, & ardor in pudendis inſit, cancri ini-
» tia ſuſpecta ſunt: apud Theophr. vero 1. de
» cauſſis plant. cap. 13. καρκινοῦσθαι de arboribus di-
» citur, quæ ſparſis huc illuc radicibus quaſi can-
» criſſant, metaphora à carcinomate deducta; de-
» nique obſeruauere veteres dici καρκινοῦσθαι radi-
» cum fibras & fibrillas quæ contortis mutuiſque
» nexibus inuicem implicantur.

Καρκίνωμα. cancer. Idem prorſus quod καρκίνος, niſi quod mihi videntur Græci ſæpius in oculo καρκίνωμα, in reliquis corporis partibus καρκίνον dicere, quamuis etiam in oculo καρκίνον dixerit Aetius. Eſt autem in oculo affectus corneæ tunicæ, ad quam vndique venæ ſanguine plenæ & liuentes concurrunt, veluti in alijs reliqui corporis cancris.

Dolorque adeſt, diſtentio, rubor tunicarum, « cruciatus punctorius ad vſque tempora ſi mo- « ueantur ægri; de illo oculi carcinomate plura « Paul. lib. 3. cap. 22. vbi illius curationem docet: « Sed quod ſpectat ad τὸ καρκίνου & τὸ καρκινώματος « differentiam hoc inſuper adnotandum, Latinos « omnes excepto Celſo καρκίνωμα cancrum voca- « re: Celſus enim Græcum nomen καρκίνωμα à « Cancro tanquam diuerſum exiſtimans vtrum- « que ſeorſum definiuit, Cancrum quidem vt ge- « nus eſſe putans ad ſerpentia quędam vlcera, quæ « præſertim ab ijs quæ extrinſecus incidunt, orta « ſunt, vlceratum videlicet eryſipelas, vlcus ni- « grum, & Gangrænā, ſub qua & ſphacelum ſy- « derationemue ac ipſum quoque ab Auicenna « dictum ἐσθιόμενον intellexit; καρκίνωμα vero (quem » nos vna cum Græcis cancrum vocamus) tam « cum vlcere quam ſine illo tumorem accipiens. «

Καρκαδέσιον. ſic dicitur Actuario quod eſt Serapioni doronicum.

Κάεσιον. putatur eſſe vox Latina, & à recentioribus « medicis Græcis vſurpata pro eo quod veteres σήσαμον « & ἔλαιον appellabant: Latina voce vſus eſt « Palladius lib. 11. c. 18. vbi de defruti, carœni & « ſapæ confectione agēs ita ſcribit: defrutum ca- « rœnum & ſapa vno genere conficiuntur ex mu- « ſto, nam defrutum à deferuendo dictum, vbi ad « ſpiſſitudinem fortiter deſpumauerit, efficitur: « Carœnum cū tertia perdita duæ partes reman- « ſerint. Sapa vbi ad tertias redacta deſcenderit: « Carœni etiam meminit Marcellus Empiricus « c. 26. atque inter ea medicamenta quæ calculo- « ſis & renum vitijs conferunt recenſet, vſuſq; eſt « Nicolaus vt alias ſæpe, dictione non ita dudum « Latina facta, ceu in antidoto Adriani, ipſum iſ- « chiadicis & nephriticis præſcribēs. Errat autem « Antonius Muſa in ſuo ſyruporum examine qui « Calenū potius à Caleno oppido dici contendit; « alij, quia tale genus vini primi Cares decoxere, « inde Carœnum dictum putant. «

Κάπος ἢ κάπος. herba eſt valde nota. Omnibus carui dicitur. Eius ſemen tertio ordine ſiccat & cale- facit & modice acre eſt, vt & planta. Habet autē quiddam aromaticum, & vſum aniſo, liguſtico, petroſelino & cymino parem. Si quis tamen eo copioſius vtatur, ſuccum aliquatenus vitioſum gignit, vt ſcribit Gal. lib. 2. de alimentis.

Κάεσις. ſopor, ſeu ſopor cū grauedine, marcor Celſo vt ait Budæus. Eſt paralyſis imaginatricis facultatis, ſenſum motumq; omnem, excepta reſpiratione, adimēs. Huius cauſa, perinde ac multorum aliorum cerebri morborum, eſt craſſus aut viſcidus humor, qui vētrem præſertim anterioꝝ occupat. Ex quo Galenus κάεσιν facultatis imaginatricis ſymptoma eſſe dicit in lib. de ſympt. differ. Sed tamen & medius ventriculus ſæpe conſentit. Sequitur inde ſomnus profundus, oculis perpetuo clauſis, & omnis ſenſus atque motionis priuatio, excepta reſpiratione quæ ſola ſecundum naturam ſeruatur. Nec tamen ita perijt ſenſus, quin ſi pungantur, ſentiant, non tamen propterea vel loquūtur vel oculos aperiūt. Ex his patet in quo ὁ κάεσις à reliquis cerebri morbis differat. Ac primum quidem ab apoplexia, quod in ea cerebri corpus magis affici ſoleat,

eiusque pars tum anterior tum posterior, sensusque omnis vna cum respiratione aboleatur: in caro autem ventriculus eius anterior magis patiatur, nec in totum sensus videatur periisse, maneatque libera secundum naturam respiratio. quodque sopore discusso bona valetudo magna ex parte consequatur, cum apoplexiæ paralysis sæpissime succedat. Ab epilepsia vero, quod hæc conuulsio sit, & partē capitis vtramque, hoc est, anteriorem posterioremque tentet, oculique aperti vt plurimum maneant: carus autem non habeat adiunctam conuulsionem, consistat in parte capitis anteriore, perpetuoque per eum oculi claudantur. A catalepsi vero atque à catoche, quod his posteriora cerebri magis afficiantur nec palpebræ claudantur, sed maneant apertæ. A lethargo vero, quod febris carum præcedat, eadem lethargum consequatur. Non enim solet putrescere humor carum committens, sicuti is qui lethargum parit, atque ex putredine febrem accendit. Adhæc carus multos morbos velut symptoma sequitur. Nam & accessionibus quarundam febrium, & comitialibus morbis & cerebri compressionibus & fracto cranio, vel oblæsis meningibus superuenit: lethargus autem per se vt plurimum consistit. Galen. comment. 2. in lib. 1. Prorrhet. definit carum esse somnum longum, profundum, & à quo æger difficillime excitetur. Sunt etiam, inquit, qui vbi æger tum sessu tum motu aliquantisper priuatur, etiamsi stimules, ferias, inclames, carum appellent: qualis in quibusdam visitur, qui in temporibus vehementer percussi fuerint, atque in febrium etiam accessionibus.

» Hæc vero vt distinctius intelligantur, dicimus
» tribus modis carum sumi ab Hippocrat. & Ga-
» len. interdum pro somno profundo & excitatu
» difficili, à diuturnis vigilijs qui criticus dici solet,
» atque vtilis vt causa & signum, videre enim li-
» cet ægros quosdam (vt scribit Galen.) tribus
» vel 4. continuis diebus vigiles permanere, qui-
» bus difficilis excitatu somnus superueniens ac
» nocte diebus perseuerans magnum adferat au-
» xilium; Sæpius quoque & in pueris somnum
» eiusmodi superuenientem non vno die solum,
» verum quoque & duobus ex ordine diebus ma-
» gno ipsis esse commodo: Altero modo carus
» dicitur profundus somnus, ex humidi vtilis co-
» pia oppresso cerebro, vt in ebrietate, qui neque
» absolute bonus neque malus dici potest, nisi ad-
» hibita distinctione quam Hippocrat. tradit in
» aphorismis; Si ebrius quispiam derepente ob-
» mutescat, conuulsus moritur nisi febre corri-
» piatur, aut qua hora crapula soluitur, vocem re-
» cuperet: Tertius est carus morbosus qui proprie
» carus dicitur nimirum somnus profundus è quo
» ægri tametsi pungantur suscitari non possunt,
» cum sensus & motus priuatione, rationis & me-
» moriæ læsione; à copia materiæ frigidæ, aut
» crassæ, & lentæ, sine putredine, quæ anterio-
» rem cerebri partem occupat; Aut à compressio-
» ne ventriculorum cerebri, aut multo vapore
» prauo, aut insigni refrigeratione, vt ex narcoti-
» corum vsu, manente sola respiratione libera ad
» differentiam apoplexiæ; inest & quibusdam
» morbis maligna quædam qualitas vt pestilenti
» morbo, cui & carbunculus & bubo cōiungitur,
» in quibus eiusmodi morbus initio contingit, vt
» qualitas quædam maligna causa esse potius vi-
» deatur quam materia; quod & contingit ali-
» quando ferarum venenatarum morsu; fit & in
» febribus aucto malo signo, extincto nempe ca-
» lore natiuo, vt Hermocrati lib. 3. Epid. nomen
» autē habet κάρος à κάρη quod est caput, vel à ver-
» bo καρόομαι aggrauor, vel capite sum attonitus.

Κάρπασος. carpasus: ex venenatorum medicamentorum numero est: Dioscorid. enim lib. 6. cap. 13. τὸν δὲ καρπάσου ὀπὸν πεπέτταλα scribit κάρου ἐπιφέρειν καὶ πίλωσιν ὕπνου; Itidemque Paul. lib. 5. cap. 43. sed habens καρπασίας pro καρπάσου: Quem autē Dioscorid. vocat καρπάσου ὀπόν, Galen. & alij composita voce ὀποκάρπασον appellant. Galenus inquam cum alibi, tum lib. 1. de antidotis, & τῶν κατὰ τόπ. lib. 1. c. 3. ex Archigene.

Καρπήσιον. de hac Paulus lib. 5. cap. 44. dum tradit Carpesiæ liquorem epotum soporem & strangulatum præcipitem inducere, eodemque nos, remedio quo & cicutæ auxiliari: vide in præcedenti. καρπασος.

Καρπήσιον. carpesium. est festuca tenuis, surculis cinamomi similis, odore τῆ φῶ sed valentiore & magis aromatico. vires habet cinamomi, nec tamen tam tenuium partium est. namque ipsum duplo pondere pro cinamomo Galen. vsurpat, Serapio, Auicenna atque Arabes omnes cubebas esse dicunt. Verum Dioscorides, Theophrastus & Plinius nihil de eo habent scriptum. Sunt qui crediderint ὀξυμυρσίνην esse, quorum tamen errorem Hermolaus Barbarus & Nicolaus Leonicenus redarguunt.

Plura si requiras consule Galenum simplic. medic. lib. 7. & de antidotis lib. 1. meminit & illius lib. 1. τῶν κατὰ τόπους.

Καρποβάλσαμον. est fructus arboris quæ βάλσαμον dicitur, parum oblongus, in medio latior, rubens, grauis, plenus, gustu piperis & odoratus. In theriacam inditur authore Galeno.

Καρπός. carpus. brachiale. Est pars manus qua cubito per articulum coniungitur. Aristoteles lib. 1. de histor. animal definit καρπὸν esse nodum quo cum brachio manus iungitur & coartatur, quo loco Gaza primus brachiale vertit. Celsus enim partem eam nullo proprio nomine appellat, sed primam palmæ partem vocat, quam dicit ex multis minutisque ossibus constare, quorum numerus incertus sit. Attamen Galen. octo ossibus constare scribit, duris quidem omnibus & paruis & sine medulla, differentibus autem non modo magnitudine, sed etiam figura, situ & vsu. Omnia ligamentis neruеis & cartilagine inter se per synarthrosim constringuntur, non (vt quidam putant) per symphysim. Sunt autem variæ & multiplicis figuræ: extra enim leuiter gibbosa, intus cauа sunt. Omnia duplici ordine digesta sunt, quorum primus is dicitur qui & superior, tribusq; constat ossibus in condyli vnius longi formā coagmētatis, quæ in superiori brachialis sede ita secū iunguntur & protuberant, vt veluti vnum brachialis caput leue & cartilagine incrustatum constituant. Inseruntur autem in cauitatem tum radij, tum cubiti, & cum radio, cubito & ipsius apophysi styloide per diarthrosim articulantur, ad manus extremæ flexionem & extensionem, & motus eiusdem obliquos ab apophysi styloide iuuandos. Secundus ordo & inferior suis quatuor ossibus metacarpio per synarthrosim articula-

tur. Octauum autem os quod reſtat, ambigit quodammodo inter vtrumque ordinem. nam & quarto ſecundi ordinis oſſi velut inclinatum incumbit, & inuehitur etiam oſſe, quod ſua glenoide cauitate, ſtyloidem apophyſim recipit.

» In hac etiam ſignificatione cum apud Homer. » & Hippocr. tùm apud alios reperio καρπὸς: hanc » autem partem, inquit Camerarius, in ſignifica- » tione benevolentiæ prehendere veteres ſole- » bant, vt Iliad. ω. patet, & indignante retrahere » vt Odyſſ. β.

Καρπὸς. fructus. Eſt ſtirpium veluti ſoboles quædam. Idem reuera in multis quod ſemen, vt tritico, vicia, eruo, piſis, fabis: in his enim fructus à ſemine exiguum quid diſcrepat. Quod enim ex ſiliqua & ſemine compoſitum eſt, fructus eſt, cuius tamen ſubſtantiæ maxima pars in ſeminibus ineſt. In alijs vero paulo plus ſemen & fructus differũt. etenim fici fructus ſunt ipſæ ficus: quod vero in eo κεγχραμὶς dicitur, ſemen eſt fici: ſicut & acinus totius vitis eſt fructus, ſolum autem γίγαρτον, vitis eſt ſemen. Pari modo in pyris, malis, cucumeribus & id genus alijs. Porro differentiam aperte explicauit Ariſtoteles lib. 1. de generatione animalium: Fructus, inquit, dicitur quod ex alio eſt, ſemen autem ex hoc ipſo aliud eſt. quaſi ſemen à fructu ſecundum prius & poſterius differat. Verbi gratia, pomum fructus ex arbore eſt, ſemen autem pomi ex eo ipſo eſt, & quidem poſterius fructu, hoc eſt, ipſo pomo. Præterea & ratio inter vtrumque diſtinguit. Dicitur enim fructus quod ab alio eſt, ſemen vero ex quo aliud fit. Sed confunduntur magna ex parte, vt cum λευκοΐου καρπὸν tum Hippocrates tum Dioſcorides violæ ſemen appellant, vt ſcripſit Galenus ἐν τῷ γλώσσαις.

Καρπόφυλλον. ſic dicitur à quibuſdam laurus Alexandrina.

Κάρτα. idem quod λίαν καὶ σφόδρα, apud Hippocratem.

Καρτάχρωμα. ſic appellat ceparum quoddam ge- » nus Gal. lib. 12. meth.

Καρτερὰ δίψα. ſitis vehemens dicitur & inexplebilis, » vt exponit Galen. in exeg.

Καρυώδη κάταγμα. fracturæ oſſis differentia, quæ & ἀλφιτώδη κάταγμα dicitur. vide κάταγμα.

Καρύϊνος οἶνος. vide οἶνος vbi vinorum differentiæ ex- » plicantur.

Καρύκεια, ἢ καρύκη. ſpecies intriti ſeu condituræ ex » varijs obſoniorum generibus, & edullium ſiue » intritum fuiſſe Lydium ex ſanguine varijſque » rebus apparatum, eo pacto quo in pluribus Ita- » liæ locis conficiuntur commixtum, Suidas, Ero- » tianus, atque Galen. memoriæ mandarunt; cu- » ius item mentionem fecit Plutarch. 4. ſympoſ. » probl. 1. Sanguinis autem colorem referebat » ideoque αἱματίαν eſſe multi cenſuerunt: Vari- » nus καρύκην dictam eſſe exiſtimat, quod colo- » rem nigrum referret, vnde καρυκοειδὲς Galen. in » exeg. ὑφαιμὲς, id eſt, ſubcruenta interpretatur, » aut καρύκης ὅμοια, de excrementis loquens; Sic & » καρυκώδη recrementa Actuario dicuntur, quæ » deponuntur per aluum ab ijs qui taurinum ſan- » guinem recentem biberunt, quod nigra ſint, » & ſanguini torrefacto ſimilia, aut etiam quod » varijs condimentis è ſanguine apparatis ſint af- » finia: Galen. 4. de ſanit. tuenda καρυκείαν ſumit » pro varia mixtura & ſuperflua conditura cuius » etiam meminit libr. 2. de different. pulſuum, vnde mirari ſubit cur Suidas καρυκείαν ſignifica- » re τὴν ζωμῶν ἡδύτητα, id eſt, iurium ſuauitatem ſcri- » pſerit: ab hac autem voce factum καρυκοπιεῖν » quod eſt ſcita verborum varietate orationem » excolere inquit Suidas. »

Καρυκὸν. medicamenti nomen apud Hippocratem quod ipſe vlceribus admouet, ex nucibus & alijs quibuſdam apparatum. Habetur apud eum lib. περὶ ἑλκῶν.

Pro καρυκὸν in Baſil. editione eſt καεικὸν, vt & in Galeni lexico, nec vlla in eius compoſitione fit καρύων mentio, vide ſupra καεικὸν vbi plura.

Κάρυον. nux. Dicitur omne pomum quod foris duro tegitur, & intus habet quod eſui eſt. Eius plura ſunt genera: βασιλικὸν, ποντικὸν ἢ ἡρακλεωτικὸν, μυρεψικὸν.

Vocatur etiam κάρυον quod vulgo ὄστεον dicitur nimirum ob ſimilitudinem quam cum nuce habet; Plutarch. ſympoſ. 3. quæſt. 1. ſcribit veteres vocaſſe nucem κάρυον, quod ſpiritum quemdam grauem & ſoporoſum inducat, ſicque illos lædat qui ſub illa recumbunt, vt inde vel morbus κάρος, id eſt ſopor ab arbore, vel arbor à morbo appellationem ſumpſerit.

Κάρυον βασιλικὸν. nux iuglans, omnium notiſſima eſt, fructu multis inuolucris occultato, calloſo primum herbaceoque cortice, hinc compactili carinarum loculo, mox tenui tunica criſpi intus nuclei quadripartito digeruntur, lignea intercedente membrana.

Κάρυον εὐβοϊκὸν. nux Euboïca. Idem prorſus quod iuglans.

Κάρυον ἡρακλεωτικὸν. nux Heracliotica, quæ & λεπτὸν & ποντικὸν dicitur. nux auellana. Latini Prænestinam vocant. Hæc molli primum calyculo legitur, mox lignoſo quidem ſed fragili putamine, cui tenuis ſubeſt membrana rotundum operiens nucleum, in cuius vmbilico quaſi peculiaris alter includitur nucleus.

Sic autem dicta eſt quod ex Heraclea Pontica in Græciam allata ſit.

Κάρυον λεπτὸν. quod & λεπτοκάρυον vno nomine dicitur. Idem quod ἡρακλεωτικὸν ſiue ποντικὸν. de quo ſupra.

Κάρυον μυρεψικὸν. quod & compoſito nomine μυροκάρυον dicitur. eſt nux odorata quam nos moſchatam dicimus.

Μυρεψικὸν. autem appellant quaſi vnguentariam dicas quod ſcilicet tota dum recẽs eſt ſucco pingui atque oleoſo madeat, ſic vt in vnguentum exteri queat.

Κάρυον περσικὸν. nux iuglans. Eam enim reges ex Perſide tranſtulere: vnde & regiæ & Perſicæ nomen habent.

Κάρυον ποντικὸν. nux auellana, quam & κάρυον ἡρακλεωτικὸν diximus appellari.

Sic dicta eſt quod ex Ponto in Græciã allata ſit.

στοματικὸν διὰ καρύων. Sthomachicum medicamentum ex nucibus, de quo vide Galen. 6. ἐν πόν. & Paul. lib. 7. cap. 14. Sed & compoſitionis διὰ καρύων deſcriptionem & vires apud Trallian. leges lib. 4. c. 1.

Καρυόφυλλον. longe abeſt ab eo quod nomine videtur ſignificare. Cum enim dicatur quaſi nucis folium, eius tamen neque naturam neque formam omnino habet. Eſt enim arboris fructus, vt placet Aetio & Simeoni, vel potius flos, authore Paulo, arboris cuiuſdã Indicæ feſtucaceus,

in claui modum capitatus, niger, longus, acer, ſubamarus, odoratus, non ad obſonia modo, ſed ad multa etiam medicamenta expetitus. Alij non flori modo & fructui, ſed ipſi etiam frutici nomen hoc tribuunt qui depingitur ſambuci forma, vel, vt alijs placet, buxi caudice, lauri folio, ſed rotundiore.

Καθάρσιον ὑδρωπικὸν τὸ διὰ καρυοφύλλου. vide apud » Paul. lib. 7. c. 5.

Καρφάλεον. κατάξηρον. apud Hippocr.

Καρφολογεῖν. colligere feſtucas, verbum eſt de phreniticis dici ſolitum, vt habetur apud Gal. quemadmodum & κροκιδίζειν, quorum vtrumque imaginandi vi læſa prouenit.

Καρχήσιος βρόχος. carcheſius laqueus. Deligaturæ genus eſt duabus habenis conſtans, vim habens æqualiter extendendi. Sic dicitur à fune qui in ſummo nauis malo habetur, quem Græci καρχήσιον appellant. Eius meminit Galen. comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Geminus deſcribitur apud Oribaſium lib. de laqueis, ſimplex & duplex.

Καρῶδες. ἡ καρηβαρία, ἢ τὸ καρωτικόν, apud Hippocratem.

Καρωτίδες ſiue καρωτικὰ ἀρτηρίαι. vide ἀρτηρία.

Καρωτικὰ, τά. appellantur ſic medicamenta, quæ » ſoporem accerſunt à Paul. lib. 3. c. 6.

Κασία ἡ Κασσία. caſia. frutex eſt, ſed multorum generum. vnum ἄχυ dicitur & ξαφίπε, naſcens in Arabia ſarmento craſſi corticis, folijs piperis. In quo genere optimum fulueſcit: pulchri coloris eſt, & coralij æmulum, perquam anguſtum, longum craſſum, fiſtuloſum, guſtu mordens, & cum aliquanto feruore adſtringens, aromaticum vinoſo odore. Aliud eſt quod ζίγερ dicitur ſiue ζίζυρ, purpuræ nigrantis aſpectu, craſſiore ſarmento, roſam ſpirans, præcipui in medicina vſus, Aetius ὄζλιν appellat, alij βαλσαμοειδῆ, vt habetur apud Plinium. Aliud vocatur βλαστὸς Μοσυλίτης, id eſt, germen Moſyleticum. Et hæc tria genera præcipue commendantur. Reliqua vilia ſunt, inter quæ ἀσυφώμων dicitur nigrum, inſuaue, cortice tenui & rimoſo, & quod κιπὼ & δάκαρ ſeu (vt quidam veteres codices habent) δάρκα appellatur, vt ſcribit Dioſcorides. Cæterum caſia calfacit & ſiccat tertio ordine, partium tenuium eſt & leniter adſtringit. Omnes eam officinæ ligneam vocant. Nunc niſi rariſſime, ad nos non conuehitur.

Κασία συνηγάδης, caſia fiſtularis, quæ ab Actuario κασία μέλαινα, id eſt, nigra, dicitur, ab alijs κάλαμος, id eſt arundo, ſeu potius Indica canna. eſt arbor magna, iuglandis folio, fiſtulis prælongis ac teretibus, vtrinque faſtigiatis, colore rubro nigricantibus, duûm fere pedum proceritate, nigra intus carne guſtu prædulci, plane medicato, ligneis diſtinguentibus membranis, oſſibus ſiliquarum, intercurſantibus laminis intus carnoſis quas parietinæ diſcludunt. Ea & in India & in Ægypto naſcitur. Ignota fuit Dioſcoridis Plinijque & Galeni ætatibus. Nunc nobis familiariſſima eſt, cuius concreto atramento frequenter vtimur ad deijciendam aluum ijs qui valentia medicamenta non ferunt.

Κασσῖτις οἶνος. forte vinum Syriacum, apud Hippoc. à monte Caſſio, vt ſcribit Erotianus.

Κασύτης. Syriaca vox eſt, ſed recentioribus Græcis vſurpata pro herba quæ ſine radice, folijs vidua, flore albo, ſemine ſcatens tenui, cirris purpureis proxima quæque veluti clauiculis implicat, officinæ cuſcutam vocant.

Κάστανον. caſtanea. Idem quod διὸς βάλανος ἢ σαρδιανὴ. vide διὸς βάλανος.

Dicitur & λέπιμος. Caſtanea: Omnium autem « τῶν βαλανίων eſſe Caſtaneam præſtantiſſimam cen- « ſet Galen. lib. 2. de facult. aliment. c. 38. dicitur « quoque pro eo καστανεϊκὸν κάρυον, nux Caſtanaïca, « quæ in ea Theſſaliæ ſeu Ponti parte prouenit, « quæ & κάστανον nominatur Theophr. hiſt. plant. « lib. 4. cap. 10. Galen. vero lib. de boni & mali « ſucci cibis, Caſtaneas inter arborum fructus, ſi « modo in ventriculo probe concoquantur. (Æ- « gre enim ob ſoliditatem ſubſtantiæ confici diu- « tiuſque hærere nec facile permeare queunt) etſi « illæ craſſi ſucci ſunt, minime tamen improbi eſ- « ſe efficaciterque alere corpus tradit, præbere « enim alimentum tum craſſum tum diſſolui ma- « xime contumax, ab vberiore tamen earum vſu « ideo abſtinendum conſulit nō ſolum quod craſ- « ſum gignant ſuccum, ſed quod ægre concoqui, « aluum cohibere atque aſtringere, inflammatio- « nes excitare ſuapte natura ſoleant. Libro vero « de attenuante victus ratione quaſi ſui immemor oblituſque precedentium Caſtaneas ſiue « elixentur, ſiue aſſentur, ſiue denique frigantur, « ſemper eſſe prauas inquit, & multo magis ſi « crudæ mandantur: hæc autem Galeni loca pugnantia appoſite conciliaueris, ſi quando prauas eſſe dixit Caſtaneas libro de attenuante vi- « ctus ratione, id referendum cenſueris, non ad « ſucci quem in corpore gignunt prauitatem (nō « enim prauum gignunt in corpore ſuccum ſed in « noxium & probe valentem) ſed magis ad id « quod ægre ac difficulter conficiantur, & quod « aluum aſtringant, quod inflammationes excitent: quæ omnia quouis ipſæ modo parentur, « ſed multo magis ſi crudæ ſumantur, inferre natæ ſunt, quorum merito prauas ſemper exiſtere, « iure dixiſſe eſt viſus. «

Κάστορον, ſiue Κάστορεον. caſtoreum. Teſticuli caſtoris animalis quod fiber Latinis dicitur. Eſt autem ancipitis vitæ animal, & plærumque cum piſcibus & cancris ex aqua victum capeſſit. Teſtes habet magni prorſus in medicina vſus, quos ab ipſis auelli & à ſeſe abijci cum venatu vrgetur, vanum eſt. Siquidem tangi nequeunt, ita vt in ſue, ſubſtricti. Eligi autem debent qui ex vno ortu connexi ſunt (fieri enim non poteſt, vt gemini folliculi in vna membrana coniuncti reperiantur) liquore intus veluti cereo, odore graui & virus redolente, guſtu acri, mordente ac friabili, naturalibus tunicis circundato. Pontici cæteris præferuntur. calefacit & ſiccat, habetque magnam partium tenuitatem. Itaque concoquit, diſcutit & ſuppreſſas vacuationes reſtituit.

De his Caſtoris teſticulis hoc inſuper notan- « tādum, quod etſi antiquitas vniuerſa Caſtorium « crediderit nihil aliud eſſe quam fibri teſticulos, vt & hîc tradit author, eſſe tamen oculatiſſimos nonnullos qui obſeruauerint teſticulos « à folliculis ijs qui in inguinibus vtrimque membrana ſua concluſi, teſtium ſpecie fallunt, quique verius Caſtorij nomine donantur, plane eſſe diuerſos; folliculos autem eos, potius quam « teſticulos paruos ſpinæ adhærentes, à veteribus « vſurpari ſolitos, vel ex eo patet quod ſcribit « Dioſcor. lib. 2. c. 26. diuiſa pelle excipi liquorem «

illum pelleum tantopere celebratum: teſtes vero non niſi aperto abdomine, remotiſque cæteris viſceribus ſpinæ adhærentes reperiantur, adde quod quæ à Dioſc. legitimum Caſtoreum deſcribente liquori tributa ſunt, folliculorum quam teſtium liquori magis conuenire: Sed & ex aliorum potius quam ſua ipſius ſententia teſtes mihi appellaſſe Dioſcor. videtur, quoniam & eos interdum non ὄρχεις ſed φύσας hoc eſt teſticulos nominat. Caſtoris autem teſtes ἐλοὺς vocauit Nicander in Theriacis, quaſi mortiferos, & ipſi Caſtori pernitioſos, quod eorum cauſa peti & occidi ſoleat.

Κάστωρ. ſic quidam τὸ χρόκον appellant, vt habetur apud Dioſcoridem.

Καταβλακεύουσι. καταλιγωρεῖσι. hoc eſt, paruipendunt, apud Hippoc.

Κατάβλημα. dicitur apud Hippocr. quicquid exterius parti ſuperijcitur, ſiue fimbria ſiue aliud quid ſimile.

καταβολὴ πυρετοῦ. acceſſio febrilis Galeno dicitur.

κάταγμα. fractio. eſt ſolutio continuitatis in oſſe. Sicut enim in carne ſoluta continuitas ἕλκος dicitur, ita in oſſe κάταγμα. In cartilagine non habet proprium nomen, ſed eam continuitatis ſolutionem Hippocr. abuſus κατάγματος nomine appellauit, vt annotat Galenus comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Sunt autem κατάγματος plures differentiæ, ῥαφανοειδὲς, quod eſt fractura oſſis per eius craſſitudinem tranſuerſim facta. dicitur alijs nominibus σικυοειδὲς & κογχοειδὲς, ex cucumerum & caulium fractorum ſimilitudine. Aliud ῥοδακοειδὲς quod eſt oſſis fractura oblonga. Aliud τὸ εἰς ὄνυχα quod eſt oſſis fractura, ſecundum partem quidem aliquam recta, in extremo autem lunata. dicitur & alio nomine καλαμοειδὲς. Aliud eſt ἀλφιτοειδὲς, quod eſt oſſis fractura in multas tenues partes, quod & à quibuſdam καρυοειδὲς dicitur. Aliud τὸ κατ' ἀπόθραυσιν ἢ κατ' ἀποκοπὴν, quod eſt ablatio partis oſſis per ſummitatis rupturam, vt pars ea quæ ablata eſt ſuperinnatet. Sunt etiam qui fracturæ cranij differentiam conſtituerint quam ἀπόχυμα vocant, quæ fit quando percuſſa vna parte, ea finditur quæ contraria eſt.

Sed ſpecies ſolutionis continui in oſſe paucis hîc percurramus ex Hippocr. lib. de capitis vulneribus, ſunt autẽ in vniuerſũ ſimplices tres, & duæ compoſitæ, quarum ſingulæ alias multas eiuſdem generis ſuo ambitu comprehendunt: Prima ex ſimplicibus ῥωγμὴ rima ſeu fiſſio dicitur à graui telo ac retuſo, hæcque fracturæ ſpecies cum tenuiſſima eſt, ac pili inſtar, ſub aſpectum vix cadens, τριχισμὸς à Paulo nominatur: altera eſt θλάσις à Galen. θλάσις dicta, colliſio videlicet vel contuſio, in qua os nec finditur nec deprimitur, ſed in ſuo ſtatu manet ait Hippocr. Tertia ſpecies ἕδρα dicitur Hippocr. quaſi ſedes, ab inciſione relicto teli veſtigio ex quo innoteſcit; hęc ſi alte os diuidat διακοπὴ vocatur, ſi excîdat nec ſeparet ἐκκοπὴ: Sin teſtam tanquam aſciam reſoluat ἀποσκιπαρνισμὸς: Quarta eſt ἀπόχυμα, ſiue ἀπορρῶγμα ſpecies τῆς ῥωγμῆς, quam & fracturæ differentiam τὴν ξυμφορὴν vocat Hippocr. lib. de vulner. capitis: Quinta denique ſpecies ἔσφλασις ἢ ἐκχώσιμα appellatur; cuius ſpecies ſunt ἐκπίεσιμα, & καμάρωσις: Poſſunt autem plures ex illis, aut etiam omnes ſimul iungi, τῦμα, colliſio, inciſio, ἀπόχυμα, depreſſio: ex quibus omnibus fracturæ generibus inuniuerſũ cognitu difficillimas eſſe conſtat ſimplices omnes præter inciſionem quæ ſeruat teli veſtigium, quanquam ne ipſa quidem circa ſuturas ſemper, nudato etiam oſſe manifeſta ſit: quod enim θλάσις id eſt colliſio nuſquam ſenſu pateat liquet, ῥωγμὴ vero interdum apparet, interdum plane latet, aut propter tenuitatem vt τριχισμὸς, aut propter locum vt ἀπόχυμα: Ἕδρα vero & ἔσφλασις oculis deprehenduntur, omnibus tamen præterquam ἐσφλάσει commune eſt, vt ſenſui non apparere poſſint, vbi circa ſuturas acciderint: commemoratas ſingulas fracturarum ſpecies vide ſuis locis fuſius explicatas.

Καταπλασματικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta caluariæ fracturis accommodata. Sunt autem ea abſtergendi, digerendi & ſiccandi poteſtate prædita, quibus plærique & paululum ex adſtringentibus pharmacis admiſcent. Sunt autem καταπλασματικὰ eadem fere cum κεφαλικοῖς, niſi quod hæc acrimoniam etiam quandam ſortita ſunt, vt ex alto in ſuperficiem extimam non oſſa modo, ſed humorem etiam craſſum & viſcoſum, ſi quis ſubeſt, vel omnino deprauatum attrahant: quanquam & hæc plerique etiam καταπλασματικὰ appellarint, vt ſcribit Galenus lib. 2. περὶ χυμ. quo loco ipſe aliquot Andromachi καταπλασματικὰ deſcribit & aliorum veterum medicorum.

Καταλυοῖ. eneruat, debilitat, ad extremam imbecillitatem ducit apud Hippocratem.

καταμύζειν. τρέπειν ἢ ὁρμᾶν, hoc eſt, inuertere & erumpere: apud Hippocrat. vt annotat Erotianus.

Κατασύνησις. irrigatio. perfuſio. Fit humore copioſo in partem aliquam affuſo. quo quidem remedij genere vtendum cum aliqua de cauſa balneo excludimur. Sed præſertim capiti adhibetur ſiue ad ſomnum conciliandum, ſiue ad compeſcendum delirium, ſiue ad ſoluendas conuulſiones: Archigenes namque proditur præceptorem ſuũ Agathinum ex vigilijs delirantem, confeſtim delirio vigilijſque liberaſſe largiore oleo & calente capiti affuſo. Id quod etiam præſtari poteſt chamæmelo vel calycibus papaueris in oleo decoctis. Similiter in caninis conuulſionibus caput oleo ſicyonio calente aut alio eiuſdem facultatis perfundi irrigarique poteſt, ſicut & aliæ corporis partes quas morbus aliquis occupat. Nam & podagrici & tremore laborantes & hepatici & ſplenici proprias habent & peculiares irrigationes. Cæterum ἡ κατασύνησις differt ἀπὸ τῆς ἐμβρεχῆς, eo ſolo quod poſt πλὴν κατασύνησιν in parte aliqua factam, eidem lanam aut linteũ aut aliud quid ſuperponimus, quod poſt πλὴν ἐμβρεχὴν non facimus.

Καταχύματα ambuſta, incendioſæ quædam puſtulæ atque ambuſtiones in cute ex vſtulatione enatæ aut humorum acrimonia cutem lancinante erumpentes.

κατάκλασις. nomen in artubus frequens eſt apud Hippocr. quando iacente ſupino ægro videntur οὐλικνημιδία crura, ἢ διαπεπλεσμένα, id eſt contracta aut implexa: Sed & in Coacis de eo laſſitudinis genere dicitur quod ὀξύκοπον appellant, in quo ægri quaſi confractis oſſibus dolentes iacent; Sed & in oculorum & palpebrarum peruerſione κατάκλασιν vſurpauit, cum ait, ὀμμάτων θερμὸν παρακρυστικὸν, ἢ βλέφεις αὐτίων, ἢ κατακλάσιες κακὸν, id eſt oculorum intuitus audax, phreniticus; ſic & coniectus frequẽs & contortio: vbi

» ſic Galen. ait, καπάκλασιν λέγει τῶν ὀφθαλμῶν ὅταν » διαφίρεται τὰ βλέφαρα, id eſt cum eorum palpe- » bræ peruertuntur, quod in prognoſtico dixerat » κάμπυλον βλέφαρον; Sed & prorrhetic. ſect. 2. part. » 52. pro κατάκλασις etiam habetur κατάκλεισις, » vtrumque enim Gal. agnoſcit, nullo inter hæc » exiſtente diſcrimine, ſeu oculum confractum » ſiue clauſum dixeris, quorum alterum pendet à » robore & contentione partium oculos claudentium, alterum ab aperientium imbecillitate vt » docet Galen. ibidem comment. 2. κατάκλασις » etiam τῶν ἄρθρων aphor. 18. ſect. 1. l. 6. Epid. dicitur de inflexis ſupra naturalem & mediocrem figuram articulis, aut nimium diductis, cum videlicet ægri ſupini iacent, vel bracchijs ceruice & cruribus extentis, vel ijſdem contractis & impleXis, quæ modice reducta eſſe oportet, quorum illud fractarum virium & facultatis animalis reſolutæ argumentum eſt, hoc vero conuulſionis & delirij: ab hac inſuper voce etiam φωναὶ κατακλώμεναι in Coacis dicuntur, confractæ, perueRſæ, interruptæ, hoc eſt, quæ faucibus hærent, in quibus materia vocalis quaſi conglomerata ſubliſtit, vnde & καπιλῶσαι ab eodem vocantur, & καπλανώμεναι id eſt διαστρεφόμεναι, peruerſæ, quales aliquando annotauit Hippocr. in tabidis, ex prolapſu catarrhi ferini materiæ vocali occurrentis, maximeque in tempeſtate peſtifera, auſtrina, ventis placida & pluuioſa quæ caput replet ichore, hoc eſt, ſero maligno & pituita ſalſa: huiuſmodi ſunt quas non inepte vulgus Gallicum quaſſas vocat, humiditate continenti riguas minime ſonoras & claras; ſed & per has voces, acciſas, & admodum imbecillas recte intelleXeris, imitatione Græcorum qui κατακλώμενα infirma omnia intelligunt, adeo vt ſint illæ voces languidæ & obſcuræ vt vix exaudiantur, & ſubinde intercidant, ſic in fullone phrenitico apud Hippocr. notatur φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δὲ, effracta vox ſed quæ intelligeretur, vt in Nicoxeno φωνὴ κεκλασμένη ἔρρει ἀκοῦσαι, σαφὴς δέ, vox effracta quæ exaudiretur quidem ſed ægre.

Κατακεκλιμένοι. ἔκλυτοι. hoc eſt, reſoluti, languentes, deficientes apud Hippocratem, vt annotat Gal. comment. in prorrhet.

Κατακλεῖδες. dicuntur oſſa cartilaginoſa in commiſſura omoplatæ cum clauicula, vtrinque ſcilicet ſingula. Siquidem in ea commiſſura ſæpe accumbit, ſæpius media intercedit cartilago, vti in ea quæ claui eſt cum ſterno iunctura, & ea quæ genæ inferiori cum oſſe temporali, & cruri cum tibia. Hanc porro cartilaginem oſſeam Galenus os propter duritiem appellat (quanquam ob tenuitatem ſit multũ flexilis) & ſcribit in ea commiſſura, proter omoplatam & clauem, tertium os à quibuſdam numerari, & in ipſis tantum hominibus Hippocratis teſtimonio deprehendi, qui eam homini propriam facit. hanc vero etiam ab aliquibus ἀκρώμιον vocari Galen. lib. de oſſibus prodidit.

Κατεκτικὸν. medicamentorum genus quod aliàs » ἐπικτικὸν vocatur.

Κατακλινὴς. decumbens, idem quod κατακλιντὴς, » ἢ κλινικὸς, ἢ κλινοπετὴς ſignificat, quibus ὀρθοστάδην » ἐυσχελίζειν opponitur.

Κατάκλισις. decubitus, quem in ægris à medico di» ligenter conſiderari vult Hippocr. qui tres illius » figuras in Coacis deſcribit, duas ſcilicet extremas » prorſus abſurdas & vitioſas: vnam quidem in exceſſu in qua ſupra modum membra contrahuntur; alteram in defectu in qua proijciuntur & extenduntur: inter has autem naturalis quædam & bene valentium propria eſt, in mediocritate vehementis contractionis & immodicæ proiectionis artuum & ſpinæ, qua figura etiam non cogitantes cubare ſolemus: extremas figuras Galenus vocat σχήματα ὑπερβολικὰ καὶ ἀτονίαν: mediam vero τὸ ὄκλον, quod totum corpus modice humidum ſignificet, ſine ſiccitate aut humiditate vlla præter naturam, ſic enim in 1. prognoſt. dixit τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον, totum corpus humidum quaſi molliter iacens deprehendi debere, id eſt media figura ſitum, & in latus firmatum; quod enim moderate humidum & ſine dolore, tendi non debet, ſed in medio contractionis ſiue flexus, & proiectionis ſiue longæ extenſionis ſeſe continet, ita vt in dextrum aut in ſiniſtrum latus iaceat, collo, manibus, cruribuſque parum reductis, & neque ſupra modum extenſis neruis, neque nimium plexis, quorum hoc conuulſionem ſignificat, illud reſolutionem vel ſummam infirmitatẽ facultatis eius, quę corpus per muſculos ſtabilit & firmat, in media ergo & naturali figura tria concurrere debent, decubitus in alterutrum latus, erectum ac conſtans corpus, non prolapſum ad pedes, & moderata totius corporis reductio, id eſt ſpinalis medullæ, cuius partes ſunt ipſæ colli vertebræ, & quatuor artuum manuum videlicet & crurum: ex hac vero figura robur facultatis animalis ſignificatur, proindeque Hippocrati ſaluberrima cenſetur.

κατάκλυσμα. idem quod κλυσὶς, apud Hippoc. lib. de ſalubri diæta.

Κατακλυσμὸς. aquarum illiſio dicitur Cælio Aureliano l. 1. τ. χρον. c. 1. ceu ex alto aquæ caſus, quem in epilepſia curanda præcipit eiuſdem lib. cap. 4. qua patientes partes percuſſæ (inquit) mutari cogantur, & l. 2. c. 1. de paralyſi & c. 5. pro aurium dolore, capitis totius procurationem per κατακλυσμὸν procurat, id eſt illiſionem aquarum ſupercadentium.

κατακοὶς ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Κατακορὲς. ἱκανῶς καὶ ἀκράτως. vtroque enim modo Galen. explicat comment. τῶν δι' αἰτίης ὀξέων.

Κατακορὴς. vox eſt è medio *Hippocratis œconomia* deprompta, cuius & videtur ſignificatio ambigua: videtur autem proprie de colore dici ieoque pleno atque ſaturo, idenim vox *Græca* indicat, cuius coloris contrarius ſit dilutus qui coloris aliquid depoſuit, quique remiſſus eſt ac lenior: inde κατακορὲς affectionis intenſionem cui iungitur portendit, affatimque, & in plenum aliquid redundare ſignificat, vnde & ad alia multa fuit ſubinde vox hæc tranſlata; aliquando enim ἄκρατον id eſt ſyncerum ſignificat, vt χολὴ κατακορὴς, bilis ſyncera, id eſt ſaturata & affatim colorata, ſic enim (inquit Gal. in exeg.) vocat Hippocr. κατακορίας recrementa pura bilis, atque ſic fere ſemper apud Hippocr. coloris bilioſi intenſionem ſignificat; ſed & ſæpe κατακορία χολώδη coniungit, deiectiones in plenum & affatim bilioſas ſignificans; ſitim quoque κατακορίης appellat pectora quæ huiuſmodi humorem generant, quanquam ea voce hirſuta nonnulli interpretantur: Quin & eadem ratione κατακορὲς vocat: eos quicumque multa bile abundant quales ſunt, πικρόχολοι, ſynceram quoque bilem κατακορίαν χολὴν vocauit Aretæus in hepatis mor-

» bis c.13.l.1. de morbis diuturnis: & ἰκτεροῦσθαι κατ-
» ακορῶς ex morbo regio largius coloratos eo-
» dem cap. vt & Hippocr. l. 4. Epid. & Coac. &
» κατακορέα ὄρεα in ictericis apud eundem Aret.
» esse dicuntur: Pharmacum quoque κατακορὲς ap-
» pellat Hipp. aut propter euacuatum ab ipso hu-
» morem, aut ob proprium suum colorem. Sed &
» 7. Epidem. βῆξ κατακορὴς vel quando (inquit)
» eiusmodi humor syncerus expuitur, vel cum est
» tussis intensa atque vehemens: vocat etiam sitim
» κατακορῆ quæ vel gignitur propter talem humo-
» rem aut quæ vehemens & intensa est vt explicat
» Gal. in exeg. sed & 7. Epid. κατακορὴς ὕπνος som-
» num profundum significat, & Dioscor. libr. 4.
» συμβαίνειν κατακορῆ πυρίαν, id est quæ ad satieta-
» tem ruffescit intellexit: alia multa eiusmodi
» exempla suppetunt quibus intelligere est vo-
» cem κατακορὲς intensiuam esse adiunctis rebus.

κατακόρη. tonsura per nouaculam, apud Hippocra-
tem.

κατακρύπτειν. κατακλίζειν, hoc est, discindere: apud Hip-
pocr. vt annotat Erotianus.

κατάληψις. affectus est cerebri. Prouenit à vehe-
menti refrigeratione cum quadam siccitate, &
posteriora cerebri potius occupat, cum in caro
anterior pars magis laboret: in apoplexia vero &
morbo comitiali vtraque, vt scribit Gal. lib. 4.
de loc. affect. Manent autem per catalepsim pal-
pebræ apertæ, quæ per carum clauduntur, ser-
uaturque secundum naturam spiratio. Huius
frigidus ac crassus aut omnino viscidus humor
causa est, quanquam & stomachi vitio aliquan-
do incidere possit. Paulus Ægineta lib. 3. c. 6. scri-
bit affectum quem medici Galeno antiquiores
κάτοχον appellarunt, eundem à recentioribus κα-
τοχὴν & κατάληψιν postea vocatum esse. Dicitur
ἀπὸ τοῦ καταλαμβάνειν, quod eo affectu detentus
æger repente in illo permanet habitu in quo cor-
reptus est. vide κάτοχος.

κατάληψις. vocabulum est Empiricorum, quo signi-
ficant veram & perpetuam cognitionem, vt scri-
bit Galenus libro περὶ αἱρέσεων. Sunt autem κατα-
ληψία, κατάληψις, καταληπτὸν, καταλαμβάνειν, no-
mina ex Stoicorum schola profecta, nec Attica,
vt scribit Galen. initio libri περὶ ἀρίστης διδασκαλίας.
& significat καταληπτὸν idem quod γνωστόν, hoc est
notum.

Κατάληψις τοῦ πνεύματος. cohibitio spiritus. Quatuor
» illa omnino fit modis ex Gal. in libello de disse-
» ctione vocalium instrumentorum: fit enim dum
» inspiramus, quando in agendo adhuc persistunt
» musculi thoracem dilatantes: Secundo modo
» quando dum expiramus in agendo persistunt
» musculi thoracem constringentes, ita vt alia
» pars spiritus reflecti, alia manere adhuc videatur:
» fit tertio modo in expirationis & inspirationis
» confinio, cum musculi qui inspirationem faciũt
» cessant, incipiunt autem qui exspirationem præ-
» bent: his autem omnibus modis musculi laryn-
» gis intrinseci quiescunt; Quartus modus alius
» est, fitque hoc modo: Musculis thoracem dila-
» tantibus quamplurimum agimus multoque spi-
» ritu pulmonem replemus, deinde internos laryn-
» gis musculos intendimus, spirituque transitum
» claudimus, tuncque ad inspirationis succession-
» nem actionem ducimus, thoracēque enixe con-
» stringimus, ac pulmonem haud inualide compri-
» mimus; hanc spiritus cohibitionem quia versus
» ilia fit εἰς λαγόνας τόπον Gymnastici appellabant:
» iste autem quartus modus à prioribus differt,
» quod hi fiant musculis thoracis propriam actio-
» nem sine pugna & contentione perficientibus,
» ille vero fit per mutuam quandam concertatio-
» nem inter musculos thoracem constringentes &
» eos qui laryngis capacitatem claudunt, dum illi
» extrudere foras spiritum, hi vero ipsum intus re-
» tinere volunt, atque hæc 4. spiritus cohibitio
» erat olim apotherapiæ pars, eoque consilio susci-
» piebatur, vt quicquid in corporis habitu ab exer-
» citatione reliquum erat excrementorum, partim
» digereretur, partim vero violentius per cutem
» actum expelleretur; nam vt inquit Galen. lib. 2.
» de causis sympt. eiusmodi spiritus cohibitio ca-
» lorem auget in instrumentis respirationis, sicque
» spiritus sub thorace violenter oppressus in om-
» nes arctos meatus penetrat, omnia læuigat, & ad
» temperamenti æquabilitatem perducit, hincque
» fit vt tali cohibitione spiritus sanentur tusses ex
» refrigeratione instrumentorum respirationis fa-
» ctæ, item & singultus; sed interea dum spiritus
» cohibetur, diligenter notandum quod notat Ga-
» len. 3. de sanit. tuenda, vt nonnihil contrahantur
» abdominis musculi, vt excrementa vi cohibiti
» spiritus impulsa, deorsum ferantur, alioqui enim
» si tendantur ipsi abdominis musculi vniuersa
» excrementa ad caput feruntur, venæ superiores
» sanguine & flatu implentur, totumque caput
» oneratur, eodem modo vt in his qui tibias in-
» flant aut acutam vocem edunt, ad varium autem
» excrementorum per spiritus cohibitionem ex-
» pulsum habebant veteres ἄμματα id est fascias,
» quas modo ligabant circa ventrem, modo circa
» lumbos, nunc circa costas, aut alias partes: de hac
» spiritus cohibitione lege Gal. lib. de spirandi dif-
» ficultate.

καταλύουσι. dicuntur quibus vita deficit quique
iam morituri sunt apud Hippoc.

καταμήνιον αἷμα. menstruus sanguis. Est sanguis in
muliere superfluus, alterum generationis princi-
pium. Sanguinem quidem esse ipse sensus iudi-
cat, superfluum autem ipsa per singulos menses
excretio ostendit. Quia enim fœmina humidior
frigidiorque mare est, idcirco sanguine magis
abundat, concoquens quidem alimentum quan-
tum expedit, verumtamen propter caloris imbe-
cillitatem non valens id quod redundat per hali-
tum digerere. Proinde plus sanguinis quam illi
sit ex vsu accumulat: cuius partem cum sibi con-
coxerit & assimilauerit, reliquam tanquam su-
perfluam per vterum excernit. Videtur itaque id
quod excernitur, eiusdem esse & substantiæ &
qualitatis cum eo quod ipsa sibi reseruauit, & ad
sui nutritionem vsurpauit, vt quod & ab eadem
facultate, eodemque calore natiuo genitum sit,
ijsdemque alimentis, & eodem postea calore re-
gatur, & suis vsque ad excretionem venis locis-
que contineatur, in quibus vnumquodque opti-
me conseruari solet. Quamobrem cum sanguis
ille superfluus aut excrementosus dicitur, non ad
qualitatem, sed ad quantitatem referendum est.
Nam si quod illi vitium insit, idem & reliquo
toti sanguini commune est, quale morbosa non
fœminarum tantum, sed virorum etiam corpora
conciliant atque contrahunt: proprium vero &
peculiare nullum videtur possidere, excepto for-
te eo quod mox dicam. Certum est veteri in mu-
lieribus permagnam esse vim, vt qui non modo
morborum grauissimorum causa sit, sed totum

etiam corporis temperamentum immutare posſit. Is ſi à ſuo temperamento receſſerit, ſi vitioſos humores aut in acetabulis, aut in cornibus, aut inter tunicas, aut ſuo ſinu collegerit, tunc ſanguinem menſtruum, eiuſque maxime partem quæ primum ad eum peruenerit, inque eo diutius ſederit, donec menſtrui excernendi tempus aduenerit, eodem vitio inficit atque deprauat: vnde ea forte maleficia, quæ Plinius menſtruo ſanguini attribuit, conſequuntur. Verum vitium hoc ex accidenti potius quam natura ineſt eiuſmodi ſanguini, qui alias in muliere bene ſana omnis vitij expers gignitur, adeo vt alterum generationis noſtræ principium exiſtat. Eſt enim fœtus materia, atque etiam facultas perinde ac ſemen, ſed tanto minorem vim & facultatem habens quam ſemen, quanto plus materiæ in formando fœtu ſubminiſtrat. Nam vt docuit Gal. lib. 2. de ſemine, cum ex materia & facultate vnũquodque animal gignatur, & in ſemine & in mẽſtruo ſanguine vtrumque principium continetur, non æquis tamen viribus. Siquidem in ſemine effectiuum principium validiſſimum eſt, materiale pauciſſimum: contra vero in menſtruo ſanguine materia plurima, vis autem & facultas longe imbecillior eſt. Ab eo carnoſæ partes & materiam & formam accipiunt, attracto ſemen fruitur, conceptus fœtus nutrimentum capeſſit, infans in lucem editus alitur. Eſt enim menſtruo lac germanum, vnamque habent ambo ſubſtantiam. Sunt autem qui ſanguinis menſtrui duas vel plures etiam differẽtias, ſiue quod verius eſt, partes conſtituant, puriorem, fæculentam & mediam: puriori quidem beneficia illa omnia tribuentes quæ diximus; fæculentæ vero ea maleficia quæ vulgo recenſentur. Cæterum menſtrui nomen non à propria ſubſtantia, ſed ab accidente inditum eſt, quod ſingulis menſibus eius excretionem natura moliatur. Nec tamen ſiue naturâ ſiue præter naturam ſupprimatur, ob id deſinit menſtruus ſanguis dici. Huius autem periodi cauſam nemo vel ad vitioſam qualitatem, vel ad ſanguinis redundantiam referendam arbitretur, ſed aut in naturæ vim, quæ omnia certis legibus adminiſtrat, aut in ſempiternos & immutabiles Lunæ curſus, quæ vt luminum varietate tum creſcens, tum decreſcens menſem dimetitur: ſic hominis, maximeque fœminę, vt reliquorum etiam omnium humores, rata ordinis conſtantia regit atque moderatur.

» Dicuntur & Hippocr. καταμαλώσεις, & καθαρ-
» σεις ἔμμηνοι, & μείωσις, & ἔμμηνα & τὰ γυναικεῖα.

καταμολώσεσθαι. ſenſim ſolui, vox hæc ab Hippocr.
» vſurpatur in ijs quæ tum inſidioſe, tum falsò le-
» uantur, atque ab ἀφανίζεσθαι in eo differt quod hoc
» ſit repentinæ & ſubitæ leuationis, καταμολώσεσθαι
» vero tardæ & lentæ; atque hæc Galeni diſtinctio
» legitur comment. ad illam ſententiam quam ta-
» men codex Græcus Galeni ad Hippocratis ope-
» ra diſtinctam non habet, ſed commentarij litteris
» minutioribus excuſam in eoque confuſam: eſt
» autem hæc, τὰ ἐπώδυνα ἀκρίτως καταμολωσάμενα
» φλεγμα, id eſt quæ dolorifica ſine criſi reſidunt
» (loquitur enim de parotidibus) mala ſunt, ſect.
» 3. 1. prorrhet. & ita vox ea apponitur abceſſibus
» immaturis, qui paulatim ſubſidunt atque vaneſ-
» cunt; Sed & verbum μολώσεσθαι maribus nuper
» natis appoſitum legimus apud Hippocr. quod
» ſcilicet ipſos puellæ creſcendi celeritate prece-
dant, quas tamen illi præceſſerant dum eſſent in vtero: Hippocratis hæc verba ſunt 6. Epid. patt. 2. σωκρίδη, σωίδη, ἐξύτερον κυηθὶν ἐμολώθη, καὶ βεβδύτερον ἄυξετο, καὶ ὀπὶ πλείω χρόνον, id eſt articulatum eſt, conſtitit, celerius motum comprimitur tardiuſque augetur, & diutius. Cæterum pro καταμολώσεσθαι verius eſt καταμωλώσεσθαι, vel potius καταμωλύεσθαι per ω, quomodo ſimplex μωλύεται apud Heſych. legimus, & μαλυόμβρα apud Gal. ſua ſerie alphabeti: eſt autem illi μωλύεσθαι paulatim marceſcere, huic ſeneſcere.

καταμώσας. qui demittit aliquid cauſa inquirendi & inueſtigandi: apud Hippocr.

καταναγκάζεται. ἐκβιάζεται, apud Hippocratem. hoc eſt, vi cogitur & adigitur.

Et καταναγκάζειν apud Hippocr. dictum de oſſibus quæ ſuo loco mota reſtituuntur.

κατανάλκη. herba eſt duûm generum, vna folio coronopi longo, radice iunci modo prætenui, capitulis ſenis ſeptenisue, in quibus erui ſemẽ ineſt. Altera mali paruæ magnitudinem explet, radicem habet exiguæ oliuæ magnitudine: folia quoque oliuæ colore & figura, mollia, diuiſa, humi inclinata: ſemen vt cicer, minutim in virgulis dependet, punicei coloris, multis foraminibus pertuſum. Hanc quidam biſtortam eſſe arbitrantur.

Καταναισιμοῦται. καταναλίσκεται, conſumitur, apud Hippocr.

Καταφρεῖν. καταφρονεῖν, hoc eſt, contemnere & deſpicere: apud Hippoc. vt annotat Gal. comment. in 3. ἐπιδημ.

Καταύτλημα, καὶ καταύτλησις. idem quod ἐπαύτλημα de quo vide ſuo loco: Cæterum paſſim quoque dicitur ὑδὼρ vel ἔλαιον καταυτλεῖσθαι, infundi fotus, gratia, id eſt illis foueri pars ægra.

καταυχαίτις. καταπίνεις, hoc eſt expedis vel contendis: apud Hippocratem, vt annotauit Erotianus.

κάταξα. ſericum crudum Aetio & Actuario: Eſt autem lanificium bombycis, ſed antequam cortinas vel colorem experiatur. Officinæ ſeram crudam nominant.

Κάταξις. fractio. Eſt rei in magnas partes diuiſio & ſeparatio: θραῦσις vero eſt in quaſuis partes ſine diſcrimine, & plures duabus, vt diſtinxit Ariſtoteles.

καταπάσματα ἡ

Καταπασὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta arida, ex ſicco medicamentorum puluere conflata. Vt autem ipſa medicamenta viribus differẽtia ſunt, ſic variæ τῶν καταπασμάτων differẽtiæ. Alia enim ex aromatum puluere parantur, quæ ad gratiam cõparata ſunt, & veſtibus inſpergi poſſunt. Alia vlceribus & cuti inſperguntur, ad gignendam carnem, compeſcendam carnis excreſcentiam, ducendam cicatricem, erodendum, vrendum, ſanguinem ſiſtendum. Cuti autem ad extergẽdum, repurgandum, attenuandum, diſcutiendum & ad plæroſque alios vſus, vt docet Paulus lib. 7. cap. 13. quo loco in omnibus fere exemplaribus male legitur καταπλάσματα pro καταπάσματα. Eadem medicamenta inſperſilia dicuntur à Græcis διαπάσματα, & πάσματα.

Et ὀπὸς ἀπὸ: dicuntur etiam ξήρια & ξηρόφια & καταπότιον medicamenti nomen ad hæmoptoicos dictum, quia inſpergitur; deſcribitur à Gal. 7. κ' τοτ. cap. 4. vide διαπάσματα. Sciendum autem eſt vt καταπλάσσειν interdũ pro καταπάσσειν

» perperam positum inuenitur vel viciſſim; ita κα-
» τάπλασμα pro κατάπασμα, vel viciſſim.
καταπλασμὸς. dicitur Cæl. Aureliano poſt humeros
» atque colla deuexo ductu mitis & lenis defrica-
» tio, aut leuis deductio lib. 1. c. 5. Tardarum paſ-
» ſionum.
Κατάπηρι. καταθλαμμένοι. læſi, mutilati, apud Hippocr.
κατάπλασμα. eſt medicamentum molle & conſi-
ſtentia mediocre, quod repellendo, concoquendo, digerendo, reſoluendo, laxando, vacuando, detergendo, calfaciendo, ſiccando dolorique ſedando adhibetur. Quæ craſſiora ſicciora que ſunt, emplaſtra & cerata: quæ liquidiora, συγχείσματα & vnguenta appellantur. Sunt autem variæ cataplaſmatum vires & diuerſi vſus, propterea quod valde differente materia componi poſſunt, & varijs partibus admoueri quæ peculiarem quādam habent indicationem. Cæterum ab antiquis magna ex parte ex melle parabantur, cui incocta eſſent vel miſta medicamenta propoſito conuenientia: ſæpiſſime vero & ex pane, oleo & farina, de quo apud Galen. multa lib. 2. ad Glauconem.
» Dicitur & ἐπίπλασμα Aretæo. 1. de curat.
» acut. c. 4.
Καταπίλου. Græci vocant illita pice ſibi pilos euel-
» lere, & apud Clementem Alexandrinum c. 3. l. 3.
» pædag. de Cynædorum impura infamique mol-
» litie dicitur. Qui autem ſic vulſi & glabri forent
» πιλοκοπιῶσι eidem dicuntur: Viſco quoque pi-
» los euelli ſolitos notauit Iuuenal: euirationem
» eam, pilorum vulſuram ſunt qui vocauere: Sed
» hac de re plura leges infra in voce πίλωσις.
Κατάπληξις ὀμμάτων. & oculus κατάπληξ. 5. & 7.
» Epidem. dicuntur de ſtupidis, ſtupefactiſue ocu-
» lis, id eſt videndi actione priuatis, veluti quibus
» attonitis adeſt ſentiendi impotentia.
Κατάποσις. deglutitio. Eſt cibi potioniſque ab ore in ventriculum deſcenſus. Actio eſt facultatis attractricis, quam vi fibrarū rectarum agit, quas multas interna ventriculi tunica poſſidet, ad id munus natura comparatas. Id quod liquido cernitur deglutientibus nobis, larynge ſimul ſublato ſurſumque in tantum currente, quantum gula deorſum trahitur. Cum autem completa iam deglutiendi functione laxauerit ſe gula, tunc luculenter deſcendere cernitur ſumma arteria: ſiquidem interna ventriculi tunica quæ rectas habet fibras, quæque tum gulam intrinſecus veſtit, tum os ipſum, ea ſuper internis ſummæ arteriæ partibus extenditur. quo fit, vt cum ipſa à ventriculo deorſum trahitur, ſimul etiam ſumma arteria neceſſario attrahatur.
καταπότιον. pilula. Eſt medicamentum, vt ait Scribonius Largus, quod non diluitur, ſed ita vt eſt deuoratur. Formatur fere in pilulas, quo facilius deuorari poſſit, & in ventriculo dilui, indeque tranſire in venas. Eſt autem vſus catapotiorum multiplex, maximus ad purgandum corpus humore excrementoſo, plurimus ad diſtillationes & tuſſim aliaſque thoracis affectiones. Parantur & ad ſedandam ſitim, quale id eſt, quod ἄδιψον à Galeno dicitur lib. 8. τ. κ. πότ.
» Quidam non ſolum pilulam, ſed & paſtillum
» ex Plinio interpretantur: ait δίδοται καταπότιον
» vertit Gaza apud Theoph. de cicuta lib. 9. cap. 8.
» hiſt. plant. potui datum; ſic & Dioſcor. dixit
» δίδοται ἐν κοιλιακοῖς καταπότιον, vbi quidam Græ-
cam vocem retinendo (nam & in Latino ſermone retinetur interdum) interpretatur Cœliacis « « «

» qui à cerebro ad palatum & nares angustior est,
» quam vt humor accumulatus vacuetur, cutis ca-
» pitis densitas, & cranium futuras habens paucio-
» res & astrictiores quam à natura comparatum
» sit, sic enim vapores aliàs hac via transpiraturi re-
» tinentur in capite; idem facit aeris constitutio
» austrina, cuius proprium est caput grauare, vt
» scripsit Hippoc. l. 3. aphor. Aer enim humidus &
» calidus prompte cerebrum natura sua humidum
» humectat & replet, adde quod per tales aeris sta-
» tus exigua sit per cutem insensibilis transpiratio,
» vt notat Gal. comm. 1. in lib. 1. Epid. atque his de
» causis cumulatur in capite humor superuacuus,
» vt plurimum quidem pituitosus, interdum vero
» biliosus & melancholicus, pro natura affecti cor-
» poris, ætate, regione, loco & similibus circun-
» stantijs, atque hinc oriuntur catharri differentiæ,
» vt nimirum sit alius calidus, adeo vt loca per quæ
» fertur exulceret; alius frigidus, alius biliosus, pi-
» tuitosus, melancholicus, sanguineus, quorum
» rursus singuli, varias etiam sortiuntur differentias
» pro varijs quatuor humorum differentijs: verũ
» ad catharri generationem non satis est cumulari
» in capite talem humorem excrementitium, nisi
» accedat eiusdem in partes subiectas delapsus: fit
» autem hic multis de causis, interdum enim pel-
» litur robore facultatis expultricis lacessitæ co-
» pia aut acrimonia cumulati humoris, interdum
» vero sine facultatis expultricis auxilio sponte
» fluit, vel cum copiosior est, vel liquefactus &
» fusus calore solis, ignis, balnei, febris, vini gene-
» rosi, aut alterius rei intro assumptæ, tegumento-
» rum nimiorum capitis, motu & exercitatione
» intensiore, animi pathematis, hæc enim iactant
» & exagitãt humores vehementius, aliquando ve-
» ro frigus fluxionem facit, dum cerebrum, præ-
» sertim si prius per calidam & humidam aeris cõ-
» stitutionem siue alia de causa repletum fuerit,
» quasi manu quapiam extrinsecus apprehendens
» & comprimens, in eo contentas veluti in spon-
» gia humiditates exprimit; Sic flantibus aquilo-
» nibus crebræ tusses, ac omnis generis distilla-
» tiones vt scripsit Hippoc. 3. aphoris. sic etiam ex
» temere admotis pleno capiti rebus frigidis, &
» astringentibus, ac repellentibus, atque alijs eius-
» modi catharrus gignitur. Cæterum ex tali hu-
» morum in partes inferiores decubitu infiniti fe-
» re & graues morbi in nostris corporibus oriun-
» tur, iique varij pro varia subiectarum partium
» dispositione, fere enim si quæ pars imbecillior
» in corpore extiterit in hanc onus totum decum-
» bet, atque etiam prout viam inuenerit humor
» faciliorem, alijs enim excrementa promptissime
» impetum faciunt, in os, nares, oculos, aures,
» dentes, vt pote partes cerebro propinquiores,
» fiuntque anginæ βεφλίχοι, κορύζαι, ὀφθαλμίαι, cæ-
» citates, ὠτάλγιαι, surditates dentium dolores, alijs
» in pulmone descendens humor, asthmata tusses,
» tabes, dyspnœas, peripneumonias facit, alijs in
» ventriculum & vicinas partes, cruditates alui
» profluuia, obstructiones, in artus arthritides,
» in neruos paralyses, tremores, atque alia quæ Ga-
» leu. lib. 6. de sanit. tuenda fusius commemorat:
» quæ & fusius explicuimus in voce ῥεῦμα infra:
» vbi leges.

καταρτισμὸς. est, inquit Gal. translatio ossium à sede non naturali in sedem naturalem.

» Fit à voce καταρτίζειν quod reponere signi-
» ficat artus seu membra luxata apud Ægin. sic &
Galli metaphoricãs dicunt, *remettre vn homme*, pro commotum & immodice perturbatum sibi restituere.

Καταρχαὶ. significat apud Hippoc. non tantum per initia morbi, sed simpliciter primo, vt annotauit Gal. comm. 1. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Καταύξησις. hydropis species, quæ & ἀνάσαρκα, heraclidi Tarentino, totius corporis inflatio siue humoris infusi perforatio dicitur vt inquit Cælius Aurelian. l. 3. τ. χρον. c. 8.

Κατασκευὴ. appellatur constitutio corporis & animi; corporis quidem apud Galen. sæpe; animi vero apud Platon. l. 8. de repub. qui & κατασκευὴν pro vitæ & morum constitutione posuit.

κατασκευὴ. etiam Galeno l. 5. salubrium absolutissima dicitur ac perfectissima exercitatio, quam per immodicos in certaminibus labores etiam totum diem aliquando continuatos præparato iam ad eam corpore obibant Athletæ.

κατασμὸς. destillatio Græcis dicitur authore Celso l. 4. c. 5.

κατάστασις. constitutio. Apud Hippocratem eo nomine dicitur collocatio cuiusque rei in suam sedem, vt annotat Galenus comm. εἰς τὸ περὶ ἁρμῶν. Idem etiam sic solet vocare omnem cuiusque rei formam, vt scribit Gal comm. 3. τ. ἐπιδημ. sed peculiariter dicitur de aere & morbis. Ac in aere quidem dicitur ἡ παρὰ φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι κρᾶσις, hoc est, aeris præter naturam temperies. Quæ enim secundum naturam est, ὥρα, hoc est anni tempus, dicitur, suntque eius quatuor omnes differentiæ proprijs temperamentis & nominibus designatæ: ver, æstas, autumnus, hyems; in quæ si aliqua præter naturam temperies inciderit, ea non iam ὥρα, sed κατάστασις proprie nuncupatur. In morbis vero κατάστασις vocatur quædam veluti forma morbi, secundum quam ex tantis & talibus constituitur vniuersalibus temporibus, seu qualiscunque ex totius morbi temporibus compositio, quemadmodum Galenus docuit libro primo τ. κρισίων. Hæc autem non aliud est quam totius morbi duratio circumscripta temporibus quatuor, quæ totius morbi tempora seu vniuersalia appellamus.

καταστολικὰ φάρμακα. medicamenta cohibentia, supprimentia, quæ etiam ἀποστολικὰ à voce καταστέλλειν, quod significat reprimere & supprimere tumentia vt notat Budæus ex Dioscor. eiusmodi vero sunt elaterium, squamma æris, Chrysocolla, & alia plura quæ καταστολικὰ τῶν ὑπερεχῶν Aetio esse dicuntur tetrabl. 1. sermon. 2. cap. 230.

κατάσημα. τὸ οἷον κατασείεσμα καὶ ἀπόσειμμα, hoc est, veluti quædam confirmatio & animaduersio, apud Hippoc. lib. 2. τ. ἐπιδημιῶν, vt annotat Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Sed nota hîc scribendum ἀπόσκημμα à verbo ἀποσκήπτειν, id est incumbere seu irruere.

Κατασῦσαι. dictum ab Hippoc. 1. γυναικ. de vtero tumente, qui postmodum vna cum ventre subsidat atque hoc modo restituatur ipse sibi.

Κατασῦσαι etiam τὸ σῶμα. dicitur corpus quod ad purgationem præparatur & componitur.

Κατασῦσαι. vocem vsurpare solent Græci qui Asiam incolunt, vt significent in suam sedem collocare: vnde mihi videtur Hippocr. ducere nomen κατασύσιος per 6. tertiam syllabam scribens, sic vt idem significet quod καθίδρυσις, quod vocabulum aliud nihil sibi vult quam aliquid in suam

sedem

„ sedem collocare, quam rem κατάθεσιν appellant.
Κατασχασμὸς. scarificatio. vide ἰσχάραξις.
Κατατείνω. verbum est ab Hippocrate vsurpatum, vt scribit Erotianus, ὐκ ἐπὶ τῆ πάσεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆ κατασκέσεως: hoc est, non pro tensione sed pro dispositione: vt quo loco scribit, τὸν δὲ ἀνθρωπον, πυείλω γε ἰῶ ἐσθίγματι, πολλῷ θερμῷ λοῦσαι. καὶ πειτα ψυχρῆ κατατείνειν, iacentem atque decumbentem significat. deinde paulo post vbi scribit, ἔπειτα αἱ ἀρχαὶ σφῶν ἐξύλον ὑφορμίζεσθαι σφᾶς ἐδέοντο, ἀμείζουσι τὸ μῆκος τῶ ὑποτεταμένω, τῶτ' ἔστι τῶ ὑποκειμένω. Similiter libro de fracturis, vbi dicit, γνοὺς δ' αὐτὸς πῶ ἑαυτῶ χεῖρα κατατείνας, ὡς ἐπιθήσων τὸ ῥῆμα, hoc est, eo habitu & figura componens, supinamque collocans. Neque enim toto eo loco κατατείνειν aliud significat quam καταπλάσσειν: vt & alijs quibusdam locis κατάτασις αὐτὶ τῆ καταθέσεως ab eo dicta est.
Κατάπειξις τῶ ὀργάνων. instrumentorum attritus aut „ attritio dicitur, cum scilicet nimia siccitate in- „ strumenta functionum languida exoluta & in- „ firma euadunt, translatione à vestibus aut vasis „ sumpta.
Καταφορὰ. est magna & grauis somnolentia. Huius tamen Galen. lib. de comate duas facit differentias, vt probatissimos medicorum scriptum reliquisse asserit. Vnam somnolentã vocat, alteram simpliciter cataphoram, vel cataphoram non somnolentam. Cataphoram somnolentam vocat, in qua æger profundo & diuturno somno premitur. Alteram vero in qua ægri vigiles manent, cum ipsis diuersæ variæque imagines rerum semper succedant, quæ illorum mentem moueant interrumpantque somnum. Quamobrem insomnes quidem extant vt plurimum, de lecto autem surgere, vigilantiumque opera exercere nequeunt. Oculi namque eorum maxime grauantur, suntque adeo in somnum propensi, vt credere possis eos facile dormire posse. Verum non solum non dormiunt, sed etiam spem dormiendi nullam habent. Vtraque autem cataphora, tam ea quæ cum somno, quam ea quæ sine somno est. id habet commune, quod ægri oculos attollere nequeunt, summa grauedine detentos, & quasi ad ineundum somnum comparatos. Vtraque etiam fit grauato ob vtilis succi copiam cerebro, vt in ebriosis: interdum vero & propter pituitosum humorem, aut propter vehementem absque humore frigiditatem. Gal. lib. 13. meth. medendi videtur facere τὸν καταφορὰν genus quoddam omnium malorum quibus sine febre sopor quidam altus incidit, his verbis: ἐπιγένεσθαι καὶ πυρετὸν καὶ θερμότητα περιττὴν τὸ πάχος τῶ λυτυώδους χυμοῦ, ὅστε αὖθις μὲ τῆς σήψεως, καταφορὰς βαθείας ἐργάζεται χωρὶς πυρετῶν. ἃς ὀνομάζουσιν ἀποπληξίας καὶ κάρους καὶ κωτσχάς. εἰ δὲ καὶ σήπεσθαι ποτε, μὴ πυρετὸν γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. καὶ κελεύειν τὸ τοιοῦτο νόσημα λύθαργον. hoc est, vt conuertit Linacer, in contrarijs autem vicijs excitare, ac noxij humoris qui citra putredinem & citra febrem altos sopores inuehit, crassitudinem incidere atque excalfacere. tales nimirum impetus soporis, apoplexias & caros & catochas Græci vocant. Quod si aliquando humor putrescat, vtique cum febri incidunt ea genera: vocaturque morbus Græce lethargus. His enim verbis videtur velle, apoplexiam, carum & catochen, species esse cataphoræ.

Vox autem hæc deducitur ἀπὸ τῆ καταφέρεσθαι, id est, vehementius obdormiscere vt notauit Budæus, significatque hoc verbum, subitam collapsionem vel delapsionem, cui verbo ἀναφέρειν & ἀναφέρεσθαι opponũtur, inde & καταφερὴς pronus, & καταφέρεια procliuitas.
Καταφορὰ κοιλίης. etiam de alui fluore profluuioque dicitur Hippocrat. 7. aphor. sect. atque vi dictionis expressa alui deductio, aut delatio dici potest cum quæ ventri molesta sunt deducuntur & vacuantur, non secus ac ὑποφοραὶ μακραὶ in Coacis prænotion. alui subductiones diuturnas indicant.
Καταφορικὸς ὕπνος. de graui & vehementi sopore dicitur.
Κατάφρακλα. deligaturæ nomen est, quæ ijs adhibetur quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum aut latera. nomen illi inditum est à similitudine thoracis Romani quem cataphractam vocant. vt scribit Galen. lib. de fascijs.
Sed verius κατάφρακτος diceretur.
Καταφρονεῖν. καταισχύνειν. apud Hippocr.
Κατάχλοα. ἄγαν χλοάζειν, valde virentia, apud Hippocratem
Κατάχρισμα. vnguentum seu id quod inungitur Dioscor. lib. 2.
Κατεπάδιον. prælongum instrumentum est, quod in nares immittitur, prouocandæ hæmorragias gratia in cura cephaleæ apud Aretæum lib. 1. de diuturn. curatione cap. 2.
Κατειλεῖσθαι φωναὶ, vel κατειλύσθαι rectius vt docet Galen. comment. 3. in 3. Epidem. vel & κατιλλαίνεσθαι multo adhuc rectius ibidem, & distortæ voces quasi occlusæ & coactæ, sic appellantur Galeno quasi quæ exire nequeant, vel & quæ quasi vinctæ, quod vocis vitium capitis destillationes comitari consueuit; Sed & non satis hanc in Hippocrate vocem probat Gal. de qua apud illum plura legeris.
Κατιπέιγων πνεῦμα. vide πνεῦμα.
Κατιπλάγητο, ἀποπλακτάδης ἐγένετο. stupidus atque attonitus euasit, apud Hippocr.
Κατοχάδιοι. idem quod κάτοχοι, catocho siue catalepsi laborantes, vt scribit Galen. lib. 4. de causis pulsuum.
Κατηχολῆσθαι. hoc est, circularibus principijs accessionum, apud Hippocr.
Κάτυγμα. ionice pro κάταγμα sæpe apud Hippocr.
Κατίωσεν. ἐσωφρόνει, ἐνόει, intelligebat, sentiebat, apud Hippocr.
Καπεδαῖον. καπεδικὸς. infirmum, apud Hippoc. Nam & Homerus ἀπεδαὸν αὐτὶ τῆ ἀσθενῆ dixit Iliad. Θ'.

Ἢ πεδαὸς ἢ νῦ τοι θερσίτης, βεβαιότερος δὲ τοι ἦεν.

Καπλοῦσθαι. συμπλοῦσθαι. id est, colligatæ, apud Hippocr.
Sed opinor scribendum καπλεῖσθαι, nam πλεῖν est stringere, seu vt Suidas exponit cohibere, πλεῖν vero mittere.
Καπτερέσθη. ἠδυνατώθη, hoc est, non potuit. apud Hippocratem, vt annotauit Erotianus.
Κάπτητο. ἐσωφρόνει. καθιστήκει. ad mentem redijt, sedatus est, apud Hippocr.
Κατεχόντες. continentes, sic dicuntur quibus aluus detinetur ac sistitur.
Κατανύεσθαι. idem quod ὀτείνεσθαι, apud Hippocr. hoc est, per axem extendere.

» Οἶνος enim siue ἄτισκος axem apud Hipp. significat.

Κάτοξυ νόσημα. peracutus morbus. Is dicitur qui intra septimum diem iudicatur. Qui enim longius procedit, simpliciter acutus est. sunt autem duæ eius differentiæ: qui namque exacte peracutus est, quarto die soluitur: qui non exacte, ad septimum vsque producitur. Omnis ab initio maximos labores habet: in primos enim dies morbi vigor incidit, vel non longe post quartum differtur. Est autem gemina peracutorum morborum differentia. Alij velut vna quædam accessio sunt, nullo modo remittentes, alij vero vt scribit Galenus in aphor. 36. lib. 4. primam statim accessionem vehementissimam habent, & reliquas per diem tertium proportione respondendentes, sed quæ quartam rarissime excedant.

» Λείαν ὀξὺ. etiam vocat. Gal. comment. in aph.
» 10. lib. 4.

Καταπήρ. instrumentum chirurgicum apud Hippo. quod aliter ἐξοδιαστὴς dicitur à sede aperienda. sic & quod veteres muliebres diducit, διάπεγα vocatur. Erotianus τῷ μηλωτῷ interpretatur.

Καταχύτης οἶνος. à nonnullis dicitur συκίτης οἶνος quo-
» niam fit ex ficubus seu caricis, nam caricæ che-
» lidoniæ macerantur & expresso inde succo per-
» funduntur vinacea, è quibus deinde hic συκίτης
» οἶνος elicitur, vt author est Dioscor. lib. 5. c. 41.
» vide οἶνος vbi insigniores, aliquot vinorum dif-
» ferentiæ explicantur.

Κατοχὴ ἡ
κάτοχος. est in somnum, sed sine somno & febre, propensio, per quam & oculi manent aperti & seruatur secundum naturam spiratio. Hic affectus cerebri posteriora magis occupat. Eò qui detinentur, κάτοχοι & κατοχόμενοι dicti sunt. Habent autem tensos apertosque oculos, non vt comatosi & cataphorici clausos. In his siquidē humiditas affectionis causa est, neruorum firmitatem roburque dissoluens: in illis vero propter siccitatem tensio oritur, vt annotat Galen. comment. 2. in lib. 1. prorrhet. quo loco hanc affectionem exemplo idem scite depingit. Quidam enim ex suis condiscipulis, cum assiduo disciplinarum studio se fatigaret, malo hoc correptus est: iacebat, inquit, veluti lignum prorsus inflexus rigidusque atque extensus, videbaturque oculis apertis nos ita intueri, vt ne conniueret quidem, nihil tamē loquebatur. Is quoque tempore eodem quæ loqueremur audiuisse se dicebat, quanquam non euidenter clareque; nonnulla item & memoria tenens referebat, præsentesq; omnes sese conspexisse, ita vt quorundam actiones recordatus exponeret, sed neque loqui tunc potuisse neq; membrum vllum mouere. Adeo varia erant & differentia huius ægri symptomata, vt partim somno premi, partim vigilare videri potuerit. Itaque composito quoque nomine à quibusdam ἄγρυπνος κῶμα appellatur, hoc est, sopor vigilans. Cuius vt symptomata, sic etiam causæ contrariæ esse dicuntur. Nam ex bilioso humore & pituitoso simul in cerebro redundantibus prouenit. Atq; vt mistam habet originem, sic nomine composito ἄγρυπνος κῶμα appellatur, mediaque affectio statuitur inter phrenitidem & lethargum, & species quædam delirij siue amentiæ esse, vt habetur apud Aetium. Sunt tamē qui κάτοχον & ἄγρυπνον κῶμα differre velint, dicentes τὴν κατοχὴν non compositam, sed simplicē causam esse, frigidiorem scilicet siccioremq; humorem obstruentē ventriculum posteriorem cerebri, quo detentus æger repēte in illo permanet habitu quo correptus est, siue stans, siue sedens, oculis etiam vel clausis, vel apertis. Ego tamen multis apud Galen. locis κάτοχον, κατοχὴν, κατάληψιν & ἄγρυπνον κῶμα idem significare, & eiusdem affectus diuersa esse nomina deprehendi.

Eiusmodi autem hoc malum est vt rarissime « euadant ægri; hoc & genus morbi sunt qui κα- « τάληψιν vocent, vt Asclepiades: Quidam ἀφωνίαν « vt Diocles & Hippo. alij multis verbis circum- « scribunt appellantes τὴν φλεβῶν καὶ πνεύματος ἀπόλη- « ψιν vt Hippocrates. «

Τὰ κάτοχα. apud Hippocrat. in prorrh. quidam interpretantur ea quæ morbum κατοχὴν vel κάτοχον dictum inferunt: alij vero morbos stabiles firmosque ac veluti hærentes, ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι.

Κάτοχοι. prominentes pinnæ quæ vertebris infiguntur: ἀπὸ τοῦ κατέχειν.

Pollux lib. 2. videtur κατόχους eas duntaxat prominentes pinnas appellasse quæ in 2. vertebra « sunt: Sed & κάτοχοι dicuntur qui catocho affectu supra explicato detinentur, qui & κατοχόμενοι « vocantur apud antiquiores Græcos vt testatur « Paul. lib. 3. cap. 10. «

Κάτοχος. dicitur fascia longior quæ in orbem faciei & capiti circūdatur, vt ὀφθαλμοστρόφιον (quod operculum capitis est tribus fascijs constans) comprehendat contineatque, sicut docet Galen. lib. de fascijs.

Κατωμιστὴρ. modus vnus est reponendi restituendique humeri prolapsi, quo super summum humerum alterius qui maior sit, hominem ægrum collocant, vt summo suo humero æger ala suspendatur, sicut aperte declarat Hippocr. lib. de articulis.

Inde καταμίζειν, quod exponit Hippocrates « ὑποτείναι τὸν ὦμον τὸν ἑαυτοῦ ὑπὸ τὴν μασχάλην; Pau- « lus quoque lib. 6. c. 114. ὑποβάλλειν τῇ μασχάλῃ τὸν « ἑαυτοῦ ὦμον, qui hunc repositionis modum illic « dilucide exponit. «

Καθαρτικὰ φάρμακα. dicūtur medicamenta deiectoria, quibus viscera vitioso succo referta expurgantur: Galen. lib. 7. Methodi sub finem. Proprio & vsitato nomine καθαρτικὰ appellantur.

Καυκαλὶς. caucalis. Est herba cauliculo dodrantali, interdum altiore, subhirsuto, folijs apio similibus, fœniculi modo per extrema multifidis hispidisque, vmbella in sūmo candida odorataque. Dioscorides & Galenus apud aliquos syluestre daucum tradūt nominari, non à similitudine, vt aliqui credunt, quasi rudimentū quoddam esset nascentis dauci, sed quod & gustu & viribus id imitetur, cū, vt inquit Galenus, eodē modo excalfaciat, exsiccet & propellat vrinā. Quod vero extremum folium in Gallinæ pedem conformatur, gallinaceum pedem, vt inquit Dioscor. aplarunt. Est & καυκαλὶς species quædam myrrhæ præter modum exoletæ, nigræ & retorridæ: vt author est Dioscor. cap. de myrrha. 78. li. 1. forsitan ita denominata παρὰ τὸ κεκαῦσθαι.

Καυλοδης κάταγμα. Est fractura ossis per transuersum facta, fracti ossis partes ita separans, vt è directo non iaceant, quemadmodum lib. 6. med. Gal. scribit. Idem vero & comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων: vbi, inquit, cōminuto osse nihil integrum relinquitur partibus inter se recedentibus, ita vt nullo pacto cohæreant, huiusmodi fractu-

re ſpeciem recentiores medici καυληδὸν à fracti caulis ſimilitudine appellant, imitati ea in voce Hippocratem, qui lib. de articulis de maxilla loquens ſcripſit ὣν δ' κατα̃γῇ ἡ γνάθος, ὣς μὲ̃ μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ἀλλὰ ξυνέχεται τὸ ὀστέον. hoc eſt, ſi vero maxilla rupta fuerit, ſi non prorſus quidem in caulis modum fracta ſit, ſed adhuc os continetur. Hoc enim in loco τὸ ἀποκαυλισθῆν manifeſto oppoſuit τῷ συνέχεσθαι. Paulus Ægineta author eſt τὸ καυληδὸν κάτα̃γμα dici etiam ῥαφανηδὸν & σικυηδὸν, à ſimilitudine fractæ radiculæ & cucumeris.

Καυλίας. ſuccus eſt ex plantarum caule promanans, » ſicut qui ex earumdem radice, ῥιζίας dicitur, vt » docet Theophr. lib. hiſt. plant. c. 2.

Καυλὸς. caulis, quid ſit in plantis & oleribus docet » Theophr. li. 1. hiſt. plant. c. 2. & li. 2. c. 2. dum id » eſſe inquit in quod defertur nutrimentum, at- » que ſupra terram in altum ſurgens veluti virga: » ille ſi in ſtyli modum ſurſum prorepat, aut in al- » tum feratur, ſcapus Latinis nominari conſue- » uit, ducta à columnaribus ſcapis ſimilitudine, » ſic claſſicis authoribus ſcapus pro caule fre- » quenter vſurpatur; idem quoque, quod in vir- » gulæ modum vel teli rectitudinem conſurgat, » Thyrſi nomen ſibi vendicauit: Sed & auium » quoque pennis καυλοὶ tribuuntur. Sic enim Ari- » ſtoteles lib. 2, de hiſt. anim. πτερὰ ἔχει καυλὸν ἅπαν- » τα pennæ, inquit, omnes caulem habent.

Καυλὸς etiam dicitur apud Hippocr. caulis ſilphij » velut κατ' ἐξοχὴν teſte Gal. in exeg.

Dicitur & καυλὸς ab anatomicis pudendum virile, quod vulgo virgam appellant, Latini penem. vide αἰδοῖον. ſic etiam oſtium vteri vocatur in mulieribus.

Καυθμὸς. vredo, plantarum affectio quædam potius » quam morbus ait Theophr. lib. 4. c. 17. quod à » ventis nonnullis ſcribit contingere, ſicut in » Chalcide Euboeæ ab olympia vento, qui arbo- » res exurens tam aridas ſiccaſque facit, vt ne ſol » quidem tempuſque longum reddere ita poſſint: » quibus vero plantis & arboribus plus minuſue » id contingat Theophr. ibidem docet.

Καῦμα. æſtus. ſunt qui interpretentur apud Hippocratem febrem, quam & πῦρ appellauit, alij vero ambientis aeris feruorem, alij cauteria & eſcharas; quos omnes verum dicere annotat Gal. comment. in aphor. 13. lib. 7.

» Verum ſunt etiam qui ſummum frigus cen- » ſuerunt ſic tam bene poſſe dici, quam recte ef- » fectus eius καῦσις vocatur: hinc quorumdã ſtul- » ta manauit ſententia niuem calidam eſſe affir- » mantium, quia dicatur pedes vrere, & pedum » perniones ἀποκαύματα, nam ita vocauit recentior » Græcia, quæ vetuſtiores χίμβλα authore Suida; » proprie tamen καίειν ignis eſt, qui autem τὰ ψύ- » χη, id eſt frigora, καίειν dicunt eos ὐκ ἀλκῶπλέγειν » ait Theophr. lib. de igne.

» Καυματῶδες ἀποχώρημα. vide ἀποχώρημα.

Καυτιακὸν. nomen eſt emplaſtri epulotici, deſcripti » ab Andromacho & ad Thelephanem authorem » relati; refertur à Gal. 2. κατ' ἰδίων. c. 15.

Καῦσος. ardens febris. Eſt febris continua, tertio quoque die acerbior cum ardentiſſimo calore & ſiti immenſa. Continuam dico quam Græci συνεχῆ, non quam συνοχον appellant. Eſt enim ὁ καῦσος ſpecies febris τῆ συνεχοῦς, vt quæ habeat tertio quoque die exacerbationes, quas nullas habet σύνοχος, ab initio ad finem vnica acceſſione conſtans. Eſt autem ὁ καῦσος tertianæ febri intermittenti ὁμοφυὴς, vt qui ab ijſdem cauſis eodem anni tempore, & ijſdem corporibus proueniat, à quibus & tertianæ febres excitari ſolent. In ſola acceſſionum longitudine atque in rigore diſcrimen eſt. In tertiana intermittente primum rigor, deinde ἀπυρεξία eſt. Verum ardentis febris exacerbationes nullo cum rigore fiunt, nec vnquam integre ſoluuntur, ſed modice tantum remittuntur, ſemperque noua prehendit priuſquam prior reſederit. Proueniunt enim in febribus intermittentibus rigores, quod per venas & per totum corpus humores ferantur: qui quoniam per ardentes febres immobiles ſunt, & vna in parte collecti, ideo in ea nullum rigorem inducunt. Quemadmodum autem intermittentis tertianæ gemina differentia eſt, ſic & τοῦ καύσου. Alius enim exquiſitus eſt, vehemens & bilioſus, alius nothus, mitior, & pituitoſus. Legitimus eſt, qui ob ſolam flauam bilem manentem adhuc intra vaſa, ſine aliquo viſceris affectu accenditur. Eius cauſa eſt, vt ſcribit Hippocrat. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, ſanies tenuis, quam ἰχῶρα vocat, acris & bilioſa, à venis per æſtatem ſiccatis attracta, & toto in corpore accenſa, vel à partibus robuſtioribus depulſa in imbecilliorem. Neque enim bilioſum humorem qui cauſum facit, colligi in toto corpore neceſſarium eſt, vt qui aliquando vel in ventriculo & maxime ipſius ore, vel in pulmonibus, vel parte ſima iecinoris, vel ieiuno etiam inteſtino concludatur. Ac in his quidem locis putreſcens, præter febrem, alia quoque multa ſymptomata generat, è quibus duo præcipue ſunt παθογνωμονικὰ, hoc eſt, propria & perpetua, calor deurens & ſitis inexplebilis, ſi in parte humor conſtiterit, à qua ſitis ſolet excitari: alia vero, συνεδρεύοντα, hoc eſt, aſſidentia, vt lingua ſicca, nigra & aſpera, ventris dolor mordax, deiectio interdum liquida, pallida, vigiliæ, delirium, & alia plæraque quæ ab Hippocrate lib. 1. Epid. exponuntur.

Sed alia quædam febris eſt quæ Hippocr. καυσικὴς, id eſt, ardens dicitur lib. 6. Epidem. multum tamen diſtincta ab ea quæ καῦσος dicitur, καῦσος enim ſemper eſt morbus vere acutus, febris vero ardens haudquaquam, quoniam febris tertiana exquiſita ex numero eſt ardentium, non tamen vere acutus morbus, quod careat periculo qui præcipuus eſt vere acutorum caracther.

Καυστικὰ, τὰ, dicuntur morbi in quibus ardor, elucet, tùm etiam excrementa præcalida quorum vis eſt faciẽdi morbum acutum citiſſimæ criſis, valdeque periculoſum ſi ardore conflagrent.

Καυστικὰ φάρμακα. adurentia medicamenta. ſunt medicamenta calida & ſicca quarto gradu, quæ extrinſecus impoſita vrunt, ſubiectaſque partes diducunt & aperiunt. Eadem & ἐπισπαστικὰ appellantur, quod cruſtam vſtis partibus inducant. Eorum materia ſunt: lixiuium, calx viua, auripigmentum, ſandaracha, ſory, chalcitis, miſy & alia id genus.

Καῦσις. apud Comicos pudẽdũ muliebre ſignificat.

Καυστὸν γλῶσσα. lingua æſtuans. vide γλῶσσα.

Καύσωσις. πύρωσις. inflammatio & ardor, apud Hippocr.

Καυτήριον. canterium. Eſt quod vrendi vim habet. Vſurpatur tam pro medicamẽto quod poteſtate vrit, quam pro ferro candente; cuius vſus plæ-

rumque neceſſarius eſt, vel ad ſiſtendum ſanguinis profluuium, vndecunque manauerit, vel ad intercipiēdas defluxiones, vel ad oſſa carioſa & maligna vlcera. Id ferrum καυτῆρα Hippocrates appellauit. Erat autem, vt ſcribit Galenus, æreus calamulus perforatus in fundo, per quem paruum ferrum adurens demiſſum adurebat.

Κάφορα. camphora. Quid ſit non ſatis conſtat, propterea quod longe poſt Dioſcoridis, Plinij & Galeni ſæcula inuenta ſit. Aetius, Actuarius & Simeon & Arabes mentionem eius fecerunt. Auſi etiam ex his quidam ſunt quid eſſet dicere, maxime Aetius in libro quem ſcripſit de facult. alimentorum: ſcilicet Camphoram eſſe gummi aut lacrymam arboris Indicæ valde patulæ, naſcentis in montibus mari vicinis, cuius lignum ſit album, ferulaceum, leue, intra cuius fungoſam medullam camphora contineatur. Eius autem facultates idem Aetius deſcribit, dicens maxime eam prodeſſe acutis morbis, & doloribus capitis à calore contractis: valere etiam cum ad omnium partium inflammationes, tum maxime iecinoris. Cæterum renes & vaſa ſpermatica impenſe refrigerari, & in ijs genituram cogi. Nec tamen omnes eam affirmant arboris eſſe gummi, ſed quidam ex ijs quaſi dubiam rem proponunt. Alij vero, quibus nouiſſime acceſſit Georgius Agricola, Arabas & recentiores, Græcos male de camphora ſentire dicunt, quod eam gummi aut lacrymam eſſe arbitrentur, ſed bituminis ſpeciem eſſe contendunt. Cuius quidem rei hæc fere ſunt argumenta. primum quod mercatores interdum quaſdam bituminis particulas ſimul cum camphora ab Indis ad nos apportent, deinde quod ſi linum xylinum aquis madidum, cum ex ſuccino conficitur oleum, imponitur in operculum, fumum camphoram olentem emittit; vt non ſine ratione dixerit Auicenna, in ſuccino odoratam camphoræ vim ineſſe. Præterea non minus quam reliquum omne bitumen & facile ignem concipit & ardet. Ad hæc vero accedit Arabum quorundam authoritas, nempe quod Auerrois lib. 5. collig. dicat ambram, quam non eſt dubium in bituminis genere contineri, camphoræ ſpeciem eſſe, quæ in fontibus marinis oritur: quodque Serapio ſcripſerit camphoram copioſam gigni cum terra crebris motibus concutitur. Sic enim per terræ motus non aliter quam ſulphur & reliquum bitumen profunditur. Eſt autem duplex camphora, vna natiua, altera factitia. Natiua non eſt coloris vnius: nam aut alba eſt & dilucida, habens maculas ſubrubras, aut alba & obſcura, aut fuſca eſt. Factitia autem omnis alba eſt. Vtraque autem acri & amaro ſapore eſt, & odore iucundo. Factitia omnis fere eſt quæ ad nos defertur in paſtillis, atque hoc modo parari dicitur: Bitumen Indicum, ex quo natiua effloreſcit camphora, in vaſe ſubiectis carbonibus ardentibus coquitur, eiuſque partes tenuiſſimæ in candidum colorem verſæ in operculum feruntur, quod ipſis collectis eam quam videmus dat figuram. Quod ſi camphora bituminis genus eſt tenuiſſimum & ſubtiliſſimum, male iudicant qui eam in tertio gradu frigidam eſſe aſſerunt. Eſt enim bitumen calidum. Proinde rectius ille qui ſcripſit eam in ſecundo gradu eſſe calidam & ſiccam, præſertim vero factitiā, vt experientia docet & ſapor cōprobat.

Κακοχυμία. malus habitus corporis. Species eſt τῆς ἐξεως, contraria τῇ εὐκρασίᾳ. Eſt autem ſolidarum corporis partium deprauatio, qua alimentum omne corrumpunt. Habitus enim corporis ipſæ ſolidæ partes appellantur, quas continentia Hippocrates appellauit. hic vbi permultum receſſit à naturali temperamento, tertiam alimenti concoctionem quæ in ipſo, hoc eſt, in ſolidis partibus, peragi debet, male perficit, alimentum corrumpit, & in qualitatē à natura alienam deprauat. Inducitque cacochymiam (quam perpetuò illa coniunctam habet, cum econtrario non ſit neceſſe, vbi cacochymia ſit, illic eſſe protinus & cachexiam) atq; omne excrementi genus. Corrumpi enim poteſt alimentum non in aquam modo, vnde hydrops (quod vitij genus libr. 1. de aliment. facult. de lente agens, aqueam κακχξίαν appellat ad aliarum differentiam) ſed & in bilem vtramque: ex quo interdum icteri, pſora, lepra, elephantiaſis, vitiligo: hi enim morbi à malo habitu proueniunt: quia vero corrupto alimento non poteſt probe nutriri corpus, fere fit, vt cachexiæ atrophia ſuccedat: quare inductus Celſus li. 3. κακχξίαν definiuit eſſe tabis ſpeciem vbi malus corporis habitus eſt, morbum per ſymptoma definiens. Eſt autem cachexia non vniuerſi modo corporis vitium, ſed & ſingularum partium: namque incolumi reliquo corpore cerebrum quibuſdam melācholicis κακκτικὸν eſt, & ex longa lippitudine, vt ait Galenus, oculis κακχξίαν inducitur. Ea euenit quoque iecinori, deq; ea præcipue medici egerunt, quod multorum morborum origo ſit: ſiquidē de hac intelligendum eſt quod ſcripſit Paulus lib. 3. c. 47. πρὸ ἀρχῆς τῶν ὑδρωπικῶν παθῶν, κακχξίαν καλεῖν εἰώθαμεν. hoc eſt, principium hydropicorū morborum, cachexiam vocare conſueuimus. Solam enim iecinoris κακχξίαν intelligit. ſimiliter & Aetius lib. 10. ex Archigene dicens κακχξίαν à Græcis appellari cum corporis habitus in aquoſitatem diffunditur. id enim & quæcumque poſtea dicit, ad eam modo κακχξίαν pertinent quæ iecur occupat. verum iecur tantæ eſt in corpore nobilitatis, vt malus eius habitus protinus in vniuerſum corpus abeat, totique communicetur, & vniuerſalem cachexiam inuehat.

Κάχλα. dicitur à quibuſdam τὸ βόφθαλμον, vt habetur apud Dioſcor.

Κάχληκες. lapides, ſilices dicti, quibus ignitis & in lac coniectis, quod in eo tenue eſt & ſeroſum conſumitur; vocantur & κόχλακες de quibus infra.

Κάχρυς. vide κέγχρυς. eſt autem legumen frumentaceum. Dicitur à quibuſdam hordeum in furno toſtum, vt facilius commoli poſſit & in farinam redigi. Significat etiam roriſmarini ſemen apud Dioſcoridem. Similiter & Theophraſtus hiſt. plantarum lib. 9. cap. 12. ſcribit τῆς λιβανωτίδος duo eſſe genera. alterum ἄκαρπον, alterum καρπιμον: & huius τὸν καρπὸν vocari κάχρυν. etiamſi nonnulli κάχρυν nominari volunt ipſam πρὸ καρπίμου λιβανωτίδος. vt & fructus & planta eodem nomine appellentur.

Καψικὸν. ſic dictum eſt à recentioribus Græcis τὸ καρδάμωμον, quod in eo ſemina per ordinem digeſta, quibuſdam thecis inuoluentibus quaſi capſis congerantur.

Κεάξαι. ξῦσαι. apud Hippocrat. vt annotauit Ero-

tianus. hoc est, vincire & deligare.

Κεάπτω. apud Hippocr. ἀντὶ τοῦ χάπτω. hoc est, scindere & diuidere.

Κεγχραμίδες. dicuntur grana seu semina fici. Hæc sicca sunt & quodammodo adstringentia, deuorataque permeant non alterata, non in chylum versa, nulla denique in re immutata. qua in re similia sunt acinis vuarum.

" Κεγχραμίδες. autē sic vocantur ficus semina, quo-
" niam milij granum, figura colore & magnitu-
" dine referunt: Plin. l. 13 c. 7. κεγχραμίδας esse in-
" quit ficum prædulcem sine granis interioribus,
" vbi quæ grana interiora vocat, alibi appellat fru-
" menta lib. 15. c. 19. Suidæ vero κεγχραμίδες sunt
" non solum τὰ συκᾶ, sed etiam τοῦ ἐλαίου οἱ πυρῆνες
" nuclei seu ossicula oliuarum.

Κεγχρίας. miliaris. species est herpetis. sic dicitur à similitudine quam habet cum milio. Quippe non protinus vlcus facit, quemadmodum alter herpes, sed admodum exiguas pustulas ad speciem milij, quæ ipsæ interposito spatio in vlcus abeunt.

" Teste Oribas. ad Eunap. lib. 3. c. 48. vt Actuar.
" quoque περὶ διαγνώσ. παθῶν lib. 2. c. 31. & Galeno
" pluribus in locis. vide ἕρπης.

Κέγχρος. milium. Est frumenti genus stipula cubitali, geniculata, folio arundinaceo, semine in longis paniculis tereti & pendulo, radice numerosa altaque ac multiplici fruticante culmo. Eo, inquit Galenus, in panes abutuntur quibus cæterarum frugum inopia est: sed hi corpus parum alunt, atque etiam refrigerant, suntque natura sicciſſimi & friabiles. Sunt autem flatulenti & concoctu difficiles, prauumque succum gignunt. Cæterum milium primo ordine refrigerat, reſiccat vero tertio exoluto, aut certe secundo intenso. Paululum etiam habet tenuitatis. Ventrem sistit, & sacculis impositum citra morsum desiccat.

Κέγχρος. à Strabone dicitur ὁ κέγχρος, id est, milium.

Κέδματα. dicuntur ab Hippocrat. ex defluxione diuturni affectus, cum in omnibus articulis, tum præcipue circa coxendicem. Affert Erotianus ex eodem Hippocrate, κέδματα appellari τὰς χρονίας περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις. hoc est, vetustas in articulis affectiones.

" Galen. comment. 5. lib. 6. Epid. notat eo nomi-
" ne significari defluxiones in crura decumbentes,
" & ex ipsis eas maxime, quæ primum articulum
" vbi coxendix est occupant: vtitur autem Hipp.
" ea dictione tum lib. 1. de morbis. & 7. Epid. & de
" loc. in homine, cùm maxime lib. de aere aq. &
" loc. vbi in κεδμάτων quoque curatione venas se-
" cundum aures secare iubet.

Κεδματώδεα, τα, quæ ad τὰ κεδμάτων naturam quam
" proxime accedunt; Similia τοῖς κέδματα seu quæ
" sunt ex genere τῶν κεδμάτων: affert Erotian. ex
" Hippocrate.

Κεδρία. idem quod κεδρεία, de quo postea. Nam apud Galenum & Paulum per ι scribitur, Apud Dioscoridem & alios fere omnes reperio scriptum per ε: apud Paulum rursum etiam κεδρεία.

" Altera tamen scriptura per ι. melior videtur,
" ac forsitan cum κεδρία subaudiri queat ῥητίνη aut
" πίσσα.

Κεδρέλαιον. oleum cedrinum, quod fit ex malis cedri, vt Plinij verbis vtar. lib. 15. cap. 7. & lib. 16. c. Columella cedrium liquorem nominat, Galenus κεδρίαν vocat, viribus τῷ κεδρείῳ mitiorem.

Κεδρελάτη. sic dicitur cedrus maior, cuius duæ etiam traduntur species. Quæ floret, sterilis est: fructifera, flore vidua, semine & cortice cupressi. Triplici dotatur fructu, iam maturo, adolescente & recens nato.

Κεδρεία. cedria. dicitur modo pix cedri, modo resina cedri, è magna cedro quæ κεδρελάτη vocatur, emanans, ita vt si proprie sit loquendum, nihil aliud sit quam cruda cedri lacryma. Hanc dicūt quidam è cedrio differre, quod κέδριον liquidius sit & magis oleosum. Indifferenter tamen authores & cedriam & cedrium dicunt, & pro eodem κεδρέλαιον, κεδρείαν, κεδρίαν, κέδριον vsurpant.

Κέδριον μέλι. mel cedrinum, id est, quod ex cedris " roris modo defluit & colligitur, cuius magna " copia est in Libano monte, quodque corijs su- " per terram extensis, & excussis arboribus in " ollas atque fictilia excipitur, melque roscidum " & aerium vocari testatur Galen. 3. de aliment. " facult. "

κέδριον. est oleum quod è cedro nascitur, siue succus est cedri è tæda eius concisa furnis, qui primus aquæ modo fluxerit in canali. Namque sequens liquor iam pix, quam κεδρείαν vocant, non cedrium appellatur. Sed nunc pro resina, nunc pro sudore tædarum, nunc pro pice confundunt authores cedriam & cedrium indiscriminatim nominantes. Eo reliquæ res cum sunt vnctæ, vti etiam libri, quantum Vitruuio placet, à tineis & carie non lædunter. Huius tamen vsum Plinius damnat propter ancipitem naturam viuentia corrumpendi, & defuncta conseruandi, cum vitam auferat spirantibus, defunctisque pro vita sit. Cuius quidem diuersitatis rationem Ganus docet, quia tametsi adurat, ita vt ordine quarto calfacientiū censeri meruerit, inter omnia tamen erodentia medicamenta, infirmissimum sit. Proinde viuentibus ad motum vitali calore adiuncto acquirit vires & quasi accenditur, atque ita iugulat: sed defunctis additum, putrilaginem exterit & vitiosos humores depascit, quibus detractis corpora à labe corruptionis asserit.

Κεδρὶς. cedrula. est frutex cedro similis, in Phrygia nascens authore Theophrasto. κεδρίδας autem Nicander, Galenus & Dioscorides fructus cedri appellant, quemadmodū δαφνίδας fructus lauri dicuntur: quibuscum sentit & Græcus Nicandri interpres in Theriacis, scribens etiam eos oleoso humore abundare, quo aduersus serpentes commodissime corpus perungitur. Minus hi vrunt quam cedrus os gustantis, vt mādi quoque possint. Si tamen copiosius edantur, caput, vt ait Galenus, tentant, & dolorem creant, & interanea vellicatu torquent.

Κέδρος. cedrus. est arbor iunipero non absimilis, radicibus raris, per sūma terræ dispersis, folio duro, acuto mucrone, capillato, spinoso, pungēte, ramoso, ligno contorto, nodoso, frequentibus alis, medulla rubente, odorata, baccis myrti flauis, hilaribus, odoratis, esculentis, nouo fructu per autumnum cum annicalis pendente. Saxosis & frigidis locis gaudet, solūque cōsimile quærit. Nobis præterquam nomine omnino ignota est. Perpetua coma viret. Galenus duplicem esse scribit, alteram fruticosam iunipero adsimilem, alteram vero arborē non exiguam: vtramque vero & calidam & siccam esse tertio ordine.

Κέδριον ἔλαιον. ἢ κεδρία, apud Hippocr.

Κιδρόμηλα. sunt mala quæ & Μηδικὰ vocantur: Latine Medica mala & Citria. In arbore crescunt omnibus anni temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs subnascentibus.

» Si de hoc fructu, & ipsius arbore plura scire
» desideres disces ex Theophr. hist. plant. lib. 4. c.
» 4. Athen. lib. 3. Dioscor. lib. 1. c. 167. Plin. lib.
» 12. c. 3. Gal. simpl. medic. lib. 7. Palladio in Mar-
» tio tit. 10. Plinio rursum lib. 11. c. 33. & Virgil.
» Georgic. 2.

Κίδρωσις. sic dicta est à quibusdam ἡ ἀμπελολεύκη. hoc est, vitis alba.

» Quæ & βρυωνία & ὀφιοσάφυλον, testis Dioscor.
» lib. 4. c. 184. & Plin. lib. 23. c. 1.

Κιρσεῖαι. fasciæ dicuntur, & à fasciarum similitudine
» sic medici τὰς πλατείας ἕλμινθας, id est, latos lum-
» bricos vocant, qui itidem ταινίαι dicuntur; à La-
» tinis etiam tæniæ, apud quos tamen alicubi scri-
» ptum Tineæ. vide ἕλμινθες.

Κεκράκτια. φωνητικοὶ. hoc est, vocales, apud Hippocratem, ἀπὸ τοῦ κράζειν, hoc est, à clamando.

Κιρσώδεις. dicuntur in animalibus quæ ruminant
» sinus ventris prope gulæ commissuram anne-
» xus, quem ex argumento κιρσώδους, id est, reti-
» culum vocant, quod sit similis plexis mulierum
» reticulis quos vittas & discriminalia appellant;
» hic autem κιρσώδους magnitudine multo minor
» est quam sit ἡ κοιλία μεγάλη, atque hunc ventrem
» in dictis animantibus excipit omasum dictum:
» hæc Aristoteles histor. animal. lib. 2. c. vlt. me-
» minit & de partib. anim. lib. 3. c. 13.

Κεκωμῶδαι. ἐν κώματι εἶναι. hoc est, comate teneri, apud Hippocr.

Κενεαγγεῖν. vasorum inanitio. Id enim proprie & primum significat, eoque nomine Hippocrates omnem vacuationem appellat ab accidente, quod ab omni vacuatione vasa vacua reddi soleant. Quidã tamen ex interpretibus Hippocratis, vt refert Galenus, κενεαγγεῖν interpretantur τὴν φλεβοτομίαν: aliqui vero, inter quos ipse Galenus est cum plerisque in locis, tum comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, τὴν ἀσιτίαν, id est, inediam, tanquam nomine generis etiam in specie designanda omnes homines vti consueuerint.

» Et & lib. de artic. Hippocr. κενεαγγεῖν vt & de
» victu in morbis acut. vsurpauit pro habere vasa
» vacua & inania, ἀσιτεῖν vt expositum Galen. & in
» Coac. prænot. ἀδιώκοπι κενεαγγικῶς, id est, eorum
» more quibus vasa sunt vacua, & apud Hippocr.
» lib. de humidorum vsu τὰ κενεαγγικὰ πάθη idem
» quod κενεαγγεῖαι.

Κενεαλγικῶς. hæc vox habetur in Coac. vbi quid hac
» voce intelligat Hippocrat. parum liquere in-
» quit Holler. & κενεαλγίαν inde deductam vocem
» interpretatur, quasi inanem dolorem, atque
» iterum parum constare ait quid sit inanis dolor,
» nisi sit genus affectionis, in quo ægri quasi va-
» cuum esse anima & spiritu corpus queruntur,
» proprium animi deliquio spiritum exire di-
» cunt.

Κενίσεια. morticinæ carnes. τὰ θνησίδια καὶ νεκρημάδη κρέατα, apud Hippocr.

» Apud Erotianum scriptum per dipthongum
» κενίσρεια, qui non solum τὰ νεκρημάδη κρέα, sed & τὴν
» ἀγορὰν ὅπου πωλεῖται τὰ τοιαῦτα, forum vbi hæc ven-
» duntur appellari ait κενίσρεια.

Κενεὼν. vocatur pars ea corporis quæ inter thoracem est & os quod ad ilia pertinet. sic dicta est, quod inanis sit & desidat, vt annotauit Galenus commentar. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Idem comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀέρων scribit ilia ab Hippocrate vocari κενεῶνα, eamque regionem ab eo intelligi quæ est inter ossa coxarum & costas nothas, quę omnino sine osse est. Similiter comment. 2. εἰς τὸ προγνωστικὸν, vbi scribit Hippocratem, eas quæ in spatijs alui inanibus (Latini ilia vocant) continentur partes, vno communi vocabulo complexum esse. Has autem esse ieiunum, lactes tenuiaque intestina. Namque verisimile esse omnes eas partes ab Hippocrat. κενεῶνας appellari quæ inter extremam thoracis costam & coxendicis ossa continentur. Siquidem inanis tota ea regio videtur, si tam cum inferis quam cum superis partibus, vtrisque osseis conferatur. Alio nomine λαγόνες dici videntur.

Κενώσεις & κένωσις. vide ἄκρησις.

Κενὸς σφυγμὸς. pulsus vacuus. Qui digitorum impressione consistit, seu qui aeris modo arteriam excitat, vt digitorum impressione loci inanitas occurrat. Contrarius est τῷ πλήρει. sumptaque est tota hæc differentia à quantitate infusionis humorum arteriæ, seu à contentis in capacitate arteriæ. vide Galenum lib. 4. de pulsuum dignotione.

Κενοῦται. dicitur corpus cum ab humoribus expurgatur.

Κενταύριον. Centaurium. herba est duorum generum: vnum maius, alterum minus dicitur. Est autem Centaurium maius folio nucis iuglandis oblongo, viridi brassicarum colore, serratis in ambitu, caule rumicis, binum ternumque cubitorum, agnatis multiplici sobole fruticantibus ab radice, in quibus capita ceu papauerum è rotundis oblonga: flos in cœruleum inclinatus, semenque cnico simile, floccis inuolutum, vt in lanigeris solet floribus, radice vasta, solida, pŏderosa bicubitalique, succo madida, acri cum adstrictione quadam, nec citra dulcedinem rubescente. hæc est quæ nunc ab officinis, quanquam falso nomine, Reuponticum nominatur. Est autem dictũ Centaurium quod ipsum Chiron Centaurus inuenit: habet facultates contrarias: acris enim est eius radix simulque adstringens cum leui dulcedine. Itaque & menses & fœtum prouocat, & vlcera glutinat sanguinemque reijcientibus prodest. Atque etiam spirandi difficultati & inueteratæ tussi conuenit. Centauriũ vero minus origani hypericiue simile est, caule sesquipalmum alto, fruticanti, anguloso, lychnidis floribus è puniceo purpuratis, folio rutæ, prælongo & minuto, partu triticeo, radice tenui, superuacua & prorsus inofficiosa, succo herbæ efficax. Id aliquid λιβάδιον vocant, quoniam secundum fontes nascitur: alij λιμνήσιον quod propter lacus in riguis vbertim proueniat. Latinis fel terræ propter amaritudinem summam, & febrifugia, officinis Centauria minor dicitur. In folijs eius vincit qualitas amara particeps cuiusdam adstrictionis. Itaque exiccant, & citra morsum. Glutinat vulnera, & vetusta includit cicatrice, sed & iecinoris obstructiones expedit, forisque impositum lienes emollit.

Κενταύριος ῥίζα. sic dicta est à quibusdam ἡ γλυκεῖα, vt habetur apud Dioscoridem, forte propter radicis amaritudinem.

Κένωσις. vacuatio. Est humoris è corpore, aut aliqua eius parte detractio. Detractionem appello καθαίρεσιν, quæ quoniam tum de liquidis, tum de

solidis dicitur, recte genus vacuationis statui potest, vt quæ liquidorum tãtum sit, vt scribit Gal. comm. 3. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. Itaque non omnium quæ in corpore continentur euacuatio proprie dicitur, sed humorum tantum. Spiritus enim proprie euacuatio non dicitur, sed vel διαφόρησις, vel λύσις, vel si lubet alio nomine appellare, quo ipsius resolutio dissipatioque significetur. Neque similiter si quid intus solidum contineatur, quod eximi debeat, vt ὀστοσάκωμα, porus inutilis, ossium ruptorum fragmenta, id κενοῦσθαι dicetur, sed καθαίρεσθαι, hoc est, tolli aut auferri. Cum vero humores, de quibus proprie vacuatio vsurpatur, multiplices in corpore contineantur, & cuiuslibet eorum vacuatio possit contingere, attamen vt scribit Galen. in aphor. 17. sect. 2. Hippocrat. κένωσιν simpliciter dicere consueuit, quando æqualis fit omnium humorum vacuatio: κάθαρσιν vero quando ij vacuantur, qui vitiosam adepti sunt qualitatem. Sumptum tamen est à Galeno & posterioribus medicis vacuationis nomen generalius, vt quicquid siue naturæ spõte, siue arte medici ex toto corpore, vel aliqua parte quouis modo expellitur, vacuari dicatur. Cum quicquid dico, non spiritus, non flatus, non vllum excrementi genus, non denique fœtum ipsum excipio, quod ipse etiam partus, ipsaque lactis in mammis generatio, species quędam sint vacuationis, sicut Galenus lib. de venæ sectione aduersus Erasistratum prodidit. Ex quo apparet multas esse vacuationis differentias. Ab humore quidem, quod alia fit humorum omnium æquabilis vacuatio, quæ quidem exquisitissima fit per venæ sectionem, vt scribit Gal. comment. aph. 17. lib. 2. & secundum eam quæ per malleolorum scarificationem perficitur, vt ipse facere cõsueuerat, & quæ per exercitia, vel frictiones, vel balnea, & præterea ex accidenti per inediam. Neque enim per se ipsam inedia euacuat, vt singula ante dicta, sed ratione trãspirationis. Nullo enim ingesto cibo in vacuati locum, tunc manifesto apparet facta vacuatio, quæ ante latens & cæca fuerat. Alia vero vnius tantum humoris sit, aut excrementi, vt pituitæ, aut bilis tum flauæ tum atræ purgatio; aut vrinæ, vel sputorum, vel aquarum in hydropicis prouocatio. Ab efficiente vero causa vacuationis, quod alia spontanea sit, quam αὐτόματον appellat Hippocrates, alia arte fiat. Illa rursus duplex, naturalis & præter naturam, vt est apud Galen. comment. aph. 2. lib. 4. Naturalis quæ à natura bene valente & munere suo optime fungente citra vim vllam perficitur. Nam quicquid superfluit aut vitiosum est, id omne per se reijcit deiectione, mictu, vomitu, sudore, tussi, screatu, & alijs id genus modis. Præter naturam vero, quæ vel retentricis facultatis imbecillitate fit, vel humorum copia, aut acrimonia eam etiam valentem irritante. Quod genus vacuationis etiam symptomaticum appellatur, & potest in omne genus vacuationis incidere. Per artem vero vacuatio fieri dicitur, cum natura via aliqua externa solicitatur ad excretionem. Nam hæc quoque non minus quam reliquæ omnes, naturę opus est, sed præsidijs externis coactæ & irritatæ. In id autem ars naturam sibi in eo maxime imitandam semper proponens, multa auxiliorum genera comparauit, venæ sectionem medicamenta, φλεγματαγωγὰ, χολαγωγὰ, μελαναγωγὰ, ὑδροπικὰ, & alia quæ venarum vteri, aut ani orificia aperiant, vel vomitiones etiam excitent. Similiter vero & à subiecto à quo aliquid vacuatur, duplex est vacuationis differentia. Aut enim illa à toto corpore proficiscitur, vocaturque à Galeno κοινὴ, hoc est, communis vacuatio, in lib. artis medicæ, vt quæ contingit per magnas & copiosas vomitiones, alui deiectiones, sudores & sanguinis effusiones: aut humoris est aliqua parte contenti, quæ ἰδία, hoc est, propria, vacuatio vocatur. Huius generis sunt apophlegmatismi, errhina, & per nares mediocris αἱμορῤῥαγία. His enim cerebrum ipsum vacuatur. Item vomitus mediocris & eorum modo quæ in ventriculo continentur, & balani atque clysteres intestina vacuantes. similiter menstrua naturali modo prodeuntia, & sanguinis per hæmorrhoidas moderata profusio. ad hæc scarificationes, hirudines, & quicquid etiam impactum in parte humorem potest reuellere. Quod enim à parte aliqua reuellitur, id ab ea vacuatur, etiamsi corpore non excesserit. Præterea vacuationum aliæ sub sensum cadunt, aliæ sensibus vsurpari non possunt. Sensibilis quidem est quæ fit venæ sectione, purgatione, sudore, apophlegmatismis, vomitionibus, clysteribus: sub sensum non venit quæ quotidie per τὸν ἄδηλον ἀναπνοὴν, hoc est, insensilem transpiratum, in nobis peragitur, & quam balnea, frictiones & medicamenta διαφορητικὰ cuti adhibita moliuntur. Hæc enim humores attenuant & per halitum digerunt, ac flatus similiter, qui quamuis generali vacuationis significato vacuari dicantur, magis tamen proprie ita dicuntur, si sensibiliter & cum sonitu erumpant. Sed & humoris repercussio quæ frigidis & adstringentibus medicamentis perficitur, species quædam vacuationis censeri potest, quod humorem loco pellat, partemque eo vacuam relinquat.

κεραῖαι. cornua. Sunt duæ vteri apophyses exiguæ, à lateribus ad ilia, papillæ seu cornibus exorientibus similes quas ob id κεραῖας Diocles appellauit. In hæc duo cornua semen muliebre excernitur, & contractæ allantoidis extremitates desinunt. Herophilus horum cornuum figuram dimidij circuli reuolutioni comparauit. Eudemus πλεκταίνας, id est, cirros, vocauit, à cirris polypotum similibus. Praxagoras & Philotimus κόλπους, id est sinus nuncuparunt: vnde & mulieris vterum δίκολπον dixerunt.

Dicuntur & Aristoteli lib. 3. de animal. κέρατα.

κεγχρὶς. sic dictum est à quibusdam fœnumgræcum, quoniam fructum corniculis similem habeat: à quo etiam idem Hippocrates ἐπίκεγχρας appellauit.

κεράμιον. mensura est quæ Atticis μετρητὴς, Romanis cadus appellatur. vide in dictione μετρητὴς. Eius nota fuit apud Græcos κρ, cum μ desuper imposito.

Κεραμίτης γῆ. apud Hippoc. dicitur ἡ ἀργίλλη. vide plura in voce γῆ.

Κεχυμένοι πυρετοὶ. febres confusæ dicuntur; inter febres compositas illæ, quæ ita simul componuntur & miscentur vt simul incipiant, simulque desinant, ita vt nulla seorsim internosci possit, sed signa sua confusa habeant, dicũtur Gal. 2. de crisib. cap. 7. δι' ὅλου κεχυμένοι. vide συνθέτοις πυρετοῖς, vbi latiuis omnes compositarum febrium species explicamus; earũ autem febrium

» compositio dicitur Galeno κρᾶσις lib. 2. de differ.
» febr. c. 8.

Κεράσια. vinum aqua miscere dicebant veteres ἀπὸ
» τῦ κέρατος, id est cornu & crater, scilicet in boum
» cornibus potabant antiqui & ex illis confecta
» pocula ϛυτὰ dicebantur.

Κερατόβολον. dicitur à rusticis semen quod serendo bubula cornua attingit, perque ea decidit in terram. Quod quidem genus seminis, fructum gignit ἀπερμόσυνα, vt scribit Plutarchus in Symposiacis, hoc est, rebellem nec coctiuum.

Κέρασμα. apud Hippocr. significat aquæ mixturam, qua aquæ frigiditatem calidiore addita frangimus, vt annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Κέρασος. cerasus. Arbor est folio mespili, præduro, latiore: cortice læuiore, colore, crassitudine tiliæ similis, flore albo, pyri vel mespili, pluribus flosculis racematim cõgesto, fabaceo, fructu rubro, diospyri figura, magnitudine fabæ: quanquam acinus diospyro prædurus, cerasο mollis. Fructus qui Græcis κεράσια, Latinis cerasia vel cerasa dicuntur, non semper paris & eiusdem facultatis prouenit. Nam & in harum, sicut etiam malorum granatorum & malorum quibusdam austera qualitas, in quibusdam vero dulcis, nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea quæ nondum cocta sunt ac matura, quædam admodum sunt acerba, quædam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbam exuperat, in cerasis non semper. Ergo quæ dulcia sunt, magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera, acida pituitosis excrementosisque stomachis sunt apta. Siquidem magis quam austera desiccant, & nonnihil etiam incidunt.

κέρατα. cornua. Numerantur inter affectus præter naturam. sunt autem duæ eminentiæ osseæ quæ prope tempora nascuntur. dicuntur & διογυσίαι.

» Et Polluci περιεσθὶς ὀπφύσεις περὶ τὸ μέτωπον.
» Sed & Aristoteli 3. de histor. animal. dicuntur sic
» vteri extremitates duæ & quasi cornua, quæ fre-
» quentius κεραίαι vt supra dictum.

Κεράτια. Siliquæ, id est leguminum folliculi à cor-
» nicnli similitudine sic dicti, accipitur etiam stri-
» ctius diciturque tam de arbore quadam pecu-
» liari quam de fructu, quanquam Galen. arbo-
» rem ipsam κερατώνιαν scribit nominari, cuius fru-
» ctus sunt digitorum hominis longitudine, inte-
» rim falcata, pollicari latitudine, dulces, sed con-
» coctu difficiles & mali succi, eas recentiores
» Græci ξυλοκέρατα vocant.

Κεράτιον. siue siliqua vocatur etiam fœnum græcum
» vt Columella docet lib. 2. c. 11. de quibus siliquis
» quidam intelligi volunt dictum Lucæ cap. 15. de
» filio prodigo ἐπεθύμει χορτάσαι τὴν κοιλίαν αὐτῦ ἀπὸ
» τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. id est & cupiebat
» implere ventrem suum de siliquis quas porci
» manducabant. Sed quid hic vetet accipere pro
» leguminum folliculis, hoc est, siliquis (quas Plin.
» quoque pecorum pabulo gratissimas esse scri-
» bit) non video.

Κεράτιον. etiam siliqua Græca vocatur Columellæ
» lib. de arboribus cap. 25. quæ vt & ex eius verbis
» patet, alia non est quam quæ κερατωνία dicitur cu-
» ius fructus κεράτια: at quæ κεράτια ἀγρία dicun-
» tur significant (vt ait Gal.) fructum acaciæ quam
spinam esse arboreſcentem Dioscor. tradit: vet. lexic. interpretatur fructum acaciæ siliquatum, nam eius fructum ἐν λοβοῖς κεῖσθαι seu ἐν θυλάκοις σωληνοειδέσιν, in folliculis quales sunt & in siliqua, testantur Dioscor. & Plinius.

Κεράτιον. siliqua est dimidia pars lupini, pendens grana quatuor hordei: lupinus enim pondere suo octo grana hordei exæquat. Huius nota apud Græcos fuit k cuius apex inferior linea recta per obliquum sectus esset, ϵ desuper impositο.

Διὰ κεράτιος. collyrium oculorum inflammationibus vtile, quod quia cornum habet sic vocatur. describitur à Celso l. 6. c. 6.

Κερατοειδὴς χιτὼν ἢ ὑμήν. cornea tunica seu membrana. Est tunica oculi secunda, hoc est, proxime subiecta adnatæ tunicæ, quam ὀπτικοὺς appellant. Oritur à crassa cerebri meninge, multo tamen quam ea euadit durior atque firmior, totumque oculum circumdat. Prætenditur enim humori crystallino veluti operimentum & propugnaculum aduersus ea quæ extrinsecus possunt accidere. Ideoque non modo densam, sed etiam prætenuem, albam & pellucidam fieri oportuit, ne vllo pacto visionem humori crystallino (quod primum est visus instrumentum) prætensa impediret. Itaque non aliter quam cornu prætenue & quam accuratissime derasum condita & humorem eum tuetur, & splendorem nihilominus transmittit. Græci etiam κερατοειδῆ appellarunt, siue propter firmitatem, siue quod per eam, qui illi adiacet internus humor, tanquam per cornu transluceat, siue quod cornus instar veluti in laminas dissoluatur, vt scribit Rufus Ephesius. Pluribus enim ceu corticibus constare dicitur à Galeno lib. de oculis. Vt autem illa sic composita aptissima est ad visionem, ita cum eius pars, quæ pupillæ antestat, crassior, aut spissior, aut humidior est facta, visionem impedit: similiter si colorem mutauit. Nam crassior & spissior visus hebetudinem creat: humidior non eam tantum, sed etiam vt quasi per caliginem, vel nebulam, vel halitum quempiam, vel fumum cernatur, efficit. Mutato autem eius colore, sicut per regium morbum contingit, pro natura coloris error in visu respondet. Rugatur & ipsa ijs qui ad extremum senium peruenerunt, tum propter senectę imbecillitatem, tum propter spiritus superne affluentis penuriam. eoque fit vt ij, seruata etiam pupillæ magnitudine, imbecillius, aut nullo etiam modo videant.

κερατοφύλαξ, herba est folijs seriphij, vel potius rorismarini aut lini quoque, capitulis arentibus, cirris subluteis. Sic dicta est quia partem oculorum κερατοειδῆ, hoc est, corneam, defendat, salutique percussam restituat. A vulnerarijs cartophilago corrupte dicitur.

Κερατωνία. arbor est τῶν κεράτων, seu κεράτια ferens, de quibus supra, licet κεράτιον quoque ipsam dici vt & fructum quidam velint; Plin. & Columella siliquam appellant, hanc Hesychius falso putat esse ficum Ægyptiam: huic autem Ceratoniæ arbori Gal. atque Aetius l. 1. vim siccandi atque astringendi inesse scribunt.

Κερατωνία. dicitur, vt scribit Galenus, arbor siliquas ferens, quæ κεράτια appellantur. Cui & vim siccandi & adstringendi inesse scribit.

Κεραυνία. sic dicitur à quibusdam τὸ ἀετίζουσα, siue secundum minus, quod fulminibus aduersari credatur,

nec ijs domum vnquam percuti, in cuius tegulis vireat.

Κειρώνιος. deligaturæ nomen est, quæ medio pectori & dorso deligandis conuenit. Galenus libro de fascijs duas eius differentias describit.

κερκὶς. radius. est os alterum cubiti superius, sed minus & breuius. Nam cum cubitus generatim dictus duobus ossibus constet, vno quidem inferiori & subiecto, sed grandiore, altero vero super insidente & breuiore, illud Græci πῆχυν, eodem cum tota parte nomine, hoc κερκίδα à figura rotarum paruarum radios imitante nuncuparunt. Iunguntur inuicem hæc duo ossa vtroque fine validis ligamentis, verum radij finis superior leuiter cauus externum brachij condylum amplectitur, hacque diarthrosi manus tota nunc in pronum, nunc in supinum adducitur. Est autem radius non rectus, sed in arcus modum inflexus adeo vt vtraque parte cubito coniunctus, in medio tamen dehiscat.

» Surã etiã κερκίδα herophilus appellauit inquit
» Ruffus Ephesius: ad hæc Polluce authore κερκὶς
» nominatur τὸ μεῖζον ὀστοῦν τὸ τὴν κνήμην φέρει, maius
» illud os quod tibiam fert; vnde & παρακερκίδες
» dicuntur τὰ μικρὰ ὀστᾶ quæ ab vtraque illius parte
» sunt, alio nomine dicta ἐπώτιδες fibulæ.

Κερκὶς. etiam idem est quod ἀστράγη, rudicula, qua aliquid agitatur in lebete vel olla dum coquitur, apud Gal. κατὰ τόπ. vbi nonnulli esse volunt ῥάβδον κατὰ, πυβαίαν, ὕπερον pistillum, cuius vsus potius in pinsendis contundendisque quam in agitandis pharmacis est, sic fere Plin. de psittaco, hæc cum loqui discit, ferreo verberatur radio.

κίρκος. cauda, dicitur in muliebri pudendo, qui affectus κίρκωσις apud Aetium vocatur de quo mox; item & κίρκος pudendum virile dicitur Hesychio vt Latinis cauda.

Κίρκωσις. cauda. morbus muliebris. Est autem carnosa quædam substantia, ab ore vteri incipiens, & muliebre pudendum replens, interim etiam foras caudæ modo procidens, vnde & nomen habet.

κίρρα Polluci lib. 2. esse dicuntur duæ obliquæ asperitates ex septem illis quæ in dorso assurgunt.

Κιρσοειδὴς Ἀντίδοτος. describitur à Gal. l. 7. κατὰ τόπ. c. 5. ad phtisicos & suppuratos.

κίρσια, siue κερσαῖα. Hesychio dicuntur ὀστᾶ καὶ ῥίζαι ὀδόντων ossa & radices dentium.

Κρχάλεον, τὸ κέρχνῳ πεπτικὸν, hoc est, asperitatis effectiuum, vt annotat Galenus in interpretatione vocum Hippocratis.

» Sed apud Hippocr. l. 7. Epid. legitur κιρχάλεον, & ἐξ κερχαλίη sine ν. apud Gal. ἐν γλώσσαις
» legitur κερχναλέον, vbi notat sic etiam nominari
» τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος, & τὸν ἐν τῷ πνεύμονι ῥόφον, vbi & verbum κίρχνᾶσθαι significare scribit
» τὸ αὐάλοσον.

Κερχμοὶ. 7. Epid. sunt faucium stridulæ exasperationes, & rauci creperique sonitus qui in tussi
» fiunt oppletis ac coarctatis spiritus instrumentis,
» vt sane idem κερχμὸς quod κέρχνος prope significare videatur, etsi tritum magis κέρχνος, raro enim
» κερχμὸς apud Hipp. reperitur.

Κερχνασμοὶ. apud Gal. in exeg. dicuntur τὰ κερχνώδη
» πάθη, seu τὸ κίρχνᾶσθαι.

Κίρχνος. est leuis quædam ad tussiendum propensio, similitudinem cum nausea habet. Vt enim nausea vomitum præcedit, ita κίρχνος tussim. Itaque vt non semper post nauseam vomitus sequitur, ita neque post τὸ κίρχνον tussis propter causæ paruitatem. Nam sæpe ex parua faucium aspredine κίρχνος fit; sæpe vero ex tenui aliquo exiguoque prorsus humore, siue is à capite descendat, siue in asperis arterijs collectus sit. Hoc autem symptoma sic appellatur ἀπὸ τῆς κίρχνου. significat enim ἡ κίρχνος apud Ionas idem quod ἡ κίγχρος, id est milium. Itaque cum in faucibus asperitates quædam paruæ veluti granorum milij sentiuntur, id τὸν κίρχνον nominant, à quo κερχνῶδες dicitur, quod fauces exasperat, & exiguam tussim mouet, vt annotat Gal. comm. εἰς τὸ περὶ ἀέρων.

Alexander vero Trallian. κίρχνον vocat etiam « sonitum seu crepitum τῶ κίρχνῳ præcedentis, hoc « est, quem edunt οἱ κίρχνοντες, quum asperitatem « quampiam in arteria, aut phlegma in pulmone « sentientes expellere illud nituntur; verum etiam « adiectiue accipitur hoc κίρχνος, vt ex Erotiano pa- « tet, nimirum pro (Siccus) is enim in suo lexico « Hippocr. quum αὐαίνεσθαι esse dixisset τὰ μὴ « τῶ ὑγρὰ εἶναι ἀλλὰ κατὰ ξηρὸν, subiungit, nam κίρχνον « Attici vocabant τὸ ξηρὸν: Galen. quoque in suo « lex. Hippocr. significare idem scribit quod κερ- « χνῶδες seu κερχνάλεον, vel etiam asperum: Cæ- « terum κίρχνος fit vbi spiritus ab humore viscido « & crasso retento cohibitus ne exeat, cum eo col- « luctatur, atque in eo motu & colluctatione, is « sonitus asper & stridulus editur, qui veluti ster- « torem & fragorem quemdam æmulatur, vt ex « Gal. in exeg. & 3. de difficult. respir. patet & « comm. 3. in lib. de artic. ἀπὸ τῆ φύσει τὸ συμβαί- « νοντος, ὅταν ἥτοι στενοχωρία, ἢ τις κατὰ τὰς ἀναπνευστικὰς « ὁδοὺς ἢ ὑγρότης πλείων, vt plurimum vero fit con- « currentibus his ambobus, id est angustia & hu- « more nimio occupante meatus respirationis.

Κερχνώδη, siue κερχώδη. dicuntur quæ sic exasperata « sunt vt raucum creperumque sonum edant, à « voce κίρχνου & κίρχνος, quæ voces, inquit Galen. « comm. 3. in lib. Hipp. de articulis, fiunt è crepe- « ro illo sono quem edunt quibus in respiratorijs « meatibus est στενοχωρία ἢ ὑγρότης πλείων: & Hippo- « crati lib. de hum. vsu & Epid. 6. sect. 6. κερχνώδεα « πάθεα dicuntur quæ asperum raucumque & cre- « perum sonare arteriam faciunt: idem & lib. de « artic. βράγματα quædam κερχνώδεα appellat, quæ « sic dici Gal. annotat, ὅτι τραχυνόντα τὸν φάρυγγα « τραχεῖαν βῆχα κινεῖ, hoc autem ἔπεσθαι τοῖς λιπα- « ρεσῖν καὶ ὀξέσι καὶ ἁλμυροῖς: Annotat autem Erotian. in « lexico Hippocratis pro κερχνώδη quosdam le- « gere καρυκώδη & κερχώδη, esse autem τὰ τραχείας « ἐπιπαφύσεις ἔχοντα asperas, inæqualia, & apud atticos « κερχνώδη ἀγγεῖα dici τὰ τραχείας αὐλοειδεῖς ἔχοντα « quæ asperas inæqualitates habent; denique & « Galen. comm. 3. in lib. de artic. κερχνώδεις siue « κερχώδεις fieri ait, quibus in pulmonibus adsunt « tubercula diuturna cruda & immatura, vnde vox « stridula nec sine sono redditur, & κερχνώδεις δύ- « σπνοοι lib. de artic. dicuntur qui cum stridulo sono « aut stertore anheloso sunt & spiritum difficulter « trahunt.

κεστανὰ μῆλα. mala Cestiana, & κεστανὴ βάλανος pro « castanea ex Aetij serm. 8. c. 73.

κίστον. Betonica. herba est caulem habens tenuem, cubiti altitudine vel maiorem, quadrangulum, folia longa & mollia, frondis quernæ modo in ambitu diuisa, ad radicem maiuscula, odore iucundo. In summis caulibus semen veluti saturejæ spicatum inest. Radices vt veratri exiles,

Vetones, vt Plinius tradit, in Hispania eam inuenere quæ in Gallia Betonica. dicitur in Italia serratula, Græcis κέρον vel ξυρόδοφον, quoniam frigidis locis reperiatur. Amariuscula est & subacris. Incidit, calculos in renibus rumpit, pulmonem, pectus & iecur expurgat, menses ciet, comitialibus prodest.

Κεφαλαία. est inueteratus & ægre cedens capitis dolor. Hic vel continuus est vel ex interuallis repetit & exacerbatur, suntque interualla vel ordinata vel inordinata. Intermittunt enim aliquando ciusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo, interceditque aliquando tempus quoddam dolore vacuum. Verum repetit facile & leui de causa proritatur dolor, adeo vt neque strepitus, neque vocem vehementiorem, neque splendorem, neque vini potum, neque odores quibus caput repletur ferre possint, neque item motum. Itaque in quiete & tenebris ægri ob dolorum magnitudinem decumbere cupiunt, quod tanquam à malleo caput sibi pertundi videatur. Quidam enim veluti contusionem quandam aut distensionem sentiunt, non paucis vere vsque ad oculorum radices dolor progreditur, quod signũ est cerebri membranas dolore affectas esse. Nã quandoque in pericranio tantum est, qui quidem ad oculos non peruenit, sed in superficie tantum hæret. Cæterum ex doloris qui in cephalæa sentitur vehementia & diuturnitate, debilitas magna per eam facile accedit, vt prompte ab omni re afficiatur, & in eo differt maxime à cephalalgia.

Κεφαλαλγία. est dolor capitis nec diuturnus nec vehemens, nec cum magna capitis imbecillitate coniunctus, sed qualis à crapula, à sole, à labore aut febribus excitari solet. Ea enim in re ἡ κεφαλαλγία differt ἀπὸ τῆς κεφαλαίας, quod hæc inueteratus & ægre cedens dolor sit, & propter coniunctam capitis imbecillitatem facile irritabilis: illa autem nihil horum sit, sed omnia habeat multo mitiora.

» Differentiam vtriusque exponit Aet. lib. 1.
» cap. 2. de diuturnis affectibus, & Cels. lib. 4. c. 2.
» Cephalalgiam autem barbaram sectantes me-
» dicinam sodam vocare Arabum more solent.

Κεφαλή. caput. Appellatur id totum quod collo suprapositum est. Cuius pars quanquam facies tota existat, attamen duabus potissimum partibus constare dicitur, cranio & cerebro, in quorum alterutro si quis aut vulnus acceperit, aut sentiat dolorem, capite laborare dicitur. Ex quo fit, vt quæ cerebri aut cranij propria sunt, etiam toti capiti tribuantur. Est autem caput virtutis animalis domicilium, & sublime positum propter oculos, cum nullius alterius sensus, & nullius denique principis actionis gratia ipsum in summo collocatum esse oporteat. Collo suprapositum est, eique gemina diarthrosi coniunctum, vna quidem qua processus duo occipitis; quorũ vnus dexter alter sinister est, cum duabus primæ vertebræ supernis cauitatibus articulantur: altera vero per quam accliuis & prælongus secundæ vertebræ processus quem ὀδόντα, hoc est, dentem Hippocrates, alij περιωτιδὰ nominarunt, cum prima vertebra & cum occipitis cauitate, inter duos illos occipitis processus iungitur: subit enim ille dens in cauitatem primæ vertebræ, & deinde in occipitis cauitatem inter dextrum sinistrumque eius processum mediam inseritur, & rotundo robustissimoque ligamento illic connectitur. sic fit vt circa ipsum dentem caput cum prima vertebra, non aliter quam ostiorum verticilla circa ipsos vectes, circumagatur. Hæc prima & præcipua est capitis diarthrosis & omnium etiam securissima, tribus scilicet ligamentis validis, & octo, vt scribit Galenus lib. 12. vs. part. musculis munita. Id quod non est temere à natura factum, quod sola hæc diarthrosis, non dico luxationem magnam, sed ne deflexionem quidem vel temporis momento ferre potest, quod animal repente motu omni & respiratione priuetur. Habet autem vtraque diarthrosis suum vsum. Nam cum sint duo tantum capitis motus, rectus, qui fit annuendo & renuendo, seu flectendo & extendendo, & obliquus quo caput in latera circumagitur (is enim quo in humeros caput inclinatur, vertebrarum totius colli, non autem capitis articulationum motus est) rectum quidem perficit illa diarthrosis vertebræ secundæ cum prima & cum occipite, per processum illum facta quem ὀδόντα diximus vocari: obliquum vero illa prima de qua diximus. Quod tamen non est ita accipiendum, vt non etiam iuuetur ille quidem prima, hic vero secunda diarthrosi: sunt enim sibi inuicem adminiculo. Cæterum quæ capitis figura sit, quæ magnitudo, quæ suturæ, ἐν τῷ κρανίῳ explicatur, quod ad ipsum proprie hæc pertineant: quæ vero sint functiones, ἐν τῷ ἰσχυρῷ, de quibus vide suis locis.

Κεφαλὴ etiam dicitur in ossibus, quod in illis extremum est crassius & rotundum, à similitudine quæ illi est cum vero capite. quamquam non sit necesse partem illam extremam ossis plane rotundam esse & capitis modo eminere, siquidem in illis etiam caput dicitur, quod cauitate glenoide depressum est, in modum capitis semiputati, quale in publicis sectionibus anatomici cerebrum ostensuri, serra diuisum exhibent.

Appellatur & κεφαλὴ testiculorum quod supra est, sicut quod infra πυθμὴν, id est fundum vocatur inquit Ruffus: Sed & κεφαλὴ de summa cordis parte dicitur apud Ruffum, sicut πυθμὴν de infima & acuta: κεφαλὴ etiam musculis tribuitur, dicũt enim anatomici caput musculi; sed & crassissima summaque pars lienis κεφαλὴ vocatur Ruffo Eph. & Polluci.

Κεφαλικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta capitis fracturarum, quæ ad crassæ membranæ duplicaturam vsque peruenere. Emplastra sunt. Eorum virtus est, vt ossium squamas sursum attrahant, ac in pristinum locum reuocent, & fragmenta tum in capite, tum in aliijs corporis ossibus educant. Habent enim acrimoniam quandam, vt ex alto in superficiem extimam non ossa modo, sed ijs quoque multo magis humorem crassum aliquẽ & viscosum vel omnino deprauatum attrahant. Ea autem catagmaticis valentiora sunt. Siquidem cephalica abstergendi, digerendi, & siccandi facultate prædita sunt. horum materia est, iris Illyrica, erui farina, manna siue purgamentum thuris, aristolochia, panacis radicis cortex, cadmia elota, squamma æris: in summa omnia quæ extergere citra morsum possunt. Quibus plærique paululum ex adstringentibus admiscuerunt, tum vt quod partibus male affectis influit repelleretur, tum vt abstergentium facultatem in profundum vsque deduceret. Verum nisi adstringentia elaborentur tritura quo ad vsque

in puluerem redigantur, noxam magis quam præsidium afferunt ijs quæ trahendi vim obtinent. Optime autem elaborantur, si ex aceto acri læuia reddantur.

» Sed & κεφαλικὰ φάρμακα interdū in genere accipiuntur pro medicamentis omnibus capiti dicatis velut habetur apud Galen. in isagoge, ita vt quæ ad achoras capitis furfures, aliasque eruptiones conducunt, itemque quæ ad capitis dolorem & ἑτερικρανίαν alioſque capitis affectus accommodantur remedia, eo nomine comprehendantur.

κεφαλικὸν. emplastrum à Celso l. 5. c. 19. describitur » ex Philota.

Κεφάλιον. vocatur ea linguæ pars, quæ est ad fauces, quam & χεῦσιν plerique nuncupant, quod in ea gustus putetur esse acutior.

κεφαλοειδὲς. κεφαλὴ ἔχον. hoc est capite præditum, apud Hippocr.

κεφαλόθλασται, πι, dicuntur capitis contusiones, seu » caput contusum, Theophr. l. 9. de histor. plant. » cap. vltimo.

κεφαλωτὸν, sic à quibusdam dici τὸν ὄμφακα, Dioscorides scribit: nec dubium quin à capitellis, quæ gerit specie complicatarum formicarum.

» Et ὀξὺσον κεφαλωτὸν apud Dioſc. l. 2.

Κηκὶς. galla. Est pilula inæquali superficie, salebrosa, in glandiferis arboribus præter legitimum fructum proueniens. Eius multiplex differentia est, solida, perforata, nigra, candida, maior, minor. Omnis noctu semper vniuersa erumpit mense fere Iunio. Quæ glandem ferunt, omnes & gallam, sed quercus optimam. Earum aliqua ὀμφακῖτις appellatur, parua quidem sed tuberosa, solida, nullo foramine peruia. Est & alia grandior & fungosa, quam Galenus ὀινοκηκίδα, quasi asininam gallam, vocari scribit à rusticis, quod ignaua sit & minus efficax. quam tamen Galeni interpres οἰνοκηκίδα, quasi vinigallam, nominat: de quo vix certo quicquam statui potest. Cæterum galla, præsertim ὀμφακῖτις admodum acerba, terrena frigidaque est. quare desiccat, repercutit fluxiones, constringit contrahitque laxas partes. Desiccat autem tertio ordine, & refrigerat secundo.

κήλη. dicitur apud veteres tumor omnis quacunque in parte fuerit, teste Aetio lib. 15. cap. 16. siue in scroto, vt quæ vocatur ἐντεροκήλη, siue in inguinibus, siue etiam in gutture: cuius generis sunt βουβωνοκήλη & βρογχοκήλη. Postea vero magis dici cœpit de scroti tumoribus, quod illi tum frequētiores sint, tum multo magis diuersorum generum. Recensentur autem hæc fere eius generis apud medicos, βουβωνοκήλη, ἐγχυτοκήλη, ἐντεροκήλη, ἐπιπλοκήλη, ὑδροκήλη, πνευματοκήλη, σαρκοκήλη, κιρσοκήλη, præter alia quæ duobus generibus constant.

» De quibus omnibus vide suis locis, & apud » Gal. lib. de tumoribus præter naturam c. 15.

Κημὸς. herba, vt Dioscorides ait, λεοντοπόδιον dicta. Nomē inditum à floris siue calycis figura, quod κημὸς Athenis pyxidiculam significaret, per quā suffragia in subiectum vasculum, quod cadiscum vocabant, demitti consueuerant. Marcellus vero aliam credidit nominis esse rationem, & λεοντοπόδιον κημὸν dictam quasi frenum. Est enim κημὸς inter cætera reticulatum aut ex viminibus textum freni genus, quo vt iumentorum ora vinciuntur, sic in amore amantium animi leontopodij radice corpori ad alligata, quam amorum veneficijs vtilem esse veteres crediderunt, retinerentur.

Κῆμος. dictus est à quibusdam hoc nomine ὁ κισσὸς, vt habetur apud Dioscor.

Κημὸς. etiam dicitur Polluci τῷ χειλίων τὸ μὲν ἄνω τὸ ὅλον σῶμα.

Κνπελα. herba portulacæ similis, sed nigrioribus foliis, radice tenui. folia contra vesicæ scabiem vtiliter bibuntur, contraque vrinæ stillicidia.

Κῆπος. pubes & pecten mulieris apud Laertium.

Κηρίλαιον. Ceratum medicamentum ex cera & oleo, cui & succus refrigerans affunditur apud Oribas. & Gal. 6. de sanit. tuenda cap. 14. & 7. κατὰ γένη c. 2.

κηρία. exponuntur ab Erotiano in Hipp. αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες, id est lumbrici lati.

Κηρίον. emplastrum est Ctesiphontis summopere discutiens strumas, ganglia, parotidas, describitur à Gal. lib. 6. κατὰ γένη c. 16.

Κήριθον. cerinthe. herba folio candido, incuruo, capite concauo, mellis succum habente. est apibus gratissima, nomen habet à fauis.

Etiam sic dicitur σανδαράκη.

κηρίον. fauus. est tumor in cute consistens, eamque maioribus foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis excernitur. Itaque tum ob foraminum figuram, tum propter excreti humoris speciem κηρίον, hoc est fauus, appellatur, & alio nomine μελικηρὶς, vt scribit Aetius lib. 6. Differt foraminum magnitudine ἀπὸ τῆς ἀχώρος, qui vlceris etiam in cute genus est, sed minimis foraminibus præditum per quæ humor dimanat. Cæterum κηρίον frequenter in musculosis partibus, in articulis & plantis pedum oritur, sæpe etiam sextam colli vertebram occupat, & aliquando etiam costas inuadit. Si vero in capite generatur, primum reliquis partibus, deinde caluariæ etiam putredinem transmittit, vt sæpe dissecto pericranio os ipsum deradere conueniat. vide μελικηρὶς.

Κηρόπους. medicamentum ex cera & pice compositum.

Κηρὸς. cera. Est expressorū fauorum recrementum. Mediū quodāmodo tenet calfacientiū, refrigerantiū, humectantiū & desiccantium: habet vero quiddā etiā essentię crassæ atq; emplasticū. quare non modo exiccat, sed per accidens etiam humectat, perspirationes prohibēs: foris autem imposita debiliter cōcoquit. Retinet & paulum quiddam digerentis calidæque facultatis quæ melli inerat, præsertim noua: sed habet & quiddā acre & mordax, quod tamen facile aqua eluitur. Habet autem & pro fauorum viribus à quibus exprimitur varias facultates: siquidem ex præstantissimo melle cera præstantissima colligitur. Galen. l. 10. meth. med. vel albam Ponticam, vel eam quæ ex Atticis fit fauis, omnibus prætulit, etiamsi mel Ponticum venenatum esse veteres memoriæ prodiderint. Nihil enim intus & foris eandem habet facultatem. Itaque quamuis cera Pontica intro quidem sumpta potest offendere, exterius tamen quæ candida est, vim habet medicamentosam. Nam valde abstergit, propter amaritudinem quam ex absinthio contraxit, & quam nulla vnquam lotione deponit.

κηρὸς πράκτος. cera alba, πρακτὸς vero appellatur quia tractu & tractatione eo deuenit vt alba euaserit, quod quomodo faciēdū sit docet Dioſc. l. 1.

» videtur itaque vox πρακτὸς à Latinis sumpta esse, » & Græcis vsurpata, sicut etiam πρακτίζω verbum » exponunt Dictionarij Græci τὸ λευκαίνω καὶ κατα- » σκευάζω, id est præparo & album facio; Aetius » alicubi πράκτον habet, & in eodem medicamento » Paulus λευκὸν dicit, & Ruffus Ephes. aliquando » κηρὸν πράκτον λευκάτατον exponit vt dubium non sit » quin πράκτὸ voce alba cera significetur.

κηρύκιον. τῶν ἀχύρων καὶ πτύρων. palearum & furfurum, apud Hippocratem, vt annotauit Erotianus, qui Atticam esse dictionem scribit.

» Scriptura hæc quidem apud Erotian. est, sed » mendosa, vera enim est κυκεῖων vt ex Hesych. » Suida & Galeni lexico patet: in vulgari exem- » plari Hippocratis inuenies etiam κυκέιεκ 2. de » diæta.

Κήρωμα. mixturæ genus erat ex oleo puluere atque » cera, quo in palæstris decertaturi vngebantur, at- » que illud Ceroma à Plinio vocatum inuenio lib. » 28. cap. 9. quo iuuentutem Romanam corpora » exercendo vires animorum amisisse dicit: Sicut » apud Martial. l. 4.

» *Seu lentum ceroma teris*
» *et lib. 5.*
» *Vara nec iniecto ceromate brachia tendis*
» *et lib. 7.*
» *Et castigatum Lydiæ ceroma palæstræ.*

Κηρωτὸν. ceratum vel cerotum. Est medicamenti genus ex oleis, gummis, succis alijsque liquoribus cera vnitis constans, & substantia medium inter emplastrum & vnguentum. Quamquam non perpetuo vna eius forma est: siquidem aliquando humidius, aliquando siccius fieri potest. Ac humidum quidem est, vt ait Galen. lib. 10. meth. medendi, ceratum rosaceum describens, quod triplum aut quadruplum ad ceram oleum habet. Sic dictum est quod magna ex parte cera constet.

» Plin. pluribus in locis κηρωτὸν ceram expo- » suit cum ceratum potius vertere debuerit, sicut » l. 27. c. 7. de absynth. & l. 22. c. 17. de helxines » succo, vbi ille Cypriam ceram pro cyprio cerato » dixit. Cæterum ceratorum differentias nonnul- » las vide apud Oribas. lib. 3. synops. p. 43. & κηρωτὸν » διὰ σφυδνῶν ad podagricos apud Trallian. lib. 11. & » κηρωτὸν διὰ θαλάσσης ad faciei ruborem conciliandum » efficax apud Paul. l. 3. c. 25.

κηρωτὴ ῥοδίνη. Ceratum rosaceum cuius compositio- » nem & vsum ad capitis dolores ex insolatu con- » tractos docet Trallian. l. 1. c. 10.

Κηρωτομαλάξεις. dicuntur emplastra mediæ consi- » stentiæ inter cerata & emplastra, ita vt cerata qui- » dem duriora sint, emplastro vero proprie dicto » minus.

κισάμιον ἢ
κισάμον. Nomen est Ægyptiæ fabæ, quasi dicas arculam. sic dicta est quoniam seratur ipsa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam demissa. Author Dioscorides cap. de Ægyptia faba.

κίσκισις, ἢ κίσκισμὸς. Galeno & Erotiano in le- » xic. ad Hippocr. exponitur βραχεῖα καὶ συνεχὴς κί- » νησις, breuis & continuus motus: idem Galen. » comm. 1. in lib. de artic. ait; vbi & rursum κίσ- » κισιν ἢ κίσκισμὸν exponit ἀπὸ βραχὺ γινομένην » διακίνησιν, addens vti se ibi vocabulo ἀπὸ διακινήσεως, » quum Hippocr. quoque verbo διακινῆσαι vsus sit » ἀπὸ τῆς βραχείας κινήσεως: ita igitur dicitur crebra » & leuis agitatio, succussus. κίσκισμὸς autem dici- » tur ait Erotian. & Galen. locis citatis ἀπὸ τῆς κίσ- κλας ὀρνίθιον πολυκινήτου, id est aue quam motacillam » vocant Latini, ab assidua caudæ agitatione; à » Græcis autem etiam ἴυγξ & σεισοπυγὶς & κίναιδος » dicitur.

κίσαρος dicitur à quibusdam ὁ κίσσος atque etiam ὁ κι- » σὸς, vt habetur apud Dios. Gal. vero ὁ τῶν γλώ- » σσων. scripsit ab Hippocrate ἀπὸ τοῦ στέρνα, hoc est pe- » ctus, sic appellari.

Dicitur & κισθάρα: κίσθαρον autem à Dorensibus » pro κισθάραν dici notat Erotian. atque inferio- » rem thoracis partem ad vsque iugulum ea voce » significari. »

Κίκι. ricinus. Dicitur & κρότων, & σήσαμον ἄγριον, & σήσαμι κύνειον. Frutex est paruæ ficus magnitudine, folio platani, læuiore, nigriore, maiore, ramis & caudice arundinum modo concauis, semine vuarum aspero quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat. Ex hoc premitur oleum quod κίκινον dicitur, cibis quidem fœdum, sed lucernis emplastrisque vtile. Nec vero oleum tantum ad claritatem, sed etiam eius medulla ad ellychnia præcipue commendatur. Eius fructus quemadmodum expurgat, detergit & digerit, sic quoque folium, sed vndequaque debilius: oleum autem quod ex semine conficitur, tum calidius est tum tenuiorum partium quam est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit. Cici recentiores herbarij cataputiã maiorem, vulgus Gallicum item, officinæ palmam Christi appellant, quod folium in humanæ manus effigiem articuletur.

κίκινον ἔλαιον. cicinum seu ricinum oleum. Quomodo paretur docet Dioscorides libr. 1. Id in Ægypto vetustissimum & fere primum fuit. Tenuius calidiusque est communi oleo, & naturam habet sabini inueterati, proinde potenter digerit, rarefacit & discutit.

Sed de hoc medico vsu cicini olei vide Plin. » libr. 23. cap. 4. & Galen. libr. 7. de simplic. » medic. »

κιμωλία γῆ. Cimolia terra. est terra modice pinguis, rara, mollis, candida: aut in candido purpurea. Cum sub tactum cadit, frigida sentitur. Galenus scribit eam siccare, refrigerare & parum quæ coierunt digerere, atque ita vtraque facultate agere, non aliter ac plurima medicamenta quæ digerunt & reprimunt. Est autem vt idem scribit paulo efficacior quam vel Chia vel Selinusia, nec tamen mordet, sed quia magis quam illæ abstergit, ea fullones vtuntur. Ob vim abstergendi qua pollet, σμικτὶς etiam siue σμικτρὶς, dicta est. Olim adferebatur de Cimolo, vna Cycladum insula. vulgo terra saponaria appellatur.

κίναρα. carduus altilis, folijs albæ spinæ vel syluestris cardui. caulibus altis, quorum summi vertices in squarosum extuberant globum, corticosis vnguibus turgentem, spiciſque squamatim compactilibus coagmentatum, quorum orbis exterior viret, interior niueo candore nitescit. Hac structili nucleorum serie piceam nucem videtur exprimere, quare & strobilum Romanis dici Dioscorides asseuerat. Flos purpureo rutilat colore, qui tandem euanescit in pappos. Caput vetustate dissilit in corticeas laminas, semen ostendens cnici figura. Est autem gratissima cibis cinara. & passim adhibetur conuiuijs, sed melancholicum, vt ait Galenus, succum gignit. Sunt qui σκόλυμον interpretentur. Paulus tamen & Aetius

Aetius inter illa distinxerunt, cinaram nocere stomacho, scolymum eidem prodesse scribentes. Sed non aliud habetur discrimen quam quod scolymus ferus est & syluester: cinara vero edomita cultu, mitior & altilis, cuius cibus licet sit stomacho quodammodo grauis, non tamen in totum à scolymi natura viribusque degenerat. Cinaram nunc vulgus Gallicum articolem appellat.

„ Sunt autem qui à Cinere Cinaram dictam au-
„ tument, quo, vt Columella & Palladius aiunt,
„ lætatur, sed horum sententiæ non astipulatur
„ Ruellius, quod cinaræ vocabulum vt ait, è Græ-
„ cia venerit in Latium, vetustissimi enim quique
„ Græci tum Poëtæ tum Oratores Cinaræ spinæ
„ meminerunt; Νευρὰς etiam vocatur quod ner-
„ uulenta & torosa constet radice: ῥωμίτην quoque
„ dicitur, à rubetis quibus aduersatur quas Græ-
„ ci ῥωμίτας vocant.

Κινῶν. antiquitus pro purgare, vsurpari consueuit
„ vt est apud Hippocr. in aphor. πόντα φαρμακεύειν
„ κινεῖν, & apud Aristotelem 3. Polit. c. 11.

Κίνησις. motus. Est prioris habitus immutatio. Ea dupliciter incidere potest, nempe aut in qualitate aut loco. Quæ in loco agitur mutatio, latio dicitur, quæ aliud non est quam prioris loci immutatio. Quæ in qualitate, alteratio, quæ non aliud est quã mutatio eius, quæ præfuit, qualitatis. Sed latio quidem motus tum actiuus tum passiuus esse potest, alteratio vero motus tantum passiuus est eius quod alteratur. Patitur namque quod alteratur. Actiuus autem motus is dicitur, qui à se editur, idemque prorsus est quod ipsa actio, velut volatio & incessus: illa enim animalis volatilis, hic vero gressilis actio est, pariterque motus. Similiter actiuus motus eius est, qui ex Gallia in Germaniam profectus est. Quippe motus actiue est, hoc est ex seipso, siue propria natura, siue ab interno motus principio. Passiuus vero motus ille dicitur, qui ab alio extrinsecus posito excitatur. Qui enim ab alio sic calefit aut refrigeratur, vt alteretur: aut sic agitur, vt locum mutet, id vtique non agit, sed patitur: sic qui ex Anglia in Galliam nauigauit, non ex seipso id egit, sed naui vectus est, & priorem habitum qui in loco positus erat, immutauit. Vterque motus in ipso fieri essentiam suam possidet. Dum enim quid alteratur, mouetur: cum à motu cessauerit, iam alteratum est, non autem amplius alteratur, id quod in loci mutatione pariter accidit. Habet vero & motus vterque geminas differẽtias: aut enim naturalis est, aut voluntarius. Naturali quidem motu ventriculus, intestina, venæ alimentum attrahunt, excrementa depellunt, cor atque arteriæ continenter pulsant: voluntarie autem musculi & nerui mouentur, atq; ab his corpus vniuersum. Cuius quidem motus variæ sunt etiam differentiæ. Alius velox est aut tardus, alius robustus aut imbecillus, alius vehemens aut leuis, sicut Galen. in lib. de sanit. tuenda demonstrauit. Est vero & apud physicos alia motus species quæ generatio dicitur, non tam in qualitatis quam substantiæ mutatione posita & consistens, sed quæ à medicis sub alteratione comprehenditur, qui in hoc rerum potius qualitates quã substantias intuentur. Sensibus namque magis patent alterationes quàm substantiarum immutationes, neq; hæ omnino sine illis fieri possunt. Medicis enim alimenti in chylum mutatio, chyli in sanguinem, sanguinis in propriam cuiusque partis substãtiam, generatio physicis censetur: eam tamen medici alterationem nuncupant, quod formæ mutatio fieri nequeat sine euidenti multarum qualitatum alteratione. Quod si quis volet generationem corruptionemq; ab alteratione distinguere, motusque diuersos facere, quorum illi substantiam vel ex substantia sint, hæc vero ad qualitatem, triaque propterea motuum genera statuere, non sine ratione fecerit: quemadmodum & si motus speciem quandam ex alteratione locique mutatione compositam, cuiusmodi auctio diminutioque est, constituat, Galenum authorem sequetur, à quo etiam ista scripta sunt initio lib. 1. de facult. natural.

Κίνησις ἀκούσιος. motus non voluntarius dicitur apud Aristotelẽ, id est, qui cietur etiam animantibus inuitis, sunt eiusmodi aliquando tum qui à corde, tum qui à partibus pudendis proficiscuntur.

Κίνησις τονικὴ. apud anatomicos motus tonicus dicitur quando scilicet musculi extenduntur, tensique permanent, quo in statu etiam si immobiles appareant, vtrimque tamen agunt pari contentione, multa siquidem citra motum esse videntur, eum locũ obtinentia quæ nihilominus mouentur, sic aues in aere suspensas eodem loco stare credimus cum tamẽ ipsæ moueantur, nam si in eo loco mortuum auis corpus colloces statim pondere suo in terrã decidet: quare quam immobilitatem esse putas, motus est ex duobus compositus, qui corpus in loca cõtraria possunt obducere, motusque tonicus nuncupatur, qui etiam in homine stante, & in medijs figuris tam moderatis, quam extremis manifeste deprehenditur.

Κινητικὴ δύναμις. motrix facultas dicitur.

Κιννάβαρι. cinnabaris. Græci neutro, Latini fœminino genere efferunt. Sed quid sit variant sententiæ. Dioscorides scribit quosdã cinnabarim eandem esse cũ minio existimasse, alios vero sanguinem draconis, quod intento colore nec diluto prædita sit. Plinius dicit cinnabarim Indicũ nomen esse, & sic appellari saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto vtriusque animalis sanguine, neque alium esse colorem qui in picturis proprie sanguinem reddat: cui & Iulius Solinus in varia historiarum lectione, c. 28. assentitur. Contra vero medici fortiter reclamant, dicentes id commentũ esse mercatorum. Leonicenus quiddam metallicum esse censet, forte quod eius mentio inter metalla à Dioscoride & Galeno facta sit, cum tamen ille quid cinnabaris sit taceat, quid non sit dicat. Aetius lib. 15. c. 12. in descriptione emplastri quod πυρσύεσθαι appellat, scribit sanguinem Draconis in India ex herba Dracũculo dicta, colligi. Arabes succum esse volũt, vt Serapio ait c. de sang. Draconis, sideritidis Achilleæ, persuasus vna ratione, quod vis vtrique par sit in glutinandis vulneribus. Video doctiores in eam nunc ire sententiam, vt veram cinnabarim non aliud esse putent, quam gummi cuiusdam arboris in Africa nascentis, colore sanguinis „ pellucidum, leue „ & fractu minime contumax, fidem ijs habentes quæ Aloysius Cadamustus Venetus, nauigationis suæ libr. 1. cap. 4. scripsit in hunc modum: Est, inquit, in insula, cui nomen Portus sanctus „ sanguis Draconis, qui lacryma

est arboris. Nam stato anni tempore arbores ferro sauciant, quæ vbi incisæ sunt, anno sequente gummi per incisiones emittunt. Id ahenis coctum defecatumque sanguis efficitur, quem Draconis appellant. Eius arbor producit fructum instar ceraſi mense Martio, gustu eximio, coloris veneti. Sic ille. Quæ quidem omnia cum Dioscoridis cinnabari mire consentiunt. At vero cinnabarim minium esse Dioscorides aperte negat, dicēs minium in Hispanijs ex lapide quodam argenteæ arenæ permisto temperari solere, alioqui non dignosci. fornacibus autem in florentissimum flagrantissimumque colorem permutari: in metallis vero strangulantem halitum eructare. itaque incolas faciem vesicis obuelare, vt per illas spectent, ne respirando noxium aerem attrahant, & eo pictores ad sumptuosa parietum ornamenta vti. Cinnabarim vero ex Africa deferri, & magno constare, atque hactenus inueniri, vt vix versicoloribus pictorum lineis satisfaciat. Itaque cum minium venenum sit & cinnabaris vtilissima sit antidotis, vt scribit Plinius, patet non esse eandem cinnabarim cum minio. Verumtamen idem ipse Dioscorides cap. de argento viuo, minium etiam cinnabarim appellatum fuisse testatur. verba eius sic habent: ὑδράργυρος ὃ σκευάζεται ἀπὸ τῦ ἀμμίου λεγομένου, κατεργαστικῶς ὃ καὶ τότε κινναβάρεως λεγομένου. hoc est, argētum viuum fit ex minio, quod abusiue cinnabaris dicitur. Et subiungit, ὅταν ὃ ἐπὶ λοπάδος κεραμέας κόγχον σιδηρᾶν ἔχοντα κιννάβαρι, &c. hoc est, patinis enim fictilibus imposita ferrea concha cinnabarim continente. vbi palam cinnabarim, pro minio dixit. eo quo patet minium quoque abusiue cinnabarim vocatum fuisse, sicut ante ἄμμιον explicantes annotauimus. Multis etiam hoc tempore placere video sanguinem Draconis nō aliud esse quàm cinnabarim, quod præter veterum quorundam opinionem quam Dioscorides magis explicat quàm refellit, vires etiam vtrique sint eædem ad constringendum cohibendumque sanguinem, & in picturis eodem modo, vt Dioscor. & Plinius tradiderunt, vsurpetur. An vero vt cinnabaris, ita & sanguis Draconis modice acrem facultatem habeat, peritiores viderint. Mihi quidem nulla eiusmodi vis in Draconis sanguine apparet, siue ita appellemus gummi illud Africæ arboris, de quo ante dictum est, siue illum factitium & ementitum, quem impostores ex hircino sanguine, rubrica sinopica vel potius fabrili, contusis lateribus & sorbis, diutius insolatis, concinnant. Tam quidem incertū est quid vera & naturalis cinnabaris apud antiquos fuerit. In veteris enim locum nunc succesſit factitia, quam chymistæ videntur casu inuenisse. Cum enim ad argentum viuum adijcerent sulfur, vt ex ijs efficerent aurum vel argentum, in hoc pigmenti genus forte inciderunt. Catinus in ardentes carbones imponitur, & in eum sulfuris triti pars vna conijcitur. ad quod, vbi cœpit lento igni liquescere, argenti viui duæ adijciuntur partes, atque rudiculis continenter & celeriter agitata commiscentur, donec nullum prorsus vestigium argenti viui supersit. Dein refrigeratum redigitur in puluerem, tum in vas oblongo collo, vel vitreum extrinsecus luto digiti crassitudine oblitum, vel in fictile intus plumbo lithargyroue obductum, injcitur. quod vas, ore eius prius diligenter obturato, in fornaculam chymistarum collocatur, aut statuitur super ferreum tripodem, atque subiectis prunis lento igne coquitur, donec nullus amplius argenti viui motus auribus percipiatur. deinde vehementiore igne coquitur vsque dum fumus ruber exeat. Primo autem exit luteus, tum cœruleus, postremo ruber: igitur vas, posteaquam ruber ille fumus apparuerit, ab igne remouetur, & quamprimum fuerit refrigeratum, frangitur. sic minium siue cinnabaris efficitur. vulgo cinabrium appellant. Habet, vt ait Galen. modice acrem facultatem & adstrictionis quidpiam. Eius fumo per os, nares & anum in corpus admisso quidam Gallico morbo medentur. Ex cinnabari celebris quidā ophthalmicus Stolo Britannicus collyrium conficiebat κινναβάρειον dictum, ad corrosos oculorum angulos & lippitudines, cuius descriptio refertur à Galeno lib. 4. τ κ τόπ.

Τὸ διὰ κινναβάρεως. medicamentum ex cinnabari, quod in arthriticorum tophis plurimum laudat Trallian. lib. 11. cap. 1. cuius descriptionem ibidem adfert.

Κιννάβαρις. sic dictum est à quibusdam τὸ ἐρυθρόδανον, vt habetur apud Dioscoridem, forte quod ex rubiæ tinctoriæ radicibus cinnabaris olim, vt & nunc sanguis Draconis, adulteraretur.

Κιννάβειον. collyrij nomen apud Galen. 4. κ τόπ. c. 7. vtilis ad corrosos oculorum angulos atque lippitudines.

Κιννάμωμον. cinnamomum. frutex est breuis, repressus, humilis, surculosus, duûm cubitorum altitudinem non excedens, arido similis, folio origani. gaudet siccitate, quum viret parum odoratum, sterilescens imbre. Dos omnis eius in cortice est. lignum ipsum quod ξυλοκινάμωμον nominant, in fastidio est propter origani acrimoniam. Probatur quod in planis gignitur, colore torrido, nigricans variumque, surculis articulatis, & per internodia læuibus, quum rumpitur odoratum exhalans puluisculum. Species eius multas Dioscorides recenset, quæ gentilitium regionis in qua nascuntur nomen retinuerunt. Est autem cinnamomum summe tenuium partium, non summe tamen calidum, sed ex tertio ordine: nihil vero æque desiccat eorum, quæ pari cum illo sunt excalfaciendi facultate, propter tenuitatem scilicet essentiæ.

Plura de hoc aromate vide apud Theoph. hist. lib. 9. c. 5. Dioſc. li. 1. c. 13. Galenum li. 1. de antidot. & simplic. med. lib. 7. in quo posteriore loco commemoratur ab eo & κιννάμωμις, ibi enim quum τὸ κινάμωμον esse docuisset ἄκρως λεπτομερὲς, & ὑδὲν ὕπω ξηραίνειν τ ἐξ ἴσε θερμαντόν τ αὐτῦ, subiungit, τὴν κιννάμωμιδα autem esse οἱόν τι ἀσθενὲς τι κινάμωμον & nonnullis vocari ψευδοκινάμωμον quoniam videlicet verum cinnamomum sapore mentiatur; multa de hoc eodem aromate Plin. quoque lib. 12. c. 19.

Κιονὶς. ad verbum Columellam sonat, est autem hæc carnosa quædam particula in summa oris parte suspensa, vocis plectrum: Recipit ea madorem à cerebro, quo superiores palati partes humectat. Aretæus lib. 1. de acut. cap. 8. Columellam neruum ait esse, sed humidum quia in humido loco situm: Est autem nomen à posterioribus, vt Galenus ait, medicis vsurpatum quo γαργαρεῶνα, id est, curgulionem significant cum prius diceretur κίων, Sumptum

est autem à naturali partis figura, quæ rotunda oblongaque dependens paruæ columnæ similitudinem habet: Nicandri Scholiastes in Theriacis κιονίδα interpretatur τὸν τράχηλον quod instar columnæ caput sustineat. Huius autem curguliionis male affecti vitia atque morbi sunt κίων, id est columna, σαρκὸς, id est vua; ἑμὰς, id est lorum; κρέσπεδον, Latino caremus vocabulo: de his vide suis locis, omnibus autem ipsis strangulatus accidit (inquit Aretæus) & ægre cibum potumque deuorant, tussis quoque omnibus adest, sed præcipue loro vexatis & craspedo, alia ibidem nonnulla leges.

Κιρκαία. circæa. herba est folia habens solano satiuo similia, sobole multiplici, flore nigro, pusillo, numeroso, paruo semine vt milij nascẽte in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici ferme aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi. Radix ipsa in vino dulci pota, vt ait Dioscorides, secundas purgat: est enim boni odoris & calfactoria. semen autem eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

Hæc autem etiam δρακαία nominatur, inquit Dioscor. lib. 3. c. 134. vbi descriptionem eius vide, itidemque apud Plin. lib. 27. c. 8. apud Gal. li. 7. simplic. & Paul. lib. 7. scriptum κικέα per ι, sed altera scriptura huic præfertur.

Κιρκαίαν. etiam dictum esse τὸν μανδραγόραν, Dioscorides author est, nec dubium quin à Circe, quoniam eius radix amatorijs expetatur.

Κίρρον. fuluum. sic dicitur quod ex igneo seu rufo pallet, vt scribit Galenus lib. 12. meth. med. Sic enim ait, de vinis ediffèrens: εἰ δὲ ἄλλως ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸ κίρρον χρῶμα, δύνασαι οὕτω λέγειν πυῤῥὸν ὠχρόν. hoc est, si vero aliter velis fuluum colorem nominare, dicere poteris ruffum pallidum. Idem tamen tum eo loco, tum libro 5. sanit. tuend. videtur idem facere cũ ξανθῷ, de vinis pariter agens his verbis: σκοπὸν ἔχων οἶνον κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αἰεὶ τὸ λεπτότατον αἱρεῖσθαι. κατὰ δὲ τὴν χρόαν, ὃ τὸ Ἱπποκράτης ἐνίοτε κίρρον καλεῖ. δύνασαι δὲ καὶ ξανθὸν ὀνομάζειν αὐτόν. hoc est, huc scilicet omni consilio vini pro senibus deligendi dirɛcto, vt in substantia sit tenuissimum, colore quod Hippocrates κίρρον, hoc est fuluum, appellare solet. poterat vero & ξανθὸν, id est, flauum, id appellare. Nec tamen reuera fuluum idem est cũ flauo. Est enim fuluum inter album flauumque medium. Sic vina quæ principio alba sũt, vetustate fulua reddũtur, & tandem flaua, vt scribit Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. Dioscorides lib. 5. de vinis agens, scribit vinum κίρρον medium esse inter album & nigrum, & medias inter vtrumque vires habere. Quo loco varie vox ista vertitur ab interpretibus, Barbaro rubrum, Ruellio giluum, Marcello vermiculum vertente. Appellat autem vermiculum, coccinum, rutilum, siue rubens. Verum tamen κίρρον medium esse inter album & nigrum ita accipi debet, vt multo magis ad album quam ad nigrum inclinet, sicut rubrum quod magis ad nigrum vergit.

Κίρρος ὑμπλαστος. dicitur qui est διχρωμος. vide suo loco διχρωμα, & Galen. 6. κατὰ γένη. c. 10.

Κίρρος οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Κίσιον. caulis est tener duorum cubitorum, triangulo similis. ab imo foliola rosæ speciem referentia. anguli spinosi, per interualla molles, folia buglosso similia, maiora, subcandida, modice hirsuta, partibus extremis aculeata, cacumen caulis orbiculatum, hispidum, in quo capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines.

Κιρσοειδὴς. id est varicosa, sic appellatur summa cerebri pars inquit Ruffus.

Κιρσοκήλη. varicosus ramex. Est dilatatio seu amplificatio vasorum quæ testiculum nutriunt. Sic Paulus definiuit lib. 6. c. 64. Celsus lib. 7. c. 18. scribit integris tunicis ramicem innasci. κιρσοκήλιον Græci appellant, cum venæ intumescunt. Hæ autem intortæ conglomeratæque ad superiorem partem, vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdũ etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum (vt idem est author) neruumque eius increscunt. Ex quibus verbis Celsus quatuor huius morbi differentias pro locorum varietate cõstituit, quarum etiam & notas & curationem sigillatim persequitur. Itaque siue interiora, siue exteriora tumor iste occupet, à Celso κιρσοκήλη nuncupatur: nam itẽ à Paulo, qui vasorum quidem in scroto aut dartis dilatationem, κιρσὸς, hoc est varices, simplici vocabulo appellat: eorum vero quæ testiculum nutriunt, tumorem & conglomerationem, κιρσοκήλιον ex veterum sententia. Meminit & Aetius τῶν κιρσοκήλης inter mulierum morbos, Aspasiam authorem sequutus, dicitque venarum esse dilatationem, varicibus crurum similem, inque pudendi alis nasci solere.

Κιρσὸς. varix. Est venæ dilatatio, seu vena dilatata. Id quod contingit venæ non etiam arteriæ, propter tunicæ mollitiem. Arteriæ namque tunicæ crassiores sunt atque robustiores. Distentionis causa est sanguis multus & crassus qui non facile cedit, sed cui contra cedere vena cogitur, præsertim vero flatulentus, qualis melancholicus est, proindeque ab eo varices vt plurimum fieri medici omnes prodiderunt. Fiunt tamen interdum à pituitoso atque à puro etiam sanguine, præsertim quidem in cruribus propter eiusmodi sanguinis grauitatem: aliquando vero etiam in temporibus & in ima parte ventris sub vmbilico, & circa testiculos & scrotum, atque in ipsis etiam inguinibus. Nascitur & in palpebris authore Aetio, atque, vt semel dicam, in omni parte quæ venas habeat, maxime si prona est, & longius dissita à fonte caloris natiui.

Notandum autem ex nonnullorum sententia eos qui in cruribus contingunt varices peculiari nomine ἑλίκας vocari, de quibus vide suo loco: Verum non tantum in prædictis partibus varices fiunt, verum etiam in pectore atque pulmone, quæ interdum magno hominum periculo rumpuntur, vt clare explicatum habemus ab Hipp. siue Polybio, in lib. 1. de morbis, vbi de empyemate tractatur, & libr. de internis passionibus: Quo & Plaut. in mercatore alludens, Tua causa, inquit, rupi ramices, iamdudũ sputo sanguinẽ, vbi ramicum voce nõ genitalium varices intelligendæ sunt, sed venæ pectoris latę, quas fortasse sic nominat, quod populari ac rustico vocabulo quæque venæ amplæ vt varices nuncupatæ etiam ramices vocarentur.

Κιρσοτομία. varicum excisio, cuius operationem chirurgicam docet Paul. lib. 6. c. 82.

Κίρων. Hesychio est ἀνδρόγυνος περὶ συνουσίαν καὶ ἀπίσχουμένος: Proprie vero ita nominari scribit τὸν σπύργον καὶ ἐντετμημένον, τὸν γυναικίαν, καὶ μὴ δυνάμενον χρῆσθαι; hominẽ mulierosũ qui advenerẽ sit ineptus.

Κίσθος. est frutex in saxis emicans, ramosus, frondosus, nec præaltus: folio circinatæ rotunditatis, hirsuto, gustu acerbo. Duo eius genera: flos masculo rosaceus, fœminæ albicans. Sub cistho ad radices nascitur ἀσπαλάθις, malo granato immaturo similis. cisthus adstringit & desiccat, sed præcipue flores secundo ordine absoluto. Est & aliud genus cisthi ladaniferæ, à quibusdam ledũ vel lada vocatum, frutice ab altero non abhorrente, nigrioribus tantum & longioribus folijs, quæ verno tempore quippiam pingue roscidum contrahunt. Est autem hic cisthus eiusdem cum superiore generis, sed quia nascitur in calidis regionibus, eximiam ac peculiarem digerentemque caliditatem nactus est. Ex eo ladanum prouenit quod est veluti eius gummi. Reperitur & κίστος atque ἀσπαλάθις: sed minus recte, vt Alphabetica apud Hesych. series ostendit.

» Κίστη. vide infra κίτθη.

Κισσάμπελος. in appendice Dioscor. lib. 4. c. 139. ἡ » ἰλίγξ dicitur vocari à quibusdam, digerendi facultatem habens; Nominis autem ratio hæc esse videtur quoniam vt Dioscor. tradit, in vineis » præcipue crescit, & folia habet hederæ similia, » nec non hederæ in modum ἀσπίδος τὰ μικρὰ κλωνία » φρισσόμενα ὅπως ἂν τύχοι.

Κισσόδαφνος. dicta est similiter à quibusdam ἡ ἰλίγξ, vt habetur apud Dioscor. ab alijs vero cyclaminus altera, vt idem author est.

» Lib. 2. c. 195. quam & κισσόφυλλον nominari tradit, quod, vt ipse ait, habeat φύλλα κισσῷ ἐοικότα, » & hederæ modo φρισσόμενα τοῖς παχυμερεστέροις δένδρεσιν ἑλικοειδῶς.

Κίσσηρος. affert Erotian. ex Hippocr. pro κισσὸς hedera. Apud Dioscor. vero lib. 1. c. 127. & Paulum li. 7. reperio τὸν κίστον à quibusdam appellari κίσσηρον, pro quo Gal. & Aetius rectius habent κίσθαρον per θ. seu deriuatum à voce κισθὸς.

Κίσηρις. pumex, videtur dubitare Galenus in quo genere pumicem reponere oporteat, an inter metallica, an inter lapides. Lapidem esse omnibus fere placet, eumq; reperiri in locis qui olim arserunt, aut nunc etiam ardent, atque propter vstionem absumpto omni humore leuem atque fistulosum euasisse: neque enim à spongia multum distat, ideoque, vt Vitruuius author est, à quibusdam etiam spongia dictus est. Græci κισσήεις ob fistulosas concauitates vocarunt, nomine sumpto à verme frumenta erodente, qui Græce κὶς nominatur. Vt enim is frumenta perforat, ita natura pumicem. Theophrastus vero etiam alcyonium, quod ex maris spuma concreuit, κισσήεις appellat. Sunt autem varij pumices, nigri, cinerei, candidi, molles, duri: sed omnes rari & leues ob fistulas quæ aerem in se continent, eaque de causa omnes innatãt aquæ. Probatur, inquit Dioscorides, pumex qui leuissimus, fistulosus, sciſſilis est, nec in attritu arenosus. In medicinæ vsu cremari solet, rationemque idem ostendit. Adstringit, detergit, calfacit, reprimit, crustas inducit & depilat. Verum acrimoniam eam quam vstione acquisiuit, rursum lotione deponit.

Κίσσηρον. nomen emplastri, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 17.

» Vtile esse inquit ad neruorum vulnera.

Κίσσιον. sic dicitur à quibusdam ἡ ἀσπάλαθος, vt habetur apud Dioscor.

Κισσὸς. hedera, frutex est genere triplex: candidus, fructu candido: niger, nigro, aut crocei æmulo: ἴλιξ, nullo fructu, sed albis viticulis, folijs paruis, angulosis & concinnioribus. Constat hedera contrarijs facultatibus, refrigerãs adstringensque, item calfaciens & acris, maximeque eius lacryma quæ inter ψιλοθρα numeratur.

Athenienses autem antiquissimi duas litteras « σ. & τ. promiscuo vsu alternabant, quare & κισσὸν & κιττὸν Græci dixere. «

Ἄλειμμα τὸ διὰ κισσοῦ. vnctio ab hedera sic dicta, « qua vtitur Trallian. ceu topico medicamento in « arthritide lib. 11. vbi descriptam leges. «

Κισσόφυλλον. sic dicta est à quibusdam ἡ ἀσπάλαθος, vt habetur apud Dioscor. non dubiũ quin à foliorũ hederæ similitudine. A qua etiam idem alteram cyclaminon cissophyllon cognominari scribit.

κίστος. vide supra κίσθος.

Κίτειον. nomen est malagmatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 18.

Κίτειον. malũ Medicum, hoc est, fructus mali Medicæ. Sic enim, inquit Galenus, malum Medicũ appellatur ab ijs qui id agunt, vt quæ loquuntur nemo intelligat. ex quo apparet temporibus Galeni nouum nomen fuisse. Constat autem is fructus tribus partibus: acida quæ in medio ipsius sita est, carne quæ medium ipsum ambit, & cortice exteriore suaueolenti & aromatico. Eius semen reficcat & refrigerat tertio ordine: cortex desiccat quidem secundo excessu, habetque non parum acrimoniæ, non tamen frigidus est, sed aut temperatus aut paulo infra. Caro eius crassi succi est & pituitosa frigidaque. Nucleus qui in semine inuenitur amarus est, & digerendi siccandique facultatem obtinet, secundo fere ordine à temperatis recedens.

Dicitur autem Athenæo ἐσπερικὸν μῆλον; Sed « & κίτειον de ipsa arbore dicitur; interdum quo- « que peculiariter de mali citrei cortice vsurpatur « vt in Aphrod. problem. li. 1. Compositio τὸ διὰ « κιτείου ἐυστόμαχον apud Paulum habetur lib. 7. c. 5. « & c. 11. alia quædam est pro tarde concoquentibus. de citrea autem malo plura leges apud Athen. lib. 3. vbi docet & quærit, an illius mentionem veteres fecerint. «

Κίτθα. symptoma est deprauatæ vitiosæq; appetentiæ, cum stomachus vitiosos & à natura alienos cibos cõcupiscit. Causa est vitiosum quoddam recrementum, ventriculi tunicis impactum, sed cuius vitiũ facile explicari non possit. Pro diuersis autem eius qualitatibus varia appetũtur, sed imprimis acida, acerba, atque etiam acria, & aliquando terra, testæ, carbones, panni veteres, putria coria & alia eiusmodi à natura abhorrentia. Maxime autẽ hoc malo mulieres grauidæ infestantur ad extremum vsq; secundum tertiumue mensem. Quarto namq; eo fere liberantur, partim vitiofo humore per vomitũ vacuato, partim cõcocto atq; etiam absũpto crebris vomitionibus, fastidio & ciborũ quibus vitiũ ali debuisset abstinentia, quodque auctior eo tempore fœtus vna cum sanguine vitiosum pariter humorem attrahat atque conficiat. Verũtamen viros quoque idem affectus aliquando exercet, cum & ij vitiosum deprauatumque eiusmodi humorem in ventriculo collegerint. Vocatur hoc vitium à Græcis κίτθα, vel à picæ varietate (est enim auis varia, nec sibi concolor, sed quæ alias plumas & pennas candido, alias nigro colore præferat) vel quod forte affectu consimili picam laborare

obseruatum sit. Cæterum quamuis κίτταν picam auem significet, non tamen de affectione ista loquens picam recte vertere poteris, nisi quadam Græcorum imitatione, sine tamen idoneo authore, quod nemo vnquam Latine picam pro eo affectu dixerit. Plinius certe nunquam picam, sed grauidarum malaciam sæpe dixit. Quidam vero non picam, sed picationem interpretantur.

» Notandum autem insuper est Scholiastem, » Aristophanis aliam afferre nominis huius causam & originem, scribit enim τὴν κίτταν esse ὄρνιν » ἀδηφάγον καὶ παμφάγον, πλείονον ὃ εἰς ὀπτυμίαν, ipsum enim ὀπτυματικῶς ἔχει τὴν ἀκεφαλίαν, ταχέως » δυσπεπτοῦσαν, ἐξ ὧν δ' ἂν ἐσθίῃ, πάντων εὐθὺς κορεσθέν, » πάλιν ἑτέρων ὀπτυμεῖν καὶ μεταβάσεις ποιεῖσθαι εἰς ἕκαστον τῶν ἐδεσμάτων: Ita vt κίσσα dicatur cum mulieres alios atque alios cibos appetunt, & gustatos » mox respuunt, cuiusmodi fastidium in quouis » homine dicitur ἀφυοεία. Moschopulus vero » quoniam hedera quæ κίσσος dicitur, συμπλέκεται » ἀεὶ τοῖς περιφυτευομένοις, in mulieribus τὸ κιττᾶν esse » putauit inconsiderate τὸ μεθ' ἡδονῆς συλλαμβάνειν » cum voluptate concipere.

Κίπαεσι. seu vt alijs placet τοῖς κίπαεσι nucamenta » quædã sunt quæ è ramis arborum resinam fundentium callo squamatim compactili dependent, præterquam larici vt definit Ruellius.

Κίπηεις. Attice à Theophrasto dicitur ἡ κίσσηεις.

Κιπᾶ. nomen est barbarum apud Dioscor. significans genus vnum vilis casiæ.

κιχάεων. nomen est Ægyptium, vsurpatum tamen à Græcis. Est autem id herbæ genus quod Græci σίεων, Latini intubum erraticum vel ambubeiam appellant. Attamen Galenus lib. 8. περὶ κράσεως videtur discrimen ponere: cichoria, inquit, & seris cibarij generis existunt. Apud nos namque agrestes ijs coctis crudisque in cibo vtuntur. Quin & Erasistratus plurimum ea commendat in curatione affectionum ventris. Est autem horum olerum facultas subfrigida, subamara & modice adstringens, & propter has qualitates præstantissime medentur iecinori supra modum calido. Non enim solum moderate refrigerant: verum etiam quia adstringunt visceri robur addunt. Præterea commissuras oculorum venarum in sima visceris parte cum ijs quæ in gibba sunt extergent. Neque vero frigidas intemperies valde offendunt, veluti ea quæ frigido humore scatent citra adstrictionẽ aut amaritudinem. His quidem laudibus Galenus cichorium effert. Dioscorides alio nomine χονδρίλλῃ appellari tradit.

» Dicitur & pro eo κιχώρη apud Theophr. hist. » plant. lib. 7. c. 7. κιχόρεα etiam Nicander vocat in » Alexiph. legitur & κιχορεία. Item & κιχορεία apud » Polluc. lib. 6. c. 9. apud Græcos vero ab amaritudine picridis appellationem obtinuit, de qua » sic Virgilius in Georg. & amaris intyba fibris.

Κίων. dicitur Columella quæ pars est palati, quam » sic describit Aretæ. 1. de acut. c. 8. Corpus solidum seu nerueum, in medio tonsillarum collocatum ex palato propendens; interdum vero, » ait, sic dicitur affectus eiusdem partis, quando » scilicet gurgulio præter naturam auctus & oblongior, tenuisque æquabiliter factus, κίων, id » est, columnæ similis euadit: inde & κιονὶς dicitur, hocque tantum interest inquit Galen. » quod τὸν γραφεῖον veteres κίονα, posteriores autem κιονίδα appellauerunt. Hæc autem palati « pars tres affectus patitur ait ibid. Aretæus, Co- « lumellam prædictam, nec non σταφυλὴν, id est « vuulam, quando illius summa pars tumet instar « vuæ; Atque horum vocatum Græcis ἰμὰς, quando scilicet instar corij & lori extenuatur de quibus suis locis: Quod autem hoc in affectu qui « Columella dicitur Gurgulio æquabiliter auctus sit, in eo differt ἀπὸ τῆ σταφυλῆς, per quam « curgulio ima tantum parte crassus rotundusque est; differt vero ab eo qui dicitur ἰμὰς, quod « ex illo crassitiem ex fluxione maiorem vt plurimum adeptus sit curgulio, nec extenuatus sit, « in hoc vero longior, gracilior sicciorque est. «

Κίων. sic ab anatomicis vocatur interseptum narium carnosum quod ad labrum vsque descendit, vt ait Ruffus.

Quod alio nomine σῦλις & διάφραγμα dicitur: sic & Polluci quoque κίων est τὸ μέσον διάφραγμα, καὶ σῦλις, ὥσπερ τοῖχον τὰ ῥινοπώματα διαιροῦν. « Narum sepimentum & columna instar muri, « foramina diuidens. «

Κίων. etiam, vt annotat Galenus ἐν τῇ γλώσσαις, significat apud Hippocratem bestiolarum congregationem quæ triticum comedunt, quarum etiam vnaquæque κίων nuncupatur.

Addit etiam Galen. legi vocabulum hoc apud « Hippocrat. sub finem lib. 2. γυναικ. Verum no- « tandum est apud Hippocrat. illic scribi non « κίων paroxytonως, sed κιών oxytonως, ita enim « ibi, ἢν κιὼν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐγγένηται, ὀδύνην ἔχει. « si bestiola in pudendis subnascatur, dolor detinet. «

Κλαγγώδη. vocabulum est vsurpatum ab Hippocrate, in cuius explicatione scribit Erotianus Demetrium existimasse sic dici oculos valde mobiles, sed eum grauiter aberrare, quod κλαγγὴ ad oculos non pertineat, cũ eo nomine certa quædam vocis species & ἐκφώνησις designetur, qualem maxime vomitus ἀσκώδης cõcitat. Esse enim vocem quæ à graui tono inchoata in acutum desinit, vt in cantu plærumque fit. Bacchium autem interpretatum esse κλαγγώδη φωνὴν, τὴν συνεχῆ καὶ ἀδιάλειπτον, hoc est, cõtinuam & indesinentem: Appollonium autem interciſam, inæqualem & obscuram, eique maxime similem quam temulenti edunt.

κλαγγώδης. autem φωνὴ sæpe legitur apud Hipocr. Eaq; subrauca & acuta fere & sonora esse videtur, aliquando grauis, atque huiusmodi, si quis in fictile siccum aut cauum ædificium « caput immittat atque inde loquatur, vulgo re- « deuntes animas mortuorum ea voce confin- « gunt. In morbis autem acutis illa signum est « exitiosum, sic in prorrhet. ὀξυφωνίη κλαγγώδης « damnatur in vxore hermozygi: In Theodori fi- « lio in Epidem. ea vox notatur, vterque obijt: « fit autem hæc non vt rauca madente multo « interiore humore arteria, sed squalleſcente; « Quod si squallor' is augeatur iam fit κλαυθμώδης, « appetente morte, & fere conuulsione, « maxime earum partium quæ respirationi inser- « uiunt. «

Κλάδων. surculus, in plantis id dicitur quod ex « ramis simplex & indiuiduum oritur ait Theo- « phr. «

Κλαυδιακὸν. nomen collyrij, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 16.

κλαυθμυρίζειν. κλαῦσαι μετ' ὀδύνης σφοδροτέρας, hoc

est flere magna spiritus contentione, apud Hippocrat. vt annotauit Galen. comment. progn. Inde κλαυθμώδεις αὐαπναὶ dicũtur etiam ab Hippocrat. ijs similes, quæ cum fletu fiunt, quasi suspitiosæ. quamquam Erotianus σωιχεῖς interpretatur, sumpta, vt ait, à flentibus pueris metaphora.

Κλαυθμώδης φωνὴ, ἢ αὐαπνὸς. luctuosa vox sic appellatur, & quasi suspiriosa, quia interrumpitur ceu in flentibus pueris, quia moratur in transitu inæqualiter, tum propter asperitatem organi, tum propter virtutis mouentis imbecillitatem: Oritur autem illa ex siccata interiore tunica asperæ arteriæ, quæ naturaliter leni humiditate irrigatur, & quasi æquatur, hinc enim vox fit primum asperior, deinde clangosa & canora, Tertio κλαυθμώδης luctuosa; itaque tanto difficilior est quam clangosa quanto maiorem indicat affectionem.

Κλειδίον ἀφροδισιακὸν. vel, vt habetur apud Paulum, ἀφροδισιαστικὸν, est pastillus cõueniens hæmoptoicis, cœliacis, dysentericis & quibus stomachus fluxione tentatur. Magnopere enim adstringit.

Habetur eius descriptio apud Galen. lib. 7. τ῀ κατὰ τόπ. c. 4. & apud Paul. c. 12. lib. 7. eodẽ prorsus modo: habet & aliud κλειδίον Paul. eodem loco quod ad Oribasium refert, faciens ad dysentericos & cœliacos; aliud quoque κλειδίον ad dysentericos describit Gal. 9. τ῀ κατὰ τόπ. c. 5.

Κλειδίον. etiam epithematis nomen est eiusdem omnino cum superiori pastillo facultatis. Id geminum describitur ab Aetio lib. 9. vnum Cyrilli, alterum Mnaseæ nomine. Vtrumque autem dysenteriæ adhibet.

Κλειστὰ φάρμακα. eadem quæ στυπτικὰ de quibus suo loco.

Κλεῖς. est os tortuosum & inæquale, omoplatam cum sterno alligans. id geminum est, dextrum & sinistrum. Vtrumque à sterno vsque ad apophysim κορακοειδῆ in exteriora curuatur: ab ea, cõtra. Est enim recuruum & figuram S. Romanæ literæ imitatur. Fistulosum quoque est & crassitie inæquali præditum, parte quidem superiore qua sterno inarticulatur, crassius & rotundius, postea vero longe gracilius, adhuc tamen rotundũ: procedens vero quo propius lato scapularum ossi fit, eo plenius latiusque. Sic à Græcis dictum est παρὰ τὸ καθ' ἑκάτερα διὰ τοῦ τραχήλου τὸν ὦμον, hoc est, quod ceruicem & humerum cõcludat: ex quo etiam Latine quidam clauem & clauiculam dixerunt. Siquidem clauis modo omoplatam cum sterno, & per illam brachium firmat atque connectit. Sunt qui iugulum à Latinis dici putent etymologia nixi, quod ea vox à iungendo profecta videatur. Certe Corn. Celsus iugulum liquido appellauit lib. 8. capite de iuguli fracti curatione. Iungitur autem summo quidem sterno per diarthrosim, omoplatæ vero per synarthrosim. Dicitur ab Hippocrate Ionica dialecto κλεὶς, ab Aristotele autem σφαγὴ de histor. animal. lib. 1. c. 14.

Κλεῖς. etiam pecten appellatur, muliebris scilicet pudendi id quod supra est; hoc triangulum est & imi ventris terminus, ab alijs ἐπίσιον vocatur, hæc Ruffus; Sed pro κλεῖς forte legendum κτεὶς.

Κλειτορὶς. particula quædam est in apice vuluæ inter pterygomata, à Ruffo & Polluce sic nuncupata, appellatur & à Ruffo νύμφη, μύρτον, & ὀστοδεσμὸς: sic vero appellatur ab obscœno verbo κλειτοριάζειν, quod est ἀκολάστως τύπτειν τὸ στρόβιλον ἄπεδον, id est, lasciuius hanc carunculam contrectare, vel vt interpretatur Laberius puellitari, quod & Polluci dicitur τὸ διαψᾶν, καὶ μαλάσσειν τὴν κλειτορίδα: Columbo pars hæc dulcedo amoris dicitur, Gallis *la Landie*; Soranus in epistola nuper euulgata ad Cleopatram Landicam vocat; proprie autem virga muliebris dicitur, quia omnibus fere partibus constat quibus virile pudẽdum, vt docte fuseq; explicauit doctissimus Riolanus in Schola Anatomica. Reperitur & κλήτορες, per ν.

Κλεόγικον. idem quod κλειτορίδιον, de quo vide suo loco.

Κλέπτειν. παραλογίζεσθαι. fallit, decipit, apud Hippo. vt lib. 5. τ῀ ἐπιδημ. ἔκλεψαν δὲ μὲν τὸν γνώμονα αἱ βαφαὶ, τῷ βίλεος ἐν ἑαυτοῖς τὸ σῖγος ἔχουσαι. hoc est, fefellerant autem animum meum futuræ, teli in se vestigium habentes.

Κλείωνος κολλύριον. Cleonis collyrium, ex genere τ῀ ἁπαλῶν καὶ ἀδήκτων. hoc est mollium, & eorum quæ sine morsu sunt. describitur à Celso, ab Aetio & à Paulo eadem omnino materia, sed mensura inæquali.

A Celso quidem lib. 6. c. 6. apud Paul. li. 7. c. 16.

Κλήθρη, arbor est, quam Gaza apud Theophrastum alnum vertit. Est autem arbor sterilis, caudice recto, ligno medullaque molli, adeo vt graciliores virgæ concauentur, folio pyri sed ampliore neruosioreque, cortice scabro rufoque intus, radice summa, nec maiore quam laurus. Nascitur in aquosis. Nec tamen omnem alnum sterilem esse Theophrastus prodidit, quandam fructiferam esse scribens, Aristotelem in eo secutus, qui inter naturæ miracula retulit alnos in sola Creta non esse steriles. Ea semen autumno reddit. Materies alni ad naualia commendatur, & ædificiorum fundamenta palationibus fulcienda, in quibus permanet immortalis ad æternitatem.

Κλῆθρον. in gula locus subtonsillis, apud Hippocratem, vt scribit Galenus ἐν τοῖς γλώσσης.

Κλὶς. Ionice apud Hippocr. pro κλεὶς.

Κλῆμα. dicitur ἡ πτύελος à quibusdam, sicut habetur apud Dioscoridem.

Lib. 4. c. 166. at Plin. lib. 27. c. 11. à nonnullis vocari scribit τὸ πολύγονον, herbam sanguinariam.

Κληματὶς. herba est duorum generum. vna, quam δαφνοειδῆ & μυρσινοειδῆ & πολυγονοειδῆ cognominãt, sarmentis prælongis & in tectam sparsis iunceæ crassitudinis, folijs lauri figura & colore, multo minoribus, obuia quæq; viticulis suis vinciens, atque ideo Latinis vincaperuinca appellata. Ea semper viret & pinguibus locis nascitur, sed in Ægypto præsertim, vnde clematis Ægyptia à Plinio cognominatur. κληματὶς altera ramos habet rubentes & viticosos, quibus proximis adhæret, folium vehementer acre & exulcerans, & omnia fere similaci similia: ab officinis dicitur volubilis maior. hæ quidem duæ sunt præcipuæ τ῀ κληματίδος species, quo nomine plures etiã aliæ stirpes designantur, communes videlicet quæ suis viticulis per terram serpunt, & cum possunt clauiculis propinquas stirpes scandunt. Est enim κλῆμα, vnde nomen habent, palmes, pampinus, sarmentum siue flagellum quo proxima quæque stirpes eiusmodi apprehendunt. Numeratur enim & κληματὶς tertia Plinio, qui

etiam tradit vnam clematidem alijs echitem, alijs laginen, alijs tenuem scammoniam, quod pedales & folioſos non diſſimiles ſcammoniæ ramos, minora nigrioraque folia habet, cognominari.

κληματίτης. dicta eſt tertia ſpecies ariſtolochiæ, quaſi ſarmentaria, quod eius radix longiſſima ſit veluti vitium nouellarum. huius fructus putatur eſſe, qui vulgo Gallorum coccus Orientis appellatur, piſcibus ſtupefaciendis efficax.

» Κλιστηρὶς. vide ſupra κλειστηρὶς.

κλιβανίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi inſigniores panum
» differentiæ explicantur.

κλιβάδιον. ſic à quibuſdam nominari τὴν ἐλξίνην her-
» bam tradit Dioſc. l. 4. c. 86.

κλίδιον. Mnaſœi Epithema hoc nomine donatum,
» efficax ad alui profluuia; eius deſcriptionem re-
» fert Trallian. l. 8. c. 7. & apud eundem paſtillus
» eiuſdem nominis ad alui profluuia efficax, quem
» deſcribit eiuſdem lib. c. 8. eſt & apud eundem
» glandis nomen ad alui profluuia efficacis deſ-
» criptæ l. 8. c. 9.

κλίμαξ. antidoti podagricæ nomen eſt deſcriptæ à
» Trallian. l. 11. c. 1.

κλινικὴ. Clinice, & κλινικὸς. medicus Clinicus: Me-
» dicinam ab Hippocrate inuentam Plin. l. 29. c. 1.
» clinicen vocat. & lib. 30. c. 10. in quartanis medi-
» cinam Clinicen prope modum nihil tollere ſcri-
» bit. Cæterum an Clinici quoque à Romanis di-
» cerentur ægri decumbentes, ſicut Plin. l. 25. c. 5.
» dixiſſe aliquibus viſum eſt, ſunt qui dubitent, ta-
» metſi Cyprian. lib. 4. Epiſt. 7. paralyticum illum
» à Chriſto ex diuturno morbo liberatum clini-
» cum appellare videatur; atque D. Hieronymus
» in epitaphio Paulinæ ad Euſtochium manifeſte
» decumbentes vocat Clinicos; quod item her-
» molaus Barbarus magni iudicij & raræ eru-
» ditionis vir ex ſacris biblijs probare nititur;
» imò vero Cyprianus ibidem ait quoſdam fuiſſe,
» qui ludibrio, ſed opprobrio quodam, Chriſtianos
» vocarent clinicos, miraturque vndenã ex Hipp.
» aut Sorano id nomen eis tribuerent, vt his omni-
» bus conſtare poſſit, poſt Plinij quidem ætatem
» vocabulum clinicorum ipſis ægrotantibus eſſe
» tributum, non autem eius temporibus: Hippo-
» cratem quidem 1. de morbis, ſcio decumbentes
» κλινοπετὶς vocaſſe, & Plutarch. & Athenæum
» κλινήρεις, at vbi κλινικὸς dicant non memini me
» legere.

κλινοειδεῖς. dicuntur tres apophyſes quas os σφηνοει-
δὲς intra cranium emittit. Sic vocatæ ſunt quod lectum repræſentent. Earum vna poſtica eſt, quę ſuperiorem, duæ autem anticæ ad neruorum opticorum exortum, quæ inferiorem lecti partem referunt.

κλινοπόδιον. frutex eſt folijs ſerpyllo ſimilis, ſurculoſus, pedis altitudine, floribus per interualla marrubij modo ſpeciem pedum lecti præbentibus, vnde & nomen habuit. Naſcitur in petroſis, proxime videtur accedere ad eam herbam, quam officinæ vocant montanum pulegium. vim habet calefaciendi, ſed non tantam vt adurat, eſt & tenuis eſſentiæ. Tertio fere ordine tum excalfacit tum reſiccat.

Κλισὶν. ἢ κλίνη. apud Hippocrat.

κλισμὸς. κλίνη. hoc eſt lectus, apud Hippoc. lib. 2. de morbis mulierum.

» Κλιστέριον. idem quod κλειστηρὶς de quo ſupra.

κλονώδης σφυγμὸς. vibratus pulſus. Eſt pulſus inæ-
qualis in vna pulſatione & diuerſis partibus arteriæ, in quo maior diaſtole eſt, & arteriæ quædam partes ſurſum, aliæ deorſum eodem tempore feruntur, inſtar iaculorum valida manu emiſſorum. Nec tamen in eo arteria vel retrahi vel conuelli videtur. Hic quanquam cum conuulſiuo pulſu conueniat in eo quod vnum locum arteria non tenet, ſed ſurſum agitetur atq; deorſum naturali ſede deſerta, id tamen in vibrato quam in conuulſiuo manifeſtius multo apparet, magnaque frequenter in vibrato diaſtole eſt, parua ſemper in conuulſiuo. Hic pulſus perpetuo durus eſt, & propter duritiem vehemens. Fit autem cum valida eſt facultas, inſtrumentum durum & vrgens vſus, quorum vnum ſi abſit, vibratus fieri non poteſt, ſicut Gal. lib. 2. de cauſis pulſum demonſtrauit.

κλύσαπις. ſpecies eſt τῆ ἐλξίνης apud Nicandrum in Theriacis. Apud Dioſc. eſt κλιδάδιον.

κλύδων. fluctuatio cum ſonitu. ſymptoma eſt facultatis retentricis complectentiſque alimentum. Cauſa eius eſt quod ventriculus cibos vel prorſus non complectatur vel debiliter, nihilque in eo continetur quod verti in flatum poſſit, vel cum vehementer perfrigeratus eſt. nam ſi quid in eo hæſit quod poſſit in flatum conuerti, flatus non κλύδωνας excitabit, niſi ſit admodum refrigeratus. In flatulenta enim materia flatus fiunt à debili calore: à nullo autem calore nullus flatus eſt. Itaque rationabiliter ventris imbecilli ſymptoma creditur. Interim enim cum minimum ciborum aſſumpſimus, non fiunt eiuſmodi fluctuationes, complectente prorſus eos ventre, ac vndique conſtringente. interim plenus cibo venter eſt, ſonitus tamen fluctuantis in eo humoris veluti ex vacuo exaudiuntur. Cum enim pro ſua natura ſe habet, ac conſtrictoria vi ritè vtitur, quamlibet exiguum ſit quod in ſe continet, totum id vndique complexus, nullum vacuum relinquit locum. Cum imbecillus eſt, quacumque parte complecti exacte aſſumpta non valet, ibi laxum quoddam ſpatium efficiens permittit ea quæ in ſe continet humida, pro figurarum varietate ex alio loco in alium tranſire ac fluctuationum ſonitus edere. Itaque qui hoc ſymptomate laborant, non poſſunt concoquere ſufficienter, & eo diutius in eorum ventre grauitas manet quo tardius concoquunt.

κλύμβιον. herba eſt caule fabaceo, quadrato, folijs plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſeſe inflexis vt in polyporum cirris. Sunt qui ſaponalem vocant.

κλύσμα ἢ κλυσμὸς, ἢ κλυστὴρ ἢ κλυσμάτιον ἢ
καταίκλυσμα. Eſt medicamenti genus quod liquidum intra partem aliquam corporis iniicitur. Sic dicitur ab eluendo, ſed priuatim κλυστὴρ etiam inſtrumentum ipſum ſignificat quo medicamentum inijcitur. Id Galeno, vt multis apud eum locis videre licet, fuit veſica, cui cornea vel alterius materiæ fiſtula recta, & fracta ad finem annexa erat. Clyſteris vſus præcipue inſeruit inteſtinis, ijſque craſſioribus: neque enim ad tenuia fere pertingit. Conuenit tamen & vtero & auribus & fiſtuloſis ſinuoſiſque vlceribus. Sed qui vtero adhibetur, peculiari nomine μητροκλυστὴρ dicitur. Eſt autem multiplex clyſteris facultas. Intemperiem emendat contraria qualitate, deterget vlcera, ſiccat, conglutinat, mollit aluum, vim excretoriam ſopitam irritat, vacuat omnis ge-

neris humores intestinis contentos, soluit flatus, sedat dolores, adstringit aluum, pro varia medicamentorum ex quibus constat facultate.

» Cæterum quandoquidem ibidi aui tribuun-
» tur clysteris inuentio non erit à proposito nostro
» alienum hic versus adnectere Georgij Pisidis,
» quibus clysterem clysmumque describit, & ibi-
» dem auem huius medicinalis purgatorij inuen-
» tricem; versus Pisidis Græcos Latinos fecit Fe-
» dericus Morellus Græcarum litterarum profes-
» sor Regius in Academia Parisiensi qui sic habent.

» *Quales at ibis atra doctores habet?*
» *Quæ ipso Galeno in hoc videtur doctior,*
» *Quod quando clausus est meatus infimus,*
» *Incerta quo pacto referet hanc iannam,*
» *Oblongum in obliquum latus collum exerit,*
» *Siphunculi in modum suum rostrum struens.*
» *Salsumque fundens visceri succum intimo*
» *Sic arida his fluxio onera trudit foras,*

Κλυστηρίδιον. instrumentum cuius meminit Paul. » & cuius formam vario modo imaginari possu-
» mus: illo vehementissima fit impulsio, concur-
» rētibus enim simul natura atque vi velocissimus
» motus fit, re graui sponte inferiora petente, & ad
» eadem vehementissime impulsa.

Κνίωρον. Latinis dicitur casia, vt ait Hyginus. frutex est coronarius, cuius duo genera, nigrum & candidum: hoc ramis permultis crassis, surculosisque ac lentis statim pene à terra fruticat, humilibus alioqui sed odoratis, folio tenui, oblongo, & quadamtenus oleagineo: nigrum procerius est, folio tamarici carnoso & inodoro, radix vtrique alte descendens. germinant post æquinoctium Autumni & diu florent. κνίωρον Galen. lib. 9. τῶν κατὰ τόπ. chamelæam vocari scribit: Dioscor. vero thymelæam, quanquam ipse scribat folia τῆς θυμελαίας priuatim κνίωρον appellari.

Κνίδιος οἶνος. vide οἶνος.

Κνήκιον. sic dici à quibusdam τὸ σάμψυχον, Dioscorides author est.

Κνῆκος. vide κίκος. sunt enim qui per η malint scribere.

Κνήματα. ξύσματα. hoc est rasuræ, apud Hippocr. & κνῆσαι, τὸ ξύσαι, radere.

Κνήμη. crus, tibia. Ambiguæ est significationis. Interdum totam eam partem significat quæ inter astragalum genuque posita est, ossibus geminis constantem, quam crus Latini dicunt. Interdum vero id os peculiariter designat quod est eorum maximum, Latini tibiam vocant: nam quod minus est, περόνη, id est fura, appellatur. Sic πῆχυς modo vtrumque os cubiti, aliquando eorum longissimum significat, vt annotat Galen. comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Certum tamen est τὸν κνήμην partem esse τῶν σκέλους, quod Galenus diuidit in tres partes, μηρὸν, κνήμην & πόδα. Est autem os tibiæ crassissimum & interiori in parte situm, eique soli femur per diarthrosim articulatur. Nam περόνη tenuior multo est & exterius sita, nec tam alte assurgit, vt genu possit contingere. Inter se autem hæc duo ossa membranoso ligamento sursum deorsumque colligantur, in medio multum ab inuicem discedunt, vt se habet etiam in cubito & radio. Qua parte vero tibia cum femore copulatur, magnam habet epiphysim, & in ea cauitates duas, in quas duo femoris condyli inseruntur. Inter eas autem corpus quoddam πυραμοειδὲς eminet, ipsas etiam cauitates adaugens, & inter duos illos femoris condylos attollitur. Habet autem & tibia inferiore in parte epiphysim interna in parte prominentem & gibbam, sicut & aliam περόνη externa in parte, quæ quidem duæ apophyses σφυρὰ, id est malleoli, proprie appellantur. Est autem tum tibiæ tum perones figura prope triangularis. Ac tibiæ quidem anterior angulus, quia multum acutus est, à quibusdam ἀκανθὰ: quia vero veluti frons est τὸ κνήμης, αὐτὸ πρόκνημιον nominatur.

Sunt autem à voce κνήμη hæc deducta, παρακνήμιον, περικνήμιον, αὐτοκνήμιον, & χαμηκνήμιον de quibus suis locis.

Κνῆσαι apud Hippocr. est. Τὸ ξύσαι radere, vnde κνήματα, ξύσματα.

Κνησίερα. apud Hippocratem significat pannum rarum quo aliquid percolatur, vt annotauit Erotianus.

Κνησμὸς. pruritus, prurigo. Est excrementi acris sub cute sensus sine asperitate & exulceratione. Sensus quidem est, non etiam motus, sicut & in plærisque alijs affectionibus contingit, vt in vlcerosa lassitudine & inæqualitate quæ febres aliquas antecedit. Humor enim immotus in cute vel subdita illi parte impactus, vt in psora lepraque, sensum talem doloris inuehit quem pruritum appellamus. Sed in psora lepraque valde crassum & nonnunquam lentum id genus excrementi est, adeo vt qui ijs malis laborat, nihil prorsus iuuetur, etiamsi sese totum scalpendo excoriauerit. in pruritu vero paucius tenuiusque est, nec tam tenue tamen quam in vlcerosa lassitudine. Acre autem sit id excrementum necesse est, in quo genere nitrosum, salsum amarumque continetur. Quod si vratur & melancholicus euadat, ex pruritu psoram, & ex hac lepram excitabit. Sic enim gradibus quibusdam tria hæc vitia gignuntur. sed in psora lepraque vel asperitas cutis est, vel exulceratio, atque ex ea vel furfures, vel squammæ etiam decidunt: in pruritu vero cutis læuitas est. Exercet autem eos potissimum qui sordidi sunt nec lauantur, eos item qui cruditate laborant, & vitiosis cibis aluntur, multoque magis scabiosos & leprosos. Est enim pruritus vnum ex præcipuis eorum symptomatis, sed multo in lepra quam in psora vehementius, adeo vt leprosi impatientia scabendi, cutem sibi prærumpque dilacerent, & vlcera, pustulas atque etiam phlegmonas aliquando accersant. Significat & κνησμὸς, interprete Galeno, frictionem motumque per vngues effectum: quod in prurientibus particulis animalia naturaliter faciunt. comment. 5. in lib. 6. Hippocratis de morbis vulgaribus.

Κνησμώδεα σώματα. in tabidis Hippocrati dicuntur, » quod huiusmodi pruritus iam confirmatam ca-
» chexiam & succorum corruptelam indicet, aut
» certe morsus ille & vellicatio acrem distillatio-
» nem in thoracem & cauitatem pectoris signifi-
» cet, & tabis rudimentum.

Κνῆφος, τὸ κνίωρον. apud Hippocr. quod & θυμελαία à quibusdam dicitur, vt habetur apud Dioscor. Vsurpat & Hippocrates κνῆφος καὶ τὸ περικνήσιον. Sic autem dicitur cultellus quidam quo caseus deraditur.

Κνίδιος κόκκος. cnidium granum. Est semen τῆς θυμελαίας myrti simile, paruum, rotundum, initio virescens, postea rubens, foris durum, nigrumque, intus candidum. Theophrastus ait maius pipere haberi, quod est longe validius. Decrahit pec-

aluum bilem, pituitam & aquas, maxime si viginti granorum nuclei sumantur. Verum fauces adurunt: quare cum farina aut polenta, aut in acino vuæ inclusi aut melle cocto obducti dantur deuorandi. Tradit Dioscorides id à quibusdam ἀπόλινον, ab alijs λίνον appellari. Reperitur & κνίδιος sine diphthongo.

Κνιδέλαιον. oleum ex cocco cnidio præparatum, cui vis inest purgandi si bibatur. Author Dioscor. lib. 1.

Κνίδη. dicta est à quibusdam ἡ ἀκαλήφη. vt habetur apud Dioscoridem. ἀπὸ τοῦ κνίζειν, quod vrticæ proprium sit cum dolore pungere. Vide & Ἄκνησις.

Κνίδιαι γνῶμαι. Cnidiæ sententiæ dicuntur apud Hippocr. initio lib. περὶ διαίτης ὀξέων. Gal. comment. in lib. 6. Epid. eas Euriphonti attribui ait; Videtur autem liber fuisse à Cnidijs medicis scriptus, in quo singulorum morborum symptomata eorumque causæ explicabantur, & curationis modus; erant autem Cnidij medici percelebres olim in asia ex Asclepiadarum genere, vt & Coi; ita vt inter eos æmulatio esset, vtri videlicet inuentorum multitudine reliquos superarent vt ait Galen. lib. 1. meth. cuius contentionis etiam testimonium euidens habetur ex initio lib. de diæta in acutis; Coi tamen semper primas tenuerunt, vt scribit Gal. deinde Cnidij, post eos vero qui in Italia vigebant inter quos fuerunt Philistion Pausanias Empedocles.

Κνιδώσεις. dicuntur ab Hippoc. punctura quædam & pruritus, quales ab vrtica, quam κνίδην vocant, excitantur.

Vt docet Galen. in exeg. seu qualis vrticæ, qui piscis dicitur, contactum sequitur. nam Plinius scribit, ei vim inesse pruritu mordacem eandemque quæ terrestri vrticæ, contactosque pisces, attrituque petræ scalpentes, pruritu ab ea inuadi.

Κνίκινον. dicitur à quibusdam τὸ πέφυλλον, vt habetur apud Galenum.

Κνῖκος. cnicus. herba est folio procero, scabro, diuiso, aculeato, cubitalibus cauliculis, quibus in summis capitula oliuæ magnitudine. flos croci, semen album, alioqui rufum, longum, angulosum. Differentia prima syluestris & satiuæ. Syluestrium duæ species, vna mitior est, simili caule, tantum rigido, quo pro colu antiqui vtebantur, exilis, quam quidam atractylida vocant, vt habetur apud Dioscoridem & Galenum: semen eius candidum, grande, amarum: nunc carduus benedictus & syluestris carthamus dicitur. Altera hirsutior, torosiore caule, & qui pene humi serpat, minuto semine. Satiua vero durior spinosiorq; est, & carthamus aut crocus hortēsis siue Sarracenus vocatur. Omnes diuulsis ramulis cruentum fundunt liquorem. Ex cnico vnum semen ad purgationes vsurpatur. Excalfacit tertio ordine, si quis foris eo vti volet. Sunt qui κνῆκον malint scribere. nam & in flore croceum colorem, & in semine candidum, κνηκὸν Græci appellant. vt scribit Hesychius.

Sed modo per ν, modo per ι scriptum alibi pluries legeris, per ν quidem apud Hesych. & Theophr. & Paul. Ægin. Per ι apud Dioscor. Aristotelem lib. 5. hist. animal. c. 19. Galen. de simpl. l. 7. Aetium l. 1. & Plin. quoque: sed series alphabetica, quæ apud Hesych. est, multum me mouet, vt præferendam censeam scripturam per ν, præsertim cum apud alios quoque eam reperierim.

Κνησμός. hoc est pruritus, apud Hippoc. quidam autem πρὸ ξηροφθαλμίας eo nomine intellexerunt. vt scripsit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Κνῦμα. nomen creditur fictitium ad significandum certum quendam sonum aut strepitum. Vsurpatur & in ijs qui leuiter suspirant, & in ijs similiter qui prurigine vexantur. Vsus est ea voce Hippocrates.

Κνίσσα. nidor, de cœna opipara ac luculenta dicitur, inde προφὴ ἀκνίσσου apud Athenæum victus appellatur simplex ac tenuis, ac frugi hominum: hinc duplex fuit apud veteres parandi cibos modus, alterum simplicem vocabant & ἄνευ κνίσσης, alterum μετὰ κνίσσης.

Κνισώδης ἀπεψία, ἢ κραπώδης. cruditas nidorulenta seu fumosa, & κνισώδης ἐρεύξις ructus nidorosus.

Κόγχη. vocatur ab anatomicis cauitas auriculæ ἡ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος. Ea namque anthelice claudituer, estque anthelix veluti ora τῆς κόγχης. Nomen à conchæ similitudine inditum est.

Κόγχη. etiam quidam vocant genu patellam, ὀπογωνίδα ἢ ὀπογονατίδα & μύλλη proprie dictam. quam tamen alij masculino genere κόγχον appellant.

Κόγχη. mensura est liquidorum, apud Atticos, μύστρα duo continens, siue sex drach. ponderales.

Dicitur & κόγχος, & γόμφος, vt Gal. notauit in exeg. nimirum quod tantum capit & continet quantum concha.

Significat & κόγχη, concham, testaceum animal.

Κόγχιον etiam vsurpat Hippoc. pro figlino vase, vt annotauit Galen.

Ἐν γλώσσαις, conchæ in modum concauo & scutulato. dicitur & κόγχος.

Κογχίον. conchula. est concauitas illa quæ spectatur in auriculæ cartilagine, vt scripsit author introductorij siue medici. Dicitur & κόγχη de qua ante.

Κόγχον. vocat Hippocrat. πλὼ χάσμην, hoc est hiatulam. Dicitur etiam κόγχος τὸ κράνιον Lycophroni, hoc versu: Τυπὶς σκεπάρνῳ κόγχον ὑψίτῳ μίσον.

Scil. à conchæ similitudine, eandem ob causam vmbonem clypei Polybius κόγχον appellat; nec non κόγχοι nominantur eodem modo πὶ ἔσχατα τῶν ὀφθαλμῶν, cauitates oculorum teste Polluce, eæ scilicet in quibus oculi latent, nam & sua figura concham repræsentant.

Κογχυλιάζειν, & κογχυλίζειν, & ἀλακογχυλιάζειν. verba fictitia sunt à sono ipso qui fit quando gargarisamus; sic & gargarisare fictitia vox est Latinis, itidem vt Græcis qui γαργαρίζειν dicunt, voce autem κογχυλιάζειν vsus est Paul. libr. 5. cap. 5. & cap. 18.

Κοιλαὶ φλέβες. omnes magnæ venæ sic appellantur, verum postea inter medicos vsus obtinuit, vt ea vena quæ à iecore in renes propagines mittit, κοιλὴ, id est caua diceretur in qua Praxagoras initium esse febrium affirmauit, solamque eam κοιλὴν ipse nominauit: hæc Ruffus Ephesius.

Κοιλία. Aristoteli dicitur illa corporis cauitas in quã cibus deuoratur primaque concoctio peragitur, latius tamen patet hoc nomen, atque apud Hippocr. plura significat: scribit siquidem Erotianus apud illum hac voce quatuor significari. Primo totam latitudinem quæ subest sub septo transi-

uerſo ; Secundo latitudinem thoracis ; Tertio ventriculum ; Poſtremo vulnerum cauitates. Circa quam ſententiam illud annotandum eſt Erotianum hac in re, & diminutum eſſe atque confuſum, addam & falſum ; & diminutum quidem quia nonnulla propria ſignificata vocis huius omiſit, ſignificat enim & aluum & quamcumque cauitatem : confuſum quoniam nunquam pro thorace, vox hæc vſurpatur, niſi cum additione ἄνω ; falſum quia talis dictio nunquam ſumitur per ſe pro vlcerum cauitatibus niſi in compoſitione, vt cum ὑποκοιλα id eſt ſub caua vlcera dicimus : Quapropter vt rem fuſius atque clarius explicemus notum eſt apud Hippocrat. vel reperiri hanc dictionem ſine alterius vocis additione, vel ſimplicem reperiri quidem, ſed cum additione ἄνω & κάτω, vel compoſitam. Si primo modo ſumatur, ſimplex & per ſe, quatuor apud Hippocr. reperitur habere ſignificata: ſumitur enim quandoque pro cauitate omni in profundo poſita, vt cerebri cordis hepatis atque aliarum partium, quod teſtatur Philotheus comment. in aph. 15. ſect. 1. ſcribens, κοιλίας λέγει τὴν στυφόχρων ἢ πᾶσαν κοιλότητα ἐν βάθει κειμένην, οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος, ἢ τῶν ἄλλων, hoc eſt cauitatē, dicit eam quæ cibos capit, & omnē cauitatem in profundo poſitam, vt cerebri, cordis, hepatis & aliorum; ſic & 6. epid. ſect. 6. part. 5. ait Hippoc. δεῖ μὲν τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, αἵματος τε κοιλίην διαῤῥῆξαι id eſt in doloribus proximum ventrem purgare oportet & ſanguinis ventrem reſcindere, quod proximam cauitatem & venam ſignificat; & 6. aph. 20. Si εἰς τὴν κοιλίην id eſt ventrem ſanguis præter naturam effunditur, vbi pro omni cauitate ſumi ſcribit in comment. Gal. ſic & cerebri cauernas, vulgo ventriculos appellari ait Ruffus, ſic & apud eundem κοιλίαι cordis ventriculi ſeu cauitates vocantur. Secundo ſumitur pro toto ventre inferiori infra diaphragma, vt 1. aphor. 2. in perturbationibus ventris, &c. & eiuſdem ſection. 15. ventres hieme atque vere caliditſimi, & 6. ſect. aph. 7. dolores ventris ſublimes leuiores; vbi Galen. intelligit ventrem infra diaphragma; ſic & comment. ad aphor. 53. ſect. 7. κοιλίαν Galen. interpretatur : Tertio pro ventriculo ſumitur vt in lib. περὶ παθῶν, Corpus (ait) liqueſcit cum cibi per multum tempus ἐν τῇ κοιλίᾳ non concoquuntur : & 1. de diæta, Plurimus (ait) humor ea in parte ineſt, quæ κοιλία, venter appellatur; & paulo poſt, ventrem quidem maximum ſicco & humido promptuarium eſſe dicit, vt det omnibus, & ab omnibus accipiat: & 2. lib. de humorib. Quemadmodū terra (inquit) hieme ſtercorata calida eſt, ita etiam ἡ κοιλία venter, quo in loco Galen. (ſi modo ea commentaria Galeni ſint quod haud ita facile affirmauerim) interpretatur ventriculum. Sumitur poſtremo κοιλία pro ſolo colo inteſtino, aut infernis inteſtinis craſſis vt etiam docet Galen. loco proxime citato, quomodo accepiſſe Hippocratem ſæpe legimus, vt lib. de dentitione, quibus ἡ κοιλία, aluus multum profluit & 10. de morb. ἡ κοιλία aluuſque turbata fuit, plurimiſque alijs in locis : Recentiores etiam pro vtero accipi quandoque crediderunt, hoc confirmantes Hippocr. authoritate 5. aphor. 59. ſed meo iudicio hoc illi perperam, nuſquam enim apud Hippocr. neque alium quemuis repereris κοιλίην pro vtero ſumi, niſi communi illa ſignificatione qua omnes in vniuerſum cauitates deſignat; Porro hanc quoque vocem legimus vſurpatam cum adiectione particularum ἄνω κάτω, ſupra & infra, atque hoc modo ſumitur, vel pro thorace ſupra diaphragma, vel pro inferiori ventre infra diaphragma ad pubem vſque, vt videre licet lib. περὶ παθῶν, & lib. de carnibus, & 3. de diæta, & 7. aphor. 38. atque alibi ſæpius, vnde fit error Erotiani manifeſtus, qui voluit dictionem hanc, ſine additione vlla thoracem ſignificare, cum illud tamen neque apud Hippocr. neque alium vllum authorem reperire cuiuis liceat, vt videre licet apud Ariſtotelem 1. probl. 42. Poſtremo dictio hæc ſimplex ſiue per ſe, ſiue cum additione nunquam pro cauitate vlcerum ſumitur vt credidit Erotian. quāquam id bene compoſita, vt lib. de vulnerib. & lib. de vlcerib. in voce ὑποκοιλα vbi ſubcaua vlcera dicuntur.

κοιλία ἀπήγμενος. indomitus venter Hippocrati dicitur lib. de aere aq. & loc. is ſcilicet qui non facile ſoluitur, nec ab emollientibus euincitur, ſed ſemper contentus ac ſiccus manet, cuique opponitur ὑγρότερος.

Κοιλία ἐζυμωμένη. lib. de veteri medicina Hipp. venter dicitur ceu fermentatus & ebulliens, id eſt in ciborum concoctione agitatus & velut efferueſcens, aut flatibus quodammodo diſtentus, & in tumorem ſublatus, in prorrhet. ἀπόζυμος γαστὴρ vocatur.

κοιλία ἠλεκτρώδης. apud Hippocr. 4. Epid. exponit Erotian. de excretione ſuccino ſimili, id eſt ſplendicante atque relucente.

Κοιλιακοί. dicuntur quibus excrementa læuia, humentia & ſemicocta, aluo continenter fluida reddūtur aliquanto poſtquam aſſumpta fuerint tempore. Symptoma eſt facultatis ventriculi & inteſtinorum languentis & imbecillæ, vt perfecte coquere & digerere alimentum nequeant. Inde aſſidua deiectio ſequitur, quæ duabus potiſſimū notis à lientericorum deiectione diſcernitur. Siquidem lientericis alimenta prorſus cruda, protinus vt ſumpta ſunt inferne prodeunt, tāta tamque manifeſta cruditate, vt alimenti aſſumpti genus aperte cognoſcatur. Verum in cœliacis iam adepta ſunt aliquam coctionem, & diutius in ventriculo morantur, neque tam cito per aluum deſcendunt. Cruda tamen ſunt & aliquando fœtida & ſæpe animi deliquium inducunt, ſed non ſunt mordacia. Cauſa huius mali eſt aſſidua cibi corruptio & cibus cacochymus, ad hæc frigiditas, aut vehemens ardor, aut plagę ventri inflictę. Ex longis quoque morbis facile hic morbus contrahitur.

Dicitur & κοιλιακὴ διάθεσις, ἡ κοιλιακὸν πάθος, & κοιλιακὴ νοῦσος apud Aretæum, ventricularem Latine vertit illius interpres.

Κοιλιολυσία. ventris ſolutio ſeu reſolutio dicitur, hac vtitur voce Tullius in Epiſt. ad Attic.

κοιλιδίᾳ. apud Pollucem ſcribitur κυλοιδίᾳ vide κοῖλον de quo mox.

Κοιλιωτικά. ventriflua ſeu quæ ventrem laxant medicamenta dicuntur Cæl. Aurel. lib. 1. τῶν χρον. cap. 5.

κοῖλον. quamquam eo nomine cauitas omnis deſignari poſſit, attamen ſpecialiter κοῖλον vocatur τὸ ἄνω βλεφάρου τὸ ὑπόπλεον, hoc eſt ſuperioris palpebræ ſuperficies, ſicut ὑπόκοιλον pars inferior quæ ei reſpondet. Illud tum in aqua intercute, tum in alterius generis malo habitu, tum in diu-

turnis hæmorrhoidibus, & lõgis mulierum profluuijs, & sæpe inchoantibus ophthalmijs intumescit, quod vbi accidit, κοιλοσθῆν dicuntur qui sic laborant, propterea quod τ κοίλων οἴδημα sit, vt scripsit Ruffus ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορίων. Sunt autem qui τὰ κοῖλα τ ὀφθαλμῶν interpretati sint, cauitates, quæ sub oculis vtraque nasi parte cernuntur, quæ tamen κατωδὴ melius dicerentur.

Κῖλα etiam dicuntur Aristoteli 9. de partib. animal. » κνημῶν, id est Ilia seu caua lateris, & apud Pollu- » cem κοῖλον χειρὸς, dicitur τὸ μέτωπον ὀνάρους, καὶ » ὑποχόνδριον ἀγ σπθῆς; similiter κοῖλον ποδὸς ibid.

Κοιλοφθαλμία, & τὸ κοιλοφθαλμῆν. apud Pollucē di- » cuntur de oculorum affectu, quo caui ex morbo » aliquo redduntur, ceu resoluto spiritu in mœro- » re confectis, quibusdam quoque vigilibus & fa- » melicis; aut morbi longitudine confectis, id & » in cadaueribus & iam diebus aliquot mortuis » auibus, quadrupedibus & piscibus. Recens enim » mortuis elucet etiamnum oculus, at paulatim » euanescente spiritu, & humore marcescente » caui oculi & obscuri fiunt, sed & musculis mo- » uentibus & confirmantibus oculum, contabe- » scentibus & ariditate contractis, neruis quo- » que & membranis reuulsis ad principium idem » effici potest.

Κοίλωμα. est vlcus in cornea oculi tunica rotundum & amplius latiusque bothrio, sed minus profundum. Nascitur circa irim.

Κοινὰ νοσήματα. communes morbi appellantur, quo- » rum alij publici sunt quos ἐνδήμους vocant, alij » vulgares, qui tum ἐπιδήμιοι tum ἐπιδήμιοι vocan- » tur: horum qui pernitiosissimi sunt, pestilentes » appellantur, qui perinde ac totum vulgarium » morborum genus ex cœli statu proficiscũtur, vt » docet Galen. comment. 1. in lib. 1. Epidem. vide » παιδήμους.

Κοινότητες. communitates, hoc est, communes & vniuersales quædam notiones ex quibus Methodici omnem remediorum indicationem petendam censebant, neglectis reliquis omnibus indicationibus: tres autem in vniuersum statuebant, adstrictum, fluens & mixtum ex vtroque. Ac in adstricto quidem relaxandi, in fluente vero comprimendi indicationem desumebant, in mixtis vero ab eo quod magis vrgeret. vide in dictione μεθοδικοὶ.

» De his Gal. etiam plura lib. de optima secta » ad Thrasib.

Κοινωνίαι. consortia, aut partium consensus, quos » tribus modis fieri inquit Gal. aut propter vici- » niam, vel propter familiaritatem generis, vel » operis; Generis quidem vt neruosum neruoso, » venosum venoso consentiat; operis, cum mam- » mæ & thorax partibus genitalibus comm. 1. in » 3. Epid. t. 4.

κόκκαλος. ab Hippocrate libr. περὶ διαίτης ὀξέων signi- ficat nucem pineam, quæ ab antiquis medicis κῶνος, à recentioribus propemodum omnibus στρόβιλος dicta est, vt annotat Gal. comm. 4. in eum librum. Dioscorides tamen, vt scribit Galenus, eo nomine apud Hippocr. κόκκον κνίδιον, diminutiua forma intellexit.

» Itidem in lexico Hippoc. tradit Galen. κόκ- » καλον à plerisque accipi τὸν πυρῆνα τῆς στροβίλης nu- » cleum nucis pineæ.

Κόκκος. granum vt apud Dioscor. lib. 4. κόκκοι ἀ ῥοιᾶς, » grana mali punici, vel etiam acini mali punici, » quæ & κλάσται dicuntur.

Κόκκος βαφικὸς. granum tinctorium, siue coccum infectorium. frutex est, vt ait Dioscor. surculosus, paruus, cui grana ceu lentes adhærent, quæ leguntur ad vsus reponunturque. Hæc κόκκοι βαφικοὶ dicuntur, attamen fruticem ipsum qui eiusmodi grana fert, Dioscor. videtur κόκκον appellasse. Est autem ilex aquifolia, quæ solo cocco cunctis valde pretioso, omnes roboris dotes prouocat. Est enim illi color rubeus, qualis in rosa micat, imperatorijs tantum paludamentis apud antiquos dicatus. Galli scarlatum, Narbonenses vermilonum, officinæ grana tinctorum appellant. Adstringit, amarum est, & sine morsu siccat. Eius species vna est quam σκωλήκιον veteres vocarunt, quod celerrime in vermiculum se mutet, & in Attica fere atque Asia olim nascebatur.

Κόκκος etiam, vt inquit Dioscor. à veteribus granum dictum est quod nascebatur in Cilicia à quercubus, cochlearum siue limacum exilium similitudine, tingendi quoque vim sed minus insignem habens.

Κόκκος κνίδιος. Granum Cnidium. Sic dicitur semen thymelææ. id myrti in modum rotundum est, & inter initia viret, ac tandem rubescit. inuolucrum eius durum, foris nigrum, intus album. Granum Cnidium vim habet acrem & adurentem. purgat etiam bilem & aquas. Ex eo τὸ κνιδέλαιον paratur, apud Dioscoridem lib. 1.

Cap. 44. vide & eundem l. 4. c. 173. Notandum autem deceptum fuisse Plin. l. 27. c. 9. dum « granum Cnidium aluum sistere inquit contra ra- « tionem & experientiam: etenim præter Hippoc. « qui ipsum pro maximo cathartico vsurpauit, « etiam Dioscor. eius vim purgatoriam magni fe- « cit, qui semen Thymelææ granum Cnidium esse, « & à Syris linum, vt quoque Plin. vocari scriptũ « reliquit, sed fortean vbi Plin. dicit (sistit aluum) « restituendum est (ciet aluum) nam vix existi- « mare quis possit Plinium adeo ignarum, vt quod « de grano Cnidio in ore omnium versabatur ip- « sum latuerit. «

κόκκος κνίδιος, vt inquit Dioscor. dicitur à quibusdam chamæleo niger. hallucinantur tamen, inquit, qui coccon Cnidium fructum esse chamelææ existimant, decepti quadam foliorum similitudine.

Rursum κόκκος, & diminutiuum κοκκίον, « etiam ad alia transferuntur, ita enim medici vo- « cant pilulas quod granorum magnitudine fere « sint, & rotundæ granorum instar: Alex. Trallian. « ἡ καθαρσις ἡ διὰ τ κόκκων ἐχόντων τὴν κολοκυνθίδα, « & alibi κοκκία βηχικὰ, pilulæ quæ tussi medentur, « Eadem & καταπότια: hinc & κόκκοι διὰ κολοκυν- « θίδος, Grana ex colocynthide Catapotia sunt « Græcis sic dicta, quorũ descriptionem vide apud « Trallian. l. 1. c. 12. & 16. quæ hemicranicis ex fri- « gida stomachi causa, & paralyticis plurimum « conferre ait, quo in postremo capite huius virtu- « tes recenset. «

Κοκκυμηλέα. prunus. arbor nota. Eius fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Plurimæ sunt eius species, & valde inter se differentes.

Sed de huius arboris fructusque vi medica vi- « de Dioscor. l. 1. c. 175. Theoph. histor. plant. l. 4. c. 3. « κοκκυμηλέαν quandam describit quam Plin. l. 13. c. « 10. prunum Ægyptiam vocat: idem Theoph. li. « 3. c. 16. cõmemorat & aliud genus τ κοκκυμηλίας, «

» pro quo apud Plin. reperio Coggygria l.13.c.22.
» Rursum Theophr. l. 3. c. 7. τὴν ἀποβλάδα esse dicit
» velut ἀγρίαν κοκκυμηλέαν primum syluaticam, cu-
» ius rei mentio fit etiam apud Athen. l. 2. fructus
» autem τῆ κοκκυμηλέας vocatur κοκκόμηλος, pru-
» num, quod Græci alio nomine δαμασκηνὸν nun-
» cupant: atque hæc olim pruna quæ in damasco
» vrbe Syriæ nascebantur præstantissima erant;
» deinceps quæ in hispania: illa aliquid astrictionis
» habebant, hæc nihil omnino. vide Gal. 2. de ali-
» ment. facult. c. 31.

Κόκκυξ. est os in imo sacri ossis positum, tribus proprijs partibus constans. Sunt autem partes illæ ossicula, etiamsi Galenus ita non audeat appellare, propterea quod pueris adhuc sunt cartilagines, quæ quamuis annorum spatijs osseæ euadant, in ambitu tamen & commissuris & fine adhuc cartilaginosæ permanent, vt & epiphyses omnes solent. Vniuntur autem inter se symphysi, quamquam coccygis tertium os (quod proprio nomine & ἀπονδύλιον & ὄρρὸς & ἀκροπύγιον appellatur) vt ossis sacri primum persæpe synarthrosi iungatur, & in ijs foramina intus ampliora, foris angustiora, vt in osse sacro, nisi quod ad coccygis ossis secundi cum tertio commissuram, pro foraminibus sutura tantum est. E coccyge tria neruorum paria prodeunt per eius foramina, non lateralia, sed antica & postica. Quorum prima coniugatio ex ea oritur parte, qua coccyx sacrum os attingit: secunda, vbi prima huius ossis pars cum secunda committitur: tertia, medio inter secundam & tertiam spatio.

κόκκον. significat apud Hippoc. simpliciter τὸν κόκκον vulgo dictum, non Cnidium, quem tamen licet sine addito κόκκον nominare, vt scribit Galen. ἐν τῇς γλώσσαις.

Κολάσαι. apud Hippocratem lib. περὶ διαίτης ὀξέων significat καθυλεῖν καὶ ταπεινῶσαι, hoc est imminuere, mitigare, castigare, retundere, vt annotat Galenus comment. 3. in eundem librum.

Κόλλα. gluten seu glutinum. alij ξυλοκόλλαν, alij πυξοκόλλαν appellant. Id dicitur quo sicca corpora secum vniuntur. Præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus. Fit & ex quibusuis pellibus inueteratis & decoctis. Rhodiacum cæteris prætulit Dioscorides: id candidum erat & translucens. Auro glutinum est lanterna, ferro argilla, æris massis Cadmia, laminis alumen, stannum æramentis, stanno argentum, marmori & plumbo resina, plumbum nigrum albo, album sibi ipsi, vitro mastiche. Habetur & gluten librarium ex simila & polline, emplastica, vt ait Galenus, & concoquendi vi præditum quibuscumque ipsum partibus illinas.

Κολλάειον. sunt qui ita dictam putent τὴν ἀνθαλλίδα flore puniceo micantem, propter siccandorum vulnerum & glutinandorum facultatem, atque ita contendant legendum esse apud Paulum in ea compositione quam podagræ dicauit διακολλάου cognomine lib. 7. cap. 11. ideoque censent διακολλαείου appellandam esse.

Κολλητικὸν φάρμακον. glutinatorium medicamentum. Est quod coniungit & vnit diuisas partes vt in pristinam vnitatem reducantur. Quidam ἕναιμον & τραυματικὸν etiam appellant, quod cruentis & vulneribus adhibeatur. Verum non in cruentis modo protinus glutinandis eorum vsus est vbi sanguinem ex plaga adhuc profluentem spongia deterserimus, deinde futuris aut fibulis coarctauerimus, sed etiam in sinibus veteribus cum ab omni inflammatione eos vindicauerimus, purosque medicamentis reddiderimus. Cæterum quod glutinandi facultatem habet, plus siccet quidem oportet quam quod carnem producit, nec tamen detergeat, nec expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem cogat, cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea quæ austera & adstringentia vocantur: hæc namque in idem cogendi ac stipandi, non detergendi neque purgandi facultatem habẽt. Eorum namque finis est, prohibere ne vlla inter coituras partes subnascatur humiditas. Est autem glutinantium materia diuersa pro corporum varietate quæ glutinari debent. Quæ ex argenti spuma, oleo & aceto præparantur, imbecillam mollemque carnem glutinant: quæ bitumine, ærugine, squamma, aloe & myrrha constant, robustam & duram.

κόλλικες. à nullo fere Grammatico vox exposita: Galen. ex Hippocr. interpretatus est τροχίσκους, nonnulli pro glutinantibus quibusdam rebus vsurpant: apud Hippocr. vero per ι scribitur, sed non solum ex Erotiano & ex Galeno, verum etiã ex aristophane scribi potius debet per ι vbi & scholiastes ait esse εἶδος ἀρτοῦ ἀφαιρέτου, seu μικροὺς ἀρτίσκους: Cornarius in Æginetam scribens ait κόλλικες non esse alterius quam ξυμμάκτων ac ξυμπόντων generis, velut Paul. aperte ostendit, naturam ipsorum declarans, nisi quod maioris atque minoris efficaciæ ratione hæc omnia inter se differunt, & formam quoque diuersam præferunt, κόλλικες enim pastillorum forma conflantur ac velut conglutinantur, sicut Hippocr. lib. de internis affectionibus docet.

Κολλούειον, est medicamentum oblongum, rotundum ex liquoribus, succis, seminibus, fructibus & metallicis ad varios vsus compositum, compactum cohærensque, in modum fere eius quod vulgus pharmacopolarum magdaleonem appellat. Sic enim olim reponebantur & asseruabantur collyria, cumque vtendi occasio esset, ea vel integra sicuti condita erant, adhibebantur in vsum, vel soluebantur in puluerem, qui aut siccus aut humore aliquo dilutus affectæ parti vel oblinebatur, vel linamento exceptus indebatur, vel suffitionibus aut alio modo inferiebat. Nãque τὸ κολλούειον antiquis figuratum fuisse & certam habuisse formam, ex veterum medicorum lectione cognoscitur, qui plæraque medicamenta in collyrij formam fingenda præcipiũt. Cornelius Celsus libro 5. docens quomodo callum fistularum erodere oporteat: Satis (inquit) est vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrij adstrictum medicamento Megetis illinere. Idemque non aliam fuisse eius figuram, quam quæ ante exposita est, paulo supra testatus fuerat, his verbis: Satis proficiet emplastrum, quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel salem, vel alumen, vel squamam æris, vel æruginem, vel ex metallicis aliquid: exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. idque ea parte qua tenuius est antecedente demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. quæ in omnibus fistularum collyrijs perpetua sunt. Similiter Gal. lib. 3. περὶ κατ. differens de narium affectibus, docet ex certis medicamentis contusis læuigatisque collyriorum formas effingendas esse, quæ congruam

gruam ad nares ægroti proportionem habeat, easque in naris affectæ meatum immittendas. Adhæc Oribasius collect. medic. lib. 10. c. 23. ex Antyllo collyrijs figuram tribuit caudæ muris similem, quatuorque digitorum longitudinem, & præterea soliditatem firmitatemque, vt oleo aliquo, non secus atque balani, inungi possint. Ac figuram quidem talem ijs fuisse, ipsa nominis ratio videtur ostendere. dictum enim τὸ κολλύειον videri potest, quasi κολοβὸν εἶδος, quia sit instar mutilatæ caudæ, vel quia rotundum sit. Si quidem κολυμβίσκοι πίτυες dicta à Callimacho Suidas στρογγύλοι interpretatur. Ex quo apparet κολλύειον vnico λ & per diphthongũ principio scriptum fuisse. verum postea obtinuit vsus vt duplici λλ scriberetur, & apud Latinos inualuit, apud quos semper collyrium scriptum reperias. sunt autẽ ex Græcis qui κολύειον, sine diphthongo scribant. Sunt etiam qui malint κολλύειον dictum esse παρὰ τὸ κολλᾶν τὸν ῥοῦν: hoc est, quod comprimat fluxionem: alij vero παρὰ τὸ καιλύειν: vtrique credo existimantes, eam modo vnam esse collyriorum facultatem, ad sistendas fluxiones. Verumtamen non ad eam rem modo, sed ad omnes omnium partium affectiones quibus admoueri possunt, cõparata sunt à medicis collyria, diuersarum omnino facultatum: fistulis enim induntur alias ad conglutinandum, alias ad detergendum, alias vero ad exterendos earum callos, vt patet ex Aetio lib. 14. c. de fistulis. imponuntur & naribus ad polyporum & ozænarũ curationem, itemque auribus vlcere affectis, authore Galeno lib. 3. τῶν κατὰ τόπους. Adhibentur & vtero tum ad ciendas purgationes, & ad fœtum atque secundas expellendas, tum ad sistendum etiam immodicas sanguinis excretiones, aliosque vteri affectus medendos. Induntur & collyria in anum, quæ etiam glãdes appellat Aetius in cura dysenteriæ, quæ Scribonius Largus ad tenesmum effingit ad instar nuclei pinei, ex medicamentis adstringentibus vino austero vnitis. Item Columel. lib. 6. c. 6. ex salis sextante cum cepis decem contrito & admisto melle decocto collyria componit, quæ bouis cruditate laborantis aluo immittantur. Vtitur etiam collyrijs Aetius lib. 8. ad suffitiones, docens ex certis medicamentis collyria effingenda, quæ ad tussim & orthopnœam per infundibulum suffiri debẽt. Verum collyria in oculis præcipuum vsum habent, qui quanto sunt reliquis corporis partibus præstantiores, tanto magis medici veteres in eorum collyriis elaborarunt, & eorum copia quodammodo luserunt. Quorum cum plures reperiantur differentiæ, tres tantũ præcipuæ & summæ habentur. alia enim κολλύεια simpliciter, alia ξηροκολλύεια, alia ὑγροκολλύεια compositis nominibus vocantur. Differunt autem ab inuicem sola materia: siquidem quæ collyria simpliciter dicuntur, ex omni materia indifferenter constant, liquoribus, succis, seminibus, fructibus, stirpium & animalium particulis, aromatibus, metallicis, cuiuscumque ea sint facultatis. Atque vt omnem materiam comprehendunt, sic nullus morbus est qui eorum aliquo iuuari non possit. In quibus præparandis illud scire oportet, quod Celsus in Philonis collyrio, & Oribasius lib. 10. collect. monent, omnia medicamenta quæ collyrium constituunt, singula primũ per se terenda esse, metallica quidem longo tempore, succos autem exiguo, deinde mixta iterum, adiecta aqua (præsertim pluuiali, tum quod tenuis sit omniaque permeet, tum quod modice adstringat) aut vino aut alio liquore non copiose affusione metallica subsidant, aromata supernatent, verum paulatim, vt sordium modo teri possint. Quæ omnia postquam satis læuia euaserint, gummi adijciendum est, quod cum alias quasdam facultates habeat, hoc maxime præstat, vt vbi collyria facta inaruerunt, glutinata sint neque fricentur. Deindè vero in formam redacta, vasis maxime æreis vel vitreis reponenda sunt. Quum autem vsus postularit, ea vel integra, vt aliquando in sede, vtero & fistulis, apponuntur: vel humore aliquo diluuntur & affectæ parti delinuntur, quæ ex eo πλασσὰ à medicis aliquando vocata comperies. Quæ vero ξηροκολλύεια, hoc est, arida collyria, dicuntur, metallicis præsertim constant, seminibus, fructibus, aromatis & alia licca materia, humore aliquo vel gummi collecta & cohærente. Ea vere parari debent, quod per æstatem nimia tritura portio eorum puluerulenta, quæ purissima est facile euaporet: per hyemem vero bene misceri simul nequeant, mistaque non bene secum vniantur & viribus contemperentur. Postea autem perinde ac alia reponuntur, sed maxime in æneo vase, quæ sunt oculorum gratia comparata (ea namque meliora ab ære fiunt) quibus non statim vti expedit, quod vetustate præstantiora reddantur. At ὑγροκολλύεια, hoc est, humida collyria, componuntur ex liquoribus, oleis, melle, animalium felle & alijs compluribus similiter humidis & varias etiam vires habentibus, quibus protinus vti licet, quoniam vetustate euanescunt. Habẽt autem & horum collyriorum singula permultas differentias, quæ vt materia & viribus diuersis constant, sic varia sortita sunt nomina, μυρόπνεφ, ἄδηκτα, σαπικὰ, λιβυαικὰ, πρὸς, ἀποδιακὰ, διάῤῥοδα, διάσμυρνα, χλωρὰ, λευκὰ, διάκροκα, σίκια, νάρδινα, τραχωματικὰ, σμηκτικὰ, ἰσόδυα, διοδότια & alia plæraque, quorum singula vt celebratiora sunt & à veteribus medicis vsurpata, passim hoc opere suis locis exponuntur.

Si collyriorum differentias omnes, species, ipsorumque descriptiones videre velis, lege Gal. 4. κατὰ τόπ. & Cornarij commentaria; Lege & Trallian. toto 1. libro, quo de oculorum affectibus agit, & Paul. lib. 7. c. 16. & Aetium tetrabl. 2. serm. 3. cap. 100. & seq. Oribas. 3. synops. & Cels. lib. 6. c. 6.

Κολλύεια. paruuli sunt panes mundi, sed & genus frictorũ farinaceorum, quæ vt lagana interdũ in sartagine frigãtur, interdũ per se cocta edantur, interdũ ex iure comedantur, vt tabellas paniceas in sorbitiuncula plerumq; esitamus; frigi solitas docẽt Grammatici Græci, qui εἶδος πλακουῶτος interpretãtur, & κολλυείζειν explicant λαλάγγας τηγανίζειν, id est, lagana in sartagine frigere, & κολλύεια exponunt λαλάγγια; in Plauto autem satis constat illud panificium etiam sumi ex iure, inquit enim: Tum nisi cremore crasso est ius collyricum.

Κολλύειον. Sic dicta est à quibusdã altera species Samiæ terræ, quod cõmodissimè oculorum collyrijs misceatur, vel ipsa per se collyrij vsũ præstet. Est autem pinguis, rara, mollis, candida, in pingui dulcis, glutinosa, leuis. Eam Dioscorides τῇ ἀστεῖ prætulit. Exsiccat, modice refrigerat, sanguinis

eruptiones compescit. vide παμία ῆ.

Κολόβωμα. mutilum, siue curtum. Id dicitur à Græcis, quod in labijs, aut narium alis aut aure deficit. Huius generis sunt & quas in maiore oculi angulo ῥοιάδας vocant, eo vtiq; vel impensius extenuato minoreq; facto, vel prorsus abolito.

Κολοκασία. dicta est à quibusdam faba Ægyptia: quamquam sunt qui non totam plantam, sed eius modo radices sic dictas ab Alexãdrinis fuisse existiment. In Ægypto nobilissima est, eamque à Nilo metunt, caule cum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili. Sunt qui eam κύαμον vocent. Dicitur & κολοκάσιον.

Κολοκάσιον. idem quod ἡ κολοκασία. sic autem etiam à quibusdam dictum fuisse τὸ ἄειρον, Dioscorides author est.

Κολοκύνθη. cucurbita. Est olus hortense cum cucumere satiuo floribus, folio reptantibusque flagellis conueniens. Verum cucurbita sublimitatis auidior est, scandens parietum aspera in tectum vsque, dependente à tenui pediculo enormis ponderis fructu, coloris herbacei, pyri figura tubinato. Frigida & humida est, vtrumque secundo ordine. Galenus eam non damnat in cibis, quod, vt ait, non sit mali succi, si optime prius cocta fuerit. Coquendi autem rationem ipse explicauit lib.2. de aliment. facult.

» Apud Dioscor. reperio etiam κολόκυνθα, ας, ν.
» lib. 2.c. 162. vbi medicas vires explicat, nec non
» lib. 4. c. 178. vbi & κολοκυνθίδα tradit à quibus-
» dam vocari κολόκυνθαν αἰγὸς cucurbitam capri-
» nam; ab alijs κολόκυνθαν Ἀλεξανδρίνην; à nonnul-
» lis σικύαν πικράν, cucumerem amarum, adducta si-
» mul horum nominum ratione.

Κολοκύνθη ἀγρία, ἡ κολοκυνθὶς. apud Hippocratem.

Κολοκυνθὶς. cucurbita syluestris. frutex est cui palmites & folia per humum strata repunt cucumeri satiuo similia, diuisurisque scissa. fructu in orbem circumacto & in mediocris globi speciem glomerato, fungosa candidaque intus medulla, ingenti amaritudine. Plena ipsa est nec inanis, minor quam satiua, primum herbacea, mox pallida. Vim habet purgandi maximam & valde subitam. Viridis ipsius succus intritus ischiadibus prodest.

» Καταπότια διὰ κολοκυνθίδος, quædam fiunt ad Pa-
» ralyticos commendata quæ descripta leges
» apud Trallian. lib.1.c. 16.

Κολουτία. arbor est magna, fructum ferens in siliqua magnitudine lentis. folium habet fœnogræco non absimile. Sunt qui eam à Mauritanis Sene vocari putent.

» Sed male meo iudicio: est enim senna herba
» purgatrice vi prædita, quæ & siliquatur, & qui-
» dem lunatis siliquis, quæ & singulis annis seritur
» & emoritur: Colutea vero arbor est ferens fru-
» ctus in ventosis folliculis, & in plures annos du-
» rans de qua vide Theophr. lib.3.c. 17.

Κολοφωνία. dicta est antiquis resina pinea, quod Colophone præcipua apportaretur. nam & ex Gallia & ex Tyrrhenia etiam adferebatur. Eadem quoque alio & simplici nomine ῥητίνη dicebatur. Erat autem olim omnium fere resinarum maxime parabilis & in penuria mastiches substituebatur. Præter hanc autem quæ ξυλίνη dicebatur, aliam insuper fuisse colophoniam, Chiæ mastichæ persimilem & molliens aliquid habentem Gal. scribit lib.7. τῶν χυλῶν.

Κολοφωνία. à quibusdam dicitur τὸ σκαμμώνιον, vt habetur apud Dioscoridem.

Κόλπος. sinus. significat proprie spatium quoduis in corpore, sed particulariter designat dextram aut sinistram vteri partem, vt passim legitur apud Galenum lib. 14. vsus part. vt cum dicit: Homo geminus est dextris & sinistris in toto corpore, & mammis & vteri sinubus, vno dextro & altero sinistro: hic enim pro vteri dimidio sumitur. In qua etiam significatione Praxagoras & Philotimus vterum muliebrem, δίκολπον, & animalium τὸ πολυτόκων, πολύκολπον vocarunt. Priuatim vero κόλποι dicuntur cornua vteri, præsertim in animalibus multiparis, quæ in cornibus fœtus suos continent, mulieribus non item: quoniam non in cornibus, sed in vteri capacitate fœtum gerunt.

Pollux etiam lib.2. cordis ventres, κόλπους, sinus appellat, vt Aristoteles θαλάμους lib. de sensu & sensili. Sed & in phlegmone κόλπος, esse dicitur, Nam vt phlegmonem sequitur ἀπόστημα ita etiam τῷ ἀποστήματι succedit κόλπος, nã quamdiu humor in medio carnosarum partium spatio consistit & putret, nec pars affecta adhuc aperta est, pars Græcis ἀφεστάναι dicitur, id est, abscedere, & ipse affectus ἀπόστημα, cum vero aperitur, ita vt humor qui intus continetur, exitum habeat, affectus non ἀπόστημα amplius sed κόλπος vocatur, vt notat Gal. comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἐπιδημίαν: Auicennæ interpretibus absconsio & cauerna nuncupatur: denique etiam Pollux in mamma κόλπον esse docet, esseque idem quod ἄσκωμα, id est, sinus & laxa vberis regio quæ lac continet.

Κολυκία. arbor est rara inuentu, circa Idam fere solam proueniens, fruticosa, ramosa, multis alis concaua, folio vlmi longiore, latifoliæ lauri proximo, sed ampliusculo & rotundiore, supra viridi, infra cano neruosoque, & tenuibus neruulis fibrisque prædito, de medio callo in costarum speciem adductis materie solida, cortice non læui & quasi vitigineo. Radicibus per summa gracilibus & solutis, sed fibratis & valde flauis. Sterilis est & flore vidua, surculos tamen gemmasque circa folia pingues, læues, candidos, amentacea facie fundit. Præcisa vel ignibus exusta, ab imis rediuiua resurgit. Colycea alia est apud Theophrastum, folio salicis, comosa, in totumque ampla valuulis leguminum more non angustis, in quibus semen latum, paruum, durum non nimis nec abunde pro magnitudinis ratione frutificat. Hanc aliqui Plinio staphylodendrum dici existimant.

Apud Theophr. inuenio κολυτία de priore c. 17. li. 3. de posteriore eiusdem lib. c. 14. diuersam ab his κολκτίαν facit eiusdem lib. c. 17.

Κολυμβάδες. dicuntur oliuæ muria conditæ inque ea innatantes. Condiendi ratione Constantinus Cæsar explicat lib. 9. c. 33. de agricult. Referuntur autem plures à Ruellio lib.1.c.104.

Κολυμβάδες autem alio nomine νηκτρίδες dicuntur Polluci quia innatent; Romanis drupæ: Cælius Aurelian. 4. Chronic. pass. c. 3. natantes vocauit: vide ἐλαία.

Κολυμβήθρα. dicitur aquæ calidæ solium in quo aliquis lauatur, alijs nominibus Græce μακρὰ, ἔμβασις, πύελος, & ἀξέμβιον. vide ἔμβασις.

Κολχικὸν. colchicum herba quædam venenata apud Nicandrum & Dioscorid. sic dicta quod in

» Colchorum maxime regione proueniat; alio » nomine ἐρύμεστ vocatur & βυλβὸς ἄχιτης quod » bulbo satiuo similis sit, & vno die perimat, vide » Dioscor. lib. c. 84.

Κομαγηνὸν. vide κομμαγηνὸν.

Κόμαρος. arbutus, vnedo. Species pomi agrestis & inhonori, vt ait Plinius, vt cui nomen ex argumento sit vnum tantum edendi. Appellant & Græci μιμαίκυλον, vt scribit Galenus. Est autem infensum stomacho, & capitis dolorem mouet.

Κόμβος. dici scribit Hesych. ὀδόντας γομφίους molares » dentes, qui & κόμμοι.

Κόμη. sic vocatum à quibusdam τὸν τραγοπώγωνα. hoc est, barbulam hirci, scribit Dioscor.

Κομήτης. sic dicitur à quibusdam ὁ πώγωνος χαρακτὴρ, vt habetur apud Dioscor.

Κομμαγηνὸν. Comagenum. Vnguenti genus fuit apud antiquos, quod in Comagene Syriæ parte fiebat, à qua etiam sic dictum fuit, itemque συριακὸν. Sic enim Gal. lib. 2. περὶ τόπων, Syriacum Archigenis vnguẽtum interpretatur, quod Comagenum ex Syria apportaretur. Fiebat autem vt docet Plinius, ex adipe anserino cum cinnamo in vase æreo multa niue obruto, ac rigore gelido macerato: aut, vt idem postea ait, ex adipe anseris cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis niue vasis odore iucundo. Vim habuit calfaciendi, relaxandi & emolliendi. Apud Gal. lib. 3. sanit. tuendæ, vbi de curatione ὀφθαλμίας agitur, mentio fit vnguenti cuiusdam comacini cui pares ille vires tribuit. Sed Comageni legendum esse existimo, quod facilis lapsus sit, quodque alibi nusquam comacinum legatur.

Κόμμι. gummi. Exoticum quidem nomen est, à Græcis tamen vsurpatum. Est lacryma arborum quarũdam congelata ipsarum truncis. Speciem quidem resinæ habet, differt tamen, quod gummi substantia aquea magis est, resinæ vero oleaginosa, proinde illud aqueis promptius miscetur, oleaginosis ægerrime, hæc è contrario: præterea resina flammam facile concipit, gummi vero in igne crepitat. Sed cum multa sint eius genera ex diuersis arboribus prodeuntia, vt cerasis, pruni, cupressi, hederæ, primo, amygdalis, iunipero, cum simpliciter κόμμι dicitur, id quod ex acacia spina prouenit intelligitur, in vermiculorum speciem contractum, vitri modo pellucidum, purum, quod & gummi Arabicum, & à quibusdam acanthinum appellatur. Nascitur enim ex acantha, vt scripsit Dioscorides primamque laudem apud antiquos meruit, quod & Plinius testatur scribens, Gummi optimum esse ex Ægyptia spina, vermiculatum, colore glauco, purum sine cortice, dentibus adhærẽs: Aetius vero κόμμι σκόλυκος τὸ λευκὸν commendauit. Scribonius inter ocularia pharmaca gummi Alexandrinum probauit, & in hæmatino collyrio gummi Thebaicum laudatur. quæ omnia nihil aliud sũt quam ipsum gummi Arabicum. Vim habet refrigerandi & densandi, ocularibus medicamentis & arteriacis commodissime miscetur.

Κομμωτικὴ. comptoria ars, quæ fuco ascititiam pulchritudinem inducit. Eam medicinæ partem esse Galenus negat, sed lenonum, mangonum & maleficorum hominum esse dicit, neque à viro bono & integro medico exercendam, nisi à regibus aut principibus coacto. Nam & ea apud quasque laudatissimas gentes viris præcipue probrosa fuit. A Philippo Macedonum rege Plutarchus tradit quendam capillorum tinctura superbientem ex ordine iudicum motum esse, hoc etiam addito apophthegmate: non sperandam integritatem ab eo in gerendis rebus, qui etiam capillis fucum prætenderet, Ouidius quoque eam compturam execratur his versibus:

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, comptis,
Fine coli modico forma virilis amat.

Attamen veterum etiam plærique, vt refert Galenus, etiam honestissimi, huiusmodi artem sibi notam esse voluerunt. Sed & Archigenes vir doctrina & grauitate insignis de ea scribere non est veritus. scripsit & Heraclides Tarentinus & Cleopatra etiam tum cum minus luxui & delicijs homines indulgerent. Et post eos omneis Crito, quem maiori venia dignum Galenus censet, quod in Imperatorijs ædibus medicinam exerceret. Cuius libri quamuis perierint, eorum tamen summa capita Galen. recenset libr. 1. περὶ τόπων. Nec vero tam tetricus & seuerus fuit Galenus, vt omnem prorsus ornatum è medicina summoueret. Recipit enim inter medicinæ partes τὴν κοσμητικὴν, hoc est exornatoriam, eamque medicinæ partem esse perhibet, vt quæ naturalem corporis pulchritudinem custodiat atque tueatur, neque quicquam adscititium inuehat. Additque verum ornatum capillorum & non fucatum non solum ad pulchritudinem, sed etiam ad ipsarum partium robur & sanitatem conferre.

Κομψευόμος. πανουργευόμος, apud Hippocr. Atticorum more, qui, τὴν πανουργίαν κομψείαν vocant, & τὸ σφοδρὸν, κομψὸν, vt anpotauit Erotianus.

Κονδίτον. conditum vide οἶνος vbi ordine Alphabetico omnes vinorum differentiæ explicantur.

Κονδείλια. species est oleris frigidi quidem sed amari, & acri in radice succo. Caulem, folia & flores habet cichorio similia: qua ex causa nonnulli syluestris intubi speciem esse dixerunt: verum tenuior tota est, in cuius ramulis gummi mastiches simillimum tuberculo fabæ inueniri solet. Reperitur hæc scriptura apud Plin. & Dioscor. apud Gal. & alios χονδείλη, rectius, vt Alphabetica series apud Hesych. indicat.

Κόνδυλοι. digitorum & brachiorum articuli & iuncturæ. Rufus autem in partium hominis nomenclatura ait κονδύλους dici medios digitorum articulos, à quibus πρωτόκονδυλα appellentur qui ante eos sunt, proximi scilicet metacarpio: qui autem post eos habentur, μετακόνδυλοι, postremi videlicet.

Κονδυλώδης αἱμοπτύσις: vocatur vena sanguine fluens, tuberosa, aut tubereulosam quandam habens eminentiam lib. de hæmorroidibus, & hæmorrois intelligitur: lib. de hemorroidibus.

Κονδυλώδης ἀπόφυσις. dicitur in ossibus processus leuiter capitulatus & parum extuberans in modum nodorum, & tuberum quæ sunt in articulis digitorum qui Græcis κόνδυλοι dicuntur; huius duas partes ponit Gal. lib. de ossibus: vnam tenuem & oblongam, quæ dicitur ὀπίσθιος cerui, alteram ipsius ceruicis extremum, crassius & rotundum, diciturque κεφαλὴ caput;

» opponitur autem κονδυλώδης ἀπόφυσις τῇ κορώνῃ
» quæ in finem acutum definit. vide κορώνη.

Κονδύλωμα. est carnis excrescentia callosa in digitis manuum ac pedum, in sede item ac vteri ore coalescens. sic dicitur quod prominet in modum articuli quem κόνδυλον appellant. Sed hic affectus in sede præcipue oritur, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorum insurgente ac præter naturam intumescente. Quum enim sinuosus sit anus, rugas coagmentatas habet: vbi vero amplius intumuerit, tunc fit condyloma. Et aliquando quidem citra inflammationem fit & molle est: quandoque vero cum inflammatione, tumque durum est & dolorificum.

» Si nondum tumor callum contraxit, dicitur
» ἐξοχὰς vel ἐξοχή; Pro varia etiam tumoris in-
» gnitudine & figura differentia, diuersa sortitur
» nomina, interdum enim ὄγκον, interdum σῦμος
» dicitur de quibus suis locis.

Κονία, generaliter dicitur aqua in qua cinis quicũque sit maceratus est, ac per rariora quædam corpora modice colata; Composita est eiusmodi aqua ex contrariæ facultatis partibus, partim refrigerantibus, partim calidis, ex aqua scilicet & calidis acribusque cinerum partibus quæ in aquam longa maceratione transeunt, ita vt & generatione & facultate, aquæ marinæ & muriæ proportione respondeat vt docet Galen. 4. de simpl. medic. facultat. cap. 3. Hanc cineris lotionem lixiuium Latini appellant. Sed & κονία non modo lixiuium sed & calcem cineremque significat; solet autem alijs adiungi, quæ ipsum qua de re intelligi debeat interpretentur vt κονία ἄσβεστος Calx viua, κονία ἀσβέστου lixiuium calcis; similiter κονία σκληρὰ ἢ διηθημένη lixiuium stillatitium & excolatum, ex loto & percolato cinere factum, cuiuscumque generis ille sit, vitis, fici, mali, tithymalorum, lapidum partiumúe animalium. Lixiuij autem varia genera atque nomina sunt; ex reliquijs enim quorumlibet corporum vstorum ablutis lixiuium fieri potest, atque quodcumque tandem lixiuium sit, eius cineris cuius lotura est, naturam adipiscitur, eius enim quod empyreuma seu igneam naturã habet acerrimam ipsum quoque acerrimum est, eius quod tale nõ est, etiam moderatius. Vt merito à Galen. reprehensus Dioscorides videatur qui omni lixiuio naturam astringentem tribuit, quum non omnis cinis hanc naturam habeat vt Gal. lib. 8. de simpl. medic. docet: κονίας autem tum vt calcem tum vt lixiuium significat hę differentiæ atque nomina sunt.

Κονία ἄσβεστος. Calx viua dicitur, cum ἄσβεστος per se calcem inextinctam significet.

Κονία ἀσβέστου. lixiuium calcis vocatur quando scilicet horum duorum aliud in Nominatiuo, aliud in Genitiuo ponitur.

Κονία βαλανειτικὴ. lixiuium balnearum quod ad punicarum arborum rigationem probat Constantinus Cæsar lib. 10. c. 29.

Κονία πλοπτικὴ. lixiuium est quo figuli vtuntur, & κονία σκληρὰ τῶν πλοπτικῶν, id est, figulorum lixiuium liquidum: idem quoque lixiuium 10. κατ' ἐξοχὴν πλοπτικὸν Galen. vocat; itidem & 4. κατ' ἐξοχήν, & sæpe alias, Galeno, Aetio, Pauloque hæc appellatio in vsu est: neque alia est σκληρὰ τῶν πλοπτείων Aetio lib. 12. cap. 42. dicta, quam ἢ τῶν πλοπτῶν Galeno vocata: Cæterum hîc aduotandum ex doctissimo Goupylo non πλοπτικὴ legendum per ν in prima syllaba, sed πλοπτικὴ per ι; Quis enim, inquit, nisi in medicina plane alienus, aquam ex qua figularis terra subigitur (hoc enim voce πλοπτικὴ significari volunt) τῶν διαφορητικῶν admiscuit; est igitur per ι legendũ πλοπτικὴ κονία, vel πλοπτικὴ, quæ & ὑδὼρ est πλοπτικὸν, vel πλοπτικὸν, vel τῶν πλοπτικῶν, aqua qua πλοπτικοὶ vtuntur, qui cum οἰσυπηροὺς Lanas, id est, succidas tantum cogant, (quæ enim sordibus repurgatæ sunt haud facile cogi possunt) non est dubium quin illæ vim aliquam in aqua relinquant quæ medicamentosa sit, vnde nomen τῆς κονίας eam inuenisse suspicandum; Nam vt aqua quæ per cinerem aut calcem colata est, vim aliquam inde accipit, ita ea qua lanæ succidæ abluuntur medicamentosa est, adeoque inter κονιῶν, hoc est, lixiuiorum genera censetur, ex qua farinam hordeaceam recte Gal. coxit ad neruum punctum lib. 6. meth. quam etiam magna ratione τῶν διαφορητικῶν admiscuit lib. 6. κατ' ἔγχυσιν, & hanc κονίαν πλοπτικὴν, id est, lixiuium pileatorum siue eorum qui pileos faciunt, seu aquam qua lanæ abluuntur, dum spissantur, & ad pileos parantur, præscribit Æginetalib. 5. c. 56. ad eos qui coagulatũ lac sumpserunt; hanc & in emplastro ex lapide Asio admittit lib. 7. cap. 17. denique & antiquissimus Pauli codex πλοπικὸν per ι scriptũ habet; scripturæ huius restitutæ argumenta si videre voles, habet Goupylus suis in Trallianum castigationibus: vide & infra in littera π. πλοπτικὴ κονία.

Κονία πρωτόσακτος. quasi primariũ lixiuium dicitur, ad quod parãdum calx ad cinerem alium quemcumque additur vt Paul. libr. 7. tradit, interim ex sola fit calce; habet hoc lixiuium vrentem facultatem.

Κονία σαπωναικὴ. apud Paul. lib. 6. c. 9. esse videtur lixiuium quod saponarijs in vsu existit, vel certe quod cum sapone in vsum venit.

κονία σκληρὰ. lixiuium liquidum ex quocumque cinere factum, sic & de ficulneo cinere lixiuium Aetius serm. 12. c. 27. σκληρὰν appellat.

Hæc sunt τὰ κονίας apud Græcos genera atque nomina; Sed & apud Latinos scriptores lixiuij vox alijs atque alijs dictionibus iuncta, diuersa significat, etenim apud Varronem Columellam, Plinium, frequenter habetur cineris lixiuiæ, cineris lixiuij, è cinere lixiuium, pro simplici lixiuio; Sed & Plin. lib. 33. c. 7. lixiuium, id est κονίαν cinerem simpliciter appellauit.

Κόνις. lens, dis. Est veluti pediculorum ouum, pilis adhærens. Neque enim pediculi coeunt, vt parere ouum possint, neque ex eo pediculus vnquam excluditur. Signum tamen est morbi pedicularis. Ex eadem enim materia & lens & pediculus oriuntur, sed hic animatur, illa inanimis manet. Nam cum humor generandis pediculis accommodatus sub cute consistat, parte quadam animatur & pediculus fit: parte vero alia qua pili oriuntur, radicibus pilorum adhærens vna cum propria pilorum materia foras à calore pellitur & circum eam concrescit: aut pilorum materia vi foras erumpens, per medium eum fertur, & eum secum rapit. Lendes enim pilos circumstant, eidemque pilorum parti semper inhærent, quantumque ipsi pili augentur, à radice tantum recedunt.

Κονίαλος. Atticis dicebatur puluis ille, qui luctaturis post olei illitionem inspergebatur & affricabatur, densandi & roborandi corporis gratia, πάτος alio nomine Græcis vocatur vide ἔμπαστος.

Κονιστήριον. locus erat quidam in Gymnasijs vbi asseruari solitus erat puluis quo prius inuncti luctaturi conspergebantur.

Κονιῶδες ὕδωρ vide ὕδωρ.

Κόνυζα. est fruticosa planta duûm generum. vnum quod fœmina dicitur, minoris odoratiorisque: alterum quod mas, maioris, frutice altiore, latioribus folijs, odore grauiore. vtrique folia oleæ, sed hirsuta & pinguia. Altitudo maiusculæ cubitorum binûm, pedalis minori: flos quoque squalidus, colore luteo ac subrufo, qui in pappum & lanuginem abit, radicibus superuacuis. Addit & Dioscorides tertium genus conyzæ cui crassior & mollior est caulis, folia mediæ inter maiorem & minorem amplitudinis, cæterum minime pinguia, odoris multo fœdioris. Reddit & Plinius quartam speciem quam appellat satiuam, serpyllo similem, è cunilagine montana factam. Cæterum κόνυζα tum maior, tum minor assimiles sût, tum temperaturæ, tum facultatis, gustu amaræ & acres, excalfaciuntque admodum luculenter. calfaciunt & exiccãt tertio ordine: genus vero tertium à Dioscoride proditum in locis humidioribus prouenientes, imbecillius est. Conyzam vulgo pulicariam, quod pulices necet, rura cimicariam appellant, quod folia cimicibus quibusdam aut bestiolis volucribus eis proximis frequenter onusta reperiantur. Latinis cunilago dicitur.

Κονύλη. syluestre origanum authore Dioscoride & Galeno. Sic dictum putant, quod Conylos quidam homo eam inuenisse proditur. vide ἀγριοφίλαιον.

» Sed pro κονύλη quod apud Dioscorid. legimus, » apud Nicandrum inuenitur κονίλη; itemque Cu» nilã apud Plin. & Apuleium.

Κοπάικος. species thuris in Arabia & Smilo nascentis quod Indico minus multo & fuluius est. Ei secundum locum Dioscorides assignat.

Κοπώδεις, & κοπώδεις πυρετοί. laboriosæ febres di» cuntur; quas autem sic vocet Hippocr. incer» tum; an eas quæ ex vehementibus motibus ac» cenduntur; an eas quæ sponte lassitudinis sen» sum inferentes exoriuntur vt scribit Gal. com» ment. 2. libr. 6. Epid. t. 24. Earum autem du» plex genus esse videtur ex materiæ differentia, » alijs enim bilis tenuis acrisque humor in corpus » sparsus est, alijs humor copia premens lassitudi» nem inuehit, atque is sæpe crudus est; adde si » vis genus tertium quod permista vtraque mate» ria nascitur, hinc apud Hippocr. in Coac. κοπώ» δεις ægri dicuntur, quibus scilicet ea corporis » lassitudo est vt vniuersum corpus vel contusum » vel confractum videatur.

Κόπος. lassitudo. Est corporis affectio, male actæ exercitationi succedens. Habet enim suas leges exercitatio, ex quarum præscripto intelligitur non modo quæ in ipsa exercitatione fieri debent, verum etiam quomodo ante ipsam corpus præparari debeat, tum quæ sit post eam absolutam apotherapiæ ratio. in quibus si quid peccatum sit, lassitudo maxima frequentissime consequitur. Sunt autem qui eius notionem intelligentiamque accipiant, dum vsti extentique post exercitationem sibi esse videntur, idque aut omnibus corporis partibus, aut ijs tantum quibus laborarint: quidam vero cum tristi molestoque sensu dum sese mouent afficiuntur (quem alij indicibilem dixere, alij vlcerosum appellauere) nonnulli cum membra ceu contusa & phlegmone obsessa sentiunt. Si quid horum vel simplex, vel cum altero duorum aliorum coniugatum post exercitationem inciderit, κόπος Græce dicitur, hoc est lassitudo. Itaque triplex in vniuersum omnis lassitudo est, ἑλκώδης, τονώδης, φλεγμονώδης. Quæ quidem corporum affectiones sicut ab inuicem sunt differentes, sic varia etiam habent symptomata pathognomonica. In vlcerosa lassitudine vlceris sensus, cum mouentur, se exhibet: in inflammatoria, inflammationis: in tensiua, incendi tendique sibi videntur qui laborant. Vlcerosa quidem oritur ab excrementorum tenuium copia & acrimonia, quos ipsa exercitatio nimia & celeres ac multi motus pariunt, eo excremento quod crassius erat, fuso & attenuato, nec tamen toto expulso, aut adipe molliue carne liquata. Nec vero solus exercitationis excessus eam gignit, sponte etiam aliquando prouenit, & maxime in ea incidit corpora quæ & mali succi sunt & excrementis abundant. Succedit vero & recentibus cruditatibus. Qui ea lassitudine laborant, ijs vlceris sensus, cum mouentur, adest, fatenturque inter mouendum dolere sibi vlceris ritu, alij cutim tantum, alij subiectam etiam carnem. Necesse enim est abs tali humore ceu tenui atque acri in vacua spatiola effuso, eaque replente, pungi & quasi vulnerari cutem atque carnem, sic vt etiam horror interim oboriatur, imo etiam quadamtenus concussio commotioque totius corporis inæqualis quod ῥῖγος dicitur, si modo is humor copiosus sit multumque acris. Talis quidem est vlcerosa lassitudo. Tensiua vero à nullo quidem excremento gignitur de quo magnopere sit curandum, sed residet in musculis & neruis ex nimia tensione, quam exercitando admiserunt, affectus quidam effectricis causæ potestatem testificans. Accidit *namque in vehementi tensione omnes musculorum fibras contendi, non tamen similiter omnes lassari*, sed eas maxime quæ per longitudinem tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores quodammodo iacent, minus in directum aguntur. quare his nullum instat periculum. In ijs vero quæ immoderatius sunt extentæ, ita vt parum à rumpendo absint, relinquitur affectio quædam similis ei quæ inter agendum fiebat. Quippe tendi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tensione vrgeantur. Incidit huiusmodi lassitudo ijs quibus salubris succus est, post robustas potius quam celeres exercitationes, redditque lassatos ipsos pigros admodum, ægreque flexibiles. Non tamen densi horrentesque apparent, cæterum contracti aridique. Tangentibus vero calidiores videntur, non solum ijs quos vlcerosa lassitudo detinet, sed etiam quam ipsimet, cum sani essent. Tertia autem lassitudinis differentia quæ φλεγμονώδης, hoc est, inflammatoria, seu inflammationi similis, dicitur, in qua nimirũ ceu cõtusas aut phlegmone obsessas partes sentimus, tũ maxime solet incidere, cum,

musculi nimium excalfacti attraxere quippiam ex circumfusis sibi excrementis. Ex vehementissimis nascitur motibus, solaq; supra naturalem habitum musculos attollit, sic vt phlegmone persimilis affectio sit. Itaque & leui tactu offenduntur, & calidiores apparent. Dolent vero etiam, si ipsi per se moueri conentur. Incidit hæc lassitudo ijs plurimum qui assueti exercitationibus non sunt. nam exercitari assuetis raro incidit, etiam ex vehementissimis plurimisque motibus. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem hanc nec simplicem esse, nec à duabus iam traditis tertiam, sed ex his compositã, nec aliunde constantem quam ex neruosarum partium tensione & vlceris sensu. Calorem namque qui in eiusmodi lassitudine sentitur, in alijs quoque naturaliter inesse, veluti in memoratarum vtraque, nec tamen complendæ notionis substantiæue partem vllam esse. Verum illud huic vni præter cæteras egregie inest, nempe maior quã pro naturali habitu tumor, nec doloris ipse sensus idem in hac atque in tensiua lassitudine habetur. Quippe in illa tendi, in hac contusos esse vsque ad ossa neruos putant, qui ipsa laborant. Quare in his saltem proprium à reliquis duabus discrimen habet, nec est cõposita tantum. Præter has tres proprias lassitudinis differentias alia est, quæ ceu lassitudo sit, nonnullis imponit. Hæc incidit cum supra iustum musculi siccantur, sic vt squalens contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammodo pigrum, non tamen ei vel vlceris, vel tensionis, vel phlegmones sensus inest: sed nec horrorem vllum doloremue, nec pigritiam ad motus ei similem infert quam lassitudines inuehũt, sed gracilitatem tantum ariditatemque facit. Incidit quidem hæc in corporibus boni succi & exercitationi assuetis, vbi immodice exercitata parum rite apotherapia sunt vsa. Quippe ita & digeruntur excrementa, & quæ tensa fuerant laxantur, nec aliud in corpore relinquitur præter siccitatem quam ex immodico motu contraxerunt. Hæ quidẽ sunt lassitudinis simplices quatuor differentiæ ab immodicis motibus genitæ, quibus aliæ totidem respondent sponte venientes, quas ἀυτομάτους κόπους Hippocrates appellauit, & dixit morborum esse prænuncias. Vt enim quæ immodicas exercitationes lassitudo excipit, sanorum symptoma est: ita quæ sine his consistit, morbosum. Ac lassitudo quidem vlcerosa spontanea eadem prorsus est cum ea quæ exercitationi superuenit, siue ipsum affectum, siue eius symptomata spectemus, causa tantum differt. Huius enim externa, illius interna causa est, acrimonia scilicet tenuis & calidi humoris corpus erodentis, stimulantis ac pungentis, qui imprudẽtibus nobis in corpore succreuit. Tensiua vero quoties sua sponte incidit, plethoris superuenit. Tertia vero quæ phlegmones sensum affert, ex ambobus oritur, tum nimia boni succi abundantia, tum acri illo & vitioso succo, non vtique in venis cum bono sanguine misto, sed ab his translato, atque in carnibus & ad cutem solo hærente.

Κοπρία. faui expressi apud Hippocr.

Κόπρος. stercus. Excrementum est siccum primæ concoctionis. Vbi enim ventriculus cibum concoxit, chylum omnem, hoc est, quicquid tenue liquidumque in eo est, venæ mesaraicæ tam quæ ventriculum ipsum circumstant, quam quarum orificia ad intestina pertinent, exugunt atque absorbent, donec nihil penitus liquoris supersit, siccumque euadat excrementum. Id autem à ventriculo profectum & per tenuia intestina dilabens, tandem in crassioribus subsistit & figuratur. ἀποπάτημα alio nomine nuncupant. Quod quamquam ob fœtorem abominandum sit, multos tamen vsus habet. Siquidẽ Asclepiades, cui cognomen fuit φαρμακίων, ipsum multis sæpe affectibus accommodauit, non modo medicamentis quæ foris imponuntur cõmiscens, sed ijs quoque quæ intro per os sumuntur. habet autem omne vim vel maxime digerentem, nullum tamen omnino stercus refrigerat, sicut nec vllum humectat. Plures sunt eius differẽtiæ. Stercus hominis præsertim pueri, qui lupinis & pane optimo altus sit, resiccatum & in puluerem solutum & cum melle Attico ad læuorem tritum, anginas etiam ante missionẽ sanguinis persanat. Stercus canis durum, candidum & minime fœtens, resiccatum & ad læuorem redactum anginæ medetur & dysenteriæ & vlceribus extreme malignis. Stercus lupi candidius, quale vbi ossa ederint solent excernere, non modo potum ex vino albo sed etiam suspensum colicos iuuat, tum in paroxysmis tum in interuallis. Stercus caprinum, Græci σπύεγδον proprie nominant, digerentis & acris facultatis est, scirrhis lienis & aliarum partium conuenit, & aquæ inter cutem, & alopecijs, & lepris, & psoris, & lichenibus, & parotidibus, & bubonibus. Est enim vis eius tum vsti tum non vsti absterſoria & valde digerens. Stercus bouis exiccat, atque etiam attrahit, valetque ad chœradas & tumores omnes scirrhosos ex aceto in cataplasmatis formam compositum. Stercus ouillũ ad acrochordonas, myrmecias, thymos, furunculos duros quos clauos nominant, vtiliter adhibetur aceto dilutum. Stercus columbinum valde excalfacit, & cum semine nasturcij contusum cribatumque siccum vice napyos conuenit ijs quæ rubificari debent, vt coxendici, hemicraniæ, scotomati, vertigini, cephalææ, doloribus lumborum inueteratis & podagricis ante tophorum generationem. Stercus gallinaceum columbino minus calidum est, valetq; ad eos qui ab esu fungorum suffocantur, tritum & insperſum tribus vel quatuor oxycrati aut oxymelitis cyathis: item ad colicos ex œnomelite aut vino aqua diluto. Stercus crocodilorum terrestrium absterget & desiccat, proinde cutem faciei intendit & splendidam reddit: ephelidas, vitiliginem & lichenas tollit. Aliorum animalium stercora fere inutilia sunt.

Κοπρεώδης ὑποχώρημα, vide ὑποχώρημα.

Κοπτέον ἢ κοπτὴ ἢ

Κοπτὸν. dicitur pharmacum ad placentulæ formam contundendo redactum. huius aliquot exempla habentur apud Galen. lib. 7. τῶν κατὰ τόπους. vt Seminis lini, vuæ passæ, ana sextarium vnum. nucum pinearum, nucũ Ponticarum, ana heminã vnam. piperis albi sextantem. myrrhæ, croci, ana vnicam vnam. mellis Attici libras IIII. contusa vt oportet tritaque reponito. Non valde abhorret hæc compositio ab ea quam vulgo mazapanem aut pastam regiam appellant. Conueniunt enim præcipue pectori, quamquam & aluo emolliendæ, adhibentur, vt scribit Dioscorides

lib.4.de cnico,& ad excitandam venerem lib. 2. de lino. Sic dictum est hoc medicamē quod non coqueretur sed tunderetur.

» Eius genera sunt copta Rhodia, sed ex re-
» bus vt apparet minime delicatis conflata, quan-
» doquidem Martialis eam famulo in pœnam
» edendam dari iubet in apophoretis ; Cæterum
» etiam Coptæ meminerunt Alex. Trallian.& Ae-
» tius l.13. c. 125. & Oribas. lib. 3. synops. κοπτάδειον
» purgans facit, è similia, nucleis pineis, diagredio,
» pipere, melle desspumato, & alterum è similia,
» scammonio, nucleis pineis, pipere, melle : est &
» κοπτὸν malagmatis nomen vtilis ad stomachi du-
» ritiem & iecoris, describitur à Paulo l.7.cap.18.
» κοπτάδεια etiam quædam βηχικὰ apud medicos ha-
» bentur de quibus vide Gal. 7. κῆ τοπ.

Κοπτοπλάκης, οντος, idem quod κοπτὴ, placēta scilicet
» quædam ex contusa materia composita apud
» Athenæum l.14.

κορακίνη σφαγίς. nomen est pastilli quem ex Asclepiade Gal.recitat lib.5. τῆ κῆ τοπ.

κορακῖνοι pisces erant ex quibus olim πίττινος fiebat. meminit Galen. 3. de aliment. facult. cap. 31.

κορακοειδὴς ἀπόφυσις. est processus omoplatæ exiguus & acutus, ab interna eius parte exoriens.sic dictus est quod eius finis, vt cornicis rostrum foras inclinet. Dicitur & alio nomine ἀγκυροειδὴς, quod suo extremo anchoræ similis videatur.

κορακῖνον ἢ

κόραλλος. coralium. Est lapis in mari ex pingui succo arboris in modum concretus. Vt enim ex pingui succo qui in mare influit, ἤλεκτρον, hoc est succinum, nascitur,ex salso autem, qui maris est proprius, ἁλμυρὸν: ita ex eo qui in lapidem mutatur, κοράλλιον, siue, vt Theophrastus vocat, κόραλιον. alij λιθόδενδρον, alij δενδρίτιν appellant. Nam,vt res ipsa demonstrat, frutex est sub aqua marina viridis & mollis, baccas habens similes cornis natiuis specie & magnitudine,item molles sed candidas, κορακλίδας appellant: resectus autem statim in aere duratur, vt scite Ouidius his versibus declarauit:

Sic & coralium quo primum contingit auras
Tempore, durescit, mollis fuit herba sub vndis.

Quoniam vero,quam primum in aerem profertur, solet lapidescere, Gorgonia etiam nominatur vt ait Plinius, quod Gorgonas in lapides versas fingant Poetæ. Cæterum coralio non vnus color est,sicuti nec alijs lapidibus qui ex id genus succo concrescunt. Etenim si succus fuerit ruber,corallium rubrum nascitur. si candidus candidum, si niger nigrum, quod Dioscorides proprio nomine à quibusdam ἀντιπαθὴς vocari scribit: si denique subuiridis, subuiride. Attamen omne, priusquam retibus fuerit euulsum aut ferro præcisum, viride videtur esse. Interdum vero ramos gerit diuersi & varij coloris. Omne refrigerat,siccat & modice adstringit,vt egregium sit ad sanguinis profluuia medicamentum. Quoddam est durum, vt Gallicum : quoddam molle, vt Campanum. Omne cum decidit in terram, frangitur. Aliud præterea est solidum,aliud fistulosum,aliud scabrum. nascitur multis in locis.

» Διὰ κοραλλίου τροχίσκος. Pastillus ex corallijs
» ad dysentericos affectus,& alui profluuia efficax:
» describitur à Trallian.l.8.c.8.& l.11.c. 1. antidoti
» quoque διὰ κοραλλίου l.3. c.78. securissimæ inquit longoque vsu probatissimæ ad artus multo sanguine infestatos:describitur & ab eodem l.7.cap. 11. Trochiscum quoque ὁ διὰ κοραλλίου dictum describit eiusdem lib.c.12.

κοράλλιον. sunt qui sic vocari putent τὸν ἀνάγαλλίδα. Et Paulus in compositione quam aduersus podagram instituit διακοράλλιον cognomine,ἀνάγαλλίδα flore puniceo micantem κοράλλιον videtur appellasse,à qua nomen est inditum medicamento, non alia forte de causa,quam à similitudine floris anagallidis cum corallo rubro. Quanquam non desint qui existiment mendosa eo loco exemplaria esse, & scribendum κολλάδειον non autem κοράλλιον : quoniam glutinandi facultatem ἡ ἀνάγαλλὶς habeat authore Hippocr.& Gal.

κοράλλις. bacca corallij. hanc Plinius, nescio quem authorem sequutus, in gemmarum numero posuit,& cerasum repræsentare dicit.

Κορόμβλη. à quibusdam dicitur ἡ κράμβη brassica, vt
» pote ἀμβλωτικὸν τὴς κόρης : Aristophanis scholia-
» stes τὴν κράμβην apud Atticos κορόμβλην dici tra-
» dit, διὰ τὸ τὴς κόρης βλάπτειν.

κόρος. pastillus perutilis ad putridorum vlcerum, præsertim pudendorum nomas, cuius descriptio bis habetur apud Aetium lib.14.

κορύδημα. ἡ καρηβαρία apud Hippocratem, vt interpretatur Erotianus, περὶ τὸ κάρη διατείνεται, hoc est, quod caput vellicet & contorqueat. scribitur & σκορύδημα.

Κόρη. pupilla. Est minor oculi circulus intra iridem comprehensus per quem cernimus. Hic autem non aliud reuera est quam tunicæ quæ ὑαλοειδὴς dicitur, foramen, in eum vsum à natura factum, vt per ipsum res visibiles humori crystallino facilius paterent. Per pupillam enim cernimus, non quod ea sit præcipuum videndi instrumentum,sed quod spiritui visorio per eam via pateat, nec possit aliter visio fieri. Argumento sunt hypochymata. Est autem locus ille qui ad pupillam est, totus spiritu plenus & præterea cœruleo viridique colore aut alijs etiam præditus quibus & ipsa vuea, cuius ille pars quodammodo dici potest. Ruffus τὸν κόρλον definit esse τὸ ἐν μέσῳ τῦ ὀφθαλμοῦ βλεπόμενον: hoc est, quod in medio oculi inspicitur. scribitque eandem alio nomine ὄψιν vocari: γλήνιον autem simulacrum quod in pupilla cernitur,quam tamen multi etiam pupillam interpretantur. Alio vero loco idem scripsit κόρας dici τὰς ὄψεις γλήνας, τὰ μέσα τῶ ὀφθαλμῶν ἃ δὴ καὶ ὁρῶμεν. hoc est, glenas vocari quæ in medio oculo sunt, per quæ videmus. vel, vt alijs placet, τὸν ὄψιν μὲν, ὃ βλέπομεν. κόρλον δὲ γλήνιον, τὸ εἰδωλον τὸ ἐν τῇ ὄψει. visionem quidem id esse quo videmus: pupillam autem & glenen, simulacrum esse quod in ipsa visione est.

κόρυν. τὸ ὠτειακὸν apud Hippocr. vt scribit Gal. habet enim fructum κοριῷ similem.

Verum non κόρυν, sed κόριν lege vt in κόρις videre est, sic enim per 1. scriptum est in vetere Hippocratici lexici codice.

κορύμματα scopæ sunt quæ ex osiride fiunt: alij medicamenta ad exterendam læuigandamque cutem κορυμμάτων voce accipiunt, alij pupillaria medicamenta, alij smegmata simpliciter, Plinium in eo sequuti qui dixit, smegmata mulieribus faciunt ex his, loquitur autem de osiridis ramulis: Cornarius vero suis comment. in Æginetam κορύμματα neque ἀπὸ τῦ κόρεως, id est à pupillis dicta putat, neque vlla medicamēta aut smegmata

ea voce accipit, sed nomen verbale esse indicat, dictum à verbo κορεῖν, quod verrere ac purgare significat, intelligitq; per κορήματα scopas ac verricula extersoria, qualia hodie in vsu sunt ad vestimenta purganda.

Κόρημα. medicamentum quod cutim exterit & læuigat. Alias pro scopis ponitur: quo significatu & κορηθρον dicitur.

Κοείαννον ἢ

Κόειον. coriandrum, frutex est caule exili, sesquicubitali, ramoso, folio adianti, rotundo capite, cicutæ odore graui, semine rotundo nudoque, radice lignosa, breui neque adeo fibrosa. Vetustiores Græci, inquit Galenus, κοείαννον nominabant, ac recentiores medici omnes κόειον appellant.

De Coriandri autem temperamento ac viribus magna est inter rei medicæ scriptores controuersia; etenim Simeon Sethi lib. de alimentis, sicut & Dioscor. illi refrigerandi vim tribuũt, sic & Plin. l. 20. c. 20. his etiamnum aperte subscribit Cels. l. 2. c. 27. dum ipsum inter refrigerantia olera recenset; Auicennas quoque alijque fere Arabes præter Auerroem in frigidorum simplicium numero Coriandrum reposuere: at Hippocr. è contra lib. de diæta calidum esse censuit, quo loco de semine tantummodo verba fieri nonnulli existimauerunt, Gal. quoque tum l. 7. simplic. tum lib. de attenuante victu calidum id esse indicauit, & acrius reprehendit Dioscoridem quod vim refrigerantem illi assignauerit, & indefinite protulerit erysipelatis conferre, quanquam exquisitum erysipelas eo curari minime potest, nisi forte sublata iam inflammatione, quo quidem tempore excalfacientia digerentiaque medicamenta exposcit: Sunt autem qui authores hos recte se conciliasse putent dum, quod citato loco visus est innuere Plinius, viridem herbam refrigerare, siccam calefacere inquiunt; at licet fortassis aliquatenus id verum sit, cũ vnius & eiusdem plantæ recentis ac siccæ vires nunquam sint plane eædem, certior tamen huiusce contradictionis solutio ex Galeno ipsõ petitur, qui quidem lib. 7. simpl. Coriandrum docuit ex contrarijs constare facultatibus, quippe quod plurimum quidem habeat essentiæ amaræ quæ tenuium sit partium ac terreæ, ac non parũ etiam aqueæ humiditatis obtineat, quæ tepentis sit facultatis, & his præterea adiunctum sit adstrictionis paululum: hoc cum ita sit mirum amplius videri non debet, si pro vario vtendi modo, varios Coriandrum proferat effectus, ideoque calefaciat, attenuet, incidat, astringat, reprimat, & refrigeret: atque ex tam varijs facultatibus ea omnia præstet quæ Dioscor. Coriandro tribuit. Sed præterea certum est si maiore copia sumptum sit, ab eo mentem non leui periculo tentari, & insaniam prouocari à temulentijs non abhorrentem: ideoque copiosiorem continuumque eius vsum vitandum esse. Nunc omnem eius noxam abigimus infuso eo in acetum & postea exiccato. Sic enim apparatum tantum abest vt mentem lædat, vt vix aliud præstantius remedium sit ad vapores repercutiendos qui in cerebrum referuntur: Credo autem non ab vlla quidem insigni qualitate Coriandri furorem illum animi exoriri, sed à naturali potius quæ illi inest proprietate: Coriandrum autem crediderunt aliqui sic vocatum à cimicibus, quod folia & caules eos oleant; sunt qui ἀπὸ τῆς κόρης hoc est à pupilla dictum velint quasi coriamblon, id est hebetantem oculorum pupillas; Dioscorides enim hypericon scribit à quibusdam κόειον vocatum fuisse.

Κόειον ἄνυζον. sic dictum est à quibusdam τὸ ἀδιαντον, vt habetur apud Dioscoridem.

κόειν. frutex est folio ericæ, rubro, pinguiore ac minore, non altior dodrante, suauis, odoratus, acris. Aliqui hypericon vocant. Significat & cimicem.

Κεκορυγὼ. idem quod βορβορυσμὸς strepitum ventris ac tumultum significans, qualis exauditur circumagente se in intestinis spiritu, & cum spiritu excrementis alui ad exitum festinantibus, atque vt lepide in nebulis Aristophanes ait, sicut tonitrua fiunt, ita in homine κορκορυγαὶ, quod esse proprium & peculiare symptoma assumpti Ixiæ siue visci docuit Nicander, & Dioscor. l. 6. cap. de Ixia.

κοεὸς. nouum & recens germen apud Hippocratem, quod ramis adnascitur.

Κόρος. ciborum repletionem significat apud Hipp. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, vt comment. 4. Galenus annotauit.

Κόρσαι, κρόταφοι. hoc est tempora, sed & inquit Pollux τὸς κροτάφους ἔνιοι κόρρας καλοῦσιν αὐτὰ τὰ κόρσια: κόρσαι dicuntur etiam ossa duo cranij, vtrimque singula ad aures sita, apud Ruffum & Pollucem.

Κόρυζα. grauedo. Est crudi humoris è capite in nares distillatio. Hic cerebri morbus est præsertim vero priorum eius ventriculorum. Sunt enim eo humore referti plenique. est autem hic humor non qui proprie ὠμὸς siue crudus dicitur, sed qui ἄπεπτος, hoc est liquidus & tenuis. veruntamen non locorum modo qui ad nares habentur obstructio fit, sed etiam tum spiritui ipsi qui in ventriculis est, tum cerebro quod hos continet intemperies quædam accedit, qualis ab obstructione solet contingere. Causa eius est solis æstus, vini potus largior, balnea calidiora, perfusio capitis ex aqua calida, maxime si caput calidius existat, & cibus in ventre incoctus manens, neque per inferna descendens: his enim caput humorem superfluum colligit & repletur. Sed immodice refrigeratum cerebrum coryzam creat. Sic enim caloris penuria male concoquit alimentum, patiturque idem quod ventriculus diarrhœa laborans. Quod enim in ventre diarrhœa est ex mala concoctione, talis in cerebro est catarrhus & coryza: sed coryza quidem dicitur cum in nares humor distillat, catarrhus vero cum in os defluit per palatum Cornel. Celsus lib. 4. cap. 2. author est & distillationem & grauedinem κορύζας Hippocratem nominare.

Destillationem inquam omnem quocumque influat in nares, fauces, pulmonem: sic in Coacis dum ait Hippocr. Coryzas & sternutamenta in morbis pulmonum præcessisse aut consequi calamitosum, Coryzas voce non grauedinem intelligit sed catarrhum & ferinam destillationem à capite prolabentem, quæ homines tussiculosos facit atque raucos. Sed & κόρυζα pituitam, mucum narium, seu humorem crassiorem qui per nares destillat significat: Gal. comment. in prognost. scribit τὸ διὰ τ῀ μυκτήρων ἐκκριτικὸν ὑγρὸν λεπτὸν solere omnes veteres medicos appellare κόρυζαν.

» de qua sic & Cels. lib. 4. c. 2. destillat humor ex
» capite interdum in nares, quod leue est: interdum
» in fauces quod peius est: interdum etiam in pul-
» monem quod pessimum est: aliud autem quam-
» uis non multum distans malum grauedo est, hæc
» nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam
» mouet, omnia ista κορύζας Hippocr. nominauit.
» Nunc video apud Græcos in grauedine nomen
» hoc seruari; destillationes καταῤῥυσμὸὺς appellari.

Κέρυκος, & κορυκομαχία. Pilæ cuiusdã lusus fuit apud
» veteres, Corycus enim inter pilæ genera fuit, li-
» cet. Gal. Oribas. & Paul. ab illis secreuerint: fuit
» tamen meo iudicio vel pila, vel pilæ quid assimi-
» le, sphæricum, ex materia coriacea, follem
» quidam appellant, sed minus bene: de κορυκομα-
» χίας autem exercitatione verba fecit Hippocrat.
» siue Polybius ad attenuandum corpus, quem-
» admodum & eandem intellexit Aretæus vbi pro
» Elephanticorum exercitationibus κορυκοβολίας
» probauit; de eodem quoque intellexisse Cæl.
» Aurelianum existimo cum ad Polysarchiam di-
» minuendam commendauit.

Κέρυλος. arbor cuius fructus nux auellana & λεπτο-
κάρυον dicitur.

Κορυμβαντιᾶν apud Plin. l. 14. c. 7. idem esse videtur
» quod patentibus oculis dormire, voce quidem
» obscura vt illic subesse mendum nonnulli existi-
» ment, & Corybantiare morbum imaginosum
» vocant, vt & phrenitim, quo qui laborant aures
» putant sibi perpetuis imaginibus, id est musicis
» carminibus pertentari, & vigilijs, atque insom-
» nijs vexari; illi oculis patentibus dormiunt,
» cum morbum superstitiosa vetustas credidit
» Corybantibus immitti non ab ijs sanari.

Κορυμβίτρα. dicitur à quibusdam ὁ χιτὼν, vt habetur
apud Dioscor.

» Lib. 2. cap. 210. proculdubio ex eo quod fe-
» rat corymbos.

Κορυμβία. edulij genus ex ferulæ caulibus, vel etiam
racemis quos κορύμβους vocant decoctis, & muria
melleque conditis.

Κορύμβιον. dicta est à nonnullis ἡ λυχνὶς στεφανωμα-
τικὴ, lychnis coronaria. vt habetur apud Dios-
cor.

Κορωνᾶται. appellantur à quibusda m ait Pollux τὸ σεσὶς
» τῆ ἀκρωμία ἄρθρον, ᾧ τὸ σεσὶς τῷ ἰσχίῳ.

Κορυφὴ vertex. Sunt autem qui eo nomine intelli-
gant capitis partem inter synciput & occiput
mediam & summam. Ea στεφάνη proprie dicitur.
Sunt vero qui partem eam capitis interpretentur, in qua capilli alij ad dextram, alij ad sinistram
inuertuntur, vt non sit aliud κορυφὴ quam linea
illa quæ capillos in duas partes distinguit. Vnde
& δικόρυφοι, id est, biuertices, dicuntur, non ij
quidem quibus os summum capitis geminum
sit, sed illa potius linea discrimẽque capillorum.
Ruffus κορυφὴν definit τὸ ἐν μέσῳ, ᾗ ὃ δὴ μάλιστα
εἱλοῦνται αἱ τρίχες: id quod in medio est per quod
maxime voluuntur capilli. Id quod etiam sequu-
ti Latini verticem dixerunt à vertendo, nimi-
rum propter flexum capillorum, quod illic velut
in gyrum ij vertantur. Quam etiam ob causam
quidam ex Græcis ἑλισσὼν & πόλον ἀπὸ τῆ πολεῖν,
hoc est à vertendo, eandem partem appellarunt,
vt author est Pollux.

Κορυφαὶ etiam Ruffo dicuntur extremi digitorum
» fines, qui & alio nomine ὄνυχες vocantur.

Κόρχορος. sic à quibusdam dicta est ἡ ἀναγαλλὶς, auth-
oribus Dioscoride & Plinio, quo nomine venit in
adagium Græcis, κόρχορος ἐν λαχάνοις, quod est,
Corchorus inter olera, transferturque ad frugales quosdam & indignos qui sua fortuna maiores sibi quærant honores, & gloriam quam se
deceat clariorem aucupentur, cum humilis nec
palmum excedens herbula, inter grandissima
quæque olera sibi locum destinet & internasci
lætetur. Quamuis in alium sensum detorserit
Theophrastus libr. 7. histor. volens corchorum
ob amaritudinem prouerbio dicatum esse, taxa-
rique eos potius qui gratam voluptatem & sua-
uiorem nonnullorum consuetudinem qua frui
possent, tristi vel amarulento conuentu turbant.

Κορώνη ἡ

Κόρωνον. est ossis apophysis in finem acutum desi-
nens, cuiusmodi habetur vna vtrinque in osse
genæ inferioris, tendinem à temporali musculo
descendentem excipiens. Sic autem dicitur, quia
ἡ κορώνης, hoc est cornicis, rostro similis sit. Quæ
autem apophysis in caput crassum & rotundum
desinit, non κορώνη sed ἀυχὴν nominatur.

Vide num sit melius sic: Quæ autem apo- «
physis in caput crassum & rotundum desinit di- «
citur κονδυλώδης, nam videtur manifeste Galen. «
in li. de ossibus ponere ἀποφύσεως κονδυλώδους duas «
partes, vnam quam vocant ἀυχένα, id est, cerui- «
cem, aliam κεφαλὴν id est caput, quæ est ipsius cer- «
uicis extremitas rotunda, ita vt ἀυχὴν non sit no- «
men totius apophyseos, sed partis tantum. To- «
tam autem apophysim cap. 8. quod agit de spon- «
dylis dorsi appellat κονδυλώδη Galen. vide paulo «
ante κονδυλώδους ἀπόφυσις: Sed & præter significa- «
tionem dictam capitis κορῶναι dicuntur διὰ περι- «
βολὴν ὑπὸ τὴν παρεγκεφαλίδα, ἐνίζουσαι εἰς τὰς δύο «
κοιλότητας, τὰς ἐν τοῖς πλαγίοις τῆ ὀπισθοφίους ἀπονεύλω «
teste Polluce. «

Κορώνις. aurium arcus dicitur in vetere onoma- «
stico. «

Κορώνομος. medicorum vox est, significans id quod
κύβωλον & ab Hippocr. κύβιτον nominatur. Pol-
lux lib. 2.

Κορωνόπους. herba est oblonga, per terram strata, fis-
sis folijs & aculeatis, radice gracili. Leonicenus
capriolam vulgo dici censet, nonnũquam etiam
sanguinariam, quod naribus indita sanguinem
eliciat. Nostri hanc olitores deutem canis vo-
cant, quanquam eodem nomine gramen appel-
lent. Sed coronopum quoque generibus grami-
nis Plinius assignauit. falluntur qui coronopum
coruinum pedem esse existimãt. Pes enim coru-
nus exulcerandi vim habet maximam: coronopus autem estur, & adstringit. Sic dictus est quod
eius stylus è medijs folijs exurgens, in cornicis
pedem conformatus articuletur, reliquam exhi-
bens cruris effigiem.

Hesych. eam κορακόποδα etiam dici scribit; «
apud Paulum vero l. 7. c. 5. habetur compositio «
ad podagras ἡ διὰ τῶν κορωνοποδίων inscripta ἐυσέ- «
μαχος, & arthriticis vtilis: habetur & dicta com- «
positio apud Trallian. l. 11. c. 1. «

Κοσμητικὴ. ars exornatoria. Pars est medicinæ, vt ait
Galenus, quæ naturalem corporis pulchritudi-
nem custodit & tuetur, neque quicquam adsci-
titium inuehit, in quo ἀπὸ τῆ κομμωτικῆς differt eo-
dem authore. de qua vide suo loco.

Κόσμος. dicitur ab Hippocrate ordo cum in re omni,
tum maxime in diebus criticis. Vt enim τῆς ἀκο-
σμίας propria est ἡ ἀταξία: sic etiam ἡ τάξις τῶ κό-
σμου, vt annotat Galenus comment. εἰς τὸ περιγε-

κὸν. Dictio autem Attica est, secundum quos dicuntur κόσμιοι οἱ ἔυτακτοι. καὶ κοσμητὰι, οἱ τ' ἐφήβων εὐταξίας περιποιοῦντες. hoc est, κόσμιοι qui bene ordinati sunt: & κοσμητὰι qui præerant ordinationi epheborum.

Κοσμοσάνθιλος. flos hyacinthi apud Hermionenses, vt refert Pausanias.

Κόστος. costus siue costum. frutex est in Arabia, India & Syria nascens, sed præcellit Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus, leuis, vber, vt ferula niger. Tertius autem Syriacus est, grauis, colore buxeus & odore feriens. Optimus est recens, albus, abunde plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia gustu, calidus ac mordens. Modice amaram, plurimum autem acrem & calidam qualitatem facultatemque obtinet, adeo vt etiam exulceret. Solet eo corpus ex oleo confricari ante accessionem quibus per circuitum rigor inuadit: item resolutis & ischiadicis. vrinas mensesque prouocat, & propter amaritudinem lumbricos necat. Herbarij faciunt huic affinem nomine costum hortensem, quem vulgus coquum, alij Mariæ herbam appellant.

» Apud Hesych. oxytonàs scriptum κοστὸς etiam
» reperitur, ipsique dicitur esse εἶδος ἀρώματος: de
» illo vide Theophr. hist. plant. lib. 9. cap. 7. &
» Dioscor. l. 1. c. 15. & Plin. l. 12. c. 12.

Κότινος. oleaster, qui & ἀγριελαία dicitur, hoc est, syluestris olea.

» Sed & pro bacca oleastri accepisse videtur
» Hippocr. 3. de morbis.

Κοπαϊσμὸς. remedij nomen cuius mentio fit à Paulo Ægineta in curatione τ' κηλῆς. Quale autem fuerit, non est facile dicere. Potest intelligi eo nomine aquæ superfusio, eo fere modo quo veteres Athenienses in illo conuiuali ludicro, qui κότταβος dicebatur, facere solebant, vt Athenæus & Suidas scriptis suis prodiderunt. Potest & κοπαϊσμὸς simpliciter accipi ἀπὸ τῆς ἀποπαγγισμοῦ, hoc est, ablutione detersioneque per spongiam facta authore Phauorino qui in lexico suo κοπαΐζειν ἀποπαγγίζειν interpretatur.

» Cæterum cum quid faciant κοπαϊσμοὶ ad
» mali corporis habitus emendationem à Paulo
» commendati l. 3. c. 47. dici non possit, Cornarius
» idcirco apud eum σιναπισμῶ legendum putat pro
» κοπαϊσμοῖ, cum & facilis fuerit ab vna voce ad
» alteram aberratio, & ea sit confinitas inter dro-
» paces & sinapismos, vt eodem cap. Paul. de his
» agat, nimirum li. 7. c. 9. & Aetius lib. 10. c. 19. dro-
» paces nominare contentus, de sinapismis peni-
» tus tacuit, habet enim eadem verba quæ & Pau-
» lus, sola (κοπαϊσμοὶ) voce excepta: Goupylus
» eodem in Æginetam loco κοπαϊσμὸς aquæ su-
» perfusiones in partem interpretatur, vel ruboris
» excitationem quo sanguis in exteriora eliciatur.

Κοτύλη. est mensura liquidorum apud Atticos capiens τέτταρα δύο, hoc est, quartaria duo, siue Italicas vncias nouem mensurales, quæ ad septem & dimidiam ponderales reducuntur, vt author est Galenus lib. τ' κ' γλώσ. Alio nomine Græcis τρυβλίον dicitur & ἡμίξεστον, id est dimidius sextarius. Siquidem ὁ ξέστης duas κοτύλας continet. Sunt qui κοτύλῃ Latine heminam interpretentur. Et satis quidem bene, quia nulla sit Latinis mensura quæ propius ad κοτύλῃ accedat. Nec tamen eædem mensuræ sunt. Κοτύλη enim vncias Italicas nouem capit: vt diximus: hemina autem Romanorum vnam præterea continet. Verum aduertendum est, Romanos medicos alios τῇ κοτύλῃ aliquando pro libra vsurpasse, vt videre licet apud Galenum libr. 4. de tuenda sanitate, ἐμεδημόδου δ' εἰς τὰς εἴκοσι καὶ πέντε κοτύλας μόδιος ἰταλικὸς τῷ σπέρματος τ' ἐλάπης. ἐσῶν δ' τ' κοτυλῶν ἰταλικῶν, αἳ δὴ καὶ λίτρας ὀνομάζουσιν. hoc est, conijcies autem in quinque & viginti heminas seminis abietis modium Italicum. Esto autem & hemina ipsa Italica, quam vtique & libram nominant. alios vero minorem, alios etiam libra maiorem existimasse, sicut ex ipso Galen. apparet libro 6. τῶν κ' γλώσ. his verbis οἱ μὲ οὖν πλεῖστοι τ' χαλκῶν περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, ἃ φασὶν ἐγγιῶν τ' ἐκ τ' ῥωμαϊκῆς λίτρας, τῇ κατὰ τ' ἰατρῶν ἐν ταῖς φαρμακίτιδι βίβλοις γεγραμμένῃ κοτύλῃ. ἄλλοι δ' τῶν ἐβ' φασὶν ἐγγιῶν κατ' αὐτῶν λέγεσθαι, καθάπερ ἐν ῥώμῃ τῇ λίτραν τὴν ἐλαϊκὴν σταθμὸν ὀνομάζουσιν. ἤδη δέ τινες ἤκουσα λέγοντος ἑκκαίδεκα ἐγγίας ῥωμαϊκὰς ἔχειν τῇ ἐν ταῖς φαρμακίτιδι βίβλοις γεγραμμένῃ κατὰ τ' ἰατρῶν κοτύλῃ. hoc est, plurimi igitur qui conscripserunt de mensuris & de ponderibus, nouem dicunt vnciarum, quæ sunt in Romana libra, esse eam, quæ à medicis dicitur in libris de medicamentis, cotyle. Alij autem dicunt duodecim vnciarum ab ipsis dici, quemadmodum Romæ libra olei communiter appellant. Audiui vero etiam ex quodam dicente sedecim vncias Romanas continere eam quæ in libris de medicamentis dicitur à medicis cotyle. Significat autem proprie ἡ κοτύλη cauum.

Cauitatem enim omnem κοτύλην veteres vocabant, vt disertis verbis asserit Athenæ. lib. 11. ex « Apollodoro. «

Vnde & κοτύλῃ appellauerunt non modo vasis genus & mensuram, sed sinum etiam in quo caput femoris voluitur, & cauitatem manus quam volam Latini dicunt. Verum proprie ab anatomicis dicitur ἡ κοτύλη cauitas ossis profundior, in quam alterum os inseritur. Quæ vero non est tam profunda sed superficiaria, γλήνη ab Hippocrate appellatur.

Istas autem voces interdum Hippocrates « confundit. nam lib. 1. de artic. ascribit scapulis « κοτύλην. «

Sed & κοτύλη aridorum mensura fuit apud Atticos. Continebat autem ἑξύδραφα quatuor, siue vncias nouem mensurales. Eius nota fuit apud Græcos k, per cuius apicem inferiorem linea recta per obliquum ducta esset, o desuper imposito.

Κοτυληδὼν quoque idem quod κοτύλη, cauitas scili- « cet omnis, & pro capite femoris apud Pollu- « cem lib. 2. sumitur. «

Κοτυληδὼν. vmbilicus Veneris. herba est folium habens acetabuli figura, vnde & nomen, orbiculatum, & ineuidenter concauum: cauiculo breui qui è medio prosilit, in quo & semen inest, radice oliuæ modo rotunda. Est & alterum τὸ κοτυληδόνος genus quod ab alijs κυμβάλιον appellatur, pinguibus foliis latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describentibus, vt in maiori semperuiuo. adstringentis gustus. cauiculo tenui, in quo flores & semina hyperici, radice maiuscula. Est autē κοτυληδὼν mistæ facultatis, nēpe humidæ, subfrigidę, & cuiusdā obscure adstringentis, & cū ea leuiter amaræ. Quare refrigerat, repercutit, abstergit & discutit.

κοτυλήδων. quoque idem quod κοτύλη, cauitas scili-
" cet omnis, & pro capite femoris apud Pollucem
" lib.2. sumitur.

κοτυληδόνες. sunt ora venarum & arteriarum intra vterum eminentia & quodammodo nodosa, non multum ab hæmorrhoidibus ani dissimilia, aut ἡ κοτυληδόνες herbæ folijs orbiculatis & parum concauis. Seruatur namque in medio ipsorum orificiorum parua cauitas in cotyles modum, per hæc sanguis menstruus vel vacuatur foras, vel in fœtum nutriendum transsumitur: siquidem apertis his effluit, sicut conniuentibus supprimitur. His etiam orificiis fœtuum secundę vtero inhærescunt, vasorum vteri finibus ita secundas subeuntibus atque illigantibus, vt eadem prorsus vteri & secundarum vasa esse videantur. Siquidem in quibus orificijs vteri vasa desinunt, ab ijsdem secūdarum vasa incipiunt: oribus enim inuicem vniuntur, venæ quidem venis, arteriæ autem arterijs, vt illæ sanguinem, istæ spiritum fœtui subministrent. Nec vero id tantum ea vasa præstant, sed etiam secūdas vtero ita colligant, vt fœtus haud temere excidat. Alij vero, vt refert Galen. nullas prorsus vtero mulieris κοτυληδόνας inesse crediderunt, quos tamen ipse & doctissimorum virorum testimonijs & ipsa anatomia reuincit. Insunt enim & mulieribus, quamuis minores quàm quæ in vaccis, capris, ceruis atque alijs eiusmodi animalibus apparent.

" Soranus autem, Erotianus, fallop. in obseruation. & Arantius lib. de fœtu humano in vtero
" humano cotyledonas reperiri pernegarunt, Aristoteles in solis cornutis animantibus eos admittit: Galen. è contra lib. de dissect. vuluæ, & lib.
" de semine disputat, ostenditque ex aliorum anatomicorum authoritate, Cotyledonas esse vasorum vteri apertiones, vel potius vasorum vteri &
" fœtus coalitum per anastomosin; Syluius in depulsione calumniarum Vesalij, Cotyledonas pertinaciter defendit, asseritque in muliere partu-
" riente, aut recēs enixa, aperte spectari: idem sentiunt Cornel. Gemma, Nicolaus Massa peritus
" sua ætate anatomicus & doctissimus Laurentius,
" has & agnouit Hippocr. aphor. 55. l. 5.

κοτυληδόνες etiam in polypode nominatæ fuerunt,
" quasi quædam conceptaculorum fibræ, quæ pro-
" pter implexionem etiam πλεκταίας vocantur, vt
" docuit Camerarius.

κοτυλὶς. ἡ κοτύλη τῆς ἰσχίου. hoc est, concauitas coxendicis, apud Hippocratem ἐν τῷ μοχλικῷ, & lib.2. de morbis.

κουζαρίδες. apud Dioscor. l.2. in titulo c. 37. dicun-
" tur quæ in textu ὄνου ὑπὸ τῆς ὑδρίας aselli qui sub
" aquarijs vasis stabulantur, Cutiones Marcello
" Empirico: vide ὄνος.

κωλεὸς. culeus. Est mensura liquoris tantum, omnium maxima qua Romani vsi sunt. Continebat viginti amphoras authore Plinio lib. 14. c. 4. Quando & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas, musti dedere. sic Plinius. Idem docet Rhemnius Fannius his versibus:

Est & bis decies quem conficit amphora nostris
Culeus, hoc nulla est maior mensura liquoris.

Ac quamquam iusta hæc esset culei mensura, vasa tamen quæ culei, propterea quod quam proxime ad eam mensuram accederent, vocabantur, plus minusue aliquando continebant, vt apud Catonem de re rustica capite 148. à quibus tamen veram culei mensuram æstimare non decet.

κωνῖτις. dictus fuit à quibusdam eo nomine ὁ πεττευτὴν, apud Dioscor.

κῶρμι. genus est potionis, inquit Dioscorides, ex hordeo factæ, cuius potu sæpe pro vino veteres vsi sunt. Non videtur esse nomen Græcum, sed eius gentis in qua apparabatur: verum, vt idem ait, dolores capitis inducit, noxium humorem gignit, & neruorum vires resoluit.

Est vero Iberis Occidentalibus, & Britannis vsitatum: Tale & zythum cæria, celia, ceruisia authore Plinio.

κωρυκία, siue σηλυκία. apud Hippocr. lib. περὶ γονῆς pro puerorum generatione dicitur, κῶροι enim pueri dicuntur.

κωφάλιον. legunt quidam pro κοφάλιον, vt apud Aret. lib. 2. de curat. acut. cap. 2. vide κοφάλιον.

κωφουμενάτον. Crustuminatum vide κρουσμενάτον.

κωφὸν. quidam apud Hippoc. scribunt ἀπὸ τοῦ κωφοῦ. vide suo loco.

κῶφον ὕδωρ. aqua leuis dicitur apud Hippoc. non ea quæ pondere leuis est, sed quæ ventrem & hypochondria cito assumpta permeat, sicque intelligendus est aphor. 26. lib. 5. cum dixit Hippocr. aquam quæ cito calefit, & cito refrigerat esse leuissimam.

κωφοῦν. λύειν ἢ παύειν τὰς ὀδύνας, apud Hippoc. hoc est, soluere & sedare dolores.

κόχλαξ. idem quod κόκκλαξ, & καλίξ, id est calculus lapillus; proprie vero ita nominantur lapilli perpetua in aquis volutatione attriti, quales in fluminum ripis & maris littoribus leguntur, vndarum agitatione æstuque reiecti; Sunt qui silices interpretentur, ceu apud Cels. l. 6. cap. de dētium dolore, vbi præcipit in peluim candentes silices demitti, hominemque cum hiante ore vaporem excipere; & apud Paul. lib. 1. c. 88. & l. 3. cap. 42. & l. 7. c. 3. vbi lactis parandi modum docet per ignitos silices, & in lac iniectos, vt quod in eo tenue est & serosum exhauriatur & consumatur, quem lactis coquendi modum docuerunt Paul. locis cit. Galen. 10. simplic. Trallian. l. 12. c. 4. & Cæl. Aurelianus l. 5 χρον. c. 3. de quo & nos plura in voce χάλα.

Κόχλαξ. etiam Hippocrati lapis molaris dicitur, qui & apud eundem λίθος μύλας.

κοχλίαι. Limaces, Cochleæ, Cibus est vsitatus multis nationibus, vt olim etiam in Græcia: Cibus quidem est coctu difficilis sed multum nutriens; eas sic præparat Gal. 3. de aliment. facult. c. 3. vbi primum in aqua elixauit, tum in aliam aquam transfert in qua rursum elixat, tum demum condit & tertio elixat, donec caro tota intabescat, sic (inquit) præparata alimentum corpori præbent non contemnendum.

κοχλιάριον. cochlearium siue cochlear. Est liquoris mensura apud Romanos quartam cyathi partem capiens, sicut ex Columella patet lib. 12. cap. 21. Et ex eo molito post saliturum musti cochlear cumulatum, vel simile genus poculi eius, quod est quarta pars cyathi, adijcitur ad binas vrnas. Latini ligulam vocant à linguæ similitudine in cauum intra dentes palatum versus contractæ. Est & κοχλιάριον tum liquidorum, tum etiam aridorum apud Atticos mensura, omnium quod sciam minima, quartam & illa cyathi partem continens, siue drachmam vnam, scripulum

vnum, grana duo, & duas quintas grani.

Κοχλίας. appellatur Polluci τὸ ὦτων ἡ ἔξωθεν περιβολή, aurium circuitus externus.

Κοχώνη. significat apud Hippocr. iuncturam coxendicis ad sedem. vocatur autem & eo nomine tota circa sedem regio.

Inquit Galen. in lex. Hippocr. Hesychius κοχώνας esse dicit τὸ ἀπὸ μαχόης πρὸς τῷ δακτυλίῳ spinæ dorsi eam partem quæ ad podicem est, seu τὸ ἱερὸν ὀστέον τὸ ἐκπέρωθεν μίσγον, afferens & κοχωνα pro ἰσχία.

Κραδαι συκῆς οἱ ἀκρέμονες. hoc est fici rami, apud Hippocr. vel etiam folia, vt annotauit Erotianus. Nec tamen fico soli, sed vlmo etiam, robori plātanoque gignuntur.

Κραδὴ etiam Suidæ & Hesychio pro ficu sumitur, vt & apud Nicandrum pro ficu syluestri, sed & Theoph. l. 4. c. 16. fici ramos κράδας vocat, & inde ramorum fici morbum quemdam, cum scilicet inarescunt κράδη vocari docet ibidem, Cradationem vertit heinsius Theophrasti interpres.

Κραίνουσι. κυριεύουσιν, βασιλεύουσιν. apud Hippoc. hoc est, dominantur & regunt.

Κραιπάλη Crapula, ἐξ οἴνου βλάβη τῆς κεφαλῆς omnis noxa è vino contracta ait Galen. comment. in aph. 5. l. 5. vel ὁ ἐκ πολλῆς οἰνώσεως πακμὸς inquit Suidas; alij Cephalalgiam ex mero vocant, alij ebrietatem ex pridiano die; Philumenus vt habetur apud Aetium scripsit cruditates ex vino multo obortas crapulas appellari, & Aristoteles sect. 3. probl. 17. κραιπάλη, inquit, feruor quidam est & indesinens inflammatio, quæ plus conflictat quam ebrietas, quia mentem illa quatit & alienat; Crapula autem mente sibi constante dolorem admouet, vt etiam qui febre vrgente ludunt potius quam dolent, ijdem vbi leuati malo fuere, atque ad se rediere, indolere occipiunt, hoc enim idem in crapula quoque & in ebrietate euenire solitum est: Plato in symposio κραιπάλην hesternam ingurgitationem appellat, Tertullianus helucum, dum ait hederæ eam naturam esse caput ab heluco defensare: ab hac voce nomen habent medicamenta ἀκραίπαλα crapulam arcentia: dicitur vero κραιπάλη ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι quod temulentis cerebrum concutiatur.

Κρᾶμα. vinum dilutum & aqua temperatum, quomodo vti homines decet: dicitur ἀπὸ τοῦ κεράννυσθαι, quod miscere & temperare significat. Id videtur esse quod Celsus lib. 1. dilutam potionem appellauit.

Dicitur etiam κρᾶμα de concretione & temperatione corporum naturalium, seu ipso corpore concreto aut massa corporis concreta.

Κράμβη. brassica. Est olus simplici & amplo stipite, leuiter rubenti, crasso folio, prægrandi, læuo, crispo, carnoso, ex cæsio candicante, in latus vtrimque diffuso, prominulis venarum thoris fruticante, patula cyma, flore tum luteo, tum albo. vulgo caulis dicitur, quoniam nulla fere herba caule sit amplior. Plura eius genera veteres statuerunt. Syluestre satiuo simile, sed candidius, hirsutiusque & amarum, vt ait Dioscorides. Ita marinum quod θαλασσοκράμβη dicitur, & vulgo soldana, à satiuo, vt idem ait, prorsus abhorrens, folio aristolochiæ, acre & in totum stomacho inimicum. Est & ἁλμυρὶς & λευκόφυλλος & σελινοειδὴς siue σελινοειδὲς. Ex multis authoribus constat quā nunc κράμβην dicimus, olim vocatam fuisse ῥάφανον, præsertim ex Aristotele lib. 5. de histor. animal. vbi de eruci in brassica nascentibus agit, his verbis: αἱ δ' γίνονται ἐν τῷ φύλλῳ τῶν χλωρῶν, μάλιστα ἐπὶ τῆ ῥαφάνῳ, ἣν καλοῦσι τινὲς κράμβην. hoc est, hæ autem gignuntur ex folijs viridibus. præsertim autem rhaphani, quam quidam cramben vocant. Similiter ex Galeno lib. 2. de aliment. facult. sed suo tempore sic vocari desijsse. Cæterum brassica desiccat & cuiusdam acrimoniæ particeps est. habet & vim aliquam abstergendi.

Illius plurimas laudes si videre voles, lege Plin. lib. 19. cap. 8. & l. 20. c. 9. & Athenæ l. 9. & Dioscor. l. 2. c. 146. qui ab ea caueri ebrietatē omnes docent: vnde Græcis ἀκραίπαλος dicta fuit; neque tantum post cibos sumpta crapulam discutit quod voluisse videtur Dioscor. sed & ante eosdem ebrietatem præcauet, vti l. 20. c. 9. refert Plin. & Cato de re rustica cap. 156. eam ob rem etiam narrat Athenæ. l. 1. Ægyptijs ceu vinolentis fuisse olim id solemne vt ante cibum omnem, brassicam elixam in cœnis comederent; Sybaritæ quoque, vt idem refert ex Timæo, antequam potarent, esu brassicæ sese muniebāt, quibus cōsentanea sunt quæ de eadem à Theophrasto traduntur sub finem l. 4. de histor. stirpium: idem Athenæ. l. 9. κράμβην appellat μάντιν, id est diuinam quia sacra habetur; indeque apud Iones præsertim in iureiurando etiam dicere solitos, ναὶ μὰ τὴν κράμβην, exempla eius iuramenti afferens ex Ananio, Telecide, Epicharmo Eupolide: Cæterum quod ad vocis originem spectat dici censetur quasi κορέμβλη, vtpote quæ τοὺς κόρους & aciem oculorum hebetet atque obtundat, attici quoque integro nomine κορέμβην protulerunt, alio sed potiore, vti existimant, Etymi sensu quasi κόρῳ ἀμβῆ, vel potius αὐτίβη, id est crapulæ satietatique conueniat, nam vino aduersatur vt est inimica vitibus, Latinis autem brassica dicitur vt ait Varro, quasi præseca quod huius scapus minutatim præsecetur.

Κράμβη δίσφθος. vide δίσφθος κράμβη.

Κρεμβίον. τὸ κράμβης ἀφέψημα, id est, crambes decoctum, apud Hippoc. Dicitur & eo nomine à quibusdam ἡ πτύσσα, vt habetur apud Dioscoridem. Erotianus annotauit ab Hippocrate, vt & à Siculis, τὸ κόκκινον sic vocari.

Κρανία. cornus. Est arbor duodecim fere cubitorum, corticē neruoso, tenui, caudice haud ita crasso, neque semper recto, atque etiam nodoso, sed ita solido, vt cornibus spissitate non absimilis respondeat, folio amygdali, sed crassiori pinguiorique, flore & fructu oleæ, dulci, grato odoratu, pluribus cornis singulari pediculo dependentibus. Talis quidem mas est. nam fœmina quæ Theophrasto θηλυκρανία dicitur, caudice fungoso & inutili virgulis instar amerinæ fruticat, autumnalibus baccis perquam acerbis & cunctis animantibus gustu intactis. Mas Gallis cornelia dicitur: fœmina dumetis & nemorib. familiaris, sed quod neglectas & ingustabiles ferat baccas, indignam quæ corni nomine vocaretur, rura putauerunt. Nam & maris fructus etsi esui aptus, tamen admodum acerbus est. valenter ventrem adstringit: sic, vt & mespila, & valde desiccat, ideoque maxima vulnera glutinare potest.

Scribitur & κρανεία & κρανία teste Suida.

Κρανίον. cranium. calua. caluaria. Est os capitis crassum, rarum, rotundum, ossibus septem compactum futurisque distinctum, cerebrum cōtinens.

Crassitudo

Crassitudo quidem illi magna est, vt validum sit, nec obnoxium externis iniurijs: solidum vero esse non expediebat, tum ne iusto grauius euaderet, tum ne ineptum esset transmittendis cerebri excrementis. Itaque rarum & cauernosum fieri oportuit. Idem vero si recte à natura conformatum est, rotundum quidem est, & sphæræ simile; ita tamen vt sphæram non omnibus numeris æquet. Siquidem oblongum est, & à lateribus quidem vtrinque parum depressum: anteriore autē ac posteriore parte parumper extuberans & gibbosum, inferiore autem planum. Constat ossibus septem, quorum primum parteque anteriore situm, frontem constituit: μέτωπον Græci vocant. Id parte superna, τῇ στεφανιαίᾳ ῥαφῇ, hoc est, futura coronali, quæ transuersim ab vno temporum ad alterum excurrit, inferiore, ossibus maxillæ superioris, à lateribus vero ossi τῷ σφηνοειδεῖ concluditur. Ac quanquam id os fere semper vnicum sit, euenit tamen aliquando vt geminum sit, recta futura quam ὀρθιαίαν vocant, ad nasum vsq; descēdente. Ab eo duo ossa sunt quæ βρέγμα, hoc est, syncipit, componunt. diuiduntur & ab inuicem separantur futura illa recta, quæ à posteriore capitis parte in anteriorem per verticem procurrit: vtrumque autem terminatur anteriore quidem parte futura τῇ στεφανιαίᾳ, posteriore autem ea futura quæ transuersim in occipite sita figuram A literæ repræsentat, & λαμβδοειδὴς ideo nuncupatur: inferiore vero futuris ijs quas λεπιδοειδεῖς appellant. Alia præterea duo sunt ossa τῇ κροτάφων, hoc est temporum, & ea quidem vtrinque singula, ad vtramque aurem sita. Distinguuntur parte superiore futuris τοῖς λεπιδοειδέσι: posteriore, laterum τῇ λαμβδοειδοῦς appendicibus: anteriore, futura quæ ossi τῷ σφηνοειδεῖ communis est. Sextum cranij os occiput constituit: ἰνίον Græci vocant, distinctum futura τῇ λαμβδοειδεῖ. Septimum autem σφηνοειδὴς est, quod in basi positum, cunei modo (vnde & nomen inditum) inter omnia cranij ossa genamq; supernam medium adigitur: omnia namque contingit. His septem ossibus addi etiam octauum potest ἠθμοειδὴς dictum, paruum, in frontis basi positum, & multis, *in cribri modum, pertusum foraminibus*. verum id frontis ossi vel τῷ σφηνοειδεῖ accensetur, etiamsi interdum, sed maxime in pueris, separari facile possit: similiter & λιθοειδὴς à Galeno propriè vocatum, nisi pars ossis temporum plærisque videretur. Insunt autem omnibus his ossibus crebra foramina per quæ tū nerui è cranio prodeunt, tum venæ atque arteriæ intra ipsum admittuntur. Constant & propemodū omnia squamis duabus, quas διπλόας vocat Galenus. Ex his satis apparet quot qualesque sint in cranio futuræ. Tres eæ quidem sunt maxime in cranio secundum naturam se habente: duæ quidem transuersæ, quarum vna in syncipite, altera in occipite est, tertia vero quæ à media syncipitis futura ad mediam futuram occipitis secundum capitis longitudinem porrigitur. Anterior στεφανιαία dicitur, hoc est coronalis, quod ea capitis parte coronæ imponi soleant. Posterior vero λαμβδοειδὴς, à literæ Græcæ similitudine. Tertia vero quæ per verticē recta excurrit, ὀρθιαία atque βελοειδὴς, quod instar veru aut virgæ recta procedat. Hæ tres futuræ ita se habent, vt figuram literæ Π referāt, sicut ab Hippocrate proditum est in libello de vulneribus capitis, & à Galeno explicatum lib. 9. de vsu partium. Præter has aliæ geminæ sunt à recta futura æquidistantes, quæ secundum capitis longitudinem à parte posteriore in priorem super aures procurrunt. Fiunt autem eæ duobus inter se cohærentibus ossibus non per futuram quidem, quæ species est τῆ σαγιττοειδοῦς, sed veluti conglutinatione quadam. Siquidem sincipitis os squamæ modo attenuatum sensim descendit, sesēq; in os ab auribus ascendens insinuat: ideoque eas nonnulli non simpliciter futuras, sed vel futuras λεπιδοειδεῖς, vel σφηνοειδῶν appellant. Sic quidem compositū conformatumque cranium cerebrum continet, ciusque firmissimum munimentum est, vt quod non aliter quam galea, quæ κράνος. Græcis dicitur, ab omnibus externis iniurijs ipsum tueatur.

Sophocles in electra κράνιον appellat κεφαλῆς κώπας capitis vasculū; Græci etiā, nominarunt πῶλον & κόγχον vt Lycophron, & σκαφίον Aristophanes, vbi vero quasi in medio deprimitur μέσοκρανον, & κορυφὴν dixere, id est verticem.

Κεφαντῆρες. genuini dentes, qui omnium nouissimi nascuntur, sic dicti παρὰ τὸ κραίνειν καὶ ἀποπληροῦν τὴν ἡλικίαν. Iidem etiam σωφρονισταὶ appellantur, de quibus vide suo loco.

Κεφῆρες legit Pollux lib. 2.

Κρᾶσις. temperamentum seu mixtio, siue potius ipsa mistionis ratio: definitur vero temperamētum apud medicos, ex elementis quatuor seu ex calido, frigido, humido & sicco ad obeūdas actiones conueniens mistio; Seu concentus quidam quatuor qualitatū principum ex omnium elemētorū permistione: ex qua quidē permistione exurgunt nouem temperamentorū differentiæ, quorum vnum temperatum, alia octo intemperata sunt: Temperatū siue εὔκρατον & σύμμετρον esse dicunt in quo elementorum & cōtrariorum æqua prorsus portio existit, & æquale ad pōdus nūcupatur, quod nec haberi, nec in rerum naturæ ordinem (tanquam sit repugnantia) admitti posse, magna contentione decertant Auicennas, Auerroes, & quicūq; in Arabum familiam se tradiderunt, cōtra Galeni sententiam, qui haberi quidē, *sed momento exiguo durare* asserit 1. de sanit. tuenda: Aliud Temperatū vocatur ad iustitiam, quod in singulis generibus est, & à prioris perfectione, absolutaq; illa & exquisita mistione paululum abest, & in quo ea contrariorū elementorū mediocritas consistit, quæ tum animantis tum stirpis naturæ maxime conuenit, & hoc quidem non simpliciter tale esse dicitur, vt præcedēs, sed in suo genere vel specie: Quæ autē octo intemperata esse dicuntur eiusmodi sunt, quia à prædicta mediocritate recedūt, & ab eo contrariorū quod vincit ac superat nomen sortiuntur. Calidū enim vocatur in quo calidum elementum frigido præualet; frigidum in quo calido frigidū; idem statuendū de humido & sicco; atq; quod in vna tātū oppositione intemperatum est, simplex intēperatum dicitur: Cuius quidem 4. esse perhibentur differentiæ vel calidū duntaxat, vel frigidum, vel humidum, vel siccum. Quod si vero in vtraque oppositione alterū superet, siue calidum vna cū humido, siue calidum simul cum sicco: Siue frigidum simul cū humido; siue frigidum vna cum sicco, ita pro vincente sortietur id corpus appellationem; hæc itaque 4. temperamenta, compo-

» sita nominant, vt in vniuersum octo sint intem-
» peries, quatuor nimirum simplices & totidem
» compositæ.

Κρᾶσις. quoque in febribus compositis dicitur: ap-
» tatur etiam liquidis, vnde κρᾶμα vinum aquâ di-
» lutum vocatur.

Κράσπεδον. Aretæo acutorum morborum lib. 1. di-
» citur vuæ seu Columellæ affectus in tenuem &
» oblongam membranam desinentis, velut vrina-
» naculum in extremis habens; κράσπεδον autem
» proprie montis radicem vel pedem significat;
» vestibus quoque tribuuntur κράσπεδα. Sic eni
» vocantur extremæ vestimentorum oræ.

Κράτιρος ἡ

Κραταιγών. arbor neque adeo magna neque valde crassa, materie versicolore, robusta, flaua, cortice læui, simplici, radice in profundum acta, folio mespili, sed promissiore amplioreque, fructu rotundo, qui matures cens siccatur atque nigrescit, gustu & succo mespilaceo. Quapropter syluestris mespilus, vt Theophrastus scribit, putatur esse. Quidam χαμαικέρασον intelligi posse crediderunt. Plinius in Italia dici aquifolium putat, quod quidem non aliud veteribus fuit quam ilex.

Κραταιγόνον ἡ

Κραταιγόνον. herba est folijs melampyro similibus, multis calamis ab vna radice emicantibus, multorumque geniculorum. semine milij. Nascitur in opacis & frutetosis. Eius fructus, vt ait Galenus, milio similis, acris gustanti est & vtenti frigidus.

» Quem à muliere epotum facere ipsam ἀβόη-
» τον inquit Dioscorid. lib. 3. c. 139. & Plin.
» lib. 27. cap. 8. quem si bibant, inquit, ante con-
» ceptum vir & mulier, virilis sexus futurum par-
» tum aiunt: Theoph. hist. plant. lib. 9. c. 19. κρα-
» ταιὸν etiam appellat, vt & Gal. & Dioscorides.

Κραταιράγεις. dicuntur homines qui robustis sunt
» ceruicibus, quique ob duritiem magnitudinem-
» que ossium tales existunt: dicuntur & μακρά-
» χεις longicolli comment. 1. in 6. Epid. t. 3.

Κράτος. sic dicitur à quibusdam ὁ παρὸς, hoc est, pars ea manus quæ sub digitis est.

Κραυγὼ. puerorum morbus quidam dicitur apud
» Hesych.

Κραυερὸν. friabile. id dicitur quod nec lentoris nec pinguedinis quicquam habet. opponitur τῷ γλί-
χρῳ. Dicitur & θραυστὸν & λαθυερὸν.

Κρέας. Caro differt à voce σὰρξ, Siquidem in Hip-
» pocratis doctrina, in viuis proprie habetur
» σὰρξ, vt de mortuis frequentius κρέας vsurpatur.

Κρέκη. nomen fictitium apud Hippocratem, dictum de molesto & odioso sono.

Κρέμα. ἀπὸ τοῦ κρέμασθαι. apud Hipp. hoc est, suspēdito.

Κρεμαστῆρες. sunt musculi duo, vtrimque scilicet vnus, à quibus testes sursum trahuntur. Eorum vterque gracilis est & longus, & cum vasis spermaticis à musculis hypogastrij descendit ad ipsos testes, eos releuans. Contrarijs carent musculis qui contrarium motum efficiant: nullus enim est qui testes ad inferiora reuellat, quod satis sua grauitate ima petant, ægris præsertim & senibus. Errat Paulus lib. 6. c. 61. qui περιτόνεας & κρεμαστῆρας idem putat.

Κρέων, ἀγαθὸν, apud Hippocratem, ἢ ἀλκθὲς, vt apud Homerum.

Κρηθμὸν. herbula est fruticosa & vndique folio-
sa, cubiti fere altitudine, folijs pinguibus, multis, albicantibus, vt portulacæ latioribus & longioribus, salso gustu, floribus candidis, semine ceu rosmarini odorato, molli, rotundo, quod siccatum rumpitur. Habet intus tritici modo nucleum. Radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. Salsum est & modice amarum, itaque abstergit & siccat.

Nascitur in maritimis & petrosis: Pro eo apud
» Dioscorid. passim scriptum per ι κριθμὸν, vt &
» lib. 2. c. 157. vbi & κεἰθαμον à nonnullis vocari
» tradit, fusius ipsum describens: scribendum ta-
» men esse per ε colligitur ex Galen. simplic. me-
» dic. lib. 7. & præterea Hesychio: sed Galeno
» circumflectitur κρῆθμον: Hesych. vero oxyto-
» nῶς κρηθμὸν: à seminis autem sui figura nomen
» habet, quod intus tritici vel hordei figura est,
» quod κρίθην appellant; vel dicitur ἀπὸ τοῦ κρίνεσθαι,
» id est, secernendo, quod rupto seminis inuolu-
» cro, cerealem forma nucleū ostentet, excussisq;
» flatu seminibus, à paleis aceribusq; secernatur.

Κρημνοὶ. apud Hippocrat. dicuntur τὰ χείλη τῶν ἑλκῶν, hoc est, labra vlcerum, vt lib. de locis in homine. sic etiam vocantur τὰ ῥυγώματα, hoc est alæ, muliebris pudendi, vt annotat. Erot.

Κρηναῖον ἔδισμα, edullium τῇ κράσει atque temperie gelidum vel frigidum instar aquæ fontanæ ex Galen. & Aetio.

Κρητικὸν. dicitur tertium genus aristolochiæ quam proprie κληματῖτιν vocant.

Κρητικὴν γῆν. Cretica terra: creta. Species est terræ albæ, siccæ, macræ, leuis & extergentis. Talis quidem vt plurimum creta est. Euariat tamen aliquando, vt & nigricans, & viridis (quam Θεοδότιον quidam nominat, quod in Theodoti cuiusdam fundo id genus cretæ primum inuentum sit) reperiatur discurrētibus per eam lineis eiusmodi coloris. Est & in substantia discrimen: siquidem non semper macra, sed & aliquando modice pinguis est, vt apud quasdam gētes stercorandis agris inseruiat. Multum viribus superatur à Chia, Samia, Selinusia, Lemnia & Cimolia terra. Est enim admodum imbecilla, multum habens substantiæ aereæ. Inest tamen ei vis extergendi & citra morsum. Quam ob causam argentarij ea vtuntur ad vasorum splendorem, & proinde ἀργυρεῖτις, hoc est, argentaria, appellatur. Vsus eius in medicina fuerit ad ea omnia, ad quæ aliæ omnes sine morsu extergentes facultates valere possunt.

Κρητικὸν οἶνος. vide οἶνος.

Κρησέρα. Galen. in lexico Hippocr. κρησέραν eandem esse vult cum τῇ ἀλευεσπάστρῳ, hoc est, μάρσιππον λινοῦν saccellum per quem farina purgatur: apud Erotian. scriptum κνησέρᾳ à quo itidem esse dicitur ῥακὸς χονδρῶδες καὶ ἀραιὸν, δι' οὗ διηθοῦσί τινα ὡς δι' ἠθμοῦ, pannus rarus per quem aliqua veluti per colum transfusa purgantur.

Κριβανίτης ἄρτος. idem qui & κλιβανίτης dicitur, de quo vide in voce ἄρτος vbi insigniores panum differentiæ explicantur.

Κρίθαμον. sic dictum à quibusdam τὸ κριθμὸν fuisse scribit Dioscorides.

Κρίθη. hordeum. vulgo notum est. culmo tritici, fragiliore minorique, sed octonis geniculato articulis, simplici in stipula folio, & eo quidē scabro latoque, grana fere nuda longiore capillamēto, mordaci arista striatim spicātur, radice frequenti, coma fibrata. refrigerat, siccat, extergit. Ex eo saluberrima illa ptisana, & tot laudibus ab Hippocrate celebrata conficitur, refrigerandi detergendique facultate insignis.

» pro qua paranda Galen. commen. 1. lib. de diæta » in acutis hordeum eligēdum monet, quod dum » coquitur plurimum intumescit, & succum plu- » rimum reddit, plenum & non rugosum; Ex il- » lo vero decorticato quod Suidas vocat κρίθην κα- » κομαδήν, ptisana parabatur: hordeum autē hoc » duplex est; aliud vnius grani duntaxat μονόκοκκον » dictum; aliud duorum granorum, in spica vi- » delicet δίκοκκον vocatum; Apud Hippocrat. au- » tem lib. de morbis & Aristoph. inuenio proba- » ri solere olim ex hordeo Achilleio; Quid vero » sit hordeum Achilleium Galen. declarauit in » exeg. & Theoph. 3. de causis plant. c. 27. & 8. » de hist. plant. cap. 4. dicentes fuisse hordeum & » magnum & optimum, atque ita fuisse ab agri- » cola quodam Babronio, cui nomen erat Achil- » les nuncupatum: Curiosam autem hordei præ- » parādi rationem ex Pherecrate recitat Eustath. » his verbis, τὰς κρίθας δεῖ πτίσαι, tundere, pinse- » re; φρύγειν Torrere; ἀποσείσαι, in cernículo cri- » brare aut corbe; αὖθις ἀφὰ rursum aspergere: » Ἀλέσαι molere; μάξαι manu subigere: παρεθεῖναι » edendam apponere.

Κριθή. hordeum vel hordeolum. Est tuberculum paruum, oblongum, palpebræ cilio, qua pili sunt, adnascēs. Externum est & foris prominet, atque in eo, sicut Celsus ait, tunica quiddam quod difficulter matureſcit, comprehensum est. Ex quo patet plurimum pituitæ in eo contineri, vel simplicis vlcæque, vel cum alio humore mistæ. Sic dicitur ab hordei similitudine. Græci alio nomine ποδίκη appellant, vt scribit Gal. extremo lib. 4. τῆς τέχνης.

» Vel plurali numero ποδίκες; sic enim & vete- » rum Græcorum nonnulli vocauere vt ab isago- » ges author c. 15. & Aetio lib. 7. c. 8. compro- » batur: Cornarius, Aetij interpres Latine vertit » (præputiolum) à similitudine, vt putauit, ad » πόδην, id est, præputium, pudendi virilis nomi- » ne deducto; Sed quam habeat cum præputio, » vel ipso etiam pudendo similitudinem haud in- » telligo: fit vero potius ποδίκη à nomine πόθος quod » desiderium est, siquidem mulierum hæc vulga- » ris opinio est, propter prægnantium mulierum » desideria hūc morbum aduenire, quoties, vide- » licet quidpiam desiderant, quod in alicuius alte- » rius manibus sit, nisi enim desideranti grauidæ » illud præbeatur hordeum illis adnasci aiunt. Cæ- » terum introductorij author c. 15. non modo in » externis palpebrarum partibus (vbi scilicet pili » nascuntur) gigni hordeolum voluit, verum & » in interna palpebræ regione iuxta coronam, id » est, oculi iridem.

Κριθή. præterea pudendum virile significat apud » Aristophanem in Pace.

» A voce κριθὴ fit κριδίας, & κριδίασις, morbus qui- » dam equorum apud Aristotelem 8. de histor. » anim. c. 24. quem hordeationem appellauit Ga- » za & Ruellius, cuius morbi indicium Aristo- » teles inquit esse quod palatum molestet, & » feruentius spiret equus quam pro consuetu- » dine.

» Κριθινὸς ἄρτος. panis hordeaceus, vide ἄρτος.

» Κριθινὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος.

» Κριθῶν. vide paulo ante κριθή.

Κρικοειδεῖς. appellantur sic cartilagines in pharinge » existentes annuli modo compositæ, in eum » vsum à natura datæ, vt firmus sit continuæ ani- » mantis respirationi meatus ne comprimatur; appellantur & κυκλοτερεῖς Galen. in isagoge: κρί- κος autem annulus est siue circulus.

Κρίμνον. farina crassior, vt quæ per cribrum laxio- ra habens foramina transmissa est, Pollen au- tem, quæ per κρησάρας siue ἀλευρόκοσκον: Gal. enim in lex. Hippocr. κρίμνα vocari scribit τὰ ἀδρὰ ἀλ- φιτα τὰ ἀδρομερέστερα καὶ μείζονα τῶν ἀλφίτων, quæ cras- siorem in modum molita sunt; Sic idem simpl. medic. lib. 7. κρίμνα nominari scribit τὸ παχυμε- ρὲς, ὃ τοῖς πτυείοις, καὶ τὸ ἐν τῷ ζειῶν ἀλεύρῳ, vt & com- ment. 2. in prognost. t. 28. crassiorem farinam quæ effracto hordeo inuenitur grandiuscula, nec perfecte molita est, κρίμνον vocat; & rursus ibidem ἐν τοῖς ἀλφίτοις inquit τὸ μὲν κριθῶδες εἰς ἄκρως λεπτὰ μόρια γίνεται κρίμνα; vt & Dioscorid. lib. 2. c. 12. κρίμνον esse tradit τὸ ἀδρότερον τῆς κα- τεργασίας τῶν ἀλεύρων γινόμενον, ἔκ τε ζειᾶς καὶ πυροῦ, ἐξ ὧν ὁ πολὺς γίνεται, farinam è tritico zeaue crassius confectam seu molitam è qua confici pultes so- lent: abunde autem alere, sed ægre confici, aluum vehementius astringere, si zea ex qua fit prius torreatur: Cum autem Hippocrat. dicit κρίμνον ἀλφίτου ἀδρότερον crassissimam farinam intel- ligit: fieri autem ex olyra crassiorem farinam, quam Græci κρίμνον vocitant idem Dioscor. author est.

Κριθμόν. herbula est fruticosa & vndique foliosa, cubiti fere altitudine, folijs pinguibus, nume- rosis, albicantibus veluti portulacæ, latioribus & longioribus, salso gustu. flores candidi sunt, & semen ceu rosmarini, odoratum, molle, ro- tundum, quod siccatum rumpitur. habet intus tritici modo nucleum, radices digiti crassitudi- ne, tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. Nascitur in maritimis & petrosis. Apud Hesy- chium est κριθμός, apud Galenum κρίθμον.

Κριμώδης κατάστασις. dicitur farinæ crassiori similis. Fit autem, vt ait Galen. libr. 1. de crisib. aut propter vehementem colliquationem, aut ca- lorem ardentem à quo sanguis aduratur. Ita- que omnis eiusmodi hypostasis mala est, vt scri- bitur in prognost. Nam si per exitiales mor bos inciderit, breui futuram mortem significat: si vero in morbis non mortiferis apparuerit, mor- bi longitudinem portendit, vt habetur aphor. 31. lib. 7. Sed plurimi quidem per eiusmodi mor- bos cito pereunt, aut si euadant diutissim è ægro- tant. vide κατάστασις.

Vide & apud Galen. plura comment. 2. in prognost. p. 28.

Κρινανθέμον. sic dictum esse à quibusdam τὸ κρίνον, hoc est lilium, Dioscorides author est.

Κρινόμυρον. vnguentum liliaceum quod & μυρδινήσιον, & αἰγύπτιον μύρον λευκὸν & σώσινον μύρον. hoc est, Ægyptium vnguentum, album, & susinum vn- guentum appellatur, vt author est Galenus in explicatione vocum Hippocratis. Constabat li- lio & quibusdam aromatis, vnde vnguenti non etiam olei nomen habuit.

Vide μυρδίνησιον & Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν.

Κρίνον. lilium. herba est caule simplici, tricubitali, comoso, folijs longis, satyrij effigie, ex herbaceo nitentibus, radice bulbosa, flore emaculati can- doris, calathi forma, extrinsecus striato, resupi- nis per ambitum labris, luteis emicantibus ex fundo calycis apicibus, alterius quam flos odo- ris. λήριον, à quibusdam dicitur, vt scripsit Dios- corides. ex quo vnguentum fit λήριον siue σώσι- νον vocatum, discutiendi molliendique viribus

præditum, vuluæque duris tumoribus maxime conueniens.

Κειρωβὸς. trochiſci nomen eſt, cuius deſcriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 12. eo Paulus ſordida vlcera expurgat.

Κειὸς. genus ciceris quod arietinum dicitur, propterea quod arietino capiti ſimile ſit, vide ἐρέβινθος.

Κρίσις. criſis. iudicium. Tribus modis apud Hipp. ſumitur. Vno ſignificat ſimpliciter τὴν λύσιν, hoc eſt ſolutionem: vt quo prognoſtici loco ſcribit optimam vrinam eſſe, in qua per totum morbi curriculum, donec ipſe iudicatus ſit, ſubſidet album, læue & æquale. Neque enim aliter κρίνεσθαι illic interpretatur Galenus quam λύεσθαι, hoc eſt ſolui: vt nec alijs plærisque locis, cum κρίνεσθαι in luxationibus vſurpat. vnde Corn. Celſus plæraq; ex Hippocrate in Latinum conuertens, κρίνεσθαι nunquam aliter vertit quam ſolui & finiri morbum. Eodem etiam modo ephemeræ & hecticæ febres dicuntur iudicari per abuſionem, vt ſcribit Galen. lib. 2. de criſibus, quod & ſine magna perturbatione & minime ſubita permutatione finiantur. Altera vero ſignificatione ἡ κρίσις eſt motus vehemens naturæ, ad rei cuiuſlibet moleſtæ depulſionem. Hæc quidem generalis eſt τοῦ κρίσιμου ſignificatio, ſecundum quam non modo morbi, ſed & conceptiones & abortiones & partus & omnino quæcunque magno naturæ conatu indigent, dicuntur iudicari. Sic enim viſum eſt Hippocrati libello περὶ ἑπταμήνου ſcribenti: τοῖς δὲ γυναιξὶν αἱ συλλήψιος τοῦ ἐμβρύου, καὶ ἡ τεκνωσιὴ τε καὶ οἱ τόκοι, ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ ἐν ᾧπερ αἱ τε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίειαι κρίνονται τοῖσι σύμπασιν αὐθρώποισι. ταῦτα δὲ πάντα, τὰ μὲν κατ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατὰ μῆνα ξυνοσημαίνει, τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτὸν. hoc eſt, mulieribus autē & fœtuum conceptiones & abortiones & partus eodem tempore iudicantur, quo & morbi & ſanitas & mors cunctis hominibus: ſed omnium iſtorum alia quidem diebus, alia menſibus, alia dierum quadragenarijs, alia vero annuo ſpatio videntur euenire. Ac Hippocrati quidem conſentanea ſcripſit Ariſtoteles libro 4. de generatione animalium cap. 10. his verbis: ratione optima tempora omnium & grauiditatum & generationum & vitarum, dimenſionem circuitibus ſibi expoſcunt recipere. Circuitum autem ſcribit ſe appellare diem, noctem, menſem, annum & tempora quæ ijs deſcribuntur, atque etiam Lunæ traiectiones. Verumtamen non omnis naturæ conatus ad vacuandum propulſandumque quicquid ei nociuum eſt, criſis dici debet, ne quotidianam excrementorum vacuationem criſim eſſe cogamur fateri: ſed is modo qui vehemens ſit, nec niſi certis dierum, hebdomadarum, menſium aut annorum periodis contingit. Nam cum authore Galeno, τὸ κρίσιμου nomen à foro ad medicinam tranſlatum ſit (qua in re ego potius illi aſſentior, quam alijs qui κρίσιν excretionem vel naturæ conflictum interpretantur, quod κρίσις καὶ κρίνεσθαι vtrumque aliquando ſignificet. Neque enim κρίσιν, non dico malam, ſed omnem quæ bona ſit, excretio ſequitur) quod perinde natura cum morbo decertet atque reus cum petitore. atque vt in foro alteram partem cauſa cadere neceſſe eſt, ita hic naturam aut vinci aut vincere oporteat: quemadmodum non de leuibus rebus, ſed grauioribus actiones inſtitui ſolent & iudicia exerceri, ſic non omnis naturæ motus, quo onus omne ſuperfluum à ſe deponat, criſis appellari debet, ſed magnus modo, & in quo natura videtur plurimum laborare. Talis quia maxime circa morbos apparet, atque in eius contemplatione medici præcipue verſantur, ideo τὸ κρίσιμου nomen morborum tantum proprium videntur feciſſe, & ad eos retuliſſe omnia quæcunque de criſibus conſcripſerunt. Ex quorum ſententia hæc breuiter de morborum criſi dicemus. Igitur criſis tertio ſuo ſignificatu varie à veteribus medicis definita fuit. Alij enim, vt ſcribit Galen. ſubitam in morbo mutationem, alij ad meliorem ſtatum inclinationem ſolam, alij eam quæ antecedit agitationem, alij integram omnem morbi ſolutionem, alij eam tantum quæ bona ſit, criſim dixerunt. Hippocr. vero, ſicut recitat Galen. appellat κρίσιν permutationem magnam in morbo repente factam: cuius ipſe quatuor differentias aſſignat lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, ſcribens, ἐπὶ ζωτικὸν ἢ ὀλεθρον, ἢ ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον. hoc eſt, ad ſalutem aut mortem, vel inclinationem ad melius vel deterius. Siquidem per huiuſmodi mutationes nonnunquam ſubito integra ſanitas reſtituitur, aut moritur æger, aut lenior aut deterior morbus euadit. Addit vero Galen. initio lib. 3. de criſib. alias duas quas miſtas vocat, quum ſubita aliqua ad melius aut peius commutatione facta, deinceps morbus eodem tenore progreditur, donec æger vel conualuerit vel extinctus ſit. Earum duæ bonæ, duæ malæ dicuntur. Verum ea ſola quæ ſubitam affert ſanitatem ſimpliciter criſis appellatur: nam quæ mortem adfert, mala criſis eſt: aliæ non κρίσεις, ſed ſimpliciter λύσεις, vt ait Galenus, vel ἐλλιπεῖς κρίσεις vocantur. Omnibus diebus earum aliqua fieri poteſt, non tamen omnis omni die: nam bona, quam abſolutè κρίσιν dicimus, ſeptimum, decimumquartum, vigeſimum, vigeſimumſeptimum, quartum & triceſimum, quadrageſimum, ſexageſimum, octogeſimum, centeſimum, centeſimum vigeſimum, qui dierum iudicantium poſtremus eſt, atque ad horum proportionem ſequentes poſtea menſes annoſque ſibi vendicat. Et hæc quidem dierum criticorum proportio, quod certo ordine cōſtet, κόσμος ab Hippocrate appellatur. Incidit vero & in alios aliquando dies, vt tertium, quintum, nonum, & alios quoſdam: verum hi multo frequentius aut imperfecte ad ſalutem, aut plane ad interitum iudicant. Mala vero fere in ſextum, octauum, decimum, duodecimum incidit: quorū omnium rationes Galenus in li. de diebus criticis explicauit. Cæterum cum hæc quatuor ſunt κρισέων genera, in ea tantum quæ optima eſt cognoſcenda definiendaque medici operam ſuam poſuerunt, quod ea agnita facile ſit imperfectas malaſque criſes dijudicare, quorum veſtigijs inſiſtentes, omnem eius naturam, vim, proprietates, differentiaſque paucis exponemus. Cum varij ſint morbi, ad eos tantum criſis pertinet, quos humor committit. Hic quia fere ſemper crudus eſt & qualitate vitioſus, niſi totus concoctus & mitificatus fuerit, ſanitas integre reſtitui nō poteſt. Cōcoctionem autem intelligere oportet, non conuerſionem in corporis ſubſtantiam, ſed moderationem quandam & alterationem malignæ

qualitatis in aliam benigniorem & naturæ minus molestam. Quia ergo ne sic quidem concoctus humor nutrire potest, sed naturæ onus est superfluum, eum natura è corpore expellat necesse est: id quod si paulatim & longiore spatio fiat, concoctio non crisis dicitur, morbusque ipse concoctione finiri, non crisi. Siquidem in crisi illam vacuationem sine mora & confertim fieri oportet. Itaque si, vt vniuersus humor subito vacuetur, necesse sit eum totum perfecte concoctum esse (cruda enim non facile expelluntur, naturæ contumaciter resistentia) patet optimam illam crisim non alio tempore quam in morbi vigore contingere, in quo solo humor perfecte concoqui solet. Cum autem vacuatio humoris duobus modis contingat, vno vere & proprie, humore è corpore depulso, & excreto: altero vero, eodem in alteram partem translato, vtroque modo fieri potest crisis, quorum illum κρ' ἔκκρισιν, hunc κρ' μετάστασιν, hoc est, per translationem siue per abscessum, nũcupant. Siquidem humores relicta parte in qua morbum excitabant, locum mutant & alio abscedunt. Quæ criseos ratio etiã κρ' ἀπόσκημμα appellatur. Sunt autem eius quæ κρ' ἔκκεισιν dicitur tot differentiæ, quot habẽtur & vacuationis, per aluum, per vrinas, per hæmorrhoidas, per vomitiones, per sputa, per profluuium sanguinis è naribus, quod proprie Græci αἱμορραγίαν nuncupant, per sudores. Nec tamen omnes ex æquo bonæ habentur. Nam longe melior perfectiorque est, quæ κρ' ἔκκεισιν fit, quam quæ κρ' μετάστασιν. Hæc enim magna ex parte imperfecta est, nec morbum plane soluit. Deinde vero quæ per inferiorem vacuationem contingit, melior quam quæ per superiorem. tum per quam noxius & redundans humor, melior est ea per quã alius humor vacuatur, tum quæ κρ' ἕξιν, vt ait Hippocrates, quam quæ aliter fit, tum quæ per meatus cõuenientes, ad hæc quæ antea die θεωρητικῷ indicata die decretorio obuenit. Fit autem in tam repentina mutatione magna in corpore agitatio perturbatioque, adeo vt præcipuũ fere futuræ crisis signum Hippocrates dicat noctem, quæ crisim præcedit, valde molestam delirijs, vigilijs, comate, doloribus, lacrymis, difficultate spirandi, tenebris ante oculos obortis, summa inquietudine & alijs id genus malis, quæ quidem sicut maxime sunt formidanda & plena periculi, si per initia morbi & ante humoris concoctionem appareant: ita in ipso vigore & post signa concoctionis tuto breuique futuram crisim pollicentur.

» Notandum insuper est crisim accipi pro im-
» mutatione morbi aut degeneratione in alium
» morbum, vt lib. περὶ παθῶν, κρίνεσθαι, inquit Hipp.
» ἔστι δὲ τοῖσι νόσοισιν, ὅτιπερ αἱ νοῦσοι, ἢ αὔξονται, ἢ μαραί-
» νονται, ἢ μεταπίπτουσιν εἰς ἕτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσιν,
» id est, iudicari in morbis dicitur, cum morbi au-
» gentur, minuuntur aut degenerãt in alium mor-
» bum aut terminantur: Quod autem author no-
» ster & Galen. inquiunt τὸ κρίσιμον significationem
» fuisse à foro ad medicos translatam, fortean non
» satis belle congruit, cum multo magis sit ratio-
» ni consentaneum à re militari ipsam transfere,
» cum magna sit inter κρίσιν νόσου, & κρίσιν μάχης affi-
» nitas: vnde etiam sicut κρίνεσθαι exponitur decer-
» nere prælio, sic κρίσιμοι ἡμέραι dies decretorij.

Κρίσις κακή. Iudicationes malæ à Galen. dicuntur quæ cum naturalibus vacuationibus vel abcessi- «
bus factæ, non solum ægros nihil iuuerunt, ve- «
rum etiam deterius quam antea habere fecerunt « comment. 2. in prorrhet. part. 59. «

Κρίσις etiam præter superius explicatas significationes sumitur aliquando apud Hippocratem pro ipsa accessione, vt aphor. 19. lib. 1. sicut Galenus & Philotheus in explicatione eius loci scripserunt.

Κρίσις à quibusdam vocatur medium spinæ foramen, quo omnes spinæ articuli sibi iunguntur, & spinæ medulla à cerebro descendit: magis vsitato nomine σκολιὸ dicta. Iulius Pollux id spatium inter scapulas cauum, quod secundum longitudinem ad lumbos porrigitur, κρίσιν nuncupari scribit, dicens: τὸ μέσον κρ' μῆκος ἀχεὶς ὀσφύος, ὃ τῷ νότῳ κοιλαινόμενον, κρίσις καλεῖται. hoc est, medium id secũdum longitudinem, quod excurrit vsque ad lumbos in dorso cauatum, crisis nuncupatur. forte quod dextram partem à sinistra διακρίνει, hoc est, discernit & disterminat.

Κρίσιμον. dicitur ab Hippocrate lib. περὶ διαίτης ὀξέων, τὸ κρίσιν ποιεῦν τῷ νοσήματι, hoc est, quod facit crisim morbi. quod idem est ac si dicas ὠφέλιμον, id est vtile, vt Galenus annotauit. vt autem idem scribit comment. in prorrheticum, κρίσιμον duobus modis accipitur apud Hippocr. vt signum, & vt causa per se τὸ κρίσιμον. Signum quidem id dicitur, quod futuram crisim prænunciat. Eorum duplex est differentia: alia signa tantum sunt, alia non modo signorum, sed causarum etiam rationem habent. Signa tantum sunt, colli dolor, temporum grauitas, tenebræ oculis obuersantes, vertigines, capitis dolores, lacrymæ inuito obortæ, facies & oculi rubentes, labiorum motus, vigiliæ, somnus grauis, asthma, dyspnœa, præcordiorum retractio, stomachi fastidium, nausea, æstus, sitis ingens, rigor, cardialgia, molestus decubitus, lethargus, delirium, vociferatio. Signa vero & causæ sunt, vomitus, excrementa alui, copia vrinæ, sudores, sanguinis eruptiones, parotides, & abscessus quos ἀποσκήμματα vocant. Nam si quædam ex ijs die θεωρητικῷ apparuerint, eademque proximo die critico grauiora magisque euidentia sint, non est dubium eodem die futuram esse crisim. Qualis vero futura sit, ex alijs notis petendum, tum ijs quæ concoctionem cruditatemque significant, tum alijs quibusdam incertis & ambiguis quidem, sed magnam tamẽ vim habentibus, qualia sunt, mente constare, bene se habere ad ea quæ offeruntur, facile respirare, facile ferre morbum, pulsus bonus, facies sanis simillima, decens accubitus, totius corporis æqualitas, & alia de quibus ab Hippocrate scriptum est in prognosticis. Nam pro horum signorum viribus illa superiora bonam malamue crisim, & perfectam vel imperfectam fore ostendent. κρίσιμον autem vt causa, dicitur omnis vacuatio & abscessus per quem crisis ipsa perficitur, vt vacuatio per aluum, per hæmorroidas, per vomitiones, per sputa, per αἱμορραγίαν, per sudores. Omnes præterea abscessuum differentiæ, post aures, in alas, in inguina, in articulos, in cutem (est enim quidam icterus criticus) & in alias omnes corporis partes. Hæc quamuis κρίσιμα vt causæ proprie dicantur, signorum tamen etiam rationem quandam habent, sicut paulo ante diximus.

Κριτιμος ἡμέρα. iudicatorius siue decretorius dies. Dicitur dies, in quo crisis morbi contingit. Itaque vt crisis omni die fieri potest, sic & omnis dies κρίσιμος esse potest. Nunc autem appello crisim omnem morbi solutionem, in qua quidem significatione etiam febris ephemeræ crisis est. Atque vt sunt multæ τῶν κρίσεων differentiæ, sic & dierum criticorum: alij enim κατ' ἐξοχὴν κρίσιμοι ἢ κριτικοὶ appellantur, in quos sæpissimè & securissime crises incidunt. Alij mali sunt, in quibus magna ex parte fiunt crises malæ: alij vero medij & incidentes, quibus crises contingunt imperfectæ. Est autem omnium fortissimus perfectissimusque septenarius, & qui septenario concluditur, vt septimus, qui morborũ peracutorum terminus est, decimus quartus, qui morborum simpliciter acutorum, postea vigesimus, vigesimus septimus, triceſimus quartus, quadrageſimus, qui postremus est eorũ quibus solent acuti ex decidentia morbi iudicari: & post eum sexageſimus, octuageſimus, centeſimus, vigeſimus & centeſimus, qui, vt Galenus scribit lib. 2. de diebus criticis, constituitur ab Hippocrate omnium dierũ criticorum finis supremus. Deinceps non diebus, sed mensibus & annis crises numerat. Et hi quidem dies quibus certa firmaque vis inest decernendi, κύριαι ἡμέραι, hoc est, principes dies, ab Hippocr. appellantur. Hi autem quamquam præcipui sunt inter criticos, sunt tamen & alij quidam quos παρεμπίπτοντας, hoc est incidentes, vocant, quibus & sua vis inest ad iudicandum, vt tertius, quintus, nonus. Hi omnes vere & proprie critici appellantur. Dicuntur autem & eo nomine aliquãdo illi dies qui singularum hebdomadarum medij sunt, easque in duas partes diuidunt, vt quartus, vndecimus, decimus septimus & reliqui eodem modo, quod sæpe in eos crises bonæ incidant. Hi tamen proprio nomine non κρίσιμοι, sed ἐπίδηλοι & διαρητικοὶ, hoc est, indices & contemplabiles, nuncupantur, quod maiorem vim & proprietatem habeant ad præsagiendam contemplandãque futuram crisim quam ad iudicãdum. Quarta autem criticorum dierum differentia est, in quibus vt plurimum mala crisis euenit. Hi fere à quarto pares sunt, vt sextus, octauus, decimus, duodecimus, decimus sextus, decimus octauus. Inter eos autem decimus quartus & vigesimus non numerantur, quod ille secundæ, hic tertiæ hebdomadæ terminus sit quæ impari numero concluduntur. Itaque reuera impares numeri sunt, sicut Galenus demonstrauit. Eorum vero pessimus est sextus, qui, quod eo plures pereant, tyranni nomen meruit.

Κρισιμώτερα. dicuntur ab Hippocrat. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, omnia quæ magis ad crisim faciunt, eamque magis promouent, vt comment. 2. Galenus explicat.

Κρικὸν. vnguenti nomen ad stigmata, describitur » à Paulo lib. 4. c. 7.

Κροκιδίζειν. verbum est, inquit Gal. ab omnibus medicis de phreniticis dici solitum. significat autem tomentum legere & euellere subtegmina: sicut καρφολογεῖν euellere festucas, vt annotat comment. 1. εἰς τὸ προγνωστικὸν.

» Part. 25. Sed scribunt alij κροκυδίζειν, sic enim » apud Paul. lib. 2. c. 24. pro qua voce dixit Hip» pocr. τὰς κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτίλλειν, Celsus » floccos legere, fimbriasque deducere: id vero fit corporis humoribus ad caput exhalantibus, » quorum vapore purus ille humor inficitur, vn» de prædictæ oriuntur imagines vt in suffusis, vbi » enim niger aliquis aut crassus ante stat, lumen » visorium prohibens foras excedere, pro humo» ris subsistentis natura imagines generantur. »

Κροκὶς. tomentum, floccus siue hapsus lanæ quo medicamenta excipiuntur. Apud Aetium lib. 3. dicitur medicamenti genus πεσσῶν, quod tomento exceptum ano inditur vice glandis. »

Κροκὶς per υ legitur apud Aet. serm. 3. tetrab. 1. » c. 161. de cuius vsu ibidem. »

Κροκοδείλιον. herba est chamæleontis nigri figura, radice longa, aliquatenus lata, gustu nasturcij, aspero, semine rotundo, clypeoli forma, duplici. Semen calefacit, digerit, exiccat, & acrimoniam habet. Galenus & Aetius etiam κροκοδειλίδα appellant, eaque ad cephalæas vtuntur.

Κροκοδείλιον. etiam dici à quibusdam τὸν δίψακον, Dioscor. author est.

Κρόκομαγμα. est retrimentum crocini vnguenti. Sic autem dicitur quod expressis vnguenti crocini odoramentis & in formas digestis paretur. μάγματα enim appellantur quæ expressa aliqua materia supersunt crassa, fæculenta & lignosa. Ad differentiam autem additur materiæ nomen, vt κρόκομαγμα, ῥόδομαγμα. Verum cum vnguentum pluribus modis præparetur, palam est varias etiam haberi crocomagmatis differẽtias. Vnam Dioscorides recenset, Paulus duas, Aetius item libro 6. quartam, ab alijs differentem quæ eadem est cum ea quam Galen. recenset lib. 2. de antidotis ex Damocrate, nisi quod amyli & gummi pondere variant. Optimi eas esse notas scripsit Dioscorides, vt odoratum sit, modice myrrham olens, graue, nigrum, ligni expers, læue, subamarum, quod madefactum croci colorem reddit, gustatumque vehementer dentes ac linguam inficit, aliquot in horas permanente colore, quale quondam fuit quod è Syria deportabatur. Hoc oculorum claritati plurimum conferre dicitur, caliginem discutere, vrinam ciere, excalfacere, concoquere, mollire & respondere aliquatenus croco, vtpote cuius plurima parte sit particeps.

Κρόκος. crocus, siue crocum. Herba est foliata pene in capillamenti exilitatem, cauliculo angusto & breui, florem producente cœrulei calycis in quo flammea croci stamina, radice bulbosa copiosaque & viuaci. Galli Mauritanos imitati saffranum appellant. Calfacit secundo ordine, primo exiccat, paulum etiam quiddam adstringens habet quod terreum frigidumque est. Cæterum ex croco hæc medicamenta conficiebantur, erantque medicis in vsu, quæ sequuntur.

Κρόκος. etiam oui luteum vocauit Alexand. Tral- « lianus. «

Κρόκινον μύρον. crocinum vnguentum siue ex croco paratum. Quomodo conficeretur Dioscorides explicauit lib. 1. Aliam vero eius compositionem, valde ab ea differentem Paulus recenset lib. 7. Dioscorides suo vires tribuit calfaciendi, somnum alliciendi, siue naribus admoueatur, siue illinatur, pus mouendi, vlcera purgandi, contra vuluæ duritias atque præclusiones, præterea concoquendi, emolliendi, humectandi & permulcendi.

Κροκῶδες κολλύριον. croceum collyrium. cuius triplicis mentionem facit Galenus lib. 4. περὶ τόπων, πακχιανοῦ, παιδικοῦ, λεντηρίου.

» Dicitur vero illud à Celso lib. 6. cap. 6. » διὰ κρόκου.

Κροκώδης ποιός. qui describitur à Paulo libr. 7. cap. 24.

Κροκώδης προχόσεως. cuius compositio habetur apud Paulum & Aetium.

Κροκὸς. herbæ genus. » ἡ ἐχίδνιος βοτάνη, inquit Hesychius.

Κρόμμυον. cepa. Est olus folijs fere porraceis, intus concauis, caule tereti & rotundo, per cuius fastigium semen in orbem spargitur, radice capitata, pluribus cartilagineis compacta tunicis, quæ summatim prætenuibus rufisque vestitur membranis, nigricante vertice, à quo fibræ capillitij modo fruticāt, odore lacrymoso: plura sunt eius genera: excalfacit quarto ordine. Est autem crassarum partium, proinde flatuosa est & concoctu difficilis. Quod si tandem coquatur, malum succum gignit & valde acrem & qui facile febrem accendat. Itaque potius inter pharmaca quam inter alimenta censeri debet. Incîdit enim & attenuat humores crassos, aperit obstructiones & hæmorrhoidas, & ex vtero strangulatas olfactu excitat.

» Sic vero appellatur inquit Athenæ. lib. 9. ὅτι » αὐτῷ ὀσφραινόμενοι, ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύουσιν, oculos enim claudere & emittere lachrymas cõsueuerunt qui ipsum naribus oculisque admouent: » hoc & idem docet Aristoteles in problem. quod » Etymon sequendo vnico potius μ scribendum » esset, vt tum apud Homer. tum apud Xenophont. & Athen. scriptum legimus.

Κρομμυοῤῥιμία. dicitur acidus ructus qualis eorum » qui cepas comederunt, seu acidus ructus ex ce» parum esu.

Κροταφίτης μῦς. musculus temporalis dicitur qui ossa temporum à tota ipsorum cauitate exoriens contegit, innixus ossi iugali quo solo à cerebro & ipsius membranis dirimitur: est autem ille valde sensilis vt qui oblæsus conuulsionem & stupores inducat: motus autem duos habet, homini namque firmanti dentes, & os claudenti atque contrahenti tenditur, hianti vero laxatur: à partis nomine cui incumbit κροταφίτης dicitur, dicuntur enim κρόταφοι tempora.

Κρύσιον. sic dici à quibusdam τὸ διλφίνιον, author est Dioscorides.

κρόταφοι. tempora. Sunt ossa duo cranij, vtrinque singula ad aures sita, trilatera, parte superiore futuris λεπιδοειδίσι, posteriore, laterum ἡ λαμβδοειδοῦς additamentis, anteriore futura quæ cranio & ossi σφηνοειδεῖ communis est, terminata. Sunt autem omnium cranij ossium infirmissima, tum quod tenuissima sint, tũ quod pertusa meatu auditorio & cauata partim ad genæ supernæ diarthrosim, partim ad venæ iugularis ramos intus & foris excipiendos. Non sunt vero simplicia sed multiformia. Namq; portio eius est os λιθοειδὲς, hoc est petrosum, quod protẽsis futurę λαμβδοειδοῦς finibus terminatur, in eaque apophysis inest quã à styli scriptorij specie γραφιοειδῆ & συλοειδῆ, ab acus autem similitudine βελονοειδῆ vocant: alij vero etiã πλήκτρον, quod galli calcar referat. Sunt & in ijsdem ossibus geminæ apophyses, papillis mammarum præsertim vaccinarum similes, & ob id μαστοειδεῖς dictę, musculis inserendis seruientes, & cauæ atque extuberantes, quo aer amplis & anfractuosis earum cauitatibus conclusus magis resonaret auribus. Habent præterea aliam, quæ meatui auditorio dedicata est. Exit præterea & ab his apophysis vtrinque vna ad oculi angulum excurrens & dimidiam partem ossis constituens quod ζύγωμα puncupatur.

Κρόταφον appellat Aristoteles partẽ oculos interiacentem aureisque & verticem; dicitur κρόταφος quoniam κινοῦντες τὸν τάφον velut mortis pars hæc sit prænuntia, hinc Theocritus ἀπὸ κροτάφων πολιόμεθα πάντες γεγαῶτες, id est ex temporibus omnes sumus senes.

Κρόταων. Latinis ricinus. vtrumque à similitudine animalis canibus præcipue infesti. Olim apud Ægyptios dicebatur κίκι, de quo supra. dicuntur & κρόπωνες apud Hippocr. cartilaginea pulmonis bronchia, vt libr. 1. de morbis. Dicitur κρόπων & oleæ morbus, qui ceu quædam solis inustio est.

Etiam κροπώνη Hesychio dicitur, definiturque τὸ ὀπιχνούμενον τοῖς δένδροις, μάλιστα τῇ ἐλαίᾳ, meminitque etiam Theophr. hist. plant. lib. 1. cap. 13. addens à quibusdam nominari πέρμιον & χέσχον.

Κρύνιον. medicamenti compositi nomen est quod vim habet vehementem mouendi vrinam. quare sic dictum est à torrentis similitudine. Eo quondam Esdras & Asclepiades vsi sunt. Compositio refertur ab Aetio libr. 12. vbi agit de ijs quæ ad ciendam vrinam hydropicis bibuntur.

Κρύσματα. plagæ vocantur ex percussione inflictæ.

Κρυσταλλώματον. crustuminatum. genus est potionis quæ ex crustuminis pyris præparatur in modum τοῦ ὑδρομέλιτος, vt docet Aetius extremo lib. 5. Vox Latina mere est quam recentiores Græci vsurparunt.

Κρυσώδης πυρετὸς. est species febris continuæ & ardentis accensæ ab erysipelate circum pulmonem consistente, quemadmodum scriptum est apud Aetium lib. 5. c. 89.

Κρυστάλλιον. sic dictum est à quibusdam τὸ ὕαλλον.

Κρυσταλλοειδὴς ὑγρὸν. crystallinus humor. Est humor oculi duriusculus, purissimus & pellucidissimus. Sic dictus est à similitudine crystalli, siue eo nomine glaciem, siue crystallum proprie dictum intelligamus. Nam & mediocriter durus est, & exquisitissima præterea puritate, pelluciditate claritateque perspicuus. Est autem ei eiusmodi durities, vt per sectionem à cæteris oculi partibus solutus non defluat, sed instar molliusculæ ceræ per se consistat, suamque asseruet figuram. Nec vero eo durior humor vllus in oculo continetur. Candidissimus autem est & splendidissimus, quoniam sit primum videndi instrumentum. Solus enim à coloribus alteratur, & in eiusmodi corpore omnes colores facile citoque suscipiuntur & relucent, neque propter puritatem & coloris synceritatem vitiantur adulterantur-que. Figuram habet rotundam sed depressam anteriori posteriorique parte & latiusculam, nec tam rotundam & protuberantem quàm à lateribus, & superna infernaque parte, quod ad perfectiorem visionem sic formatum esse expediret: figura enim exacte rotunda, paucioribus sui partibus, plana autem pluribus cum suis obiectis communicat. Situs est in medio oculo, estque eius veluti centrum, propter dignitatem & præ-

cipuum in videndo vſum. Nutritur humore vitreo quem habet à tergo, non per venam quidem, quæ nulla ineſt, ſed per διάδοσιν alimenti.

» Dictum & à figura eſt φακοειδὴς ὑγρὸν, quia ſit » lenti ſimilis, rotundum ſcil. & oblongum. dicitur etiam διπυρηνὶς.

Κρύσταλλος. cryſtallus. eſt ſuccus intra terram frigore concretus. Itaque ex marmorum ſaxorumue canalibus effoditur, vel venis fibriſque detectis: aliquando aratro excitatur & torrentibus defertur. Sunt qui dicant eſſe aquam cœleſtem gelu vehementiore duratam. Vim habet cryſtallus refrigerandi & ſiccandi atque etiam adſtringendi: ideoque dyſentericis in vino conducit.

Κρυπτορχὶς. dicitur cum teſticulus aut teſticuli recedunt & occultantur Galen. in definit. medicis.

Κρύωξα. olus apio ſimile, apud Hippoc. naſcens iuxta mare, vt ſcribit Erotianus.

Κτὶς. dicitur τὸ ἰφύδαιον, pubes; Ethymologo τὸ » μόριον, τὸ αἰδοῖον, Cunnus ipſe pudendi muliebris » ſinus, Latini etiam pectinem id vocant, ſic enim » Iuuenalis.

» *Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.*

» Vide ſupra κλεὶς pro quo ibi forte fuit repo- » nendum κτὶς.

Κτένες, dicuntur à quibuſdam dentes primores acuti, qui & δικασπίδες & γλαυκῶπες vocantur. Sunt etiã qui κτένας vocent partem manus externam, τῷ δάκτυλῳ oppoſitam, quam propterea alij ὑπόδυιαν, alij παρακάρπιον, alij δῶρον appellant.

Κτηδόνες. vocat Theophraſt. in arboribus venarum » curſus, ſeu venas atque diuiſiones pectinum mo- » do diſcurrentes, vt interpretatur Marcell. Virgil. quæ intus in arbore id ſunt quod foris οἱ ὄζοι. » Nec vero in arboribus ſolum κτηδόνες ſunt, ſed » etiam in membranis & tunicis in corpore humano, cuius ſignificationis exemplum habes apud » Hipp. lib. de corde vbi κτηδόνας vertit interpres » ſtrias & ſegmenta, & Ruffus de partibus homi- » nis l. 2. c. 3. ſcribit oculi χιτῶνα τὸν κερατοειδῆ ex eo » ſic appellatum quoniam κέρατι παραπλησίως εἰς » κτηδόνας διαλύεται, vbi interpres vertit fibras & » filamenta: Cæterum etiam per ι. κτιδόνες ſcriptum » repereris.

Κυαθίσκος. ſic dicitur chirurgici ſpecilli pars altera concaua, in parui cyathi modum, qua aliquid vel extrahi vel infundi poteſt.

» Adiecta autem illi voce μιλωτὶς, priuatim » quod auribus deſtinatum eſt ſpecillum ſignifi- » cat, quod Latinis auriſcalpium vocatur; Celſus » & Scribon. Largus ſpecillum auerſum vocant, » vt & Marcellus Empiricus, auriſcalpio (inquit) » auerſo quam partem κυαθίσκον Græci vocant.

Κύαθος. cyathus. Eſt & liquoris & rei aridæ communis menſura apud Rom. ligulas ſiue cochlearia quatuor continens. Erat autem ſextarij pars duodecima. apud Atticos autem & ipſe tam liquidorum quam aridorum menſura erat, capiẽs κόχλας 11. ſiue μύστρα IIII. ſiue χύμας v. ſiue ſeſcunciam. id quod notum eſſe poteſt ex Gal. l. 2. τῶν κατὰ τόπους, c. 5. ſcribente è Critone remedia ad varos. Mellis, inquit, Attici cyathũ 1. ſiue drach. XII. Apud Rom. quidem cyathi nota erat iſta, Cυ. apud Græcos vero κ per cuius apicem inferiorem linea recta per obliquum ducta eſſet, υ deſuper impoſito.

Κύαμος. faba. Eſt legumen valde aliquando procerum ſcapo recto, folio carnoſo, portulacæ ſimili, flore criſtato, verſicolore, hirto, ſiliqua plærumque ſemipedali, fructu intus lato humani vnguis effigie. Ea autem maior etiam eſt faba Ægyptia, quam alij Colocaſiam, alij Ponticam vocant, vt quæ calamo ſit quatuor cubitos longo, folioque latitudine concauitateque ſpectabili, ita vt aquam continere poſſit, & Alexandrinis poculorum & catinorũ vſum præbeat, qui adeo Nili ſui dotibus gaudent, vt implexis colocaſiæ folijs in variam ſpeciem vaſorum, potare gratiſſimum habeant. Ex ijs autem factum poculum Athenæus, Strabo, Heſychius κυάθειον dici teſtantur, Quo factum eſt, vt ſæpe apud medicos τὸ κυάμου nomen occurrat pro menſura, non quidem certa, ſed ſimpliciter rei alicuius menſurabilis capaci, quæ & κυάθειον & κυάθιον vocata fuit, qua liquores metiuntur, vt apud Aetium, vbi de picra exhibenda ait, ἡ δόσις κοχλιάριον σὺν μελικράτου κυάμοις δ'. καὶ ἐπιπροσθείτω ὕδατος θερμοῦ κυάθοις β'. hoc eſt, doſis cochlearium, cum aquæ mulſæ cyamis quatuor: & ſorbeat aquæ calidæ cyathos duos. Similiter apud Galen. lib. ad Pamphilianum de Theriaca, vbi ſcribit eam ex paſſo aut aqua mulſa exhibendam fabæ Ægyptiæ magnitudine.

Fabæ autem Ægyptiæ pondus, cuius frequẽ- « tiſſima mentio à Galeno atque alijs Græcorum « medicis habetur, qualenam fuerit, docuit Soranus Epheſ. 24. cap. ſuæ Iſagoges, vbi eam docet « continuiſſe ſcrupulos duos quod ideo veriſſimile « puto, quoniam ex Plinij loco nuper citato granum Ægyptiæ fabæ cæteris valde maius fuiſſe « manifeſto colligitur, vt his rationibus nullam fi- « dem habeam libro de ponderib. & menſuris Galeno falſo adſcripto, in quo legitur fabam Ægyptiam pependiſſe obolum & ſemis. De fabæ autem facultatibus quia author ne verbũ quidem, « hoc nos adnotabimus cibum eſſe flatuoſum admodum, adeo vt neque ſi tribus coxeris diebus « flatu carentes reddideris ait Gal. libr. 1. de diæta « in acut. atque idcirco Pythagoreis interdictum « putatur ne fabis veſcerentur, quia is cibus tranquillitati mentis eſt valde contrarius, iubet vero « nos Plato (inquit Tull.) ſic ad ſomnum proficiſci, vt nihil ſit quod errorem animis perturbationemque afferat. «

κύαμοι. etiam dicuntur teſticuli quod ſint εἰς τὸ « κυεῖν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τῷ κυεῖν. vide Gell. lib. 4. cap. « 11. vbi ad huius ſignificationis exemplum, quemdam Empedoclis verſum profert, nonnullos taxans qui κυάμων voce legumina intelligerent « non vero teſticulos ſeu rem veneream. «

κύαμος. etiam in papilla dicitur quum in pubeſcentibus aliquantum creſcit & tumidior fit ait Euſtathius, inde κυαμίζειν puellæ dicũtur cum mammæ fratrant, id eſt primum tument, hæc enim eſt « verbi ſignificatio ſecundum Feſtum: hac vero « voce Ariſtophan. maturitatem ætatis in mulieribus ſignificauit, teſtibus Polluce & Camerario. Quin & Polluci quoque dicitur κύαμος « prima ſub papillæ circulo lactis conſtitutio. «

κύαμοι. etiam ab Aſianis dicebantur οἱ ὄνοι id eſt « aſelli ſeu millepedæ vt ſcribit Galenus. «

κύαμον. etiam Pythagoricis non legumen ſeu fabam, ſed ouum ſignificaſſe, quod quaſi κύησις, id « eſt fœtura animalis eſſet, & conceptum eius intra ſe clauderet ſcribit Marcell. Virgil. in Dioſc. « l. 2. c. 43. atque id voluiſſe Pythagoram dum iuberet abſtinendum à fabis vbi pro (fabis) ouis « reponit, nouo paradoxo, ſed nonnulla interim «

» pro ſuæ interpretationis fide ſcitu digna de ouis
» ad ferens: atque illud inter cætera quod illi fidem
» faciat ex Agellio notandum lib. 4. cap. 11. dixiſſe
» Ariſtoxenum Ariſtotelis auditorem diligentiſ-
» ſimum in libro quem de Pythagora reliquit, nul-
» lo ſæpius legumento Pythagoram vſum fuiſſe
» quam fabis, quoniam is cibus & ſubduceret ſen-
» ſim aluum & læuigaret: illud inſuper pro re pro-
» poſita notandum ex Marcelli loco citato fuiſſe
» hoc Pythagoræ decretum, compar cenſeri &
» æquale, κυάμους ἐσθίειν, κεφαλαὶ τε τοκάδων, hoc eſt,
» illo interprete, comediſſe oua & parentum capi-
» ta, vbi multa de ouis philoſophatur.

κύανος. cæruleus. lapis eſt, ſiue ſuccus in metallis concretus. Duplex eſt, natiuus & factitius. Natiuus foſſilis eſt, & in venis fibriſque ortus, aut per ſe reperitur ſabulo arenæue duræ ſimilis: aut abraditur à materia metallica, plærumque ſimilis arenæ. hic tantopere amat chryſocollam, tantaque illi naturæ familiaritate coniunctus eſt, vt hi duo ſucci concreti frequentiſſime ſimul nati vni eidemque glebæ metallicæ adhæreant, videaturque alter prope appoſitus alterum incluſum ſepire atque complecti. Factitij autem plures ſunt ſpecies, atque ex his aliquæ natiuo precioſiores, quarum præſtantiſſima fit hoc modo. In vaſculum quernum infundunt libras tres acerrimi aceti, in quo factitij ſalis ammoniaci in puluerem triti quadrans fuerit diſſolutus, atque in vaſculi medio bacillum ſtabiliunt, deque eo laminas argenteas rimulis plenas ſuſpendunt, vt modo non attingāt acetum: rimulas autem prius argento viuo oblinunt, deinde vaſculum operculo obturant, & fimo terraue obruunt. Poſt viginti dies vaſculum aperiunt, id quo laminæ veluti ſitu ſqualent, deradunt, atque vaſculum ſecundo tertioque fimo & terra obruunt, viciſſimque deradunt, vſque dum laminæ deficiant: tum nouas de bacillo ſuſpendunt, quę vbi etiam ipſæ fuerint vi aceti conſumptæ, id quod collectum eſt in catinum intus ſpuma argenti obductum iniiciunt, ſubiectiſque carbonibus ardentibus paululum vrunt, mox ablatum & refrigeratum lauant aqua pura. Poſtquam vero omne ſubſederit, aquam effundentes in ſole exponunt vt ſiccetur, faciuntque hoc modo cæruleum longe præſtantiſſimum. Cæterum pictores tam natiuo quam factitio vtuntur, medici natiuo tantum, cui vis eſt reprimendi, erodendi, & exulcerandi.

Eſt & κύανος floris nomen in frumentario agro naſcentis, calice roſarum, ſed ſquaroſo atque triſti, plurimis ſtipantibus cœruleis barbulis: eo pueri ad coronas vtuntur.

Κύαρ. acus foramen: Hippocr. Anatomicis κύαρ eſt auriculæ foramen internum & penitius.

κύϊον. genus ſalſamenti inter marina præſtantiſſimi
» quod ex Pelamide minore fiebat, alio nomine
» ὀρεῖον: vide plura in dictione πέλαμυς.

κύϊτον. τὸ ἀλίκραυον. os cubiti: Hippoc. quod & ἀγκών. Dioſcorides autem ἡ κόνδυλον τῦ βραχίονος, iunctura brachij, ſic nominari dixit, vt ſcribit Galen. At Bacchius, teſte Erotiano, interpretatus eſt κυϊοειδὲς ὀστέον καὶ πλὴν πέρσης, hoc eſt os cubicum & calcem: ſed longe plures τὸν ἀγκῶνα, id eſt cubitum.

Κυϊοειδὲς ὀστοῦν. os cubicum. Eſt os vnum ex quatuor tarſi oſſibus, ſolum nomine donatum, cum reliqua tria careant nominibus. Id calci articulatur ipſamque excipit, cum reliqua tria tarſi oſſa ſcaphoidi coniuncta ſint. Sic dictum eſt quod cubo ſimile ſit. Verum lateribus omnibus eſt admodū inæqualibus & fere aſperis, vt vix quicquam aliud quam latera ſex habeat cum cubo communia. Sed & internum eius latus geminum apparet. Eſt autem os κυϊοειδὲς, vt & reliqua tarſi oſſa, intus cauum, foris gibbum.

κυϊοειδῆ. appellantur in auriculis ea quæ ab anteriore parte in interiorem ſinum ſunt retruſa, & in ipſis ſummitatibus inflexa, vel intorta Galen. in Iſagoge: in quibuſdam vero codicibus legitur κυρτοειδῆ, id eſt curuiformia ſeu curuam formam habentia.

Κὼϊοι. ſic à quibuſdam vocantur ſpinæ vertebræ & præſertim colli.

Κυδωνία. cotonea malus. Arbor eſt omnibus nota, malo vulgari haud quaquam abſimilis, ſed minor, folio anguſtiore, mala ferens varia, omnia adſtringendi vi prædita & ſtomacho vtilia. Quæ in eorum genere inciſuris criſpantur, colore ad aurum inclinato, χρυσόμηλα appellantur: quæ aurea mala dicta fuiſſe Maroni, multorum opinio eſt. Quæ vero minori amplitudine ſunt, & ſerotino prouentu odoratius vibrant, στρούθια nuncupantur à plurimis: cum tamen Aetio ſtruthia dicantur quæ magna ſunt & ſuauiora, minorique placent acerbitate. Ea cæteris præferuntur quæ chryſomela diximus vocari, deinde ſtruthea: poſtremo loco miluiana habentur, quæ notha plærique cenſentur, quod inſitione proueniāt. Omnia tenui pubeſcunt lanugine. Expetuntur in medicina ad varios vſus, quos notauit Dioſcorides. Fit ex ijs vinum, vt ipſe docuit, atque oleū quod μήλινον appellatur: item τὸ διὰ κυδωνίων, ſiue κυδωνίατον dictum, carne cotoneorum & melle quondam, nunc autem ſaccharo conditum, quod tempore Galeni ex Iberia & Syria Romam conuehebatur. Nec vero minima cotoneorum laus eſt, quod in ijs ſcammonium præparandum eſſe Galen. lib. 1. de aliment. facult. docet, ne ſtomacho noceat.

Κυδωνία. herbæ nomē eſt apud Gal. lib. 1. περὶ κράσεως φαρμάκων, qua Galenus odorata reddi medicamenta ſcribit. Sic videtur dicta à ſimilitudine odoris ad mala cotonea. Quæ ſit tamen incertum mihi eſt: niſi ea forte ſit quam Plinius à Gallis Halum vocari, à Venetis cotoneam ſcripſit.

Κυδωνίδιον. Cydoniatum, illius præparationem vide apud Aet. Tetrab. 2. ſerm. 1. c. 139.

κυζικηνὸν. emplaſtri nomen apud Galenum lib. 4. περὶ κράσεως φαρμάκων. refertur & ab Aetio lib. 15. magnique omnino vſus ab eo eſſe proditur.

Κύημα. conceptus. ſic dicitur fœtus duobus primis menſibus, vt declarat Galenus his verbis lib. 1. de ſympt. cauſis: περὶ μὲν τοὺς πρώτους δύο μῆνας ὀλίγον ὑπαπάγεται τὸ αἷμα τῆς μητρὸς εἰς αὐτὸ τὸ ἔμβρυον, ὡς ἂν ἔτι μικρότατον ὑπάρχον. ὅταν δὲ ἔμβρυον ἤδη πως καλῶνται περὶ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἀλλ' ἔτι κύημα. hoc eſt, primis quidem duobus menſibus attrahitur nonnihil ſanguinis ad ipſum fœtum, tanquam minor ſit: quoniam nondum quidem fœtus vocatur eo ipſo tempore, ſed adhuc conceptus. Quanquam autem κύημα animalium proprie ſit, in ijs tamen quæ florent præſertimque in braſſica turn à Græcis, tum à Latinis etiam authoribus vſurpatur. Cymata enim in ijs quaſi κυήματα vocarunt ſcaporum delicatiores tenerioreſq; coliculos quos appetente vere in prima florum germinatione & in ſumma ſtirpe hoc olus profert, diſcretis, verū

clausis adhuc florum calycibus, quales quotannis videre licet, in quibus floris primum mox seminis fœtus clauderetur. Theophrastus l. 7. de plantis scribit à Græcis κύημα dici, in quo flos ac semen clauditur. Latini non tantum cymata neutro genere dicunt, sed etiam fœminino cymas.

» Vt Plin. lib. 19. c. 8. hos autem quos appellat author teneriores coliculos Galen. l. 10. κ. τόπ. ex Anthioco vocat πρωτοτόμους καυλούς, vt & Martialis:

» *Et faba fabrorum prototomique rudes:*

» Et alibi

» *Prototomis pudet heu, fernio cauliculis:*

» Marcell. c. 20. haplosiles caules vocat nimirum ἁπλοῦς, atq; hoc decoctum prototomi caulis » antipathῶς nephriticos sanare ex Anthioco testatur Gal. 10. κ. τόπ.

Κύημα ἡμιτελῶν. quod & ἀτελέμιον, vt oua Gallinarum in fœcunda: fœtus euanidus, quæ & μύλαι dictæ id est molæ.

Κύθιον. nomen est collyrij quod à cinereo colore etiam πίφεον dicitur. describitur à Cornelio Celso lib. 6. cap. 6.

Κυκεών. Hippocrati 6. Epid. mixta potio & confusa » dicitur ex varijs alimentis cum vino, quæ alimentum & potum continet vt ex Galen. patet, modo namque mel, modo polenta, caseus, & oleum » admiscebantur, omnia tamen cum vino apparabantur, vt hoc nomine omnes sorbitiones cõtineantur quæ vinum habent: Erotian. apud » Hippoc. κυκεῶνα πόμα μὴ ἀλφίτων τεταραγμένον dici contendit, & κυκᾶν, τὸ ταράττειν, quæ sane acceptio apud Galen. præcipua esse videtur, & præcipuum dolorum remedium ac leuamentum: » Cyceonis variam misturam indicat etiam Homer. Iliad. λ. & Odyss. κ. vbi variam hanc potionem Vlyssis socijs Circen miscuisse scribit, & » κίρκης κυκεών Circes poculum dicitur, cuius etiam » meminit Plutarch. oratione 1. περὶ σαρκοφαγίας: » huius quoque variam & confusam misturam » describit Athen. l. 11. Dymnosoph: dicitur etiam » κυκεών vt scribit Homeri scholiastes τὸ ἐξ οἴνου καὶ » μέλιτος καὶ ἀλφίτων καὶ ὕδατος εὐκαταμιγῆ πόμα; idem » & tradit Hesych. Hippoc. vero lib. 2. περὶ διαίτης » κυκεῶνα ex aqua aut melle aut vino temperati signi- » ficare videtur, & Gal. l. 1. de aliment. facult. in » ptisanæ præparatione variam Cyceonis mistu- » ram his verbis subindicat, ἔνιοι δὲ καὶ μᾶλλον καὶ κύμινον ἅμα τούτοις ἐμβάλλουσιν, κυκεῶνες τινὰ μᾶλλον ἢ πτισάνην παρασκευάζοντες: hanc autem confusam potionis misturam Latini Cinnum appellant, vt » tradit Nonius Marcellus ex M. Tullio lib. de » oratore: vnde etiam concinnare dicitur: hunc & » potum ex quinque rerum mixtura vino, melle, » caseo, polenta, & olei modico concinnatum sunt » qui pentaploa vocauere, calicem scilicet qui in- » ter Athenienſium Ephebos, victori, qui alios ni- » mirum cursu anteuerterat, dabatur, quem ipse » petulans cum iuuenum choro saltans circum- » ferret, vt apud Athen. lib. 11. legimus: Cæterum » habet & Belgium suos Cyceonas, sorbitiuncu- » las, vino, butyro, caseo & zytho temperatas, ad » depellendam crapulam remedia: huiusmodi autem mixtiones inuenerunt homines, conspecti » vinum sine cibo epotum partes dolentes lædere, » tum inæqualem intemperiem inducendo, tum » etiam replendo, quod cum cibo permixtum non » facit, nam ex vtriusque mediocri mixtione, æquabilis paulatim calefactio in partibus affectis augescens sine multis vaporibus, refrigerata calefacit, & intensa digerit, attenuatis his quæ prius aliquibus in locis ob crassitudinem inhæserant, & continentibus ipsa corporibus rarioribus & laxioribus effectis, quodquidem à leuiter calefacientibus fieri solet, Gal. lib. 6. Epid. comm. 6. ideo ab Hipp. inter remedia doloris capitis κυκεὼν numeratur interprete Gal. eodem in loco.

Κυκλάμινος. herba est foliis hederæ purpureis, varijs, in quibus susque deque albicant maculæ. caule nudo, quaternos digitos æquante, floribus in eo purpureis, rosarum effigie, radice nigra & aliquãtum lata, vt rapum videri possit. Exterget, incidit, aperit, attrahit, digerit. Est & altera κυκλάμινος, foliis & ipsa hederæ, sed minoribus, geniculatis caulibus crassisque circa vicinas arbores capreolorum modo se voluentibus, flore candido, odorato, acinis hederæ mollibus, lenti gustus, aliquantulum acris, radice superuacua. Priorem panem porcinum, alteram sigillum Mariæ vulgus, authore Ruellio, appellat. Præterea cyclaminum tertiam Plinius sibi demonstratam asserit cognomine chamæcisson, vno omnino folio, radice ramosa qua pisces necabantur, quod Dioscorides nomine tenus primæ cyclamino attribuit, ἰχθυόσφαιον à piscium venatu appellans.

Cyclamino autem Græci nomen fecerunt circumactam in orbem eius circinationem contemplati, ἀπὸ τοῦ κύκλου. quasi ab orbe cyclaminum id est orbicularem dixerunt.

Κυκλίσκια. περιελίττα καὶ περιφέρμενον, hoc est, conuoluentem & circumuenientem: apud Hippocratem.

Κυκλίσκος. idem quod πτυχάσκος. orbiculus, pastillus, de quo vide suo loco.

Κυκλίσκος. est scalper exciſorius cauus. sic dictus est quod ima sui parte ad circuli figuram accedat. Eius vsus est in fracturis capitis potissimũ, quum illæ vsque ad membranas peruenerunt: eo enim quod contusum est, excidi debet. Verumtamen quod per eos opus administratur, vitio quidem omnino non caret, cum quatiat immodice caput. Si tamen magnæ sint fracturæ, & ossa quæ fracta sunt vehementer mota, commodum est cyclisciis vti. Sunt autem plures eorum differentiæ. Alij enim latiores, alij angustiores fieri possunt.

Κύκλοι περσικοὶ. τὰ μῆλα, hoc est malæ, apud Hippocratem.

Nam in malis orbicularis quædam rotunditas cernitur: Euripides autem in œdipo κύκλους vocat ipsos oculos.

Κυκλοτερεῖς. appellantur eo nomine cartilagines quædam τῶν φαρύγγων in meatu faucium sitæ, annuli vel circuli modo compositæ: harum vsus est vt firmus continuæ animantis respirationi meatus maneat: appellantur & χρικοειδεῖς Galen. in Isagoge.

Κυκλώπιον. albugo oculi. totum illud dicitur quod in oculo albicat. Aristot. λευκὸν vocat. Dicitur etiã σφενδόνη per metaphoram, quod non aliter pupillam, quam pala annuli gemmam includat.

Dicitur etiam alio nomine. λοσὰ.

Κυνάδεια siue

Κύνες. sunt collyria quædam ἄδηκτα multorum generum. Ex his enim alia dicuntur κύνες simpliciter, alia cum addito, vt κύνες reginæ apud Gale-

num & Aetium. & κύκνος ex terra Samia apud Galenum libro quarto τ κ τόποις. κύκνος κεφὶς & κύκνος λευκὸς apud Paulum Æginetam. nec dubium est à colore sic appellari. Prævalebat enim in ijs amylum, & terra Samia & cerussa Rhodiaca. erant mordacitatis expertia, & longiori tempore affectæ partis vitiatum humorem consumebant. Eadem vero etiam λιβυσικὰ dicebantur.

κύλα τὰ; Hesychio sunt τὰ ὑπὸ κάτω τῶν βλεφάρων
» κειλώματα, id est cauitates oculorum quæ subsunt
» palpebris, quæ & κυλάδες dicuntur; inde factum
» κυλινδᾶν quod significat εἰδέναι τὰ κύλα, oculis esse
» quasi natantibus, contracto vitio ex longo desi-
» derio atque vigilijs.

κυλικὶς, ίδος. pixis medicamentoria apud Athen.
» libr. 12.

κυλλὸν. dicitur apud Hippocratem crus varum, id est, in exteriorem partem luxatum vel conuersum, adeo vt suræ processus qui talum exterius complectitur, sine stabilimento vllo suspensus relinquatur: quamuis proprie mutilum & imperfectum significet, vt scribit Galen. lib. 3. de diebus criticis, dicens in ea significatione vulgo mensem κυλλὸν appellari qui diebus viginti nouem constet: alios autem perfectos, qui triginta habeant.

» Τῶν κυλλοῖς βλαισοὶ opponuntur vt patet lib.
» de articulis.

κύλλωσις. significat apud Hippocratem distortionem cruris in exteriorem partem, vt Galenus annotauit comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων. Idem tamen comment. 3. dicit nonnullos de omni longorum membrorum distortione κύλλωσιν intelligendam censere, generaleque ei tribuere significatum. Alios vero eo nomine distortionem tantummodo intelligere, in qua in interiorem partem membrum inclinatur.

» Sed notandum in ijs Galeni locis manife-
» stum esse vitium, cum scilicet κυλλὸν vocari scri-
» bitur quando crus in interiorem partem incli-
» nat, vbi pro ἔξω, mendose ἔσω scriptum est
» quam tamen lectionem sequuti sunt omnes in-
» terpretes.

κυλινδᾶν. apud Pollucem scribitur, quod tamen
» alij scribunt κωλινδᾶν, de quo suo loco, & supra
» in κύλα.

κῦμα. nominatur Græcis brassicæ ἀπύρεκτος, id est
» est germen, per contractionem nominis trisyllabi κύημα, vt arbitratur Galen. l. 2. de aliment. fa-
» cult. c. 58. fœlici quadam translatione ventrem
» ferentibus fœminis ad brassicam quæ ineunte ve-
» re turgens succo & complurimum cymosa sobo-
» le grauida coliculos enititur: dicitur & κυμάτιον
» diminutiue quod Cymam Celsus & Plin. appel-
» lant, sed & recentes quorumdam olerum germi-
» natus, turionesue, velut armoraciorum, sinapis,
» naporum, rapi Cymę classicis authoribus vocan-
» tur Columella in hortorum cultu neutro gene-
» re cymata vocauit.

κυματώδης σφυγμὸς. vndosus pulsus. Est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, in quo non tota simul distenditur arteria, sed pars post partem, in modum vndarum. Cum enim fluctuationis initiũ à supernis duci perspicuum sit, atque ad arteriæ fines terminari, pars arterię superior & cordi vicinior primum distenditur, deinde alia secundo digito tacta, mox alia tertio, postremo quarta pollici ægri vicinior, motu tamen manente continuo instar vndarum sese attollentium, secunda vnda priorem semper excipiẽte. Neque enim in hoc pulsu interruptus motus est, sed prioris partis arteriæ distentionem secundæ partis distentio ita consequitur, vt nulla pars à motu libera sit. Sunt autem vndosi pulsus variæ differentiæ, quod quibusdam recta, quibusdam in obliquum vndæ ferãtur, præterea in longum, latum & profundum. Cæterum cum vndoso pulsu coniuncta magnitudo est, quod si accedat paruitas, σκωληκίζων vocatur. Ambo enim cum in eodem genere positi sint, sola quantitate distinguuntur, causarumque magnitudine. Sunt autem eorum causæ, facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel summa organorum mollities. Nam cum à principio in singulas arterias permeans contentio pari firmitate totum vas attollere nequeat, quæ propinquior principi parti est, motum orditur primum, quæ remotior, serius. Minor tamen in vndoso pulsu imbecillitas, maiorque humorum abundantia, quam in vermiculante.

κυμβάλιον. est alterum genus τῦ κοτυληδόνος, id est vmbilici Veneris, vt habetur apud Dioscor. vide κοτυληδών.

κύμβεον. dicitur à quibusdam τὸ σισύμβριον.

κύμινον. cuminum. frutex est vnicaulis, frequentibus ramulis, folio pene fœniculi, semine nudo, copioso & canaliculato, radice subrotunda, quasi bulbosa. Id autem satiuum cuminum est, cuius semen tertio ordine excalfacit, vrinam inde mouens & flatum extinguens. Est & alterum cumini genus quod sponte nascitur, & syluaticum vel agreste nuncupatur, frutice modico, caule palmum alto, prætenui, quaternis quinisue folijs veluti serratis, gingidij diuisura. Capitula in cacuminibus quina senaue sustinet, rotunda, mollia, paleaceum semen complexa. Acrius efficaciusque multo est quàm satiuum.

κύμινον αἰθιοπικὸν. Id dicitur quod in Æthiopia nascitur, ori valde gratum, primumque bonitatis locum in satiuo cumino obtinens. Id Hippocratem βασιλικὸν, hoc est regium, appellasse Dioscorides scribit: licet quidam τὸ ἄμμι interpretentur.

κύμινον θαλασσινὸν. sic dicitur à quibusdam cuminum agreste.

Κύμινον λαγωοῦ. sic dictum fuisse à quibusdam ἀπὸ λαγωπόδος, Dioscor. author est.

κυνάγχη. angina. Est morbus acutus in gutture consistens cum angustiæ sensu & spirandi difficultate. Id quidem videtur ἡ κυνάγχης nomen apud Hippocratem significare, etiamsi nullus tumor in gutture appareat, sed sola spirandi difficultas, nullo existente vel in pectore, vel in pulmone vitio. Qua quidem in re differt anginæ concursus à peripneumonia & laterali morbo, atque ex eo quod angustiæ sensus in gutture est. Sic enim scribit ἐν τῷ περιγωγικῷ: angina periculosissima est, & celeriter enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet, si dolor vehemens est, si vix spiritus trahitur: etenim eodem die iugulat, licet interdum vsque ad alterum, aut tertium, aut etiam quartum diem protrahatur. Quæ vero in reliquis, non minore quidem dolore afficit: in faucibus vero tumorem ruborem que excitat. superiori non minus periculosa est, sed longius spatium habebit, præcipue si vehemens fuerit rubor. Sed tum præcipue malum

prolongatur, cum non solum fauces, sed ceruicem quoque rubor occupat. Maxime vero potest ab ea secunda valetudo contingere, si rubor simul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuertatur erysipelas. Igitur ex his verbis haud dubia coniectura est omnes affectus qui huic loco accidunt, si spirationem quoquo modo reddant deteriorem, ab Hippocrate κυνάγχας nominari, cum nondum curæ esset medicis vel κυνάγχιν, vel συνάγχιν scribere, multoque minus παρακυνάγχιν vel παρασυνάγχιν dicere. Hæc enim nomina à posterioribus medicis inuenta sunt, quibus totidem anginæ species designarent. Sunt autem hæ quatuor, quas hoc modo Paulus enumerat. Prima cum interni ὁ φάρυγγος, id est faucium, musculi inflammati sũt: voco autem fauces internum oris locum, vbi simul conueniunt gutturis gulæque extrema: atque hæc proprio nomine συνάγχη appellatur. Secunda, cum exteriores faucium musculi patiuntur inflammationem, quæ παρασυνάγχη dicitur. Tertia, quando interni musculi ὁ λάρυγγος, id est gutturis inflammantur, quæ peculiari nomine κυνάγχη vocatur. Quarta, cum externi eiusdem gutturis musculi laborant inflammatione: atque hæc παρακυνάγχη nominatur. In quibus quidem differentijs describendis libuit Paulum potius sequi quam Galenum. Est autem præter eas etiam quinta anginæ species, luxatis & prominentibus colli vertebris in anteriora, pueris præsertim ex casu eueniens & fere incurabilis. Itaque abscedentibus ad anteriora vertebris, locus quidem cauus in ea apparet, qui sine dolore non attingitur: musculi, qui cum ipsis communicant, intumescunt, atque interdum alij, tum qui proprij sunt gutturis & ipsum aperiunt, tum qui gulam gutturi coniungunt: aliquando vero obnascitur tuberculum, aut gula quoq; ipsa interdum vitiatur. Et hanc quidem anginæ speciem Hippocrates multis verbis lib. 2. τῶν ἐπιδημιῶν persequutus est, vt refert Gal. lib. 4. de locis affectis, deque ea aphorismum 35. lib. 4. conscripsit. Eam scribit Aetius proprie κυνάγχιν à veteribus appellatam fuisse, quod lingua propter luxatum verticulum à sua radice mota, & proprijs sedibus excedente, factaque multum difficili respiratione, cogantur ægri, aperto semper ore hiare & respirare, & canum in morem linguam exerere. Est autem omnibus anginæ differentijs communis deglutiendi difficultas, adeo vt potus sæpe per nares remeet. Cæterum quæ de angina prodidit Corn. Celsus, non sunt valde cõsentanea ijs quæ modo retulimus, propterea consulto sunt à nobis prætermissa. habentur ea lib. 4. c. 4.

» Interdum (inquit) neque rubor, neque tumor vllus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id συνάγχην vocant; interdum lingua fauceſque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultus est, id ὃς συνάγχη vocatur: illa communia sunt, ægernon cibum deuorare, non potionem potest, spiritus eius includitur; Leuius est vbi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur id παρασυνάγχην appellãt: Porro notandum affectionem hãc etiam λυκάγχην vocari quod huic morbo lupi maxime sint obnoxij, sicut canes vt perhibet Aristoteles 8. de hist. anim. c. 22. dicitur & συνάγχη vel συάγχη, eo quod sues potissimum hac ægritudine laborent: Cæterum hunc eundem affectum esse puto quem Aristoteles eodem lib. c. 21. βράγχον appellat, Gaza raucedinem interpretatur, de qua Plautus in Trinummo vbi quidam persuadere volens, ne æger ægrum nescio quem emeret, dixit in eo sues anginа acerrima perire: Scio hac de re & Aretæum & Cæl. Aurelian. & Celsum dissentire, sed de nominibus, vt frequenter Gal. monet, haud est disceptandum modo de re ipsa constet.

Κυναγχίτης. sic dicitur à quibusdam τὸ ἀζέφυτον, vt habetur apud Dioscor.

Κυναλώπηξ, ῆκος. morbus qui & λυκαλώπηξ appellatur siue λυκαλωπία, de qua suo loco.

Κυνία. herba est cuius cauliculus duúm plærumque palmorum est, folia herbæ mercurialis aut hederæ, subcandida ex interuallis, semine apud folia paruo & rotundo. Græci alijs nominibus κυνοκράμβην & λινόζωστιν ἀγρίαν vocant: Officinæ nostræ sylueſtrem atriplicem, vt vult Ruellius. Sũt qui existiment sylueſtris esse bliti genus.

Κυνικὸς σπασμός. canina conuulsio. Est affectio musculorum maxillarium per quam os, nasus, oculus, atque adeo dimidia faciei pars in obliquum torquetur. Pertinet præcipue affectio hæc, vt ait Gal. ad musculum latum, quem μυῶδες πλάτυσμα appellant. Celsus lib. 4. scribit κυνικὸν σπασμὸν non aliud esse quam distentionem oris. Hanc nonnunquam videas dici conuulsionem, nonnunquam vero paralysim. Sunt enim huius duæ causæ, spasmus & paralysis. Sed spasmus quidem eius partis quæ apparet distorta: paralysis autem partis oppositæ quæ videtur naturalem habitum seruare. Omnis enim pars quæ conuellitur, siue id ab inanitione perpetiatur, siue à repletione, sursum primum contrahitur, deinde secum connexarum quoque partium musculos attrahit. In paralysi vero aliter contingit. Siquidem propter musculorum resolutæ partis imbecillitatem impotentiamque, nerui qui in opposita habentur parte illis prævalentes, perpetuam actionẽ exercent, ad principium suum recurrentes, neque ab ea desistunt, quod à neruis oppositis non reuocentur. Vbi enim neruorum quos aduersis in partibus numero, magnitudine & robore æquales natura inseruit, quædam ἀντίπασις & veluti æquilibrium est, si hi resoluantur, illos perpetuo solos agere oportet, atque ita ad originem suam recurrentes musculos etiam eo adducere.

Sed meminit Gal. morbi cuiusdam quem canem appellat, qui in quo morbi genere contineatur dubium est apud nonnullos: is enim 2. de differ. puls. c. 3. varias Canis nominis significationes proponens, inter cætera ait, quandoque morbum in facie significare: Scio apud Hesych. Phauorinum & alios morbi Canis vocati mentionem haberi, at quid sit à nemine adhuc explicatum iuueni, nisi κυνικὸν σπασμὸν ab alijs intellectum existimemus, quasi simul & Canis nominaretur.

Κυνόγλωσσον. lingua canina. herba est sine caule, humi strata, folijs latifoliæ plantaginis arctioribus, minoribus, lanuginosis: prouenit in sabuletis. Non est ea quæ officinis lingua canis vocatur.

Κυνόγλωσσον. etiam dici plantaginem quæ nomine peculiari ἀρνόγλωσσον vocatur, Dioscorides author est, non quod quæ vere κυνόγλωσσον dicitur, plantago sit, sed non dissimilem foliorum figuram habeat. Qua quidem appellatione minor potius quam maior intelligi debet, quod τῷ

κυνογλώσσῳ

κυνοχλώστῳ proprie dicto similior sit quàm maior.

κυνοδέσμιον. dicitur vinculum quo mẽbri genitalis cuticula cum glande colligatur. Id etiam κυῖα appellant. Latini canem aut caninum vinculum dicere possunt.

κυνόδοντες. canini dentes. sunt dentes quatuor inter incisorios & molares singuli siti. duo superna in gena, & totidem in inferna sunt, singulares radices sortiti. Hi à basi rotunda in acutissimum mucronem fastigiati desinunt. valent ad ea frangenda quæ à primis dentibus incidi non possunt. Siquidem vt incisorum dentium munus est cibos molles diuidere, ita horum est duros valenter confringere. Sic dicti sunt etiã in homine, quod sint canum dentibus quam simillimi. vide in dictione ὀδόντες.

κυνοειδὲς. dicitur à quibusdam τὸ ψύλλιον.

κυνόζολον. dicitur à quibusdam chamæleo niger, vt habetur apud Dioscorid. propter grauitatem odoris.

» Quasi caninum virus olens.

κυνοκάρδαμον. sic à quibusdam dici τὸ κάρδαμον, Dioscorides author est.

κυνοκεφάλιον. dicitur à quibusdam τὸ ψύλλιον.

κυνοκράμβη. brassica canica. cauliculum binũm dodrantum altitudine emittit, mollem, subalbidum: folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitijs subalbida. semen folijs adhæret, paruum, rotundum. dicitur etiam à quibusdam τὸ ἀπόκυνον, vt scribit Dioscorides & Galenus. Dioscor. κυνίαν alio nomine vocari scripsit.

κυνόκτονον. dicitur à quibusdam τὸ ἀκόνιτον, vt scribit Nicander in Alexipharmacis. Canes enim, si ab his edatur, interficit.

Κυνόλοφα, τὰ; dicuntur duæ illæ dorsi asperitates

» quæ primam sequuntur Polluci lib. 2.

κυνόλυσσος. ab Andrea medico dictus morbus qui

» ab alijs ὑδροφόβος, quod ex rabie canina morbus

» ille contingat.

κυνόμαζον. dicitur à quibusdam chamæleo niger, vt habetur apud Dioscord.

» Sic vero vocatur quod in offa vel pulte necan-

» dis canibus detur, ait Ruellius.

κυνομόριον. dicitur à quibusdam ἡ ὀρχεάλγη, vt habetur apud Dioscor.

» Sic vero appellatur à similitudine canini geni-

» talis, non inconcinna repræsentatione, si quis-

» piam enim contempletur herbam, quæ glabro

» singularique caule prosiliens confertos inter se

» flores & quasi in glomum collectos præmon-

» strat, genitalis canini effigiem præstare animad-

» uertet, quod in summo crassius & quasi tectum

» galericulo cernitur.

κυνόμυσσες. dicitur à quibusdam τὸ ἀπόκυνον, quod alio nomine κυνοκράμβη vocatur. Sic autem & Ephesius Rufus ænigmatice appellauit τὸν κυνόσκαπον, vt scripsit Galenus lib. 1. περὶ τροφῆς.

κυνόμυσφος. sic quidam ἡ κρόνον appellant, vt habetur apud Dioscor.

κυνόμυια. dicitur à quibusdam τὸ ψύλλιον.

κυνοπικὸν. collyrij nomen sic vocati quasi caninum

» visum præstans, id est, optimum, describitur à

» Tralliano lib. 2. c. 5.

κυνόῤῥοδον. species rosæ est, florem roseum ferentis, & spongiolas habens, quibus ὁ κυνόσκαπος caret, atque ab eo distinguitur. Plinius author est florem lilij nascentis in Italia cynorrhodon vocari: quod & Hippocr. accepit cum rubentia cynorrhoda fœminarum purgationibus commendat in vino.

κυνόσκαπος. rubus caninus, vel sentis canis. est frutex multo amplior rubo, arboris instar, folijs longe quàm myrtus latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis oliuarum, & cum matureſcit rubente, lanea intus natura. Columella sentem canis nominat: Galli vulgo englenterium vocant. Vim habet adstringendi, sed maxime fructus, qui κυνόσκαπα appellantur.

κυνόσκαπος. dicitur à quibusdam capparis, vt habetur apud Dioscor.

κυνὸς ὄρχις. testiculus canis: dicitur & simpliciter ὄρχις, de quo vide suo loco.

κυνόσκια ὠὰ. oua canicularia, quæ alio nomine dicuntur ἔνεια, vide ὠὸν.

κυνώδης ὄρεξις. canina appetentia. vide ὄρεξις κυνώδης.

Κύος. vide κύημα.

Κυπαειοειδὲς. genus vnum est tithymali, caule palmeo aut etiam proceriusculo, subrubente, folijs pinus tenerioribus exilioribusque, omnino vt nouella pinus possit existimari: hic lacteo succo manat, cui eadem vis quæ & alijs tithymalis. κυπαειοειδὲς vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici nascentem in campestribus.

Κυπάειος. cupressus. Est arbor procera. caudice oblongo & tereti, folio pini, sed magis carnoso, amaro, neque ita pungenti: fronde indecidua, odore vehementi. Semen comis innascitur prætenue, exile & quasi laricis fructui proximum, quod pilula sua fatiscente labitur. Nomen in officinis retinet, adstringit & resiccat, neque acrimoniæ & caloris expers est, sed ea prorsus habet moderatissima. Dioscorides refrigerandi vim illi tribuit.

Dicitur ἀπὸ τοῦ κύειν παείσας τοὺς ἀκρεμόνας, id est, à partu parilium ramulorum.

Κύπειρος ἡ

Κύπειρος. cyperus. Herba est folia ferens porraceis proxima, sed longiora & exiliora, caulem odorati iunci, cubitalem aut maiorem, angulosum, in cuius cacumine minuta folia cũ semine exoriuntur, radices cohærentes inter se oleis oblongis similes aut rotundas, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. in officinis nomen retinet. Rura souchetum vocant. Corn. Celsus iuncum quadratum nominat. Eius radices magno in vsu sunt, calefacientes & exiccantes citra morsum. Habent & quippiam adstringens atq; incidens. Aliud præterea cyperi genus Dioscorides tradit in India nasci, gingiberis effigie, quod manducatum croci vim reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothri vim exhibet. Id Ruellius contendit esse quod ab officinis terra merita appellatur.

Κυπειὰς. dicitur authore Plinio cyperi radix quum oblonga est.

Κύπειρος. cypirus dicitur à Plinio gladiolus, ac quãuis multi cyperum à cypiro non distinguant, vicinitate nominis fallente, nos, inquit, vtrumque distinguemus. Non tamen Græci videntur aliquam eius mentionem fecisse.

Κυπρίνη χρωτὴ. Ceratum cyprinum Paulo dicitur lib. 3. c. 29. de peripneumonia.

Κύπρος. Cyprinum vnguentum appellatur Theo-

» phr. in libr. de odoribus, solito illius more » qui sæpenumero vnguenta nomine eius » materiæ quæ principatum in his habet, afficit: » Sic & ibidem vnguentum è violis albis λευκοΐον, » & φοινικα, id est palmam, vnguentum palmeum, » & κρίνον lilium pro κρίνινον μύρον appellat.

Κύπειρος. liguſtrum. Eſt arbor folijs oleæ latioribus, mollioribus, colore viridioribus, flore muſcaceo, candido, odorato, ſemine atro, non abſimili ſambucino acino, effigie coriandri. Arbor ipſa à Gallis vocatur trœna, in dumetis frequens. huius folia ſummaque germina vim quandam digerendi cum aquea ſubſtantia modice calida, habentque etiam adſtrictorium quiddam ex terrena & frigida ſubſtantia. Eius flos coquitur in oleo premiturque, fitque quod κύπρινον oleum vocatur, modica adſtringendi facultate, & maiore quadam vi calefaciendi præditum.

Κυπάδειον. antidotus quædam eſt bechica apud Nicol. ſect. 5. c. 9. quam Gal. 7. κατὰ τόπ. c. 2. ad verbum deſcribit; alij κοπάδειον legunt, ſed minus » bene; nam ſic haud dubie vocarunt placentulas Lunata & inflexa ſpecie confectas, κύπτω » enim Græcis eſt incuruo & inflecto, hinc κυ» πάδειον placentula curua & inflexa: Cæterum » non eſſe κοπάδειον legendum in Nicolao, hinc » conijcio, κοπάδειον enim diminutium à voce κο» πὸν eſt, quod Græcis medicamentum ſignifi» cat, quod non coquitur ſed tunditur; Coqui » vero lini ſemen cum melle in Nicolai antidoto » manifeſtiſſimum eſt.

Κυρβασία. ἀλεξιφάρμακον. apud Hippocr. quam quidam pileum barbaricum dicunt.

» Vt exponit Gal. in exeg.

Κυρήσια. vide in Κυείσια.

» Τὸ διὰ κυρηναϊκῶν. medicamentum ex liquore » Cyrenaico ad febrem quartanam, deſcribitur » Paulo lib. 7. c. 5.

Κυρία ἡμέρα. dies dicitur ab Hippocrat. qui aliquid certo iudicat & decernit, & in quo iudicia rata firmaque ſunt.

» Alia vero notione lib. 1. περὶ γυναικ. dicuntur » κυριώτατοι ἡμέραι, dies valde accommodati & » opportuni ad conceptionem, nempe vbi fluere » menſes deſierint, vt tum tempus ad congreſſum » valde ſit opportunum, & ad periculum de con» ceptu faciendum.

Κυριακὸς πρόχαρος. paſtilli nomen eſt ad nomas & putredines vtilis, vt ſcribit Oribaſius. hic alio nomine ἀσκληπιὸς appellatur. Refertur ab Aetio.

Κυείσια. Heſychio & Suidæ dicuntur τῶν κριθῶν ἀπο» βράσματα, hoc eſt, acera & glumæ hordei, quæ » decidunt dum aqua maceratur, vel etiam quæ » decidunt quum hordeum torretur in clibano » aut ſole: A Suida non ſolum exponitur τὰ ἄχυρα, ſed etiam τὰ πίτυρα, & quidem τῶν πυρῶν, vt » hoc vocabulo tam hordei quam tritici purgamenta intelligantur, quæ tum decidunt dum » vel aqua macerantur, vel torrentur ad ſolem » aut in furno: Heſychio præterea ſic dicuntur fabarum cortices & farina è milio, ſed huius poſtremæ ſignificationis Gal. nō meminit; is enim » quum κυήσια expoſuiſſet ἄχυρα, ſubiungit, ſignificare etiam τὰ πίτυρα καὶ τὰ τῶν κριθῶν ἀποβράσματα: Galenus inquam apud Hippocr. qui » hoc vocabulo vtitur, cum alibi tum libr. 2. » γυναικ: Porrò notandum vocabulum hoc varijs » modis ſcriptum reperiri; apud Erotian. quidem tranſpoſitis vocalibus κηρύσια, exponitque ἄχυρα & πίτυρα; apud Pollucem κυρήσια exponentem τῶν πυρῶν τὰ φαυλότατα, excrementa & purgamenta tritici; Apud Galen. ἐν γλώσσαις, itemque apud Heſych. & Suidam κυρήσια: apud Hippocr. etiam κυκήσια 2. de diæta.

Κυρκαιῶται. πεφύρθαι. hoc eſt turbatur, apud Hippocratem.

Κύρτιος. podex, apud Hippocr. teſte Galeno pro quo paulo infra κύσταρος.

Κυρτοειδὴς. ſic dicitur auricula parte ſui extrema, qua ab anteriore in poſterius vertitur, & quaſi reflectitur.

Κύρτωμα. Hippocrates in progn. appellauit οἴδημα, hoc eſt, tumorem omnem præter naturam, generali ſignificatione, ſicut Galenus comment. 2. annotauit.

Κύρτωσις. gibberoſitas, ſiue gibboſitas. eſt ſpinæ dorſi diſtortio in poſteriorem partem. Hæc & ἐπισθοκύφωσις appellatur, vel ſimplici etiam nomine κύφωσις, vt annotauit Galenus initio comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων. Oppoſita huic contortio dicitur λόρδωσις, ſpinæ vertebris in anteriorem partem conuerſis.

Κυσὸς. Heſychio πυγὴ, Nates & Podex. Item τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, pudendum muliebre.

Sed pro κυσὸς legendum fortaſſe κύσθος, ſcribit enim Auſonius Epigr. 122.

Dum Cyſthon coſtumque putat communis odoris.

In quo alluſit inquit doctiſſimus Turnebus in aduerſarijs ad mulieris fortaſſis genitale, quod etiam Græcis dicitur κύσθος, cum alioqui etiam Cyſthos ſit frutex ex quo fiebant ſalgama, quæ non exhalant iucundum odorem cum ſalgama referant.

Κύσταρος. podex apud Hippocrat. lib. de natura fœtus: ἐς τὸ κύσταρον ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ τῶν ἐντέρων ἔξω. hoc eſt, ad podicem via fit à ventre & inteſtinis extra. dicitur περικτὸς & ἕδρη.

Κύστις. κύστις σμικρὴ. hoc eſt, parua veſica, apud Hippocratem.

Κυστικαὶ φλέβες. dicuntur venæ gemellæ ſibique valde vicinæ quæ è trunco venæ portæ ceu propagines quædam exortæ, inferuntur in collum & corpus veſicæ bilem continentis, quam κύστιν χολάδοχον appellant.

Κύστις. veſica. Eſt pars membranoſa, vrinam à renibus excipiens & foras excernens. Duabus cōſtat tunicis, vna propria & interna villis valde intertexta, intus rectis, foris tranſuerſis, medijs inter hos obliquis: altera vero exteriore, ex peritonæo pubis os intus veſtiente orta. Vtraque latiſſime diſtēdi, & rurſus in breuiſſimum ſpatium contrahi poteſt, eamque ob cauſam veſica à plæriſque neruoſa dicta eſt ex quadam ſimilitudine, vt & reliqua omnia alba & exanguia, quoniam plurimum extendi, rurſumque in ſe ipſa retrahi & ſubſidere videntur, quamuis ex nullo neruoſo corpore originem ducant, vt nec veſica ipſa, quæ neruulos tantum recipit partim à ramo ſextæ coniugationis, qui per coſtarum radices ad partes ventris infernī tendit, partim ex infima ſpinali medulla deriuatos. Præter hos autem neruos etiam venæ & arteriæ inter veſicæ tunicas à colli lateribus ad vſque fundum ſparſæ ſunt, à ramo per foramen oſſis pubis in crus deſcendēte. Illæ ſanguinem & ſpiritum veſicæ ſubminiſtrant, cū ipſa alioqui exāguis ſit. Ex earum partium numero habetur,

quæ excrementorum sunt receptacula. Etenim in eam renes tanquam in lagenam vrinam deponunt per meatus οὐρητῆρας dictos, qui à renibus prodeuntes, obliquo itinere delati inter ipsius tunicas, paulo supra ipsius os inseruntur. Eam vbi continuerit donec vel quantitate vel qualitate molesta sit, excernit: in fœtu quidem quamdiu vtero continetur, per οὐραχὸν in cauitatem tunicæ allantoidis, editis autem in lucem foras per οὐρήθρας. In hos enim meatus vrina fertur è vesica per ipsius ceruicem, quam musculus ambit transuersis constans fibris, quibus vndequaque constrictis, vesicam claudit, ne vrina effluat.

» Verum & κύστος voce antiqui sæpe totum ventrem inferiorem intellexerunt, vnde ὑποκύστιον » dictum; & Suidas κύστη τὸ ἐφέδριον, τὸ ὑπογάστριον, » τὴν κοιλίαν, imum ventrem exponit quod ibi sita sit vesica, proprie tamen vesicam significat.

Κύστις χολήδοχος. folliculus fellis. vesica bilem continens. Est vesica in cauis iecinoris sita, inter venæ portæ & cauæ radices, bilem ex iecinore attrahens. Constat simplici tunica, villos habente intus rectos, nec ita multos, foris transuersos, & medios horũ obliquos. Ac rectis quidem bilem trahit ex hepate, obliquis retinet, transuersis vero expellit. A collo enim suo stomachos habet duos, vnum in hepar inter venæ portæ & cauę radices numerosis surculis distributũ, quibus bilem in se allicit: alterum vero raro geminum, sæpius simplicem in ecphysim delapsum, quod in ipsum & intestina bilem flauam expellit, euersa facile gemina membrana eius osculum in ecphysi claudente. Maximo illa hepatis lobo dimidia mergitur, reliquam simæ hepatis tunica tegit ad venæ portæ exortum, à qua venulas duas, quas κυστικὰς quibusdam appellare placuit, & à vicina hepatis simæ arteria arteriolas in imum vsque fundum admittit. Recipit vero etiam vna portionem quandam nerui qui à sexta coniugatione per costarum radices dextra parte ad patres ventris inferni peruenit.

Κύπριος. dicitur, vt Plinio placet, primus partus mali Punicæ florere incipientis. Dioscoridi flos est mali Punicæ, ipsius Punici inuolucrum, siue capitulum, quo flore decusso semen concipitur. In hoc ipso cytino flosculi sunt antequam scilicet malum ipsum prodeat erumpentes, quos balaustium vocat Plinius. Adstringit & siccat.

» Est tamen balaustium syluestris Punicæ flos » vti satiuæ cytinus, vt tradit Galen. 6. simplic. » Cornel. Celsus Cytinos eiusmodi tollendæ δι- » αφυμίας gratia, mali punici capitula nominare » solitus est; Cæl. Aurelian. lib. 4. Tard. Passion. » c. 3. & lib. 5. c. 2. Punici caducum quod Græci » κάπινον ῥοᾶς appellant, cum Latinis ampullagium » vocat.

Κύπρος. etiam similitudinis ratione transfertur ad » hyosciami flores, atque hypocistidem, hæc » enim malo granato immaturo similis est, atque » eam ob rem à nonnullis cytinum vocari docuit » Dioscor. cap. de hypocistide. Transfertur & ad » cætera id genus quæ figura Cytinum referre vi- » dentur: & hyosciami quidem flores Cytinos » vocari ex Dioscorid. patet lib. 1. cap. de hyos- » ciamo: Sunt & qui futura mori poma Cyti- » nos dicant, quamquam alij ricinos non Cytinos vocant.

Κύπειρος. cytisus. frutex est incanus totus, vt rhamnus, cubitalibus ramis, sæpe maioribus, circa quos folia fœnigræci aut loti trifoliæ, sed minora, dorso in medijs tumente. Odor erucæ si digitis terantur, commanducatis gustus ciceris recentis. vim habent digerendi, aqueæ & temperatæ mistam, sicut & maluæ. Cytisum Romani trifolium maius appellant.

Hæc alio nomine ἀρνόγλωσσον vocatur authore « Hesychio, sine dubio quod eius folio gaudeant « agni, vnde Maro: «

Lupus ipse capellam, «
Florentem Cytisum sequitur lasciua ca- «
pella. «

Κύπελλον: vocabulum generale est significans id om- « ne quod cauum est; Sic apud Aristot. & Plat. « κύπελλον τὴν κεφαλῆς κοίλην, caua & inanis capitis cõcha, « ἀπεσχωμὴ videlicet quæ capillis tegitur, quę & ab- « solute κύπελλον vocatur teste Polluce: Corporis « quoque truncus κύπελλον nominatur Aristoteli 1. de « hist. animal. c. 7. «

Κῦφι. Ægyptium nomen est. eo thymiamatis compositio designabatur dicata Dijs, quam sacerdotes vespere quotidie cremabãt. Erat autem miscella, vt Plutarchus ait commentario de Iside & Orisde, propter quadratum numerum sedecim literis sacris contenta, ex melle, vino, vua passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, iunco, bryo, calamo, vtraque iunipero, lacaphtho, cardamomo, bitumine. Id autem κῦφι ἱερατικὸν hoc est sacerdotale seu sacrificum, appellabant. Dioscorides proximam condẽdi huius rationem explicauit, scribẽs & alias plæraſq; eiusdem confectiones tradi. Neque enim religionis tantum causa, sed etiam ad sanitatẽ vsurpabantur. Siquidem valebant & ad conciliandũ odorem gratum, & naribus ab antiquis admouebantur, vt catharros concoquerent, soluerent obstructiones, purgarent cerebri ventriculos & morbis pestilentibus resisterent. Per os quoque assumebantur, vt pectori inhærentia concoquerent, & iecinoris frigiditatem emendarent. Ac quãquam permultæ ad eos vsus compositiones essent, duæ tamen præcipue fuerunt cognomẽtis insignibus, & à Paulo & ab Aetio descriptæ, quarum vnam κῦφι ἡλιακὸν, siue τὸ διὰ τῶν λς', hoc est Solare, siue ex triginta sex rebus cõpositum: alteram vero κῦφι σεληνιακὸν ἢ τὸ διὰ τῶν κε', id est, Lunare, siue ex viginti & octo rebus apparatũ, vocabant. vel quod illud Soli, hoc Lunæ priuatim incenderetur & inseruiret, vel quod maxime probabile est, quia illud in Solis formam, hoc in Lunæ figuram effigiatum esset. Solebant enim antiqui thymiamata ista specie quadam effingere. quod & hodie in ijsdem videmus obseruari: formantur enim etiam nunc in auicularum modum quas cyprias auiculas, corrupto nomine pro cyphias vocant, vestigio tamen veteris nominis adhuc relucente.

Sunt autem præter iam enarratas aliæ pleræq; « cypheos descriptiones, de quibus Gal. 2. de anti- « dot. c. 2. 8. κεφ. τέτ. c. 5. & 7. Dioſc. l. 1. c. 24. Paul. « l. 7. c. 11. & 12. Aetius l. 7. c. 116. & tetrab. 4. serm. « 1. & Oribas. li. 3. synops. nec non Plutarch. loco « citato, qui & scribit solemnẽ illam cypheos cõ- « positionẽ fieri solitam non temere, sed recitatis « dum seplasiarij componerent scripturis: esse « autem κῦφι Hippocratis παράδοσιν contendit «

» Ludouicus Sauotius libello proprio, vide πτερύγιον.

Κυφοειδές. dicitur medicamentum in formam τῆς κύφεως compositum. Idem tamen reuera est quod κῶφι. sed quia τὸ κῶφι proprie ad Deos & sacrificia pertinet, antiqui medici in eo superstitiosi, medicamenta, quorum vsum à Dijs ad homines transferebant, maluerunt κυφοειδῆ quam κῶφι appellare, vt Andromachus, cuius aliquot huius nominis compositiones referuntur à Galeno.

» Lib. 8. κατὰ τόπ. c. 7. describitur & κυφοειδὲς antidotus ad frigidas iecoris intemperies à Trallian. li. » 8. c. 4. sic dicta, vt & aliæ, quod in formam τῆς κύφεως componerentur.

» Κύφων. pro σωλάγχνῳ. positum reperitur.

Κυφώνιον. medicamenti cuiusdam sic vocati memi» nit Trallian. lib. 1. c. 12. vtilis ad capitis dolores » à frigida intemperie ortos.

Κύφωσις. gibbositas. Est vitium in spina, cum eius vertebræ loco motæ sunt & in posteriorem partem conuertuntur. Sunt autem hæc tria vitia in spina, κύφωσις, λόρδωσις & σκολίωσις: quibus additur & σεῖσις. Galenus scribit Hippocratem κυφοὺς solitum nominare, quos omnes κυρτοὺς appellant. Est autem κύφωσις vitium spinæ quod à casu, ictu & tuberculis duris anteriorem thoracis partem distendẽtibus pulmonemque prementibus aliquando contingit, vt docet Gal. comment. eius aphor. quo scribit Hippocrates gibbos ex asthmate aut tussi factos ante pubertatem mori.

» Qui 46. est lib. 6. vbi de κυφώσει plura, » atque ibidem ὕδωσις quoque vocatur ὑποδυκύφωσις.

Κυψελὰ, ἡ κυψέλη. sic nominari tradit Hesychius » auris cauum, nec vero tantum interius auris foramen significat, sed sordes etiam quæ in eo » colliguntur, teste Polluce lib. 2. quo in significato vsurpauit vocem hãc Aphrodisæus in Pro» blematis, nec non Cassius in medicis problema» tis, quærens cur aurium sordes (κυψέλαι) cum » sua natura existant amaræ, dulcescant in defun» ctis. has autem sordes cerumina aut marmorata » veteres vocabant.

Κύων. canis. canicula. Est sydus octodecim stellis refulgens canis similitudine, in cuius mandibula stella est quæ σείριος & ποδοκύων quasi anticanis appellatur.

Κύων. κυνὸς. sic dicitur vinculum illud quo membri virilis cuticula glãdi colligatur. vocatur & κυνοδέσμιον, quasi caninum vinculum.

» Sed & κύων etiam vsurpatur ab Hesychio pro » membro virili, & ab Eustathio pro pudendo » muliebri.

Κωβιός. dicitur à quibusdam ὁ πεπυμένος χαρακίας, vt habetur apud Dioscor.

Κωδίκων παρηγόρησις. sic suorum librorum quemdam » inscripsit Hippocr. in quo sententiæ ad prognosim pertinentes continentur, quomodo Cnidij » medici Cnidias sententias inscripsere.

Κώδεια, ἡ κωδία. hoc est, caput papaueris, frequen» ti in vsu apud medicos, ceu apud Dioscor. cum » alibi, tum lib. 4. c. 64. & 65. Theophrastus κω» δίαν tribuit etiam fabæ Ægyptiæ hist. plant. lib. » 4. cap. 10. vt & Plin. libr. 18. cap. 12. Sed & » Poëtæ inquit Pollux caput κώδειαν appellant, » ἀπὸ τῆς τῶν μήκωνος κεφαλῆς, ὀνομάσαντες: Eustath. » autem per ο scribit κωδύας, & esse vult caput » ciborij.

Τὸ διὰ κωδείων. celebre medicamentum quod ex « capitibus papaueris fit. Cuius compositio varia « fuit, non modo apud veteres sed etiam apud « neotericos. Quidam enim ex veteribus, inquit « Galenus, ad capita papaueris cxx. aquæ sextarios xx. infundendos censent, vt quælibet sextarij mẽsura sex papaueris capita recipiat. Quidam vero in lxxx. sextarios octingenta papaueris capita inijciunt, vt singuli sextarij capita decem accipiant. Quidam ita temperauerunt, vt sextario in vno octo capita miscerent. Alij vero in aquæ sextarios tres capita papaueris lxxx. conijciunt. Alij capita cxx. in eosdem tres sextarios addunt. Omnes fere aquam pluuiam deligebant, vt & papauer agreste & ἀφρῶδες dictum. Quibus quidem sigillatim expositis, Galenus eam quam maxime probat confectionem scripto prodidit, hunc in modum: Capita papaueris recentia minime aquosa octo nouemue in aquæ pluuiæ sextario vno macerata per vnum « diem incoquuntur dum tabescant: deinde ex« presso liquore & excolato mellis optimi despumati dimidia aquæ mensura miscetur & co« quitur ad compagem mellis Attici. Et hæc quidem simplex decoquendi ratio est. Præstat autem cum dulcis radiculæ vncia primum cocta, « deinde madefacta in sapæ sextario rursus incoquere. valet ad viscerum inflammationes, deliria, vigilias & tussim. Alij vero simplici illa quidem & antiqua salubritate, quæ papauere & « melle constabat, non contenti, multa præterea « addiderunt, myrrham, crocum, hypocisthidem, acaciam, rhoëm, melilotum, aliaque eiusmodi quæ vim adstringendæ alui & fluxionum « haberent. Appellant id officinæ diacodion compositum, siue diacodion cum speciebus. Reperitur & κωδία, sine diphthongo.

Huius compositionis descriptionem & vires « admirandas recenset fusissime Trallian. libr. 5. « cap. 24. Huius & descriptionem habet Paul. « lib. 7. c. 11. simplicis & compositi, & Oribas. « in collectan. lib. 5. c. 18. 19. & lib. 4. de locor. af« fect. cur. c. 134. Galenus denique illius plures « differentias ex veteribus recenset 7. κατὰ τόπ. inter « arteriaca. «

Κωθωνίσαι. inebriari apud Lacones, inde κωθωνισμὸν « liberaliorem potum & pleniorem interpretatur Budæus, pro quo etiam κωθωνία apud Are« tæum idem significans, & κωθωνίζεσθαι αὐτὴ τῇ « μεθύσκεσθαι: Erat autem κάθων apud Lacones fi« ctile poculum amplum & capax in exercitibus « maxime vtile vt docuit Athenæ. lib. 11. & Plu« tarch. in Lycurgo, quo qui se compotando in« uitabant κωθωνίζεσθαι & κωθωνήσαι dicebantur; κω« θωνισμὸν copiose describit Pollux lib. 6. c. 18. de « hac quoque voce & Cothone poculo Athenæ. « lib. 11. plura. «

Κῶλα. dicuntur in homine longiora maioraque membra à thorace separata, & quasi dependentia, vt brachia & pedes: verum Pollux κῶλον (quod & κώλυμα, inquit, vocatur) ex femore tantum & crure constare scribit.

Κωλικὰ φάρμακα. colica medicamenta, hoc est, ad sedandum coli dolorem comparata. Siquidem præter sedationem doloris vix aliud in colicis affectibus præstare possumus: idque satis esse Galenus initio libr. 6. de locis affectis scripto prodidit. Itaque colica medicamenta genere quidem ἀνώδυνα sunt, à communi tamẽ τῶν ἀνω-

δυσεντερίου forma differunt, quod quæ proprie colica appellantur, aromatis & odoratis ac vrinã cientibus seminibus mista sint, propterea quod stupefaciendi vim illis inesse oporteat. Constant enim magna ex parte, hyoscyami semine, & cicuta & papaueris succo, & cortice radicis mandragoræ. quibus in colico affectu vti cogimur ob magnitudinem doloris. hæc medicamenta etiam ἀντιδότους κωλικὰς medici appellant. Ac quanquam κωλικὰ vocentur, non tamen ad coc licos tantum sed ad alios etiam morbos adhibentur sedandi doloris causa: quo factum est, inquit Galenus, vt antidotos omnes dolorem sedantes κωλικὰς veteres nuncuparint, appellatione videlicet ab affectu, qui maximos dolores habet, deducta.

» Eiusmodi multa medicamenta describit Gal. » 9. κ. τόπ. c. 4. Inde & κωλικὴ ἀήττητος apud Nico» laum, antidotus Colica inuincibilis appellata, » constans ex refrigerantium medicamentorum » stupefaciendi vim habentium copia, qualia su» pra memorata sunt, his enim in Colicis vt testis » est Galen. lib. 7. de compos. medicament. c. 5. » propter doloris magnitudinem vti coguntur: » ἀήττητος vero nuncupatur ab efficacia & victoria » quam de affectu superato refert.

Κωλικὸν, ἢ κωλικὴ διάθεσις, ἢ κωλικός. dicitur Coli » intestini dolor, quod cum amplum sit & laxum » & multis anfractibus sinuosum, varias sane ma» terias excipit, quarum exuperantia distorque» tur, dolorque fit quem ab affecta sede Coli» cum nuncupamus; hæ autem materiæ sunt fla» tus crassior, humor aut lentus ac pituitosus, » aut acer & mordax, & vere bilios us, qui inter» dum etiam inflammationem accersit, è qua pus » in Colo fieri interdum solet; flatus in Colo in» testino plurimus gigni cumularique solet: in » quo sæpius rugire vel murmurare obauditur, ne» que enim aliud natura condidit flatus excipien» di receptaculum, quem tamen prima ventriculi » coctio maxime progenuit: itaque flatus in hoc » intestino copiosior congestus si propter obstru» ctionem à duris resiccatisque fæcibus, alij sue de » causis erumpere nequeat, intestinum vi disten» dit atq; diuellit, magno certe & immani cruciа» tu, magnoque sensu doloris: hic flatulentus do» lor vagus est & instabilis, inque varias ventris » sedes se contorquet, sæpe obmurmurat, & ar» cte conclusus, nec ab ore nec ab aluo erumpit; » hunc causæ flatus effectrices præcessere, à cras» sa lentaque & præsertim vitrea pituita, qua non » modo huic intestino adhæresci t, sed & ipsum » corradit, dilacerat, atque in id plerumque per» forantis terebelli more se infigit; hic sæpe fixus » est & alte excruciat, Nauseam & pituitæ vomi» tionem ciet, neque ructibus & flatibus emissis » demulcetur, habuitq; originẽ à crapula & otio » quæ cruditatem & crassum humorẽ progignũt; » Ab acri vero erodenteque humore, aut etiam » ab inflammatione quisquis ortus fuerit dolor » Colicus, fixus etiam est, sed cum febricula, ar» dore, siti & vigilijs; irritatur esculentis poculen» tisque calidioribus, à quibus etiam sumpsit ori» ginem; atque hi quidem vere colici dolores fa» cile mitescunt ceduntque iustis remedijs: Ne» phritici dolores in quibus nec arenula nec cal» culus exturbatur, sæpe colicorum specie elu» dunt: Alij insuper cruciatus quadam simili tu» dine & vehementia colici nuncupantur, quibus tamen non in colo intestino sedes est, sed vel in « peritonæo vel in membranis, quæ abdomini « ventrisque partibus obtenduntur, hi sane grauis- « simi sunt & valde diuturni, ac neque clysteribus « neque medicamentis, neque fomentis neque ijs « remedijs, quibus qui vere sunt colici dolores, « deliniri solent; Eorum materia vel flatus est te- « nius, aut humor acerrimus & æruginosus mẽ- « branarum spatijs conclusus, à quibus detrahi « vix potest, succedunt diuturnis febribus, alijs- « que biliosis morbis, quorum est difficilis solu- « tio, natura quippe crisim noxijque humoris de- « pulsionem in aluum molita, quum nusquam va- « cuandi viam promptam & expeditam nancisci- « tur, illum è venis atque viscer ibus in membra- « nas sæpe auertit, vbi dolores exurgunt priore « morbo graviores; inde sæpe obseruatum, con- « tinuas & tertianas, sæpius vero febres quartanas « hisce doloribus finiuisse, qui diu circuitu certo « exacuebantur, paremque accessionum ordinem « retinebant. Cæterum nec ab Hippocr. nec ante « Cornel. Celsum ab vllo alio veterum medicinæ « scriptorum, Colicum dolorem nominatum ha- « bemus, imo Plin. lib. 26. c. 1. author est Tybe- « rium Imperatorem omnium primum id genus « morbi expertum esse, vnde mirantur comple- « res quomodo Hippocratem, vel vulgatissimus « morbus latere, vel frequentissimus eius ætate « esse non potuerit: Res autem mea sententia ita « sese habet, morbum quidem Colicum & fuisse « & innotuisse antiquitus, sed ilei nomine esse vo- « catum; omnia enim intestinorum atque ventris « tormina, vno fere ilei vocabulo significata apud « antiquos medicos, intelligunt, qui in ipsorum « monumentis voluendis diligenter sunt versati: « facit autem comprobatam magis hanc nostram « sententiam Celsi grauissimi scriptoris authori- « tas, qui lib. 4. c. 13. ita scribit, Diocles Caryst ius « tenuioris intestini morbum χόρδαψον, plenioris « εἰλεὸν nominauit; à plerisq; video nunc priorem « illum εἰλεὸν, hunc κωλικὸν nominari. «

Κωλίφιον. dicebatur panis quo olim vescebantur « Athletæ, ἀπὸ τῆς κώλης ἕξεως, à firmitudine mẽbro- « rum, quod τὰ κῶλα, id est, membra artusque red- « derent ἕξεις valida & robusta: vsus est eo nomine « Iuuenal. tanquam Latino, «

Luctantur pauca, comedunt colyphia pauca, «

Erat autem eiusmodi panis nõ bene coctus, nec « multum fermenti habebat ex Gal. lib. 1. de ali- « men. facult. c. 2. omnis enim eorum victus cras- « sus erat & viscosus, quo non facile diffluer et « & dissiparetur ob continuum exercitiorum « vsum. «

Κῶλον. colon intestinũ. Est intestinum crassum or- « dine à ventriculo quintum, inter cœcum & re- « ctum mediũ. Id dextra prius ilia præterue ctum ad sinistrum renem emergit, perque ventriculi « fundum & iecinoris cauum exporrectum des- « cendit ad rectum intestinum. Abscedit longissi- « me à centro mesenterij, quod non expediat ve- « nas mesaraicas valde exugere ea quæ continet « excremẽta: cæco autem, vt ait Galenus, ad por- « tionem respondet. Sicut enim cœcum valde ex- « tuberat globosumque est, ita & colon tota sui « longitudine multos habet medios globos, & « veluti cellulas, exiguas quidẽ nec tantas quan- « tum cœcum est (hoc enim totum veluti quidã « venter est) sed ad portionẽ eius similitudinem- « que factas. In eo crassiores fæces diutius com- «

morantur, donec excernendi tempus appetat. Itaque fit vt sæpe ab his male afficiatur, varijsque morbis tentetur, pro contenti excrementi qualitate.

» Cæterũ pro scriptura vocis huius nonnulla notanda sunt: vulgari enim scribendi more κῶλον per ω legimus passim scriptũ, sed fortean melius per ο κόλον; Pollux enim à colo deriuata, scribit per ο, & lib. 2. c. 4. coli intestini dolores tantos esse scribit vt ab eo deriuẽtur κολάζεσθαι, pœnam luere, κόλασις pœna, & κολαστήρια carceres, διὰ τὸ φέρειν, inquit, τὸ ἐν ἑαυτῷ πάθος τοῖς σώμασιν ὀξείας τὰς ἀλγηδόνας: & Manuscriptus Pollucis codex legit colon per ο; Sed hæc scriptio est fortean necessaria vt distinctio fiat τοῦ κόλου intestini, ἀπὸ τοῦ κώλου à crure, quod etiam pro omnibus artubus vsurpatur; idem & sensisse videtur Scaliger cum in emendando Celso κολικὸν scriberet in margine c. 13. lib. 4. vt videbat scriptum in textu c. 14. confectio medicamenti quod κολικὸν nominatur inquit Celsus, vbi Constantinus non satis caute ω loco ο substituit, verum secutus est communem sic scribendi morem.

Κώλυμα. idem quod κῶλον apud Pollucem. Alias impedimentum significat.

Κωλωτειδῆ ὑποχωρήματα. excrementa stellionum aut lacertorum tunicis similia dicuntur, hoc est, variegata, & varijs quasi guttulis respersa lib. 4. Epid.

Κῶμα. marcor. veternus. Est deficiens & imbecillis motus facultatis imaginatricis à frigido & humido, magnam somni cupiditatem inducens. Apud Hippocratem duplex eius differentia legitur, vt annotauit Galenus: vnum enim somnolentum, alterum insomne statuit. medici ἄϋπνον κῶμα, hoc est, vigilantem soporem, appellarunt: hoc phreniticis, alterum lethargicis proprium. Somnolentum dicitur in quo æger profundo & diuturno somno premitur; insomne in quo ægri vigiles manent, clausis tamẽ fere semper oculis nisi excitentur. Tunc enim oculos attollunt & tangentem respiciunt, libereque tum sentiunt tum mouentur, atque etiam desipiunt, quod ipsis variæ rerum imagines obuersentur, quæ illorum mentes mouent & somnum abrũpunt. Verum è lecto surgere & vigilãtium opera exercere nequeunt. Variæ, inquit Galenus, fuerunt interpretum Hippocratis sententiæ quid κῶμα apud eum significaret: alij εἰς ὕπνον καταφοράν, alij somnum ipsum, alij somnolentam cataphoram interpretati sunt. Galenus initio comment. 1. ὡς τὸ περῤῥητικὸν scripsit se in libello περὶ κώματος pluribus testimonijs demonstrasse Hippocratem cataphoram omnem κῶμα appellare. Fuerunt qui τὸ κῶμα ἀπὸ τοῦ κωμάζειν veteribus dictum fuisse scripserint, quod est crapulæ & comessationibus indulgere: siue à communi vtrorumq; symptomate: nam tum ebriosi tum qui comatis altera specie laborant, magna ex parte vigilant: siue quod οἱ κωμάζοντες omnium facillime in eum morbum incurrunt. Siquidem ex immodico vini potu, in primis contrahitur. Quam, vt verisimile est, sententiam sequutus Linacer, κῶμα vertit marcorem: marcere enim torpere significat atque languore & inertia teneri, præsertim cum Celsus de lethargo, in hoc, inquit, marcor & inexpugnabilis prope dormiendi necessitas. Erotianus κῶμα interpretatur τὸν ὕπνον, καὶ οἷον κοίμημα: & κωματώδεις τοὺς μὴ πάνυ καθαρίας ἐν καταφορᾷ ὄντας. hoc est, somnum & veluti torporem: & comatosos eos qui cum pigritia quadam magna & graui somnolentia premuntur.

Hippoc. tamen tum in Epid. tum in prorrhet. « ista coniungit interdum, comatosus erat & in- « somnis: Cur vero interdum coniungantur cau- « sam refert Gal. lib. 1. prorrhet. part. 1. ad copiam « sanguinis cui mixta sit bilis acris & mordens, « Sanguis enim, inquit, copia facultatem cerebri « grauat quidem; sed à bile vsque adeo irritatur « vt somnus inhibeatur. «

Κωνάειον. conarium. Est glandula in cerebro, à basi lata in mucronem fastigiata, gloutijs innixa. Glandulam esse non tantum substantia eius declarat, verum etiam vsus. Siquidem opplet firmatque diuisionem vasorum petẽtium plexum choroidẽ, & ventres anteriores, quæ fere glandularum omnium communis est vtilitas. Plærique eundem vsum etiam illi tribuêre in cerebro quem habet pylorus in ventriculo. Nam vt pylyron aiunt esse glandulam, prohibereq; ex ventriculo cibũ, priusquam coctus sit, in tenue intestinum transire, ad eũdem modum conarium in principio meatus positum custodem quendam esse aiunt, & velut œconomum esse quantum spiritus mitti oporteat. Quorũ tamen opinionem Galenus libr. 8. de vsu partium reprehẽdit. Est autẽ conarium figura cono, id est, nucipineæ simile, vnde & nomen habet. Situm est ad principium meatus qui ventriculum medium cum posteriore coniungit, & gloutijs supra & ante sustinetur. Non est autem cerebri pars, neque ab internis partibus ventriculi, sed extrinsecus ipsi adhæret.

Κώνειον. cicuta. herba est caule geniculato vt fœniculi magnoque, folijs ferulæ, angustioribus, graueolentibus, cacumine ramoso & vmbellas sustinente, flore subcandido & semine candidiore aniso, radice concaua nec profunda. Dum pubescit, apio simillima est & pro eo nonnũquam fallit, lethali alentium periculo. Est enim lethale venenum propter refrigeratoriam vim quæ semini & folio magna inest, vt videre licet ex Alexipharmacis Nicandri quæ nos Latina fecimus. Recentiores tamen faciunt cicutæ duo genera, aquaticæ frigentis naturæ, terrestris calidæ, sed nullo idoneo authore. Cicutæ tamen vis est, si Celso credimus, exedendi corpora, vt forsitan seminibus & folijs frigida sit potestas, cauli feruida. Auerroes & Conciliator nullo habito discrimine, eam calidam & siccam tertio gradu scripsere, magno, vt mihi videtur, errore.

Sed hanc Auerrois & Conciliatoris sententiam doctissimus Scalliger cõprobare videtur, « dum inquit Franciscum Trapolinum ex eius fo- « liorum esu amentem sed sine sopore interijsse; « animalia insuper quædam, primum quidẽ illius « esu sopore capta, sed postea experrecta primum « attonita fuisse diu, mox insano ac præcipiti cur- « su, eoq; vago, atque interdum vertiginoso sese « proripuisse. In liguribus Taurinis eius radices « pro delicijs haberi in acetarijs, vrinas etiam cie- « re valde admodum; alium & quemdam ex illa « amentem factũ; multos alios vertigine & obli- « uione correptos; qui sopore fuerit extinctus se « neminem vidisse. Errant autem Arabes qui κώ- « νειον & ἀκόνιτον idem putãtes turdos siue sturnos « aconito vesci tradiderunt, cum non aconito sed «

» cicuta eos nutriri Gal. atque alij verius tradant,
» inde vero id factum, vt in multis Græciæ oppidis
» legitimus, vt ita dicam, & vsu multo cognitus
» veneni modus cicutæ propinatio fuerit, atque
» inde κώνειον simpliciter pro veneno & venenato
» poculo vsurparunt vt discere est ex Athen. lib. 3.
» Trita autem Cicuta, vt cæteri, ita Chij ad infe-
» rendam mortem vtebantur: at nunc inquit
» Theophr. hist. plant. l. 9. c. 17. terere nemo velit,
» sed detracto tegmine, pistam subinde in mor-
» tario tundunt, & prætenui cribro transmissam
» aqua inspersam bibunt, atque ita obitus celer fa-
» cilisque euenit: Κώνειον autem dicitur inquit Gal.
» cap. 2. lib. quod animi mores corporis tempera-
» menta sequuntur, desumpto ab eo affectu nomi-
» ne quo ab ea afficitur corpus, etenim vertiginem
» excitat, caliginemque oculis offundit, quod an-
» tiqui Græci κωνῶπα dicebant ἀπὸ τῆς ὄψεως; di-
» citur alio nomine ἰόμορφον vt Phocion author est.

Κωνία. vinum picatum apud Hippocratem. Injicitur cum cortice piceæ semihemina in vas figlinum, & aliqui quidem excolant postquam ebulliit, alij vero relinquunt, vt scribit Galenus ἐν τῷ γλώσσαις.

» Vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum
» differentiæ exponuntur. Cæterum pro κωνία scri-
» bendum fortean κωνίας, scilicet οἶνος, vt & αὐδο-
» μίας, & similia, fortean à piceæ conis seu nucleis.

Κωνοειδὴς ἀπόφυσις. processus est secundæ vertebræ, sic dictus à similitudine nucis pineæ. alij πυρηνοει-δῆ appellant, Hippocrates ὀδόντα vocauit. vide in dictione ὀδόντες.

Κῶνος. meta. inuersus turbo. pyramis. Ex hac similitudine pineam nucem significat, quam Hippocrates κάκκαλον, recentiores medici στρόβιλον vocauere.

» Vt scribit Gal. comm. 4. in lib. περὶ διαίτ. ὀξέων;
» & recentiores medici Græci inter quos est Mi-
» repsus etiam κανάριον. Idem Gale. in lexico Hip-
» pocr. scribit, ἐν τοῖς ἄλωσι, maxime vbi sunt loca
» ἐπίμβεια, solere erigi palum ligneum, & ἐπὶ τούτῳ
» συντίθεσθαι τὸν καρπὸν κωνοειδῶς, inde struem illam
» κῶνον appellari, atque hinc ἄλφιτα πεγκωνία dici τὰ
» περὶ τὸ κώνου σίτους, hoc est ἐκ τοῦ γίου ἔτι καὶ
» ἁπαλῶν κριθῶν, farinam ex recenti adhuc hordeo,
» antequam in metam compositum fuerit; Sed &
» Dioscor. prodidit hoc nomine etiam picem li-
» quidam à quibusdam vocatam esse.

Κωνώπων ἀναδήματα. culicum morsus dicuntur Hip-
» poc. de papulis & exanthematum genere quæ in
» populariter grassantibus morbis, & febribus ar-
» dentibus frequentissime in cutem erumpunt.

Κῶνος οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum
» differentiæ exponuntur.

Κωπία. dicuntur costæ angustiores, sicut πλάτη quæ
» sunt latiores.

Κωφεῖ. verbum est tertiæ personæ apud Hippocra-
tem, significans idem quod ἀμαυροῖ καὶ ἀμβλυώσει. languefacit & retundit. sunt qui scribant κυφεῖ, quod est Leuat.

Κωφὸς, ἀμαυρὸς καὶ ἀδύνατος, hoc est, languidus & inua-
lidus. apud Hippocr.

» Accipitur etiam pro surdo, nec non pro mu-
» to quoniam est τὸ ἄλαλον consequens τῷ κωφῷ.

Κώφωσις. surditas. Est actio auditus abolita à causa aliqua præter naturam. Affectio est auditui op-posita, vt habitui priuatio. Quare quæcũque au-ditum abolent, ea pariter surditatem inducunt. Ea autem genere duplicia sunt, consistuntque omnia aut in ipsa audiendi facultate, eiusque pri-mario instrumento quod est animalis spiritus in aurem affluens: aut in ipsis organis quæ natura ad audiendum comparauit. Ad primum genus pertinent causæ omnes quæ ipsum sensuum ner-uorumque principium, hoc est cerebrum, male habent, præsertim qua parte ex eo neruus audi-torius producitur: cuiusmodi sunt intemperies aut vitiosus aliquis humor vel sensim in cerebro cumulatus, qui habitualem aliquando & incura-bilem surditatem facit: vel confertim & subito in ipsum irrumpens, sicuti per febres acutas ac-cidit, de quo celebris habetur apud Hippocratẽ aphorismus: Quibus biliosæ deiectiones, super-ueniente surditate cessant, & quibus surditas su-perueniẽtibus biliosis deiectionibus cessat: item qui non multo postea scriptus est: Quibus in fe-bribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbum. Pleno enim eiusmodi humoribus cerebro, ijsq; ad au-res maxime vergentibus, fieri non potest quin audiendi potentia vel hebetetur, vel etiam in to-tum auditu priuetur, & ipse animalis spiritus im-purior, crassior & fæculentior redditus, ad audiẽ-dum prorsum ineptus euadat. Possunt tamen & hæ ipsæ causæ organis auditus esse communes, & in ipso auditorio neruo, præsertimq; meatu eius interno talem intemperiem tantamque obstru-ctionem excitare, vt nec sonis in aures aditus pa-teat, nec interno spiritui in ipsum neruum via. Id quod etiam à sorde, callo, aut alio tumore præter naturam meatum nerui auditorij occupante ac-cidere potest. Hæ quidem causæ si magnæ sunt, surditatem inducunt: sin autem exiguæ, auditum vel obtusiorem reddunt, vel deprauant, vel in eo dolorem etiam mouent. Sunt enim harũm om-nium affectionum communes causę, sola magni-tudine ab inuicem differentes. Præter quas ta-men aliud quoddam discrimen afferri potest, quod læsis alijs instrumentis auditioni vsum ali-quem præbentibus, ijs scilicet quæ aurem foris circunstant, intemperie aut tumore præter natu-ram aut continua solutione, aboleri quidem in totum auditus, surditasque fieri non potest, sed tantum hebetari vel etiam deprauari. Quod au-tem ad dolorem attinet qui in auditus sensu ali-quando mouetur, non est dubium quin à proprio sensibili fiat, vt voce aspera, grauissima, maxima, celerrima, qualis sonus est tonitrui, à quo sæpe-numero inductam esse surditatem animaduer-sum est diuulso audiendi instrumento, sicut è contra vox leniss ima tardissimaque sano auditui solet esse grata: fatigato autẽ gratior, si præterea sit perexigua, ægro vero longe gratissima, eaque etiam magis ipsum silentium.

Κώφωσις, quamuis proprie ad auditũ pertineat, Hip-pocrates tamen dixit de oculis ἀπὸ τοῦ παρεμποδισ-μοῦ, hoc est pro impedimento, sicut annotauit Erotianus: vt & alio loco κωφώσει ipse dixit ἀπὸ τῆς ἰσχάδος καὶ παρεμποδίσει: hoc est, læsus & impe-ditus est.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Λ.

ΛΑβὴ. dicitur Hippocrati ἡ ἐπισημασία, principium insultus febrilis, aut primus sensus vel prima significatio accessionis, vt cum ægri horrent, refrigerantur, oscitant, idque intermittentis proprium signum est, generalius tamen in hecticis sumitur pro accessione, quam λῆψιν appellat Hippoc. lib. περὶ παθῶν: Ab hac voce λαβὴ, λαβόντες dicuntur in Coacis qui accessione prehenduntur, idque nec opinantes, & extra rationem circuitus: etiam de ijs vsurpatur qui febre corripiuntur continua, in qua interdum rigor, horror, refrigeratio primo statum insultu inuadit, sed λαβὴ & λαβόντες de ea proprie febre dicuntur quæ per circuitus repetit vt explicat Gal. ἐν γλώσσαις.

Λάβρα ὕδατα. quæ vocat Hippocrates lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, Galenus interpretatur ἐξαιφνίδια σφοδρά τε καὶ ὀλιγοχρόνια. hoc est, repentina, vehementia, & quæ parum durant.

Λάγανα. species est τῶν ἰτρίων, hoc est placentarum & bellariorum, sed deterior, crassique succi ac tarde commeantis, vt quæ ex similagine constet. Quæ enim ex melle parabatur, ῥυήματα Græci vocant, multo erat præstantior, sicut scribit Galenus lib. 1. de aliment. facult. Vide ἴτρια.

Λαγνείη, καὶ λάγνευμα. rem veneream venerisque vsum significat Hippocrati, ceu quando aphor. 22. sect. 5. lib. 6. epid. inquit, λαγνείην τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον, id est veneris vsum morbis à pituita conferre, hoc & in sensu vsurpatur apud eundem libr. de natura pueri, & lib. de internis affectionibus ἀπέχεσθαι λαγνείης καὶ οἰνοφλυγίης, abstinere à coitu & temulentia, & 2. de diæta λαγνείη inquit, id est, coitus extenuat, humectat, & calefacit: Nec tantum pro venere, sed & pro semine vsurpatur; Sic Hippoc. lib. de natura pueri δίδυμα (inquit) γίνονται ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος οὕτως: sic gemelli fiunt ab vno prodeunte semine; atque eodem libro de viro ἡ λαγνεύη πολλὰ, εὐρεώτερα γινόμενα τὰ φλέβια μᾶλλον ἐπάγει τὴν λαγνείην, id est τὸ σπέρμα, si sæpe coitu vtatur venæ latiores redditæ plus seminis ad se trahunt, & Paulo ante dicit ἐν τῇ λαγνείῃ in seminis emissione: etiam Gal. ipse in exeg. λαγνείην semen interpretatur: ipse denique Aristoteles pro semine hanc vocem vsurpasse legitur, sic enim 4. problem. ait τῇ λαγνείᾳ ὑπερβάλλει, id est genitali semine admodum abundat: verum notandum λαγνείην etiam à quibusdam in malam partem accipi nimirum pro libidine immoderata quomodo Aristotelem intellexisse ferunt quærentem 4. problem. Cur re venerea vtentibus oculorum acumen offenditur; verum à nonnullis re accuratius pensitata existimatum obseruatumque Hippocratem hanc nunquam vocem, pro venere immoderata sumpsisse, ideo neque Aristotelem loco proxime citato, neque 4. problem. 17. vbi Hippocratem sequutus morbis quibusdam à pituita conferre dixit coitum, vocem λαγνείης de venere immoderata intellexisse, Gazam reprehendentes qui locis apud Aristotelem citatis sect. 1. scilicet 1. prob. 56. & 4. prob. 17. sic verterit atque exposuerit, inter quos est Mercurialis ipse 1. Variar. lect. c. 17. & Marsilius Cagnatus vir doctissimus l. 1. variar. obseru. c. 1. nec tamen omnino negantes apud classicos authores nonnullos in malam partem accipi, sicut apud Philonem in vita Mosis lib. 3. quando ait οἰνοφλυγίαι καὶ ὀψοφαγίαι καὶ λαγνεῖαι καὶ ἄλλοι ἐπλήρωτοι ἐπιθυμίαι: Apud Xenophont. λαγνείᾳ δουλεύειν: & apud Suidam qui λάγνον significare inquit πόρνον, αἰσχρὸν & κατωφερῆ πρὸς τὰ ἀφροδίσια. hoc est scortatorem & turpiter in venerem pronum.

Λαγόνες. ilia pars inter coxas & pubem in imo ventre posita: κενεῶνες alio nomine dicuntur.

Vide κενεὼν: dixit vero λαγὼν in singulari numero Aristoteles 1. de hist. anim. c. 13. & Athen. l. 8. Dymnosop. videtur autem vox hæc à voce λαγαρὸς, id est laxus & vacuus deducta, vnde & κενεὼν dicitur, & λαπαρὰ ab eadem origine, &

» λάγανον placentæ aut libi genus quoddam à figurę
» proprietate quod caua fingerentur Lagana.

Λαγόνων ὀστοῦ. os ilium. Est apophysis ossis sacri superna & ampla, continens intus ventris imi partem plurimam, tangensque ilia. Os enim sacrum tres apophyses rectas habet, vt ait Galenus, hoc est, nec deorsum nec sursum repentes, hanc quæ τῶν λαγόνων dicitur, aliam quæ dicitur τῶν ἰσχίων, & tertiam quæ τῶν ἤτων: hoc est, ilium, coxæ, & pubis. Tamen os totum sæpe os ilium vocamus, quod id inter cætera magnitudine & crassitie præpolleat, vt scapulam totam vocamus omoplatam quamuis id nomen sit proprie partis in scapula latissimæ.

Λαγωὸς θαλάσσιος. lepus marinus inter venena repo-
» nitur à Dioſc. Alexiph. c. 30. cuius hauſtum se-
» quuntur viroſus quidam ſapor qualis putentium
» piſcium percipitur, ventris dolor, vrinæ ſuppreſ-
» ſio, omnis generis piſcium auerſatio atque odiū,
» & ſudor graueolens, biliosus itidem vomitus &
» cruore mixtus, huius veneni remedia ibidem do-
» cet Dioſcorides.

» Διὰ λαγῶ. medicamentum à lepore ſic dictum,
» adiecoris & lienis obſtructiones efficax, quod
» deſcribit Trallian. l. 8. c. 2.

Λαγώπους. lagopus, herba eſt naſcens in ſegetibus, leporino pedi ſimilis. nec plura antiqui de ea ſcripſerunt, niſi quod pota ſiſtit aluum, & ad alligata inguinum inflammationes diſcutit. Dicitur alio nomine λαγῶ κώμιον, vt habetur apud Dioſcoridem.

Λαγώπυρον. ſic Hippocrates τὸν λαγώπουν herbam nominauit, quaſi leporis triticum, furfuribus cum inaruit ſimillimam, folio paruo quaſi oleagineo, longiore tantum, cruentis vulneribus imponens.

Λαγωφθαλμοι. dicuntur quibus ſuperior palpebra ſurſum reducta eſt, adeo vt oculum totum contegere non poſſit, ſed per ſomnum etiam oculus apertus maneat, ſicut & leporibus. Id vitij aliquando naturaliter prouenit: aliquando à cauſa præter naturam, vt vſtione, cicatrice, ſutura latiore & male facta: interdum etiam ſenectute. Idem ſi inferiori palpebræ contingat, ἐκτρόπιον appellatur.

» Hæc vero ſic affectio vocatur à voce λαγώς,
» lepus, & ὀφθαλμὸς oculus, quaſi leporinus ſit
» oculus, id eſt, adapertus in ijs qui hunc affectum
» patiuntur dum dormiunt, cuiuſmodi in lepori-
» bus dormientibus eſſe ſolet ait Aetius lib. 7.
» cap. 73.

Λάδανον. ladanum. Eſt ſuccus pinguis & roſcidus ciſthi, quem ladona Cypri vocant, folijs adhæreſcens. Huius colligendi ratio multiplex fuit: præcipua tamen ex capellis atque hircis: ſiquidem folia ciſthi carpentes inſidentem ijs ſuccum villo barbarum & femorum abſtergunt, qui ſuapte natura tenax & lentus facile ſequitur viſci modo ad contactum. Detractus hic poſtea expurgatur atque in offas conuolutus reponitur. Optimum prouenit in Arabia apud Nabathæos Syriæ conterminos. Recentiores ex authoribus σφόδον nominant. Eſt medicamentum præſtantiſſimum, in ſecundo fere abſceſſu calidum, natura tenue, emolliens mediocriter, diſcutiens & concoquens: ſed tamen habet etiam aliquam adſtringendi vim.

» Fit ex illo τὸ διὰ λαδάνου, medicamentum ad
» capillos fluentes efficax deſcriptū à Trall. l. 1. c. 2.

Λαδυεὶς. putatur à doctis eſſe cicercula, folio non rotundo vt plurima leguminum, ſed oblongo. Caulis humi repit vt piſo, quaterni & inæquales grano ſunt anguli, vt ait Plinius. Galenus ochris & phaſelis non longe diſſimili natura conſtare prodidit, & Aſiaticos ſuos eo cibo plurimum vti in modum τῶν φακοπωλούντων, Officinæ caputiam vocant.

Vide num cicercula de qua author noſter, ſit λάδυεσσι, ſeu λάδυεσιν, & de qua Gal. l. 1. de alimēt. facult. c. 26. λαδυεὶς enim aliud eſt, tithymali nempe ſpecies.

Λαίλαπες. dicuntur à Græcis venti repente excitati & vehementes, maxime ſi pluuiam multam & ſubitam habeant vt annotauit Gal. comment. εἰς τὸ α τῶν ἐπιδημιῶν. Erotianus interpretatur ὄμβρον μετὰ σφοδροῦ ἀνέμου γινόμενον: hoc eſt, pluuiam cum vehementi vento factam.

Λαιμαργία immodica abſtinentia Cæl. Aureliano dicitur l. 1. τῶν χρον. c. 15.

Λαιμὸς. gula, dicitur alijs nominibus στόμαχος, οἰσόφαγος, λευκαία.

Dicitur & λαῖμα pro eodem vt vult Ariſtophanis Scholiaſtes & Suidas.

Λάκκοθον. quid ſit incertū eſt, nec ſæpe etiam à medicis vſurpatur, à Paulo lib. 7. c. 22. numeratur inter ſpecies aromatum, è quibus κύφι τὸ ἡλιακὸν componitur, eſſeque dicitur φλοιὸς πίπτος ἢ ἑτέρου τινὸς δένδρου. itaque apud Plutarch. etiam in lib. de Iſide & oſiride, vbi eiuſdem Cypheos compoſitionem exponit, pro λαπάθου reponēdum fuerit λακκάθου: Ruellius exiſtimat eſſe Naſcapthum ſiue narcapthum aromatis genus quod ex india deportabatur ſuffimentis optimum.

Διὰ λάκκα. pretioſiſſimum medicamentum recentioribus Græcis dicitur, cuilacca à Barbaris dicta, Dioſcoridi & Paulo κάλαμον nomen dedit.

Λακκόπους. pars ſcroti laxior appellatur, à quibuſdam ἀγχάδαιον, ab Athenienſibus λακκοχάης nominatur inquit Ruffus.

Λακωνικὸν. pars fuit prima balnei apud antiquos quæ conſtabat calidi aeris tribus differentijs, & ſola fere ex toto balneo nobis ſupereſt, teſtudo ſcilicet illa thermarum quæ igne concalefacta vapores ſiccos continet, à quo ſudor in corporibus mouetur. dicitur alio nomine ξηρόκαυσον, & πυριατήριον ξηρὸν, & ὄλος ξηρός. Latini pariter Græcis Laconicum appellant.

Illius Columella meminit his verbis; Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſitim quærimus; Laconici vero vſum his vocibus Græci ſignificant πυελοῦσθαι ἐν διαπύροις τοίχοις, quaſi dicas deſudare intra ignitos parietes.

Τὸ λαμβανόμενον. cibus, frequens medicis vſus huius vocis, vnde ἀναλαμβάνοντα & ἀναληπτικὸν ſæpius apud Hippocr.

Λαμβδοειδὴς. dicitur os quod alio nomine ὀπισθὶς dicitur de quo vide ſuo loco.

Λαμβδοειδὴς ῥαφὴ. ſutura lamboides. eſt ſutura tranſuerſa in poſteriore cranij parte, quam ſi à tergo ſpectes, figuram literæ Λ imitari videbitur. Illi ex omnibus futuris ſoli additamenta tribuuntur ab anatomicis. Sunt autem huius futuræ extremæ partes, quæ propter occipitij humiliora non amplius exactam futuræ compagem exprimunt, & verſus capitis baſim protenduntur, ſenſimque ſibi mutuo appropinquant. Cæterum λαμβδοειδὴς

futuram Galenus deesse scribit quibus eminentia occipitis nulla est. vide κραιὸν.

Λαμβδοειδὴς etiam appellatur ab Actuario diuisio venæ cauæ inferioris, qua in duo crura abit paulo supra initium ossis sacri, non dubium quin à forma literæ Λ. Eandem diuisionem Galen. lib. de anat. venarum elemento γ comparat.

Λαμπαὶ. appellantur bullæ quæ vrinæ superficiei in-
» natant, sic dictæ, quod spumæ quæ in superficie
» vini insidet, sint similes ait Actuar. l. 1. περὶ ὕδρ.
» cap. 28.

Λαμπάδια. dicuntur linamenta quæ vulneribus in-
» duntur apud Aristoph. in Acharn.

Λαμπαὶ. sic dicta est à quibusdam ἡ λυχνὶς ἀγγεῖα, vt habetur apud Dioscor.

Λαμπροὶ. dicuntur Hippocr. lib. de aere aq. & loc.
» qui colore sunt vegeto, & bene habito, quibus
» tacite lienosos, & ictero nigro laborantes, vide-
» tur opponere.

Λαμπρὸν αἷμα διαχωρεῖν. in Coacis exposuerit fortean
» aliquis sanguinem lucidum, siue suaue rubentem
» siue splendidum excernere, non tamen eo loci ea
» cõuenit interpretatio, sed sanguis purus, nec pu-
» rus quidem quasi segregatus à concretione hu-
» mores alieni, sed purus inquam, id est non cruen-
» tum quid, sed ipse larga copia cruor, Gallice dici-
» mus, *ietter le sang tout clair.*

Λαμπὰς. apud Hippocratem lucerna, lampas. Apud Atticos etiam, vt scribit Galen. id significat in quo ligna vrebantur lumen præbentia. Sed & fax & lychnus eo nomine designatur, vt ipse explicat in lexico Hippocratis.

Λαμπρόφωνοι. appellantur lib. de aere aq. & locis
» clara voce præditi.

Λαμπυρὰ. τὰ ἀφρώδη, hoc est spumosa, apud Hippocrat. Spuma enim quodammodo splendida est.

Λαμπρὸν. apud Hippocrat. τὸ λαμπρὸν καὶ καθαρὸν, hoc est, splendidum & purum, vt interpretatus est Bacchius, non recte tamen Erotiani iudicio: λαμπὰ enim cum significet spumam vino innatantem, & veluti pingue quoddam glutinosum quod conditis oleis supernatat, λαμπρὸν intelligere oportet in cuius summo innatat quippiam τῇ λαμπῇ simile.

Λαμψάνη. lampsana, olus est sylvestre, cuius folia, inquit Dioscorides, caulesque coquuntur in cibo, & plus alit quam rumex, estque stomacho vtilius, prauum tamen, vt ait Galenus succum gignit. Illitum autem abstergendi digerendique facultatem possidet. Inter sylvestres brassicas censetur, pedalis altitudinis, tribus hirsutis foliis napi similibus, nisi candidior esset flore. A Romanis napum sylvestrem vocari Dioscorides scribit. Rura nostra sanuas albas, quasi sylvestres napos vocant.

» Sic vero vocata lampsana est quod folijs
» humum lambat ἀπὸ τοῦ λάψαι quod lambere est.

Λάπαθον. rumex. olus est multos habens caules, ramosum, radice singulari, alta, vt quæ nonnunquam descendat ad tria cubita, quæ tamen sylvestri breuior esse consueuit. Cum perfecte adoleuit, figura betæ proximum est, & corpore carnoso atque madido. Multa eius genera produntur apud Dioscoridem, quorum quartum genus λάπαθον vocari prodidit.

Λάπαθον vero vocatur, quod ventrem euacuet &
» emolliat; Ἀλάπαθον Theocritus vocauit ab effe-
» ctu quod exinaniat, etenim Attici ἀλάπαξα quæ nos inanitiones dicimus appellant, & λαπάττειν ἀ vacuare vel exinanire Græci omnes dixerunt. «

Λαπάχη ἡ

Λαπαρὸν. dicitur pars ea corporis quæ posita est inter costas nothas & ossa quæ ad ilia pertinent. ratio nominis est, quod inanis sit & desideat. Proprie enim τὸ λαπαρὸν significat inane & vacuum, sicut λαπάξαι exinanire, vt apud Homerum:

ἴλιον ἐξαλαπάξαι εὐναιόμενον πτολίεθρον.

Sed & omne quod desidit, λαπαρὸν Græci appellant, translato vocabulo ab eo quod communiter accidit. Siquidem omne quod vacuum est, necessario desidit. Annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἐπιτεῖνον. & similiter initio comment. 2. εἰς τὸ προγνωστικὸν, scribens eam partem omnino vacuam videri, si cum supernis infernisque partibus, vtrisque ossei cõferatur. Idem vero comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἁρμῶν scripsit, se de vocabulo τὸ λαπάρης dicere posse, adductum experimento & Hippocratis ac poetæ vsu, tum ipso morbo, eam significare partem quæ inter ossa pectoris, & quę proprie appellantur ossa ilium, est interiecta. Attamen idē comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων ait id quod inter ossa singularum costarum est, ab Hippocrate eo libro λαπαρὸν appellari, qua parte musculi sunt dicti μεσοπλεύριοι. Erotianus autem non quod inter costas medium est, sed ipsam costam λαπάρην dictam fuisse ab Hippocrate scripto prodidit. Verum Hippocrat. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν λαπαρὸν vsurpauit vt nomen adiectiuum dicens, ὀδυνίην λαπαρὴν, id est, dolorem mollem & laxum: qui fit sine phlegmone & tensione.

Λαπαρὸς. κενὸς. τὸ γὰρ κενὸν ἐν τῇ λαπάρῃ σημαίνεται, vt scribit Galenus comment. εἰς τὸ γ' τῶν ἐπιδημιῶν.

Λαπάττειν, vel λαπάσσειν & καταχθλιῶσαι pro quibus «
& ἀπαλδοῦσθαι dicitur, significant & vacuare τὸ κε- «
νοῦν, & ventris tumorem ad æqualitatem redi- «
gere, quod Gal. in lib. 2. prognost. περιτείλειν τὰ ἐ «
γαστρὸς οἰδήματα dixit, & λαπαχθλιῶσαι inquit Gal. «
in exeg. significat κυρίως μὲν κενοῦσθαι, διὰ τοῦτο δὲ «
τὸ μαλαχθλιῶσαι, id est proprie quidem vacuare & «
propterea mollire: oriuntur vero voces hæ ἀπὸ «
τῆς λαπάθου, hoc est à rumice, cui vis inest emol- «
liendæ alui & laxandæ, potius vero λάπαθον ἀπὸ «
τοῦ καπάσσειν alij deriuant. «

Λάπη. pituita ex Hippocr. de morb. ἰμὶν σέλα καὶ «
λάπη. «

Λάπτει. λαμβάνει, apud Hippocr. vt annotauit Erotianus.

Λάρυγξ. est finis superior asperę arteriæ, tribus constans cartilaginibus, præcipuum vocis instrumẽtum. Eandem autem partem etiam φάρυγγα appellari author est Gal. lib. 5. vsus part. cum tamen proprie, vt ait, pharynx ante laryngem consistat. Est autem larynx suprema arteriæ pars, seu principium faucibus continuum, seu asperæ arteriæ caput. Componitur ex tribus cartilaginibus. vna θυρεοειδὴς dicitur, quæ anterior velut scutum quoddam alijs præposita est: alia ἀρυταινοειδὴς, ori vasis olearij adsimilis, cartilagines tamen duas sortita: tertia vero innominata, infima, os œnophori (quod brochum Galli vocant) referens: harum autem, ἀρυταινοειδὴς καὶ θυρεοειδὴς mobiles sunt, sola autem innominata immobilis est. Ob eam causam in ea firmantur aliarum duarum musculi. Nam cum duodecim sint musculi laryngis proprij, duo quidem prodeunt à thyreoide media interna in anteriorē arytænoidem

quam claudunt, duoque similiter ab arytænoidis posteriore basi in eiusdem basim anteriorem quam comprimunt: reliqui vero octo omnes ab innominata, partim anteriore, partim posteriore parte, partim etiam lateribus. Cæterum horum musculorum beneficio totus larynx præcipuum vocis organum est, quam tamen acutam vel grauem præcipue facit arytænoides, adiuta cartilagine epiglottide, arytænoidem magis minusue claudente, laxatis aut contractis duobus musculis ipsam releuantibus, adiuta quoque gargareone, vocem ipsam plectri ritu modulante.

Λάρυγγα autem etiã φάρυγγα nominari scribit 5. de vsu part. Gal. cum tamen proprie teste eodem pharynx ante laryngem cõsistat; Pollux quoque discrimen facit inter λάρυγγα & φάρυγγα, scribens τὸν φάρυγγα esse στομάχου ἀρχὴν, ὡς βέλτιον λάρυγγα; & Thomas magister φάρυγγα quidem esse τὴν τῆς φωνῆς διέξοδον, λάρυγγα autem τὴν τῶν ἐντέρων εἴσοδον; Sed hoc discrimen non est perpetuum quum Aristoph. λάρυγγα appellet non solum cibi, sed & vocis meatum in Equitibus: à voce λαρύξ factum λαρυγίζειν, quod (inquit Pollux) dixit Demosthenes φαρυγγίζειν; & λαρυγίζειν interpretantur alij τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν, ἢ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ὑπτιάζειν πλεονάζοντα τῷ λαρυγγι χρῆσθαι, quasi latius diducto gutture vociferari & clamitare, inde & λαρυγγοτομία, quæ asperæ arteriæ incisio dicitur quæ quomodo fieri debeat docuit Paul. l. 6. c. 33.

Λάσιον. linteum apud Hippocr. forsitan villosum & veluti hirtum.

Λάψανα. lagana, erant τῶν ἰτρικῶν species deterior, prestantiorem enim ῥύμματα appellabant, vide ἴτριον.

Λάχανον. olus. sic dicitur omnis herba satiua quæ edendo est. inter quas quoniam beta non postremum locum obtinet, factum est vt beta λάχανον κατ' ἐξοχὴν ab Athenien sibus diceretur. Secundum quam significationem Dioscorides plãtaginis folium λαχανώδες dixit, hoc est betaceum. Non enim olus intelligere potuit, cum in exprimenda similitudine speciatim loqui, non generatim, conueniat.

Λάχανον Βασιλικὸν. olus regium. Hoc nomine quondam dictam fuisse artemisiam Dioscorides author est, & Græcorum exemplo Romanos herbam regiam appellasse.

Λάχνη. lanugo, pili lanuginis modo molles, herbarum etiam comas λάχνην vocauit Nicander in Alexiph.

Λέαινα. emplastri nomen, quod in leænæ modum malum penitus extirpat adhibitum ischiadicis & hemicranicis. Describitur ab Aetio lib. 12. inter epithemata & malagmata ischiadicorum.

Huius & meminit Paul. lib. 3. c. 77. reponitque inter emplastra ἀνασκευαστικὰ id est reficientia, hoc & describit lib. 7. cap. 17.

Λεαίνειν. apud medicos frequens pro dissoluere ficca liquidis, & philosophus dentium molarium officium ait esse λεαίνειν, ab illo fit λεαντικὸν quod est apud Theophr. secunda saporum differentia.

Λεβηρὶς. exuuium siue senecta serpentis apud Hippocratem. quidam autem concham vacuam interpretantur. Erotianus simpliciter ὑμενώδης ἀπόσυρμα, hoc est, membranosam desquamationem. alij vero animalis genus dicunt eo nomine significari, paruo lepori simile, quod forte Galli liebre vocant.

Λέγνα. dicuntur per metaphoram extremitates oris vuluæ apud Hippocr. sic enim proprie vocantur extremitates & oræ vestimentorum. Eas ipse etiam alibi ἀμφίδια appellat.

Atque etiam ὄχεον vt annotauit Galen. ἐν γλάσσαις.

Λέγων. διακρίνων, καταριθμούμενος, apud Hippocratem. hoc est, dijudicans & dinumerans.

Λεῖα παρυφαίνοντα τὴν ὑγρὸν. læuia contenta vrinarum, dicuntur quæ continua sibi sunt & coacta, tanquam vnum & continuum corpus, cuius partes non videantur esse veluti rugis inter se coniunctæ & constrictæ, neque à se inuicem diuulsæ Actuar. l. 1. περὶ ὕδρωπος c. 14.

Λειαίνων φάρμακον. læuigans medicamentum dicitur, quod extima superficie inæquales partes æquabiliter implet & læuigat, natura emplasticis & glutinosis finitimum est, huic opponitur τραχύνων, vide Gal. comment. 2. in 6. Epid. t. 4.

Λεύκασις. Colliyrij nomen cuius ad oculorum vlcera meminit Paul. l. 3. c. 22.

Λειντερία. læuitas intestinorum. Est continua & æquabilis intestinorum superficies, cibos incoctos elabi sinens. Sic dicta est quasi λειότης τῶν ἐντέρων, hoc est, læuitas intestinorum. Cæterum vt omnis læuitas, ita hæc geminam habet causam, vnam quidem cicatricem aliquam perpetuam, qualis etiam forinsecus in corporis cuticula contingit ex cicatrice ortam quam dysenteria magna & profunda exulceratio inuexerit: alteram vero humorem quendam glutinosum, internæ toti tunicæ intestinorum obductum. Siquidem ad vtramque causam lubricitas & continendi cibi impotentia consequitur, qui proinde priusquam concoctionem adeptus sit, ex intestinis elabitur: retentio enim siccitate quadam & asperitate partium continentium perficitur. Ad hæc duabus illis de causis, venarum, qui ad intestina pertinent meatus clauduntur, à cicatrice quidem conniuentes, à lento autem humore obstructi: itaque cibi per corpus digeri non possunt, sed per intestina necessario vacuantur. Est enim hoc lienteriæ præcipuum symptoma, cibi crudi per aluum excretio. Postea vero id ipsum symptoma morbi nomen promeruit omnisque eiusmodi excretio lienteria dici cœpit, à quacunque causa nata esset. Oritur autem præter superficiariam intestinorum exulcerationem & cicatrices à facultatis etiam cibum in ventriculo vel continentis vel concoquentis imbecillitate. Inde enim cibi crudi nulloque modo immutati descendunt, siue à dysenteria, siue ab ileo aut diarrhœa, aut alia quacunque de causa imbecillitas ea prouenerit. Verum hæc lienteria (inquit Paulus) quam ventriculi imbecillitas accersit, videtur cum cœliacâ affectione confundi (in hac enim, quemadmodum & in lienteria, venter nequit præ imbecillitate cibos vel concoquere vel distribuere, cibique ideo læues, crudi & perliquidi redduntur, aluo omnino fluida) nisi quod lientericis celeriter quæ assumpta sunt egeruntur, tamque intensa est cruditas, vt alimenti assumpti genus aperte cognoscatur, atque hac potissimum nota à cœliacis discernuntur. Ex quacunque autem causa lienteria orta sit, ægri cibum non sentiunt, & in cachexiam incidunt, cruda assidue excernunt, colore subalbida, inæqualia atque aquosissima, nullo prorsus sanguine aut bile perfusa. Ardor præterea tota præ-

cordia occupat, cibique fastidium consequitur.

Λειμώνιον. herba est folijs betæ, tenuioribus & longioribus, decem & sæpe pluribus. caulem habet tenuem, rectum lilio æqualem, seminibus rubris scatentem, quæ gustata adstringunt. Nascitur in pratis & palustribus. Eius semen, vtpote austerum, cœliacis, dysentericis & sanguinem spuentibus cum vino exhibent.

Λεῖον. læue. Id dicitur quod continuum est nullaque ex parte diuulsum, sed sibi vndique cohærens æquabili superficie. Contrarium est τῷ τραχεῖ, hoc est, aspero. λεῖον etiam apud Hippocratem Galenus interpretatur ἄτριχον, comment. εἰς τὸ γ' τῶν ἐπιδημιῶν.

» Id est depile & glabrum: idem comment. 2. in
» prognost. part. 21. λεῖον (inquit) redditur quic-
» quid de corpore excernitur, aut quod æqualem
» habeat concoctionem, adeo vt nulla eius pars
» effugerit naturæ alterationem, aut propter ἰσχυρὰν
» πεπτικὴν id est vehementem consumptionem, vt
» nulla materiæ pars imperpessa fuerit.

Λειόποδες. planci. dicuntur apud Hippocratem quibus medius pes ab interiori parte non est cauus, sed planus quasi tabella quæ planca dicitur. Hi vitiosam habent pedis structuram & valgis similem. Annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων.

Λειότης. læuitas. morbus est primi generis in formatione consistens. Fit à pingui & lento humore partem aliquam plus æquo madefaciente, aut à cicatrice. Contraria illi est τραχύτης.

Λειόφυλλος. species est brassicæ apud Athenæum, quę sic dicitur à læuore foliorum. hanc tradit vbique nasci, & nullam respuere regionem.

Λειοπόσθιοι. dicuntur quibus præputium ex morbo vel sectione deest, aut ita contractum est, vt glandem amplius tegere non possit. Romani apellas & recutitos vocarunt.

Λειποθυμία. defectus animi. quid proprie sit, & quomodo differat tum à syncope, tũ à lipopsychia, non est exacte definitum à veteribus. Itaque in re ambigua si quid mihi licet statuere, primum quidem videri potest ἡ λειποθυμία nomen accepisse ἀπὸ τοῦ θυμοῦ ἢ θυμοειδοῦς δυνάμεως, & proprie dici cœptam de defectione animosæ facultatis. Quæ quoniam in corde sedem habet, idcirco ἐν τῇ λειποθυμίᾳ cordis facultas præcipue laborat. Ergo ἡ λειποθυμία defectus est facultatis vitalis. Verum cum huius tanta sit dignitas vt ea incolumi vita seruetur, deficiente vero vita pariter deficiat, & reliquæ facultates protinus cum ea concidant, quod non est aliud quam syncopen pati, necesse omnino est, quo discrimen inter ea seruetur, statuere non tam magnas tamque vehementes esse defectionis causas in lypothymia, quàm sunt in syncope: ideoque vt cætera quidem habeant inter se communia, vt causas, quas Galen. lib. 1. ad Glauconem diligentissime persequutus est, non tamen ita dissipantur resoluunturque per lipothymias spiritus & calor ratius, quibus duobus tanquam vinculis vita nostra continetur, vt mortis periculum, velut in syncope, immineat. Languent quidem ægri, pulsus deficit, & procedente malo nec mouentur nec sentiunt; sed citra sudorem, qui veluti limes quidam lipothymias à syncopis distermĩnat. Vbi enim is oritur, præterquam quod summam naturæ non valentis humorem corporibus ingenitum & radicalem continere, imbecillitatem significat, solidas etiam partes eo expoliat, adeo vt omni virium substantia dissipata nihil reliqui natura habeat, quo earum robur conseruet, sed vna cum ijs, si immodici sunt, ipse simul animus è corpore emigret. Habet igitur lipothymia & mitiores causas & minora symptomata quàm syncope. quo factum est, vt Galenus eodem in libro scripserit à lipothymia syncopes initium fieri, vt quæ syncopen præcedere consueuerit, tanquam leuior quidam affectus grauiorem. Id quod etiam patet ex libr. 12. meth. med. vbi scribit crudos humores si & copia sua vires premant, & propter tum multitudinem, tum crassitudinem exiguos animalis meatus obstruant, iam multis nominibus exitialem affectum inducere, ac syncopæ opportunos reddere: quod si nec obstruant nec onerent, syncopen eos quidem non inferre, sed animi deliquia, quas lipopsychias vocant. Ex ijs enim intelligimus non esse tam magnam lipopsychiæ caulam quàm syncopes, neque par periculum. Quanquam autem, vt initio proposuimus, ex ipso nominis etymo ἡ λειποθυμία ad vitalis facultatis defectum, vt & ἡ λειποψυχία animalis, pertinere videatur, attamen per eam facultatum omnium exolutio contingit, vt sensu motuque destituantur ægri non minus quam animo.

Λειποψυχία. idem quod ἡ λειποθυμία. nisi quod à defectu & exolutione animalis facultatis dicta est, notis scilicet eius exolutæ apparentibus, cum tamen sit eadem ratio vtriusque, quam ante diximus.

Λειπυρίας πυρετὸς. Est febris continua, in qua simul externa frigent, interna vruntur. Genere quidem putrida est, sed cuius calor non sit æquabiliter fusus per vniuersum corpus. Extrema enim per eam frigent, siue extremorum nomine pedes manusque tantum intelligas, siue totius corporis eximiam cutim. Siquidem vtrumque aliquando accidit per febres lipyrias, adeo vt cum intus ipsa viscera vrantur, venter tamen ipseque etiam thorax frigida ad manum sentiantur. Cæterum inæqualitas ea mala est si credimus Hippocrati lib. 2. prognost. non quidem in febrium *intermittentium accessionibus, sed in continuis* & acutis febribus, cuiusmodi lipyria est. Huius causam fere semper Galenus retulit ad magnitudinem phlegmones viscera obsidentis. Ardoris namque vehementia sanguinem, & quæ in eo continentur spiritum atque calorem ad se ex toto corpore instar cucurbitulæ attrahit, ideoque summæ corporis partes exangues reddunt & frigidæ. Aetius ab erysipelate circum ventrem consistente febrem lipyriam dictam accendi scripto prodidit, vt ab eo quod in iecinore creatum est, τυφώδη, & ab eo quod in pulmonibus, χυμώδη. Diuersi ab ea generis est quæ pestilens & maligna dicitur, in qua quamuis extrema frigere soleant, non est tamen necesse interna aduri, propterea quod malignitatis & pestilentię essentia non posita sit in calore, nec vlla alia qualitate, sed in totius substantiæ contrarietate.

» Inuenitur & scriptum λυπείας, ab anxie-
» tate nimirum & molestia, scribitur & λειπείας.

Τὰ λειπυρικὰ. in Coacis febres Lipyriæ.

Λείριον. lilium, seu lilij species, nam Dioscor. l. 3. c. 116. » scribit χρῖσον τὸ ἁπλοῦν à nonnullis vocari λείριον, cuius florem esse τετραμερικὸν, & assumi »

in

in coronamenta. Theoph. hiſtor. plant.lib.6.c. τὸν ναρκισσον vocari tradit λείριον à nonnullis, vt & Suidas ſcribit λείριον ab Atticis vocari τὸ ἄνθος τῆς ναρκίσσου, florem narciſſi; Theophr. tamen cap. vlt. manifeſtum diſcrimen inter λείριον & ναρκισσον ponit, Lexicographus λείρια vocari ſcribit non ſolum τὰ κρίνα lilia, ſed generaliter etiam τὰ ἄνθη; itidemque Heſychius; Euſtath. non ſolum λείριον eſſe ſpeciem floris, ἴον ſecundum quoſdam, ſecundum alios κρίνον, ſed generaliter etiam πᾶν ἄνθος.

Λεύφαιμοι. ſic proprie dicuntur οἱ ἄχροοι, id eſt, decolores: ſed non ij tantum, verum omnes quibus minus eſt ſanguinis quàm oportet, ita vocantur, etiamſi colore nondum prorſus ſint deſtituti. Eos vero qui aliam ob cauſam corpore ſunt male affecto, κακόχυμοι medici vocant, vt ſcribit Galen. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, quo loco eam vocem Hippocrates vſurpauit.

Λειχὴν. eſt ſummæ cutis aſperitas cum leni pruritu. Deterior quidem eſt pruritu, vt qui ſine aſperitate ſit, ſed lenior quam pſora aut lepra, adeo vt ſi iciuna ſaliua quotidie defricetur, ſaneſcat: increſcēs vero & extremam cutem in furfures reſoluens, in pſoram tranſit, atque inde in lepram, vbi pro furfuribus, piſciū quaſi ſquamulæ concreſcunt. Gignitur, vt ait Galenus, ex miſto quopiam humore, ſeroſis nimirum ac tenuibus & acribus ſuccis cum craſſis permiſtis. Quare non in pſoram modo, ſed etiam in lepram degenerat, tanquam in peiores morbos vetuſtate diſcuſſis illis tenuibus aut vſtione incraſſatis, tuncque non ſolis valde ſiccantibus medicamentis, ſicut per initia, ſed præterea repurgātibus etiam & exterſorijs curari debet. Cæterum λειχῆνος nomine illum etiam impetiginoſum morbū, mentagram Romanis appellatum, ſed multo magis ferum & agreſtem ob id dictum, Plinius comprehendit, qui definitur ab eo non ſquamis, vt lepra, ſed fœdo cutis furfure, totos primum vultus, deinde vero & colla pectuſque & manus occupante, oculis tantum immunibus. Fuit autem, vt idem author eſt, nouus morbus, & ante Tyberij principatum penitus incognitus: nec vero in ijs tantum notis feritas eius erat, ſed quod admodum *contagioſus eſſet, ſoloque oſculo* vel contactu non humilem aut mediam plebem, ſed ſolos proceres inuaderet. λειχῆνα omnes fere impetiginem interpretantur. Cornelius Celſus non ita, ſed papulam videtur vocare, cuius duas, quas habet & lichen, differentias ſtatuit, feram & mitiorem. Nam quæ ab eo deſcribitur impetigo, ſine dubio lepra eſt.

Videntur autem λειχῆνες appellati non quod linctura ſaliuæ humanæ curentur vt quidam opinati ſunt, cum tamē res ſe non ait niſi in admodum leuibus habeat, ſed ἀπὸ τῆς λείχω, id eſt, lambo vt inquiunt Grammatici, quod ſcilicet lambendo ſerpant, ſicut etiam in petris lichen herba ſolet; Latinis vero impetigo dicitur, quia vt Feſtus ait propinqua petit; & Quintus Serenus cap. 11. vitium, ait, quod ducit ab impete nomen, qua & ratione ſerpiginem quoque alij, nonnulli vero herpiginem appellant, Aetius appellat ὄγκον λειχηνώδη Tetrab. 2. ſerm. 4. cap. 16. vt & Galen. 5. κατὰ τόπ. cap. 5. Oribaſ. lib. 3. ad Eunap. c. 57. vocat λειχηνώδη ὄγκον παθος: ab illo deriuatum λειχηνίαν, impetigine vexari apud Theophr. 5. de cauſ. plant. cap. 12. quem & eſſe oleæ morbum tradit ceu ficus ſcabiem: inde & λειχηνικὰ ἐμπλάστρα qualia deſcribuntur à Galen. ad lichenes tum citra exulcerationem, tum cum exulceratione ſanandos, 5. κατὰ τόπ. c. 7. & λειχηνικοὶ προχύσεις ibidem deſcribuntur.

Λειχὼ. dicitur callus in equorum genibus & ſupra vngulas in flexu earum partium duratus.

Sic enim Dioſcord. lib. 1. cap. 45. λειχῶνας ἵππων eſſe dicit τύλως κατὰ ἐπιφάνειαν ἐντὸς παχυνομένους περὶ τοῖς γόνασι, καὶ περὶ τοὺς ὄπλας, & Plin. lib. 28. c. 11. Equi lichenem vocat, & Cæl. Aurel. lib. 1. τ. χρον. c. 4. ſunt inquit ſquammulæ anteriorum crurum ſub armorum partibus in ipſis animalibus natæ, has Græci lichenas vocant, nos vero impetigines ſiue hirundines: fertur autem hic callus comitialibus prodeſſe.

Λειχὼ, herbæ ſpecies quam aliqui ἑρύσιμον appellant: ſaxis enim adhæret vt muſcus. Sunt qui putent eſſe Hepaticam in offic. dictam. Exterit, purgat, ſiccat; refrigerat.

Nominis ratio eſſe videtur, quoniam vt tradit Dioſcor. lib. 4. c. 53. λειχῆνας θεραπεύει.

Λέκιθος. à quibuſquam dicitur quam Hippocrates ἀλφίτου appellauit: quidam vero λέκιθον ad piſum & aracum genus eſſe defendunt. Galenus apud Hippocr. pro lente cui detracta ſunt putamina, videtur interpretari. Significat & pulmētarium ex leguminum farina, ſiue leguminū lomentum elixatum. Tantum autem λέκιθος & ἔτνος inter ſe differunt, quantum ipſa leguminum farina ab ipſis leguminibus freſis differt. Itaque quoties κυάμινον ἔτνος dicitur, pro faba freſa elixata intelligitur: ſed κυαμίνη λέκιθος, fabæ farinā elixatā ſignificat. ſic πίσινος λέκιθος & ὀρόβινος λέκιθος, aliorumque leguminum dicitur.

Vide ἔτνος & ἑρεγμός; Cæterum dum prædictas habet ſignificationes maſculini generis eſt, fœminini vero quādo oui luteum ſignificat: Reperitur autem & λέκυθος per υ quæ ſcriptura cum Etymo conuenit, ſicque oui luteum ſignificari aiunt.

Λέκιθος. dicitur etiam oui luteum. de quo vide ὠόν. Sunt & qui putamen interpretentur. At guttum olearium ſeu ampullam vocant λήκυθον.

Λέλαπες. à Gal. l. 1. Epid. comm. 2. dicuntur Græcis venti vehementes & repentini, præſertim qui ſunt cum pluuia larga coniuncti.

Λέπρα, ἡ ἐπιδερμίδος. apud Hipp. vt exponit Erot.

Λεοντίασις. dicta eſt à quibuſdam ἡ ἐλεφαντίασις, vt habetur apud Aretæum & Aetium, propter rugarum extremi frontis ſimilitudinem, quam elephantici cum leonibus habent.

Ab eo etiam dicta fuit λεόντιον καὶ λέων, vide ἐλεφαντίασις.

Λεοντάδιον. nomen collyrij quod deſcribitur à Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. c. 7. ſic dicebatur à Leonis imagine quæ illi imprimebatur.

Λεοντικὴ. à quibuſdam dicitur ἡ κακοχυμία. vt habetur apud Dioſcor.

Λεόντιον. apud Aretæum idem quod λεοντίασις.

Λεοντοβόταμον. ſic dicta fuit à quibuſdam ἡ ὀρχεδάγχη.

Λεοντοπέταλον. herba eſt caule dodrantali aut altiori, plurimis alis concauo, in cuius cacumine ſemina parua duo aut tria in ſiliquis ciceris modo, flores habet anemonæ ſimiles, punicei coloris, folia braſſicæ, ſed papaueris diuiſura, radices nigras rapæ ſimiles, ſtrumoſas. Calfacit & ſiccat ordine tertio.

Λεπτόπους. herbula est duûm digitorum, folio angusto, tres quatuorue digitos longo, hirsuto, & iuxta radicem canescente. In summo eius caule capitula quasi perforata, flores nigri, semen vsque adeo spissa lanugine inuolutum, vt sæpe fallat. Radice parua cohæret, quam tradunt appensam ad amatoria prodesse. Ignota nunc est omnibus.

Λεπάδες. dicuntur apud Hippocratem petris adhærentes conchæ.

Λέπαιος siue λεπαῖος, idem quod λεπάδιμος Hesychio, vide supra.

Λεπίδιον. herba ea est quæ ἰσάτις appellatur Galeni Paulique testimonio, etiamsi de vtroque seorsim Dioscorides disseruerit. Proditur fruticosa, foliis lauri, sed maioribus, acris, exulceratoria, & optima tollendo coxendicum dolori. Scribit autem Dioscorides etiam hoc nomine τὸ γογγύλιον à plærisque vocatum fuisse.

» Lepidium autem suam vim ipso vocabulo fa-
» tetur quod λεπίδας, id est, maculas in facie de-
» leat & repurget ait Ruellius.

Λεπτοειδεῖς. sunt duæ lineæ in cranio, vtrimque singulæ, à recta futura quã ἰσοκλινεῖς dicunt æquidistantes. per capitis longitudinem à posteriore parte in priorem super aures feruntur. Fiunt autem duobus inter se cohærentibus ossibus, non per futuram quidem, quæ species est σωφρῶνος, sed sincipitis osse descendente, paulatim in squamæ speciem attenuato, & in os subingrediente quod ab auribus ascendit. Proindeque eas nonnulli non futuras simpliciter, sed vel futuras λεπτοειδεῖς, hoc est, squamarũ modo compactas, vel πολυμερῶς λεπτοειδῆ vocant. Sunt autem hæ futuræ, inter ossa temporum & os sincipitis mediæ.

» Λεπιδόχαλκος. æris squamma Celso dicitur lib. 2.

Λεπὶς. æris squama: sic enim absolute appellatur aliquando, quamquam & ferri squamam similiter significet. vide in dictione χαλκῦ λεπὶς.

« Est & λεπὶς morbi genus quem porriginem
» Latini appellant, nam in porrigine inter pi-
» los quædam quasi squammulæ surgunt, &
» à cute resoluuntur quæ interdum madent, mul-
» to sæpius siccæ sunt vt Celsus docet.

Λέπος. λέπυρα, apud Hippocratem, cortex & siliqua.

Λέπρα. Est asperitas cutis profundior cum prurito, eam in squamulas resoluens. Eius causa melancholicus humor est multus, viscosus, crassus, sed tamen acris & immotus, sub cute & subiecta carne latens; sensumque eum doloris excitans qui pruritus dicitur. Est enim pruritus à lepra, vt & à psora, inseparabilis, sed tantus in lepra vt æger etiam vehementissime scabendo nullo modo iuuetur, sed omnis potius generis vlcera & phlegmonas præterea accersat. Humor autem ille terrestris & siccus cutem exasperat, sed multo quam in psora profundius, vt subiectæ quoque carnis partem aliquam occupet. Verum ea omnino perexigua est, adeo vt lepra ob id non desinat solius cutius affectio dici. Ab eadem humoris qualitate & malignitate, piscium instar, squamulæ, ex summa cute discedunt, materiam semper subministrante colliquatione quadam subiectæ carnis & totius corporis facta à calore præter naturam. Squamulis autem illis inter cætera differt à psora, quæ non squamulas, sed furfuracea tantum corpora ex se remittit, vt quæ à minori gignatur intemperie & humore minus crasso, terrestri & maligno. Sunt enim hi duo affectus valde affines & congeneres, vt non aliud fere psora sit quàm mitior lepra. Est enim psora ad lepram præuia, vt & lepra ad elephantiasim, si magis humor vratur & malignior euadat, & morbus diutius perseueret. Est igitur lepra inter psoram atque elephantiasim media, sed ea tamen latitudine prædita, vt in quatuor distincta sit differentias, ceu gradus quosdam, prout magis minusue humor vritur & malignus euadit. Prima minime mala est, rubet & similitudine scabiem repræsentat: distat autem ab ea, quia magis exulcerata est, & pustulas bullasque habet, ex quibus postea squamulæ resoluuntur. Altera peior est, similis papulæ fere, sed asperior, rubicundior, figuris varijs, squamulis ex summa cute discedentibus, rosione maiore, & celerius latiusque procedente: rubrica cognominatur. Tertia crassior est & durior & magis tumet, in summa cute finditur & vehementius rodit. Ipsa quoque squamosa, sed nigra procedit. In temporibus aut oritur aut desinit: nigræ cognomen est. Quarta curationem omnino non recipit. subalbida est & recenti cicatrici similis, squamulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes, quibus demptis nonnunquam profluit sanguis. Alioquin vero humor eius albidus est, cutis dura atque fissa est, proceditque latius.

Atque hanc lepræ differentiam, si præsertim nulla adsit prurigo, nullæ squammulæ, nec erosio; sed læuissima cutis sit, leucem Aetius vocauit l. 13. c. vlt. quam & tum affinitatis tum albedinis ratione λέπραν Græcorum nonnulli vocauerunt, hinc & halyabbas lepram pro leuce sumpsit; sed & etiam D. Augustinus lepram coloris esse vitium credidit scribens ad Euangelium, quem à quodam vetustiore Græco hæc didicisse verissimile videtur.

Hæc omnia maxime genera oriuntur in pedibus & manibus, atque vngues quoque infestant. Commune etiam omnibus est quod squamulas remittant, à quibus ἡ λέπρα nomen factum esse putant. Sic enim dicitur quasi λεπρὰ, id est, squamosa, ἀπὸ τοῦ λεπίδος, hoc est squama. Quanquam sunt qui quartum lepræ genus ante expositum solum proprie eo nomine vocandum censent, propter albedinem: quod apud Græcos λεπρωδιᾶσθαι significet idem quod λευκαίνεσθαι, hoc est dealbari. A Latinis, ἡ λέπρα dicitur impetigo, non ea quidem quæ λειχὼ dicitur & mentagra, sed quæ à Cornel. Celso descripta est li. 5. & in supradicta genera quatuor distincta: id quod multis euidentibus argumentis patere potest si quis diligenter velit attendere. Ab Auicenna dicitur Albaras nigra & impetigo excorticatiua, quod cutis per cortices squamasque resoluatur.

Hoc autem corollarij loco insuper addemus, « existimare nos lepram illam quam redemptor « noster miraculose sanauit Matt. c. 8. Marc. 1. & « Lucæ 5. & 16. non lepram Græcorum fuisse, sed « elephantiasim & quam Arabes fere omnes præ- « ter halyabbatem, lepram nuncuparunt, parum « namque differre Arabum atque Hebræorum « idioma notum est. «

Λεπτικὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta lepris sanandis idonea.

Λεπρώδεται. duo significat, τραχώδεται καὶ λευκάνεσθαι, hoc est, exasperari & albescere. Vtrumque sumptum ἀπὸ τῆς λέπρας, quod qui ea laborant vtrumque perpetiantur. Hinc & ἡ λέπρα dicitur generali quadam significatione ἡ ἐν τοῖς σώμασι παρὰ φύσιν λευκότης: hoc est, albedo quæ in corporibus est præter naturam: vt in Theriacis Græcus Nicandri interpres annotauit.

Λίπα. minuta, minimum pondus est, ponderum omnium fundamentum, sunt autem septem λίπα in χαλκῷ.

Λεπτοκάρυον, & diuisim λίπτον καρύον, nux Auellana Dioscoridi dicitur libr. 1. capit. 180. dicitur & λεπτοκάρυον, κάρυον ἡσυχλειωτικὸν & πυρτικὸν.

Τὸ διὰ λεπτοκαρύων. medicamentum ex Auellanis, quod in tophis Arthriticorum dissoluendis plurimum laudat Trallian. lib. 11. c. 1. vbi illius descriptionem habet.

Λεπτομέρεια. tenuitas seu exilitas partium dicitur: & τὰ λεπτομερῆ dicuntur quæ celeriter & facile in tenues partes comminui possunt, quibus opponuntur παχυμερῆ Galen. lib. 4. cap. 3. de simplic. medicam. facultatibus.

Λεπτὸν ἔντερον. tenue seu gracile intestinum. Dicitur superior intestinorum pars membranea, teres, à ventriculi fundo incipiens, & desinens qua cœcum incipit. Sic dicitur ad differentiam crassi intestini. Sunt enim intestinorum duæ summæ differentiæ, vna gracilium, altera crassorum: illa magis membranosa, hæc magis carnosa sunt. Diuiditur autem rursus tenue intestinum in tres partes, ecphysim, ieiunum & ileon. Verum postremum totius nomine etiam λεπτὸν absolute dicitur à Galeno lib. 5. vsus partium, de quo vide in dictione εἰλεός.

Λεπτὸν. Hippocrat. varie vsurpat, proprie quidem vt in aphoris. τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτὰ ἄμεινα σώματα: Aliquando ἀραιὸν intelligit vt libr. de locis in homine, id est, rarum vt Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις interpretatus est; interdum & quod facile dissoluitur vt ὕπνοι λεπτοὶ leues somni; & λεπτοὶ πυρετοὶ leues febres quæ vehemētibus opponuntur, in qua significatione λεπτοὶ qui leuiter febricitant in Coacis dicuntur, quomodo & fortes febres & imbecillas dicimus. Nam λεπτύνω, ἀδυνῶ, & λεπτὸς ἀδυνὴς dicitur teste Phauorino; Sed & λεπτὸν οὖρον vrina tenuis dicitur & crassæ opponitur: Sunt autem qui λεπτὸν pessime opponant τῷ πυκνῷ, cum tamen τῷ πυκνῷ opponatur proprie τὸ ἀραιὸν; λεπτὸν autem proprie contrarium est τῷ παχεῖ: Tenue namque aut accipitur à partium ratione, aut ad superficiei modum, ita filum ex ære dicimus tenue quoad superficiem quæ inter extrema parua est: item Bracteam, at vtrumque densum est; tenue vero opponitur crasso cuius scilicet latera duarum dimensionum longe distant.

Λεπτόφυλλον. tertia τῶν ἀειζώου, hoc est sedi species; quæ alio nomine αἰὲν ῥέουσα ἀγρία, Romanis Illecebra appellatur authore Dioscoride.

Λεπτόφωνοι. dicuntur qui exili voce sunt vide supra ἰσχνοφωνία.

Λεπτυντικὰ. attenuantia. dicuntur tam cibi quam medicamenta, quæ acri & calida facultate prædita crassos succos tenuant & incidunt. Sunt autem ea longo vsu nobis nota, & ratione explorata. Nam olfactu & gustu satis instruimur ad eorum cognitionem. Quæcunque enim olfactui aut gustui aut vtrique simul acria & mordicantia & calida apparent, ea facultatem habere attenuandi atque incidendi certum est. Quæ etiam largius æquo sumpta, ventriculum mordent, & nauseam à cibo magnam inducunt, & halitus acres emittunt, non modo cum mandūtur, sed etiam postquam è corpore fuerint egesta: Ad hæc si quid olfactui odorē bonum inferens, aromatis speciem gustui repræsentet, id quoque calidum viribus esse oportet & attenuans, quamuis non perinde atque ea quæ mordicant & rodunt & insigniter calida sunt. Attenuant præterea & incidunt quæ saporem habent nitrosum aut salsum, nec minus quæ amara sunt, item quæ acida: vt acetum & quæ eo constant, alia quidem magis, alia vero minus. Multa enim attenuandi vim hebetant & imminuunt, vt oleum, cibi omnes aquei & mucosi, præterea olera plurima hortensia propter superfluam humiditatem. Ex quo patet attenuantia omnia, non calida modo sed sicca etiam facultate esse, & tāto magis attenuandi vi pollere, quāto fuerint sicciora, & ex ijs similiter quæ sicca non sunt, maturiora, alijs minus maturis, & quæ siccis locis proueniunt & montibus, ijs quæ in paludibus & campis crescunt. Cæterum primi inter attenuantia ordinis sunt allium, cæpa, nasturcium, porrum & sinapi: post illa autē smyrnium, pyrethrum, origanum, calaminthe, sisymbrium, pulegium, satureia, thymus. Quibus ordine proxima sunt capparis & terebinthi fructus: postea eruca, sium, apium, petroselinum, orminum, rhaphanus, brassica & beta.

Λεπτυσμὸς. extenuatio, gracilitas & macies corporis. Est, vt diffinit Galenus comment. 3. in libro sexto τῶν ἐπιδημιῶν, ὅλκὸς ὄγκου καθαίρεσίς τις καὶ σύμπτωσις ἢ συναίρεσις. Id est, totius molis detractio & collapsus vel subsidentia, siue vtcumque ipsam nominare libuerit. Huius præcipuum signum est cutis laxitas, quod mangones etiam nouerūt, ex eo conijcientes, tum quæ corpora crassiora reddi non queant, tum quæ & quantum possint. Ipsam enim cutem summis digitis sursum trahentes, quantum ea recedit à carne subiecta, in tantum emaciata corpora refici & impleri posse sperant. Sunt autem extenuationis multæ causæ: alimenti penuria, exercitationes plures, vigilia, cogitationes, dolores, morbi colliquatiui & διαφορητικοὶ, euacuatio copiosa per aluum, per vomitum, per sudores & per sanguinis profluuium. His adde & ἀπορίαν, eiusque omnes causas, de quibus suo loco dictum est. vide in dictione μαρασμὸς. Vide & Galenum in commēt. aphor. 7. lib. 2. quo scribit Hippocr. Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lente reficienda esse: quæ vero breui, breuiter. Et comment. in aphor. 28. lib. eiusdem.

Λεχωνευομένου. ὁμιλοῦντος, hoc est, conuersantis, apud Hippocratem, vt interpretatur Erotianus.

Λεύκιππος οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ exponuntur.

Λευκὰ ἔμπλαστρα. dicuntur emplastra quædam alba, lenia, fere non grauibus vulneribus accommodata, præcipueque senilibus. Quale quod habet, ceruſſæ p. XXXXII. sæui vitulini curati & ceræ, singulorum p. XLVIII. olei heminas tres,

ex quibus ea ceruſſa coquitur. Author Celſus lib. 5. c. 19.

Λευκάκανθα. frutex eſt radice cyperi, valida & amara. Is diuiſis nominibus etiam ἄκανθα λευκὴ dicitur, de qua ſuo loco dictum eſt. Sic etiam vocatum à quibuſdam φλόμιον ſiue φλογγίτην, Dioſcorides author eſt.

Λευκαύθημις ἡ λευκαύθεμον. ſic à quibuſdam dicta eſt ἡ αὐθημὶς, vt Plinius teſtatur, non tamen omnis, ſed illa modo cui flores candidi ſunt. hæc reliquis vehementius vrinam ciet.

Λευκαύχενα. ὁ στόμαχος καὶ ὁ οἰσοφαγος. ſunt & qui αὐχὴν τῶν αὐθημώνων, hoc eſt, pro mento, accipiant.

» Vide αὐθημών: Scribit vero Ruffus cauitatem eam pectoris quæ eſt ad clauiculas ab Homero dici λευκαύχην: A medicis vero αὐτικάρδιον καὶ στραγὼν: Sed & λευκαύχενα Ruffo appellatur carnoſa pars quæ ſub inferiore maxilla eſt; alij ſic cauum iugulo proximum appellauerunt.

Λευκὴ. herba duûm generum, montana & vrbana: ſed quæ ſit, nemo deſcripſit. Hermolaus & Ruellius ſcripſere herbam quandam eſſe in vinetis naſcentem Mercuriali ſimilem & congenerem, ſed nullum, quod ſciam, authorem ſequuti.

Λευκὴ ῥίζα, ἀφ' ἧς δράκοντία ῥίζα, apud Hippocr. hoc eſt, dracontij radix.

Λεύκη. vitiligo alba. Eſt cutis carniſque ſubiectæ præter naturam albedo. Neque enim ad ſolam cutem, ſed ad ſubditam etiam carnem vitium hoc pertinet. Fit errore facultatis nutritoriæ, ſanguinem pituitoſum, lentum & viſcoſum gignentis. Nam cum tali ſanguine caro diutius alta regenerataque fuerit, facillime albedo in alta carne contrahitur talemque habitum accipit, vt omnia facile in album conuertat, & nõ iam ſimpliciter caro, ſed alba caro ſit. Cum enim diutius ea affectio perſeuerârit, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma & in alteram ſpeciem vertitur, mediam inter ſanguineam carnem & exanguem, proq; naturali habitu cachexia inducitur. Sic quidem leuce carnis habitum transformat, cumque talis euaſit, tota fit pituitoſa albaque, nec magis nititur alimentum in rubram carnem vertere, quam polypodes & locuſtæ, ceteraque cruſtacea, exangui & alba carne prædita. Nec vero dubium eſt, quin ſenſus, præſertim autem tactus, in ea affectione obtuſior ſit, propter humoris frigiditatem & craſſitiem qui cutem ſubiectamque carnem poſſedit. Id malum videtur eſſe quod vulgo noſtri homines lepram albam vocant, quodque Auicenna albaras album nuncupauit. Differt autem ἀπὸ τῆς λέπρας καὶ ἐλέφαντος, quod hæc ſint cum aſperitate cutis, roſione, pruritu & ſquamulis: λεύκη vero cutim habeat læuem ſine vlla aſpredine & roſione. Nomen habet λεύκη vel ἀπὸ τῆς λευκότητος, vel à quadam ſimilitudine cum populo arbore quam itidem λεύκην appellant. Vt enim folijs & cortice candida eſt, ſic & cutis eius quem is morbus occupauit.

» Ariſtoteles autem problemat. ſect. 10. homi-
» nem tantum pati vitiliginem inquit, Cætera ani-
» mantia, nequaquam: Rurſum vitiliginem pue-
» ros mulieresque minus habere quã viros, & in
» eo ipſo fœminino ſexu quæ prouecta ætate ſunt,
» magis habere quam minores.

Λεύκη. populus alba. arbor eſt, notior quidem Dioſcoridi quam vt ab eo deſcriberetur. Theophraſtus tamen eam deſcripſit lib. 3. c. 14. vide in dictione αἴγειρος.

Λεύκη. dicitur à quibuſdam τὸ αἰδοῖον ἐξωκὸς, vt habetur apud Dioſcoridem. Mercurialis eſſet, niſi per medium folium huic alba linea tranſcurreret.

Λεύκη. genus quoque eſt emplaſtri ἀκίνητον dictum ab efficacia & victoria quam de affectu ſuperato refert; album à colore quem propter ceruſſam habet dicitur; de illo Gal. 7. κατὰ τόπ. c. 8. facere ſcribens ad humectos achoras, feruidas papulas & intertrigines: eſt & eius nominis antidotus ad morſum canis rabidi deſcripta à Galen. 2. de antid. c. 11. ad heram authorem refertur.

Λευκογραφὶς. lapis eſt in Ægypto naſcens, qui cum ſubuiridis appareat, tamen ſi ad cotem affricetur, aut aſperius pallium, locum dealbat: eo etiam lintea illuſtriora redduntur. Author Aetius lib. 1.

Λευκόϊον. viola. quo nomine etſi candida proprie deſignari videatur, tamen & pro lutea & cœrulea & purpurea ſolet vſurpari. Eſt autem planta cubitali fere altitudine, ramoſa, caule braſſicæ exiliore, folio longo, molli, caneſcente, flore quadrifolio, non vnius coloris: nam alij purpurei ſunt, alij niuei, alij lutei.

Λευκόϊον dicitur à quibuſdam ὁ χάλκανθος, hoc eſt, attramentum ſutorium, quod candidum eſt & albæ violæ ſimile.

Λευκόϊον. etiam vnguentum è violis albis appellatur à Theoph. lib. de odorib. ſuo more qui ſæpe vnguenta eius materiæ nomine quæ principatum in ijs habet afficit, vt & ibidem Cyprinum vnguentum κύπρον vocauit.

Λευκὸν φλέγμα. alba pituita dicitur quæ in vaſis & hatu corporis collecta λευκοφλεγματίαν facit, genus hydropis, vt in 7. aphor. vlt. & 29. ἐπὶ λευκῷ φλέγματι ὕδρωψ ἐπιγίνεται quamquam ſimpliciter per λεύκον φλέγμα interdum λευκοφλεγματίαν intelligit, vt in aphor. ἢν ἐπὶ λευκῷ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον; his itaque vocibus λευκὸν φλέγμα & λευκοφλεγματία non ſemper eodem ſignificatu vtitur Hippocr.

Λευκόπυρον ἡ

Λευκόφαιον. vocatur hoc nomine glutinum auri cum ligno inducitur. Ex pluribus compoſitum eſt, Sinopidis Ponticæ ſelibra, ſilis lucidi pondo decem, & melini Græcienſis duobus miſtis tritiſque vna per duodecim dies.

Λευκόπυρον. nomen malagmatis, quod habetur apud Galenum lib. 7. τῆς κατὰ γλῶτ.

Λευκὸς οἶνος. vide οἶνος.

Λευκοφλεγματίας. hydropis ſpecies qui & ἀπόσημος dicitur & σαρκίτης ſiue σαρκοσαρκίδιος, & quem potius rudimentum hydropis quã hydropem eſſe cenſet Hippocr. cuiuſque curatio vel ſponte naturæ fiat vt lib. de morbis, in Coacis, & in aphoriſmis, ſcilicet diarrhoea ſuperueniente, vel arte quam διεξόδους dicit, pituita & aqua medicamento purgatis, & ſiccante multum ratione vitæ, vt libr. περὶ παθῶν: vbi & dubium mouet Galen. cur pituitam albam vocet Hippocr. cum alia pituitæ genera alba ſint, & φλέγμα definiatur χυμὸς λευκὸς καὶ ψυχρὸς: Ac Galen. quidem dici putat vel ſimplici adiectione quomodo in lib. de articulis vertebras ſpinæ dicit, cum tamen non aliæ vertebræ ſint quam in ſpina; ſic & pituitam albam, cum non alia tamen ſit pituita quam alba, vel vt ab alijs diſtinguatur quæ permiſtæ alijs humoribus co-

» lorem mutent. Hippocrat. περὶ παθῶν aut Polybius, Hippocratis discipulus (alteri enim horum lib. περὶ παθῶν assignat Galen.) hoc modo » ἡ λευκότερον μὲν ἕδλον τοῦτο τῷ ἄλλῳ ἢ φλέγματος, ὁ δ' » χρὼς φαίνεται λευκότερος· τὸ γὰρ αἷμα ὑπὸ πλήθους τοῦ » φλέγματος ὑδατέστερον γίνεται, ἡ δ' ἕνεκ ὁμοίως ἐν αὐτῷ » τοῦ ὑγροῦ, ἡ διὰ τοῦτο λευκότεροι τε φαίνονται, ἡ χα» λίεται ἡ νῶτος φλέγμα λευκόν; Sed & λευκοφλεγμα» τίας descriptionem ex Platone in Timæo hîc referre non fuerit superuacaneum; Sæpe (inquit) tenerioris recentisque carnis pars quædam simul cum aere colliquescit, deinde in » ventum abit, & circumcluditur humiditate » protinus circumfusa, fiuntque item ampullæ » quæ singulatim propter exiguitatem oculis notari nequeunt: vnà autem omnes confertim » copulatæ in grandiorem extant molem & conspiciuntur, coloremque ex spumæ generatione habent album: omnem hanc tenerioris » carnis eliquationem quæ vna cum spiritu coaluit, quæ ex humiditate vento circumfusa tumescit, albam pituitam λευκὸν φλέγμα appellâmus, & fit quidem, quando sanguis non cibis » & potibus secundum naturam, sed ex contrarijs » præter naturæ leges excrescit: denique Cælius Aurelian. libr. 3. τ. χρον. cap. 8. in leucophlegmatia esse liquorem tanquam in papyro » vel spõgia inter viarum raritatem insertum ait.

Λευκόφυλλον. est species τοῦ ξηροῦ, hoc est, vnguenti sicci, cuius vsus præcipuus ad collum & axillas est, quo illis odor gratus concilietur. Descriptio habetur apud Aetium extremo libro.

Λευκόχρως οἶνος. est species vini salsi, ex passis prius vuis, mox calcatis & aqua marina maceratis, deinde in album mustum coniectis, compositi.

Λεύκωμα. cicatrix oculorum altior magisq; profunda: nam quæ superficiaria est νεφέλιον dicitur.

» Significat etiam album oui & oculorum albu» ginem apud Dioscor. idem quod λεύκωσις.

Λέχος. concubitus, propterea quod solitus sit in » lecto perfici frequentius sicuti complures an» notarunt, quamquam λέχειν decumbere peculiariter de puerperis etiam vsurpabatur, decet » enim tunc temporis omnes fœminas lecto detineri iacentes.

Λέων. dicitur à quibusdam ἀπὸ ἐπιφανείας, vt scripsit Aretæus: Archigenes, vt habetur apud Aetium, λεοντίασιν appellauit.

Λῆδον. Cysthi genus est, simili quo Cystus modo » nascens, sed foliis longioribus & nigrioribus, » quæ verno tempore quiddam pingue attrahunt; » sed Plinius lib. 12. c. 17. herbam vocat & ladam » & ledam; succum detersum & ladanum & le» danum. Sunt, inquit, qui herbam in Cypro ex » qua fiat ladanum ledam appellent; & lib. 26. c. » 8. lada appellatur herba ex qua ladanum fit in » Cypro barbis caprarum adhærescens. vide su» pra λάδανον.

Λήθαργος, siue λιθαργία. est frigida & humida cerebri intemperies à pituita frigidiore & humidiore cerebrum madefaciente, febrem lentam, obliuionem, marcorẽ, & inexpugnabilem pene dormiendi necessitatem inducẽs. Gignitur hoc vitium in capite in quo scilicet princeps animi pars residet, contrarium quodammodo secundum speciem phrenitidi, & ratiocinatrici animæ omnino noxam adfert. Ac humorem quidem à quo fit necesse est frigidum esse, quoniam memoria non nisi frigiditate offendi potest, quem simul humidum esse oportet: alioqui non iam λήθαργος, sed κάρηνον siue κατοχὴ excitatur, medius inter phrenitidem & lethargum affectus: quem tamen Alexander Trallianus breuitati consulens, magisque ἡ θεραπευτικὴ quam ἡ ευσυνοπτικὴ studiosus, sub lethargo comprehendit, & non legitime lethargum appellat. Quamuis autem humor iste natura sua frigidus sit, attamen in lethargico affectu semper putrescit & incalescit, febremque accendit, sed eam quidem omnino lentam non impense acrem & erodentem, propterea quod cum natura talis humor est, tum in parte frigida putrescit. Consequitur autem illa lethargum, vt veteres medici prodidêre, qua in re (præter alias differentias) ἀπὸ τοῦ κάρου ὁ λήθαργος discrepat: febris enim τὸν κάρον solet præcedere, eaque vehementior. Itaque sopores qui per febrium circuitus συμπτωματικὰς ægrotos premunt, magis κατοχικοὶ sunt quam λιθαργικοί. Est enim ὁ κάρος velut symptoma quoddam: λήθαργος per se consistit & cerebri actiones labefactat. Vetũ quemadmodum sæpe ex morbo morbus nascitur, sic plærisque morbis lethargus succedit, sed sæpissime ex phrenitide impensius refrigerata nascitur: frequenter etiam in illum continens febris transit, morbique alij permulti, quibus immodica vacuatio contigit. Sunt autem lethargicorum quædam differentiæ. Alij vnam continuamque habent lethargi accessionem, alij per circuitus quosdam in somnum ruunt, & rursus reuocantur vt excitati audiant, moxque in somnum relabantur. Sunt autem omnes obliuiosi, stupidi, mente capti, crebro oscitant & hiant, ac sæpe hiante ore persistunt, velut os claudere obliti. Vrinam reddunt iumentorum lotio similem, ac sæpe in manus sumpta matula, eam se tenere non meminerunt.

Lethargum autem omnes Græcorum medicorum interpretes veternum Latina voce vocauerunt sed minus recte, cum veternus non huiusmodi morbum certa quadam specialique significatione, sed ignauiam segnitiemque aut torporem & otium, nec non somnolentiam, aut grauẽ aliquando somnum significet, & commune quiddam caro, comati, cataphoræ, torpori, atq; etiam fatuitati, nedum lethargo præse ferat; quas ob causas Celsus, Plin. Quintus Serenus & Priscianus Græco nomine propter Latini penuriam vti semper maluerunt: dictus autem hic morbus est, tum obliuionis tum desidiæ argumento, quasi obliuiosa desidia, seu desidiosa obliuio, λήθη enim obliuio est, & ἀργὸς iners dicitur ac deses, vnde morbum quoque pigrum Æmilius Macer nominauit c. 53. lib. de virtutibus herbarum.

Λήθη. obliuio. Est memoria abolita. Namque debilis, veluti torpor: deprauata autem, delirium memoriæ est. Causæ autem obliuionis plures statuuntur, succus frigidus & pituitosus in cerebro collectus, & ipsius corpus refrigerans. Morbi in abscessum declinantes, pestilentia, senectus, medicamenta frigida vel sumpta vel capiti admota; vt habetur apud Galenum extremo libro 2. de sympt. causis.

Λήμη. lippitudo & sordes oculorum; dicuntur & λημία, Celso lib. 6. c. 6. Lemia; apud Nonium dicitur Gramia vnde à Lucilio grami osi oculi: excrementa autem illa sunt crudioris alimẽti &

» lemicocti aut pituita concreta: quorum eſt ge-
» neratio triplex, vna inſtrumentis ipſis affectis, vt
» inflammatis oculis aut alio morbi genere labo-
» rantibus, tam propter humoris qui præter natu-
» ram eſt copiam, quam organa ipſa male affecta,
» alimẽto ipſorum haud probe concocto, & tunc
» quidem nihil habet periculi: altera eſt vbi caput
» pituita plenum fuerit, cutis vero frigore aſtri-
» cta, vt in 2. ſtatu 1. Epidem. in quo ſcribit ægros
» exercuiſſe λημίας ὀπὸ ημίας σμικρὰς, frigido enim
» ſtatu humido & boreali, in capite pituita mul-
» ta coaceruatur, cuius tenuis fluxio per angulos
» & poros quoſdam tenuiſſimos irruit, qua ex-
» eunt ciliorum pili, aſtricta vero cute vt frigoris
» ob denſitatem & moram concreſcens lemas gi-
» gnit: Tertia eſt ab imbecillitate naturalis
» quæ oculos moderatur facultatis, non quali-
» bet ſed tali ac tanta, vt ne modicum quidem
» oculi alimentorum concoquere poſſit; hanc
» à reliquis duabus diſcernimus, tum quia poſt
» tertium ac quartum diem, non ante, vi morbi
» incidit; tum quia ſimul concaui ſunt oculi.
» Cum enim penuria, quam cauitas prodit mani-
» feſta ſit, ad copiam cauſa referri nullo modo
» poteſt: Sola autem ſupereſt facultatis imbecil-
» litas, & ea quidem non leuis, proindeque ſi-
» gnum eſt prorſus lethale; hoc autem circa ocu-
» lorum angulos concreſcens excrementum in
» quibuſdam animalibus vſque adeo induratur,
» vt in lapidis cuiuſdam naturam concreſcat, vt
» narrat Scribonius Largus de ceruis cap. 163.
» vbi ſcribit, in angulo oculi cerui inueniri ſor-
» des viroſi odoris quas colligunt diligenter Si-
» ciliæ venatores & geſtant in cincto aduerſus
» ſerpentum ictus & morſus. ſed & hoc loco non
» omittendum ex Plauto in Curculione, Sce-
» na, Date viam mihi, eleganter iocoſaque &
» audaci tranſlatione dixiſſe, famelici fauces lip-
» pire, ex eo credo, quod cum in fame os ama-
» reſcat, ſaliuaque concretior reddatur, & hæ-
» reſcat faucibus, dentibus, palato, & arenoſa
» etiam quædam ore patente fila lentore ſuo de-
» ducat, lippitudinem oculorum imitari vide-
» tur, os (inquit) amarum habeo, dentes plenos,
» lippiunt fauces fame; Sunt autem ab his voci-
» bus ἀπόπλασα λημᾶν & γλημᾶν apud Pollucem.

Λημίσκοι. lemniſci, ſiue faſciolæ dicuntur intortæ
» dependentes, quibus coronæ capiti quondam
» apponi ſolitæ ſubligari poſſent ne capite labe-
» rentur; vel potius vt aliquid ornamenti ijs ad-
» deretur; illæ vero faſciolæ ex varijs rebus fie-
» bant, ſed celebres erant ex tenuiſſimis philiris
» earum tunicarum, quæ inter corticem & li-
» gnum tiliæ inueniuntur: ad illarum autem ſi-
» militudinem Celſus, Aet. Paul. alijque medi-
» ci lemniſcorum nomen indiderunt inuolucris
» quibuſdam lineis, longis, retortis quibus in di-
» latandis vulnerum, nec non amplificandis ali-
» quorum locorum anguſtiis oris vtuntur; Sunt
» qui ex Catone turundam, ex Columella pan-
» nos interpretentur, melius ex Celſo lib. 7. cap.
» 28. implicitum in longitudinem linamentum:
» Sunt autem ea ex genere τῶν ἐμμότων, ſeu πλατῶν vt
» Paul. vocat, ſiue πλατύτων. vide μότος.

Λημνία γῆ. Lemnia terra. Legitur in Lemno inſu-
la, tumulo quodam prope Hephæſtiada. Eſt
terra pinguis, ſpiſſa, mollis, rubricæ colore,
adſtringens. De hac quæ ſcripta ſunt à vete-
ribus, videntur etiam nunc ei conuenire, quæ
hodie ad nos defertur. Eam Galenus ſcripſit
eſſe pinguem mollemque, dum ait ſacerdotem
pingue lutum eo vſque deſiccare, dum mollis
ceræ ſimillimum euadat. Spiſſam autem eſſe
idem declarauit, dicens aſtera Samium ea le-
uiorem eſſe, cum Dioſcorides ipſum aſtera
ſpiſſum eſſe prodiderit. Rubricæ vero colore
eſt, vt idem Galenus ſcribit: ſed differt ab ea,
quod hominis qui ipſam contrectat, manus, vt
rubrica, non inquinet. Tres eius differentiæ
traduntur. Terra ſacra, quam nemo, inquit,
Galenus, attingit præter vnum ſacerdotem: al-
tera rubrica, qua fabri vtuntur: tertia, qua fu-
lones, propterea quod extergit. Prima vtun-
tur medici. Glutinoſum quid habet, adſtringit
& citra mordacitatem reſiccat. Hanc alij μίλτον
λημνίαν, alij σφραγῖδα λημνίαν appellant, quod olim
in ea Dianæ ſigillum, quod creditur fuiſſe ca-
præ effigies, imprimeretur: ſicut hodie eius lo-
co Turcicæ literæ, ex quo eam quidam σφραγῖδα
αἰγὸς, hoc eſt ſigillum capræ, appellauere, vt ha-
betur apud Dioſcor.

Ληνὸς. torcular. Nomen eſt profectum primum ab
Herophilo, deinde vſurpatum ab anatomicis,
quod deſignat locum quendam in capitis ver-
tice vacuum, inſtar torcularis aut lacunæ, in
quem coeuntes in vertice meningis duplicatio-
nes, ſanguinem quaſi in ciſternam deducunt, at-
que inde velut ab arce quadam, omnibus ſubie-
ctis partibus riuos mittunt, alios quidem in to-
tum cerebellum, alios vero in partem anterio-
rem, tanquam vinum è torculari promentes.

Ληξιπυρετὰ φάρμακα. medicamenta dicuntur quæ «
febrem tollunt Marcell. capit. 16. Trallian. lib. «
12. cap. 2. «

Ληξιπύρετος αὐτίδοτος. apud Nicol. Myrepſum. eſt «
& ληξιπύρετος nomen confectionis arteriacæ, cu- «
ius ſub nomine multæ habentur deſcriptiones «
apud Galen. libr. 7. κῦ τέτ. eſt & ἀκόπα medi- «
camenti nomen, deſcripti à Galen. ex Aſclepia- «
de 7. κῦ γλύκ. cap. 12. «

Λῆρος. ſignificat apud Hippocratem multis in locis
μετείαν παραφροσύνης ἢ παραφροσύνην, hoc eſt, mode-
ratam dementiam ſiue delirium: vt annotat
Galenus initio comment. 3. in librum 3. τῶν ἐπιδη-
μιῶν. ſimiliter extremo lib. 3. περὶ διαιτῆς, per
παραλήρους eos ſignificans qui leuiter deſipiunt.
Verum Aetius λῆρον videtur facere ſpeciẽ quan-
dam certam delirij, ſcribens lib. 6. λῆρον differre
ἀπὸ τῆ μωρώσεως, quod μωρὸς conſequentia dicit
& facit, παράλογος autem nullo conſequio verba
faciat, ſed ſine vlla connexione ex hoc tranſeat
in aliud: quodque μώρωσις pueris præſertim &
adoleſcentibus accidat, λῆρος autẽ ſenibus. Ori-
tur cerebro frigidiore facto ſiue interna ſiue ex-
terna de cauſa.

Vide παραφροσύνη, vbi vocabula ſunt omnia, «
quibus veteres Græci medici in deſignandis «
ſymptomatis principis animæ facultatis vtun- «
tur. «

Ληχμώδιον. ex Galen. in iſag. appellari videtur locus «
in cerebri baſi ex arterijs conflatus, ex quo prin- «
cipium ſui exortus nerui capiunt. «

Λιβάδιον. dicitur à quibuſdam centaurium minus,
quando ſecundum fontes naſcitur.

Λιβανὸς πνοὴ. peſſus libanius. celebris ad emollien-
dum ſcirrhoſum viterũ. Recipit ceræ albæ qua-
drantem, olei nardini, gleucini, ſuſini, medullæ
ceruinæ, adipis anſerini, ſingulorum ſextantem,

cæſypi, butyri, nitri, ſingulorum drachm. IIII. his aliqui oui aſſati vitellum adijciunt.

Λιβανίον. collyrij nomen eſt, cui Paulus lib. 3. cap. 22. vim tribuit leniendi, concoquendi & pus digerendi. Deſcriptio eius habetur apud eundem lib. 7. cap. 16. Cenſetur inter ἀπαλὰ καὶ ἄδηκτα, hoc eſt, inter lenia & morſu carentia collyria, itaque dicitur à thure quod recipit.

» Verum apud Paul. non λιβανίον, ſed λιβανωτὸν » legi debere cenſet author, vt videbis paulo poſt » in λιβανωτὰ κολλύρια.

Λίβανος. thus. Arbor eſt Arabiæ familiaris & propria, ſed à nullo deſcripta, niſi quod Theophraſto & Plinio placuit eam lauro ſimilem eſſe. Ab ea manat lacryma pinguis quæ concreta denſatur, odorata, ſacrificijs dicata, quam Græci λιβανωτὸν, Latini arboris ſui nomine thus appellãt. Maſculum dicitur quod ex eo rotunditate guttæ pependit, vel cui teſtium ſpecies eſt, cum in hærente lacryma priore conſequuta alia ſe miſcuit, quod & mammoſum à ſimilitudine vocatur. Græci σταγονίαν & ἄπτυον vocabant, ſicut minores guttas ὀροβίαν. Micas autem thuris concuſſu eliſas, mannam vocamus.

» De thuris cortice & manna, eiuſdemque fu» ligine plura Dioſc. l. 1. c. 82. 83. 84. faciendæque » ex thure fuliginis modum, vt & ex myrrha & » ſtyrace docet Aetius tetrab. 1. ſerm. 1. in voce λι» βανωτὸς.

Λιβανωτὸς. idem quod λίβανος. Aetio tetrabl. 1. » ſerm. 1.

Λιβανωτὶς. roſmarinum. herba eſt duorum generum. vnum eſt fœcundum frugiferumque, cuius ſemen κάρχης vocatur. folia fœniculi habet, craſſiora & latiora, in rotæ ſpeciem, humi ſparſa, iucunde olẽtia: caulem cubitali altitudine aut maiorem, multis concauum alis: in cacumine vmbellam, in qua ſemen copioſum, candidum, ſphondylio ſimile, rotundum, anguloſum, acre, reſinaceum, quod in mandendo linguam exurit. radix thus redolet, candida, prægrandis. Naſcitur in ſaxoſis & aſperis. Eſt & alterum genus quo coronarij vtuntur, quod ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, denſa, longa, exilia, ſubter incana, ſuperne virentia, grauiter odorata. Vtrumque excalfactoria vi præditum eſt.

Λιβανωτὶς. dicta eſt à quibuſdam maſculæ conyzæ radix.

Λιπηρῷ. τῷ ὑγρῷ. hoc eſt, humido, apud Hippoc.

Λίβος. ſtillatio humoris ex oculis apud Hippoc. Dicitur ἀπὸ τοῦ λίβειν, quod proprie καθίειν, hoc eſt, ſtillare, ſignificat.

Λιβυρὸν. σκοτεινὸν καὶ μέλαν, hoc eſt, obſcurum & nigrum, apud Hippoc. vt annotat Erotianus.

Λιβυανὰ κολλύρια. Sic dicta ſunt (inquit Galenus) collyria ἄδηκτα, id eſt, mordacitatis expertia, quæque longiori tempore affectę partis vitiatum humorem conſumunt. Ea multorum ſunt generum, quæ partim à Gal. lib. 4. τῶν κατὰ τόπους, partim ab Aetio lib. 7. deſcribuntur. Appellantur eadem & κόνεις, ab albo colore, vt in quibus præualeat amylum & terra Samia ac ceruſſa Rhodiaca. Eſt & vnum apud Paulum Æginetam, ſed falſo inſcriptum λιβανίον. debet enim ſcribi λιβυανόν. conſtat enim eadem materia qua & alia omnia λιβυανὰ appellata. præterea non reperias id nominis vnquam à medicis collyrio datum. Nam quod thure conſtat, non λιβανίον, ſed διὰ λιβάνου, nuncupatur. Sed neque in eo thuris quicquam eſt.

Λιβιανὰ per duplex ι. ſcriptum legimus apud Trallian. lib. 2. c. 5. à quo ibidem deſcribitur λιβιανὸν κολλύριον.

Λιβυκὸν. ſic quidam appellant ſylueſtrem aſparagum.

Λιβυστικὸν. vocatur à Galeno vnius literæ mutatione quod alij λιγυστικὸν dicunt.

Λίβυον. dicitur à quibuſdam λωτὸς ἄγριος, authore Dioſcoride, quod plurima naſcatur in Libya.

Λιγγεὺς. lynceus Collyrij nomen eſt deſcripti à Gal. 4. κατὰ τόπ. cap. 7. vtilis ad oculorum affectiones callоſas, cicatrices, & callos.

Λιγγύριον. vide in Λυγκύριον.

Λιγνὺς. fuligo. dicitur & ἀσβόλη. Eſt terreſtris tenuiumque partium ſubſtantia ſummis caminorum parietibus adhærens, ex multo rerum pinguium vſtarum halitu & vapore concreſcens: Vel, vt definit Galenus, eſt vapor terreſtris, ex materijs immodice aſſis vſtiſque. In hoc enim fuliginem differre ſcribit à fumo, quòd fumus miſtio ſit ex terreſtri aqueaque ſubſtantia materijs tantum ſemiuſtis. Cæterum differentiæ fuliginis multæ ſunt, pro varia materia ex qua colligitur: ex acriore enim & calidiore acrior calidiorque fuligo, ex mitiore mitior. In vſu habitæ medicis fuerunt, ex thure, terebinthina, myrrha, ſtyrace, pice liquida, cedro. Omnis exiccat, totaque natura terrena eſt, tenuiumq; partium, ſed modicum ignei caloris retinet qui materiam aduſſit. Ab eius ſimilitudine etiam in nobis fuligo fuliginoſuſque humor, aut vapor aut halitus dicitur, ex vſtione prouenies, quam calidior quidem ſicciorque intemperies inducit, motus vero multus & vehemens, vigiliæ, ira, dolor, cura, inediaque augent. Eiuſmodi excrementa medici λιγνώδη vocarunt, parique ratione Hippocrates lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν, γλῶσσαν λιγνώδη dixit, linguam halitibus ijs fuliginoſis obductam, nigramque in modum fuliginis.

Dicitur & λιγνὺς alijs nominibus, apud Hippocrat. quidem Ἀιθάλη, & apud Gal. αἰθαλῶδες πτεῖσμα, ἢ καπνῶδες, καὶ λιγνώδης ἀναθυμίασις.

Λιγνῶδες πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Λιγνώδη περιττώματα. fuliginoſa excrementa, de quibus ſuperius in dictione λιγνύς.

Λιγνώδης γλῶσσα. vide γλῶσσα.

Λιγυστικὸν. herba eſt cauliculum ferens anethi, geniculatum, tenuem & in circuitu folia ſertulæ Campanæ, molliora, odorata, prope verticem graciliora & longe magis diuiſa: in cacumine muſcarium, in quo ſemen dependet nigrum, ſolidum, & oblongum, fœniculo proximum, guſtanti acre, & aroma olens. radix candida, Heracleotici panacis (ex quo alij παστέκειαν, alij παστάκης eam vocarunt) ſimilis, odorata. Radicis ſeminiſque vis excalfactoria & concoquens. Errant qui id eſſe cenſent, quod vulgo Leuiſticum dicitur, quod potius legitimum hippoſelinum eſt. Plurimum in Liguria naſcitur, in monte Apennino Alpibus contermino: vnde nomen traxit. Panaces ab incolis non abs re appellatur, quoniam & radice & caule Heracleotico panaci ſimile ſit, & viribus ijſdem præditum. Apud Galenum pro eodem λιβυστικὸν.

Λιθάργυρος. argenti ſpuma. medicamentum eſt metallicum non ſponte quidem naſcens, ſed in ſecundis fornacibus emergens, dum plumbum vel

eius arena ab argento aut auro secernitur λιθάργυρον Græci appellarunt nomine ex argento & lapide composito, ortæ rei duritiem designantes: Latini vero argenti spumam, nascentis rei naturam magis explicantes, & coctura potius euentum contemplati, quæ ex plumbo & argento eam veluti recrementum spumam redderet. non quod ex argento solo eiusmodi spuma prodeat (siquidem spuma hæc plumbi maxima pars est, quod totum partim in spumam, partim in plumbaginem vertitur, cum de ipso argento nihil fere depereat) sed quod ex plumbo & argento nata, fuerit apud antiquos frequentior quam vllum aliud lithargyri genus. Triplicem enim lithargyri differentiam Dioscorides exponit, vnam ex arena quam μολυβδῖτιν, vocant, in fornacibus excocta donec perfecte igni incandescat, & tota versa sit partim in hanc spumam, partim in plumbaginem: alteram ex mistura plumbi & argenti, quam ἀργυρῖτιν nominant: tertiam ex mistura plumbi & auri, omnium optimam, quæ χρυσῖτις dicitur. Sunt autem hæc duo, non materiæ tantum, sed & colorum nomina: ἀργυρῖτις enim dicitur non tam quod facta sit ex argento, quam quod candida sit in modum argenti: & similiter χρυσῖτις tum quod ex auro prodierit, tum quod ab igne fuluum colorem contraxerit. Meminit præterea Plinius argenti spumæ quam stereotida, & alterius quam pneumenen appellat. Quibus tamen nominibus non alia quam quæ dicta est huius spumæ materia indicatur, sed spumæ tantum conformatio. Illa enim in solidiores massas, hæc in tubulos concreta intelligitur. Cæterum argenti spuma nec calida nec frigida nec humida manifesto est, sed exiguam habet siccandi vim in primo abscessu ab his, quæ ad amussim media sunt inter humida & sicca: nec similiter vis eius est obstruere, sicut nec aperire: item nec abstergere nec inquinare, sed paululum à medijs ad crassius quodammodo recessit. Quamobrem in varios vsus administratur & miscetur emplastris, vti docet Galen. lib. 1. περὶ τόπων.

Λιθίασις. dicitur calculi generatio in vesica: quamuis ille etiam in renibus creari possit, nemo tamen λιθῆν & λιθιᾶσθαι vsurpauit nisi de ijs quibus in vesica molestus est, vrinæ suppressionibus, vesicæ & imi ventris distentionibus, ardoribus vrinæ, & summis multis doloribus.

» Illo qui vexantur λιθιῶντες dicuntur, Latine » Celso interprete Calculosi; eam quoque λιθίασιν, λιθίδα dici reperio ab Hippocr. 4. Epid. περὶ νούσων, quanquam autem de vesicæ calculo po» tissimum & proprie λιθίασις vsurpatur, Galenus » tamen initio libelli de renum affectuum digno» tione & curatione, λιθίασιν de calculo renum » protulit, & passim in eo libello λιθιῶντας calculo » renum laborantes appellat; sed hic liber an sit » Galeni legitimus dubitatur.

Dicitur tamen etiam λιθίασις in oculis morbus exteriori palpebrarum parte, in quo alba quædam & crassa callis aut lapillis similia apparent oculum pungentia, vt scribit ὁ εἰσαγωγεὺς author, apud quem tamen incertum est partene palpebrarum exteriori, an potius interiori insideant.

» Ποιλίασιν author Isagoges cap. 15. vel & πυ» ίασιν videtur appellasse: Similiter Aetius l. 7. c. 80 » Paulus vero cum nec de poriasi atque lithiasi vl

libi mentionem fecerit, hanc sub grandine (χάλαζα) comprehendisse verissimile est, quas ob « res etiam definitionum authoris negligenda sen- « tentia non est, cum de χάλαζα locutus subdit « quamprimum, eadem quoque est λιθίασις: Por- « ro Hippoc. 6. Epid. strabos fieri dixit λιθιῶντας, « quo loco errarunt interpretes qui vitium oculi « esse putarunt vesicæ vitium, nam & Aetius lib. 6. « c. 2. scribit in lithiasi palpebras esse inuersas at- « que tophis quibusdam obductas. «

Λιθόλιθος. à nonnullis corallium dicitur vt scrip- « sit Dioscor. quod illius proprium sit & velut « quarto modo (vt scholæ loquuntur) aeri expo- « situm lapidescere, cum mollis fuerit liquidis « prius herba sub vndis; sed nec solum à frigore « ambientis induratur, sed habet in se absconditam « suæ indurationis energiam, quæ ab aere circum- « stante affecta illam produxit. «

Λιθοειδὴς. petrosum. ossis nomen. sic dicitur pars ossis temporalis, protensis suturæ τῆς λαμβδοειδοῦς finibus terminata. In eo osse apophysis est σιγμοειδὴς, quam Galenus βελονοειδῆ & γραφιοειδῆ appellat: & alia præterea quæ meatum auditorium continet. Sic dicta sunt quod petræ seu rupi videantur similia, non duritie modo, sed etiam specie.

Λιθοκόλλα. glutinum quo lapides coniunguntur. cō- flatur, inquit Dioscorides, ex marmore, lapide Pario & taurino glutine.

Λίθος. calculus. est crassi & glutinosi humoris coag- « mentatio lapidosa, quæ cùm in alijs partibus for- « mam obtinet calculi, tùm vero potissimum in « vesica: Lapidosa autem coagmentatio in vesica « duplicem habet matricem quod περινεφρίδιον ve- « teres nominarunt; vnam in rene, alteram in ipsa « vesica: in rene quidem generatur calculus assi- « duo appellentibus arenulis, inde crassescentibus « & mutuo adhæsu inter se colligatis, quibus non « cito exclusis corticatim crescit calculus, deinè « renis substantia exturbatur in cauum, quumque « euellitur renis partem cui adhæresebat sine do- « loris sensu diuellens, & quasi lacerans saniem « prolicit, quæ pariter cum vrina profunditur, eā- « que crassam, turbidam, subnigramque reddit: « Non multo post tempore is si exiguus est in ca- « put vreteris se infert, ex quo magna vi, summo- « que dolore nephritico in vesicam procidit; Si « crassiusculus est aut salebrosus & asper in via « diutius hæret & magno cruciatu vētrē dilacerat: « Sed & nonnunquam in renis capacitate subsistit « ac permanet cum præ crassitie non satis lata illi « est vreteris via, confirmatus tandem fere renis « cauum implet consuetasque arenulas exire pro- « hibet; Perfectum vero hunc in rene esse docent « affectæ partis grauitas, ob quam vix spina dorsi « inflectitur, nullo tumore foris conspicuo, obtu- « sioris cuiusdam doloris sensus inest, præsertim « cum aluo suppressa, ren ipse vel flatu vel fæce « premitur, aut cum decubitus est in aduersum la- « tus, aut cum vehementior est exercitatio: Ne- « phriticus dolor ex interuallis citra calculi excre- « tionem redit, per laborem & duram equitatio- « nem vrina profluit cruenta, tum quippe calculus « suo pondere & attritu renem contundit, & ple- « rumque sine sensu dilacerat exulceratque, è quo « sanguis cum vrina profunditur; cruris quod è di- « recto affecti renis est torpor quibusdam inest « molestus: efficientem autem calculi causam om- « nes quidem profitentur esse renum calorem im- «

» moderatum, qui humores perurens ſiccans & » obdurans cogit in lapidem ; Sed alia quædam » ſtatuenda cauſa eſt efficacior, lõgeque crebrior, » inſita ſcilicet renum arenoſa calculoſaque con- » ſtitutio, quam quiſquis à parentibus contraxit » vix vlla ratione calculi tormenta effugiet, quan- » doquidem hoc vitium omnium eſt maxime hæ- » reditarium, vt non paucis pariter cum renibus » calculus procreetur : Adiuuantium vero cauſa- » rum præcipua eſt otium ſomnuſque diuturnus » decubitu ſupino ; atque hæc de renali calculo. » Aliam autem calculi matricem eſſe in veſica di- » ximus, in qua fit ipſa per ſe lapidoſa coagmen- » tatio, quam vocat Hippocr. τὸ σωμάτιον, quæ fa- » cilis eſt à glutinoſo & craſſo humore qui ſtabu- » latur & ſubſiſtit in veſica debili puerorum, vel » hominum grandæuorum, aut certe ingraueſcen- » tis ætatis : & in puerili quidem ætate cauſa τῶ » σωμάτιον copia eſt humoris craſſi ab edacitate, » ipſaque vrina craſſa, quæ diutius in imbecilliore » veſica ſubſiſtit, propterea que rectę conſulunt, » qui pueros noctu excitant ad meiendum : in cæ- » teris vero ætatibus σωμάτιον cauſa eſt, vitæ ge- » nus omne quod ſectantur voluptuariæ : & in » Ephœbis quidem, iuuenibus, conſiſtentibus, & » declinantibus ad 63. ætatis annum locum habere » mihi præſertim videtur Fernelij ſententia, dum » inquit, calculum omnem in veſicam concluſum » rudimentum quoddam è renibus traxiſſe, è qui- » bus per nephriticum dolorem excidens, ſi gran- » diuſculus eſt in veſica aliquandiu hæret, ac ple- » rumque ſubſiſtit, illicque aduectarum ſordium » adhæſu coagmentatur, dum verus confirmatuſ- » que lapis fiat; eo inſuper fultus argumento, quod » in omnibus calculis quos ipſe fregit plurimos, » nucleus quidam ſit ruber, quem corticatim pi- » tuita inuoluit : Sed eſſe poteſt in pueris hæc fal- » lax Fernelij ſententia, vt & in grandæuis poſt 63. » ætatis annum, Poteſt enim vrinæ craſſamentum » illis in ætatibus habere in veſica initium concreſ- » cendi & coagmentandi, vt innuere videtur Gal. » comm. in 6. Epid. part. 3. & Hippocr. lib. 4. περὶ » νόσων : Cæterum propria calculi veſicæ ſigna hæc » fere ſunt, vaga quædam & oberrans circa pu- » bem & perinæum titillatio, ſiquidem exiguus is » & leuis etiamnum eſt, cum vero grandeſcit in- » cumbentis grauitatis pondus percipitur, vt id- » circo difficilis & doloris plenus per ſalebroſa lo- » ca ſit inceſſus, mictio crebreſcit, adeo vt & tan- » dem aſſiduo meiendum ſit, vixque poſſit vrina » cohiberi. Quum meiendum eſt, vrinæ fluor re- » pente intercipitur, obuiam quidem impulſo cal- » culo, ſicque minime continuata ſed interciſa eſt » mictio, ac tum dolor alias vniuerſum pudendi » ductum, alias glandem ſolam affligit, iſque acer- » rimus ſub emictionis finem, quum calculus vri- » næ curſu incitatus, quaſi proditurus veſicę ſphin- » cterem violentius comprimit : Meiendi conā- » tum comitatur deſidendi cupiditas, quod calculi » magnitudo, è perinæo rectum inteſtinum vt ve- » ſicæ ceruicem extimulet ; at vero nonnunquam » ſummæ veſicæ adhæreſcens calculus, & quaſi ex » illa propendens, vix vllum ex his ſignis manifeſte » exhibet, & viſi ſunt qui nullo dolore illum diu » geſtauerint : omnibus tamen hæc ſigna modo » mitia ſunt & obſcura, modo ſæuiora, vrina alba » craſſa atque turbida redditur, quum grandior » calculus iam diu eſt in veſica detentus, in qua ſe- » dimentum purulentum eſt aut narium mucori perſimile, cuiuſque lentore oblinitur obducitur- que lapis, vnde illius aſperitas læuigatur minuſ- que moleſtiarum infertur, angulo lapidis hebe- tiore reddito, quaſi illud ad vitæ dulcedinem fa- ciat, & natura inconſideratâ quadam & fortuita prudentia mucum ipſum ſuggerat vt innocen- tior calculus reddatur : ad extremum vero digi- tus in anum, aut certior catheter in veſicam im- miſſus quod coniectura dubium incertumque fuerat explorabit, confirmabitque. Cæterum non modo in rene & veſica generari calculos & reperiri, ſed in alijſque pleriſque corporis parti- bus ex veterum monumentis docemur : Holle- rius ſe calculos in capite obſeruaſſe ſcribit Scho- lio 450. Auicenna in gutture Fen. 9. 3. in calce capitis. 9. Auenzoar ſub lingua : Gal. 4. de loc. affect. cap. vlt. in pulmonibus, vt & Dodonæ. & Fernel. lib. 5. de partium morbis & ſympt. c. 10. & Trallian. l. 5. c. 3, Aretæ. l. 1c. 12. in corde Hol- lerius : in hepate Beniuenius & Dodon. & Scalli- ger loco cit. & Mattheol. epiſt. 5. & Columbus : in meſenterio Duretus ſcholio 45. in Holle- rium, & in folliculo fellis ibidem : atque Fernel. in liene : in vtero Hippocr. 5. Epid. in famula Dy- ſeridis, & Aetius lib. 16. c. 98. Duret. loco cit. & Gal. 6. de loc. aff. c. 2. in inteſtino plures quoque lapides obſeruarunt, vt Duret. ſcholio 52. in Holler. & alij, quanquam Gal. in 1. & 6. de loc. aff. c. 2. negauerit ſe vidiſſe : inſuper calculos in iuncturis ſæpiſſime videmus vt in podagrico- rum affectibus : in abceſſibus quoque, vt nota- runt Rhaſis 10. contin. 2. & Galen. lib. de tu- morib. præter nat. & 2. ad Glaucon. idem de- nique fuit in cæteris corporis partibus à nonnul- lis obſeruatum.

Λίθοι. etiam lapides minerales dicuntur, quorum omnes differentias atque facultates vide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 141. vſque ad caput 170. & apud Aetium tetrab. 1. ſerm. 2. cap. 13. vſque ad cap. 39. quæ hîc longum eſſet nimis recenſere.

Λίθος μύλας. lapis molaris apud Hippocratem, quem κόχλακα appellant.

Λιθοσπερμον. folijs eſt oleæ longioribus & latiori- bus, mollioribus, (iacent humi quæ ab radice exiliunt) ramulis rectis, tenuibus, firmis, craſſitu- dine acuti iunci, lignoſis, in quorum cacumine bifidi exortus cauliculorum ſpeciem exhibent. folijs longis inter quæ paruum ſemen, rotun- dum, erui magnitudine, duritie lapidea. Naſ- citur in aſperis & editis locis. Calidum & te- nuium partium. Nomen accepit à ſeminis du- ritia.

Λιθοτόμος. dicitur calculum excindens Chirurgus, & λιθοτομία ars quæ hoc facere docet, cuius ope- rationis modum tum eum qui minore fit appa- ratu, tum qui maiore in Chirurgorum libris leges.

Λιμαξία. idem quod λιμοκτονία de quo infra : indo λιμαξικοὶ Epid. 2. dicuntur qui ſummam ine- diam ferunt velut qui fame necantur quos λιμα- μαχοῦντας vocat, eos ſignificans qui λιμαξίᾳ torquentur : Aurelian. lib. 1. c. 5. τ' χρονίων λιμαξίαν omnimodam dixit abſtinentiam : dicitur & λιμαξονεῖν quaſi dicas angina inediæ ſuffocare.

Λιμακώδεις. λιμώδεις ἢ καπνώδεις ἢ ὁμαλοῦ τόπου, hoc eſt, paluſtres, & conſiti, & æquabiles loci. apud Hippoc. vt explicat Erotianus.

Λιμακώδεις. οἱ ὑγρὸὶ ἢ βοτανώδεις, hoc eſt, humidi & herboſi, apud Hippoc.

Λιμώνιον. dicitur à quibusdam centaurium tam magnum quam minus, vt habetur apud Dioscoridem, quod propter lacus vbertim vtrunque prosiliat.

Λιμῶξις. sic dicitur ἡ ἀδηφάγια, vt scribit Aetius lib. 3. Dicitur & à nonnullis centaurium vtrumque, vt habetur apud Dioscor.

Λιμοκτονία, ἀσιτία παντελὴς, hoc est, abstinentia omnimoda, vel certe ἡ ἐπὶ πολὺ σώματι μόνοις δίαιτα: hoc est, victus ratio quæ fit solis potionibus: vt explicat Gal. Vsurpatur hoc nomen ab Hippoc. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων.

» Comment. 4. t. 61. Ceu quæ per mulsam
» & ptisanæ cremorem multis diebus instituitur:
» Quin & l. 7. Epid. in Thyni filio febre ardente
» vehementer affecto, cum copiosa alui deiectio-
» ne, animi deliquio, multis sudoribus, infuso
» ptisanæ cremore enutrito ascripsit λιμοκτονίᾳ;
» vsurpatur & ab eodem λιμοκτονίη lib. de diæta in
» acutis.

Λιμὸς. fames. Est, vt ait Galenus, πόνος εἰς ἄκρον ἥκουσα διὰ ἀπορίαν σιτίων, hoc est, extrema fames à ciborum penuria: siue ea voluntaria, siue præter voluntatem feratur. Idem ergo genere λιμὸς καὶ πόνος, solaque magnitudine differunt. Est enim πόνος modicæ suctionis in ventriculo sensus, λιμὸς vero magnę & vehementis. Sic enim apud Hippocratem intelligitur tum eo aphorismo quo scribit, ὅκου λιμὸς, ἐκεῖ πονέειν: vbi fames, laborandum non est: tum altero quia ita scriptus est, τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα. hoc est, corporibus humidas carnes habentibus, famem adhibere oportet. fames enim exiccat corpora. His enim aphorismis ἀσιτίαν proprie significat, sicut & lib. 2. τῶν ἐπιδημιῶν, vbi ait, οἱ Ἄνῳ ἐσπειφαγόντες ἐν λιμῷ σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο. hoc est, in Æno qui legumina comederunt in fame, imbecillitate crurum laborarunt. Significat vero etiam apud Hippocratem vehementem & insatiabilem ciborum auiditatem, quæ καυσώδης ὄρεξις appellatur. vt aphor. 21. lib. 2. λιμὸν ὄρεξις λύει. hoc est, famem thorexis soluit. Neque enim hæc secundum naturam, vt ait Galenus, fames est, sed morbosa, quam vini potus soluit.

Λιμὸς λύπης. μεγάλη τροφῆς ἀπορία, apud Hippocratem, magna prorsus ciborum inopia. Erotianus.

Λινόδρις. sic dicitur à quibusdam ἡ χαμαίδρις, vt habetur apud Dioscoridem.

Λινόζωστις. Mercurialis. herba foliis ocimi, minoribus, helxinæ cognatis, ramulis duplici geniculorum nodo cinctis, alarum cauis multis, fructu in femina copioso, quandam racemorum speciem præbente: in mare è foliorum sinu dependente, paruo, rotundo, ceu binis testiculis vna cohærentibus, frutice dodrantali aut maiore. Vtraque olerum modo manditur ad ciendam aluum, & illita discutit.

» Dicitur hæc alio nomine ἑρμοῦ πόα Mercurij
» herba quod à Mercurio inuenta sit.

Λίνον. linum. herba est vulgo nota, tenui dodrantalique auena, tamarisci foliis, flore cœruleo, speciosa. Eius semen primo gradu calidum est, inter humectantia siccantiaque medium, ex quo propterea fiunt eclegmata extrahendis à pectore pituitis finiendisque tussibus cum melle ac pipere. Similiter & emplastrum quod ad Polletem refertur, ad pectoris affectiones & ad neruosarum partium inflammationes ac dolores. Describitur ab Aetio lib. 15. c. 14.

Λίνον à quibusdam dici τὸν κνίδειον κόκκον, habetur apud Dioscor. quoniam frutex ipse, qui granum cnidium profert, similis satiuo lino sit.

Λίπα, τὸ ἔλαιον, apud Hippoc. hoc est, oleum: in secundo de morbis mulierum.

Per apocopen autem dictum vult Suidas pro λιπαρὸν id est pingue, quomodo tum Poetæ cum prosæ scriptores sæpe vtuntur.

Λιπᾶν. de morbo in fici radicibus dixit Theophr. c. 12. l. 5. de caus. plant. hoc est humore nimio turgere, quando scilicet illæ largiore humoris copia distentæ putrescunt & arborem necant, vel extincto calore suffocantur, quod lib. 17. c. 24. dixit laborare radicibus madidis; quo & in significato vocem κλάδᾳ idem vsurpauit cap. 16. l. 4. de hist. plantarum.

Λιπαραὶ ἔμπλαστροι. lenia emplastra. dicuntur apud Celsum lib. 5. cap. 19. quæ medicamentis pinguibus constãt, differentia in eo ἀπὸ τῶν ἀλιπάνων, quę constant ex medicamentis non pinguibus. Plura vtriusque generis exempla Celsus eo loco recenset.

Plin. l. 33. c. 6. Græcam appellationem retinuit liparas vocans; alia quædam λιπαρὰ seu pinguis compositio ad achoras, psydracia, papulas ferrudas, & intertrigines à Gal. describitur 1. κατὰ τόπ. cap. 8. aliæ pariter λιπαραὶ ad sedis seu ani affectus à Gal. describuntur 9. κατὰ τόπ. c. 6.

Λιπαρὸν. pingue. saporis genus est secundum Theophrastum, à Platone tamen de proprijs linguæ sensorijs differente prætermissum, quasi ad gustum nihil attineret. Sic autem dicitur quod vnguinis modo sublinit & replet, mitigatque exasperatas & quasi erosas linguæ partes, sed absque vlla delectatione. In hoc enim à dulci differt, quod manifesta cum suauitate idem præstat. Est vero fortassis & pingue ipsum dulce, aut certe ex dulcium genere sicut putarunt quidam qui pauciores quam octo gustus differentias esse contendunt. Succedit id saporis genus acerbo, vt scribit Gal. lib. 4. cap. 8. de simpl. medic. Cum enim corpus acerbum, quod terreum est & frigidum, tribus modis exoluatur, aut incalescens, aut humescens, aut vtrumque simul perpetiens: si incalescat duntaxat, solam acquiret dulcedinem, vt glandes & castaneæ: sin tantum humescat, austerum euadet aut acidum. si vero pariter humescat & calefiat, humiditate quidem aquea in dulcedinem, aerea vero transibit in pinguedinem: sicut accidit tum oleæ tum fructibus omnibus ex quibus oleum conficitur, qui exacte pingues sunt. Nam id genus omnia vetustate prorsum efficiuntur pinguia, quod in ijs aquea quidem & excrementitia humiditas digeratur, propria vero à calore natiuo elaboretur atque exacte concoquatur. Est autem pingue idem cum oleoso, vt & dulce idem cum melleo. vt non interfit pingue an ἐλαιώδης voces. Dicitur & πῖον. quanquam Gal. comm. 5. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, videatur τὸ πῖον genus constituere τοῦ λιπαροῦ καὶ τοῦ γλυκέος: quo loco scribit Hippocrates τὸ χολῶδες εἶναι τοῦ πίονος procreari.

Λιπαρότης, pinguitudo. Ex ijs quæ ante περὶ τοῦ λιπαροῦ dicta sunt, satis patet esse gustabilem qualitatem, quæ sine voluptate aut ea longe minori quam dulcia exhibent, linguam linit & subungit.

Valde affinis est dulcedini, de qua vide γλυκύπης. Dubito an apte Latine dici possit. Pinguedo enim & pinguitudo non sunt vera huius qualitatis nomina, sed potius substantiæ, quam πιμελὼ appellant.

Λιπαρὸν. herbæ nomen cuius meminit Aetius, Alexandria sic vocante, quanquam aliqui, inquit, cneſtron nominant, ad vlcera capitis manantia vehementer vtilis. Nec indicat is author qualis ea sit, vtrum eandem cum thymelæa cneoroue, an diuersam putarit.

Λιπάσματα. vocant Græci quędam vnctioni accommodata à pinguitudine sic dicta vtait Paul. l. 3. cap. 18.

Λίπος εος, pinguedo adeps idem cum eo τὸ λιπῶδες.

Λιπόδερμος. vide supra λειπόδερμος.

Λιπυείας. vide λειπυείας.

Λίειον. lilium. Oleum autem ex eo aliqui λίειον, cum litera ι scribunt, aliqui vero λίειον sine ι. vocatur autem non solum κρίνινον, id est, lilinum, sed susinum & anethinum. vt annotat Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις. Frequentius λεῖειον per diphthongum scribitur.

Λίμ. emplastri viridis nomen est apud Galen. 2. κτ' ἰῶν c. 2. quod æruginem ceram & resinam recipit; aliud etiam ex salicibus eiusdem nominis descriptum à Gal. 5. κτ' ἰῶν c. 3.

Λίτρα. libra. mensuræ & ponderis nomen fuit apud Romanos, sicut etiam nunc apud pharmacopolas. cuius ambiguitatem illi tollere volentes, libre μέτρῳ ἢ σταθμῷ, id est, mensura aut pondo, adijciebant, sicut apud Plautum habetur: Et laserpitij libram pondo diluunt. & passim in libro Scribonij Largi. quod tamen non perpetuo faciunt, libram tantum aliquando dicentes vbi de pondere agitur. Libra autem tam mēsura quam pondus fuit vnciarum duodecim, quæ & ipsæ similiter in ponderibus & mensuris vsurpabantur, quarum etiam qui meminerunt authores, vt omnem dubitationem tollerent, ijs σταθμῷ ἢ μέτρῳ addiderunt, vt ex Galeno constare potest. l. 1. τῶν κτ' ἰῶν, vbi albi emplastri compositionem enarrat: λιθαργύρου μὲν ἢ χαμαιτύπου λίτρας ἑκατέρου σταθμῷ. δυοῖν δὲ λιτρῶν ἐλαίου μέτρῳ. hoc est, lithargyri quidem & ceruſſę, libras vtriusque ponderales, duas autem libras olei mensurales. Verū id scire oportet, libram & vnciam mensuralem, atque adeo mensuram omnem certam atque immobilem semper fuisse, pondera autem rerum omnia fere varia esse, pro eorum quæ expenduntur varietate. Sciendum tamen est quod sicut Plinius pro mina vertit libram, quæ tamen quatuor drachmis est minor, ita Græci contra, nonnunquam centum drachmis libram non minam exprimūt, vbi quatuor drachmæ redundant. vnde Galenus lib. 6. τῶν κτ' ἰῶν scribit: ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ λίτρας, ἡ ἑκατὸν δραχμὰς χάσουσιν αὐτήν. ποτὲ δὲ αὐτὴ τῆς μνᾶς. hoc est, aliquando quidem pro libra, centum drachmas ipsi scribunt: aliquando vero pro mina. Et similiter eiusdem operis lib. 1. ὥστε ἡ αὐτὴ ἀναλογία σώζεται μηδὲν μὰ διαφέροντος, εἴτε τῶν ἑκατὸν δραχμῶν τῶν μεταλλικῶν, εἴτε τῶν ἐνενήκοντα ἓξ, αἱ δύο κοτύλαι τῷ ἐλαίῳ μιγνύοιντο. hoc est, Itaque eadem proportio seruatur, cum parum à se inuicem dissideant, siue centum illis drachmis metallicis, siue illis nonaginta sex, duæ olei cotylæ misceantur. Sed quid dicemus ad Scribonium Largum? qui scribit: Quæ enim in libra denarij octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrunt. Largus plæraque medicamenta vertit ex Græcis, qui libræ vocabulo vsi sunt in suis compositionibus, diuidentes eam more Romano in duodecim vncias, vnciam vero in septem drachmas, denarios intelligentes. Itaque more illorum loquutus Scribonius videtur. alioqui libra drachmarum est sex & nonaginta.

Λιχανὸς. index. secundus est digitus pollici proximus. sic dicitur παρὰ τὸ λίαν χαίνειν, id est, quod longo spatio à pollice distet. hæc autem distantia λιχὰς ab eo digito appellatur, vt author est Pollux. Alio nomine δεικτικὸς vocatur, quod eo indicamus, exprobramus, minamur. Salutaris olim dictus est à Latinis, vel quod nisi visa & indicata salutemus, vel quia apud priscos eo digito ori admoto silentium, quo nihil ad salutem melius, indicebatur.

Λιχὰς. mensura est apud Græcos qua rerum interualla metiuntur. Constat autem eo spatio quod inter pollicem & indicem est, cum quam maxime fieri potest distenduntur. Inquit enim Pollux: εἰ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον τῷ λιχανῷ ἀντιτείνας, (scilicet μεῖζες) τὸ μέσον λιχάς. hoc est, si vero magnum digitum indici opponens metiaris, mēsura λιχὰς dicetur. Est autem hæc mensura duorum palmorum & dimidij, siue decem digitorum.

Λίως. τελείως. hoc est perfecte, apud Hippoc. vt annotauit Erotianus.

Λόβιον. ὁ δόλιχος, qui & λοβὸς vocatur.

Sic gibba quoque hepatis pars vocatur quam fibram nonnulli vocitant, hesychio τὸ ἄκρον τῶν ἥπατος.

Λόβοι. Hesychio dicuntur & Suidæ τὰ ἄκρα παντὸς omnium rerum summitates, proprie vero τῶν ὤτων τὰ κάτω, imæ auris partes carnosæ, quas fibram vocat Gaza apud Aristotelem l. 1. c. 11. de hist. animal. Ruffo sic appellatur aurium pars pendula quam & solam auris particulam nomen habere, cæteras nomine carere dixit Aristoteles, quanquam medici illis etiam propria nomina imposuerunt: dicuntur quoque λόβοι in hepate & pulmone: ita enim apud Pollucem λόβοι ἥπατος, & λόβοι πνευμονίας fibras exponunt Latini interpretes. Sed & apud Galen. 4. κτ' τόπ. extremitates rosarum λόβους Asclepiades appellauit, quos ὄνυχας id est vngues Dioscor. appellat: Sūt autem candidæ foliorum partes quibus detractis rosæ ἀνυχισμέναι & ἐξωνυχισμέναι dicuntur quasi exungues & resectis vnguibus: Præterea λοβὸς dicitur τὸ ἀγγεῖον τῆς ἐρεβίνθου, τῆς κυάμου, & similium seminum hoc est siliqua seu folliculus quo semen veluti vagina clauditur, frequens in hac significatione apud Theophr. apud quem hinc ἔλλοβα, & ἐλλοβοτρέμματα, & πολύλοβα nominantur: denique λοβοὶ & φασήολοι siue φάσηλοι dicuntur quos antiqui, Hippocrates & Diocles δολιχοὺς appellarunt: Dolichi seu phaseli inquit Galen. de facult. aliment. l. 1. cap. 28. Item Aetius lib. 1. in serie τῶν δ. Qui nunc (inquit) ab omnibus nominantur λοβοὶ, ab antiquis vocabantur δόλιχοι & φασήολοι, præ cæteris vero λοβοὶ appellantur, quoniam plerumque & fructus & folliculus ipsius vna cocti comeduntur, non item alia legumina; vide δολιχοὶ, & Gal. lib. 2. de aliment. facult. c. 28,

Λοβὸς. τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ. hoc est album oculi,

quod etiam alio nomine σφενδόνη dicitur & κυπελλόπτον.

» Apud Pollucem & Nicandrum in theriacis » hoc in significato ponitur : Quidam & λογάδες » oculorum τὸν κανθὸν exponunt, quidam παὶ » ὀφεῖς.

Λογίατροι. dicuntur apud vulgus qui verbis tenus » medici sunt vt docet Gale. 8. meth. & qui in ob- » eundis operibus medicis ita se gerũt, sic enim vo- » cant eos multi ex doctis vt ait Gal. l. 3. Epid. part. » 1. comment. vlt.

Λογικὴ σκέψις. Logica quæstio & disceptatio Gale- » no passim dicitur, id est, ea quæ ad medendum » nihil adfert adiumenti, & quæ vsum transcendit, » qualis sit rei natura secundum propriam essen- » tiam indagans, eodem etiam modo apud Galen. » intelligendum λογικὸν βιβάρημα.

Λογχίτις. herba folijs porri similib. latiusculis & mo- dice rubentibus, ad radicem plurimis & in ter- ram conuexis, paucis in caule. flores in eo ceu ga- lericulos habet, comicis personis similes par- uam exerentibus linguam, nigros: siquidem mi- nutulis ijs hiantibus albugo quædam inferiore labro prominens speciem linguæ repræsentat. Semen in inuolucro clausum, cum primum exit triangulum, simile cuspidi, vnde ducta est ἡ λογ- χίτιδος appellatio. Radices Gallicæ pastinacæ. Dicta quondam est à Romanis Veneria aut lan- ceola. Ab ea altera lonchitis est quam asperam cognominant, Romani longinam aut colubri- nam, folijs scolopendrij, scabrioribus, ampliori- bus, diuisuris quoque maioribus: vulneraria her- ba, quæ plagis inflammationes abigit. Pota cum aceto lienem absumit, creditur que à multis esse scolopendria.

Λοιμὸς. pestilentia. Est morbus epidemius, conta- giosus & omnium perniciosissimus. Est enim communis & è communi causa natus, non ta- men patrius & familiaris, sed potius aduentitius. Verum contagiosus est & præsentis periculi, vt qui maligna & venenata putredine vitalem cor- dis facultatem substantiamque pessundet. Con- tinens eius causa putredo est, tam spirituum quã humorum, non vulgaris quidem aliqua, & qua- lem reliquæ febres habere solent, sed venenata qualitate imbuta. Putredinem excitat interdum obstructio sola, interdum sine obstructione aer tota sua substantia putris & corruptus, sed maxi- me quidem si adiuncta sit obstructio. Sed vtrobi- que accedere oportet causam illam sine qua non, hoc est, afficiendi corporis præparationem, ex plethora vel cacochymia cum ocio, cibo & po- tu largo, crasso, lento, Venere immodica & in- tempestiua, vnde & cruditates plurimæ & ob- structiones cumulantur. Putredo hęc humo rum pestilentiæ continens causa, sæpe in nobis nasci- tur per se, sæpe ab aere vel calido humido, vel magis pestilente & putri. Putret autem aer tum qui conclusus non difflatur, tum qui inquinatur ab halitibus & vaporibus putridis, siue illi ex cloacis, barathris & specubus, siue ex lacubus & stagnis non motis nec difflatis, siue à mortuo- rum animalium insepultis cadaueribus excitentur, siue vllam aliam ob causam. An vero & cor- porum cœlestium influxus quidam (vt astrologi loquuntur) pestilentem reddant aerem, dubita- re malim quàm credere, præsertim cum medico sensus magis sequenti, aeris mutationes pro om- ni sint Astrologia, vt ex Hippocrate conijcere li- cet lib. 3. aphor. initio prognost. & lib. de aere, locis & aquis. tametsi ibidem, vt locis aliquot alijs, quorundam syderum insignium ortus & occasus obseruari voluit, & post eum Galenus & Aetius libr. 3. quod circa hos magnæ in aere mutationes fiant. Nulla tamen ex his quas supe- rior ætas commemorat, in pestilentem fuit con- ditionem. Porro aer ille siue putris, siue immo- derate calidus & humidus, siue alio quouis mo- do vitiosus, inspirando attractus & in cerebrum cordisque ventriculum sinistrum receptus, in corpore excrementitio & perspiratu carente pu- tredinis occasionem illico præbet spiritui primũ vitali & animali, deinde & humoribus contentis in vtroque cordis ventriculo, à quibus in reli- quum corpus vitium facile serpit. Hinc grauis- sima illa pestilentiæ symptomata quæ Ruffus re- censet, deliria, bilioſi vomitus, præcordiorum contentiones, labores, sudores copiosi, extremo- rum frigiditas, alui profluuia bilioſa, tenuia & flauulenta, vrinæ aquosæ, tenues, bilioſæ, nigræ, in quibus pessima sunt quæ tum subsident, tum pendent, pectoris ardor, lingua torrida, siticulo- sa, remissa, vigiliæ, conuulsiones, syncopæ, & alia multa deterrima, pro natura corporum pestilen- tia affectorum & reliquis circumstantijs à qui- bus symptomata exoriri varia solent. Porro λοι- μὸν dicere an λοιμώδη πυρετὸν siue νόσον, nihil in- teresst. Non enim aliud febris pestilens est quam ipsa pestilentia.

Gal. in comment. 3. in lib. 3. Epid. partic. 57. « distinguere videtur pestilentem febrem ab ipsa « peste; morbos enim multos vno tempore fien- « tes si permitioſi fuerint λοιμὸν appellant, vt λοιμὸς « aliud non sit quam ὀπδήμια ὀλέθριος ait Galen. « comm. 1. de victu acut. t. 9. & certi morbi no- « men non est τὸ λοιμῶδες inquit Galen. sed qui- « cumque vno in loco morbus multos simul in- « uaserit simulque hoc habeat vt multos perimat, « pestis fit comm. 3. in 3. Epid. t. 20. «

Λοιμώδης πυρετὸς. pestilens febris. Idem quod λοιμὸς. de quo supra.

Λοιμὸν νεαρὸν. iuuenilis pestilentia, aut Iuuenilis te- « meritatis pestilentia, sic vocat Hippocrates ἐν « παραγγελίαις artis inexperientiam aut methodi « ignorationem quæ in tyrones cadit. «

Λοπὶς, ἀδος. morbus quidam arborum est quem « Plin. patellam interpretatus est, Theophr. 5. de « caussis plant. cap. 11. pingue fieri, vt qui ex ni- « mietate humoris soleat contingere, quod διὰ τὴν « πολυυδρίαν vocat, Heinsius Theophrasti inter- « pres hoc vitium Aulam vocauit quod Theophr. « l. 4. c. 16. ait contingere cum ad radicem quasi « glabratur ficus, ὥσπερ μιλτᾶι, & λοπάδα ὥσπερ μί- « δωσιν τῇ ῥιζῶν vocat 5. de caus. c. 11. «

Λόπιμον. (scilicet βάλανον) castanea. vt patet ex Ga- leno lib. 2. cap. 38. de aliment. Eadem dicitur σαρδιανὴ βάλανος : à Nicandro λόπιμον κάρυον.

Λοπὸς. significat apud Hippocr. alutæ extimam partem quæ interiori fere semper durior den- siorque est. Erotianus φλοιὸν χλέπτμια interpre- tatur.

Λόρδωσις. vitium spinæ, cum eius vertebræ loco suo motæ sunt, & in priorem siue anteriorem par- tem conuersæ. Vel inclinatio seu incuruatio in anteriora, cum homo vitio sa dorsi spina semper capite prono est & cernuo. Sunt autem in spina hæc vitia, λόρδωσις, κύφωσις, σκολίωσις, σῦσις, vt au- thor est Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Erotianus

Erotianus apud Hippocr. λοχθωτὸν interpretatur τὸ ἀποσπασμωδικὸν καὶ ἐναντίον τῷ κυρτῷ.

» Vt etiam interpretatur Gal. comm. in aphor. » 46. lib. 6. Epid.

Λοιῶ. significat apud Hippocrat. non solum τὸ λέειν, hoc est lauare, sed etiam τὸ αἰονᾶν, hoc est aspergere, vt scribit Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ. qui λοῦσθαι quoque eadem habere significationes apud eundem tradit.

Λοῦτρον. idem quod βαλανεῖον, sed proprie hoc nomi» ne appellatur secunda pars balnei quæ constaba» taqua calida, vt ait Galen. 10. methodi, Ca» lidam lauationem Vitruuius appellat, hanc puto » Archigenem apud Galen. 8. κατ. τόπ. vocasse ζω» στὴν; alij voce λοῦτρον intelligunt locum in quo fri» gidæ aquæ lauacra, & præsertim piscina, alias » baptisterium, à Plinio iuniore vocata pro nata» tionis vsu erant.

Λυτρὸν. nomen est medicamenti ophthalmici quod ad Hermiam authorem refertur, cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 4. τῶν κατὰ τόπους.

Λοφία. sic proprio nomine dicitur prima dorsi vertebra, sub atlante proxima: vocatur & à quibusdam λοφαδία.

» Alijs ἀσφάλεια, id est, securitas.

Λόφος. idem prope quod λοφία seu λοφαδία; Proprie » tamen sic dicitur in iuuencis ea pars colli cui iu» gum imponitur, vt Iliad. Ψ. dicitur etiam de ho» minis collo vt Iliad. λ. de Vlysse & Diomede, » Auibus etiam quibusdam tribuuntur λόφοι, qui » sunt apices quidam in earum capitibus vt patet » ex Aristotele lib. 9. hist. animal. c. 23.

Λοχεία, & λοχεύειν. his vocibus significantur na» turæ euentus, hominumque, & præsertim ob» stetricis ministeria, officiaque illa omnia quę iu» re humanitatis puerperis debentur & præstan» tur, eo vsque vt sellas in quibus ad facilioré par» tum in puerperio mulieres constituuntur ab hoc » ipso verbo λοχεῖαι Græci dixerint; dico autem » euentus naturæ, dolores partus, partum ipsum, » & post partum secundas, purgationesque alias » omnes quæ tum fiunt, quas Gaza apud Aristo» telem purgamẽta vertit: hominum vero officia » & ministeria appellat, auxilij opisque omnes ge» nus, quod tũc obstetrices alijque omne parãt; » Quin etiam quamdiu puerpera à partu in stratis » quiescit, λοχεύεσθαι toto illo tempore dicitur, & » obstetrix ex eo ministerio à Græcis ex eodẽ hoc » verbo appellata est: Cæterum dicuntur & λόχια » per ι, atque etiam apud Plutar. pro nixu vsurpan» tur qui in partu adhibetur: Polluci vero sic vo» catur ἡ τῶν τικτειν ἐπιμέλεια. vsurpatur etiam pro λό» χευμα, id est, fœtu nixu edito.

Λυβιὰ κολάκεια. sæpe occurrit pro Λιβυκὰ, quod vide supra. Sic Λυβικὸν pro Λιβυκὸν.

Λυγίσματα, & λυγισμοὶ artuum confractiones con» tortiones atq; luxationes significant quas etiam » medici στρέμματα appellare solent: Significat etiã » λυγίζειν τὸ περὶ στρέφειν, κάμπτειν, intorquere: vtitur » ijs vocibus Dioscor. & quidem li. 4. loquens de » personata quam doloribus ex luxationibus arti» culorum obtortis vtilem esse inquit, & lib. 5. de » cinere sarmentitio agens quem luxatis articulis » & intortis prodesse ait Gal. 8. κατ. τόπ. malagma » Nilo inscriptum facere inquit περὶς στρέμματα καὶ λυ» γίσματα, vbi vetus interpres per λυγίσματα singul» tum intellexisse videtur, similitudine vocum » λυγμῶ & λυγισμάτων deceptus.

Λυκεῖ. collyrij nomen callos & cicatrices oculorum exterentis, visumque exacuentis. Descriptio eius habetur apud Galenum lib. 4. τῶν κατὰ τόπους. Habetur & apud Paulum lib. 7. c. 16. ex quo Galeni descriptio emendari debet.

Λυκῶνιον. lingurium. idem plane quod τὸ ἤλεκτρον, id est succinum. sic autem dictum est, quod aliqui, cuius opinionis Demostratum authorem ferunt, crediderint succinum esse glaciatam lyncis vrinam. Multi tamen ex Arabibus videntur à succino distinxisse. Sunt vero qui dicant lingurium dictum esse quasi Ligurium, quod Theophrastus in libello de lapidibus inscripto in Liguria effodi prodiderit, & Strabo Ligures lingurio abundare dicat.

Λυκέειον. autem ad euocandos calculos renũ & « veficæ miram vim obtinere docet Aet. l. 11. c. 13. « qui eo ad conterendos calculos vsus est: quem « autem hodie sic appellant lapidem medici & of- « ficinæ, est Belemnites succini falerni colore qui « etiam è terra effoditur, non tamen ex Lyncis « vrina concrescit. «

Λύγγος. ὁ λυσμὸς. apud Hippocratem, teste Erotiano. Apud Galen. vero comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, vbi legitur, καὶ λύγγας εἰώθασιν οἱ λυγγὰς ὀνομαζειν, pro λυγγὰς forsan scribendum λυσμὰς, παρὰ τὸ λύζειν.

Λυγγώδης πυρετὸς. singultuosa febris. Sic apud Hippocratem dicitur authore Galeno comment. 4. in libr. περὶ διαίτης ὀξέων, quæ à principio ad crisim vsque adiunctum habet singultũ, sicut & σπασμῶδες πάθος, hoc est, conuulsoria passio, apud authorem prorrhetici affectus dicitur qui ab initio aut non multo postquam fieri cœperit, conuulsionem accersit. Cui enim circa crisim tantum singultus oritur, qui acris & mordacis humoris vomitione statim leuatur, eá nequaquam singultuosa appellari debet. Quæ autem huius febris causa esse possit, intelliges si legeris quæ mox de singultu dicentur. Idem & λυσμώδης dicitur ab eodem: vt paulo ante, ἐκ δὲ τοῦ σπασμώδης γίνεται ἢ λυσμώδης. Illud à λύγξ, hoc à λυσμὸς deriuatum, vnum idemque significantibus.

Fiunt huiusmodi singultuosæ febres vt plurimum « inflammato ventriculo, tenui intestino, & « hepate, vnde aphorismus, ab hepatis inflamma- « tione singultus malum; atque vt plurimum om- « nes eiusmodi febres lethales sunt: accidit autem « acri sanie lancinante os ventriculi, siue in ven- « triculi spatio, siue in eius tunicis contineatur, « vel consortio neruorum qui ab hepate ad os « ventriculi pertinent; vt videntur voluisse Hip- « pocr. & Galen. «

Λυγίζειν. apud Hippocrat. Contorquere, implicare, inflectere. ἀπὸ τῶν λύγων: propter eorum flexibilitatem. «

Vide & λυγίσματα.

Λυσμὸς.

Λύγξ. singultus. Est motus conuulsiuus ventriculi vitium quod tunicis suis inest, expellere tentantis. Hic motus quidem est facultatis expultricis, sensu tamen percipitur & cum motu voluntario communicat. ideoq; à Galeno inter symptomata facultatis siue actionis animalis motricis numeratur. Ac quanquam sit naturæ solius, hoc est, facultatis corpus regentis, vt horror, sternutamentum, tussis, oscitatio, vomitus & ructus, attamen quia causa aliqua præter naturam est quæ naturam ad singultum excitat atque compellit, od id symptomatis præter naturam

annumeratur, vt & ea de quibus supra dictum est, quæ causam pariter aliquam habent morbiferam, per quam natura ad eiusmodi motus cogitur. Cum autem alij sint in ventriculo depraua ti motus, vt ructus, nausea, vomitus, ab his hoc vno maxime differt singultus, quod illa nihil conuulsioni simile habeant, hic vero conuulsioni persimilis sit. Vt enim pars quæ cõuellitur, ad principium suum contrahitur, idque duabus omnino de causis, inanitione vel repletione patitur, ita ventriculus singultiendo contrahitur, & ab ijsdem, vt scripsit Hippocrat. causis quibus & conuulsio, excitatur. Veruntamen singultum conuulsionem dicere non licet, quoniam hæc solis accidit musculis (ventriculus autem nec ipse musculus est, nec os eius) sed veluti conuulsionem aut verius motum cõuulsiuum. Est autem, vt scribit Gal. facultatis tum retentricis tum expultricis commune symptoma: illius quidem, quod vẽtriculus dum singultit, praue & non naturaliter cibos complectitur: illius vero, propterea quod ad ipsam primum proprieque pertinet motus ille prauus, dum cupit quod molestum est expellere. Ex quibus Galeni verbis intelligimus singultum motum esse non simplicem, sed ex duobus contrarijs compositum, dilatatione scilicet & constrictione. Sicut enim fieri assolet in omnibus functionibus corporis, quæ magno conatu viribusque egent, ita in singultu ventriculus quo valentius possit vitium ad se excutere, primum se dilatat (quod dum agit, cibos deserit, nec naturaliter complectitur) deinde velut collectis viribus seipsum adstringit, magnaque totius sui corporis compressione singultum edit. Ex quibus apparet nõ eundem esse vomẽtibus & singultientibus motum, propterea quod nec idem sit affectus. Quippe in vomitionibus ea quæ in ventriculi capacitate sunt reijciuntur, non magno adeo conatu: in singultu vero, quæ in ipso ventriculi sunt corpore, simili tum affectu tum motu, qualem ij perpetiuntur qui ex intemperie tussiunt, omnibus nimirum ventriculi partibus id quod se contristat expellentibus. Est enim singultus virtutis expultricis validus motus, sicut & sternutamentum & tussis, vomituque multo validior, quod nisi magna vi eius causa, quæ penitius eius tunicis oriq; insedit excuti nõ possit, quemadmodum Galenus in comm. aphor. 39. lib. 5. demonstrauit, etiamsi contra visum sit Auicennæ. Cæterum quum singultus affectio ventriculi esse dicitur, non est ita intelligendum quasi ad totum ventriculum semper pertineat, cum sæpe os eius duntaxat afficiatur: aut solus etiam œsophagus qua proxime stomachum attingit. Siquidem horum trium corporum affectione singultum excitari proditum à Galeno fuisse video, ventriculi, stomachi & œsophagi, conante semper natura, quod penitius ijs in partibus impactum est, altiusque in earum tunicis insedit, exprimere atque abigere. Hæc quidem fuit Galeni de singultu sententia, in quam omnes postea medici descenderunt. An vero eadem Hippocrati fuerit, equidem dubito. Ille namque singultum non motum conuulsiuum, non veluti conuulsionem, sed conuulsionem esse existimauit, sicut Galen. comment. in aphor. 4. lib. 5. annotauit. Neque vero causa vlla est, quæ nos ab ea opinione reuocare debeat. Cum enim ventriculus, atque os eius maxime, magnorum neruorum sit particeps, non quo ille quidem moueatur, sed exquisitissime sentiat, si in eos causa aliqua præter naturam inciderit, quæ in alijs partibus neruos ita offendit, vt ad suum principium sese recipere cogantur, eadem in stomacho talem affectionem excitare potest, quæ & in alijs partibus excitatur. Est enim conuulsio omnium partium in quas nerui descendunt, propria, quæ vt in quibusdam partibus peculiaria sortitur nomina (in oculo enim σπασμὸς, in mandibula τετανὸς, in ore κυνικὸς σπασμὸς, in pudendo σατυρίασις appellatur) sic in ventriculo λυγξ vocata fuit. Feruntur autem illi in stomachum atque ventriculum à sexta cõiugatione insignes. & sicut scripsit Hippocr. lib. 2. epidemiõn breuissimi. Hi quamuis vẽtriculum aut stomachum non moueant, quia tamen à cerebro (quod vt sensus, sic etiam motus principiũ est) oriuntur, à causa præter naturam offensi, in principium suum recurrere reuertique possunt, & secum partem in quam inserti sunt, conuellere. Neque enim ea coniugatio motionis expers est, sed multis diffusis ramulis in aliquos colli, & laryngis, & sterni, & costarũ musculos, deinde in laryngem recurrens ijs partibus sensum motumque conciliat. Quoties igitur tale ijs neruis qui ad stomachum à cerebro recta feruntur, vitium insederit, quale in alijs partibus conuulsionis excitandæ vim habet, id in stomacho proculdubio conuulsionem pariter inducet, quã proprio nomine singultũ omnes appellarunt. Et reuera si omnes omnium tã particularium quam vniuersalium conuulsionum causas, siue generales, siue speciales contemplemur, eædem singultus etiam causæ videbuntur. De illis quidem diserte pronunciauit Hippocrates aphor. 39. lib. 6. conuulsionem scribens fieri ex repletione vel inanitione, atque eodem modo singultum. Porro inanitionis nomine summam siccitatem denotari Galen. nos docuit, cuiusmodi ea est quam febres ardentes, purgationes, sanguinis excretiones, vigiliæ immodicæ inuexerũt, quæque etiam chordas potest abrumpere. Repletionis autem nomine non aliud hic intelligendum puto, quam humiditatem quandam superfluam atque à natura alienam. Ea namque siccitati siue inanitioni reuera opposita est. Quo fit vt eo aphorismo non aliud velit Hippocr. quam statuere omnem conuulsionem fieri vel ab aliquo humore vitioso, vel ab inanitione summaque siccitate. Repletio autem gemina est eodem Galeno authore, vna quidem ad vasa, altera vero ad vires: illa quidem, cum nerui adeo replentur, vt necessario contrahantur breuioresque fiant: hæc vero cum ipsi humore grauantur, non multo quidem, sed vitiosa qualitate prædito, quem cum auersentur & excutere cupiant ab eo demorsi, puncti & lacessiti, in principium suum recurrunt. Itaque repletionis nomine non summã modo plenitudinem, quæ ad vasa dicitur, Hippocrates intellexit, verũ acrem etiam aut serosum aut medicatum humorem neruos mordentem, à quo conuulsiones sæpissime oriri nemo est in arte medica vel tenuiter institutus atque versatus qui dubitet. Proinde miror quid Galeno venerit in mentem, dum ista scriberet libro 8. τ ἀρχ πάσης, his verbis: Hippocrates quidem cõuulsionem fieri dixit ex repleo-

tione & euacuatione, & additum est ad aphorismum ferme in omnibus exemplaribus. Sic autem & singultus. Ego vero in conuulsione (inquit idem) tertiam aliquam causam supra euacuationem & repletionem nondum reperi. Singultum etiam sine his fieri video, acribus humoribus aut serosis & medicatis stomachum mordentibus, quos vbi vomitu reiecerint, statim singultu liberantur. Quin & multi deuorato pharmaco ex tribus piperis generibus constante, si statim vinum insuper bibant, omnino singultiunt, ex quorum numero etiam ego sum. Amplius autem & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui singultiunt, & quod à vomitu statim liberantur, omnibus notum est. Quidam etiam ex rigore oris vētris singultiunt. Verum pueros maxime frequenter singultire contingit, tum ob corruptionē alimenti in ventre, tum ob partis frigiditatem. An vero & ob nimiam euacuationem fiat singultus, veluti etiā conuulsio, dignum consideratione est. Hæc quidem Galenus, parum memor eorum quæ locis prope infinitis docuit, vt cōuulsiones interdum fieri demorso ore ventriculi ab acri aliquo humore: grammaticum quendam conuelli solitum aura quadam tenui à crure sursum ascendente: ab humore aut semine putri in vtero cū distentiones neruorum tum conuulsiones oriri, & à veneno similiter mole, quidem exiguo, sed facultate maximo quē venenata animalia morsu infuderint. Sunt autem hæ causæ prorsus eædem cum tertijs illis causis, à quibus præter inanitionem atq; repletionem singultum fieri Galenus paulo supra scripsit sese obseruasse. Sed & ex frigore conuulsiones non minus quam singultus oriuntur. Id quod docet Hippocr. aphor. 17. lib. 5. & 18. atque etiam ipse Galenus prodidit commen. 3. in prognostica agens de conuulsione, quam scribit etiam sine febre in forti admodum frigore enasci. Hæc quidem qui diligentius expenderit, certo intelliget vetissimam esse Hippocratis sententiam de causis conuulsionis atque singultus, & repletionem intelligendam non eam plenitudinem modo quæ ad vasa est, sed omnem vitiosi humoris affluxum à quo nerui offēdi possunt. Iam quod pertinet ad alias causas, omnes quidem sunt singultui atque conuulsioni communes, adeo vt quæcumque de conuulsione dicta sunt, etiam de singultu cōmode intelligantur. Cum enim singultus genere conuulsio sit, eandem quam & illa habet tum causam, tum generationem, tum etiam significationem. Itaque vt conuulsio ex helleboro, ex vulnere, ex sanguinis multo profluuio, ex iecinoris inflammatione mala est, ita & singultus qui talibus de causis ortus erit, quemadmodum ex aphorismis Hippocratis & Galeni in eos commentarijs perspicere licet. Siquidem symptomaticus est omnis eiusmodi singultus, in alijs quidem summam siccitatem, in alijs vero humoris vitium cum magna stomachi & neruorum qui ad ipsum pertinēt imbecillitate. A quo quidem symptomate λιγγώδη πυρετὸν, hoc est, singultuosam febrem, ab Hippocrate dictam fuisse legimus, sicut supra à nobis ostensum est. Fit autem singultus alias per ventriculi ἰδιοπάθειαν, alias vero per συμπάθειαν: vt in meningibus inflammatione laborantibus, aut intestinis, aut vtero, aut alijs quæ vspiam sint neruosis partibus, aut hepate inflammato prouenit. Sed cum maxima ex parte singultus omnis præter naturam sit, & malus aut lethalis, fieri tamen potest aliquando criticus, signis concoctionis manifesto iam apparentibus, crisimque vomitione mox futuram indicare, quod stomacho offenso natura in superiorem partem ducere videatur.

Λύγος. vitex. Est frutex in arborem assurgens, qui vt plurimum nascitur in fluminum ripis ac torrentium alueis, ramis prælongis, fractu peruicacibus, folijs oliuæ, sed mollioribus. Duo eius genera habentur: vnum album florem mittit cum purpureo, alterum tantum purpureum, & semen instar piperis. Calefacit & siccat tertio ordine. Tenuium est partium, flatusque ideo discutit. appellatur alio nomine ἄγνος, quasi castus. Creditur enim conferre ad castitatem non modo commanducatus potusque, verumetiam in cubile substratus. Dicitur autem λύγος à viminum & vinciendi vsu. Id enim Græcis λυγίζειν significat, quanquam λύγος vox est communis omnibus, quibus in rustico opere ad vincula vtimur: quales salices omnes sunt, genistæ, ericæ, vlmi, in quarum genere vitex etiam numeratur, ideoque communi illa appellatione etiam nominatur.

Λύειν, & διαλύειν. vide λύσις.

Λυκανθρωπία, siue ἡ λυκάνθρωπος. species est melancholiæ, qua qui laborant luporum de more noctu domo egrediuntur, & donec illucescat circa mortuorum sepulchra versantur (quo loco visum mihi est annotare legendum esse apud Aetium, καὶ μέχρις ἡμέρας περὶ τὰ μνήματα μᾶλλον διάγειν. hoc est, & in diem vsque circa monumenta mortuorum versantur. vt patet ex Paulo, qui pro eo dixit διατρίβειν.) Sunt autem eorum notæ istæ: facies pallida, oculi sicci & cani, visus hebes, lingua siccissima, saliua in ore nulla, sitis immodica, tibiæ perpetuo exulceratæ propter frequentes casus: atque vt canes mordent, ex quo arbitror morbum ipsum etiam κυνανθρωπίαν siue κυνάνθρωπον vocatum fuisse veteribus. Is traditur mense potissimum Februario inuadere.

Λυκάων. ἡ λυκανθρωπία. morbus scilicet supra descriptus.

Λύκιον. arbor est spinosa, ramis trium cubitorum aut longioribus, folijs buxi, densis, fructu piperis, nigro, læui, amaro densoque, cortice pallido, nō dissimili lycio madefacto, radicibus multis, obliquis, lignosis. Nascitur plurimum in Cappadocia & Lycia. Dicitur alio nomine πυξάκανθα, quasi dixeris buxeam spinam: in officinis lycium dicitur. Facultatis est exiccatoriæ, constatque diuersis substantijs, vna quidem tenuium partium digerente & calida, altera terrestri, ex qua adstringendi vim habet. Paratur ex eo medicamentum quod λύκιον dicitur. id non est aliud quam succus eius coctione expressus extractusque. Extrahendi autem eam fuisse rationem Dioscorides docet: Coquebantur in aqua tusi rami cum radicibus æreo vase, sed ante permultos dies macerati, tum abiectis lignis iterum liquor, donec mellis crassitudo fieret. Alij vero, vt idem ait, lycium faciebāt semine eius expresso & insolato. Vim habebat digerendi & deficcandi non paruam, nempe secundo ordine, præterea abstergendi & contrahendi. Optimum erat quod vri poterat, restin-

ctum que rubentem ſpumam oſtendebat, glebis extrinſecus nigris, intus cum fractum erat, rufis odore minime viroſo, cum amaritudine adſtringens crocino colore, cuiuſmodi Indicum erat cæteris præſtantius.

Λυκόδοντες. eſſe dicuntur Galeno 2. de vſu part. dentes bini canini qui & κυνόδοντες dicuntur.

Λυκοκτόνον. ſic dicebatur τὸ ἀκόνιτον, quod lupos qui id forte in cibo obiectum deuorarint interficiat.

Λύκος. nomen eſt paſtilli deſiccantis & adſtringentis, ad dyſentericos comparati. Deſcriptio habetur apud Aetium lib. 9. Dioſcorid. etiam author eſt ſic à quibuſdam aràneum vocari, & ab alijs ὀλκόν.

Λυκοσκυτάλιον. ſic dictũ eſt à quibuſdam τὸ σκυτάλιον μέγα, ſic habetur apud Dioſcoridem.

Λύκοψις. ſecundum Dioſcorid. vel λύκοψος, vt habetur apud Galen. & Paulum, eſt quarta anchuſæ ſpecies, de qua vide ἀγχόυσα.

Λύματα. dicuntur Heſychio τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος, ſordes quæ detergentur è corpore: Sunt etiam ventris purgamenta Suidæ, & καθάρματα, vt exponit apud Hippocrat. Erotianus, id eſt, purgamenta libro ſcilicet de glandulis, vbi fluxiones cerebri ſordes & purgamenta dicuntur.

Λυπρά. nuda & arida loca apud Hippocr. vt explicat Galen. ἐν τῇς γλώσσαις.

Λυπρείας πυρετός. vide λειπυρείας.

Λύσις. ſic à quibuſdam dicitur τὸ ἄλισμα ſiue ἁλισμασώνιον, vt habetur apud Dioſcor.

Λυσιγῆα. membrorum laxatio & diſſolutio Hipp. dicitur lib. de loc. in homine.

Λυσιμάχιον, ſiue Λυσιμάχειος βοτάνη. frutex eſt caules emittens cubitales aut altiores, fruticoſos, tenues, prodeuntibus geniculatim folijs tenuibus, ſalicis figura, guſtu adſtringentibus, flore rufo aut aureo. Gignitur in aquoſis & paluſtribus. ſanguinis reiectionem ſupprimit. Superantem habet adſtrictoriam facultatem.

A Lyſimacho inuentore ſic vocatur vt teſtatur Plin. 25. cap. 7. inuenit (inquit) Lyſimachus herbam Lyſimachiam, quæ ab eo nomen retinet celebrata Eraſiſtrato, ibidem dicit vim eius tantam eſſe vt iumentis diſcordantibus iugo impoſita aſperitatem cohibeat, vnde videtur innuere dictam παρὰ τὸ παῦε μάχας λύειν, quod pugnas dirimat.

Λυτήριον. eſt nomen τῶν ἀκόντα φαρμάκων, cuius deſcriptio eſt apud Paulum lib. 7. c. 19.

Nomen eſt etiam collyrij apud Galen. 4. χρ. τόπ. c. 7. ſic vero dicuntur quaſi dolorem ſoluentia.

Λύσεις. dicuntur apud Hippocr. interualla quibus articuli ab inuicem diſiuncti ſunt, vt annotat Galenus ἐν τῇς γλώσσαις.

Λύειν. apud Hippocr. Galenus interpretatur ἐκβεβρωκέναι τελέως τὸν ἄνθρωπον, tam perfecte hominem ſanare vt nihil reliquiarum ſuperſit: ſic in illa Hippocratis Coaca κεφαλαλγίαν λύει πύος διὰ ῥινῶν, Cephalalgiam tollit pus per nares: ſed non modo in bonam partem, verum & in malam λύειν apud Græcos vſurpatur, veluti cum ſuccedentem, grauiorem morbum priorem ſoluere dixit Hippocrates: vide in ſequenti λύσις.

Λύσις. ſolutio proprie dicitur in morbis diuturnis, ſicut κρίσις in acutis, ita vt qui morbi paulatim abeunt, & ægrum ſenſim relinquunt, ſine vlla agitatione, euacuatione aut abceſſu inſigni, illi λύεσθαι non vero κρίνεσθαι dicantur; At vero quæ in eiſdem morbis diuturnis permutatio, eodem qui dictus eſt modo, nempe ſenſim & paulatim ad mortem ducit, μαρασμὸς dicitur lib. 3. de criſib. c. 7. Aliquando vero λύσις generaliter dicitur pro qualibet morbi ſolutione tam per criſim quam alio modo: λύεσθαι autem atque διαλύεσθαι præter dictam ſignificationem peculiariter quidem de ea relaxatione dicitur, quæ fit irrigatis neruis, & madentibus, flaccidis, atque inde ineptis ad motum & ſenſum, vel cùm ſpiritum animalem non recipiunt vt in paraplegijs vocatis & paralyſi; Communiter autem vbi ſoluitur continuitas partis, vt in conuulſis, laxatis, & loco motis diuiſiſque partibus.

Λύσσα. rabies. proprie quidem de canibus dicitur, ſignificat furorem illum in quem ſub Canicula maxime aguntur, omniũ animaliũm ſoli, vt ſcribit Galen. lib. 6. de locis affectis, diſſerens de vteri affectionibus. Transfertur tamen cum ad homines tum ad reliqua animalia, quæ per contagionem ex rabidi canis morſu mente abalienantur & furorem pariter animo concipiunt. Id quod plurimum euenit die poſt canis morſum quadrageſimo, quemadmodum Dioſcorid. lib. 6. copioſiſſime explicauit. Eam affectionem in homine ita cõtractam à venenata quadam qualitate, non μανίαν, non φρενίτιδα, ſed λύσσαν perinde atque in cane medici appellarunt. obſeruatum autem fuit tantam eſſe eius veneni perniciem, vt non morſu modo, verum ſolo etiam contactu rabidi canis ſaliua rabiẽ excitare poſſit.

Interdum etiam inquinati & furore perciti oſculum contagione interficit; viſum quoque eſt ex ſtraminis in quod rabie perciti canes decubuerant eſu, equos, boues, oues, & reliqua animalia, quæ ſtramentum deguſtaſſent rabiẽ, contraxiſſe, tandemque perijſſe. Rabidus autem canis toto corporis habitu atque temperamento immutatur, gracilis & ſiccus euadit, ſiticuloſus quidem eſt non tamen bibit, plerumq; anhelat, oculis rubentibus & inflammatis, aſpectu toruo & horrendo, cauda & auribus demiſſis, aperto ac ſpumante ore, lingua exerta, eaq; bilis colore infecta contractis naribus, è quibus ſæpe fluit mucus aliquis: Eſculenta & potulẽta auerſatur, ſed aquam omnium maxime, caput in alterutrũ latus inclinat atq; deprimit, triſtis atque ſolitarius oberrat, neque dominum agnoſcit: In obuios quoſque ſine latratu irruit, & æque feras hominesque, familiares & notos pariter atque ignotos mordet & dilaniat, atq; in id quodcumque obuium eſt impetũ facit, modo huc atque illuc intempeſtiue atque inordinate citraque modum vagatur atque diſcurrit, deinde rurſus ſubito vel prorſus conſiſtit, vel ſegnius incedit, Suas enim morbus hic pro febris, quæ illi perpetuo ineſt, motu, exacerbationes habet, atq; in remiſſione mutus fere & veluti ſomnolentus exiſtit. Reliqui canes ab eo diffugiunt, eique ſi repente fit obuiam cedunt & blandiuntur: Quod autẽ inquit Gal. ſoli cani rabiem competere, à quibuſdam minus probatur, quod nõ ſoli canes, ſed & quæcumque animalia ab ijs demorſa fuerint rabie corripiãtur, ſicut ſimię, ſues, feles, boues, oues, equi, muli, vulpes, lupi, quin vel homo ipſe, vt euentus quotidiani docent contra Ariſtotelis, opinionem qui 8. de hiſtor. animal.

„ cap. 22. scribit hominem inter cætera animalia
„ à rabido cane commorsum neque rabie corripi,
„ neque interire, adeo vt plerique deprauatum
„ Aristotelis contextum existiment, alij in eo be-
„ nigne interpretando se plurimum torqueant,
„ alij denique quod Aristotelis tempore morbus
„ hic in homine nondum innotuisset, vide ὑδρο-
„ φοβία.

„ Porro λύσσα præter prædictam illam significa-
„ tionem etiam de impetu quodam furibundo di-
„ citur vt Homer. Iliad. 1. de Hectore loquens κρα-
„ τερὴ δὲ λύσσα δέδυκεν. vnde &.

Λυσσῶδες. παρακοπτικὸν, hoc est, furibundum, apud Hippocr.

Λύσσωμα τριχῶν. apud Aristotelem libr. 3. de histor.
„ animal. Gaza æquamentum seu discrimen ca-
„ pillorum, id est, verticem interpretatur.

Λυτηρία σημεῖα. dicuntur ab Hippocrat. signa quæ
„ morborum acutorum solutionem firmam præ-
„ cedunt, non solum signi sed & causæ rationem
„ obtinentia, cuiusmodi sunt excretio aliqua aut
„ abcessus insignis, quibus non prægressis impos-
„ sibile est morbos acutos perfecte solui; sed in
„ his recidiua timenda est. Sed & eorum quæ-
„ dam sunt quæ signi tantum rationem obtinent,
„ vt ἀλυσμὸς: aliaque quæ critica quidem sunt, sed
„ ambiguo euentu.

Λύτρον. sic à quibusdam dictum esse τὴν λυσιμάχειον, Dioscorides prodidit.

Λυχνίον. nomen est medicamenti ad inunctionem oculorum. Describitur à Galeno libr. 4. τῶν κατὰ τόπους.

Λυχνὶς. herba est duûm generum, apud Dioscoridem. vna dicitur στεφανωματικὴ, hoc est, coronaria, Romani genicularem siue ballariam vocant, florem habens violæ albæ magnitudine, sed purpureum, neque vnquam excedens quinque folia: Plinius quodam loco flammeam cognominat, alibi rosam Græcam. Altera autem ἀγρία, hoc est, syluestris, vocatur, omni ex parte satiuæ similis, excepto natali solo: cum enim illa in humidis locis proueniat, hæc in aridis nascitur. Calidum est & siccum eius semen tertio quodammodo ordine.

Λυχνὶς ἀγρία. dicta est à quibusdam τὸ ἱππόγλωσσον, sicut habetur apud Dioscorid.

Λυχνῖτις. tertia species τῶν φλομίδων, hoc est, verbasci: folijs ternis aut cum plurimum quaternis, crassis, pinguibus, ad lucernarum lumina aptis: qua de causa θρυαλὶς à quibusdam dicta est.

Λυῶδες. Hippocrates vocauit τὸ παρακοπτικὸν, id est, insaniens vt ait Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις. Reperio & λυμώδεες hoc significatu apud Hippocr. circa finem lib. de artic. πυρετοὶ ὀξέες, λυμώδεες, γνώμης ἀπτόμενοι, forsitan quoniam animum cum corpore dissoluunt, ideo sic dicuntur.

Λωτομήτρα. species loti satiuæ, semine simillimo porri.

Fit ex loto sata (ait Plin. lib. 22. c. 21.) ex cuius semine simili milio fiunt panes in Ægypto à pastoribus maxime, aqua vel lacte subacto.

Λωτὸς. & arboris & herbæ nomen est. Arbor quidem ipsa proprie valde magna est, folijs per ambitum serratis, fructu magnitudine fabæ, colore vario, vuarum modo maturescente, prædulci suaui, & stomacho salubri. Numerosa est in Pharide insula, ideo Lotophagia vocata. Herba autem triplex à Dioscoride statuitur, satiua, syluestris, Ægyptia. Satiua nascitur in viridarijs, caule tantum foliata. Syluestris, quam Romani trifolium minus vocant, assurgit caule bicubitali aut etiam altiore, alis pluribus concauo, folijs loti trifoliæ, semine fœnigræci, minutiore multo, medicati gustus. Ægyptia peculiaris est Ægypto, campis flumine inundatis proueniens, caule fabæ, flore paruo & candido simili hordeo, qui sole oriente patefieri traditur & occidente comprimi. Calycem habet papaueris capiti similem, in quo grana ceu milij, ex quibus siccatis fiunt in Ægypto panes.

Λωτὸς μέγας. dictus est à quibusdam ὁ κύτισος, vt habetur apud Dioscorid.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. M.

Μαγδαλία. vulgus vocat emplastra in formam Cylindrorum reducta & efformata: Turunda vocat Cato de re Rustica c.157. vbi fortassis legendum est rotunda vel rutunda, vtrũque enim in vetustis libris legimus; hanc vocis significationem innuere videtur Scribonius Largus qui ita scribit, emplastrum manibus subigetur & redactum in rotundas ampliores, quas magdalia dicunt, reponetur.

Μαγίδα. Galenus apud Hippocratem interpretatur τὸ, τε οἷον μάγμα καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειριπληθῆ μαγδαλίαν. hoc est, vnguenti fæcem, & materiam, & purgamentum magnum.

Μάγμα. proprie quidem vnguenti fæx, quæ expressa reliqua liquidiori materia relinquitur. Ab eius vero similitudine ipsum vnguentum & spissamentum omne, pauco liquore subactum, vt non diffluat, etiam μάγμα dicitur. sic μάγμα ἡδύχροον ab Andromacho primũ, deinde à reliquis medicis dictum est, non ab vllo quidem expressum, sed per se ita comparatum.

Huius compositionem vide apud Galen. 1. de antid. c. 10.

Μάγνη λευκὴ. emplastri epulotici nomen apud Gal. 2. κατὰ γένη. c. 14. vbi describitur.

Μαγνῆτις. lapis qui etiam ἡράκλειος dicitur; dicitur & μάγνης & μαγνήτης: Nicander hunc lapidem ab inuentore sic appellatum scribit in Ida repertum, clauis crepidarum & baculi cuspide hærentibus quum armenta pasceret, trahitur enim ab hoc lapide ferrum domitrix rerum materia, adeo vt ad eum currat, & vbi propius venit assistat, teneatur & complexu hæreat, ob quam vim nominatur & λίθος ἡράκλειος, nec non σιδηρῖτις, quod ita ferrum ad se cogat, Hesych. etiam ἡρακλεῶτιν vocat, forsan quod Heracleæ reperta prædicetur; Dioscord. lib. 5. c. 148. Magnetem lapidem eum probat qui τὸν σίδηρον εὐχερῶς ἕλκει, & τὴν χρόαν κυανίζει: Cæterum etiam μαγνησίη λίθος, lapis magnesius vocatur teste Plin. lib. 36. cap. 16. eoque vtitur Hippocr. ad purgandam pituitam lib. περὶ τῶν ἐνθὸς παθῶν.

Μάγος. emplastri nomen quod quidem etiam ἡφαιστιάδα nuncuparunt, egregium prorsus ad sinus & fistulas conglutinandas & reliccãdas, ad hæc ad hydropicos & aquosum ramicem. Descriptio eius habetur apud Aetium lib. 10. c. 24.

Μαγύδαρις. radix laserpitij seu silphij authore Dioscor. lib. 3. c. 94. Pollux vero lib. 6. c. 10. annonotat semen silphij vocari μαγύδαριν, radicem autem σίλφιον: Galen. silphij caulem sic vocari scribit, quod & innuere Plin. videtur lib. 19. c. 3. verum etiam quibusdam sic libuit appellari alterum laserpitij genus quod in Lybia nascitur, radice silphio simili, minus crassum, minusque vehemens, fungosum, sine succo, cui sit natura eadem quæ silphio vt docuit Plin. loco citat. & Theoph. hist. plant. lib. 6. c. 3.

Μαδάρωσις ἢ

Μαδαρότης. est defluuium pilorum ex palpebris. alio nomine μίλφωσις dicitur. fit ab acri fluxione.

Vt inquit Aet. lib. 7. c. 78. verum quidam μαδάρωσιν non potius pilorum defluuium è palpebris interpretantur, quam depilationem quamuis & quacumque parte fiat, deducta voce à verbo μαδᾷν quod est nimio humore diffluere, madere aut madidum esse: de μαδαρώσει plura apud Aetium lib. 7. c. 80. Paul. lib. 3. c. 22. & Actuar. περὶ διαγνώσ. παθῶν lib. 2. c. 7. Hippocr. hoc vitium φαλάκρωσιν vocat καταχρηστικῶς, cum φαλάκρωσις sit propria capitis affectio, μαδάρωσις etiam aliarum corporis partium.

Μάδελκον. dicitur hoc nomine à quibusdam τὸ βδέλλιον, vt author est Dioscorides.

Μάδησις. idem quod μαδάρωσις, scribitur etiam μάδισις per ι & rectius: Apud Theophr. lib. 5. de caus. plant. cap. 12. μάδισις inter plantarum vitia recensetur, quando nimirum propter nimiam

» humoris copiam cortex radicis defluit, vt in cor-
» pore humano cum pili decidunt à nimio & pra-
» uo humorum in partem defluxu; hoc & vitium
» λοπάδα idem Theophr. vocauit; hoc & sensu
» Hippocr. hanc vocem 2. γυναικ. vsurpauit dum
» ait ἢ ἢν μαδήσῃ, κόμιστον ἔμπλαστρον pro eo quod
» Paulo ante dixerat ἢν ῥεύσῃ αἱ τρίχες, si defluant
» pili: Plin. l. 17. c. 24. fici radices madidas voca-
» uit, hoc vitio, id est imbrium copia nimia offen-
» sas: etiam Hesych. μαδίσας exponens τὰς τρίχας
» ἀποβαλών.

Μαδιστήριον. Instrumentum est quo glabratur cutis: vel id quo cutis redditur læuis & depilis: quod Græci alio nomine τριχολαβίδα & τριχολάβιον vocant à pilorum prehensione. Latini Vulsellam siue Volsellam dicunt, itidem ab euulsione pilorum.

Μάδος. Hesychius exponit τὸ ψίλωθρον, medicamen-
» tum quo cutis deglabratur & depilis redditur,
» idem quod supra μαδιστήριον.

Μάδυνα. dicuntur ab Athenæo quæ à Galeno βρέγ-
ματα, pruna scilicet, vt putant, Damascena.

Μάζα. Latinum nomen non habet, nisi quis, vt Plinius, offam interpretetur. Sic autem appellari polentam hordeaceam quæ sit humido conspersa, Aetius author est, sed quæ videlicet mandatur cruda cum defruto, vel melle, vel alio huiusmodi. Multa eius genera & nomina produntur à Græcis. Cæterum μάζα apud Hippocratem significat farinam hordei tosti aliquo liquore subactam, siue oxymelite, siue mulsa, siue posca, siue aqua pura, vt annotauit Erotianus.

» Apud eundē tamen Hippoc. & libro præser-
» tim de antiqua medicina videtur sumi μάζα pro
» pane ex hordeo facto, in eo enim libro sæpissime
» μάζαν opponit τῷ ἄρτῳ, id est pani ex tritico facto,
» cum tamen manifeste Galen. μάζαν à pane hor-
» deaceo separet lib. 1. de aliment. facultat. cap. de
» maza, vbi ait ipsam ægrius panibus hordeaceis
» concoqui, & magis ventriculum flatibus im-
» plere, in eoque si diutius manserit turbationem
» excitare: Multa autem mazæ genera & nomina
» produntur à Græcis, & quorum varijs in locis
» meminit Hippocr. Si enim maza cum vino dul-
» ci, aut sapa, lacte, vel oleo diutius subigeretur, ea
» ποπτὴ Atticis appellabatur vt 2. περὶ διαίτης, vtque
» Gal. testatur l. 1. de aliment: Quæ vero sic para-
» ta non esset ἄποπτος dicebatur, quæque apud
» Hippocratem multi vsus est: Rursus huius com-
» mixtionis ratione quæ ἄποπτος, etiam ξηρὰ sicca
» vocabatur, vt altera βαπτὴ ἢ ὑγρὰ id est conspersa
» & humida, ἄποπτος vilis erat & plebeia, ποπτὴ de-
» licatior & suauiter condita: est & μάζα quædam
» μαλθακὴ dicta Hippocrati lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν,
» id est mollis, in victu humido reposita; alia dicta
» προπυρισθεῖσα aut προπυρισθεῖσα. 2. περὶ διαίτης, id est
» quæ aliquanto prius subacta est, cuique ibidem
» τὴν ἐνδίαιον φυρηθεῖσαν opponit, eam scilicet quę sta-
» tim vt subacta est exhibetur.

Μάζιον. parua maza Hippocrati dicitur lib. 1. περὶ
» γυναικ.

Μαῖα. obstetrix quæ & ὀμφαλότμος quasi vmbilise-
» cam dicas, quas & ἀκεστρίδας nominat Hippocr.
» lib. de hominis ætate.

Μαλυκύκλον. fructus arbuti quam κόμαρον Græci vocant. Plinius lib. 15. cap. 24. vnedonem Latinis dici putat, eo nomine non fructum modo, verum ipsam etiam arborem dici scribens. Galenus tamen non comari, sed epimelidis arboris fructum vnedonem vocari prodidit. Vis eadem vtrique tribuitur, acerba, κακοστόμαχος & καταστατική.

Hæc autem vox varie scribitur: alij enim co- «
dices μαλακύκλον pro eo habent, alij μελυκύκλον, «
alij μαλυκύκλον, alij aliter, cum vera scriptura sit «
μελακύκλον, vt Eustathius & Athenæus habent «
& alphabetica series lexici hesychiani confir- «
mat, in quo tamen sine dyphthongo est μιμά- «
κυλον. «

Μακεδονικὸν. medicamenti nomen, cuius descriptio habetur apud Aetium libr. 15. in hunc modum: Ceræ, colophoniæ, picis, adipis taurini, thuris, æquales portiones. Liquabilibus liquatis & ab igne amotis thus inspergitur & infarcitur. Id medicamentum tetrapharmaco simile est, soloque thure ipsum superat, vt scripsit Gal. lib. 13. meth. med. Describitur & ab Aetio aliud Macedonicum Azanitæ, ad multa, vt ait, commodum & insigne.

Μάκερ. macer. Est cortex flauescens Dioscoridi, vel Plinio, rubens: nomine suæ arboris, sed nobis incognitæ, crassus, gustu perquàm adstringēs, vel, vt scribit Galenus, multum acerbus, cum leuicula quadam acrimonia, odoratus sicut plęraque alia aromata quæ ex India inuehuntur. Videtur mista constare essentia, plæraque terrena, frigida: paucula vero calida & tenuium partium. Siccat tertio ordine, in calore & frigore temperatus est. Non est dubium quin macis Arabum ab eo differat. Est enim extima membrana nucem moschatam vestiens, & diuerso temperamento prædita.

Μακρὰ. dicitur solium aquæ calidæ in quo quis la- «
uatur, quod alijs nominibus dicitur Græcis λέξα- «
μβον, ἔμβασις, κολυμβήθρα, & πυελὸς: Sed pro μα- «
κρὰ nonnulli scribi legique volunt μάκτρα, vt «
scriptum apud Agell. lib. 13. c. 24. & Pollucem. «
lib. 2. sed μακρὰ probatior lectio videtur, hæc- «
que appellatio figuram rei oblongioris re- «
ferre. «

Μακρόβιον. dicuntur qui sunt longæuæ vitæ. Causas « autem longæ breuisque vitæ hîc lubet paucis at- « texere ex Aristotelis libello proprio: hæ autem « esse perhibentur; Primæ qualitates in corpore « animantis, atque earum dispositiones vel com- « plexiones: Potissima vero causa vitæ in calido & « humido posita est, sicut mortis in frigido sicco: « atque in humido quidem bifariam est causa lon- « gæ vitæ; Primum si humidum animalis primi- « genium sit aereum, pinguiusculum, quod non « haud facile putrescat aut desiccetur; Secundo si « sit proportione copiosum, non immodicum, « quod similiter non facile, neque cito inarescat, « vnde magna corpora sunt plerumque paruis viua- « ciora, quippe quæ plus natiui humoris obti- « neant: Sed & à calido quoque bifariam causa su- « mitur longæuæ vitæ, si nimirum calidum sit pin- « gue, non rarum, tenueque nimis; Secundo si ca- « lidum sit humori admixtum proportione, quo « humidum tamen sit, & ipsum firmius, corruptio- « ni non statim obnoxium, humor quippe super- « fluus, vt videre est in vlceribus corporibus cali- « dum natiuum obruit & extinguit, si sit ille præ- « sertim tenuis & aqueus: Sed & calor nimius hu- « midum non alimentare solum, verum & insitum « atque primigenium absumit atque depascitur: « itaque debent habere se inuicem proportione « quadam decenti atque Geometrica calidum na- «

tiuum atque humidum primigenium : Porro omnium in homine causarum longæ vitæ prima iudicanda est mens sana, curisque vacua, atque animus dolore liber, siquidem vt labor immodicus & fatigatio desiccat & arefacit corpora, ita multo maxime labor dolorque animi conficit absumitque corporis membra atque fomenta vitæ. Hinc Plautus, mœrore inquit maceror, marcesco, consenesco, & tabesco misco, ossa atque pellis sum misera macritudine. hoc autem inde euenit quod dolente anima, vitales quoque spiritus, vires motusque debilitantur, & naturalis calor remittitur, ac humor natiuus ita dilabitur & euanescit, dum fatigatam solicitudinibus animam tædet, pigetque suas vires intendere & exercere alacriter non in corpore solum rerum & ipso animo.

Μακροκέφαλοι. dicuntur lib. de aere aq. & loc. Hippocrati qui acuminato quasi capite & longo sunt præditi; acuminatum vero id dicitur & longum quod vtraque illa eminentiâ, quæ circa frontem est & occiput, caret, ita vt quod ab vtraque parte prominere debebat, superiores partes petat, neque compressionem multam ad latera habet, sed quasi rotundam & longam figuram: Macrocephalos vero eosdem esse existimem cum ijs de quibus 6. Epid. sect. 1. part. 3. fecit mentionem Hippocr. qui φοξοὶ dicuntur eo loco, qualem fuisse Thersitem illum, quotquot ad Troiam venerunt virorum longe turpissimum manifeste constat.

Μακρόπνοες. teste Galen. in exeg. dicitur ἤτοι μακρὸν ἀναπίνων, ἢ διὰ μακρὰ, qui videlicet aut multum semel respirat, vel è longioribus interuallis, vel cui eiusmodi respiratio est, in qua multum & ex longioribus interuallis respiratur, διὰ μακρὰ, quod in Coac. διὰ πολλοῦ dixit: in prognost. διὰ πολλοῦ χρόνου: hanc porro respirationem magnam efficiunt magna distensio partium thoracis, magna vis euntis redeuntisque spiritus, & per longiora interualla reuocati excluſique aeris : huic voci βραχύπνοες opponitur de quo suo loco.

Μαλαξάθειον. medicamenti nomen quod oculis dolore vexatis conuenit. Descriptio habetur apud Galen. lib. 4. π. κ. τόπ. & apud Paulum lib. 7. c. 16. qui scribit etiam ἰσάθειον à quibusdam dictum fuisse.

Μαλάβαθρον. arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione. Permulta vero nardum olent, vt phu, asarum, niris, quæ multum ab eo differunt. Verum malabathrum folium sui generis est quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquis sine radice. Id collectum statim lino transluitur, & siccatum reconditur. Tradunt siccatis æstiuo feruore aquis humum aridis fruticibus vri, quod vbi non euenerit, ne amplius quidem renasci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrũ, nec fragile, odore caput feriens, quod diu insuaui odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Vt autem nardum odore, ita & viribus repræsentat.

Quanquam de malabathro sic agit author noster, quid tamen illud sit, res est valde perplexa & ancipitis iudicij, non enim esse indicæ nardi folium monet Dioscor. alij quidem sui generis folium quoddam esse censent, sed non quidem quod in Syria aut Ægypto, vti voluit Plin. sed in India ex arbore procera decerpatur; hinc Græcis interdum folium simpliciter & κατ' ἐξοχὴν dictum est, interdum cum adiuncto malabathri; alias etiam folium indicum à loco natali cognominatur, atque illud quodammodo mali medicæ folium repręsentare dicit Garcias ab horto: Sunt vero qui hoc indicum folium à malabathro differre putent, Actuarij authoritate ducti, qui in describendo hedychroi magmate vtrumque nominat: Porro malabathrum quidem ex candido nigricans laudatur vt ex Dioſc. author noster ait, Plin. tamen l. 12. c. 25. minus probat candidum, rursumque, contra ac Dioscor. laudatius censet quod est quodam salis gustu: Garcias in illo nardi saporem non agnoscit: Dioscorides è contra & Gal. quique eum sequuti sunt omnes, nardo viribus simillimum esse dixerunt. Quod vero inquit Dioscor. malabathri folium collectum statim lino transſui & siccatum recondi, idem Garcias Malabathri folia, non quidem in hunc modum lineo filo transfigi, sed collecta in fasciculos colligari, & ita vænire scribit, atque ex eo fortasse Plin. lib. 12. c. 26. Malabathrum folio esse conuoluto inferebat. hinc liquet quam sit malabathri disquisitio anceps: insuper sunt qui malobathrum scribant, sic enim apud Plin. aliquot in locis scriptum reperies, quomodo & apud Arrianum & Horatium Carm. 2. ode 7.

Μάλαγμα. sic proprie vocant medici quod partes præter naturam induratas emollit. Temperamento id omne mediocriter calido præditum sit oportet, nec tamen manifeste aut siccet, aut humectet: sic enim partium induratarum, quibus admotum fuerit, veluti fusionem quandam molietur. Is enim est malagmatis vsus, vt quod in duris partibus concreuit, fundatur. Quod cum effectum fuerit: tum digerentibus medicamentis locus est, vt quod calore fusum fuerit, resoluatur. Verum nescio, inquit Galenus, qua ratione inducti Asclepiades & Andromachus omnia pharmaca quæ foris imponuntur, siue emolliant, siue adstringant, condensent, indurent, malagmata appellarunt. Quos postea sequuti alij medici, tres maxime eorum differentias, vt ex Antyllo refert Oribasius, statuerunt: alia ex quibusdam siccis radicibus, herbis, seminibus: alia ex metallicis aut ijs quæ metallicis proportione respondent: alia ex succis, sæuo, lacrymis, & ijs quidem omnibus diuersa facultate præditis. Sic fit vt μαλάγματα, ἔμπλαστρα, πρόχυσις confundantur inter quæ tamen Celsus libro 5. distinguit, scribens μαλάγματα maxime ex floribus eorumque etiam furculis parari, sed ἔμπλαστρα καὶ πρόχυσις magis ex quibusdam metallicis fieri: deinde vero τὰ μαλάγματα contusa abunde molliscere, laborioſe vero conteri ea ex quibus τὰ ἔμπλαστρα καὶ οἱ πρόχυσοι componuntur, ne lædant vulnera cum imposita sunt. Est vero & malagmatum in ijs admouendis differentia: aut enim medijs corporis regionibus (quæ proprie ὀπτέματα, inquit Paulus appellant) vt ventriculo, iecinori, lieni imponuntur: aut extremis partibus, vt capiti & articulis.

Sed plures malagmatum differentias si videre, voles leges apud Paul. l. 7. c. 18. & Gal. 8. κ. τόπ. c. 5. & l. 10. & 9. & Cels. l. 5. c. 18.

Μάλαθρα. dicitur hoc nomine τὸ βδέλλιον, vt habetur apud Dioscor.

Μαλάκια. vocantur ab Hippocrate pisces spinam non habentes, vt polypus, loligo, sepia, vrtica.

Hæc vero & sanguine & visceribus carent. author Galenus ἐκ τῶν γλίσχρων.

Μαλάκια. quoq; dicitur Plinio prægnãtium mollities quędam & defectio, cum languentes modo hoc modo illud appetunt, adeo vt terram quoque vorare appetant nonnullæ, carbones etiam extinctos aut cimoliam ait Paul. l. 1. quæ etiam κίττη vocatur: est & in stomacho malacia, id est debilitas vt apud Plin. l. 28. c. 7. & l. 23. c. 6. in Matthæi vero Euangelio interpretantur languorem qui sit leuior morbus ac lentior, non quidem lecto affligens, sed valetudini moramenta obiectans, & quo minus videantur sanitate inculpata, præpediens; Cæterum corrigendus obiter manifestarius error est in Senecæ Epistolarum lib. 9. vbi hæc: in ocio inconcusso iacere non est tranquillitas malicia est, repone malacia; Et apud Cæsarem l. 3. de bello Gallico malacia maris nominatur, pro tranquillitate ac veluti mollicie: fit vero malacia à voce μαλακὸς, mollis, & mœchum malacum Latine dici legimus in Plauti fabula: de Μαλάκια autem vt prægnantium affectus est, vide plura in voce κίττη quæ pica dicitur.

Μαλακὸν. molle. Secundum Platonem definitur id esse quod cedit carni nostrę. At Aristoteles multo elimatius, qui non quod cedit vocat molle, sed ei addit quod in seipsum, vel quod loco non mouetur. Siue enim dicamus: Molle est quod in seipsum cedit: siue, Molle est quod cedit, nec de loco migrat: siue, Molle est quod cedit in seipsum, nec migrat: bene definierimus, quod duobus proprijs symptomatibus ob oculos ponamus molle. Nam tum in seipsum cedit, tum loco non mouetur: quorum vtrumque soli illi accidit. Cedere namque commune symptoma est mollis & imbecilli, at in seipsum, solius est mollis, vt non in seipsum, imbecilli tantum. Itemque vt in locum vicinum migratio, proprium infirmi est, ita non demigrare, vnius mollis. Proinde quod cedit in seipsum, nec migrat, omnes vocant molle, quemadmodum id quod eo illud adigit, durum. Dicitur autem molle tripliciter, sicut & durum: absolute seu in summo, vt aer & aqua mollis, terra dura: in victoria seu excessu, vt caro mollis, os durum: in collatione ad symmetrum sui generis aut speciei, vel quoduis obuium, vel seipsum dum habebat secundum naturam: in quo quidem significato non simpliciter molle, sed mollius aliquid esse dicitur. Inter secundas qualitates mollities habetur, & ab humiditate nascitur, adeo vt quicquid molle est, idem etiam humidum dici possit, etiamsi non sit necesse vt è contrario quod humidum est, id etiam molle existat. Id enim discriminis inter mollitiem humiditatemque esse Galenus docuit, quod mollities ipsorum corporum propria qualitas sit, humiditas vero qui in eo continentur humorum. Differentia tactu cognoscitur. Nam humiditas cum madore est, mollities sine hoc. quanquam est profecto & molle corpus humidum suis ipsius partibus.

Μαλακὸς οἶνος. vide οἶνος vbi vinorum insigniores quædam differentiæ explicantur.

Μαλακὸς σφυγμὸς mollis pulsus. Sic dicitur quem mollis arteria facit, seu in quo arteria digito occurrens, tenera ac carnosior sentitur. Huic contrarius est durus, cum siccior & in modum corij rigidior arteria occurrit. Sumpta est autem hæc tota differentia à consistentia instrumenti, seu statu corporis arteriæ, siue à qualitate tunicarum arteriæ. Est ergo causa mollis pulsus mollities, siue ea inducta sit à causis secundum naturam, vt cibo humido, balneo frequenti, somno multo, vita molli & delicata, voluptati ocioque dedita: siue etiam ab ijs quæ sunt præter naturam, vt comate, cataphora, lethargo, hydrope, œdemate & alijs id genus morbis.

Μαλακὸν ὕδωρ. aqua mollis Hippoc. lib. de aere aq. & loc. vide μαλακτὸν infra.

Μαλακόκισσος. quibusdam herba est virens, hederæ simillima, in riguis nascens, lenta atque mollis, quæ vbicunque loci fuerit inuenta, subesse aquã significat. creditur ea esse quam officinæ sigillum diuæ Mariæ vocant.

Μαλακόσαρκος. qui molli carne est, idem ac ἁπαλόσαρκος qui teneræ carnis est apud Gal.

Μαλακτὰ. mollificabilia. Sic dicuntur terrea, quæcumque concreuerunt. Sed non omnia quidem quæ concreuerunt, emolliri possunt. Nam cum ea genere duplicia sint, alia aquea, alia terrea, aquea non possunt μαλακτὰ dici: liquãtur enim, non emolliuntur: exemplo est glacies. Quæ vero terrea sunt, si ita concretionem adepta sunt, vt nec eorum humor vniuersus, perinde vt in sale & nitro, inaruerit, nec in ijs pori inæqualiter se habuerint, vt in latere & in omni fictili, molescere possunt, idque ab igne, vt ferrum, cornu & ligna quædam. vide πικτὰ.

Μαλακτικὰ φάρμακα. emollientia. Dicuntur medicamenta quæ corpus durum in naturalem statum reducunt. Itaque quot modis durum corpus efficitur, tot fere sunt emollientium differentiæ. Nam quod siccitate durum euasit, humectando remollitur: quod vero copiosi vel superflui humoris affluxu, vacuando per frigida, calida, sicca. verumtamen sicuti hæc non proprie dura dicuntur, sic neque medicamenta emollientia proprie sunt quæ humectant vel euacuãt, sed peculiariter sic vocatur, quod ea emollit quæ congelatione induruerunt, præsertim si in ijs contentus sit humor præter naturam, veluti in scirrhosis. Siquidem ea proprie dura nuncupantur. Ergo quæ vere emolliunt, calida esse oportet, secundo aut tertio ordine. Nam quæ minus calida sunt, ea potius in genere pus mouentium habentur: quæ vero sunt calidiora, potius digerendo vacuandoque indurant, quam emolliunt. Itaque facultas quoque emplastica in ijs inesse debet. Quod vero pertinet ad aliam primarum qualitatum coniugationem, minus sicca esse conuenit, sed primo ordine: quanquam si quis forte ea humida dicat, non repugnandum: nam parum absunt ab ijs quæ nec humectant nec desiccant. Medici præterea, vt scribit Galen. lib. τῶν κατὰ γένη, in huiusmodi pharmacis, quod emollientius est, pinguius appellare consueuerunt: hoc autem videlicet humidius quoque est. Cæterum velut in corporibus induratis non parua est maioris minorisque duritiei latitudo: sic & medicamentorum ea curantium non paruam esse latitudinem oportet, quam Galen. libr. 7. τῶν κατὰ γένη exponit.

Μαλάχη. malua. herba duorum generum, hortensis & syluestris. Illa sæpe grandescit in arborem, foliis amplis, circinatæ rotunditatis, rarioribus in ambitu segmentis. Caudex simplex, altus, à medio fere ad verticẽ floribus decoratus, breui

admodum pediculo dependentibus, qui venustate rosis nō cedunt, sed odore carēt. Funduntur inde rosæ à quibus plantam ipsam vulgus transmarinam rosam cœpit appellare. Eius folia cum sole circumagi traduntur, seque eodem inclinare quo sydus feratur. Sylvestris autem folio est rotundo, pingui, paucis in ambitu segminibus intercepto, caule magno, purpureis floribus prædito, radice candida. In eo genere cui grande folium & radices albæ ἀλθαια vocatur, & à quibusdam ἀειαλθαία ab effectus excellentia. Dicta creditur μαλάχη ab emolliendo ventre, hortensis præsertim, quæ vt est humidior sylvestri, ita & imbecillior.

» Sed adnotarunt quidam maiorem μαλόχην
» Græcis vocari (teste Plinio) in satiuis; alteram
» ab emolliendo ventre dictam putat μαλάχην;
» Athenæus longe aliter sentire videtur qui lib. 2.
» Dymnosoph. tradidit Atticos maluas μαλόχην
» appellasse, cæteros linguæ Græcæ authores po-
» tius μολόχην, sic enim cum in plerisque veterum
» monumentis, tum præsertim apud Antiphanem
» & in Epicharmo scriptum legebatur: Martia-
» lis:

» *Vtere lactucis & mollibus vtere maluis,*
» *Nam faciem durum Phœbe cacantis habes.*

Μαλθακὸν. sic à quibusdam dicitur τὸ βδέλλιον authore Dioscoride. nisi forte μαλθακὸν scribendum sit: quo nomine donari potuit propter mollitiem.

Μαλθακὸν. idem quod μαλακὸν molle: ab hac vero
» voce μαλθακὰ multa appellari legimus; Sic μαλ-
» θακοὶ πλευροὶ coctæ molles dicuntur, illæ scili-
» cet quæ spuriæ siue nothæ sunt, & μαλθακὰ σιτία
» cibi qui aluum emolliunt paruique nutrimenti
» sunt ab Hippoc. 1. γυναικ: & μαλθακὸν ἔτος mol-
» lis & lenis annus apud eundem τῶν Epid. hoc est
» ἀπνοῶ καὶ θερμῷ vt interpretatur Galen. id est sine
» flatu & calidum; μαλθακὸν quoque idem quod
» πρᾷον mite; sic in Coacis μαλθακοὶ πόνοι, dolores
» mites appellantur: nam & τὰ μαλθακὰ inter
» ἀνώδυνα numerantur, & φύματα μαλθακὰ sunt
» fere ἀνώδυνα, quemadmodum parotides Tha-
» siorum quas idem 1. Epid. vocat ἐπάρματα χαῦνα,
» id est vt Gal. interpretatur μαλθακὰ, est enim
» consentaneum vt si in tensione doloris acerbitas
» posita sit, in mollitudine remissio eius consistat:
» insuper μαλθακὸς οἶνος, vinum molle ac lene Hip-
» pocrati vocatur Erotiano ἁπαλὸς, opponiturque
» generoso & potenti, illi quoque σκληρὸς oppo-
» nitur, durum dixit Terent. nimirum austerum,
» asperum, & insuaue: Ἐλλέβορος quoque μαλθα-
» κὸς, veratrum molle ac lene dicitur lib. de fra-
» ctur. & μαλθακὸν πῦρ ignis leuis, & mollis lib.
» lib. περὶ ἑλκῶν; denique & μαλθακὸν ὕδωρ Hip-
» pocrati vocatur lib. de aere aq. & loc. Qua vo-
» ce alij tenuem interpretantur, radijs solaribus il-
» lustratam, quæ cocta quasi à natura sit & veluti
» subacta; alij pigram & tardam exponunt. Gal. 4.
» in 6. Epid. 10. per molles aquas quandoque sig-
» nificari læues & optimas ait: insuper Cælio Au-
» rel. lib. 4. τῶν χρον. c. 9. μαλθακοὶ à Græcis molles
» siue subacti vocantur, in quibus scilicet (ait)
» etiam pulso pudore libido indebitas partes ob-
» scœnis vsibus subiugauit, quæ malignæ ac fœ-
» dissimæ mentis passio est inquit idem.

Μαλθακώδεα φαρμακα. lenia medicamenta, quæ Ga-
» leno interprete l. 4. τῶν κατ' γένη olei naturam ha-
» bent, cuiusmodi ait esse adipem, præsertim suil-
lum, vrsinum, œsypum, resinas, butyrum, dein ceram, quibus annumerauit etiam ceratum quod ex cera & oleo conficitur comm. 4. in lib. de artic. quæ omnia vlceribus inimica esse inquit lib. περὶ ἑλκῶν, hæc vero Gal. c. 1. l. 2. κατ' γένη à malacticis etiam distinguere videtur.

Μάλθωσις. dicuntur ab Hippocrate, μαλακτικὴ ἢ κηρώδη: hoc est, emollientia vel cerea. μάλθη enim ceram significat, eam præsertim quæ mollis est. Author Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις.

Μάλιστα. apud Hippocrat. multis in locis idem quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ: hoc est, vt plurimum. vt coniecturam eius rei, de qua dicitur, proxime ostendat. sicut ἐν τῷ περὶ ἀέρων. Οὗτοι ἤν τε ἐνάτοισι δεκαταῖοι μάλιστα. id est, circiter decimum diem: ita vt quamuis nono die vel vndecimo intereant, vera tamen oratio sit. quemadmodum Galenus in comment. annotauit. Eadem in significatione alij etiam Græci vsi sunt, apud quos μάλιστα significat idem quod sæpenumero.

Μαλοπὶ. malua maior, quæ & satiua est.

Μαμερτινὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi ordine alphabetico insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Μαμμαὶς. radicula tenuis & parua, foris subflaua, intus alba, dulcis, calamo aromatico similis, prædensis & extuberantibus nodis, quasi geniculis distincta, dulcis primum saporis, sed postea leuiter amari. Valet contra venenatorum morsus, oculorum cicatrices, & albugines exterit. Calfacit & siccat ordine tertio. Sunt qui doronicum apud officinas & herbarios vocari existiment: alij mannam esse volunt, nullam rationem, nullum authorem sequuti.

Dicitur autem etiam μαμμεὰ & μαμμεὴ, quod medicamenti genus est apud Actuar. Nicolaum Myrepsum & Paul. Ægin. qui eius meminit l. 3. c. 22. de cicatricibus & albuginibus; vide & eundem l. 7. in serie τοῦ μ.

Μανδραγόρας. planta est cuius duo genera statuūtur. Vnum nigricans, quod & fœmina, angustioribus & minoribus folijs quàm lactucæ, odore virosо & graui. Gerit mala vitellis oui similia, pallida, odorata, in quibus semen pyrorum. Radices habet magnas, binas ternasue, implicatas, extrà nigras, intus albas. Alterum candidum est. hoc marem existimant, ingentibus folijs, latis, albentibus, læuibus. Mala huius duplo maiora quam fœminæ, croci colore, odorata. Radix quidem supradictæ similis, sed amplior & candidior. Refrigerat mandragoras ordine tertio. eius mala soporem grauem inducunt. A Romanis canina malus aut terrestris dicitur.

Est & tertia species quam μήλειον appellant, propterea quod ἐδροώδη ἀπομωροῦ: verum etiam cæteris mandragoræ speciebus inest vis ναρκωτικὴ καὶ ὑπνωτικὴ, corporis sensuumque obstupefactrix & somnifica, vnde prouerbialiter μανδραγόραν ἐκπεπωκέναι dicuntur qui in rebus gerendis dormitant, & veterno quodam correpti sunt. Refrigerat enim mandragoras ordine tertio, eiusque mala soporem grauem inducunt, quæ insuper symptomata ex eius radicis & pomorum esu oriātur, atque remedia fusius leges apud Aetium, atque Dioscor. lib. 4. c. 76. & in Alexiph. c. 16. vide & Theophr. hist. plant. l. 6. c. 2. & Plin. l. 25. c. 13. Sed addendum his τὸν μανδραγόραν à Romanis etiam caninam malum seu terrestrem appellari, à Græcis ἀνθρωπόμορφον quod malum imitetur,

„ à Pythagora vero propter dilaricatas humano
„ modo radices.
„ Ἀνθρωπόμορφον nominari, eamque ob rem &
„ semihominis epitheton ei tribui à Columella
„ lib. 10.

Μανία. furor. insania. Species est τῆ παραφροσύνης, vt scribit Galen. lib. de causis symptomatum. Est autem παραφροσύνη φρενῶν πύρεξις, hoc est, mentis abalienatio vehemens citra febrem Hippocrates etiam ἴκταιναν aliquando appellat. Habet autem magnitudinem & vehementiam, vt ferarum modo in eos insiliant qui imprudentius ipsis occurrerint, & vinciri propterea debeant. Quod autem delirium paruum miteque est, Hippocr. λῆρον. consueuit appellare. Fit autem citra febrem, nullaque alia re differt à phrenitide. Mētis siquidem vtraque noxa est: sed proprium est τῆ μανικῶν febre carere, vt febricitare τῆ φρενιτικῶν. Excitatur ab ijs causis quæ ἐν τῆ παραφροσύνη recitantur, cerebroque accidit vel per se, vel per consensum affecto. Nunquam pituitosus humor eam parit, sed eum acrem & mordacem omnino esse oportet, cuiusmodi est omnis flaua bilis, & aliquando melancholicus humor, si plurimum vstus est aut computruit. Fit etiam aliquando à copia sanguinis, vt Hippocrates aphor. 40. libri 5. scriptum reliquit, & Aetius ex Archigene & Posidonio recitat. Sed Galenus feruidiorem ipsum fieri oportere dixit. hi vero nonnunquam à sanguine copioso nec putrente, sed bene temperato, solaque copia, vt in temulentis, molesto, τῶν μανιῶν oriri pronunciant: suaque illi signa symptomataque tribuunt, risum, vultum hilarem & perpetuum cantum. Verum generalius hi videntur vti nomine τῆ μανίας, & omnino ἀντὶ τῆς παραφροσύνης vsurpare, præter morem Hippocratis & Galeni, qui μανῆναι & ἐκμανῆναι non nisi in vehementi delirio ab acri & calido humore excitato vsurpant, & μανιώδεις παραφροσύνας appellant, τῶν φρενῶν διὰ τῶν χαλεπωτέραν ἢ μελαίνης χολῆς, vt habetur comm. 1. in Prorrhet. hoc est vehementes, propter malignitatem atræ bilis. Hippoc. certe vno tantum loco τῶν μανιῶν non proprie pro eo delirij genere accipit, sed pro ea mentis abalienatione quæ proprie μελαγχολία appellatur. Is est aphor. 21. libr. 6. quo scribit τοῖσι μανιώδεσι χρόνια αἱμορροΐδων ἐπιγινόμενα, τῆς μανίης λύσιν ποιέειται. hoc est, insanientibus, si varices aut hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutionem significant. Hic enim aperte τῶν μελαγχολιῶν proprie dictam intelligit, sicut in comm. Galen. annotauit.

Μανία ergo apud Hippoc. sumitur tribus modis, primo pro delirio sine febre vt 1. Epidemiōn part. 2. lib. 3. prorrhet. comm. 1. lib. 3. Epid. & lib. 3. de loc. aff. c. 5. Secundo pro quolibet magno delirio etiam cum febre, quomodo sumpsit Hippoc. pluribus in locis: Tertio pro melancholia vt loco hîc ab authore citato: Præterea μανία vt diuidit Plato, altera est diuinitus inspirata, quam ἐνθουσιασμὸν vocant, qualis vatibus & sybillis, furor ecce furor inquit Poeta; altera vitio corporis contrahitur de qua supra pluribus; Sed & præter significationes prædictas esse dicitur μανία vehemens desiderium cuiuscumque rei, vt productis aliquot exemplis docuit Casaubon. in commentarijs ad Athenæum, atque ita vox μανία dictionibus multis adiungi, solita est à Græcis, quarum studium vehemens declarare vellent. Cæterum quam vim habeat τὸ μανία dum quosdam vocamus γυναικομανεῖς, ὀρχηστομανεῖς aut χρυσομανεῖς expendit Gal. lib. 4. de dogmatis Hippocr. & Platonis aduersus Chrisippum disputans, non abs re (inquit) posito μανίας nomine in talibus ceu peccantibus furiose (μανικῶς) & à veritate plurimum recedentibus; Sed & legimus veteres cum aliquid vehementer extollerent solitos tanquam exclamantes, orationi suæ vocem (μανία) inferre, vnde manarunt illæ locutiones, μανικὸν ἔστιν μέγα; & insanum magnum molior negotium; hinc & apud Athen. l. 13. legimus quod cum hoc genus loquendi plurimum vsurparet Melitta mulier, ex eo cognomen illi fecerūt maniæ amatorum quidam; denique & id notandum quod ait Cælius Aurel. l. 1. τ. χρον. c. 5. magnam scilicet Græcorum vetustatem, maniam vocasse quę nunc mantice dicta est.

Μάννα. mel roridum vel aerium dici potest. Est enim mellis species non ignota veteribus, Galeno, Plinio, Dioscoridi, sed mellis nomine & titulo comprehensa, ne quis eam ab Arabibus primum cognitam proditamque fuisse putet. Sic enim de ea scriptum reliquit Galenus: in folijs (inquit) stirpium adnascitur quippiam, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, seu rorulentum quiddam, nec tamen continenter, neque copiose prognasci soleat. Nec me præterit per ætatem in arborum, fruticum, herbarumque folijs plurimum fuisse inuentum, sic vt à ludentibus rusticis Iupiter diceretur melle pluisse. Præcesserat tum nox frigidior, pridie calida siccaque cœli conditio diluxerat. Quapropter inter naturæ rerum peritos conueniebat, halitus quos terra vel aqua prospirasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostra rarius euenit, in Libano mōte quotannis, adeo vt extensis pellibus arbores succutiant, receptoque quod profluit, ollas & fictilia compleant, priuatoque nomine vocant δρόσομελι, id est, roscidum mel, vt etiam ἀερόμελι, id est, mel aerium. Hæc Galenus. Mellis speciem esse ipsa dulcedo sufficienter testatur, quæ gustu prorsus mellea sentitur.

Itaque consulto fecerint rei medicæ studiosi vt si quando apud Gal. mentio fiat mellis aerei, δρόσομέλιτος ἢ ἀερομέλιτος, pro ea mannam Arabum capiant, Perinde ac si mannæ vox apud eundem reperiatur pro ea thuris concussi elisas micas intelligant, quas μαστιχα λιβανῶτον appellat. Mannam autem Arabum & Galeni δρόσομελι mellis speciem esse, ipsa dulcedo sufficienter testatur, quæ gustu prorsus mellea sentitur, inde μελιτώδης χυλὸς ἐν τῆ ἄερος, & ἀερόμελι & δρόσομελι vocatur: ab Hippocr. κέδρινον μέλι, forsan quod cedris insideat vt Theoph. hist. plant. l. 3. c. 9. scribit: Cels. Syriacum mel appellat, quod in Syria maxime proueniat, cuius regionis mons est Libanus supradictus, vide Aristotelem lib. 5. de hist. anim. c. 22. περὶ μέλιτος τῆ πίπτοντος ἐν τῆ ἄέρος: vide & Plin. l. 11. c 12. Concrescit autem maxime Vergiliarum exortu, vel sidere Sytio splendente; vim habet modicam ciendi aluum & flauam bilem pellendi, tutoque pueris & fœminis vterum gestantibus exhiberi potest. vide supra δρόσομελι.

Sed de μάννα siue μαν (quorum illud Chaldaicum hoc Hebraicum esse volunt) pauca hîc addere operæ pretium fuerit, quod Deus in de-

» ſerto roris inſtar de cœlo noctu mittebat, poſt » ſolis exortum liqueſcens, erat ὡσεὶ σπέρμα κοριάν » λευκὸν, τὸ εἶδος ὡσεὶ ὡς εἶδος κρυσάλλου, id eſt veluti » ſemen Coriandri album, Chryſtalli ſpecie, mane » id ante ſolis ortum colligebant, mola aut piſtillo » in mortario terebant, in olla coquebant, aut ex » eo conficiebant ἐγκρυφίας placentas ſubcineritias; » guſtu referebat ἐγκρίδα ἐν μέλιτι: Certam vero » menſuram eius colligebant quod in craſtinum » ſeruari non poſſet à putrefactione & vermiculatione: author præter Ioſeph. in antiquit. Iudaicis, Moſes Exodi. cap. 16. & Numer. c. 11. vide & » Deuter. c. 8. & Ioſuæ c. 5. Dauid in Pſalmis appellat ἄγγελων ἄρτον, panem Angelorum. Nonnius μελίρρυτον ἄρτον à mellea dulcedine.

Μάννα. præter ſignificationem ſuperius explicatam, etiam accipitur pro granis ſeu micis thuris concuſſu eliſis. Cum enim thus geſtatur, vehitur, agitur, aut quouis modo tractatur, multa ex eo fragmenta decidant neceſſe eſt, quæ mannam, inquit Galen. proprie appellant. Hanc nihil à thure differre aliqui exiſtimarunt, quos tamen Gal. reprehendit, quod hæc manna non ſolo thure, ſed eius etiam corticis fragmentis quibuſdam ſimul eliſis miſtiſque conſtet. Proinde differt à thure, quod propter corticis miſtionem thure ſit adſtringentior, thus autem ea magis emplaſticum. Sed exigua quidem differentia eſt, adeo vt Galenus lib. 5. meth. med. ſcribat ſe mannam pro thure interdum ſumere. Dicitur aliquando ſimpliciter ἡ μάννα, aliquando vero cum addito ἡ μάννα τῆ λιβανωτοῦ.

» Vide Galen. περὶ κράσ. l. 4. & Dioſc. l. 1. c. » 74. Scribonius Largus mannam thuris ſæpenumero thuris pollinem appellat, Paul. vero l. 3. c. » 22. de cicatricibus & albuginibus oculorũ manam etiam appellat μαμμάν, atque ita etiam Aet. » vocat ſermon. 12. c. 44.

Μάννη. nomen eſt emplaſtri ad lichenas vtilis quod » deſcribitur à Gal. l. 5. περὶ κράσ. c. 7.

Μαντῶδες. 7. Epid. dicitur medicamentum ex thuris » polline, aut manna thuris, aſtringens deſiccans, » concoquens, & digerens, quod ad oris & gingiuarum tubercula imperat.

Μαντικὴ. ab Hippocrate appellatur οἰωνιστικὴ, hoc eſt, ars diuinandi quæ fit per aues. ἱεροσκοπίαν vero, Σπηλαῖ à plærisque dictam, antiqui etiam alij ex eo vocant, quod ἱερεῖα, id eſt, hoſtias, inſpicientes, qui in ea ſcientia graues & præſtantes ſunt, ex ipſis ventura prænuncient. ἱερεῖα autem ſcimus appellari omnia quæ dijs ad honorem exhibebantur. quales ſunt quæ litantur victimæ. Eos vero qui ex auium volatu augurantur, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους appellant, μάντεις, id eſt, augures, appellauit Hippocrates. quanquam μαντέως nomen & μαντικὸς de omnibus quæ ita prædicant, artibus proferatur.

Μάντις. braſſica apud Nicandrum.

Μαραθὶς. dictum eſt à quibuſdam ſylueſtre fœniculum, ſicut habetur apud Dioſcor.

Μάραθρον. fœniculum. Planta eſt ferulacei generis, caule geniculato, fungoſa medulla, læui cortice & herbaceo, folio abrotoni, ſed longiore molliореque, iucundo odore, muſcario rotundo, amplo, luteo, in orbem radiatim circinato, in quo ſemen nudum dependet, radice candida, craſſa, longa, odorata. Excalfacit tertio exceſſu, ſiccat primo, proindeque lac generat, ſuffuſis auxilio eſt, vrinas menſeſque mouet. Eſt & ſylueſtre fœniculum, magnum, ſemen ferens ſimile cachryi, ἱππομάραθρον à Græcis vocatur, à Latinis fœniculum erraticum.

Dicitur vero μάραθρον ἀπὸ τῆ μαίρειν, παρὰ τῆ λαμπῖν & ἀρεῖν, vel & μάραθρον à Græcis vocatur inquit Ruell. à marceſſendo quod ad condienda plurima cum inaruerit ſit commendatiſſimum, fœniculum latius dici putant, quod ſatum magno cum feruore ſemen reddat: hoc nobilitauere ſerpentes guſtatu ſenectam exuendo, oculorum aciem ſucco illius reficiendo; vnde intellectum eſt hominum quoque caliginem eo releuari: Cæcutientibus, vt Nicander tradit, anguibus cum vere ſuas ſpeluncas exeunt maratiri ſucco acies oculorum hebetata reſtituitur.

Μαρασμὸς. marcor. tabes. Eſt immodica totius corporis ariditas & conſumptio. Quo fit vt facile morbus hic innoteſcat, oculorum ingenti cauitate veluti in foueis quibuſdam reconditorum, & vniuerſi corporis ſqualore, caloris vitalis flore deſtituti, cutis circa frontem ſiccitate & tenſione, palpebris inſtantibus & tanquam ſomno grauatis ab impotentia quadam vigilandi: ſunt & tempora collapſa atque caua. Breuiter totus homo non aliud eſt quam oſſa & cutis. In ventre nulla inteſtina, nulla viſcera ineſſe credas: adeo contracta ſunt præcordia & conſumpti ventris muſculi, vt nihil ex ijs præter fibras & cutem ſuperſit. Hæc autem ſymptomata aut adhuc fieri intelliguntur, aut iam plane facta abſolutaque eſſe. Inde duplex marаſmi differentia exiſtit, vnius quidem nondum perfecti, ſed adhuc ad maiorem conſumptionem tendentis: alterius vero iam plane conſummati. Hic prorſus immedicabilis eſt, illi remedia quædam poſſunt adhiberi. Eſt & gemina rurſus differentia. nam cum omnis marаſmus ex ſiccitate fiat, ea interdum calorem, interdum frigiditatem habet coniunctam. Ex quo fit vt marаſmus alius ſiccus & calidus ſit, alius ſiccus & frigidus. Qui calidus eſt, non aliud prorſus eſt, quàm febris hectice iam longe progreſſa ad ſolidam vſq; ſimilarium partium ſubſtantiam, appellaturque μαρασμώδης πυρετὸς. Hic ergo quatenus febris eſt, caloris eſt particeps. Frigidus vero marаſmus duplex eſt, vnus qui ſenium ex morbo dicitur, alter ipſa mera ſenectus. Neque enim ſenectus aliter definitur quam frigiditate & ſiccitate: ſed ſenectus quidem ipſa ætatis curſu prouenit, ſenium vero ex morbo non item, ſed præmature à violenta cauſa. Succedit autem febribus ardentibus & hecticis cum ſua ſponte, tum frigidorum vſu. Per ſe quidem, quod febris hectica non humidum modo primigenium, verum calorem etiam natiuum populetur & depaſcat, eoque pereũte cor etiam frigidius quàm ſecundum naturam reddi neceſſe ſit. Indicio eſt pulſus paruus & rarus, ſimiliter & reſpiratio parua, rara, atque etiam frigida. ex quibus manifeſtum eſt refrigeratum eſſe principium vitale. A frigidorum vero vſu aliquando ſenium ex morbo inducitur, quod medicus ſæpe cogatur febre hectica & marаſmode laborantem diu multumque refrigerare omni ciborum, potionis & remediorum genere, vt eum ab hectica febre, à qua præſentius periculum imminet, in ſenium ex morbo transferat. Nam cum hecticis ſpes tantum poſita ſit in conſeruando humido ſubſtantifico, & ijs arcendis quæ ipſum abſumunt, certe ſenium ex morbo hectica febre

tolerabilius

tolerabilius est, quod refrigerato principio vitali cordisque substantia humidi minus consumatur quam per hecticæ febris calorem. Itaque eam rationem Galen. libr. 10. meth. med. sequutus, cōsulit eum quem marasmus plane iam occupauit, non esse à medicis nisi cum præfatione sanandum, & in alterum transferendum marasmum qui senium ex morbo nominatur. Traditur & à Galen. alia marasmi differentia, in verum & non verum. Verus quidem est per quem omnes corporis solidæ partes similiter marcescunt, initio ab ipso corde facto: non verus autem, qui in certa quadam parte consistit, vt in ventriculo & iecinore, in quibus Galen. magna ex parte hecticas marasmodesque febres se contemplatum esse scribit. Superueniunt aliquando & pulmoni, sed rarius, tum propter eius humiditatem, tum quod spirando refrigeretur. Incidunt & pectori & mesaræo & ieiuno & colo, interim vero & vtero & renibus. In septo autem transuerso marasmum se nunquam vidisse Galenus scripto testatus est, sed hecticam sane febrem vidisse, & hanc semel quidem plane absolutam, sæpe vero citius interimētem quam plane esset completa, quod eam & spirandi difficultas & delirium excipiat.

» Sed & præter communem significationem supra expositam μαρασμὸς etiam Galeno dicitur 3. » de crisib. c. 7. mutatio illa in morbis diuturnis » quæ paulatim fit & tendit ad mortem sine vlla » agitatione & perturbatione insigni, ita μαρασμὸν » opponens τῇ λύσει: In libello autem περὶ μαράσμου » Galen. huius vocabuli significationem longius » extendi ait, ad ea scilicet omnia quæ paulatim » corrumpuntur: dicitur etiam μάρανσις idem quod » μαρασμὸς: Nomen vero inuenit hic affectus à » flammis marcescentibus quæ nutrimenti inopia extinguntur, inquit Galen. 4. de causis puls. » cap. 9. inde μαραίνεσθαι dicitur deficiente paulatim & arescente humore extenuari, contrahi, » & tabescere.

Μαρόσσει, ψοφεῖ. apud Hippocrat. vt interpretatur Erotianus. hoc est, obstrepit.

Μαρωτικὸς οἶνος. vinum Marcoticum quondam » celebre. vide οἶνος.

Μαῖλη. dicitur ab Hippocr. quam multi θερμοσποδιὰν, hoc est, cinerem calidum, vocant, vt annotauit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις. Sunt autem, inquit Erotianus, qui φρυγανώδεις καὶ μικρὰς ἀνθρακας, hoc est arentes & paruos carbones, interpretantur.

Μαρκίλλιον. Cerati nomen ad pernliones descripti à » Paulo lib. 3. 79.

Μαρκίανη. nomen est malagmatis ad articulorum dolores & resolutiones comparati. Describitur ab Aetio lib. 12. cap. 44. & apud Paulum lib. 7. cap. 18.

Μαρμαρυγαὶ. apud Hippoc. λαμπηδόνες πυκναὶ, καὶ οἷον ἀστραπαὶ πυκναὶ, εἰφνίδιοι, πυρώδεις. hoc est, splendores crebri, & veluti fulgura frequentia, subita & ardentia. Sunt autem nihil aliud quam splendores oculis obuersantes.

» Hinc μαρμαρυγώδεις ὄμματα apud Hippoc. fiunt » autem μαρμαρυγαὶ, inquit Galen. comment. 2. de » victu acut. t. 44. propter eam quæ à ventre est » exhalationem euaporationemque, & propter » sanguinis qui ad caput fertur abundantiam, alijs » ἀμαρυγαὶ ἢ μαρμαρίναι dicuntur & ἀμαρύσματα. Cæl. » Aurelianus lib. 1. χρον. c. 2. μαρμαρυγὰς marmorum maculis similes tractus ex posuisse videtur.

Μάρον. herba surculosa, flore origani, foliis multo candidioribus, flore odoratiore & natura sisymbrij, subadstringens & modice calfaciens. Sunt qui mentham syluestrem esse putent.

Μαρέλια, vel μαιέλια. lactucarum species apud Psellum, & Simeonem Sethi, & Trallian. libr. 2. capit. 7. quas & θερμιδίνας alij vocant, quamquam à Tralliano videntur distingui loco citato.

Μαρσιππος. apud Alex. Trallian. pro sacculo ponitur quo pars dolens fouetur.

Μαρὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi vinorum insigniores differentiæ exponuntur.

Μαρών. sic dicitur à quibusdam Centaurium magnum, vt habetur apud Dioscor. quasi Maronia herba, à monte Thraciæ, quo loco probatum forte & copiosum nascitur Centaurium. Sic vero & πολύφρονις nominatur, à monte Thessaliæ Centauris & Lapithis nobilitato.

Μάσλης. ὁ θερμός. id est, caliditatis, apud Hippocr. vt scribit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Μασσάφιον ἡ

Μασυχὰς. nomen est thymiamatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 23. habetur & apud Aetium lib. 13. sed diuersa, ad suffitus tamen etiam comparata in modum τοῦ κύφεως. Ægyptium nomen videri potest.

Μάσσειν. significat apud Hippocr. miscere & subigere atque etiam exprimere, vt scribit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Μασητῆρες μῦες. manssorij musculi. Sunt musculi duo (vtrinque scilicet vnus) bicipites & triangulares maxillam circumagentes. Habent enim singuli duo capita, quorum vnum exoriens ἀπὸ τῆς μήλης, fibris in partem genæ infernæ posteriorem emissis eam mouet antrorsum, alterum autem à zygomate, fibris istas intersecantibus in similitudinem χ literæ, & in genam anteriorem immissis eam mouet retrorsum. At cum vtræque fibræ simul agunt, motu medio inferna ipsa gena tollitur. Tria vero singulorum latera sunt, quorum vnum versus zygomatis extremitatem porrigitur, aliud versus inferiorem mandibulam; reliquum vero ac tertium velut basis quædam prædictum vtrumque latus partibus maxillæ inferioris coniungens, secundum ipsius longitudinem extenditur. Cæterum hi musculi carnosam quoque maxillarum partem constituunt, suntque subter malas quam alibi neruosiores, quo loco habent velut verticem. A mandendo μασητῆρες appellati sunt, etiamsi musculi quoque temporales ad mandendum plurimum conferant. Hi enim præstant, vt commissis inter se dentibus cibi comminuantur: illi vero fractum cibum læuigari, atque in minima conteri à molaribus faciunt. Hæc enim actio eorum propria est, non etiam temporalium, qui à superiori parte exorti sursum tantum maxillam adducunt, non tamen in latera mouent.

Μασυλιωτικὸν medicamentum aridum, authore Demosthene Massiliota. Valet ad carbunculos. Describitur à Galeno libr. 5. τῶν ἡθῶν, atque à Paulo lib. 7. c. 15.

Μᾶσσον. idem quod πλεῖον, id est, plus. apud Hippocrat. vt Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις explicauit. Bacchius tamen contrario sensu ἔλασσον, hoc est, minus, interpretatus est, sicut annotauit Erotianus.

Μαστίχη. mastiche. Est resina quā lentiscus in Chio

fere tantum fundit. Cum enim lentiscus resinam vbique sudet, in Chio tamen sola mastichen proprie dictam, quæ non est aliud quam lentisci resina optima tenuissimaque. Importatur quidem & ex India quadam è spina mastiche, item ex Arabia, Asia, Græciaque, sed omnibus præstat Chia. Cuius tamen etiam duo genera ibi proueniunt, nigra & candida. Nigram Ægyptiam, candidam Chiam vocari Galenus prodidit. Illa siccat magis & discutit minusque adstringit, hæc vero calfacit & siccat moderatius, primo, vt scribit Paulus, ordine. Est autem mistæ facultatis adstrictoriæ simul & emollientis, per quam stomachi, ventris, intestinorum, iecinoris inflammationibus recte adhibetur.

Μαστοειδὴς. mammillaris. est apophysis ossis temporalis, papillis mammarum, præsertim vaccinarum, similis. Extuberat & cauus est, quo aer ampla & anfractuosa eius cauitate conclusus, magis resonet auribus. Inseruit inserendis musculis. Dicuntur & à quibusdam vteri cornua (κεραίας vocant) μαστοειδεῖς ἀποφύσεις propter similitudinem quam habent cum mammis.

Μαστὸς. mamma. dicitur & πτόδες. Est, vt ait Rufus ἐν τῷ στέρνῳ σαρκώδης ὑπεροχή, hoc est, in pectore carnosa eminentia. Definitur autem pars ad latus pectoris, glandulosa, semicircularis, in cuius medio papilla protuberat, gignendi lactis vim à natura habens. Verum glandulosa illa substantiam admodum varia est. Viris namque (in quibus proprie μαζὸς dicitur, vt μαστὸς siue μαζὸς in mulieribus) calidioribus scilicet & siccioribus pene nulla est, eademque arida, vti etiam admodum puellis. Iuuenculis vero compactior est & duriuscula, vetulis vero flaccida. Eam autem multæ sed paruæ glandulæ constituunt, sibi mutuo incumbentes, & inter se commissæ adipis & fibrarum interuentu, quæ ex carnea membrana in cutem pertinent. Semicircularis illi est forma, non tam quo minus pateret iniurijs quam quo plus lactis contineret. Est enim rotundum omnium capacissimum. In eius medio θηλὴ, hoc est, papilla, veluti apex & tuberculum siue papula eminet, de qua suo loco dictum est, quam ambit circulus quidam subniger, qui φὼς dicitur. Sic quidē condita mamma aptissimum fit gignendi continendique lactis organum, quod quia è sanguine gignitur, idcirco natura venas magnas & frequentes mammis largita est, alias quidem externas, à ramo venæ cauæ axillam iam petentis descendentes: alias vero internas à vena caua pariter descendentes ex iugulo summoque sterno. Hæ partim absumuntur in mammas & musculos pectoris internos, partim vero ad xiphoidem cartilaginem & musculos rectos delapsæ, inque eos & vicinas partes distributæ, paulo supra vmbilicum, furculis aliquot suis occurrunt furculis totidem venarum epigastrij: indeque fit consensus ille mammarum cum vtero. Habent & hæ venæ arterias aliquot comites, sed perpaucas & graciles.

» Cæterum à mammarum quæ in pectore sunt
» similitudine, etiam excelsiores, tellutis loci μα-
» στοὶ appellantur ait Celsus.

Μαχάλη ἡ

Μαχάλη. ala siue axilla. locus est sub humero concauus, multis glandulis scatens. Hic ad susципienda pectoris excrementa creãdamque phlegmonem valde opportunus est propter glandularum ἁλομελίδων, vt scribit Hippocrates lib. περὶ ἄρθρων. quo etiam loco ipse neruos sub alis existentes non communi vocabulo νεῦρα, sed τένοντας ἐπικούρους propter eorum firmitatem appellauit, vt illic Galenus annotauit.

Hoc & axillæ sensu de arboribus dici traditur apud Theophr. histor. plant. lib. 3. & apud Hesych. μαχαλιάδων αι, exponitur ex axillis suspensum esse, μαχάλην autem etiam pro ramo dixit Theophr. 1. de caus. plant. cap. 6. Ramos etiam alas vocauit Dioscorid. Alijs quoque herbis tribui μαχάλη dicitur, esseque cauus ille inter caulem & ramulos anfractus vnde sinuatim noua proles egreditur, Latini similiter alas siue sinus appellant.

Μαχαλιαία φλὲψ. axillaris seu interna vena. Est ramus venæ cauæ magnus ampluſque, qui ab ea antequam thorace excedat productus, per axillam in internam brachij sedem expanditur. Ex eo ἡ ἔσω φλὲψ, id est, interna vena, vulgari & vsitato nomine à medicis omnibus appellatur. Eadem & ab Hippocr. & à Galeno lib. 2. περὶ διαιτης ὀξέων, ἡ κατ' ἀγκῶνα, & ἡ ἐν ἀγκῶνι φλὲψ: & ab eodem Galeno in anatom. venar. ἡ διὰ τ μαχάλης, ἢ ἀπὸ τ μαχάλης. Multo maior ampliorque est quam humeraria, & in soboles longe numerosiores diuiditur. Huic per totum arteriam subijci, Paulus Ægineta scripsit lib. 6. c. περὶ φλεβοτομίας. per morbos qui infra iugulum consistunt, secatur in cubito, quod supra cubitum sub musculis deliteſcat: alioqui non est dubium quin sæpe altius eam secare vtilius foret.

Μαχαλιστὴς. sic vocatur à quibusdam proprio nomine secunda dorsi vertebra quæ τῇ λοφιᾷ subest.

Μάτος ζήτησις. id est, quæstio, apud Hippocr. & ματεύειν, τὸ ζητεῖν, vt scribit Galen. ἐν τῇς γλώσσης. itemque Erotianus.

Μαχαλεῖα. sunt ossa nucleorum Persicorum, sicut recitat Galenus ex Archigene lib. 5. τῶν κατὰ πόρους.

Μαχαιρὶς. gladiolus quo chirurgi vtuntur, apud Hipp. quem ille geminum facit, ὀξυβελῆ καὶ σπαθιδῆ siue γαστρώδη, hoc est, acutum & ventosum. Dicitur, & τὸ μαχαίριον.

Μαχαιρώνος φάρμακον. emplastrū est ad multa commodum. Recipit, Aristolochiæ rotundæ, galbani, æruginis rasæ, opopanacis, iridis Illyricæ, ammoniaci, thymiamatis, myrrhæ, ana drachmas octo. terebinthinæ, ceræ, olei omphacini, ana septuncem & vnciæ dimidium. Olei dimidium cum ærugine terendum, & reliquum cum cera & terebinthina coquēdum. opopanax cum aceto dissoluendus, tum demum omnia simul subigenda atque vnienda.

Μαχαιρώνιον. dicitur à quibusdam τὸ ξιφίον, vt author est Dioscor. quod & alio nomine φάσγανον eandem ob causam appellatur.

Μαχλοσύνη. dicitur impudicus quidam ardor libidinis, quem scribit Aretæus libr. 2. de acut. capit. vltimo mulieribus contingere humiditate multa diffluentibus, quamque effundere cupiant.

Μεγαλεῖον. vnguentum est, quod ob singularem eius præstantiam, & vt Plin. loquitur propter gloriam ita esse dictum quibusdam placet, quos reprehendunt alij ab inuentore Megallo sic vocatum perhibentes, scribendumque esse μεγάλιον; alio quoque nomine ῥοδόσμον vocatur teste Galen. 2. κατὰ τόπους. vtroque scilicet nomine à Megallo qui ipsum composuit

„ accepto, & ab illius quidem proprio nomine
„ μεγαλεῖον vocatur lib. 1. cap. 69. à patria vero ip-
„ sius μιθριδάτιον: Dioscorides vero diuersum à men-
„ desio existimasse videtur, scribens τὸ μεγαλεῖον
„ suo tempore defecisse quo tamen vigebat Men-
„ desium.

Μέγα κολλύριον. est collyrium diarrhodon quod ad Diagoram refertur, atque alio nomine χλωρὸν siue τὸ διὰ τ ρ. appellatur, quoniam rosarum vncias 72. capiat. eius triplex compositio habetur apud Galen. lib. 4. τ κ τόπ, quæ & à Paulo & ab Aetio consimili materia referuntur. Sed aduerte in prima compositione quæ est apud Galen. croci drach. quadraginta contineri, iniusto & absurdo prorsus pondere.

Est & τὸ μέγα κολλύριον διοδοτον, cuius descriptio refertur ab Aetio ad finem lib. 7.

„ Μέγα πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Μεγάλη νόσος. dicta est à veteribus ἡ ἐπιληψία κ ἐξοχήν, vt author est Galenus.

Μεγάλη φλέψ. magna vena. Sic vocata est à medicis vena quam anatomici portam appellant, sicut caua μεγίστη dicta est. vide φλέψ.

Μεγαλόκοιλοι. vocantur ventriosi 1. de aliment. fa-
„ cult. c. 1.

Μεγαλόσπλαγχνος. sic dicitur ὁ οἶνος. hoc est, vinum, apud Hippocrat. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, quod Galenus interpretatur viscera in molem attollens, seu magna viscera faciens. Id quod ipse in primis tribuit vino dulci. Accipitur tamen aliquando etiam passiue, & significat hominem qui magna habet viscera, siue à natura, siue ex morbo, phlegmone, scirrho, œdemate.

„ Antiquis vero generositatis nomen erat,
„ eosque μεγαλοσπλάγχνους vocabant qui magnis
„ erant præditi visceribus, in ijsque corporis fa-
„ cultates omnes atque functiones pollere vi-
„ debant. Sic μεγαλόσπλαγχνος Euripidi μεγαλόφρων
„ vocatur.

Μέγας δάκτυλος. magnus digitus. Sic pollicē Hippocrates vocauit, vt scripto Galen. prodidit lib. 1. de vsu partium.

Μέγας σφυγμός. magnus pulsus. Est pulsus longus, latus, simulque profundus. Pulsuum differentia est sumpta à quantitate diastoles. Cum enim *in longum latum & profundum arteria distenditur*, pulsus magnus fit. Huic oppositus est paruus, id est, breuis, strictus & humilis simul, arteria in has tres dimensiones parum distenta. Dicitur autem reuera magnus pulsus ad aliquid, quemadmodū & moderatus. Est enim magnus moderato maior. Itaque non est simplex & vnus pulsus magnus, sed varius pro magnitudinis incremento. Talis autem euadit solo calore aucto, sed quo tempore nec facultas male affecta sit, nec instrumentum. Ex quo fit vt solius caloris excessum proprie significet, idque eo magis, quo secum habet annexam maiorem celeritatem & frequentiam. Hæc enim duo magnus pulsus secum solet adsciscere, sed primum quidem celeritatē, quando scilicet vsus in tantum auctus est, vt maximam distentionem superet. Tunc enim cum magnitudo nulla maior potest contingere, pulsū ad summum aucto, natura necessario inducit celeritatem quam potest maximam, quæ vbi etiam tanta est, vt augeri amplius nequeat, concitat simul cum celeritate frequentiam.

Μέγας πεσσός. pastillus magnus, sic dictus à simplicium medicamentorum copia quam recipit. Commodus est dysentericis. Prodest & ad caua crustosaque vlcera. Descriptio habetur apud Aetium lib. 9. c. 49.

Μέγεθος νόσου. magnitudo morbi. Dicitur etiam σφοδρότης, id est, vehementia. Id dicitur à quo magnum periculum ægro impēdet. Tribus autem modis æstimatur à Galeno, per læsæ partis aut actionis præstantiam, ex propria affectus essentia, ex facultate nostrum corpus gubernante. Partis aut actionis præstantia bifariam consideratur, vitæ scilicet aut sanitatis respectu. Itaque si cor offensum sit, si ventriculus, si iecur, si motus, cerebri actio, perierit, quia hæ partes earumque actiones ad vitam necessariæ sunt, non potest earum morbus non esse magnus: similiter si testiculi, si ren alter, si bilis vesicula, si sensus aliquis male affectus sit, quoniam, si non ad vitam, certe ad sanitatem partes illæ omnino necessariæ sunt. Propria vero morbi essentia duobus quoque modis spectatur, per se siue ex propria substantia, & ex declinatione à naturali habitu. Per se quidem siue propriæ substantiæ ratione, morbus omnis cacœthes, febris pestilens, semitertiana, causus, cholera & permulti alij magni sunt. nam tota substantia totoque genere siue Idea periculum ægris accersunt, non alia de causa, quam quia tales. Ratione vero declinationis à naturali habitu magnus est morbus, qui cum tota substantia totoque genere non sit magnus, tamen in tantum auctus est & recessit à naturali habitu, vt plenus sit periculi. Sic phlegmone quæ in non momentaneo etiam musculo permagnum spatiū occupat, & in immensum excreuit, magna est: sic febris cōtinua quæ multis gradibus recessit à mediocritate temperamenti. Ex facultate vero nostrum corpus gubernante, nerui punctura magnus est morbus, quod eo puncto sæuissima protinus symptomata facultatis animalis excitentur: item omnis morsus venenati animalis, quacumque corporis parte factus sit, magnus est, tum propter vitalem facultatem, in quam propterea syncopæ incidunt, tum propter naturalem, ex qua icteri, hydropes, sudores & grauissima omnino symptomata *oriuntur. Itaq; ex facultate nostrum* corpus gubernante, siue ex symptomatis magnum morbum censeri, idem est. Sed aliquando reperias Galenum ab idea magnitudinē distinguere specialiùs sumptam, aliquando magnitudinem intelligere, solam à naturali habitu declinationem & excessum, aliquando vero duobus tantum metiri magnitudinem, ratione: scilicet propriæ substantiæ & declinationis à naturali habitu, aliquando vero, vt lib. 4. meth. medendi, tribus, propter partis affectæ præstantiam, propter affectus magnitudinem, & propter cacoethiam, quæ non mihi videtur aliud esse, quam propria cuiusque affectus substantia.

Μεγίστη φλέψ. maxima vena. Sic dicta est à Galeno vena caua, ex parte gibba hepatis nata, vt in anat. venarum & in libello de format. fœtus. vide φλέψ.

Μέδιμνος. medimnus, siue medimnum. Est mensura aridorum Attica, sed agricolis frequentior quam medicis: ob magnitudinē. Continet chœnicas quadraginta octo, vt ait Suidas, hoc est, centū & octo libras mensurales, seu modios sex. nō medicos quidē sed georgicos. Eius nota apud

Græcos fuit μ, cum ꝫ desuper imposito.

Μεθημερινὸς πυρετός. sic à iunioribus medicis, ait Galen. dicta est febris quotidiana quæ ad integritatem non desinit. Eadem etiam καθημερινὸς dicta, fuit. Nam quæ perfecte desineret & integre, ἀμφημερινὸν appellarunt.

" Sed hanc argutam vocum obseruationem
" maiores neglexerunt vt ait Gal. li. 1. comment.
" 3. vide καθημερινὸς πυρετός.

Μεθοδικοὶ. medici methodicæ sectæ addicti, quam illi definiebant esse cognitionem apparentium communitatum ad sanitatis finem spectantium. Statuebant autem ad curationis indicationem nihil conferre cognitionem loci affecti, causæ, ætatis, regionis, anni temporis, cõsiderationem virium ægrotãtis aut naturæ aut habitudinis ipsius, neque consuetudinem, sed à solo morbo conuenientis remedij indicationem sumendam censebant, nequo ab eo secundum speciem, sed ab eius communi & vniuersali notione, quam quidem appellabant κοινότητα, hoc est, communitatem, vt quę in singulis particularibus spectaretur. Constituebant autem in vniuersum treis κοινότητας: adstrictam, fluentem, & mixtã ex vtraque. Atque in adstricta quidem relaxandi, in fluente vero comprimendi indicationem sumebant, in mixtis vero, ab eo quod magis vrgeret. Præter hæc tria nihil medico considerandum iudicabant, quod ad remedij inuentionem pertinere videretur. Ecquid enim, aiunt, iuuat refrigerationes, æstus, ebrietates, cruditates, plenitudines, defectus, lassitudines, otia, ciborum qualitates, consuetudinum mutationes tam anxie rimari? Eane, contemptis ijs qui in corpore sunt affectibus, sananda suscipimus, quorũ nullum prorsus supereſt? Nam illa quidẽ abeunt: quod autem ab illis excitatum est, in corpore manet. Idipsum curare oportet. hoc enim morbus est. Considerandum est igitur qualisnam ille est. Si namque adstrictus est, laxare: si fluidus est, reprimere oportet, quacunque tandem ex causa vterque originem duxerit. Quid ergo iam causa valet, cum nec quod fluidum est laxari, nec quod adstrictum est adstringi vnquam debeat? Atque vt reliqua similiter expendamus, proponatur phlegmone, in qua cum adstrictionis vitium sit, non si æstate acciderit, relaxantia remedia postulat: hyeme autem alia, sed vtroque anni tempore ijsdem percuratur: nec puerili ætate relaxantibus, senili vero reprimentibus: nec in Ægypto quidem laxatorijs, Athenis autem comprimentibus. Similiter si phlegmonæ contraria fluida affectio statuatur, ea nunquam relaxantibus sed perpetuo adstrictorijs remedijs medicãda est, hyeme, æstate, vere, autumno, pueris, ætate florentibus, senibus, siue Thraciã, siue Scythiam, siue Æthiopiam incolãt. Itaq; si nihil horum ad curationem conducit, frustra in his omnibus studium ponitur. Quid vero corporis partes? nonne & hæ superuacaneæ sunt ad indicationem curationis? Vel audeat aliquis dicere phlegmonem in parte quidem neruosa relaxandam, sed in arteriosa, aut venosa, aut adiposa, aut carnosa adstringendam esse? Vel si aliqua sit in corporis quadam parte adstricta affectio, audeat dicere eam non esse comprimendam, vel quod fluidum dissolutumque est, constringendum non esse? quamobrem si partis natura non immutat curationis modum, sed auxiliorum inuentio ex ipso affectionis genere dependet, in vanum partis ipsius ratio habetur. His quidem atque alijs eiusmodi rationibus Methodici nullam rei cuiusuis habendam esse rationem existimant ad remediorum inuentionem, præterquam communitatum, vt appellabant, hoc est, notionum quarundam vniuersalium, quibus, sicut dictum est, adstrictum laxandum, solutum vero adstringendum esse indicari putant. Itaque ab ea methodo nimium compendiaria μεθοδικοὶ dicti fuere. Quorum princeps proditur Themison Laodiceus Syrus qui ab Asclepiade Rationali institutus, ad methodicæ sectæ inuentionem se contulit. Hinc est quod illum Galenus multis in locis communitatum repertorem nominat. Eam postea Thessalus Trallianus absoluit, contra quem Galen. tam acriter sæpe debacchatur.

Verum & huic methodicorum sectæ, vel ipse Aristoteles occasionẽ dedisse videtur, ille enim lib. 8. physic. auscultationum, ita inquit, ἔστι δὲ πάντων τὸ τοσῳδὶ πυκνώσαι καὶ μανῶσαι.

Μείωσις σφυγμοῦ. vide μύωσις.

Μειρακίων. adolescens. scilicet qui ætatem agit à decimo octauo anno; vsque ad vigesimum quintum, vt annotat Galenus comment. in aphoris. 9. lib. 5. hoc enim annorum spatio ἡ τοῦ μειρακίου ἡλικία, hoc est adolescentia, definitur. Est autem media inter τὸ ἥβαν καὶ τὸ ἀκμὴν, id est, pubertatem & florem ipsum ætatis, vt idem ait in aphor. 29. lib. 3. quibuscum multa habet communia, sed maxime quidem proprium in maribus sanguinis è naribus profluuium, quod à pubertate incipiens in adolescentia plurimum est, & ad virilem ætatẽ prouectis imminuitur. Cæterum quum à puberibus adolescentes euadunt, & semen & pili locis genitalibus erumpere incipiunt, testes subito increscunt, virginibus mammæ extuberant, & menses ferri incipiunt, & mares præsertim, vocem manifesto immutant, vt docet Galenus comment. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. hæc ætas omnium optima est, & maxime apta ad omnem voluntariam actionem. vide in dictione ἡλικία.

Μελαγχρανὶς. species est palustris iunci fructum ferentis in modum vuarum cohærentium, in quibus cuspidatum semen clauditur. Sic dicitur à nigro cacuminis colore.

Μελάγχλωρος. trochisci nomen, cuius compositionem Paulus habet lib. 7. c. 12. eo Paulus vtitur ad expurgationem sordidorum vlcerum libri 4. cap. 41. Est & emplastri nomen apud Paulum descripti libri 7. c. 17.

Huius quoque nominis aliud à Galen. describitur ad diuturna & vix sanabilia vlcera 4. τῶν κατὰ γένος. cap. 13. dicitur & μελάγχλωρος pro eo quod est μελάγχρως, id est, qui nigræ cutis est 6. Epid. sect. 2. t. 35.

Μελαγχολία. Est desipientia sine febre, timorem & mœstitiam sine causa inducens. Species est τῆς παραφροσύνης. Habet enim depraua tam facultatis imaginatricis & ratiocinatricis motionẽ, multa vana animo voluens quæ metuat, magnumque inde mœrorem concipiens. Sunt enim timor & mœstitia duo perpetua communiaque omnium melancholia laborantium symptomata, vt habetur apud Hipp. aphor. 23. li. 6. In causa est humor melancholicus, qui, veluti externæ tenebræ omnibus pauorem inducunt, nisi

vel audaces admodum, vel Philosophiæ præceptis instructi confirmatique fuerint, ita colore suo atro & tenebris simili timorem parit & mœstitiam, multaque eiusmodi falsa animo repræsentat, quæ tamen vera ob facultatis ratiocinatricis deprauationem reputantur. A quibus si quis volet melancholicos distinguere, infinitas prope reperiet eorum differentias. Tot enim erunt quot etiam cogitationum & spectrorum animo obuersantium. Itaque non ex his, sed potius ex sedibus in quibus humor ille melancholicus & gignitur & redundat, medici melancholiæ species distinxerunt, quod sic ad curationem maxime pertineret. Quod quia tribus locis contingit, ideo tres in vniuersum melancholiæ differentiæ existunt. Siquidē ille gignitur & abundat vel in cerebro solo, vel in solis hypochondrijs, vel in vniuerso corpore. Qui in cerebro per se gignitur, & non aliunde in ipsum influit, melancholiæ eam speciem creat quæ primario & per se facta dicitur, alterato scilicet cerebri temperamento, & inde nato melancholico humore corpus eius replente. Quæ ex hypochondrijs humore eo scatentibus oritur, hypochondriaca & flatuosa appellatur, quod ex ijs, sed maxime sinistro, humor atque vapor cerebrum petant, quodque flatus plurimi in ventriculo, intestinis, abdomine, totoque etiam corpore moueantur. Ea omnium mitissima esse solet, secundum eam quæ totius corporis vitio prouenit. Pessima vero & fere incurabilis quæ ex priuato cerebri affectu oritur. Cum autem duæ sint potissimum humoris melancholici differētiæ, vnus frigidus & siccus, vinorum fæci respondens, alter calidior, acrior & vstione redditus ferocior, qui μέλαινα χολὴ proprie appellatur, ille morbum istum de quo agimus parit, ideoque febrem non habet: qui vero ab illo fit, non simpliciter μελαγχολία sed μελαγχολικὴ ἕκστασις, hoc est, φρενῖτις καὶ παραφροσύνης, nuncupatur, febremque habet adiunctam tanquam phrenitidis & inflammationis cuiusdam particeps. vide παραφροσύνη.

» Μελαγχολίαν. Agellius πάθος ἡρωικὸν vocauit vide » suo loco.

Μελαγχολικὸς χυμὸς. ater & melancholicus succus. Est humor omnis frigidus & siccus. Hic est naturalis & benignus, crassus, fæculentus & niger, sanguinique mistus ad corporis nutritionē. Siquidem habetur inter quatuor humores, ex quibus tanquam elementis constamus & nutrimur. Hic vinorum crassorum fæci similis est, & à liene attrahitur secerniturq; à sanguine. Quod namque in sanguine crassum nigrumque, velut fæx in dolio, subsidet, sic appellatur. Est autem mitis & placidus succus, nec habet aliquid acidi, acris aut erodentis, neque in terram effusus ebullit, neque eam fermenti & aceti modo attollit, neque teter est odore, neque erodit, neque vstus est, neque in perniciem semper excernitur quemadmodum ἡ μέλαινα χολὴ, id est, atra bilis exquisita, quæ omnia hæc maleficia præstat. In hoc enim μελαγχολικὸς χυμὸς differt ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, quod hæc præter naturam sit, & vsta ab immodico calore & valde maligna: ille vero limus sit sāguinis, ad corporis nutritionem comparatus. Huius substantia, quemadmodum & aliorum trium humorum in alimentis quidem continetur, producitur vero à temperatura siue totius corporis siue hepatis frigida sicca, qualis est æstate declinante & autumno, & ex alimentis similiter frigidis & siccis, alijsque omnibus sumendis, admouendis, faciendis, educendis, frigidum, siccum, crassumque succum gignentibus. Nam & ipse temperamento suo huiusmodi est. Verumtamen si diutius in corpore retinetur adeo vt incalescat & putrescat, facile in atram bilem exquisitam, quam μέλαιναν χολὴν vocari diximus, degenerat, & simile quiddam fæci vini vsti patitur, quæ cum ante vstionem frigida & sicca sit, post vstionem tam calida redditur, vt carnem vrat, liquet & corrumpat.

Sunt porro & μελαγχολικὴ φύσις & μελαγχολικοὶ homines (vt Gallice quoque dicimus, *vn homme melancholique*) in quibus dominatur ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς, & qui facile in melancholiam incidunt, vel & obnoxij sunt, Latinis itidem melancholia: Rursum vt sunt μελαγχολικὰ πάθη, ita μελαγχολικὴ ἕκστασις quæ ab humore melancholico proficiscuntur, vel melancholiam comitantur: Gal. comment. in prorrhet. exponens hæc verba Hippocratis, τῶν ἐξεστηκότων μελαγχολικῶς οἷον τρόμοι ὑποχόνδρια, κακόσιτες, Μελαγχολικὸν, inquit ἕκστασιν ἀκούσιον τὴν φροδρεῖν, καὶ θηριώδη; γίνεται δ' αὕτη διαφερόντως τὸν ἐγκέφαλον ξανθῆς χολῆς ὑπιμπλείσης. vbi nota etiam hoc aduerbium (μελαγχολικῶς,) est enim eo loci μελαγχολικῶς ἐξίστασθαι, quum alicui ex atra bile seu melancholico humore mens mouetur, quique dicitur tum μελαγχολικὴν ἔκστασιν pati.

Μέλαινα. sic dicitur ab Hippocrate morbus ex nigra bile conflatus, vt scripsit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ex Hippoc. lib. 2. de morbis vbi hæ voces μέλαινα νοῦσος leguntur.

Μέλαινα ἀρίστη καταπλαστικὴ. emplastrum nigrum optimum catagmaticum, id est, ad capitis fracturas, describitur à Galen. 2. κτήμ. c. 18.

Μέλαινα ῥίζα. sic dicitur ab Hippocrate asphalathi aromatici vocati radix, vt habetur apud Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μέλαινα χολὴ. atra bilis. sic proprie dicitur quæ talis exquisite est, hoc est, supra modum vsta, calida, sicca, acris, erodens, acerba, acida, splendens & terram fermenti & aceti acerrimi modo eleuans, eoque distincta ἀπὸ τῆς μελαγχολικῆς χυμοῦ. vide χολὴ μέλαινα.

Μελαῖνις. cum accentu circumflexo Dioscorides legendum putat, vt μελαῖνις capra, μελαῖνις vacca, & significari ait ex Melænis. ea autem vrbs est ad Crisæum campum sita ante Criphinum, pascua bona habens & lac bonum gignentia, vt inquit Dioscorides. Author Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μελάμπυλος, sic dicta est à quibusdam ἀπὸ ἐλξίνης, vt habetur apud Dioscor.

Μελάμπεδον. dicta est à quibusdam ἀπὸ βάμματος, siue marrubium nigrum, vt Plinius tradit.

Sed potius μελαμπέδιον vt apud Plinium habetur, Dioscor. diuisim μέλαν πεδίον vocat.

Μελαμπόδιον. sic dictum est veteribus veratrum nigrum à Melampode vate, vel eiusdem nominis pastore, quod is cum animaduertisset eo purgari capras, dato postea lacte eius sanauit Prœtidas furentes.

Μελάμπυρον. herba est tripedanea, surculosa, foliis rubiæ pallidis, cui semen colli figura, oleosum. Tritici vitium esse Galenus scribit. Rustici camelinam vocant.

Μελάμφυλλον. dicitur ὁ ἄκανθος, authoribus Dioscoride & Plinio, nec dubium quin à nigro foliorum colore.

Μέλαν γραφικὸν ἢ

Μέλαν ἢ γράφουσιν. atramentum scriptorium, seu atramẽtum librarium: quid sit notum est. Dioscorides scribit ipsum colligi fuligine è tædis coacta, & in singulas libras gummis ternas fuliginis vncias adijci. Fieri etiam è resinarum & pictoria fuligine, assumi autem fuliginis minam, gummis sesquilibram, glutinis taurini, atramenti sutorij, singulorum sesquunciam. Ea de causa non est dubium quin erodendi vim habeat, valde desiccet, & multo magis si acetum habeat, quomodo apud nos præparari solet.

Μέλαν κύπριον. sic vocat Hippocrates Cyprium cinerem quo ad oculos vtimur, inquit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μελαναγωγὰ φάρμακα. medicamenta atrum humorem purgantia.

Μέλαινα ὑποχωρήματα. nigræ deiectiones, à veteribus medicis (inquit Galenus comm. in aphor. 21. libro 4.) dicuntur, quæ nigra bilis exquisite non sunt. Nam illa nihil habent acris, nihil acidi, nihil erodentis, neque in terram effusa ebulliunt, terramque fermenti & aceti modo attollunt (quod atræ bili proprium est) sed sunt veluti sanguinis limus, fæci vinorum crassorum similis. Hunc, si in corpore redundat, expedit vacuari, eiusque excretionem non raro salubrem esse Galenus obseruauit, cum atræ bilis exquisitæ excretio Galeno semper visa sit perniciosa.

» Vt ipse scribit lib. de atra bile: Sunt autem nigrarum excretionum tria genera, τὸ μέλαν αἷμα » sanguis crassus, vt in quibusdam hepaticis: μελαγχολικὸς χυμὸς fæx ac sedimentum sanguinis vt » in lienosis; Et ἡ μέλαινα χολὴ atra bilis: duo prima » τῶν μελάνων nigrorum nomine comprehenduntur » ab Hippocr. soluſque sanguis crassus concrescit » & in grumum vertitur, tum in corpore tum extra: Reliqua duo fusa, & liquida semper manent, verum atra bilis à succo melancholico » differt generatione, substantia, & qualitatibus.

Μελάνθιον. Plinio herba est in segete ac pratis nascens, flore albo, odorato. Dicitur & μελάνθιον peculiari nomine medulla roboris. Est etiam τῦ ταριχοῦ, hoc est salsamenti, nomen, quo cæteræ thynnorum partes præter ceruicem & ventrem sale conditæ designantur, vt scribit Oribasius lib. 2. sic autem vocantur, vt idem ait, quod sint similes nigrantibus quercus radicibus, appetitum autem excitant sinapi adiuncto; & quia sunt expertes pinguedinis, difficilius quam imus venter corrumpuntur. Plinius vero id salsamenti genus ex piscibus melandryis vocatis fieri docet, atque ita dici, quod quernis assulis simillima sint. Est autem μελάνθεια thynni genus grandissimum, quod veluti in assulas dissectum ita condiri sale consueuerat.

Μελαίνει. vox est ab Hippocrate vsurpata in prognostico, quam quidam coniunctim legunt αὐτὴ τοῦ μελανοῦται, quod significat denigrans: quidam diuisim, χλωρὸν ἢ μέλαν ἐὸν, αὐτὴ τοῦ ὄν.

Μελάνθεμον. sic dicitur à quibusdam ἡ αἰσθησις, vt habetur apud Dioscor. pro quo forte scribendum μελανθέμιον, propterea quod mali odorem flores eius spirant.

Μελάνθιον. gith. frutex est exilibus surculis, sæpe binos dodrantes excedens, foliis vt senecionis, minutis, sed multo tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu papaueris, oblongo, intercursantibus intus membranis, quibus semen includitur nigrum, acre, odoratum, quod panibus inspergitur. Calfacit, siccat, tenuium est partium, flatus discutit, absterget atque incidit. Fit ex eo errhinum præstantissimum quod pituitam detrahit.

Μέλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerem, quo ad oculos vtimur explicat Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μελαγχόριζον. sic vocatum fuisse elleborum nigrum Dioscorides author est: distinguitur enim ab albo radicis colore.

Μελαντηρία. dicitur etiam à Latinis melanteria: quidam tamen atramẽtum metallicum nominant. Succus est in metallis concrescens. Geminæ originis proditur à Dioscoride. Alia concrescit salis modo in fodinarum, vnde æs eruitur, cuniculis: alia vero in eorum locorum superficie, quæ terrena est. Omnis nigra est, etiamsi exiccata plærumque euadat cinerea, & eam commendet Dioscorides quæ sulphuris colorem trahit. Vim causticam eam obtinet quam & misy: valde adstringit, ita tamen vt omnia adstringentia tenuitate exuperet.

Μέλαν φάρμακον. nigrum medicamentum. quomodo autem paretur, Hippocrates docet in libro de vlceribus. Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Quamquam eo Hippocratis libro huius medicamenti incerta est & indefinita præparatio, nec satis expressa, vt eo nomine non admodum integer ille libellus videatur; describitur autem aliud μέλαν φάρμακον, in Nothis quæ libr. 1. περὶ γυναικ. adscripta sunt.

Μέλαν. etiam substantiuè accipitur vt τὸ μέλαν τῦ ὀφθαλμῦ nigrum oculi.

Μέλας. nomen est trochisci, cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 5. Est & huius nominis emplastrum nigrum quod proprio nomine ἀσία appellatur, de quo suo loco dicetur.

Μέλας. Hippocrati simpliciter veratrum nigrum significat lib. de ratione victus in acutis.

Μέλας οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ exponuntur.

Μέλας. etiam alphi, qui vitiligo alba est, species quædam videtur qui vitiligo nigra dicitur; Est enim Alphus duplex, candidus & niger, qui albus est ἀλφὸς simpliciter dicitur, qui niger ἀλφὸς μέλας.

Μελανῶδης οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ exponuntur.

Μελάσματα. nigrores: dicitur & μέλασμα à Polluce lib. 2. τὸ ἐν κόμῃ βάμμα, nigrum pigmentum, seu atramentum quo coma denigratur.

Μελεδαίνειν. ἐπιμελεῖσθαι. θεραπεύειν, curam gerenti, curanti: μελεδὼν namque apud Hippocratem curam & solicitudinem significat, non autem tristitiam, quemadmodum apud Homerum, sicut scripsit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Et idem μελεδῶνας vocari inquit à Græcis τὰς λύπας, quasi τὰ μέλη ἰδύσας, id est, καρπαλύσας quo pacto etiam Latini curas dictas volunt, quasi vrentes cor: & μελέδη cura est siue curatio, θεραπεία, vt apud Hippocrat. γυναικ. libr. 1.

Μελετᾷν. Hippocrates libr. 1. περὶ ἐπιδημιῶν vsurpauit αὐτὶ τῦ ἀσκεῖν. vt Galenus comment. 2. annotauit. & μελετᾶν αὐτὶ τῦ ἐπιμελεῖσθαι, hoc est diligẽtia,

pro consuetudine Ionum, comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀέρων. Erotianus τῷ μελίτῳ interpretatur ἐνέργειαν, hoc est actionem.

Μέλι. mel. Est succus dulcis, calidus & siccus in vētriculis apum elaboratus, & ore redditus. Ex matutino rore fieri, vt & cera ex floribus, proditur. Est autem initio vt aqua dilutum, & primis diebus feruet, vt musta, seque purgat. Vigesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, qua feruoris ipsius spuma concrescit. Ipsum in ventriculis suis apes concipiunt ex frondibus & pabulis, odoratis maxime, & suauibus, quem postea elaboratum ore reuomunt, cera & propoli mistum. Optimum est quod dulcissimum est simulque acre, colore vero pallidum: consistentia neque crassum neque concretum neque valde dilutum, sed pellucidum & vnitum in omni parte & tenax, ita vt si eius particulam digito sustuleris & defluere permiseris, sibi ipsi continuum extendatur, & perinde ac viscum non abscissum, non in particulas dissectum descendat. Plures eius differentiæ cum ex plantis è quibus colligitur, tum à natali solo desumptæ celebrantur à veteribus. Quod ex absinthio apes colligunt, amarum gignitur. è rhodendro venenatum prouenit. ex cytiso optimum quidem, sed quod acrimonia careat, nimiaque dulcedine nauseam facile concitet. Præcellit omnibus vbi thymi copia est, ita tamen vt thymum plane non redoleat, quod ipsum alienæ qualitatis prorsus expers esse oporteat. Atticum, quod Atticæ regionis est, præcipue ex Hymetto, omnium præstantissimū, & Hymettium appellatur. Ab eo Calymnium quod ex Cycladibus affertur, & Hyblæum siue Symblium, quod ex Sicilia. Deinde Chium, Syrium, Scythicum, Siphnium. Id omne à veteribus bonum habitum est. Mel vero Colchicum, Heracleoticum siue Ponticum, quodque in Sardinia atque in Carnia Cretæ monte nascitur (cuius generis est quod μανιῶδες appellatur ab insania quam gignit) item Milesium & quod in Marathone fit, virosum creditum est. Narbonense atque Hispanum apud nos commendantur, cum reliqua nobis sint incognita. Nam quod in Belgica nascitur, frigidum, crudum excrementosumque est, totumque coctione resoluitur in spumam. Sed in quocunque tractu terna mellis fastigia veteres statuêre: ἀνθινόν, quasi dicas floridum, quod vere fit ex floribus constructo fauo: θερινόν, hoc est, æstiuum, à tempestiuitate præcipua, ipso Sirio splendente post solstitium. Est autem id omne rutilum, vt diebus editum siccioribus. ἐρεικῶδες, syluestre & minime probatum, quod conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in syluis. Hæc Plinius. Quas quidem tres mellis differētias etsi Dioscorides proprijs nominibus nō appellauit, designauit tamen, vernum, æstiuum & hyemale appellans. A mellis huius similitudine, etiam manna & saccharum inter mellis species numerata sunt à veteribus. Et mannam quidem δενδρομέλι & ἀερόμελι Galenus aperte nuncupauit, melliscque speciem esse testatus est. Saccharum vero Dioscorides sub mellis titulo comprehendit, de quibus suis locis.

" Apud Athenæum mel Alcmā vocat ὀπὸς ἐγχυλίνων, ceræ vel cereum fructum: Epicharmus " vero πύνδον ὄρθριον, matutinum mare, quod diluculo, sublucano tempore ex aere fluat: Quod vero spectat ad mellis facultates, de quibus au- " thor noster siluit, hoc scire oportet; mel omne eo " quod potentia calidum sit, id habere commune " vt inquit Galen. lib. de succorum bonitate & vi- " tio, vt facile in bilem vertatur in corporibus cali- " dis, ideoque naturis quæ pituitosiores sunt, ci- " bus est in primis accommodus', senilique ætati " sicut frigidis quoque morbis; cum autem te- " nuium sit partium inquit idem 3. de aliment. fa- " cult. c. 39. acrimoniæ quiddam habeat necesse " est, qua aluum ad excretionem proritet, hæc au- " tem acrimonia ab eo tollitur, si coquendo cum " aqua exquisitè despumetur; Præterea exiguum " nobis ex melle medicamentum accedit, si præ- " sertim in bilem faceslat, tum enim plane nutri- " tioni est ineptum; in calidis autem naturis prom- " pte in bilem flauam degenerat. "

Μέλι ἄκαπνον. vide ἄκαπνον μέλι. "

Μελιτώδης. dicitur ab Hipocrate de vino non eo tantum quod suaue est, sed eo etiam quod est cum melle mistum: quod & ipse μελίζειν nominat: vt Gal. ἐκ τῆς γλώσσης annotauit.

Μελιτώδης οἶνος. vide οἶνος. "

Μελικηρίς. Est apostema humorem melli similem membrana concluſum habens. Species est apostematis, vt & ἀθήρωμα & στέατωμα. Quorum hoc ab adipe, illud à pulticula intra membranam concluſa nomen habet. Sic & μελικηρὶς humorem continet melli Hymettio, vt scribit Galenus, similem, eumque membrana comprehendit, qui ea secta non aliter quam mel è fauis diffluit. Sed dicitur eodem etiam nomine aliud vlceris genus quod proprie κηρίον appellatum est, vt habetur apud Aetium lib. 6. cap. 68. similiter apud Celsum lib. 5. cap. 28. Neque enim dubium esse potest quin duæ illæ meliceridis species, quas Celsus descripsit, sint species τοῦ κηρίου, non autem μελικηρίδες à nobis prius descriptæ, quæ apostema est quæque dissecta cauitatem vnam habet, & intus vno loco atque spatio humorem suum continet, eumque non multis foraminibus, vt κηρίον sed vno ore effundit, posteaquam ferro aut medicamento aperta fuerit. Est igitur ἡ μελικερίδος nomen æquiuocum, proprie quidem & frequentius tumorem prius definitum significans, interdum vero vlceris illud genus quod κηρίον peculiari vocabulo diximus nuncupari, quodque à proprie dicta meliceride differt non modo notis prius explicatis, sed etiam quod κηρίον non nisi pilosis locis, magisque ad cutem, μελικηρὶς vero pro more reliquorum abcessuum in omni musculo possit excitari.

Μελικηρὶς. legitur apud solum Celsum lib. 5. cap. 28. pro vlceris genere quod non sic, sed μελικηρὶς solet vocari: & lib. 5. cap. 26. pro saniei specie, quæ crassior, glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis est, quamque ille scribit fieri ex malis vlceribus vbi nerui circa articulos læsi sunt, & inter hæc loca maxime ex genibus. Sed nihil simile apud alios authores scriptum reperio, nec μελικηρὶν omnino dici animaduerti, vti neque μελικηρίαν, quemadmodum in quibusdam Celsi codicibus reperitur.

Μελικηρώδης ἕλκος. vide ἕλκος suo loco.

Μελίκρατον. aqua mulsa. Est aqua melle mista. Sed misturæ ratio multiplex est, nec vna certaque tradi potest. Quoniam enim non admodum vtilis est ijs qui amaram bilem coacerunt, & facile in ijs vertitur in bilem, nisi prius per intestina aut

vesicam transeat, eiusmodi naturis dilutior dari debet, vt nec sitim adferat, nec bilem gignat. similiter ijs quibus viscera scirrho aut phlegmone, aut œdemate tentantur, aut aliquo morbo acuto laborant. Nam cùm mel in ijs tum propter moram quam in obstructis visceribus trahit, tum propter eorum ardorem protinus in bilem vertatur, eamque ob causam noceat, aqua autem tarde penetret, & nimis diu moretur in hypochõdrijs, ex vtrisque mistum melicratum idoneum redditur, ita temperatum melle & aqua, vt & facile distribuatur in corpus, & bilem non gignat nec sitim. Meracius vero exhibere conuenit, si alui deiectionem molimur.

» Parabatur autem vtrumque duobus modis, » crudum scilicet vel coctum; atque vtriusque » mentio non infrequens habetur apud scriptores, » tum medicos tum rusticos, & crudo quidem vti- » mur cum aluum deijcere aut vomitionem inci- » tare volumus, probe autem coctum valentius » alit: Crudi autem faciendi ratio non adeo expli- » cata, verum vt colligitur ex Plinio l. 14. cap. 17. » Dioscor. Mesue atque alijs, fiebat ex tribus vel » pluribus aquæ fontanæ, aut cælestis veteris par- » tibus, & vna mellis optimi, simul mixtis, diffusis, & insolatis: Coctum autem fiebat ad hunc mo- dum: Primum multum aquæ melli indebatur (Paulus libr. 1. in octo partes aquæ vnam mellis miscet) deinde tantisper coquebatur quoad spu- mare desineret, spuma autem cum primũ emer- » gebat, tollebatur. Tum & aliquando faui mace- » rabantur in vino, atque illud simpliciter μελίκρα- » τον appellabatur, hoc διυπερόν, proportione res- » pondens lotæ: hinc Plinius mulsam vinum esse » scribit, immo scribit idem mulsam vetustate » vinum euadere, hodie etiamnum complures sunt » nationes quæ mulsa vtuntur loco vini vt Mosco- » uitæ: Porro primum hoc genus melicrati adhuc » diuersimodè fiebat, atque in omnibus obserua- » batur, vt aqua purissima caperetur, putealis Cæ- » lestis vel fontana, & modo plus aquę miscebatur » quod μελίκρατον ὑδαρὲς appellabatur, nonnũquam » plus vini quod ἀκρατίστερον vocabatur: Conue- nit autem coctum melicratum microsphyctis; tussientibus, peripneumonicis, & ijs qui immo- dico sudore digeruntur; est insuper sciendum μελίκρατον ἀπὸ τῦ ὑδρομέλιτος sola vetustate differ- re, est enim melicratum aqua mulsa subita & recens, hoc est ex tempore parata, hydromeli autem inueterata & recondita, vide ὑδρόμελι: » Cæterum si de melicrati in morbis recta ratione » administrandi, deque facultatibus illius plura » videre volueris, lege Hippoc. 2. de victu in acut. » ex partitione Galeni: & ipsum Gal. comment. 3. » in dictum librum.

Μελίλωτος. sertula Campana, siue serta Campanica, herba est in Campania Italiæ laudatissima nas- cens. Tria eius produntur genera: vulgare, sta- tim ab radice fruticosum, cubitale, flagellis exili- bus, coma trifolij, minuta ac lente fimbriata, flos- culo melino, odoris eiusdem cuius & herba, nem- pe suauis, tereti ac per ramos diffuso semine: al- terum aspectu cano, croci odore ac flore, pin- guissimis ac breuissimis folijs: tertium simile fœ- nogræco, folio raro, semine in lunata siliqua, glauco, rotundo, infra sinapis amplitudinem, flo- re luteo, odorato. Nascitur vbique, Græco no- mine Gallis, nedum officinis, nobilior quàm La- tino. Diuersis facultatibus pollet, adstringendi, discutiendi & concoquendi. Ex ea epithema ad hepaticos præparatur, cuius descriptio habetur apud Aet. lib. 10. cap. 6.

Melilotus autem inter herbas coronarias « apud veteres primas fere semper tenuit; cur ve- « ro ita esset, factum puto quoniam coronis ad se- « dãdum ebrietatis feruorem institutis melilotum « miram operam præstabat, inde apud Athenæ. l. « 15. melilotum Cratinus ἀνόψιμον appellabat, id « est semper custodem, qua voce mea quidem sen- « tentia nihil aliud significare nobis voluit, quàm « quod illius herbæ potestate semper ab ebrietate « caput custoditur. «

Μελιλώτινοι στέφανοι. apud Athen. lib. 15. videntur ap- « pellari omnia conuiuarum coronamenta, quippe « quæ ex meliloto contexta essent, quæque capiti « imposita ardentes febres maxime perfrigera- « rent. «

Διὰ Μελιλώτου. medicamentum ad stomachi in- « flammationes efficax, cuius descriptionem vide « apud Trallian. l. 7. cap. 12. hoc & commendatur « ab eodem ad pleuriticos dolores sedandos si ap- « plicetur lib. 6. capite vltimo. «

Μελίμηλον. pomum dulce. ventrem emollit, & ab eo animalia expellit: sed stomacho negotium ex- hibet. Idem γλυκύμηλον etiam vocatur. A sapore melleo sic dictum est. Sunt tamen qui non om- ne quod dulce est, sed quod natum sit ex malo in- serta pyro syluestri aut cotoneo, sic appellent. ex qua miscella creari dicunt, quæ proprie Athe- nienses μελίμηλα, hoc est dulcia & mellita po- ma nominant.

Plin. l. 13. c. 14. μελίμηλα à celeritate mitescen- « di mustea appellauit. «

Μελίνη. leguminis genus simile milio, alio nomine « panicum, Græcis ἔλυμος, interdum à Theophr. « & alijs quibusdã dicitur, vt habetur apud Dioscor. « l. 2. c. 120. & Gal. l. 5. de simplic. medicamentis: « Plin. lib. 22. c. 25. panicum à Diocle medico mel « frugum appellatum esse scribit, ad Etymon allu- « dente, hac enim voce μελίνη melleum quid signi- « ficatur; Pro eodem dicitur & μέλινος masculi. « gen. apud Theoph. hist. plant. l. 8. c. 1. Cæterum « in Aldino codice Græco scribitur μελίνη lib. 1. de « alim. facult. c. 15. «

Μελισσόφυλλον. herba est cauliculis & foliis ballotæ similibus, maioribus tantum tenuioribusque nec perinde hirsutis. ea citrum redolent: ex quo ci- traginem Romani vocauere, alij apiastrum: Gal- li melissam dicunt. vires easdem habet quas & marrubium, sed imbecilliores.

Μελισσόφυλλον. etiam à quibusdam τὸ σέλινον, hoc est apium, dici Dioscorides author est.

Μελίτεια. herba est quam alij μελισσόφυλλον vocant.

Μελιτάγρα. Gal. lib. 3. περὶ τόπ. cap. 7. sic vocat eum « Romæ grassantem morbum Tyberij tempore « qui μυρσίνη dicebatur, sed vide num illic scri- « gendum μυρτάγρα: qua de voce infra suo loco « plura. «

Μελιτηρὸν. nomen est. ξηροῦ φαρμάκου, hoc est aridi medicamenti, cuius author dicitur Oribasius à Paulo lib. 7. cap. 13. Eo Paulus lib. 4. cap. 40. vtitur ad implenda caua vlcera quæ pura fuerint.

Μελιτοῦται. ita dicuntur sicut σπαπτοῦται, nimirum « cum melle pars oblinitur velut sinapi. «

Μελίτης. est lapis dulci & mellito sapore præditus, sicut & galactites, sed plus quam hic caloris

habet, atque ideo magis etiam abstergit. Dicitur fieri ex ramentis saxi calcarij in lapidem concretis, vt & galactites. Colore ruffo flauoque est sicut chalcitis vsta & auripigmentum & sandaracha.

Μελιτίτης οἶνος vide οἶνος, vbi insigniores vinorum differentiæ exponuntur. Dicitur & μελίχρους οἶνος.

Μελίχρων. vinum dicitur apud Hipp. lib. 1. de morbis, non solum dulce, sed etiam mel habens admixtum.

Μελιτώματα. dicuntur confectiones ex melle. Apud Ægin. l. 3. c. 6.

Μίλτος. Galen. lib. περὶ ἰχνῶν. καὶ κακοχυμίας atque ex illo Paul. l. 1. c. 37. Romanam esse vocem scripserunt, quanquam nec illud locis citatis satis aperte, sed neque ex Latinis scriptoribus ante vel post Galen. vllum legimus qui hanc vocem quouis significato vsurparit, vt metam (edullij genus ex lacte de quo Martial. l. 1, & 5.) pro melca legendum addubitet. Cornar. Saxones & cæteri inferioris Germaniæ incolæ lac simili nomine appellant. Fuit autem melca Gal. authore 7. methodi edullij quoddam genus apud Romanos laudati, refrigerantisque & humectantis. fiebat autem ex lacte vt Gal. loco cit. innuere videtur dum melcam cum oxygalacte recensет, idem & Paul. ait l. 3. c. 37. vbi illis qui ex calida intemperie cibum fastidiunt, refrigerantes cibos exhiberi iubet, inter quos melcam recensет, quam obsonium esse ex lacte ipse exponit, idem testatur Constantinus Cæsar l. 18. de agricult. qui præterea docet melcam non aliud esse quàm lac repositum & reconditum in fictile nouum feruenti aceto prius perfusum atque imbutum, inde autem secretionem seri à crassiore lactis substantia fieri constat, quam per grumos concrescere verisimile est, eamque obsonij speciem fieri, quæ Parisijs *du laict caillé* dicitur. Paxamus sub finem lib. 18. τὸν γεωπονικὸν melcam bonam fieri scribit si lac in vasa quæ prius aceto bullierint, infundatur. Species igitur est τῆς ὀξυγάλακτος de quo suo loco.

Μεμικυσμένος τετανός. vide παρεκτεινόν τέτανος.

Μεμασμένος. μεμολυσμένος, hoc est fœdatus, apud Hippocr. sicut Galenus scripsit ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μεμψίδιον. collyrij nomen est quod habetur apud Celsum lib. 6. c. 6.

Μεμολυσμένος. quidam refrigeratos, quidam induratos & lapideos interpretantur apud Hippoc. vt refert Gale. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Μεμυκότα ἕλκη. obducta cicatrice vlcera & coalescentia dicuntur.

Μεμύρηκεν. συνείληκεν, id est conuoluit, apud Hippoc. sumptum à lanis quæ nentur. Sic apud Galen. ἐν τῇ γλώσσαις. sed perperam. scribendum enim μεμύηκεν, à verbo μηρύω.

Μεμωρωμένον, τὸ ἀναίσθητον, id est, sensu carens, apud Hippocr. vt scripsit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις. ἢ τὸ μώρωσιν ἐμποιοῦν τῇ διανοίᾳ, hoc est, quod stultitiam menti inuehit: vt explicat comment. εἰς τὸ περὶ ἑβδομάδων.

Μενδαῖος οἶνος, & Μενδήσιος. vide οἶνος vbi vinorum insigniores differentiæ exponuntur.

Μενδήσιον. vnguenti genus est Ægypto peculiare, dictum à capro, qui ea Ægypti parte, vbi primum vnguentum istud repertum est, colebatur, quique τῶνδης vernaculo sermone dicebatur. Dictum est & Ægyptium vnguentum, vt habetur apud Galenum libr. 2. περὶ κράσεως. Dioscorides scribit constare balanino oleo, myrrha, casia & resina, similemque metopio vim obtinere, sed inferiorem multo. Cum Dioscoride consentit & Paulus Ægineta, qui eius compositionem apertius explicat, nisi quod ipsum inter malagmata recensет lib. 7. cap. 18.

Galen. alio nomine μεγαλεῖον vocat, licet Dioscor. hæc duo nomina distinguat. vide supra μεγαλεῖον.

Μενοδότος. potionis genus ad phtisicos quæ describitur à Galen. 7. περὶ κράσ. cap. 3. etiam ambrosia dicitur.

Μερίμνα. de hoc affectu tunc temporis nouo atque grassante sic Plin. l. 26. c. 1. Sensit & facies hominum nouos, omnique priore æuo incognitos, non Italiæ modo, verum etiam vniuersæ prope Europæ morbos, tunc quoque nec tota Italia, nec per Illyricum, Galliasue, aut Hispanias magnopere vagatos, aut alibi quã Romæ circaque: sine dolore quidem vllo aut sine pernitie vitæ, sed tanta feritate vt quæcumque mors præferenda esset: grauissimum ex his lichenas appellauere Græco nomine; Latine quia fere à mento oriebatur, ioculari primum lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miserijs) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, descendentem vero & in colla pectusque ac manus fœdo cutis furfure: Postmodum addit: non fuerat hæc lues apud maiores patresque nostros, & primum Tiberij Claudij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italiam: nec in ijs tantum notis feritas eius erat, sed quod admodum contagiosus esset, nec enim (ait) sensere id malum fœminæ, aut seruitia, plebesque humilis, aut media, sed proceres veloci transitu, osculi maxime, fœdiore multorum, qui perpeti medicinam tolerauerant, cicatrice quam morbo; causticis namque curabatur, nec nisi vsque in ossa corpus exustum esset, non rebellante tædio. Hactenus Plinius ex quibus lichenem quemdam seu impetiginosum morbum, eumque nouum fuisse apparet, quicquid aduersus Plinium dicat Leonicenus lib. suo de morbo Gallico, atque alij nonnulli: Quod vero ad vocem hanc spectat, hanc apud Gal. legimus l. 5. περὶ τόπ. cap. 3. quanquam illic deprauatus codex habet μελιτάγρας pro ἀδρυτάγρας; componitur vero vox ex mento & ἄγχειν, quod significat capere, seu nomine ἄγρα. quod scilicet mentum caperet, atque similiter composita sunt προσάγρα & χειρόγρα, quamquidem compositionis nouitatem ac vitium aduertens Plin. ioculari primum lasciuia mox vsurpato vocabulo mentagram nuncupauisse Romanos ait; Quod vero idem inquit eum affectum oculos duntaxat immunes sui fecisse, Galen. 5. περὶ τόπ. cap. 3. etiam oculos deprehensos ait, atque id quidem impossibile non est, cum & ipsos oculos βόθρυον, κοίλωμα, ἄγχιμον, ἐπίχυμα, πτερύγιον, ac plura præter hæc oculos molestare soleant.

Μεσικὰ φάρμακα. medicamenta localia: quæ & τοπικὰ nominantur.

Μέρος. pars. Id dicitur quod totum complet atque integrat: vel, id in quod totũ diuiditur. Hæc quidem simplicissima est partis definitio. Est enim pars ex ijs quæ ad aliquid dicuntur: quippe pars totius integrique pars dicitur, æque profecto vt totum & integrum per relationem ad proprias partes nominatur. Quicquid ergo totum com-

plet atque integrat, id totius corporis quod complet particula siue pars nominatur. Patet autem eam cum toto vnitam coniunctamque esse oportere. Cum autem aliæ sint partis significationes, vt pro specie, proque differentia, de ea proprie agimus quæ totum integrat, vt ante diximus. Itaque cum totum quod medicus præsertim expendit & in suas partes diuidit, homo existat, partes proinde à medico dicentur quæ totum hominem componunt, quas tamen non tam μέρη quam μέλη, hoc est membra, priuatim quidam vocandas censent. Hinc quidem Hippocratis ὁλομελέη, hoc est, integra & absoluta totius corporis ex membris compago, siue natura, cuius ille ἐν τῷ περὶ ἀρθρων meminit. Verum cum nomen hominis æquiuocè dici possit, scilicet pro homine sano & vita fruente, proque humano corpore, siue ipsa corporea mole & structura, nulla habita vitæ ratione, primum id conuenit distinguere, quod diuersa sit ratio partium in homine sano aut ægro, viuente aut mortuo. Qui volet, ipsam tantum humani corporis formam & speciem contempletur, vt videtur feciſſe Galenus lib. de vsu part. liceat tamen & totius hominis vita fruentis partes speculari, & eas reputare, quæ viuentem hominem componunt atque integrant, præsertim cùm omnium partium actio atque vsus ad vitam referatur. Sic autem quicquid in humano corpore ineſt, sine quo viuere aut bene viuere non licet, id corporis humani partem vocare possumus. Quod enim à toto demere non licet sine totius dissolutione, id merito totius pars dicetur. Itaque humores & spiritus, quod ijs demptis totus homo constare non possit, inter partes corporis humani annumerari quodammodo poterunt. Quod qui negant, humani tantum corporis speciem ipsam oculis subiectam intuentur, non etiam totum hominem, cuius non minima pars sanguis videri potest: de spiritu iudicium paulo difficilius est, quoniam totius corporis partes quoque corporeas esse oporteat. Sunt namque naturâ partes eiusdem cum toto suo generis. Freti tamen Hippocratis authoritate eos etiam inter partes corporis habere possumus, qui totum diuisit in *continentia, contenta, & impetum facientia*. Sed iam humoribus & spiritibus omissis reliquas partes contemplemur, quæ corporis omnis tum viuentis tum vita carentis communes sunt. Eas in duo summa genera medici distinxerunt, vt aliæ simplices, aliæ compositæ, siue, quod idem est, aliæ similares, aliæ dissimilares dicerentur. Similares, ὁμοιομερῆ dictæ à Græcis, in sibi similes perpetuo diuiduntur, paresque omnes tum toti tum inter se similes habent, vt os, cartilago, ligamentum, membrana, tendo, neruus, arteria, vena, caro, cutis: quibus adde si placet adipem, medullã, hac, semen & alia quæ sunt eiusmodi, si quicquid in corpore continetur, inter partes referri debeat. Eas Galenus propria hominis elementa quandoque nominat, alias prima corpora, quod scilicet ex ijs constent, quæ compositæ & dissimilares & organicæ nuncupantur. Compositarum autem maxima prorsus diuersitas est, & varia admodum ratio, siue ipsam compositionem spectemus, siue earum vsum atque actionem, quæ vtique ipsis propria est, & à qua organicæ appellantur. Nam quamuis omnes æque ex similaribus partibus conflatæ sint, ipsarum tamen aliæ ex seipsis etiam constituuntur, & sæpe organicam partem totius organi portionem quandam esse apparet. Sunt enim organicarum partium alia alijs magis composita. Quam rationem sequutus Galenus lib. de morb. differ. quatuor organicarum partium ordines siue differentias constituit, primo ordine eas collocans, quæ ex similaribus partibus coalescentibus vnius operationis gratia sunt compositæ, secundo vero quę ex his rursus componuntur, etsi vni totius instrumenti actioni quam maxime deseruiant. tertio autem quæ ijs adhuc magis compositæ sunt, demum quarto quæ totum ipsum organum comprehendunt. Verbi gratia, musculus, vena, arteria, neruus inter prima instrumenta connumerantur, digitus vero inter secunda, pes ex digitis constans inter tertia, postremo crus inter quarta, vt quod sit membrum summe absolutum. Pauca igitur eiusmodi sunt quarti generis instrumenta, caput, thorax, venter, duæ manus & totidem crura. Tertij generis aliquanto plura: ea autem sunt in quæ prima proxime resoluuntur. vt in capite cerebrum, oculi, os, aures: in thorace, pulmo, cor, diaphragma, & quo ea concluduntur, thorax: in ventre, ventriculus, iecur, lien, renes, intestina, vesica, vterus: in manu, humerus, brachium, manus: in crure, femur, tibia, pes. In secundo autem ordine permulta collocantur, ea scilicet in quæ tertij generis instrumenta proxime resoluuntur. Verum tamen difficillimum est vnicuique particulæ proprium ordinem assignare, præsertim in primis secundisque ordinibus. Quippe sunt aliqua quæ ambiguas vtrinque notas habent, vt videantur tum ad primum tum ad secundum ordinem pertinere: oculi enim, ne longius abeas, proximæ partes sunt humores & tunicæ. Sed hæ quo ordine locari debeant, incertum. Siquidem videntur simpliciſſimi generis esse, nec resolui posse in alias partes, proindeque primo ordine esse collocandæ: quia tamen partim ex meningibus, partim ex pericranio, partim vero & ex optico neruo coaluerunt, putare quis possit secundo ordini tribuendas esse. Verum in ijs omnibus diuidendis dijudicandisque poterit quis per ocium occupari. Ex his autem facile iam licet videre de quibus *Galeni definitio intelligenda sit, qua instrumentum* vocat quamlibet animalis partem quæ perfectam actionem edere potest. De ijs enim quæ ad tertium quartumque ordinem pertinent intelligi debet, non de ijs quæ ad primum secundumque referuntur: nec proinde debemus ex ea de omnium partium natura iudicare, atque ad eam, veluti ad regulam, earum examen reuocare. Sic quidem se habet partium in similares & dissimilares diuisio. Præterea vero alia est à Galeno tradita in arte parua omnium partium communis, ad hunc modum: Partium, inquit, quadruplex est omnis differentia. Nam aliæ principia quædam sunt, aliæ ab his sunt ortæ: quædam nec aliarum gubernationi præsunt, nec ab alijs gubernantur, vt quæ ingenitas vires habeant quibus reguntur, nonnullæ vero natiuas simul & aduentitias facultates habent. Talem quidem partium ab earum vsu & actione distinctionem Galenus tradidit. Pro cuius explicatione notandum est, singularum partium secundum naturam vsum aliquem esse, vsumque ad actionem referri: actionis autem causam facultatem dici, eamque nihil aliud esse quam vim aliquam parti insitam, per

quam agit id quod agere nata est. Adhæc notandum est gubernare siue regere, non aliud dici quam actionem aut opus edere per quod vita est, aut sine quo ea esse non potest: gubernari autem siue regi, esse ab aliquo primo & per se iuuari ad eam actionem seu opus. Iam ergo facile est videre quatuor illas principes partes à medicis celebratas, cerebrum, cor, iecur & testes, gubernare, non autem gubernari. Sunt enim earum opera toti corpori communia, tamque necessaria, vt per ea vita nostra sit, quæ tamen vt præstent, ne mutuis quidem operibus indigent. Cerebrum enim sine aliarum partium subsidio à propria atque insita facultate spiritum animalem gignit, cor vitalem, iecur sanguinem, testes semen. Quod si quis obijciat & cerebrum & cor & testes nutriri oportere, & proinde egere sanguine & ope iecinoris, satis illi fiet si intelligat cerebrum quidem beneficio iecinoris indigere ad sui conseruationem, nec eo tamen iuuari primo & per se ad opus quod agit. Siquidem nutritio non est causa per quam spiritus animalis gignatur, sed potius per quam cerebrum & eius actio conseruatur. Similiter autem de reliquis principibus partibus iudicandum. Ac quoniam eorum opus tam est ad vitam necessarium, vt toti fere corpori debeat communicari, idcirco secunda partium differentia constituta est, ab ijs scilicet ortarum ijsque ministrantium, per quas veluti per canales quosdam partes reliquæ principum beneficio fruerentur. Hæ sunt nerui, arteriæ, venæ, vasa spermatica, quæ reguntur quidem, non etiam regunt: præstant enim operam suam principibus partibus, estque earum opus pars quodammodo operis nobilium partium. Tertia vero differentia est earum quæ nec aliarum gubernationi præsunt, nec ab alijs gubernantur, quod scilicet earum actio nec communis toti corpori habeatur & ad sustinendam vitam necessaria, nec primo & per se egeat partium principum beneficio. Ad eam referuntur, os, ligamentum, membrana, glandulæ, pinguedo & caro simplex. Ossium quidem præcipuus vsus est partes sustinere & firmare, ligamentorum autem ea secum vincire atque continere. Quod quamuis corpori commodissimum sit, non tamen opus est toti commune, & ad vitam necessarium, vt eius causa ab ijs putetur corpus gubernari. Sed neque ad id iuuantur aliarum ope partium, vt quæ ingenitas vires habeant, à quibus munere suo fungantur. Quod enim os partem firmat, & ligamentum ossa coniungit, à se ipso habet, non autem qua nutriatur, vt ante de cerebro & corde diximus: est enim earum omnium eadem ratio. Quarta demum differentia est earum quæ natiuas simul & aduentitias facultates habent, cuiusmodi sunt pulmones, ventriculus, lien, renes, vesica. Quod enim earum vnaquæque actionem propriam edat, à se ipsa suoque natiuo temperamento habet, ita tamen vt principis alicuius partis subsidio indigeat. Quippe pulmones aerem expirant atque inspirant ab ingenita quadam facultate, quæ eorum temperamenti proprietatem consequitur, eaque propria est eorum actionis causa, ad eam tamen præterea vis quædam à cerebro accedit, quæ quamuis rationem causæ per quam respiratio est non habeat, obtinet tamen eius sine qua prorsus esse non potest. Est enim illi omnino necessarius thoracis motus. Idem de reliquis partibus iudicandum, quarum aliæ à corde, aliæ à iecinore influentem vim excipiunt, vt ad eas pertinentes nerui, venæ arteriæque declarant. Itaque eæ partim gubernant, vt quæ vsum habeant toti corpori communem, & sine quo vita esse non possit, partim etiam gubernantur, quod vim à principibus partibus manantem recipiant, sine qua opus suum perficere nequeunt. Sic quidem partium diuisionem à Galeno traditam multis explicatu difficilem interpretari visum est. Præterea vero aliæ quædam sunt earum diuisiones, vt in solidas & carnosas, sumpta ab earum substantia: sanguineas & spermaticas, à cuiusque origine, quod aliæ à sanguine, aliæ à semine gignantur.

Μεσαπονήμιον μόριον, species est œnanthatij authore Possidonio, à quo hoc nomen adepta est. Describitur à Paulo lib. 7. cap. 21.

Μεσάριον. idem quod μεσεντήριον. Siquidem ἀφαὶ γαστὴρ ἢ λεπτὰ ἔντερα, inquit Hesychius, hoc est, venter & tenuia intestina. Dicitur & ἀφαιὸν τὸ λεπτὸν ἢ στενὸν, id est tenue & angustum. Itaque μεσάριον dicitur, quasi in medio intestinorum tenuium vel ventre positum, non autem à raritate, vt quidam existimarunt.

Μεσεντήριον. Est corpus membranosum in medio intestinorum situm, venæ portæ ramos connectens. Nam quo firmius esset, ex dura membraneaque substantia constituitur. Est autem illi gemina tunica, quarum vtraque à peritonæo iuxta lumbos exoritur & connascitur, nisi qua venas & arterias continent, aut qua adeps multus interceßit, aut qua ipsa intestina conuestiunt. Nam ecphysis à peritonæo, colon, qua fundum ventriculi superuehitur, ab epiploo posteriore vestitur. Illis autem in partibus intercedentia vasa, adeps & intestina, tunicas mesaraei connasci prohibent. Cæterum per eas venæ dispersæ sunt prope infinitæ, quibus tanquam manibus iecur succum ad se trahit, quem in sanguinem vertat, easque tunicæ illæ fulciunt, ne dum homo salit, aut cadit, aut vehementius feritur, contundantur aut disrumpantur. Nec vero mesenterium venas modo continet, verum etiam arterias à magnæ trunco, quæ secundum lumbos fertur: eas enim omnes simul amplectitur, conuestit & tuetur. Nec tamen eo contenta natura, ad maiorem horum vasorum munitionem adipem multum mesenterio indidit, præterque adipem glanduloßum corpus, quod πάγκρεας vocant, machinata est, eoque medias eorum vasorum scissuras communiuit, ne propter infirmitatem motionibus violentis læderentur. Gaza mesenterium passim apud Aristotelem lactes interpretatur. Id quod ab eo nimis licenter factum esse Hermolaus Barbarus scribit Plinium secutus, qui lactes appellauit molliora intestina, quæ primum in homine & oue occurrant, per quæ cibus labitur. Sed Gazę Budęus patrocinatur. Siquidem lactes non tam intestina, quam pingue illud quod ea ambit, significant. Nostrates in piscibus lactantias vocant. Alio nomine μεσεντέριον à Græcis μεσέντερον dicitur: vtroque nomine, vt scribit Gal. lib. 6. τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, ab accidentibus ipsi indito: μεσεντέριον quidem à situ, μεσεντερίου autem à peculiari substantia, quod & medium inter intestina situm est, & omnes venas ex iecore ad ipsum descendentes vna

cum vicinis arterijs & neruis in orbem complectitur, quemadmodum inteſtina ſingula.

» Dicitur & μεσκᾶλον ab Hippoc. vt infra vi-
» debis in μεσκᾶλον.

» Μεσῆλιξ. qui mediæ eſt ætatis apud Hippocr.

Μεσὴ ὕλη. mediam materiam, hoc eſt cibum ſucci
» facilioris appellat Cæl. Aurel. πῶν χρον. lib. 1. cap. 1.
» puta, vt ibidem ait, turdos ficedulas, pullos co-
» lumbarum, & Gallinarum, & Celſus lib. 2. poſt
» ciborum valentiſſimorum, id eſt, in quibus plu-
» rimum alimenti eſt enumerationem, in media
» numerari materia (inquit) ex oleribus ea, quo-
» rum radices vel bulbos aſſumimus: qui cibi,
» potioneſue, aut valentis aut mediæ, aut imbe-
» cillæ materiæ ſint Celſus docuit l. 2. c. 18.

Μεσογείτης οἶνος. vide οἶνος: vbi inſigniores vinorum
» differentiæ exponuntur.

Μεσόμμη. ſignificat apud Hippocr. obſtaculum trabis ligneæ, domum vnam in duas partes ſeparantis, veluti columnam quandam in medio poſitam. Quidam autem & ſuperpoſitum tectum μεσόμμιον vocant, vt ſcripſit Galen. ἐν τῆς γλώσσης.

Μεσόκρανον. ἡ κορυφή. hoc eſt vertex.

Μεσοκώλιον. ſuffrago & tali pedis cum tibia compa-
» ges dicitur apud Hippoc.

Μεσόκωλον. nomen eſt ab Hippocrate vſurpatum l. 6. ἐπιδημιῶν, quod Galenus meſenterium interpretatur, partis vocabulum pro toto accipiens. Sed proprie eo nomine videtur deſignari pars ea meſenterij, quæ craſſis inteſtinis continua eſt, vt quæ pertinet ad tenuia inteſtina: poſſet, ſi vſus ferret, μεσοκήσιον nuncupari. Et reuera ſicut duæ ſummæ ſunt inteſtinorum differentiæ, tenuium & craſſorum, ita bipartitum videtur meſenterium, vt eius loci comment. Galenus oſtendit.

Μεσόλευκον. ſic dicta eſt à quibuſdam ἡ λεύκη herba, quod per medium eius folium candida linea tranſcurrat.

Μεσομήρια. interfemina ſic dicuntur, ſpatium ſcili-
» cet quod eſt inter femina ſeu femora Ruffo &
» Polluci.

Μεσομφάλιον. idem quod ὀμφαλὸς, vmbilicus.

Μεσοπλεύρια μύες. ſunt muſculi inter medias coſtas ſiti. Hi numero ſunt quadraginta quatuor, vtrinque videlicet duo & viginti. Horum autem vndecim interni, & totidem externi ſunt, bini ſcilicet in ſingulis coſtarum interuallis, quæ vndecim in alterutro latere ſunt. Externi quidem ſinguli in ſingulis coſtarum interuallis oriuntur, & fibras habent ex ſuperiore coſta in inferiorem oblique deductas. Interim vero contrario & oriuntur & procedunt modo, originem quidem ex inferiore coſta ducentes, & oblique ſurſum in ſuperiorem protenſi, & externos vbique in χ literæ formam interſecantes. Cum autem eiuſmodi fibras eoque modo protenſas habere hi muſculi dicuntur, intelligendum eſt de ſpuriarum quidem coſtarum interuallis totis: verarum autem coſtarum non totis, ſed ad eam tantum coſtarum ſedem vbi in cartilaginem degenerant. Siquidem inter verarum coſtarum cartilagines, vtrique muſculi intercoſtales villorum ſitum prædicto contrarium ſortiuntur, vt propterea vnus idemque muſculus inter verarum coſtarum cartilagines ſitus, non vnus ſed geminus plærique exiſtimatus fuerit. Cæterum vt gemina eſt muſculorum intercoſtalium differentia, ita & geminus vſus. Externi thoracem dilatant ad inſpirationem: interni vero eundem contrahunt ad expirationem.

Μέσος δάκτυλος. medius digitus. Hic habitus eſt apud veteres omnium deſpectiſſimus. Nam cum reliquis ſit longior & in medio ſitus, velut deſes & ignauus notatus eſt. Ideo priſci moris fuit, vt, ſi quos aliqua contumelia aut conuitio afficerēt, ijs medium digitum reliquis contractis protenderent: vnde Martialis:

Rideto, & digitum porrigito medium

Idem impudicus ab eo dicitur alio verſu,

Oſtendit digitum ſed impudicum.

Et infamis apud Perſium. Eadem ratione κατα-πύγων, quaſi cinædus & ſcortum, ab Athenienſibus appellabatur. Similiter quidam ex Latinis verpum, à verrendo podice, eum nuncuparunt.

Μεσόφρυον. dicitur, authore Ruffo, pars ea quæ inter ambo ſupercilia media eſt, ad frontis finem ſupra naſum ſita. Ea etiam μετώπιον dicitur. Vtrumque nomen à ſitu inditum. Martianus Capella lepide glabellam vocauit, quod ea pars glabra ſit & depilis.

Μέσπιλον. meſpilus. Arbor eſt mali vulgaris altitudine inferior, ramis in gyrum comoſis, ſpinoſiſque, folio promiſſo, tenui & longo pediculo, flore ſubherbaceo, amygdalæ forma, fructu dum pubeſcit viridi & duro, vbi maturuit fuluo ac molli, circa verticem criſtato, tribus quatuorue intus nucleis, radice numeroſa, materie dura, ſolida, cariei minimum obnoxia. Plinius Theophraſtum ſequutus, tria eius genera recenſet, anthedona, ſetaniam, & (quod degenerare tradit) Gallicum: intelligens forte quod apud nos inuenitur pumilum, cum veteres meſpilo proceritatem tribuerint. Dioſcorides duplici genere contentus eſt: quorum tamen primum longe diſcrepat à noſtrate meſpilo, creditur que à Matthiolo in Italia azarolo nominari. Serapio ſorbum eſſe putauit. Meſpilorum fructus admodum acerbus eſt, vixque edi poteſt, ventrem ſtrenue coercens. Quia & in germinibus & folijs acerba hæc qualitas non pauca reperitur.

Alijs dicitur ἡ μεσπίλη, & volunt quidam hoc
nomine arborem vocari, nomine vero τὸ μεσπί-
λη fructum Meſpili arboris.

Μετὰ. præpoſitio eſt qua Hippocrates omnibus in libris ἐπιδημικοῖς vtitur Ionum more, vt Galenus annotauit εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, comment. 3.

Μετάδοσις τῆς ὁμοίης. vide in dictione ὁμοιομερῆ.

Μεταβολαὶ τῶν ὡρῶν. temporum mutationes dicuntur
quæ bifariam poſſunt intelligi, ſcilicet aut temporum anni quatuor ad inuicem factas mutationes, vt cum hiemem ver ſequitur, vernum tempus excipit æſtas, æſtatem autumnus & hunc hiems; aut mutationes in vno eodemque tempore factas.

Μετακάρπιον. poſt brachiale vulgo: latinis palma. Eſt pars ſummæ manus inter carpum & digitos ſita. Ea Ariſtoteli, Ruffo & Celſo quinque conſtat oſſibus: Galeno autem quatuor. Verum illi tertium os pollicis metacarpio adſcribunt: hic vero pollici, quem eodem modo quo & reliquos digitos tribus oſſibus conſtare par eſt. Verum non ſine ratione id os pollicis infimum tertiumque metacarpio annumeratur, propterea quod non aliter quam reliqua quatuor oſſa metacarpij. (niſi quod

quod hæc per synarthrosim, illud vero per diarthrosim) carpo inarticulatur; cum tamen infima aliorum digitorum ossa metacarpio per diarthrosim alligentur, non etiam carpo. Sunt autem quatuor illa metacarpij ossa reliquis digitorum ossibus longiora, & magna ex parte teretia. Discedunt autem ab inuicem satis longis interuallis, in quibus plures musculi collocati sunt, qui digitos moueant. Cæterum metacarpij duæ sunt partes, interior & exterior. Interior, vt videtur Ruffo, ἔσω dicitur ab Hippocrate, ab alijs ἐσωτέρω: exterior vero ὀπισθέτερ.

Μεταξύσμια. τὸ γαλακτώδης κρᾶμα. lactea commistio, apud Hippocr. περὶ διαίτης ὀξέων, vt annotauit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

„ Medium scilicet temperamentum inter calidum atque frigidum, & vt loquitur Plutarch. „ ψυχρὸν ἢ θερμὸν κοινώνημα, & Athenienses vt refert „ Athenæus μετάξυσμα appellarunt aquam tepidam.

Μετακόνδυλοι. dicuntur, vt scribit Ruffus, postremi digitorũ articuli, vnguibus proximi. Nam medios digitorum articulos κονδύλους, ait vocari. Itaque quod his illi posteriores sint, μετακόνδυλοι appellantur, vt & primi πρωτόκονδυλοι.

„ Dicuntur etiam μετακόνδυλοι, tubera in ea digi„ ti iunctura quæ vicina est metacarpio, apud Pol„ lucem.

Μεταλλικὴ τάσις. est species vna tensionis quæ à superiori laqueo glossocomi perficitur. de qua vide in dictione γλωσσοκόμων.

Μεταλλικὰ. dicuntur ea quæ in metallis generantur, siue sponte naturæ, siue per fornacem producantur. Omnia dicuntur duobus constare principijs, sulphure vt patre, & argento viuo vt matre (chymistæ spiritum fœtentem & aquam viuam seu siccam αἰνίγματικῶς appellant) vario modo secum mistis & in terræ visceribus cõcoctis. Perfectissimè quidem commista coctaque aurum gignunt, deinde argentum: quorum illud, maris, hoc fœminæ rationem habere dicitur. Contra vero si ipsa principia impura sint aut ἀλόγως mista, si minus recte in parentis visceribus coquantur, aut affluente vitioso humore alantur, pro auro & argento cuprum, ferrũ, stannum aut plumbum procreabitur. Hæc sunt quæ metallica maiora appellantur à neotericis, omnia ductilia & liquabilia: quorum aurum & argentum, perfecta, reliqua quatuor imperfecta dicuntur. Ab ijs vero etiam alia sunt quæ media seu remota vocantur, nec habentur inter vere metallica, sed veluti oua quædam subuentanea aut molæ censentur, quod sulphure & argento viuo constent non exacte secũ mistis: vt sal ammoniacus, arsenicum, auripigmentum & sulphur quæ non tam metalla quam metallorum fumi vel spiritus dicuntur, propterea quod facile in spiritus & aerem vi ignis soluantur, & rubro aut albo colore corpora inficiant. Ab his præterea sunt alumen, vitriolum & alia plæraque quibus etiam accedit tertium genus metallicorum quæ ex illis homines conficiunt, velut est cerussa, ærugo, sandyx & istis similia.

„ Dicuntur vero μεταλλικὰ ἀπὸ τῆς μεταλλᾶν, id est, „ ab inquirendõ & perscrutando, vel ὅτι μετ' ἄλλων, „ simul cum alijs, aut μετ' ἄλλα post alia inueniãtur.

Μεσαμάζιον. sine adiectione pectus appellatur, ceu apud Anacreontem in ea oda qua sibi Batillum depingi iubet, interdum tamen σῆμα μεσαμάζιον dicitur, ea scilicet pectoris pars quæ inter mammas est in auibus.

Μεταπτώσεις. est exiguorũ meatuum status mutatio. Nomen est Methodicorum proprium, idem plane indicans potestate quod μεταυγκρισις, de qua vide paulo post.

Μεταπτῶσαι. meatuum statum transmutare. μεταυγκρίνειν.

Μεταποιητικὰ φάρμακα. eadem sunt quæ μεταυγκριτικὰ, de quibus paulo post.

Μετάπτωσις. permutatio dicitur symptomatum contrariorum, aut statim desinentium, siue transitus & transmutatio in aliam speciem. Sic dicuntur pleræque febres ἐκ μεταπτώσεως factæ, vt quæ ex acutis non acutæ fiunt, nec febres modo, sed etiam omnes alij morbi qui ex priore specie in aliam degenerant, & transeunt, ἐκ τῆς μεταπτώσεως fieri dicuntur; Ceu quando exempli gratia, modo æger dolet, modo non dolet, aut sitit deinde non sitit, & delirat mox ad se redit, aut modo in extremis partibus vritur, modo summis frigidus apparet, idque vicissim & breui interuallo; huius autem μεταπτώσεως generallis causa est μετάῤῥυσις vt veteres medici docuerunt, id est, humorum transfluxus & vicissim facta migratio, modo in hanc modo in illam partem, vnde diuersa atque interdum contraria symptomata existunt, quæ tamen sunt ὁμωνυμῶ, quatenus significant migrationem illam siue μετάῤῥυσιν, vt ea quæ ostendunt μετάστασιν: hæc autem μετάπτωσις duplex est, vna ἐκ φαύλων εἰς ἐπιεικῆ, commutatio ex prauis symptomatis ad mitia & benigna, quæ fit duntaxat in principio morborum, cum humores nondum obfirmati sunt in aliqua parte, sed propter copiam & malignitatem, transfluunt modo in principem partem vbi grauia edunt symptomata; modo in aliam vbi mitescere videntur, quo tempore inuitant medicum ad vacuationem, alioqui admonent vires vinci à morbo; Altera est ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρὰ, mutatio à prauis symptomatis ad praua & contraria, quæ iterum duplex est, nam interdum fit in eadem specie morbi vt in phrenitide; Et in eadem parte affecta vt in cerebro; interdum vero neque μετάῤῥυσις humorum neque putredinis iteratus feruor causa est, sed in mente læsa distracti spiritus, qui modo repræsentant imaginationi speciem sensibilis obiecti, quando valde vrget; modo non repræsentant, aliunde reuocati & immodice agitati; vtramque hoc aphorismo complexus est Hippocrat. qui sic habet, extremæ corporis partes si celeriter in vtramque conditionem permutentur, sitis quoque huiusmodi, malum: Priorem quidem exemplo partium extimarum; Posteriorem sitis exemplo.

Μετάῤῥυσις. est humorum transfluxus & vicissim facta migratio, modo in hanc modo in illam partem, dicitur & μετάῤῥοια.

Μετάρσιον. ὑψηλὸν, hoc est sublime, apud Hippocratem, vt annotauit Erotianus.

Et hoc quidem proprie; καταχρηστικῶς vero appellatur τὸ ἐπιμήκους εἰς ὄγκον, inquit idem Erotianus.

Μετάστασις. proprie dicitur quando alio morbo quiescente, translata aliò materia nouum morbum excitat, quæ dicitur etiam ἀπόσκημμα καὶ ἀπόσκηψις: Largiore vero significato etiam

» τὸ ἐπιζύμωμα significat, id est, quando ad morbum
» morbus accedit, vt in illo aphoris. in Coacis.
» Quæ peripnemoniæ ex transmutatione pleuri-
» tidis fiunt, minus periculosæ, vbi vtitur Hip-
» pocrates voce μεταπτῶσι: denique etiam κατα-
» χρηστικὴ μετάπτωσις, de morbi solutione dicitur
» quomodo ab Hippocrat. vsurpatur aphor. 7.
» libr. 5. idemque in comment. Gal. docet.

Μετασύγκρισις. est exiguorum meatuum in naturalem statum mutatio. Nomen est à Methodicis, vt ait Galenus, nec clare nec prudenter vsurpatum, idem plane indicans potestate quod ἡ μεταπερπτώσις. Cum ergò illi existimarent ex corpusculis & meatibus corpora nostra constare, & in exiguorum meatuum symmetria sanitatem, in ametria morbum constituerent, reditum ad pristinam meatuum symmetriam μετασύγκρισιν appellabant. Nam & ipsam meatuum compositionem συγκρίματα, & συγκρίνεσθαι τὰ σώματα καὶ διακρίνεσθαι, quasi miscerì secernique corpora, dicebant.

» Et μετασυγκρίνειν Dioscorides explicat μεταπερ-
» πτεῖν, id est, vt Cornel. Celsus lib. 2. cap. 17.
» vertit, habitum corporis mutare, cutemque re-
» laxare & corruptum humorem euocare: Sed &
» Trallian. lib. 4. & Ægin. lib. 3. αὐτὸ τὸ ἀναλαμ-
» βάνειν καὶ ἀναῤῥωννύειν vsurparunt: & curatio-
» nem μετασυγκριτικὴν Cæl. Aurelian. recorporatiuam vt lib. 2. τ. χρον. cap. 2. & sæpe alias vocauit.

Μετασυγκριτικὰ φάρμακα. nominantur quæ id quod
» supra diximus præstant, vno verbo quæ ex al-
» to euocant, atque adeo meatuum corporis sta-
» tum immutant, quomodo horum medicamen-
» torum, huiusque vocis vim declarasse videtur
» Dioscorid. de tapsia loquens lib. 4. cap. 157. &
» Galen. luculenter lib. 7. simplic. capite de Ca-
» lamintha, dum eam coxendicibus & Ischiadicis
» affectibus opitulari inquit, quod ea quæ in pro-
» fundo hærent foras ad superficiem trahat, to-
» tumque adeo articulum excalfaciat, & cutem
» ipsam euidenter adurat, ita ἄκοπον quoddam με-
» τασυγκριτικὸν vocatum vtile Ischiadicis, Arthriti-
» cis paralyticis & tremulis describit Galen. 7. κ. τ.
» χρόν. c. 12. Hoc vero nomen à Methodicis qui-
» dem profectum, etiam celebres medici postea
» vsurparunt: hæc autem medicamenta quoniam
» primis quidem qualitatibus calefaciunt & ex-
» siccant insigniter vt pene adurant, inde Plinius
» lib. 22. cap. 23. hoc remediorum genus licen-
» ter quidem cauteria vocauit, nempe quod ad-
» motum sua caliditate & insigni tenuitate hu-
» mores ex alto euocet, cutisque poros referet;
» Alij hæc ipsa medicamenta recorporatiua ap-
» pellant, & μετασύγκρισιν recorparationem, pari-
» ter existimantes ea voce indicari quæ vires re-
» ficiunt corpusque reparant; verum hæc ipsa non
» μετασυγκριτικὰ sed ἀναληπτικὰ proprie dicuntur,
» est tamen ἀναληπτικὴ ἐπιμέλεια, id est, quæ ægros
» meliuscule iam habentes reficit, pars quædam
» μετασυγκριτικὴς apud Paul. lib. 3. c. 72. fuit enim
» in longis valetudinibus horum medicamento-
» rum vsus ægro iam conualescente, & hæc με-
» τασυγκριτικὴ διαίτησις vt supra diximus dicebatur,
» sicut videre est apud Galen. 2. κ. τόπ. Omnes
» autem inquit Oribas. Collectan. lib. 10. cap.
» 41. In omnibus diutissime inueteratis morbis
» cum cætera auxilia nihil profecerunt, metasyn-
» critica remedia adhibere consueuerunt, atque
ad eiusmodi remedia velut ad sacram anchoram confugiunt, vbi nimirum intemperies quædam humida & frigida, aut per se ipsa in partibus affectis inest, aut propter eiusmodi humorum frigiditatem fuerit exorta: Eius autem generis sunt tapsia authore Dioscorid. lib. 3. ca. 157. & sinapi & plerique dropaces, smegmata psilothra: Adhæc varia gestationum genera, deambulationes, vociferatio, vnctiones, eucurbitulæ, vomitus à radicula & alia quæ à Paulo Ægin. recensentur lib. 3. cap. 72. de fluxu muliebri.

Μεταυχένια. dicuntur Polluci obliquæ scapularum partes.

Μεταφρένον. quid proprie sit, non satis est à veteribus explicatum. Verisimile est ex ipso etymo, eam dorsi partem significari quæ ad septum transuersum sita est, quasi τὸ μετὰ τὰς φρένας. Sic enim veteres septum transuersum appellarunt. Ruffus in libello quem edidit de partium hominis nomenclatura, definit μεταφρενον esse τὸ μεταξὺ τῶ νώτου καὶ ὀσφύος, κ. τ. λ. τῶν νεφρῶν περίφυσιν: id est, partem inter dorsum & lumbos mediam, qua renes adiacent. Nec tamen inter partes spinæ numerantur quam veteres totam diuiserunt in ceruicem, dorsum, lumbos & os sacrum.

Pollux libr. 2. μετάφρενον definit τὸ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας μέχρι μέσου νώτου καὶ τὸ τῶν φρενῶν διάζωμα.

Μετεξέτερος. idem quod ἕτερος, apud Hippocratem ἐν τῶ περὶ ἀέρων. Erotianus tamen εἷς interpretatur, citatque authorem Herodotum ἐν β' scribentem, τὰς ζεύας μετεξέτερος κελεύσιν.

Μετέωρον. sublime. quod nomen doloribus accommodauit Hippocr. aphor. 7. lib. 6. scribens, ἀλγήματα τὰ κ. τ. λ. κοιλίην μετέωρα: hoc est, dolores ventris sublimes. Sic autem dicuntur non in imo ventre conditi, sed qui externas partes, vt musculos epigastrij, exercent, & sunt positi extra peritonæum.

Vt notat Galen. in aphor. 7. lib. 6. hoc eodem sensu dixit Hippocr. in prorrhet. & in lib. τ. ἐπιδημ. μετέωρον πνεῦμα de quo plura leges in voce πνεῦμα; dixit & μετέωρα ῥεύματα lib. de rat. vict. in morb. acut. Nimirum in altum sublatos ac pendentes humores, quasi nondum fixos stabiles aut congelatos, id est, euacuationi minime contumaces, sed habiles ac comparatos vt eo loci Galen. exponit; non absimili sensu libro de salubri diæta, τὰ μετεωριζόμενα vocantur humores sursum eleuati, exæstuantes & ebullientes quos κάτω ὑπάγειν suadet Hippocrat. Idem quoque aphoris. 73. libr. 4. & 64. lib. 5. ὑποχόνδεια μετέωρα dixit hoc est, vt interpretatur Galenus, inflata, & in maiorem molem sublata propter quamcumque causam, siue ob flatus, siue ob scirrhum, aut phlegmonem, aut alium quemuis tumorem de quo plura leges in voce ὑποχόνδειον; Quanquam autem prædictis in locis dicitur vox μετέωρον de sublimi, siue eo quod in superficie est, Hippocrates tamen toto libello de aere aq. & loc. μετέωρον appellat quod in profundo est, sic enim eo libello μετέωρα ὕδατα interpretatur ἐκ βαθυτάτων πηγῶν. ex altissimis fontibus.

Μετέωρον πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Μετέωρον ὑποχόνδειον. vide ὑποχόνδειον.

Μετεωισμὸς. meteorismus, seu tumor aspectabilis,

» qualis sæpe apud Hippocrat. esse dicitur hypo-
» chondriorum, ab inflatione, inflammatione vel
» scyrrho; est & μετεωεισμὸς idem cum ἄσση, ἀλυσ-
» μῶ, ὑπτιασμῶ, & ἀπορία: μετεωεισμὸν, insuper ex-
» ponit Galen. in prognost. καὶ διαναστάσεις ægro-
» rum exurrectiones, quando se erigunt & attol-
» lunt.

Μετόπωρον. autumnus. vide φθινόπωρον.

Μετρητὴς. metreta. cadus. Mensura est liquidorum apud Atticos maxima capiens χόας duodecim, siue libras mēsurales centum & octo. Eam Faunius Atticam amphorā appellauit his versibus:

Attica præterea dicenda est amphora nobis,
Seu cadus. hanc facies, nostra si adiceris vrnam.

Ex quibus apparet Atticam amphoram capere amphoram Romanam & vrnam, & Romanam ab Attica magnitudine differentem esse. Itaque qui accuratius scripserunt, non simpliciter μετρητὴν dixerunt, nisi cum Atticam intelligerent. cum enim Romanam intelligebant, Romanam vel Italicam addebant: sicut Dioscorides in descriptione vini scillitici, καλῶν σκίλλης ἐπτὰ μνᾶς κεκαθαρμένης μιᾷ γῆ, κάδῳ εἰς γλεύκους καλῷ μετρητὴν ἰταλικὸν, ἢ μείοσι ἓξ ἴσων. hoc est, scillæ dilectæ & repurgatę tres minas in Italicam metretam musti demittito, & senos menses finito. hic enim metretem Italicum appellauit amphoram Romanam. Idem & κεράμιον ἰταλικὸν dixit in vino absinthite. A Latinis metretem dici cadum ex Dioscoride & Plinio perspicuum est. Vbi namque apud Dioscoridem μετρητὰς legitur, Plinius cadum conuertit, vt quo loco Dioscorides vinum è labrusca factitium describit, qui totus locus à Plinio in Latinum versus est lib. 14. cap. 16. In quo tamen aduertendum est, non omnem amphoram cadum dici, sed Atticam modo, cum Plinius cadi nomen non soleat vsurpare, nisi Græca in sermonem Latinum transferens, vel de vinis Græcis loquens. Eadem mensura etiam alio nomine à Græcis κεράμιον appellatur, vt author est Hesychius: & κάμος siue καμὸν, vt habetur apud Aristophanis interpretem in Ranis. Nec vero semper, vbi metretæ nomen apud authores occurrit, mensuram hanc modo isto definitam intelligere oportet, sed simpliciter aliquando vas magnæ cuiusdam capacitatis, nulla certa definitum mensura.

» Eius nota fuit apud Græcos κρ. cum μ. super-
» posito.

Μέτρον. mensura. Est quatum liquorum, vt olei, vini, aceti: tum rerum aridarum, vt frumenti & leguminum molem metimur. Verum non simplices, sed variæ olim fuerunt mensuræ, singulis videlicet nationibus suæ, sed nullæ tam secum congruentes quam Romanæ cum Græcis. Differunt tamē & illæ inter se plurimum, quod aliæ humidorum tantum, aliæ siccorum, aliæ amborum indifferenter existerent. Erant autem apud Romanos liquidorum mensuræ istæ: Culeus capiens amphoras viginti. Amphora vrnas duas. Vrna congios quatuor. Congius sextarios sex. Sextarius heminas duas. Hemina quartarios duos. Quartarius acetabula duo. Acetabulum sesquicyathum. Cyathus ligulas siue cochlearia quatuor. Ambiguæ autem siue communes tam liquidorum quam aridorum mensuræ erant: Libra, quæ siue mensura siue pondus esset, vncias duodecim continebat: & vncia, quæ duas semuncias: adhæc sextarius, qui libram & bessem, hoc est, vncias viginti mensurales, comprehendebat. Aridorum vero mensuræ istæ fuerunt: Modius capiens duos semodios: Semodius sextarios octo: Sextarius heminas duas: Hemina acetabula quatuor: Acetabulum sesquicyathum: Cyathus ligulas quatuor. Apud Græcos autem etiam diuersæ fuerunt. Siquidem aliæ Atticæ, aliæ Ephesiæ, aliæ Alexandrinæ: tum aliæ Medicæ, aliæ Georgicæ, aliæ etiam Hippiatricæ. Verum Atticæ & celebriores & frequentiores in authoribus occurrunt, præsertim autem in medicis, cum fere Attica obseruatione, vt scribit Plinius lib. 21. c. vltimo, medici vtantur. Itaque Atticæ siue medicæ mensuræ, sicut & Romanæ, duplices fuerunt, liquidorum & aridorum. Erant autem istæ liquorum: μετρητὴς, capiens χόας duodecim. χοῦς, capiens ξέστας sex. ξέστης, capiens κοτύλας duas. κοτύλη, capiens τέταρτα duo. τέταρτον, capiens ὀξύβαφα duo. ὀξύβαφον, capiens κύαθον vnum & dimidium. κύαθος, capiens κόγχας duas, siue μύστρα quatuor, aut χήμας quinque. χήμη, capiens κοχλιάρια duo. Rerum vero aridarum hæ quæ sequuntur: μέδιμνος, continens χοίνικας quadraginta octo. χοῖνιξ, tres κοτύλας aut ξέστην vnum & dimidium. ξέστης, duas κοτύλας. κοτύλη, quatuor ὀξύβαφα. ὀξύβαφον, sesquicyathum. κύαθος, decem κοχλιάρια. Atque hæ in vsu medicis maxime fuerunt. Præterea vero etiā rusticis peculiares quædam mensuræ fuerunt dictæ Georgicæ, & hæ duplices, liquiorum scilicet & aridorum. Ac liquorum quidem istæ: μεσσητὴς, capiens ἀμφορέας duos: ἀμφορεὺς, capiens χόας quatuor: χοῦς ξέστας nouem, siue κοτύλας duodecim: κοτύλη, ὀξύβαφα quatuor: ὀξύβαφον κύαθον vnum & dimidium: κύαθος vero, μύστρα quatuor. Quæ quidem omnes Georgicæ mensuræ videntur ad medicas proportionem habere sesqui alteram, vt scriptum est à Georgio Agricola. Aridorum vero fuerunt hæ apud agricolas mensuræ. μέδιμνος, capiens ἡμιμέδιμνους duos, τετέας tres, ἑκτέας sex, ἡμέκτια duodecim, ἡμιεκτέδιον viginti quatuor, χοίνικας quadraginta octo: χοῖνιξ, capiens κοτύλας tres: κοτύλη, capiens ὀξύβαφα quatuor: ὀξύβαφον, cyathum vnum & dimidiū: κύαθος μύστρα quatuor. Reliquas mēsuras persequi inutile fuerit, nihil ad propositū nobis scopum pertinētes.

De singulis vero prædictis vide suis locis.

Μετώπιον. à nonnullis dicitur galbanum, vt scribit Dioscorides: dicitur & eodem nomine, vt idem scribit lib. 1. vnguenti quoddam genus in Ægypto, quod ab Hippocrate αἰγύπτιον μύρον dicitur, vt scribit Galenus in explicatione vocum Hippocratis, atque sic appellatur propter galbani mistionem: nam lignum, inquit, in quo galbanum enascitur, metopium vocant. Est igitur metopium tum arboris tum succi ex ea manantis nomen.

Quale vero hoc vnguentum Dioscor. habet, totidem verbis ab Aetio 1. tetrab. serm. 1. describitur, itemq; à Nicol. myrepso sect. 16. At Paul. Ægin. li. 8. de re medica ingredientium pondera & mensuras adijcit: Cæterum non possum non illis assentiri qui hoc vnguentum illud ipsum esse asserunt quod ab Hippocrat. tum libr. de morbis muliebr. tum etiam alijs sexcentis locis μετώπου seu μετωπίου nomine tantopere celebratur, quippe quod in vteri affectibus ad induratas vuluæ cotyledonas emolliendas,

» obstructiones aperiendas, secundasque pellen-
» das, plurimum ab ipso commendetur; Sed &
» quas vires μετωπίῳ suo adscripsit Hippoc. eodem
» plane spectare videntur, vt vnum idemque vn-
» guentum fuisse iure quis dicat: Præter significa-
» tiones prædictas, etiam metopij nomen oleo
» amygdalino tribuitur vt apud Hippocr. de locis
» in homine Caluo Interprete, etsi illic κεφαλῇ vt
» & Cornar. legisse videtur, quam corruptam le-
» ctionem esse censet doctissimus Mercurialis &
» μετωπίῳ restituendum.
» Ponitur etiam aliquando μετώπου ἀντὶ τοῦ μετώ-
» που, hoc est, pro fronte.
» Aliquando idem significat quod μεσόφρυον, pars
» scilicet quæ inter duo supercilia media est ad
» frontis finē, supra nasum sita, vt exponit Pollux.

Μετωπὶς. splenium siue vinculum est ad frontis fra-
» cturam apud Hippoc. lib. de vulneribus capitis.

Μέτωπον. frons. Est pars faciei supra oculos sita & ad tempora vsque protensa, substantia musculosa & osse subiecto constās. Omnibus quidem frōtem supra oculos situm esse constat, & vtrinque ossa temporum desinere, verum quam altus sit, non item. Alijs enim frons tantum dicitur quantum inter supercilia & capillos patet pilis nudum. Alij vero totum id spatium quod ab oculis ad coronalem vsque futuram interiacet, frontē appellant, quod totum illud os frontis nominetur. Id à superiore quidem parte futura coronali, ab inferiore vero ea futura quæ capiti cum gena superna communis est, à lateribus autem osse sphenoide terminatur. Non est autem vniusmodi, sed in superna oculorum regione, quam totam constituit, tenuissimum, duabus tamen squamis coagmentatum, ad supercilia & nares cauum, aere plenum, ad tempora tenue, solidum, in fronte crassius, densius ossibus bregmatis, prope quæ tenuius & ob raritatem infirmius quam in frōte. Ad concursum autem obelææ futuræ cum coronali mollissimum rarissimumque est, ceu corporis totius infumibulum, vt etiam pueris mandentibus & respirantibus diu mobile appareat. Est autem ei superposita substantia quædam musculosa, siue carnosa membrana dura & sicca ex multis carnosis fibris confiata, cutem habens ita secū vnitam, vt vna eademque sit amborum substantia. Pars enim substantiæ illius musculosæ superficiaria, ipsi cutis efficitur. Id quod nulla alia in parte totius corporis contingit, vt docet Gal. li. 11. de vsu partium. Itaque cutem ab ea eximere non licet, sicut ab alijs partibus, in quibus cutis à subiecta carne diuersam habet substātiam. Ob id sunt qui substantiam illam non musculum, non carnem, sed cutem musculosam appellent. Cæterum inter eam & os frontis tunica pericranios intercedit, vetans ne illa cranio adhæresceat: neque enim adhæresscere opportuit, propterea quod cranio immobili existente, ipsam moueri oculorum gratia conducebat. Itaque ea sola cutis motu voluntario prædita est, neque fere in toto corpore alia est, quæ osse suo quiescente moueatur. Græci περιμετωπίδιον & περιμετωπίδα peculiari vocabulo nuncupant, & quæ in ea rugæ fiunt, σωλῆνας.

Μετώπωσις. metaphoricōs sic ea vocatur ætas quæ
» pubertatem seu iuuentam sequitur, quæque in
» virilem inclinat: est vero proprie μετώπωσις, tem-
» pus illud quod post Autumnum est, senescens
Autumnus, & in Hiemem inclinans.

Μήδικη. herba est folijs & caule trifolio pratensi similis, procedens vero folia contrahit, caules edens trifolij & siliquas corniculorum modo intortas, in quibus semen lentis magnitudine dependet. Galli grande treflon, quasi trifolium vocant, alij Burgundiense fœnum.

Μήδικον. Collyrij nomen descripti à Trallian. li. 2. c. 1. vtilis ad oculorum epiphoras.

Μήδικον μῆλον. sic dicitur malum Citrium, quod in Media præstantissimum nascatur. arbor est pomifera omnibus anni temporibus, alijs pomis deciduis, alijs subnascentibus. malum oblongum est, rugosum, colore aurum imitans, cum grauitate odoratum, semen habet pyri.
Appellatur alio nomine κιδρόμηλον.

Μήδικος ὀπὸς. medicus succus, sic silphij succus vocatur authore Strabone, Cyrenaico non multum inferior nonnunquam & præstantior.

Μήδιον. medium. planta est folio iridis, caule tricubitali, in quo flos grandis, purpureus, rotundus, semen habet cnici, minutum: radicem dodrantalem, crassitudine baculi, gustu acerbo. Eius radix vires semini contrarias præ se ferre proditur: austera enim est & adstringens, cum semen tenuis incidentisque sit facultatis.

Μηκωνοειδὲς μήκωνι ἀφρώδης. hoc est, papauer spumosum, commendatū ab Aetio in potu contra viperas, fortasse quia vomitionibus probetur.

Μήκων. papauer. herba est, cuius quatuor proditur differentiæ: vnum satiuum siue hortense est, quod σηλακίτην vocant, cuius tria obseruant genera: primum capitulo longo & semine candido, quod panibus sanitatis vsu inspergitur, vel tostum in secunda mensa bellarij modo editur: secundum cui caput insidens demissumque est, & semen nigrum, quod πάπις vocatur & ῥοιάς, quoniam eius scapo lacteus succus emanat: tertium magis syluestre, multo hoc longius & productiore capitulo. Alterum genus papaueris erraticum est, quod ῥοιάδα proprie vocant, quia flos eius protinus decidit. Id in aruis cum hordeo nascitur folijs erucæ, aut origani, aut cichorij, aut thymi, sed longioribus, diuisis, scabris: iunceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper, flos syluestris anemones, puniceus, interdum albus, oblongum caput, sed quam anemones minus: semen rufum, radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Tertium est quod κεραΐτης siue corniculatum dicitur, folio candido, hirsuto, verbasco simili, in ambitu syluestris papaueris more serrato, caule non dissimili, flore pallido, calyculo fœnigræci in corniculorum modum inflexo, semine papaueris pusillo nigroque, radice per summa cespitum nigra, crassa. Quartum ἀφρῶδες, hoc est, spumeum dictum est, folijs admodum paruis, radiculæ similibus, fructu inter ea candido. Totum colore candido spectatur & spumeum. vocatur ab alijs λεύκιον.

Vide Theoph. lib. 9. c. 13. Plin. lib. 20. c. 18. & & 19. lib. 19. c. 8. & Dioscor. lib. 4. c. 64. 65. 66. 67. à Nicandro ἡ μήκων dicitur κλαγγώδης, quoniam semen & veluti fœtū suum in capite fert, quod caput κώδιαν vocare solent siue κώδειαν; Homerus κάρη etiam appellat Iliad. 9. & huius imitatione caput Virgil. Æneid. 9.

Lassoque papauera collo,
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.

» Dicitur autem μήκων, à μὴ κυεῖν, hoc est, non mi-
» nistrando, quod suis fungi munijs eo vescentes
» non patiatur, si quidem vt Plutarch. scriptum
» reliquit, qui prodeuntem auram halitumúe cum
» legitur succus non animaduertunt, otio torpen-
» tes concidunt.

Μηκώνιον. succus papaueris, qui etiam ὄπιον alio nomine vocatur. Sunt tamen qui ea distinguant, Plinium sequuti qui lib. 20. c. 18. scriptum reliquit cum capita ipsa & folia papaueris decoquuntur, succum meconium vocari, multò opio ignauiorem. vide ὄπιον.

Μηκώνιον. etiam apud Hippocrat. significat τὸν πίπλον κεκλιμένον, quem etiam μηκωνίτιν appellat, vt annotauit Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

» Sic Plin. lib. 27. c. 12. Peplos quam aliqui sy-
» cen, alij meconium ἀφρῶδες vocant; pro his
» Dioscor. lib. 4. c. 168. πίπλος. οἱ μὲν συκῆν, οἱ δὲ μή-
» κωνα ἀφρώδη καλοῦσι.

Μηκώνιον. insuper dicitur primum illud excremen-
» tũ quod à pueris recens natis emittitur, colore
» sanguineum valde nigrum, & piceum, vt scribit
» Aristoteles c. 10. lib. 7. de hist. animal. Gaza pa-
» pauerculum appellauit, Gall. *le syrop de l'enfant*:
» Sic & Aet. serm. 4. tetrab. 1. c. 3. infantis recens
» nati anum digitis diduci iubet, eo enim modo ip-
» sum τὸ μηκώνιον λευκώδους ἐκκάλλειν, Plin. lib. 28. c.
» 4. In ipso vtero emitti has sordes ab infante ait,
» Celsus l. 2. c. 29. fœdi odoris saniem appellauit.

Μηκωνὶς. lactucæ atræ, amaræ & lactentis quoddam genus, sic dictum à copia lactis soporiferi, quo somnum inducit non aliter quam τὸ μηκώνιον. Quanquam enim omnes lactucæ somnum parere credantur, hoc tamen illa potissimum præstat. Apud antiquos Italiæ, inquit Plinius, solum hoc genus lactucarum meconidum fuit, à quibus omnes lactucæ nomen adeptæ sunt.

» Vide eundem Plin. lib. 19. c. 8. & lib. 20. c. 7.
» Gal. περὶ τόπ. lib. 8. c. 4.

Μηκωνίτης. apud Aetium lib. 15. lactuca est quam supra μηκωνίδα diximus nominari.

Μηλα. τὰ ὀρχάπεα. hoc est oues, apud Hippocr. sicut Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ annotauit.

Μῆλαι. etiam vocat Pollux, tonsillas ceu glandu-
» las penitiores in intimo ore positas ad linguæ ra-
» dicem: Sic & Ruffus ita vocari ait carnosas
» quasdam & glandulosas partes vtrimque à fau-
» cium lateribus positas, quæ numero quatuor
» sunt, duæ in summo gutture vtrimque, duæ in
» ferius locatæ, vide Ἀπάδες.
» Μῆλα. quoque genæ dicuntur. Vide μῆλα.
» Dicuntur & μῆλαι labra, vnde verbum διεμη-
» λαίτειν quod labra mouere significat Polluci.

Μηλάπια. mala sunt, quæ & malorum & pirorum speciem præse ferunt, vnde etiam nomen
» habent ex piris & pomis compositum, vt Pli-
» nius docuit lib. 13. c. 14. ἄπιος enim Græcis pi-
» rum sonat vt μῆλον malum: Ita & malorum ge-
» nus quoddam etiam nunc vulgus appellat,
» *Pommes, poires*: Atque hæc melapia Archige-
» nes apud Galen. 8. περὶ τόπ. c. 4. inter cibos sto-
» machicis commodos enumerat.

Μελία. fraxinus. Arbor est procera, caudice tereti, læui cortice, spisso, tenui, rubro, ramis vtrimque pinnatis, folijs lauri, per ambitum leniter serratis, non sine quodam marginis vel cacuminis aculeato callo, porracei coloris, semine minuto folijs ipsis incluso, amaro, radice multa, crassa, & sublimi. Græci duo genera eius fecere, excelsum procerumque ligno candido, meliore, crispiore, neruoso, enodi: alterum humilius, scabriore, duriore, fusciore. Valla apud Homerum Iliad. υ. μηλέαν prunũ reddidit, nescio quem authorem sequutus. Galli fresnam nominant.

Μήλη. specillum. instrumentum chirurgicum quo aliquid illinitur, vel finditur, vel extrahitur, vel infunditur. Quæ cum varia sint, eorum varietas adiuncto distinguitur. vt κατατομήλη, specillum latũ, sed potius specilli altera pars lata, instar spathæ siue gladij, quo chirurgi vel vnguenta diluunt, & miscent, vel ægris oblinunt, vel super alutam aut linamenta expandunt. id Hippocrates μήλου πλατείαν nuncupauit. μηλωτὶς vero, quod priuatim auribus repurgandis destinatum est, & quod quidam Hippocrati μήλου ἐξωτίδα dictum esse scripserunt. κυαθίσκος μήλης, specilli extremum cõcauum in formam τῆς μηλωτίδος, quo aliquid vel extrahi, vt per auriscalpiũ, vel etiam infundi potest. Nam cum specillum duobus extremis constet, alterum fere semper latum est, alterum vero diuersæ figuræ. Si concauum est, κυαθίσκος appellatur: si rotundum est, πυρὸς μήλης, hoc est, specilli nucleus: si fissum est, vt aliquid apprehendi & extrahi possit, ἄγκυρα nuncupatur. Celsus omnem eam partẽ vno nomine auersum specillum dicit. Quod vero priuatim vulneribus accommodatur specillum, Hippor. μήλου ἰητρικοῦ, hoc est, specillum vulnerarium, appellauit, sicut Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ annotauit.

Μηλιάς, ἡ ἀπὸ Μήλου τῆς νήσου. quæ est à Melo. Cognomen τῆς χαλκανθίτιδος ἢ συμπνείας apud Hippocratem. Eiusmodi enim alumen secundum Ægyptium valentissimum erat. Est autem Melus insula Coo proxima.

Μήλινα. duo emplastra describit Gal. 1. περὶ τόπ. c. 8. omnem fluxum resiccantia.

Μήλινον ἔμπλαστρον. melinum emplastrum. sic dictum à colore mali cotonei, cuiusmodi esse solet id in quo ærugo mediocriter coquitur, vt docet Galenus. Nam ex cruda viridis color, ex ea vero quæ plus æquo cocta est emplastrorum genus emergit quod & δίχρωμον, & διαφοίνικον, & ab alijs κιρρὸν vocatur. Verum plurima emplastra à veteribus μήλινα appellata ærugine non habent: itaque sic ea dicuntur vel quod ex varia mistura coctioniſque modo prędita sunt eodem colore, vel quod vires habeant easdem, quas Galenus libro 2. περὶ τόπ. definit, vt non adeo magna vulnera glutinent, & vlceribus cicatricem obducant, quæ à medicis ἀπιόντα dicuntur, quæque ex rosaceo liquefacta, caua vlcera carne replent. Crito à coloris similitudine eadem emplastra πύξινα, hoc est, buxea, appellauit. Vt autem is inducatur, vbi bene solutis reliquis medicamentis cacabus ab igne eximendus est, immitti ærugo debet, & tantisper postea coquendum lentissimo igne, dum melinus color repræsentetur, sicut Menætus & Serapio docuerunt.

Μήλινον σκευασίαν. Melinum delicatum, Collyrij nomen apud Galen. 4. περὶ τόπ. c. 7. vtilis ad oculorum pustulas epiphoras inustiones & prolapsus.

Μήλινον. aliud ἀπὸ ἕλκων, à perturbationibus amoliendis sic vocatum collyrium, vtile ad omnẽ oculorum hebetudinẽ cicatrices & callos, describitur à Galen. 4. περὶ τόπ. c. 7. Μήλινον aliud ibidem describitur ex Lucio authore: Aliud insuper 8.

» κῦ τόπ. cap. 5. atque aromaticum vocatum inter
» malagmata, hepaticis, ſtomachicis, ad præcor-
» dia diſtenta, & omneru neruorum per conſen-
» ſum affectiones vtile.

Μηλίτης οἶνος. vinum ex malis cotoneis, alio nomine
» Dioſcor. lib.5. c. 18. κυδωνίτης.

Μηλόκαρπον. cognomen eſt ariſtolochiæ longæ quæ maſcula dicitur, propterea quod florem ferat, cum deh ſcere cœperit, pyro ſimilem.

Μηλόμελι. genus potionis eſt quod ex cotoneis ma-
» lis & melle fit, de quo Dioſcor.lib.5.c.29. idem
» κυδωνόμελι vocatur vt ille ait.

Μῆλον. malum. Id eſt quod Galli quoque & Itali pomum vocant. cuius flores, folia & germina adſtringunt. Plures eius ſpecies recenſet Dioſcorides: quas commemoratas ab eo videre licet lib.1.

» Lib.1. cap.151. & ſequentibus, ceu mala Pu-
» nica Cotonea, melimela Epirotica, quæ &
» Latine orbiculata, ſylueſtria, Perſica, Armenia-
» ca, medica; diuerſa quoque malorum genera
» Plinius recenſet l.15.c.11.12.& 14.Columella li.
» 5.c.10.& Gal.2. de aliment. facult.c.21.quorum
» pleraque & præcipua ſuis ſeorſim locis fuſe ex-
» plicata inuenies: à malorum autem appellatio-
» ne remedia nonnulla ſibi nomen quæſiuerunt,
» quod ex illis conſtent cuiuſmodi ſunt.

» Διὰ μήλων. medicamenti purgantis nomen ex
» malis cotoneis compoſiti, quod à Tralliano lib.
» 7. cap. 5. & 7. ad anorexiam commendatur: eſt
» etiam Stomachici medicamenti nomen Gale-
» no 6. κῦ τόπ. c.1. Eſt & διὰ μήλων Epithematis
» nomen: malis conſtans quod à Trallian. li. 7. c.
» 14. laudatur ad hepaticas dyſenterias vomitio-
» nes & eos qui cibum retinere nequeunt.

Μῆλον. mala. gena. Pars eſt faciei, inter naſum & aurem ſub oculo leuiter eminens. Ea pilis nuda eſt, non modo propter os ſubiectum, ſed etiam ad ornatum & decorem vultus, quodque natura voluerit eam eſſe ſedem pudoris, ibique maxime oſtendi ruborem. Sic dicta eſt à mali ſimilitudine, ſiue rubeum mali colorem ſpectemus, ſiue rotunditatem, quam illi natura donauit, vt ſic oculum ab externis iniurijs infra tutaretur: ideoque Hippocrat. libr.1. de morbis non illepide malas κύκλας ἀσπίδας appellauit, vt author eſt Galenus ἐν τῇ ἐξηγήσει. ſub ea laxior pars eſt quæ bucca dicitur à Latinis, à Græcis autem παρειὰς, σιαγὼν, γνάθος, γλῆνες. Pollux etiam author eſt μῆλα vocari tonſillas duas penitiores, in intimo ore poſitas ad radicem linguæ.

» Pollux genas μῆλα vocatas ait παρὰ τὸ καθεῖν ἐν
» ὥρᾳ, quod in ijs flos ætatis eluceat, vel quod in
» ijs lanugo velut effloreſcat.

Μῆλον. eſt oculi procidentia iam inueterata, atque adeo aucta vt etiam palpebras excedat. Sic dicta à mali ſimilitudine, quod ita protuberet oculus, vt malum exertum appareat. vide ἐξόφθωσις.

» Eſt enim hæc vna ex ſpeciebus τῆ ὀφθαλμῶ ἐξο-
» φθάσεως.

Μῆλον. præterea de puellæ mammis dicitur vt pote
» inſtar mali teretibus apud Ariſtophanem.

Μηλοπέπονες. melopepones. Species ſunt cucumerum, qui cum magnitudinem exceſſere, pepones Plinio vocãtur: cum vero rotundi formam & effigiem mali referunt, tunc facto ex pepone & malo nomine, melopepones dicti ſunt. neque enim aliud inter illa diſcrimen quam ex figura quondam fuit. Totum autẽ hoc genus in Mattio & Aprili melones, quaſi μήλωνας, à malorum figura Palladius appellat. Eſt vero eadem melopeponibus vis quæ & peponibus: de quibus vide ſuo loco.

Μηλοπλακοῦντος. confectio quædam eſt ex malis cotoneis in vino coctis, adiecto poſtea melle, pipere, aniſo, atque alijs pro arbitrio pharmacopœi, quæ deinde omnia miſta inſtar ſemunciæ formantur, & cum lauri folijs componuntur. Species eſt cydoniati.

Gal. lib. 2. de aliment. facult. in Iberia inquit « edullium componunt quod μηλοπλακοῦντα ap- « pellant, quod adeo durat vt patinæ recentes ipſo « refertæ Romam afferãtur. Componitur autem « ex melle & carne læuigata cocta cum melle; hu- « ius quoque confectionis modum docuit Paul. « lib.7. c.11. Laudari autem videtur à Gal. ad ven- « triculi exoluti robur, & deiectam appetentiam. «

Μήλωθρον. ſic dicitur ἡ ἀμπελοκεύκη, id eſt, vitis alba, authore Dioſcoride & Theophraſto: forte quod fructu eius ad concinnanda denſandaque coria οἱ ζυροσκάφοι vterentur. Græci enim μήλωθρα dicunt τὰ βάμματα καὶ καλλωπισματα, hoc eſt, infectiones & concinnationes. Eadem ratione etiam ψίλωθρον, eadem ἡ ἀμπελοκεύκη vocata eſt. Apud Heſych. minus recte μήλοθρον ſcriptum eſt.

Μήλωπὸς ἵππος.

Μηλωτεῖς. ſpecillum auricularium, quo ad repurgandas aures vtimur. vide μήλη.

Μὴν. menſis. Eius duo ſunt genera, alius ciuilis, alius naturalis dictus eſt. Ciuilis mẽſis eſt numerus quidam dierum quos vnaquæq; ciuitas vel regio, ſuo inſtituto obſeruat. Hic nuſquam par erat, ſed ſingulis gentibus ſui menſes fuerunt, vt ait Galenus. Naturalis autẽ eſt quem certo curſu ſolis vel lunæ metimur. Sunt enim eius ſpecies duæ, quod partim ſolis, partim lunæ eſſe dicatur. Secundum ſolem fit menſis, dũ ſol vnumquodq; in zodiaco orbe ſignum percurrit. Quare cum duodecim in eo ſigna ſint, totidẽ etiam in anno menſes ſtatuuntur, qui tamen nec peræque inter ſe pares eſſe, nec dies habere totos dicuntur. Quippe ſol in aquario moratur dies vndetriginta, in piſce fere triginta, in arieto vnum & triginta, in geminis prope triginta duos, & ſic in cæteris inæqualiter, ſed vſque adeo non totos dies in ſingulis, vt annum ſuum, id eſt dies 365. & portionem neſcio quam adhuc aſtrologis inexploratam in duodecim ſuos diuidat menſes, ſicut Iulius Cæſar partitus eſt, & nunc vbiq; obſeruatur. At medici menſes non ſolis, ſed lunæ curſu metiuntur, ſecundũ quam menſis definitur ſpatium quod ab vno lunæ coitu cum ſole vſque ad alterum intercedit. Id autem expletur diebus vndetriginta circiter & dimidiato, quibus adijci etiam quandam particulam, quæ ſit totius diei quingenteſima ſeptuageſima ſexta, demonſtrauit Hipparchus, vt Galenus author eſt. Quod non ignorans Hippo. ſcripſit in lib. de ſeptimeſtri partu, ſexaginta diebus vno dempto quam proxime duos menſes conſtare. Diuiditur autem is menſis in quatuor hebdomadas, quæ ceu tempora quædam partibus anni quatuor proportione reſpõdent, & paribus, vt ex Antyllo ſcripſit Oribaſius, præditæ ſunt temperamentis. Siquidẽ luna perinde atque ſol cũ per zodiacum expatiatur, aerem va-

rie afficit. Ac prima quidem hebdomas incipit à nouilunio, & durat dum ea διχόμηνος, hoc est per medium secta, appareat, estque veri similis, aeremque calidissimum & humidissimum reddit, vnde humores nõ aliter quam vere plærumque scaturiunt & impetu feruntur. Secunda ea desinente incipit, & ad plenilunium vsque procedit, æstati similis, vel eo argumento quod fructus quam maxime maturet. Hebdomas tertia est à plenilunio, donec luna in duas partes æqualiter diuisa sit: sicca & autumno similis perhibetur. Quarta vero quæ ab ea ad nouilunium est, hyemi comparatur. Harum autem hebdómadum singulas Hippocrates rursus in duas πενταδας diuidit, & hebdomadas quidem κρίσιμας, πενταδας vero διακρισιμὰς pronunciat. De quibus vide in dictione κρίσιμος & διακρισιμὰ ἡμέρα.

Μλωιασις. sic à quibusdam vocari τὸ πεφυλλον, Dioscorides author est.

Μλωγγοφύλαξ. membranæ custos. Describitur à Corn. Celso lib. 8. c. 3. Lamina ænea, firma, paulum resima, ab exteriori parte læuis, qua chirurgi in vulneribus capitis vtuntur quoties excidendum os est & attollendum, metusque imminet ne in ipso opere cerebri membrana, negligentius & vltra quam res expostulat premendo, lædatur, ex quo sopores & graues inflammationes cum periculo mortis oriuntur. Ea de causa Græcis μλωγγοφύλαξ, Celso membranæ custos appellatur. Huic autem simile quoddam ferramentum habent chirurgi nostri, quod vectem dicunt, cum eo attollant os quod fere totum excisum est & iam labat, non secus quam grandiores lapides vectibus impelluntur, quanquam eodem ferramento cerebri membranam custodiant. Est enim lamina ferrea angustior, ab ea parte qua os tangit aspera, ab altera læuis, non recta, sed media duobus locis recurùata.

Μήνιξ. meninx: communi quidem significatione
» veteribus ante Galen. medicis sic appellabãtur
» membrana omnis: Postea vero solis cerebri
» membranis fuit hæc appellatio tributa inquit
» Galen. l. 9. de administ. anatom. cap. 2. Sunt autem hæ duæ, vna tenuis, altera crassa, vtraque intra cranium sita, maximi sensus, & cerebrum forisintegens. Tenuis cerebrum omne cui cohæret, anticum scilicet geminum, & posticum continet, atque ab his omnibus ortam rhachitidem totam & neruos opticos & alios cerebrales vndique per cranium conuestit. Est autem pluribus venis & arterijs intertexta, quibus partes, quas integit, nutrit atque temperat: estque ea in re χοριὼν atque etiam μασταῖῳ similis. Propterea etiam in cerebri mæandros altius insinuatur, & in ventres, ijsdem vasis intertexta, vbi membranam χοροειδῆ efficit. Crassa vero meninx cranio quidem contigua, sed ei non adhæresens, & cribri instar perforata, tenui propemodum toti circumposita, & cranio ad propulsandam eius duritiem & impressiones opposita, vasis etiam pluribus abundans, & qua cerebrum dextrum à sinistro, & vtrumque à postico cerebello diuidit, duplatæ similis, portiones sui multas & magnas tum in cranium, tum per cranij suturas in pericranium, & per ossa ethmoideain nares, perque neruorum in cranio inferno foramina, neruis & toti rhachitidi vestiendæ & muniendæ impertitur. Ab ea pericranios membrana originem ducit, similiter & dura oculi tunica, quæ anteriore sui parte iam inde ab iride, fit χοροειδὴς. Cæterum vtraque meninx à cerebro in totam spinam descendit, eamque conuestit & munit, & præter eam neruos quoque omnes tum à cerebro tum ab ipsa rhachitide exortos.

Dicuntur apud Græcos alio nomine ἐλαμίδες. «

Μήνιξ. etiam significat ipsum cerebrum vt Hesychius annotauit, qua in significatione ipse quoque Dioscor. videtur accepisse l. 2. scribens Gallinę cerebrum in vino bibendum dari contra serpentum morsus. « « « « «

Μλωειν. vel (vt quidam codices habent) μηλύειν. in Galeni Lexico exponitur μασᾶσθαι, ἐσθιειν, mandere, edere. perperam fortasse pro μηλύειν, vt sit comminuere dentibus. nam μλωειν est irasci: at μλωύειν, indicare. «

Μηκωνίειος. nomen est arteriaci medicamenti ad tussim vtilis, alio nomine ἀμυξέατα dicitur, describitur à Gal. l. 7. κατ' ἰατρ. cap. 3. appellationem vero habere videtur ab effectu, nimirum quod eo vtentibus vitam in multos menses producat, hoc enim μηκωνίειος significare videtur, nisi quis hoc proprium authoris nomen esse velit. « « « « « «

Μῆον. meon. meu. frutex est anetho folijs & caule similis, sed crassior: binũm ferme cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectumque radicibus lõgis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Calidum est tertio ordine, siccum secundo: ideoque vrinam ciet & menses: sed capitis dolorem mouet. Officinis anethum syluestre dicitur, ab alijs tortuosum.

Μηριγγάν. nomen mulieris, apud Hippoc.

Sic quidem apud Erotian. scriptum legimus, apud Gal. vero quidam scribunt μηριγγάν vt fit ἀπὸ μυρίων χαίνειν, siue χάσκειν innumeris modis hians. « « «

Μηρός. femur. Est os omnium maximum, supra ischio, infra tibiæ articulatum. Vtraque autem parte per diarthrosim iungitur. Est autem huius forma eadem quæ & brachij. Ante enim & foris vtrumque est gibbum, intus & post cauum. Quæ cauitas vtrobique est ad apprehensionem, vt equitantes, nautæ, funirepi, sutores & alia plæraque ministeria comprobant: gibbositate autem cauitatem necessario sequente abusa est naturam ad dyspathiam. Tria autem id os habet capita, supernum vnum, inferna duo. A superni vertice ligamentum rotundum & robustum in basim τῆ κοτύλης & in latus infernum firmiter inseritur. Os autem femoris infirmum antequam in duo capita findatur, paulatim latescit & crassescit, vt basim aptam his capitibus præstare sufficiat. Est autem inter hæc duo inferna capita sinus atque interuallum, vnum ab anteriori parte, alterum à posteriori: sed anteriori quidem molæ tuberculum insidet, in posteriori vero ligamentum validissimum, neruus, vena, arteria, cruris totius maxima continentur. Cæterum in superiori femoris ceruice apophyses duæ sunt, vna externa, & omnium corporis processuum nulli alteri ossi commissorum facile maxima: altera interna multoque inferior, sed magnitudine nequaquam externæ comparanda. harum vtramque τροχαντῆρα appellant, quasi cursoriam, quod femoris motus cursusque per musculos his apophysibus insertos perficiantur. Verum externam quod ampla sit multumque gibbosa, quidam peculiari vocabulo γλουτὸν, id

est natem, appellarunt, siue à similitudine, siue quod musculi nates ipsas constituentes præcipue inserantur. Sunt qui μηρὸν verterunt crus: quo tamen nomine Celsus πῶν κνήμιον proprie intelligit, scribens lib. 8. c. 1. crus ex duobus ossibus constare, ex tibia & sura. Idem autem femoris nomine manifesto τὸν μηρὸν intelligit, scribens tibię os cum femoris inferiore capite committi, sicut cum humero cubitum.

» Hoc & os femoris ἀμφικέφαλον Aristoteles
» vocauit, quod vtraque sui parte quasi capita ha-
» bere videatur.

Μήτρα. vterus. Est pars mulieris tunica constans velut ex duabus diuiduis coagmentata, concipiendi gerendique fœtus instrumentum. Illa fibras habet rectas intus, nec ita multas transuersas, foris paulo plures, obliquas, harum medias & plurimas & valentissimas. Et hæc quidem vteri propria est, eiusque naturam & substantiam constituit. Verum ad vteri perfectionem multa alia concurrunt, tunica altera, venæ, arteriæ, ambarum cotyledones, nerui, cornua, testes, & præter hæc omnia connexio cum partibus vicinis, situs, magnitudo, numerus, figura, adhæc vteri os & collum, & ipsius colli os seu pudendum, de quibus breuiter ordine dicemus. Tunica illa altera neruosa est, nascitur à peritonęo hypogastrij propinquo. in recens fœtis & parturientibus, vt & propria tunica, est tenuissima: in virginibus, sterilibus & parere cessantibus, crassissima. Venæ & arteriæ ad vterum feruntur duplices, primæ à spermaticis vasis, quæ mulieri vt viro nascuntur, dextra quidem à vena caua & aorta, paulo infra renalia: sinistra vero à renalibus, nisi quod arteria sæpe ab aorta exit. Hæc vasa ramulum valde flexuosum testibus largita, in vterum absumuntur, inter tunicas eius duas varie dispersa: secundæ vero à ramis vasorum quæ sunt ad os sacrum, per ossis pubis foramen in crus descendentibus prodeunt, & partim in vterum ascendunt, partim in eius collum descēdunt. Horum vasorum ora in internum vterum penetrantia στοματίδια appellantur, de quibus suo loco diximus. Nerui in vterum distribuuntur quemadmodum & in viri penem à ramis sextæ coniugationis qui ad costas feruntur, & ab infima spina. Cornua κεραίας vocant. sunt duæ vteri apophyses exiguæ, à lateribus ad ilia, papillæ seu cornibus exorientibus similes, in quæ semen muliebre excernitur, & contractæ allantoidis extremitates desinunt. Testes vteri lateribus ad fundum adiacent, vtrinque vnus, multo minores virilibus, tecti tum peritonæo, vasa in hos ipsos cum sanguine seminali varicosius educente, tum epididymide propria tunica: sed erythroide & scroto & darto carent. A testibus vasa semen in vterum per cornua deferunt, initio ampla vt virilia, deinde angusta, rursus ad vterum laxata. Connexio vteri cum partibus vicinis maxima est per tunicam à peritonæo exortam, quæ vterum firmissime alligat ossi pubis, ilium, & sacro, per venas quoque & arterias præcipue spermaticas & peritonæi apophysim eas deducentem magnis vasis alligatur, vt per neruos spinali medullæ: per quasdam quoque fibras tenues intestino recto: per alias vesicæ, sed plures & laxas: per vincula etiam laxa ossis pubis & sacri & lumborum musculis. Magnitudo mediocris vteri longa, vt plurimum est vndecim digitos, à fundo ad pudendum. Ad ilia autem præcipue cornibus extenditur. Distinguitur autem vterus sinu duplici, quem κόλπον appellant, dextro & sinistro, per illam tunicæ propriæ in medio glutinationem futura quadam, qualis scroto inest, obscuriore tamen foris designatam. Vteri os in virginibus & vtero gerentibus & sterilibus & parere cessantibus est glandi virili persimile: parturientibus vero & recens enixis adeo extenditur & patet, vt nihil eius supersit, sed cauitas vna prope æqualis à fundo vteri ad pudendum appareat. Id os à conceptu multum contrahitur teste Hippocrate, mediocriter autem aperitur, dum semen recipit aut ipsum excernit vel menses: idem os epiploon inter vesicam & vterum illapsum in valde obesis comprimit & conceptum impedit, vt scribit Hippocrates. Vteri collum est corpus musculosum carne dura & cartilaginosa constans, in annos semper magis durum & cartilaginosum euadens, ita vt vetulis iam sit simile summitati asperæ arteriæ, vt recte comparauit Herophilus. Colli autem vteri os, cunnus Latinis dicitur.

Cæterum vterus apud Græcos varijs nomi- «
nibus appellatur, nunc ἀκρεύς, nunc ὑστέρα, nunc «
μητρῶον χωρίον, quorum nominum explicatio- «
nem tradit Oribas. l. 24. Collectan. & Moschio «
in harmon. Gynæciorum. Sed Aristoteles lib. 1. «
de hist. animal. c. 13. ὑστέραν vocat partem vuluæ «
interiorem, μήτραν vero ceruicem & ostium vteri: «
Cum verò vterus diuidatur in partem superio- «
rem & inferiorem, id est fundum & ceruicem, «
aliæque eius internæ partes quædam sint, aliæ «
externæ, earum singularum appellationes minu- «
tius Oribas. & Moschio locis citatis recensent: «
& orificium quidem vteri externum στόμα πέ- «
ρας ἢ τόμα dicitur: ab eo quantum 7. vel 8. digi- «
tis reconditum est collum, Gr. πάγκλος, aditus «
fundi orificium internum, pars quæ illi adiacet «
αὐχὴν ceruix, omnis horum concursus χορίον, «
vbi autem dilatari in rotunditate incipit vterus, «
partes laterales ὦμοι nuncupantur, partes paulo «
superiores πλάγιαι, vbi vero rotunditas conclu- «
ditur βάθος fundus, Media fere pars fundi supe- «
rior & interior βάθος μεσίτη, omnis inanitas illa «
quæ in medio est γάστηρ, κόλπος venter seu conce- «
ptaculum appellatur: Quod autem vterus in «
dextras & sinistras partes dirimatur, inde δίκελ- «
πος quasi bis sinnatus vocatur; Papillares au- «
tem illæ apophyses quæ ad latera vtrimque ver- «
sus ilia protuberant, & quas Herophilus dimidij «
circuli reuolutioni assimilabat Diocles κεραίας «
vocabat, Eudemus πλευκπίδας, cirros. Praxagoras «
& Philotimus κόλπους: fundi autem seu cauitatis «
vteri orificium internum & angustissimum Ga- «
lenus balano comparauit ratione substantiæ «
crassæ solidæ, alij Tincæ pisci vel ori catulino «
simile faciunt, Galen. in exeg. tribus nominibus «
ipsum appellari inquit; in primis ἀμφίδυον à simi- «
litudine ferri rotundi quo terra proscinditur ex «
interpretatione Ruffi, vel vt Galeno placet, «
quod labri cucurbitulæ sit simile, λέπυρον etiam «
dicitur ab extremitatibus indumentorum, nec «
non ὄγκον à flexuosa extuberantia, ὄγκος enim & «
κόγχος palmites & clauiculas significant; μήτρα «
denique vterus nuncupatur inquit Aet. tetrab. «
4. serm. 4. cap. 1. quod ex ipso velut à matre «
animantia cætera oriantur, & vt scribit Sora- «
nus ἔστι μήτρα ἔστι τὸ ἐξ ὧπερ γεγονότων ἐμβρύων, ἢ «

» ὅτι τοὺς ἐχέτας αὐτὴν μητέρας ποιεῖ.

» Non tantum autem μήτρα vterum significat, » sed & arborum medullam seu vitalem animam » authore Theophr. lib. 1. cap. 14. qui μήτραν esse » ait quod in medio ligni tertium à cortice conti- » netur, velut medulla in ossibus, vnde & medul- » lam nonnulli alij cor appellant: Cerealibus quo- » que μήτρα tribuitur ab eodem Theophr. l. 4. de » caus. plant. c. 12. Sed & μήτρα interdum τὸ ὕστε- » ρα Hippocrati dicuntur quæ latinis secundæ vt » lib. de natura muliebri: μήτρα etiam exponitur » Galeno operculum atque velut inuolucrum » quoddam quod ἐπίδυμα nominatur, est vero » quidã varicosus tumor testiculo circa verticem » incumbens. Denique, inquit Pollux, etiam τὴν » μήτραν vocat Hippoc. γονὴν, id est genitricem vt » in qua fœtus consistat, nutriatur, & in qua san- » guis menstruus congregetur.

Μητρεῖα. instrumenta quibus in vterum medi- camenta infunduntur clysteris modo.

Μητρῶον μειόν. vterus vocatur aph. 13. sect. 5. libr. 6. » Epid. quasi pars vterina.

Μητροπαθία. vteri furor dicitur, vel inordinatus eius » motus apud Nicolaum sect. 1. de Antidotis » antidoto 228.

Μῖγμα. mixtura dicitur atque proprie de illa quæ » medicamentorum est propria.

Μιγματοπώλης. dicitur qui medicamentorum mi- » sturas vendit Gal. l. 7. τῶ κῦ πίν. Pharmacopo- » lam vocamus.

Μιθριδάτιον. antidotus à Mithridate rege compo- sita, qua se à venenis tutum seruauit. Verum eius variæ feruntur compositiones. Quintus Serenus Poeta simplicissimam descripsit, constantem rutæ folijs viginti, nucibus iuglandibus duabus, salis grumo vno cum caricis aliquot, vt his ver- sibus cecinit:

Antidotus vero multis Mithridatia fertur
Consociata modis. sed Magnus scrinia regis
Cum raperet victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, et vulgata satis medicamina risit:
Bis denum rutæ folium, salis et breue granum,
Inglandeſque duas, terno cum corpore ficus.
Hac oriente die parco conſperſa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quod pocula matri.

Eadem etiam apud Plinium describi videtur lib. 23. cap. 8. Sed vt sunt hominum ingenia, quæ in aliorum inuentis minime possunt acquiescere, primæ huic compositioni magna postea miscel- la accessit, adeo vt permultæ eius nominis anti- doti extiterint. Referuntur plures à Galeno ex varijs authoribus, Antipatro, Cleophante, Da- mocrate, Xenocrate, Andromacho. Alias Paul- us & Aetius descripsere, valdeque ab his omni- bus diuersas Arabes, & quas non sit facile intel- ligere. Adeo vt in tanta huius præstantissimę an- tidoti compositione nõ sit facile pharmacopœo deligere quam sibi concinnandam proponat. Optimæ habentur quas Galenus lib. 2. de Anti- dotis tum ad Andromachum, tum ad Antipa- trum refert. Itaque eas tanquam synceriores atque vetustiores in vsum potius reuocandas censeo. Vocatæ sunt hæ simpliciter antidoti Mi- thridatiæ, aduersus multa venena efficacissimæ, & plus quam ipsa etiam Theriace valentes, sed sine viperarum carnibus (quibus solis Mithrida- tium videtur à theriaca differre) factæ, & prop- terea aduersus viperæ ictus non tam præsenti re- medio. Quę tamen etiam postea addi cœperunt, vnde theriaca illa Mithridatios emersit quam Galenus ex Andromacho recitat, sic dicta quod viperæ carnes recipiat. Præter has etiam à Gale- no lib. 7. τῶ κῦ πίνεις aliæ duæ μιθριδάτειοι ἀντίδο- τοι, ἀρωματικὴ καὶ πυκάκεια, inter arteriaca medica- menta numerantur.

Μικρὸς σφυγμός. paruus pulsus. Est pulsus differentia sumpta à quantitate diastoles, magno pulsui op- posita. Itaque cum magnus pulsus dicatur quã- do arteria tribus dimensionibus, hoc est longi- tudine, latitudine & profunditate naturalem ha- bitum & mediocritatem excedit, palam est eum qui deficit, hoc est breuem, strictum, simulque humilem pulsum, paruum vocari. Dicitur au- tem ad aliquid, vt & moderatus: est enim paruus pulsus moderato minor. Talis euadit solo calo- re infra modum imminuto, fereque secum per- petuo annexam habet paruitatem & raritatem, velut & magnus frequentiam & celeritatem ad- scisciit. Diuerso tamen vterque modo. Siqui- dem aucto calore pulsus primum magnus eua- dit, postea celer, inde frequens. Imminuto au- tem atque refrigerato, primum raritas, secun- dum eam tarditas, postremo paruitas apparet, sicut Galenus lib. 1. de causis pulsuum demon- strauit. Hic pulsus proprie vsum deficientem significat, hoc est caloris, qui in corde & reliquo corpore est, refrigerationem & spiritus animalis consumptionem.

Vnica voce illi μικρόσφυκτοι dicuntur apud Dioscor. l. 5. c. 17.

Μικρόβιοι. dicuntur qui sunt breuioris vitæ, cuius causas repetes in voce μακρόβιοι.

Μιλήσιον. genus est alcyonij quod figura vermi si- mile est, purpurei coloris & compage substantiæ molli, omnium alcyoniorum tenuissimum.

Μίλτος. rubrica. Est terra rubens. Cuius tamen pe- nes colorem tres produntur differentiæ, valde rubra, in rubro candida, & inter eas media. Om- nis inuenitur aut in metallis auri, argenti, æris, ferri: aut non raro in proprijs venis. Omnium præstantissima censetur Sinopica, quæ ex Cap- padocia in Sinopen Ponti vrbem venalis defer- tur, triplici quoque differentia. alia enim mollis, alia dura, alia mediocris est. Maxime probatur grauis, dẽsa, iecinori similis, calculorum expers, concolor, cum diluitur valde fusilis. Ea vel bo- lus Armenia est, vel proxime ad eam accedit non tantum notis omnibus, sed & viribus & natali etiam solo, quod Armenia sit Cappadociæ con- finis. Post eam Dioscorides μίλτον τερπνικὴν, hoc est rubricam fabrilem, recẽser, in omnibus sino- pide inferiorem, qua fabri ad lineas protrahen- das obductis ea funiculis vtuntur. Ea forte fue- rit quam veterinarij pro bolo Armenia, & chi- rurgi plærique vulneribus cruentis adhibent. Ac quamuis duo ista tantum rubricæ genera Dios- corides exponat, sciendum tamen est omnem terram rubram, dici posse rubricam, vt Arme- niam, Lemniam, Samiam, Alanam: atque eam omnes non tantum rubricæ nomine, verum etiã minij, veteres comprehendisse, adiecto semper gentis aut vsus cognomine.

Μίλφαι.

Μίλφωσις. Defluuium pilorum palpebræ, quod vi- tium alio nomine μαδάρωσις dicitur. Nam Paul. Ægin. l. 3. c. 22. & Actuar. lib. 2. περὶ διαγνώσ. παθ. scribunt μαδάρωσιν siue μίλφωσιν esse: ἀπόπτωσιν τῶν βλεφάρων τριχῶν, idem Paul. μίλφας appellat &

» & Gal. τ κγ τόπ. l. 4. c. 5. Aetius τὴν μάλφωσιν esse
» ait πάθος τῶν τριχῶν, in eoque τοὺς τριχοὺς fieri
» ἐρυθρούς. ἐπικόπτας μάλτῳ τῷ χείρι.

Μίμησις. imitatio. Tertium erat genus ἡ ἰμπειρίας, quo ea quæ aliquando profuissent vel nocuissent, siue naturâ, siue fortunâ, siue consilio oblata fuissent, rursus in experimentum ducebantur, aliorum qui ea prius experti essent imitatione. Ea quidem potissima pars medicinæ empiricorum fuit, eaque vna artem suam maxime constituerunt. Non enim bis tantum aut ter, sed sæpius id quod profuit imitati, idemque in ijsdem affectibus vt plurimum proficere inuenientes, ac eiusmodi memoriam ἱστορικὰ vocantes, eam vnam artis partem maxime fidam ratamque habebant.

Μίνθη, seu μίνθη. mentha dicitur, quæ alio nomine
» ἡδύοσμος dicitur à suaui odore vt Dioscor. tradit
» lib. 3. c. 41. Plutarch. tamen sympos. lib. 8. cap.
» 9. discrimen facit inter μίνθην & ἡδύοσμον, indi-
» cans μίνθην esse degenerem ἡδύοσμον, seu vi-
» tium ἡδύοσμου, vt lolium est vitium tritici, vap-
» pa vini: de Mentha autem vide plura in voce ἡ-
» δύοσμος.

Μιννᾶα σμύρνα. Myrrha Smyrnæa, sic à loco vbi
» nascitur nuncupata, vt lib. 1. de Antid. testatur
» Galen. eandem esse mynnæam ac Troglodyti-
» cam prodens, quo magis mirum est Dioscori-
» dem tradere Troglodyticam myrrham primas
» tenere, minnæam vero reprobam esse: Notan-
» dum autem pro μιννᾶα non modo apud Gal. sed
» & Aet. & Paul. & Dioscoridem, aliosque Græ-
» cos medicos ἀμιννᾶα sæpe legi & falso, Plinius
» certe l. 12. cap. 16. recte minnæam habet, idem &
» thus minnæum quod à minnæorum pago dictũ
» tradit eiusdem lib. c. 14. quæ lectio esse verissima
» hinc videtur quod Thus & Myrrha in ijsdem
» proueniant locis eodem teste.

Μινύσφαιρον. sic dicitur à quibusdam τὸ μαλάθρου.

Μινύειν. μασᾶσθαι. ἐδέιν. hoc est mandere & edere, apud Hippocratem. In Galeni Lexico perperam, est μλύειν.

Μινυθήματα, τα, Hippocrati lib. κγ ἐπιζῆον Galen. in-
» terprete dicuntur τὰ ἰσχνὰ καὶ ἄπεφα γινόμενα, id
» est partes ex diuturno vinculo aut quiete ema-
» ciatæ, extenuatæ & imminutæ, aut graciliores
» effectæ quas illic deligatione restaurari consulit
» Hippocr.

Μινυθώδες πνεῦμα. anhelitus paruus & rarus, hac de
» voce plura Gal. 2. de difficult. respirat. c. 5. & l. 3.
» c. 8. vide & in voce πνεῦμα.

Μιξαύριον, aut μιξαυρία. dicitur Hippocrati tempo-
» ris serenitas hiemalibus pluuijs permixta, seu
» temporis conditio in qua serenus aer interdum
» apparet, interdum pluuijs nubilosus.

Μίξις. mistio, antiqui Hippocratis interpretes, hac
» voce cum muliere congressum, seu coitum signi-
» ficari tradunt vt scribit Gal. 6. Epid.

Μισόδενον. sic quidam τὸ ὄκιμον dictum volunt.

Μίσχος. pediculus in plantis, est id quo folium fru-
» ctus aut flos dependet vt definit Theophr. lib. 1.
» hist. cap. 3.

Μίσυ. Est succus in metallis concretus in glebæ formam vel pollinis aliquando, finitimus chalcitidi. Ex ea namque efflorescit, quamquam non ex ea tantum, sed ex sory etiam atque melanteria, omnique atramento sutorio. Nascitur in ijsdem metallis in quibus & chalcitis, atque in se inuicem aliquando temporis spatio transeunt, quemadmodum narrat Galen. chalcitidem per triginta prope annos domi suæ asseruatam, in misy versam se vidisse, crassis nimirum chalcitidis partibus attenuatis naturæ & temporis ope. Est enim misy partium multo quam chalcitis tenuiorum, alioquin genere cum ea cognatum. Dicitur & supra chalcitidem oriri, non aliter quam ærugo supra æs. Proindeque vires non admodum habet dissimiles. Calefacit, exiccat, acre est, erodit, adstringit, extergit, expurgat. Luteum est, & micas habet auri colore internitentes.

Μίτρη. dicitur apud Hippocr. tegmen vel tanquam inuolucrum quoddam, aut epididymis, quæ est varicosus quidam tumor, summo didymo insidens, author Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Sed nota in exemplaribus omnibus scribi μήτρη per η.

Μίνυς. sic vocatur primum operis apum fundamentum, ceu crusta parua, saporis amari quam sequitur πανόπλεγις, deinde κηρίπολις, de quibus suis locis, Plinius id commosim videtur dicere lib. 11. cap. 7.

Μνᾶ. pondus est quod apud medicos vnciarum sedecim fuit. Id quod patet ex Dioscoride, qui sic scribit in libello de ponderibus & mensuris: ἡ μνᾶ κγ' τοῦ ἰατρικοῦ χρῶσιν ἄγει ἀγγίας ης'. τουτέστιν ὁλκὰς ρκη'. Id est Mina secundum medicorum vsum habet vncias sedecim, hoc est drachmas centum viginti octo. Verum ἡ ἀττικὴ μνᾶ multo leuior est Romana. nam centum modo drachmas pendit, vt ex Suida apparet, qui scribit ἑκατὸν δραχμαὶ πιεῦσι μνᾶν. hoc est, centum drachmæ minam vnam efficiunt. Item ex Plinio, qui lib. 21. cap. vlt. Mna, inquit, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Quinetiam ex Fannio sic scribente:

Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores:
Centum hæ sunt drachmæ.

Proinde quum Plinius verba Dioscoridis in Latinum vertens, μνᾶν libram reddit, proculdubio Atticam intelligit, ceu drachmis tantum quatuor differentem à libra Romana, quæ drachmarum est nonaginta sex. Sic quoque videtur vsus mina Philoxenus medicus, cuius emplastrum est apud Asclepiadem, vt scribit Galen. τ κγ γλῶν libro 4. κηροῦ δραχμὰς ρ'. ὀ μνᾶν ἐπιχάφει. στέατος ταυρείου δραχμὰς ρ'. ῥητίνης τερμινθίνης δραχμὰς οἱ. ὀ πεῖα πίταρι ἐπιχάφει. hoc est, ceræ drachmas centum: quod minam inscribit. seui taurini drachmas centũ, resinæ terebinthinæ, drachmas septuaginta quinque: quod tria quaterna inscribit. Videtur autem Asclepiades hanc interpretationem per drachmas posuisse, cum Philoxenus scripserit minam, ne quis eum de Alexandrina aut alia putaret sensisse. Galenus vero cum Crito minam scripsisset, dubitat quamnam intelligat: locus est lib. 5. eiusdem operis, cum inquit: φαίνεται ὃ κριτὼν ἀλλοίᾳ δραχμῶν βουλόμενος εἶναι τὴν μνᾶν. hoc est, apparet autem & in alijs centum drachmarum voluisse minam esse. Quoniam vero Romæ egisse Critonem constat, vt qui Cæsareus medicus fuerit, dubium est an cum drachmas scribit, vt alij, denarios intelligens, voluerit minam esse centum denariorum. Tunc enim ab Attica mina multum, à medica parum differret. Sic autem ait Galenus: διαφώνησι δ' τοῖς ἀφὶ τ καθαιρῶν καὶ μίσγων χάλκανθον, ὁ πέντε ἔχει ὁ ἡ

μνᾶς ἑξήκοντα. εἰσὶν μὲν ἑπτακαίδεκα λέγοντων ἀγγιῶν εἶναι τὴν μνᾶν, εἰσὶν δὲ εἴκοσι. εἰσὶν δὲ καὶ διακοσιομύριοι, ἃ τὴν μὲν ἀλεξανδρεωτικὴν εἴκοσι φασκόντων εἶναι ἀγγίων, τὴν δὲ ἄλλην ἑπτακαίδεκα. hoc est diserte quidem scriptum est ab ijs qui de ponderibus & mensuris tradiderunt, quantum esset pondus minæ: alijs quidem dicentibus minam vnciarum esse sedecim, alijs autem viginti: alijs vero etiam distinguentibus, & dicentibus Alexandrię quidem haberi vnciarum viginti, alibi vero sedecim. Idem vero etiam l. 1. dicit πρὸς μὲν εἴκοσι οὐγγίας ἔχειν φασὶ τὴν μνᾶν, ἔνιοι δὲ ἑπτακαίδεκα. hoc est, alij quidem minam viginti vnciarum esse dicunt, alij vero sedecim. Quod autem Alexandrina medicis in vsu fuerit, Galenus indicat, recensens ex Asclepiade emplastrum Moschionis veteris medici sic scribentis: λιθαργύρου μνᾶ μία. ἡ δὲ μνᾶ ὅπερ τούτου τοῦ φαρμάκου ἔχει ὁλκὰς ἑξ'. hoc est, lithargyri mina vna. Mina autem in hoc medicamento pendet vncias centum sexaginta. Itaque Galen. addit: ἡ κζ' τοῦτο τὸ φάρμακον ἡ κζ' τὸ ἐφεξῆς ἀμφοῖν μιχθὲν ἑξ' δραχμὰς φησὶν ἔχειν τὴν μνᾶν. ἔνδηλον οὖν ὅτι ἀλεξανδρεωτικὴν λέγει μνᾶν, ἀγγίας κ' ἔχουσαν. ὅπως ἐκείνη τὴν ἀγγιῶν ἔχη δραχμὰς ἡ. ὅταν γὰρ συμβάσεται ταῖς ἑξ' δραχμὰς ἔχειν τὴν μνᾶν. hoc est, & secundum id medicamentum, atque aliud quod ab ipso describitur, centũ sexaginta drachmas minam dicit continere. Itaque manifestum est Alexandrinam minam ipsum dicere habentem vncias viginti: ita vt singulę vnciæ pendeant drachmas octo. Sic enim fiet vt mina centum sexaginta drachmas contineat. Hinc videmus medicis alijs in vsu fuisse Atticam minam, alijs quam nominant medicam, alijs Alexandrinam. Atticam potissimum his qui vel antequam populi Romani nomen & res florerent scripserunt, vel in Græcia agentes Romana pondera ignorarunt. Alexandrinam vero his qui Alexandriæ medicinam exercuerunt. Medicam autem quibus res Romanæ non fuerunt ignotæ. Sed cum à Gal. nulla ratio sit indicata, cur hæc mina constituta sit, poterit forte ratio ista afferri, quod medici qui Romæ egerunt, quia vterentur Romanis ponderibus, vtpote libra, vncia, denario, quem drachmam appellare solent, & scirent Atticis minam esse centum drachmarum, scripserunt quoque minam esse centum drachmarum, denarios intelligentes. Sic Crito videtur accepisse minam. Alij referentes ad drachmam Atticam qua denarius quinta parte grauior est ex Cleopatræ sententia, drachmas inuenerunt Atticas centum viginti quinque tot denarios efficere: quæ drachmę in vncias collectæ conficiunt sedecim minus tribus drachmis, quas non curarunt. Sic natam arbitror medicam minam, quæ eadem & centum sit denariorũ, & drachmarum Atticarum centum viginti octo. Porro Alexandrinæ ratio est aut quod drachmas grauiores habuerint, si Polluci credimus, minas omnibus fuisse centum drachmarum, ipsas vero drachmas pro earum grauitate vel leuitate variasse: aut quod mina, si Pollucis sententiam non probamus, plures apud eos quam centum drachmas habuerit. Itaque si grauiorem drachmam fuisse putauerimus, non semper quinque drachmæ Alexandrinæ efficient octo Atticas: habebit enim vna drachma Alexandrina sesquidrachmam Atticam & decimam ipsius partem. sin mina plurium fuit drachmarum quam centum, nemo quot fuerit, nisi grauitate drachmæ prius cognita, scire potest. Illud nobis satis sit, Alexandrinam minam drachmas Atticas pendere centum sexaginta.

Μναστέως φάρμακον. emplastrum est authore Mnasea, secundo ordine remolliens. Constabat, vt scripsit Galenus lib. 1. τ κζ' ἡμῶν, portionibus æqualibus spumæ argenti, adipis & olei. Atque sic quidem Galenus. Mnaseas vero, vt Paulus & Aetius prodidere, ceram, colophoniam resinam & passum adijciebat, vel æqualibus, vt habet Aetius, portionibus, vel inæqualibus, vt Paulus. Est illi non modo emolliendi, sed etiam discutiendi facultas.

Μνημονευτικὴ αἴρεσις. idem quod ἐμπειρικὴ vide ἐμπειρικὴ.

Μογιλάλοι. qui difficulter ex aliquo linguæ morbo loquuntur, vt ij, quibus ab vlcere & cicatrice dura sub lingua relicta lingua incuruatur & impeditur libera vocis prolatio. Dicuntur & ἀλαλόγλωσσοι, nisi quod Aetius μογιλάλους videtur intelligere eos modo qui ex aliqua affectione impedite loquuntur: ἀλαλογλώσσους vero tum hos, tum illos qui ex vtero & à natura id vitij habent.

Vide ἀλαλόγλωσσον: vitium autem eiusmodi vocatur μογιλαλία, quo nomine blæsitas, balbuties, linguæ hæsitantia & quæuis loquendi difficultas intelliguntur. huius autem causæ multæ sunt, imbecillitas facultatis animalis mouentis linguam, Natio, Patria, mala consuetudo, affectatio, morbus, & mala conformatio.

Μόδιος. modius. mensura sedecim continens sextarios.

Μοῖρα. apud Hippocr. duo significat, nimirum partem quamcumque corporis humani, quæ omnis quidem inest in semine κζ' δυνάμεις; & fatalem viuendi & moriendi necessitatem quam τὴν πεπρωμένην μοῖραν appellat.

Μολύνδυα, vox, in coacis de ijs dici videtur, quæ in altum procedunt & cuniculos agunt, in flexus & veluti ramulos sese dispergunt, quales fistulæ sunt, de quibus hanc vocem protulit Hippocr. vt quæ sanie suppressa aut corrupta vicinas partes inficiunt, cuniculos agunt, & multiplices sinus habent.

Μολόχη. idem quod ἡ μαλάχη, hoc est malua. Alij non omne quidem maluæ genus, sed satiuam modo sic dictam volunt.

Μολοχίνη ἔμπλαστρος. describitur à Galeno lib. 2. τ κζ' ἡμῶν, cap. 2.

Μολύβδαινα. plumbago. Est medicamentum metallicum ex plumbo feruescente factum, cum iam idipsum superior catinus combibit. non est idem cum ferri scoria, sed multum ab ea differt. Siquidem ferri scoria fit tantum in primis fornacibus vbi plumbi lapis metallicus funditur. Eo namque probe fuso artifices plumbum aqua frigida perfundunt quousque scoriam deponat, densam, fractu contumacem, colore in luteum vergente, & vitri splendorem præ se ferentem. Plũbago vero in secundis fornacibus excoquitur, neque aliud est quam purissimum plumbum, vstione in cinerem redactum. Fit autem vel ex plumbeis laminis, vel ex lapide plumbario aut arena, vsque dum hæc tota versa fuerint vel in lithargyrum vel in molybdænam. Non est vnius coloris. suprema eius pars colore propius ad spumam argenti accedit, infima ad cinerẽ, media ex vtrisque mista est. Suprema bonitate præstat,

aliquantulum ſplendet: cum in puluerem teritur, rutila: in oleo cocta iecoris colorem contrahit. Vires, vt ait Galenus, ſimiles habet lithargyro, quod mediæ temperaturæ eſt: ab ipſo tamen parum ad frigidum inclinat, neque abſtergit, eſtque denſarum magis partium: proinde ad reprimendas fluxiones apprime conducit.

» Pro μολύϐδαινα autem ſcribitur & μολίϐδαινα per ι. ſic & pro eodem dicitur μολυϐδὶς & μολιϐδὶς.

Μολύϐδαινα. herba, inquit Plinius, vulgo naſcens folio lapathi, craſſa radice, hiſpida. Ea multis eſſe creditur maior perſicaria, aut omnino nobis ignota eſt.

Μολυϐδικὸς. plumbaris. ſpecies lithargyri. vide in dictione λιθάργυρος.

Μόλυϐδος. plumbum præſertim nigrum: quod enim candidum eſt, Græci peculiari nomine κασσίτερον appellant.

» Eſſe autem plumbum ſua natura frigidum » & ſiccum videtur, quia tamen agit in nos ratione partis cuiuſdam, partim humidæ, partim tenuis & aereæ, quam in ſe habet, quæque facile à » calore noſtro alteratur, ipſum humectare potius » quam ſiccare cenſemus, niſi fortaſſis vſtum, » quoniam pars illa tenuis & aerea vſtione defecit, » illud ipſum etiam eſſe plumbi temperamentum, » frigidum ſcilicet & humidum Galen. aſſeruit 9. » ſimplic. quanquam nonnullæ quas eo loco ſententiæ ſuæ rationes profert Gal. parum firmæ videntur vti recte monuit Fallop. li. de metallicis: » illud ſi verum ſit, vti certe eſt, minime profecto » exiſtimandum eſt plumbum adſtringere, quantumuis hoc palam ſonent verba Dioſcor. l. 5. cap. » 95. ſiquidem humiditas aſtrictionem impedit; » Reperitur vero & μόλιϐδος per ι itemque in deriuatis, ſed & pro μόλυϐδος reperitur μόλιϐος, & » μόλυϐος ſine δ. vt Iliad. δ & in Epigrammatis.

Μόλυϐδος πεπλυμένος. plumbum elotum, huius lauandi modum & loti facultatis refert Dioſcor. » lib. 5. c. 95.

Μόλυϐδος κεκαυμένος. Plumbum vſtum, vrendi modum vſtique vires recenſet Dioſcor. lib. 5. cap. » 96.

Μολύϐδου σκωρία: Scoria plumbi, parandæ modum » brauiſque facultates commemorat Dioſcorides » lib. 5. cap. 97.

Μολυϐδοειδὴς. lapis plumbarius, ſic dictus à plumbi ſimilitudine, viribus ijſdem præditus, quibus & plumbi ſcoria ſiue recrementum. Quid vero ſit, nemo veterum explicauit.

Μολυϐδοχρῶτες. dicuntur plumbei coloris homines, quorum ſcilicet color ad nigrum ac liuidum vergit & declinat, vt ait Gal. 12. method.

Μόλυνσις. inquinatio dicitur ab interpretibus Ariſtotelis. Non eſt aliud quam inchoata tantum & non abſoluta elixatio, cum humidum externum calidius quidem eſt quàm vt vllo modo mouere poſſit humidum, in eo quod elixatur contentum, ſed tamen imbecillius quam vt perfecte concoquere poſſit, & ad æqualitatẽ reducere. Ariſtot. ſcribit lib. 4. τ̃ μετεώρων, μόλυνσιν eſſe incoctionem contrariam elixationi. Itaque ſi elixatio eſt concoctio indefiniti humoris à circumfuſo calore, μόλυνσις erit inconcoctio humoris in corpore indefiniti ob defectum caloris in circumfuſo humido. Nec tamen propter caloris defectum putredinem induci eſt neceſſe, quod μόλυνσις ab alio quam putredo motu fiat. Defectus autem ille caloris prouenit, vel propter copiam frigiditatis quæ in humido eſt, hoc eſt, cum humidum quod circumfuſum eſt rei quæ coquitur, frigiditatis plus habuerit quam caloris: vel propter copiam humoris, qui in eo eſt quod coquitur, tantam, vt à calore circumfuſi humoris vinci & mitificari non poſſit.

Μολυνθῆναι. dicitur Hippocrati quod cito moueri & mutari deſijt refrigeratumque eſt, vt explicat Galenus comment. 2. εἰς τὸ 5. τ̃ ἐπιδημιῶν.

Scriptura hæc quidem eſt apud Gal. in commentario, ſed ſcribendum per ω μωλυνθῆναι, vel μωλυθῆναι, vt eſt apud Hippocr. Quo de errore nos ſupra egimus in καταμωλυνθῆναι, vnde repetes vbi etiam de vocis huius explicatione plura.

Μονήρτερον. dicitur magnum inteſtinum Colum quia neutra ſui parte alijs inteſtinis adnexum eſt, ſed inteſtinum per ſe eſt in hippiatria.

Μονθύλευσις, ſiue ὀνθύλευσις. ciborum paratura quædam eſt, ſed qualis illa ſit parum explicate docent Græci Grammatici; Heſych. ὀνθυλευμένον ἄρτυμα interpretatur τὸ δεδιαλυμένον, condimentum olei vel aceti, guttis irroratum; & καλίαν μονθυλευτὴν Ariſtoph. ſchol. ſuo tempore numeratam fuiſſe ait inter καρύκας, ſeu καρυκεύματα; & μονθυλεύσεις ſiue ὀνθυλεύσεις Pollux vocatas fuiſſe ſcribit τὰς περιττὰς σκευασίας, nimis exquiſitos & ſuperfluos ciborum apparatus.

Μονόμμερα. ſunt collyria quæ cum oui candido, aut muliebri lacte, aliquando vero etiam aqua ſimplici illita oculis inflammatione laborantibus eam ſtatim mitigant. Conſtant magna ex parte ijs quæ mediocriter adſtringunt, concoquunt & diſcutiunt. Cuiuſmodi ſunt acacia (quam quidem quæ habent collyria, τρυγώδη, hoc eſt fæculenta, appellantur) æris ſquamma, æs vſtum, crocus, myrrha, lycium Indicum, caſtorium, thus. Verum in quibus adſtringentia prædominantur, plurimo oui candido diluenda ſunt, præſertim ſi quid ex metallicis complectantur. In quibus autem crocus, myrrha, caſtorium, thus, lycium præualent, in his parcius oui candidum commiſcendum. Cæterum vitari oportet vſum τ̃ μονομμέρων κολλυρίων in plenitudine totius corporis. Nam quia facultate frigida ſunt, obſtruunt dẽſantque meatus, ac ſi copia humoris in oculis facta ſit, in cauſa ſunt plærumque vt tunica κεφαλοειδὴς rumpatur. Sunt autem dicta μονόμμερα, quod intra diem vnum curationem abſoluant.

De his collyrijs & eorum quibuſdam differentijs vide Trallian. l. 2. c. 1.

Μονόκλωνος. ſic dicitur genus vnum artemiſiæ quæ ſingularem ramum habet, ad alterius differentiam quæ πολύκλωνος appellatur.

Μονόμυλον. eſt collyrium μονομμερὲς. ſic dictum quod ex vnica ſpecilli (quod μύλη Græce appellatur) inductione oculorum inflammationi medeatur. habet hunc in modum: Cadmiæ drach. XXIIII. æris drach. XII. chalcitidis toſtæ drach. XII. opij drachm. XI. piperis grana XXIIII. Excipiuntur aqua: mel poſtremum adijcitur. Aetius.

Μονοσιτεῖν Μονοσιτῶ & μονοσιτῶ: has voces docti quidam viri idem ſignificare cenſuerunt quod μονοφαγεῖν, ſed falſi ſunt opinione ſua, μονόφαγοι enim ſunt qui ſoli comedunt, vt illi Æginetæ de quibus Plutarch. in Græcis quæſtionibus: & hominibus quî amicitiam cum nemine colerent μονοφαγίαν pro magno conuitio obijciebant: τὸ μονοσιτεῖν autem interpretamur, Semel de die cibum ſumere,

„ sumere, & authorem habemus Hippocr. qui eo
„ vocabulo aliter nunquam vsus est, & quidem
„ lib. de victu in acutis διὰ σιτίων τὸ ἀ μέρος, & μο-
„ νοσιτίειν, non semel opponuntur. Alibique apud
„ eundem ceu in lib. de vetere medicina, τὸ μονο-
„ σιτίειν opponitur τῷ ἀειςᾷν, & quemadmodum
„ ἀειςᾷν de prandio, ita μονοσιτίειν de cœna intel-
„ ligi videtur, quod cœna antiquis pro vna ciba-
„ tione esset, quodque ea tantum vterentur,
„ prandioque abstinerent, inde factum vt diuinus
„ senex miro vsus verborum compendio ἀειςᾷν
„ posuerit pro bis de die vesci, & in libr. de aere
„ loc. & aq. ἀειτόπας edaces appellarit, quasi illi
„ ab ipso vt intemperati damnentur qui tam in
„ prandio quam in cœna escis impleri volunt:
„ Μονοσιτοῶντες autem, siue eos qui in die semel
„ tantum cibis vescuntur Aristoteles in physicis
„ quæstionibus. vt refert Apollonius in mirabili-
„ bus historijs, esse inquit moribus amarulentio-
„ ribus, quam eos qui bis, quoniam aucta in ip-
„ sis vtraque bilis animum magnopere perturbat,
„ eosque iracundos & melancholicos facit, Pli-
„ nius quoque lib. 28. cap. 5. ex sententia Hippo-
„ cratis tradit, non prandentium exta celerius se-
„ nescere; Ante illum dixerat Celsus, Assuetis bis
„ in die comedere, si semel solum cibis impleantur; aluum astringi; Ambos vero ex 2. de diæ-
„ ta Hippocrat. libro accepisse arbitror, vbi hæc
„ leguntur, μονοσιτῶν ἰσχναίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοι-
„ λίην ἵστησι, διότι τῷ τὸ ψυχρὸν θερμῷ, τὸ ὑγρὸν ἐκ τὸ
„ σαρκὸς καταναλίσκεται; ἄριστον δὲ τ' αὐαντέα διαπέμ-
„ πειν τῇ μονοσιτίῃ. id est, semel die sumptus cibus
„ extenuat & siccat, aluumque sistit, quoniam
„ animi calore, ventris & carnis humidum absu-
„ mitur, prandium vero contraria efficit. Quo fit
„ vt non omnibus tuto à medicis τὸ μονοσιτίειν præ-
„ cipi credam, quemadmodum & inutile omni-
„ bus puto, si cibis quotidie repleri, (quod Pla-
„ to in Syracusanis notauit) bis velint.

Μόρια. morus. Arbor est notissima, cuius fructus maturus quidem aluum subducit, & medicamentis stomaticis alijsque, quæ moderatam requirunt adstrictionem, vtiliter miscetur: immaturus autem vbi exaruerit, perquam adstringens fit medicamentum, ex quo nobilis illa διὰ μόρων confectio.

„ Cæterum Hippocr. & Galenus mora quæ sa-
„ tis maturuerint, stomachum squallidum ac æ-
„ stuosum consolari tradunt, præsertim si frigida,
„ nec cum cæteris cibis, sed paulo ante sumantur,
„ vnde illa ἐυστόμαχα esse constat, quanquam Dios-
„ corides & ipsum sequutus Auicenna, non ἐυστό-
„ μαχα, vt illi, sed χυμοστόμαχα fecerint, hæc autem
„ de moris nigris intelligenda sunt; etenim de
„ moris albis à nullo fere antiquorum mentio fa-
„ cta habetur excepto Ouidio in fabula Pyrami
„ & Thysbes, vbi eorum sanguine mora alba ru-
„ brum colorē contraxisse canens, videtur potius
„ vlla candida inueniri negasse) vt facile est ex ip-
„ sis intelligere qui sciunt id arboris genus, ex insi-
„ tione super albam populum facta emanasse, quę
„ cum in Europa ac sub Romani Imperij ditione
„ sero apparuerit, sicuti complures aliæ insitio-
„ nes, non est mirum si pauca de ipsis ab authori-
„ bus memoriæ tradita legantur.

„ Διὰ μόρων. confectio ex moris ad tonsillarum, oriisque inflammationes vtilissima, siue illinatur, siue gargarizetur. Ea gemina prodita est: vna simplex, altera composita. Simplicem Paulus descripsit hunc in modum: Mororum succi sextarij tres, prius excoquuntur dum tertia portio fuerit absumpta, adiectoque mellis sextario rursus incoquuntur ad mellis spissitudinem. Composita autem primum authorem habuit Eram, & refertur à Galeno lib. 5. τ κ τόπις. Succi mororum heminas sex, ad strigmentitiam spissitudinem coquito. Deinde tritam croci drach. 1. myrrhæ drach. 11. omphacij drach. 1. aluminis scissi obol. 111. mellis heminam vnam indito. Coctura fit vsque ad compagem mellis. Ipse autem Eras aliter etiam præparauit, hoc modo, vt croci drachma dimidia injiciatur, & passi hemina vna, & vini maris expertis austeri hemina vna.

Μόειον. sæpe dicitur pars corporis seu membrum, gaudentque medici hac in significatione, nomine hoc magis quam nomine μέρος, vnde etiam Galen. suos illos de fabrica corporis humani libros inscripsit περὶ χρείας τ ἐν ἀνθρώπῳ σώματι μορίων, dicens μορίων non μερῶν: Sed interpretes quidam (fortasse ne viderentur ignorare μόειον diminutiuam haberes formam) Particulas in multis medicorum Græcorum locis, non Partes interpretati sunt: in plerisque locis inquam, quibus tamen nihilo magis conueniebat, hæc appellatio Latina, quam si in illo Galeni librorum titulo μερίων aliquis interpretaretur Particularū: verū etiam μόειον particulariter de certa corporis parte seu certo membro dicitur, nimirum de eo quod mēbrum genitale seu virile appellamus, vt scribit Budæus, addens Æginetam nō raro sic vti αὐτὸ τὸ αἰδοῖον, atq; ex eo afferens in exemplum μόειον ἄτεγκτον. lib. 3. pro ἐχ ὁρμῶν ἐπὶ τὸ ἀφεδρῶσα, meminit etiam Suidas significationis huius, at vero Lucianum τὰ αἰδοῖα μόεια vocasse testiculos testatur idem Budæus.

Μόεια πτυκτά. dicūtur genuinæ organicęque partes Gal. 1. de simpl. facult. c. 18.

Μόεξος. lapis in Ægypto nascens, quem aliqui μῦν, nonnulli λευκογραφίδα nuncupant. Sic scriptum est apud Galen. li. 9. Simpl. med. vbi agit περὶ τῦ μόεξου. Apud eundem alibi, itemque apud Dioscorid. μόεχδος.

Μοείσυκος. ficus Ægyptia, quam alij συκόμορον appellant.

Μόεχδος. vide supra μόεξος.

Μοσυλίτης γλυκὺς. Gramen mosyleticum species est τ κασσίας, vide in dictione κασία.

Μοχλίωνες ὠτικοὶ. describitur à Galeno lib. 7. τ κ τόπις.

Μοσχοκαρύδιον. vide μοσχόκαρυον.

Μοσχόμυρα, & μοσχόλαια. vocantur Paulo vnguenta quæ μύρον recipiunt.

Μοχλίωνες ἔμπλαστοι. describitur à Galeno lib. 2. τ κ ψῶν. atque etiam ab Aetio lib. 14. inter emplastra cephalica, multisque ab eo laudibus ornatur.

Μοσχόκαρυον. nux moschata. dicitur & μοσχοκαρύδιον & μυριστικὴ, hoc est vnguentaria, quod dum recens est, tota succo pingui & oleoso madeat, sic vt in vnguentum exteri possit. Calfacit & siccat ordine secundo.

Μόσχος. est preciosissimum odoris genus quod ex vmbilici animalis cuiusdam Indici vomica erumpit. De quo Aetius libr. περὶ πτοῶν διαμάτων scripsit hunc in modū: Moschi diuersa sunt genera. Primatū tenet qui nascitur in ciuitate quadā dicta Toupat, quæ magis quam Chorasa ad Orientem spectat. Colore subflauo est. Eo de-

terior habetur qui ab India defertur, colore in nigritiem vergente. Sed & eo ignauior eſt qui à Senitis deportatur. Omnis in vmbilico cuiuſdam animalis gignitur vno cornu præditi, maximi, capreæ ſimilis. Siquidem cum Veneris ſtimulis agitur, ei vmbilicus intumeſcit congeſto inibi craſſiore ſanguine: quo tempore & pabulo & potu fera abſtinet, in terramque crebro voluitur, & vmbilicum exprimit ſanguine refertum, qui poſt aliquod tempus concreſcens, magnam odoris ſuauitatem adſciſcit. Eſt autem calidus & ſiccus ordine tertio, ac partium tenuitate pollet. Imbecillas partes roborat, caput frigidum firmat, ſed calidum offēdit. Reuocat quos animus defecerit. Cardiacis affectibus opitulatur, quoniam cor confirmet, ſed pallore vtentium membra decolorat. Probandi quibuſdam ea eſt ratio: In peluim humore perfuſam poſt examinatum trutina pondus immittunt, poſtea iterum æqua lance ponderant: ſi ad ſtateram reductum ſuperferatur, ſyncerum & legitimum putant: ſin degrauetur, ſpurium. Hæc Aetius.

» Nota hîc authorem dixiſſe Actium pro Si-
» meone Sethi, qui & Toupata & Sinis ſcripſit,
» pro toupat & Senitis quæ hîc ſcripta haben-
» tur.

Μοτὸν ἢ

Μοτὸς. linamētum ſeu linteum carptum quod vulneribus inditur. Sunt autem τῶ μοτῶν quinq; differentiæ, quas ὁ εἰσαγωγεὺς author recenſet, ψιατὸς, ξυστὸς, πλατὸς, ἐλλυχνωτὸς, φριαπισκωτὸς. hoc eſt tortile, raſile, concerptum, ellychnio pudendoque ſimile. Inſeruiunt autem hæ linamentorum ſpecies vlceribus, vulneribus, & reliquis apertionibus corporis, ſeu ſicca indantur, ſeu medicamentis, quæ ob id ἐμπλαστὰ vocantur, oblita, quæ intromittere oporteat, vel ad ſiſtēdum ſanguinem, vel ad detergendum, ſiccandum, exedendum. Indita vero ſunt his differentijs nomina partim à formis ac figuris quibus effingūtur, partim à materia ex qua conſtant, ψιατὸν, hoc eſt, tortile à forma nomen habet: ξυστὸν καὶ πλατὸν, hoc eſt, raſile concerptumque, ab ipſa linteolorum materia: hoc quidem concerpta, illud vero deraſa: quare etiam aliquando ſimpliciter ξύσματα ἢ πλύματα ὀθονίων, hoc eſt, raſura aut vulſura linteolorum, appellantur. ἐλλυχνωτὸν vero dictum eſt, non quod ad lychni ſeu funiculi lucernarum ſimilitudinem contorqueretur, ſed quod ex ellychnio fieret. id quod ex Galeno apparet l. 13. meth. med. vbi ait: ἔξωθεν δ' ἀρχῆ μοτὸς, ἤτοι ἠνεμὲς ἢ ἐξ οἴνου, καὶ μᾶλλον ὁ ἐκ τῶ μαλακαῖ ἐλλυχνίων, οἷά φησι τὰ παρόντα. hoc eſt, extrinſecus autem conuenit linamentum, vel ſiccum, vel ex vino, præſertim autē quod ex molli ellychnio eſt, cuiuſmodi ſunt tarſica. Subdit autem, eiuſmodi linamenta etiam vim quandam habere ad ſuperexcreſcentem vlcerum carnem conſumendam. φριαπισκωτὸν autem vocatum fuit à pudendi humani ſimilitudine. Verum præter hæc quinque linamentorum nomina, alia etiam apud veteres leguntur, vt apud Celſum λημνίσκος, quod ille in longitudinem implicitum linamentum interpretatur, & aliquando linamentum inuolutum & oblongum: & apud Aetium σφηνίσκος, quod linamentum ſignificat ad cunei parui ſimilitudinem intortum, vel quod cunei modo ea quæ coniunguntur & adhæreſcunt ſeparet.

Μυῶν πρόχυσις. paſtillus apud veteres celebris, cuius deſcriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 12.

Μοχλεία. aut μόχλωσις. definitur ab authore Definit. Medicarum μεταγωγὴ ὀστῶν, ἢ ὀστῶν, ἐπὶ τὸ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸν κατὰ φύσιν, id eſt, oſſis vel oſſium à loco qui præter naturam ſit ad naturalem reductio; μοχλεία vero dicitur quod organorum quorumdam vectibus circumactorum ope perficiatur, vel quod oſſa vecte in ſuam ſedem compellantur, vt docet Paul. lib. 6. c. 118. Inde liber Hippocratis μοχλικὸν inſcriptus, in quo de oſſium per molitionem impellendorum ratione tractat; ſcribitur autem μοχλία etiam per ι.

Μύαχον. herba ſurculoſa, tripedanea, folio rubiæ, pallido ſemine, fœnigræci figura, oleoſo. Alio nomine μελάμπυρον vocatur, quaſi nigrum triticum. Galli vocant cameliam vel camaminam.

Μυάκανθος. ſic dicitur ſylueſtris aſparagus, qui & πρασάκιος & corruda vocatur à Latinis.

Vt ſcribit Plin. lib. 19. cap. 8. A Theophr. vero hiſtor. plantarum lib. 6. c. 4. numeratur inter ſuffrutices qui præter ſpinam folium habent, vt Ononis, tribulus.

Μύδησις. putredo. Vitium eſt omnium partium cōmune, quæ putreſcentes humore aliquo madent & defluūt. venit ἀπὸ τῶ μυδᾶν, quod grammatici & σήπεσθαι & διύγραίνεσθαι interpretantur. adeo vt ἡ μυδήσεως nomen ijs competat quæ putrefacta liqueſcunt & ſtillant. Ac quāquam omnibus, ſicut ἐν τῇ εἰσαγωγῇ habetur, partibus communis ſit ἡ μύδησις, in oculis tamen ante omnia vſurpatur, eorumque præſertim palpebris, quæ adipe tumentes humorem aſſidue remittunt. Vſus eſt ea voce Dioſcorides lib. 1. cap. de nardo, dicens eam conferre πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μυδήσεις τῶν βλεφάρων. hoc eſt, aduerſus putredines palpebrarum quæ ſunt in oculis. Ruellius glabras oculorum genas interpretatus eſt, habita potius ſymptomatis ratione quam eſſētiæ morbi, propterea quod remedij cauſam ſtatim ſubiungat Dioſcorid. ſcribens, σύφουσι καὶ διαπνέουσι τὰς βλεφαρίδας. hoc eſt, adſtringentes & denſantes palpebras. Nam cum propria ἡ μυδήσεως natura conſiſtat in ſuperfluo humore, facile fit vt inde pili defluant: eos autem nardus retinet adſtringendo & denſando, & proinde humorem illum ſuperfluum atque vitioſum, in quo morbus poſitus eſt, ſiccando: Mallem dicere, ſuperfluo humore redundantes palpebras.

Inde & apud Pollucem caro μυδῶσα dicitur hebes & fluxa, ex nimio humore contracta, indeque marcida & putris, qualis in vlcere inflammato colligitur, ὑγρὰν καὶ μυδῶσαν appellauit Hippocr. lib. de capitis vulneribus.

Μυδρίασις. morbus eſt pupillæ, quæ cum à naturali colore nihil euariet, multo tamen quam conſueuit, latior eſt atque effuſior, adeo vt aliquando ad iridis circulum pertingat. Eo malo viſus quādoque in totum adimitur, nonnunquam impeditur, vt omnia minora quam ſint eſſe videantur, diffuſo ſcilicet eo ſpiritu per quem videtur. Cauſa huius eſt humorū influxus ſiue paulatim factus, ſiue repente coaceruatus, à quibus tunica ἡ ἀμφιβληστροειδὴς diſtenditur, & pupilla effunditur, atq; dilatatur, acieſque eius hebeſcit. Non multum à pupillæ reſolutione morbus hic diſtat, & non niſi difficillime eliditur. Cum enim tunica ἡ ἀμφιβληστροειδὴς membranoſa ſit, vbi ſemel diſtenta fuerit, induratur, neque facile poſtea contrahi poteſt. Accidit præſertim pueris propter tunicarū

mollitiem atque imbecillitatem. Sed & qui natura nigros oculos habent, magnis sunt pupillis, ideoque in hanc affectionem prompte incidunt. Eadem vero etiam πλατυκοιλία, hoc est, pupillæ dilatatio, appellatur. Cæterum μυδρίασις dicta est, vel ἀπὸ τῆς ἀμυδρᾶς ὄψεως, à visu obscuriore, quasi ἀμυδρίασις: vel ἀπὸ τοῦ μυδᾶν, putrescere, humescere, quod pupilla superfluo redundet humore.

" De hac affectione Cels. lib. 6. c. 6. & Paul.
" lib. 3. c. 22.

Μυελὸς. medulla. Est substantia simplex, humida, pinguis, alba, sensus expers, in cauis ossibus contenta. Ipsa licet exanguis sit, ortum tamen habet ex sanguine in ipsas cauitates per venas illabente. Euadit autem candida & veluti spermatica, quod ab ossibus eiusmodi mutationem accipiat. Sic mammæ lac generant candidū, & adenes humorem dealbāt quem intra se continent, testesque similiter. Est enim benignum ossium excrementum, quod illa intra suas cauitates reponunt, non tam vt excrementum, quam vt aliquando sibi vsui futurū. Siquidem & proprium ossium nutrimentum est, & ossa motibus aut alijs de causis violentis incalescentia & arefacta reficit: tunc enim illa medullam suam veluti resorbent. Ex quo plane intelligitur medullam, quæ calore & siccitate ossium absumitur, eorundem frigiditate & humiditate fieri & coaceruari. Cuius rei hoc etiam argumentum est, quod corpora quæ multo sepo & pinguedine abundāt plus medullæ coaceruent quam sicca. Ob eam enim causam leo omnium animalium calidissimus siccissimusque, omnium ossium medulla carere creditur, quod scripsit Aristoteles histor. animal. lib. 3. c. 7. ossa tam dura densaque habeat, vt attritu ignem, silicis modo, reddant: alia vero fortia ferociaque animalia pro caloris siccitatisque ratione, ossibus duris densisque esse, & parum medullæ continētibus. Hinc etiam factum arbitror, vt ossa digitorum quæ Galeni seculo solida & cauitatis medullæque sensui manifeste erant expertia, nunc propter corporum & ossium præsertim imbecillitatem & laxitatem, parum caua & nonnihil medullata videantur. Talis quidem medulla est proprie appellata. nam quæ spinalis dicitur, improprie dicta est.

Μυελὸς ἐγκεφαλίτης. medulla cerebralis. sic dictus est à quibusdam ὁ ἐγκέφαλος, id est, cerebrum, quod eius substantia, vt ait Plato, medullæ quædā species sit. Alij vero non ἐγκεφαλίτιν, sed μυελὸν ἐγκεφάλου maluerunt appellare. vide ἐγκέφαλος.

" Sed & μυελὸς aliquando absolute positum inue-
" nitur pro cerebro, sic Plato in Timæo scriptum
" reliquit, medullam morbum omnium pericu-
" losissimum esse, vbi sub medullæ nomine cere-
" brum intellexit, quod & ex medullarum genere
" esse scribit Gal. 2. de temperam. & 2. de vsu part.

Μυελὸς ὀστέου. ossalis medulla, id est, quæ in ossibus
" est, siue in magnis insit cauis vt in femore atque
" humero, siue in angustis foraminibus, seu cauer-
" nulis vt in costis ac ingulis ait Ruffus.

Μυελὸς ῥαχίτης. medulla spinalis. Est substantia medullosa, cerebro similis & cerebello continua, per rhachim totam descendens & neruorū prope omnium principium. Hanc μυελὸν improprie veteres appellarunt: sola enim quæ in ossibus continetur sensus expers, proprie medulla dicitur, hæc vero improprie scilicet ob id solū quod intra spondylos tanquam intra ossa contineatur, & substantia coloreque sit medullæ similis. Itaque medulla quidem dicta est propriæ substantiæ nomine, vt ait Galenus, hoc est, substantiæ similitudine (licet proprie dicta ossium medulla, sit dorsali medulla & cerebro humidior, mollior, dulcior, pinguior, iucundior) ad alterius autem differentiam ab alijs νωτιαῖος, alijs ῥαχίτης, alijs λαυχένιος, alijs ψοΐτης. Illa namque per ceruicem, dorsum, lumbosque descendit, & totam rhachim implet, semper seipsa & durior & minutior reddita. Oritur ex cerebri totius basi, eique corporis substantia similis est, & eiusdem cum eo generis, neruosque vt & cerebrum producit, donec velut effœta desinat in finem breuem, acutum, simplicem cū coccyge. Nerui autem hi subiectas cerebro partes mouent & sentientes efficiunt. vt planè constet spinalem medullam partibus capiti subiectis tanquam cerebrum esse, & multa cum cerebro habere communia, substantiæ similitudinē, principium neruorum, sentiendi vim prope parem, & præterea meningas duas, vnam tenuem à tenui meninge cerebri ortā, quæ vasa ipsam nutritura colligat; & substantiam eius admodum mollem, cerebro tamen non paulo duriorem constringit, alteram crassam, à crassa similiter cerebri meninge prodeuntem, quæ tenuem ambit & munit contra spondylorum duritiem. Nec tamen propterea medullam hanc cum cerebro eandem esse censendum est: habet enim vtrumque quædam propria & discrepantia. Nam cum cerebrum pulset atque moueatur, quanquam osse immobili contineatur, medulla tamen non mouetur, tametsi à spondylis mobilibus continetur, nullūque habet medium interuallum, vt cerebrum, sed præter meningas duas, tertiā, qua cerebrum caret, tunicam neruosam, validam, crassam, asperam, humore circumfusam viscoso. Hæc non modo duas illas meningas, sed etiam spondylos & totam rhachitidem vestit, & contra motus violentos & iniurias alias omnes tum internas tum externas tuto communit. Nascitur autem ab osse occipitis, quo loco spondylis committitur, & ad imam vsque spinam, sicut & ipsæ meninges, excurrit.

Μυοκέφαλον. species est ὀφθαλμώσεως: sic autem dicitur parua adhuc & incipiens, & capiti muscæ similis, vnde & nomen habet. Nam cum vlcera, quæ erosa vel rupta cornea tunica accidūt, profunda euaserint, portio vueæ excidit, quodque prolapsum est nigrum aut cœruleum apparet, in circuitu vero circa fundum eius partis quæ procidit, labra erosæ ruptæue corneæ candida apparent, eoque magis si quod prolapsum est induruerit, & corneæ tunicæ labra callum contraxerint. Cæterum prolabente vuea, pupilla omnino diuellitur, adeo vt vel nullo modo appareat, vel alio prorsus situ & figura. Et his quidem notis τὸ μυοκέφαλον ἀπὸ τοῦ φλυκταίνης distinguitur.

Μυοχάνη. epitheton est hiantis apud Hippocrat. Si vero legas μυεοχάνην, significabit in millibus laxatam, vt annotat. Galen. in suo Lexico. Apud Erotianum est μυεοχάνη.

Μύϊπος. sic dictum fuit à quibusdam τὸ θλάσαι, sicut legitur apud Dioscor.

Μύϊπος. dicitur à quibusdam ἢ χαυκαλὶς, vt habetur apud Dioscor.

Μύκη. μύσις. præcluſio, conniuentia, apud Hippoc. ſicut Galen. annot. ἐν Γλώσσαις.

Μύκητες. fungi. Sunt corpora quædam ſpongioſa, leuia, mollia, intus & foris candida, è limo & acceſcente ſucco madentis terræ in ipſo crepuſculo excitata. Nicander eos ζυμώματα γαίης, hoc eſt, fermenta terræ, appellauit in Alexipharmacis, quæ nos aliquando verſibus Latina fecimus. Eſt enim fermentum aciditatis cuiuſdam frigidæ particeps, habetque tantam cum fungis naturæ ſimilitudinem, vt ſi caudice populi nigræ iuxta terram conciſo, aqua reſolutũ infundatur, ilico fungi enaſcantur, quos αὐτοφύτους ab ipſa arbore appellãt. Eſt autem fungorum duplex differentia: aut enim edendo ſunt, aut lethales. Inter illos præcipui ſunt βωλῖται, hoc eſt boleti, deinde ἀμανῖται. Ab his numerantur, ægiritæ, laciniæ, & ab ouorum ſimilitudine ouati, ſicut & à ſpongia ſpongioli. Omnes tamen ſuccum gignunt pituitoſum, frigidũ, craſſum, paruum & ſuffocantem, etiamſi quantumuis optime præparentur. Vitiantur autem multis de cauſis & euadunt venenati. Si enim rubiginoſus clauus, ſi putridus aliquis pannus, ſi arbor noxia, ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit, & pateſcentes primum adhalauerit, perniciales fiunt. Namque ſtrangulationes laqueis ſimiles inducunt, & animi deliquia & ſudores frigidos, aut choleram, ſicut Galenus lib. de euchy. & cacochy. prodidit.

» Si plura de fungis requiras vide Dioſcorid.
» lib. 4. cap. 83. Galen. 2. de aliment. facult. c. 69.
» Item & Plin. lib. 22. c. 23.

Cæterum ab horum fungorum ſimilitudine ἐπφύσεις, hoc eſt, adnata & excreſcentiæ quædam, μύκητες ſiue fungi appellantur in vlceribus. Eas Galenus initio lib. 1. de locis affectis meningi læſæ fracto cranio accidere dicit, ſcribens ex his quæ adnaſcuntur rebus, ſedis affectæ notas peti, quoniam res adnaſcentes eſſentiæ proprietatem obtineant: quemadmodum, inquit, fungi, ſi fracto capite meninx fuerit affecta. Quibus & conſentiunt ea quæ ab Alex. Aphrodiſeo ſcribuntur problem. 86. libro 2. fracto ſcilicet cranio humores affluere, qui oſſis frigore condenſati in ſpeciem fungi concreſcunt, ſuperiori parte ampliuſculi, infra vero prætenues. Idem tamen Galen. comment. 3. in lib. 3. τ. ἐπιδημιῶν videtur fungos communes facere omnibus partibus exulceratis, vt palpebris, pudendis & reliquis, humorum craſſitie efficiente, inquit, excreſcentias quas vulgo fungos vocant.

Μυκτῆρες. nares. proprie dicuntur concauæ naſi partes vtrimque poſitæ, quæ meatum præbent ſpiritui & odoribus. Verumtamen quandoque totum etiam id membrum μυκτῆρες à medicis vocatur.

» Dicuntur & μυξωτῆρες pro μυκτῆρες, à muco fortaſſis qui per nares exit. Polluci σκίλαμαι Ariſto-
» teli ὀχετύματα, ceu quædam vehicula.
» Μυκοναιδὴς ἕλκος. vlcus mucoſum. vide ἕλκος.
» Μυκτῶδες πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Μύκων. Polluci dicitur pars auris, nimirum τὸ ἔξω
» τῶν ἰξύων κατὰ τὸν λοβόν.

Μύλαι. fœminino genere dicuntur molares dentes à Gal. lib. de Oſſib. & lib. 9. de vſu partium. Ab Ariſtot. vero lib. 2. de hiſt. animal. & à Ruffo li. de partium hominis nomencl. dicuntur μύλοι genere maſculino. vide γόμφιοι: hoc enim nomine etiam vocantur.

Dicitur & in ſingulari de molari dente apud Gal. lib. 5. τ. κτ. τότ. & μύλαι apud Suidam generaliter de quibuſuis dentibus vſurpantur.

Μυλακρὶς, ἡ μύλη. hoc eſt mola, ſeu patella, de qua mox.

Μυλαλγία. apud Galen. interpretantur quidam maxillarum aut gingiuarum ex dentitione dolorem, alij potius interpretantur molarum ſeu intimorum dẽtium dolorem ex defluxione oriundum non ex ſola dentitione: dum autem μυλαλγίας nomen in Nicolao legimus cenſet Fuſchius dictionem eſſe corruptam, & pro ea reponendum ἀλαλγίας.

Μύλη, & μυλίτης λίθος. mola & lapis molaris dicitur quibus frumentum molunt, illo lapide in curandis ſchirris vtitur Gal. defectu pyritis pro affectarum partium fotu 2. ad Glaucon. c. 4.

Μύλη. mola. Eſt os latum & rotundum toti genu ſuprapoſitum. Ob figuræ ſimilitudinem ſic dictum eſt. Siquidem, vt mola piſtinenſis, & rotundum eſt, & ab anteriore parte lateribuſque aſperum. A quibuſdam & patella & rotula Latine vocatur. vide ἐπιγραπίς.

Μύλη. mola. Eſt caro informis & inutilis in muliebri vtero concepta. Ea interdum rudimentum cuiuſdam formæ obtinet, ſed inchoatum duntaxat. Cute vel membranis obducitur, intus venis abundat compluribus, ſine oſſibus, ſine inteſtinis, ſine viſceribus. fit à ſemine imperfecto atque infœcundo, vt cui calor deſit quantum adeſſe expedit ad fœtus conformationem, non tamen plane frigido humidoque, ſiquidem ex eo nihil omnino effici poteſt. Quo fit vt mulier ſola citra viri congreſſum molam nõ gignat, quoniam eius ſemen frigidius atque humidius ſit, ſed ſemen viri præterea accedere oportet, naturali tamen frigidius, atque ob id infœcundam, nec eo vſque progredi valens, vt hominis formam effigiet: id enim vegeti caloris natiui ſpirituſque opus eſt. Sed non ſic gallinæ. ſolæ namque ſine coitu ouа ὑπηνέμια, id eſt, ſubuentanea, concipiunt, quæ plane muliebri molæ reſpondent. In cauſa eſt ſiccior volucrum tẽperatura, humoris frigidi redundantiam in ſemine abſumens. Attamen mola, quamuis prorſus inutilis, concepti fœtus ſpeciem per initia exhibet, menſes ſiſtit, nauſeas & vomitiones excitat, vterum attollit. Poſtea vero naturam proritat ad ſui excretionem. Id quod ſæpe quadrageſimo die, interdum autem tertio menſe cõtingit, vel multo etiam ſerius, adeo vt pleræque nouem decemue menſes, aliæ toto etiam vitæ ſpatio eam in vtero geſtauerint. Alimentum namque per venas vteri non aliter quam fœtus attrahit, eoque nutritur & augetur, vita perinde atque planta prædita. Ab excretione vero puerperia citantur quæ λόχια vocant, lac in mammis colligitur, cæteraque contingunt vt in legitimo partu.

De mola ſic ſcribit Plin. lib. 7. c. 5. quod caro ſit informis & inanima, ferri ictum & aciem reſpuens, quæ vt partus alias lethalis eſt, alias vnà ſeneſcens, aliquando àluo citatiore excidens, & ſimile quid viris in ventre gigni, quod vocant σκιῤῥὸν, molam molucrum vocauit Afranius.

Μύλη. mola. herbæ nomen, cui Gal. lib. 7. medic. ſimpl. radicem paruo bulbo ſimilem aſſignat, vimque tribuit, Dioſcoridis fretus authoritate, laxiorem vterum comprimendi. An ſit eadem cum τῷ μώλυ, nemo certo affirmare poſſit.

Μυλικὸ. medicamentum dentium dolores sedans, inditum in dentem vel oblitum. sic dictum est à dentibus molaribus.

» Sic μυλικὸ ἔμπλαστρος discribitur à Galen. 5. κῆ
» πάν. c. 9. quod in multis fuisse miraculo scribit:
» insuper molares aliæ multæ compositiones ibi-
» dem ex Andromacho recensentur.

Μυλοῦν. τυλοῦν, indurare apud Hippocratem: medici enim μύλον siue μύλιν appellant scirrhum in vtero concretum, vt annotauit Erotianus.

Μυλόσαρξ. idem quod μύλη, caro scilicet illa informis memorata, Hesychio, ἥν (inquit) κωφορῦ-
» σαι αὐτ' ἐμβρύων ἀφέσιν.

Μύξα, mucor, mucus. Dicitur ab Hippocrat. humor pituitosus, lentus & albus. Is in partibus exanguibus, ossibus & cartilaginibus colligi cõsueuit; cum ad eam imbecillitatem peruenerint, vt alimentum suum nequeant concoquere: sic enim veluti semicoctum quid relinquitur, non secus atque in oculis membranæ laborãtes sordem eam reponunt quam λήμην appellant. Nec tamen is humor qui μύξα dicitur, perpetuo contra naturam est. Siquidem in omnibus articulis mucosum quendam humorem videre licet, vt inde & motio promptior & articulus iniurijs minus esset obnoxius, quod quæ sicca sunt abrumpi in motionibus facile soleant. eamque ob causam vertebrarum vincula μυξώδη Hippocr. lib. de articulis appellauit. Sed contra naturam in iuncturis plærumque ille succrescit, de quo scriptus est aphor. penultimus sectionis sextæ, atque etiam in vtero, vnde aborsus sequitur, quemadmodum Aphor. 45. sect. 5. scriptum est. Quamuis autem humor ille qui μύξα vocatur eiusdem plane generis sit cum eo quem βλέννα ipse etiam Hippocr. appellare consueuit, differunt tamen, quod μύξα dicatur ille proprie qui est in articulis, aut in spatijs internis continetur: βλέννα vero, qui è cerebro per palatum & nares descendit. quanquam Galen. lib. 8. de vsu partium, quam antiqui βλέννας & κόρυζας dixerunt, à iunioribus μύξας vocari scripto prodiderit.

Μύξα. est etiam humor ille, & velut mucus qui in
» ostreis & testudinibus visitur, vnde μύξα κο-
» χλιῶν apud Galen. vsurpatur μύξα etiam de lu-
» cernæ ellychino.

Μύξα. prunorum species Galeno & Dioscoridi incognita, Actuario, Psello & Aetio frequens ad compescendas febres, leniendas pectoris asperitates, sedandas tusses & vrinæ difficultates, quas bilis aut æstus excitarit. Eius arboris ligno cortex dicitur esse albus, ramus virens, folio rotundo, amplo. fructus in racemo dulcis & candido lentore plenus cum interiore nucleo quasi oliuæ siccatur. Ex eo lentore mucoso videtur illi nomen inditum fuisse: sed per diminutionem etiam μυξάριον appellatur. vulgo sebesten dici videtur.

Μυξωτῆρες. idem quod μυκτῆρες. à muco, arbitror, qui per nares exit. Et nares Sophocles etiam μύξας appellauit.

» Dicuntur & Μυξητῆρες, vtraque enim scriptu-
» ra apud Galenum extat, sed illa prior multo cer-
» tior est, quum apud Pollucem quoque & Dios-
» coridem extet: In singulari autem μυξωτὴρ de naso dicitur apud Hippocr. Sed & μύξας ab Atticis
» nares appellari inquit Ruffus, quo & in significato Sophocles vsurpauit.

Μυοκτόνον. cognomen τῦ ἀκονίτυ, quod mures, si ab ijs edatur, necet.

Μυόπτερον. dictum fuit à quibusdam τὸ θλάσπι, sicut habetur apud Dioscoridem.

Forsan vero scribendum, μυόπτερον à similitudine pinnarum muscæ. «

Μυὸς οὖτα. vel μυὸς οὖς. muris auricula. herba est caulibus plurib⁹ ab vna radice, aliquatenus ab imo rubentibus & concauis, folijs angustis, oblongis, dorso acuto, elato, nigricantibus per interualla, assidue geminatis atque in mucronem desinentibus, & tenuibus cauliculis ex alarum sinu prodeuntibus, flosculo vt anagallidis cæruleo. radix digitali crassitudine, multis capillamẽtis fibrata. Sic dicta est quod folijs aures musculorum imitetur. Eadem ἀλσίνη vocatur, quod lucis opacisque gaudeat. Desiccat ordine secundo, nulla euidenti caliditate.

Μύηρον. sic dici à nonnullis τὸ σάμψυχον, Dioscorid. author est.

Et τὸ διὰ μύηρε. medicamentum ex myuro herba, cuius descriptionem & facultates refert « Trallian. lib. 11. «

Μύηρος ὁ

Μυηρίζων σφυγμὸς. decurtatus, aut mutilus, aut decrescens pulsus. Est pulsus systematicus decrescens. Esse quidem systematicum palam est, siquidem in pluribus pulsationibus magnitudine imparibus inæqualis est. Decrescit autem, quod in eo secundus primo, tertius secundo, quartus tertio, quintus quarto minor euadat, & sic deinceps plurimi. sic dictus est à figuris quæ in acutum desinunt, vt ait Galenus, vel quod similitudinem referat caudæ muris, vel παρὰ τὸ μεινῦσθαι δίκλω τρόπῳ: hoc est, quod minuatur instar caudæ. vnde quidam μείηρον per diphthongum scribunt. Est autem pulsus μυήρου, hoc est, decrescentis, duplex differentia. Nam vel non cessat decrescere atque minui donec omnino aboleatur & desinat prorsus moueri, qui ἐκλείπων μυήρος appellatur: vel cessat decrescere & minui, qui etiam duas habet differentias. alius enim in qua desijt paruitate, hanc perpetuo seruat, alius vero rursus augescit, quem μυήρον παλινδρομοῦντα vocãt, & redit ad aliquam magnitudinem, eamque vel priori parem, vel maiorem, vel etiam minorem: ac nonnulli quidem qua ante proportione sunt imminuti, eadem rursus augẽtur, alij vero maioribus vel minoribus accessionibus vtuntur. Pulsus omnis μυήρος prouenit ab imbecillitate facultatis pulsificæ, quæ tanta est vt ei oneri sint admoti arteriæ digiti. Verum ea imbecillitas in eo qui μυήρος ἐκλείπων dicitur, maxima est, neque enim se recipit & recolligit, postea in eo qui in qua desijt paruitate hanc seruat, minor vero vbi magnitudinem recuperat. Cæterum aliæ etiam à prædictis pulsus differentiæ μυήρων à medicis appellantur. Vna est cum in vnica pulsatione & diuersis arteriæ partibus talis inæqualitas apparet, vt parte superiori arteriæ magnus, inferiori vero iuxta ægri pollicem paruus pulsus sentiatur, & hic μυήρος in vno pulsu dicitur. Altera vero est cũ in vno pulsu diuersisque arteriæ partibus inæqualitas sentitur, pulsu circa duos medici digitos medios magno, circa extremos vero minore apparente: hic ab Archigene μυήρος ἐπινευκὼς siue σφενευκὼς dictus est, quo nomine voluit indicare eam quæ in diastole est breuitatem cũ vtriusque extremi quadam conniuentia. Neque enim omnino interciditur,

sed veluti reflexis vtrimque partibus in breue contrahitur magnitudine, estque μύωψ secundum vtrumque extremum.

Μυωφόνον. dicitur Aconitum apud Theophr. lib. 6. » histor. plant. libr. 6. cap. 2. quoniam odore suo » mures necat.

Μυεγκοπον. medicamenti genus ex acopi cum vnguento temperatura confectum. Id ergo sicut acopo liquidius, ita vnguento crassius est: recipit enim aut ceram aut resinam, aut aliquid eiusmodi, quorum nullum in vnguenta admittitur. Habet præterea μυεγκοπον quandam odoris suauitatem, per quam præstat acopis. Eius confectionis exempla habentur plæraque apud Galenum lib. 7. τ κ ϑν.

Μυεγκοπον. vnguẽtum populeum vocari tradit Ma- » nard. Epist. 5. lib. 1. vide supra in voce ἀγχίειον.

» Μυρ ψικὴ βάλανος. vide βάλανος μυρ ψικὴ.

Μυρ ψικὰ. apud Nicolaum exponit fuschius odora- » menta, seu species odoratas, quas aromata vo- » camus, quæ interpretatio ex Actuario satis li- » quet, in quo ita legimus scriptũ, deinde sublato » ab igni vase tusæ & cribratæ species adduntur.

Μυελέα. myrice, hoc est tamarice. Arbor est seu potius humilis frutex amerinæ ramis, folio angusto, carnoso & fere pinnato. Duo eius genera, syluestris & satiua, illa omnino sterilis, hæc fructum ferens gallæ similem. Syluestrem Gallia bryariam vocat & tamaris. Vires habet incidendi extergendique, nec tamen manifeste siccat, sed adstrictionem quoque nonnullam obtinet. qua de causa decoctum ipsius lienosis prodest.

Μυείνης οἶνος. Polluci lib. 6. c. 1. vocatur ὁ μύρῳ κεκρα- » μένος, vinum vnguento mistum seu conditum, » pro quo apud Ælianum μυεινίτης, de varia histo- » ria, μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύουσι ἕτεροι ἕτερον, ᾧ ἐκάλεσε δὲ » οἶνον μυεινίτην; addit Pollux loco superiore esse » qui μυείνον οἶνον vocari dicant τὸν γλυκὺν οἶνον, vinũ » dulce, vt Hesych. quoq; μυεῖνον, non solum πό- » σιν ᾧ ἐπέχεται μύρον sed etiam, ποτὸν ἐσκευασμένον, at- » que adeo videtur vinum fuisse non sua natura » dulce, sed arte confectum, vel vinum, vel alia » potio cui aut vnguenta aut alia dulcia mixta es- » sent: Sane vinum natiuum non fuisse ex Gellio » patet qui lib. 10. c. 23. cum dixisset mulieribus » Romæ & in Latio interdictum fuisse vsu vini, » subiungit, fere bibere solitas, loram, passum, » murinam, & quæ id genus optant potu dulcia: » Nec non Plautus in Pseudolo dicit. Quod si » opus est vt dulce promat indidem, ecquid ha- » bet? rogas? Murinam, passum, defrutum, mel- » linam; Et alibi, mittebant vinum pulchrum, » murinam; Præterea cum Hesych. duplici. ξξ. » μυῤῥίνην scribat, dicatque quosdam ita vocare οἶ- » νον μυῤῥίνην, videtur & tertiam expositionem in- » dicare, nimirum μυῤῥίνην οἶνον, aut μυῤῥίνην πόσιν » dici, παρὰ τὴν μύῤῥαν à myrrha, vt sit vinum myr- » rha conditum, quod alias μυῤῥίτης, sine σμυρνίτης » οἶνος nominatur. Nec vana ea coniectura, quum » Plinij authoritate nitatur qui eius cum superio- » re mentionem facit sic scribens lib. 14. cap. 13. » Laudatissima apud priscos vina erant myrrhæ » odore condita, vt apparet in Plauti fabula quæ » Persa inscribitur, intelligens nimirum quam » Plautus murrhinam vocabat (sic enim procul- » dubio legebat non murinam) eam esse πόσιν » μυῤῥίνην, vinum seu potionem myrrhæ odore » conditam, Sed statim subiungit & alteram ex- » positionem, cuius author esset Dorsenius & ap- probator Scæuola, Lælius, Atteius Capito: « Quanquam, inquit, & in ea calamum addi iu- « bet, ideo quidam aromatite delectatos maxi- « me credunt, his verbis, declarans murinam. « alios intelligere vini alteriusue potionis genus « calamo saccharifero aut alijs aromatibus dulci- « bus conditum. Quicquid sit, si myrrhæ odore « conditum intelligamus, cum Hesychio scribe- « mus potius μυῤῥίνην murrhinam, vel masculino « genere accipientes pro μυῤῥίνην οἶνον, vel fœmini- « no pro μυῤῥίνην πόσιν, vt apud Plin. quoque mur- « rhina vasa, & Propertium murrheus Onyx: sed « vide & alia nonnulla in voce οἶνος ordine Alpha- « beti. «

Μυρίνη. Hesychio, idem quod μυρσίνη myrtus, vide « infra. «

Μυεισόμαρσον. sic dicitur à quibusdam ἀγχίλλειος σίλ- φιον, vt habetur apud Dioscor.

Μυεισόφυλλον. millefolium aut supercilium Veneris. Caulis est tener singulariseque, radice vna, folijs fœniculi, læuibus, plurimis, vnde & nomen accepit. præterea subrubicundus & quasi arte expolitus. Exsiccat, adeo vt vulnera glutinet.

Μυρμηκία. formica. Est cutis excrescentia exigua, callosa & plærumque teres, basi latiore crassioreque. Hæc cũ reliqua omnia habeat cũ acrochordone similia, sola basi differt, quod ea acrochordoni angustior sit, intantum vt pendere videatur instar summæ cordæ. Celsus μυρμήκια genere neutro vocans scripsit verrucis esse similia (non distinguens verrucarum genus, sed acrochordonas, vt arbitror, intelligens) humiliora thymio durioraque, quæ radices altius agunt maioremque dolorem mouent, infra lata, supra autem tenuia, minus sanguinis mittunt (nãque acrochordon pro sui magnitudine sanguinem, si secetur, copiosum remittit) magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt, & nascuntur aut in palmis aut in inferioribus partibus pedum. Paulus vero totum corpus præsertimque manus myrmecijs infestari prodidit. Ea si vel deradantur, vel constringantur, vel aliter attrectentur, sensum mordentis formicæ inducunt. Inde illis inditum nomen est. Aetius vero addidit & coloris similitudinem, eaque atro colore perinde ac formicas videri. Plærique τὸ μυρμηκίαν sessilem verrucam, quod basi sua tota insideat, dicũt, ad differentiam τῦ ἀκροχορδόνος, quem pensilem verrucam interpretantur.

Μυρμηκίαν etiam μυρμηκίασιν Aetius vocauit & « apud eundem lib. 12. c. 41. μυρμηκίζειν dicitur ita « affici, quasi formicas repentes sentias, quomo- « do μυρμηκιᾶν quoque: ea videntur esse Plinij for- « micationes lib. 28. c. 7. & lib. 30. c. 8. «

Μυρμηκίζων ψοφισμὸς. formicans pulsus. Est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis partibus arteriæ, formicarum motui similis. Hic pulsus est omnium minimus, & cum motus multos amiserit, in vnum eumque prorsus paruum desinit. Quocirca nec inæqualem omnino dicas, quanquam esse ex genere inæqualium verisimile est, sed inæqualitas tã parua est, vt sensum fugiat. Nomen inditũ est, vt quidam volunt, quod perinde paruus sit atq; formica: alij vero, quod eodem quo formica modo agatur, sicut & σφυγμὸν & σκωληκίζων à motionis specie appellantur. Sunt qui vtramque ob causam sic nuncupatũ censeant. Vt vermiculans ab vndoso paruitate differt, sic formicans à vermiculante. Non

enim aliud est formicans pulsus quam vermiculans imminutus: sicut vermiculans non aliud est, quam vndosus diminutus. Tres enim hos pulsus distinguit quantitas & magnitudo, non qualitas. Est autem formicans mire paruus, nec eo minor alius, iuxtaque languidissimus plane ac creberrimus, non tamen, vt Archigeni visum est, celer, sicut Galen. lib. 2. de pulsuum dignotione demonstrauit.

Μυροβάλανος. glans vnguentaria. De ea veteres & recentiores diuersa scripserunt: veteres fructum esse arboris tradidere, magnitudine auellanæ nucis, vel vt alij, magnitudine & aspectu cappatis. stomacho aduersatur. Cum hydromelite pota carnis eius drachma vna est vomitoria. Sed cum oxycrato iecur & lienem purgat. Cum aceto, quo maxime ad agendum excitatur, lepras, phoras, lentes, vitiligines, pruritum exterget, hepati & lieni indurato illinitur. Apud antiquos cortex eius premebatur odoris gratia. nucleus authore Theophr. inutilis erat, caro autem ab aromatarijs expetebatur. Cum enim eius succus inodorus sit, omnibus suscipiendis odoribus aptissimus est, vt insipidum saporibus, & coloris expers coloribus. Id oleum balaninum Dioscoridi dicitur. Oleo expresso quod reliquum est magma terreum & amarum, incidit, terget, contrahit, stipat, videturque id esse quod μυροβαλανίνην πίτυαν Græci appellarunt, quo sæpe vtitur Galen. ad scirrhos: apud quem aliquando μυροβαλανε tantum, aliquando μυροβαλανε σαρκὸς, aliquando βαλανε μυρε μικῆς leges: aliquando vero μυροβαλανε ἐλευρον & μυροβαλανε λεπτυσμα & μυροβαλανε λεπτυσμα κεκομμένα ἢ τετριμμένα, hoc est, myrobalani corticem cæsum & resectum. Cæterum veterum myrobalanorum tres præcipuas differentias Plinius recenset, Syriacam, quæ in Arabia proueniret, & erat candida, & à qua quod manabat oleum, optimum habebatur, quamuis paucum flueret. Thebaicam, nigram, quæ olei copia præferebatur. Tertiam Troglodyticam omnium viliſſimam. At Arabes recentiores quinque generibus myrobalanos distinxerunt, quæ veteribus ignota fuisse putantur & prunorum generi potius quam balanorum, id est glandium, assignanda, & quæ non facultatibus modo, sed alia ex alijs etiam arboribus nasci putantur. Sunt autem hæc: Lutea, quę ex herbaceo colore flauescunt, spissa, ponderosa, exili nucleo, cute crassa. Refrigerant & bilem ducunt, vulgo citrina appellantur. Cærulea, quæ vulgus à colore Indâ nominat, solida sine nucleis, oliuæ forma: atram bilem deijciunt, & exhilarant. Tertio ordine collocantur Cepula, cæteris ampliora grauioraque, ex fusco rufescentia, carnosa, phlegmagoga sunt, visum illustrant, coctionem iuuant, pectus purgant, hydropicis conferunt. Ab his Empelitica censentur, cute ossibus hærente, lapillorum pene figura. Ea pituitam trahunt, ventriculum purgant & roborant, appetentiam reuocant, vomitum sistũt. Ab Actuario ἐμπλικὶς & ἔμβλικες dici videntur, vulgus Emblica vocat. Postrema sunt Beletzica, eadem quasi forma qua Empelitica, vulgus Bellitica appellat: iuuant empyos, hæmorrhoidas & capilli defluuium.

Μύρον. vnguentum. Est medicamentum liquidius quo externæ corporis partes inungi possunt. Constat medicamentis diuersi generis, vt liquoribus, adipibus, medullis, quæ si ita cum oleo misceantur, vt exactam olei spissitudinem acquirant, simplici vocabulo μύρα vel ἀλείμματα appellantur: sin autem ceram aut resinam, aut aliquid eiusmodi recipiant, & crassitie τῆς ἀκόπτις similia euadant, composito nomine μυρέλαια nuncupantur.

In vnguentis autem componendis oleorum & specierũ octupla, at oleorum & ceræ quadrupla seruatur proportio vt ℈. ij oleorum, ʒ ij vel ʒ iij puluerum, ceræ vncia semis misceantur: notandum autem μύρον omne vnguenti genus Græcis significare, quod verbum ridicule Grammatici deriuant à myrrha, nota ex Poetarum fabulis, vel insulsius πυρὰ τὸ μύρεσθαι, hoc est gemere; alij μύρα quasi μῶρα dicta putant vt & Chrisippus inquiebat, quod infatuati vino & crapula fere vti soleant vnguentis, etenim cum bellarijs & corollis vnguenta secundis mensis inferebantur, quod Socrates apud Xenophontem vt meretricium accusat: melius vero Athenæus lib. 15. voluit μύρον dici quasi μύρραν, ab Æolica voce μύρρα quæ myrrham significat, nam quia (inquit) pleraque vnguenta admixta myrrha componuntur, quædam etiam sola myrrha constant, vt stacte, vsus obtinuit vt ἀπὸ τ̃ μύρρας omnia vnguenta μύρα nuncuparentur, neque dubitem μύρον vocem Homero & primis Græcorum incognitam tum primum Græciæ innotuisse, quãdo Asiaticorum vnguentorum primam notitiam habere cœperunt: & quanquam vocem μύρον non nouit Homerus, fuere tamen ipsi vnguenta notissima, ἔλαια appellans cum Epitheti adiectione, adeo vt male censuerit Plinius, qui Iliacis temporibus non viguisse vnguenta, nec thure supplicari solitum scripsit: fuere autem apud priscos vnguenta, partim ad luxum & delicias, partim ad medicinam, atque in delicijs quidem quod illa veteres tam potibus quam cibis admiscerent, vt testatur Theophr. lib. de odoribus, quod & Plinius Plutarch. & Athenæus tradiderunt, & Plinius quidem his verbis rat Hercule (ait) iam quidam in potu addunt, tantique amaritudo est vt odore prodigo fruantur ex vtraque parte corporis, nam prisci mixtum cum vino vnguentum, tantus erat eorum luxus, ebibebant: huius autem mixtionis ratio erat, quod vt musicis sonis cantibusque aures, spectaculis visum, edullijs palatum, sic & varijs vnguentorum atque florum odoribus nares delectare in conuiuiis studebant, quem tamen vsum non primis illis sæculis, quando nondum increuerat luxus, inuectum credimus, sed multo post Hippocratis tempora, apud quem de vnguentis variis sæpius quidem facta mentio inuenitur, sed medicinæ potius quam vllius libidinis loco; Ægyptij quippe omnium primi ob myrrhæ copiam inter alia medicamentorum genera, vnguentorũ mixtiones excogitarũt, adeo vt maior vnguentorum pars Ægyptiorũ nomina sibi vendicarit: verumtamen adeo & luxus illis temporibus inualuerat vt Plinius scripserit etiam Othonem monstrasse Neroni principi vestigia vnguentis tingere, quod & multo ante Athenis factitatum fuerat vt ex Athenæo liquet: Quin & Diogenes Cynicus aliquando vnguentatis incessit pedibus, quod diceret à capite in aerem dissipari odorem, à pedibus autem ad nares recta ferri; & in Plauti Aululari Myrobathrarii esse videntur qui calceamenta muliebria

» vnguentis vt odorata essent, imbuebant: Notandum autem in vnguentis tria præsertim spectari, oleum scilicet siue succum qui odorem combibit: σῦμμα quod velut spissamentum est; & corpus quo oleum astringitur vt auidius odorem ducat & pertinacius retineat: Sic infectores lanam quam tincturi sunt, ante medicamentis astringunt vt colorem ducat, idque sufficere Cicero vocauit in Hortensio: hæc vero σύμματα fere constabant xylobalsamo, iunco, & calamo odoratis, & cæteris id genus: Tertium est ἄλσματα tanquam scitamentum & condimentum quod post σῦμμα additur, & cuius potissimum odore vnguentũ commendari volunt, hæcque ἄλσματα erant amomum, nardus, myrrha, costus, carpobalsamum: Quartus quoque nonnullis vnguentis adijcitur color vt Theophr. atque Plin. docuerunt, ad cuius gratiam interdum addebantur crocus, anchusa, Cynnabaris, quin & ipsam resinam coctam εἰς χρωματισμὸν τ μύρων, vti & adcrassamentum eorumdem Dioscorides vnice laudat, quanquam illam Plinius, sicut & Gummi adijci potius ad continendum odorem in corpore testatur: insuper sal ad conseruationem vnguentorum, ac eorum potissimum quæ vetustate meliora essent, solitus addi videtur, ne forte illa corrumperentur, aut quouis modo rancescerent. Fuere autem varia vnguentorum genera, apud Dioscor. quidem lib. 1. Rosaceum, elatinum, melanthinum aliaque complura quæ illîc legere possis, & de quibus suis sigillatim locis actum est à nobis; hæc eadem aliaque plurima descripta leges apud Paul. lib. 7. cap. 20. & apud Athenæ. l. 15. vbi quæ præsertim essent in delicijs, multaque ad vnguentorum commendationem recensei; vide & Plin. l. 13. cap. 1. 2. & 3. vbi iam commemorata vnguentorum genera recensentur & illustrantur, & in vnguentis quanta olim luxuria fuerit enarratur.

Μυροθήκη, & Μυροθήκιον. vnguentorum apotheca seu repositorium, vel etiam vnguenti conditorium.

Μυροπισσήρον. medicamenti compositi nomen est alopecias sanantis, cuius meminit Soranus in pharmaci compositione quam citat Gal. lib. 1. τ κ' τόπους. Nec tamen quale idipsum fuerit, Galen. certo videtur scire, scribens se existimare picem fuisse & ceram vnguento quopiam, vt gleucino, laurino, nardino, lentiscino, cedrino, eliquatam.

Μυροπωλεῖον, siue μυροπώλιον. dicitur officina vnguentaria apud Aristoph. & Suidam, etiam Plauto Myropolion.

Μυροπώλης. à vendendis vnguentis sic dictus quo sæpe Gal. vocabulo vsus est, eiusque interpretes vnguentarium dixerunt: vnguentarium vero fuisse vnguentorum venditorem accipere est ex Varrone l. 7. de lingua lat: cum dicat vnguentariam tabernam vocatam quod in ea venirent vnguenta, vt vina in vinaria: non erat autem idem qui Seplasiarius, hic enim emplastra & collyria conficiebat, & alia quæ medici mercarentur gratia valetudinis; illi vero in vnguentis tantum ad delicias & voluptatem occupabantur; hinc Lycurgus & Solon aliquando vnguenta & vnguentarios expulerunt, vt ex Seneca Plutarcho & Athenæo discere est, & M. Tullius lib. 1. de offic. vnguentarios inter eas artes reposuit quę minime probantur, & ministræ sunt voluptatum: nostri vestro siue Aromatarij siue pharmacopolæ siue Seplasiarij à veteribus illis plurimum differunt, voluptati enim non inseruiunt sed valetudini.

Μύρρα. apud Hippocratem Æolico idiomate dicitur αὐτὴ ἡ σμύρνης, vt Galenus ἐν τῶν γλώσσης annotauit.

Μυρρὶς. herba est similima cicutæ caulibus & folijs, radicem habet modice oblongam, teneram, rotundam, odoratam, cibo non insuauem. herbarijs & officinis cicutaria dicitur. Calfacit secundo ordine, & nonnihil etiam extenuat: Radix mensibus mouendis & humoribus è thorace pulmoneque repurgandis idonea est.

Μυρρὶς. etiam à quibusdam dictum fuit τὸ μεσόγειον, vt habetur apud Dioscor.

Μυρσίνη. myrtus. Arbuscula est duorum generum. Vna, satiua, duplex, candida & nigra: altera syluestris. Satiua maior est, ramis flexilibus & lentis, rubro cortice, folijs longiusculis, perpetuoque virentibus, punicæ æmulis, quanquam in nigris nigriora, in cãdidis candidiora spectentur: Flores omnibus insident candidi, odorati: ex quibus, præsertim in Ægypto, aqua manat odoris suauitate eximia. Satiuarum vtrumque genus baccas fert oblongas, agrestibus oleis quodammodo similes, multoque quam syluestris myrti maiores. Cæterum syluestris myrti nomine nõ est intelligendus ruscus, qui & Dioscor. & Plin. syluestris & acuta myrtus appellatur, sed vere syluestris myrtus, quæ sua sponte sine cultu oritur: in cuius genere alba quoque & nigra reperitur, ita tamen, vt alba pura non sit, sed in purpuram inclinet. Fuerunt & alia veteribus myrti genera, nobis quoque non ignota, Tarentinum & exoticum, quorum Plin. meminit lib. 15. c. 29. his verbis: Satiuarum genera topiarij faciunt, Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in vsu, ramosa vtraque alia. Constat myrtus contrarijs substantijs. Vincit quidem in ea frigidum terrenum, habet vero etiam quiddam tenue calidum, vnde valenter deficcat. Ex ea paratur emplastrum quod μυρσίνατον vocant, cuius descriptio apud Paulum lib. 7. cap. 17.

Pro μυρσίνη autem etiam dicitur μύρτος apud Galen. Plutarch. & alios: Pro eodem attice dicitur μυρρίνη. Item apud Hesych. dicitur μυρτὶς & μυρτὶς, idem quod μυρτὸς, & αἱ μυρτίδες idem quod μύρτα myrti baccæ.

Μυρσίνινον ἔλαιον. oleum confectum ex folijs myrti teneris apud Dioscor. libr. 1. cap. 49. & μυρσινίτης οἶνος vinum ex myrto apud eundem lib. 5. cap. 37.

Μυρσινοειδὴς. sic à quibusdam dicitur prima species τ κληματίδος, quod foliorum magnitudine myrto similis videatur. Eadem etiam δαφνοειδὴς appellatur.

Μυρτίδιον. appellatur Dioscoridi virgultum myrto adnascens, nodosum, inæquale, verrucosum, concolor, quod myrti caudicem perinde atque manus amplectitur. Adstringit vehementius myrto. Plinius quod syluestris myrti baccis factum est vinum, myrtidanum appellat. Earum libra in tribus musti congijs deferuescit, donec duo supersint. Galenus virgultum & sobolem myrti ab eius radice erumpentem μυρτίδιον appellauit: alij μυρτίδα. Idem vero ἐν τ γλώσσης scripsit plærosque apud Hippocrat. μυρτίδιον

piper dici existimasse, verum Hippocratem eo nomine fructum appellare eius plantæ, quem ab alijs piper nominari scribit.

Idem Galen. ἐν τῇς γλώσσαις in dictione ἰνδικὸν ait μυρτίδιον à quibusdam dici fructum cuiusdam stirpis in India nascentis, piperi similis, quæ dicatur μυρτίδιον à similitudine cum myrto, siue quia teste Plinio, myrti baccæ piperis vicem obtinebant apud antiquos antequam piper reperiretur.

Μύρτον, τὸ. fructus myrti dicitur ait Galen. lib. 2. de aliment. facult. cap. 18. valenter astringit non tamen pro ratione astrictionis frigidus est, simul enim cum astrictione acrimoniam habet admixtam: ab huius myrti baccæ similitudine

Μύρτον. sic à quibusdam dicitur in muliebri pudendo medio suborta veluti caruncula, quæ & νύμφη & κλειτορὶς vocatur, atque vbi multo magis increuit, κέρκωσις.

Μυρτοχειλίδες. extremæ pudendi muliebris margines carnosæ, quæ etiam περιγλώττια appellantur.

Vocantur & μυρτοχείλαι, nec non κρημνοὶ id est rupes vt tradunt Pollux lib. 1. & Ruffus ephes. qui & νύμφαι vocari scribit, sicut τὰ ἐκτὸς ῥωθωνίου περιγλώττια μυτόχειλα.

Μῦς. musculus. lacertus. Est motus voluntarij instrumentum, prima simplicique carne & fibris constans. Propria enim musculorum substantia his duobus, carne & fibris, constituitur, vt scribit Gal. lib. art. med. Sunt autem fibræ positu simplices & secundum longitudinem vt plurimum exporrectæ. Idem vero initio comment. 1. in lib. de fract. ait corpus proprium musculi esse fibras à neruis & ligamentis prodeuntes, quas caro simplex cingit. Ob id Hippoc. eodem lib. musculos carnem appellauit. Quæ vero ad musculos vasa perueniunt, velut riui quidam sunt, qui non eorum substantiam complent, sed eis alimentum subministrant, vt nutriantur & viuant. Tres igitur tantum propriæ musculi partes sunt simplices, neruus, ligamentum (à quibus membrana musculos ambiens oritur) & caro simplex, ambobus in villos diuisis vndique circundata. Compositæ vero & totius musculi maximæ partes sunt, caput, quod & principium appellant, in quod neruus & ligamentum inseri solent, venter carnosus magis & musculum præcipue circumscribens, & finis ex quo tendo & aponeurosis oritur, atque in partes mouendas inseritur. Nec tamen facile est tres istas partes in quibusdam musculis discernere, vt sphincteres & intercostalibus. Est autem musculus instrumentum motus voluntarij, qui in eo perficitur à neruo in eius caput inserto, & in varias fibras diducto sparsoque per vniuersum musculi corpus. Siquidem his contractis in seipsas versus caput suum musculus mouet, quæ est propria musculi actio. Sic enim contractæ, partem in quam tendo inseritur, versus caput attrahunt, sed sæpe multum varie, pro vario fibrarum situ. Musculo prope omni aduersus alter musculus, contrariæ actionis author attributus est, vt flexori tensor, adductori abductor, leuatori depressor, clausori apertor. Pauci enim omnino sunt qui antagonista careant, vt sphincteres & diaphragma. Nec tamen numero, aut magnitudine, aut robore pares semper sunt musculi actionum contrariarum effectores, pro partis mouendæ pondere aut actionis vehementia. Sunt autem musculorum differentiæ plures: aliquæ ab ipsorum substantia carnosa, neruosa, magis membranosa: aliæ à magnitudine, magnus, longus, latus: aliæ à numero partium, biceps, triceps, siue gemelli & trigemini: aliæ à figura, deltoides, rhomboides, scalenus: aliæ à partibus corporis, crotaphitæ, rhachitæ: aliæ à situ, anteriores, posteriores, interni, externi, recti, transuersi, obliqui: aliæ vero ab actione, vt sphincter & masseter, de quibus omnibus suis locis. Cæterum dictus est musculus, vel quod excoriatum murem forma imitetur, vel quod pisci (quod mihi videtur probabilius) quem musculum appellant similis sit. Dicitur alio nomine à Latinis lacertus, à quo lacertosus musculosum significat.

Μῦες κανονιδεῖς. apud Hippocr. libr. de articulis quidam musculi appellantur, quod earum inducant tensi, aut alterationem quandam experti, illa vero tensio fit (inquit Galen. in comment.) filamentis quæ prius laxa erant, nunc omnibus secundum rectam lineam extensis; alteratio vero dum calefacti aut refrigerati, aut humectati, præter modum fuerint aut inflammationem vel erysipelas fuerint experti.

Μυοτομὴ. musculorum sectio artificiosa siue anatomica.

Μύσις; vide σύγκωσις.

Μύσος ὄνος. vide in dictione ὄνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Μύσαξ. pars est faciei quæ supra labra est & infra nares. sed & barba ibi exoriens eodem nomine dicitur.

Vnde Galli dicunt *mousstaches*; pro eodem dicitur & μάσαξ vt Odyss. E.

Μυσιλὴ. apud Aretæum 1. de curat. acutor. capite de apoplexia, videtur esse instrumentum quoddam aptum liquori infundendo in gulam apoplectici ægrotantis: est & apud eundem μυσιλὴ, ponderis aut mensuræ cuiusdam nomen lib. 1. de curat. acutor. cap. vlt.

Μύσι. vide μίσυ.

Μυσθήειον. antidoti nomen quæ & πυρεταφύμακον dicitur, propterea quod ex quatuor rebus constet: Gentiana, aristolochia, baccis lauri & myrrha æquali pondere mistis. Commendatur ad arthritidem ex humore pituitoso contractam. Descriptio eius habetur apud Aetium lib. 12. cap. 47.

Alia est confectio sic dicta faciens ad sedandum dolorem, ad phtificos, tussientes, cœliacos & dysentericos, quæ describitur à Galen. lib. 7. περὶ τόπ. cap. 5.

Μύστρον. mensura est liquorum apud Atticos, tres drachmas ponderales capiens siue cochlearia duo & dimidium, siue χόμβου vnam & quartam ipsius partem. Eius nota apud Græcos fuit μ, cum υ desuper impositum.

Mystrum autem triplex fuit magnum videlicet paruum & mediocre: magnum capit dragmas tres & scrupulum vnum, paruum dragmas duas cum dimidia continet; Mediocre dragmas duas & totidem scrupulos, aliterque vocatur iustissimum mystrum.

Μυττωτὸν. Hesychio authore proprie dicitur, » ὀπὸ-
» τειμμα διὰ σκορόδων intritum siue pulmentum
» ex allio, adhibitis & alijs condimentis : ipse-
» que Aristoph. scholiastes esse scribit ὀπότειμμα
» διὰ σκορόδου, confici autem ex allio porro, ca-
» seo, ouo, oleo, aceto : Dioscorides quoque
» lib. 2. de allio μυττωτὸν vocari author est τὸ ἐκ
» σκορόδου καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τειμμα, in-
» tritum ex allio & nigra oliua compositum, quod
» in cibo mouet vrinam, ora venarum patefacit
» & hydropicis vtile est, hoc & idem Galen. ἐν
» γλώσσαις. Theophr. libr. 9. histor. cap. 6. mas-
» culino genere μυττωτὸν dicit; hoc obsonij genus
» Latini moretum dicerent inquit Aretæi inter-
» pres, qui & ipsum dysenteriam parere inquit.
» hanc & vocem vsurpat Hippocr. 2. epid. in
» fine ἦν δ' ἐμέῃ (inquit) ᾧ μὴ πίνῃ μυττωτὸν δεῖ-
» μὴ δέηαι πιεῖν; vtitur & in fine libelli de locis in
» homine: Erotianus μυττωτὸν ab alijs exponi ait
» placentas ex olere confectas, ab alijs τὸ λεγό-
» μενον ζύθιον; & dici ait παρὰ τὸ μυσάττεσθαι τὴν δυ-
» σωδίαν, ὡς εἶναι μυοσωτὸν est enim gustanti aspe-
» nabile.

Μύττις. vocatur ab Hippocrate quod est in ore sepiæ atramentum, & piscis quidam, sicut Galen. ἐν τῇ γλώσσαις.

Μύττις nasus etiam dicitur, sed peculiariter in ma-
» rinis piscibus, quemadmodum Aristoteles cum
» dixisset sepiam ἐν τῇ μυττίδι habere τὸν θυεὸν se-
» men genitale: hanc μύττιν paulo post μυκτῆρα ap-
» pellat, addens etiam τὴν ῥῖνα non absurde vocari
» posse μύττιν, idem histor. animal. lib. 4. cap. 1.
» scribit nullum τῶν μαλακίων habere ἀπλάγχνον, vi-
» scus, sed quam vocant μύττιν, καὶ ὀπὶ ταύτῃ θύρον,
» atramentum. Apud Hesych. autem legitur μυ-
» ττὶς gemino τ. & oxytonως quod itidem esse di-
» cit τὸ μέλαν τῆς σηπίας, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔχουσα ἐκ-
» κρίνει, atramentum sepiæ quod in ore habet &
» excernit in metu.

Μυῶδες πλάτυσμα. musculosa extensio, seu musculus latus. Est substantia tenuis & membranosa, faciem prope totam & totum collum tegens atque mouens. Huic originem dat membrana quædam neruosa toti nostræ cuti subnata, hic vt in fronte & capitis parte aliqua carnosior effecta. Prodit autem ab aurium radice, occipite, spinis omnibus ceruicis, spina omoplatæ, acromio, claui & sterno, totusque tenuissimus in faciei partes prope omnes fibris à tam diuersa origine varijs inseritur, easque ob id in omnem prope partem mouet. Nullus ab hoc musculo detinetur articulus, quoniam nec in articulum etiam inseritur, verum buccas & cutim, quibus coalescit, solas mouet. his in ijs qui spasmo corripiendi sunt, primus omnium intenditur, & qui κωικοί, hoc est, canini, vocantur spasmi, huius præcipue musculi affectio sunt.

» Μυωπία, ᾗ μυωπάσις. vide μύωψ sequens.

Μύωψ. is dicitur qui à primo ortu oculis propius admota videt eaque prope oculis contingit, & limis semiclusisque oculis aspicit, etiam si parua sint: remota vero, quamuis magna videre non potest. Vitium oculorum est congenitum ab imbecillitate spiritus visiui, eamque ob causam incurabile: eo differt ἀπὸ τῶν νυκτάλωπες, qui non natura, sed ex morbo talis euasit. μύωπας Græci vocant quasi minus videntes, Latini luscioſos & luscitioſos & nuscitioſos appellant, vt Budæus annotauit. Affectio ipsa μυωπία nuncupatur, & aliquando μυωπάσις.

Extatque hoc posterius nomen apud definitionum medicarum authorem, qui sic definit Μυωπάσις (inquit) ὅτι διάθεσις ἐκ γένετῆς ἐστὶ καθ' ἣν τὰ μὲν πλησίον ὁρῶμεν, τὰ δὲ πόῤῥωθεν, ἢ ἐπὶ ἔσχατον, ἢ ὅλως: sic & Paul. Ægin. lib. 3. cap. 22. μυωπίαι inquit dicuntur, ἐκ γένετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες.

Μυχθώδια, τὰ, dicuntur ἐξαναφέροντα πνεύματα sus-
» pirioſæ spirationes quæ foras educuntur.

Μῶλυ. frutex est folio graminis humi sparso: flore albæ violæ simili sed minore, lactei coloris, caule candido, quaternûm cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid quod allij speciem referat. radix est oblonga, bulbosa. Hoc verum est moly, idem cum τῇ μύλῃ cuius Galenus libr. 7. simplic. medic. meminit. Ab eo diuersus est frutex ab vna radice complures virgas fundens, folijs multo longioribus & tenerioribus quam rutæ, graui odore, candido flore, capitellis amplioribus paulo quam satiuæ, tripliciter diuisis, in quibus semen triquetrum, subrufum & amarissimum sapore. Hoc quidem genus quidam nuncupant moly, vt Cappadoces & Galatæ, quoniam à vero moly non omnino discrepet eius facies, radice videlicet pulla & candido flore. Alij armela, Arabes harmel, Syri besasam, Græci πήγανον ἄγριον, hoc est syluestrem rutam, vocant. Eiusmodi est μῶλυ Homericum, ab eo decantatum Odyss. κ'.

Et à Mercurio Vlyssi traditum contra Circes venena & incantamenta.

Μώλυζα. apud Hippocratem significat allium, simplex caput habens & non diuisum in spicas, vt explicat Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. Apud Erotianum μώλυξ scribitur. Sunt qui τὸ μῶλυ, inquit Galenus, interpretentur.

Μωλυσμοὶ. dicuntur apud Hippocrat. τὰ κατ' ἀρχὰς ἀπομαραινόμενα, hoc est, paulatim extabescentia, sicut Galenus annotauit ἐν τοῖς γλώσσαις.

Μώμιστος. dens molaris, vel ea pars molarium dentium quæ gingiuis assidet vt definit Pollux libro secundo, τῶν μύλων τὸ μὲν σὺν τῇ σαρκὶ.

Μῶρον. fructus arboris nomen quod Græcis alio nomine συκάμινον dicitur: Galen. libr. 2. de aliment. facult. cap. 11. videtur dicere μῶρον esse peculiare Atticorum vocabulum, συκάμινον vero omnium Græcorum commune: de eius facultate vide eo loco: Galenus cap. de catharsi abluenda censet mora priusquam edantur, ob astringendi vim quæ eis inest.

Μωρόσυκον, seu μωρόσυκος. arbor est quæ & συκόμωρος vocatur.

Μώρωσις. fatuitas, stultitia, stoliditas. Est deficiens seu infirma motio facultatis ratiocinatricis. Ad eam quidem facultatem proprie pertinet fatuitas, non tamen reliquæ principis facultatis actiones integræ sunt, sed pariter imperfectæ: nam & parum apte imaginantur, nec probe meminisse solent fatui, quippe qui cerebrum non habere vulgo dicantur.

Atque ita rem se habere declarat Paulus Ægineta libr. 3. cap. 11. scribens dici μώρωσιν, cum & ratio & memoria male fuerint affecta, & ab ijsdem causis eam fieri à quibus & memoriam & rationem lædi contingit. Similiter & Aetius ex Ruffo & Galeno scribit μώρωσιν esse, quando vna cum memoria etiam ratio perijt. Quibus quidem authoribus ἡ μώρωσις non est simplex affectus, sed rationis primum, deinde vero & memoriæ. Quæ eam inducunt, in Prorrhet. sect. 2. dicuntur μεμωρωμένα, hoc est, τὴν μώρωσιν ἐμποιοῦντα τῇ διανοίᾳ, sicut Galen. explicat. Eiusmodi sunt vel minus idonea decensque cerebri conformatio; vel frigida intemperies, aut frigidus aliquis & pituitosus humor in cerebro collectus, vel medicamenta quæ foris imposita caput modice refrigerant. Neque enim μωρώσεως causa tam vehemens magnaque est quam ἡ ἀνοίας, quæ eiusdem facultatis abolitionem priuationemque significat. Eo enim discrimine ἄνοια καὶ μώρωσις distinguuntur. Iam vero differt ἡ ἄνοια ἀπὸ τῆς παραφροσύνης, quod vt scribit Galenus, illa quidem abolitio sit, hæc vero functionis ratiocinatricis aut imaginatricis etiam depravatio, quodque, vt ait Aetius, ἡ μώρωσις ἀκόλουθα λέγει καὶ πράττει: hoc est, stultitia consentanea dicit & facit: delirium autem, quod & λῆρος & παραφροσύνη vocatur, non seruata rerum consequentia, alium alij sermonem implicet qui nihil ad rem faciat. & delirium quidem vt plurimum senibus, μώρωσις autem & pueris & adolescentibus & reliquis ætatibus à morbo accidat.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. N.

NAξία. dicebatur apud veteres ἀμυγδαλῆ, vt scribit Athenæus, quod in Naxo insula amygdalę præstantissimæ nascerentur.

Νάπυ. idem quod σίνηπι, sic dictum quasi νάφυ, vt interpretatur Athenæus, quoniam non sine natura sit, sed acri & proinde incommoda donetur. addit, vel quod pusillo sit corpore: sicut ἀφυὲς Græci dicunt quod natura priuatum sit, vnde piscis ἀφύη denominatur. Alij νάπυ per priuationem, videlicet νήπιον, quasi immite dici volunt, quoniam acrementi vehementis particeps sit. Est enim feruidum sinapis semen & acerrimum.

Νάρδινα κολλύρια. sunt differentiæ quædam collyriorum, sic dictæ quod nardo constent. Eorum vt diuersi modi sunt, sic diuersæ facultates, habentur quædam eorum formulæ apud Paulum & apud Aetium.

Νάρδινον. vnguentum, Theophrasto non è folio paratur quod foliatum dicitur, sed è radice, nondum enim è folio facere vsitatum erat, quod ita postea receptum est, vt & è spica quod spicatum dicebatur: de Nardino vnguento, vide Dioscor. l. 1. cap. 75. Plinius præter nardinum vnguentum commemorat etiam Nardinas coronas valde laudatas, nec non pira Nardina.

Νάρδιτις. sic magis quam νάρδος vocatur nardus mõtana, quæ apud nos, inquit Galen. nascitur, vt quæ multo sit inferior Cretica, Celtica & Indica.

Νάρδον ϗ

Νάρδος. est frutex graui & crassa radice, sed breui ac nigra fragilique, quamuis pingui, situm redolente, vt cyperi aspero sapore, folio paruo densoque, cacuminibus in aristas spicatis. Duo sunt eius genera, vnum Indicum dicitur, alterum Syriacum, non quod in Syria proueniat, sed quod montis, in quo ille nascitur, altera pars Syriam, altera Indiam spectet: parte autem ea quæ ad Indiam vergit, quia Ganges fluit, quæ nardus circa eum nascitur, γαγγίτις siue γαγγικὴ dicta est, procerior quidem reliquis propter loci humiditatem, sed minus odora. Est & alia nardus ὀζαινίτις vocata, quod virulentum expiret odorem. Dicitur etiam nardus alia σαμφαειτικὴ, à regione in qua oritur, pumilo frutice, grandi spica, candida, odore hircino, quod aliqui ψευδονάρδον esse suspicati sunt. Fuit etiam apud antiquos celeberrima νάρδος κελτικὴ (de qua inter se Ruellius & Marcellus dissident, sitne ea quam Latini saliuncam appellant) folijs longiusculis, flauescentibus, flore luteo, nascens in Liguriæ alpibus. Nascitur autem cum ea semper herba quędam quæ τράγος, hoc est, hirculus, appellatur, à grauitate odoris, sed sine cauliculo est & candidior, minoribus folijs, radice neque amara neque odorata. Est & genus nardi montanæ, quæ aliquibus θυλακίτις aut νῖρις, Galeno πηρίτις appellatur. ramulis & folio eryngij, sed minoribus, neque scabris & aculeatis, sine caule, sine flore, sine semine, radice nigra, duobus aut pluribus hastulæ regiæ bulbis, sed gracilioribus & minoribus, cui vires cum Celtica pares sunt.

Νάρδος ἀγρία. à quibusdam dicitur τὸ ἄσαρον, vt Dioscorides scripsit.

Νάρδοστάχυς. spica Nardi dicitur apud Trallian. lib. 11.

Νάρθηκία. dicitur apud Theophrastum genus vnum ferulæ humilius.

Νάρθηξ. ferula. frutex est caule assurgens tricubitali vt plurimum, & multum leui, fungosa medulla pleno, folio grandi, molli, multifido, caulem amplectente, vt in arundinibus. Duo ei genera Theophrastus reddit, νάρθηκα vocat adsurgentem recte, νάρθηκίαν semper humilem, quæ ab aliquibus ferulago dicitur. Semen eius extenuat calfacitque, medulla viridis adhuc adstringit.

Νάρθηκες dicuntur etiam ferulæ quæ firmamenta sunt ac stabilimenta deligationis ait Galen. comm. 3.

» comment. 3. ὁ δὲ τὸ κατ' ἐπιζήτησιν verum etiam Græ-
» cis medicis illud moris quondam fuit vt libros
» suos medicamentarios νάρθηκας & ναρθηκια inscri-
» berent. Sic Galen. 6. κατὰ τόπ. c. 1. Andromachum
» ex Cratippi fabula medicamentum quoddã de-
» scripsisse inquit: Est autem ferula, hoc est, νάρ-
» θηξ libri Critippi inscriptio: Quo titulo etiam
» Heras lib. vnum conscripsit cuius lib. 1. κατὰ τόπ. c.
» 1. Galenus meminit, deque eo etiam libr. 5. κατὰ
» γένη. cap. 3. testatur ὁ μὲν Ηρας, inquit, ἐν βιβλίον
» ἐπέγραψατο τὴν τῶν φαρμάκων συνθέσεως ὀπτικωφόλουρον νάρ-
» θηκα; Quin & Sorani νάρθηκα citat Aetius libr.
» 8. cap. 44. Martialis denique in apophore-
» tis ait,

» *Artis ebur medicæ Narthecia cernis habere.*

Ναρθηκισμὸς. hac vtitur voce Dioscorid. libr. 1. περὶ
» ἐμπλ. vbi Moibanus legendum censet σινηπισμὸς:
» sed ναρθηκισμὸς legendum potius, est vero illa ἐπι-
» κροτὶς seu percussio quam τοῖς καθ' ἑαυτοὺς καπήλοις,
» hoc est, mancipiorum mangonibus vsitatam
» refert Galen. 14. meth. cap. 16. quoties graci-
» lem attenuatam ue partem ἀναπίφειν, & pristino
» statui restituere nitebantur; Sic vero dicta Dios-
» coridi videtur loco citato quia per eam ναρθη-
» κια, hoc est, ferulæ certo quodam modo parti-
» bus extenuatis incutiebantur.

Νάρκαφον. ex India defertur corticosum, simile sy-
comori libro: quod iucundi odoris gratia suffi-
tur. Vide & Νάσκαφον.

Νάρκη ἡ

Νάρκωσις. torpor. stupor. Est sensus motusque di-
minutus neruosarũ partium. Symptoma est ta-
ctus non exquisiti in partibus sensu præditis, sed
debilis, cũ motu pariter debili & languido. Ga-
lenus initio lib. 2. de sympt. causis inter deprauati
motus symptomata recensuit, quæ naturæ &
morbo communia existunt, hoc est, quæ citra
naturæ operam fieri non possunt. Est enim stu-
por ex morbo & facultate mistum symptoma,
ita vt morbus quidem vrgeat, sed facultas ali-
qua ex parte reluctetur. Quo fit vt quibus mẽ-
brum aliquod stupidum est, ij quicquid tetigerint, obscuro & hebeti sensu percipiant, neque
perfecte & sine dolore moueri possint. Si nam-
que morbus virtutẽ prorsus superet, nullo mo-
do corpus vel partem eius stupore correpta sus-
tinere poterit: sin virtus vincat, nulla in re la-
borabit. At si veluti pugna quædam sit, moue-
bitur quidem membrum, sed ægre, atque si iu-
beas vt cum læsum membrum extendunt, ip-
sum extensum seruent, nequeunt: siquidẽ pro-
pter sustinentis virtutis imbecillitatem, naturali
pondere deorsum decidit. Vt autem in motu, sic
& in sensu media dubiaque affectio est, eo non
prorsus extincto, sed admodum obscuro & he-
beti. Ex quo patet stuporem ab apoplexia & pa-
ralysis differre, in quibus propter causarum ma-
gnitudinem sensus motusque in totum abolen-
tur, cum in stupore aliqua tantum ex parte mi-
nuantur. Qua in re magna in excessu defectuque
differentia est, pro causarum inæqualitate. Ma-
gna namque causa magnum stuporẽ, parua par-
uum, mediocris mediocrẽ mouet. Quamobrem
non immerito dictus est via qua ad paralysim
itur, vel parua etiam paralysis, propterea quod
sola causarum magnitudine differre videantur:
Sunt autem corporis plures causæ. Ac in primis
quidem refrigeratio ab intemperie aut frigidis
medicamentis inducta: durities ac crassities im-
modica ab alimento multo, crasso, lento, aut
frigore violento & adstringente: aut vitæ igna-
uia, aut solitæ excretionis suppressione. Com-
pressio ab aliquo corpore duro neruis extrinse-
cus appresso, vt vinculo, sessione, innixu, com-
pressu manuum, vicinæ partis phlegmone, scir-
rho, osse fracto vel luxato: adhæc obstructio
neruorum vndecumque inducta. Siquidem ob
eas causas animalis facultas à cerebro in neruos
transmitti solita per illos penetrare nequit con-
strictos, crassos, pressos, obstructos, vt solis
radij per aerem tenebrosum, caliginosum, fu-
midum, & per aquam limosam splendorem syn-
cerum transmittere nequeunt. Eædem autem
causæ, vt ante diximus, si maiores fuerint, pro
stupore paralysim excitant: vtriusque enim cau-
sa continens est nerui affectus maior minorue
ex harum causarum aliqua natus, animalem fa-
cultatem à cerebro in eum descendere impe-
diens. Præter eas autem alia causa est, conta-
ctus videlicet torpedinis marinæ, quæ non tam
earum causarum aliqua quam occulta quadam
& indicibili proprietate stupore tangentibus in-
ducit, à quo effectu νάρκη pariter à Græcis, vt &
torpedo à Latinis dicta est. Est autẽ torpor inter-
dum totius corporis, hoc est, τοῦ παντὸς: interdum
vero certe cuiusdam partis, vt qui in ore & den-
tibus fit, quem peculiari nomine ἀμωδίαν nun-
cupant.

Sed & ad alia vox hæc transfertur nonnun-
quam. Ita Hippocr. 6. Epid. κοιλίης νάρκωσιν de
alui segnitie in coquendi officio dixit, seu debili-
tate circa cibos coquendos, vt Gal. in comm. en.
exponit; idem ναρκώδη ὀδυνῶν, id est, dolorem stu-
pidum siue torpidum. authore Galen. per νάρκην
expressit, cum ait: ναρκὴ μυρῶν τὴν κατ' ἴξιν, stupor fe-
moris quod ẽ directo est, vbi loquitur de reni-
bus calculosis; Idem quoque aphor. 16. lib. 6.
γνώμης νάρκωσιν. torporem mentis vocauit, hoc
est, ἀπορίαν vt Gal. exponit, resoluta scilicet, in-
quit, vt neruorum, ita cerebri substantia: loqui-
tur autem de aquæ calidæ incommodis, si quis
ea diutius multumque vtatur: huc pertinet illa
prognosis νάρκη ἢ ὀιμφότερα μεταπίπτουσα κακὸν, stu-
poris vtrobique cita mutatio mala est, vbi no-
tandum stuporem illum minime esse ad sensoria
referendum, sed ad sensionem ipsam quæ pro-
pria est τῆς φαντασίας, non solũ in obiecto sensilium,
sed rerum expetẽdarum, vt potionis & spiritus,
atque repentina illa mutatio phantasiæ stupidæ
potissimum cernitur in ijs, quibus acuta febre
correptis occupata delirio phantasia, non ante
percipit necessitatẽ rerũ in febre expetẽdarum,
vt potionis & spiritus, quã incremẽto necessita-
tis ipsa veterno suo excitetur ad percipiendũ &
sentiendum vim causæ sitiferæ, aut necessariæ
spirationis.

Νάρκη. dicitur à quibusdam Centaurium magnum,
vt habeturapud Dioscoridem. Quoniam vero
Centaurium à quibusdam dicta est Gentiana,
quidam ipsam etiam Gentianam νάρκλῳ voca-
runt, vt scribit Dioscorides.

Νάρκισσος. planta est cui folia porro simi-
lia, tenuia multo minora & angu-
stiora, caulis vacuus & sine foliis supra

» dodrantem attollitur : flos albus, intus croceus » in quibuſdam purpureus, radix intus alba, ro- » tunda, bulboſa, ſemen velut in tunica nigrum, » longum: Radix ſiccat vehementer, adeo vt ma- » xima vulnera conglutinet, ſimul tamen abſter- » gendi & attrahendi vim quamdam poſſidet.

Ναρκισσον. autē à ναρκη ſic. vocari non à fabuloſo puero Plinius lib. 21. c. 19. exiſtimat, ſed quod » neruis inimicus ſit & caput grauet: Plutarch. » ſympoſ. comment. 3. c. 1. Narciſſum appella- » ri ſcribit quod neruos hebetes, ſtupidamque » grauitatem inferat, ideo & Sophocles magno- » rum Deorum, hoc eſt terreſtrium vetus corona- » mentum vocauit, quod ſcilicet defuncti & mor- » te torpidi flore torpido merito coronarentur.

Ναρκώδης ὀδυνη. ſtupidus dolor. vide ὀδυνη.

Ναρκωτικὰ φάρμακα. ſtupefacientia medicamenta. Sunt medicamenta frigida doloris ſenſum adimentia. Cum enim plures ſint ſtuporis cauſæ, quas ante expoſuimus, attamen medici in medicamentorum vſu ad mouendum ſtuporem ſola frigida vſurpant, quæ calorem natiuum ſpiritumque (quibus duobus omnia vitæ munia peraguntur) vel extinguendo vel repellendo, partem cui fuerint admota, ſenſu priuant. Nam ſine ſpiritu animali nihil omnino ſentire poteſt. Id autem nō omnia frigida præſtare poſſunt, ſed ea modo quæ quarto exceſſu eiuſmodi ſunt, vel vt minimum tertij refrigerantium ordinis medium ſuperant, vt mandragoræ radix, alterci ſemen & papaueris ſuccus. Itaque quam ſit periculoſus eorum vſus, nemo non intelligit, vt quæ partem cui admouentur, niſi diligenter medicus prouideat, mortificent. Quod ne accidat cōmodiſſimè ijs calida quædam miſcentur, quibus non modo tale periculum declinatur, verum etiam ipſe affectus mitigatur, aut humores concoquuntur, diſcutiuntur, inciduntur, attenuantur, aut tota ſubſtantia alterantur, præterquam quod efficiunt vt vis etiam ſtupefacientium penitius ſubeat, quæ propter partium, quam frigida habent, craſſitiem in ſummo tantum corpore ſubſiſterent. Ex ijs ergo patet plures eſſe ſopientium medicamentorum differentias: primum quidem quod alia ſimplicia ſint, alia calidis miſta: & horum rurſum alia plus, alia minus calidorum medicamentorum continere. Omnia mitigando dolori adhibentur, ſi ex eo vires reſoluuntur, atque inde vitæ periculum impendet. Interim enim dum doloris ceſſatio eſt, vires robur recolligent, quo & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere valeant. Eſt enim in vſu eiuſmodi medicamentorum ſcopus & terminus, vt vires cuſtodiantur, in quo conſiſtere debet optimus medicus, qui vt crudelis eſt, ſi ægrum doloribus confici patiatur, nihilique eos faciat, ita ſi eius delicijs nimium indulgeat, & ad leuiſſimos dolores commoueatur, adulator habendus eſt. Ergo veluti in rebus omnibus, ita hic quoque conſilium illud ſapiētis, qui nequid nimis, dixit, complectemur. Quippe ſi remedijs morbi proprijs ægrum curatum iri ſperamus, abſtinendum ab eiuſmodi medicamentis eſt: ſin ex vigilijs & viribus reſoluendis diſcrimen eſt, ijs vti licet, quamuis enim certo conſtet corporis habitum nonnihil ex ijs lædendum, læſionem tamen quam mortem potius eligere oportet. Hac nimirū perſuaſione Galenus, tametſi omnium maxime, vt ſcribit, ab vſu grauiter ſopientium abhorrens, aliquando tamen ea colicis exhibuit. (Sunt autem hæc omnium valentiſſima, vimque ſtupefactoriam prædominantem habent, cum in alijs aromata, & odorata atque vrinam cientia ſemina plurima cōtineantur) & ijs qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehementiſſimo dolore cruciabantur, cumque æger ex tenui deſtillatione, vigilijs & vehemēti tuſſi vrgeretur, facile noxam eorum, ſi quis ſemel eſſet vſus ſpatio emendatum iri ratus. Sed cum ea inter ſe diſſideant, quæ plurimum ſopientium in ſe habent, ea ad præſens quidem magis ſunt efficacia, cæterum valentem & remedijs rebellem in ægrotantis corpore frigiditatem relinquunt. Quæ horum in ſe habent minus, calfacientium vero ſibi admiſtorum plurimum, ea quanto ſunt ad præſens minus efficacia, tanto in futurum minus ſunt noxia. Omnia tamen id genus magis ſunt ſalubria, ſi poſt annum à compoſitione ſumantur. Philonis vero medicamētum etiam ſi duorum triumue aut quatuor annorum ſit, multo ſane eſt melius, ſed nec inutile tamen ſequentibus annis ad decimum vſque, ſed tanto minus ſtupefacit, quanto eſt vetuſtius. Eorum vſus inquit Galenus, optimus eſt, vbi mordens humor eſt qui affligit. Cui vt aduerſiſſima ſunt quæ extenuant & calfaciunt, ita commodiſſima quæ eorum tenuitatem cogunt atque craſſant, & præterea vehementem calorem refrigerant. Vbi vero craſſi glutinoſique humores exuperant, alieniſſima ſunt quæ torporem inducunt, cauenduſque magnopere in eiuſmodi affectibus eorum vſus eſt, modo ne æger ex dolore periclitetur.

Νάσκαφον ἢ ναρκάφον. Inter aromata recenſetur quæ ex India olim deportabantur, corticoſum natura, & putaminibus arboris mori. nunc ſolo nomine nobis cognitum eſt. Paulus Iacaphthi meminit inter ea quæ magnum cyphi heliacum dictum conſtituunt, & corticem piceæ vel alterius arboris exiſtimat. Idem forte eſt cum naſcaphtho.

Nec non λάκαφον vocat Paul. lib. 7. cap. 22. « idem & eſſe putatur ναρτη apud Theoph. hiſt. lib, « 9. c. 7. & Sericatum apud Plin. lib. 12. c. 21. quæ « cēſeri aiunt inter aromata & vnguētis admiſceri. «

Νασσὸς. nomen eſt eius generis arundinum, ex quo ſagittæ factitari ſolent, vt Dioſcorides ſcribit.

Archigenes in ſuo de pulſibus libro νασσὸν pro « pleno ſumpſit inquit Galen. li. 4. de dignoſcen- « dis pulſibus. «

Νασσὸς ἄρτος, ſiue πλακοῦς. panis è melle, vuis paſſis « alijſque condimentis, denſior autē conſtipatior- « que is erat, nec quicquam inaninatis vel ſpon- « gioſæ laxitatis habebat, ſed in eo paſta & condimenta erant γυναικώδεις; Athenæo νασσὸς eſt nō ſolum εἶδος πλακοῦντος ἔχων ἔνδον καρυκείας, ſed etiam « ἄρτος ζυμίτης μέγας, vt Lycophron quoque panem ſimpliciter νασσὸν vocare dicitur ſed ſæpius « de placenta illa. «

Ναυσιώσεις. nauſeationes, ſeu effuſiones ſanguinis è « venis dicuntur Hippocrati, quas alibi ἐκχυμώσεις « ſugillationes vocauit, cum ſcilicet venæ more « eorum qui neauſeam patiuntur, ſanguinem ex- « puunt, & quaſi euomunt, tū ex propria imbecil- « litate quā ex inflammatione contraxerunt, tum « ex ipſius ſanguinis copia & prauitate, quem in « eiuſmodi affectionibus corrūpi eſt manifeſtum « vt Gal. docet comment. 2. εἰς τὸ ἀφορισμ. t. 24. «

Ναυτία. nauſea. Eſt deprauatus motus facultatis expultricis, quo nititur per os excernere quæ ventriculo ſunt moleſta. Id quamuis præter naturam ſymptoma ſit, tamen naturale dicitur à Galeno l. 5. de locis affectis, quod ſcilicet natura eo donauerit animalia, vt & tuſſi & ſternutamento, quo noxia à ſe depellerẽt. Sed ſternutamentum quidem cerebri eſt, tuſſis pulmonum, nauſea vero pertinet ad ventriculum, nec eum quidem totum, ſed partem eius ſuperiorem, quemadmodum & vomitio, ſicut ſuo loco dictũ eſt. Non eſt autem aliud nauſea quam inanis quidam conatus vomendi: vbi enim ventriculus vel copia grauatur, vel qualitate mordacis cuiuſdam rei offenditur, & eorum excretionem natura molitur, ſi partes imæ valent, ſuperiores autem imbecilliores fuerint, primum ea vel eorum partem à fundo ventriculi ad ſtomachum vſque attollit, & vacuare per os nititur. quod ſi faciat, vomitio ſuccedit: ſin autem per imbecillitatem aut materiæ lentorem, craſſitiem & contumaciam vomitio nulla fieri poteſt, manet quidem voluntas conatuſque euomendi, ſed plane irritus atque inanis. Hic nauſea proprie dicitur, præceditque fere ſemper vomitum, ſicut & tuſſim ὁ κίρχος, ſed non ita vt vomitus poſt nauſeam perpetuo ſequatur, maxime ſi cauſa parua eſt quæ nauſeam excitauit. Ac quanquam nauſea proprie ventriculi ſit, attamen per metaphoram etiam de venis ſanguinem fundentibus Hippocr. lib. περὶ ἀγμῶν, ναυσίωσιν καὶ ναυτίαν dixit, cum illæ veluti nauſeabundæ ſanguinem expuunt & quodammodo vomunt. quod vitium idem paulo ante in venis ἐκχύμωσιν appellauerat, vt annotauit Galenus comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν.

» Pro ναυτία autem etiam ναυσία dicitur, Ionum » enim eſt vox ναυτία vt docet Galen. commen. 2. » περὶ ἀγμ.

Ναυπάθεις. Nauſeabundi ægri dicuntur, qui duo» bus modis fiunt, aut enim moderatam nauſeam » ſtatim vomitus ſequitur, aut conturbatio multa & frequens, in qua vomitione nihil vel ad» modum paucum excernitur, quod ſymptoma » in prorrheticis dicitur ἐμετωδὲς ἐλκώδυμον, quem» admodum in Coacis ἕλξις οἷον ἀπ' ἐμέτου, quod vo» mendo trahitur, aut tractus velut à vomitu: Ra» tionem autem horum nominum ναυτία, ναυπά» θεις, ναυσιάσεις, & Nauſea, nauſeare tam Græcis » quã Latinis nonnulli deductam volunt à naui» bus & nauigatione, quod in mari frequentiores » diuturniores & validiores ad vomitum conatus » in pleriſque fiant.

Ναυπλὸς ἄρτος. vide in dictione ἄρτος, vbi inſigniores » quæ occurrunt panis differentiæ ordine Alpha» betico explicantur.

Νάφθα. naphtha. Eſt bituminis colamen & flos, coloris candidi. Itaque bitumine tenuior eſt, & ignem ad ſe, vel è longinquo celerius trahit. Plus enim in ſe igneæ ſubſtantiæ habet, quam reliqua bituminis genera. Eo vti ad lucernarum lumina olei vice, vetus eſt & multis in locis vſitatum, ſicut in Sicilia in Agrigentino agro, vnde oleum Siculum dictum eſt. Eſt autem νάφθα Babylonicum nomen. Vis naphthæ eadem eſt quæ & omni bitumini, ſed propter ſubſtantiæ tenuitatem efficacior.

» Ardentem autem Napthæ ſeu Petrolei (ſic » enim nominat Nicolaus Alexandrinus) vim ig» nium naturæ cognatam ita exprimit Plutarch. in vita Alexandri, cognationem, inquit, habet cum « igne tantam, vt priuſquam flammam contingat, « interfuſum aera ſæpenumero ſolo ſplendore « circa flammam elucente accendat; Sic Strabo « Geograph. lib. 15. Liquidum bitumen, inquit, « quod & Naptha dicitur vim habet admirabi- « lem. Si enim admoueatur igni ignem illico arri- « pit. Quin ſi corpori Naptham admoueris illico « inflammatur, quo loco velut & apud Oribaſ. « Naptha & Aptha παρὰ τὸ ἅπτεσθαι quod accendi « ſignificat, ſic dictum pro eodem accipiuntur. «

Νεανίσκος. iuuenis. Is dicitur qui in florenti ætate eſt, quæ ἀκμὴ dicitur. Eadem enim eſt ἡ τῶν ἀκμαζόντων καὶ ἡ τῶν νεανίσκων ἡλικία. hoc eſt, florens & iuuenilis ætas. Terminatur, vt ſcribit Galenus in aph. 30. lib. 3. quinta ſeptimana, id eſt, anno triceſimo quinto: incipit autem, vt idem annotauit in aphor. 9. lib. 5. ab anno vigeſimo quinto, deſinente ſcilicet adoleſcentia, quæ ἡ τῶν μειρακίων dicitur. Ea ætate quia corporis robur maximum eſt, ideo νεανικὰς dixit Hippocrates in Prorrhet. καὶ τὰ γλωσσέως ἢ σποδρῶς ἢ ἰσχυρῶς, vt Galen. comment. 1. annotauit.

Sicalias Hippocr. νεανικὰς αἱμορῤῥαγίας pro ve- « hementibus ſanguinis eruptionibus accepit, & « in Coacis νεανικὴ κατάψυξις, refrigeratio fortis, & « 9. prorrhet. ſect. 1. τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς, id eſt, σποδρῶς. vide ἡλικία. «

Νεαπολίτης φάρμακον. capit ſtimmeos, cadmiæ, chalcitidis, miſy os, xenici, ſingulorum pares portiones. minutim contunduntur, & melle reſperſa torrefiunt. Læuigata vſui ſunt. vtitur eo Paulus περὶ μελαφόσεως τῆς βλεφάρων.

Νειάτη. ἡ κάτω καὶ ἐσχάτη κοιλία: hoc eſt, venter inferior & poſtremus. quanquam Homerus Iliad. ε non dicit ſimpliciter νειαίῃσι, ſed νειαίῃσι μεσίῃσι, eo verſu.

Νειάτῃ δ' ἐν γαστρὶ πάγη δολιχόσκιον ἔγχος. τουτέστι τῇ νεάτῃ. hoc eſt, poſtremo ſeu imo.

Νείλιον. nomen eſt malagmatis, cuius deſcriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 18.

Νεῖον. τὸ νέον. hoc eſt, nouum vel nuper, apud Hippocr. vt explicat Gal. ἐκ τῆς γλώσσης. «

Νεκρώδης πρόσωπον. facies cadaueroſa vt apud Terent. vel mortuoſa vt apud Cælium Aurelianum. vide πρόσωπον. «

Νέκταρ. dicitur mulſi vini genus ex muſto confecti quod alio nomine μελιτίτης vocatur: Feſtus Pomp. ſcribit νέκταρ Græcis eſſe id potionis genus quod Latini murinam vocant, dulcem & ipſam; Quidam dicunt fuiſſe vini genus in Lydiæ Olympo ex fauis permixtis & floribus odoratis concinnatum, vt tradit Athenæ. lib. 2. vide μελιτίτης οἶνος vbi nonnullæ eæque inſignio- « rem vinorum differentiæ explicantur: à nectare « autem medicamenta multa nomen habent vt « ex ſequentibus patet. «

Νεκτάρεια Ἀντίδοτος. deſcribitur à Gal. 8. κατὰ τόπ. c. « 7. Ita dicta vel à nectare, vel ab helenio quod « recipit, quod nectarium vocatur à nonnullis. « hanc vero antidotum ad hepaticos & arcuato « laborantes Archigenes apud Gal. 8. κατὰ τόπ. c. « 7. commendabat. «

Νεκτάριον. poni pro ἀδὺ καὶ εὐῶδες author eſt Suidas. «

Νεκτάριον. Dioſcor. lib. 5. c. 66. ſcribit τὸ ἑλένιον ſic « à nonnullis vocari: inde fit. «

Νεκταρίτης οἶνος, ὁ ἐκ τοῦ ἑλενίου σκευαζόμενος, inquit « Dioſcorid. ſic & Plin. libr. 14. cap. 16. inuenitur & nectarites ex herba quam alij helenion, «

» alij medicã, alij ſymphytum, alij Idæam & Oreſtion, alij nectaream vocant vide οἶνος ſuo loco.

Νεκτάριον ἔκλειγμα. colicis pleuriticis & dyſpnoicis perutile, deſcribitur à Gal. lib. 9. τ. κζ. τῶν π. vino dulci affuſo coquitur.

Νεκτάριον. etiam nomen eſt Collyrij ad multa ocurum vitia vtilis apud Gal. lib. 4. κζ. τῶν π. c. 7. quod ab alijs σφραγὶς, inquit, vocatur.

Νεύμβρον. τὸ νηχόμενον καὶ τὸ παρεγνόμενον. hoc eſt, natans & adueniens, apud Hippocratem lib. 1. τ. γυναικείων, quorum alterum de chorio, alterum de fœtu dictum eſt, vt annotat Gal. ἐν τ. γλώσσης.

Νέος. Iuuenis, author Definitionum Medicarum τὸν τ. νέων ἡλικίαν pueritiã interpretatur: Et aphor. 45. lib. 2. Hippocr. νέους appellat quos lib. 6. Epid. part. 1. aph. 4. appellauit νήπια: aphor. tamen 49. l. 2. νέους videtur intelligere adoleſcentes iuuenes.

Νεότης. Iuuentus.

Νευρὰς. frutex eſt puſillus in petris, ſimilis peplo ſed breuior, quãquam folio maiore. alio nomine παρωνυχία vocatur: νευρὰς vero dicitur, quod radica conſtet neruulenta & toroſa. Sunt & qui νευράδα τὸ ποτήριον appellent, vt author eſt Dioſc.

Νευρομῆτραι. dicuntur dorſi muſculi inferiores, qui alijs etiam nominibus dicuntur ψοαὶ, atque Ἀλάπικες; Sunt qui νεφρομῆτραι legant ait Ruffus, & interpretentur renum matrices.

Νευρὶς. idem quod νῶτον.

Νίτωπον. inquit Heſych. eſt μύρον σωπτὸν ἐκ πολλῶν μυρεμάτων, varia & ſumptuoſa vnguenti quædam mixtura ex odoramentis confecta, qua vtitur Hippocrat. lib. περὶ ἐπικυήσιος, & libr. περὶ φύσεως γυναικ. ad induratas vuluæ cotyledonas emolliendas & obſtructas aperiendas, itemque ad ſecundas pellendas; ſed & in vteri ſurſum aſcenſu adhiberi præcipit quod odoratum eſſet, ac diuitum mulierc ularum ſumptuoſis vnguentis non abſimile, quale erat ſpicatum, foliatum Romanorum, & Comagenum, aut Suſinum: idem autem quod μετώπιον eſſe videtur, quas enim vires & facultates adſcribit Dioſcorides τῷ μετωπίῳ, eaſdem νητρώτῳ ſuo Hippocrat. tribuit, hoc & inſuper Heſychij authoritate confimari videtur.

Νεῦρον. neruus. Eſt pars ſimplex ſpermatica, exanguis, ſenſu tantum aut ſenſu & motu prædita. Vt enim arteria & vena, ſic neruus inter prima ac ſimpliciſſima humani corporis elemẽta cenſetur lib. 1. de elementis, & inter partes ſimilares numeratur. Fieri autem ex ſemine, non ex ſanguine, Galenus li. 1. de ſemine prodidit, & albus ipſe color neruorum arguit, quodque frigidus ſit & exãguis. Eraſiſtratus, vt habetur apud Galenum lib. de atra bile, ſcripſit, lentum & tractitium nec facilem excretu cibum eſſe à quo nerui aluntur, eiuſque ſententiam ſequutus Galenus comment. in aphor. 26. lib. 2. ait neruos nutriri ex frigidis & glutinoſis humoribus. Ex quo apparet neruos ſimili ſubſtantia cõſtare, humore ſcilicet mucoſo. Etenim ſi elixentur, ſi putreſcant, in eius generis humorem diſſoluuntur. Verum Galenus lib. de vſu partium ſcribit neruos duplici conſtare ſubſtantia, vt & cerebrum, alios quidem molliore, alios vero duriore. Inde neruorum duplex oritur differentia. Alij enim molles, alij duri ſunt. Quorum vt ſubſtantia, ſic opus diuerſum eſt: molles enim ad ſenſum, duri ad motum ſunt comparati. Vt autem magis minuſq; molles eſſe poſſunt aut duri, ſic magis minuſq; ad ſenſum aut motum valent. Quod tamẽ non ita accipi debet, quaſi duri nõ ſentiant. Omnis enim neruus ſenſu prẽditus eſt, & vbi neruus eſt, illic etiam ſenſum ineſſe oportet, licet magis obtuſum & hebetem à duro quã molliore neruo. Non tamen contra neceſſe eſt omnem neruum mouendi vi prædituin eſſe. Itaque qui nerui mouent, ijdem prorſus ſentiunt, non autem è contrario qui ſentiunt, ijdem etiã mouent. Mollium principium eſt cerebrum, durorum ſpinalis medulla. Ab hoc principio ſinguli in ſuas ſedes à natura mittuntur, molles quidẽ in organa ſenſuum, duri vero in muſculos. Nullus eorũ ſimplex eſt & ἀζυγὴς, ſed omnes coniugati feruntur, ideoque ab anatomicis neruorum paria appellantur. Ac ſeptem quidem ex cerebro, triginta vero ex ſpinali medulla proficiſcuntur. Eorum qui ſunt à cerebro, primum par ſeu prima cõiugatio eſt neruorum opticorum, qui ſunt maximi, molliſſimi & caui meatu ſenſibili. Secunda eorum eſt qui mouent oculos. Sunt autem graciles, duri, multiplices: nam ramis ſeptem in totidem oculi muſculos abſumuntur. Tertia autẽ multiplex eſt, cuius portio prior multis propaginibus inſeritur in crotaphitas, maſſeteras, cutem faciei, dentes, gingiuas, muſculos labiorum & linguę tunicam ad ſaporum diſcretionem (ob id hæc tota Galeno guſtatoria dicitur) Poſterior autem portio, gracilior, durior alijs propaginibus fertur in crotaphitas, cutem frontis & faciei, muſculos labri inferni, pterygia & narium mẽbranas. Quarta dura & gracilis in palati tunicam abſumitur. Quinta duplex eſt, parte maiore inſeritur in meatum auditorium, in muſculum latum, in crotaphitas & maſſeteras omnes, minore vero in eoſdem maſſeteras abſumitur. Sexta omnium ramoſiſſima diſtribuitur ramulis quibuſdam in colli & laryngis muſculos, ſed fere tota in thoracem, vbi ramulos dat muſculis tribus à ſterno & vicina claui aſcendentibus, & ramum per coſtarũ radices demittit ad partes ventris inferni quem coſtalem vocamus, alterum ad muſculos laryngis recurrentem, tertium inſigniorem in ſtomachum & ventriculum qui ſtomachicus dicitur. Septima vero dura eſt & abſumitur in muſculos linguę, oſſis hyoidis & laryngis. Hæc autem ſeptem neruorum paria cranio excidunt per foramina, primum rotunda, ſecundum ſciſſa, tertium & quartum oblonga, quintum mediocria in oſſe auditorio, ſextũ maxima, ſeptimũ parua, occipitis maximo foramini iuncta. Quæ vero ex ſpinali medulla excidunt neruorum paria, inter ſpondylos excidunt, ita tamen vt ſuppoſito ſpondylo tribuantur. Primum enim thoracis par id dicitur quod inter ſeptimũ ceruicis & primum thoracis ſpõdylum excidit, & primum ſimiliter lumborum par quod inter primum lumborum & vltimum thoracis ſpondylum eſt, & primũ oſſis ſacri par quod eſt inter quintum lumborum ſpõdylum & primum oſſis ſacri. Sic primum par dicitur, quod per foramen poſticum, primo ſpondylo & occipiti commune egreditur. Hunc in modum prodeuntes nerui inſerũtur fere in vicinas partes, ne in longiore via periclitẽtur: quam ſi ingrediuntur, mire teguntur & muniuntur ad ſecuritatem. Hæc quidem de neruis proprie appellatis ſufficiant. Cæterum non omittendum eſt quod ſcribitur à Galeno initio li. 15. de vſu partium diſſerente de

pudendi substantia, neruum tribus modis dici, vno quidem proprie genus illud totum quod à cerebro & spinali medulla est : altero id quod à musculis oritur & τένων, hoc est, tendo, ab Hippocrate dicitur : tertio autem quod Hippocrates σωδέσμιον, id est, ligamentum, medici vero post eum νεῦρον συνδετικόν, id est, neruum colligãtem, nuncuparunt. Dictum est Græcis νεῦρον ἀπὸ τοῦ νεύειν quod nutare & flectere significat, vt scribit Gal. initio de motu musculorum.

Νεῦρον ἴνωμον. sic vocare Hippocr. τὴν φλέβα, testis
» est Erotianus.

Νεῦρον. etiam obscœna notione de pene dicitur,
» Sic apud Iuuenalem mensura incognita nerui,
» & apud Hippocr. μακρὰ νευρὰ, quæ non possunt
» ἐπαείρεσθαι. Et in prouerbio ἀδὺν σ' ὀνήσει βολβὸς αὖ
» μὴ νεῦρ' ἔχῃς, ita interpretor in Theopompi Co-
» mici versu, apud Pollucẽ ἄπνευς, ἀνευρὸς, ἀνώνευρος,
» hinc Aristophani νενευρῶσθαι pro γυναικᾶν : Propter au-
» tem istam nerui significationem Comice loqui
» Ruffinum censet doctissimus Hieronymus, at-
» que hoc nomine dat illi pœnas Ruffinus Epis-
» copus : dixerat Ruffinus, Quid tibi videtur, ha-
» beśne vltra aliquid quo neruos tuæ loquacitatis
» intendas ; Excipit Hieronymus ; & indignaris si
» putide te loqui arguam, cum Comædiarum tur-
» pitudines, & scortorum amatorumque ludicra,
» scriptor Ecclesiasticus assumas. Totius repre-
» hensionis cardo vertitur in ea notione vocis
» neruus.

Νεῦρα παλινδρομοῦντα. nerui recurrentes. Sunt rami duo neruorum sextæ coniugationis, quorum dexter circum arteriam quæ axillam adit, sinister vero circum magnum arteriæ descendentis truncum obuolutus sursum reuertitur in laryngem. Oportuit enim laryngis quosdam musculos, quo vox ederetur, deorsum moueri, & ob id spiritum animalem ab inferioribus partibus sursum quodammodo ipsis deduci : neque fieri id aliter potuit quam demissis ad inferna neruis, posteaque recurrentibus. Quo autem firmi recurrerent, eos inniti corpori cuidã firmo & rotundo commodum fuit Itaque circum arteriam quidem axillarem dextram neruus ille dexter ad superiora reuersurus reflectitur : sinister vero quoniam circum sinistram ipsam arteriam axillarem commode inflecti non potuit (neque enim illa trãsuersim, vt dextra, sed oblique sursum in alam contendit) ideo in cauitatem thoracis cogitur descendere, & arteriæ magnæ truncum apprehendere, qui deorsum ad spinam proficiscitur. Sic vterque secundum latera asperæ arteriæ sursum redit, & inseritur in musculos laryngis ad edendam vocem qua ex causa Galenus lib. 4. de locis affectis φωνητικοὺς maluit appellare : tam sunt enim ad vocem necessarij, vt secti vocem prorsus aboleant : refrigerati vero tantisper vocem impediant, donec calefacti naturalem temperiem recuperauerint.

Νεῦρα συνδετικά. Colligantes nerui : his vocibus
» Paul. lib. 4. c. 56. vocat ipsa ligamenta quæ ossa
» colligant ; vocat vero neruos quod eos innitentur, nam alij tres species enumerant, alios qui
» sensum & motum præbent, alios qui motui tantum inseruiũt vt tendines, alios qui ossea compagem ligant & vinciunt.

Νευροχονδρώδης σωλήνιος. est ligamenti genus durum, cartilaginosum, partim latum, partim rotundum. Medium quoddam corpus est inter cartilaginem & ligamentum, hoc quidem durius, illa vero mollius. Itaque quod ad cartilaginis duritiem aliquomodo accedat, non sine causa cartilaginosum ligamentum dicitur, vt & neruosum, quod nerui rotundam figuram quadantenus imitetur. Neque enim latum est vt cartilago, neque plane rotundum vt neruus, sed mediæ cuiusdam figuræ. Eiusmodi habentur in articulo pternæ cum astragalo & vicinis partibus. Tale etiam in intimo sinu coxendicis visitur, valde quidem durum, quod principio tam latũ est, vt pubis foramen etiam attingat, deinde paulatim contrahitur, rotundiusque factum inseritur in medium cruris caput.

Νευρώδης. neruosum. Est corpus spermaticum & exangue, ad nerui naturam similitudinemue accedens. Tria eius genera Galenus esse dicit initio lib. 15. de vsu part. & comment. 1. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. Vnum eorum quæ proprie nerui appellantur, & prodeunt ex cerebro aut spinali medulla. Secundũ eorum quæ à musculis oriuntur & τένοντες ab Hippocrate appellantur, ab alijs autem ἀπονευρώσεις : siquidem neruosæ partes musculorum tendines vocãtur. Tertium vero eorum quæ σωλήνιοις Hippocrates vocauit, recentiores autem medici νεῦρα συνδετικά, id est, neruos colligantes. At vero præter hæc genera etiam sedes, vterus, vesica & pudendum neruosa dicuntur, cum tamen nullo trium prædictorum generum contineantur, neque ex vllo istorum trium generum componantur, sed quod neruosorum corporum similitudinem gerant : siquidem latissime distenduntur, contraque in breuissimum spatium contrahuntur, quod nulli carnoso membro aut pingui accidit. Itaque partes illas neruosas ex quadam similitudine dicimus, vt & reliqua omnia alba & exangui materia prædita, quoniam plurimum extendi, rursumque in se ipsa retrahi & subsidere videantur, vt eo comment. Galenus annotauit.

Νευρωτωθὲς. in neruis vulneratus Paul. libr. 4. cap. 54.

Νεφέλη. nubes. nubecula. Id dicitur apud Hippocratem quod in vrinis pendet, eodem modo quo nubes in aere. Galenus ἐναιώρημα appellat comment. 2. εἰς τὸ προγνωστικὸν, scribens νεφέλιον καὶ ἐναιώρημα idem esse, aut νεφέλιον speciem esse τοῦ ἐναιωρήματος. legitur enim apud Hippocr. duplex ἐναιώρημα, γονοειδὲς καὶ νεφελοειδὲς siue ὑπόστιλον : hoc est, genituræ, nubiq; simile : quorum illud crassius, candidius, compactius & rotundius est, hoc vero minus candidum, rarius magisque diffusum. Vt enim aer nubilosus dicitur non qui atris nubibus condensatus est & caliginosus, sed qui serenus puruſque nubes aliquot per eum sparsas habet : sic οὖρον νεφελοειδὲς, siue ἐναιώρημα ὑπόστιλον, appellare Hippocrates videtur, quod nec colore est albũ, nec etiam plane nigrum, sed horum medium, vt docet Gal. comm. 1. εἰς τὸ γ τῶν ἐπιδημιῶν. Cæterum id omne crudum esse & à flatuoso spiritu in altum efferri Galenus docuit. Quod perfecte concoctum, secretum, æquale, similareque est, id certe quoniam nihil flatus habet, in fundum vasis vrinarij descendit.

Νεφέλιον. nubecula. Est in nigro oculi exulceratio superficiaria ab humoris distillatione facta, caligine (ἀχλὺν dicunt) profundior, minor & candidior.

Νεφέλιος. quoque in vrina idem quod νεφέλη apud

» Aphrod. problem. lib. 2. νεφέλια insuper dicun-
» tur quæ in vnguium superficie nubecularum
» speciem repræsentant authore Polluce.

Νεφελοειδὲς ὑγρὸν. nubilosa vrina, hoc est, vrina quæ albam nubeculam continet, vt annotat. Galen. comment. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. vide νεφέλη. vide ὑγρὸν.

Νεφρίτις. sic proprio nomine dicitur è lumborum vertebris prima, sicut postrema ἀσφαλτῖτις.

Νεφρίτις. dici quidem potest omnis affectus quo οἱ νεφροὶ, id est, renes, laborant, siue is similaris sit, siue organicus, siue communis.

» Hippocr. quadruplicem renum morbum con-
» stituit quos omnes vox νεφρίτις complectitur: Et
» primus quidem est inflammati renis & calculo-
» losi; Alter venarum ruptarum in renibus cum
» nimis repletæ fuerint, aut vim expertæ violenti
» laboris, vnde nascitur vlcus ἔμμοτον, id est, quod
» pariter cutim contra se afficit, cum sanguis me-
» iendo exiuit; Tertius est renum, rubram prolu-
» uiem fundentium instar cuiusdam ichoris assa-
» tarum carnium bubularum: Quartus est renum
» dolor qui occupat lũbos & ilia, similiter ijs quæ
» parturiunt. Νεφρίτις autem proprie λιθίασις, id est,
» calculi morbus appellatur vt apud Gal. habetur
» initio libelli de renum affectus dignotione, quod
» & idem scribit comment. 3. in libr. 6. Epid. ne-
» que secus aphor. 11. lib. 6. νεφρίτις pro renum cal-
» culo accipi videtur, Galenus tamen hoc etiam
» extendit nomen ad eos quibus renes vel inflam-
» mati vel exulcerati sunt.

» Νεφριτικὴ φθίσις. vide φθίσις.

» Τὰ νεφριτικὰ. Renum affectus, nempe inflam-
» mationem, abcessus, vlcera, calculos, & obstru-
» ctiones significant aphor. 6. libr. 6. & aphor. 4.
» sect. 8. lib. 6. Epid.

Νεφριτικὰ φάρμακα. dicuntur antidoti & compositiones quæ renibus affectis conueniunt. Est autem earum duplex differẽtia generalissima: quædam enim calculosos renes iuuant, quędam vero inflammatos & vlceratos, quæ etiam ad vesicam similiter conueniunt. Habent autem contrarias inter se facultates: quæ enim inflammationibus & vlceribus conueniunt, mitigatoria esse oportet, coniuncta tamen diureticis: quæ vero calculosis medentur, vnicam facultatem sortiuntur, quæ secare & extergere potest cum manifesta caliditate. Sunt autem talia fere omnia amara.

» Qualia quædam à Paulo describuntur lib. 7. c.
» 11. scilicet oxymel, phusca, conditum aliud ex
» sanguine hircino, ex cicadis, ex lithospermo, ex
» marrubij semine, ex lapide Iudaïco, ex sylue-
» stris, maluæ semine, ex bellarijs.

Νεφροὶ. renes, sunt partes carnosæ, duræ, dẽsæ, concauæ, fibrarum expertes, vrinam à sanguine secernentes: hoc enim eorum munus est, humore seroso sanguinem repurgare. Qua ex re voluptatem potius quam alimentum capiunt: sanguinem enim ad sui nutritionem habent. Cæterum quo serum attrahant, duo vasa in singulos renes inseruntur, à vena caua vnum, & à subdita illi arteria alterum, maiora multo quam renum magnitudini conueniat: vulgo emulgentia vasa appellantur. Ipsum autem ijdem secernunt vase duro, crasso, ex ijsdem vasis conflato, in ipsam carnem vtrinq; diuiso, ramis primum binis deinde sextenis sæpius æqualibus, dimidio sui exteriore carni renum connatis, interiore liberis, tandem ad gibbæ renum partis medium coalescentibus. his vbi serũ secreuerint, ipsum denique expellunt in vesicam per vreteras numerose etiam in carnem renum diffissos, quos, vti & vasa, parte sua sima excipit. In omnibus prope ren dexter sinistro sublimior est. vterque membrana à peritonæo nascente inuoluitur, neruulumque gracilem recipit à ramis sextæ coniugationis qui costarum radicibus exporriguntur. Sunt autem renes praui succi, & concoctu difficiles: & resipiunt nescio quid vrinæ, vt testatur Galenus lib. 3. de alimentis.

Νεωτερώτης. ὁ ἐπὶ πολλοῦ χρόνου ἐσθιόμενος. apud Hippoc. περὶ διαίτης ὀξέων. hoc est, qui non à multo ante tempore comedit.

Νεφρομύκτηρ. vide supra νευρομύκτηρ. qui musculi lumborum esse dicuntur.

Νηδύια. τὰ ἔντερα, apud Hippocratem, id est, intestina.

Νηδύωδες δίψος. sitis intensa & vehemens, inexhausta, profunda, & velut alte insidens, & quasi penetralis, cui ἐπιπολαῖος δίψος opponitur, quanquam de illius vocis significato hærent interpretes. Potest enim à voce νηδὺς deduci quæ suauem significat, vel à νὴ priuante particula & δύω subeo quasi quam subire nequeas, & vnde vix satiari possis, vel à νὴ particula augente significationem vt sit sitis quæ penitus subierit hominem, vel à nomine νηδὺς quod ventrem significat, vt apud Homer. νήδυμος ὕπνος aut νήδυια quod est intestina: Quia tamen in vocibus obscuris eligere oportet eam significationem vt Galen. scribit, quæ est Hippocrati familiaris, à ventre deducere satius est, νηδὺς enim apud Hippocr. & ventrẽ inferiorem significat, & cauitatem omnem vt docet Erotian. vtque legere est in lib. de arte, & lib. de aere aq. & loc. & τὰ περὶ νηδύν, τὰ περὶ τὴν γαστέρα explicat Galen. comment. 4. in lib. de rat. victus in morb. acutis.

Νηδὺς venter. quo nomine intelligitur omne concauum in modum ventris conceptaculum: quo humor alendis partibus idoneus continetur. vt patet ex Hippocrate lib. de aere, loc. & aq.

Idem libr. de arte νηδὺν sumit non solum pro omni cauitate in corpore insigni, vt ventriculo, vtero, thorace, & similibus, sed pro qualibet alia exigua etiam sensui non manifesta, ita vt inter duas partes natura disiunctas & non continuas sit νηδὺς, id est, cauitas, quæ, inquit, dum valet homo spiritu plena est, cum vero ægrotat inest ἰχὼρ, sanies, sed & vterum significat, vt & Latinis aluus de vtero dicitur.

Νικηρίδες. dicuntur oliuæ muria conditæ apud Pollucem quod scilicet innatent, quæ alio nomine κολυμβάδες dicuntur, de quibus vide suis locis.

Νηπενθὲς. ἀδύνατον. hoc est, impotens est, apud Hippocr. vt annotat Gal. ἐπὶ γλώσσης.

Νηπενθὲς. herba quæ vino infusa tristitiam discutit, & malorum omnium obliuionem inducit. Eam buglossum esse quidam existimant, alij helenium, quorũ opinio probabilior videtur. Nec enim aliud esse putatur, quod Helena apud Homerum Odyss. δ' in vinum coniecit quam helenium, ipsius nomine donatum.

Quod & νηπενθὲς appellari scribit Dios. vnde νηπενθείτης οἶνος, vinum ex helenio paratum, vnde illud Plinij de helenio li. 21. c. 21. Attribuũt hilaritatis effectũ eidem potæ in vino, eumq; quem habuerit nepenthes illud prædicatũ ab Homero

» quo triſtitia omnis aboleatur: at nonnulli per
» νηπενθὲς illud, Helenæ iucundam narrationem
» intelligere malunt qua mœrorem diſcuſſit; vn-
» de & hoc dignum relatu eſt quod adnotatum
» reliquit Philoſtratus Antiphontem illum qui à
» perſuadendi potentia Neſtor cognominatus, eſt
» nepentheis auſcultationes promittere ſolitum,
» quandoquidem nullus eſt tam atrox infeſtuſ-
» que dolor, cuius vellicationes ciuili eloquentia
» non lenire modo, ſed excutere etiam poſſet, ex
» quo arbitror Plutarchum ſcribere ab Antiphō-
» te excogitatam τὴν ἀλυπίας πηχὺν, artem aly-
» piæ, quæ vox triſtitiæ carentiam ſignificat.

Νήπιος. infans, ſic dicitur fœtus ab eo tempore quo in vtero brachia cruraque fœtus diſtincta abſolutaque cernuntur, vſque ad pubertatem. Itaque non tantum quum editum eſt in lucem, νήπιον vocatur, ſed in ipſo etiam vtero poſt corporis abſolutionem, cum iam videlicet palpitare & moueri cœperit. dicitur etiam ab Hippocr. παιδίον.

» Gal. comment. 2. l. 3. epid. t. 7. & 7. appel-
» lant (inquit) νηπία pueros non ita pridem natos,
» & per metaphoram Hippocrates (inquit) vide-
» tur valde puſillos fœtus per abortum reiectos
» ſic appellaſſe, bimeſtres puta, aut trimeſtres:
» Zeuxis tamen νηπία appellari ab Hippocr. vole-
» bat vſque ad pubertatem, cum tamen (inquit
» Galen.) comment. 1. in lib. 6. Epid. à partu vſ-
» que ad 5. vel 6. annos plerique nunc ita appel-
» lare ſoleant.

Νήριον. nerium. Eſt frutex vulgaris notitiæ, quem Dioſcorides ῥοδόδενδρον & ῥοδοδάφνην ſcribit vocari. vide ῥοδόδενδρον. Sic etiam à quibuſdam dictum eſſe τὸ δαφνίδιον Dioſcorides author eſt.

Νῆστις. ieiunum inteſtinum. Eſt inteſtinum ordine à ventriculo ſecundum, illic incipiens vbi primum, quod ἴκφυσις appellatur, in anfractus giroſque conuolui cœperit. Sic dictum eſt quod ſemper inane ſit, nec minimum quidem cibi in ſe contineat. Id primum quidem omnium (quidam enim ἴκφυσιν inter inteſtina non enumerant) chylum à ventriculo prodeuntem excipit, ex eoque primum hepar adhuc vacuum ſurſum alimentum attrahit, vaſorum multorum orificijs in ſimam eius partem inſertis. Itaque tum propter eorum multitudinem, tum propter hepatis viciniam, plurima & ſubita fit ex ieiuno diſtributio, nec diu chylus in eo morari poteſt, maxime chylo adhuc liquido facile effluente, & ieiuno etiam vehementius quam reliqua inteſtina eum propellente, quod ad ipſum bilis ſyncerior & acrior ab ecphyſi confluat: his enim de cauſis fit vt ieiunum chylo vacuum ſemper reperiatur. verum non vt eius principium certum eſt (incipit enim vbi ἴκφυσις deſinit) ſic & finis circumſcribi deſignarique poteſt. Eſt enim cum eo quod illi ſuccedit (λεπτὸν δ' εἰλεὸν appellant) tam ſimile ſubſtantia & gyris, vt ab eo diſtingui non poſſit, à quo videtur tantum differre quod ieiunum vaſis pluribus ſcateat, & inane ſit. Vbi enim & ratiora iam vaſa cernuntur, & chylus minus diffluens factuſque craſſior conſiſtere incipit, illic tertij inteſtini initium ſtatui debet.

Νικάδιον. eſt genus collyrij nardini ex lacte præparati ad multa oculorum vitia perutilis. Eius deſcriptio habetur apud Aetium lib. 7. cap. vltimo.

Νικολάου φάρμακον. nomen eſt compoſiti medicamenti glutinatorij quo Paulus vtitur lib. 4. c. 37. ad conglutinanda vlcera.

Νίλου κολλύριον. eſt collyrium diatodon quod ad Nilum authorem refertur, omnium quæ vnquam compoſita ſunt optimum & celeberrimum. Cæterum varijs modis ab authoribus deſcribitur: id enim aliter Celſus, aliter Galenus, apud quem geminum eſt, aliter Aetius, aliter Paulus deſcribunt: ſed in materia fere omnes conſentiunt, præter vnum Paulum qui nardum non habet, quam tamen omiſſam eſſe puto non Pauli iudicio ſed libratiorum negligentia.

Apud Galen. & Paul. eſt Νιλου per dyp- α
thongum. α

Νῖρις. vel, vt quidam codices habent, νῆρις. dicitur à quibuſdam montana nardus, vt author eſt Dioſcorides, quam & alio nomine σύλακίτιν ſcribit appellari. vide νάρδος.

Νίτρον. nitrum. Eſt ſuccus concretus ſali finitimus. Perinde atque ſal aut naſcitur, aut conficitur. Nitrum quod naſcitur, vel reperitur in terra vel extra terram. Quod in terra reperitur, aut cæditur aliorum foſſilium modo, eſtque durum & ſpiſſum & lapidi ſimilius: aut in ſpeluncis colligitur, ex quorum cameris vel pendens ſtiriarum inſtar concreuit, vel excidens liquidum adhuc in terram defertur. Id vero eſt molle, laxum, candidius & ſimilius ſpumæ. Vtrunque, hoc eſt, tam id quod effoditur quam quod in ſpeluncis colligitur, vocatur à Græcis ἀφρόνιτρον, cum tamen molle modo ac ſpumæ ſimilius ſub hac voce ſubijci recte poſſit, durum ac ſpiſſum non poſſit: ſed ipſi vnum ab altero non nominibus, ſed ſola bonitate & prauitate diſtinguunt. Quod vero extra terram reperitur, vel in conuallibus & campis, vel in lacu colligitur, atque ſua ſponte ex terra effloreſcit, ἀλμύρημα Græci appellant. Nitrum autem quod conficitur, varij generis eſt. Vnum fit in Ægypto ex Nili aquis, quæ nitroſæ ſunt, in nitrarias infuſis, in quibus quod leuiſſimum tenuiſſimumque eſt, ſpuma ſiue flos nitri appellatur, ſed frequentius ſpuma, quam Græci diuiſis vocabulis nominant ἀφρὸν νίτρου, vt diſtinguant à foſſili, ſpumæ etiam ſimili, quod compoſita voce ἀφρόνιτρον dicitur. Dioſcorides tamen tum aphronitrum tum ſpumam nitri ἀφρὸν νίτρου vocat, atque bonitate alterum ab altero diſcernit: primas enim tribuit Lydio, quod ſcilicet in Philadelphia Lydiæ effoditur & vere ἀφρόνιτρον dicitur, ſecundas Ægyptio, hoc eſt confecto in Ægypto, quod vere ἀφρὸς νίτρου dici debet. Alterum nitrum etiam hodie ex nitro foſſili factitium eſt, quod Georg. Agric. chryſocollam, & Arabico nomine boracem eſſe exiſtimat. Tertium fit ex quercu cremata aut robore. Non eſt autem nitrum vnius coloris, nec perſpicuitatis nec ſaporis, nullumque omnino odoratum eſt, niſi calce inſperſa adulteratum ſit. Calidum eſt, deſiccat atque digerit, & ſi intro ſumatur, ſecat & extenuat craſſos lentoſque humores potentius multo quam ſal, ſed multo quam ἀφρόνιτρον imbecillius. Eſt enim ſalis & aphronitri medium. Si vero vratur, propius ad aphronitrum accedit.

Νίτρον Βερενίκιον. nitrum optimum & maxime molle ac tenuium partium, Galenus Berenicium & Berenicarium appellatum eſſe tradit (non autem, vt vertit Linacer lib. 6. ſanit. tuendæ, Bernicarium) ab oppido Troglodytarum Berenice, vt opinor, appellatione ducta. Vnde quondã

in Ægyptum a Iuectum Plinium Ægyptium vocare existimo, & Galenum ὁ τῷ περὶ ἐμπειρίων, Alexandrinum. Itaque multum errat Pandectarum author, qui nitrum Berenicium vernicem exponit, sic dictum, vt putat, quasi Bernicem. Vicinitate literarum deceptus est. Neque enim vernix vulgo dicta nitrum est, sed longe alterius generis.

Νομὴ. nome etiam à Plinio dicitur. Est vlcus putredinosum, quod vicinas partes serpendo depascitur. Putredinem autem acquirit vel diuturnitate temporis, quo omnia, quanquam initio ἐυήθη sint, tandem κακοήθη tedduntur, vel statim à principio, vt quod à venenatis animalibus factum est. Progressu quidem temporis & aphthæ & dysenteriæ in nomas transeunt, vt scripsit Galenus ὁ τοῖς κατὰ τόπους. Sunt autem omnia eiusmodi vlcera ægre sanabilia, & vehementissimis prorsus medicamentis opus habent, adeo vt citra vstionem curari non possint. Dicitur affectus hic ἀπὸ τῆς νέμεσθαι, quod pascere significat, propterea quod pergere pascēdo id vitium ab ægris particulis ad eas quæ integræ sunt, soleat, atque harum semper aliquid ægri adijcere, ita vt non solum à substantia indicatæ rei, sed ab accessorio appellationem Græci indiderint.

Νομικὴ ἐπίδεσις, legitima deligatio dicitur Hippo-
» crati lib. de artic.

Νόμος. lex. Quemadmodum in ciuitatibus leges sunt quæ quod agendum est præcipiunt, & vetant quod agi non debet: sic & in medicina νόμοι dicuntur præcepta, quæ certo & sine vlla coniectura aut ambiguitate aliquid esse agendum aut non agendum docent. Eo vocabulo Hippocrates & initio lib. περὶ γονῆς & ὁ τῷ περὶ ἁλμῶν & ὁ τῷ κατ' ἰητρεῖον vsus est, vt Galenus annotauit. Inde apud Hippocratem νομίζεται dicitur ἀντὶ τοῦ εἴθισται, vt Galenus comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων annotauit. Et κατὰ νόμον fieri aliquid, quod est κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενόν τε καὶ δοξαζόμενον, distinctum ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν, quod est κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, vt scripsit Gal. comm. in lib. de nat. hum.

» Νοσίζων αἴτιον. apud Gal. dicitur causa morbi.

Νοσηματώδες σῶμα. dicitur corpus ægrotationi ob-
» noxium & morbosum, hoc est σύνηθες, quod
» etiam νοσηματικὸν dicitur; Νοσηματῶδες etiam
» dicitur accidens quod ab ægrotatione manat vt
» ex Aristotele Budæus notauit, & Νοσηματώδης
» ἕξις apud Aristot. quod Polluci dicitur ἐπινόσους ἕξις.

Νόσος, νοῦσος, νόσημα, καὶ νόσυμα. Morbus. Est affectus præter naturam, actionem per se lædens. Sed quid sit affectus, ante dictum est in dictione διάθεσις. Præter naturam vel contra naturam dicere, nihil prorsus refert: vtrumque vno verbo παρὰ φύσιν Græci dicunt. Nam & fœdus ictericorum color, & lentigo, & alius quiuis etiam leuissimus affectus contra naturam est, nec tamen morbus dicitur, si propter sui exiguitatem non lædat actionem. Siquidem in omni morbo necesse est actionem lædi corporis aut alicuius partis, eamque læsionem tum sensibilem esse, tum per se, primo & proxime à morbo fieri, vt eo discrimine morbus à causa sua, suisque symptomatis distinguatur. Ac quoniam morbus omnis ei parti insidet cuius actionem primo & per se lædit, consentaneum est primas morborum differentias ex partium differentijs constitui. Itaque cum duplices sint, similares atque organicæ, duo pariter erunt summa morborum genera, intemperies & incommoderatio, quorum illud partis similaris, hoc autem organicæ proprium est. Nam intemperies naturale partis similaris temperamētum (per quod omnis actio inculpata editur) dissoluit: incommoderatio vero instrumenti symmetriam peruertit, sine qua actio fieri non potest, vel per quam melius fit aut conseruatur. His duobus tertium etiam genus additur vnitatis solutio, vtrique parti commune, quod ambas ad actionem vel vsum inter se coniungi & cohærere oporteat. Habent autem singula proprias differentias, non iam ex partium diuersitate, sed ex ipsa morborum substātia depromptas. Siquidem intemperies, quam partis similaris morbum esse diximus, alia simplex, alia composita est: & vtriusque earum alia æqualis, alia inæqualis. Simplex sola primarum quatuor qualitatum est, eaque quadruplex, calida, vt febris, ambustio ab igne vel sole, calor immodicus à motu nimio, vel alia causa calfaciente: frigida, vt congelatio totius, vel partis à frigore vehementi, tanta sæpe vt pars demortua cadat, vel si in toto corpore est, homo moriatur, & qualis in apoplexia, epilepsia, tremore & spasmo esse consueuit: humida, vt in quibus partibus laxitas & mollities visu & tactu perceptibilis est, nulla foris affluente substātia: sicca, perinde ac si pars falsa esset, vt marasmus totius vel partis, vt ossium velut in fabulum resolutorum. Composita vero duplex est: aut enim sola primarum quatuor qualitatum est, aut adiunctum habet materiæ affluxum. Illa calida humida, calida sicca, frigida humida, vel frigida sicca est, & difficulter admodum, vt & quatuor simplices, nisi magna sit, à medicis noscitur. Hæc vero, quæ similiter quadruplex est, neminem potest latere, quia tumorem præter naturam adiunctum habet, quadruplicis materiæ influxu differentem. Sunt autem eius differentiæ, phlegmone, erysipelas, œdema, scirrhus, aliquando simplices, aliquando vero inuicem inæqualiter mixti, sed nomen à vincenti humore sumentes, ad quas etiam reducuntur strumæ, phymata, phygethia, lepra, psora, vitiligo, elephantia, & alia eiusmodi morborum genera: quæ quamuis similarium partium sint propria, per accidens tamen ad organicas referuntur, non ea modo, sed alij etiam similarium partium simplices morbi, si vnam instrumenti particulam infestarint. Vt ophthalmia tunicæ cohærētis phlegmone, eiusdem morbus proprie est: totius autem oculi, per accidens. & erosio ceratoidis tanta vt per eam excidat rhagoides, & ob id distorqueatur pupilla. Hi namque tres affectus oculi sunt pathemata, licet erosio ceratoidi, prolapsus rhagoidi, contortio pupillæ sit propria. Tales quidem sunt intemperiei differentiæ, à propria eius substantia sumptæ. Quæ & rursus suas peculiares sortitæ sunt differentias partim à causis suis, partim à symptomatis, partim ab alijs morborum adiunctis petitas. Siquidem variæ causæ varias gignūt morborum ex intemperie species, certoque constat plærosque morbos sola causarum varietate differre, sicut & multos solis symptomatis esse diuersos. Ab adiunctis similiter discrimen est. Sic autem voco breuitatem,

longitudinem, celeritatem, tarditatem, periculum, ſecuritatem, adhæc morborum mores & & partium in quibus ij conſiſtunt, differentias. Hinc morborum alij ἀπογράφεις, παύσιμοι, ἐνδύσιμοι, ἐπιδύσιμοι, λειμαώδεις, & ſi qui ſunt alij: quos in dictione ἐπιδύσιμοι tabula ante oculos propoſuimus & explicauimus. Habet etiam ſuas differentias incommoderatio, quam organicæ partis morbum eſſe diximus, eaſque quadruplices. Vna conformationis, altera magnitudinis, tertia numeri, quarta ſitus vitium eſt, quarum etiam ſingulæ in alias diuiduntur. Nam conformationis vitium in figura, in cauitate & meatu, in aſperitate atquæ læuitate poteſt eſſe. In figura quidem, vt in ſimis à natura, ictu, caſu, in varis, vacijs, plancis in fractura male curata, in luxatione, in callo eminentiore innato articulis, & in reliquarum partium vitioſa figura. In cauitate vero & meatu, ſi debita multitudo aut magnitudo non ſeruatur: id quod contingit ſi meatus vel nimium patent, vel coaleſcunt, vel conſtipantur ab ijs quæ intus condita ſunt, vel obſtruuntur ab humoribus multis, craſſis, lentis, vel comprimuntur à vicina parte humore vel flatu tumida, vel reſident & contrahuntur, eſſentia ipſorum quibus ij inſunt, ſiccata atque indurata. In aſperitate autem & læuitate, quum ea quæ ſuapte natura aſpera eſſe debent, læuitatem, contra quæ læuia aſperitatem alicũde contraxerunt. Magnitudo autem organi vitioſa eſt, vel quod nimis aucta ſit, vt in lingua magna, illæſa linguæ eſſentia, in carne vlceribus ſupercreſcente, & corpore toto: vel quibuſdam partibus, vt mammis, teſtibus, abdomine, pedibus adeo auctis vt actionem lædant (aliter enim morbus non eſſet, ſed vel ſymptoma vel pathema tantum, vt dolor) verum nimia hæc magnitudo raro accidit poſt natiuitatem, particula ſuam figuram ſeruante. Vel vitiatur magnitudo, quod minor ſit quam conueniat, vt in atrophia partis alicuius vel totius, id quod ſæpe accidit poſt natiuitatem. Numeri vero morbus tum in exuperantia, tum in defectu conſiſtit. Exuperantia vel eſt rei naturalis, vt ſexti digiti, & tertii teſticuli: vel eſt rei toto genere præter naturam, vel abſceſſuum & eorum quæ in abceſſibus continentur, lumbricorum, calculi, grandinis & ſuffuſionis in oculo, calli, verrucæ & aliorum eiuſmodi, ex quibus quæ actionem primo impediunt, vt ſuffuſio, ſunt morbi: quæ vero non primo, ſunt morbi cauſæ. Defectus autem ſolius rei naturalis eſt, ſiue ea ex toto, ſiue ex parte pericrit: ex parte quidem, vt in partibus ex dimidio ſectis, mutilatis, non formatis: ex toto autem, vt in ijs quę radicitus perierunt oſſibus, digitis, membris, glandulis, gurgulione & cæteris partibus truncatis, exectis, putrefactis, aut non formatis. Ex quibus quæ actionem primo lædunt, ſunt morbi: quæ vero partem actionis opificem refrigerant, vel ei non ſatis alimenti tranſmittunt, aut aliter afficiunt, ſunt morbi cauſæ. Quædam autem & morbus ſunt, & morbi cauſa, vt gurgulio exectus. Nam vocem lædit & thoracem refrigerat, in quibus morbum ad partem relictam, non ad deficientem referre oportet. Eſt etiam ſitus ſiue compoſitionis morbus duplex, quorum vnus in ſitu partium præter naturam conſiſtit, ſicut apparet, in omnibus herniarum ſpeciebus & in articulorũ luxatione: alter vero in connexu partium pręter naturam, quando vicinæ partes inter ſe non bene conſentiunt, vt in vinculo linguæ & pudendi contingit, & in articulorum ligamentis laxis, intentis, ruptis, breuioribus, longioribus, & præter hæc in coaleſcentia labiorum, digitorum, palpebrarum, ſedis vel pudendi muliebris, ſiue ab ortu, ſiue ab vlcere. Hæ quidem ſunt differentię ſummæ morbi partis organicæ, eæque ſimplices. Coeunt autem aliquãdo atque complicantur morbi ſimplices, vel ſecum, vt ſuffuſio cum pterygio in oculo, magnitudo nimia & aſperitas in lingua: vel cum alijs ſimilarium partium morbis, vt luxatio cum phlegmone, quarum illa primo inſtrumenti, hæc ſimilarium inſtrumenti partium morbus eſt primo: inſtrumenti autem non primo nec proprie, ſed per accidens, quemadmodum ſupra dictum eſt. Cęterum in his proprijs organicarum partium differentijs id perpetuo tenendum eſt, prima inſtrumenta, vt muſculum, venam, arteriam, ex partibus ſimilaribus, ſecunda vero, vt digitum, ex primis, tertia autem, vt manum, thoracem, pedem, ex ſecundis, rectam vel vitiatam compoſitionem ſortiri, & ex his quod ſana ſint vel ægra, obtinere. Reſtat iam tertium morbi genus, vtrique parti commune, id eſt vnitatis partium, quæ inter ſe cohærere debent ad actionem vel vſum, ſolutio. quæ duplex etiam ponitur, vna ſimplex, altera compoſita. Simplex in carne quidem ῥοῦμα, ἕλκος, ῥῆγμα, θλάσμα ſiue θλάσις, ἔμθλασις: in oſſe vero ῥωγμὴ, ῥῆξις, ἔσκοπη, διακοπὴ, ἔδρα: & in molli oſſe capitis θλάσμα, κάταγμα, πέρδιξ: in neruo autem σπασμὸς. Compoſita vero, cum duo morbi ad ſolutam continuitatem pertinentes ſecum coniunguntur, vt fractura cum vlcere, vlcus cum ſpaſmo: vel cum morbus ſolutæ continuitatis cum alio morbo partium ſimilarium vel organicarum complicatur, vt vlcus cum aliqua intemperie aut cum phlegmone aut eryſipelate, aut alicuius partis ſphacelo, aut amputatione, aut peruerſione.

Νόσος συμπτωτος. vide συμπτωτος νόσος.

Νοσώδες. morboſum. Pluribus modis dicitur apud Galenum initio artis paruæ. Dicitur enim vt corpus, vt cauſa, vt ſignum. Nam corpora quæ morbos continent, cauſæ quę hos tum efficiunt tum fouent, & ſigna quæ ipſos indicant, νοσώδη Græcis, nobis morboſa dicuntur. Ac corpus quidem morboſum dicitur multis modis. ſimpliciter quidem, quod ex ortu partibus ſimplicibus intemperatum, vel inſtrumentis male cõpactum, vel vtrumque eſt. vbi enim tanta eſt exuperantia ab ipſo ortu contracta, vt actiones omnino imperfecte edantur, corpus ſimpliciter morboſum dicitur. In præſentia vero, ſiue nũc, corpus morboſum dicitur, quod eo tempore quo tale dicitur, ægrotat. Certum eſt autem, id. quo tempore morboſum dicitur, aut partibus ſimplicibus intemperatum, aut inſtrumentis male compoſitum, aut vtrumque eſſe. Morboſum vero ſemper eſt, quod ab ipſo ortu, aut ſimplicibus primiſque partibus, vel omnibus vel quibuſdam vel principibus, vel omnibus vel quibuſdam vel principibus intemperatiſſimum eſt, aut inſtrumentis peſſime compoſitum, ijſque ſimiliter vel omnibus, vel quibuſdam, vel præcipuis. Magna autem ex parte morboſum corpus eſt, quod ab huius quidem vitio recedit,

nondum tamen medio constitutum est. Signa vero morbosa sunt quæ morbum præsentem significant, præteritum in memoriam reuocant, & futurum prædicunt. Causæ vero dicuntur, quæcunque has affectiones adaugent, aer, cibus & potus, motus & quies, somnus, vigilia, excreta, retenta, affectus animi.

Νοσοκόμον. interpretatur D. Hieronymus languentium villam; & νοσοκόμοι qui illius præfecturam gerunt, & νοσοκομία ægrotorum curatio.

Νότος. dicitur à quibusdam σῦκυς ἄγριος siue cucumis anguinus, vt habetur apud Dioscoridem.

Νοτώδης πυρετός. humida febris. Est differentia febris apud Hippocr. lib. 6. epidemiῶν, sumpta à subiecto in quo calor febrilis accenditur. Id autem est humor, cuius quoniam variæ habentur in corpore differẽtiæ, ideo earum alias ἐξηρύθροις, alias ἐξωχρους, alias πολιὰς appellauit. Has febres practici humorales vocant.

Sed est aliud genus febris quæ dicitur ὑγρὸς, de qua vide in dictione ὑγρὸς πυρετός.

Νότος. auster. ventus est meridie flans. Hic fere semper calidus est, nisi forte, quod rarum est, ineûte vere frigidus sit, vt scribit Galenus comment. 1. εἰς τὸ ἀπ' ἐπιδημιῶν, sed nunquam valde frigidus est. Magna etiam ex parte humidus est, & pluuias, vt scribit Hippocrat. continentes leuesque inducit. Talis autem si flarit diutius, caliginem in nobis inducit, dissoluit corpora, fundit humores, putredinem excitat & multorum morborum author est: veruntamen non semper humidus est: videtur enim, vt scribit Galenus comment. 3. εἰς τὸ γ' ἀπ' ἐπιδημιῶν, aliquando siccus esse, quem λευκόνοτον vulgus, Latini Caurum appellant. Homerus ἀργεστὴν νότον eam ob causam vocauit, quasi purum & cãdidum austrum, quod imbribus careat. Id quod etiam indicauit Hippocrates libro 1. ἀπ' ἐπιδημιῶν, describens statum qui totus austrinus & squalidus fuit. Est autem is auster nonnunquam vehemens, nec latere potest dum spirat. Alius vero lenis est, cuius motum, vt ait Galenus, in aere & nubibus non sentias. Calidus autem semper est, cum Caurus interim frigidus sentiatur.

Quoniam autem calida & humida est austri temperatura, ideo merito Hippocr. aphor. 5. l. 3. νότες appellat βαρηκόους, ἀχλυώδεις, καρηβαρικὰς, νωθρὰς, διαλυτικὰς, vt fusius exponit in comment. Galenus: hunc vero ventum qui ab omnibus medicinæ authoribus calidus esse perhibetur, esse suapte natura frigidum contra receptam vulgo opinionem docet Valleriola enarrat. 1. lib. 5.

Νύμφαρος, vel νύφαιον. appellatur Nymphæa quam in hodiernum diem officinæ vnius syllabæ adiectione Nenupharum nuncupant: vox Græca apud Nicolaum reperitur.

Νωχελὴς. videtur significare apud Hippoc. secundas morantes aut tardantes.

Νύσσα. punctio. Est solutio continuitatis in carne, incidente aliquo acuto & tenui facta. dicitur & νύξις.

Dicuntur & τὰ νύσσατα in oculis puncturæ quales à stylo aut aliqua re consimili fiunt apud Aet. tetrab. 2. serm. 3. c. 21.

Νυσσαπικὸν ἔμπλαστρος. emplastrum sic vocatur quia est puncturis accommodatum, vnum ex emplastris quæ vocauit Andromachus φαιὰ id est fusca, describitur à Gal. 6. κ' χρόν c. 10.

Νυσσατώδης ὀδύνη. punctorius dolor. vide ὀδύνη.

Νυκταλωπίασις. est τῶν νυκταλώπων affectio, eorum scilicet qui per diem clare vident, sed appropinquante nocte deterius cernunt Oribas. lib. 4. ad Eunap. cap. 17. quod ἀρχὴ τῶν νυκταλωπιῶντας inscribitur, vide in sequentibus Νυκτάλωψ.

Νυκτάλωψ. luscioſus dicitur is Plinio authore lib. 28. c. 11. qui interdiu quidem videt, sed noctu vesperiue nihil, vel qui vt inquit Actuar. 2. meth. cap. 7. sole occiduo hebetius videt, noctu vero nihil. quod & docent Paul. c. 22. l. 3. & Aet. tetrab. 2. serm. 3. c. 46. at prorrhet. 2. Hippocrati νυκτάλωπες contra dicuntur qui noctu melius cernunt, interdiu vero deterius, & si Luna sileat nihil cernunt, qua notione etiam νυκτάλωπες Actio dicuntur quod tamen rarum esse idem testatur Aetius, illud vero frequens & maxime vsitatum; accidit vero hoc vitium (vt scribit Aet.) propter aliquam capitis imbecillitatem, & maxime visui spiritus crassitudinem; itemque reliquorum oculi humorum ac tunicarum, quod & in imbecillitatem oculorum refert Cels. lib. 6. c. 6. Cæterum νυκτάλωψ vitij quoque & affectionis nomen est, vt videre est apud Paul. c. 22. l. 3. & authorem definitionum medicarum, quod & νυκταλωπία & νυκταλωπίασις dicitur vt supra dictum à nobis: est autem vox hęc deducta quasi ὁ ἀπ' νυκτὸς ἀλαὸς, hoc est noctu cæcus, λάειν enim videre significat, huius originis author Gal. ἐν γλώσσαις: verum & aliam vocis huius originem habere videtur comment. 7. libr. 6. epid. qui nuper in lucem exijt sub Galeni nomine, quasi νυκτάλωψ ab ἀλώπηξ quod vulpẽ sonat, traxerit originem, illa siquidẽ simili affectu detinetur, diurno enim tẽpore propter spiritus tenuitatem videre non posse docent, quod ille à radijs solis fundatur ac discutiatur, noctu vero cernit quia spiritus factus fuit dẽsior, quod autẽ vulpibus per diem contingit, id illis qui νυκτάλωπες sunt de nocte euenit, vt de die quidem videant, noctu vero nihil. vide μύωψ.

Νυκτερινὸς πυρετός. nocturna febris. Est febris quotidiana noctu accedens. Cum enim, inquit Galenus, duę sint quotidianæ febris differẽtiæ, vna nocturnæ, altera diurnæ, illam νυκτερινὸν Hippocrates vocauit lib. 3. epid. sect. 3.

Febris quæ sequitur suppurationes ex earum genere est, est enim interdiu leuior noctu increscit vt ait Hippocr. l. 2. prognost. & Gal. aphor. 42. lib. 1. quod & omnibus accidere solet qui hectica febre prehensi sunt, ait Galen. in comment. eiusdem quoque generis est quæ sequitur vlcera pulmonum seu tabem vt scripsit Galen. aphor. 12. lib. 1.

Νυκτερὶς, ἡ αἰγαλλὶς, vt habetur apud Dioscor. Eam Aetius ad caligines oculorum commendauit, videturque multis αὐτὴ ἡ αἰγαλλὶς accepisse.

Νυμφαία. herba est in paludibus & stagnantibus aquis nascens, folijs fabæ Ægyptiæ minoribus & longioribus, alijs in summa aqua, alijs demersis, pluribus ex radice eadem prodeuntibus: flore lilio simili, albo, & in medio crocos habente: cum defloruerit, vt rotundum malum, aut papaueris caput extuberat, nigro semine, denso, lato, lenti gustus. Caulis est lævis, niger, minime crassus, cichorio cognatus. radix nigra, scabra,

clauæ ſimilis, quæ autumno ſecatur. Nymphææ nomen habuit, quoniam aquas amet. Eſt & altera nymphæa, cuius flos βλίτῳ dicitur, foliis ante dictæ, radice alba, ſcabra, flore luteo, nitente, roſæ ſimili. Nymphæa vim habet ſine roſione ſiccandi, ventrem reprimit, & genituram abſumit. Quæ radicem albam habet, valentior eſt: quæ vero nigram, deterſoria quoque vi & exterente pollet.

Notandum radici atque ſemini ineſſe vires refrigerandi ſimul atque exſiccandi, eaſque omnino quas Dioſcor. lib. 3. cap. 148. recenſet: flos vero ipſaque folia humectandi refrigerandique vim habent, quod præter experientiam Arabum familia teſtatur.

Νύμφη. nympha. Eſt epiphyſis cutacea, lata intra pudendum muliebre, ſupra alarum commiſſuram ad vrinarium meatum ſita. Gemina autem eſt, vtrinque ſcilicet vna. Data eſt à natura, tum ornamenti cauſa (nam quod peni virili præputium eſt, id νύμφη vtero eſt) tum etiam vt vterum à puluere, frigore & alijs externis iniurijs tueatur. Vt enim vua pharyngi propugnaculum eſt, ſic νύμφη vtero. Siquidem illa operit colli vteri orificium, cui pro munimento data eſt. Verum aliquando naturæ modum excedit, & ad tantam magnitudinem excreſcit, vt deformitatem atque pudorem inducat, extra vterum propendens. Tunc ferro reſecari debet, quemadmodum Aetius lib. vltimo prodidit.

Quarum etiam Chirurgiam tradit Paul. Ægin. lib. 6. eas olim Ægyptij nupturis virginibus antequam prominerent reſecare ſolebant vt docet Galen. in Iſagoge, quod adhuc apud Abderitas, ſeu presbyteri Ioannis gentem ex lege Hebræorum obſeruatur, vt narrant Paul. Iouius lib. 3. ſuæ hiſtoriæ & Bellon. obſeruat. libr. 3. cap. 28. Cæterum appellatur νύμφη etiam μύρτος, ab aliquibus κατοχμὶς, ab alijs κλειτορὶς inquit Ruffus.

Νύμφη. etiam vocatur cauitas inferioris labri, vt exponunt Pollux lib. 2. & Ruffus, quod clarius Heſych. explicat, cum eſſe dicit τὸ μεταξὺ τῆ ῥινὸς, καὶ τῦ κάτω χείλους τὸ μέσον κοῖλον.

Νύμφαι. dicuntur etiam τῶ ῥοδῶν αἱ μεμυκυῖαι κάλυκες, Calyces roſarum paululum ſe aperientes Heſychio & Suidæ; Sed & πάντων τῶν κεφαλῶν αἱ ἐκφύσεις appellantur νύμφαι ſi Suidæ credimus.

Νυμφιᾶν. affectionem quandam equorum inquit eſſe Ariſtoteles 8. de hiſtor. animal. cap. 24. Lymphari Gaza interpretatus eſt, qua affectione detenti equi ad tibiæ ſonum quieſcunt & demittunt frontem, cum vero conſcenderis citantur vehementius, donec retineas.

Νυμφοδότου πρόσταγμα. paſtilli ſpecies authore Nymphodoto, adſtringendi vi præditi: cuius duæ habentur compoſitiones, vna apud Paulum lib. 7. cap. 12. altera apud Aetium lib. 9. cap. 49. de ijs quæ inferne dyſentericis infunduntur.

Νυμφόληπτοι. quaſi nympharum ſpiritu correpti, Latini lymphatos vocant, Plinius fatuos & animos vocat lymphantes l. 27. c. 12. atq; lymphationes; Lymphati vero & lymphatici pro furore perculſis veſanis & bacchabundis accipiuntur, vnde Virgil. Lymphatam vocat Reginam pro mente commotam: ſed & Lympha aqua dicitur, ita Serenus Poeta cinerem confundito Lymphis, & inde vinum Lymphatum, aqua dilutum, & morbus Lymphaticus id eſt aquoſus, qui aqua intercus etiam & hydrops dicitur: Lymphaticus error eidem dicitur pro hydrope & aqua intercute. Beroaldus vero haud probat vinum lymphatum dici pro aqua diluto, ſed lymphatos ſolum dici autumat laruatos & inſanientes, alij etiam ὑδεροφόβους ea voce ſignificari aiunt.

Νυμφοτομία. exciſio carunculæ exiſtentis in ſinu pudendi muliebris apud Paul. lib. 6. cap. 60.

Νύξις. punctio. Eſt ſolutio continuitatis in carne, incidente aliquo acuto & tenui facta. dicitur & νύσσμα.

Νυσταλμὸς. ſomnus interruptus, quem ſic Græci nominarũt propter nutationem, Latini à ſomniculorum illorum frequentia dormitationem dixerunt.

Νυσακτικῶς. eorum more qui nutante capite dormiunt, vel quorum oculi ſomno conniuent vt exponit Gal. ἐν γλώσσαις.

Νωθρῶς. ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ λεπτῶς: hoc eſt, longo tempore & tenuiter: apud Hippoc. aphor. 7. l. 2. ſicut Gal. interpretatur. Alias νωθρὸς, vt νωθὴς, eſt Tardus, Imbecillus.

Νωθρότης. veternus, ignauia, ſegnities, exolutio totius corporis cum infirmitate facultatis animalis, quam ait Galen. eſſe commune ſymptoma eorum omnium qui moriuntur propter diſſipationem ſpirituum & extinctionem virtutis, quæ & exolutio in ijs cernitur qui ſubinde delabuntur ad pedes, quam ἔκρυσιν καὶ πάρεσιν Græci vocant; vt autem ἔκλυσις ad principatum cordis proprie & vere pertinet; ita νωθρότης ad cerebri principatum, vtriuſque tamen eadem ratio eſt ac cauſa formalis, nempe διάλυσις. Quemadmodum Gal. annotauit in illo, νεύρων ἁρπάτια καὶ ταρκνωσις γόμμης, neruorum imbecillitas & ſegnities mentis.

Νωτιαῖος καταῤῥοὺς. fluxio dorſalis, morbus aliquando ab Hippocrate annotatus, vnde tabes. quid autem his vocibus Hippocrates innuat in Coacis non ſatis conſtat, dum ante pubertatem hunc non fieri morbum tradit, Hollerius intelligi exiſtimat defluxionem illam quæ è cerebro in ſpinam fit, vt velut formicarum motio ſentiatur, cuius memit 2. de morbis in tabe dorſali quæ familiaris eſt recens ſponſis, & effreni venere vtentibus.

Νωτίας ſiue νωτιαῖος φθίσις. vide φθίσις.

Νῶτον ἡ

Νῶτος. dorſum. Pars eſt poſterior corporis. Ea late patet Ariſtoteli lib. 1. de hiſtor. animal. Eius enim partes facit ſcapulas, ſpinam & lumbos. Itaque eo authore, quem poſtea permulti ſequuti ſunt νῶτος dicitur pars tota poſterior ab occipite vſque ad extremum coccygem, triginta quatuor vertebris compacta. Cui ſententiæ etiam fauet Latinum dorſi nomen, quod ſecundum Probum ſignificat totam poſteriorem corporis partem, eo quod deuexa ſit deorſum, vt inquit Feſtus: tota namque ea pars decliuis inflexaque eſt, & ab anatomicis carinæ nauis comparata: eſt enim veluti ſtatumen

quoddam in quo coſtæ, velut in carina trabes, connectuntur, totumque corpus ſtabilitur. Sic dorſi quinque partes erunt, collum, thorax, lumbi, os ſacrum & coccyx. Alij vero multo arctius dorſum definiunt, dicentes eſſe partem ceruici ſubiectam, & duodecim vt plurimum comprehenſam vertebris. Hi νῶτον appellant, quod illi thoracem. Sed reuera thorax non poſteriorem modo partem, verum anteriorem etiam deſignat, ſic vt νῶτον ea ſecunda ſignificatione pars ſit thoracis poſterior. Itaque his authoribus, vbi ceruicis vertebræ deſinunt, dorſum illic incipit. Collum autem à dorſo non hominum ſola inſtitutio, verum ipſa etiam natura diſcreuit. Ea namque cum ſpinas vertebrarum ceruicis veluti bicornes produxerit, poſtea in dorſo ſimplices effecit. Non eſt autem in omnibus certus vertebrarum numerus, quod aliquando vna vel deſit vel numero excedat. Supereſt vero rarius quam deſit. Earum prima λοφίας dicta fuit à veteribus, quo nomine quicquid prominet, intelligitur: ſecunda μασχαλιστὴς, quaſi axillaris, vocatur. Reliquæ nouem conſequentes πλευρῖται, duodecima vero διαζωστὴς, quod ea parte cingamur. Hæc igitur poſtica vertebrarum ſtructura νῶτος appellatur. Definitur autem ea, ſicut dictum eſt, ab octaua vertebra vſque ad decimam nonam, & à lateribus, dextro & ſiniſtro, quantum videlicet à poſtica parte patet oculis. Nam & coſtarum pars poſterior, & muſculi ſimiliter ſub ea parte comprehenduntur. Ea quoniam pectori oppoſita eſt, etiam ἀντίστερνον à plærisque dicta fuit. Eſt enim στέρνον thoracis pars anterior, ſicut νῶτον poſterior. Ruffus libello de partium hominis nomenclatura, τὸ νῶτον, inquit, dicitur pars corporis poſterior à ceruice vſque ad μετάφρενον. Eſt autem μετάφρενον pars media inter dorſum & lumbos qua renes adiacent.

IO. GOR-

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Ξ.

Ἀνθή. nomen est compositi medicamenti acris & exedentis, quo Paulus lib. 4. c. 43. vtitur ad vlcera in quibus caro supercrescit, & eiusdem lib. c. 53. ad inducendam crustam & sistendum sanguinem ex quauis parte profluentem.

Ξανθίζων. compositi cuiusdam medicamenti nomen est ad narium polypos & ozænas, descripti à Galen. 3. κατὰ τόπ. c. 3. sic dicitur quasi flauescens.

Ξάνθιον. lappa. planta est pinguibus locis nascens & vbi lacus exaruerunt, caule cubitali, anguloso, pingui, alas plures fundente, folio atriplicis incisuras habente, odore nasturtij, semine rotundo ceu grandiore oliua, spinoso, platani pilula, vestium cum tangitur tenaci, philanthropos ob id à quibusdam dicta. Nomen habet quod rufet capillum, ab herbarijs lappa minor & lappa inuersa nominatur.

Ξανθὸς οἶνος. vide in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Ξίνιον. lenticulæ species, sed rarior, cum tamen vari lenticulæque cæteræ vulgo notæ sint. Est autem rubicundior & inæqualior, vt scribit Celsus lib. 6. c. 5.

Ξέστης. sextarius. Est mensura liquidis atque aridis communis duas heminas capiens apud Romanos. Hanc Gal. lib. 1. περὶ νόσ. viginti vncias continere (nec dubitandum quin mensurales intelligat: ponderales enim variæ sunt & numero incertæ, sed pro modo & pondere rerum quas metimur) & similiter Oribasius, eosque falli qui putarunt sextarium Romanum decem & octo vncias mensurales capere. Erat autem & ξέστης Atticus, sextario Romano minor. liquorum & ipse mensura, capiens duas κοτύλας, siue libram & semissem, hoc est, vncias decem & octo. Est autem ξέστης vocabulum è Latino sextarij nomine deprauatum, vt asserit Galen. lib. περὶ κρ. πόσεως. Nam neque nomen neque mensura hæc apud vetustiores Atticos scriptores inuenitur, sed vna cum Imperio Romano & vox & mensura in Græciam venit. Vnde vsus eius apud Andromachum, Heram, Asclepiadem, Critonem, Dioscoridem ac nonnullos alios, qui dum res Romanæ florerent, de medicamentis libros scripserunt, admodum frequens est: duas recipit κοτύλας, sicut Fannius declarat istis versibus:

At cotylas (quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas) recipit geminas sextarius vnus.

Ac quia sextarius duodecim cyathos continebat, quemadmodum as & libra duodecim vncias, antiqui, præsertim poëtæ, sextarium tanquam libram, in vncias partiebantur, ijsdemque nominibus appellabant. Itaque sicut in ponderibus sextans duas vncias significat, ita cum de poculis sermo erat, sextans duos cyathos, quadrans tres cyathos, triens quatuor cyathos, & quincunx quinque cyathos, vt in multis locis apud Martialem legitur.

Sed & ξέστης aridorum mensura fuit apud Atticos, continens similiter κοτύλας duas siue decem & octo vncias mensurales. Eius nota apud Græcos fuit ξ cum ς ad verticem appositum.

Ξηραλοιφεῖν. significat sicca vti frictione. verbum est oppositum τῷ χριεῖν. Galen. lib. 2. de simpl. medic.

Interpretatur Suidas vngi absque balnei vsu. «

Ξηραντήριος. eruptio sicca, vel pustula siccior, vt apud Dioscor. l. 2. c. 101. nonnulli exponunt, quamquam illic voce suspectâ vt notarunt nonnulli. «

Ξηρασία. vitium capillorum, vt scribit Definit. Medic. author, cum ij similes lanugini apparent, perinde ac si puluere cõsperfi essent. Species alopeciæ censeri potest, quæ ita dicta sit propter alimenti pilorum defectum & ariditatem cutis.

Ξηρόφιον. idem quod ξήριον. de quo mox.

Ξήριον. est medicamentum aridum quod in pulueris modum inspergitur, ideoque & καταπασμα alio nomine appellatur. Constare potest varia materia ad vsum multiplicem: aliud cuti, aliud vlceribus inspergitur. Eorum quæ cuti admouẽtur,

alia abstergunt, alia extenuant, alia discutiunt, alia, vt quæ capiti adhibentur, fluxiones reprimunt aut desiccant. Quæ vlceribus conueniũt, alia carnem inducunt, alia excrescentia reprimunt, alia cicatricem generant, alia vrunt exeduntque, alia sanguinem sistunt. Exempla eorum multa habentur apud Paulum lib. 7. c. 13.

» Lib. 7. c. 15. Aet. lib. 6. c. 42. Dicuntur hæc
» medicamenta à Græcis καταπλασταὶ, siue καταπάσματα, & διαπάσματα, de quibus suis locis. denique
» ξήρια Græcis dicuntur vt testis est Actuar. omnia
» medicamenta arida & sicca quæ hodie facientes
» medicinam pulueres appellant : Cornarius in
» suis commentarijs falso ad eos tantum pulueres
» qui vulneribus vlceribus & cuti inspergũtur,
» hanc dictionem torquet; hæc autem non modo
» ξήρια, sed & ξηρὰ appellantur, vt legere est ex aris
» dis illis medicamentis quæ ad oculos conue-
» niunt, descriptis à Galen. 4. κ τόπ. c. 5. & 6. vbi
» ξηρὰ passim legimus.

Ξηρίον διὰ χάρτου. medicamentum aridum ex charta
» vsta de quo Paul. mentionem facit li. 7. c. 13. In-
» ter medicamẽta arida & puluillos, diuersumque
» est medicamentum à pastillo ex charta cuius de-
» scriptio est eiusdem lib. c. 12.

Ξηρὸν ἀχάϊστον. aridum Acharistum, ad oculorum
» siccam lippitudinem ex Philoxeno descriptum
» à Galen. κ τόπ. c. 6.

Ξηρὸν τῶ ὀδόντων. ad dentes perpoliendos, atque deal-
» bandos ex Galen. 4. κ τόπ. c.

Ξηρὰ. insuper multa ex Asclepiade Galen. recensẽt
» 6. κ τόπ. cap. 5. ad laxatam Columellam & tu-
» mentem, vt & ad vlcera maligna 4. κ γλύπ. c. 8.
» Alia quoque arida variæ speciei seu generis 5. κ
» γλύπ. c. 13. 14.

Ξηρὰ κοιλία. aluus sicca quæ scilicet nihil reddit nisi
» coacta, & quæ redduntur sunt dura & vi expres-
» sa. Quod vitium in excernendo tribus de causis
» accidit; ac prima quidem est digerendi vbertas,
» de chylo accurate confecto virtute natiui calo-
» ris in aluo solida & robusta, vnde natura sui ne-
» gligens in excrementis ducendis quæ parca ma-
» nu collecta supersunt ipsa cunctando siccari &
» indurari sinit: Altera est ἡ κάτω εἵλησις τῶ ἐντέρων, ea
» quæ sursum fit reuolutio intestinorum, cum sci-
» licet intestina suam habent αἴρεσιν naturali con-
» trariam, inferne sursum à sedis musculo ianito-
» re constricto & clauso, tum enim fæces sursum
» transmissæ ad colum ibi subsistunt & induran-
» tur aridæ, denegato exitu & exeundi via quam
» prius ad exitum affectabant cum esset peristole
» intestinorum naturaliter constituta; Tertia cau-
» sa aridæ aluì est Tempestas Aquilonia vt patet
» ex aphor. 17. sect. 3. & ψύξις, inquit idem, ἡ κ
» κοιλίην σκληρύνει, frigus aluum exsiccat: Quin &
» insuper accidit vt aluus sicca sit & dura nihilque
» egerat nisi nigrum caprarum more, quando vt.
» ait Galen. 1. de acutis. ἢ πᾶς περίπνευμόνικός ἐστιν, ἢ με-
» σάϊκον. ἢ τι τῶ κ κοιλίαν, ἢ ὕδερος ἤντινον, ἢ σπλῆνα. id
» est, cum hepar laborat vitio siccitatis atque ca-
» loris, aut Mesaræum aut aliud quippiam quod sit
» in ventre, puta ieiunum intestinum aut lien.

Ξηροκολλύριον. est collyrium ex aridis medicamentis præsertim metallicis constans, exceptis vnitisq; vel succo vel melle vel humore aliquo. Quamuis enim liquore aliquo colliguntur, non desinũt arida collyria esse, propterea quod ipsorum denominatio non est ab eo quod ea colligit atque coadunat, sed ab ipsa materia qua maxima ex parte constant. Siquidem ab eo quod magis in ipsorum compositione pollet, vel ξηροκολλύριον vel ὑγροκολλύριον appellatur. Sunt autem variæ τῶ ξηροκολλυρίων compositiones apud veteres medicos, quorum magis celebres describuntur ab Aetio lib. 7.

Cap. 98. vide & Trallian. lib. 2. c. 1. vide κολλύριον. «

Ξηρόμυρον. vnguẽtum siccum. Est compositio odorifera, siccis aromatibus cõstans. Ad varios vsus antiquis apparabatur: ad suffitus odoris gratia, ad amuleta, præsertim pestilentiæ, ad exiccationem fluxionis alicuius, aduersus hircosum odorem axillarum & reliqui corporis: itaque pro vario vsu diuerso modo efformabatur. Aetius lib. 6. describens pulueres insperfiles caput densantes describit ξηρόμυρον siccis omnibus cõstans tritis & in puluerem tenuẽ redactis, quem capiti prius oblito vino austero inspergendum consulit. Idem lib. 16. selecta quædam aromata trita cribrataque excipit aliquo liquore, docetque pilulas rotundas ad ciceris magnitudinem effingere, quas acu perforatas, & exiccatas, traiecto filo è collo suspendit. Nec vero dubium est, quin massam in vnam componi possint in mali modum, quod pomum odoriferum vocari poterit, quale hodie à plærisque gestatur, tum ad venustatem, tum ad arcendum pestilentiæ periculum.

Ξηρομύρων. quorũdam descriptiones aliquot docet Aetius tetrab. 4. serm. 4. c. 113. dicuntur & ξηρόμματα. « «

Ξηρὸν, & ξηρὸς τόπος. Siccum & siccũ morbum Hippocr. vsurpare solet, non pro siccæ intemperiei excessu, sed pro affectu in quo nihil per loca cõuenientia excernitur; Sic febres siccæ & morbi sicci qui in venis & arterijs versantur ex linguæ siccitate, totius corporis squallore, & sudoris absentia cognoscuntur: Ita & cerebro laborante, si nihil muci aut eiusmodi excrementi per nares, oculos, & aures reddatur; inflammatis oculis si non lachrimentur aut pituita effluat: & inflammatio sicca, vlcus siccum similiter appellatur quum neque pus neque saniem reddit: Partium conclusarum ventre morbus siccus est, aluo astricta, neque nihil nisi durum, coactum, excrementum, idque conatu magno & ope medici excernat: in thorace enim nihil expuitur, ac peculiariter pulmonis lateriſque inflammatio sicca ἄπυος inde appellatur 1. de morbis, eadem ratione & angina, tussis, cholera, & tympanites sicci morbi vocantur, à quibus nihil excrementi per vias proprias singulis partibus redditur. « « «

quod ab omni actione immunis sit (alterare enim totam admotam substantiam potest: tametsi non pari celeritate cum calore & frigore) sed quod minimum id agat, neque pari celeritate. Eius enim actio totius est per tota, quemadmodum & calidi & frigidi : vt est à Galeno demonstratum libr. de elementis. Siccitatem autem quadruplicem in nobis accidere idem annotauit li. 7. meth. med. quarum prima est quæ in exilibus venis & arterijs cuiusque particulæ proprijs consistit, quæ prouenit ex sanguinis penuria. Secunda est, cum propria humiditas vnde partes nutriuntur, omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu rosquidam per eas sparsus. Est præterea siccitas vtique quum ea quorum substantia ex humore cõcreto constat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Quarta est prorsus insanabilis, si consummata fuerit, est autem prorsus consummata, vbi solida similarium partium substantia reddita est siccior. quippe quod senium est in morbis, id sicca intemperies est in ægris. Porro eiusmodi siccitates prouenium ex diuturnis euacuationibus, quæ vel ex ventris profluuio, vel intestinorum læuitate, vel dysenteria, aut diuturnis vomitibus, aut vigilijs aut tali alia de causa prouenium, aut longi temporis fame, & febribus ardentibus longis, atque vt in vniuersum dicatur, quæcunque ipsas animalis solidas partes vehementer exsiccant, sicuti & hecticæ febres.

Ξηροτρίβια. sicca frictio opponitur ei quæ fit cum » oleo. de qua plura Galen. 2. simpl. medic.

Ξηροφαγεῖν. siccantia comedere apud Dioscor. lib. 2. » c. 153. quod facere iubet Leucophlegmatia laborantes; vsi & hoc verbo sæpius Græci medici sunt, & inter illos Paul. Ægin. eo quo agit capite de resolutis, qui sine offensione melioris & principalis in homine partis fiunt, quos siccore vitæ genere atque diæta vti iubet.

Ξηροφθαλμία. est arida lippitudo, in qua oculi subaridi neque tument neque fluunt, sed rubent tantum, & cum dolore quodam leui & prurigine graueſcunt, & palpebræ citra duritiem vllam prægraui pituita inhæreſcunt. Author Celsus & Aetius.

» Hippocr. autem aphor. 2. & 14. lib. 3. & lib. » de aere locis & aquis, ὀφθαλμοὶ ξηροὶ dixit, & eas » interpretatur Gal. quæ citra materiæ affluxum » fiunt. Nam, inquit, propter aeris frigiditatem » superficiem densantis nihil potest foras effluere; » fiunt autem ex Hippoc. austrinam & pluuiosam » hiemem excipiente vere aquilonio & sicco, at- » que etiã æstate & Autumno aquilonijs & siccis.

Ξιφίδιον. sic dicitur ab aliquibus τὸ ἀπαρχάνιον, vt author est Dioscorides.

Ξιφίον. gladiolus. herba est sic dicta quod folijs gladij speciem præbeat. Ea autem iridi similia sunt, sed minora & angustiora, & gladij modo mucronata neruosaque. In caulem exit cubitalem vel etiam bicubitalẽ, vt ait Plinius, in quo purpurei flores in ordinem digesti inter se distant, semine rotundo, radicibus geminis, quarum vna insidet alteri ceu pusillis bulbis inferiore gracili, superna vero vberiore & habitiore. In aruis maxime nascitur. vocatur alijs nominibus φάσγανον & μαχαιρώνιον. Radix eius, præsertim superior, dicitur vim habere attrahendi, discutiendi & exiccandi.

Ξιφοειδὴς ὀστοῦς. est cartilago triangula parti infimæ sterni adnata gladij effigie. In hanc enim sternon exacuitur & desinit. Non est autẽ semper simplex & acuminata hæc cartilago, sed non raro in fine lata, sæpe bifida, vnde & vulgo furcella dicitur. Sæpe tota est latissima & plane ossea (vnde Galeno os aliquando dicitur, quod ætatis aut temperamenti siccioris occasione in os degenerat) præsertim parte anteriore: nam posteriore diutius cartilaginosa est, & intima semper. Quidam mucronatam cartilaginem vocant, vulgo malum granatum. Sunt vero qui nõ eam cartilaginem, sed totum ipsum sternõ cum ea ξιφοειδὴς nuncupent, vt ait Galenus. Nam sternon manubrio, cartilago vero gladio plærumque similis videtur.

Ξυγγενὴς νόσημα. Connatus morbus, qui cum semine & lacte imbibitur & congenitus appellatur.

Ξυσκληρίαι νοσημάτων. dicuntur affectuum inter se commercia consortia & coniunctiones, cum affectus inter se consociantur.

Ξυσχεσίη. indulgentia in cibis ægro largiendis apud Hippocr. ἐκ παρεγγελείας, cui opponit ξυνεσταλμένην διαίτην pressam & concisam victus rationem.

Ξυλαλόη. lignum aloes, quod proprio nomine ἀγάλλοχον appellatur.

Ξύλλογος θεραπείη. collecta curandi ratio, sermones medicorum & consilia quæ de curandi ratione fiunt.

Ξυλοβάλσαμον. est frutex, siue sarmẽtum, siue surculus balsami. Amputabatur ab incolis & vænibat, propterea quod eo decocto in vnguentis vice opobalsami multis esset, etiamsi ex toto balsamo minima illi ineſſet odoris gratia. Dioscorides probari dicit recens, sarmento tenui, fuluum, odoratum & quadamtenus opobalsamum spirans.

Ξυλοκέρατα. interna siliquarum grana, quæ & ξυλόκερα vocantur vulgo panis S. Ioannis: sic vero Græcis appellata sunt à ligneso cortice grana illa vestiente & occultante. Barbari corrupta & deprauata voce xylocaracta nominant, quæ vulgo arboris Ceratoniæ siliquæ nuncupantur; Dioscorides alijque Græci hunc fructum quoque simpliciter κεράτιον vocant: vsurpant etiam pro granis eius siliquæ, idque in ponderum ratione vt etiam Latini nomen siliquæ; atq; hinc est quod Nicandri interpres scribat κεράτιον τὸ ἰδιωτικῶς λέγεσθαι κόκκιον.

Ξυλοκινάμωμον. est lignum cinnamomi, cortice suo multo ignobilius: siquidem in fastidio est, propter origani, quod redolet, acrimoniam.

Ξυλομάκης. est lignum arboris quæ macer vocatur; qualis vero ea sit arbor incompertum est. vide μακίς.

Ξυλοκόλλα. idem quod κόλλα, vt scribit Dioscorides.

Ξύλον. sic appellauit Hippocrates organum suum ad restituenda omnia luxata idoneum. recentiores βάθρον dixerunt, de quo vide suo loco.

Ξύλον. Gossypium etiam Latinis dicitur authore Plin. lib. 19. c. 1. fuitque illud meo iudicio ἐλλύχνιον παρσικὸν Galeno vocatũ, cuius ellychnij Tarsensis meminit lib. 13. meth. med. modum docẽs quo ad cicatricem ducũtur vlcera, & 14. vbi ædematis curandi rationem tradens, spongiã posca madidã probat, eaque deficiente ellychnium Tarsense substituẽdum monet; Ex varijs autem lignorum generibus pro lucernis accendendis, ellychnia feciſſe veteres apud omnes constat, idcirco & Tarsensia à Galeno vocata, ex eiusmo-

» di materia fuisse putare debemus, quamquam
» nonnulli aliter sentiunt.
» Præterea ξύλα nomine Dioscor.lib.1.c.71. signi-
» ficare videtur lignosum corticem qui in ferula-
» ceis cernitur, ipsorum teneritudine processu tē-
» poris in lignum abeunte, quamuis & pro arbore
» eo loci vt alias plerumque ξύλα vocabulum acci-
» pi potuit, nam propter lignosum illum corti-
» cem, arborum etiam generi ferula adscribitur,
» ac propterea Clearchus inter Enigmata alia fe-
» rulam esse dixit, ξύλον, ὃ οὐ ξύλον.

Ξύμπτωσις. vacuatio, siue extenuatio corporis, apud Hippocr. aphor. 3. lib. 1. ἀπὸ τοῦ ξυμπίπτειν, τετῆσθαι σμικρύνεσθαι: quæ enim vacuantur corpora, concidere ac considere solent. atque etiam extenuari. vsus est & eo verbo Hippocrates in hac significatione lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

» Ξύμφυσις, ἢ σύμφυσις. naturalis ossium vnio dicitur.

Ξυναποθνήσκειν. inter morbos dicit Hipp. vt in aphorismis χρονίζειν, καὶ συγγηράσκειν, qui vt non ita cito
» mortem afferunt, non curantur tamen, sed in to-
» tam vitam perdurant, quomodo epilepsia quæ
» neque ante pubertatis annos, neque ante 25. dis-
» soluitur.

Ξυνεσταλμένη διαίτη. victus ratio pressa & contracta
» cui ξυλχωρίη opponitur ὡς παρεγγελ. ab Hippocrate.

Ξυνθήσις. compositio, siue ars tota medica Hippo-
» crati dicitur.

Ξυνήθεσι νέοσι. morbi vnà nobiscum educati di-
» cuntur.

Ξυρὶς. herba est folio iridis, latiore & in turbinem mucronato, caule crasso, cubitali, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos in medio puniceus. semen in folliculis simile fabris, rotundum, rubrum, acre. radix longa, geniculata, rufa. Naturæ tenuis est, discussoriæ & extrahentis atque desiccatoriæ, præcipue semen quod & vrinam mouet, & lieni indurato medetur. Romani gladiolum dicunt, quidam irin agrestem.

Ξύσματα. strigmenta. Proprie dicebantur antiquis ea quæ oleo illitis corporibus post sudorem vna cum sudore, reliquisque humani corporis sordibus destringebantur. Est autem destringere, lacinia, strigiliue alio, aut tota manu quæ corpori hærent abradere & exterere. Ea ex oleo, sudore & sordibus humani corporis concreta, & in balneorum pauimentis relicta, iri multos vsus seruabantur. Ex ijs ad morbos etiam translata vox est. Nam in dysenterijs summæ intestinorum partes humoris acrimonia derasæ detritæque, ξύσματα appellantur.

» Hæc strigmenta Dioscor. vocat ῥύπτην βαλανείων,
» ῥύπτον ἐκ τῶν παλαιστρῶν, ῥύπτον γυμνασίων, alij vero πάτον:
» Sic etiam aliquando dicuntur linamenta linteo-
» lis derasis concinnata quæ proprie μοτοὶ ξυστοὶ
Chirurgi nuncupant. Rursum ξύσματα in excrementis quoque dicuntur, sic Dioscor. li. 4. c. 178. de pilulis Colocynthidis ἄγουσι φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ ξύσματα, & mox καθαίρει πάχος καὶ ξύσματα, vbi Ruellius vertit strigmenta; sic & Marcell. annotans ibi significari carnis adipisque minuta ramenta, quæ in excrementis vi purgationis reperiuntur, & quasi stringendo derasa detritaq; trahuntur, quod enim ex rasura alicuius rei ramentum exteritur, id Græcis ξύσμα, Latinis vero præsertimque Celso strigmentum esse.

Ξυσματώδης ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Ξυσμὸς. κνησμὸς. pruritus, apud Hippocratem.

Pro ξυσμὸς dicitur & ξυσμὴ Eustathio & Galeno ξύσις.

Ξυστὴρ. est scalprum chirurgicum radēdo idoneum, quo se ad rimas vsum Galenus prodidit: sed quę fuerit eius figura non satis explicat, credo fuisse varias. Galenus libro 8. de anatomic. administr. fabricat ipsum vtrimque similiter secantem, vt lineas vtrasque secantes vtrimque curuas habeat, sed altera sit concaua, huic vero opposita gibba. Materia ex qua parabatur, similiter diuersa fuit, sed melior ex buxo aut myrto. li. 6. meth. medendi scribit, scalpellos quibus acies vtrinq; habetur, aut quibus cuspis acuta est, omnino fugiendos esse in vulneribus peritonæi & intestinorum. ergo habentur alij quibus non est vtrinque acies, & quibus cuspis acuta non est. Varium autem fuisse hoc instrumentum palam est. Dicitur & ξύστρα, hoc est strigilis.

Si scalprorum Chirurgicorum varias figuras videre voles, vide Chirurgiam V. vidij qui eas proponit.

Ξυστὸς. etiam vocatur in auribus semicirculus in mucronem exurgens; & auris pars absolute Galeno dicitur in libro qui inscribitur ἰατρὸς.

Ξυστὸν. est collyrium τραχωματικὸν, cuius variæ habentur compositiones: vnam recenset Paulus, Aetius duas. dicitur ἀπὸ τοῦ ξύειν, quod palpebræ asperitates abradat.

Ξυστὸς. linamentorum genus est apud Galenum in Isagoge: quasi rasile dicas, à materia linteolorum derasa. vide ξύσματα.

Ξύστρα. strigilis, idem quod ξυστὴρ de quo ante: vox autem strigilis à ξύστρα plane facta esse videtur, nam sicut hæc ἀπὸ τοῦ ξύειν, sic illa à stringendo deducta apparet & pro auri fusorio specillo ambæ accipiuntur, & destringendi instrumenta sunt quorum fuit vsus in balneis, & quod instrumentum etiam στλεγγὶς & à Gal. στλεγγὶς appellatur.

Ξυρίσματα. vocat Hippoc. 2. prorrhetic. duras humorum concretiones, & collectiones aut tubercula, & quas συρφετὰς dicūt, Gal. φύματα καὶ σκληρίας appellat, Celsus sic humoris coitum omnem vocat.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. O.

Ὄα. Arboris nomen est quæ & ὄη & οἴη appellatur, Latinis sorbus; dicitur & ὄα eadem arbor à Theoph. fructus autem eius arboris in plurali numero dicitur ὄα & ὕα, Sorba enim per dyphthongum omnes ὕα vocant vt scribit Gal. 2. de aliment. facult.

Ὀθλιαία ῥαφή. est futura cranij recta, quæ à media sincipitis futura ad mediam futuram occipitis secundum capitis longitudinem extenditur, in cranio secundum naturam se habente, inter anteriorem posterioremque futuram cõcluditur, neque vltra fertur: aliquando tamen ad nasum vsque per os frontis medium descendit. Dicitur alio nomine ῥαβδοειδὴς. vtrumq; nomen inditum est quod veru, aut sagittæ, aut virgæ instar recta incedit, verticemque in duas partes dextram & sinistram secat. Latini rectam vocare possunt.

Ὀθλιαῖος ἢ ὀθελίας ἄρτος. vide ἄρτος vbi panum infignes differentiæ explicantur.

Ὀβολός. obolus. pondus est dimidij scripuli. drachma enim sex obolos pendit, siue tria scripula. diuiditur autem obolus εἰς κεράτια τρία, hoc est, in siliquas tres.

Ὄγκος. dicuntur promiscuè de tumore quouis in corpore seu incremento præter naturam vt definit Gal. in lib. de tumoribus præter naturam, quo in sensu idem quoque quod ὄδυμα Hippocrati & veteribus medicis significat, vt docet Gal. in aphor. 34. lib. 4. Sed & ὄγκους quidam appellauere corpuscula quædam ex quibus cõcreta essent animantium corpora, ὄγκους καὶ πόρους corpuscula & meatus vocabant; Cuius opinionis authores fuerunt methodici vt liquet ex lib. 5. c. 24. de simpl. medic. facult. Sed & præter significationes prædictas ὄγκος interdum cibum in stomachum admissum significat, qui sua mole illum impedit, si maiore copia sit assumptus: Galen. 6. de sanitate tuenda in πεπαίσεως curatione ὄγκους ἐδεσμάτων ὀλιγοτρόφους ἐδίδουν, intelligit cibos qui mole implerent ventriculum, non multum tamen alerent: Catalogum autem ὄγκων ἀπεφόρων ex Erasistrato habes in Galeni lib. de missione sanguinis contra Erasistratum; ab hoc significato dicuntur cibi εὐόγκοι qui non distendunt ventriculum nec male habent: Athenæus libr. 8. pisces saxatiles esse ait εὐόγκους, διὰ πίπτειν πεπαχέως, errat Dalechampius qui putat dici εὐόγκους quod molem corporis impleant.

Ὀγκύλλεσθαι. apud Atticos significat τὸ μέγα καὶ ὑπερφυᾶ φρονεῖν: hoc est, magnum & sublime sapere. Verum ab Hippocrate vsurpatur pro attolli subito in tumorem, vt annotauit Erotianus.

Hinc ὀγκυλομένη κοιλίη apud Hippocrat. in prorrhet. aluus dicitur cito in tumorem sublata interprete Erotiano; apud Hesych. & Suidam cum gemino λ scriptum ὀγκύλλεσθαι.

Ὀγχεῖν φέρειν. apud Hippocratem. hoc est ferre. Erotianus.

Ὄγχη, pro ὄγκη. vide ὄγκη.

Ὀδαξισμὸς. Est gingiuarum prurítus ante dentitionem. Nam antequam erumpant dentes, dolor quidam seu pruritus est, seu morsus, illis intra gingiuas conceptis & erũpere festinantibus sentitur, quod vulgo dicũt nutrices dẽtes germinare, quo moti infantes gingiuas inuicem collidunt. ex quo patet ὀδαξισμὸν aliud esse quam ὀδοντίασιν: hæc enim est dentis iam concreti eruptio extra gingiuam, ille vero dentis ipsius concretio & conformatio intra gingiuam, siue dolor ex eiusmodi concretione exoriens. Hermolaus Barbarus apud Dioscoridem gingiuarum commorsionem vertit. Reperitur & ὀδαξησμὸς, ab ὀδαξέω.

Nota vero in margine cuiusdam exemplaris P. Æginetæ lib. 1. cap. 8. hæc verba legi ὀδαξισμὸς ὅτι πλείονι τῆς σαρκὸς τοῖς ἕλκεσι ἐπφυομένη, ἐοικυῖα ὀδοῦσι, id est, Odaxismus est superuacanea quædam caro adnata gingiuis, similis dentibus; Sed & ὀδαξισμὸν videtur P. Ægin. loco cit. vsurpare de totius corporis pruritu, non de eo qui gingi-

» uis contingit, vbi dentes producere pueri pro-
» pemodum incipiunt velut Hippocr. aphor. 25.
» sect. 3. dicit, & ἔλκωσιν ὀδαξησμὸν appellat, qui (velu-
» ti Gal. ait) pruritus quidam est cum breui qua-
» dam offensa; Sed & sicut Ægineta ita quoque
» Galen. 5. de sanit. tuenda ὀδαξήσμους dixit de pueris
» pruritum sentientibus.

Ὀδόντες. dentes. Sunt ossa sentientia & tota vita auctilia, genæ infernæ supernæque alueolis infixa, ad comminuendos cibos comparata. In ossium quidem numero habendos esse dentes Galenus contendit, etiamsi plærique sophistæ, inquit, secus arbitrentur. A reliquis tamen ossibus differunt primum quidem quod sentiant, quum reliqua ossa sensu careant: dentium enim radicibus mollis quidam neruus à tertia coniugatione vtraque gena inseritur. superiore quidem per foramen eius quod sub oculo est, inferiore vero ad musculum in ore latentem. hic autem neruus secum venam ad dentium nutritionem, & arteriam ad caloris natiui custodiam, cum meninge tenui in dentes adducit. Inde fit vt dolor in dentibus pulsatorius per inflammationes sentiatur: veruntamen foris & in superficie integros dentes non sentire verum est, quod in eam dentis partem densissimam nerui fibræ non permeant, eamque ob rem cum ea parte limantur, secantur, vruntur, punguntur, non dolent. Tota vero parte interiore quam sint dolori obnoxij dentes, aperte docent qui eos cauos asperius tractant, aut frigidi calidiue contactu irritant. Deinde vero differunt ab alijs ossibus quod toto vitæ tempore dentes augeantur. Id enim nisi fieret, prorsus deficerent, cibis comminuendis attriti. Differunt & ab alijs ossibus quod nudi sint, sine membrana, sine carne, quodque sint reliquis ossibus, vt ait Celsus, duriores, videlicet ne occursu mutuo, mandendo frangendoque attenuarentur magis quam reliqua ossa, propterea quod nec cartilagine, nec adipe, vt reliqui articuli, superlinuntur, quibus atteri vetentur. Sunt autem dentes in perfectis hominibus vtraque gena sedecim. In alijs enim plures sunt vel pauciores, atque tam multos fieri potius quam vnum expediebat, ne vno aut dolente, aut vi vel vitio pereunte, affectio alijs cõmunis existeret. Primi vtrimque quatuor acie sunt prætenui, quo fit vt gla lijs similes cibos mordendo abscindant, vt melius in ore moli, & in ventriculo concoqui possint, ob id τομεῖς, vel (vt ait Celsus) τομικοὶ id est incisores, appellantur. Sed aliqui pro his quatuor, siue supernis, siue infernis, duos tantum habent, sed tere tam latos, vt vsum spatiumque quatuor dentiũ comprehendant: alijs vero pro quatuor incisoribus, sex, octo, atque etiam plures, nullo sæpe ordine collocati, sed partim recti, partim foras exerti, partim intro in oris capacitatem erumpentes, & manducationem & pronunciationem persæpe vitiant, vt frequenter eos vel euellere, vel vrere, vel lima tenui minuere oporteat. habent hi quatuor incisores vnã modo radicem. Post eos canini vtrimque hærent, κυνόδοντες Græce dicti, singulares etiam radices sortiti. hi à basi rotunda in acutissimum mucronem fastigiati desinũt ad ossa & alia dura frangenda, quæ dentes subterfugerunt: siquidem vt incisores cibos molles, ita hi duros validissime confringunt. Post hos sequuntur γόμφιοι sed μύλαι, hoc est, clauales seu molares, quini ab vtroque latere vt plurimum, aliquando pauciores aut plures, omnes asperi, inæquales, ampli & lati. Sic enim à dentibus incisorijs incisos cibos & effractos à caninis in læuorem terere & quodãmodo molere possunt. Sunt enim molis quibus farinæ fiunt, non forma modo, sed etiam vsu persimiles. formam quidem similem reddit asperitas, quæ plurimum valet ad continẽdam materiam ne effluat & dilabatur, quæ si molis deest attritu nimio iam læuigatis, denuo ferreis malleis efficienda est. Hi pluribus radicibus genis infixi sunt, ternis quidem genæ superiori, binis vero inferiori, nonnullis tamen exceptis, qui supra sæpe cum quaternis, infra vero cum ternis radicibus deprehenduntur. Sunt enim dentium genæ inferioris quã superioris radices & pauciores & minores, quoniam genæ inferioris substantia durior densiorque dentes sua etiam grauitate incumbentes firmius continere potest quam gena superior rara mollisque pendulos, & velut in casum ob suam grauitatem proclines. Cæterum præter hos triginta duos dentes, alij alijs interdum prodeunt quos genuinos Plinius appellat, ab anno decimooctauo ad vigesimum sextum, vel, vt ille ait, etiam octogesimum, aliquando indolenter, sæpe cum magno cruciatu. Eos Hippocrates & Ruffus σωφρονιστῆρας vocari dicunt, quia dum nascuntur, homo σωφρονίζειν, id est, sapere, incipit. Habent autem dentes omnes in pueris epiphysim, quæ ipsis sæpe excidit sponte, sed relicta dentis radice, alia prompte in eius locum succrescit. Omnes præterea dẽtes infiguntur, vt ait Galenus, ἐν τοῖς φατνίοις ὀδοῦσι. Sunt autem φάτνια, ossa ipsos continentia: βόθρια vero, alueoli & cauitates quas subeunt.

Ὀδόντα. vero etiam appellant anatomici apophysim secundi spondyli ceruicis, altam, duram, solidam, è superiori interna mediaque eius sede erumpentem sursumque spectantem, propterea quod denti hominis canino assimiletur. Est autem ea apophysis secundo spõdylo propria, perque eam cum primo spondylo & cum occipitis cauitate inter suas apophyses κοτυλοειδεῖς per diarthrosim iungitur, & valido quodam rotundoque ligamento occipiti alligatur, eique locum cui apte & tuto affirmetur & stabiliatur præbet spõdylus primus, ipse quoque ligamentum quoddam transuersum producens quod illi apophysi intus injicitur. Subit enim dens in cauitatem primi spondyli. Ab hac apophysi totam etiam ipsam secundam vertebram Hippocrates, vt Galenus ait, ὀδόντα appellauit, non autem vt scribit se putare Ruffus ἐν τῇ μοείων ὀνομασίᾳ, primam. Alij vero ipsam apophysim πυλοειδῆ vocarunt, à similitudine nuclei, alij à nuce pinea κωνοειδῆ, alij vero etiam ὀδοντοειδῆ, à dentis similitudine.

Ὀδούς. quoque accipitur pro pistillo, quo, sicut à dente cibus, in mortario aliquid communitur, apud Nicandrum in Theriacis.

Ὀδόντες παρηλλαγμένοι. dentes distracti, sic vocantur, dum non recte è regione superiores cũ inferioribus committuntur, neque incisores cum incisoribus, neque canini cum caninis, neque molaribus, sed veluti reuulsum iuxta atque distortum in ipsis os apparet, vt notauit Galen. comment. 1. in 6. Epid. t. 4.

Ὀδοντάγρα. instrumentum chirurgicum ad euellendos dentes.

» Apud Hippocr. περὶ ἑπτῆς : apud Belgas in » templo Apollinis ὀδοντάγρα plumbea suspensa te- » nebatur vt significaretur, dicebat Erasistratus, » non esse tollendum dentem nisi vacillet, adeo » vt plumbeo instrumento, id est, nulla vi educi » possit.

» ὀδοντιαλγία. dicitur dentium dolor Dioscoridi.

ὀδόντασις. dentitio. Est dentis iam concreti eruptio extra gingiuam. dicitur alio nomine ὀδοντοφυΐα. Primum quidem dentes intra suos alueolos concipiuntur & concrescunt, deinde erumpunt, quorum vtrumque magno cum dolore fit. Illud ὀδαξισμὸν, hoc ὀδοντίασιν Græci vocant.

ὀδόντιος. est fœnum fruticosum, triangulis flagellis, geniculatis, nigro articulorum nodo, folijs polygono longioribus, hordei semine. Decoctũ in vino austero gargarizatu dolores dentium mulcet: inde ductum nomen. Vide & Plin.

ὀδοντοειδὴς ἀπόφυσις. ea est quam Hippocr. ὀδόντα, vt ante dictum est, & omnes anatomici πυξιδοειδῆ ἀπόφυσιν appellant.

ὀδοντόλυφα. dentiscalpia. quibus ea quæ dentibus inhærent eximuntur. Figurantur maxime ex harundinibus, oblonga forma, sed maxime è viridi lentisco, vt declarat Martialis disticho isto de dentiscalpio:

Lentisco melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit; dentes penna leuare potest.

ὀδοντοξέστης. instrumentum medicum ad eradendos » dentes qui excisi sunt apud Polluc. dicitur & » ὀδοντάγρα.

ὀδοντοπτισμα. dentifricium. Sic dicitur quo dentes fricantur & gingiuæ. Puluisculus id maxime est, sed pro vsu varius. Nam & refrigeratis dẽtibus, & motis, & dolentibus, & ijsdem poliendis atque dealbandis, adhæc gingiuis laxioribus, & ad parulidas & putrefactiones, omniaque oris vitia parari possunt ex medicamentis genere differentibus.

» Velut ex ordine ad singulas eas affectiones & » vitia Gal. describit κῦ τόπ. c. 9. Sunt autem di- » uersa dentifricia à dentiscalpijs quæ ὀδοντόλυφα » Græcis vocantur, dentifricia enim in tenuissi- » mum puluillum redacta affricabantur, dentis- » calpia vero ex arundinibus maxime in oblõgam » formam figurabantur eximendis his quæ denti- » bus à morsu ciborum inhærerent, apta.

ὀδοντωγὸν. dentiducum Cælio Aurel. Chronic. l. » 2. c. 4. quo dentes ex gingiuis eximuntur.

» ὀδοντοφύα. idem quod ὀδοντώσις de qua supra.

ὀδύνη. dolor. Est sensus tristis in corpore motionis, vel vt Cicero Tusculana secunda deffiniuit, est motus asper in corpore, à sensibus alienus: nisi quod improprie videtur dixisse esse motum, cum potius dici debeat sensus ipsius motionis: ipse enim præter naturam motus dolorem mouet, non etiam dolor est. Defendi tamen etiam M. Tullius potest. Nam & apud Hippoc. dolor aliquando sumitur pro dispositione ipsa quæ dolorem facit, vt libro 1. περὶ ἐπιδημιῶν, vbi scribit: in Cranone antiquos dolores frigidos, nouos autem calidos: hîc enim non proprie dolores calidos frigidosue, sed affectiones ipsas, ex quibus dolores mouentur, ita appellauit, vt erysipelata, phlegmonas, vulnera, rupturas & alia huiusmodi. quomodo etiam & doloris nomen accipiẽdum est eo Aphorismo quo scribit: Quicunque dolentes parte aliqua corporis dolorem non sentiunt, ijs mentem ægrotare: sic enim Galen. interpretatus est. Verum proprie dictus dolor non morbus est, sed symptoma. In sensũ omnis consistit: est enim eius fons & radix sensus, neque potest contingere nisi in partibus sentientibus. Contingit autem omnibus sensibus. Nam & in visu, & in auditu, & in gustu, & in odoratu suus dolor est: sed in tactu supra cæteros sensus insignis: siquidem cum dolor reliquis sensibus incidit, ab externis eorum sensibilibus incidit, tactui vero non solum ab externis, sed etiam multo magis ab affectibus, qui intra corpus ipsum consistunt, incidit vehementissimus. Quod si & in alijs sensibus magnus aliquis dolor sentiri videatur, is non tam ad eos quam ad tactum referẽdus est. Neque enim qui ex aurium dolore nascitur, proprius auditus dolor est, sed potius tactus, quippe qui sensus sit omnium sensoriorum communis, reliqui vero quatuor sui quisque solius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores magni excitãtur, tangendi scilicet sensu in ijs contristato. Cæterum cum dolor omnibus partibus sentiendi facultate præditis possit contingere, in aliquibus proprium nomen habet, in alijs non habet. Dicitur enim in capite κεφαλαλγία, in corde καρδιαλγία, in auribus ὠταλγία, in reliquis, diuisis nominibus, vt vesicæ, renum, lienis, lateris dolor. Est autem doloris, qui per sensus omnes fit causa duplex, vna communis, altera cuiusque propria. Communis est violenta & celeriter facta alteratio & corruptio: quod enim sensim & paulatim fit, sensum latet. Propria vero in vnoquoque sensu est, in tactu quidem magnæ mutationes à frigidi calidique violento contactu: namque humidum & siccum, si absint calefactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt: præterea ab ijs quæ quassandi, secandi, distendendi vel exedendi vim habent: hæc enim omnia vel substantiam diuellendo, vel disrumpendi corporis periculum adferẽdo, dolorum causæ sunt. Diuellitur autem gustus instrumentum, quatenus vtique tactus est particeps, ab ijsdem causis: quatenus vero gustus est proprium, ab acutis, amaris, acerbis & acribus succis, propterea quod horum singuli continuitatem diuidunt. Contristant vero & olfactum qui ab his succis manant halitus, quod hi quoque continuitatem distrahunt. Auditum vero diuellunt vox aspera & maxima & celerrima, veluti ingentia tonitrua. Ipsum vero visum splendores maximi nimia secretione non modo infestant, sed etiam corrumpunt. Est autem ipsa quoque secretio ex diuidẽtium genere. Galenus in libris de symptomatum causis videtur sentire omnibus sensibus commune esse, dolorem qui illos infestat, ex secretione ac diuisione continui vnitique corporis vniuersim atq; celeriter facta excitari. Idem tamen aperte lib. 2. de locis affect. primas doloris species duas esse pronunciat, quum affatim temperies alteratur, & quum soluitur continuitas: atque in erysipelate & phlegmone non solum quia intentę sunt ob repletionem partes dolore vexari, verumetiam quia intemperie affectæ sint, quod hæc non exiguam ad inducendum dolorem vim habeat, quemadmodum & ipse lib. 2. de causis symptomatum testatus est, dum causas vitiosarum motionum explicat, scribens, in acutissimis & vehementissimis febribus dolore affici solidas partes, dum à calido, quod prætet

naturam est, mutantur atque alterantur, tantamque esse doloris magnitudinem quanta sit sensibilium corporum intemperies inæqualis. Idem vero etiam ab eo scribitur initio commēt. 2. περὶ διαίτης ὀξέων, multisque alijs locis. Itaque perspicuum est Auerrhoem Galeno calumniam struxisse, quod ipsum reprehendat tanquam negantem quod calidi sit dolorem ciere, quatenus tale sit, sed quatenus tantum continuitatem soluat. Imo vero magis ipse arguendus est, qui omnem doloris causam in alteratione statuat, existimans etiam vulnera non quidem propter vnitatis solutionem dolores mouere, sed quia ab ijs qualitas aliqua præter naturam inducatur. At ipse nosse debuerat tactus instrumentum non in qualitatum modo primarum, sed secundarum etiam contemperatione, & conuenienti præterea figura situque consistere, & propterea omnem inæqualem intemperiem ἀλγήσας factam dolorificam esse, sicuti Galenus censuit. Neque id quidem vnquam Galenus negauit, etiamsi dicat aliquot locis omnem proximam doloris causam ad vnitatis solutionem referri quodammodo posse, præsertim in libris de simplicium medic. facult. Et comment. 3. aphor. 34. in librum de fracturis, quo scripsit Hippocrat. omnes morbos vlcera esse probabiliter dici posse, de quo tamen nihil pronuntiat l. 12. meth. med. agens de affectibus à quibus dolores proueniūt, sed in dubio relinquit, quod longiore, vt ait, disputatione egeat. Sunt autem variæ dolorum differentiæ, quarum aliæ ex ipsa partium dolentium natura, aliæ ab ipsis rebus dolorem cientibus, aliæ vero à causarum magnitudine aut paruitate desumuntur, quarum hæ præcipuæ sunt authore Galeno

Βαρὺς. grauis. sic dictus ab Hippocrate, qui veluti cuiusdam ponderis loco incumbentis sensum inuehit, qualis fit calculo maiore in parte renum carnosa impacto, aut ea phlegmonem pariente: similiter & iecinoris parte carnosa inflammata. Accidit & capiti, humorumque copiam simpliciter significat.

Ἐμπεπαρμένος. infixus. Is est in quo ceu palus videtur infixus: hoc dolore affectū corpus crassum esse significatur. Proprie ad colon intestinum pertinet. Accidit tamen etiam auri cum quodam pulsu, & dentibus molaribus & oculis, neruis autem minime, vt vult Galenus: siquidem plurimum vtrinque tum supra tum infra extenditur. Eius causa est vel humorum copia confertim ingruentium, vel spiritus flatuosus.

Ὁ μετὰ δήξεως. id est mordax. fit à mordaci humore partes sensibiles erodente. Accidit præsertim intestinis per dysenterias. Accidit & capiti propter humorum & vaporum acrimoniam.

Λαπαρὸς. id est laxus siue mollis apud Hippocratem libr. 6. Ἐπιδημιῶν. Is intelligitur, vt ait Galenus, qui sine phlegmone & tensione est.

Νυσσωδὴς. punctorius. Circa membranas potissimum consistit, & ad eas proprie pertinet, ipsius affectus veluti radice eo loco fixa, vbi mēbrana pungitur, dolore vero circa locum punctum ad magnum spatium circulatim se fundente. Hic in pleuritide manifestus est, & in hepate etiam & renibus, si eorum tunicæ inflammationes patiantur.

Ὀξὺς. acutus & pungens. finitimus punctorio est, cum ceu acu aut terebro perforante aut palo impacto pars diuelli videtur, vt crassum intestinum in colico dolore Galeni à pituita vitrea facto, & in quibusdam cephalæis, & à calculo præcipue inæquali, acuto, vel obstructione capacitatem renum, vreterum ortum, vasa & tunicam renum, hepatis aut lienis stimulante. Hic autem dolor nec continuus est, nec per omnes partes æqualiter porrectus. species videtur esse doloris punctorij, sicut & vlcerosus & prurigino-sus, quorum ille tum cutem, tum partes imas ad ossa vsque affligit, hic vero ad cutem tantum fixus est. Vterque fit ab humore acri.

Ὀστεοκόπος. id est ossium dolor. Consistit in membranis quæ ossibus adiacent. Idcirco profundus est & in intimo corpore sensum mouet, ossiumque ipsorum veluti dolentium imaginem præbet. Nascitur magna ex parte ab immodicis exercitationibus, interdum vero & à frigore & à plenitudine.

Σφυγμώδης ἢ σφυγματώδης. pulsatorius. Hic per se proprieque pertinet ad arterias, quod solæ pulsent, in homine quidem bene valente citra dolorem: vbi autem oborta est vehemens inflammatio, aut affectus aliquis phlegmonodes, vt erysipelas aut abscessus, cum dolore. Nec vero ad ipsas modo arterias pertinet, sed ad partes etiam in quibus eæ continentur. Cuius doloris duæ sunt præcipuæ causæ, videlicet cum ipsæ mouentur, aut cum à re quapiam comprimuntur, sicut inflammato omnino musculo accidit. Est autem inflammationi proprius, nec omni quidem sed maiori. Neque enim in scirrhis, neque in œdematis proprie dictis, neque in alia intemperie quæ tumorem non habet coniūctum, neque in paruis etiam inflammationibus arteriæ cum dolore pulsant. Ergo neque in peripneumonia, neque in pleuritide, neque in vllis alijs partibus, in quibus & arteria & sensus deest, dolor pulsatorius sentiri potest, neque similiter in hepate aut renibus, quoniam nullus per corpus ipsorum neruus dispersus sit. Verum omnis eiusmodi dolor in corporibus sensibilibus per inflammatorios affectus excitatur, idq; proprio & primario affectu in arterijs, in reliquis vero omnibus partibus sensilibus per consensum, eo quod à contactu vicinorum comprimantur.

Galen. aph. 21. l. 7. bene explicat notionem doloris pulsantis; est (inquit) eiusmodi pulsatio molestus quidam sensus & dolor arteriarum motione factus, quas ab initio cum particulæ secundum naturam habebant non sentiebamus, tum propter earum vicinam dolore vacantem, tum propter latius & amplius spatium in quo mouentur: at ipsis partibus inflammatione laborantibus, & loci coarctatio, & affectionis dolor grauem ægrotis molestumque sensum inuehunt micantibus arterijs, quarum motum pulsum appellant: Porro hic arteriarum motus per tales affectiones augeri videtur; est enim in ipsis quædam facultas alienorum expultrix quæ vehementius interdum agens, natura magnum simul & violentum arteriarum motum efficit, eorum quæ molesta sunt depellendi studio.

Τονώδης. tensiuus. Membranæ quibus nullæ sunt arteriæ, & cutis & adenes cum inflammatione laborant, hoc vno duntaxat doloris modo

vexantur. Is in capite sæpè sentitur, ac si quidem citra grauitatem & pulsum fiat, spiritus tenuis & flatuosi copiam significat, cum pulsu vero membranæ inflammationem, cum grauitate vero humorum multitudinem intra membranulas contentam. Gignitur interdum tensiuus dolor ab immodicis exercitationibus, vt & lassitudines quæ tensiuæ appellantur, pertinetque hic ad totos musculos, vt ne carnes quidem eorum ab hoc sint immunes. fit & à siccitate. Estque hic dolor partium inanitarum à causa aliqua, siue externa, per se vel per accidens vacuante. Inde nerui vt repletione, sic inanitione valenter versus principium & finem tenduntur, interdum vsque ad caput, tuncque fit totius corporis conuulsio & distensio, non ante futura quam nerui tensio cerebrum attingat. fieri potest in omni parte sentiente. Maximè vero tensiuus dolor à repletione nascitur, siue humoris, siue flatus, siue vaporis, estque commune symptoma phlegmonarum, erysipelatum & aliorum tumorum, præcipue calidorum. Nam per eos venæ, arteriæ, nerui sic sæpe tenduntur, vt per totos artus ab inflammato loco vsque ad alas vel inguina tensio, rubor, calor, dolor percipiatur, præcipue si superficiales sint phlegmonæ, & eæ partes tangantur. Nam in magna tensione pars etiam non mota dolet: in leniore, mota tantum & tacta. In pulmonis quoque & hepatis & lienis & renum tumoribus membrana ambiens tensa dolet, & cutis extima, omnes membranæ, glandulę etiam valde inflammatę, tensione dolent à multo humore intra se contento, vt vesica vrina plena per ischuriam, vterus fœtu grandiore, ventriculus cibo largiore distentus.

» Ψυχρὰ. frigidus dolor apud Hippocr. l. 6. epid. » dicitur aut frigoris sensum inferens, aut qui à ca- » lidis mitigatur, quemadmodum & θερμὸς cali- » dus, vel qui caloris sensum infert, vel qui à frigi- » do mitigatur vt interpretatur ibi Gal. existima- » uere tamen nonnulli dolores frigidos vocari » qui leues sunt, calidos qui vehementes; sed » inusitatus est hic loquendi modus apud Græ- » cos.

Sunt vero & quædam aliæ per prædictas differentias distributæ. vt profundus, sic dictus ab accidẽte, quod partium sit in profundo sitarum. Hic autem & tensiuus & punctorius & pulsatorius esse potest. Contrarius illi sublimis est & superficiarius, qualis est pericranij & cutis & partium ei propinquarum dolor, aphor. 5. & 7. lib. 6. Alia est doloris lati seu sparsi differentia, æqualis item & inæqualis, ad hæc angusti & longi. Sunt vero tensiui doloris differentiæ. Est & turgidus dolor qui à parte primariò affecta velut ab radice celeriter in vicinas excurrit. Est & torpidus seu stupidus nullius quidem partis proprius, nec doloris species, sed dispositio partium neruosarum. Dolor enim stupidus res duæ sunt, dolor & stupor, vt vlcus inflammatum morbi sunt duo, vlcus & inflammatio, non autem vna vlceris species. Dicitur & dolor alius vehemens, mitis, magnus, paruus, continuus, intermittens, calidus, frigidus. Alius vero à partibus etiam affectis arthriticus, stomachicus, cardiacus, ostocopus. Præter has vero sunt & aliæ plures dolorum species, quorum proprietates scripto explicari non possunt, sed ne sentiri quidem exactè, nisi qui eos patitur medicus fuerit, qui & peritè & prudenter & fortiter eos explorare & dijudicare possit. Eiusmodi forte sunt illi quos Archigenes designauit, ὄλκιμος, ἀυτηρὸς, γλυκὺς, ἰσχὺς, ὀξὺς, ἀλκώδης, vel (vt quidam legunt) ἀλυκὸς, γλίσχρος, ἀπτερὸς, σύφων: quorum tamen appellationes Galenus vehementer reprehendit lib. 2. de locis affectis.

Ὀζαινα. est narium vlcus putridum ab humorum acrium defluxu. Ex vlcerum genere esse Gal. lib. 5. τῶν κατὰ τόπους ostendit, eoque inter alia à polypo differt, qui in tumorum tantum genere est, non vlcerum. Nascitur influxu humorum ăcrium & putrescibilium à cerebro in nares facto, vnde vel earum alæ, vel interstitium, vel aliæ partes exulcerantur. Et humoris quidem acrimonia difficilem admodum eius curationem reddit, putrilago vero graueolentiam & fœtorem inducit, vnde morbo nomen veteres indidêre. Quando, inquit Celsus, vlcera circa nares sunt, pluresque crustas & odorem fœdum habent, id genus Græci ὄζαιναν appellant. Id mali genus nobis multo frequentius est quam antiquis fuerit, vt quod luem Veneream sæpissime consequatur.

Ὀζαίνης ναῖδος. nardi species, sic dictæ à virulento odore. vide ναῖδος.

Ὀζη. inde ὄζαινα dicta. Sic autem vocatur, inquit Celsus lib. 3. c. 11. fœtor quidam oris qualis ante febres cum frigore sentitur.

Ὀζη etiam apud Aet. est species ἀ κμοΐας, quæ alijs nominibus ζίγερ ceu ζίγερι dicitur, atque etiam ζίλκρος & γίζι. de qua vide in dictione κμοΐα.

Ὀζῶσι. ramificatur. Id verbum Hippoc. vsurpauit de brachijs & cruribus, eam quam ad ramos habent proportionem volens significare.

Ὄζος. ramum arboris significat, & ὄζοι dicuntur siue rami, siue bracchia in quæ truncus arboris diuiditur; ὄζος tamen propria voce verius appellaueris quod in plantis minoribus geniculos vocant, vtide folium, siliqua, nouum germen profertur, quale in arundine, graminis radicibus, alijsque multis licet videre; sic in arboribus & maioribus virgultis nodos dixerunt, vnde noui se proferunt surculi, & rami qui certo spatio inter se distantes, bini triniue & aliquando quaterni vt in abiete prodeunt, & quoniam ex illis rami primum tument & oriuntur, sæpe in alijs scriptoribus ὄζοι rami etiam dicuntur.

Ὀθόννη. othonna. quidam maioris chelidonij succũ esse aiunt, alij glaucij, alij succum floribus corniculati papaueris expressum, alij permistos cœruleæ anagallidis, hyoscyami & papaueris succos esse contendunt, alij Troglodyticæ cuiusdam herbæ (quam eodem nomine othonnam vocant) succum, nascique eam in eo Arabiæ tractu qui ad Ægyptum spectat. Proditur autem herba ipsa folijs erucæ, perforatis cribri modo, & veluti à tinea derosis, squalore obsitis, paucis, flore croci, latifolio: quare quidam anemones speciem esse putauerunt. Sunt tamen qui affirment lapidem esse Ægyptium in Thebaide nascentem exigua magnitudine, æreo colore, gustu cum feruore quodam & adstrictione mordaci. Vim habet othonna detergendi atque erodendi, omnia quæ claritati oculorum officiunt exterẽs.

Ὀθόνιον. apd medicos modo ponitur pro panniculo lineo seu fascia linea ad obliganda vulnera aut alia: modo pro linteolo quo medicamentum excipitur.

Οἴδημα. apud Hippocr. alioſque omnes veteres idē plane ſignificabat quod ὄγκος, id eſt tumor cuiuſcumque generis ille eſſet ex Gal. comment. in aphor. 35. & 34. lib. 4. & comment. in lib. 1. prognoſt. part. 19. lib. 2. Epid. comment. 2. & comment. in aphor. 65. l. 5. ſed & veteres nonnunquam τῷ οἰδήματι, μαλθακὸν addiderunt καὶ ἐπώδυνον, vt Hippocr. in 1. progn. partic. 34. etiam adijciens τῷ δακτύλῳ πιεζόμενον: Verum medici iuniores nominis eius ſignificationem poſtea contraxerunt ad eum tumorem deſignandum quem pituita committit: ſicut enim quod ex sāguine fit, phlegmone, ex bilioſa fluxione, eryſipelas, ex melancholico ſucco ſcirrhus naſcitur: ita tumori illi quem pituita creat, œdematis nomen proprium eſſe voluerunt. Non eſt autem vnius generis. Vnum verum exquiſitumq; eſt, multa non vera atque illegitima. Verum eſt quod naturalis pituita, in partem aliquam abſcedens committit, molle, laxum, digito prementi cedens, indolens, album, minimum calens, & alijs breuiter notis præditum quæ pituitam ſolent conſequi. Non verum autem eſt quod fit à pituita non naturali, ſiue per alterationem talis euaſerit, ſiue per alterius humoris mixtionem. Itaque cum flatus & aqua longe receſſerint à naturali pituitæ temperie, nec tumores flatulenti qui ſpiritu vaporoſo conſtant, & in cadaueribus etiam plærunque excitantur, nec qui aquam tenuem duntaxat continent, inter vera œdemata habentur, vt nec ij qui ſanguinis aut bilis alterius participes ſunt. hæc enim non ſimpliciter οἰδήματα, ſed pro miſti humoris ſpecie vel φλεγμονώδη, vel ἐρυσιπελατώδη, vel σκιῤῥώδη nuncupantur: illa vero alias appellationes ſortita ſunt, quanquam reuera omnia in œdematum genere continentur, quod & mollia ſint & doloris expertia. His enim duabus notis omnem œdematis naturam ſubſtantiamque medici comprehenderunt. quibus tamen Hippoc. tertiam videtur addidiſſe ἐν τῷ προγνωστικῷ, quod ſcilicet digito cōpreſſum œdema cedat, ſiue id ſymptoma mollitiem conſequatur, ſiue (quod veriſimilius eſt. neque enim Hippocratis breuitas permittit tot verba in vna & eadem re conſumere) deſignet appreſſo digito œdema ita cedere, vt cauitatis veſtigia impreſſa maneant. Præterea vero omne œdema, quod proprie & ſimpliciter œdema dicitur, certo loco definitum circumſcriptūque eſt: ab eius tamē ſimilitudine œdema etiam dicitur tumor ille pituitoſus, qui nonnūquam in pedibus & cruribus eorum oritur qui aqua intercute & phthiſi & cachexia laborant, quique etiam in leucophlegmatia occupat corpus vniuerſum. Verumtamen eiuſmodi œdema eorum morborum ſymptoma eſt, nulla propria præcipuaque curatione indigens: quod autem alterius generis œdema eſt, in morborum genere cenſetur ſimilarium, compoſitorum ex intemperie & materiæ affluxu, peculiaremque habet curationem. Cæterum cum œdema omnibus partibus corporis, quæ diſtendi poſſunt, eueniat, oculis etiam aliquando contingit, qui œdemate dicuntur laborare cum palpebræ intumeſcunt, ſuntq; decolores & grauiores, mouenturque difficilius, & pallidiores apparent, atque ipſum etiam palpebræ album aliquantulum excedit nigrum. Non eſt autem aliud oculi œdema, quam tumor externus palpebræ laxus, indolens, & naturali habitui concolor, qui digito compreſſus cito cedit, & cito rurſus repletur. Fit vt plurimum ab aquoſa fluxione, & flatulento humore.

Οἰνάγρα. frutex qui & οἰνοθήρα appellatur, de quo poſtea. Dicitur & ἀνάγρα Dioſcor.

Οἰκονομία περὶ τὸν νοσοῦντα. 6. epid. eleganter ab Hippocrate vocatur ægrorum procuratio, & eorumdem gubernandorum facultas, & peritia, & accommodatus vſus ac diligens, quibus accurate vult inſtructum eſſe medicum quæ luculentiſſima tractatione ille lib. περὶ ἰητροῦ, & περὶ εὐσχημοσύνης exponit; multa quoque & ampliſſima ad hanc ægrorum procurationem ſedulo & ex arte exercendam ſcribuntur à Gal. libro περὶ τῆς προγνώσεως: lege & Gal. commēt. 2. in 6. Epid. t. 42. in hunc locum, vbi in quibus hæc verſetur œconomia fuſius exponit.

Οἰκονομηθὲν τροφὴ. cibus in corpore diſtributus dicitur apud Gal.

Οἰναῤῥόδινον μύρον. vnguenti conditura eſt, non ſic dicta quod ἀπὸ τῶν οἰναῤῥόδων, hoc eſt è labruſca, fiat, ſed quod τῷ οἴνῳ καὶ τῷ ῥόδῳ κρίνων, hoc eſt, vino & flore liliorum, conſtet. Siquidem plæraque eius generis vnguenta ne œnanthen quidem recipiunt. Vſus eiuſmodi vnguentorum apud quoſdam odoris gratia duntaxat & deliciarum adhibetur, tum à lauacro totius corporis perfuſione, tum à cœna menſarum per ſpongiam illitione. Confert vero & ad medicinam, tum reſolutis, tum ſyncope laborantibus, ſi roborantibus ſtomachi cataplaſmatis admiſceatur: nā & ſtomachum & ſpiritum animalem vitalemque confirmat: proindeque ad vitandam peſtilentiam conducit. Duæ œnantharionum formulæ habentur apud Paulum lib. 7. cap. 21. itemque apud Aetium lib. 16. dicitur & οἰναῤῥόδινον μύρον.

Dicitur & οἰναῤῥόδινον Paulo l. 7. c. 21.

Οἰναῤῥόδον. eſt vua vitis labruſcæ. Ea duorum generum eſt. Vnum, quod nunquam matureſcit: alterum, quod ad frugem peruenit. paruis acinis, nigrum & adſtringens. Colligitur cum flore quando optime olet, ſiccaturque in vmbra, atq; in cados conditur. Refrigerandi atque adſtringendi vim habet. Ex ea fit vinum quod οἰναῤῥόδινον cognominatur, duabus libris florum in multi cado maceratis, qui poſt triginta dies miſcetur.

Gal. lib. 8. κατὰ τόπ. c. 1. οἰναῤῥόδινον vocat non modo fructum ipſius vitis ſylueſtris, ſed etiam ἐμβλάστημα, id eſt germen ipſum vna cum floribus ex quo ſuccedente tempore ipſa vua fit.

Eſt & οἰναῤῥόδινον herba candido paſtinacæ flore, caule craſſo, palmi altitudine, ſemine atriplicis, radice magna, in multa rotunda capitula extuberante. Naſcitur in petris.

Οἰναῤῥόδινον. etiam dicitur emplaſtrum καταπλασμάτικον, deſcribiturque à Gal. 2. κατὰ γένη c. 17.

Ἔμπλαστρον δι' οἰναῤῥόδινον. deſcriptionem illius atque vires vide apud Trallian. l. 7. cap. 14. & l. 8. cap. 7. & 9.

Οἰναῤῥόδινον. vide οἰναῤῥόδειον & οἰναῤῥόδινον.

Οἰναῤῥόδινος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum differentiæ explicantur.

Οἰναρίῳ. ἀμπέλῳ. id eſt, viti, apud Hippocr. vt annotat Gal. ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν.

Sed & Paul. l. 1. c. 56. οἰναρίον appellare videtur vinum quod maxime ſtomacho vomitionibus conturbato conuenit.

Οἰναρίδες. κλήματα τῆς ἀμπέλου. hoc eſt, palmites vitis, apud Hippocr. Galeno authore.

Οἰνέλαιον. mistura vino & oleo constans, cuius mentionem Galenus facit, tum lib. 1. περὶ χρ. γλ., in descriptione emplastri quod ex argenti spuma & œnelæo præparatur, tum in lib. περὶ εὐπρεσίων, quo loco vetat ipsum dari phthisicis, sed eo calfacto stomachum fouendum præcipit.

Οἰνηρὰ ἴησις. vinosa curatio quæ fit cum fasciæ vino imbuuntur, & fracturæ vino perfunduntur & fouentur apud Hippoc. lib. de fracturis.

Οἰνόγαλα. potionis genus ex vino & lacte mistis. Cuius mentionem fecit Hippocrat. Cedrim Creticam scribens fœminarum incommodis auxiliari ἐν οἰνογάλακτι. Id quod tamen nonnulli tepidum aut egelidum interpretãtur in modum lactis. Id enim γαλακτώδης videtur significare, de quo supra.

Οἰνόγαρον. garum vinosum, hoc est, garum vino mistum. vide γάρον. Aetius lib. 3. cap. 85. refert compositionem οἰνογάρου καθαρτικοῦ, ex qua tamen quodnam proprie fuerit gari & vini temperamentum, certo constare non potest.

Oinogari confectionem habet Apicius Cælius, de obsonijs & condimentis l. 1. c. 31.

Οἰνοσήρα. frutex est arboris instar prægrãdis, amygdalino folio, sed latiore, lilio non dissimili, flore rosaceo, magno, radice candida, longa, cum siccata est, vinum olente. Hilaritatem dicitur afferre data in vino, & non hominum modo, verum omnium etiam animalium feritatem mitigare: id quod de radice Theophrastus intellexit. Dicitur eadem ratione & οἴναγρα: Dioscoridi vero & ónothera & onagra.

Pro οἰνοσήρα dicitur & οἰνοσήκης & οἰνοσηὶς.

Οἰνόμελι. mulsum vinũ, dicitur & simpliciter mulsum. Iulius Pollux existimat οἰνόμελι & μελίκρατον id est mulsum & mulsam idem esse, sed fallitur quia μελίκρατον quod mulsam appellant, fiebat ex aqua & melle, mulsum vero ex melle & vino, melle quidem optimo & vino austero & antiquissimo, non autem ex musto vt melitites de quo scribit Dioscor. l. 5. c. 6. quod tamen desuesse tempore suo dicit Plin. l. 22. c. 24. de Oenomelite scribit Plutarch. 8. sympos. tanquam suo tempore nouum esset, sed & 4. sympos. c. 4. inquit veteres minime consueuisse miscere mel vino, quia hoc corrumperetur; Hoc vero Plutarchi vtrumque haudquaquam verum esse cõperimus: non enim Plutarchi tempore cœpit vinum mulsum, quia scribit Plin. l. 14. c. 4. qui vixit tempore Traiani imperatoris Aristæũ Thracium primum cœpisse vinum miscere cum melle. Præterea habemus apud Plautum, Ciceronem, aliosque factam mulsi mentionem; neque insuper verum, vinum corrumpi admixto melle, quia id non solum vsitatissimum fuit sed & vtilissimum, ita dicit Varro icterum mulso curari; sic scribitur Cæsarem rogasse Pollionem Centenarium quomodo ad ætatem adeo prouectam peruenisset, respondisseque illum ex vsu vini interius & olei exterius; fuit autem condiendi œnomelitis ratio diuersa.

Alij, inquit Dioscorides, faciunt duabus vini metretis, admista vna mellis: aliqui, quo celerius præberi possit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt: alij parcentes impendio ad sextarios sex musti feruentis vnum mellis adijciũt, & vbi ferbuerit, vase recondunt: ita paratum dulcedinem retinet. Omnes autem è vetere vino austeroque & bono melle faciunt. Minus enim inflat, ac celeriter id genus in vsum venit, vetus corpus alit, media ætate aluo prodest, vrinam pellit, à summo cibo sumptum nocet, & inter initia potum implet, dein appetendi auiditatem reuocat. Alij vero, vt scribit Constãt. Cæsar l. 8. ad sextarium vnum mellis calentis vini sextarios quatuor adijciunt, & postea recondũt, inque eo nonnulli costi scriptula duodecim suspendunt, quidam vero etiam folij malabathri scriptula duodecim àmmiscẽt. Sunt qui mulsũ, quod ex musto fit, à Græcis γλεῦκος vocari scribãt. Attamen Constant. Cæsar eo nomine conditi mulsi genus quoddam appellari scribit ex varijs aromatis, & sub Caniculæ ortum per dies quadraginta insolati. Alij vero, vt idem scripsit, mustum quousque ad dimidias fere resideat, excoquũt, & in decem eius sextarios vnũ mellis. Attici miscent sextariũ, & in cadum transfundunt, gypsatoque vasis spiraculo in vmbra recondunt. Sed hoc genus inflationibus obnoxiũ est, aduersum stomacho. Sunt & aliæ multæ mulsi condituræ, quas hic referre superuacuum fuerit.

Οἶνος. vinum. Est vuæ succus feruendo coctus. Cũ vuam dico, vitigineam intelligo, cui proprie hoc nomen competit. Is succus si non calcatis aliterue expressis vuis sponte defluat, ἄσηπτος vocatur ἀπὸ τοῦ ἀσηπίσαι τὸ ἐκπίεσμα: sin autem prælo aut pedibus exprimatur, γλεῦκος. Vtrumque autem, cum primum ex vuis prodijt, crudũ est, flatuosum & concoctu difficile, taleque tam diu manet, dum feruore mitificatum fuerit atq; concoctũ. Est autem feruor ille veluti quædam putrefactio illius succi à calore externo in humorem excremẽtitium agente. Cum enim in eo succo multa simul varij generis excrementa redundent, neque ab insito ipsi calore, qui per initia perexiguus est, regi gubernariq; possint, putredo inducatur necesse est, quã calor & ebullitio & perturbatio maxima propter flatuosi spiritus admistionem consequuntur. Eo autem in opere homogenea ab heterogeneis segregãtur, facessit humor superfluus, flatus dissipantur, totusque succus ita excoquitur, vt deposito omni præter naturam calore atque excremento, suauis atque benignus euadat. Is donec ad eum modum concoctus fuerit, à Græcis γλεῦκος, à Latinis mustum appellatur, crudum autem est & flatibus refertum & concoctu difficile: vbi vero in vinum transijt, depositis iis vitiis nouam naturam hominumque vsibus commodissimam induit, virtutes musti vitiis aduersas habens, cum nec inflet præcordia, imo si inflata sint subsidere faciat, nec inibi moram trahat propter caloris mediocritatem: adde quod cum digestionis vias aperiat & pariter impellat, ac nutrimentum sursum agat, ad celeritatem deductionis in corpus conducit. Est præterea boni succi, & ad contemperanda concoquendaque ea quæ in ventriculo & venis sunt idoneum: nam bilis amaræ etiam acrimoniam frangit ac mitigat. Præterea nutrit & solidas corporis, partes humectat. Iam vires quoque organorum adauget, & expellendis excrementis viam facit. eoq; fit vt sudores & præter cætera vrinas moueat, quando & totum corpus celeriter transit, & impetu cursus sui excrementa secum expellit. Vt autem nullam inuenire est substantiam plane ὁμοιομερῆ, omnibusque sui partibus sibi similem, ita neque vinum, quod in eo quadruplicis naturæ partes spectem-

tur, à Galeno explicatæ lib. 4. de ſimplic. medic. facult. Earum vna πυῦς à Græcis, fæx à Latinis dicta, vini ipſius excrementum eſt, quod temporis ſpatio ſecernitur, & deorſum deſcendit. Alia ἄνθος, hoc eſt, flos dicitur, quæ, dum vinum feruet, ſupernatat, tandemque cum fæce in imo dolio ſubſidet. Tertia aquea eſt, toti vino permiſta, quæ primario potiſſimum q; feruet: & quarta præter eas, ipſum reuera vinum. Harum partium varietate & inæquali miſtura non eſt dubium vinorum differentias atque facultates quã plurimas exiſtere, quanquam non ex ijs modo partibus tam varie inter ſe miſtis, verum ab alijs etiam prope infinitis eorum differentiæ petantur, vt à natiuo ſolo, à guſtu, à colore, ab ætate, à conſiſtentia & reliquis eiuſmodi. Quas omnes vt enumerare impoſſibile eſt, ſic præcipuas annotare non erit inutile, quarum veteres meminerunt, atque in primis Galenus, qui pluribus in locis de ijs ſtudiosè tractauit, vt libr. 12. meth. med. & lib. 5. ſanit. tuendæ.

» Cap. 5. & lib. de ſuccorum bonitate & vitio » c. 11. & comm. 3. de victu acut. t. 1. vide & Dioſ- » cor. l. 5. Athenæ. l. 1. Plin. l. 14. Eas autem ordine » litterario ſubijcere viſum eſt.

Οἶνος ἀζάτης. legitur deprauate pro Ἀλζάτης οἶνος de » quo poſtea.

Οἶνος Ἀβροτονίτης. vinum ex Abrotono factitium, in » muſti amphoram iniectis abrotoni tuſi, cribra- » tique vncijs centum linteo colligatis authore » Dioſcor. Columella autem lib. 12. c. 35. abroto- » ni pondo libram in muſti ſextarijs quatuor de- » coquit vſque ad quartas, reliquum quod erit id » frigidum addit in muſti amynæi vrnam: dicitur » ſimiliter ἀβροτόνιτον μέλι, ἀβροτόνιτον ἔλαιον, quem- » admodum & ἀβροτονίτης οἶνος.

Οἶνος ἀδύλιστος. vinum non defæcatum, vel per ſac- » cum non colatum, id quod fieri ſolet in vinis cõ- » ditis ad ſaporem, vel in alijs ad reprimendam eo- » rum vehementiam.

Οἶνος Ἀδριανὸς. Adrianum vinum, quod in Adria naſcebatur, vel quod ab Adriatico ſinu Romam aduehebatur. Erat ſubaſtringens, tenue, album & aquoſæ conſiſtentiæ, in nobilium vinorum cenſu à Galeno habitum, poſteaquam ad vetuſtatem peruenisſet. Dioſcorides lib. 5. ſcribit in Sicilia prouenire: vt & Mamertinum, modice adſtringere, ocyſſime inueterari, minuſque ob ſuam tenuitatem neruos tentare.

Οἶνος Ἄδυναμος. vinum adynamon. hoc eſt, impotens & imbecillum. Vini genus fuit factitium, cuius multiplex traditur compoſitio. Alij, inquit Dioſcorides, pares aquæ & muſti menſuras coquunt molli igne, donec abſumatur aqua: quod vbi refrixerit elutriatum, vaſe picato recondunt. Alij marinæ & cœleſtis aquæ, mellis & muſti pares miſcent portiones, decapulant, & diebus quadraginta inſolant. Alijs vero albi muſti ſextarij viginti, aquæ dimidium feruet, donec excoquatur aquæ menſura. Alijs autem marinæ ſextarij decem, tantumdem pluuiæ in ſole quadraginta diebus torrentur. Non amplius anno durat, & ægris datur quibus vini noxa metuitur, loræ vires habens.

Οἶνος ἀειλευκὴς. vini dulcis genus, quaſi ſemper muſtum. factitium eſt, quoniam feruere prohibeatur. Sic enim prohibetur muſtum in vinum tranſire. Ergo merguntur protinus in aqua cadi donec bruma tranſeat, & conſuetudo fiat algẽdi.

Muſti namque ſolus feruor è muſto vinum facit.

Οἶνος Ἀθαλάσσιος, vel Ἀθάλασσος. vinum dicitur maris expers, ſiue cui haudquaquam aqua marina erat admixta, ſicut è contra θαλάττια & θαλασσόμιξα dicebantur quibus marina eſſet addita; Quot modis vero hoc ipſum fieret Dioſcor. l. 5. & Plinius, itemque Columella docent: Priuatim vero Plin. lib. 14. marinæ aquæ vino miſcendæ originem ductam tradit à ſerui furto ſic menſuram explentis; habet hoc vinum vim ducendi aluum vt teſtatur Dioſc. Quin & Gal. 12. meth. vbi vina quæ ſtomachum roborant ac digeſtionem alimenti in corpus iuuant, recenſet, vina probat maris experta, οἶνος ἀπαεργύτης talia appellans.

Οἶνος Αἰγεάτης. vinum Ægeates, quod apud Ægas prope Myrinam naſcebatur, craſſum, auſterum & nigrum vini genus, vt ſcribit Gal. commẽt. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, ſect. 7. Id adſtringebat, longo tempore in ventre manebat, & fluctuationes in eo excitabat. Hoc autem loco non erit inutile admonere, quod iudicio meo, male apud Galenum lib. 5. ſanit. tuendæ de vinis differentem, Ægauſien legitur, cum Ægeaten ſcribere oporteat, quod vini genus tam eſt affine Perperino, vt ea duo ſemper Galenus coniungat: vt lib. 12. Method.

Οἶνον Αἰδοπα. Homerus vocat ἐπικεκαμμένον πηνίῳ, μέλανα καὶ ἐρυθρὸν, vel ζωρὸν, καὶ ἐκκαίοντα παρὰ τὸ αἴθειν: Plutarchus exponit λαμπρὸν καὶ διαυγῆ.

Οἶνος Ἄκτος. vinum Actum illius meminit Galen. cap. 14. lib. de Theriaca ad Piſonem, idque acre eſſe dicit.

Οἶνος Ἀλβανὸς. vinum Albanum, ad Albam natum. Aquoſæ fuit conſiſtentiæ & auſterum. Dioſcorides ſcripſit Albana vina craſſioribus conſtare partibus, & dulcia eſſe, ſtomachum inflare, ventrem emollire, ſed concoctionem minus adiuuare & neruoſa minus infeſtare: vetuſtate autem eadem auſterum ſaporem concipere.

Οἶνος Ἀλβάτης. Vinum Albates. Auſterum ſimul & dulce vini genus, qualitatibus præditum contrarijs. Quo fit vt prauum ſit, quod neque diſtribuatur, neque deſcendat, ſed plus æquo in ventre permaneat inferiore, & ipſum inflet. Id Gal. in vinorum craſſorum cenſu enumerat lib. 12. meth. med. Idem in Cilicia naſci prodidit com. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. Sed video id nomen varijs locis deprauatum eſſe, alijs ἀναζάτιον, alijs συβάτιον, alijs ἀζάτιον ſcribentibus, Gal. ſic ex loco dictum eſſe prodidit.

Οἶνος Ἀμιναῖος. vinum Aminæum quod in Aminæo Italiæ oppido in Campania naſcitur: Galen. 12. methodi illud duplex fuiſſe dicit, videlicet Aminæum Neapolitanum, quod in collibus Neapoli vicinis naſceretur; erat autem illud tenuis & aquoſæ ſubſtantiæ; alterum Aminæum ſiculum quod in ea Campaniæ ora quæ Siciliam reſpicit proueniret, auſterum quidem illud & mediocriter album, craſſumque & ob id ad digeſtionem per corpus minime idoneum, ſed cum inueteraſſet & ad ſenium peruenisſet ſtomacho vtile, atque eiuſmodi, vt tum facile cum Sabino de præſtantia contenderet, id vini genus Virgil. in Georgicis firmiſſimum vocauit; in eius inopia factitium Aminæum apparabatur, ſicut ex Dydimo refert Conſtantinus Cæſar lib. de agricultura 8. cap. 21. Galen. lib. 1. de antidot. Tertium

Aminæi

» Aminæi vini genus facit quod scilicet in Bithy-
» nia proueniret.

Οἶνος αὐθρεῖνος. vinum forte & generosum, apud Hippoc. nisi forte scribendum sit αὐθεῖνος. hoc est, vinum natum in Andro insula, vt λέσβιος, quod est à Lesbo, vt scribit Erotianus.

» Qui & ἴυπνον exponit.

Οἶνος Ἀνθινὸς, ἢ Ἀνθινὸς. vinum dicitur ab Hippocr.
» vel quod proprie ἀνθισμῶδον vel potius αὐθισμῶδον
» (ita enim legendum cum augmento) hoc est,
» florulentum dicitur, vel quod ex floribus ad sua-
» uitatem conditum est, quomodo & ipse κυκεῶνα
» Ἀνθινὸν dixit lib. 2. de morbis: videtur autē idem
» esse cum eo quod αὐθισμίας vocatur de quo mox:
» Cæterum notandum pro Ἀνθινὸς in omnibus
» Hippocratici Lexici editionibus inueniri Ἀνθίνην
» à nominatiuo Ἀνθίνης, vt ὀξίνης, scilicet οἶνος: est &
» hoc loco obseruandum per ι. scribi αὐθινος apud
» Hesych. & Suidā proparoxitonως, oxytonως au-
» tem αὐθεινὸς per ει dypthongum, sicut ὑγιεινὸς.

Οἶνος αὐθισμίας. vinum odoriferum ex αὖθος & ὀσμὴ
» atque sic idem erit cum eo quod supra αὐθινος di-
» ctum: Erat autem odoratum vinum antiquis
» gratissimum; de vino vero lectissimo cuiuscum-
» que generis illud sit dictum (Ἀνθισμίας) putat
» Scaliger, sic florem vini appellamus, inquit, sic
» florem ætatis, minime probans à nonnullis sic
» moschatellum vocari.

Οἶνος ἁπαλὸς. vinum molle seu tenerum apud Dios-
» cor. Sunt qui mustum exponant, alij vinū quod
» non est οἰνῶδες, vt loquitur Hipp. sed ὑδαρὲς lan-
» guidum & elumbe: Eustathius vina Tarentina,
» & omnia quæ sunt sub eo climate esse inquit ἁ-
» παλὰ, atque ἁπαλῷ opponit σκληρὸν οἶνον.

Οἶνος ἀπαράχυτος. vinum aparachyton. Vinum cui aqua marina admista non est. Sic dictum ad eius laudem à mercatoribus, quasi purum & syncerum, nec adulteratum aquæ marinæ mistura, tāquam per se satis firmum & generosum. Neque enim nobilibus vinis misceri solebat aqua marina, sed imbecillioribus quæ θαλάσσια ob id dicobantur. Dioscor. lib. 5. meminit vinorum ἀπαραχύτων, quæ admistam sapam recipiant: quæ quidem reuera ἀπαράχυτα sunt, hoc est, aquæ marinæ expertia, sed tamen alio liquore adulterata, sapa scilicet immista.

Οἶνος Ἀπίτης. vinum ex pyris factum quæ ἄπια vo-
» cantur. fit ad eundem modum inquit Dioscor.
» lib. 5. c. 32. quo vinum Cydonites, sed pyra non
» non magnopere matura esse oportet; astringen-
» di facultatem habet: illud fortean est quod a
» Normanis *Peré* vocatur, vt vinum ex pomis fa-
» ctum *Pommé*.

Οἶνος ἀποζεσμῶδες. vinum feruefactum, ad humorum maligniorum contemperationē adhibetur Hippoc. aphor. 7. sect. 6. li. 6. Epid. Vinū abunde calidum Gal. interpretatur, vel ita coctum vt σιραῖον dictum æquare videatur.

Οἶνος ἀρειάνιος. vinum Ariusium. Vinum Græcum, quod locis quibusdam in Chio prouenit, aptissimum prorsus ad digestionem succorū in corpus. Est enim flauū & odorum, & cōsistentia inter aquosa crassaq; mediū, antidotis optimum.
» Galen. lib. 2. κρ. τέκ. In Asia nasci Ariusium di-
» cit, esseque ex aquosis vinis.

Οἶνος ἀρσινὸς. Vinū Arsyenum. fuit Asiaticū aquosæ consistentiæ. Gal. l. 7. meth. Scribitur & ἀρσένιος apud Stephanum, ab Arsysia, Pyrorum & Chij loco. Strabo ἀρσήνιον vocat lib. 14.

Οἶνος Ἀρωματίτης. vinū aromatites de quo Dioscor. li. 5. c. 64. vbi parandi modum & vires tradit.

Οἶνος αὐστηρὸς. vinum austerum. Est vinum modice crassarum partiū, parumq; adstringens. Tale autem est præsertim nouum. Vetustate namq; austeritas concoquitur vinumq; tenuius & dulcius euadit. Itaque quod principio frigidius erat, calidius sic, & præstantissimum redditur. Quanto n. quodque austerius est, tanto etiam est frigidius & crassius, proindeque stomachum & intestina corroborat, fluxiones sistit, caput minime tentat, sed non facile digeritur, atq; ad succorum deductionem inutile est. Verum vbi ad vetustatē peruenit, si merum & syncerum bibatur, excalfacit, facile distribuitur, stomachum adiuuat, appetentiam inuitat: vires alit, robur addit, somnum conciliat, & commendat colorem.

Οἶνος αὐτίτης. dicitur apud Hipp. vinum huius anni quasi αὐτότης. vt Gal. exponit τὸν ἐν τῷ ἐνεστῶτος ἔτους: alij τὸν αὐτῆ γεγονυῖαν indigenam; Pollux & Suidas τὸν ἐπιχώριον vernaculum, & in ea vbi bibitur regione proueniens. Alij denique τὸν ἀπαραίχυτον interpretantur, id est, cui nihil sit aquæ infusum, à voce ἀυτὸς quæ μόνος significat vt Latinis ipse pro solus.

Οἶνος Ἀφεσιπνὺς. vini genus in Asia cuius Gal. meminit lib. 4. κρ. χύμ. c. 1.

Οἶνος Ἀψινίτης. vinū ex Absinthio factū, vtile stomacho hepati & renibus; eius autē faciendi ratio multum euariat, nam differentes compositiones scribit Dioscor. li. 5. c. 34. & Columella lib. 12. c. 33. & Constantinus Cæsar. lib. 8. c. 20.

Οἶνος βίαιος. vel vt Turneb. apud Plin. l. 14. c. 8. legit Ἄβιος, id est, ἀδιάφορος est species vini falsi siue marini, apud Græcos clarissimi, & ad plurimos valetudinum vsus excogitati: fiebat hunc in modum, vuæ paulo ante maturitatem decerptæ siccabantur in sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimebantur, deinde sole inueterabantur, aqua demum marina longior miscebatur, hoc vini nomen etiamsi Dioscorid. in marinorum confectione omisit, non tamen rationem eius conficiendi. videtur neglexisse, scribens aliquos sic vina falsa comparare, vt passas prius vuas in dolijs aqua marina macerent, mox calcatas exprimant, quod vini genus passi gereribus magis adscribendum censet. Plinius loco citato huius parandi vini modum docet; idem autem esse omnino videtur cum omphacite, nomen vero illi inditum fuit à festinatione & violentia quod ante maturitatem & quasi per vim ab uis exprimeretur, vel quod ad vetustatem illius accelerandam affuso mari cogeretur, marinam enim veteres vinis miscebant, tum vt gratior sapor esset, tum vt celerior & præcocior vetustas contingeret.

Οἶνος βίκινος. vinum Bicyum: vile, crassum, insuaue, & austerum, præsertim quod in maioribus lagenis olim asseruabatur, vt literis Gal. mandauit. In paruis enim, inquit, seruatum, meliusculum paulo fiebat, & medium quodammodo inter bona malaque vina euadebat.

Οἶνος βρυτιανὸς. vinum Brutianum, quale sit docet Hermolaus in Corollario.

Οἶνος βρύτος. vinum dicitur ex hordeo confectum de quo Athenæ. lib. 14.

Οἶνος βύβλινος. vinum Byblinum celebratum quondam ab Achæo Poëta Tragico & Theocrito, & quale bibi vult Poëta Hesiodus diebus

» feruidis, apud quem exponit interpres aquosum » & tenue: scribitur & βίβλινος, quod in Biblinis » Thraciæ montibus nascatur, à quibus & βιβλίνη » ἄμπελος Biblina vitis ibi proueniens apud Athe- » næum lib.1.

Οἶνος γαλακτώδης. Hippocr. 6. Epid. vinum dicitur » egelidum, aut lactei teporis, aut cui lac admix- » tum sit velut οἰνόγαλα, γαλακτώδεα διαχρήματα.

Οἶνος γαυριανὸς. vinum Gaurianum. Inter Italica vina numeratur à Galeno. fuit autem album, aquosum & oligophoron.

Οἶνος γλαχωΐτης. vinum ex pulegio factitium, eius compositio habetur apud Dioscorid. lib.5.apud Columell. lib.2.c.35. Apud Constantinum Cæsarem lib.8.c.7.

Οἶνος γλυκὺς. vinum dulce. Quod dulci qualitate præditum est. Vini differentia est sumpta à gustu. Tale autem modice crassum est & nigrum, multisque numeris, vt scribit Gal. ab aqua tum cõlore, tum substantia recedit. Neque enim, inquit, tenue exquisitè, neque album est vinum dulce, sed omne quo dulcius est, eo & colore nigrius & substãtia crassius apparet. Quamobrem mediocriter calefacit, sitimque propter caliditatem & crassitiem inducit. Eiusmodi fuit Theræum & Scybelites, vtrumque crassum & nigrum: præterea quæ in Mæonia nascebantur, Therinum & Caryinum, tanto minus prædictis nigra crassaque, quanto etiam minus dulcia fuere cum nullum vinum dulce sit exquisite tenue, sed magis minusue crassum, certum est à dulci vino iecur & lienem obstrui, eisq; noxam inferri, maxime si in flammatione aut scirrho laborent. Verum pulmoni non perinde noxium est, quod sedata iam inflãmatione prosit ad sputum educendum, pulmonis meatus & humores in ijs inhærentes commodissimè diutissiméque humectando. Est autem magna in vinis dulcibus varietas, non tantum quia magis minusue talia sunt, sed quod alias aliquando adscisc unt qualitates.

» Ατγλυκὺ vinum passum, quod fit passis & in vi- » te diutius adustis vuis: Plinius aliquoties non » passum, sed simpliciter dulce vocat, Græco- » rum imitatione, olim in Italia frequens nunc » prorsus neglectum; non est autem prorsus γλυ- » κὺ idem quod οἶνος γλυκὺς: vinum enim dulce di- » citur, cuicumque dulcedo aliqua ineſt, eiusque » multa sunt genera, tam natiui quam factitij, vt » ante dictum est; γλυκὺ vero vnum modo vini ge- » nus dicitur quod vuis aut sole siccatis in area, aut » in sarmento torrefactis exprimitur, nimirũ pro- » pter eximiam saporis qualitatem, cuius tamen » aliquot etiam differentias Dioscor. enumerat, » Creticum, Pramnium, Protropum, Siræum, » siue ἔψημα, quod fit decocto musto sicut Colu- » mella parandum docet li.12.c. 39. post traditam » aliam c. 27. vini dulcis faciendi rationem; item » quod à nigro colore μελαμψίθιον dicitur; nume- » rantur & à Galeno aliæ quædam genera vt Hiſ- » panicum, Scybelite, Theræum: omne eiusmo- » di vinum multum alit, pulsus reuocat, astrin- » git, venenis medetur.

Οἶνος γυψώδης. vinum gypsatum siue gypso conditum. Id cõtra venena cæteris aptius est, vt scribit Dioscorides, sed neruis officit, caput aggrauat & incendit, ac vesicæ aduersatur.

Οἶνος δευτέριος. vinum secundarium. Cato & Latini loram vocant. Hoc quanquam non possit re vera vinum dici, tamen inter vina operaria numeratur, maceratis aqua vinaceis, rursusque prælo subiectis.

Ab Atticis sic vocabatur: Græcorum vulgus « πύνα, Asiatici σιμφυλίτην Galeni temporibus ap- « pellabant, vt ille scripsit. 20. de aliment. facul- « tat. c.9. Coniectis namque, inquit, in parua dolia « vinaceis, tãtum aquæ superaffundũt, quoad om- « nia permadeant, quod vbi satis factũ videtur, in « dolij fundo foramen aperiunt vt dilutũ effluat, « idque pro vino bibunt: affundunt autem aquam « moderatã quo videlicet lora, neq; aquosior sit « neq; meracior, deinde rursus aliam aquã, parcio- « rem tamẽ priori vinaceis affũdunt, ita vt id quo- « que sit in potu tolerabile, quod quidem Attici « proprie non vt prius δευτερίας nominari volunt, « vtraque lora, inquit, capitis dolorem adfert, nisi « quis ipsas dilutiores bibat, sed huic potui id cõ- « modum quod ocyus per vrinas reddatur: hoc « autem secundarium vinum siue loram sic fieri « præcipit Dioscor. l.5.c.13. In vinaceos, è quibus triginta musti cados expresseris, cados treis aquę addi, tum calcari, expressumque ad tertias decoqui, deinde in singulos congios modi huius qui remansit, sextarios salis binos conij ci, acta hyeme decapulari in fictilia, post annum vti. Id vinũ celeriter exolescit, nec anno amplius durat. Conuenit ægris quibus timemus noxam vini, item à longa valetudine se recolligentibus.

Parem fere eius faciendæ rationem describit « Columella l.12.c.40. nisi quod simul spumas sa- « pæ, siue defruti, & fæcem ex lacu confundit & « miscet, eamq; intritam macerari vna nocte sinit, « postero die pedibus proculcat, & sic permixtam « prælo subijcit; Scribit insuper patrem suum ex « aqua vetere eam facere solitũ, & nonnunquam « plus biennio innoxiam seruasse: Plin.li.14. c.10. « scribit, tria esse eiusmodi vinorum operariorum « genera: Primum fieri tradit decimæ parti musti « quod expressum sit, pari aquæ addita, atq; ita no- « cte dieque madefactis vinaceis rursusque prælo « subiectis. Alterum quo modo Græci factitauere « tertia parte eius quod expressum sit addita aquę, « expressoque decocto ad tertias partes: Tertium « est vini fæcibus expressum, quod fæcatum Cato « appellat, nullius autem ex his plusquam anno « vsum esse. «

Οἶνος διάχυτος. vinum quod fit vuis in sole siccatis, clauso loco per dies septẽ, in cratibus totidem pedibus à terra alte, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Ita fit optimi odoris saporisque.

Οἶνος δριμὺς. vinum acre. Vini differentia sumpta à gustu. Succedit dulci per vetustatem, quemaddum & aceto & melli & adipũ omni generi accidit: quæ quanto sunt vetustiora, tanto etiam acriora redduntur. Est autem eiusmodi vinum vehementer calidum. Siquidem fieri ita solet, vt omnia vina vetustate euadant calidiora: atque austera quidem temporis spacio dulcedinem quandam atq; acrimoniam deposita adstrictione acquirant: deinde vero increscente acrimonia, sensim dulcedinem deponant, & postea progressu temporis admodum acria euadant, assidueque amarescant, ac denique vbi crassescere cœperint, penitus fiant amara: sicut Galenus li. 4. simpl. med. demonstrauit.

Οἶνος ἐξηθειασμένος. habetur apud Hippocra. 1. γυναικ. « qua voce quid designet Hipp. satis ambiguum « videtur, an scilicet vinum refrigerari vt voluit «

» Cornarius interpres (voluit enim id sub dio per
» noctem exponi) an vero ad solem calefieri: cau-
» sa vero cur sic exponat Cornar. Inde est quod
» scilicet eo loci Hippocr. vbi hæc verba sunt ἐπ-
» πεῖν οἶνον ἐνώδεα παλαιὸν ἐξηθεισαμμένον statim addi-
» derit Hippo. τὴν ὑστεραίην πινεῖν, vt scilicet die poste-
» ra decoctum exhiberetur in potum; Et ad hanc
» interpretationem inducebatur fortean Cornar.
» quod alias Hippocr. in lib. de vulneribus sub dio
» aquam ponere legisset quo citius & magis con-
» crescceret; Sed eo loci alia esse Hippocratis mens
» videtur, quod nimirum quemadmodum discus-
» sis in aere nubibus vulgo succedit αἴθριον κατάστη-
» μα, id est, constitutio cœli serena illustris & su-
» da, vino similiter possit vsu venire, recenti præ-
» sertim & prius conturbato, vt si quando vinum
» offeratur turbidum & rei alicuius permistione
» inquinatum, illud tantisper sinatur residere, dum
» sordem fœcem & inquinamentum omne posue-
» rit, illustre vero appareat & plane pellucidum.
» Aliter autem à Dioscor. li. 3. acceptum legimus
» passiua voce ἐξαιθριαθὲν.

Οἶνος ἐρυθρός. vinum rubrum. Est vinum colore medium inter fuluum & nigrum. Vt autem colore ita & facultatibus medium est, tanto minus calidum & tenue reliquisque vini fului dotibus præditum, quanto etiam nigrius existit.

Οἶνος θαλασσίτης, ἢ θαλασσίας, ἢ πιθαλασσωμένος, vel ὁ
» διὰ θαλάσσης οἶνος. cui opponitur ἀθαλάσσιος. Est autem vinum marinum. hoc est, cui aqua marina admista est. Id quod fieri solebat vinis aquosis & debilibus: vt eo quasi fuco adulterata, calidiora & acriora viderentur, tum vt facilius à mercatoribus conueherentur, & longæ viæ incommoda perferrent, atque etiam diutius seruari possent. Sed temperandi ratio varia fuit, vt docet Dioscorides. Alij, inquit, statim cum decerptæ sunt vuæ, aquam maris admiscent. Alij in area vuas sole siccant, quibus calcatis marinam adijciunt. Alij passas prius vuas in dolijs marina aqua macerant, mox calcatas exprimunt: quod tamen magis passi generibus adscribitur.

» Columella lib. 12. c. 25. mistionis modum la-
» tius explicat, ex quibus facile apparet vinum ma-
» rinum fieri non modo affusa maris aqua, sed
» etiam muria in Mediterraneis regionibus, quo
» non est facilis aquæ marinæ inuectio, quod po-
» stremum vini cõditi genus si quis non marinum
» sed salsum appellari malit, parum quidem arbi-
» tror interesse. Equidem mihi videtur vtrumq;
» & salsum & marinum vinum dici posse; & Cel-
» sus quidem semper vinum salsum nunquam ma-
» rinum nominat; Id quod ex duobus maxime lo-
» cis intelligi potest. Primum ex l. 3. in morbi Re-
» gij curatione, deinde ex c. 6. lib. 1. vbi negat inter
» solutæ alui remedia salsum homini bibendum
» vinum, his enim in locis manifeste per salsũ vi-
» num marinum intellexit, vt qui easdem vires sal-
» so tribuat quas Dioscorides marino, nec est qui
» inter illa differentiam aliquam apud veteres an-
» notarit: Græcorum autem inuentum fuisse cõ-
» stat, sic enim non fortia quidem & nobilia vi-
» na sed imbecilla vt ait Galen. lib. 12. meth. con-
» diebant, vt illis gratiam conciliarent, siue vt il-
» lis præcox vetustas accerseretur, vtque faci-
» lius à mercatoribus conueherentur, & longæ
» viæ incommoda perficerent, atque etiam diu-
» tius seruari possent. Sal enim aqueum vini re- «
» crementum attenuat, & eliquat, nec id mar- «
» cescere aut acescere permittit; præterea sua gra- «
» uitate terrestres vini partes secum ad vasis fun- «
» dum detrahit, sicque citius purgatur, & eius «
» asperitas mitigatur. Porro vini salsi septẽ gene- «
» ra Plinius enumerat, βίαιον quod fit siccatis in so- «
» le vuis & affusa marina aqua largiore: Leuco- «
» chrũ quod fit eodẽ vino in albũ mustum trans- «
» lato, quæ quidem duo vini genera sunt Græcis «
» propria; In alijs autem gentibus simili modo «
» factum vinum πιθαλασσωμένον dicit appellari. «
» Quartum genus Thalassiten vocat, vasis musti «
» deiectis in mare quo præcox fiat vetustas, ex «
» quo manifestum fit quam inter πιθαλασσωμένον & «
» θαλασσίτην οἶνον differentiam constituat. Quin- «
» tum est Coum, cuius etiam concinnandi ratio- «
» nem Constantinus Cæsar explicat Agriculturæ «
» lib. 8. c. 23. Postea Rhodium Coo simile; vlti- «
» mum Photineum salsius Coo. «

Omnia autem eiusmodi vina siccant, sitimque inducunt, pro modo aquæ marinæ admissæ stomacho aduersantur, neruos infestãt; aluo tamen apta esse Dioscorides prodidit. Fuerunt huius generis, vt idem ait, vina Coa & Clazomenia, quæ propter plurimæ aquæ marinæ mistionem facile corrumpuntur, flatus mouent, aluum turbant & neruis officiunt. Splenicis quidam veteres exhibuerunt.

Οἶνος θηραῖος. Theræum vinum. Id fuit crassum, nigrum, dulce, sed citra adstrictionem. In Creta proueniebat. In ventre, inquit Galenus, diutius immoratur, nec vrinas mouet, sed deorsum properat, ideoque ante cibum sumitur.

Οἶνος θήϊνος. vinum Therinum. dulce, modice crassum & nigrum. Est autem Asianum, nascens in Mæonia.

Vt inquit Gal. libr. περὶ εὐχυμίας, idem & 5. de «
sanit. tuenda pallidum fuisse ait, est autem Asia- «
num nascens in Mœonia. «

Οἶνος θύϊνος. vinum Thuscum, hoc est, in Thuscia natum, aquosum & oligophoron.

Οἶνος ἱπποδαμάντειος. Vinum hippodamantium. manifestam habet adstrictionem: ideoque stomacho saluberrimum: potissimum autem si inueterarit. Est ex ea specie cuius est dulce Falernũ, & Tmolites: nisi quod manifestius quam hæc adstringat. Galenus lib. 12. meth. med.

Οἶνος ἰσοκράτης, vel ἶσος ἴσῳ πρόμυθος Hippocrati aphor. 56. libr. 7. & 2. de morbis vinum dicitur a- «
quæ pari portione temperatum epotum, qua- «
le 2. Epidem. ad humorum contemperationem «
propinandum iubet, & quale loco cit. soluere, «
inquit, anxietudinem, horrorẽ & oscitationem, «
vino scilicet calore suo humiditates, quas vel «
ventriculi tunicæ imbibunt, vel musculi conti- «
nent, vel per cutem feruntur, dissoluente, ac se- «
parante, aqua vero pellente & euacuante, & «
præter hæc, vires vini immoderatas coercente: «
Eiusmodi quoque vinum in ossis capitis fractu- «
ris vt inflammationem arceat, commẽdat Hip- «
pocr. 2. Epid. Hanc autem miscendæ vino aquæ «
rationem expresserunt antiqui per ἶσον ἴσῳ vt vi- «
dere licet apud Athenæ. lib. 10. «

Οἶνος κάκυβος. vinum Cæcubum. Galenus libr. «
12. meth. med. scribit eo nomine nullum desi- «
gnari certum vini genus, vt plærique existimãt: «
sed omne vinum à Romanis sic vocari quod per «

vetuſtatem eo peruenit, vt igneum colorem contrahat: atque inde ipſum quoque nomen fuiſſe ſortitum. Neque enim, inquit, eo omnia perueniunt, cum prius craſſentur quam in pellucido flauorem accipiant. Sed quem huius ſententiæ authorem Galen. habuerit, non video, neque intelligo quomodo Cæcubi nomen inditum eſſe poſſit à vetuſtate, vel ab igneo colore. Perfacile fuit, vt arbitror, hominem peregrinum & linguæ Latinæ ignarum decipi à quouis, & vulgo aut etiam ignaro credere. Magis probabile eſt Cæcubum vinum dici à Cæcubo oppido Campaniæ in Italia, quod vineta (vt eſt apud Strabonem libro quinto) vini feraciſſima præcipuis enutrit arboribus. Dioſcoridi quidem videtur fuiſſe certum aliquod vini genus, qui de Cæcubo diſſerens, ſcribit ipſum dulce eſſe & Albano craſſius, corpus & colorem alere, ægre tamen concoqui.

Οἶνος καίκυνος. Vinum Calœnum, quod apud Calœnas in Campania naſcitur præſtantiſſimum, ſucco (vt ait Plinius) per omnes terras inclyto. Verum hoc naturæ, non ingenij opus eſt. Nam & Calœnum vinum aliud eſt, eiuſdem cum ſapa generis, vino ita decocto, vt tertia perdita duæ partes remanſerint.

Οἶνος καπνίας. vinum fumoſum dicitur vt apud Poëtam. Nunc mihi fumoſos veteris proferte falernos Conſulis: ad inducendam autem vinis vetuſtatem, erant qui vaſa in locis calidis aut fumo exponerent, vt is continuo quodam & blando calore penetrãs, aqueas partes abſumeret, quod parentem ſuum factitaſſe affirmat Gal. 1. de antid. & de quo loquutus eſt Horat. 3. lib. carmin. Ode 8. hinc & Narbonẽſes ac Maſſilienſes paſſim vina fumo maturaſſe præter Plinij teſtimonium Martial. abunde demonſtrat lib. 3. vel cocta fumis, inquit, muſta Maſſilianis. Eſt & καπνίας vitis genus cuius præter Græcos etiam Plinius meminit vnde & καπνίας οἶνος dici potuit.

Οἶνος καρήνος. vinum Carænum, ſpecies eſt τῦ σταφυλίτου; dicitur autem muſtum decoctum, ita vt tertia pars abſumpta ſit, duæ tantum remaneant, in quo à ſapa differt quæ fit muſto ad tertiam partem redacto vt vult Palladius.

Οἶνος καρύινος. vinum Caryinum. Id Aſianum fuit ex Mæonia prodiens nigrum, dulce, ſine morſu.

Οἶνος καυσεῖος. forte vinum Syriacum apud Hippocrat. à monte Caſſio ſic vocatum vt ſcribit Erotianus.

Οἶνος καυσοχάτης. alio nomine συκίτης dicitur, fit enim è ficu quam catorchiten nonnulli appellant. habetur eius compoſitio apud Dioſcorid. lib. 5. c. 35.

Οἶνος κιρρὸς. vinum fuluum. Vini differentia à colore ſumpta. Id poſt flauum calidiſſimum cenſetur & tenuium partium, velociſſime in corpus digeritur, & crudos ſuccos concoquit, ſed caput tentat & mentem. Eius tanta cum flauo cognatio ſimilitudoque eſt, vt quod Hippocr. κιρρὸν, hoc eſt, fuluum, appellare ſolet, potuerit etiam ξανθὸν, id eſt, flauum, appellare, ſicut Gal. lib. 5. ſanit. tuendæ prodidit. Talia autẽ vel per ſe naſcuntur, vel vetuſtate euadunt. Nam & vina alba quo magis inueterauerint, eo redduntur fuluiora. Duorum autem generum fuluum vinum eſt, alterum dulce, alterum auſterius pauloque craſſius. Dioſcor. lib. 5. vinum κιρρὸν colore medium eſſe dicitur inter album & nigrum, & medias inter vtrumque vires habere. Quo quidem in loco κιρρὸν varie ab interpretibus vertitur. Barbarus rubrum, non diſtinguens ἀπὸ τ ἐρυθρῦ, ſicut debuerat: Ruellius giluum, Marcellus vermiculum conuertit, cuius ſcripta hac de re neminem legiſſe pœniteat.

Οἶνος κνίδιος. Cnidium vinum appellarunt veteres non illud ſolum quod in Cnidiorum vinetis gignebatur, cuius meminit Athenæ. lib. 1. ſed illud etiam quod Cnidij mercatores ex Ægypto petere, & in alias regiones transferre ſoliti: vino vero Cnidio hanc laudem tribuit Athenæus libr. 1. vt ſit ἄριστος πρόσιμος, κοιλίαν ἥκιστα κατασκυβάζων, πλείων ὁ πινόμενος, ἐκλύει τὸν στόμαχον.

Οἶνος κονδίτος. conditum eſt vinum cum aromatibus ſacco percolatum, ſic enim veteres vina condiebant & commendabant, id quod ex Plinio intelligitur dicente de Aniſo, ſaccis ipſum addi, & cum amaris nucibus vina commendare, non diuerſo, arbitror, modo à vino quod Pharmacopolæ Hippocraticum appellant; aromata autem quibus condiebatur, erant piper, zinziber, Cynnamomum, Caryophylli, nux Moſchata, Galanga, flos Roſmarini, ſpica, folium indicum, atque etiam abſynthium, vnde & hoc vinum nonnunquam abſinthatum dictum fuit, addito plerumque & melle; Eiuſmodi conditi deſcriptionem vnam refert Conſtantinus Cæſar. libr. 8. Agricult. cap. 30. hunc in modum: Piperis loti ſiccati & probe triti vncias VIII. Mellis Attici ſextarium vnum, vini veteris albi ſextarios quinque aut ſex. Sed plures Aetius l. 3. ad purgandam, tum bilem vtramque, tum pituitam, & extremo etiam libr. 16. quanquam illi vinum ſacco non percolant, contenti in vinum aromata indidiſſe. Erat autem huius vini varius vſus, vt ad robur ventriculi, ad cruditates, ad flatus, ad frigidam humidamque intemperiem, atq; ad emolliendam aluum & purgationem vt docet Aet. Eſt vero conditi nomen mere Latinum, ſed tamen à recentioribus Græcorum vſurpatum, vt etiam ex Palladæ Epigrammate notum eſſe poteſt quod habetur lib. 1. Epigram. Græcorum.

Οἶνος κοντικὸς. vinum picatum apud Hippocratem: Inijcitur piceæ cum cortice ſemihemina in vas figlinum, & alij quidam excolant, poſtquam ebullijt, alij vero relinquunt vt ſcribit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις. vide in οἶνος πισσίτης infra de vino picato plura.

Οἶνος κρητικὸς. vinum Creticum. Vini dulcis genus authore Dioſcoride, quod vuis ſole ſiccatis in area, aut in ſarmento torrefactis exprimitur.

Οἶνος κρίθινος. vinum hordeaceum, ſic dictum eſt à nonnullis ζύθος, zythum, potus nempe ex hordeo de quo vide in voce ζύθος.

Οἶνος κῶος. vinum Coum; quinta vini falſi ſpecies ſecundum Plinium, cuius ex Italico vino faciendi rationem ſcribit à Catone demonſtratam fuiſſe, ſuper omnia in ſole quadriennio maturandum præcipienti, de quo Conſtantinus Cæſar. libr. 8. Agricult. cap. 23. Aliqui, inquit, muſti partes tres, & aquæ marinæ partem vnam ad tertias decoquunt, alij ſalis ʒ. 12. defruti congium, muſti congium vnum, ſpicæ Celticæ ʒ. 16. In vini albi metretas duas admiſcent.

Οἶνος λέσβιος. vinum Lesbium, in Lesbo insula natum, habitum semper inter vina præstantissima, vt quod flauum & odorum esset, & consistentia inter aquosa crassaque medium, ideoque ad concoctionem humorum & eorumdem deductionem in corpus aptissimum. Sed vt omnia vina generosa & tenuia, caput facile & mentem tentat, atque ideo infirmo capiti est noxium: vt & Galen. lib. 12. Methodi οἶνον κεφαλικὸν vocat. Cum vero tria, inquit Galen. sint in Lesbo oppida, minus certe tũ odorum tum dulce in Mitylene gignitur, magis & odoratum & dulce in Eressо, deinde in Methymna.

Οἶνος λευκὸς. vinum album. Id minus quam alia omnia calefacit, eoque minus quo albidius fuerit. Imo vero vt scribit Galen. libr. 12. meth. med. non inuenias ex albo vinorum genere calidum vllum: quando etiam austera & mediocriter alba, cum inueterauerint, primum quidem pallidula, deinde plane pallida, tandem vero ex pallido flauentia & fuluiora quodammodo reddantur. Est enim, vt scribit Galen. lib. 5. sanit. tuend. vinum album, si colorem spectes, oppositum flauo, cum hoc vt calidissimum est, sic album minime omnium calidum sit. Sed nec vllum vinum album plane dulce est, sed quoddam austerum & crassum, aliud aquosum & tenue, aliud fuluum flauumque, aliud mediocriter dulce, vt Hippodamantium & Faustianum Falernum, sicut habetur apud Galen. lib. περὶ εὐχυμ. καὶ κακοχυμ.

Οἶνος λευκόχρως. species est vini salsi, ex passis prius vuis compositi, sed mox calcatis, & aqua marina maceratis, deinde in album mustum coniectis. Species est vini albi.

Οἶνος μαλακὸς. vinum molle, id est, suaue, Tunc » sunt mollissima vina inquit Virgil. 1. Georgic. » Illi durum opponitur sic dictum à Terent. heautontim. actu 3. cap. 1. Illi etiam τὸ εὐήθικὸν opponi» tur: Idem & μαλθακὸς & μαλθακώτατος ab Hip» pocr. 7. Epidem. & 2. de morb. quale in pleuri» tide concedit.

Οἶνος μαμερτινὸς. vinum Mamertinum. Id in Sicilia, vt & Adrianum, gigni Dioscorides author est, crassarum partiũ, modice adstringens, ocyssime inueterascens, minusque ob suam tenuitatem neruos tentans.

Οἶνος μαραωτικὸς. vinum maræoticum quondam » celebre, à Lybia mareotide Ægypto contermi» na; Plaut. in Cassina, vinum hoc Lybicũ florem » appellauit vt notauit doctissimus Turnebus.

Οἶνος μάρσος. vinum Marsum, natam in Marsia, regiuncula Italiæ, vltra Picenum Samnites versus. Censetur autẽ valde austerum & asperum.

Οἶνος μελαμψίθιος. Passi genus, vt scribit Plinius lib. 14. c. 9. suum saporem, non vini referens. Dioscorides scribit id nigrum crassumque esse, & corpora multum alere priuatimque conferre ad ventris rheumatismos. Non est dubium à Psitha vite sic dictum, quam Columella lib. 3. inter Græculas vites commemorat.

Οἶνος μέλας vinum nigrum. Omne crassum est, plurimi alimenti & sanguinis, sed crassioris atque melancholici. Duæ sunt eius differentiæ. Aliud dulce, aliud austerum, aut etiam acerbum habetur. Pauca autem admodum sunt, quæ simul austera & dulcia sint, & si quæ eiusmodi reperiantur, praua sunt, qualitatibus prædita contrarijs, quale Albates in Sicilia commemoratur à Galeno. Quæ nigra dulciaque sunt, qualia censentur à Galeno Scybelites & Theræum, calidiora sunt austeris, minus in ventre morantur, crassum sanguinem gignunt: vrinas tamen nec ipsa mouent, sed deorsum properant & aluum mouent: ideoq; etiam ante cibum sumi solent. Quæ vero nigra austeraque sunt, ea frigidiora sunt, adstringunt, repellunt, fluxiones sistunt, longo tempore in ventre manent, & fluctuationes in eo excitant, præsertim nouella & mediæ ætatis. Vetustate namque vt colorem mutant, reddita primum nigra, postea fulua, & tandem flaua, ita etiam vires.

Οἶνος μελιτώδης. idem quod μελίκρατος vide infra.

Οἶνος μελιτίτης. vinum melitites, mulsum è musto, quod & γλύκιμον quidam vocant. Vini dulcis genus est, quod, vt scribit Dioscorides, distat à mulso, quoniam illud à vino vetere austero, addito mellis exiguo, temperatur: hoc è musto, in quinque congios austeri musti congio mellis & salis cyatho inditis. Vel, vt alijs magis placet, mustum, quousque ad dimidias fere resideat, excoquitur, & in decem eius sextarios vnus mellis Attici miscetur sextarius, & in cadum transfunditur, gypsatoque vasis spiraculo in vmbra reconditur. Est autem inflationibus obnoxium, & aduersum stomacho, alijsque facultatibus præditum quas Dioscor. lib. 5. recensuit.

Οἶνος μελίκρατος, aut μελίκρατος. dicitur Hippocrati vinum dulce siue mellitũ, cui scilicet mel admixtum est, sic μόδιον μελίκρατον vocat vinum mendæum mellitum lib. περὶ τῶν ἐνδὸς παθῶν.

Οἶνος μόδιος. vinum mendæum cuius meminit Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐνδὸς παθῶν, ipsum μελίκρατον καὶ λευκὸν appellans.

Οἶνος μομβίτης. eius meminit Gal. lib. 2. περὶ τρόφ. Ægyptium est vinum à regione sic vocatum vt & vnguentũ mendesium; sed vide num sit illic legendum pro ὄνῳ, μύρῳ, nam alibi nusquam fit mentio vini mendesij.

Οἶνος μοσχείτης. vinum Mesogites. Asianum fuit, à Tmolo monte, vt ait Dioscor. infestum capiti & neruis. Idem forte cum Tmolite, cuius frequens mentio apud Galenum.

Οἶνος μυρίνης. fuit vinum μύρῳ κεκραμένον, hoc est, vinum vnguento mistum. siue, vt Pollux scribit, γλυκὺς οἶνος, vinum dulce. At Hesychius μυρίτην οἶνον per duplex ρ scribit, deductũ certe παρὰ τὴν μύρραν, hoc est, à myrrha, vt sit vinum myrrha conditum. habetque adstipulatorem Plinium lib. 14. c. 13.

Qui myrrhinam vinum fuisse lautissimum myrrhæ odore conditum tradit ex Plauti testimonio; Sed Plautus eo loci vinum & murrhinam clare distinguere videtur, præterquã quod in Pseudolo murrhinam inter vina dulcia reponit; myrrha cum amara valde sit, sane vino permixta illud amarissimum reddet, & potioni haud quaquam idoneum, vt murrhinam non vinũ fuisse ex illis iure quis credat; Eruditissimus Scaliger in comment. ad lib. 6. Theoph. de caus. plantar. cap. 36. voluit murrhinam vinum fuisse ex myrthi baccis factum, ex myrtho, inquit, vinum premebatur, tum alijs tum fœminis Romanis quod myrrhinam vocabant, non à myrrha quæ amara est, & potibus non idonea; & myrthum μυρρίνην vbique vocat ipse Theophr. Adrianus Iunius ἀπὸ τῆς μύρρης myrrhinam dictam voluit quasi vinum es-

» set, aut altera potio odoribus condita. » Sed illa cum doctissimo Mercuriali parum de » myrrhina placeant, potius existimat fuisse mur- » rhinam, artificialem quandam potionem quæ » veterum tempestate vulgatissima cum esset, at- » que à posteris intermissa, vix eius remansit no- » men, quod vel à similitudine, vel à mixtione, vel » ab aliqua alia re fortean captum fuit, cuius sen- » tentiæ Festus & Nonius adstipulãtur, qui dicũt » murrhinam factitiæ potionis genus extitisse. sed » vide in voce μυεῖνις plura.

Οἶνος μύσιος. vinum Mysium, quod in Hellesponti Mysia prouenit, Surrentino non absimile. Est enim flauum, odorum, & consistentia inter aquosa crassaque medium.

Οἶνος Νέκταρ, & Νεκταρίτης. Constantinus Cæsareo » nomine conditi mulsi genus quoddam appellari » scribit, ex varijs aromatibus, & sub Caniculæ » ortum per dies 40. insolati; idem est quod μα- » λιτίτης de quo nos supra: ex illo autem nectare, » medicamenta multa νεκτάρεια dicta sunt inter quæ » habetur νεκτάρεια αὐτίδοτος, & νεκτάρειον ἔκλειμμα: » Sed & νεκταρίτης οἶνος ex helenio fiebat quod νεκ- » τάρειον dicitur, quippe helenij radix sicca pondo » dragmarum quinque linteolo colligata in con- » gios sex musti addebatur, & post tres menses ef- » fundebatur.

Οἶνος νέος. vinum nouum: Tale nos esse censemus » quod vel est vnius anni immò mensium sex, ad » quod vsque vero tempus nouum dici debeat vi- » num nusquam Galen. expressit, tantum illud me- » dium esse vinum inter vetus nouumque statuit » quod intra quinque & decem annos consisteret » vt 4. κῶν. affirmauit. Sed ex eo liquet Galeno » vinum dici nouum quod intra quinquennale » fuerit, vnde Aloisius Mundella Epistol. medic. » Epist. 14. sex annorum vina pro nouis ex Galeni » mente habenda scripsit, cum eiusmodi tamen » vina vt ante diximus, ex eodem inter vetera & » noua media censenda sint; Sed permirum vide- » tur ea vina quæ tot iam annos à sui ortu recesse- » runt noua esse censenda, cum nouum id proprie » dicatur quod parum à sui initio distat, vt nouel- » las plantas, noua arbusta, nouos fructus appel- » lamus, vt illud vinum nouum atque recens po- » tius censendum sit quod à suo ortu non multum » abest, & musteam illam suam adhuc dulcedi- » nem seruat, nec acrimoniam adhuc nactum est. » Quod vero ad vini noui facultates attinet, illud » hepar obstruit, dysenteriam hepaticam parit, » humores accendit, & ventrem soluit, quia scili- » cet nondum defæcatum, quia & nondum inte- » gre deferbuit, quia viscera debilitatem parit, & » quia nitrositate sua abstergit, atque stimulat, & » ad excretionem proritat.

Οἶνος ξανθός. vinum flauum. quod vini genus, sum- me calidum est & tenue, optimi succi: velociss- ime per corpus digeritur, crudos succos con- coquit, caput & mentem tentat. Eiusmodi au- tem color inest vinis vel media ætate, vel in se- nio. Nullum enim vinum nouum fuluum aut flauum est, vti nec calidum. Vetustate autem color ille maxime contrahitur, quoque omnia vetustiora, eo etiam primum fuluiora, mox fla- uiora euadunt, & calidiora. Est autem duorum generum. Vnum parum dulce, alterum modice austerum. Neque enim flaui vini natura fert vt multum sit vel dulce austerum. Oppositum est hoc vini genus, si colorem spectemus, al- bo, vt quod calidissimum sit, sicut minime cali- dum, album.

Οἶνος οἰναῖθηνος. vinum œnanthinum fit, ex labrus- ca, hoc est, vite syluestri, duabus libris florum in musti cado maceratis, qui post triginta dies mu- tantur.

Οἶνος οἰνώδης. vinum vinosum. Sic appellauit Hip- pocrates non molle, & quod speciem tantum vi- ni habet, sed potius austerum & forte, sicut ha- bet Erotianus.

Ἀνδρεῖον. appellauit Hippocr. vulgo πολύφορον di- citur, illique opponitur ἄπελος, ἀδύτενος, ὑδατώδης.

Οἶνος ὀλιγοφόρος. vinum quod paucam aquæ mistio- nem admittit. Idem cum τῷ ὑδατώδει. cui contra- rium est quod polyphorum vocatur.

Οἶνος ὀμφακίτης. vinũ omphacites. Id nomen quam- uis omnis vini crudi & ante maturitatem excer- pti videri potest commune, & idem cum τῷ βιαίῳ, priuatim tamen in Lesbo exprimi Dios- corides author est. vuæ paulo ante maturitatẽ col- liguntur, etiam semiacerbæ, per triduum aut quatriduum sole torrentur, donec acini passi fiant, rugasque plane contraxerint, tum pre- muntur, deinde sole in fictilibus inueterantur. Constringit, stomacho vtile est cibos non co- quẽti dissolutoque. grauidarum malacijs & de- fectionibus medetur. Est autem diu crudum, nec nisi post annos multos bibi potest.

Οἶνος ὀξίτης. vinum acescens & corruptum, Galli- ce *vin tourné*, quod vapescit, sic οἶνον παρατρέπεσθαι Græci dicunt & ὀξιοῦσθαι: Sed & inde Græci ὀξί- ας appellant homines Ἀχρήστους, quasi corrupta vina vt dixit Aristoph. in Equitibus, in Græcis οἶνος τροπίας ἢ ὀκτερίας, vinum mutatũ fugiens in vappam, aut in acetum degenerans, aut exoles- cens quod ætati cedit.

Οἶνος παλαιός. vinũ vetus. Est vinum quod factum est vetustate, seipso primum quidem acrius, de- inde vero etiam amarius. Id quod annorum qui- dem spatio omnino euenit, sed vario & inæqua- li. Aquosa enim vina celerrime omnium inuete- rantur, crassa vero & austera tardius. E quorum numero Surrentina nõ ante vigesimum annum vigere solent, atque ab eo tempore ad potum idonea bonaque diutissime perseuerant, nec fa- cile amarescunt, sicut Galenus testatus est. Sunt autem notæ duæ vetustatis, acrimonia pri- mum, qua plane magis calida euadunt vetusta vina: deinde vero amaritudo, quæ acrimoniæ succedit: quam vbi adepta sunt, immodice re- siccant. Est autem vinum vetus neruis noxium & reliquis sensibus, gustu tamen suauissimum: ideoque cauendum ijs qui intestinæ alicuius partis imbecillitatem sentiunt. attamen in se- cunda valetudine paucam, dilutum aqua, inno- xie sumitur.

Οἶνος παλματίας. apud Trallian. lib. 6. vel vt P. Æ- gin. παλματαῖος, Palmatianum vinum; Quale fuerit docet Hermolaus Barbarus lib. 5. Corol- larij.

Οἶνος παραιτωπιανός. vinum Paræty pianum. quod, vt scribit Dioscorides, ex Adriatico sinu defer- tur, odoratum ac tenuius, ideoque liberaliter potum fallens, diuque seruans ebrietatem & so- porem adferens.

Παραιτωπιανόν. potius cũ Cornario legẽdũ suspicor, quoniã & Plin l. 14. c. 6. eiusmodi vini meminit, & incerta est vini paretypiniani origo; est autem ager Prætutianus, vti ex ipsius Plinij verbis l. 3. c.

» 14.& 15.colligere licet ab Adriatico agro, Adria-
» que Colonia haud ita diſſitus,ideoque cũ dicat
» Dioſcor. vinum περιτραπὸν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀδρίαν κα-
» μίζουσι τόπων, ego potius περιτραπὸν legendum
» exiſtimo.

Οἶνος παχὺς. vinum craſſum. ſic à conſiſtentia dictũ, aquoſo contrarium. eiuſmodi eſt ſiræon ſiue hepſema, item Theræum & Scybelites. Valde nutrit, ſed facile obſtruit.

Οἶνος περπερῖνος. vinum Perperinum. quod apud Perperinen, iuxta Pergamum, in Aſia gignitur, craſſum, auſterum & nigrum vini genus, vt & Ægeates. Adſtringit, longo tempore in ventre manet, & fluctuationes in eo excitat.

Οἶνος πισσώδης. vinum picatum, hoc eſt pice conditum. Excalfacit, concoquit, ſanguinem excreantibus inimicum, vt & quod reſinam recipit.

» De huiuſmodi autem vino hæc refert Plu-
» tarch. 5. ſympoſ. probl. 3. ex Græcis Euboios, &
» ex Italicis eos qui circa Padum incolebant, con-
» ſueuiſſe vaſa pice oblinere, reſinamque ipſam
» vino commiſcere, quod talia non modo gratum
» quemdam odorem impertirent, verum etiam
» vinum generoſum redderent, celeriterque ab eo
» aquoſitatem nouitatemque caloris ope remo-
» uerent, de his & loquebatur Plin. ſcribens in
» Italię prouincijs nonnullis vulgare fuiſſe muſta,
» pice rabulana atque reſina condiri, & ne quis mi-
» retur quomodo à pice ac reſina graueolentibus
» potuerit vinis odor gratus donari, ſciri velim
» eas lotionibus alijſque modis (vt docet Colu-
» mella) à graui odore ſpoliari conſueuiſſe: &
» propterea reſinata vina ac picata apud aliquos in
» precio extitiſſe.

Οἶνος πολυφόρος. vinum oppoſitum τῷ ὀλιγοφόρῳ. Id autem eſt quod vt bene temperetur, multam aquam requirit, ſiue quod aquæ multum ſuſtinere poteſt ad temperatam miſtionem. Ergo vt vina aquoſa & alba paucifera ſunt, ita vinoſa & flaua πολυφόρα erunt. Hippocrates τὸ πολυφόρον appellauit ἀνθρώπειον καὶ οἰνώδες.

Οἶνος πρῖμος. idem quod πρωτίστιος, de quo ante.

Οἶνος πούκινος. Pucinum vinum, ab oppido Pucino in quo naſcitur. de quo Plinius lib. 14. cap. 6. de vinis generoſis ſic ſcribit: Liuia, inquit, Auguſta LXXXII annos vitæ Pucino retulit acceptos, non aquoſo. Gignitur in ſinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod Græci celebrantes miris laudibus πουκινὸν appellauerunt ex Adriatico ſinu. Hæc Plinius. de quo vino miror nihil ſcriptum à Galeno.

Οἶνος περιτραπὸς. legitur hoc nomẽ vini apud Dioſcoridem lib. 5. cum tamen interpretes περιτυπανὸν videantur legere.

» Vide ſupra περιτυπανὸς.

Οἶνος ῥαιμνῖος. vinum Pramnium. fuit vini genus dulcis, authore Dioſcoride, quod vuis ſole ſiccatis in area aut in ſarmento torrefactis exprimebatur, ab Hippocrate & Homero celebratum. Dictum autem fuit vel à Pramnia vite, vel quaſi μενόφιλον, id eſt permanens, vel perennans, vt grammatici docent. Premebat hoc Smyrnæ regio.

» Vel eiuſmodi vinum ſic vocatur vt quidam
» volunt παρὰ τὸ ῥαίειν, & ῥαγιτὰς ποιεῖν τὰς
» πόρπας, vel ſecundum alios à pramnia rupe in Icaro inſula, eratque id genus vini nigrum & auſterum vt ſcribit Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Οἶνος ῥοδίτης, ἢ ῥοδίτοπος. dicitur vini genus dulce, quod ex Gnidio & Leſbo Romam aduehebatur maximo olim in precio habitum, non modo pro varijs medicamentorum compoſitionibus, verum etiam pro diuitum & nobilium mẽſis; hoc autem erat muſtum ſponte defluens antequam vuæ calcarentur, quod vuis ſole ſiccatis in area authore Dioſc. l. 5. aut in ſarmento torrefactis exprimebatur, quem admodũ paſsũ Creticum, aut Pramnium; erat hoc vinum maxime dulce vt videatur quãdoque inter dulcia primum locũ tenuiſſe vt Athenæus lib. 1. teſtatur. Porro appellatio protropi ſiue muſti ſeu paſſi, ſiue vini dicere malis, Græcis ab eo deducta apparet, quod calcaturam & prælum ſponte effluendo præuertat, ἀπὸ τοῦ προτρέπειν τὸ ἐκπίεσθαι, ne quis à populo appellatum exiſtimare inducatur: Columella lib. 12. c. 16. & 39. hoc ipſum muſtum lixiuium appellauit, apta nominis tranſlatione ab ea quæ primo priuatimque lixiuia dicitur; vt enim in ea paulatim madente cinere diſtillat aqua, ita & hoc muſti genus per ſe, antequam prælo ſubijciatur vua, paulatim diffluit, & reliquum muſtum præuenit, Græci etiã aliqui protropon vocant προχύμα, velut florentius apud Conſtant. Cæſarem l. 6. c. 16.

Οἶνος πύκτιος. idem quod πούκινος, de quo ſupra.

Οἶνον ῥακεντάτον. Recentatum vinum dixit Trallian. lib. 11. c. 1. ἀπὸ τοῦ ῥυχεῖσθαι quod nondum vllus dixit ex Latinis ſcriptoribus; Recentari enim Nonius Marcellus inquit eſſe ἀναπαύεσθαι, vnde liquet Trallian. Latinas voces, etſi Græcis abundat nimis ambitioſe interim vſurpare.

Οἶνος ῥοδῖτης. vinum roſatum, ſeu conditum roſaceum, eſt vinum è roſis factitium quod Palladius ætate ſua fieri ſolitum hoc modo docet his verbis; Quinque libras roſæ pridie purgatæ in vini veteris viginti ſextarios merges, & poſt triginta dies mellis deſpumati lib. 10. adijcies, & vtêris: Plinius vero vinum roſaceum ſic condiri tradit: ex roſæ folijs tuſis, in linteoloque in muſtum colatis cum ponduſculo vt ſidat quadraginta pondere denariorum in ſextarios Vicenos muſti, nec ante tres menſes vaſe aperto: Cui condituræ non abſimilis multũ eſt quam Dioſcor. lib. 5. c. 35. docet in hunc modum; ſiccas tuſaſque roſas libræ pondo in linteolo colligatas in muſti ſextarios octo demittito, & poſt tertium menſem per colum traiectum diffundito, & reponito vinum; alia ab his habetur compoſitio apud Apicium, itemque alia apud Conſtantinum Cæſarem l. 8. c. 2.

Οἶνος σαβῖνος. vinum Sabinum, aquoſum, tenue album & modice adſtringens. Quod vt nouellum, hoc eſt ante ſextum annum, aquoſius eſt & imbecillius, ægriuſque concoquitur, atque magis excrementoſum eſt, diutiſſimeque in ſtomacho ac ventriculo innatat, fluctuationeſque parit: ita poſteaquam annum ſextum exceſſit, inter nobilia vina cenſetur, maxime quod auſterum fuerit. Itaque cum Galen. multis in locis vinum Sabinum inter imbecilla vina annumeret. & dicat in Italia febricitãtibus dari ſolitum, de nouo, quod annum ſextum nondum attigit, non autem de vetere, intelligendum eſt.

Οἶνος σαπίας. ſic vinum vulgo appellant Græci τὸ ἐᾶν τῷ τύλῃ, id eſt, quod inibi eſt vt deſinat,

» paulatim exhausto dolio, Gallice *vin bas*: Contra Hermippus sic nominari inquit vetus vinũ, & vt scribit Eustath. ἐδυος. β. τὸν ἀνδρομέαν.

Οἶνος σαρεπτῖνος, vel σαριπτινὸς. vt legendum censet apud Trallian. Goupylus. Diuo Luca, Plinio & Stephano de vrbibus, vinum Sareptinum ab vrbe Sarepta inter Sidonem & Tyrum in Phœnicia, cuius vinum à Sidonio Apollinare commendatur, à Tralliano ad cholericum affectum.

Οἶνος σπυριδοπλόκος. vinum sacco castratum, fractum vel colatum dicitur, nimirum vina crassiora qualia erant massica aut marsica lineo sacco percolasse maiores consueuisse præter Lucret. Horat. & Martial. ex instituto docet Plutarch. 6. symp. quæst. 7. vbi vino excolato veluti quadam purgatione fæce detracta, vngues despoliari, vinumque per colum diffusum effœminari ἐξυγραίζεσθαι ὑπὸ ὑπολαυόεσθαι scribit elegantissime, illa quippe vini percolatio eius neruos excindit ac genuinũ restinguit calorem, frangitque vires ait Plin. ca. vlt. lib. 14. quoniam vt Hesiodus ait ἀπὸ τοῦ πίθου πίνεσθαι δεῖ, id est, à dolio bibendum ipso, si insitum vini robur & potestatem nosse velis: vina enim diffusa, perfrigerata, & excolata tenuiora fieri ac debiliora vt in lib. περὶ παθῶν docuit Hippoc. vt iure Plin. vina inueterari facciſque cãstrari dixerit l. 19. c. 4. Theophr. 6. de causs. plant. c. 24. eiusmodi vina, ἀδικεῖς vocauit, Gaza moralia, velut acie vini ac robore, tanquam ferocitate exuta & moribus temperata, sed mire hallucinatus est Gaza, dicere enim debuit non percolata.

Οἶνος σηγῖνος. vinum Signinum, adstringens quidem, sed paulò austerius. Celsus lib. 4. c. 5. quam asperrimum fuisse testatur. Sic dictum est à Signinis Italiæ populis.

» Validum erat nec facile acescebat nisi quando inueterasset vt ait Gal. l. 1. de antid. c. 3.

Οἶνος σίραιον. Sapa. vini factitij genus, vino, vt plerique volunt, ad tertiam vsque mensuræ partem decocto, dicitur alio nomine ἕψημα. Dioscorides autem libro 5. scribit esse vini dulcis genus, quod fieret musto igni decocto. vide suo loco.

» Vide suo loco σίραιον, & supra ἕψημα.

Οἶνος σταλακτίτης. vinum est quod sua sponte ex passis vuis destillat, vt pote vinum vltro vuis effundentibus vt apud Aetium habetur lib. 9. cap. 24. & in Nicolai interpretationibus exponitur ὁ μὴ τὸ πατητὸν σταφυλὰς ἀποσάζων. nimirum quod ab vuis passis & in vite à sole deustis distillat, nam πατητὸν σταφυλαὶ Græcis dicuntur vuæ non quę calcatæ sunt, sed quæ in vite solem passę sunt & aduſtæ, sic enim Nicolaus antidoto 145. interpretatur. Illud autem inter vina & cassa & nigra humeratur sed citra astrictionem, minus autem in ventre moratur, vrinas non mouet, sed deorsum properat, ideoque ante cibum sumi solet.

Οἶνος συρρεντῖνος. vinum Surrentinum in Surrento Campaniæ oppido natum. Habitum fuit inter optima vina, mediocriter adstringens, & cæteris tum calidius tum iucundius, magisque odoratum. Crudum adhuc est, inquit Galenus libr. 1. de Antidotis, ante annum fere vigesimum: sed vigesimo tandem anno viget, potuique aptum diu perseuerat, nec facile amarescit, præstantiaque cum Falerno contendit. Dioscorides lib. 5. valde austerum esse scribit, ideoque intestinorum & stomachi fluxiones cohibere, & cum tenue sit, caput minime tentare: inueteratum autem suauius reddi & stomacho vtile.

Οἶνος στυφρὸς. vinum acerbum. quod vehementer adstringit. frigidum est atque crassarum partium, proindeque difficulter concoquitur, obstruit, omnem vacuationem supprimit, fluxiones sistit.

Οἶνος στύφων. vinum adstringens. sic autem dicitur non quod acerbum sit & valde adstringat, sed quod moderatæ adstrictionis particeps sit, & tãtum austerum. Est enim austeritas modicaque adstrictio vini maturi, fortis, & generosi nota, vt magna adstrictio crudi atque asperi.

Οἶνος συβάτης. vinum Sybates. nigrum, & crassum, longo tempore in ventre manens & fluctuationes in eo excitans, vt scribit Galenus libr. 5. de sanit. tuenda. quo tamen loco mendose scriptum esse conijcio, & pro συβάτης legendum esse λιβάτης puto.

Οἶνος συκίτης. qui & καπεχίτης dicitur, è ficubus fit de quo supra suo loco. «

Οἶνος σχιλλιτικὸς. vinum scylliticum quod è scylla fit de quo Dioscor. l. 5. c. 26. «

Οἶνος τεθαλασσομήλιος. vide supra θαλασσίτης. «

Οἶνος τιβικῖνος ἢ τιβινὸς. vinum Tibecinum, Asiaticum: sic dictum à regione Tiba in qua prouenit. Id fuit aquosæ & tenuis consistentiæ, non tamen inter vilia vina habitum, vt quod cum Sabino certaret, præsertim vbi ad senium peruenisset.

Οἶνος τιβερτῖνος. vinum Tiburtinum. vinum generosum, modice adstringens: regione Tiburti natum. quanquam alicubi Galenus ipsum inter imbecilla annumerat.

Erat autem austerum, & si improuide reponeretur acescebat ait Galen. libr. de antid. cap. 3. «

Οἶνος τιτακαζηνὸς. vinum Titacazenum. Asiaticum, aquosæ quidem consistentiæ & tenuis, non tamen prorsus ignobile, vt quod cum Sabino contenderet.

Οἶνος τμωλίτης. vinum Tmolites, in Tmolo monte nascens. Asianum est, alio nomine, vt arbitror, μασγείτης dictum, habitum inter vina præstantissima & simile Falerno. Est enim tenuissimum, perlucidum, fuluum colore, dulce mediocriter, nimis quam odoratum. Fuit & aliud eiusdem nominis huic simile tum colore, tum substantia, verum neque dulce neque odorum, præditum vi quadam adstringendi, sed dulcedine multo inferius. Galen. lib. 12. Methodi vinum Tmolites inter austera annumerat. Infirmo capiti est noxium.

Οἶνος ὑδατώδης. vinum aquosum. Quod colore & consistentia aquæ simile est. Nam & pellucidum & splendens & purum est, & consistentia tenue videtur, & gustanti nullam adfert qualitatem insignem, atque si ipsum aqua diluas, non multum aquæ feret: eamque ob rem etiam ἀλιγοφόρον veteres appellarunt. Est autem vt colore, ita facultate aquæ persimile, nec perspicue calefaciens, nec caput tentans, nec neruos debilitans. Id inter vina solũ medium est inter aquæ & vini maleficia, multis etiam ornatum dotibus vires corroborandi, succos humectandi, mediocriter incidendi, contemperandi omnem qualitatis excessum, mouendi vrinas & sudores &

perſæpe aluum, præcordiorum æſtu ſicciorem.
" Atque vinum eiuſmodi febricitantibus ma-
" xime idoneum eſſe dicit Galen. l. 3. de diæta in
" acutis: Talia olim erant Sabinum in Italia, Tita-
" cazenum in Aſia, & Arſienium & Ariuſium ait
" Galen. l. 2. κρ. τόπ. vinum autem hoc ὑδαρὲς ſiue
" ὑδατῶδες, id eſt, dilutum duplex eſt, aliud enim
" naturale eſt quod à natura ita producitur, & ap-
" pellatur frequenter ὀλιγοφόρον à Græcis, eo quod
" ſuapte natura pauca aqua temperetur, ſicut fuiſ-
" ſe vinum Sabinum pleriſque in locis docet Gal.
" quod & hac ratione dicebat concedi poſſe ægro-
" tantibus: aliud eſt artificiale & fit vino & aqua
" ſimul feruentibus, vel racemis ipſis expreſſa vua
" in aqua maceratis. Primum vocatur ſimpliciter
" dilutum: Secundum vero lora à Latinis & Græ-
" cis, quæ adhuc duplex eſt: alia enim fiebat, quan-
" do ſtatim erat exemptum vinum, alia quando
" vino exempto & prima aqua, alia adhuc appo-
" nebatur, & appellabatur ſecunda lora, quam di-
" cebat Galen. minus ferire caput: erat & aliud
" genus vini diluti quando vinum aqua tempera-
" batur in menſa hieme & æſtate, quæ miſtio erat
" varia pro varia vinorum natura.

Οἶνος φαλερὸς ἢ φαλέρνος. vinũ Falernum. vinum omnium præſtãtiſſimum quæ in Italia olim naſcebantur, quod tum melioris ſucci, tũ etiã calidius reliquis eſſet: vtpote quod & velocius illis per corpus digereretur, & crudos ſuccos melius cõcoqueret, & ſtomachũ maxime roboraret, pulſus reuocaret, aluũ adſtringeret. Verũ, authore Dioſcoride, veſicæ inimicum fuit, & viſus hebetudini, & ad potus crebros minime idoneum habebatur. capiti etiam infirmo noxium fuit, teſte Galeno lib. 12. Method. Fuit autem duplex Falernorum differentia. aliud enim dulce admodum fuit, quod Fauſtianum dicebatur: aliud, ſi cum hoc conferas, auſterum, ſi vero cum Signino & Marſo, dulce.

Οἶνος φαυστῖνος. vinum Fauſtianum. Falerni ſpecies, admodum dulcis.

Οἶνος φθόεις vinum partus necans, quale medica-
" mentum fit ex Helleboro, ſcammonio aut Cu-
" cumere ſylueſtri iuxta vitium radices ſato teſte
" Dioſcor. lib. 5.

Οἶνος φυγελίτης. vinum Phygelites. ab oppido Epheſi ſic dictum, eaſdem quas & Chium, vires habens.

Οἶνος χῖος. vinum Chiũ. Molle eſt, vt ſcribit Dioſcorides, & aptum potui. bene alit. & minus inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medicamentis vtile.

Οἶνος ὠχρὸς, vinum pallidum. vtique quod medio colore eſt inter flauum & album. quippe ſi flauum albo miſcere libeat, quod ex ambobus cõfit, pallidum euadet. Aquæ etiam admiſtum flauum eiuſmodi colorem reddit. Verum pro maiore minoreue aquæ modo, alias pallidum, alias ὠχρόλευκον, id eſt, ex pallido albicans, alias ὠχρόξανθον, id eſt, ex pallido flauum apparet. Itaque cum calidiſſimum, ſi colorem ſpectes, flauum ſit: minime calidum, album: pallidum medias inter vtrumque vini genus vires habebit, & prout alterutri magis accedet, ita vim eius exhibebit.

Hæ quidem differentiæ ſunt vinorum quorum apud veteres medicos. Dioſcoridem maxime & Galenum, mentio facta eſt. Sunt autem omnia fere Græca aut Italica. Præter quas non eſt dubium haberi quamplurimas à natali ſolo ſumptas. Nam vt taceam Rhenana atque Hiſpana vina, Gallia noſtra vinetorum feraciſſima, permulta educat, quæ non facile ceſſura ſint peregrinis. Inter quæ alba omnis generis habentur, aquoſa quidem Vaſtiniana & Pariſina, fortiora autem Andegauenſia, Vaſconiana, Herbęſiana. Nigra autem ſunt cum adſtrictione quidem Burgundiana, præſertim ad Altiſſiodorum nata, citra adſtrictionem vero Vaſconiana ad Burdigalam. Nam & alia habentur in Vaſconia omnium nobiliſſima, fuluo colore: vt & apud Aluernos pallido: in agro autem Aurelianenſi atque Belnenſi, ſanguineo. Calida autem illa ſunt & tenuia, ijſdemque quibus olim Falernum & Cæcubum dotibus prædita. Media autem tum colore, tum conſiſtentia, tum viribus habentur Iſanciana atque Ayſiana, lautioribus cænis potiſſimum expetita, cum propter facilem ciborum concoctionem & eorundem digeſtionem in corpus, tum vero maxime propter ſuauitatem, quodque largiore etiam potu caput & mentem minime tentent, nec ſitim inducant. Omnia autem ante annum matura ſunt, nec plus biennio perdurant, exceptis albis Andegauenſibus, quæ ad plures annos integris viribus conſeruantur.

Οἰνοφλυγία. largiſſimus vini potus dicitur, & Ariſtoteli 3. problem. 28. οἰνόφλυγες ebrioſi vocantur.

Οἰνώνη. ſic à quibuſdam dicitur ἡ ἀγχεμόη, vt habetur apud Dioſcor.

Οἰνωπὸν χρῶμα. vinoſus color: Quis & qualis ſit ille vini color ſatis eſt apud authores ambiguum, quod illum non modo vino, ſed & diuerſis alijs rebus tribuerint: & quidem Homerus Odyſſ. V. hunc attribuit bobus quos οἰνοπας appellat: Tribuit & mari dum οἰνοπα πόντον vocat, Euripides draconi, Hippocr. 7. epid. excrementis, dum in dyſenteria eorum inquit eſſe οἰνωπὰ χρώματα, impenſe rubra & ex rubro quodammodo nigricantia, & lib. de natura muliebri & 2. de morb. mulier. tribuit ipſis mulierum corporibus, quaſi quæ media ſint inter albida & nigra, ſubfuſca vertit Caluus; Actuarius vrinis tribuit, Theoph. plantis quibuſdam quorum omnium authoritate conſtat eſſe proprium quemdam vini colorẽ, quanquam neſcitur quis ille ſit: Ariſtoteles libro de coloribus deſcribens huiuſmodi colorem dixit fieri cum radij aerei temperantur nigro puro & coruſcante, veluti racemorum acini qui vinoſi euadunt dum maturantur, ſicut vbi nigricant punicei; Sed cum vuarum aliæ albæ ſint, aliæ nigræ, aliæ fuluæ, minime quæſito ſatisfacere videtur vt qualis ſit ille color ſit omnino incertum, niſi dicatur vocem οἰνωπὸν vinoſum, nõ à vino quoniam illud nullum habet proprium colorem cui det appellationem, ſed vt inquit Ariſtoteles ab vuis illis quæ priuſquam nigræ euadant, ex albis colorem quemdam medium contrahunt, qui prout magis illæ ad maturitatem accedunt, varius & diuerſus eſſe ſolet vt fortean propterea is color vt diximus ab authoribus commemoratis diuerſis rebus tribuatur.

Οἴνωσις. vinoſitas ἀπὸ τοῦ οἴνου à vino: ab ebrietate vero illa differt, ſiquidem Plutarchus ebrietatem ſimpliciter damnat, vinoſitatem vero vtilem aliquando conſtituit, ita & Horatius citra ebrietatem vinoſum Homerum, id eſt, multo vino plenum dixit, nimirum voce vinoſitatis, relaxatio-

» nem animi vino factam intelligentes, qua calen-
» tes & à torpore excitati toto corpore spiritus ad
» agenda omnia, vt flaccus ait, vegetiores efficiun-
» tur, illam ebrietatem Plutarch. breuissime
» in commentariolo de loquacitate his verbis des-
» cripsit, Οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰ παύτην εἴρηκεν,
» οἰνώσεως μὲν ἄπεστι, μέθης δὲ φλυαρία, id est vino-
» sitatis discrimen hoc esse & ebrietatis, vinosita-
» tis quidem relaxationem seu exhilarationem;
» ebrietatis autem importunam loquacitatem:
» vnde hanc fugiendam esse, aliam vero nonnun-
» quam recipiendam ex medicis liquet, ita Dios-
» cor. lib. 5. c. 11. vtile esse inquit aliquot diebus
» μετρίως οἰνοῦσθαι, moderate vino indulgere, maxi-
» meque post aquæ potum, atque perpotationem
» illam οἴνωσιν appellat, ἀπὸ τῆ μέθης ibidem illam
» distinguens.

Οἰσοφάγος. gula. Est meatus à faucibus in ventriculum, duabus tunicis constans, per quem cibus & potus in ventriculum descendunt. Sic dictus est, quod ea ferat quæ eduntur: est enim via cibi. Habet duas proprias tunicas, quarum interna oris tunicæ continua est, & ibi crassior atque durior, vbique autem neruosa: externa vero carnosa. vtraque fibris contexta est: interna rectis, externa transuersis, sed vtrisque quidem deglutionem accelerantibus, & vomitum, dum illi trahunt, hi expellunt. Incumbit septem spondylis colli, & quatuor metaphreni, nonnihil in dextrum latus, à quorum interim spondylorum ligamentis ortam habet tertiam tunicam, qua ille obligatus fertur in ventriculum nonnihil in dextrum latus abscedens, vt cedat aortæ descendenti. Ad nonum denique spondylum ligamentis valentibus ab eo natis in altum leuatus arteriamq; præteruectus, iam sinister, pertuso diaphragmate cum duobus neruis insignibus à sexto pari demissis ventriculo vnitur.

Οἰσοφάγον. etiam ab Hippocrate dici os ventriculi, Galenus in linguarum interpretatione explicauit.

Οἰσύπη αἰγὸς. dicitur ab Hippocrate sordes inter pilos capræ nascens, eosque maxime qui sunt circa sedem, vt explicat Gal. ἐν τῆ ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν. Dicitur & οἶσπη per syncopen.

Οἰσυπὴς. idem quod οἰσυπος, apud Hippocratem, vt annotauit Gal.

Οἰσυπηρὰ ἔρια, & ῥυπαρὰ. lanæ succidæ quæ sic pro-
» pterea vocantur quod sudoris sordibus & succo
» sint imbutæ, ἀπὸ τῆ ῥύπου καὶ οἰσύπου appellationi-
» bus factis, alijs ὑγρασπηρὰ dicuntur, sicque scriptũ
» legimus apud Græcos medicos fere omnes, nec
» Græcos modo verum & Latinos, Plinium in-
» quam & Celsum, in quibus magno tamen erro-
» re hyssopum pro œsypo legitur, cum sit tamen
» inter vtrumque magna differentia. hoc copiosè
» declarauit Cornar. comment. in 2. κῆ τοπ. com-
» plurima authorum tam Græcorum quam Lati-
» norum loca recensens, in quibus hic error con-
» tinetur, ab illo suis sigillatim locis restitutus.
» Hippocr. lanas succidas etiam ἔρια πινόεντα vo-
» cat, & ἔρια πιώδη, nam & πῖος vox, œsypi atque
» sordium significationem habet.

Οἴσυπον φάρμακον. medicamentum ex œsypo com-
» positum, quod & aliquando Græci medici οἰσύπη
« κηρωτὴν, aliquando οἴσυπον κηρωτειδῆ, aliquando
» οἴσυπον ὑγρὸν vocant, atque hæ appellationes om-
» nes à forma medicamenti, quod ad cerati liquidi
» modum paratur sunt deductę; componendi mo-
dum docet Paul. l. 7. & Aet. tetrab. 1. serm. 2. c. 120. & tetrab. 4. serm. 3. c. 25. Sed tum in hoc Pauli loco, tum in alijs plerisque omnibus ὑσσωπος pro οἴσυπος falsò legitur: sunt autem promiscui vsus, œsypus per se, & pharmacum ex eo constans veluti Gal. l. 14. meth. docet. vide ὑσσωπος κηρωτὴ.

Οἶσυπος. proprie dicitur ouium sordes earum lanis adhærescens: deinde vero pro ipsa etiam lana adhuc sordida & illota dici cœpit. Sordes autem ea pecudum ex sudore feminum & alarum colligitur, adhæretque lanis, quæ propterea quod οἰσυπον habent, οἰσυπηραὶ, ῥυπαραὶ, & ab Hippocrate πινόεσσαι & πινώδεις appellantur. Est enim πῖος idem quod ῥύπος. Latini sordidas & succidas vocant, quod tales sint, quales vbi primum succisæ detonsæque sunt. De œsypo sic scripsit Ouidius:

Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ vellere succus ouis?

Dioscorides œsypum appellauit succidarum lanarum pinguitudinem, eiusque extrahendi parandique rationem lib. 2. explicauit. Ex eo conficitur pharmacum à Paulo descriptum lib. 7. & ab Aetio li. 15. quod Græci alias οἴσυπον φάρμακον, alias οἴσυπον κηρωτὴν, alias οἴσυπον κηρωτειδῆ, alias οἴσυπον ὑγρὸν nuncupant, eiusdem prorsus cum ipso œsypo facultatis, adeo vt promiscuus sit amborum vsus, sicut tradidit Galenus lib. 14. meth. medendi. Habet autem vim, vt scripsit Galenus non simplicem, sed mistam ex contrarijs qualitatibus ac viribus, adstringendi scilicet & modice calfaciendi. Ex quo constat vim illi inesse leniendi, digerendi & repellendi. Particulatim autem ad multa vtilis est, quæ Dioscorides lib. 2. commemorat. Dicitur non tantum οἴσυπος genere masculino, sed etiã οἴσυπον & οἰσύπη.

De Oesypo hoc insuper notandum, Nimirum ex Aetij verbis l. 2. c. 120. colligi, sorditiem seu sudorem fœminum & alarum lanis ouium adhærescere solitum, seu vt Ouidij verbis vtar, demptum succum ab ouis immundæ vellere, nondum œsypum appellari, sed tantummodo ῥύπον περιττώματος, seu ῥύπον ἐπιτηδείως τῆς περὶ ῥάπτον ἕξεως, οἴσυπον autem tum demum dici pinguitudinem illam cum preparata est eo modo quo à Dioscor. describitur l. 2. c. 84. & à Plinio l. 29. c. 2. & plenius apertiusque ab Aetio tetrab. 1. serm. 2. c. 110. & tetrab. 4. serm. 3. c. 25.

Οἰφᾶν, aut οἰφεῖν. est τὸ συνουσιάζειν virum agere, & rem veneream cum muliere exercere, vnde φιλοίφας ἄνθρωπος à Theocrito, qui φίλοιφος Hesychio dicitur, vir coitus appetens & veneri deditus.

Οἰκλάξ. ἡ μύλη. τὸ ὑπὸ γόνυ. ἢ ὀπίσω κάμψις: vt scribit Homeri interpres. vnde μετοκλάζειν, ἰσχίοντα τὰ γόνατα, Ἰλιάδ. υ'. hoc est, inflectere genua.

Οἰκλάσαι. est flexis genibus super suras taloque sedere, apud Hippoc. vt annotauit Erotianus.

Οὐκ ἐᾶν. μὴ δύνασθαι. hoc est non posse, apud Hippoc. vt annotauit Erot.

Οὖκος. segnities; ὄκνον simpliciter dixit Hippoc. lib. de carnibus de vteri segnitie, quod Gal. in arte parua ὄκνον ἐς τὰς κινήσεις, ad motus tarditatem, pigritiã, & νωθρότητα vocauit: segnitiem autẽ occupare vterum à conceptu inquit Hippocrates, sicut penem aliquando νωθρὸν γίγνεσθαι καὶ ὥσπερ παλύνεσθαι contingit.

Ὀκρὶς. ἐξοχὴ σκεμώκης. hoc est, eminentia oblonga, apud Hippoc. vt explicauit Galen.

Ὀκταιδὸν. antidoti nomen vtilis ad artus sanguine multo infestatos, cuius meminit Paul. l. 3. c. 78.

Ὀλεκρανὸν. cubitus siue os ipsum cubiti. Sic ab Atticis dicitur quem Hippocrat. ἀξικᾶνα appellauit. vide ἀξικὰν. scribitur & διὰ τοῦ ω, vt patet ex Hesychio duobus in locis eam vocem interpretante. vide ὠλέκρανον.

Ὀλέθρια. dicuntur apud Hippocr. vnde salutis desperatio est, & ipsi pariter ægroti ὀλέθριοι nominantur cum desperati iacent.

Ὀλερὸν. δυσῶδες ἢ μέλαν. hoc est, male olens vel nigrum, apud Hippoc. sic dictum à sepiarum atramento quod ὄλεον vocant: vt annotauit Galen. ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν. Dicitur idem & θολερὸν à θολὸς.

Ὀλιγοσιτῆ. modicas epulas assumere, hinc & ὀλιγοσιτία.

Ὀλιγόχρονος. altera species est iunci leuis, crassior & laxior. somnum adfert, ventris fluxus desiccat.

Ἐπ' ὀλίγον. vocem hanc Hippoc. vsurpare solet, non in quantitate rei qua de agitur, sed pro temporis exiguo spatio, sic in illo aphorismo prorrhet. ἕρσα ταχὺ ἢ ἐπ' ὀλίγον πεπαυόμενα, φλαῦρα vocantur, & in Coac. ἐπ' ὀλίγον ὄξεα ἀλγήματα, id est, paulisper acuti dolores; & alias in prorrh. ἐπ' ὀλίγον θρασείαι παρακρύσεις, modice feroces desipientiæ.

Ὀλιγοτροφία. parcior nutritio dicitur Gal. 3. de sanit. tuenda c. 8.

Ὀλισθάνειν. excidere, luxari, ἐξαρθρεῖν. quãquam sunt qui ea duo verba distingunt, existimantes ἐξαρθρεῖν vsurpari ad ea ossa significanda quæ toto loco mota sunt: ὀλισθάνειν vero ad ea quæ paululum, non autem ex toto naturali sede excesserunt. hanc tamen differentiam non obseruat Hippocrates, vt initio libri περὶ ἄρθρων, vbi scribit se vidisse vno modo latum scapularum os ὀλισθάνειν, id est excidere, nempe in alam. Siquidem in eo affectu totum humeri caput eo sinu mouetur in quo recipitur, cum non possit paululum excidere, sicut facile ex ipso Hippocrate intelligere est, vt annotat Gal. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ὀλισθήματα. dicuntur ab Hippocrate cum ossa toto loco mouentur, διακινήματα vero cum paulum excidunt, vt annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Ὀλισθάζοντα. ὀλισθάνοντα, id est labentem, apud Hippocrat. vt explicat Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ. Sunt qui malint scribere ὀλισθάζοντα sine ρ.

Ὁλκὴ. idem quod ἡ δραχμή. Sic enim Galenus τὴν ὁλκὴν interpretatur quædam referens Asclepiadis, qui Themisonis antidotum sacram cum retulisset, sic scribit: ἡ χρῆσις ποιεῖ μὲν πρὸς δερμοπυρίας ὁλκὴ μία μετ' ὑγροῦ ὕδατος κυάθων δ'. hoc est, vsus ad tardas concoctiones drachma vna cum frigidæ aquæ cyathis quatuor. Postea Galenus ait, κελεύει δίδοσθαι μίαν ὁλκὴν εἰς ὕδατος ψυχροῦ κυάθων δ'. ἡγοῦμαι δ' λέγειν αὐτὸν δραχμὴν ἀργυρᾶν. καὶ γὰρ οὕτω σχεδὸν ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς ἔθος ὀνομάζειν. hoc est, iubet dare drachmam vnam cum frigidæ aquæ cyathis quatuor. arbitror autem ipsum dicere drachmam argenteam. Etenim sic prope omnibus iunioribus medicis mos est nominare. Significat autem proprie ὁλκὴ idem quod σταθμός, id est pondus, vt apud Dioscoridem capite de iride: καθαίρουσι δὲ χολὴν ποτιζόμεναι μεθ' ὑδρομέλιτος ὁλκῆς δραχμῶν ζ'. hoc est, bilem ex hydromelite pondere drachmarum septem epotæ, purgant.

Ὀλκιμον. glutinosum, lentum atque molle, quod dum extenditur, trahi, non etiam rumpi possit.

Hoc vocabulum apud Græcos non est in vsu inquit Gal. l. 2. de loc. affect. 15.

Ὁλκὸς. herba siccis nascens locis, aristas habens in cacumine tenues, culmo quale hordeum restibile. Multi zeam esse contendũt, alij syluestrem auenam. Vide Plinium. Dioscorides author est etiam sic vocari araneum, & ab alijs quibusdam λύκον, hoc est lupum dici.

Ὁλκὸς. sic vocatur ab aliquibus ὁ θώραξ, hoc est, ea tota pars corporis quæ à collo ad crura vsque pertendit.

Ὀλμίσκοι. mortariola, dicuntur Ruffo cauitates maxillarum in quas dentes inserti sunt, alio nomine φάτνια dicta. vide φάτνια suo loco.

Ὄλμος. appellatur teste Hesychio τὸ ἀπὸ τῶν ἰσχιοπλούσιον ἐκπεφωτὲ κοῖλον: Pollux vero nominari ait ὄλμον & θώρακα, τὸ ἀπὸ αὐχένος ἕως ἰσχίων σῶμα, totum illud quod à ceruice est vsque ad coxendicem, id est, truncum corporis, τὸν κορμὸν τοῦ σώματος.

Ὀλόκμεσον. dicitur à quibusdam ἡ χαμαικόπις, vt habetur apud Dioscor.

Ὀλοκωνίτης. herba quædam agrestis oleracea apud Hippocratem, vt explicat Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Ὀλὸν. sepiæ attramentum dicit Hippocrat. vt explicat Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. Idem & θολὸς vocatur.

Ὀλόστεον. herba est pusilla, digitis tribus aut quatuor supereminens extra terram, folijs ramisque coronopodis aut graminis, astringens gustu, radice admodum tenui, vsque ad capillamẽti speciem, candida, longitudine semipedis. nascitur in collibus. Sine duritie est, ideoque putatur per antistrophen dicta. nam nihil habet in se non mollissimum. Desiccat cum adstrictione.

Pro ὀλόστεον apud Galen. & Paulum legimus ὀλόστιον.

Ὀλόχοινος. tertium genus est iunci palustris, vtroque asperius & callosius. semine simili.

Ὀλοφλυκτίδες. φλύκταιναι. hoc est pustulæ, apud Hippocr. vt explicauit Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. quo tamen nomine alij πεμφυκτίδας, alij ἐρυθήνας, alij ἐξανθήματα ζωϋφίοις ὅμοια, bestiolis paruis similia, intellexerunt, vt annotat Erot.

Ὀλόχρυσον. dicitur à nonnullis τὸ ἀείζωον, siue sedum maius, ab aureo seminis colore.

Ὀλυμπιακὸν siue

Ὄλυμπος. est collyrium magna simplicium medicamentorum turba constans, vt describit Paulus libr. 7. cap. 16. cui egregiam vim tribuit in procidentijs oculorum & omnibus vlceribus lib. 3. c. 22. agens περὶ πτερυγίων.

Ὀλυμπονίκου κολλύριον. collyrium Olympionici, diuersum omnino à præcedente, suffusiones & maximos dolores leuans, cuius compositio habetur apud Aetium lib. 7. à quo recensetur inter σαπικὰ collyria.

Ὀλυνθος. apud Hesychium est τὸ πεπεμμένον σῦκον immatura ficus, siue eius sit naturæ vt nonquam matureſcat veluti caprifici fructus, siue perfectam maturitatem nondum assecuta sit, etsi enim ὀλυνθων vox de ficus domesticæ immaturo fructu proprie effertur, qui post ipsa folia, parte

» ſcilicet ipſorum auerſa fere prouenit, quemque
» Plin. abortum vocaſſe videtur, vt patet ex Gal. l.
» 8. ſimpl. qui τὰ ἐκ ἐρινεῶν σῦκα, ἀπὸ τῆ ὁλωΐων ma-
» nifeſto diſtinguit, attamen ab alijs authoribus
» etiam indifferenter pro caprifico, ſeu ficus ſyl-
» ueſtris pomo nunquam matureſcente, haud ſe-
» cus atque groſſi vox apud Latinos vſurpatur, ita
» & ἐρινὰ ſiue ἐρινεὰ Theophr. hiſt. plant. lib. 2. fici
» vtriuſque immaturi fructus dici videntur, eoſ-
» dem genere maſculino Sophocles ἐρινοὺς Dioſc.
» l. 1. c. 185. ἐρινοὺς appellarunt.

Ὄλυρα. Latinis, Plinio authore, ſiligo dicitur. eum-
que ſequuti ſunt Hermolaus, Manardus & Ruellius. quorum tamen opinionem probare non poteſt Matthiolus, tradens ſpeciatim de ſiligine, & olyra tanquam de rebus inuicem diſcrepantibus Plinium multis locis ſcripſiſſe. Authore autem Heſychio ſpecies eſt ſeminis mediæ inter frumentum & hordeum naturæ. Addit, quoſdam eandem eſſe velle cum τῇ ζέᾳ ſiue ζειᾷ. cum quibus Galenus facit, ζειαῖς apud Hippocr. exponens ὀλύραις. Similiter & Dioſcorides. Plinius vero diuerſam à zea facit, & arincam Latine appellari dicit.

Ὀλώδης. turbidus vel niger apud Hippocrat. vt annotauit Galen. ἀπὸ τῆ ἑλῆ quod ſepiæ atramentum ſignificat. Pro eodem θολώδης dicitur, itemque θολὸν pro ὀλερόν.

Ὁμαλὸς σφυγμὸς, æqualis pulſus. Eſt qui perpetuo ſibi conſtat, ſiue in quo omnes vel aliquæ pulſuum differentiæ pares manent. Si omnes pares manent, ſimpliciter & abſolute æqualis dicitur: ſin aliquæ tantum, ſecundum quid æqualis eſt, ſcilicet ſecundum eam differentiam quam parem & perpetuo eandem retinet: itaque non ſimpliciter æqualis eſt, ſed potius æqualiter inæqualis: ſuntque eius eius differentiæ ad inæqualitatem potius quàm ad æqualitatem referendę. Dum enim æqualem pulſum apud medicos legimus, eum qui abſolute & ſimpliciter talis eſt, intelligere oportet. Huic contrarius eſt ἀνώμαλος, hoc eſt inæqualis: inter quæ medius pulſus nullus eſt, ſicut in alijs pulſuum differentijs.

Ὁμαλῶς. ὁμοίως, apud Hippocratem, vt interpretatur Erot.

Ὁμιλία. eſt cœtuum inter ſe cohærentia, quomodocunque ea fiat. dicitur alijs nominibus πώλησις & πωλητεία, de quibus vide ſuo loco. Annotauit autem Erotianus ὁμιλίαν apud Hippocratem tria ſignificare aliquando quidem πλῆ τῆ ἀνθρώπων ἀναστροφῆ, περὶ τὸ ὁμοῦ εἶναι τούτους: hoc eſt conuerſationem hominum, quia ſimul verſantur, aliquando vero πυρέξιν & γεντίασιν, vt libro de articulis, his verbis: ὁμιλέει ὁ βραχίων τῇ κοτύλῃ τὸ ὠμοπλάτης: hoc eſt, vicinum vero brachium eſt humeri cauitati. alias vero πεῖσιν, vt libro de aere, locis, & aquis: πολλὰ πλὴ τούτου ἐ μόνον λόγῳ ἀσκεῖν χρὴ, ἀλλὰ & ὁμιλίῃ. hoc eſt, artem autem iſtam, non tantum ratione, ſed experientia etiam exercere oportet.

Ὄμμα. apud Hippocr. oculum & aſpectum ſignificat: τὰ ὄμματων autem id eſt oculorum varias affectiones eorumque præter naturam habentium adiuncta diuerſa ex Hippocr. & Gal. vide in voce ὀφθαλμὸς.

Ὄμματα ὀπίγρουα ἔχοντα. dicuntur apud Hippocratem oculi concretam quamdam lanuginem habentes, aut puluere & ſordibus obſiti, & ſqualidi, quod ex ſiccitate nimia contingit, velut per æſtum iter facientibus; ὀπίγρουον enim ὀπώπιον & χνοώδη exponit Gal. in exeg. concretum lanuginoſum: Simile eſt quod in Coac. prænotionibus πιπρὸς ἀχῶδης in oculis dicitur concreta quædam lanugo & ſordes, quæ ex nimia ſiccitate & imbecillitate magna accidit, idemq; quod lib. 6. epidem. ſcribitur τὸ ὀπηξεσπνόμενον οἷον ἄχνη.

Ὀμματόφυλλα. palpebras quidam vocãt quaſi ocularia folia, quod ſint oculorum quoddam velut indumentum.

Ὀμοχρὼς πυρετὸς. dicitur à Galeno febris quæ alio nomine σωτικὸς appellatur. dicuntur etiam ὁμοχρῶ partes quas ὁμοιομερεῖς vocant.

Ὁμοπάθεια partium corporis inter ſe conſenſio, qua altera alteri affectum communicat, & quadam inter ſe mutua conſenſione conſpirat.

Ὁμοιομερῆ. partes ſimilares. ſic dicuntur partes quę in ſimiles diuiduntur particulas, id eſt, omnes earum partes tum ſibi mutuo, tum toti ſimiles habentur, quæ & ſimplices etiam & primæ & incompoſitæ nonnunquam appellantur. quod ex illis conſtitutæ ſint particulæ quæ organicæ, id eſt, inſtrumentales ſiue officiales, vocantur. Sũt autem hæ, os, caro, vena, arteria, neruus, ligamentum, tendo, membrana, caro, adeps, vnguis, cutis. his adduntur humores, vt ſanguis: & qui in oculo ſunt, cryſtallinus & vitreus humor. Appellantur ab alijs ὁμοχρῶ, itemque στοιχειώδη & αὐτοτελῆ στοιχεῖα, atque στερεὰ τῆ σώματος μόρια πρωτότα: velut primo de facultatibus naturalibus Galenus declarat.

Ὁμοιόπροπα φάρμακα. dicuntur ab Hippocrate libr. περὶ διαίτης ὀξέων, medicamenta ijſdem facultatibus viribuſque ſecum conuenientia, nullaque in re ab inuicem diſcrepantia: vt Galenus annotauit comment. 2.

Conuenientia autem hîc non ſumenda, ita vt ea omnia quæ bilem purgant, dicantur ὁμοιόπροπα & ſimiliter ea omnia quæ pituitam, ſed quorum vnum protinus, aliud verò lõgo poſtquam aſſumptum eſt tempore purgationem mouet, hæc dicuntur non eſſe ὁμοιόπροπα, ſed illa tantum quæ vno & eodem tempore opus ſuum exerũt; hæc ſemper inter ſe miſceri volunt medici, alioqui inæqualis fit vacuatio, vna quidem adhuc incipiente, altera deſinente, nam quod tardius operatur, ab altero deſtitutum, imbecillius redditur, & longe tardius operationem mouet.

Ὁμόνοια. ſic dicitur à quibuſdam ἡ ἀρχιμώνη, vt habetur apud Dioſcor.

Ὁμοῦ ἐρέσσειν ἄρτον. vide in voce ἄρτος, dicitur & ἀμοιβαῖος, & Heſychio ὁμοιάτας eſſe dicitur, ἀρτὸς ἐν πυρῷ διὰ φυμβώδη γενόμενος.

Ὁμορροθεῖν. vox apud Hippocr. elegans, qua quidem ad conceptionis neceſſitatem, vtriuſque ſeminis vitilis & muliebris confluxum in vterum ſimul & pariter fieri oportere ait; in ea autem voce ducta eſt metaphora à remigibus, qui dum remos in aquam immergunt figuntque, & ex eodem ipſos ardentius ſtatim attollunt. aquam ſic agitantes, ſtrepitum quemdam edunt qui Græcis ῥόθος vocatur, & quia ipſorum artis eſt, ſuum id munus obire vno nixu conſenſuque, & pari æqualique temporis interuallo ὁμορροθεῖν illi proprie tunc dicuntur, quamquidem iſtam quoque commotionis æqualitatem ſi parens vterque ſeruauerit, quam in rebus venereis deſiderat Hippocr. quidni ὁμορροθεῖν vere nunc etiam, ſed metaphoricos vſurpabitur? Porro etiam ad

mutuam

„ mutuam congredientium acceſſionem, receſ-
„ ſionemque, vnius tandem ſemen, ad egreſſum
„ alterius ſimul confluet & occurret, eodemque
„ modo forte intus ῥόθιος ciebitur, ad quem μῖξις
„ primum, & ex ea mixtione conceptio duce natu-
„ ra conſequatur.

Ὁμότονος πυρετὸς. febris eſt ſibi æqualis ac ſimilis à principio ad finem vſque perſeuerans. Nam quaſi ſemper in eodem vigore conſiſtit, neque increſcens neque decreſcens. vnde & ἀκμαστικὸν πυρετὸν alio nomine medici appellarunt. Galenus cap. 2. libr. 2. de differentijs febrium facit eam ſpeciem τῆς συνόχου, ſed putris quidem & eius quæ ex ſanguine putrente euadit bilioſa, & cuius humor in vena caua putreſcit. Idem vero lib. 9. methodi medendi τὸν ὁμότονον, vt & ἐπακμαστικὸν & παρακμαστικὸν, ſpeciem ſtatuit τῆς συνόχου non putris, quam inter diarias febres recenſet. vt eodem authore ὁμότονος dici poſſit quæcumque febris eundem tenorem perpetuo ſeruauerit.

Ὁμόφυλα. quæ cognationem & ſimilitudinem ſubſtantiæ inter ſe habent, apud Hippocratem lib. de nat. hum.

Ὁμοχροΐα. corporis vel coloris æqualitas & ſimilitudo. vſurpatur ab Hippocrate initio libri de vulneribus capitis, vbi videtur potius læuitatem & æqualitatem corporis ſignificare quàm ſimilitudinem coloris. Legitur & apud eundem in libr. de fracturis eadem ſignificatione, vbi eos reprehendit qui brachium pronum alligabant, quod brachio ita figurato partes æqualitatem ſeruarent, quam ibi ὁμοχροΐαν nominat, ἀπὸ τῆς χρῶς quod reliquis caſibus χροὸς χροῖ χρόα declinatur. Significauit autē χρὼς nō modo colorem, ſed etiam corporis colorati ſuperficiem apud veteres, in qua color tanquam in ſubiecto eſt.

Ὄμφαξ. ex acerbis vuis expreſſa melligo dicitur „ apud Dioſcor. lib. 3. c. 42.

Ὀμφάκινον ἔλαιον. acerbum oleum, hoc eſt, ex oliuis acerbis expreſſum. Tales autē omnino crudæ ſunt, ideoque ὠμότριβες, hoc eſt, crudum, etiam vocatur. Dicuntur autem ὄμφακες non vuę modo, ſed reliqui etiam fructus qui nondum ad maturitatem peruenere.

Ὀμφάκιον. ſuccus vuæ acerbæ, quam ὄμφακα Græci vocant. Is parentis ſuæ naturam retinet, quæ cum ſit acida, & acerba, ſuccum quoque acidum atque acerbum gignat neceſſe eſt, ſed qui tamen ab aceto plurimum differat. Siquidē nec calorem habet, nec proinde acrimoniam, craſſarum partium eſt, nihilque omnino in ſe habet alienæ caliditatis, eamque ob cauſam imbecillius multo quam acetum, cui omnia inſunt prædictis contraria, refrigerat: acerbum autem præterea eſt, quod maturitatem & dulcedinem vua ipſa non aſſequatur. Sunt tamen inter eas quæ plus minuſue tum acerbæ tum acidæ exiſtant. Itaque cum ad earum qualitatum vtramque refrigeratio conſequatur (non enim acida modo, verum etiam acerba frigida ſunt) neceſſe eſt omphacio refrigerandi facultatem ineſſe. Siccat vero præterea & adſtringit. Sed notandum eſt duplicem eſſe omphacij differentiam. Vnum liquidum eſt, obſonium magis quā medicamentum, paulo ante vindemiarum tempus ex vua agreſti quidem, ſed ſuam tamen maturitatem adepta paratum, quod ſale exiguo conditum in vinaria cella reponitur, annoq; durat. Id vires alias non habet quam quæ ſupra propoſitæ ſunt. Alterum vero eſt denſum, ſiccum, concretum, ad medicamenta magis quam ad ciborum condituram præparatum, ex ſucco, vt Dioſcoridi placet, vuæ acerbæ immaturæ & nondum nigreſcentis. exprimebatur huius melligo ante Canis ortum, & inſolabatur Cyprio in ære, quod linteolo adopertum eſſet, donec penitus concreſceret, decutiendo aſſidue in ſubiectum liquorem, quicquid in ambitu lateribus cohæſiſſet. Verum alij coquendo eum ſuccum denſabant, & in ære Cyprio ſeruabant. Tale autem omphacium optimum habebatur colore fuluo, friabile, ſpiſſans abunde mordenſque linguam. Id præter ſupradictas facultates, ab ære alias conſequitur, & inſigniter comburit: propterea-que frangere eius vehementiam plurima aqua oportet, & in vſu preberi exiguum. Quod quantum à noſtrate omphacio differat, nemo eſt qui non videt.

Ὄμφαξις. eſt cauū ex quo glans quercina enaſcitur qua vtuntur coriarij, vt ſcribit Paulus l. 3. c. 42.

De dyſenteria: recentiores medici cupulam vocant, βαλανὶν κύλικος Dioſcor. vocauit libr. 1. Plinius glandium calycem.

Ὀμφακίτης. Dioſcor. lib. 2. & Gal. 7. ſimpl. ſpecies eſt Gallę paruæ, tuberoſæ, ſolidæ, nullo foramine peruiæ, alia enim Galla quædam grandior eſt, flaua atque fungoſa, quę ὀνοκνὶς dicitur; alia vero ſimpliciter ὀμφακίτης appellatur, quæ paſſim fere apud omnes Græcorum medicorum interpretes immatura exponitur, ſed male, cum immaturæ appellatio vtriq; Gallæ conueniat. Ne quis autem fortaſſe nominum affinitate decipiatur, notādum à Galla illa omphacitide aliud eſſe quod ὄμφαξις à Paulo dicitur lib. 3. c. 42. de qua ſupra.

Ὀμφακίτης οἶνος. vide in voce οἶνος ordine litterario.

Ὀμφακόμελι. potionis conditæ genus ex vuæ acerbæ ſucco & melle. Parandi ratio antiquis hæc fuit: Vuæ acerbæ per quatuor aut quinque dies in aere primum reſiccatæ exprimūtur, & in tres ſucci ſextarios vnus mellis adijcitur ante deſpumati. Sic miſta diebus quadraginta inſolantur, vel donec humor ſuperfluus abſumptus ſit atque cōcoctus. Is eſt ſyrupus de agreſta pharmacopolis dictus. Commendatur plurimum ab Oribaſio Collect. lib. 5. c. 21. ex Philagrio.

Paul. lib. 7. c. 15. ſuperius memorato modo parat; Palladius quoq; mēſis Decembris c. 14. Sed Aetius mellis quantitatem auget, minuitque pro ſucci craſſitię aut tenuitate.

Ὀμφαλιστήρ. dicitur ſcalper exciſorius quo obſtetrix recens nato infanti vmbilicum exſecat Pollux. lib. 2.

Ὀμφαλόκαρπος. dicitur ἡ ἀπαγίνη, authore Dioſcoride, quod ſemen eius vmbilico ſimile videatur.

Ὀμφαλός. vmbilicus. Eſt pars organica duabus venis totidemq; arterijs concurrentibus efformata, in medio ἔχαρὸν habens. Venæ enim & arteriæ ex ſpermaticis deriuatæ & in vteri fundum lateraque inſertæ, ſuiſque orificijs in cauitate vteri adapertæ, & in eam menſtruum ſanguinem effundentes, poſtquam ſemen in vtero conceptum eſt, extimam fœtus tunicam, χοριὸν dictam, qua parte attingūt, excauant, & perflando, fiſtulæ in modum efformant, tandemque vaſorum ora tot fiunt in chorio quot fuerunt in vtero, itaq; ſibi inuicē reſpondent, vt venę venis, arteriæ arterijs copulentur. Porro vaſa hæc ab

his velut radicibus in alia maiora, atque ab his in alia etiam his maiora contrahuntur, donec omnia in duos velut truncos, in venas venæ, in arterias arteriæ terminentur, ex vtraque parte tam dextra quam sinistra circa vmbilicum fœtum ingredientes. Neque enim aliud est vmbilicus nisi hæc quatuor vasa, in medio ἐφαχὸν habentia. Cæterum venæ vmbili truncus in simam partem hepatis, prope portæ initium inseritur & distribuitur ad fœtus nutritionem: sanguinem enim defert quo fœtus alatur. Arteriæ autem duę per fœtus vmbilicum receptæ & secundum vesicæ fundum inuectæ in ilium arterias inseruntur, in id vtiles in quod aliæ arteriæ. Verum quem vsum vmbilicus fœtui in vtero præbet, eundem nato infante amittit, & siccatus ligamenti naturam & vsum acquirit. Eum Aristot. libro secundo de generat. animal. κίλυφος δερματικὸν, hoc est, putamen cuticulare, appellauit. Dicitur & ἀρτηρία, διὰ τὸ ἀρῶτον τιμηθῆναι ἐν τοῖς βρέφεσιν: primum enim secari in infantibus solet. Cæterum summa & media eius pars ἀκρομφάλιον & μεσομφάλιον nominatur. χαῖα autem siue χαιὶς, pellis vmbilicum ambiens, quod ea corrugata senectutis indicium sit: γαγγαμὼν vero, locus dicitur, quod illic in modum sagenæ aut retis nerui implicentur.

Ὀμφαλὸς. præter significationem prædictam etiam » de ficuum ima parte ab Atticis dicitur teste Pol- » luce lib. 2. Similiter & in pomis pyris mespilis, » sorbis ὀμφαλὸς vocatur quod in fundo vmbilici » modo prominet, exemplum habes huius rei » apud Dioscorid. lib. 1. c. 114. de mespilo.

» Sed & vox ὀμφαλὸς generaliter transfertur ad » ea quæ sunt in medio cuiuscumque rei; sic pas- » sim dicimus peruenisse nos vsq; ad vmbilicum. » Erat enim vmbilicus extrema pars libri explica- » ti, & implicati media: & apud Martialem liber » cultus vmbilicis.

Ὀμφαλότομος. obstetrix dicitur quæ infantibus re- » cens natis vmbilicum excindit, eas etiam ἀκτοτό- » μους Hippocr. appellat lib. de hominis ætate: in- » de & apud Platonem in Theæteto ὀμφαλοτομία » seu ὀμφαλητομία.

Ὄμφαξ. ἡ vua acerba dicitur nec dum matura; sic » etiam vocatur oliua nec non lauri baccæ, om- » nesq; omnium plantarum acerbi adhuc & cru- » di fructus, & qui ad maturitatem nondum per- » uenere teste Hesychio.

Ὀνάγρα ἡ ὄναγρος. frutex est arboris instar, prægrandis, amygdalino folio sed latiore, lilio non dissimili: flore rosaceo, magno: radice rotunda, longa, cum siccata est, vinum olente. Nascitur in montibus: aqua in qua radix maduerit, in potu data feras mitigat, & cicures facit: illitu quoquo tetra vlcera mulcet. A quibusdam οἰνοσπάσια ἢ ὄτειες dicitur. huius radix arefacta vinosum quiddam redolet, sed & vini maxime facultatis est.

Ὀνειρωγμὸς. proprie à medicis dicitur veneris in sõ- » no imaginatio, cum seminis effusione vt apud » Dioscor. lib. 3. c. 148. Hanc seminis effusionem » quando cum cogitatione aut memoria veneris » erumpit sponte, αὐτομάτην Hesychius vocauit, » vide supra ἐξονειρώττειν.

Ὀνυδᾶν. significat apud Hippocratem per axem extendere, quem ille ὄνον ἢ ὀνίσκον solet appellare. Sunt qui καταυδᾶν scribant.

Ὄνιτις. species origani, candidiore tantum folio, hyssopoque consimiliore, fructu confertis corymbis compacto. sic dicta creditur quod ab asinis impetatur. Nam & Nicander in Theriacis ὀνοπόπαλον origanum cognominauit, id est, asini folium, quod ipsis grato cibo cederet.

Ὀνόβρυχις. species bliti, linguæ similis, quæ Hippocrati contra fœminarum profluuia in vellere apponitur.

Ὀνόβυχις. planta lentis folio, longiore paulo, cau- le semipedem alto, flore rubenti, radicibus exi- guis. Nascitur incultis & aquosis locis. Rarefa- ciendi & digerendi vim habet.

Ὀνοκάρδιον. sic dicitur à quibusdam ὁ δίδυμος, vt ha- betur apud Dioscoridem.

Quasi asini corculum dixeris, quod istud ani- « mal magna cibi huius voluptate capiatur, & ad « eam cum senserit magna celeritate feratur; ma- « le autem nonnulli carduum asininum ὀνοκάρδιον « interpretantur. «

Ὀνοκνὶς. species est Gallæ, quasi dicas asininã Gal- lam, fungosa est, & illa grandior quæ ὀμφακῖτις di- citur, sic vero vocatur quod ignaua sit, & minus efficax; Apud Gal. legunt quidam οἰνοκνὶς, quasi dicas vinigalla.

Ὀνίσκοι ἢ

Ὄνοι. asselli. millepedæ. Animalia sunt quæ sub hy- drijs & aquarijs vasis, omnibusque locis humi- dioribus, velut cellarijs & lignis humi desiden- tibus humoreque obsitis atque etiam sterquili- nijs proueniunt, & ad contactum sese conglo- merant.

Quod Dioscor. & Gal. σφαιροῦσθαι dixere, Theo- « phr. συσπειροῦσθαι, Hesych. συστρέφεσθαι; Plin. lib. 29. « c. vlt. de ijsdem animalculis, arcuatim, inquit, « repens, tactuque contrahens se: Scribonius Lar- « gus conduplicant sese in orbem rotundissimæ « pilulæ simile, idem & Paul. lib. 3. c. 52. Idem & « sæpe Marcellus Empiricus; multos autem pe- « des habent hæc animalcula, quare etiam πολύ- « ποδες à Græcis dicta sunt, Dioscor. & ὄνυς & κυ- « αμείδης appellat; Galen. 11. simpl. medic. etiam « apud suos κυάμους, hoc est, fabas dicta fuisse com- « memorat, scilicet potius à simili fabæ colore « quam figura; Marcellus Empiricus Cutiones à « cute dura & solida; Cælius Aurelianus porcel- « liones nominat, Plinio multipedæ, centipedæ, « atque etiam millepedæ dicuntur, quanquã sunt « qui ab Asellis millepedas distinguunt, & melle- « pedam quæ μυελόπους interpreti Nicandri in The- « riacis dicitur, ἴουλον à Suida vocari dicant, & à « Columella erucam, scilicet hirsutam quæ olera « & vites rodit: millepedam etiam sunt qui sco- « lopendram interpretentur. Hæc autem animal- « cula è vino pota difficili vrinæ & regio morbo « auxiliãtur, cũ melle vtiliter anginis illinũtur vt « ait Gal. κατὰ πόδ. Trita & cortice mali Punici cal- « facta doloribus aurium adiecto rosaceo conue- « nienter instillantur; Idem Galen. 2. κατὰ τόπ. ea « cum oleo cocta maxime prodesse scribit ad om- « nes antiquos capitis dolores ex frigiditate, aut « ex crassis humoribus obortos; Ex illis insuper « Paul. libr. 3. cap. 52. medicamentum compo- « nit pilis abolendis; denique Antonius Valetius « suis in Hollerium scholijs, in asthmate inuete- « rato & diuturno, nihil æque deplere ait sabu- « ratos pulmones, quam septem diebus con- « tinuis haustos aliquot Asellos è vino albo in- « fusos. «

Ὄνισκος. etiam piscis nomen est qui & Asellus La- « tinis dicitur ob minutulas squãmas & colorem «

„ ſubcineritium, quibus aſellis multipedibus ſub
„ ollis & ſaxis in penu latentibus aſſimilatur; ille
„ autem carnis mollis eſt, bonique ſucci, æque ac
„ ſaxatiles dicti, Galen. lib. 7. methodi hunc toto
„ corpore gracilibus ex intemperie ſicca ventricu-
„ li exhibet, & lib. 8. febricitantibus, eumque ex
„ albo iure.

Ὀνίσκος. præterea Latinis Aſellus inſtrumentum
„ eſt vulgo notiſſimum, ſed quod tamē varijs mo-
„ dis paratur, prout res magna eſt quam per illud
„ efficere nitimur: & quidem Hippocrates tria eſ-
„ ſe inquit inſtrumēta fortiſſima ex omnibus quæ
„ homines machinati ſunt, ſcilicet circumductio-
„ nem, commotionem per vectes, & Cuneorum
„ vſum.

Ὀνήλεια. ſic dicitur à quibuſdā ἡ ἄγχουσα, vt habe-
tur apud Dioſcor.

Ὄνιον. axis apud Hippocr. cuius diminutiuum ὀνίσκος paruum axem ſignificat.

Ὄνοσμα. herba quæ folia gerit anchuſæ oblonga; mollia, fere quatuor digitos procera, duos lata in terramque iacentia, anchuſæ proxima, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine. Subiecta eſt radix puſilla, quadamtenus longa, infirma, tenuis, modice rubeſcens. Naſcitur in aſperis locis.

Ὄνειον. planta fruticoſa quæ Theophraſto ἀνοσμίᾳ dicitur, de qua ante dictum eſt.

Ὀνοχειλὲς ἢ

Ὀνόχειλος. eſt ſecunda ſpecies anchuſæ, quæ alio nomine ἀλκιβιάδειος dicitur. vide ἄγχουσα.

Ὄνυξ. vnguis. proprie dicitur pars digitorum extima, lata, duraque qua ipſi firmantur. Sunt autem qui vngues partis nomine non dignentur, vt nec pilos, quod nulla ſit eorum propria actio, vt qui facultate omni carere dicātur, à qua omnis actio primario proficiſcitur. Nullam enim, inquit Galenus, gubernationem habent, ſed ortum tantummodo. Vſum tamen aliquem atque vtilitatem afferunt, quod ijs extremi digiti firmiores ſint, & melius apprehendant. Eſt autem eorum generatio eiuſmodi. Digitorū nerui, ligamenta, tendines, arteriæ, venæ, & ſi quid in illis præterea ſolidi ineſt, ex ſuo nutrimento excrementum etiam craſſius, & magis terrenum relinquunt: id quia in aerem digeri non poteſt, vi expultrice propellitur in vnguium ſedes, vbi magis reſiccatum, magnam duritiem & ſoliditatem comparat. Quod autem vnguium materia excrementum ſit, nec, vt aliqui crediderunt, tendines vel etiam nerui per totos digitos diſperſi, tandem in vnum coeuntes, vnguium ſubſtantiam conſtituant, patet ex eo maxime, quod vngues non ſentiant, quos tamen neceſſario ſentire oporteret, ſi ex ipſa tendinum neuorumque ſubſtantia conſtarent. Sic autem ex recrementis orti vngues ad eundem modum quo & pili increſcunt, alio atque alio ſubinde excremēto ad vnguium radices expulſo, & imæ eorum parti adhærente, eamque, vt clauus clauum trudit, pellente. Sunt autem duri, quod ex ſolidis corporibus ſolida quoque duraque excrementa prodeant.

Ὄνυξ. per metaphoram & ſimilitudinem dicitur certus oculi morbus, quem author Definit. Medico. definit eſſe Collectionem puris in nigro oculi cum phlegmone, ſecundum iridem, vngui aſſimilem: ſcribitq; alio nomine πύωσιν nuncupari. Paulus lib. 3. c. 22. ſcripto profeſſus eſt aliquando corneam tunicam purulentam fieri nunc altius nunc in ſuperficie, pure reſecti vnguis figuram imitante, eaque de cauſa hoc quoque malum vnguem nominari. Aetius li. 7. paulo accuratius definiuit, ſcribens ὀνύχια ſiue ὄνυχας dici cum ab vlcere profundiore pus defluens, & inter tunicas illapſum, & in circulo iridis figuratum, vnguis reſecti imaginem refert: ſtatuenſque diſcrimen inter ὄνυχα & ὑπόπυον, quod Paulus non annotauit. Illo namque authore ὑπόπυον dicitur cū pure ampliore collecto & dimidium nigri occupante, aut per totam corneam tunicam relucente, ſuppuratio oculi apparet. Sed quicquid ab Aetio ſcriptum ſit, in ſola vnguis ſimilitudine differentia poſita eſt, quæ ἐν τῷ ὄνυχι perſpicua eſt, ſed ἐν τῷ ὑποπύῳ nulla. Fiunt hæc aliquando, vt ipſe ait, etiam citra exulcerationem, dolore capitis aut lippitudine prægreſſa. Contingunt etiam inflammatione præcedente diſruptis humorum copia vaſis, & ſanguine qui profuſus ſit ſuppurato.

Ὄνυξ. etiam à quibuſdam dicitur ὁ ἀφράγγελος, frutex paruus author Dioſcoride.

Ὄνυξ. vnguis odoratus. Eſt teſta, vt ſcribit Paulus, conchylij Indici, nardum redolens, quod eius fruticem in India paſcatur. Legitur è lacunis exhauſto ſolibus humore. Pro purpura quidam vſurpant.

Ὄνυξ. lapis qui & ὀνυχίτης dicitur, quod illi candor ſit vnguis humani.

Ὄνυξ. etiam pro inſtrumento ferreo ſumitur ad extrahendum fœtum apud Hippocrat. vide ſupra ἑλκυστήρ.

Ὄνυξ. inſuper pars cordis quædam appellatur à Nicandri Scholiaſte, & à Ruffo Epheſio.

Ὄνυχες. etiam in alijs nucleos quidam interpretantur, qui & ἀγλίθες & σκιλίδες dicuntur.

Ὄνυχες. denique in roſis & foliatis floribus veteres appellarunt, imas ſuorum foliorum partes, quibus in capite ſuo cohærent, decoloreſque dependent vngues nonnulli.

Εἰς ὄνυχα κατάγμα. fracturæ oſſis differentia eſt. vide κατάγμα.

Ὀνυχίτης. ſpecies eſt ἀχαδμίας quæ in fornacibus fit, ſic dicta à ſimilitudine venarum onychis lapidis, quam ob diuerſos colores refert. Nam fracta intus cinereas & candidas venas ſimiliter habet, cum in ſuperficie plærumque ſit cœrulea.

Ὄνωνις. herba quæ & ἀνώνις dicitur Dioſcoridi ab herbarijs reſta bouis.

Apud Dioſcor. quidem oxytonos legimus ἀνώνις, & ὄνωνις, vt & apud Theoph. l. 6. c. 1. & 5. apud Gal. vero & Paulum ὄνωνις: ὄνωνιν autem dictam eſſe ex Phocione notat Ruell. quod aſinos, quos, Græci ὄνους vocant ſeſe terētes ad illam ſcabenteſq; iuuet; complures quoque herbam ſic appellari tradiderunt, quod in ea ſeſe volutantes ſpinis eius dorſum libenter affricent & ſcabant.

Ὀξύλις. rumex acetoſus. folia habet ſylueſtri ac exiguo rumici ſimilia, caulem non magnum, ſemen ſubacutum, rubens & acre, in caule & agnatis appendicibus emicans. Alij ἀνάξυριδα, alij λάπαθον vocant, vt ſcribit Dioſcor.

Ὀξαλὶς. vero dicta eſt quod in guſtu acorē plane reſipiat, à quo ſapore vulgus noſtrum acetoſam nominauit.

Ὄξαλμη. acida muria, non quidem quæ vitio aliquo acorem contraxit, ſed cui miſtum eſt acetum. Eam Plinius aliquando videtur acetum ſalſum dixiſſe.

» Et aliquando voce Græca oxalme vide Athe-
» næ. lib. 8.

Ὀξέλαιον. conditutæ genus aceto & oleo simul temperatis.

Ὀξίς. eadem quæ & ὀξύμελι.

Ὀξὺς πολύχρηστος. emplastri nomen descripti à
» Paulo lib. 7. c. 17.

Ὀξίνης οἴνος. vide οἶνος ordine litterario, vbi insignio-
» res vinorum differentiæ exponuntur.

Ὄξος. acetum. Est vinũ putredine frigidius, acrius tenuiusque effectum. Quæ enim vina imbecilliora sunt & frigidiora, ea prompte refrigerantur, & natiuo vini calore destituta, putrescunt, atque in pristinam naturam resoluuntur, hoc est, in eum acidum humorem redeunt, ex quo primum prouenerant. Itaque vinum quia corruptum est, natiuum quoque calorem amittit, & frigidum euadit. Atque hac ratione moti plærique, acetum simpliciter frigidum esse pronunciarunt, nec caloris, vllius particeps esse, siquidem vt à frigiditate omnia acescunt, sic omnia acida frigida esse constat: Verum alij, quia vinum quod in acetum degenerat, putrescit, vt suo quidem calore destituitur, sic alium ex putredine calorem accedere opinantur, quo acetum calidum dici potest. Quorum etiam opinioni subscribit Aristoteles, dicens acetum proprio quidem vini calore esse frigidum, adscititio autem calidum: videtur enim acetum & caloris & frigoris esse particeps, huius quidem interni, illius vero aduentitij & ex putredine geniti, ita tamen vt frigiditas in eo tanto exuperet caliditatem, quanto hæc illã in melle antecellit. In qua etiam sententia post longas disputationes stetit Gal. libr. 4. de simpl. medic. facult. primum tamen dubitans & perplexus, si quam machinam aut rationem inuenire posset, qua sicut in lacte, ita in aceto contrarias partes separaret. Id enim tantum obstare scripsit lib. 1. quo minus eorum sentẽtiam laudet qui acetum vinum esse mortuum dixerunt, & pro eorum opinione pericula omnia subeat, qui in aceti generatione propriam vini caliditatem perijsse, atque aliam ex putredine natam esse asseuerant. Verum eam postea ipse sibi sustulit dubitationem, dicens & vinum & acetum non simplicia esse corpora, sed partibus contrariæ facultatis constare: habet enim vinum in se recrementum crassarum partium, ex quo fæx consistit, habet & aliud quod florem nuncupant, quoddum vinum feruet, supernatat, sed postea ad fæces subsistit: tertium aqueum, quod toti vino permistum est, ex quo primario potissimumque feruet: & quartum præter hæc ipsum reuera vinum. Cæterum dum vinum trãsit in acetum, vinosæ vini partes refrigerantur: aqueum autem illud recrementum putrescens, adscititium calorem conquirit, velut cætera omnia quæ putrescunt, fitque acetum quiddam ex contrariæ facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis velut etiam omnes vstorum lignorum cineres. Quamuis quatuor illę quas in vino esse diximus partes, non tam manifeste in aceto appareant: esse tamen in eo quod illis proportione respondeat verisimile est, quod acetum vini partium alteratione potius quã corruptione generetur. Sed & à putrido illo calore igneam quandam acrimoniam acetum acquirit quæ sensum mordet, & rodit & exasperat, & intro subiens dolorem parit. Ab ea autem quidã acetum calidum esse, non quidem per se, sed per accidens pronunciarunt. Quod enim dolorem moueat, fluxionem concitare dicunt, non crassi quidem & frigidi cuiusdam humoris (siquidem acetum adstringendi vi præditum huiusmodi humorem repellit, eique viam præcludit) sed bilioſi & tenuis, qui in partem aceti acrimonia demorsam perueniens, caloris in ea sensum inuehat. Est & ab eodem calore valde tenuium partium, in intimas corporis partes penetrabile, incidens atte-
nuansque quęcunq; viscosa & crassa in alto corpore constiterint. Ac quamuis specie humidum videatur, strenue tamen ordine tertio desiccat: habet vero & vim adstringendi repellendique maximam, vt non modo sanguinis profluuia, sed aluum etiam sistat & phlegmonas incipientes reprimat, non aliam quidem ob causam quàm quòd valde refrigeret.

Ὄξος καθαρτικὸν. acetum purgatorium. varie fieri potest pro ratione humoris qui vacuari debet. In aceti sextarios quinque injcitur scammoniæ vncia vna trita, & sinitur ad dies quinque. Quod si lathyridum vnciam vnam pro scammonia macerueris, pituitam expurgabit: si vero parem epithymi portionem, atram bilem. Dandum est autem cuiusque cochlearium vnum, vel duo ad intinctus vna cum cibo.

Huius preparationem docet Aet. tetrab. 1. serm. 3. c. 75.

Ὄξος σκιλλιτικὸν. acetum scylliticum, quomodo paretur vide Dioscor. li. 5. c. 25. & Paul. li. 7. c. 11. & Oribas. Collectan. lib. 5. c. 25.

Ὀξὺ. acidum. Id dicitur quod absque caliditate linguam mordet, vt diffinit Aetius. vide in dictione ὄξυπος.

Ὀξύα. dicitur alterum fagi genus. Scissimam Latini vocant, quod in tenuissimas secetur laminas. Est arbor abietis aspectu, erecta, lævis, enodis, proceritate crassitudineque illi fere æqualis: folio crasso, bifido, aculeato: fructus in ea pendet glande in calyce echinata, placida tamen nec hispida, vt castaneæ, nihilominus illi similis dulcedine atque succo. Eius folia adstringendi vim habent.

Ὀξυάκανθα. acuta spina. Arbor est pyrastro similis, spinosa valde & minor, baccas profert myrti plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, alte descendentem. Viribus quoque pyro syluestri æqualis est, habet & subtile quiddam coniunctum: fructus ipsius myrti baccis respondet. Officinæ Berberis, ruta Spiniuinetum appellant: quibus tamen aduersatur Matthiolus.

Atque alij quidam, qui nolunt eam esse quam officinæ Berberis appellant, sed spinam illam in sepibus nasci solitam, quæ vulgo *aubepine* vel *blanchepine* nominatur.

Ὀξυάκανθα. dicitur à quibusdam ἀπὸ κυπάρισσος, vt habetur apud Dioscor.

Ὀξύβαφον, siue

Ὀξύβαφος. acetabulum. Est tum liquoris tum aridi mensura quæ apud Romanos sesquicyathum continebat. Græci atq; ad eorum imitationem Romani, sic ex aceto nominarunt vas primò dictum in quod acetum infunderetur, deinde ad mensuram translatum est. Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis ab accipiẽdo dictum putat: quem qui sequuntur acceptabulum

scribũt. Eadem autẽ mensura etiam apud Atticos fuit tam liquidorum quam aridorum sesquicyathum & ipsa capiens, siue vncias duas & drachmas duas mensurales, quæ ad drachmas quindecim ponderales reducuntur. ideoque κοτύλης τέταρτον à medicis aliquando dicitur. Eius nota apud Græcos fuit ξ'.

» Dicitur & ὀξυβάφιον, nota vero proprie sic dictum fuisse vasculum in quod acetum infundebatur ad intingendos cibos, vt notauit Pollux; Præter has autem significationes ὀξύβαφον » & κοτύλην Anatomici vocant profundiores sinus » ossium capita excipientes.

Ὀξύγαλα. lac acidum. Fit certa quadam lactis præparatione, per quam sola caseosa substantia relinquitur, eaque ipsa non eiusdem omnino naturæ cuius ab initio fuit, verum multo frigidior, vt ægerrime, nec nisi à ventriculo valde calido concoquatur. Neque enim calidam & acrem seri qualitatem retinet, neque pinguem & calidam butyri, sed sola crassiore substantia constat, quæ in caseum abit ὀξυγαλάκτινον appellatum.

» Columella vocat oxygalam vbi conficiendi » eius rationem tradit, Plin. oxygala retenta Græca declinatione, de quo ita scribit lib. 28. c. 9. de » lactis vsu tractans. Additur paulum aquæ vt » acescat; Quod est maxime coactum in summo » fluitat, id exemptum addito sale oxygala appellant; & mox, oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens quod velis acescere, vtilissimum stomacho. Sed vide in voce γάλα vbi de illo plura.

Ὀξυγαλάκτινος. Casei species qui Pergami parabatur, quem omnium caseorum recentium præ» stantissimum esse tradit Galen. 3. de aliment. fa» cult. c. 17. & in cibo suauissimum, stomacho mi» nime noxium, alijsque omnibus caseis concoctu transituque faciliorem, succum non habentem crassum, vel vitiosum; id genus hodie Gal» li videntur iunceam appellare.

Ὀξύγαρον. garum acetosum, hoc est, garum aceto mistum. vide γάρον. ὀξύγαρον καὶ διαπικὸν describitur ab Aetio lib. 3. c. 86.

Ὀξύγγιον. nomen hoc non vere Græcum est, sed ex Latino corruptum: significat autem axungiam, hoc est, adipem suillum, nec eum quidem omnem, sed proprie qui vngendis rotarum axibus inseruierit. Illi enim tum ex rotarum circumactu, tum ex earumdem ferrugine noua quædam qualitas accessit, ob quam & phlegmonis imponitur, & sedis vitijs opitulatur plus quam recens & syncerus adeps.

» Perperam Hermolaus Barbarus hanc vocem » ab ὀξὺς deriuatam putauit, interpretans modo » poscam, modo aceti fœcem.

Ὀξύγλωττος. vocatur teste Polluce τὸ γλῶττον mentum, » de quo vide suo loco; vel dicitur id quod infra » labia in maxilla inferiore eminet apud eundem.

Ὀξύγλυκις ἡ

Ὀξύγλυκυ. est potus qui paratur dulcissimis fauis maceratis atque decoctis. Faui à quibus mel omne expressum fuerit, in ollam conijciuntur in qua pura aqua sit, tum inferuẽt, donec faui omnem prorsus humorem in aqua posuisse videantur. Is humor reponitur seruaturque & æstiuo tempore bibitur ad sitim tollendam, frigida aqua dilutus. Author Galenus comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀέρων. Idem autem comm. 3. scribit ὀξύγλυκις non aliud esse quam ἀπόμελι, fierique ab alijs ex melle & aceto, ab alijs autem ex fauis & aceto. Est igitur ἀπόμελι acidum. Incidendi & refrigerandi vim habet. vide ἀπόμελι.

Ὀξυδερκὴς ἡ

Ὀξυδερκικὰ φάρμακα. vocantur medicamẽta quæ oculos, nullo quidẽ sensibili affectu laborantes, male tamen munere suo fungentes corrigunt, & in integrum restituunt. Eiusmodi aliquot collyria referuntur à Galeno lib. 4. τῶν τόπων.

Ὀξύθυμος. iracundus, iræ impotens, qui leuissima de causa irascitur, vel qui natura ad iram procliuis est. Opponitur, inquit Galenus, comment. 2. lib. 1. Epid. τῷ θυμώδει, hoc est, animoso, qui non nisi magna & iusta de causa irascitur. Sic ira & iracundia apud Latinos differre dicuntur. Ira enim, inquit Donatus, de causa est: Iracundia de vitio multum irascentis, siue de moribus. θυμώδης, inquit Galenus, magnanimus est & rerum humilium contemptor: ὀξύθυμος autem, pusillanimis, nec generoso virilique animo præditus; vt qui sit frigidiore temperamento & δυσδιαφόρητος. Eam namque ob causam si vel leuissime offendatur, iram ferre & coquere non potest, sed statim excandescit, nec potens est iræ & animo suo moderari, sed mulierum more minimis etiam perturbationibus succumbit, & protinus ardet iracundia.

Ὀξύκεδρος. species cedri, magis acuto folio, duro, spinoso.

Ὀξύκρατον. posca, vel pusca. est acetum aqua mistum. Miscendi autem ratio nunquã certa fuit. Varie namque temperari potest. Sed, vt Aetius est author, si simplici ratione constituatur, refrigerat & humectat: sin condiatur, & calorem & siccitatem adsciscit. Inter veteres, vt inquit, omnes fere conuenit, noxium parere succum, neruis officere, flatuosos spiritus creare, capitis dolores concitare, contra sacrum morbum prodesse, vini crapulam mitigare, sanguinis acrimoniam lenire. Consuluntque ea potione abstinendum, quod facile putrilaginem concipiat qui ex eo contrahitur humor, item propter noxam quam neruis infert. Græcorum iuniores imitatione Latinorum etiam ῥόσιον, id genus potionis appellarunt.

Vtrum autem in oxycrati potu acetũ admistum « sit duntaxat vt aquam deducat; an etiam vt ipsum quoque refrigeret quærit Gal. c. 29. lib. 1. de « simplic. facultatibus. «

Ὀξυλάπαθον. genus rumicis quod in acutum tẽdit, prædura habens labra, in palustribus nascens. Caulis ei ramosus, prægrandis, folia betæ, viginosa, & in acutum tendentia, ex quibus nomen sortitum est. vulgus parellam, officinæ grandem oxillam vocant. Vtramque naturam, tum discutiendi, tum repellendi habet. Herba ipsa altum subducit, semen vero ita adstringit, vt dysenteriæ & alui profluuio medeatur.

Ὀξυλεπὴς ἄρτος. acidus panis, cui scilicet exiguum « aceti affusum fuit; vide ἄρτος vbi panis insignio- « res quæ occurrunt differentiæ explicantur. «

Ὀξυλίπαρον. apud Athenæ. li. 9. condimenti quod- « dam genus est quod pingui constabat & aceto, « aut rebus alijs acidis, vel vt inquit Hermolaus, « genus iuris in quo Raiæ ac cæteri eius naturæ « pisces mandi solebant. «

Ὀξύμηλα, πτ. acida mala, id est, pruna, τὰ κοκκύμηλα vt Hesych. exponit, vox Laconica teste « Athenæo. «

Ὀξύμελι. acetum mulsum, vel mulsum acetosum, vt alij loquuntur. Potio est ex aceto & melle condita, vetustissima certe, vt quæ etiam ante Hippocratis seculum in sanitatis vsum venerit. Huius duæ sunt summæ differentiæ: alia simplex est; alia composita. Nec vero etiam simplicis ratio vna est: quidam enim ita præparant: Melle optimo super carbones despumato additur aceti tantum vnde gustanti nec acidum nimis, nec dulce videatur: ac denuo super prunas coquitur, quoad plane vnitæ amborum qualitates sint, nec appareat gustanti acetū adhuc crudum: hinc ab igni deponitur, cumque eo vtendum est, aqua mista ita temperatur vt vinum, nimirum ex sumentis gustu. Id enim vt iucundissimum est, ita etiam vtile: & contra vt iniucundum, ita aduersissimum. Alij vero tum mellis, tum aceti modū definiunt, vni aceti parti, mellis, à quo detracta spuma sit, duplum miscentes, deinde ambo leni igni coquentes, donec eorum qualitates in vnum coierint. Alij autem cum aqua statim ipsum faciunt, melli quadruplum optimæ aquæ miscentes, deinde coquentes modico igni, quoad spumare desinat: post vero dimidio aceti adiecto rursus coquētes, donec qualitatum omnino sit vnitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur etiam tribus statim ab initio mistis, ad hunc modum: Aceti vni parti additur mellis duplum & aquæ quadruplum, atque hæc ad tertiam vel quartam partem coquuntur, spuma interim detracta: aut si valētius id facere studes, tantundem inijcies aceti quantum mellis. Hæ quidem sunt rationes parandi simplicis oxymelitis, à Galeno proditæ lib. 4. sanitat. tuend. Quibus tamen Galenus alias addit in consilio pueri epileptici, scribens id oxymeli acidissimum censeri, quod ad mellis proportionem quartam aceti habet partem, dulcissimum quod octauam, aliasque multas esse intermedias differentias pro mistionis modo. Præterea vero in plærisque Græciæ locis oxymeli etiam ex fauis confici solere. Cæterum oxymeli omne exterget viscosos humores, & crassos attenuat. quapropter viscerū omnium obstructiones dissoluit, siue in febribus, siue citra febrem detur. Verū aquæ multæ mistione vires eius exoluuntur. Tussim autem mouere quæ non est, & intestina radere oxymeli, Hippocrates & Galenus scripsere, non in corporibus quidem crassis & glutinoso humore redundantibus, sed puris ab excrementis, aut ijs quæ tenui & acri fluxione vexantur, quæque neruosas partes valde sensu exquisitissimo præditas habent. Hæc quidē fuit oxymelitis simplex mistura, aceto, melle & aqua constans. quibus si quid præterea accedat, id iam compositum dici debebit, quale est quod à Plinio lib. 14. c. 17. & 23. c. 2. describitur è mellis decem minis, aceti veteris heminis quinque, salis marini pondo, thymbræ quadrante, aquæ pluuiæ sextarijs quinque pariter coctis, sufferuefactis decies atque ita diffusis & inueteratis. Alij vero alia miscuerūt ad varios vsus, inter quæ nobile habetur τὸ Γλαυκοῦ, memoratum à Galeno lib. 2. περὶ πόνων, & à Paulo Ægineta descriptum lib. 7. capite 5. item σκιλλιτικὸν & σκιλλωτικὸν ab eodem Paulo descriptum lib. 7. capite 11. & præterea καθαρτικὸν, cuius varij modi habentur apud Aetium lib. 3. capite 76. 77. 78. 79.

Ὀξυμυρσίνη. syluestris myrtus. Romanis ruscum dicitur. folijs myrti latioribus, cuspidis specie mucronato cacumine. Baccæ per maturitatem rubescunt à medijs folijs dependentes, nucleo durities ossea, radix graminis gustus adstricti, subsalsi, à qua ramuli viticis, frequentes, lenti. Officinæ bruscum vocant. folia & baccæ si coquantur & bibantur, vrinam mouent, menses prouocant, vesicæ calculos frangunt, & vrinæ stillicidio medentur.

Ὀξύπυρον. nomen est emplastri ruptorij, cuius descriptio habetur apud Aet. lib. 15. c. 17.

Ὀξυπόειον. medicamēti genus est tenuium partium, & facile venas subiens & permeans, vt nomen ipsum indicat, à cita penetratione inditum. Est autem facultate cōcoctorium, ijs constans quæ cum tenuitate partium calore prædita sunt. Eiusmodi est τὸ διὰ πευῶν πεφθέν, τὸ διὰ καλαμίνθης, τὸ διὰ κυδωνίων, τὸ διοσπολιτικὸν, quæ habentur apud Galenum in lib. sanit. tuen. & alia permulta ab Aetio descripta lib. 3. c. 90. 91. & lib. 5. c. 68. & lib. 6. c. 10. Nec vero vnus est exhibendi modus. Nam vel in potu ante cibum tū mane tum vesperi præberi potest, vel datur à Rufo in cura melancholiæ, ad tollendas inflationes, vel in cōdimento ad ciborum concoctionem digestionemque procurandam. Materia autem hæc fere deligitur, fœniculum, apium, ligusticum, ammi, piper, zingiber, ruta, cuminum, seseli, thymus, calamintha, cinnamomum, & reliqua eiusdem generis, de quibus apud Aetium lib. 9. c. 24. vbi de cruditate ex Galeno disserit. Quibus etiam aliquid quandoque adijci potest quod purgandi vim habet, ex quo ὀξυπόειον καθαρτικὸν fiet, quemadmodum apud Aetium lib. 5. continetur.

Dicuntur & hæc medicamenta oxypora vt apud Plin. lib. 20. c. 23. & lib. 24. c. 8. & Dioscor. lib. 3. cap. 58. Sed à Galeno ijsque qui eum sequuti sunt frequentius vsurpatur ὀξυπόειον quam ὀξύπορον.

Ὀξυρυξία. acidus ructus. Est qui flatum sapore acidum à ventriculo ad os refert. Prouenit potissimum ob ventriculi frigiditatem, non eam quidem immodicam, sed cū imbecillo calore coniunctam. Neque enim vbi nulla prorsus facta est ciborum alteratio, acidi ructus excitātur, quemadmodū nec vbi optime concocti fuerint, sed tantum vbi modicam à ventriculi calore alterationem perpessi fuerint, nec perfectam adipisci potuerint. Fiūt etiam propter frigidam pituitam in ventriculo aceruatam, & frigidam fluxionē in ipsum decumbentem, adhæc ciborum tum frigiditatem tū copiam: his enim omnibus causis commune est calorem ventriculi ingenitum vinci à cibis, non eos vincere. vide ἐρυγή.

Ὀξυργυιώδης. qui acidum eructat aphor. 33. lib. 6.

Ὀξυρόδινον. olum rosaceum aceto temperatum. Sed cum varius possit esse vtriusque modus, qui temperatissimus est, recipit olei rosacei partes quatuor, aceti vnam, vt ait Gal. initio lib. περὶ ἐυπρεσιῶν: sic enim mediocriter refrigerat. Quod vero plus aceti habet vehementius refrigerat, vt contra minus, quod minus habet aceti. Habet etiam vim repellendi. Itaq; in morborum principijs magna vtilitate illinitur; præsertim si calidus morbus est. Sed & in œdematis atque ipsis etiam lethargicis Galen. in li. meth. med. admouet, quo humor, quisquis is fuerit, à parte affecta repellatur. Tanta adeo vis est oxyrhodini in frigidis etiam morbis, siue per se, siue cum sale, aut

thymo, aut alio exhibiti, ne frigiditate nocere possit.

Ὀξύς. acutus. dicitur à Græcis homo δεινὸς ἢ πικρός, id est, acer, siue, quod idem est, celer, vt annotauit Galenus comment. in libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. quo etiam in loco scribit Hippocratem ea loquendi consuetudine inductum ὀξεῖς πυρετοὺς, id est, acutas febres, appellasse eas quæ caliditatem exhibent manui celeriter occurentem, eoque nomine velocem caloris motum ostendisse: verum minus proprie eiusmodi febres acutas dici palam est, quod febris tertiana ad hunc modum calida, acuta non sit. Ab eodem vero loquendi more, ὀξεῖαν νόσον, siue ὀξὺ νόσημα dictum esse à medicis, non est dubium. Nam, vt ait Gal. extremo lib. 3. de diebus criticis, ex motus specie acutus morbus nominatur. Nec tamen in solo celeri motu essentia acuti morbi posita est, sed in eius etiã magnitudine & periculo. Itaq; acutum morbũ dicere eum esse qui celeriter sua tẽpora absoluit, non est eum quidem definire, sed ex ipso nomine, vim eius & proprietatem explicare. Qui enim sic definit, non ille quidem ὀξεῖαν νόσον, sed potius βραχυχρόνιον definit, qui morbus vt nõ semper acutus est, sic acutus omnis βραχυχρόνιος, semper existit. Multæ siquidem febres diariæ externam aliquam ob causam contractæ intra diem vnum desinunt, quas tamen nemo vel medicus vel idiota acutas vocare cõsueuit. Quamobrem Archigenes multum à Galeno hac in re collaudatus l. 2. de diebus criticis, acutum morbum non temporibus quidem solis nudisque, sed motu potius & natura appellandum censebat. Nam cum morbus segni lentoque motu & cum interuallis à febre vacuis ad quadragesimũ vsque diem procedit, nemo, inquit, sanæ mentis eum acutum dixerit, sed πολυχρόνιον, hoc est, diuturnum: similiter & paruas illas febres periculoque carentes diarias, nemo acutas, sed ὀλιγοχρονίους, id est, breues, vocauerit. Est enim acutus morbus, vt ipse definiuit, cui motus velox & subito pericula adueniunt. Ac velociter quidem moueri dicitur, quod ad suum finem iudicium-que properet, ipsumque ad decimumquartum diem consequatur. Qui enim ante soluitur, κράτιστος, id est, peracutus, dicitur. Qui vero longius procedit, simpliciter acutus. Sunt tamen & in illis differentiæ. Siquidem vt exacte peracutus est qui quarto die definit, non exacte, qui ad septimum vsque peruenit, ita & inter acutos alius vere acutus est qui quartodecimo die iudicatur, alius non vere qui ad vigesimum vsque perdurat: quanquam & ipse acutus sit. Præter has autem differentias etiam tertia acutorum est quæ ἐκ μεταπτώσεως, id est, ex decidentia siue delapsu dicitur, quoties acuto quodam morbo imperfecte intra diem vigesimum iudicato, & fracta ex eo die eius vehementia, reliquum eius nec eiusdem celeritatis neque periculi prorsus expers intra quadragesimum diem desinit. Talis quidem est acutorum morborum motus. Sunt autem & hi omnes magni periculosique, siue propria ratione, vt apoplexia, epilepsia, conuulsio, tetanus, cholera: siue propter symptomata vt coniunctam vehementem febrim, in qua Hippocrates videtur acutorum morborum essentiã collocasse, scribit enim lib. 1. περὶ διαίτης ὀξέων in hunc modum: Sunt igitur acuti morbi quos prisci nominatim perstrinxerunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, causus & quicunque alij hos consequuntur morbi: quorum febres prorsus continuæ interficiunt. Quibus tamen verbis non videtur Hippocrates alios ab acutorum numero excludere qui febri carent, geminam eorum differentiam manifesto agnoscens, quo loco ait: spirandi facilitatem magnam vim habere ad salutem in omnibus acutis morbis quibus coniuncta febris est. Tales autem acuti morbi quorum febris comes est à bile flaua accenduntur, ob quam & celeriter mouentur, & tertio quoque die fere semper accessiones habent, & repentinis mutationibus atque periculis obnoxij sunt. Dicitur vero & alia significatione ὀξὺς πυρετὸς ab Hippocrat. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. Est enim febris differentia à motu caloris sumpta, hoc est, à caliditate celeriter manui occurrente, & suam motionem celerem indicante, cui ipse Hippocr. ὑπανασιδύοντα πυρετὸν opponit. Dicitur autem ea cuius calor initio & mox vbi manus est admota corpori, ardens & acris percipitur, sed manu diutius immorante languidior & mitior sentitur. Huiusmodi sunt bilioſæ febres. Tertianario enim, vt ait Paulus lib. 2. c. 18. si manum injicis, primo quidem contactu calor copiosus & acer occurrit, sed paulo post à manu remanente vincitur, ea scilicet parte cui manus admouetur. Nec tamen ista febrium differentia à motu caloris ita sumitur, quin & febris essentiæ, id est, calori intensiori & materiæ in qua calor accenditur, aliquid suę generationis debeat.

Ὀξὺς. herba, quæ, vt Plinius author est, folia terna habet. Putatur esse ὀξυτρίφυλλον, officinæ trifolium acetosum & alleluia vocant. Eam edunt quos enterocele male habet.

Pro ὀξὺς herba rectius fortasse ὀξὶς scribetur vt supra, nisi forte à Plinio intelligatur ibi iunci species, alio nomine composito dicta ὀξύσχοινος.

Ὀξύσχοινος. iunci palustris genus, acuto cacumine. Cuius duæ species produntur: vna sterilis, cuius in medicina nullus est vsus: altera semen nigrum & orbiculatum ferens, cuius calami crassiores carnosioresque sunt. Eius semen somnum conciliat. vtrunque si frictum cum vino bibatur, ventris fluxus desiccat. Composita eorum temperies est, ex terrena essentia leniter frigida, & aquea leuiter calida: vt prodidit Galenus.

Ὀξύτης. aciditas. qualitas est gustabilis in corpore humido & tenuium partium à frigiditate prouenies. Siquidem acida omnia frigida sunt, tam ea quæ ex crudis matura fiunt, quam quæ ex maturis perfectisque in aliam naturam degenerant. Quæ enim initio propter summam crassitiem & frigiditatem acerba, & postea austera euadũt, ea calore paululum attenuata, factoque humore eorum magis aereo & subtili acida reddũtur, ita tamen vt multis numeris frigiditas caliditatem in illis exuperet. Sed & acetum quod vini vitio prouenit, & à frigido acescit, & acidum factum ex calido frigidum efficitur. Eius exemplo acida omnia tenuium partium existũt, & adstringunt & exasperant & acrimonia non carent, euenitque illis, vt inquit Galenus, simile quid quod borealibus constitutionibus accidit, vt frigida videlicet sint, simulque tenuis essentiæ. Quod autem in corpore humido aciditatem prouenire dictum est, sic accipi debet, non vt in-

telligamus acida, vt specie quidem, sic etiam viribus humida esse, siquidem facultate magis sicca sunt, verum quod ea quæ ex acerbis & austeris acida euadunt, cuiusmodi sunt fructus omnes qui maturitatem adipiscuntur, affluentis humoris copia id perpetiuntur. Est enim sapor acerbus magis terrenus, acidus autem magis humidus.

Ὀξυπίκριον φάρμακον dicitur medicamentum efficiens vt mulier cito pariat, Dioscor. l. 9. c. 194. de cyclamino loquens, Plutarch. ὠκυτόκιον vocat.

Ὀξυτρίφυλλον. trifolium. nam hoc nomine à quibusdam vocari τὸ τρίφυλλον, Dioscorides author est.

Ὀξυφοίνιξ. palma syluestris, arbor est fronde saligna virens, pomo pruni, osse duro, nucleo intus exili, carne foris copiosa, colore è nigro in luteum languescente. officinæ thamarindum vocant, quasi palmulam Indicam. Abscessu secundo refrigerat & humectat, flauæque bilis ardorem vehementer restinguit.

Ab acido autem sapore nomen habet.

Ὀξυφλεγμασία. dicitur acuta & vehemens inflammatio quæ fit à succenso sanguine.

Ὀξύφυλλον. sic dicitur à quibusdam τὸ χαμαίτιον, vt habetur apud Dioscor.

Ὀξυφωνία. vox acuta dicitur in Coac. & in Prorrhet. & graui opponitur; Grauem efficit amplitudo viæ, acutam angustia; quo modo enim in fistulis & tubulis musicis organorumque musicorum quibus in sacris ædibus vtuntur, vt amplitudo canalium maior, ita sonus grauior; eadem in natura ratio est, illa enim naturæ imitatione ars reperit; imitatio est follium è pulmonibus, fistularum ex arterijs, reliqua ex mirabili laryngis artificio translata sunt; at in morbis cum ex graui & moderata voce acutior redditur, angustia arguenda est, hæc autem vel intercepta via pure, crassiore pituita, vel tuberculo fit in febribus ardentibus & malignis, ab immoderata siccitate vitium est: Primum ergo acuta, deinde aucta siccitate κλαγγώδης, quæ si eo magis etiam inualescat κλαυθμώδης, qualis plorantium & querulorum vox est, non solum acuta, sed offensans & tremula.

Ὀξώδης ἀπόφασις, ἢ ὀξυχειμώδης. cruditas acida vide ἐρυγὴ.

Ὄπιον. succus papaueris. alij lac, alij lacrymam appellant. Eius parandi rationem hanc Dioscorid. prodidit. Cum ros in papauere exaruerit, cultro decussatim in stellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem incidere oportet, lacrymam exeuntem digito in concham abstergere, nec multo post redire, vt concreta inueniatur. Etenim quæ tum aut postero die etiam offenditur, in vetere pila teri debet, & in pastillos cogi. Id opium dici testatur. Scribonius Largus in descriptione collyrij quod diaglaucion vocat: Opium, inquit, quod ex lacte ipso syluatici papaueris capitum fit, non ex succo foliorum eius, vt pigmentarij institores eius rei compendij causa faciunt. Illud enim cum magno labore exiguum conficitur, hoc sine molestia & abundanter teritur. Dioscorides ab aliquibus capita ipsa & folia tundi & prælo exprimi, terique in mortario, & digeri in pastillos scribit: vocari autem μηκώνιον, multum opio ignauius. Quod ipsum etiam Plinius lib. 20. cap. 18. dixit his verbis: Quum capita ipsa & folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignauior. Galenus opium interdum Hispanicum, interdum Libycum & album commendat, Aetius aliquando Asianum, aliquoties Achaicum. Officinæ nostræ vno ore Thebaicum prædicant, emuntque à mercatoribus alicunde comparatum, sed vbi & quomodo paratum sit, prorsus ignorant. Optimum habetur, inquit Dioscorides, graue & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, læue, candidum, neque asperum, neque grumosum, quod inter colandum non vt cera coeat, & in sole diffundatur, dein admotum lucernis non atra luceat flamma, extinctum denique odoris vim conseruet. Adulteratur autem multis modis, vt glaucio gummi aut syluestris lactucæ succo.

Ὀπιδεσία. est collyrium τραχωματικὸν ad palpebrarum asperitates efficax, cuius descriptio habetur apud Aetium lib. 7. ex Oribasio. Quod alijs etiam nominibus ἀφίμαπον καὶ ἰὔπνον tradit appellari.

Ὀπίθιαρ. dicitur τὸ μεταχαρπίου pars exterior quæ neruosa est, interior enim ὑπόθεναρ Ruffo dicitur.

Ὀπισθοκράνιον. occipitium dicitur Paulo Æginetæ.

Ὀπισθοκύφωσις. spinæ in posteriorem partem contorsio. dicitur & simpliciter κύφωσις, de qua suo loco diximus.

Qui hac affectione laborant repandi Latinis vocantur.

Ὀπισθότονος. Est perpetua totius corporis conuulsio in partem posteriorem. Species est τοῦ τετανικοῦ. Is autem perpetuus est, & non distinctus accessionibus quæ per temporum redeunt interualla, totumque corpus exercet, ita vt nulla eius pars in posteriora non contorqueatur. Ex quo patet affectum ad principium neruorum pertinere ex quo nerui oriuntur, qui corpus in partem posteriorem retro adducunt: quanquam fieri etiam aliquando possit, vt non affectis ijs neruis, sed alijs potius resolutis, quorum munus est corpus in anteriora flectere, ὀπισθότονος contingat, perinde atque τετανικὸς ὁ κυρτικὸς, in quo non ea pars quæ videtur cõtrahi, sed opposita laborat. Cum enim natura tam dextra parte quam sinistra aduersos inter se neruos numero, magnitudine & robore pares constituerit, æquabili quodam mixu corpus veluti in æquilibrio continentes, cum primum aliquos resolui contigerit, illis aduersos perpetuo solos agere necesse est, atque ad principium suum recurrentes, musculos etiam eo secum adducere. Galenus tamen & qui eum sequuti sunt medici, ὀπισθότονον conuulsionis speciem esse prodiderunt, fierique eum censuerunt contractis ijs neruis qui corpus in posteriora inflectunt. Qui simpliciter quidem dicitur ὀπισθότονος, totius corporis est, & male affecto neruorum principio contingit: potest vero quibusdam etiã partibus accidere, vt ceruici maxillis, lumbis, conuulsis videlicet eorum duntaxat musculis qui eas partes in posteriora agunt. Verum is non simpliciter ὀπισθότονος dicetur, sed addito eius partis nomine quæ distenditur. Eadem est eius affectionis causa quæ & conuulsionis in vniuersum.

Ὀπὸς & ὄπωμος. Dioscoridi & Theophrasto succus lacteus, qui ex caule aut radice incisa colligitur, alij liquorem concretum interpretantur, alij esse idem quod χύλισμα.

Ὀπτοχειμῶνες. eleganter hac dictione Hippocr. 1. Epid. quæ ad extremam hiemem fiunt frigora intelligit, quæ aliquando prioribus sæuiora aut duriora experimur, quasiq; retractam hiemem aut reuersam dicimus, sic & extremum hiemis tempus ὀπτοχειμῶνα vocat περὶ χυμῶν.

Ὀπλα. dicuntur apud Hippocratem funes ex stuppa, lino vel cannabe, vt exponit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Ὀποβάλσαμον. opobalsamum. est succus qui ex balsamo manat. Cortex eius vitro lapide, aut osseis cultellis vulnerabatur (ferro namque caudex eius concisus protinus moritur) inde manabat gutta primùm tenuis, deinde oleo similis, quæ postea rubescebat simulque durescebat. Per Caniculam excipi solitam Dioscorides author est: eamque probari maxime quæ sit validi odoris, sincera, dilui facilis, gustu adstringens & modice mordens. vis illi est siccare & calfacere. Est & maxime tenuium partium.

Quod ad succi ex balsamo collectionem spectat, Dioscorid. & Theophr. ferreis vnguibus scalpi seu incidi solitam hanc arborem testantur: Plinius contra incidi vitro, lapide, osseisue cultellis, vt hic noster habet author: ferro enim inquit Plin. lædi vitalia odit, emoritur protinus, eadem amputari superuacanea patiens, incidentis manus libratur artifici temperamento ne quid vltra corticem violet: Plinij exemplo Solinus, Lignum (ait) caudicis attrectatum ferro sine mora moritur, eapropter aut vitro aut cultellis osseis, sed in solo cortice artifici plaga vulneratur; Sic etiam Cornel. Tacitus memorię prodidit, si ferri vim adhibeas pauere hanc arborem, ideoque venas fragmine lapidis aut testa aperiri; Porro ista cum Dioscoridis ac Theoph. verbis facile conciliabuntur si dicas, id vnum omnes voluisse in vulneranda balsami arbuscula, cauendum vnice, ne quid extra corticem violetur, adeoque à cultellorum ferreorum acie abstinendum, ac ferreis vnguibus, hoc est instrumentorum ferreorum eo genere quod ad vnguis humani figuram conuexum sit, quidni corticem inuiolato intactoue caudicis ligno scalpere liceat, haud secus atque vitro, testa, fragmine lapideis osseisue cultellis? eiusmodi vero ferreorum vnguium mentionem facit Columella lib. 12. cap. 18. quibus vindemiatores vnguium vice ad colligendas vuas vti voluit, vt ne manibus vuas distringerent, sicque non minima fructus portio dispersis acinis in terram dilaberetur.

Δὶ ὀπτοκαλσάμου. collyrij cuiusdam sic nuncupati Paul. meminit l. 3. c. 22.

Ὀπὸκαρπασον. succus quidam est venenatus, soporem & strangulationem adducens. Est autem frigidus, & collyrijs accommodus. Adhibuit eum aliquando Archigenes capiti, quo pilos flauos & crispos efficeret, vt recitat Galen. lib. 1. περὶ τόπ. Idem lib. de antidotis priore tradit opocarpasum circa optimam myrrham reperiri, longe tamen diuersæ à myrrha naturæ. Quid autem sit Carpasum non constat. Hoc vnum certum est, non esse quod dicitur Carpesium, sed maxime diuersum.

Plin. opocarpathon appellat lib. 28. cap. 10. & lib. 32. cap. 9. Dioscor. quoque καρπάσιον ὀπὸν appellat lib. 6. c. 13. apud Gal. autem perperam scriptum ὀπὸκλπασον.

Ὀπὸκιννάμωμου. succus Cynnamomi, seu succus ex arbore quæ cinnamomum fert incisâ manans.

Ὀπὸπαναξ. succus panacis Heraclij. Excipitur lacryma, caule, vel radice incisa cum recens eruperit caulis. Ea redditur candida vbi adaruerit. Croci exterius præfert colorem. Probatur amarissimus, interne candidus & subrufus, extra nocens, lenis, pinguis, friabilis, tener, facile tabescens, odore graui. Damnatur niger ac mollis. Excalfacit ordine tertio, tenuat, emollit: siccat secundo.

Ὀπὸς. succus, humor qui ab aliquo expresso, inciso, vel etiam sponte manat. Alij quod exprimitur, χυλὸν: quod ab incisione vel sponte defluit, δάκρυον vocant. Ὀπὸς autem cum sit vox omnium quæ ita stillant communis, significat tamen κατ' ἐξοχὴν Cyrenaicum succum simpliciter prolata. Is enim omnium succorum præstantissimus est. Nec vero ὀπὸς silphij modo succus dicitur, sed ipsum etiam silphium Hippocrati, ὀπὸν καρπὸν dicenti pro silphij semine, quod & φύλλον & μακρύδαεις à quibusdam vocatur, vt scribit Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Sunt qui inter χυτὸν, χυλὸς, & ὀπὸς ita distinguant, vt χυτὸν quidem sapor sit qui gustatu percipitur: χυλὸς autem succus qui ex tota stirpe vel eius parte concisa, aut tusa, torculari, vel manibus alioue modo exprimitur; (veluti papaueris succus qui dicitur meconiũ ἐκπεζόμενον διὰ πιεσῆρος, de quo Plin. l. 20. c. 18. & Dioscor. lib. 4. ca. 65. (ὀπὸς vero lacteus succus & qualiscumque liquor, vel sponte (qui potius lachryma, id est, τὸ δάκρυον dicitur) emanans, vel castratione, scarificatione, terebratione, vel alio quouis vulnere effluens, vt opopanax, scammonium, sagapenum, galbanum, Ammoniacum, opobalsamum, opiũ Euphorbium & laser, id est, ὀπὸς κυρηναϊκὸς aut μηδικὸς, qui etiam κατ' ἐξοχὴν quod omnium succorum sit præstantissimus ab Hippocr. ὀπὸς nominatur, cum ὀπὸς alias sit vocabulum generale; hoc docuit Gal. 8. de simplic. medic. facult. & in exegesi. Notandum vero non esse vsquequaque veram annotatam à nobis inter prædicta differentiam, vt patebit Plinium legenti l. 20. cap. 18. de opio loquentem, vbi saporem & succum ὀπὸν appellat: idem Plin. ὀπὸς modo lac, modo lacteum succum, modo liquorem interpretatur, modo lachrimam, vt ipsum legenti pluribus in locis patebit. Sed & fici non tantum satiuæ, sed & syluestris quæ caprificus vocatur succus lacteus quo coaguli loco vtebantur, ὀπὸς vocabatur vt patet ex Homero. Iliad. σ, ex Aristotele de lactis coagulatione loquente: Sed maxime ex Dioscor. lib. 1. cap. 184. & Plin. l. 23. c. 7. & Varrone de re rust. l. 2. c. 13. denique ὀπὸς ab Eustathio exponitur, non solum ἡ τὸν πυρὸν συμπήγνυσα πυτία (vnde ὀπίας πυρὸς ὁ παπγὼς ἐκαλεῖτο ὀπὸς) item τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς, sed etiam τὸ ὑγρὸν, ὅ τε φύλλα περὶ τοῖς κλάδοις συνέχει; Significat tamen potius τὸ δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ ἐκπυλάλσμα τοῦ γαλακτος. vt ex prædictis est perspicuum.

Ὀπὸς κυρηναϊκὸς. liquor Cyrenaicus precioſus, suaui flagrans odore, ex radice silphij incisa collectus, ἐιζίας; ex caule scarificato resudans χαυλίας dicebatur, & vere velut olibanus aut mastix concretus ὀπὸς κυρηναϊκὸς nominabatur, cuius varias in re medica vires commemorant Dioscor. l. 3. Theophr. l. 6. c. 3. & Gal. l. 8. de simplic. facult.

» & Nicander in Theriacis: ex illo compositio-
» nem διὰ κηλωνείων dictam ad quartanarios vide
» apud Paul. l. 7. c. 5. Cyrenaicus autem vocaba-
» tur, quod ex oppido Cyrenarum optimus & lau-
» datissimus adferretur, vide plura in voce σίλφιον.
» Ὀπὸς συκινὸς. vide συκινὸς ὀπός.

Ὀπόφυλλον. apud Dioscor. l. 2. περὶ ὑυπορ. c. 9. inter-
» pretantur quidam modo silphij succum, modo
» laserpitium, & quidem ὀπὸς cum diuersos liquo-
» res medicatos quos natura in ferulaceo fere her-
» barum genere producit, significet, tum per ex-
» cellentiam Gal. teste pro lasere siue silphij li-
» quore accipitur, & synecdochice pro tota La-
» serpitij planta, nam ὀπὸς καρπὸν Gal. apud Hipp.
» silphij semen interpretatur, quod & φύλλον in-
» quit singulari numero (id est folium ob eius la-
» titudinem vt alibi dicit) ab aliquibus vocatur:
» ergo etiam ὀπόφυλλον cōposito vocabulo si quis
» pro silphij semine accipiat non errarit, semen
» enim laserpitij caule, folijs, & radice efficacius
» est, folia priuatim maspeta vocant, Radicem
» magydarim, caulem vero silphium, secundum
» Dioscor. l. 3. de mat. medica.

Ὄπησις. assatio. Est concoctio ab alieno & sicco ca-
lore perfecta. Sic quidem Aristoteles lib. 4. me-
teorolog. definiuit, explicans non modo quo dif-
ferat à maturatione quam πέψιν vocat, quod
illa ab externo, hæc ab interno & natiuo calore
perficitur, sed quo etiam differat ab elixatione
quæ ἕψησις dicitur: hæc enim ab humido calore,
illa ab arido est. In assis enim coquitur & defini-
tur ab igne humiditas. Siquidem absumpto hu-
more ab igni, assa euadunt. Quoniam autem hoc
opus artis est non naturæ, non possunt partes
omnes æquabiliter assari. Nam quæ igni proxi-
mæ sunt, citius magisque resiccantur quam in-
ternæ. Siquidem externis meatibus præ siccí-
tate addensatis & conniuentibus, non potest qui
intus continetur humor excerni, sed intus con-
clusus manet: suntque eam ob rem assa sicciora
externis partibus quam internis. Species seu
modi assationis plures sunt. Nam vel igni ad-
mouentur ea quæ assari debent, vel in aliquo va-
se, in quo nihil humoris insit, subiecto igne assān-
tur, aut in vase pariter, in quo quidem aliquid
humiditatis sit, sed non tantum, vt assati corpo-
ris humiditatem euincat, verum potius simul
cum ille ab igne superetur & concoquatur: hoc
modo assari dicuntur ea quæ friguntur. Sunt
enim frixa, authore Aristotele, assorum species.

Ὀπτικὰ νεῦρα. nerui optici dicuntur qui videndi fa-
» cultatem à cerebro ad oculos deferunt, nerui
» crassi sunt molles porosi, raraque textura, nec
» non à membrana tum tenui tum dura inuoluti,
» qui ab interiore cerebro ad basim exoriuntur, &
» sphenoides os per sua ipsorum foramina orbicu-
» laria penetrantes in internam oculorum cauita-
» tem desinunt, ibique membranam amphibli-
» stroida nuncupatam constituunt: ambo autem
» non per χάσμον & intersectionem, nec per con-
» tactum simplicem, sed per medullæ confusio-
» nem iunguntur, vt alterum ab altero nulla arte
» secernere queas; Coire autem debuerunt, tum
» ad robur ne ob mollitiem, longum iter perrep-
» tantes flaccescerent, tum vt eandem planitiem
» in pupilla obseruarent, secederent enim aliquan-
» do sine eo amplexu, atque ita delusi oculi sim-
» plex obiectum duplex iudicarent, tum vt visi-
» lium spectra & formæ vnirentur; Postremo vt
visilis spiritus momento ab vno oculo ad alte-
rum permearet ad visus perfectionem, sic enim
clauso altero oculo acutius videmus.

Ὀπτικὸς. oculus, vox dorica est, hinc & ὀπτικοσκόπος a-
pud Hesych. ὀφθαλμοὶ sunt, & ὀπτικιλίασις apud
eundem exponitur ὀφθαλμίασις oculorum mor-
bus.

Ὀπώρα. altera pars æstatis. Quidam enim ex anti-
quis æstatem in duas partes diuiserunt, primam-
que proprie æstatem appellarunt, eodem cum
toto nomine, à Virgiliarum exortu, vsque ad or-
tum Caniculæ, alteram vero ὀπώραν, à Canicula
scilicet vsque ad finem æstatis: alij vero totam
æstatem tripartito distinxerunt, & primam qui-
dem partem totius nomine, θέρος, mediam vero
ὥραν, tertiam ὀπώραν, quasi πλὴν ὅσα τῇ ὥρᾳ nun-
cuparunt, quod post ὥραν sequatur. Quo tem-
pore quoniam fructus matureſcere solent, fa-
ctum est vt omnes fere fructus æstiui ὀπωρεῖα di-
cantur. Quidam tamen discrimen posuere, ὀπώ-
ραν vocantes quicquid herbaceo fructu viret, li-
gnosi nihil exterius habens, vt duracina, pyra,
mala, damascena, pruna: reliquos vero omnes
ἀκρόδρυα, qui putamē exterius lignosum que fru-
ctum contineant, vt malum Punicum, castaneæ,
pistacia, nuces. Vtrumque genus salgami nomi-
ne Latini complectuntur.

Ὀπώρα οἰνώδεις. fructus vinosæ naturæ apud Aretæ.
1. de curat. acutor. c. 1. dicuntur quos in phreni-
tide esse fugiendos ait, quoniam caput & men-
tem feriunt; idem Aretæ. l. 2. de curat. acut. cap.
4. ὀπώρην vocat fructus mollioris corticis, in-
de fit.

Διὰ ὀπωρῶν. medicamentum à fructibus poma-
ceis sic dictum, efficax sedando alui profluuio,
apud Trallian. l. 8. habetur; describitur & ab eo-
dem l. 7. cap. 7. laudaturque ad stomachi subuer-
sionem cœliacos & dysentericos; idem quod
ὀπωρικὸν de quo in sequentibus.

Cæterum etiam ὀπώρα transfertur ad ætates;
sic enim maturior ætas adolescentum vocatur,
quæ pubertatem seu iuuentam præcedit, quam
quæ sequitur μετόπωρον appellatur.

Ὀπωρικὸν. medicamenti nomen est ex fructibus
compositi. fit ad dysentericos, stomachique vi-
tia in congio musti albi, lento vapore decoctis
malis cotoneis quinque cum suis seminibus. Pu-
nicis totidem, sorborum sextario & pari mensu-
ra eius quod rhun Syriacon vocant, croci semū-
cia. Coquitur vsque ad crassitudinem mellis.
hæc Plinius. Eadem fere habet Galenus lib. 8. τῆς
κατ' τόπ. ex Asclepiade, ipsumque medicamen-
tum διὰ ὀπωρῶν appellat.

Ὀρατικὸν πνεῦμα. spiritus visiuus.

Ὀρέγειν. Turgere, furere, verbum hoc proprie ad
animalia pertinet quæ ad coitum incitantur &
naturali quadam cupiditate mouentur ad semi-
nis excretionem inquit Galen. comm. in aphor.
22. lib. 1. Sed neque potius ad animalia pertinet
quam generali significato ad naturam corpus
nostrum gubernantem, siquidem hac vsus est
voce Theophr. lib. 1. de caus. plant. c. 6. 14. vbi
refert plantas turgere, qua voce intelligit habere
eas appetitum & impetum, seu concitationem
quandam naturalem germinandi & fructus pro-
ducendi: sic lib. eodem c. 11. plantas turgere ad
partum inquit: apud Aristotelem quoque lib. 6.
de hist. plant. c. 18. reperitur passim facta mentio
huius vocis ὀρέγειν vbi de quadrupedum fœminis

» loquens refert eas ad concubitum turgere ex » prominentia genitalium partium, sumpta ad id » cognitione nec non & ex frequenti mictu; vnde » & apud Aristotelem etiam turgere, naturale de- » siderium significat & insitum appetitum quo » fœminæ concubitum quærunt ad sobolem pro- » pagandam; Hippocr. etiam lib. 3. de fractur. tex- » tu 18. vsus est hoc nomine ὀργᾶν eadem significa- » tione: nam loquens de fracturis in quibus os » propelli debet, inquit, si ossium recessio in hoc » curationis modo fututa est, nota hæc erit, pus » copiosum ex vlcere emanat, turgereque pars af- » fecta videtur, Galen. etiam in commentario in- » quit, quod si glisceré quoque videatur, quod ὀρ- » γᾶν vocat, ad excretionem festinare ac incitari » pars quæ laborat, tũc pro certo id haberi potest; » Sed & ὀργᾶν in vlceribus protulit Hippocr. dum » ad excretionem festinat & incitatur pars quæ » laborat, quod tum fieri deprehenditur cum la- » bia ipsa vlceris coire inter se nequeunt, sed dissi- » dent & inuertuntur vt exponit Gal. comment. 3. » εἰς τὸ περὶ ἄρθρ. t. 18. eodem autem modo in hu- » manis corporibus coniectabile est naturam tur- » gere, cum aut onere premitur, aut acrimonia & » & malitia lacessitur, & ad vacuandum gliscit & » mouetur, ceu quando corpora nostra plurimum » turgent, & inquieta manent, quo tempore aut » alui excrementa, aut vrina plus iusto detinetur, » insurgit enim tum natura ac turget vt ea è cor- » pore pellat, licet nullo motu excrementa sua » sponte moueãtur, vnde fit manifestum verbum » ὀργᾶν tantum pertinere ad naturam cuius pro- » prium est appetere, minime vero ad humores, » quibus neque appetitus neque mouendi poten- » tia inest: Galenus tamen lib. 1. aphor. comment. » 22. l. 4. aphor. comment. 1. & lib. 5. aphor. com- » ment. 29. eandem vocem ad humores transtu- » lit cum in corpore vehementi motu agitantur, » atque ab vno loco in aliud transfluentes inter » morbi principia hominem diuexant, dolorem- » que & titillationem afferendo ægrum quiescere » non permittunt; Tunc enim fit in toto corpore, » similis animantium concitatæ ad seminis emis- » sionem libidini naturæ impetus ad excretionem » redundantium humorum, aut si non in toto cor- » pore saltem in partibus principibus, vnde monet » Hippocr. aphor. 22. lib. 1. & 10. l. 4. statim va- » cuandos esse huiusmodi humores, priusquam » corporis virtus collabatur, imminuaturque, vel » febrilis calor augeatur, vel vagi & errantes hu- » mores in partem aliquam principem decumbãt: » Cæterum pro ὀργᾶν vsurpat etiam aliquãdo Hip- » pocr. παρεργᾶν vt notauit Galen. Vetus interpres » Grammaticus ὀργᾶν subare vertit, & fœminis » attribuit Apuleius in apologia priore, sicut καπρᾶν maribus, σκυζᾶν canibus ad libidinem inci- » tatis & prurientibus, καπριᾶν suibus; ταυριᾶν Tau- » ris, ἱππιᾶσιν equis: Sed & terra ὀργᾶν & ὀργᾶσα » turgere & turgens dicitur Theophr. 3. de caus. » plant. c. 3. cum humecta atque tepida est, sta- » tumque aeris temperatum obtinet, tunc enim » εὐδιάχυτος τε, καὶ εὔκλαστος, καὶ ὅλως εὐεργὸς ὑπάρχει, id » est tunc agilis fertilis atque læta est, quod eue- » nit potissimum vere atque autumno, quibus id- » circo temporibus solo turgenti mandare opor- » tere ait fœmina, quia terræ tunc maior inest vis » vitalis.

Ὀργασμός. à voce ὀργᾶν, naturæ, siue humorum tur- » gentia.

Ὄργανον. instrumentum. Est pars corporis quæ perfectam edere actionem potest. Refertur enim instrumenti nomen ad actionem, vt instrumentum dicatur quatenus edit actionem. Sic venæ, nerui, arteriæ & pleræque aliæ similares partes inter instrumenta censentur, quatenus ab ijs actio aliqua editur. Et tamen similaris pars ab instrumento propria ratione differt. Dicitur enim similaris pars quia simplex, instrumentum vero quia actionem edat. Id autem quamuis aliquando, vt diximus, similare statui possit, minus tamen proprie quod similare est instrumenti nomen sortitur, quum quæ proprie instrumenta sunt, eadem ex similaribus componantur, adeo vt compositas vel instrumentarias partes dicere nihil apud medicos interfit. Reuera enim omnis composita pars organica est, quamuis non omnis organica composita esse videatur. Siquidem plures instrumentorum differentiæ statuitur, vt alia prima, alia secunda, alia etiam tertia quartaque dicantur. Ac prima quidem vocantur quæ ex similaribus partibus coalescẽtibus vnius functionis gratia sunt constituta, velut musculus, vena & arteria. Ea namque ex simplicibus corporibus compositionem suam immediate sortiuntur. Ex his ipsis primis coagmentantur secunda. Quæcunque enim ex primis instrumentis componuntur, etsi vni totius instrumenti functioni quam maxime obseruiunt, inter secunda numerantur. Eiusmodi sunt digiti. Tertia vero instrumenta appellantur quæ ex ipsis secundis constituuntur, veluti manus aut pes. Ex digitis enim vterque constat. Sic quarta quæ ex tertijs, vt brachium & crus. Illud namque inter alias partes manu, hoc vero pede constat. Hæc quanto magis composita sunt, tanto etiam magis instrumenta dici merẽtur, & actionem quoque edunt perfectiorem. Ex quo apparet definitionem eam instrumenti à Galeno assignatam, vt id dicatur quod perfectam edere actionem potest, perfectis tantum instrumentis conuenire, cuiusmodi sunt cerebrum, cor, iecur, testes, item oculus, auris, pulmo, thorax, vẽter, manus, pedesque, non etiam singulis eorum particulis, quas constat perfectam actionem per se edere non posse. Oportet autem instrumentum omne si recte opus suum perficere debeat, non ex qualibuscunque sui simplicibus particulis, neque ex numero aut magnitudine qualibet non satis opportuna, neque ex quouis modo compositionis constare, sed habere formam, magnitudinem, numerum partium similarium ex quibus componitur, & constructionem præterea decentem. Cæterum id vnum sciendum est partem quamlibet corporis instrumentariam quamuis ex pluribus particulis composita sit, vnam tamen habere quæ suæ ipsius actionis sit causa, reliquas vero quæ instrumentum quoduis conficiunt, illius gratia constitutas esse. vt Galenus in libris de vsu partium demonstrauit.

Ὀργάσασθαι. κεκαμεῖν, συγκεῖσθαι, hoc est commiscere & contemperare, apud Hippoc. vt explicat Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Ὀργὴ. ira. Est feruor caloris in corde. Commune quidem est plærisque motibus caloris augmentum in corde excitare. Nam & balneis & insolatione, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur, & cum exercitamur, & cum pudore afficimur, naturalis etiam calor au-

getur: verum in ira haud quaquam auctio, sed veluti feruor est caloris in corde, sicut videtur sensisse Galen. lib. 2. sanit. tuendæ. In corde autem feruorem eum excitari primum Hippocrates & Plato, deinde Galenus docuerunt, quod irascibilis facultatis sedes sit: feruor autem ille cordis tantum est, non etiam totius corporis. Nam si in totum extensus fuerit corpus, tunc huiusce modi affectus πυρετὸς, hoc est febris, nuncupatur, quæ est quædam totius corporis immoderata caliditas. Per iram vero feruor ille caloris in corde consistit, à quo si forte per totum corpus diffundatur, vt nonnunquam accidit, febrem accendit, primum diariam, deinde vero & sæpe quidem, si vehementior ira est, ardentem, si bilis per eam commota non vacuetur, sed intus manens putrescat: sin autem non putrescat, icterum plærumque gignit. Feruet autem tantopere calor iratis propter immoderatum & impotentem motum facultatis irascibilis, cuius proprium est affectare honorem & gloriam, iniuriæque acceptæ vindictam. in quo quidem animi affectu atque perturbatione non modo cordis partes tumultuantur, & motibus maximis atque incompositis agitantur, indeque incalescunt, sed etiam bilis feruet quæ in venis, arterijs, hepate, suoque folliculo continetur. Itaque etiam essentiam eius vel probatissimi philosophorum in caloris feruore statuerũt, iræque accessorium esse, non eius essentiam, vltionis appetentiam. Quippe hæc causę potius videtur habere rationem. Iram præterea permulta etiam alia comitantur, inter quæ forte caloris auctio, quod in tanta irascibilis facultatis agitatione fieri aliter non possit, quin & spiritus & vapor calidus largior excitetur, à quo calorem plenius renutritum ampliorem auctioremque fieri necesse est. Adhæc pulsus & respiratio altior, maior, vehementior, crebrior, velocior, aucto nimirum calore natiuo. Tandem vero si modum ira excedat, & diutius perseueret, vires non aliter quam frequentes vigiliæ resoluit.

Ὀργαὶ quoq; generis appellatione significant apud Hippoc. τὰς πόσεις, hoc est mores. vnde εὐοργητότερα ab eo dicuntur τὰ εὐξυμποτώτερα καὶ εὐνοώτερα, hoc est minime mala.

Ὀργικὴ δύναμις. irascibilis facultas, vide θυμοειδὴς.

Ὀρείλλος. dicitur à quibusdam ἡ χαμαιπίτυς, vt habetur apud Dioscoridem.

Ὀρείχαλκος. an vnquam aliquod fuerit fossile & natiuum, certo scire non possumus. non enim extare nouimus aliud quam illud factitiũ, quod ex ære constat tincto cadmiæ fossilis colore. Aes namque cadmia tingitur & abit in aureum colorem, appellaturque à Græcis ὀρείχαλκος.

Ὀρεκτικὸν, τὸ, ea animi pars dicitur in qua appetitus
» suum domicilium habet; in stomacho autem
» ὀρεκτικὸν dicitur facultas illa quæ cibos appetit,
» idem fere quod ὄρεξις, interdum vero dicitur
» quod cibi appetentiam facit vt apud Dioscor. l.
» 5. cap. 15.

Ὄρεξις. appetitus, siue appetentia. Est concupiscentia cibi & potus. Ea autem à iecinore principiũ habet. Est enim totum hoc opus naturalis facultatis quam non φυσικὴν modo, sed & ὀπτυμπτικὴν & ὀρεκτικὴν veteres appellarunt. Sed aduertendum est appetentiæ nomen ambiguum esse. Vna enim significatione dicitur naturalis quædam inclinatio, qua singulæ corporis partes alimentum desiderant quod in vacuatæ substantiæ locum succedat: & hæc quidem naturalis appetentia est. Nam quoniam cute tenus vnũquodque animal in ambientem aerem digeritur, accidit vt membra quę sub ea sunt, prima vacuentur, quorum ingenita vis ex proximis sibi alimẽtum trahit, id scilicet quod vacuatur reficiens, deinde rursus illa, ex ijs quæ sibi sunt proxima: sicut quæ tertio loco sunt posita, ab ijs quæ sibi, atque ita semper per continuum, veluti in choro quopiam translatione celerrime facta, ad venas quæ ad ventriculum pertinent, vacuatio peruenit. Hæ vero & solent pariter & natæ sunt ex ventriculo nutrimẽtum trahere, perinde vt stirpium radices quæ in terram sunt demissæ, ab ea. Est enim hoc opus vniuersum naturale, non animale, vt quod stirpibus & animalibus commune sit, eodemque modo in vtrisque perficiatur. Fit enim talis appetentia propter solam vacuationem & alimenti penuriam, ob quam & stirpes & quæcunque intra terram nutriuntur, alimentum appetunt, atque si nullum trahere datur, marcescunt. Est igitur ea appetentia singulis corporis partibus insita, atque etiam ventriculo, quod non aliter quam reliquæ partes alimento destituitur, atque in omnibus ijs ob solam alimenti penuriam vacuationemque contingit. Altera vero significatione appetentia dicitur desiderium cibi & potus, quo ventriculus exugi se sentiens tenetur. Et hæc quidem animalis appetentia est: siquidem natura animalibus non item stirpibus vacuationis & penuriæ sensum dedit, quo scilicet ad cibum potionemque proritata, sese impleri appetant. Fit autem is penuriæ sensus, cum venæ ex ipso ventriculo veluti emulgentes sugentesque, aliud trahunt: non ferens enim eum suctum ventriculus, sed veluti diuulsus, offensæ eius medelã cibum desiderat. Quippe venæ hoc pacto nulla cum ventriculi molestia ad obiectos cibos conuertũtur, atque ex ijs, relicto ventriculo, nutrimentum trahunt. Fitque post cibi sumptionem, vt & venæ simul ad cibos se conuertant, & ventriculus ex ijs, quantum prius per venas est exhaustum, in seipsum trahat. Ad hanc autem appetentiam quinque symptomata concurrunt, ordine quodam sese sequentia. ac primum quidem vacuatio est, siue alimenti penuria: secundum exinanitarum partium appetentia illa naturalis, de qua modo diximus: tertium ventriculi suctus à venis factus: quartum eius sensus: quintum vero & vltimum appetẽtia eius animalis. Itaque cum sensus eam pariat, merito animalis nuncupatur, soli namque animali sensus datus est: atque etiam perspicuum est, eam ventriculi esse non etiam aliarum partium, quæ sine molestiæ sensu dissipari adimique sibi alimentum suum patiuntur, ac præsertim oris eius, quod reliquis partibus, propter neruorum quibus præditum est magnitudinem, eximia vi sentiendi longe antecellit.

Ὄρεξις κυνώδης. appetentia canina. Est vehemens & insatiabilis edendi cupiditas, à cibis ad vomitum & à vomitu ad cibos subinde rediens. Affectio est τῇ ἀνορεξίᾳ prorsus contraria. Prouenit magna ex parte ab humore aliquo vitioso & acido, siue is pituitosus sit siue melancholicus, qui in os ventris impactus ipsum mordet & irritat. Talis namque mordacitatem suctioni similem inducit, & ventriculi tunicis coactis adstrictisque

inanitionem

inanitionem perinde ac naturalis fames inuehit, atque inexplebilem cibi cupiditatem. Itaque eorum copia grauati, coguntur cibos euomere, deinde cibis denuo se ingurgitare, postea redire ad vomitum, inde ad cibum, atque ab eo identidem ad vomitum, canum modo in eandem noxam relabentes à qua per vomitum fuerant liberati. Quo fit vt tantam ventriculus imbecillitatem contrahat, vt nihil continere possit, sed perpetua fere laboret vomitione. Nec vero vomitu tantum reddunt ingestos plus æquo cibos, sed alui etiam profluuio aliquando deijciunt. Quo fit vt his succedant & cœliacæ & dysentericæ affectiones & ipsa aqua inter cutem, propterea quod ante prioris cibi concoctionem, ingesto alio, cruditas vitari non potest. Huiusmodi appetentiam Hippocrates λιμὸν, hoc est, famem, appellauit, eo aphorismo quo scripsit famem meri potione solui, vt in comment. Galenus annotauit. Differt ὄρεξις ἡ κυνώδης ἀπὸ τοῦ βελίμου multis rationibus. primum quidem quod illa communior sit & generalior, vt ex eodem Galeni commentario potest intelligi: deinde quod ὄρεξις κυνώδης causam habeat non modo frigus internum, sed & humorem acidum in ipso ventriculi ore impactum, βέλιμος autem ab externo frigore excitetur: tertio quod βέλιμος frequentes animi defectus comites habeat, imo vero, vt ait Galenus libro primo ad Glauconem, nihil aliud sit quam animi defectus, illa autem sine animi defectione sit, nisi si nimis diu vitium traxerit & oris ventriculi robur dissoluerit. Cæterum Aetius aliam appetentiæ caninæ speciem exponit, cum videlicet corpus vniuersum rarius existens, & per occultam transpirationem exhaustum, præter modum exinanitur. his alui deiectiones pauciores & sicciores prodeunt quam pro cibi ingesti modo & qualitate. Nec his quidem plura symptomata Aetius tribuit. Ex quo perspicuum est eam affectionem quæ vomitione careat, non esse oris ventriculi, sed habitus totius corporis, nec proprie appetentiam caninam appellari posse. vide βέλιμος.

Ὀρεοσέλινον. oreoselinum. est apium montanum. caule vno prouenit palmum alto, radice prætenui. per ambitum ramulos spargit capitulis cicutæ, multo tamen tenuioribus, in ijs semen longum & acrimoniam gustu præferens, odoratum, tenue, cumino proximum. nasci in petrosis & montanis amat.

Ὀρθόδωρον. mensura est apud Græcos qua rerum interualla metiuntur. Est autē totum id spatium quod inter primam palmæ partem, καρπὸν Græci vocant, & extremum medium digitum interiacet: sic enim & Pollux & Hesychius interpretantur. Continet autem digitos circiter vndecim. Latine rectus palmus dici potest.

Ὀρθόκωλον. vitium articuli est, quando ob durum aliquem tumorem chorda musculos partem aliquam inflectentes non sequitur, sed perpetuo articulus tenditur nec inflecti potest, vt annotauit Galenus comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

» Tract. 96. & 100. vbi plura, atq; vbi sūt qui ὀρθόκωλον legāt: huic autē contrarius affectus est ἄσκωλα, articuli cōtractio & curuatura, vide ἄσκωλα.

Ὀρθόπνοια. Genere quidem non aliud est quam δύσπνοια σφοδρά, hoc est, magna spirandi difficultas, cui tamen adiunctum symptoma est, vt ea etiam non aliter fieri possit quā recta ceruice. Definiri ea potest, frequens sine febre respiratio recto thorace facta. Eiusmodi fere solet esse ijs qui velocius cucurrerunt. Sic dicta est, quod qui ea laborant (ὀρθοπνοϊκοὶ ij vocantur à medicis) non nisi recta ceruice spirare possint, proindeque erigere sese è stratis coguntur & recto thorace spiritum ducere. Nam cū aspera arteria, vt scribit Galenus εἰς τὸ σφυρίττικον, principium à gutture habens in pulmonem diuidatur, quoties quidem thoracem cum collo recte extendimus, arteriam ipsam dilatari contingit, atque etiam quæ ex ea in pulmones distribuuntur propagines omnes, atque interim regionem augeri eis internam: hæc quidem causa est cur recti spirare affectent. Idem malum ἄθυμα etiam ab alio symptomate vocatur. in causa est pulmonis & eius vasorum angustia ab humore aliquo in ijs præter naturam contento, estque symptoma commune peripneumoniæ, empyematis, tuberculi aut abscessus in pulmone geniti. Crassus autem & viscosus humor qui eam affectionem parit, non in leuibus sed asperis arterijs sit oportet, quod ex sint respirationis instrumenta. Est autem per orthopnœam respiratio parua densa & velox; sicut Galen. lib. de difficultate spirandi primo demonstrauit.

Cæterum hæc cum in omnibus morbis acutis tū maxime in pulmonis inflammationibus periculum denunciat ex Hippocr. lib. 1. prognost.

Ὀρθόπνοια ξηρά. dicitur Hippocr. lib. 1. de victu in acut. quæ sine sputis vel tussi vsque adeo vehemens est, vt inclinari citra suffocationem qui ita afficitur non possit, eaque fit ex angustia earum pulmonis capacitatum quæ spiritum deferunt, quæ id patiuntur iacentibus magis, minusque stantibus quæ in thorace sunt partibus, hinc ὀρθοπνοϊκοὶ vocantur Galen. comment. 4. de victu actutor. t. 21. vel 31.

Ὀρθοφόριον, id est, τῇ χοιρικίδι, apud Hippocr. vt explicat Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Ὀρθοφορεῖν νοσεῖν. significat apud Hipp. lib. 1. Epid. facile ferre morbum, adeo vt qui laborat, munia obeat consueta, nec cogatur in lecto decumbere. Sic comment. 1. Galenus explicauit.

Atque de leuioribus morbis dicitur, quibus qui affliguntur erecti & stantes obambulant & consueta munia obeunt; his opponuntur, κλινήρεις, κλινοπετεῖς, καταχλιδόντες, & καταχεόμενοι, quos & Græci eleganter βεβληκότας, proiectos prostratos & lecto affixos vocant, voci vero ὀρθοφορεῖν opponit perpetuo Hippocr. ἐπιπόνως.

Ὀρθότης ὀφθαλμῶν. oculorū rectitudo. vide ὀφθαλμός.

Ὀρίγανις. marum. vt habetur apud Dioscor.

Ὀρίγανον. quod Heracleoticum & cunilam vocant, herba est folio hyssopi non dissimili, vmbellaque non in rotæ speciem orbiculata, sed veluti multifida, semine in summis virgis haudquaquam denso: apud Gallos maiorana Anglica appellatur. Quæ vero ὀνῖτις dicitur, candidiore est folio, & hyssopo similior. Semen veluti coniunctos corymbos habet. Vis ei origani Heracleotici, sed multo inferior. Syluestre autē origanum aliqui panaces Heraclion, alij cunilam etiam vocant, folijs est origani, ramis tenuibus, dodrantem altis, in quibus vmbellæ anethi insunt, flores candidi, radix tenuis, superuacua. Habent autem omnia origani genera vires incidendi, extenuandi, siccandi & calfaciendi in tertio abscessu.

» Appellationem autem inuenit quod montibus
» gaudeat ἀπὸ τῦ ὄρους, monte, & χαίρω gaudio; He-
» rodianus quod visum exacuat nomen duxisse in-
» quit ab ὁράω videre, & γαῶ clarifico, quasi aciem
» oculorũ illustret vt existimant nonnulli. Theo-
» dorus Grammaticus illi nomen ex aduerso da-
» tum putauit: est enim ab ῥίγω, id est, algeo fieri μι-
» γαδὸν quasi rigens censet.

Ὀ ἐίγανον. etiam à quibusdam dici τὸ κεφάλιον Dioscor. author est.

Ὀ ἐίχαλκος. scribitur sæpe pro ἐρείχαλκος. quod vide.

Ὄ ρμινον. herba est folijs marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur. Siquidem in syluestri rotundum fuscumque inuenitur, in altero nigrum & oblongum qui in vsu habetur. Calidum est mediocriter, siccum & abstergens, præcipue syluestre. officinis gallitricum, herbarijs centrum gallinæ dicitur ὄρμινον à Theophrasto & Plinio, recensetur etiam in fructum generibus: Hesychius esse leguminis genus dicit.

Ὄ ρμινον. apud Atticos dictus est ὁ ἀπαράγορος, forte ἀπὸ τῦ ὁρμᾶν, quod ruere significat, quoniam vbi adoleuit, facile decidat atque corruat: qua de causa etiam corrudam à Latinis dici nonnulli voluerunt.

» Pro posteriore hoc ὄρμινον apud Hesych. &
» Suidam inuenio ὄρμιθος; apud Athenæum ὄρ-
» μυθος sine aspiratione, apud Polluc. vtroque mo-
» do.

Ὄ ρμινον. dicta fuit à quibusdã ἡ ἀλόη, vt habetur apud Dioscor.

Ὀ ρνιθόγαλον. Arbor est vlmi specie. folijs amygdalæ, prælongis siliquis in surculorum cacumine prodeuntibus, oleagina magnitudine, in quibus medulla inest, linguæ auis similis, vnde nomen. exterius rubra, intus ex candore in luteum vergens. sapore acri vellicante linguam cum nonnulla amaritudine. Ea, vt tradunt, secundo abscessu calfacit, laterum dolores sedat, vrinam ciet, & remoratam hærentemque pellit. Venerem stimulat, & genituram auget. Linguam auis officinæ nominant.

Ὀ ρνιθόγαλον. cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, à quibus flores prodeunt foris herbacei, & cum hiantes se pandunt, lactei visuntur, inter quos dissectum, cachryos modo, capitulum emicat. Ruellius in Gallia ὀρνιθόγαλον copiosum nasci scribit, pueris non incognitum, qui propter adstãtes cum ab agricolis terra proscinditur, aut in latiores porcas sulcatur, ornithogali radices vomere erutas colligunt, & cum sint castaneis suauiores, ijs & crudis, & in cineribus incoctis vescuntur, odore iucundissimo, os mirum in modum commendante. Radices in orbem fere collectæ sunt, cortice pullo, candidissima intus carne, perquam odorata, vere vel æstate cum fronde virent, hyeme vel autumno cum exarantur agri, radicitus velluntur. Diu seruari possunt, & vbi annonæ premit inopia, plebis rusticæ famem, & ieiunia castanearum more satiant. Mire suibus experuntur, qui rostro scrobiculos excauant, & harum capti dulcedine, gregatim ad has eliciendas radicitusque vellendas aduolant.

» A Lacteo autem Gallinarum candore emendi-
» cisse nomen videtur, cum flores intus lacteo co-
» lore niteant; nisi quis censeat ab oui candidi fi-
» gura, quam radix præ se fert dictum, nam auicu-
» larum oua radix imitatur intus albissima.

Ὀ ροβάγχη. cauliculus est sesquipedalis & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, sine folio, pinguis, flore subalbido aut in luteum vergente, radice digiti crassitudine, & cum ariditate flaccescit caulis, fistulosa. Hanc inter quædam leguminã nasci constat, & ea strangulare: vnde ὀροβάγχη sibi cognomen vsurpauit. Estur, vt olus, cruda, & in patinis, asparagi modo decocta. Legumẽtis addita concoctionem accelerare creditur. Sunt, vt scribit Plinius, qui κυνομόριον eam appellant, à similitudine canini genitalis. ὀροβάγχη autem est siccæ frigidæque temperathræ in primo ordine.

Ab eruo vero strangulatu nomen adepta est, nam eruum (ὄροβον) & cicer circumligando se necat, & strangulat legumina inter quæ nascitur vt ait Ruell.

Ὀ ροβένδρον, dicitur à quibusdam ἡ ὑπερκιδὶς, vt habetur apud Dioscor.

Ὀ ροβίας ἢ ὀροβιᾶς. genus ciceris, sic dictum ab eruo similitudine. vide ἐρέβινθος.

Ὀ ροβίτης. dicitur primum genus chrysocollæ factitiæ, quam Plinius à Latinis herbaceam scripsit nominari. vide χρυσοκόλλα.

Ὀ ροβοειδὲς ὄρον. vide ὄρος.

Ὄ ροβος. eruũ. frutex paruus, angusto folio, tenuis, semina in valuulis habens, è quibus farina fit multis vsibus inseruiens. Ordine primo calefacit, siccat secundo cum amaritudine, per quam incidit, deterget, obstructa aperit.

Bechicum quoddam ab Eruis ἀπὸ ὀρόβων dictum describit Trallian. lib. 5. c. vltimo.

Ὄ ρος. dicitur à quibusdam τὸ πέδον, hoc est, pars tota pedis superior, quã alij etiam πολιόστιον appellant. Reperitur ὄρος etiam pro ὄρρος, teste Eustathio. Alias Montem significat. At ὅρος finis, terminus. ὀρὸς vero, quod & ὀρρὸς, serum lactis.

Ὀ ρρόπισσα. picis liquidæ serosum recrementum dicitur, vel liquor aquosus qui pici liquidæ supernatat, sicut serum lacti, cum enim pix coquitur expansa supra cortinam, vellera pura eius habitu madefiunt, deinde in vas exprimuntur, atque id πισσέλαιον Dioscoridi dicitur l. 1. c. 79. Gal. vero li. 1. κατὰ τόπ. quod pici liquidæ supernatat & incumbit πίσσωδες seu florẽ picis vocat, vt & 2. de simplic. facult. c. 21. dicitur autem & diuisis nominibus πίσσης ὀρρὸς; etiam notauit Erotian. sic ab Hippocr. vocari τὸ ὑγρότατον τῆς πίσσης, id est, quod in pice humidissimum est, quodque Paul. lib. 3. c. 74. ad vteros conclusos adhibet, quodque auribus exulceratis & purulentis inculcat Apollonius apud Gal. 3. κατὰ τόπ.

Ὀ ρροπύγιον. vltima pars spinæ, qua vertebræ desinunt. Ea manifestior in auibus quam in homine est, deque ijs proprie dicitur authore Aristot. li. de gressu animalium. Sic dicta quasi ὀροπύγιον.

Hæc & pars ὀρρὸς & πρέμνις dicitur; Porro dicitur & ὀρροπύγιον, via illa & veluti linea quæ scrotum medium intersecans per πυγὸν vsque ad anum tendit vt Gal. notauit in exeg.

Ὀ ρρὸς. à quibusdã dicitur τὸ σφυρὸν, quod alio etiã nomine πρέμνις vocatur. Gal. ἐν Γλαύκωνι scribit sic vocari τῆς ἱερᾶς ὀστέου τὸ πέρας, hoc est, sacri ossis extremum, quod etiam ὀρροπύγιον appellatur. Ex hac significatione ὀρρώδης apud Hippocr. dicitur

ἐπὶ τὴν ὄρχιν ἐκτεινόμενον, hoc est, ad caudam vsque protensus. Ὀρχὸς vero quod & ὀρὸς oxytonως, significat serũ lactis de quo vide in dictione γάλα.

Ὀρύζα. oryza. de genere frugum est. mediocriter alit. Vim autem quandam adstringẽdi possidet, qua ventrẽ modice sistit: à Gallis Rys vocatur.

Ὀρφνῶδες. σκοτεινὸν, μέλαν. hoc est, tenebricosum & nigrum: apud Hippocr. in Progn. sect. 3. Accidit melancholicis. Euenit vero & ijs qui vomitione spontina laborant, quod vtique significat atrum ex flauæ bilis synceræ exhalatione confectum. Hæc enim plenius calefacta & quodammodo superassata atram exhalationem ceu fuliginem ad caput emittit. Quod vero ex eo humore ad oculos permeat, turbulentiorem reddit in eis humorem splendidum & purum ex natura, ita vt fiat conditio quædam similis ei quæ circa purissimum ac lucidissimum aerem euenit, recipientem in se aut fuliginosum quendam aut fumidum nigrorem.

Ὄρχεα. ὄρχεις. apud Hipp. hoc est scrotum. Gal. ἐν τῷ γλώσσῃ. vbi tamen quidã codices habent ὄρχεις.

Ὄρχεις. testes, testiculi. Sunt corpora duo glandulosa, alba, mollia, rotunda, seminis & generationis principium. Hi quia gemini sunt, etiam διδυμοι appellantur. A Gal. lib. 3. alimentorum glandibus accensentur. Substantia enim constant alba & molli, &, quod venulis frequentibus intus varie pertexuntur, rara, laxa, atque cauernosa. Nullam namque aliam ex se cauitatem habent. Tales enim semẽ melius percoquunt, & copiosius continent. Est autem naturale & proprium eorum munus seminis generatio. Itaque eius materiam per vasa spermatica attractam, & per epididymidem propriam ipsorum tunicam, atque inde per parastatam testi impositum corpus testis alterius quadam effigie permanentem, propria facultate alterant, dealbant, concoquunt, verumque semen efficiunt, quemadmodum mammæ lac, & ossa medullam ex sanguine generant. Pluribus tunicis seu inuolucris integuntur, ac primum quidem sua propria & intima & vbique contigua, quæ ἐπιδιδυμὶς dicitur: deinde alia quam ἐλυτροειδῆ vocant, prõpterea quod à suis vasis & à musculo testium gracili rubescat, testem ipsum testisque epididymidem totam inuoluente: præterea vero duabus alijs communibus, quarum vna ὄσχεος seu scrotum dicitur, altera vero δαρτὸς illi subiecta. Habent autem & singuli testes suum περικράτιον sibique impositum testis alterius quadam effigie, in quo & vis generandi seminis inest. Cæterum maribus testes extra membranam abdominis sunt & propendent musculis, quos ex eo κρεμαστῆρας vocant: mulieribus vero intus latent à lateribus vteri, frigidiores, minores & imperfectiores quam marium. Sic quidem conditi testes in principum partium numero habentur, non quod ad præsentem vitam necessarij sint, sed quod ad vitam natorum serie propagandam, & ad speciem quandam immortalitatis eorum actio sit necessaria. Sunt enim generationis principium, quod à nulla alia parte, sed à se ipsis habent. Nec tamen est in præsenti vita vis eorum tam exigua & nullius momenti: imo vero corpus vniuersum valde afficiunt & immutant. Ab his enim in totum corpus vis quædam per venas effertur, quæ quidem in maribus robusti & masculi habitus, in fœminis vero fœmineæ ipsius naturæ causa est. Ea autem vis est σπερματοποιικὴ, hoc est, seminis generatrix, qua partes solidæ præditæ semen generant, quo optime aluntur & robustissimæ euadũt. Ex eo namque fit, vt quibus testes frigidiores sunt & humidiores, ijs corpus vniuersum frigidum, humidum, infirmumque sit & morbis obnoxium. Nam cum aquosam & & tenuem habeant genituram, male solidæ eorum partes aluntur: quare robustæ esse non possunt, quoniam basis hæ sunt totius corporis & fundamentum, quo infirmo necesse est reliquas corporis partes infirmas esse.

Ὄρχις. alij κυνὸς ὄρχιν vocant: folijs circa caulem & ima eius parte in terra stratis, oleæ molli similibus, longioribus, angustioribus, læuibus. caule semipedali, floribus in vertice purpureis, radice bulbosa, oblonga, in modum oliuæ gemina, superiore quæ durior & callosior est, inferiore quę mollior & rugosior. Eduntur radices coctæ, vt bulbi. Nascitur in petrosis & sabuletis. Alter quoque ὄρχις habetur, qui serapias dicitur. sic enim Andreas medicus à multis vtilitatib⁹ radicis nominauit, folijs porri, oblongis, latioribus, pinguioribus, ex alarum sinu emicantibus & inflexis, caule palmeo, flore quasi purpureo, radice testiculis simili. Quæ illita tumores discutit, vlcera purgat, & serpere eadem non patitur, abolet fistulas, & illitu inflammationes lenit.

Sed & ὄρχις vocatur genus quoddam oliuæ magnitudine, instar testiculorum authore Columel. lib. 5. c. 8.

Ὀρχίδιον, vel ὀρχιδίδιον. vinculum testium sic vocatur Epigram. libr. 2. Testes etiam vel testiculi apud Aristoph.

Ὄρχοι. sic à quibusdam dicuntur οἱ περὶ, hoc est, extremi palpebrarum ambitus vnde excrescunt supercilia. At ὄρχοι, Plantæ ordine positæ, seu Plantarum ordo.

Ὀρχοτομεῖν. castrare vt notauit Budæus ex Aphrodis. 1. problem. & ὀρχοτομία castratio.

Ὄσπεις. vide Ὄσυεις.

Ὀσμὴ. odor. vide ὄσφρησις.

Ὀσμώδη. odorata.

Ὄσπρια. legumina. Dicuntur ea cerealia semina, ex quibus panis non fit, vt fabæ, pisa, cicera, lentes, lupini, oryza, eruũ, cicerculæ, araci, eruilia, phaseli, fœnum græcum, lens, & si qua sunt similia. Omnia sunt crassi sueci, ventrem implent & concoctu sunt difficillima, vt scripsit Hippocrates ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων.

Ὄσπριον. à Clemente Alexand. stromat. 3. appellatur faba per excellentiam, sicque appellare in vsu fuit apud veteres, vnde Galen. in 2. de facult. aliment. legumina recensens primã fabam collocauit; atque etiam hodie à vulgo Græcorum hoc nomine faba appellatur.

Ὀστέα. ossa. Sunt partes animantis durissimæ, siccissimæ, maximeque terrestres. Sic quidem Galenus definiuit: quanquam satis erat dicere maxime terrestres. nam mox necessario sequebatur siccissimas esse & durissimas: adde vero etiam frigidas. Sunt autem ossium communes vsus, quod & se mutuo & partes alias omnes tanquã fundamẽta sustinent, & eas sibi adnatas adfixaq; firmant: præterea vero particulares vsus infiniti, qui à Gal. explicantur in libris anat. Eorũ differẽtiæ sũt permultæ ab apophysib⁹, epiphysibus, cartilaginibus, ceruicibus, capitibus, soliditate, cauitatibus, harũ quorũdam supercilijs, medul-

la, & alijs quibusdam ipsorum particulis, & à consistentia, magnitudine, numero, figura, situ, & alijs substantiam necessario consequentibus, in sceletis visu tactuque obseruandæ.

Ο'χάρα. instrumentum chirurgicum quo ossa vel attolluntur, vel deprimuntur, vel omnino loco mouentur.

Ο'στοῦν ἱερὸν. os sacrum. Duobus modis à Galeno vsurpatur, vno quidem latius, vt coccygē etiam comprehendat. vt lib. 12. de vsu partium, cum scribit os sacrum constare ossibus quatuor, tribus scilicet proprijs & coccyge. Siquidem per symphysim ossa illa vnita sunt, vt mirum esse non debeat totū os ita sibi vnitum, parte superna vocari sacrum, inferna coccygem, sicut idem ipse humerus qua parte à nobis spectatur ἐπωμὶς, parte spinæ suæ summa ἀκρώμιον, parte lata ὀμοπλάτη vocatur, atq; similiter os sacri ipsius ossis lateribus annexum, os ilium, ad cotylen ischion, antica vero parte os pubis. Altera autem significatione specialius vsurpatur, eamque tantum partem significat, quæ reuera sacra est, id est, magna & lata, quantum videlicet huius cum osse ilium per synarthrosim iungitur: hac enim sola parte reuera ἱερὸν est, id est, magnum atq; latum, tuncque eius reliquum gracilescens semper ac tenuatum, donec in tres cartilagines acutissimas desinat, coccygem appellat. Sed de hoc suo loco dictum est. Constat os sacrum tribus ossibus simul coagmentatis, in prima quidem ætate per cartilaginem, in edita vero per symphysim, quæ coctione multa aut vetustate in iunioribus præsertim separantur. Sed cur os illud ἱερὸν dictum fuerit, variæ fuerunt sententiæ. Alij sic dictum voluerunt, quod in eo aliquid sacri arcanique insit, quoniam partus tempore diuinitus aperiatur, eductoque fœtu solidescat miro quodam naturæ opificio. Alij vero quod partes quæ huic ossi adiacent dijs offerri in sacrificijs solerent, id quod Menandri testimonio confirmant, αἱ ἢ πλεῖ ὀσφὺς ἄκραι θύονται. Plutarchus vero in libello Terrestribusne an aquatilibus maior insit prudentia, scribit apud veteres ἱερὸν grande significasse, ideoque Homerum ἱερὸν ἰχθὺν, ἱερὰν θάλασσαν, ἱερὸν Ἴλιον, ἱερὸν μέγος Ἀλκινόοιο dixisse. Sic & Hippocr. ἱερὸν νόσον comitialem morbum appellauit. sic antiqui scriptores quicquid ingens ac præclarum habere volebant, ἱερὸν dixere.

Ο'στεόπονος. ossium dolor. Est species lassitudinis inflammatoriæ, cum non modo musculi, sed tendones etiam & nerui per exercitationē nimium excalfacti attraxere quippiam ex circumfusis sibi excrementis. sic autem nominatur is affectus, quod propter penitiorem sensum intimarum quoque partium nomen ei tribuatur. Siquidem tendones ipsis ossibus adhærent. Itaque cum hi patiuntur, videtur in imo ac circa ipsa ossa affectio hærere. Qui sic laborant, ne minimum quidem motum sustinent, sed omnem formidant. Sentiunt autem manifestum calorem vna cum demorsu & tensione, vitioso humore in totam corporis molem large effuso.

Ο'στρακίτης. species est ὀπτῆς καδμίας, quæ in fornacum locis humilioribus ex crassa materia fit. Reperitur sæpius in his fornacibus in quibus pyrites æroſus non coquitur. Crassarum est partium inter omnia Cadmiæ genera: & quia terrea duraque est, ὀστρακίτης, à testa quam superficie repræsentat, nominatur. vide καδμία.

Ο'στρακόδερμα ζῶα. dicuntur animalia quæcumque tegumentum quod ipsis est circumdatum ὀστράκῳ, id est, testæ omnino est simile; Talia sunt purpuræ, buccini ostrea, testudo, aliaque plurima: Ea vero salsum in se succum continent, qui aluum subducit, difficile autem concoquitur & crudum succum generat & qui non facile corrūpitur, itaq; medici ijs exhibēt, quibus cibi in ventriculo ob prauos succos prōpte corrumpūtur; Galenus bis terue in aqua optima elixat, & cum prior salsa iam apparuerit aliam puram transfert lib. 3. de aliment. facult. c. 33.

Ο'στέον. frutex est niger, ramulos ferens tenues, lentos fractuque contumaces, & in his folia quaterna, quina, senaue, ceu lini, nigra in initio, deinde colore mutato rubescentia. Decoctum eius potum iuuat arquatos. Amara enim inest qualitas, & obstructiones expediendi facultas. quare & in iecinore consistentes obstructiones adiuuat. Dicitur & Ο'στεΐς. Per υ apud Dioscoridem scriptum est in secunda syllaba, apud alios Ο'στεις & Ο'στειὰς per ι.

Ο'σφρησις. odoratus. Est sensus odoris, quanquam non sensus ipse solum, sed etiam vis ipsa odorandi eo nomine dicatur: sicut γεῦσις non modo saporis sensum sed ipsam etiam facultatem significat per quam gustamus. Huius autem tum sensus tum facultatis instrumētum intra caluariam conditum est, siue id sint ventriculi cerebri anteriores, seu potius continuæ cum ijs propagines similiter cauę, prope ossium ethmoideōn initium desinentes. De eo namque dubitare Galenus videtur, modo hoc, modo illud asserens. Nā quod ad meatus & membranas internas narium & ossium ethmoideōn pertinet, non sunt illa quidem prima & præcipua odorandi instrumenta, sed odorandi tantum deseruiunt. Cæterum duo illi processus è partibus cerebri prioribus erumpentes, quamquam neruis similes videri possunt, inter neruos tamen non habentur, quod tum neruis molliores sint, tum extra duram membranam haudquaquam proferātur. Mammillares & papillares à quibusdam vocantur per similitudinem. Hæ mollissimæ sunt, quo odores facillime admittant & dijudicent, vel, si opus sit, in anteriores cerebri ventriculos transmittant, vbi odoris sensum moueri Galenus existimauit, argumentis quibusdam persuasus quæ in libello de instrumento odoratus recenset. Nec vero ad odoris perfectiorem sensum instrumenti tantum mollities, & expeditus eius meatus necessarius est (obstructis namque ijs propaginibus vel ab excrementis, vt per grauedines & distillationes, vel ab aliquo præter naturam tumore, veluti polypo, callo, tuberculo, aut aboletur, aut deprauatur, aut imbecillior redditur odoris sensus) sed eorum etiam quæ odorantur aptitudo. Nam quæ frigida sunt & crassarum partium, nullum odorem mouent, quod quæcunque odorata sunt, tenuia & calida esse oporteat, nec tamē prorsus sicca. Nisi namque eiusmodi fuerint, nihil vaporis ex se remittent: quem tamen ab ijs efferri, & aeri ambienti remisceri, & per nares in cerebrum attrahi ad odorem ciendum necesse est. Est enim odoris materia vapor ex rebus odoratis prodiens. Sunt autem odorum sicut & saporum plures differentiæ. Sed saporum quidem notæ, & non vocabulis modo, sed proprijs etiam substantijs,

à quibus nomina acceperunt, distinctæ: odorum vero & incognitæ & innominatæ. Siquidem vt saporis sensus homini valde exquisitus est, ita odoris infirmissimus: & tamen tot esse odorum differentias quot sunt etiam saporum, & odorabiles cum gustabilibus habere proportionem à Galeno perhibetur. Omnes autem in duo summa genera reducuntur. Alij enim beneolentes, alij graueolentes dicuntur: illos εὐώδεις, hos Græci δυσώδεις nominant. Beneolentes quidem suaues sunt & grati, vt qui spiritui in cerebri ventriculis contento familiares sint, vniusque tantum generis existunt: similes namque sunt sapori dulci qui linguæ familiarissimus est. Graueolentes vero insuaues ingratique sunt, & multorum generum, quemadmodum & sapores non dulces. Non sunt tamen illis, vti dixi, imposita nomina, quibus proprie significentur, sed quædam à saporibus, quibuscum magnam cognationem habent, appellationem sortiuntur, vt acidus & acris. Quædam enim acri, quædam acido odore esse dicimus, quod scilicet nos eodem modo afficiunt quo & sapores. Nam & acetum & acida omnia similiter odoratum gustumque mouent, & acria quoque, vt allia, cepe, non minus gustum quàm odoratum mordicant. Quinetiam persæpe odore solo iudice quamplurima gustare recusamus. Adeo in omnibus fere mutuo consentiunt odoratus & gustus, vt ex odore liceat de sapore iudicare. Veruntamen id perpetuum non est, cum plæraque sint odore suauissimo, vt rosa, quæ gustu sunt perquam insuauia.

» Notandum porro est olfactum habere homi-
» nes omnium ferme animalium deterrimum ait
» Theophr. 6. de caus. plantar. cap. 5. qui & addit
» omnino inter bruta, vel nullum vel rarum certe
» admodum esse quod odorem persequatur gratia
» suauitatis, nisi per accidens cum alimentum ta-
» le est, appetitus enim est ad ipsum pabulum eius-
» que causa, bruta vero gratiam odoris non sen-
» tiunt, nec dijudicant, forsitan vero sentiunt, sed
» eorum naturæ nihil conueniunt, quinimo aduer-
» santur: hæc ille.

Ὀσφρητικὴ δύναμις. odoratrix facultas. Dicitur & Ὀσμητικὴ δύναμις, & vno vocabulo ὄσφρησις.

Ὀσφύς. dicitur dorsi ea pars qua cingimur, de qua sic scribit Aristoteles: τὸ μὲν ὄπισθεν διάζωμα μέν ἐστι ὀσφύς, ὅθεν καὶ τέτρωται ἔχει. hoc est, pars ea qua cingimur, retro quidem lumbus: vnde & nomen habet. Apollodoro, vt scribit Suidas, ὀσφὺς dicitur quasi ὀσφρύς, quasi ossis naturam redolens. Est enim ea pars ossea & ex carnis. ἰξὺς alio nomine à quibusdam dicitur. Galenus tamen apud Hippocratem interpretatur ἰξύας, τὸ μεταξὺ τῶν ἰσχίων καὶ τῆς ὀσφύος. Latini huius nominis penuria laborant, & lumborum nomen vsurpant in ea parte designanda. Est autem proprie ὀσφὺς pars totius spinæ quinque vertebris omnium crassissimis maximisque compacta, inter dorsum & os sacrum medijs. Veruntamen vt sunt crassissimæ, ita angusto foramine singulæ cauatæ sunt, pro cuius modo gracilem quoque medullam continent Præter id autem habent etiam singulæ alia multa foramina interiore sui parte, qua venam cauam attingunt, nullo ordine collocata nec numero certo, quibus venas admittũt ad sui nutritionem, cum tamen in reliquis vel nulla vel admodum exigua appareant. Cæterum earum vertebrarum prima κεφάλη dicitur, quod ex aduerso renum sita sit: vltima vero, ἀσφαλὴς, ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc est, à securitate, vt verisimile est, quod ossi firmissimo incumbat. Reliquæ peculiari nomine carent. Qui ijs adiacent musculi, ψόαι vocantur, de quibus suo loco.

Notandum vero insuper est lumborum ap- «
pellatione intelligi inclusas partes, vt neruos, «
musculos lumbares, spinalem medullam cũ suis «
membranis, renes ipsos, præterea venam ipsam «
magnam & arteriam, itemque vasa spermatica, «
& vasa renum, vesicæ, vteri, hemorrhoidum, at- «
que intestina crassa, hæc singula lumborum no- «
mine passim Hippocr. complectitur. »

Ὄσχεον ἢ ὄσχεος. scrotum. Est extima & communis testiculorum tunica, multis rugis & media sutura distincta. vulgus bursam vocat.

Hippocrat. ὄσχεα dixit vt notat Galen. in exeg. «
sed & pro ὄσχεον dicitur ὄσχεος & ὄσχε Hesychio; «
Reperitur & ὀσχέα, ας, in ea significatione apud «
Aristot. lib. 1. de gener. animal. cap. 1. & ὄσχεις 1. de «
histor. animal. c. 5.

Ὀσχίον. τὸ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδῆ ἐπιπλάσεις: hoc est, circa os vuluæ flexuosa extuberantia apud Hippocr. ὄσχος enim & μόσχος significant palmites & clauiculas. Idem vero etiam ἀμφίδυον & λίγνα appellauit, vt annotat Galenus ἐν τῷ Γλώσσαις.

Οὖδις. nomen auis apud Hippoc. quam Aristot. ὀτίδα per ω scribit. Eam vero Xenophon, vt & Hippocr. ὀτίδα per ο appellat.

Οὖα. sorba. fructus sunt sorbi arboris. valde adstringunt & desiccant. Rarius ὄα dicuntur.

Gal. l. de aliment. facul. c. 25. Attici, inquit, ὄα «
dicunt quæ omnes Græci ὕα, vt etiam Attici ij- «
dem ῥόα dicunt quæ zones cum ῥόα, ideſt, mala. «

Οὐγγία. vox quidem Romana, Romanum pondus significans, sed quæ tamen apud Græcos literis paululũ, vt scribit Galenus, immutatis, recepta est etiam pro eodem pondere. Dioscorides in libello de ponderibus & mensuris drachmarum octo esse ait, his verbis: ἡ δὲ οὐγγία δραχμὰς ὀκτώ, γράμματα κδ'. Id est, vncia drachmas habet octo, scripula 24. Similiter & Galenus τῷ κατὰ γένη lib. 6. διὰ τὸ τὴν καθολικὴν οὐγγίαν ὀκτὼ δραχμὰς ἔχειν. hoc est, quod ponderalis mẽsura octo drachmas habeat. Idem libro quinto eiusdem operis, ἔλκουσι δὲ αἱ δύο οὐγγίαι ὑποκάτω ὧν ἐν ταῖς καταστηματικαῖς χερσὶν, ἐπὶ δὲ ἡμίσειαν οὐγγίας καθολικὰς· αἵτινες ξ' δραχμὰς γίνονται, τῆς μιᾶς οὐγγίας ἡ δραχμὰς ἑξκαίδεκα. Id est, pẽdunt enim nouẽ vnciæ Italicæ quæ in cornibus intersectis sunt, septem vncias ponderales & dimidiam: quæ quidem sexaginta drachmæ fiunt: cum vnaquæq; vncia capiat octo drachmas. Hesychius quoque scribit, δραχμὴ, τὸ ὄγδοον τῆς οὐγγίας. hoc est, drachma, pars octaua vnciæ. Præterea Aetius sectionis tertiæ sermone 4. c. 26. post descriptã cõpositionem pastilli ex acacijs & veratris scribit hunc in modũ: ὅλος τῶν προγεγραμμένων καθολικῶν δραχμῶν ἑξήκοντα τεσσάρων οὐγγιῶν ἐστί. Id est, totũ pastilli pondus drachmarũ centum sexaginta octo est, id est, vnciarum xxi. Hanc quidẽ vnciæ diuisionẽ Romani in octo octauas appellarunt, quibus aliqui nomen aliud non dederunt, vt ille cuius quædam de notis ponderum ex vetusto codice sunt Largo adscripta. Multi eas drachmarũ nomine appellant, vt Balbus ad Celsũ de agrimensoria, Gal. & plæriq; alij præsertim Græci. Verum non omnes eodẽ modo vnciam in octo partes diuiserunt, sed nonnulli dixerũt eã drachma-

rum ſeptem eſſe, alij vero ſeptem & dimidiæ, vt ſcribit Galen. lib. 5. περὶ κῆ. ἡλικ. his verbis: ἐπειδὴ καὶ τῶν ὑγιαίνοντων οἱ πλείστοι μέχρι ἑπτὰ καὶ ἡμίσεως δραχμῶν εἶναι φασιν, ἄλλοι δὲ ζ μόνον, ἔνιοι δὲ η. hoc eſt, quoniam plærique vnciam quidem drachmarum ſeptem & dimidiæ eſſe dicunt, alij vero ſeptem tantum, alij vero octo. Sed qui ſeptem drachmarum vnciam conſtituunt, proculdubio drachmæ vocabulo intelligunt denarium. Atque hi nomine mutato parum cautos fallunt, cum ipſi rem ignoraſſe videri non debeant. Id quod teſtatur Galen. lib. 8. περὶ τόπων, ſcribens: προδηλον δὲ ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὃ ῥωμαῖοι δηνάριον ὀνομάζουσι. hoc eſt, manifeſtum autē eſt quod drachmam dicimus nunc in his omnibus, quod Romani denarium nominant. Qui vero dixerunt ſeptem drachmarum & dimidiæ vnciam eſſe, videntur quidem aduertiſſe drachmam leuiorem eſſe denario, non tamen plane, quantum intereſſet, examinaſſe. attamen eorum ſententiam tanquam veram, artis veterinatiæ medici receperunt.

Eſt etiam vncia apud Latinos menſura qua rerum interualla metiuntur. Eſt autem pedis pars duodecima. Id quod clare explicat Frōtinus his verbis: Pes, inquit, habet palmos quatuor, vncias duodecim, digitos ſedecim.

Οὐδέτερα διάθεσις. neuter ſtatus, ſeu vt quidam appellant neutralitas conualeſcentiæ, in qua ægrotantes non vſque adeò integras inculpataſque functiones habent, ſed à naturali tamen ſtatu alienas, vt minimùm ægrotent, neque perfecta ſanitatis munia obire poſſint.

Οὖθαρ. in vniuerſum appellatur mamma in homine aut quadrupedibus, aut pars illa tota vbi ſunt mammæ τῶν ζώων, τὸ κατὰ τοὺς μαστοὺς inquiunt veteres; ſed hanc vocem ſibi ganea vendicauit & ὕθαρ appellauit edules mammas, vel partem illam corporis vbi mammas habent porcæ & alia bruta, Latini ſumen vocant, de his igitur ὕθαρ proprie vſurpatur: Interdum non κυρίως ſed καταχρηστικῶς de alijs quoque dicitur, puta de piſcibus aut cetis; ſed hæc raro & contra vſum recte loquentium, vt Athenæus obſeruauit lib. 9. cum ὑποδέξιον potius de iſtis dicatur: Galen. libro de ſuccorum bonitate & vitio cap. 4. ὕθατα vocari inquit mammarum glandulas quando lac in ſe continent.

Οὖλα. gingiuæ. dicuntur τὰ περὶ ὀδόντας περιπεφυκότα σαρκία, vt ait Ruffus, hoc eſt, caruncułæ dentibus circumpoſitæ, quarum quidem connexio χαλινὸς, eodem authore, nuncupatur. In ijs nuperatorum dentes latent, & veluti in præſepiolis conditi ſunt, & vt ſiccioribus adſtrictiſque continentur, ita redundante humiditate laxioribus decidunt. Neruos habent à tertio pari, vt & dentes, per quos ſentiunt & dolent, ſæpeque in ijs dolor eſt qui in dente putatur eſſe.

Pollux ὄλον vocat & dici proprie ſcribit carnem gingiuarum externam: internam vero ἔνυλον; Quæ vero inter dentes ipſos media eſt ἁρμὸς inquit, dicitur.

Οὐλαλγία. gingiuarum dolor apud Nicolaum, reponente fuſchio hanc vocem pro μυλαλγία, quam vocem illîc non eſſe legitimam ait.

Οὐλὴ. cicatrix. eſt naturale carnis tegumentum, calli modo duratum & cutis vice vlceribus ſuperinductum. Ea cuti quidem eſt quam ſimillima, cutis tamen non eſt, quando & denſior ea viſu tactuq; ſentitur & ratione non modo denſior, ſed & ſiccior, ex eo quod pilos non edit, intelligitur. Siquidem cutis talis omnino qualis erat quæ perijt prorſus reſtitui non poteſt, ſed ſimile quiddam cuti, & quod eius officium ſuppleat, poteſt, non tamen plane cutis. Eſt enim ſpermatica, eamque ob cauſam talis prorſus regigni non poteſt. Quod autem in eius locum ſubſtituitur, cicatrix, non cutis dicitur. id ex ſubiecta creatur carne valde reſiccata. Quod quamuis naturæ opus ſit, perficitur tamen etiam medicamentis, quæ carnem ipſam vehementer ſiccent & adſtringant. Nam quoniam cutis carne ipſa tum ſiccior eſt, tum etiam denſior, ſi carnem ſiccabimus & adſtringemus, cuti etiam perſimilem reddemus. Tanta autem ſiccandi vis & adſtringendi eſſe debet, vt non modo quod in carnem affluit, verumetiam humor, qui ſecundum naturam continetur in ipſa carne, conſumatur. Hæc ἐπουλωτικὰ à medicis, ipſumque medicamentum ἐπουλωτικὸν appellatur. vide ἐπουλωτικὸν φάρμακον.

Οὐλὴ. etiam in oculo appellatur, vbi nigro oculi ex alto vlcere membranæ craſſities ſuperuenit, & color albior apparet; accidit quoque albæ membranæ dictæ, ſed non perſpicitur: Galen. in Iſagoge.

Οὐλομελίη. integra & abſoluta natura cuiuſque rei. vſurpatur ab Hippocrate de adenibus ἐν τῷ περὶ ἀδένων. de quarum ὁλομελίᾳ ſcripturum ſe librum profeſſus eſt.

Galen. ὁλομελίην ἀδένων exponit τὴν ὁλόκληρον φύσιν τῶν ἀδένων φύσιν; Et Erotianus apud Hippocrat. ὅλην φύσιν; vtitur vero hac etiam dictione Hippocrat. lib. περὶ τροφῆς, verum ei κατὰ μέρος opponit.

Οὐλόφονον. dicitur ἀπὸ χαμαιλέων, non omnis tamen, vt quibuſdam placet, ſed tātum is qui viſcum profundit. vnde Nicander in Alexipharmacis ὀλόφονον ἰξιόεν dixit, quaſi viſcoſum. & Dioſcor. lib. 6. ἶξιας inquit qui ὀλόφονον appellatur.

Vide ἶξιας: ὀλοφόνον vero dictum eſſe vult ſcholiaſtes Nicandri quaſi τὸ ὅλα βλάπτων, ἢ ὅλον φονευτικόν.

Οὐραχός, ſiue

Οὐραχός. eſt meatus vrinarius in medio vmbilico fitus, à fundo veſicæ exoriens & in allantoidis cauitatem inſertus. Continetur medius inter duas venas duaſque arterias vmbilicum conſtituentes. Eſt autem allantoidis tunicæ initium, perforaturque ſatis lento & euidenti meatu ad fundum veſicæ ipſius fœtus, ſic vt allantoides cum veſica τῷ οὐραχῷ, qui medius inter vtraſque eſt, coniungatur. Per eū vrina fœtus defertur in allantoidis cauitatem longam, anguſtam, rotundam, quæ in ipſius fines magis effunditur, ne amnion, chorion, vterum, ipſumque fœtum premat. Neque enim vrinam retineri intra veſicam expediebat, neque per veſicæ ceruicem reddi, ne fœtui circumfuſa eius cutem exulceraret.

Sed & Hippocr. lib. de corde, de extremo cordis mucrone οὐραχὸν dixit, quanquam ὀξαχὸν alij legunt, alij ὀξύτατον quod ἔσχατον exponit Heſych. Cordis caudam dixit Cornarius.

Οὐρεῖον. τὸ πέρας τὸ ὀστέου. hoc eſt, extrema pars oſſis, apud Hippocrat. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, quo loco τένοντες ὀξεῶδεις vocat, qui vſque ad οὐρεῖον, hoc eſt, oſſis extremum, protenduntur, vt Galen. comment. 4. annotauit.

Οὐρήτης. sic à quibusdam dicuntur οὐρητῆρες. hoc est vasa vrinaria.

Οὐρανία. cognomentum fuit τῆ ἰεμδε, sicut annotatum est apud Dioscoridem.

Οὐράνιον. est collyrium ἄδηκτον descriptum & ab Aetio & à Paulo, sed parum differenter.

" Describitur & hoc collyrium à Trallian.
" libr. 2. cap. 5. ad multas oculorum affectiones
" vtile.

Οὐρανίσκος. sic quidam τὸν ὑπερῶα, hoc est palatum appellant, quod in cœli modum cameratum sit. dicitur etiam οὐρανὸς.

Οὐρανὸς. cœlum. sic dictus est ab Hippocr. more vulgi aer qui supra nos est vsque ad nubium regionem, vt annotat Galenus comment. 2. in lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν. Sic etiam à quibusdam dicitur ὁ ὑπερῶα, hoc est palatum, vt Aristot. lib. 2. cap. 17. de part. anim. ὥσπερ ὁ τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῷ στόματι ὁ γλῶσσα τοῖς ζώοις ἐστί. id est, lingua animalibus in ore cœlo (hoc est palato) subiacet. Plinius tamen cœlum capitis supremam partem dicere videtur his verbis: Cerebrum viscerum excellentissimum est, proximumque cœlo capitis.

Οὐρεχλὲς. vide οὐρανὲς paulo ante.

Οὐρήθρα. est meatus vrinarius à ceruice vesicæ ad extremam vsque glandem porrectus. Hic in viris longus, angustus & Romanæ literæ modo obliquus est. In mulieribus vero brevis, latus & rectus. Ex neruosa tunica contexitur instar coriaceæ fistulæ.

Οὔρημα. hoc nomen habetur apud Hippocr. extremo libro de natura humana. Sed Galen. negat vocem hanc vnquam ab Hippocrate aut Polybo vsurpatam fuisse. Significat autem idem quod ὄρρος, vel οὔρησις.

Οὔρησις. mictio, & οὔρησις δυσκολαίνουσα apud Hippoc.
" dicitur mictio quæ vel cum dolore fit, vel quan-
" do ægre vrina excernitur.

Οὐρητῆρες. sunt meatus duo per quos vrina à renibus in vesicam stillat. Habetur vtrinque vnus, qui constans tunica tenui, sed densa & fibris tantum obliquis texta, à renis sinu per eius simam partem super lumbos fertur, vbi alteram à peritonæo tunicam venulis & arterijs intertextam mutuatur, tandem vero inter vesicæ tunicas spatio breui interlapsus, paulo supra vesicæ os in ipsius capacitatem erumpit. Ad ipsum autem foramen membranulæ geminæ ex vesicæ corpore propendent, veluti processus quidam, quæ vrina in vesicam ab vretere delabente cedunt & aperiuntur, eædemque, vbi vesica plena est, vrinam in vretera regeri & remeare prohibent.

Οὐρητικοὶ πόροι. ijdem qui & οὐρητῆρες.

Οὐρητικοί. Græcis dicuntur qui sæpius mingunt, hoc
" vero fit multis de causis.

Οὐρητικὰ μορία. sic appellantur partes illæ per quas
" vrina descendit à Paulo l. 3. c. 45.

Οὐρητικὰ φάρμακα. eadem quæ διουρητικὰ de quibus
" suo loco.

Οὐρίας. fistula vrinaria, quæ in ceruice vesicæ fieri solet.

Οὔρησις ἀδὲ. vide in dictione ἀδὲν.

Οὖρον. vrina. est serum vehiculumque sanguinis,
" renum vi secretum, vt enim in lacte dum con-
" crescit, ita & in sanguine serum à crassiore terre-
" naque substantia seiungi secernique animad-
" uertitur, quod idcirco sanguini permiscebatur,
" vt hunc fibrarum copia iam crassum ac lentum
" dilueret, & tanquam vehiculum per tenuissi-
" mas venas in corporis extrema deduceret: Hu-
" ius autem seri siue vrinæ triplex est materia, quã
" Hippoc. sect. 5. lib. 6. epid. breui sententia com-
" plexus videtur, ἔστι (inquit) ὁμόχροα βρώματα καὶ
" πόματι, καὶ ὡς ἐώθασιν ἔον, καὶ ὅταν ὑγρὴ πώπεξις, id est,
" vrina concolor cibo & potui tum qualis esse so-
" let, tum cum humidi colliquatio est: & vrina
" quidem concolor primam indicat vrinæ mate-
" riam, potum scilicet, quam solam & vnicã agno-
" uerunt quidam, his persuasi rationibus quod ani-
" malia, quæ vel nunquam vel parum bibunt, ve-
" sica careant; Quod & animalia quæ multum
" potant, multum etiam reddant vrinæ, quod ex
" medicorum præscripto vrinæ quantitas potui
" assumpto respondere debeat, quod denique in
" vrinæ suppressione potum interdicamus ne au-
" geatur vrinæ quantitas: Secunda vrinæ materia
" quæ vera est & naturaliter constituta, serum est
" humorum quatuor qui in venis continẽtur, ideo
" ὄρρον definit Galen. ὄρρον τὸ κατὰ φλέβας χυμῶν:
" Postremâ prædictæ sententiæ particulâ, tertia
" vrinæ materia exprimitur: humores scilicet om-
" nes & corpora quæ liquantur: & quidem humo-
" res omnes sæpe per vrinas expurgantur, vt in
" profluuio critico, peririhœa purulenta, & stran-
" gurioſa vt ex Hippocr. constat lib. 1. epid. sect. 2.
" neque solum humores sed etiam adeps & carnes
" vrinæ materia esse possunt, hinc ἔστι ἐλαιώδεα vri-
" næ oleosæ & pingues liquefacto corpore à febre
" tabifica, vnde in prognostico illæ colliquationis
" signa esse dicuntur. Quemadmodum autem
" dum è chylo factus sanguis est, melancholia in
" lienem, bilis flaua in proprium folliculum, ita &
" vrina (proprium iecoris, quemadmodum & alui
" fæx, ventriculi & intestinorum excrementum)
" iam inutilis & superuacanea è gibbis iecoris, re-
" num vi per emulgentes venas allicitur; at non
" vniuersa, portio enim cum sanguine in corpus
" distribuitur quæ cum vectionis munere perfun-
" cta est, aut sudoribus exhauritur ac diffluit, aut
" qua via processerat, eâdem tracta relabitur in
" renes & in vesicam: vrina autem optima ea iudi-
" canda est, quæ substantia mediocri est, nec aquæ
" modo tenuis, nec vt iumentorum crassa, clara,
" nõ turbida, colore subaureo atque flauo, quem
" hîc extremorum medium collocamus, quanti-
" tate media, & hesterno superiorum dierum po-
" tui respondens, aut aliquantum parcior, quod
" potus nonnihil in corpus absumatur; hypostasis
" in hac subsidet, alba lævis & æqualis, in acutum
" fastigiata, neque crassum quidquam subest, ne-
" que bulla, neque filamentum, neque eorũ quid-
" quam quæ mala sunt, hæc non modo inculpa-
" tam omnem naturæ concoctionem, sed & inte-
" gram corporis valetudinem indicat, viriq; sum-
" mam temperiem, eiusque ætatem floridam, non
" enim alteri cuiquam vrina talis obtigerit: Vni-
" uersim vero vrina, si nec immoderato potu di-
" luta, nec aliena permistione conspersa sit, mani-
" festo humorum qui in iecore maioribusque ve-
" nis, obscurius vero eorum qui tũ in minoribus,
" tum in partibus fere singulis insunt, notam exhi-
" bet, eorumque constitutionem indicat: his enim
" tantisper dum vrina permiscebatur eorum om-
" nem affectionem, omnem qualitatem contraxit
" asciuitque sibi, & nunc quasi defecta portio, quæ
" ipsorum cõstitutio sit coram proponit planum-
" que facit; Quocirca si vel viscera vel maiores
" venæ vel caput vel pulmones, vllaue corporis

» pars morbo tenetur, quoniam hęc affectionem
» humoribus in se contentis impartit, vrina pro-
» fecto quæ sanguinis & humorum comes est,
» eiusdem quoque particeps erit, & profusa affe-
» ctionis notas referet, propriaq; eius signa dabit;
» sed & partium per quas illabitur vt renum vrete-
» rum vesicæ ac penis affectus repræsentabit: nam
» tametsi non diutius in illis subsistat ac hæreat,
» ab illis tamen sordes & inquinamenta si qua in-
» sunt, præterfluens corradit secumque rapit, quo-
» circa partium quas attingit omnium affectus il-
» la ostendit: hæc porro humorum partiumque
» vitia demonstrat vel sua chymosi, vel puritate,
» vel quantitate, vel colore, vel odore, vel conten-
» tis, ex quibus innumerabiles exurgũt vrinarum
» differentiæ, quæ quoniam tum ad morborum
» diagnosin, cùm prognosim plurimum confe-
» runt, atque in illis recensendis & enucleandis
» quam maxime incumbit Hippocr. in prognost.
» idcirco insigniores illarum differentias & præ-
» sagia ab illo petita, ordine litterario hîc subij-
» ciemus.

Οὖρον αἱματῶδες. vrina cruenta; fit vero eiusmodi
» vel ex cruore qui vrinam tingit, vt in nephriticis
» calculosis, in quibus attritu anguloſi calculi, aut
» laxioribus ratioribusque venarum osculis san-
» guis in renem desudat, vel fit cruenta dum me-
» iendo sanguis syncerus emittitur, vt rupta in re-
» nibus venula, vel quibus menstrua detinentur
» intus cohibita, quorum tenuior quædam portio
» è locis in vesicam exudat: Sed & cruenta voca-
» tur quæ ἐξερυθρὸς ob colorem dicitur ex Galen.
» comment. 1. in prorrhet. fitque hæc à sanguine
» excalefacto, & in bilem rubram quæ est sangui-
» nis serum degenerante, vt in febribus synochis,
» ita 3. de morb. in febre ardente περὶ αἱματώδια an-
» notantur; in Coacis in dorsi & pectoris dolore
» & pleuritide laborantibus, interdum in hepatis
» & renum resolutione qua fit, vt humorem fami-
» liarem non amplius contineant; visa quoque
» vrina cruenta in grauioribus capitis morbis, vt
» in apoplexia, & conuulsione, certissimo immi-
» nentis mortis argumento.

Οὖρον ἀκατάστατον. dicitur vrina inconstans, instabi-
» lis, turbulenta & confusa, non subsidens aut sub-
» sistens qualis est perturbata, quæ magnam hu-
» morum & spirituum conturbationem, pluri-
» mamque crudi succi cum flatibus à calore præ-
» ter naturam agitationem indicant.

Οὖρον ἀμμῶδες. vrina arenosa seu sabulosa dicitur in
» Coac. in qua τὰ ψαμμώδια ὑφίστατα arenulæ sub-
» sidunt aphor. 79. l. 4.

Οὖρον τὸ ἀναμνηστικόν. vrinæ dicuntur quæ non nisi
» commonefactis ægris redduntur, quæ captæ
» mentis sunt indicia, & phrenitidem prænuntiant
» vt in ægro 4. l. 1. Epidem.

Οὖρον ἀναπεφαλυσμένον. vrinam obuersam nonnulli
» interpretantur, id est tenuem, vt crassæ & gru-
» mosæ opponatur, alij vero perturbatam intelli-
» gunt; Tales autem esse ait Hippocr. quales sunt
» iumentorum aphor. 70. l. 4. Tales vero fiunt à
» materia crassa & densa à calore agitata: eiusmo-
» di autem vrinarum quædam manent lõgo tem-
» pore perturbatæ, nonnullæ vero cito sedimen
» crassum habent, & cito morbum solutum iri si-
» gnificant, quæ vero non residunt, si vires affue-
» rint longum fore morbum ostendunt; si imbe-
» cillitas adsit ægri mortem prænuntiant; eæ vri-
» næ quibus adsunt ijs dolor capitis vel adest vel
aderit, ait Hippocr. loco citato: hæc Galenus in
dictum Hippocratis locum.

Οὖρον ἀραχνιῶδες. vrina araneorum telis simile quid-
dã habẽs, id est, pinguedinem in superficie inna-
tantem, quę velut χραῦς est in iusculis pinguibus,
illa autem colliquationem indicat sicut oleosa &
pinguis vrina, de qua sic Hippoc. in prognost. ᾧ
τοὺς λιπαρόπτας ἢ τοὺς ἄνω ἐφισταμένας ἀραχνιοειδέας
μέμφεσθαι, συντήξεως γὰρ σημεῖα, id est, pingues quo-
que suspensas araneosas hypostases improbare
decet, vt colliquationis signa.

Οὖρον ἄχρουν. vrina decolor, hoc est aquosa quæ sæ-
pe tenui coniungitur in phrenitidis denuntia-
tione, vt ægro 13. 14. & 15. lib. 3. epid. post statum
pestilentem & in Coac. prænot.

Οὖρον σοβαρῶδες. vrina cœnosa aut fœtida aut quæ
crassitudinis quantitatem denotat vt ex Numi-
siano & Dionysio exponit Gal. comm. ad aph.
69. lib. 4.

Οὖρον γλαυκὸν. vrina glauca, cornu pellucido simi-
lis; ea ex albarum genere est, media inter lacteã
& charopam; Prima enim inter albas est aquo-
sa, siue Chrystallina, Secunda lactea, Tertia glau-
ca, deinde χαροπὸς vt apud Actuar. habetur lib. 1.
περὶ οὔρων c. 8.

Οὖρον γονοειδὲς. vrina genituræ similis, nimirum in
qua velut grandines quædam, & simile quid ge-
nituræ pendere ac subsidere videtur, qualis sæ-
penumero ijs accidit quibus calculus est in vesi-
ca, aut quos nephritici dolores & grauissimi ex-
cruciant: huius est materia duplex, interdum vi-
trea pituita, crudus humor & veluti mucor al-
bugineus: interdum solidarum partium colli-
quamentum, humor enim tertia coctione con-
fectus qui solidas partes actu nutrit, albus est,
crassus, & subiecto cum semine idem. Priore
modo non ita lethalis est, sed interdum etiam
critica in morbis longis & conuulsionibus vt in
Perintho notat Hippoc. 6. epid. Posteriore ve-
ro valde pernitiosa, vt in acuta febre quæ à pitui-
ta haudquaquam originem duxit vt in Philisco:
Erotianus apud Hippocr. ὕδρον γονοειδὲς τὸ ὅμοιον
γόνῳ, τοῦτ' ἐστὶ σπέρματι exponit, & τὸ λευκὸν ᾧ πα-
χὺ esse dicit; vocatur & hoc ὑαλοειδὲς ὕδρον, vitri
Chrystalline speciem referens, ex pituitosis con-
tentis & colliquosis, vt ex multis Hippocratis lo-
cis discere est, vide ἐγκεφάλημα γονοειδὲς.

Οὖρον δασὺ, ἢ δασυμέλαν. vrina densa atque spissa: hac
vero voce quales vrinæ intelligendæ sint merito
veteres Prorrhetici interpretes dubitarunt; atq;
hęc dictio inter obscuras atque ab Hippocrate
ex industria affectatas numeratur à Galen. nam
crassum philosophi considerant in constitutio-
ne partium in toto, densum in constitutione to-
tius in situ partium, crassæ ergo & tenues vrinæ
merito dicuntur, densæ aut raræ minime, nam
aqua densissima est, nihil tamen impedit à densis
contentis δασυμέλαν ὕδρα dici vt à grumis βρομ-
ώδεα.

Οὖρον διαφανὲς. vrina perspicua; alba, aquę instar ex-
tremam tenuitatem cruditatemque denotans,
præsertim si cum albedine sit coniuncta: bilem
enim totam ad caput rapi & morbos longos in-
dicat, ita in phreniticis sunt illæ perpetuo leta-
les, vt tradit Hippocr. in Coacis: ὕδρον διαφανὲς
Cels. lib. 2. cap. 4. & Plin. c. 6. lib. 28. dilutam
appellant.

Οὖρον διεκνὸν. vrina diuulsa & inæqualis, quæ sub-
stantiæ inæqualitatem præ se fert, partibus alijs

» coctis, alijs incoctis, inequalem exponit Galen.
» aphor. 33. l. 7.

Οὖρον ἐζυμωδέστερον. vrina fermẽtata dicitur in prorrh.
» id est, quæ magnam crudi humoris flatibus per-
» mixti copiam, aut vehementer commoti præ se
» fert. fiunt enim eiusmodi vrinæ perturbatis &
» exagitatis humoribus crudis, illæ autem quæ &
» quales sint fusè Galen. explicat comment. 2. in
» 1. prorrhet. partic. 40. illarum vrinarum ζύμωσιν
» cum aceto acri in terram effuso, terramque fer-
» mentante, & cum atra bile id ipsum efficiente in
» terram effusa comparans; neque tantum ἐζυμω-
» μένα οὖρα, sed & ἐζυμωμένον διαχώρημα appellat
» Hippocr. in Coac. prænot. & ἐζυμωμένην κοιλίην
» lib. de antiqua medicina, & ἀποζύμους γαστέρας in
» prorrhet. & ζύμωσιν ἵππου 4. epid. de quibus vi-
» de suis locis.

Οὖρον ἐλαιῶδες. vrina oleosa, quæ scilicet pinguis est
» ex liquefacto adipe; Galenus autem oleosarum
» vrinarum duo genera statuit, vnum quod pin-
» gues vrinas facit, atque ἔρια λιπαρὰ vocat, quæ
» pinguedinis colliquationem ex deurente incen-
» dio significant, quales vrinas histor. 12. l. 1. epid.
» in eo commemorat qui cum à febre incaluisset,
» se potu & cibo liberaliter inuitauit; hæc vrina
» quæ substantia, lentore, & crassitie oleum adi-
» pemque liquefactum repræsentat, & quæ com-
» mota grauis lentaque vt oleum apparet, phtisi
» vel hectica febre, vel hydrope corpus liquesce-
» re demonstrat, semperque in prauis ab Hippocr.
» recensetur. Alterum vrinarum oleosarum genus
» est ex ijs quæ crassamento & colore, non toto
» habitu & natura oleo similes apparent, sed in
» speciem tantum oleosæ non re ipsa dicũtur, cum
» minimum pingues sint, quæ tantum abest vt na-
» turam periclitantem denuncient, quin imo in-
» terdum concoctionis morbi vim habeant, iudi-
» cationisque quæstionem exerceant, cum cras-
» siore substantia & coloris plenitudine, innati ca-
» loris beneficio olei essentiam præ se ferant: hu-
» iusmodi oleosas vrinas sine pinguedinis admi-
» stione intelligi vult Galen. quas facit ardor fe-
» brilis, non ipsa κακοηθεία, vnde qui homines ἐν
» τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἴσχυσι σωτηρίως ἐν τύχῃ κρίνονται,
» id est, ex alijs omnibus salutariter habent, cito
» iudicantur, vt & scripsit Gal. comment. ad hist.
» 1. sect. 3. lib. 3. epid. Cæterum appellantur & hæ
» vrinæ ἐλαιώχροα & ἐλαιοφανῆ, id est, sicut oleum,
» modo colore ad candidum vergentes exoluto
» pallido, modo caloris intensione ad humorem
» coloremque biliosum magis accedentes, est
» enim oleum non vnius coloris neque naturæ.

Οὖρον ἐπίπονον. vrina laboriosa, seu interprete Ruf-
» fo apud Hippocr. τὸ μὴ πόνῳ ἀποκρινόμενον, quæ
» cum dolore & molestia excernitur, vt refert Ga-
» len. comment. 2. in prorrhet. & quam τὸ μὴ πόνῳ
» κατάδηλον etiam exponit comm. 3.

Οὖρον ἐρυθρὸν, ἐξερυθρὸν, & ὑπερυθρὸν. hæc enim inter se
» differunt vt docet Gal. comment. 2. in prorrhet.
» part. 35. quippe ἐρυθρὸν ἔρον in medio est τῶν ἐξερύθρων
» id est impense rubræ, & ὑπερύθρων siue subruben-
» tis; Sed & prognostico differunt quod ἐξέρυθρον
» cruda sit & incocta, ὑπερυθρὸν vero tanquam sa-
» lubris commendetur, sitque diuturnioris tem-
» poris signum: Ἐρυθρὸν vero vt in medio posita,
» medium tum laudis tum vituperij obtinet, ru-
» bent autem vrinæ, vel vbi concalfactus sanguis
» quodammodo colliquatur in febre, colliquatio
» enim in bilem rubram, quæ reuera serum san-
guinis est degenerat, vel propter rarefactam re- «
num substantiam, vasorum adapertionem & im- «
becillitatem renum, vt in senibus quando tenuis «
sanguinis sanies mingitur, similis excrementis «
quæ in affectus hepatici initio excernuntur; vel «
cum ora aut meatus per quos ex caua vena in re- «
nes vrina percolatur, supra modum dilatantur, «
aut vas rumpitur, inde per vreteras sanguis de- «
lapsus vrinam inficit quæ tum re vera fit αἱματώ- «
δης. «

Οὖρον εὐανθὲς. vrina bene florulenta: ea intelligi vi- «
detur quæ efflorescentias quasdam spumeas ex- «
tantes habet, veluti flores in superficie eminen- «
tes, quæ ἀπανθίσματα ἐρυθρὰ in prorrhetico dici «
videntur, & eiusmodi vrinæ magnum sanguinis «
feruorem ex interno incendio denotare viden- «
tur, & biliosi succi efferuescentiam: Sunt qui «
εὐανθὲς ἔρον pellucidam ac puram vrinam intelligant, & quæ ad naturalem vrinæ colorem acce- «
dat, quæque pellucido nitore floreat, qualis se- «
curam & breuem iudicationem denunciat. «

Οὖρον ζοφῶδες. vrina caliginosa ac veluti tenebrico- «
sa, id est valde crassa & turbulenta, ex humorum «
æstuante incendio, & perturbatione magna, ex «
qua multis obortis crassis & densis vaporibus «
velut obscura & opaca redditur: dicitur & hæc «
σκιῶδες vmbrosa, authore Gal. in 3. epidem. part. «
3. verba Galeni sunt, σκιῶδες, id est, vmbrosum «
dixit Hippocr. pro eo quod est ζοφῶδες, quod- «
quidem illud significat quod non est clarum, nec «
purum, neque exacte serenum; & vero quæ sũt «
vmbrosa, quæque opaca, omnia sic nominantur «
ad nigrum tendentia, quibus & ipsum nomen «
ζοφῶδες imponunt, ipsumque adeo fuscum quod «
in propinquo est nigri: hæc Galenus vbi de aere «
sermonem instituit caliginoso nigro aut fusco, «
cuius appellatio simili de caussa vrinæ tribuitur. «
Ergo vrina caliginosa fusca vmbrosa quemad- «
modum & aer, de nube opaca suam agnoscit «
opacitatem eneoremate fusco, vel ex fuligine «
sparsa per totum illius liquorem. «

Οὖρον θολερὸν. vrina turbulenta & obscura dicitur, «
nimirum per cuius medium non videmus, oppo- «
nitur illa perspicuæ & claræ quam visus acies fa- «
cile penetrat: hæc vrina in tres ordines differen- «
tiasque secernitur, vna turbata est quæ externi «
frigoris vi talis euasit, hæc omnium densissima & «
obscurissima matulam lentore quodam albo «
summa præsertim corona inficit, quæ calore «
prompte declaratur, splendoremque pristinum «
recuperat; altera vere turbida est cuius substan- «
tia atque liquor, vel ex sese vel ab interiore qua- «
dam permistione crassescit, cuiusmodi à purulẽ- «
tis renibus profluit; hæc calore dissolui non po- «
test, multaque habet innatantia corpuscula quæ «
quiete subsident, cum hypostasi crassa, & plerũ- «
que reliqua mox vrina expurgatur atque incla- «
rescit, vino illa comparatur quod permistione «
fæcis turbidum est: Tertia iam cœpit recepto «
nomine συγκεχυμένον siue confusa appellari, in qua «
nihil innatare manifesto deprehenditur, sed est «
tota sui similis, nec tamen hypostasim neq; aliud «
quidquam (etiamsi diutius quiescat) deponens «
quo magis inclarescat; igne omnique calore ma- «
net indissolubilis: vino confertur quod vetusta- «
te coacescens, aut tonante fulgurante que cœlo «
mutatum, & vappa factum omni splendore ni- «
toreq; destituitur: Quod vero spectat ad earum «
significationes. Prima per acutos morbos cum «

» primum apparuerit, creditur concoctionis rudimentum habere, quia ſcilicet morbi initio tenuis non facile cogitur, poſtea craſſamentum nacta facilius turbatur: Vere autem turbida plerumque ex renum aut veſicæ affectu manat, in quibus vel humoris eſt copia quem vrina ſecum rapit; vel vlcus ſimplex ex quo cruor; vel ſordidum ex quo ſanies pus aut mucus profluit, horum quippe colluuione vrina craſſa turbidaque redditur, denique confuſa vrina redditur in viſcerum aut venarum duntaxat affectibus atque non crudorum humorum exuperantiam, ſed proprie ſanguinis & humorum qui in venis ſunt maioribus confuſionem, corruptionem & putredinem portendit, eamque fere malignam, quandoquidem putredo omnia permiſcet, confundit atque perturbat, quocirca in ſolis febribus continuis, iiſque periculoſis & malignis ea deprehenditur.

Οὖρον κριμώδες. vrina dicitur quæ ſuo quidem ſedimento ſiue hypoſtaſi, non vero liquore ſimilis eſt farinæ hordei craſſiori, ac negligenter molitæ, id eſt, quæ ex parte aliqua molæ trituram effugerit, hoc enim ſignificat τὸ κρίμνον authore Gal. comment. 2. in prognoſt. damnantur autem ab Hippocr. hæc vrinæ κριμώδης ὑπόστασις, candicantia enim eiuſmodi ſedimenta copiam crudæ incoctæ & flatuoſæ materiæ ſignificare ſcribit comment. in prognoſt. Nonnunquam & magnam materiæ inæquabilitatem pituitæ crudæ & craſſæ pertinaciam, internique incendij vehementiam huiuſmodi ſedimenta denotant, atque morbi longitudinem, difficilemque liberationem faciunt, vt patet ex aphor. 31. l. 7. & Philiſco, Sileno, Philini & Epicratis vxore lib. 1. epid. colliquationis quoque & æſtuantis incendij periculum denunciant tales vrinæ, vt ſcribit Galen. libr. 1. de criſib. & comment. 5. in lib. 6. epid.

Οὖρον κονιῶδες. vrina lixiuio ſimilis, id eſt, quæ liquore atque colore ſimilitudinem habet lixiuij facti ex cinere quam κόνιν Græci vocant, non enim vrinæ ſunt κονιώδεις ab ipſo cinere vnde dicuntur, ſed ex lixiuio facto ex lixe vel cinere: atque tales vrinæ nominantur ſimiles ijs quas edunt iumenta, quæ diu depoſitæ non reſidunt, quas etiam vocat Hippocr. ὕδατα διαλελεμμένα, ἢ ἀκατεπεξήλυτα: Sunt autem eiuſmodi à perturbato ſero in venis à ſpiritu flatulento, & intus concluſo febrili ardore, quod quidem prudenter Hippocr. annotauit 6. epid. part. 3. dum ait ἡ πάντων σύγχυσις, καὶ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσία, id eſt, confuſio rerum omnium vaſorumque impuritas, atque ſi cum dyſpnœa ſint, eſſe hydropificas addit in Coacis.

Οὖρον λεπτρώδες ἐρύθημον. vrinam quæ clam emittitur eſſe pernitioſam ait Hippocr. in Coac. Talis autem eſt quæ ſine ſenſu ac ſine vlla voluntate meiendi excernitur, ſecus ea quę contra voluntatem ægre meiendo redditur ob impotentiam continendi, vel à veſicæ morbo, vel à ſymptomate ac ſtranguria, quæque dicitur inuita vrina quemadmodum illa iniuſſa: huius iniuſſæ vrinæ quæ tum αὐταιδέστερος, tum ἀναισθητότερος excidit, duplex eſt omnino ratio atque cauſſa, vna quidem διὰ τὴν αὐταιδεστέραν τοῦ μορίου δι' ὃν ἡ ἔκκρισις γίνεται, propter ſenſus amiſſionem partium quæ illi excretioni dicatæ ſunt; altera vero διὰ τὸ τὴν γνώμην πονεῖν, quod in labore ſit animus; atque de Senſus amiſſione in excernendo ſolemne eſt illud prorrhetici, ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὲν αἰσθανομένῳ ἀφίεται, ἰόντα παρ' ἑαυτῷ κακόν, id eſt, ex aluo tenuia infra tranſmitti, nec ſentienti cum ſit apud ſe, malum: de mentis labore in meiẽdo ſcriptum & illud eſt in prorrhetico, τὰ ἀνέμνηστα μὲν ὑπομενόντων, ὀλίθρια, quæ immemoribus vrinæ redduntur pernitioſæ ſunt: Quod autem & ſenſus amiſſio, & mentis labor appareat in hac vrina iniuſſa, declarat illud λαθραίως quod clam ſonat, cum ſcilicet nulla vrinæ ſenſio excitatur, tum ex amiſſo ſenſu partium per quas elabitur, tum ex abolita ſeu deperdita phantaſia.

Οὖρον λαμπώδες. vrina dicitur Hippocr. in Coacis authore Erotiano quæ ſpumam craſſiorem innatantem habet, quod λάμπη ſit craſſior ſpuma in aceto ex vino adulterato innatans.

Οὖρον μυξόπυον, vel μυξόπυον verius vrina purulenta dicitur, id eſt, pure, permixta, quæ copia humorum tentatas vrinæ vias indicat, idque non ſine dolore, vel lotij inſtrumenta oblæſa, vt patet ex aphor. 75. & 81. lib. 4.

Οὖρον πεφιλοειδὲς. vide πεφιλοειδὲς οὖρον.

Οὖρον ὀροβοειδὲς. vrina in qua ſubſidet aliquid eruo vel orobo ſimile, hinc ὑπόστασις ὀροβώδης ſæpe apud Hippocr. fit: illa autẽ in febribus à ſanguine craſſo in venis, aut hepate affato, vt docet Gal. comment. ad aphor. 76. l. 4. atque in affectibus hepatis ſæpe videtur vt idem ſcribit comment. 1. in lib. 6. epidem. corporis quoque colliquationem indicat.

Οὖρον πιτυλῶδες. folioſa vrina, vide πιτυλῶδες οὖρον ſuo loco.

Οὖρον πιτυρώδες, & πιτυρώδης ὑπόστασις. vrina furfuracea dicitur, in qua ſubſidet ſimile quiddam furfuri; illa enim duplici ratione ſpectanda eſt, vel enim furfuracea eſt atque tenuis vrina, tumque eſſe creditur obſtarum venarum vt annotauit Gal. comment. in aphor. 77. l. 4. vel furfuracea atque craſſa vrina eſt, & veſicæ corruptionem ſcabiemque denuntiat ex aphor. 77. lib. 4. Qui cum vrina craſſa meiunt furfuracea ait Hippocr. ſcabioſa ijs eſt veſica; ſicut autem membraneæ ſiue lamineæ, ita & furfuraceæ colliquamenta indicant, de quibus colliquamentis ſic ratio eſt Gal. lib. 2. prognoſt. Primum quidem liquitur tener ac recens adeps per adurentes febres, inde mox durior atque vetuſtior, tum carnes ſequuntur teneræ ac recentes, poſt illas duræ & veteres; Tandem nouiſſime illis ſuccedunt ſolidæ partes corporis, quæ inæqualiter liquefactæ corpuſcula quædam laminea cum vrinis effundunt; de furfuribus vero qui reſident in fundo vrinæ vetus eſt illud poſitum à Gal. quod cum vrina tenui labuntur è venis porriginoſis, quarum virtutem atque ſubſtantiam labefactauit ἡ θερμασία φλογώδης τὸ πυρετῶδες, καὶ σωπικὸν, id eſt, flammeus febrilis calor atque tabificus vt notauit Gal. comment. ad aphor. 77. l. 4.

Οὖρον πρασοειδὲς. vrina viridis ex bilis porraceæ permiſtione: illa exæſtuans incendium denotat, præſertim ſi ad nigredinem vergat, vt ſcribit Gal. l. 1. de criſibus.

Οὖρον πῶδες. vrina purulenta, duplex earum vrinarum genus eſt, alterum quia re vera purulentæ ſunt abſceſſu rupto & pure per vrinas decurrente, tumque veſicæ, renum atque etiam ſuperiorum partium miteſcentem inflammationem indicant; alterum genus quia purulentis ſimilia

» sedimenta sunt, aut vrinæ totæ crassæ & turbidæ
» quasi permixto pure, quales sæpe diebus iudica-
» torijs contingunt, euicto à natura & concocto
» crudo succo morbi materia, quales & à pueris
» eminguntur quorum vrina magnam habet cum
» vrinæ subsidentia affinitatem, vt notauit Galen.
» comment. 1. in prognost. & l. 1 de differ. febr.
» Οὖρον σκιῶδες. vide supra ὖρον ζοφῶδες.
Οὖρον ἀποδειδὲς: Noua videtur hæc & insolens vri-
» næ attributio ab Hippocr. 7. epid. quasi dicas
» vrinam, cinerem colore referentem, & ex cine-
» reo colore albicantem, qualis est cruda & dilu-
» ta. Caluus per cineres excolatam vrinam intelle-
» xit & lixiuio similem dixit.
Οὖρον τριφῶδες. vrina coacta atque glomerata, rotun-
» do scilicet eneoremate, quod in Philisco nomi-
» nauit τρύγυλον, id est, rotundum Hippoc. tam-
» etsi vrina Philisci, modo rotundis atque coactis,
» modo dispersis, modo similibus genituræ varie-
» gata fuerit: huius autem contrarium est τὸ δια-
» πεπυλμένον dispersum; quod ad figuram attinet,
» non ad materiam, & glomeratur quidem ac ve-
» lut in orbem vrina cogitur à calore spissante;
» Cæterum sunt qui ὖρον τριφῶδες legant, eodem
» prope significato, etenim vtrumque παρὰ τὸ τρί-
» φειν, quod coalescere cogi, densari ac velut cō-
» crescere significat; ac sane Dioscor. author est
» referente Gal. prorrhet. 64. sect. 3. 1. τὰ τριφώδεα
» ὖρα λέγειν τὰ ἔχοντα πια αὐτοῖς ἐμφερήματα πεπτό-
» τα, vrinas quæ intra se habent innatātia quædam
» coacta; huiusmodi autem vrina crebro videtur
» in periculosis morbis ex magna crudæ materiæ
» succensæ & agitatæ copia, fereque conuulsiones
» ac delitia portendunt, magnumque intro con-
» ceptum incendium atque agitationem, vt videre
» est ex pluribus historijs epidem. præcipue ægro
» 1. & 8. lib. 1. & ægroto 3. & 4. l. 4. & ægroto 11. l.
» post statum pestilentem.
Οὖρον συγχυμένον. vrina confusa vide ὖρον διαλε-
» ελυμένον.
Οὖρον ὑαλοειδὲς. vrina vitrea dicitur, quæ pituitam
» crudam, vitream, viscidam & frigidam iudica-
» tione deponit, indeque morborum vacuata ma-
» teria solutionem facit; eadem est cum ea quæ γο-
» νοειδὴς vocatur de qua suo loco.
Οὖρον ὑδατῶδες. vrina aquosa seu quæ aquam te-
» nuitate & splendore repræsentat, expers tinctu-
» ræ biliosæ; illius duplex significatio est, etenim
» in acutis morbis perfusa iam bile vrina, postquā
» pepasmo mituit, si ea repente bilis coloratio de-
» leatur, ac tum vrina sit aquosa & alba, iuuenibus
» quidem hæmorragiam mox proruptum iri te-
» statur, senioribus autem dysenteriam affuturam;
» exempla sunt in epidemijs, ac super his theore-
» mata quæ sic leguntur, vrinæ fluebant tenues,
» aquosæ, & puræ, post crisim & multam hypostā-
» sim, cæteraq; omnia belle comparata ad crisim.
» Memorabo eos quibus facta hæc sunt, in ijs erat
» Bion qui apud Silenum iacebat: Cratias apud
» Xenophanem: vxor Mnesistrati &c. deinde sub-
» iunxit, his peractis facti sunt omnes dysenterici,
» an quia vrinas minxerunt aquosas? id vero con-
» siderandum, vbi Gal. hæc vere posuit & appo-
» site: credibile est cum vrinis expurgatum non sit
» biliosum, dysenterias ab eo induci; hemorra-
» giæ ratio similis est in iuuenibus quorum vrinæ
» similiter sunt constitutæ vt prædictorum, dissi-
» mili tamen bilis μεταστάσει segregatæ ab ipsis, his
» enim sursum μετάστασις esse solet, vt illis deorsum.

Altera vrinæ albæ significatio est in vetustis « morbis, in quibus nihil est plane criticum vel « symptomaticū, in illis cum tales minguntur vri- « næ διαπύλεος id est, authore Galen. δι' ὅλης τῆς νόσου « μέχρι τελευτῆς, ad vltima veniunt cruditatis; ostē- « dunt enim incredibilem cruditatem seri eorum « qui sunt in venis humorum, collapsa virtute co- « quendi. «
Οὖρον ὑμενῶδες. vrina membranacea: ea vrina intel- « ligitur quæ pelliculosa aut membranacea quę- « dam continet, aut crudam viscidam & frigidam « naturam, membranis similem, neruis affixam « euacuat, quæ aut neruorum distensionem, aut « neruosi generis consumptionem prompte indi- « cat de his plura leges in πυρῶδες ὖρον. «
Οὖρον τῶν ὑποζυγίων. vrina qualis quæ iumentorum « est, crassa nimirum & returbida multum humo- « rem crudum flatuoso spiritu permixtum habēs, « & à calidioribus succis exagitatum ac fusum vt « scribit Gal. comm. 1. in l. 3. epid. & comment. 5. « in lib. 6. & l. 4. salubrium, vnde vigiliæ, deliria, « capitis & stomachi dolores, ac conuulsiones cō- « sequuntur, vt patet ex ægro 4. l. 1. epid. & aphor. « 70. l. 4. albæ autem sunt eiusmodi vrinæ ob cru- « dorum succorum copiam & feruorem vt expe- « rientia testatur, easque sub albedine colliquatio- « nem præ se ferre existimabat Sabinus, quod ta- « men reprehendit Galen. comment. 5. in lib. 6. « epid. «
Οὖρον τῶν ὑπομνησιόπων. vrinæ quæ immemoribus « fluunt, seu quibus memoria non renouatur eo- « rum quæ fiunt, quæque dicuntur ab illis, siue « quia mens laborat, siue quia sunt exolutæ par- « tes; illas esse pernitiosas inquit Hipp. in Coac. « vide supra ὖρον λαφραίους ὑρέμβον. «
Οὖρον χαλαζῶδες. vrina grandinosa, qua voce eam « intelligit Hippocr. quæ multam pituitam vi- « treum, aut albumineam, cōfertam, compactam, « ac grumosam & veluti grandinosam deijcit, quā « aliàs per γονοειδεῖς ὑφάσματα, & ὑαλοειλὲς ὖρον, aut « διέξοδον ὑαλοειδῆ expressit Hippocr. quandisque sę- « pe in acutissimis morbis ex ambigua humorum « permixtione annotatur in historijs Epidem. in « quibus ob caloris immoderationem & materiæ « crassitiem, multa pituita viscida & compacta « glomeratur, ac veluti in grumos rotundatur, aut « similis grandini effunditur, eaque sunt Hippo- « crati sæpius annotata, ἐναιωρήματα τρογγύλα, γονοει- « δέα, & οἷον κρίμνα γονοειδέα. «
Οὖρον χλοιῶδες. vrina virescens, idem quod χλωρὸν, « χλοιώδεα enim sunt quæ χλωρά, id est, æruginō- « sa vel pallida: est vero vox hæc dorica facta ex τὸ « χλοῶδες, addito 1. hanc vero vocem χλωρὸν sem- « per opponit Hippocr. humori aut corpori viro- « re saturato. «
Οὖρον χολῶδες. vrina biliosa, nimirum quæ vel me- « raca est, vel nimia bile tincta quam periculo non « carere docet Hippocr. in Coac. quippe quæ sit « ex ardore nata· τὸ πίονος, id est pinguis, quod vni- « ca est bilis materia: hæc vero vrina biliosa, vel « venit ab ictero symptomatico bilis obstructæ « (nam icteri critici non est biliosa vrina sed colo- « rata belle) naturali scilicet bile non segregata, « sed mixta cum sero futuræ vrinę, hæcque minus « est periculosa, vel sequitur acutas febres, quæ & « ipsæ à bile originem habent, de quibus sic Gale- « ni iudicium est l. 2. περὶ αὐτῶν: in febribus peracu- « tis biliosa gigni syncera per corpus mirum vide- « ri nō debet, siquidem ab his febribus, tum adeps «

» liquitur, tum caro tenera & recens coacta, tum
» sanguis ipse assatur: hæc Gal. vnde liquet in his
» vrinam biliosam fieri ἀπὸ τῆς πόνου à febrili ardo-
» re, esseque summi proinde periculi.

Οὖς. φύσις. auris. Est pars corporis organica ad audiendum comparata. Eam natura ex diuersis corporibus, vt neruis, membranis, ossibus, cartilagine artificiosissime composuit. foramen primum amplum atque anfractuosum in osse temporum lapidoso, vtrinque vnum machinata est. In id auditorius neruus à quinta cerebri coniugatione vna cum dura cerebri membrana incidit, cumque ea in latitudinem sese explicans foramen sublinit. Qua in re parem similemque omnino cum ipso foramine cauitatem adipiscitur. Itaque id foramen hoc modo explicante se neruo vndique conuestitum, πόρος ἀκουστικὸς, id est, meatus auditorius, appellatur, quo nomine non modo cauitas ipsa nuda, sed & neruus ipse auditorius à medicis appellatur, alijs definientibus πόρον ἀκουστικὸν cauitatem esse, alijs neruum. In quo nihil erratur, siquidem neruus ipse excauatur, secundum foraminis ductum. Vocatur autem etiam à quibusdam πόρος τυφλὸς, id est, foramen cœcum, non quod verus peruiusq; meatus nō sit, sed quod propter varios flexus & quia paulatim arctissimus euadit, vix vsque ad auditus organi amplitudinem setam aut aliud quid admittat. Est autem neruus hic qui ad aurem est, reliquis per quos alij sensus exercentur durior effectus minusque sensilis, in quo naturæ prouidentiam licet admirari. Nam cum neruus hic excipere debeat sensibile extrinsecus occurrens, ne ab eo offenderetur, natura os durum & densum auribus oppositum, flexibus obliquis instar labyrinthi pertudit, quo frigidi quidem aeris vires integras, quas ipse ex recta irruptione erat habiturus, flexuum varietate sensim exolueret, & aliorum exiguorum corporum impetum mæandris illis frangeret. Nec vero eo solum anfractu patiendi difficultatem neruo auditorio comparauit, verumetiam propria ipsius constructione. siquidem eum durum, quoad licuit, effecit. Durissimus enim ad audiendum ineptus est, mollis autem iniurijs valde obnoxius. Ob eam causam durior quam vt actioni conueniat, neruus auditorius factus est, & propter duritiem, quanquam ita positus est in vicino, tamen vehementissima medicamenta tolerat, vt docet Galenus libro 6. methodi medendi. Præter foramen & neruum corpus quoddam extra prominet ex cartilagine carneque constitutum, Latini auriculam, Græci πτερύγωμα vel ὠτίδιον, si voles, appellant. Est autem ea meatui auditorio circumposita, sinuosa & intus caua, foriscque cōuexa, tum vt interno meatui propugnaculum esset aduersus externas iniurias, tum vt & ipsa sonum aliquem funderet, aere circū gyros eius commorante, nec citius æquo præterlabente. Ea vanni modo auricularium meatum cingit. Ac huius quidem superior pars nomine caret, vt ait Aristoteles, quo tamen loco Gaza pinnam vocat, non proprio nomine: inferior autem λοβὸς, id est fibra, appellatur: qua in parte quod prominet, περιλόβιον est. Rursum vero superioris auriculæ partes expāsæ, πτερυγώματα, quasi dicas alas: refractæ vero inflexæque, κυρτώματα appellantur, vt scribit author Introductorij, qui præterea in eadem superiore auricula quod concauum est, κοίλωμα, id est, conchulam vocat, & particulam illam λοβοῦ seu fibræ superpositam, ἐπιπλοκίον. quanquam sunt qui eo nomine quod asperum in superioris auriculæ circumferentia est significari putent.

Extrema etiam auriculæ ora dicitur ἕλιξ, huic opposita pars ἀντέλιξ, cuius crassior pars appellatur ἀντιτραγος, depressior versus tempora τράγος; extremus autem τῆς ἕλικος finis, Ruffo ἐπέλιξ nominatur; Cauitas autem quæ in medio amborum est, id est, inter ἕλικα & ἀντέλικα, κόγχη seu κόγχον appellatur: dicitur etiam ἀκουστὸς cōcauum illud auris intra quod sordes cumulantur, Locus vero ad auriculæ cauum cameratus καμάρα; Anatomicis etiam κύαρ est auriculæ foramen internum & penitius: Aurium autem ipsarum exterior ambitus κοχλίας Coclea dicitur, interior σκάφος linter, quæ pars autem ad tempora vergens inflectitur πτερύγιον, id est ala; Similiter & infimæ auriculæ id quidem quod propendet περιλόβιον, quod vero vergit alueum versus, πτῶσις, quo cicada significatur: hæc autem omnia vocabula latius suis locis explicantur.

Sunt vero & τὰ ὦτα, id est aures, in corde, ad earum quas nunc descripsimus similitudinem dictæ, quas Galenus libro sexto de vsu partium definit esse epiphyses quasdam tenues, neruosas & cauas ante cordis orificia constitutas: vt enim aures capiti vtrinque annexæ sunt, ita & hæ appendices ipso cordis corpore neruosiores & magis cuticulares vtrinque cordi appensæ sunt. Laxæ quidem illæ per se sunt & idcirco concauæ, cum vero cor dilatatur, quo modo membranæ tenduntur ac contrahuntur, ob idque ipsum materias ex se ipsis expressas cordi præmittūt. Quæ autem proxima ipsis sunt vasorum orificia, propterea quod à corde intro vehementer tenduntur, materias ab auribus impulsas deducunt. Ipsum vero cor omnibus quæ in mentem cuiusvenire possunt attrahendi facultatibus præditum, arripiens ac veluti exorbens, influentes materias citissime suorum ventriculorum finibus excipit. Duæ autem aures illæ sunt, singulæ scilicet in vtroque vasorum materiam cordi inuehentium, in dextra quidem parte, quâ vena in cordis sinum inibi inferitur: in sinisteriore vero, quâ arteria venosa. Ac illis quidem natura tenuitatem tribuit, quo facilius vna cum corde contraherentur, & eius motum sequerentur: easdem vero robustas effecit, ne corde vehemēter materias attrahente rumperentur: fortissimū enim est quod neruosum est. Cauæ autem eam ob causam sunt, vt in ijs materiæ contineantur & præsto sint quæ implendo cordi sufficiāt. Materiæ autem illæ quæ cordi subministrantur, sunt sanguis & aer: quorum ille quidem à ramo venæ cauæ in dextram aurem inserto, cordi infertur, hic vero in cor per sinistram aurem ab arteria venosa proficiscitur.

Ὦτα αἱματώδη. aures dicuntur cruorem fundentes Æginetæ l. 3. c. 23. quæ & apud illum dicuntur αἱματώδη.

Ὦτα διαφανῆ. pellucidæ aures Hippocrati dicuntur; quæ vero sic dicantur apud quosdam non conuenit; non enim sic pellucidæ sunt vt lumen & lucem transmittant quemadmodum æther, aer, vitrum: Quidam pellucidas quasi siccas intelligunt, quia quod siccatum iam pellucidum magis est, & laterna magis pellucidi dicuntur

„ cuntur qui sunt admodum extenuati: alij pellu-
„ cidas interpretantur cum læuore quodam exal-
„ bescentes, ceu sanguine destitutas quo efflores-
„ cere solent vt scribit Aristoteles; vel sic albes-
„ centes emortuas, vt marmore albo frigidiores
„ & politiores videantur. Tales autem mortiferas
„ esse dicit Hippocr. quia tum ad vltima ventum
„ est, consumptionem nimirum humidi primige-
„ nij, in quo est vita, & caloris vitalis nectarisque
„ viuifici.

„ Ὦτα πυοῤῥοοῦντα. dicuntur Galeno aures pus fun-
„ dentes quas Dioscor. ἰχωῤῥοοῦντα vocauit lib. 3.
„ cap. de absynthio.

„ Ὦτα σκωληκιῶντα. aures quæ vermes habent Pau-
„ lo lib. 3. c. 23. & Dioscor. l. 3. c. de nepetha, Plinius
„ & antiquiores alij verminosas dixerunt, qua vo-
„ ce ij plerumque significãtur vermes, quos Græ-
„ ci ἕλκη dicunt, in vulneribus, vlceribus, & cor-
„ rupto iam animantium cadau, re nascentes, co-
„ lore candidos, nullis discretis membris, nec adeo
„ grandes.

„ Ὦτα συντεταλυῖα. aures contractæ siue inuersæ di-
„ cuntur; contrahuntur autem tum cartilagineo
„ corpore tum imis partibus, quæ λόβοι ἀπηρεμ-
„ μένοι ab Hippoc. dicuntur; contrahuntur vero
„ neruum illum versus, vnde sentiendi facultatem
„ accipiunt, quod aduentitia tum frigiditate tum
„ siccitate fit, siquidem quomodo corpus vniuer-
„ sum exhausto calore & spiritu, inedia, vigilijs,
„ laboribus, languẽs & flaccidum apparet, ita par-
„ tibus singulis accidit, quæ suo calore natiuo de-
„ stitutæ primum quidẽ extremis sui partibus ex-
„ tinguntur, & quicquid reliqui est ad sua princi-
„ pia quasi arcem confugit; Quod & à siccitate fit
„ exhausto pauco humore ardore febris, quemad-
„ modum & coria molliora vi ignis reliccantur.
„ Tales autem ab Hippocr. in prognost. damnan-
„ tur, eadem ratione quæ in ὦτα διαφανέα supra al-
„ lata fuit.

„ Ὦτα ὑπερσαρκοῦντα. aures dicuntur in quibus ac-
„ crescit caro superflua.

Οὐτάω. emplastri nomen est desiccantis & anodyni & ad permulta vtilis, vt habetur apud Aetium lib. 15. c. 14. atque item vltimo, vbi paulo aliter describitur. Emollit maxime & tumores dissol-
„ uit. Appellatur μύλας alio nomine.

Ὀφθαλμία. est inflãmatio adnatæ oculorum membranæ. Sed cum dupliciter omnis inflammatio dicatur, vt scribit Galen. lib. 2. ad Glauconem: vna humida, altera sicca: proprie dicta ὀφθαλμία inflammatio humida est. Quæ enim sicca est, nõ simpliciter ὀφθαλμία, sed ξηρὸ ὀφθαλμία nuncupatur. Inflammationem quidem tumor, tensio, dolor, calor, ruborque eius tunicæ testantur: humiditatem vero tum venarum plenitudo, tum lacrymæ ex oculis manantes. Gignitur sanguine copiosiore in adnatam tunicam, quã Græci ἐπιπεφυκότα vocant, affluente. Ea autem cum & ex pericranio originem ducat, & totum oculum cum musculis suis committat & sede sua contineat, plerumque accidit vt graui ophthalmia tentata, nõ modo dolorem sentiat, sed eum etiam & capiti & genis & reliquis circumpositis partibus communicet. Celsus ὀφθαλμίας Latine lippitudinem nominat. Paulus l. 3. eam speciem esse ἐπαφθάσας prodidit, quo nomine calidæ & humidæ oculorum cũ rubore affectiones significantur. Sed hoc interest dicit, quod πάχυσις ab externa quadam causa fit, vt fumo, sole, puluere, oleo: ὀφθαλμία vero non à manifesta modo causa, verumetiam interna, hoc est, sanguinis fluxione, excitatur.

Ὀφθαλμίαι ῥοώδεις. dicuntur 1. Epid. quæ multum habent humorum confluxum, atque ijs opponuntur quas ξηρὰς vocat idem Hippo. aphor. 12. & 14. lib. 3.

Ὀφθαλμία φθισώδης. tabida lippitudo ceu quæ ad oculorum tabem terminatur, ex qua sicci fiunt & extenuati plusquam naturæ conueniat, facta simul & ipsa pupilla angustiore, exsiccatis scilicet humoribus à quibus distenta, moderate quidem, modum seruabat naturæ conuenientem, plus vero quam oporteat ad prauam latitudinẽ extendebatur. hæc Galen. comm. in aph. 16. li. 3.

Ὀφθαλμιᾷν. Græcis non oculis modo laborare est, verum & amanter puellam inspectare, neque enim statum suum seruant tunc oculi, sed sunt perinde ac amore ægri, ad quod fortean respexit in Tyberio Suetonius, eum oculis tumentibus Agrippinam ex occursu inspectasse prodens.

Ὀφθαλμικὸς ἰατρός. ocularius medicus, meminit Galen. aphor. 31. lib. 6. & Martialis.

Ὀφθαλμός. oculus. Sic dicitur totum instrumẽtum visionis. Instrumẽtumne an partem organicam voces, nihil interest, modo intelligas partem esse à natura comparatam vt per eam visio fieret. Quod vt natura melius assequeretur, geminum esse voluit, & vtrumq; sublimi in loco collocauit, vt inde tanquam è specula plurima eminus intuerentur, & quæcumque nocere aut prodesse possunt præuiderent. Quam vnam ob causam factum est, vt necesse habuerit natura caput in summo totius corporis loco constituere, sicut Galen. literis prodidit. Poterat enim omnia quidem alia munia, alia quauis in parte positum exercere, solam visionem nõ poterat, quod eam & ab edito loco fieri oporteret, & breuissimos, ideoque cerebro proximos, opticorum neruorum ductus esse. Oculorum permagnus est vsus & præcipua dignitas, eosque propterea nõ modo natura summo artificio fabrefecit, sed loco etiam tutissimo recondidit, ne facile externis iniurijs paterent. Loco enim concauo & duro veluti in antro quodam conditi sunt, & hinc fronte atque supercilijs, inde malis leuiter extuberãtibus, naso, temporumque ossibus quasi vallo quodam muniti. Datæ sunt & palpebræ valde molles, quibus ad omnia aduersa celerrime & momento connuerent, eæque pilis, quos βλεφαρίδας vocant, prædit æ, ad leuiora, quæ oculis incidere possent, declinanda. Est autem oculus figura sphærica, multiplici partium structura, quarum aliæ etiam sphæricæ sunt, aliæ semicirculares tantum, aliæ vero secundum diametrum protensæ. Vt autem omnis circulus cẽtrum habet, sic oculi centrum est humor crystallinus, κρυσταλλοειδὴς à Græcis vocatus, non ille quidem fluidus, sed ceu cera mollior, consistens. Is totus sphæricus est. Eum autẽ ambit tunica tenuis & valde pellucida ἀραχνοειδὴς dicta, non totum quidem, sed parte tantum anteriore: semicircularis enim est. humori crystallino adnascitur non aliter quam cepis tenuissima quædam pellicula. A posteriore humoris crystallini parte situs est humor alius ὑαλοειδὴς, hoc est, vitreus, nun. upatus, copiosior longe quam humor ipse crystallinus, semicircularis autem est, vt qui partẽ modo po-

ſteriorem humoris cryſtallini amplectatur, nec eius diametrũ excedat qui à dextra eius parte in ſiniſtram ducitur. Sicut autẽ vitreus ille humor poſteriore parte humorem ambit cryſtallinum, ita anteriore poſt tunicam ἀραχνοειδῆ diffuſus eſt alius humor ὑαλοειδής, hoc eſt aqueus, & à quibuſdam ὠοειδής, hoc eſt, albugineus, dictus: ipſe etiam ſemicircularis, vt qui medium cryſtallinũ anteriore tantum parte complectatur. Ita fit vt aqueus cum vitreo ſphæram vnã conſtituat, cuius centrum cryſtallinus humor ſit. Eos autẽ veluti diameter quidam diſtinguit, & quaſi paries quidam medius dirimit tunica quædam ab vuea initium ducens. Huic igitur tunicæ & humori cryſtallino parte vna vitreus humor contiguus poſteriore ſui parte alia tunica molli & plane mucoſa continetur & clauditur, quę nõ eſt aliud quã nerui ipſius optici ſubſtantia, vbi à ſuo principio ad vitreum humorem peruenerit, reſoluta & dilatata, & bifariã veluti in duos truncos diſciſſa, multoq; mollior ipſo cerebro effecta, adeo vt eam multi tunicę nomine non ſint dignati. Ea poſticam tantum vitrei humoris partem cõplectitur, ideoque ſemicircularis eſt, perinde atque humor ipſe vitreus, ſimulque multas graciles & obſcuras venas atque arterias intertextas habet, ex quibus omnibus factum eſt vt ἀμφιβληστροειδής, hoc eſt, reticularis, vocaretur. Vt autem neruus ipſe opticus in eam tunicam reſoluitur, ſic & tenuis membrana quæ neruum illum opticum inuoluit, à tenuibus cerebri membranis profecta, degenerat in aliam tunicã, & eam quidem prope ſphæricam, quæ nõ poſteriore tantum parte, vt ἀμφιβληστροειδής, ſed anteriore etiam omnes iam dictas oculi partes ambit & complectitur: contigua parte quidem poſtica tunicæ ἀμφιβληστροειδεῖ, antica vero humori quẽ ὑαλοειδῆ diximus nũcupari. Ea χοροειδής, hoc eſt, vuea vocatur, quod vuæ folliculo, à quo pedunculus auulſus eſt, quã ſimillima ſit: vt enim ille, ita hæc tunica parte ſui anteriore leuiter compreſſa eſt, & media parte, qua pupilla eſt, medio foramine cõcaua. Eam vero etiam totam circũdat & complectitur alia tunica κερατοειδής, hoc eſt cornea, nuncupata, nata ex duriore mẽbrana nerui illius optici, à craſſis cerebri membranis prodeunte, & in eam, nõ aliter quam tenuis, vtrinque reſoluta. Quæ cũ reliquis fere partibus paulo obſcurior ſit, parte tamen anteriore, qua pupillam contegit admodum pellucida eſt: tota orbicularis eſt nec, vt χοροειδής, depreſſa anteriore parte. quo fit vt quã pupilla eſt, plurimum à rhagoide diſtet, ſpatiumque medium inter eas ſit, non inane quidem, ſed humore etiam illo aqueo, qui per pupillæ foramen eo mãnauit, & ſpiritu viſorio, vndique plenum & vehementer tenſum. Inſuper vero alia tunica eſt quæ ἐπιπεφυκὼς χιτὼν dicitur, omnium extima, ex pericranio ducens originẽ, quæ oculo adnata ipſum continet, vicinique partibus alligat. Ea vero nõ conueſtit oculum vniuerſum, vt quę nullo modo tunicam ἀμφιβληστροειδῆ attingat, ſed à lateribus tantum & oculorum hæmiſphærio corneæ tunicæ connaſcitur, eamq; complectens ad iridem vſque progreditur, quo cum peruenerit, ſumma tenuitate euaneſcit, neq; pupillæ vel corneę, qua pupillam contegit, prætenditur, ne viſui officiat. Ne quid vero ad oculi perfectionem deeſſet, natura ei ſeptem muſculos attribuit, quibus non modo ſua ſede continetur, quaſi vinculis, ſed in omnem etiã partem expedite moueretur. Eorum vnus ſuperne ſitus oculum ſurſum mouet: vnus inferne poſitus, deorſum demittit: vnus qui ad magnũ canthum eſt, verſus naſum impellit: vnus qui ad paruum canthũ ſitus eſt, verſus ἐκτροπὰς inflectit: duo quorum vnus à magno cantho ad paruum ſuperne porrigitur, alter inferne à paruo cantho ad magnum extenditur, circumagunt: vnus vero in duos vel tres diuidnus, neruum opticum ambiens & in corneam tunicam prope dimidiam inſertus, intro impellit. His partibus inſtructus oculus viſionem exercet, quarum tamen in ea actione ſicut vſus, ita dignitas etiam impar eſt. Earum enim quædã ſunt per quas viſio fit, quædam ſine quibus fieri non poteſt, aliæ quibus melius fit, aliæ vero quibus ipſa conſeruatur, quemadmodum Galenus lib. 10. de vſu part. demonſtrauit.

Ὀφθαλμὸς. genus eſt deligationis apud Hippoc. ἐν τῷ περὶ ἰητρείων. Oculo adhiberi conſueuit, vel cum procidentia periclitatur, vel vt quæ impoſita ipſi ſunt contineantur. Sunt autem variæ huius generis differentiæ in lib. de faſcijs explicatæ.

Ὀφθαλμοὶ. etiam vitibus tribuuntur apud Theoph. gemmam in vite interpretes appellant; Sic & in arbore cui inſeritur ſurculus aliquis, foramen illud cui inſeritur, ὀφθαλμὸς dicitur apud eundem lib. 1. c. 6. de cauſ. plantar.

Summa autem oculi humani dignitas eſt atq; præſtantia, eiuſque bene vel male compoſiti vis magna ad comparãdam futurarum criſeõn præſenſionem, eorumq; quæ ad ſunt, quæque præſentia ſunt perceptionem, idque cum in omnibus morbis, tum maxime in acutis. Solemne eſt iſtud Hippocratis 6. Epid. ὀφθαλμοὶ ὡς αὐ ἰηθμὸν, ἕπω ἀγῶνι, vt valent oculi ſic ipſa perſona: Quoniam autẽ oculi iure ſocietatis & vicinitatis cerebri arcem contingunt, inde adeo fit vt principiorum ἀρχὼ in ſubſtantia, facultatum vero δύναμιν in officio, validaſque vires declarent, quę in natiua coloratione, habitu ſucci pleno, ſplendore & facili motu cernuntur; Sin autem concaui ſqualentes, male colorati, & in mouendo pigri appareant, facultatum principia in vitio eſſe teſtantur cerebrum ſcilicet, ipſum cor & iecur, quæ omnia, præcipue oculorum pathemata & περιγράσεις, in ſequentibus explicamus ex Hippocr. petita, ordine litterario.

Ὀφθαλμὸς λαμπὰς, & ἀλαμπὴς ὀφθαλμὸς, in prognoſt. leguntur, quibus vocibus obſcuros & ſine ſplẽdore oculos intelligit. Itaque cũ ſplendor oculis inſit, puriore ſpiritu & velut æthereo diffuſo in oculo, purioribus quoque humoribus & mẽbranis, eo præſertim humore circa coronam ſuo cãdore nitet. Siquidẽ perturbatio quædã & nubes incidat in ſpiritum, humoribus intermiſceatur, vel macula quædam membranis inducatur, ἀλαμπὲς ὄμμα, hoc eſt, ſine ſplendore, aut eo certe impuro redditur, in aer ἀχλὺς & θόλωσις eſt, quomodo enim aer externus, & caliginoſus, & nubilus vaporũ copia redditur, & limpida aqua commota, & alijs confuſa perturbatur; Eodem modo & humores & ſpiritus corporis pati neceſſe eſt.

Ὀφθαλμοὶ ἀτενέως ἐκλαμπάνοντες, vel ἐκλάμποντες. oculi intente relucentes qui fixi & immoti ſplẽdeſcunt, velut ἀτενίζοντα ὄμματα li. 5. Epid. & l. 7. ὀφθαλμοὶ ἀτενίζοντες, oculi rigentes & ἀτενὲς ὀφ-

» διυδέοι, oculi intenti, & in profundo conuoluti
» apud Aretæ.li.1.c.6. de cura morborum acuto-
» rum: Sunt autem eiuſmodi oculi delirij indices,
» vt patet ex prorrhet. & Coacis prænot.
Ὀφθαλμὸς ἀτενὴς. rigidus fixus & immotus dicitur
» ferociam quamdam interdum præ ſe ferēs, vt in
» quodam genere phrenitidis, de qua in Epide-
» mijs, oculi feroces deſipientiam ſignificant, ali-
» quando auſteritatem quādam præ ſe ferunt in
» melācholicis quibuſdā affectibus; nōnunquam
» quaſi hilariter compellentium & aliquid volen-
» tium vt in catalepticis: contrarius affectus eſt
» σκαρδαμύσσειν, & oculus inde σκαρδαμυκτὸς.
Ὀφθαλμῶν ἀσθένεια. oculorum imbecillitas. vide ſupra
» in voce ἀσθένεια.
Ὀφθαλμοὶ ἀυχμηροὶ. oculi ſqualidi ex ſiccitate ni-
» mia dicuntur 6. Epid. ſect. 1. aphor. 16. & in pro-
» gnoſt. ὄψεις ἀυχμώδεις, & 5. Epid. ὄμματα ἀυχμηρά,
» vocantur.
Ὀφθαλμοὶ ἀχλυώδεις, & τὸ ἀχλυῶδες τοῦ ὀφθαλμοῦ. ocu-
» li caliginoſi dicuntur, plura leges in voce ἀχλυώ-
δης ὄψις. in α.
Ὀφθαλμὸν βάσκανον. vocat Heliodorus in Æthiopi-
» cis vt interpretatur Theocriti ſcholiaſtes κτίνον-
» τα ἐμφαίνοντα τὸ ὀφθὲν, ἐμμάλιστα παῖδας. vt ſcribit
» Aphrod. 2. problem. & Plutarch. 5. ſimpl. Eiuſdē
» generis oculos habere inquit Plin. li. 7. c. 2. Tri-
» ballos & Illyrios qui viſu effaſcinant, interimūt-
» que quos diutius intuētur iratis præſertim oculis.
Ὀφθαλμῶν ἔκθλιψις. oculorū expreſſio & quaſi eui-
» bratio, eiuſmodi oculos videre licet in iratis &
» ad vindictam properantibus, in quibuſdam quo-
» que phreniticis, quibus videlicet temeritas quæ-
» dam & plurima corporis commotio coniuncta
» eſt; fiunt autem hunc in modum prominuli, cō-
» citato foras multo ſpiritu, ceu è contra in metu
» & triſtitia oculos concidentes videmus, externa
» omnia contracta & pallida, quia videlicet anima
» ad ſua principia reuocatur; contra vero in ira &
» lætitia geſtiēte, in quibus vis animæ ſecum rapit
» quaſi ſatellitium quoddam, ſanguinem & ſpiri-
» tum, vnde exerti & prominentes dicuntur, velut
» in furioſis quibuſdam. Sicut autem damnantur
» ἔγκοιλοι, id eſt, caui in prognoſtico, ita exerti ni-
» mium atque prominentes, vnde eſſe oportet
» moderate prominulos.
Ὀφθαλμοὶ ἐναωρούμενοι. ſublimes oculi, vide in litera
» E. Ἐναωρούμενοι ὀφθαλμοί.
Ὀφθαλμοὶ ἐνδεδινημένοι. oculi dicuntur qui edunt ci-
» tos coniectus & varios.
Ὀφθαλμοὶ ἐξέχοντες. oculi nimium exerti & promi-
» nentes. vide ὀφθαλμῶν ἔκθλιψις.
Ὀφθαλμῶν ἴλλωσις. oculi peruerſio. vide ἰλλαίνειν.
Ὀφθαλμῶν κατάκλασις. oculorum peruerſio, vide ſu-
» pra κατάκλασις vbi plura.
Ὀφθαλμῶν καθαρότης. oculorum puritas. Quomodo
» in aere καθαρότης eſt quæ ἀιθρία vocatur, & quod
» ἀχλυῶδες & σκιῶδες dicitur; Sic in oculis puritas
» eſt, vbi ſplēdore puro nitent oculi, qua parte pu-
» pilla ſuo circulo circumſcribitur, & candidum
» quod fere λευκὸν appellat Hipp. purū lacteumque
» candorem retinet. eſt autem oculorum καθαρότης
» puritas perfecta & integra, quoties neque in ſpi-
» ritu qui multus affluere debet & æthereus; ne-
» que in humoribus, Chryſtalloide albugineo ac
» vitreo, neque in membranis obſcuritas vlla, per-
» turbatio, tenſio, corrugatio cōſpicitur. Sic enim
» oculi natura duplex eſt, vna ætherea propter quā
» iguei Platoni dicūtur, ignis nomine non pro flā-
ma, ſed pro ſplendore ſumpto. Altera aquea « propter humores & membranas quæ ſunt fri- « gido & humido temperamēto. Puritas ad vtrā- « que pertinet, cum & album lacteo candore niti- « dum eſt, & è pupilla ſerena acies emicat, ſuoque « ſplendore nitet ſine aliena permixtione. «
Ὀφθαλμῶν ὀρθότης. oculorū rectitudo; Rectus au- « tem oculus manet, aut quia moueri non poteſt, « aut quia non mouetur quamuis poſſit, aut quia « difficulter mouetur. Priore quidē modo cōuul- « ſionem æqualem muſculorum mouentium, aut « omnium reſolutionē ſignificat, atq; hæc immo- « bilitas firma, eſt non tēporaria: huic tertius mo- « dus ſimilis eſt, niſi quod nō ſolum fit ab his cauſ- « ſis remiſſis, ſed etiam à conuulſione circumdan- « tis opticum muſculi, qui oculum dirigit & illius « pondus ſuſtinet. Eo enim muſculo conuulſo & « proinde directo optico, pupillæ directæ conſti- « tuuntur, & nō niſi cum difficultate circumduci- « tur oculus, aut in ſitus varios deflectit. Sunt qui « per ὀφθαλμῶν ὀρθότητα oculorum θράσος intelligāt, « quod non eſt phreniticum & conuulſificum, « quanquam iſta ferocitas agnoſcenda potius eſt « in torua conuulſione, vel potius coniectione « oculorum quam in rectitudine ipſa. «
Ὀφθαλμῶν πῆξις, & ὀφθαλμοὶ πεπηγότες, & ὄμμα πεπη- « γὸς, oculorū concretio dicitur, ſiue oculus con- « cretus. Hac autem voce (πῆξις) in oculo Gal. in- « telligit, non coagulationem, aut concretionem « humidi ab exiccatione, ſed immobilitatē à con- « uulſione æquali muſculorum oculos mouentiū, « aut à reſolutione eorūdem, aut obſoluto defe- « ctu facultatis mouentis, vel torpore quedā fun- « ctionum in neruorum principio: hæc affectio, « ſed temporaria, quibuſdam phreniticis ſuperue- « nit, fixis in conum ſtabilem ſpiritibus; & Hipp. « 2. Epid. ſect. 5. 6. naturam melācholicam deſcri- « bens, Balbi, inquit, iracundi, oculis non nictan- « tes, celeri lingua præditi, vbi per illa verba (non « nictantes) immobilitatem oculorum intelligit. «
Ὀφθαλμοὶ πλέοντες, ὥσπερ τῶν νυκταζόντων, oculi « natantes quaſi nictantium, hoc eſt, qui parū apparent, « fereque claudūtur, qualesin dormiturientibus « & præ ſomnolentia nictantibus viſuntur, qui « enim nauigio curſum efficiunt, celeriter tranſ- « mittunt aut præteruehuntur, nauigioque vecti « ſemper mouentur, velut dormiturientium oculi « lib. 7. Epid. «
Ὀφθαλμοὶ ῥοιαδικοί. oculi fluentes Aetio dicuntur te- « trab. 2. ſer. 3. c. 44. Id eſt, qui citra externam ali- « quam cauſam perpetuo lachrimātur, in eo à de- « bilibus differentes, quod fluētes propter carun- « læ naturalis circa magnum angulum decremen- « tum continuo lachrimantur, debiles vero ex « quauis alia occaſione, præſertimq; inter legēdū. «
Ὀφθαλμοὶ ὑπεσταλμένοι ἔνδοθεν. intus corrugati aut ru- « goſi Hipp. dicuntur aphor. 16. ſect. 1. lib. 6. Epid. « vbi ſcribit Gal. corrugari oculos ex imbecillita- « te & frigiditate, vt in ſenibus. «
Ὀφθαλμὸς σκαρδαμυκτὸς. contrarius τῷ ἀτενεῖ, fixo & « rigido, eſſeque dicitur qui perpetuo nictat atque « cōniuet, hinc καρδαμυσσειν ſiue σκαρδαμύσσειν (vtrū- « que enim dicitur) exponit Erot. τὸ σωιεχᾶς τὰ βλε- « φαρὰ κινεῖν, καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγαν, continenter palpe- « bras mouere, & claudere aut cōniuere. Additque « dici ἀπὸ τοῦ καρδάμου. à naſturtio, quod ſi quis ad- « moueat oculis crebro, palpebras claudit aut con- « niuet, hinc ἀσκαρδαμύκτους dicuntur 2. Epid. qui in- « cōniuentibus oculis, immotis & inconcluſis in- « tuentur.

Ὀφίασις. est affectus capitis, quo capilli primũ extenuati postea decidunt certis spatijs in serpẽtis similitudinem. Species est areæ Celso. Sic dicta quod serpẽtis speciem præ se ferat. Incipit enim ab occipitio capillus defluere duorum digitorũ spatio, vitiumq; ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Infantibus fere accidit, & per se sæpe sine curatione finitur. Idem reuera cum alopecia malum est, solaque figura ab eo differt. Nec vero soli modo capiti, sed mento etiam affectio hæc aliquando contingit. Nascitur ab humorum vitio ex quibus pili nutriuntur. Eiusmodi namque vitioso alimento corrumpuntur & decidunt.

» Barbari medici Arabum doctrinam sectantes » ὀφίασιν Tyriam nũcupant; Tyri enim voce omnes serpentes potissimum autem viperas intelligunt; Pro ὀφίασις autem dixit Pollux ὄφις, illique definitur ψίλωσις τριχῶν ἀφιλαμβάνουσα τὴν κεφαλὴν, serpẽs δίκην, μάλιστα ἐπὶ παίδων, ἐν ὅπερ τὸ ὄμμα φθείρεται.

Ὀφιόσκορδον. dicitur à quibusdam ἡ χάμαιρις, sicut habetur apud Dioscor.

Ὀφιοσκόροδον. alliũ anguinum. dicitur allium syluestre, quod ad omnia longe est efficacius satiuo.

Ὄφις. morbus capitis à similitudine serpentis, vide » ὀφίασις.

Ὀφιοσταφυλὴ. dicitur ἡ ἀμπελολεύκη, id est, vitis alba, authore Dioscoride, quasi anguina vua. Ratio forte nominis est quod in sepibus nascatur, in quibus & angues plærumque latent, vel quod anguium modo serpat, clauiculis suis vicinos frutices comprehendens, quam ob causam etiam vulgo Colubrina dicitur.

Ὀφίτης λίθος. est marmor maculosum in modum serpentis. Eius tria genera dicuntur esse candidum, nigricans, cinereum, quod περσέαν vocant. Omnes, vt scripsit Dioscorides, alligati contra capitis dolores & serpentium ictus prosunt.

Ὀφρὺς. supercilium. sic dicitur pars ea frontis quæ pilos habet. Est autem supercilium vtrinque vnum. Inter ea quod medium est, μεσόφρυον dicitur & μετώπιον. vtrumque à situ nomen inditum. Mart. Capella lepide glabellam vocauit, quod ea pars glabra sit & depilis. Pars autem ea quæ naribus proxima est, ὀφρύων κεφαλὴ: quæ ad tempora accedit, ὀφρύων ἄκρα dicitur. pilos autem ipsos plærique τίλους appellant. Quod vero in supercilijs prominet velut imbricatũm quoddam aliorsum humores deriuans, γείσων & γείσωμα dicitur: Gaza grundam apud Aristot. interpretatus est.

» Notandum autẽ superciliorum pilos non modo cõgenerari, sed & nobiscum commori, ideoque tondere illos sacerdotibus Ægyptijs religio » fuit, cum omnia pilosa in corpore membra solerent radere.

Ὀφρύς. herbæ nomen, denticulato oleri similis, & quæ duobus tantum folijs repræsentatur. vsus eius ad nigrandos capillos. Plinius.

Ὀχετύματα. sic vocantur à quibusdã ipsa narium foramina, quæ etiam θαλάμους aliqui appellant.

» Dicuntur etiam μυκτῆρες.

Ὀχετοί. dicuntur apud Hippocr. ἐν τῷ περὶ ἀέρων venæ atque arteriæ, quod per eas sanguis vehatur. inde ὀχετεύειν per riuos ducere, & παροχετεύειν deriuare significat.

Ὄχευμα. semen seu genitura, qua ὁ ὀχεύων impleuit ἢ ὀχευόμενον, vt docet Aristoteles hist. anim. li. 6. c. 23. exponitur etiam coitus sicut & ὀχεία.

Ὄχεις. vocatur à quibusdam scrotum, quod magis vsitato nomine ὄσχεον appellant.

Ὄχθοι. tumores verrucosi tuberosique, quales in elephanticis apparent. inde labra vlcerum prætumida, callosa & dura, ὀχθώδη, quasi dicas verrucosa appellantur.

Per metaphoram autẽ dicti sunt tumores ὄχθοι, vere enim ὄχθος tumulum siue cliuulum significat, & ὀχθώδεις ἐπιπασάσεις apud Gal. comment. 3. in 3. Epid. t. 48. tubercula dicuntur collium modo extuberantia.

Ὄψον. appellatur Græcis cibus, vt ὀψωνία aut conuiuium aut epulum, adeoque ὀψωνεῖσθαι, vnde & ὀψωνήσαντας apud Hippocr. 1. γυναικ. vbi præcipit mulierem bene enutriri & liberaliter.

Ὄχνη. pyrus agrestis: Theoph. lib. 2. de hist. plantarum, c. 7. Frequentius ὄγχνη: vnde ὄγχνια, Hesychio ἄπια, pyra, syluestria scilicet.

Ὀψίγονοι ὀδόντες. genuini dentes. Sic dicuntur nouissimi maxillares, & qui iam adultis tum viris tum mulieribus gignuntur. Iam vero, inquit Plinius, quibusdam mulieribus anno etiã octogesimo maxillares illi nouissimi non sine dolore exierunt. Viris quoque idẽ euenisse accepimus, quod certe ijs accidit quibus in iuuentute ipsi genuini nati non fuerint. Sed quibus in iuuenta non fuêre nati, decidere in senecta & mox renasci certum est. Ijdem etiam dicuntur χραστῆρες, & à quibusdam σωφρονισταί.

Ὄψις. significat apud Hipp. interdũ ipsum oculum faciemúe, interdũ ipsam visionẽ, interdũ etiam vt notat Ruffus, Ephes. Idẽ quod κόρη & γλήνη, id est, pupilla quæ est primũ & verum videndi instrumentũ: ὄψιας τ' χαμαιότυπων πολλὰς, id est, laborãtium facies multas appellauit Hipp. quasi differentias vel modos vel species dicturus, vt notat Galen. comm. 4. de victu acut. textu 53.

Ὄψον, τὸ. obsonium, vocatur quidquid ad cibatũ igne paratur, vel quod ἑψὸν ἔστιν, id est, elixatur, vel παρὰ τὸ ὠπλῆσθαι quod assetur ita nuncupatũ, ait Athenæ. l. 7. Quoniã vero, inquit ibidem, ex omnibus quæ nunc ὀψώματα, nũc ὄψα siue obsonia vocant, obtinuit tanquam victor solus piscis vt egregius cibus sit, sicut ita nuncupatur ab ijs qui ad insaniam vsque id edullium appetũt, hinc eos ὀψοφάγους appellamus nõ qui bubulam comedũt, non ficorũ auid os, sed in foro piscatores frequẽtes; At ὄψον pro pisce apud vetustissimos Græcorum scriptorum non legas, sed ὄψον θαλάττιον, vt apud Hipp. passim: atq; hæc piscium appellatio adeo familiaris fuit priscis temporibus, vt nõ solum marinos. verum sine discrimine omnes pisces vocarent ὄψα θαλάττια, aut etiam θαλάττια solum, sic sæpe Hipp. θαλάσσια & κρέα opponit vti. γυναικ. Quod autem Græci pisces appellarint ὄψα, in causa est auiditas eius cibi quæ Græcis familiaris fuit.

Ὀψοποιία. parandorũ obsoniorũ peritia siue ars culinaria apud Platon. In Gorgia qui sic habet. Sub medicinam, inquit, subjit atque subrepsit ὀψοποικὴ, id est, culinaria quę simulat se optimos saluberrimosque corpori cibos cõparare, quamobrem si inter pueros vel viros æque dementes & rerum imperitos ac sunt pueri, constituendũ esset inter medicũ & coquum certamen, fame proculdubio medicus moreretur, ab omnibus nimirum destitutus artem illius despicientibus.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Π.

Παγκάρπια. placentæ genus est in modum rotæ papyro inuolutum quo diutius duret. Apud Alexandrinos celebre illud fuit.

Πάγκαρπον. dicitur à quibusdam chamæleo albus, vt habetur apud Dioscor.

Πάγκοινος γόνος: vide παίδημος, & ἐπιδήμιος.

Πάγκαυστον. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἀσαφία, sicut legitur apud Dioscor.

Παγκράπον. authore Plinio, planta est radice bulbi magni, colore rufo vel purpurascente, gustu amaro qui os accendat, folijs lilij sed longioribus. Sunt qui pusillam scillam malint appellare. Galenus radicem eius tũ gustu tum viribus scillæ similem fecit, ita vt nõnulli, cum eius non datur occasio, pancration in vicem sufficiant. Sed & Paulus specie & viribus scillæ comparauit. Hydropicis & splenicis cum melle datur. Potest ad eadem ad quæ scilla. Idem Plinius cichorium quoque propter singularem salubritatem χρηστὸν & παγκράπον ab aliquibus appellari scribit.

Παγκράπον. erat etiam quondam ex lucta & pugila-
» tu tertium quoddam exercitationis genus apud
» Gymnasticæ artis peritos; illo Gal. 2. de tuend.
» sanit. cap. vlt. se multos quibus aliquæ corporis
» partes male afficerentur curasse gloriatur, non
» fuit tamen pancratij vsus maximus in Gymna-
» stica medicinæ, sed rarior, nisi fortean ad robur
» toti corpori comparandum, illiusque moderate
» exercitij; vehementer enim si fiat solum athle-
» tarum fuit, atque bellicæ exercitationis, nam cũ
» παγκράπον à Gal. 6. Epid. comm. 1. aphor. 6. Inter
» magnas exercitationes recensetur, caliditatem
» augere, & consequenter frigidis affectibus ap-
» primè congruere rationi consentaneum est: fuis-
» se autem πανκρατιαστὴν pancratij species videtur,
» de quo suo loco.

Παγκρεας. est glandulosum corpus in medio mesenterio situm, vasorum diuisiones confirmans. Nam cum infiniti prope rami venæ portæ per mesenterium dispersi sint, chylum ab intestinis præsertim tenuibus exugentes & in iecur deferentes, sciens natura eos propter exiguitatem infirmos esse & iniurijs obnoxios, ventre præsertim sæpe laborante saltu, ictu, compressu, vociferatione, spiritus contentione & rerum grauium impulsu, glandibus singulas vasorum scissuras muniuit securasque reddidit. qui vsus est non huius modo glandulosi corporis, sed aliarũ quoque glandularum, ἀδένας vocant, quæ pluribus alijs corporis partibus inditæ sunt à natura.

Appellatur & καλλίκρεας, quod hæc caro in canibus, esu præsertim sit periucunda.

Πάγχρηστον. nomen medicamenti, non vnius quidem sed multiplicis. sic dictum est collyrij genus quoddam ἀθνιάπιον vocatum, quod describitur à Galeno lib. 4. περὶ τόπων. Item aliud Erasistrati ὑγροκολλύριον eodem libro descriptum, & apud Paulum lib. 2. c. 22. quo tamen loco quidam παγχρυσὸν legunt. Item confectionis genus ad tussim, empyema, tabem, orthopnœam & alia permulta, quod habetur apud Galenum eiusdem operis lib. 7.

Πάγχρυσον. nomen est liquidi collyrij, quod quidam πάγχρηστον malunt appellare, de quo supra.

Παθήματα.

Πάθος. passio: multa significat. Generaliter quidem dicitur omnis motus qui ab altero fit in alterũ. Quippe agentis motus, actio est: eius vero quod ab eo est affectum, passio. Prisci enim motus omnes, etiam qui naturaliter se habent, nisi actiui sint, πάθη nominant, sicuti etiam ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes πάθη & παθήματα appellauit, in visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flauo, & cæteris coloribus fiunt: in tactu quæ à calido, frigido, humido, sicco, molli, duro, cæterisque id genus: atque ad eundem modum in singulis reliquorum sensuum: sedi & voluptatem passionem vocat. Ac à veteribus quidem πάθος priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur siue in loco, siue in qualitate fiat. Ergo si πάθος motus est, motus autem ex eorum numero non est quæ esse absolute dicuntur (siquidem nullo tempo-

ris ſpatio manent eius partes, ſicuti nec temporis, nec ſermonis, nec etiam motus vllius) perſpicuum eſt πάθος in ipſo vt ſic dicam fieri eſſe ſuum obtinere. Suam namq; habet in ipſo verti, mutari, alterari aut modo quouis alio moueri generationem. Quamdiu enim aliquid mouetur, patitur: cum deſiit moueri, non amplius pati, ſed affectum eſſe dicitur. Differt enim πάθος ἀπὸ τῆ διαθέσεως, hoc eſt, paſſio ab affectione ſiue diſpoſitione, ſolo motu. Quippe ceſſante eo quod alterabat, alteratio quæ in paſſo iam remanet, διάθεσις, hoc eſt affectio, eius eſt. Iam ergo non in ipſo fieri, vt πάθος, ſed in eo quod manet & in ſubiecto corpore poſt motum reſeruatur, διάθεσις conſtat. Hæc cum à veteribus ita diſtincta fuerint, nunc tamen per abuſum etiam ipſæ διαθέσεις quæ ex paſſione iã prouenere, nec amplius in motu ſunt, πάθη appellantur. Cum autem omnem, etiam qui naturaliter ſe habet, motum πάθος veteres dixerint, poſtea tamen quidam id nomen ad eos tantum motus cõtraxerunt qui præter naturam accidunt. Alij vero ne de ijs quidem omnibus dici voluerunt. Eas enim præter naturam affectiones quæ morbum præcedunt cauſæque rationem obtinent, cauſas tantum dicimus, non πάθη. Quæ vero illum ſequuntur, ſi actionum offenſæ ſunt, & συμπτώματα & πάθη vocamus vel inanitiones vel retentiones: ſi vero affectiones ſunt, hoc eſt, ſi in corporum affectu conſiſtant, veluti vitioſus color, ſupra paſſionis & ſymptomatis appellationem etiam διαθέσεις, hoc eſt, affectus ſiue affectiones, vocamus, ita nimirum vt ſunt. Itaque proprie πάθη & morbi & eorum ſymptomata à medicis appellantur, hoc eſt, omnis διάθεσις contraria naturali corporis noſtri conſtitutioni, non tantum vbi aliquid alicui parti præter naturam accidit, ſed vbi etiam deeſt quod ſecundum naturam influere conſueuit. Sed læſo exortu neruĩ iuxta ſpinalem medullam, ideoque vi ſentiendi ad digitos non amplius influente, digiti pati dicuntur: ſic etiam cibi potioniſque penuria paſſio eſt. Quod enim alicui ad naturalem eius gubernationem quouis modo deficit, id non immerito paſſio eius appellari poteſt.

» Sed & nomen τῆ πάθους, non in diutinis tantum
» affectibus, ſed etiam in acutis dicere conſueuit
» Hippocr. vt notat Gal. comment. in aphor. 28.
» lib. 3.

Παθήματα τ ψυχῆς. affectus animi. vide συμοειδὴς διάθεσις.

Παθογνωμονικὸν. Id dicitur quod proprie affectionis ſpeciem ſignificat. Proprie quidem de ſigno dicitur, improprie de ſymptomate, & quatenus tantum morbi naturam indicare poteſt. Nam & ſymptoma proprium aliquando ſignum eſt morbi cuiuſdam interioris atque occulti à quo prodijt. Quod autẽ eiuſmodi eſt vt morbi ſpeciem oſtendat, neceſſario morbum conſequi oportet, & omni ſolique eiuſmodi morbo ſemperque proprium eſſe. Nam quæ non neceſſario conſequuntur, quæq; nec omni nec ſoli nec ſemper inſunt, συμβεβηκότα, hoc eſt, aſſidentia, appellantur, eaque non morbi ſpeciem, ſed eius aut differentiam, aut morem, aut aliquando magnitudinem indicare ſolent. Siquidem παθογνωμονικὰ ſeparari non poſſunt, & affectionis, vt ita dicam, conſtituunt eſſentiam, ideoque vt inſeparabilia ſunt, ita pariter cum morbo inuadunt, pariterq; deſinunt: συμβεβηκότα vero ex ijs ſunt, quæ ſæpe tantum accidũt, & proinde alias cum morbo inuadunt, alias ſuperueniunt, alias neque omnino adſunt. Itaq, perpetua ſitis, calorque perpetuo adurens, ſigna ſunt ardentis febris pathognomonica, vt & perpetuum delirium cũ febre phrenitidis: atque lateris dolor punctorius, difficilis reſpiratio, tuſſis & acuta febris, pleuritidis. Veruntamen non eſt facile in quouis morbi genere vnum aliquod pathognomonicum ſignum reperire, quod ei omni, ſoli, ſemperque inſit: id quod tamen pathognomonici ſigni ratio poſtulat. ideoque in plæriſque morbis, ſigni vnius pathognomonici loco, ipſam συμβεβηκότων παθογνωμονικῶν à medicis & Galeno ita vocatam perſæpe obſeruamus: veluti in pleuritide, cuius commemorata ſigna ſi per ſe ſingula ſpectẽtur, propria pleuritidis non ſunt: compoſita vero ſimulque perpenſa, non aliam morbi ſpeciem quam pleuritidem indicare poſſunt.

Παιδίον. à quibuſdam dicitur ἡ ἄκανθα ſiue ὁ ἄκανθος, vt Dioſcorides & Plinius teſtantur. Pauſanias tamen ſcribit genus herbæ Sicyone, in vno tantum Veneris ſepto naſci, quod παιδίον vocẽt, folium fundens fagino minus, omnino quernis ſimile, altera parte candidum, altera ſubatrum velut albæ populi, eamque ibi tantum ſpectari. Genus etiam vnguenti παιδίον veteres nominarunt, quo mulieres nimium cutis candorem occulebãt, & vernaculum faciei colorem mentiebantur. Alexis poëta fœminas albore nimio decolores vti pæderote ſolitas in comœdia ſignificauit, quod & Ægyptiũ vnguentũ dicitur.

Fuit vero hoc vnguẽtum inde vocatum quod « eiuſmodi ementitus color pueros & amantes « delectaret, vel potius quod componeretur ex ea « herba quæ παιδίου vocatur. «

Παιδεία τ φυτῶν. educatio & quaſi eruditio plantarum, ſiue plantationum inſtitutio dicitur Theophr. 3. de cauſ. plant. c. 9. Ea vero quid, ibi quaſi » definit, ſcilicet χηματισμὸς καὶ μόρφωσις, figuratio & » formatio arborum quę continetur duobus contrarijs altitudine & humilitate. «

Παιδικὸν φάρμακον. cataplaſmatis nomen apud Gal. li. « 4. περὶ τόπων, quod & φαιὸν à quibuſdam inſcribitur, ad omnem oculorum fluxum & lippitudinem.

Παιδίον. puer, hoc nomine Græci vocant pueros « omnes vſque ad annum 14. «

Παιδίον. etiam ab Hipp. lib. de aere aq. & loc. voca- « tur ἡ ἐπιληψία, atque ſubaudiendum vult Galen. « lib. 6. Epid. πάθος; dicitur & hæc παιδικὸν πάθος, « quod ſit adeo pueris familiaris vt raro vltra illã « ætatem accidat, vt docet Hipp. lib. de morbo ſacro, à quo mutuatus eſt Ariſtoteles 10. ſect problem. 50. tum & 32. problem. 26. & 27. tantæ- « que familiaritatis exiſtit vt propter hanc cauſam « non niſi poſt 7. diem pueris olim nomina impo- « nerentur, quos eo morbo interire ante hunc « terminum tradit tanquam ſaluti puerorum tunc « maxime credamus. «

Παιδοτρίβης, ὁ τὴν παιδοτριβικὴν; Pædotriba: is « ſecundum Platonem à Gymnaſte, id eſt, exer- « citationum omnium magiſtro non differebat, « Galen. tamen in lib. ad Thraſybulum eos valde « diuerſos fuiſſe ſcribit, dum Gymnaſtã medico & « Imperatori, Pędotribã militi & coquo aſſimilat, « merumque Gymnaſtæ miniſtrum appellat, « nam ſicut miles nihil eorum quæ ad bellicam «

» scientiam pertinent,& coquus nihil eorum quæ
» ad medicinam, sed alter Imperatoris; alter me-
» dici duntaxat mandata exequitur; Sic pædotri-
» ba exercitationum omnium facultates ignora-
» bat,solumque Gymnastæ præcepta faciebat, vt
» pote qui & vsum & differentias & modum exer-
» citationum experientia quadam calleret, sed ob
» ignorantiam sæpenumero aberraret vt innuere
» voluit Gal.lib.de puero Epileptico, vbi ait diffi-
» cile fuisse prudentem pædotribam inuenire: hãc
» Gymnastæ & pædotribæ differentiam, Aristote-
» les quoque cognouisse videtur dum 8. polit.cõ-
» cludit, adolescentes Gymnasticæ atque pædo-
» tribicæ tradendos fore, quarum altera qualem
» quemdam facit corporis habitum, altera opera-
» tiones; erat itaque Gymnastes exercitationum
» præfectus, pædotriba vero minister, & panifici
» coquo & ædificatori proportione respondens.

Παιονία. herba est cui caulis altitudine sesquipedis adolescit,comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera. mas folia iuglandis habet,in fœmina Smyrnij more diuiduntur. summo caule siliquas emittit, veluti Græcas nuces, in quibus cum dehiscunt,multa granula rubra,acinis Punicorum similia inueniuntur, & in medio nigra, quinque aut sex purpurea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine,& palmi longitudine, gustu adstringens,alba:fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhærent, vt in hastula regia. Radici vis est acris & leuiter subamara, & siccans cum nonnulla adstrictione. menses prouocat,renes & iecur purgat instar amygdalæ pota cum vino:adalligata vero puero morbum comitialem abigit.

Παιονία. antidoti nomen apud veteres celebertimi ad distillationes, tusses, & omnes thoracis pulmonisque affectiones, cuius descriptio habetur apud Aetium libr.13.cap.102.

Est & catapotium Andreæ παιώνιον dictum, ad splenem comparatum,quod myrices fructu tuso cribratoque constat, galbano misto & in catapotia redacto,vt refert Gal.libr. 9. τῶ κατὰ τόπους.

» Sunt autem qui has voces per ω & fortean re-
» ctius scribant.

Παπάλη. ἀποδὸς τὸ λεπτότατον τῦ ἀλεύρου. pars farinæ tenuissima,flos ipse polentæ, pollen.

» A voce πάλη quæ idem significat: atque ab il-
» la hanc vocem per reduplicationem esse factam
» quidam volunt:insuper ab hac voce fœlici trãs-
» latione Demosthenes in oratione sua Æschinẽ
» παπάλημα vocauit,hominem acrimonia & sub-
» tilitate ingenij quotidie multa meditantem ma-
» la,quibus sibi vtilis alijs nocere t; hoc. & signifi-
» cato vsurpauit Aristoph. in nubibus.

Παπιανὸν κολλύριον. species κολλυρίου ὀφθάλμου. cuius descriptio habetur apud Aet. lib. 7.

Παλαιὸς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum dif-
» ferentiæ explicantur, & οἶνος παλαιούμενος apud
» Galen. pro eodem, & apud Athen. οἶνος πεπα-
» λαιωμένος.

Παλαιστὴ, siue παλαιστὴς genere masculino, mensura est apud Græcos qua rerum inter se alia dimetiũtur. Constat autem ex quatuor digitis,de qua sic Hesychius: παλαιστὴ, τὸ πεπάρων δακτύλων μέτρον. hoc est,palæste dicitur quatuor digitorum mensura. Sic dicitur, vt author est Iulius Pollux, ὅτι πάλας καλοῦσι τὰ ὀκτὼ, τοῦτ' ἔστι τὸ πλησίον ποιεῖ τοὺς δακτύλους. hoc est quoniam prope coniungit ossa, siue prope vnit ipsos digitos. Ab ea fit παλαιστὸς, quo Dioscorides vtitur de veratro albo: & διπάλαιστος, quo in herba phalaride: & τετράπαλαιστος & πεντεπάλαιστος. Dicitur autem ἡ παλαιστὴ alio nomine δοχμὴ vide suo loco.

Dicitur & δίωγη & δακτυλοδόχμη. «

Παλίσκιον πάθημα. apud Hippocr. de doloribus recrudescentibus aut quasi iterum excandescentibus vsurpatur: Ionicum autem est & valde poeticum vocabulum, à voce κότος, quæ doloris acerbitatem & amarulentiam significat, quæ ex iracundia & indignatione concipitur, inde factum παλισκοταίνειν recrudescere ᾗ οἷον φθόνῳ κακοηθύεσθαι vt scribit Galen.comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρ. tex. 28. in pristinam malignitatem redire & rebellare.

Παλίμβολος νόσος. dicitur morbus apud Hippocr. lib. 6. Epid. qui speciem quidem facit leuationis, sed intus malignus est, sicut homo παλίμβολος dolosus qui aliud loquitur aliud sentit, facileque sententiam mutat, vt notauit Gal. comment.6.in 6.Epidem.

Πάμμαυρα. sic à quibusdam dicitur, vt ait Dioscorides, πίσσα ξηρὰ, hoc est, pix arida, ad differẽtiam τῆς ὑγρᾶς liquida enim pix secundo decocta in spissam siccamque transit. Neque enim sicca pix aliud est quam cocta bis resina. Nam prima decoctione pix fit, secunda bis pix,hoc est,πάμμαυρα. Eius genera etiam duo sunt, viscosum & aridum:priori nomen βοσκᾷ, visci modo lento. vide πίσσα.

Παλινδρομεῖν. recurrere, reuerti. Verbum ab Hippocrate vsurpatum cum alijs in locis, tum sect. 2. Prognost. cum humores à quibus tumores præter naturam excitabantur, remeant in easdem sedes vnde prius venerant,vt eo loco Galenus interpretatur.

Atque sic proprie dicitur:Communiter vero « cum idem morbus qui ante fuit, repetit, quod « ὑποτρέφεσθαι est; idẽ insuper est quod ἀφανισθῆναι, « id est, διὰ ταχέως ᾗ οἷον ἐξαίφνης, protinus & quasi « derepente euanescere; idem quoque quod παύ- « εσθαι finitum esse, quouis modo id contigerit: « duobus autem modis tumor repente subsidit ac « detumescit,aut quia celeriter resoluitur,vt cum « resolutionis per halitum causæ omnes simul cõ- « currunt, humoris videlicet tenuitas, partis rari- « tas, circumfusi aeris calor,admoti medicamen- « ti potentia, & caloris natiui robur, aut quia tu- « mor humorem efficiens ad interiores partes re- « fluit,atque illud facile ex eo noscitur quod sym- « ptomata omnia prorsus discutiantur, nec vlla « alia in toto corpore superueniant,hoc vero,quia « licet pauliſper alleuari æger videatur, mox ta- « men acerbioris affectus notæ sese proferunt, « quem humores recessu suo in partibus princi- « pibus concitant.. Præterea interdum refluunt « humores propter copiam, neque tamen subito « tumor abpletur:Signa itaq; τῆ παλινδρομίας sunt, « hæc subita tumoris vel doloris occultatio,febris « vel aucta vel eadem manens,humor nec concoc- « tus neque excluſus,& acerbiorum symptoma- « tum successio: Causæ vero in vniuersum,exter- « næ quidem medicamentorum astringẽtium ad- « motio, & refrigerantis aeris occursus, vt si aeri « exponatur qui exanthematis scatet: internus ve- « ro extremus partis affectæ conatus ob acrem ir- « ritationem,pars princeps condolens, ad quã na- « tura conuertit sanguinis impetum,prauis refert- « tũ humoribus,dũ subuenire conatur,& humoris «

» ferociſſimi copia,aut deleteria qualitas, quæ lo-
» co contineri non poſſunt; haud ſecus atque in
» ſanis humores ſe ad intimas corporis partes cō-
» uertūt propter frigus,aut rigorem, aut aliquam
» animi perturbationem, vt timorem, magnam
» triſtitiam aut pudoris initium; ex prædictis in-
» telligitur omnem affectum aliter detumeſcere
» quam reſolutione, prauum eſſe niſi κατὰ μετάβασιν
» humores vacuētur & per diarrhœam aut vrinas.

Πάλιν δρομῶν σφυγμός. recurrens pulſus. Eſt pulſus inæqualis in vna pulſatione & vna parte arteriæ, tactum ſecundo feriens poſt abſolutam diaſtolē,antequā ſyſtole abſoluta ſit. Hic δίκροτος proprio nomine appellatur,de quo vide ſuo loco.

Πάλιν δρομοῦντα νεῦρα. recurrentes nerui mirifico naturæ opere de quibus Gal. cum alibi, tum 4. de
» loc. aff.

Παλινδρυπεῖς. quaſi rurſum ſubſidentia, de humori-
» bus dicitur qui rurſum ſubſidunt,& in ſeſe velut
» redeunt:opponitur vox hæc μετεωρισμῷ.

Παλίντροπα. τὰ ἀπὸ τῆς ἡλίου ἀπογραμμένα, hoc eſt à ſole auerſa,vt explicat Gal.ἐν τοῖς γλώσσαις.

Παλίουρος. paliurus. frutex eſt aculeatus,durus, cuius ſemen pingue & fuliginoſum inuenitur. Non obſcuram habet adſtringendi facultatem,vt folia eius & radix ventrem fluentem cohibeant. digerit, fructus etiam incidit vehementer, vt & calculos veſicæ comminuat, & pectoris excreationibus medeatur.

Παλίῤῥοια. dicitur Aretæo retrogradus humorum
» curſus, vt in cholera morbo dum bilioſa euo-
» muntur.

Παλματίας, ἢ παλμαπαιὸς οἶνος. vide οἶνος.

Πάλμος. palpitatio. eſt diaſtole præter naturam in aliqua parte facta. fit in omnibus corporis partibus quæ diſtendi dilatarique poſſunt, hoc eſt, naturaliter mollibus,vt & extendi & rurſus in ſe ſidere poſſint, vt cute & ſubiectis muſculis,ſed præſertim ventriculo, veſica, vtero, inteſtinis, iecinore,liene,& ſepto tranſuerſo: adhæc in arterijs etiam & corde, in quibus palpitatio diuerſus multum à pulſu motus eſſe manifeſto apparet. Palpitatio namque nō in ijs modo partibus,ſed alijs etiam omnibus quibus incidere poteſt, ſolius morbi opus eſt,neque ad eius generationem quicquam natura confert: ſed neque paſſio eſt voluntariæ virtutis propria, aut inſtrumētorum ad eam ſpectantium, ſed ceu modo dictum eſt, omnibus corporibus quæ dilatari poſſunt, incidit,eas exaltans inflansque ad eum modum quo arteriæ dilatantur. Incidit autem etiam vna cum palpitatione partis quodammodo huc atque illuc concuſſio, eodem quidem modo quo etiam in tremore, ſed maioribus interuallis. Palpitans namque muſculus ſi magnus eſt,dum dilatatur, totum membrum ſæpenumero ſecum attollit: dum vero cōtrahitur,deorſum ferri, ceu rei cuidam inanimatæ permittit, ita vt totus motus præter naturam ſit,non autem, ſicut in tremore, miſtus quodammodo & compoſitus. Eius cauſa eſt ſubſtantia quædam craſſarum partium halituoſa, & pro ratione loci, in quo conſiſtit, copioſa: talis namq; dilatat atque attollit partem, quoad truſa & compulſa ad ſui generis perſpiret ſubſtantiam. Cæterum refrigeratis partibus palpitatio vt plurimum incidit: frigore enim quod concoctum erat, redditur halituoſius & craſſiorum partium,nec facile ſicut prius perſpirans.

Ob idque ſcribit Galen. 1. prorrhet. 39. palpitationem fieri ob flatuoſum ſpiritum, eo ſcilicet propter frigus congeſto. Sub toto autem illo genere ſunt,pulſatio, oſcitatio, pandiculatio, tremor, ſaltus, palpitatio, horror, ſuccuſſio, excuſſio,titillatio,motu namque comprehenduntur eo cuius author ſit flatus aut humor, vt etiā quis non inepte pruritum addat ſi rem propius contempletur. Cæterum quod ad nominis rationem ſpectat, etiam quandoque παλμὸς pro pulſu accipitur apud Hippoc.in prognoſt.& pro vehementi ſpinam perreptantis arteriæ motione, vt notat Gal.comm.3.in prorrhet.part.52.& comm.1.in prognoſt. part.28. Παλμὸν ſubſilitionem aliquando interpretatur Scalliger, Barbari noſtri rectigationē, ſic enim vulgus Italicum & Gallicum vocat titillationem paulo corruptiuſculo nomine. Similis autem huic palpitationi motus in piſcibus videtur, aut moribundis, aut vibratione reſilitioneue molientibus euaſionem,eum Græci motum dicunt ἀσπαίρειν, philoſophus etiam ἀσπαίζειν.

Παμπάθης. nomen emplaſtri compoſiti ex cinnabari,ad tophos alioſque tumores ſcirrhoſos. Dicitur hoc modo quaſi ad omnes eiuſmodi affectus cōueniat. Eius deſcriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17. Item apud Aetium lib. 15. à quo etiam dicitur πυῤῥωτικὸν appellari.

Πάμπαν. παντελῶς, omnino,prorſus, in totum, vt interpretatur Galenus tum initio comment.in lib. Hippocr. de nat. humana, tum commentario in aphor.19.lib. 2. quo ſcribitur, Acutorum morborum prædictiones ἐκ πάμπαν ἀσφαλίες, hoc eſt, non omnino certæ ſunt.

Παμπλάθης. legitur male apud Hermolaum Barbarum pro παμπάθης. de quo ſupra.

Πάμπυον. dicitur vel quod totum purulentum eſt vt Holler. interpretatur, vel quaſi παμποίκιλον, varium, multiplex,à materia quam heterogeneam dicunt,neque quod in pleuriticis ab initio appareat πῦον eſt,id eſt,pus proprie dictum,ſed vel πῦον corruptum, vel πύος quaſi quod primum poſt inceptam fluxionem,è phlegmone coit, denſaturque vt primum lac poſt partū in animalibus.

Παμφίλιον. nomen emplaſtri albi, cuius deſcriptio habetur apud Gal.lib.1. τῶν κατὰ τόπους, cap. 7. Item lib. 2. cap. 14. inter epulotica emplaſtra Aſclepiadis.

Πανάκεια. ſic à quibuſdam leuiſticum,à quibuſdam etiam centaurium maius dictum fuit, quoniam ſuccurrat omnibus vitijs, plurimiſque polleat remedijs.

Πανάκεια. nomen medicamenti non vnius quidem, ſed multiplicis. Sic enim antidotus quædam dicta fuit ad Aphrodam relata,cuius deſcriptio habetur apud Galenum lib. 2. de antidotis, atque item alia ad Muſam multum à ſuperiore diuerſa,quæ habetur lib.7. τῶν κατὰ τόπους. Eſt & nomen emplaſtri gemini,quorum vnū ſub nomine Andromachi deſcribitur à Galeno inter epulotica libro 2. τῶν κατὰ τόπους: alterum vero Heræ eſt, inter polychreſta numeratum, atque deſcriptum libro 5. τῶν κατὰ τόπους, quod aliter ὑγείας vocatum ſcribit. Sed ſcribitur interdum πανακία.

Eſt etiam Panacea nomen arteriaci medicamenti quod Mithridatis dicitur libr. 7. τῶν κατὰ τόπους.

Πανάκης. herba eſt trium generum. ἡρακλειον dicitur

ex quo opopanax colligi solet. Folijs est asperis, in terra iacentibus, herbacei coloris, multum ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinquepartito diuisis. caule vt ferulæ altissimo, qui lanugine quadam incanescit, folijs etiam minutioribus obsitus. muscarij, ceu anethi, in cacumine, flore luteo & semine odorato feruenteque. Radices habet multas ab origine vna, candidas, graueolentes, crassi corticis & subamari gustus. Excalfacit mollit, extenuat. Secunda species, παύαξις ἕτερον dicitur. caulem à solo emittit tenuem, cubitalem, geniculatum, circa quem folia funduntur fœniculo similia, maiora tamen & hirsutiora, odorata. in cacumine vmbella, vbi flores emicant aurei, acris gustus, & odorati. radix parua & tenuis. Sunt qui ipsum cunilam & syluestre origanum vocant. Tertia est παύαξις. χειρώνιον. folium eius amaraco simile, flos aureus, radix parua, quæ non alte demittitur, gustu acris.

Παύαξις & παυάκεια dicitur à nonnullis τὸ λιγυστικὸν, de quo supra.

Παύανδρι ὕπνοι. somni dicuntur in Coac. sermonem
» aut vocem omnino intercipientes, hoc est tran-
» quilli & minime turbulenti.

Παυλήνιος. nomen emplastri nigri quod ab Aetio inter cephalica numeratur, & describitur lib. 15.

Παύδημος νόσος. communis morbus. dicitur certus morbus & singularis qui alicubi vagatur, & multos æque simul corripit. Hic autem vt omnibus communis est, sic etiam causam habet communem, vt aerem vitiosum quem omnes pariter inspirant, vel aquæ potum vel cibum etiam aliquando à cœli intemperie aut alia occasione vitiatum, aut famem, aut grauem tetramque exhalationem, aut loci naturam, aut simile quid, quod vitari nullo modo potest. Dicitur & κοινὴ & πάσκοινος. Diuiditur ex aduerso cum dispersis morbis quos σποράδας vocant. Habetque duas differentias. nam alius ἐνδήμιος, alius ἐπιδήμιος est. vide ἐπιδήμιος.

Παυίκλας, siue παυικέλας. appellabant antiqui vt ilio-
» tauit Nonius Marcellus, tumores sub faucibus
» auribus & inguinibus: Reperitur & hæc vox
» apud Trallian. l. 4.

Παυπόλιον. nomen trochisci qui carnem supercrescentem reprimit citra rosionem. Eo Paulus vtitur l. 4. c. 43. Describitur ab eodem lib. 7. c. 12.

Παύχιον. legitur quibusdam locis apud Galenum pro emplastri aliquo genere, sed puto legendum πάχυχιον, de quo postea.

Πάππος. lanugo dicitur carduorum, seu flos qui la-
» nuginosus est qualis cernitur in vtraque son-
» cho, in carduis multisque alijs; item lanugo hel-
» xines herbæ apud Aratum & Nicandrum: inde
» deducta quæ παππαπόρεμματα dicuntur, lanugino-
» sa scilicet semina, vel quæ pappo lanugine se-
» men habent obductum, quæ & παππώδη ἀπόρεμα-
» τα nuncupantur. Dicitur & πάππος de lanugine
» barbæ quæ labro inferiori adnascitur, vt μύσαξ de
» ea quæ superiori, testibus Polluc. Hesych. Suida
» & Eustathio. Sic & Ruffus πάππους interpreta-
» tur qui in summo mento enascuntur.

Πάπυρος. papyrus, qua chartæ fiunt. præcipuæ in medicina vtilitatis ad laxandas fistulas. habet nescio quid alimenti radix. ideoque Ægyptij eam mandunt, succum tantum deuorantes, & mansam expuunt, vt scribit Dioscorides.

Παραβλώψ. strabus qui limis aspicit, hinc apud Lucianum παραβλῶπες ὀφθαλμοί.

Παραγωγαὶ. ossium adductiones dicuntur.

Παραδοξον. referente Cælio Aurel. l. 2. τ χρον. cap. 1. Erasistratus paralyseos genus vocauit quo repente sistuntur ambulantes vt ambulare non possint.

Παραπυκνὸς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Παρακέντησις. compunctio. Est incisionis ratio qua hydropicis aqua eximitur. Paulus non omnibus aquæ intercutis generibus, sed asciti tãtum conuenire scripsit: eiusque tres in vniuersum differentias statuit, vnam sectione facta directe sub vmbilico, tribus digitis interpositis, si sitis ab intestinis orta fuerit: aliam eadem facta à sinisteriore vmbilici parte, si primario iecoris affectui malum feratur acceptum: tertiam autem à dextra eiusdem parte, si à liene vitium traxerit originem, Scalpello eiusmodi sectio fieri debet, aut aculeo intra peritonæum adacto, deinde in foramen immissa ænea fistula, per eam humor sensim effundendus pro cuiusque virium ratione, cauendo vbique subitam cumulatamque vacuationem.

Παρακεντήσεως in hydrope vtilitates leges apud Cęl. Aurel. l. 5. τ χρονίων c. 8. vbi eorum sententiã impugnat, qui hanc seu minime salutarem reijciebant: Cæterum fit παρακέντησις quoque in suffusionum oculi curatione vt innuit Plin. l. 25. c. 13. de anagallide loquens, succus anagallidis (inquit) pupillam dilatat, & ideo eo inunguntur ante oculi, in quibus παρακέντησις fit, hoc & idem Cæl. Aurel. l. 1. τ χρον. c. 5.

Παρακερκίδες. apud Pollucem libr. 2. dicuntur parua quædam ossicula, vtrimque iuxta tibiæ os maius quod radius dicitur; ab ipso etiam πήχεως appellantur & à nonnullis inquit σύριγγες, sed forte legendum σύριγγες, id est fistulæ.

Παρακμαστικὴ ἡλικία. ætas iam vergens & inclinata. ætas declinans. Media est inter iuuentutem & senectutem. Incipit secundum Galenum à tricesimo quinto anno, duratque ad annum quadragesimum nonum, quo scilicet senectus incipit, vide ἡλικία.

Παρακμαστικὸς πυρετὸς. febris decrescens. Species vna est febris continentis quam συνόχον vocant, quæ à primo die ad postremum vsque semper de sua magnitudine remittit aliquid donec prorsus desinat. Ei opposita est febris ἐπακμαστικὴ, hoc est increscens, dicta. exemplum eius habetur apud Galen. lib. 9. meth. meden.

Παρακμὴ. declinatio. Est tempus quo morbus mitescere & cessare incipit. Postremum est quatuor temporum quæ in morbis salubribus considerantur, in quod necessario à vigore transit omnis qui soluitur. Vt autem ipsa tempora vniuersalia & particularia dicũtur, sic & declinatio vel totius morbi est, vel singularũ morbi accessionum. Totius quidem morbi declinatio simplex est, transacto vigore incipiens vsq; ad perfectam morbi solutionem. Interim autem omnia symptomata mitescunt, donec totus morbus aboleatur, & perfecte solutus sit. De eo intellexit Hippocrates in Aph. scribens circa fines omnia imbecilliora esse: πλοῦς enim πλοῦ παρακμὴν appellauit. Quia autem symptomata singulorum morborum multum inter se diuersa sunt, idcirco declinationis cuiusque morbi non possunt communia signa describi, sed sua habẽt singuli. In febribus cum humores concocti excerni

cœperint & ſymptomata imminui, declinationis ſignum eſt: in phlegmonis, quando pus effluit aut ſanguine digeſto reſolutoque tumor ſubſidere incipit: atque ita in reliquis morborum generibus. Particularis vero declinatio ſingularum totius morbi acceſſionum eſſe intelligitur, quæ non aliter quam totus ipſe morbus eadem tempora habet. Definitur autem eſſe omne id tempus quod eſt à febris vigore vſque ad ſequẽtis acceſſionis principium. Hæc enim ſimiliter poſt acceſſionis vigorem incipit, atque in ea acceſſionis ſymptomata malaque omnia remittũtur. Quanquam autem multorum morborum communis ſit, vt epilepſiæ, hemicraniæ, tuſſis, diſtillationis & omnis fere doloris, proprie tamen ad febres pertinet, quod in ijs acceſſiones ipſæ atque earum tempora multo manifeſtius diſtincta ſint. In his declinatio contrarios habet acceſſionis principio motus. Fit enim principiũ calore omni ex toto corpore ad cor & thoracem concurrente: declinatio vero perſpirante caliditate atque medium corporis relinquente. Inde mador ſudorque, quibus omnes fere acceſſiones ſoluuntur. Cæterum in quibus morbis nõ prius ſoluitur acceſſio quam ſuccedat altera, declinationis tempus ſimplex eſt & vniuſmodi. In quibus vero διάλειμμα eſt, declinationis geminum tempus ſtatuitur. Tunc enim & declinationem & διάλειμμα continet, quam in febribus proprie ἀπυρεξίαν appellant. Id namque tempus vniuerſum vſque ad alteram acceſſionem declinationis nomine cenſetur.

Παρακμὴ etiam ſignificat ſenilem ætatem quando » iam robur conſeneſcit authore Budæo.

Παρακόμιον. os eſt tibiæ quod exterius ſitum eſt & » minus: quod vero interius & maius φευκόμιον vt » docet Pollux: παρακόμιον focile minus vocant » anatomici & diſtinctionis gratia fibulam.

Παρακοὴ, ἡ

Παράκουσις. obauditio. eſt deprauatio auditus talis, qualis in viſu παρόψασις. Dici poteſt & παρήκουσμα

Παρακολλητικὸν. emplaſtrum à glutinando ſic vocatum. deſcribitur à Celſo l. 5. c. 19.

Παρακόπτει. delirare. dementem eſſe. verbum eſt apud medicos ambiguum. Nam Galenus initio comment. 3. in lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν ſcribit Hippocratem eo verbo vti ſolitum, cum vult indicare τὴν παραφρόσυνης magnitudinem, quemadmodum & verbis ἐκτῆναι, μανῆναι & ἐκμανῆναι. Idem autem lib. 3. de loc. affect. ſcribit eos qui in febribus delirant, ab omnibus non ſolum medicis ſed etiam idiotis vocari παραφρονοῦντας, παραπαίοντας καὶ παρακόπτοντας, non autem φρενιτικὸς, quaſi leuius quid τὸν παρακοπῆς nomine quam τὸν φρενίτιδος deſignetur.

» Idem etiam ſcripſit part. 1. prioris prorrhetici.

Παρακωδάζω. vide κωδάζω.

Παραλήρησις. pro leui mentis commotione ponitur » apud Hipp. & Galen. veteres enim, inquit Erotianus, quoties docere volebant aliquod ſym» ptoma vel ſignificare vel inducere leuem men» tis alienationem, vel & quando ſimplex deli» rium intelligebant, vocibus παραληρητικὸ καὶ πα» ραληρητικὸν vtebantur. παραλήρησις autem ſiue ἐπ' » ὀλίγον παραφροσύνη, aliæ μετὰ γέλωτος, cum riſu » ſunt, minus periculoſæ, quales ſæpe in Epide» mijs riſus cantus; aliæ μετὰ σπουδῆς ſerio fiunt, » quia videlicet abſurda quædam loquuntur ſed quaſi prudentes: aliæ quædam ſunt θυμώδεις feroces, in quibus ægri latrant, vociferantur, calcitrant, excandeſcunt, mordent, hinc Horat. venuſte libr. Satyr. 3. phreniticos vocat pugiles.

Παραλαμψις. cicatrix in nigro oculi reſplendens, eo quod aliquanto craſſior ſit ægide, vt ſcribit Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Παραλήγειν. παρὰ τὰ κατὰ φύσιν λέγειν. hoc eſt, aliena dicere & delirare: apud Hippocratem ſect. 2. libr. 1. τῶν ἐπιδημιῶν vt eo loco Galenus explicauit.

Παραληρῆσαι. delirare. Dicitur apud Hippocr. περὶ μικρᾶς παραφροσύνης, hoc eſt de paruo delirio: & παράληρος, qui parum delirat: vt annotat Gal. multis locis. vide λῆρος.

Et παραφροσύνη, vti vocabula omnia quibus « medici in deſignandis ſymptomatis facultatis « imaginatricis & ratiocinatricis vtuntur, aperte « explicantur. «

Παραλιπὶς. nomen emplaſtri nigri quod ab Aetio « inter Cephalica numeratur, & deſcribitur « lib. 15. «

Παράλιος πθύμαλος. Paralius tithymalus, ſic dictus « quoniam φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις quoniam « prouenit in locis mari vicinis teſte Dioſcor. lib. « 4. c. 165. alio nomine πθυμαλὶς dicitur, & μόκων « teſte eodem nec non Plinio; meminit & Theo« phr. hiſtor. plant. libr. 9. cap. 2. Rurſum Hip« pocr. braſſiculam quamdam παράλιον appel« lat quaſi marinam dicas vt ſcribit Galen. ἐν « γλώσσῃ. «

Παραλόγως. apud Hippocr. Galen. interpretatur « κρίσιμος ἀσίμως, ita vt παραλόγως ſolui aut leuior « fieri morbus dicatur, cum nullo auxilio vel artis « vel naturæ id factum eſt, vt exempli gratia ſi in « acuta febre ſitis ſedata fuerit, nulla euacuatio« ne ſiue artificioſa ſiue naturali precedente, nul« lo refrigerante & humectante, nec exterius nec « interius adhibito, manente adhuc lingua ſicca « vriniſque crudis, interdum etiam ſignificat abſ« que cauſa manifeſta vt aphor. 18. l. 2. Coacar. & « in prorrhet. «

Παράλιον. ſpeciem tithymalli vocat. Hipp. & Dioſcor. Rurſum Hippoc. quandam braſſiculam παράλιον appellat, quaſi marinam dicas: vt ſcribit Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Παράλυσις. neruorum reſolutio. Eſt priuatio motus & tactus in toto corpore aut parte. Talis quidem exquiſitiſſima paralyſis eſt, in qua nerui ſenſum & motum amiſerunt. Imperfecta vero eſt in qua motus perit, ſeruato tamen ſenſu: multoque etiam imperfectior, minimeque digna paralyſeos nomine, in qua motu incolumi ſenſus aboletur. Eſt enim paralyſis motus potius quam tactus affectio. Ergo in exquiſita paralyſi cum vtrumque pereat, perſpicuum eſt quo ea differat à ſtupore. In eo namque motus ſenſuſque neruorum debilis eſt: in paralyſi autem penitus ſublatum abolitumque eſſe oportet: id quod dupliciter poteſt contingere: nam aut in toto corpore, aut in parte fit. Sed in toto quidem corpore omnibuſque neruis ſi motus & ſenſus abſentur, acutiſſima paralyſis eſt, & mortem citiſſime adfert propter ſublatum reſpirationis vſum, eo tantum à vehementi apoplexia differens, quod in paralyſi ſenſus & motus tantum pereant, in apoplexia vero præterea accedat principum facultatum veluti

resolutio. In parte vero quæ accidit, multiplices habet differentias. Omnis tamen eiusmodi consistit in spinali medulla: verum alia in eius initio, alia in subiectis vertebris. Si initium spinalis medullæ occupat, solæ capitis partes & sentire & moueri possunt, estque ea acutissima paralysis, nec minus lethalis quam quæ in cerebro est: neque enim diutius viuunt quam qui strangulantur, quod respiratione priuentur. In reliquis lõgius vita trahi potest. Sunt autem earum aliquæ proprijs etiam donatæ nominibus, pro actionis, quæ inde perit, dignitate: vt ἀφωνία, hoc est vocis priuatio, quæ non est aliud quam abolitus sensus, & motus neruorum qui sunt ad quartam spinalis medullæ vertebram, qui vocales appellantur: ἄπνοια, quæ non est aliud quam respiratoriorum neruorum paralysis. Aliæ vero simpliciter & generis nomine paralyses nominantur: vt manus paralysis, quæ absoluta quidem est, si in quinta vertebra affectio subsistat: imperfecta vero, si in subiectis. E sexta enim vertebra non omnino sensu sed motu priuantur, primæq, brachij partes illæsæ seruantur, multoque magis, si septima vertebra affecta sit: quemadmodum si octaua, perquam exiguam noxam manus sentiunt, sed maximam thorax & partes reliquæ inferiores. Quanto enim vertebra affecta fuerit inferior, tanto pauciores partes sensu & motu priuantur, hæ scilicet solæ quæ neruos à spinali medulla affectæ ipsius parti succedente accipiũt. Ad cuius rei cognitionem exquisite tenenda est ex anatome omnis neruorum distributio. Sic namque intelliges ad quos neruos colli vesicæ & sedis paralysis, hoc est inuita vrinæ & stercoris deiectio, pertinet. Cæterum paralyseos causa continens quidem vna est, nerui scilicet affectus impediens quo minus aliquid animalis facultatis in eum à cerebro influat: antecedens vero multiplex: vt, nerui refrigeratio & constrictio ab intemperie & medicamentis frigidis, vel nerui durities & crassities immodica ob nutrimentum multum, crassum, lentum, aut frigus violentum & constringens, aut vitæ ignauiam, aut solitæ excretionis suppressionem: item nerui compressio ab aliquo corpore duro foris appresso, item eiusdem obstructio à frigido crassoque humore: siquidem per neruos ita constrictos, crassos, pressos, obstructos facultas animalis penetrare nequit, vt solis radij per aerem tenebrosum, caliginosum, fumidumque, aut per aquam cœnosam & valde turbidam splendorem suum transmittere nequeunt. Dicta est παράλυσις à symptomate. Dicitur & πάρεσις à medicis.

" Ad supradictas παραλύσεως causas, adde hu-
" miditatem nimiam nerui, quæ etsi non impleat,
" resoluit tamen ipsam nerui substantiam, vt in
" cytharæ chordis nimio humore imbutis cerne-
" re est. Tunc enim perit motus, tum quia spiri-
" tus per neruos ita resolutos pertransire non
" possunt, tum quia nerui molliores redditi sunt
" quam vt motui inseruiant ad quem non parua
" constractione & siccitate opus est.

Παράλυσις. sic dictum est à quibusdam τὸ ἀνλείσιον, vt habetur apud Dioscor.

Παραμέσιος δάκτυλος. digitus minimo proximus, medicus à Latinis dictus, quod medicinæ dicatus tradatur.

Appellatur & annularis Ruffo Ephesio.

Παραμήρια. sic dicuntur internæ femoris partes.

Παράνοια. delirium, dementia Hippocrat. in prognost.

Παραπήχιον. sic à quibusdam dicitur brachij pars quam proprio nomine κερκίδα appellant. Dicitur & ὠλεκράνιον.

Παραπληγία ἢ

Παραπλησία. videtur his duobus nominibus idem significari. Vtrumque enim vsurpat Hippocrates pro paralysi quæ apoplexiæ vel epilepsiæ succedit, humore in aliquam ex non præcipuis partem depulso. Is enim cum ibi impactus fuerit, sensum motumq; subiectis partibus aufert, quæ inde eum accipiunt. Ac παραπληγίαν quidem nominat lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, vt comment. 2. Galenus explicat: παραπλησίαν autem in libr. περὶ διαίτης ὀξέων, vt comment. 4. Galenus annotauit. Idem tamen comment. 3. in lib. 1. prorrhet. videtur hæc duo nomina distinguere, scribens παραπληγίαν talem affectionem vnius partis corporis dici, qualis est παραπλησία totius, adeo vt videatur hæc vniuersalis, illa vero particularis esse paralysis, quam peculiari nomine ἡμιπληξίαν appellant. Cæterum vtraque succedit apoplexiæ, & aliquando epilepsiæ, comm. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Aretæus 1. de diuturn. c. 7. παραπληγίαν simpliciter definit, tactusque motusque remissionẽ, sed in membro vno puta manu crureue; Et Hippoc. aphor. 1. sect. 7. l. 6. Epid. τὰ παραπληγικὰ dicuntur leues partium & membrorum syderationes, & in prorrhet. παραπληγικοὶ dicuntur leuiter syderati ac resoluti.

Παραπληκτικὸς τρόπος. hæc sæpe vox apud Hippocratem reperitur, vt in prorrhet. & in ægro 11. l. 1. Epid. & significat inchoatam partis resolutionem, non firmiter fixam, nec absolutam quæ coniunctam habere solet τὴν ἀναισθησίαν, καὶ ἀκινησίαν, motusque priuationem.

Παράρθρημα. parua luxatio, per quam scilicet articulus paululum à suo loco naturali excessit: in quo differt ἀπὸ τοῦ ἐξαρθρήματος, quod magna perfectaque luxatio est. contingit vt plurimum vel ex mutuo partium inter se affrictu, vel ex equitatione, vel etiam ictu aut calceatu. quidam intertriginem Latine appellant. Dicitur & alio nomine διακίνημα, vide ὀλισθάνειν.

Et ἐξάρθρημα: παραρθρήματα exarticulata Cornar. exponit, aliudque nihil esse ait, quam λυγώματα non tamen perfecta, παραρθρήματα enim à veris luxationibus quæ ἐξαρθρήματα sunt distinguit, quod hæc sint ἐκπτώσεις, illæ magis παραχυνόσεις hoc est: emotiones.

Παρράμματα. dicuntur, inquit Galenus, segmenta quæ indumentis detrahuntur & resecantur ab ijs qui ea consuunt. mollia sunt & luxationibus ob id conueniunt: fimbrias quidam Latine interpretantur.

Παράρρυθμος σφυγμός. est pulsus arrhythmus, vicinæ ætatis, naturæ, partis anni, loci & reliquorum omnium proprium rhythmum seruans. Qui enim cum rhythmum seruat, is εὔρυθμος dicitur: qui vero non seruat, ἄρρυθμος. Itaque παράρρυθμος species est τοῦ ἀρρύθμου, nec tamen multum ab eurhythmia recedit, sicut ἐπιρρύθμιος, multoque magis εὔρυθμος. vide supra ἀρρυθμία.

Παρἀρθρωσις ὀστέων. dearticulatio ossis, est euariatio, » vel à naturali loco ad eum qui præter naturam » est delatio, authore Galen. in definit. medicis.

Παρασκεπάστρα. vinculi simplicis genus quo vniuersum caput obuoluitur, describitur à Galeno in lib. de fascijs.

Παραστάτης. dicitur ἀπὸ τοῦ παρεστάναι, quod significat adstare. Id enim quadrat vtrique corpori quod veteres παραστάτην appellarunt. duo enim eodem nomine appellãtur, vnũ παραστάτης κρυπτὸς, alterũ παραστάτης ἀλλοτριώδης. Dicitur aut παραστάτης κρυπτὸς, hoc est varicosus, corpus id quod vtrique testi antestat in modum pyramidis efformatum, incipiens paulo supra testem, qua venæ & arteriæ spermaticæ coeunt & commiscentur, deinde post multos gyros & circumuolutiones varicum in modum paulum latescens, & in superiorem testis partem insertum. Itaq; vasis spermaticis coalescentibus gignitur primumque seminis materiam, seu semen rude & imperfectum excipit, quod postea testiculus absoluit. Ergo vt facultate cum testiculo conspirat, sic quadamtenus etiam figura cõuenit: habet enim parui cuiusdam testis effigiem. Paulus Ægineta lib. 6. cap. 61. nescio cuius authoritate frætus, definit hos παραστάτας esse propagines membranæ spinalis medullæ cum venis arteriosis ad testiculos pertinentes per quas semen in naturalia » permeat, eademque alio nomine κριμασῆρες di» ci, quod quam falsum sit, nemo non videt. Ga» lenus ἐν τοῖς γλώσσαις annotauit παραστάτας ab Hip» pocrate ἐν τῷ περὶ φλεβῶν vocari τὰς ἐπιδυμίδας. » Verum παραστάτης ἀδενώδης, id est glandulosus, dicitur corpus seu glandula meatui vrinario su» praposita, vasorum semen deferentium insertionem excipiens. In eam enim deferentia se» men vasa postquam coiere, inseruntur ad securitatem. Est autem ad humillimam vesicæ partem sita, media quodammodo inter vesicæ corpus & eius ceruicem. verum hanc aliqui non παραστάτιν, sed παραστάτιν appellant, quo vitent ambiguitatem.

Sunt etiam qui παραστάτιν vocent os ὑοειδές, quod situm est ad radicem linguæ.

» Scilicet herophilus apud Pollu. qui παραστά» τιν appellabat, quod tonsillas adsit; sunt etiam » qui alterum cruris os in iumentis παραστάτιν vo» cent vt Vegetius quod παρεμήριον à Polluce vo» catur.

Παραπλάγξ. vide κωφάγξ.

Παραφροσύνη, apud Hippocratem significat errorem non quemlibet, sed eum qui vero proximus est, & ea de causa probabilis, vt annotat Galenus comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀέρων.

Παραφρὰξ, pars colli iugulo proxima ad claues sita, inter collum & pectus.

Παράπλωσις, pilorum euiratio apud Plin. dicitur vi» de infra in voce πλωσις.

Παρὰ τὰ ὦτα. interdum simpliciter Hippocrati dicuntur tumores ad aures sublati & abcessus.

Παρατριμμάτα, hæc voce attrita significantur à Plin. » quidam intertrigines Latine appellant, aut ex » mutuo parium inter se affrictu, aut ex equita» tione, aut etiam cinctu aut calceatu.

Παρατᾶσθαι, aberrante manu contingere, & manu falli, vt & ἐπιτᾶσθαι, iniecta manu attingere. Hinc etiam occultos muliebris pudendi locos παρατάσιας vocant, vt scribit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις. Deducitur ἀπὸ τῆς ἁφῆς.

Παραφάσιν. παραφέρειν. hoc est, desipere. Non dicitur ἀπὸ τῆς ἁφῆς, vt παρατᾶσθαι, de quo ante dictum est, sed perinde dicitur atque ἀλλοφάσιν, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Παραφέρειν. vide παραφροσύνη.

Παράφλωσις. vitium est τῇ φλωσὶ contrarium cum videlicet ea quæ naturales meatus concludunt; ita diducta sunt, vt reduci nequeant. Proprie tamen dicitur de præputio ita retrorsum adducto, vt glandem tegere nequeat. Quod malum ex nerui contractione maxime contingit: fit & ex immodica præputij siccitate. Ei contrarium vitium φίμωσις & φίμωτις appellatur, de quibus vide suo loco.

Παραφροσύνη. μικρὰ παραφροσύνη: hoc est paruum delirium. Siquidem Hippocrates τὸ παρενηλλῆσθαι vsurpat in ijs qui modice delirant, vt & παραλλῆναι. Inde παραφρονεῖν dicti sunt ab Hippocrate οἱ παραφθεγγόμενοι καὶ παραφωνοῦντες: vt Galenus explicauit comm. 2. in Prorrhet.

Παράφορος ὑπωδία. dicitur aluminis liquidi species » sed impuri & pallidi, vide ὑπωδία.

Παραφροσύνη. delirium. desipientia. mentis abalienatio. Duobus modis dicitur: vno generaliter, altero particularius. Generaliter quidem dicitur, motus deprauatus & errans facultatis imaginatricis aut ratiocinatricis, in eo differens ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως καὶ μανίας, quarum illa ratiocinatricis virtutis veluti παράλυσις καὶ ἀπόλεια sit, hæc vero velut deficiens functio. Plærumque autem in vtrisque simul παραφροσύνη consistit, tum parum apte ratiocinando. Aliquãdo vero in altero duntaxat, sicut Galenus narrat Theophilo medico contigisse, cui sola imaginatio deprauata fuit, similiter & phrenitico cuidam, qui omnia vasa discernens & suis nominibus appellans perfregit: huic enim sola vis ratiocinandi deprauata fuit. Huius autem παραφροσύνης generaliter dictæ, species siue differentiæ sunt plures, quæ sumuntur ab eius magnitudine, causis, adiunctis, actionibus. A magnitudine quidem quod alia sit magna, alia parua, quas verbis proprijs ab inuicem distinguens Hippocrates, in magna quidem significanda vtitur verbis παραφρονέειν, ἐκστῆναι, μανῆναι, ἐκμανῆναι: in paruo vero vsurpat λυσσῶσαι, παραληρῆσαι, παραφερῆσαι, παρενηλλῆσθαι: Galenus autem etiam παραπλῆσαι & παραχρῆσαι, vt idem scribit initio comment. 3. in lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν. Nam quod λῆρος siue παραφροσύνη λαρὰ, siue παρέκρισιν μετεῖναι, siue παραληρεῖν, Hippocrates multis in locis accipiat εἰπὼν ἀπὸ τῆς μετείας παρέκρισιν ἢ παραφροσύνην, annotauit Galenus comment. Aphor. 9. libro 7. & comment. 3. in libro 3. τῶν ἐπιδημιῶν, & extremo libro 3. περὶ δυσκρισίας, vbi male, meo quidem iudicio legitur παραλῆναι, εἰπὼν τοῦ παραληρεῖν, quod nusquam apud Hippocr. aut Galenum παραλῆναι reperias, ded παραληρεῖν frequentissime, etiam si interpres eo loco aliena dicere conuerterit. Similiter Galen. comment. in prognost. optimè appellat παραφροσύνην μεγάλην. A causis vero ἀπὸ παραφροσύνης sumuntur etiam differentiæ. Nam cum in omni cerebrum ab aliqua causa læsum sit; eam vel cerebro continenti, vel aduentitiam & extra cerebrum positam esse necesse est. Eius quæ in cerebro inest, alia vitiosus humor est, alia intemperies, alia phlegmone aut erysipelas. Vitiosus humor qui παραφροσύνην committit, triplex esse potest, sanguis biliosus, qui eam paruam facit & mitem, quam

quam χόλερ & παράληρον & παραφρονῶν etiam proprio & speciali nomine appellant. Flaua bilis, quæ φρενῖτιδα generat, modo mitiorem, modo sæuiorem, prout magis pallida, aut magis minusue flaua, calida & acris est. Tertius vero est bilis atra, ex flauæ adustione genita, siue etiam proprie dictus melancholicus succus, à quibus factæ παραφροσύναι appellantur μανιώδεις & θηριώδεις & μελαγχολικαί, vt scribit Gal. comment. 1. in prorrhet. Phlegmone autem & erysipelas à quibus ἡ παραφροσυνη excitatur aut in ipso cerebro, aut in eius membranis consistunt. Intemperies vero calida aut sicca est, aut calida & sicca simul. Sed calida quidem, cui nullus humor vitiosus coniunctus est, similis est quodammodo ebrietati, vt ait Galenus: sicca autem eam παραφροσύνην excitat, de qua scripsit Hippocrat. Aphor. 9. libro 7. à sanguinis fluxu παραφροσύνη aut conuulsio malum. Fit enim à defectu nonnunquam, quemadmodum & membrorum tremor: cuius etiam excitandæ vim habent immoderatæ vigiliæ, cerebrum impensius siccantes. Causæ vero extra cerebrum positæ multiplices sunt: ictus & plaga in capite accepta, maxime si vacuum apprehenderit, vt habetur Aphor. 14. & 24. lib. 7. pulmo, si in eum humores refluxerint: diaphragma phlegmone aut erysipelate aut alio simili affectu obsessum: id enim facile mentem turbat, obidque veteres ipsum φρένας vocarunt: os ventriculi similiter laborans: item hypochondria, à quibus μελαγχολία ὑποχονδριακή, species & ipsa τῆς παραφροσύνης: præterea calidi & acres vapores à sanguine aut bile in cerebrum è toto corpore sublati: adhæc vterus vitioso succo refertus. Ab adiunctis vero etiam sumūtur τῆς παραφροσύνης differentiæ. Alia namque cum febre est, alia sine febre. Quæ cum febre est, vel φρενῖτις dicitur, vel παραφροσύνη est specialiter dicta. Sed φρενῖτις quidem dicitur cerebro primario affectu laborante, habetque magnitudinem & vehementiam: παραφροσύνη autem specialiter dicta, symptoma febris est, atque ex subiectis cerebro partibus originem ducit, sublato scilicet in caput biliosi sanguinis vapore acri & feruenti, neque impetus tantos habet quantos ἡ φρενῖτις. Accidit autem potissimum in febrium ardentissimarum vigore: quanquam & aliquando in principijs, pro qualitate scilicet humoris moti, & cerebri robore aut imbecillitate. Ea autem qui detinentur, nemo φρενιτικοὺς appellauerit, vt ait Galenus lib. 3. de locis affect. sed vel παραφρονοῦντας vel παραπίοντας. Quæ vero sine febre est, alia similiter mitis est, alia vero ferina. Mitis quidem est sine febre ea fere quæ ab intēperie sicca cerebri, de qua ante diximus, tū quæ à multis subiectis cerebro partibus excitatur. Ferina vero est quā μανίαν & μελαγχολίαν θηριώδη vocant. Ab actionibus vero etiam Hippocrates desumit τῆς παραφροσύνης differentias, aliam appellans τὴν μετὰ χόλωσιν, quæ fit à sanguine biliosо: aliam τὴν μετ' αὐστηρότητος, quæ fit à flaua bile: aliam θρασύτητα, quam & μανιώδη vocat, quæ fit à bile adusta: aliam κῶφωσιν: aliam σιωπηλότητα, id est, taciturnam, quæ fere fit à frigido succo & melancholico: alias vero alijs etiam nominibus designans. Cuius omnes differētias non est facile explicare, quia tot sunt quot hominum etiam functiones & cogitationes. De hac dicuntur verba illa apud Hippocratem, καρφολογέων, κροκιδίζειν, & alia in phreniticis, vt ait Galenus, vsurpari solita. παραφροσύνη vero specialiter dicta quid sit, iam ex supradictis facile intelligi potest. Sic enim dicitur non omnis, sed parua modo, & ea maxime quæ febrium occasione nascitur & facile soluitur. Qua quidem significatione medicos & Galenum plærisque in locis vti reperias.

Sed & alia quædam est παραφροσύνη ἡμαφώδης, blanda & contrectabilis, id est, obscura, de qua Gal. comm. 1. in 1. prorrhet. part. 33. Alia quædam est quæ ἐκπικὴ dicitur; hanc fieri inquit Gal. bilioso succo in cerebro ipso, diutius & decumbente & perdurante, tum enim simile quippiam contrahitur lanis quæ tinctūram accipiūt, nempe & hæ vix eluibiles redduntur. Talis autem cerebri veluti tinctura desipientiam hectica habet, postremo vix solubilem Gal. comm. 1. in 1. prorrhet. part. 33. Sed & esse quasdam temporarias παραφροσύνας ait Gal. quæ ab externis fiunt causis, vt ex carbonum caliditate, vel vini potione, vel domo calcis seruante qualitatem comment. 1. in 1. prorrhet. part. 8.

Παρὰ φύσιν. præter naturam ab eo differt quod κατὰ φύσιν vel contra naturam esse dicitur. Si quidem affectus præter naturam id esse dicitur qui tametsi ex naturæ præscripto non est, illi tamen vim nullam infert. Eiusmodi est fœdus ictericorum color, & qui solis ardore contrahitur & faciei lentigo, omnis præterea leuior affectus & præ exiguitate adeo obscurus vt neque nostris, neque laborantium sensibus animaduerti possit, hæc præter naturam esse dicuntur non contra naturam. Similiter & morbus quia non perspicue functionem lædit; at vero contra naturam affectus est qui non modo naturæ limites excessit sed & illi vim infert, atque id modo proxime, modo alterius interiectu facit.

Παρασυρὶς δάκτυλοι. digiti adnati apud Paulum dicuntur lib. 6. c. 43. vbi curationem & eorum abcissionem docet.

Παρασυρὶς, ίδος. arboris ramulus & propago, id quasi quod arbori adnascitur, stolones sunt qui appellent, scilicet inutilem è radicibus fruticationem quique arboribus auulsi viuant, Hippocr. lib. περὶ ὀστέων φύσ. vocem παραφυάδες de venarum propaginibus & ramulis vsurpauit, adnata vel adnascentia, siue potius appēdices rectè dixeris, quæ velut ramuli dicuntur quos nonnunquam caules ex se mittūt, quasi nouam prolem & ascititiam contra primum naturæ consilium, veluti rudimenta quædam surculorum, quæque folijs tantum ornare destinarat, eaque quod quasi adnascantur & super accedant, agnata nostri, velut Græci, quod circa caulem erumpentes accrescant παραφυάδας appellarunt: verum etiam Philosophus 3. de partibus animal. de piscium natura loquens ait præter legitimum ventriculum, quosdam habere quasdam velut cauitates, quod eo loci vocat παραφυάδας in quibus sit inchoatio quædam coctionis ὥσπερ, inquit, ἐν σφηκίοις ζητοῦσι ἐπιζητοῦντες.

Παρδαλιαγχὲς. cognomen est aconiti, quod in carne obiectum pantheris aut aliter datum eas enecet, vt cecinit Nicander in Alexipharmacis agens de aconito.

Et Plin. li. 8. c. 17. Pantheras, inquit, perfricata carne aconito (venenū id est) barbari venantur, occupat illico fauces earum angor, quare

» pardalianches id venenum appellauere quidam; » At fera contra hæc, excrementis hominis sibi » medetur. Et lib. 27. c. 2. Tangunt, ait, carnes » aconito, necantque gustatu earum pantheras, » ob id quidam pardalianches appellauere, at illas » statim liberari morte, excrementorum homi- » nis gustu demonstratum, sic Aristoteles histor. » animal. lib. 9. c. 6. ἡ δὲ παρδαλις ὅταν φάγῃ τὸ φάρ- » μακον παρδαλιαγχὲς, ζητεῖ τὸ τῦ ἀνθρώπε κόπρον, » βοηθεῖ γὰρ αὐτῇ. Meminit & Dioscor. lib. 4. c. 77. » Παρδάλειον φάρμακον vocat author libri, τ θανμασ. » ἀκυσμ.

Παρδαλις. emplastri nomen quod ad Andream refertur, inueterato etiam hydropi vtile. Descriptio eius habetur apud Aetium lib. 10. c. 22.

Παρεγγελία. præceptionem & consiliorum breuem » aut Aphoristicam comprehensionem significat, » quibus ars medica edocetur & instituitur in iu- » ramento Hippocratis cui ἀκρόσιν opponit idem » Hippocr.

Παρεγκεφαλὶς. cerebellum. Est pars cerebri posterior, durior sicciorque ex multis & paruis corporibus coagmentata, subflaua, spinalis medullæ principium. Totum namque cerebrum in duo diuisum est, anterius & posterius, sed supernis tantum partibus. Nam sua basi continuum est non sibi modo, sed spinali etiam medullæ, & per hanc cerebello. Durius autem sicciusque est reliquo cerebro, quod quo vlterius procedit, eo siccius euadit. colore quoque diuersum est: nam cum reliquum candidum sit, cerebellum velut vstione quadam subflauum est: ab eo spinalis medulla initium accipit. Plenum & ipsum est animali spiritu, quem neruis duris à spinali medulla prodeuntibus impertit.

» Dicitur alio nomine ἰσχάριον.

Παρέγχυμα. Sic dicta fuit ab Erasistrato propria cuiusque visceris substãtia. Eius enim opinio fuit, carnem appellari solum eam quæ musculos constituit: quæ vero in reliquis partibus est, vt hepate, renibus, splene, pulmone, non caro sed παρέγχυμα ab eo vocabatur: in intestinis autem, ventre, stomacho atque vtero, carnem innominatam relinquebat. παρέγχυμα autem dictum est ab eo, quòd existimaret viscerum eorum molem ex sanguine è venis effuso concrescere, vt scribit Galenus initio lib. 11. simpl. medic. qui tamen neglecta Erasistrati opinione, eorum viscerum propriam substantiam non παρέγχυμα, sed carnem sæpe appellat.

Παρέγχυσις. hydrops vocatur à Græcis vt ait Cæl. » Aurelian. lib. 3. τ χρον. c. 8. quasi sensibilis & ma- » nifesta liquoris superfusio, quæ fit inter perito- » næi membranam & intestina, qua explicatione » ascites venit intelligendus sicut ὕδερον esse ait » eodem loco quem anasarcam vocamus.

Παρειὰ. pars faciei quæ ab oculis ad mentum vsque protenditur. Galli vocant *la ioüe*. Polluci tamen μῆλα, γνάθοι, παρειαὶ synonyma sunt. genæ aut malæ dici possunt Latinis.

Παρειαί. vinculum quod malas continet vel fractas vel luxatas vel alio quouis modo affectas. sic dicitur à malis per quas ducitur.

Παρικτεύων τεταῖος. Tertiana extensa, sic dicitur » species tertianæ febris intermittentis nothæ & » legitimæ, cuius accessio longior est intermissio- » ne. Quædam enim dicitur ἀκλῶς παρεκτείνων, seu » μεμυκυσμένος vt ea cuius accessio est 24. horarum, » reliquum vero intermissio; alia vero dicitur ἐπ- τῶς, vt ea cuius accessio est 30. horarum, alia dicitur ἐπιπλέον μεμυκυσμένος eaque est 36. horarum, alia dicitur ἐπίπλεστον in longissimum tempus, vt quæ durat horas 40. vel amplius; hæc Galen. notauit lib. 2. de differ. febr. c. 8. Idem dici potest de quotidiana & quartana febre. Accidit autem hæc durationis varietas pro mixtione varia humoris bilioſi febrem efficientis cum pituitoso & melancholico humore, atque etiam pro intensiore, vel minore crassitie aut lentore. Agathius vero παρεκτεινοντος τεταίου nomine ἡμιτεταῖον intelligebat vt scribit Gal. dicitur & τεταῖος ὑπερπεμπόμενος comment. 3. in 1. Epid. textu 3.

Παρεμπίπτοντες ἡμέραι. dies intercidentes dicuntur, intercalares, interrepentes, quoniam inter principes decretorios & indices intercidunt, & intercalantur: vocantur & à quibusdam prouocatorij, quod naturam proritent & ante tempus excernere cogant. Sunt autem in qualibet septimana intercidentes quidam, in prima tertius, & quintus, in secunda nonus & decimus tertius; in tertia decimus nonus, hi ea prærogatiua decernunt quia impares sunt, at acuti morbi imparibus iudicari solent. Quæ porro diebus intercidentibus contingunt crises, fere omnes imperfectæ sunt, quia quicquid diebus illis aggretur natura, id præter institutum molitur eruptione potius facta quã oporteat, irritatur quippe maligna humoris morbifici qualitate, vnde fit vt cruda simul & cocta excernat & cum noxijs etiam laudabiles humores pellat, hinc relapsus periculum.

Παρεμπίπτων σφυγμὸς. est pulsus inæqualis systematicus, in quo expectata quiete in medio tanquam superuacuus aliquis pulsus sentitur. Contrarius est pulsui τῷ λελειπότι, hoc est deficienti, in quo sæpe aboletur aut minor apparet pulsus, cum in illo contra inter binos ictus qui suo ordine pulsant, medius quidam ictus præter legitimum numerum incidat. A Latinis interpretibus intercidens & coincidens vertitur.

Παρεμπλαστικὸς. obstruendi vim habens à verbo παρεμπλάσσω.

Παρέμπλασις. fuit medici Erasistrati dogma, qui vt locupletissime testatur Celsus in prœmio libri sui, & Gal. in c. 3. eius libri in quo disputat. An sanguis in arterijs cõtineatur, hoc profitebatur, spiritum in seipsis duntaxat arterias continere, & vbi in ipsas à venis pulso spiritu transfunderetur sanguis (quæ vocabatur παρέμπλασις) inflammationes & alios morbos suboriri.

Παρέμπτωσις. quoque concidentia in oculo appellatur, vbi scilicet in meatum, qui à basi cerebri veniens oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase ineidit, obturatq; eum, vnde visus cum dolore effunditur vt docuit Galen. in Isagoge.

Παρενχθῆναι. idẽ apud Hipp. quod παραληρῆσαι & παραπαῖσαι, hoc est, leuiter delirare. Vide παραφρ.

Πάρεξις. dicitur apud Hippocrat. cum æger seipsum præbet medico curandum, quo tempore medicus primum cognoscit affectum ipsum infestantem, deinde ad curationem eius accingitur. Eo sæpe vtitur ἐν τῷ κῦ ἰατρείου. possis Latine dicere exhibitionem.

Πάρεσις. idem quod παράλυσις, hoc est, resolutio: vt & πάρετοι, οἱ παραλυτικοὶ.

Vide παράλυσις: exponitur etiam πάρεσις defectio & languor; Πάρεσιν autem insuper inquit

» Aretæus libr. 1. de diuturnis cap. 7. Esse proprie
» vrinæ in vesica aut suppressionem, aut retinen-
» di impotentiam. Cuius παρίστασις procatarticas
» causas esse ait, vulnus, percussionem, refrigera-
» tionem, cruditatem, venerem, vinolentiam, &
» immodicas animi perturbationes.

Παρηγορικὸν. idem prorsus quod τὸ κατάπλασμα. hoc est, dolorem sedans. dicitur & παρακτικὸν, hoc est, mitigatorium.

Παραλλαγὴ ὀδόντος. serratim commissi dentes di-
» cuntur, quorum scilicet inferiores superiorum,
» superiores inferiorum interstitia inuicem sub-
» eunt vt in canibus.

Παρθένια, τὰ. significare videntur virginum res &
» morbos, sicut τὰ γυναικεῖα mulierum: Hippo-
» cratis lib. περὶ γυναικ. παρθενίας νόσους vocat: est au-
» tem hoc nomine inscriptus liber Hippocr. περὶ
» παρθενίων.

Παρθένια. insuper plurali numero, signa virginita-
» tis vocantur à Bibliorum interpretibus vt
» Deuteron. cap. 22. de parentibus sponsæ repu-
» diatæ, ἐξενέγκωσι τὰ παρθένια τῆς παιδὸς πρὸς τοὺς γέρο-
» οντας. Et aliquanto post, ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ παρθένια
» τῇ παιδί.

Παρθένιον γῆ. apud Nicandrum exponitur Samia ter-
» ra in Alexipharm. vbi iubet accipere quatuor
» dragmas γῆς παρθενίης.

Παρθενὶς. Plin. li. 25. c. 7. scribit Artemisiam ab Ar-
» temisia Mausoli vxore, denominatam esse her-
» bam, quæ antea parthenis vocabatur.

Παρθένιον. aliqui ἀμάρακον vocant. folijs est coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus me-
lino, odore subuiroso, sapore amaro. Galli matricariam vocant. Sed hoc plurium herbarum nomen fuit apud veteres. primum quidem sic dicta fuit à quibusdam ἀπὸ τῆς ἕξεως, quod, vt ferunt, à Minerua Pericli monstrata sit. Sic etiam dictam fuisse Mercurialem herbam, quæ λιπόζωσις vocatur, Dioscorides author est. Alij, vt scribit Gal. αὐτοκράτα & ἀμάρακον sic nuncuparunt.

» Vide de hac Dioscor. lib. 3. c. 155. & lib. 4. c.
» 191. de Mercuriali seu linozosti, Theophr. hist.
» plantar. lib. 7. c. 7. Plin. li. 22. c. 17. & li. 25. c. 5.

Παρίδημα, & ἀπάδες. duo Græca nomina sunt,
» quæ aliter apud Galen. aliter vero apud Paul. ali-
» terque penes Aetium vsurpantur, indeque apud
» recentiores videntur exurgere confusiones in-
» numeræ, eoque magis quod his Græcis nomi-
» nibus respondentia Latina vel exquisita deside-
» rant, vel vt lubet mira confusione perturbant:
» Galenus ergo lib. de tumorib. præter nat. & 3.
» de symptom. caus. 4. Antiadas & paristhmia ni-
» hil aliud quam inflammationes esse, diuersarum
» tamen partium definiuit. Antiadas enim τὸ ἀνὰ μέσον
» τῆς τε φάρυγγος ἑκατέρωθεν ἀδένας ἀλλήλοις ἀδέ-
» νων, id est, adenum glandularum ue earum quæ
» inter se inuicem opponuntur vtrimque, in ipso
» faucium initio: cap. 21. de tumor. præter nat. vel
» vel vt ait 3. de sympt. caus. c. 4. ἐν τῷ πέρατι τοῦ σώ-
» ματος, in intimo ipsius oris termino, idem nam-
» que est intimus oris terminus & faucium ini-
» tium, harum igitur glandularum phlegmonas
» esse ἀπάδας ait, quas tonsillas nonnulli Latine
» interpretantur. Paristhmia vero itidem inflam-
» mationes esse voluit non tamen prædictarum
» glandularum, sed earum partium quæ εἰς τὰ πέ-
» ρατα ἰχμῶν, hoc est, ijs glandulis adiacent proxi-
» maque sunt 3. de sympt. caus. cap. 4. vel vt scri-
» psit cap. 21. de tumor. præter natur. τῶν κατὰ αὐτὴν
φάρυγγα σωμάτων, eorum corporum quæ in fau-
cibus sunt, vel prout 3. aphor. comm. 26. no-
minis vim rationemque vestigans ait τῶν κατὰ τὸν ἰσθ-
μὸν γαρίων locorum in isthmo existentium: Eius-
modi vero loca sunt, vt ait ibidem, tunicæ com-
munis ventri, gulæ, & faucibus, ipsique subie-
cti musculi; alij isthmi nomine fauces ipsumque
gargareonem intelligunt, quanquam minus be-
ne ex Gal. placitis, qui paristhmia tunica com-
munis ventri, gulæ, faucibus atque ori nonnun-
quam vero & musculorum huic tunicæ subie-
ctorum inflammationes esse voluit, nutiquam
vero glandularum vt quibusdam, interpretari
visum est; harum namque inflammationes ille
ἀπάδας appellauit; atque hos esse apud Gale-
num affectus diuersos patet cùm pluribus in lo-
cis, tùm maxime ex lib. 5. de sanit. tuenda c. 4. &
6. eiusdem c. 12. interpretes nonnulli paristhmia
tonsillas vertunt, Antiades Græco nomine vo-
cantes, nonnulli autem econtrà, has quidem
tonsillas, illa vero Græca voce paristhmia inter-
pretatur, atq; alij demum tam paristhmia quam
Antiadas nomine tonsillarum in Galeni tradu-
ctionibus appellant, adeo vt miram legentibus
obscuritatis confusionem inducant. Sit igitur
Galeni monumentis hoc ratum firmumq; hũc
dici hominem pati paristhmia, quoties aperto il-
lius ore, fauces, palatumque, ac demum quic-
quid meatui adiacet inflammari videtur. Porro
quanquam & paristhmia & ἀπάδες in prædictis,
& alijs plerisque apud Galen. locis, diuersarum
iam prædictarum partium affectus inflamma-
tionesue, non ipsas particulas, particularumque
integram substantiam præ se ferant. Nonnun-
quam tamen apud eum etiam paristhmia partic-
ulam ipsam & non morbum significare liquet,
sic enim 3. de aliment. facult. c. 6. ab eo scriptum
legimus. Sunt, inquit, circa laryngem & pharyn-
ga huiusmodi quædam glandulæ sicut & in me-
senterio, verum hæ sunt quidem exiles, eoque
vulgus ipsum latent, quæ autem κατὰ τὰ παρίδημα
τὸν λάρυγγα, magnæ quidem sunt & conspicuæ,
in quibus παρίδημα pro loco & non pro morbo
sumi manifestissimum est. Perinde ac Heræ
Stomaticum ex besasa referens 6. κατὰ τόπ. c. 1. ait
στοματικὴ πῶμα πρὸς εὐώδεις ἀγγελικὰς παρι-
δίων, vbi & pro loco non pro morbo capitur,
quanquam plures vel in eodem libro & libr. 7.
cap. 1. sæpe pro morbo captum nomen legi-
mus.

Παρόδοντίδες. Sunt iuxta dentes in gingiuis tubercu-
la quædam dolentia, vt scribit Celsus lib. 6. c. 13.
quo tamen loco quidam παρουλίδας legendum
censent, non autem παροδοντίδας, quod nomen
hoc à nullo Græcorum vsurpatum obseruetur.

Παροξυσμὸς. accessio. Est motus particularis morbi
à remissione ad deterius, sicut Aetius definiuit.
Cum enim remissa iam priori accessione corpus
quietem agit, si eam oborta perturbatio inter-
rumpit, morbus παροξύνεται, id est exacerbari &
in deteriorem statum facta esse cõmutatio me-
rito dicitur. Verum ea particularis dicitur, quo
excludatur & quæ totius morbi est, quando il-
le augeri incipit. Galenus comment. in Apho-
ris. 12. lib. 1. non multum differenter definit, di-
cens παροξυσμὸν esse deterius tempus totius cir-
cuitus. Habet autem & ille sua quatuor tempo-
ra, principiũ (quod & ἀρχὴ & ἐπίτασιν medi-
ci appellant) incremẽtum, summum vigorem,

& declinationem, tum caloris motu, tum ſymptomatum vehementia diſtincta, quemadmodum & totus ipſe morbus caloris quidem motu, quod acceſſionis principium fiat calore omni toto ex corpore ad cor thoracemque concurrente: incrementum, cum ille ad extremas corporis partes ſeſe expandit: ſtatus, quando ex æquo totum corpus occupat: declinatio vero, perſpirante caliditate atque medium corporis relinquente: ſymptomatum vero vehementia, quod quæ mala principio inuadunt, incremento augentur, in vigore vehementer excruciant, in declinatione autem paulatim mitiora redduntur & euaneſcunt.

Παροξυσμὸν. Celſus acceſſionem dicit, alij exacerbationem vertunt.

Παροξυσμὸς autem in intermittentibus quidem » plurimum & maxime dicitur, ſed & in conti⸗ » nuis, ſic in Coacis παροξύνοντες dicuntur qui gra⸗ » uius afficiuntur, aut per exacerbationem vt in » febribus continuis, aut per nouam acceſſionem » vt in intermittentibus.

» Παρόπωσις. vide παρώπωσις.

Παρυλὶς. eſt inflammatio quædam partis alicuius » gingiuarum teſtibus Paulo lib. 3. c. 26. & Aetio » lib. 8. c. 28. Illa niſi diſcuſſa fuerit in ſuppuratio⸗ » nem conuertitur. Sæpenumero autem ex paru⸗ » lide non exquiſitius (vt oportet) diſſoluta ἐπυ⸗ » λὶς fit, præſertimque ſi in extremo molari dente » huiuſmodi parulis inflammatione oborta ſit, in » quo quidem loco ἐπυλὶς proprie fieri conſueuit, » vt ex eius definitione liquet. Bifariam autem » παρυλὶς ab epulide differt penes Paulum & Ae⸗ » tium: Primo quoniam ἐπυλὶς non ipſa gingiua⸗ » rum inflammatio ſed carnis excreſcentia, iuxta » gingiuas eſt, ex inflammatione ſæpius originem » ducens; Παρυλὶς autem ipſa præcedens inflam⸗ » matio eſt. Secundo quoniam ἐπυλὶς non in qua⸗ » libet gingiuarum parte & circa quemlibet den⸗ » tem fieri conſueuit, verum in intimo duntaxat » molari dente carnis incrementum eſt, παρυλὶς au⸗ » tem in quauis gingiuarum parte oborta inflam⸗ » matio eſt, iuxta gingiuium dici poſſet: Vtrum⸗ » que vero illum tumorem Galen. in libr. de tu⸗ » mor. præter natur. cap. 21. σαρκώδη βλαστήματα car⸗ » noſa germina appellaſſe videtur. Sed tum in » epulidis definitione, tum & parulidis Paulus va⸗ » rius videtur & inconſtans: etenim lib. 3. cap. 26. » Epulidem definit, carnis excreſcentiam in inti⸗ » mo molari dente, & lib. 6. cap. 27. Generalius » definit, carnis ſcilicet incrementum μὴ πνα τῶν » ὀδόντων, id eſt, iuxta dentium quemuis in gingi⸗ » uis proueniens. Sed & de parulide, nam lib. 3. c. » 26. Illi παρυλὶς inflammatio dicitur: At lib. 6. c. » 27. ἀπόστημάτων, abceſſus, quam vero inflamma⸗ » tio ab abceſſu diſtet, vtrumque notum: Con⸗ » ciliari vero Paul. poſſit ſi dixerimus eſſe quidem » parulidem inflammationem quæ niſi per ſenſui » occultum halitum diſcuſſa fuerit, in ſuppuratio⸗ » nem, adeoque in abceſſum conuertetur, tunc⸗ » que iam inflammationis (tametſi largius aſſum⸗ » ptæ) ſpeciem adhuc eſſe: Epulidem autem dum » vario modo definit dicemus bifariam quidem » definiri, ſed vno modo proprie, alio vero ample⸗ » & communiter.

Παραχώρησις. deriuatio. Eſt vacuatio humoris per vicinam partem. Eſt autem curationis genus, vt ſcribit Galenus initio comment. 2. in lib. 6. Epidem. ad humores pertinens, cum videlicet humor qui vacuari debet, non per eam fertur partem per quam eum ferri oportet, nec tamen valde procul à conuenienti, neque ad remotiſſimam, ſed per propinquam. Sunt vero huius exempla hæc, cum id quod per palatum vacuatur, per nares trahitur, nobis irritantibus aut per acria medicamenta prouocantibus: cum quod fluit ad oculos aut aures, tum in nares, tum in os trahitur, collutionibus & gargariſmatis acribus atque alijs eiuſdem generis remedijs: cum, quod defluit per aſperam arteriam in pulmonẽ, ad ſtomachum conuertimus: id enim potius optandum: cum ſanguinem per ſedem profluentem in muliere, per vuluam deriuamus: ſimiliter cum mulieri ſanguinem vomenti, ex Hippocratis conſilio, menſes ducimus, ſed hoc exẽplum reuulſionis potius fuerit quam deriuationis. Reuulſio enim fit per loca plurimum diſtantia, eoque ſolo à deriuatione differt. Deriuatio item eſt, cum quod per renes & veſicam fertur, ad aluum deducimus, aut contra ab aluo ad vrinas. Fit deriuatio à dextris ad ſiniſtra, ab anterioribus ad poſteriora, & contra, ſed breuiſſima via. alioqui ad reuulſionis naturam magis accedit. eſtque humoris tum fluentis, tum iam impacti & in ægra parte cõſiſtentis. in quo etiam videtur à reuulſione differre, quæ fluenti tantum humori adhibetur.

Πάχυσμα. emplaſtrum eſt ab Hera primum deſcriptum hunc in modum, (ſicut Galenus prodidit libro 7. τῆς ἀξ' ἡβῶν.) Adipis ſuilli recentis & curati vnc. XLIIII. ceræ vnc. XXIIII. ceruſſæ vnc. VI. argenti ſpumæ vnc. VI. liquida cum aridis permiſcentur, ac manebit quidem aliquamdiu liquidius, poſtea vero conſiſtet per ſe & compagem acquiret. Alij vero poſtea aliter pro ſuo quiſque arbitrio compoſuere. Emollit primo ordine, præſertim recens: inueteratum enim magis digerit. inflammationem quidem coercet & lenit, ſed vlcera ſordida reddit. vide apud Paulum & Aetium.

Παρωνυχία. eſt abſceſſus ad vnguis radicem natus, alij malunt inflammationem vocare. Non leue prorſus malum eſt, vt quod dolores & febres aliquando moueat. Et tamen Latini reduuiam curare, pro occupari in re minima, prouerbij loco vſurpant. Ex quo arbitror reduuiæ nomine non tantum παρωνυχίαν deſignari, ſed eum etiam affectum in quo ad vnguium latera caruncula, aut cutis portio reſoluitur nullo fere dolore. Inde Latini reduuiam vel rediuiam malũ hoc nuncuparunt: rediuire enim reſoluere eſt, vt ſcribit Feſtus. Quãquam Hermol. Barbarus reluuium etiam vocet à reluendo, hoc eſt reſoluendo. Barbari pannaritium vocant.

Παρωνυχία. frutex eſt exiguus, in petris naſcens, peplo ſimilis, minor longitudine, maioribus foliis. Sic dictus videtur, quod paronychijs atque fauis remedio ſit. Vis eius eſt tenuium partium, exſiccat ſine morſu, & valde digerit. Excalfacit & deſiccat tertio ordine.

Παρωλίνια. Camerarius ex Polluc. vocari ait interiores lacertorum toros; Pollux ſi quidem libr. » 2. τὰ μὲν ἔξωθεν τῶν βραχίονος nominari μύας ait, id » eſt, muſculos; τὰ δ' ἔνδον appellari inquit παρω⸗ » λίνια; idem tamen paulo poſt ſcribit τὰ παρωλί⸗ » νια nuncupari etiam, ἀγκῶνας & ἀγκαλίδας; » Heſychio autem παρωλίνια ſunt τὰ χειρῶν τὰ » ἔνδοθεν.

Παρωπίδες. sic dicuntur oculorum minores anguli qui ad tempora spectant: vt & oppositi, qui scilicet ad nares sunt, ἐπικανθίδες vocantur.

Παραπλησις. adassatio, cum videlicet aliquid ad prunas torretur, quam vocis significationem videtur Cælius Aurelian. innuisse lib. 2. τ χρον. c. 13. libr. 1. cap. 1. & libro quidem 2. sub finem. & & lib. 3. cap. 1. & 2. vbi παραπλησιν fieri innuit ex parietibus ignitis, vel carbonibus & ceromate, & c. 3. lib. 3. conuenire inquit hepaticis in litore sicco ex arena sole ignita paroptesin; Cachecticos etiam ibidem cap. 6. arena littoraria ignita circumtecto corpore torrendos esse ait, & lib. 5. cap. vltimo ad πολυσαρκίαν commendat παραπλησιν ex flamma, vel carbonibus, & siccis vaporibus, quibus sudor prouocatur, & lib. 1. cap. 1. in remedijs Cephaleæ. Erit igitur inquit radendum caput, tum etiam παραπλησεις adhibenda erit ex carbonibus æquali vapore madentibus, qua voce intelligunt sudoris euocationem ad ignem vel prunas in Laconico aut ad arenam feruefactam.

Παρωτις. Tunior est glandularum sub auribus: Gal. lib. 3. τ κατ τόπ. parotidem de genere inflammationum esse dixit: Paulus non inflammationem sed affectionem tantũ dixit adeo vt tumor omnis siue schirrosus siue etiam œdematosus non sola inflammatio parotis nominetur. Sic Hipp. constitut. 1. lib. 1. Epid. parotidas describit, quas magnas fuisse dicit, laxas, diffusas citra phlegmonem & dolorem, & quæ obscure euanescebant, eæque sine febre, quanquam in commentario Gal. explicat, quasi Hipp. dicere voluisset sine insigni febre, describique ait parotides ex genere tumoris œdematosi: Parotides autem proprio & integro nomine, interdum vocat Hippocr. ἐπαίσματα, interdum vero τὰ παρ' ὦτα. vt 6. Epid. τὰ παρ' ὦτα ἀμφὶ κρίσιν ῥηγνύμενα, Primo vero Epid. fusa oratione ἐπαίσματα κ τὰ ὦτα, & in Coacis τὰ παρ' ὦτα ἐπαίσματα, & ibidem τὰ παρ' ὦτα ἐρυθήματα, id est, pone aures suffusos rubores quasi ἐρυθήματα φλεγμονώδεα, inflammatorios tumores, ob idque etiam ibidem αἱματῶδεα, hoc est, sanguineas parotidas vocat, vt & alio rursum loco ὑποῤῥόδεα διαθήματα, tumores soporatos quasi qui soporem sui prænũtium inuehant, aut quod cum eo coniuncti sint, parotidum quippe aduenientium fidem facit coma in cephalalgijs cum febre; Sed & parotides à Satyris τὰ σάτυρα vocantur, qui quidem priscorum lingua σατύρους nominabantur, erantque sub auribus tuberosi vt visum erat pictoribus atque Poëtis: Sunt autem parotides abcessuum genus in quo noxium humorem in glandulis aurium natura reponit, dictæ ab eo loco qui ob laxitatẽ & venarum atq; arteriarum illac in cerebrum ascendentium amplitudinem defluxiones facile excipit, modo à capite, modo à reliquo corpore. Contingunt autem parotides in morbis longis nimirum qui 20 diem excedunt quos ex decidentia acutos vocãt, & qui secundã periodũ superant vniuersalem quæ in 40. diem incidit, his enim temporibus quaternariorum vis perijt, & elanguescit perturbatio critica ex certamine naturæ & morbi: sed neque in longis solis, neque semper neque in omnibus, in acutis enim interdum parotides apparent, verum symptomaticè vt buboues. In longis autem si febris detineat neque remittatur, & salutaria signa coniuncta sint, abcessus fiunt in crure & partibus inferis ob frigus & crassitiem materiæ, & virium diuturnitate morbi languentium infirmitatem, modo ne vrina multa & crassa cum hypostasi multa materiam abcessus subducat. Vt autem parotides fiant, alterum è duobus aut vtrumque adsit necesse est, capitis affectio & materiæ certa qualitas, indicant enim parotides lethargos & omnia, capitis mala: de qualitate materiæ ita sentiendum. In febribus longis, acutioribus tamen quam quæ absolute longæ sunt, & in quibus humores minus crassi sunt, copia caloris maior & valentior facultas; medij morbi inter hos & absolute longos ambigunt, in quibus ex tempore morbi & diuturnitate definiendum non est, an sursum ad maxillas, an deorsum ad crura abcessus futuri sint, sed ex his signis: Si æger subito atque difficulter spirare cœperit, mox autem hæc spirandi difficultas desierit, & illam capitis grauitas & dolor & coma & surditas exceperint. Sin ex his nullum apparuerit, percipiatur autem in articulis & locis inferioribus vel grauitas, vel tensio, vel inflammatio, vel dolor, hinc in inferibus partibus abcessum sperabis: Item si hypochondria æstu & dolore conflagrent, imis partibus oriuntur abcessus; si mollia & doloris expertia per totũ morbi decursum, ad aures. Tria ergo necessaria sunt, materia crassior & copiosior quam sit in vere acutis, minus crassa & frigida quam in valde diuturnis. Secundò calor paulo vehementior quo materia attenuetur penetret & sursum efferatur. Tertiò naturæ robur quo deficiente, symptomatica translatio conuulsionem aut aliquid simile accersit, hoc multis locis Galen. docet vt 3. prorrhet. 73. 1. Epid. comment. 1. & 3. prorrhet. 69. Quod spectat ad parotidum differentias, aliæ paruæ sunt quæ scilicet nec germen habent, nec dolore aut inflammatione cruciant, nec ex materia cruda crassa & praua constant, vel quæ aut facile discutiuntur, aut commode & expedite ad suppurationem ducuntur; molles laxas & magnas sine dolore describit Hippocr. 1. Epid. In constitutione humida & caliginosa διὰ τ πλειοτέλειαν τ ὑγρῶν ὑπάρξεις, à substantia aerea magis quam frigida, quæ facile discutiebatur & omnibus ἀσήμως euanescebat. Alterum genus διαπυόμενον difficilius cum dolore tensione & rubore, sanguine & bile mixtis in qua suppuratio & coctio necessaria est; Coctionem dico in venoso genere, nam Crastitonactem & ancillam pictoris suppuratis parotidibus interijsse scribit Hippocr. quia contingit particularem in parte aliqua fieri cõcoctionem, morbo toto haudquaquam concocto; Possunt & citra suppurationem ac resolutionem curari, materia ad inferiores partes conuersa, & per vrinas aut dysenterias expurgata, vt in Hermippo Clazomenio. Pessimum genus quod fractis viribus superuenit aut ad suppurationem duci non potest ob materiæ crassitiem, aut intro refluit crudo morbo, & quod scribit Hippocrat. in morbo longo laborioso cum mala colliquatione. Aliæ insuper sanguineæ sunt, aliæ vertiginosæ vt docet Hippocrat. In Coacis & quas paruis opponit; Sanguineas appellat quæ vel cum phlegmone à sanguine & bile apparent, quas loco Epid. citato laxis & mollibus opposuit, vel quæ cum hæmorragia coniunctæ sunt, aut eam

» ſequuntur morbo imparem, illæ enim niſi celeriter ſuppurent, vires diuturnitate morbi fractas, dolore calore & vigilijs celeriter reſoluũt; hæc vero ſunt indicatoria indicantia cum prauis & pernitioſis ſignis coniuncta. Vertiginoſas autem lethales eſſe ex eo intelligitur, quod flatuoſi ſpiritus motio & inordinatus motus in capite caloris natiui infirmitatem, materiæ craſſitiem ac cruditatem, & eius diffuſionem atque refluxum in cerebrum denunciat: nam ſi vertigo initio febrium media eſt inter affectum plane pernitioſum & ſalutarem, in ſtatu & iam proſtratis viribus pernitioſam eſſe conſtat, modo ne à ventriculo aut perturbatione critica trahat originem: in vniuerſum vero abſceſſus boni ſunt qui maxime deorſum, qui quam longiſſime à morbi foco abſiſtunt, & qui cum coctionis ſignis apparent vt docet Hippoc. 2. Epid. ex tribus illis conditionibus duæ perpetuo abſunt à parotidibus. Perpetuo enim prauæ ſunt loco qui cerebrum facile in ſympathiam trahit. Si quod igitur aliud prauum ſignum acceſſerit mors eſt in propinquo; Praua autem ſigna ſunt cruditas morbi, defectus ſuppurationis, ſine fluxione alui aut vrinæ, aut reſolutione, diadoche ad pulmones, doloris vehementia & ſympathia cerebri, quam indicat vertigo pertinax.

Παρώπιον. dicitur alter oculi angulus qui aures ſpectat, oppoſitus angulo nares intuenti qui ἐπικάνθιος dicitur Scholiaſt. Nicandri.

Παρίωνος πρόχυσις. is recipit ſquamæ æris drach. XII. æris vſti, ſalis ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis raſæ, thuris, ſingulorum drach. VIII. Ærugo cum ære, ſquama & alumine ſub ſole conteruntur, & probe tritis thus additur: inde formantur paſtilli. valent ad thymos, condylomata, myrmecias. Paulus eos τῷ ἄνθρακι imponit libr. 4.

Πασίφιλος. genus emplaſtri ſicci, cruſtam inducentis. Conſtat, vt ſcribit Aetius, paribus portionibus atramenti ſutorij, ſandarachæ, miſyos, chalcitidis.

Πάσματα. medicamenta inſperſilia in farinæ aut pulueris modum. Eadem compoſito nomine etiam διαπάσματα vocantur, & apud Latinos recepto. Vide διαπάσματα.

Παστὰς ἡ

Πάστυλος. dicitur ab Hippocrate ὁ κέγχρος, id eſt, milium, vnde etiam apud eundem παστυλίτης ἄρτος vocatur panis, vel farina milij ſubtilis, vt habetur apud Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

» Vnde παστυλίτης apud Hippocr. eſſe dicitur, κεγχραλίτης, milij molitor, & παστυλίτης ἄρτος de » quo in voce ἄρτος.

Παστὰ. ſic vocantur iridis partes nigræ, quæ oculi pupillæ proximæ ſunt.

» Apud Heſych. & Pollucem inuenio παστὰ à » quibus eſſe dicitur τὸ ἄνω τῆ κόρῃ μέλαν nigrum illud quod circa pupillam eſt.

Παστύλισκος. σμικρὸς πάστυλος. hoc eſt, paruus paulus, paxillus, apud Hippocratem, vt ſcribit Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Παπυθεῖσα ῥαφυλὴ. vua paſſa, hoc eſt, in vite à ſole diutius aduſta. Quæ autem à ſua vite detracta ſoli exponitur ſiccanda, ἡλιοπαπυθεῖσα vocatur. de qua vide ſuo loco.

Παπύης. genus eſt palmæ tertium, vt ſcribit Plinius, ſed nimio liquore redundans, cuius pomum etiam in ſua matre dehiſcit & rumpitur, calcatoque ſimile apparet: inde nomen inditum. Sunt autem qui in eo nomine palmulas paſſas, & à ſole in ipſa arbore vſtas & corrugatas intelligendas cenſeant: quo etiam modo παπυθεῖσας ῥαφυλὰς interpretantur, ex quibus Aetius libr. 9. cap. 24. vinum ſcybelites ſtillare ſcripſit: quanquam eo loco reuera calcatas intelligere poſſumus, ex quibus vinum ſponte fluere dicitur, ſi rationem habeamus eius quod prælo expreſſis vuis manat. Cæterum palmularum prædictum genus non de ijs modo dicitur quæ iam diutius in arbore ſolem paſſę fuerint & prope exiccatæ, ſed de ijs etiam quæ ante maturitatem ſucco grauidæ & turgentes rumpi ſolent.

Πάπος. ſunt qui eo nomine ſignificari dicant puluerem, qui luctaturis poſt olei illitionem inſpergebatur & affricabatur, κονίπαλον ab Atticis vocatum, denſandi atque roborandi corporis gratia. Sunt vero qui non eum modo pulueren, ſed ſudorem ipſum pulueri miſtum πάπον vocent, vt Aetius lib. 2. cap. 107. ſcriptum reliquit.

De eo plura vide in dictione ἴυπος.

Παῦλα, ἡ. emplaſtri nomen ſtrumæ & bubonibus efficacis, deſcribitur à Paulo lib. 7. c. 17. conſtat cera, reſina, Colophonia & nitro.

Παφλάζειν. fictum nomen eſt ab Hippocrate, qui eo nomine deſignare voluit τὸν πταίοντας καὶ ἐπιτραυλίζοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι, hoc eſt: qui in differendo voce labuntur, & ſæpius eadem repetunt: vt explicat Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ. Homerus ἰφαμαρτοεπὴς appellat, vt videre licet vbi Therſitem depingit.

Hæc autẽ vox proprie fluctuum exæſtuationem turbulentam & ebullitionem ſignificat, ſpũmantemque vndarum inter ſe colliſione ſaliuationem cum magno ſonitu, vnde ad impeditum & veluti bullantem ſermonem tranſlata vox eſt, dum præ magna humoris copia ad motum lingua expediri nequit, indeque velut alternare cogitur & reſumere.

Παυλὴν ἀντίδοτος. ſic dicitur antidotus quædam ad tuſſim & multos alios affectus vtilis, deſcribitur apud Gal. lib. 7. κ τόπ. c. 5.

Πάχος. de corporis mole & craſſitudine dicitur Hippocr.

Παχυμερῆ. dicuntur ea quæ craſſarum ſunt partium quæ etiam Galeno dicũtur ἀδ ἑμοιομερῆ; opponuntur eis λεπτομερῆ, inde παχυμέρειαι, craſſitudo partium apud Galen. quem de his vide li. 4. de ſimpl. medic. facultat. c. 3.

Παχυντικὸν φάρμακον. medicamentum incraſſans dicitur quod liquidos & fluxiles humores compactiores & craſſiores reddit, hæc autem craſſa atque terrena materia conſtare oportet, vt ſe tenuioribus immiſcendo incraſſent ea, non aliter quam cum ex aqua terræ commixta fit lutum.

Παχὺς οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum differentiæ explicantur.

Παχυσμὸς. craſſitudo, opponitur τῷ λεπτυσμῷ, extenuationi, & à cauſis fit contrarijs, definitur in tumorem ſublatio εἰς ὄγκον ἐπίδοσις à Galeno cõment. 3. in 6. Epid. 29. vbi & de mangonum artificio in ea procuranda agitur.

Παχύχυμα. craſſi ſucci alimenta appellantur.

Πεδάσιμος. ſpecies eſt myrrhæ, præpinguis, qua expreſſa ſtacte emittitur. authore Dioſcoride.

Πέδιον. planta. ima planta pedis. Pars eſt pedis quinque oſſibus conſtãs, inter tarſum & digitos ſita.

Hæc per ſynarthroſin quinque pedis digitis inarticulantur. Proportione reſpondet metacarpio quod in manu eſt, niſi quod in manu primum pollicis os cum carpo diarthroſi copulatur.

" Græcis πολυσσίον dicitur à multitudine oſſium " quibus conſtat.

Πέζα. vſurpatur hoc nomen ab Hippocrate libr. 2. de morbis mulierum, vbi ſcriptum eſt, ἢ οἱ πόδες οἰδήσουσι, ἢ πέζαι μᾶλιστα. Ac Zenodotus quidem libro quem edidit περὶ ἐθνικῶν λέξεων ait, Arcades & Dores πέζαν pedem vocare. Verum Hippocrates ſic videtur appellaſſe vel imam plantam, vel malleolos pedum. Author Galenus ὁ τῆς γλώσσης.

Πεῖνα ἡ

Πείνη. fames. Eſt ſuctionis in vētriculo ſenſus. Cum enim propter vacuationem & alimenti penuriam partes exinanitæ cibum naturaliter appetant; primumque eæ exinaniri ſoleant quæ ſunt aeri ambienti proximæ, illæ à proximis ſibi alimentum trahunt, deinde rurſus illæ ex ijs quæ ſibi ſunt proximæ, donec ita continuata ſerie ad venas quæ ad ventriculum pertinent vacuatio ſuctioque perueniat. Tunc autem ventriculus exugi ſe ſentiens, fameſcit, & eam excitat appetentiam quæ animalis nuncupatur. Hic ſuctionis ſenſus πείνη à Galeno proprie dicitur (Latini non aliter quam famem appellant, quo tamen nomine etiam λιμὸν ſignificant) animalem ciborum appetentiam pariens, factus autem à vacuatione & vacuatorum appetentia naturali, ventriculi ſuctionem excitante. Nam cum hæc quinque ſymptomata, vt ſcribit Galenus, ordine quodam ſeſe deinceps conſequantur, vacuatio, vacuatorum appetentia naturalis, ventriculi ſuctus, ſuctionis ſenſus, & appetentia ventriculi naturalis, fames quæ ſuctionis ſenſus eſt, ordine quarta eſt. Sic facile intelligitur quo differat fames ab appetentia. Nam cum appetentia gemina ſit, vna naturalis, altera animalis, fames vna eſt, eaque ſemper animalis. Adhæc plantæ etiam naturaliter appetunt: animātium & eorum modo quæ ſenſu prædita ſunt, fames eſt. Senſus enim qui ad ſola animalia pertinet, eam parit. Non eſt igitur fames appetentia, aut cibi potioniſque auiditas, ſed naturalis quidem appetentia famem parit, & hæc rurſus animalem appetentiam. Vis enim illa animæ interior triſti quodam ſuctionis ſenſu affecta, cibum potumque protinus concipit, & in eorum deſiderium fertur. Horum tamen ſymptomatum proximitas facit, vt fames interdum appetentia vocetur. Cæterum quomodo differāt πείνη & λιμὸς, quorum vtrumque vnico nomine Latini famem vocant, vide in dictione λιμὸς.

Πεῖρα. experimentum, ſiue experientia. vocabulum eſt empiricorum proprium. Significat autem eius quod frequenter & eodem modo viſum eſt, comprehenſionem atque memoriam. vel definire potes, experientiam eſſe eius quod eodem modo viſum eſt, obſeruationem atque memoriam. Idem vero eſt obſeruatio atque experientia. Galen. de optima ſecta. Eſt & experientia quam οἱ ἐμπειρικοὶ καὶ μεθοδικοὶ πεῖραν τεχνικὴν, quaſi iam tritam experientiam, appellabant, ab experimentali diſciplina ductam. experimentalem vero diſciplinam vocabant, eorum habitum quæ ita frequenter apparuerunt, vt iam inde theoremata ſint comparata, perceptumque nūquid illa ſemper aut plerumque aut vtrouis modo, aut raro euenire ſoleant. Scribit Gal. libello de ſubfigurat. empirica. vide ἐμπειρικὴ.

De experientia ſic poteſt ſcribi apertius ex " Galen. lib. de ſubfigurat. Empirica: Experientia " vel fortuito vel conſulto fit: fortuito fieri dicitur " quæ ſine humano conſilio, vel caſu, vel natura " euenit: Caſu vt ſiquis, cui occipitium dolore af- " ficiatur deciderit, atque inde vena recta frontis " inciſa, ſanguineque educto iuuetur: natura vero " vt ſi febricitanti ſanguis per nares effluxerit, vn- " de ſtatim deſierit febris: hæc autem ſpecies dici- " tur πειράσασις, vel πεῖρα πειρατικὴ ab ipſis Em- " piricis: Quæ autem conſulto fit eſt, vt ſi quis in " febre ſitiens aquam bibere coactus fuerit, & ſic " euaſerit febrem, diciturque ab ipſis Empiricis " nomine proprio αὐτοχέδιον; Tertia præter has eſt " experientia quam μιμητικὴν appellabant, id eſt " imitatoriam, cum quiſpiam imitatur quod ſe- " mel aut bis aut frequentius factum conſpexerit, " addebant & quartam, quæ ab ipſis τεχνικὴ πεῖρα " dicebatur, id eſt, trita experientia quam ab expe- " rimentali diſciplina ductam ſoli artifices vſu " exercent, eſtq; habitus eorum quæ ita frequen- " ter apparuerint vt iam inde theoremata ſint cō- " parata, fit hæc per μετάβασιν εἰς ὅμοιον per tranſi- " tum ad ſimile vt ſcribit Gal. lib. de optima ſecta, " in illa longo iam tempore exercitatum πεῖραν " appellabant, & πειρατικὸν medicum. "

Πελασγὸν. ſic appellatur à quibuſdam τὸ διαφοινίς teſte Plinio.

Πελαμύδες. ſunt piſces exigui ex quibus ταρίχος olim " præſtantiſſimum fiebat & ſummo in pretio ha- " bebatur, tum ob carnis mollitiem, tum ob vo- " luptatem, dicebatur vſitato nomine πέλαμυς σαῦδα & σαῦδις: ex ponto aduehebantur, ſed ex Sar- " dinia & Iberia multo præſtantiores ait Gal. 3. de " facultatibus aliment. c. 31. "

Πελεκῖνος. ſecuridaca. herba aut frutex potius. viſcerum obturationes expurgat, ob vim amaram & ſubacerbam. atque hæc vis & in ſemine & in ramulis eius continetur, Galeno teſte. Sed & hoc nomine ab vnguentarijs appellatum fuiſſe τὸ ἡδύσαρον Dioſc. prodidit.

Πελιδνὸν. liuidum. ſic dicitur color inter plane nigrū & rubrum, aut aliquem alium ex floridis colorem medius: fit autem vel ex ipſis floridis in nigrum abeuntibus, vel ex nigro in album cedente, vt apparet in ſuppurationibus, in quibus quod nigrum erat, liueſcere incipit, & ex liuido ad colorem ignis tendere, & paulatim candidius fieri: proxime accedit ad fuſcum. Contrahitur in corporibus à ſanguinis & caloris natiui defectu: frigus enim liuidum & nigrum colorem inducit. Deſignat & humorem, veluti viridis, praua qualitate præditum, ſicut rubidus ſanguinis copiam.

Πελιδνὸν πυρετὸν. liuidæ febres dicuntur Hippocr. lib. " 3. Epidem. in quibus cutis, labia, & oculorum " alba liuent ex defectu ſanguinis & caloris in- " nati. "

Πέλιωμα. vox ea ſæpe vſurpatur ab Hippocrate, ſignificatque maculam modo liuidam, modo ni- " gram ex affuſione ſanguinis impuri & corrupti, " & fit non ſecus atque vibices. "

Πέλλα. liuida, ſubfulua, apud Hippocr. quæ idem πελλιδὰ nuncupat. Zenodotus ſcripſit apud Sicyonios πέλλον dici τὸ κάρῤῥον. refert Galen. ὁ τῆς

γλώττης. Erotianus vnico λ habet πέλον, exponens ὑπόδαυον, subfuscum, eosque reprehendens qui πέλιον pro eo scripserint, quum apud Sophoclem quoque in Amphiarao legatur κυνὸς πέλης eadem significatione. Eadem scriptura apud Etymologum est: apud Suidam vero πελὲς, apud Hesych. πελλὸς oxytonως, expositum itidem μέλας, niger.

Πέλμα. planta pedis, hoc est ima pedis pars qua solum teritur: Latinis solum dicta. Alexander Aphrodiseus πέλματα tribuit digitis, imam eorum partem sic appellans, quæ vngui subiacet.

Πέμματα. placentæ Galeno dicuntur libr. 1. de alimen. facult. cap. 3. ex Dioscor. Hesychio sic vocantur ποικίλα ἐδέσματα, vide ἄρτος ἄζυμος.

Πέμπελος. dicitur senex, vt ait Galenus, qui ad tertiam senectutis ætatem peruenit, decrepitam videlicet, & propter virium infirmitatem iam rebus omnibus inutilem. Sic autem vocatur, vt aiunt qui vocabulorum etymologijs gaudent, ab eo quod est πέμπεσθαι πρὸς εἰς ἅδου πομπὴν, id est, quod mox ad manes ablegandus sit.

» Vt ait Galen. 5. de sanit. tuenda: item Suidæ » πέμπελος est γέρων, γραῦς, παρὰ τὸ πέμπεσθαι εἰς ἅ» δην: Hesychius vero πέμπελον exponit non so» lum γηραλέον, sed etiam ψωμύλον, λάλον, est enim » senectus garrula & loquax.

Πεμφιγώδης πυρετὸς. flatulenta seu inflata febris. Est differentia febris apud Hippoc. lib. 6. ἐπιδημιῶν, sed quam plærique vario modo interpretati sũt, vt scribit Galenus. Alij diariam febrem intelligunt, natam spiritibus incensis, quæ & πνευματώδης, hoc est, spirituosa, à quibusdam propterea dicitur. vel πεμφιγώδης πυρετὸς dicitur, vt ait Galenus ἐν τῇ γλώσσης, ποτώδης μεσὸς καὶ ὑγρότητος, hoc est, febris madens & humida, ab effluuio quodam aeroso & vaporoso per cutem sæpius erũpente. Vel ea febris sic vocatur quæ veluti exilientium & manui occurrentium scintillarum opinionem præbet: vel ita appellatur pestilens ἀπὸ πεμφίγων, hoc est, quæ cum pustulis efflorescit. Verum Galenus in eam sententiam inclinat, vt diaria intelligatur, quæ in spiritibus incensis & interdum putrentibus consistit. Quanquam & per πεμφιγώδη possit intelligi σηπεδὼν non putris, quam ob id inflatiuam vulgus practicorum vocat, quod sanguinis calore febrili feruentis copia venæ omnes plurimum sint inflatæ, & sanguine flatuoso & bullante plenæ.

» Has autem febres Gal. 6. epidem. esse inquit » aspectu graues & terribiles propter scilicet » phlyctænas & papulas quæ in ijs frequentes » erumpunt, sed & quia quasi plagis dolorificis ce» si, his maculis scatent, nimirum à sanguine eras» so putrente & efferuescente cum interna in» flammatione viscerum: de harum febrium recta » appellatione vide plura apud Gal. comm. 6. in 1. » Epid. part. 29.

Πέμφιξ. varia significat, apud poetas præsertim, Ga» len. enim comment. 6. in 1. epid. part. 29. modo » flatum significare, ait, modo radios solares, mo» do nubem; Galeno vero bulla est siue pustula è » cute prorrumpens: Euryphon medicus apud » Galen. loco citato, ἀρέσει ὀλίγον ἐκέστοτε, καὶ ἐφίστα» ται πέμφιξ οἷον ἐλαίου χλωροῦ, ὥσπερ ἀερώδιον, id est, » mingit parum semper, atque superstat πέμφιξ, » tanquam olei viridis velut tela aranea: verum » inquit ibidem Galen. videtur πέμφιγα vocare » non solum φλύκταιναν ἀλλὰ μόνον τὸ περιχάσμα ἀν» τὸν ἔξωθεν ἀραχνίῳ παραπλήσιον. Id est, sed solum quod ipsam phlyctænam circumscribit exterius telæ araneæ simile: vox denique πέμφιξ pro bulla quæ in aquis & humidis quibuslibet flatu quodam extruditur & supernatat vsurpatur à Nicandro in Theriacis.

Πεμπαῖος πυρετὸς. quintana febris. Species est febris intermittentis quinto quoque die accessiones habentis. De ea quidem Hippocrates scripsit lib. 1. de morbis vulgaribus: negat tamen Galenus visam à se, nisi obscuram valde & difficilem. Hippocratis verba de ea habentur. Quintana pessima est omnium. etenim & ante tabem & iam tabidis superueniens, perimit. Ego memini Parisijs me eam vidisse semel, eamque duplicem, cuius fuerunt plurimæ accessiones. Impares illæ erant, multumque ab inuicem distinctæ: alias tertiana fuisset. Excesserunt autem numerum quindecim accessionum distinctarum ab inuicem tempore inuasionis, horrore, magnitudine & longitudine accessionum & sudoribus. vt nemo sit vel mediocriter versatus in arte medica, qui febrem eam constare complexu duplicis quintanæ non intelligat.

Πεντάδυτον. emplastri nomen, ad collisa, vibices flagellorum & cutem excoriatam accommodi. Habetur apud Aetium lib. 15. c. 35.

Πενταμυρον. vnguenti nomen sic dicti quod quinque rebus constet: styracis vncia, mastiches sextante, ceræ albæ quadrante, opobalsami triente, vnguenti nardini quincunce, vt habetur apud Aetium l. 12. c. 44. Similis omnino descriptio est apud Paulum l. 7. c. 18. nisi quod non opobalsamum, sed opopanacem habet.

Πεντάζωλος, seu πέντζωλος apud Hesiodum dicitur manus, quoniam in digitos quinque tanquam ramos fissa est velut arbor.

Πενταφυλλον. quinque folium, herba est ramulos habens festucarum modo graciles, palmum non excedentes, & in ijs semen: folia menthæ similia, in singulis pediculis quina, nec plura, nisi perquam raro, & per ambitum crenata serræ modo, florem in cãdido pallidum vel auri æmulum. Radix subrubra, oblonga, paulo crassior quam veratri nigri. Ab ea non longe abest quam officinæ tormentillam vocãt, nisi quod septem non quinque habet folia. Archigenes apud Galenum lib. 5. περὶ κρ. τόπ. cap. 9. scribit πενταφυλλον à quibusdam εὐπατόριον dici. Desiccat tertio ordine, minimum habens euidentis caliditatis, & minimum acris est.

Dicitur & πενταπέτηλον à Nicandro in Theriacis.

Πεντόρεον. sic à quibusdam dicitur ἡ πιοσία, vt Dioscorides & Plinius scripto prodiderunt.

Πέπανσις maturatio. Dicitur proprie, authore Aristotele, alimenti in fructibus concoctio. Ac quoniam concoctio perfectio quædam est, tunc maturatio perfecta est cum semina quæ fructu continentur tale aliquid efficere possunt qualia ipsa sunt. Quamuis autem ad fructus proprie ἡ πέψις pertinet, tamen multa alia præter fructus πέπονα dicuntur per metaphoram, quoniam non sint primum indita nomina singulis quæ à naturali calore & frigore perfectionem consequuta sunt. Nam & φύματα & pituita & reliqui tum humores, tum morbi πεπάνσθαι dicuntur.

Πεπασμὸς. maturatio, concoctio. Dicitur, inquit Galenus comment. 2. in libro 1. ἐπιδημιῶν, morbi

& eorum quæ præter naturam sunt, velut coctio quædam maturatio, in qua quod assimilatur paucum est, quod autem semicoctum superfluumque relinquitur, multum. Idem vero comment. 5. in libro 6. τ῀ ἐπιδημιῶν, τὸ πεπασμὸν significatum latius extendit, omnem deductionem ad mediocrem temperiem sic appellans. In morbis fere semper dicitur, sicut πέψεις in fructibus, quam tamen etiam in morbis & humoribus præter naturam αὐτὸ τὸ πεπασμὸν Aristoteles vsurpauit lib. 4. τ῀ μετεώρων. vide πέψις.

» Vt enim vera πέψις coctio vere dicta est τ῀ εἰ-
» σιόντων, rerum ingredientium, ingrediuntur au-
» tem τροφοειδῆ καὶ συμφυᾶ oblata & naturæ
» consentanea siue consocialia) sic ὁ πεπασμὸς seu
» mitificatio est τ῀ ἀπόντων, exeuntium, siue re-
» rum exitui præparatarum: sed vtriusque videli-
» cet τῆς πέψεως καὶ τοῦ πεπασμοῦ, causa effectrix est
» partium solidarum vitale principium, & viuifica
» vis quæ à corde manat, distinctio est tantum ma-
» teriæ quoniam vt diximus πέψις ἐστι τ῀ εἰσιόντων,
» πεπασμὸς δὲ τῶν ἀπόντων, & πέψις ἐστι τῶν πεπο-
» μένων εἰς τὴν τοῦ πέπονθος οὐσίαν ἀγωγὴ· ὁ δὲ πεπα-
» σμὸς πέψις τῆς τῶν πυρῶ φύσιν, atque ita πέψις fit
» assimilando, & πεπασμὸς alterando; non minor
» autem virtus naturæ lucet in alterando contra-
» ria, quam in assimilando consentanea & con-
» sociala, vnde efficitur spem certam salutis af-
» ferri pepasmo, quoniam victrice natura trium-
» phatus morbus excluditur.

Πεπαστικὰ φάρμακα. medicamenta maturantia seu mi-
» tigatoria vocantur ea quæ mitigant humores in
» parte quapiam præter naturam contentos. Est
» autem eorum duplex genus, vnum quod insiti
» nostri caloris vim atque substantiam tuetur vel
» etiam auget, temperate id quidem calidum &
» partis cui foris adhærescit temperaturæ non ad-
» modum dissimile, id quoque in eum humorem
» qui computruit, calorem inducit, insito nobis si-
» millimum, cuius etiam beneficio corruptus is
» humor in benignius quippiam mutatur: Alte-
» rum genus ex accidenti maturat, idque modera-
» te calidum & humidum est, vereque emplasti-
» cam materiam sortitum, hoc dum cutis spiracu-
» la infarcit & obstruit, spiritum caloremque par-
» tis natiuum cohibet, nec dissipari finit; qui dein
» intro remeans augescit & vel pus conficit, vel
» corruptum humorem mitificat & concoquit.

Πέπανσις. πεπεμμένον. sic appellat Hippocrates ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, morbum qui concoctionem adeptus est.

Πέπερι. piper. Exotica arbos in India nascens, dissimiliter à varijs authoribus descripta, qui forsitan eam non vidissent, sed potius aliorum fidem sequuti repræsentarunt. Sed nulli de ea certius prodidere, quam qui Lusitani regis studio in nouum orbem se contulerunt, vbi piperis vtriusq; longi ac rotundi innumeras plantas gigni & viresce re narrant: fruticem, non arborem piper edere affirmant, albæ viti sepibus proreptanti simillimam, vicinas scandentem arbores, quæ racemosum fructum ostendat, primum viridem, nec aliter quam in ligustro coaceruatum. Hunc, antequam legitima maturitate nigrescant, lectum, sub sole palmeis tegetibus expandunt. sic baccas solis æstu corrugari, vel passas nigrescere commemorant. In eodem frutice longum piper & album offendi negant, sed alias arbores longum piper ferre, & esse velut nucamentum quoddam exilibus granulis squamatim compactum, Ponticæ nucis iulo simile, piperato gustu, quod tamen nunquam in album aut nigrum transeat. Galenus tamen, Dioscoridem opinor sequutus, eandem plantam tam rotũdum quam longum piper gignere prodidit libro 8. simplic. medic. his verbis: Piperis radix vires cosło similes obtinet. Porro fructus nuper germinantis arboris oblongum est piper, humidum natura & calidum: humiditatis autem signum est quod facile repositum perforetur, ac non protinus mordicet: fructus vero adhuc acerbus immaturusque album piper est, nigro acrius, vt quod multo magis assatum sit: vtrumque autem vehementer tum excalfacit, tum desiccat. Ex ijs medicamentum paratur τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων, multis à Galeno laudibus commendatum libris de sanitate tuenda: atque aliud præterea, sed multum diuersæ facultatis, quod διὰ δώδεκα πεπέρεων dicitur, descriptum à Paulo lib. 7. c. 11.

Πεπερίτις. siliquastrum. herba est caule, vt Plinius scribit, rubro, longo, densis geniculis, folijs lauri, semine albo, tenui, gustu piperis: vnde & nomen, teste Plinio. Græci recentiores κόσον nominarunt. quædam officinæ herbam diuæ Mariæ.

Πεπηγότες ὀφθαλμοί. fixi oculi & ceu concreti quibus « opponuntur ἐνδεδημιδρῶτες & ἐναπερυθριδρῶτες. vide ὀφ- « θαλμῶν πῆξις. «

Πέπλιον ἢ

Πεπλὶς. frutex est opacus, candidi succi plenus, folijs satiuæ portulacæ (vnde quibusdam αἰδεσίμη ἀγελία, hoc est, syluestris portulaca dicitur) rotundis, inferne rubentibus: semine sub folijs rotundo, vti in peplo, feruente gustu: radice singulari, superuacua, tenui. Easdem cum peplo vires habet.

Πέπλιον. dicitur à quibusdam τὸ διαφοειδὲς, vt habetur apud Dioscor.

Πέπλος. frutex est lactei succi plenus, folijs paruis vt rutæ, paulo latioribus, rotunda coma, fere dodrantali, humi resperſa: semine sub folijs rotundo, minore quam candidi papaueris. Radicem habet vnicam, superuacuam, ex qua fruticat. nascitur inter vites & in hortis. A quibusdam papauer spumeum vocatur & meconium, vt Galenus annotauit. Liquorem remittit, qui thymallorum modo purgat.

Πεπλεγμένον πάθος. implicata affectio siue mixta dici- «
tur, nimirum vbi varium morbi genus compli- «
catum commixtumque videtur. «

Πεπλυμένος ἄρτος. panis elotus, vide ἄρτος, vbi insigniores panum differentiæ explicantur.

Πεπτικὴ δύναμις. concoctrix facultas. Est vis naturalis, attractum alimentum in propriam corporis quod nutritur qualitatem alterans. Eadem etiã ἀλλοιωτικὴ, id est, alteratrix, dicitur, de qua vide suo loco, & in dictione πέψις.

Πεπτικὰ φάρμακα. concoquentia medicamenta. Ea duobus modis, vt & concoctio, dicuntur: vt enim vna sanorum est, & circa alimẽta versatur, altera vero morborum & vitiosi humoris maturatio, sic medicamenta concoquentia dicuntur, tum quæ ad stomachi ventriculique imbecillitatem vel inflationem adhibentur, quo cibi melius concoquantur, tum quæ ad pus mouendum conducunt. Id enim naturæ quadam concoctione generatur. Hæc autem eadem facultate pol-

lent qua & ſuppurantia medicamenta, Græcis ἐκπυήσεντα appellata.

Πεπύαπος. ſmegma eſt ad faciei nigritiem conferens, cuius meminit Paulus lib. 3. c. 25. Deſcriptio eius habetur apud eundem lib. 7. c. 13.

» Priore apud Paulum loco eſt πεπτάπος πρόχοος : Poſteriore σμῆγμα πεπύαπον non ſeruato eodem accentu.

Πεπονθότες τόποι. loci affecti. vide τόποι πεπονθότες.

» Πεπυρωμένον χάλα. quid ſit vide in voce χάλα.

Πέπων pepo. ſpecies eſt cucumeris. nam qui natiuam magnitudinem exceſſerit, pepo Plinio vocatur, vnde non tantum πέπων, ſed etiam σίκυος πέπων coniunctis nominibus aliquando à medicis dicitur: σίκυος enim nomen Græci commune fecerunt pluribus fructibus, qui aut cartilagine aut cute foris obducta in oleraceis extra terram creſcunt. Cæterum πέπων dictus eſt ἀπὸ τῆ πεπανθῆναι, quod matureſcere ſignificat, velut etiã τὸ πέπαινον, hoc eſt, maturum: nec peponibus proprie dictis tantum, ſed alijs etiam omnibus quæ matureſcunt, conuenit. Nam & racemus cum exacte maturus eſt dici poteſt πέπων, & ſimiliter fructus omnes autumnales & pira & cucurbitæ πέπειες, id eſt matura vocari conſueuerunt: quemadmodum & melopepon, qui in ſeipſo πέπονα, id eſt, maturum, continet: vnde medici quidam non ſimpliciter nominare voluerunt πέπια, ſed compoſito nomine σικυοπέπονα, id eſt, cucumerem maturum, aut peponem cucumeralem nominari oportere contenderũt. Cæterum in pepone ſpecialiter dicto ſuperat humida frigidaque intemperies in ſecundo ordine: ſi quis tamen ſemen aut radicem arefaciat, deſiccandi vim acquirit primo ordine, aut etiam ſecundo incipiente.

Πέρδικον. ſic dicta fuit à plærisque ἡ ἀλεκτρυών, quoniam perdices ea præcipue veſcantur. Ex ea dentifricia Galenus compoſuit libro 5. de compoſitione medicam. ſecundum locos. Aetius quartæ Tetrabli ſerm. 3. ceratum deſcribit ad ſinus, cui ob nimiam vim repellendi, vicinos locos inflammandi potentiam attribuit & materiam eo colligendi.

Πρῖνεον. terebrum rectum & acutum, apud Hippocr. vt habetur apud Gal. ἐν τῆς γλώσσης. diuerſum ab eo quod κοπίδι dicitur.

Περιτόμιον. circumſectio, ſic vocatur ablatio pellis » qua glans colis tegitur Galeno in definit. med.

Περιάμματα atque περίαπτα. vocantur quæ partibus » corporis quibuſcumque circumligata eas à noxa tutantur, malaque amoliuntur, vt περίαμμα id » ſignificet quidem quod latinis amuletum, ſed » tamen amuleti vox non ἐκ τῶ φυλάττειν, ſed ἐκ » τῆ ἀποτροπαίου facta videtur, ſunt enim ἀποτροπαῖα » magis ſpeciali voce appellata, ea quæ appenſa al» ligataque, incantamenta magica & venenorum » inſidias arcent, aut ineffícaces reddunt; περίαπτα » vero generalem ſignificationem habent, à cir» cumligando aut circumponendo, atque in hoc » amplius ἀπὸ τῶν ἀποτροπαίων differunt quod hæc » mirabili quadam contrarietate quæ homines la» teat, ſuum effectum præſtant: illa vero iuxta » medicam rationem, quo modo ſane Gal. 2. κατὰ » τόπους ex Archigene adducit περίαμματα ad ſe» dandum capitis dolorem efficacia, ſi capiti obli» gentur, aut coronæ modo imponantur. Repro» bat enim Gal. ex his quæ Archigenes tradit ea quæ non medica aliqua virtute, ſed portentoſa » amoliendi ratione ab illo ſunt prodita, atque » propterea περιάμματα quæ obligamenta ſonant » in capitis dolore rectiſſime per coronas latinis » redduntur, nam Galen. ipſo ea στέφειν & στέφανοῦν » iubet, hoc eſt circumdare & coronæ modo im» ponere. Porro περίαπτα etiam φυλακτήρια dicun» tur, & Feſto proebia, vel vt Scaliger acute emẽ» dauit probea, quemadmodum inebras aues no» minarunt, quod prohibeant ne quid noceat: » Græci etiam βασκάνια & ἀλεξίφθοτα. Cæterum » horum remediorum ſuperſtitioſa pleraque, ma» gica atque ridicula ſunt, quibus innumeris Pli» nius tum alij complures ſcatent magorum com» mentis, quibuſque vulgus in ſui admirationem » trahant, atque hæc ex magia in medicinã irre» pſerũt; alia vero ſunt quæ ratione naturali niti » videntur è quorum ſubſtantia vaporum defluuia » inſpirata vires corporis reficere, internamque » morbi cauſam alterare poſſint, ſic contacto tri» dente à torpedine marina, piſcatoris manus ob» ſtupeſcit; ſic ſemen Melanthij catharro, radi» cem pœoniæ epilepſiæ, & ſtercus lupi alliga» tum colicis mederi experimur, non vt Pamphi» lus medicus ſentiebat incantationis viribus, ſed » quod ab illorum ſubſtantia vapores quidam ve» lut atomi defluerent, qui inſpirati cerebrum de» ſiccant, morbique cauſam ſuis viribus alterant, » vnde Gal. horum experientia edoctus, Periaptis » (inquit) ſic confidere oportet, vt ſubſtantia il» lorum & non incantationis magorum verba iu» uent, cui Theophr. l. 9. de hiſt. plantar. his ver» bis aſtipulatur, Potius (inquit) abſurda illa pu» tentur quæ alligata & venenis aduerſantia » vocantur, & tum corporibus, tum domibus vni» ce opitulari creduntur, quæ commenta homi» num eſſe plane videntur qui ſuas artes magnifa» cere celebrareque cuperent, vnde non temere » Caracalla imperator teſte Ælio Spartiano eos » condemnare ſtatuit qui contra tertianas & quar» tanas febres periapta geſtarent.

Περιλιχὰς dicuntur Hippocrati lentor & ſordes dẽ» tibus adhæreſcentes quæ interdum in febribus » apparent malo ſigno.

Περίδεσις. nominatur Polluci, totus ceruicis ſiue » colli flexus atque circumductio.

Περιάμματα. amuleta. ſic dicuntur quæ corporis parti cuicunque alligata noxam ab ea depellunt. Eius generis plurima Galenus libr. 2. τῆ κατὰ πόρους recenſet ex Archigene, quæ capiti coronæ modo impoſita, dolorem eius leuent. Permulta etiam quotidie experimur, quæ brachiali admota febres reprimunt.

Περίδρομος. ſic dicitur à quibuſdam ἡ στρόφος, hoc eſt extremus capillorum ambitus.

Seu circulus is qui caluariam circumcurrit » teſte Polluce lib. 2. »

Περιεστέλλετο. τῆς περιστολῆς ἑαυτὸν ἔσκεπεν. hoc eſt, indumentis ſe contegebat. apud Hippocr. vt ſcribit Gal. ἐν τῆ γλώσσης.

Περιπνευμονικὸν νόσημα. ſic dicitur Hippocrati multis in locis morbus non lethalis, interprete Galeno.

Περίζωμα. idem quod τὸ διάφραγμα. Theodorus cinctum vertit.

Περιπνευμονικὸς πυρετός. ardens febris. Eſt differentia febris apud Hippocrat. lib. 6. τῆ ἐπιδημιῶν, ſumpta à caloris febrilis eſſentia, vt ait Galenus lib. 1. de differ. febr. Sic autem dicitur quæ protinus atque admota manus eſt, & quamdiu admouetur, co-

piam caloris & ardoris tactui exhibet. In ea enim immodicus est & non deficiens calor, & copia ingens materiæ incendi paratæ. Eiusmodi sunt febres æstiuæ ardentes & ὁμότονοι. Cum enim quod per cutim expirat ei quod intus accenditur par est & æquale, & incendi præterea habilis est materia multa, fit vt confestim ardentes manu sentiantur. Et quia continenter plurimum fit per cutim vstæ bilis effluuium, fit vt semper quamdiu durant, similiter ardeant, nec à manu medici vincantur, accedente ad id multitudine materiæ ad incendium paratæ, quæ eo semper continuato calorem à manu medici vinci non patitur. Huic febri contrarium facit Hippoc. alterum genus febrium quas ἐλαχὺς ἐπὶ πυρετὸν vocat, hoc est ad manum quidem mites, sed quæ intus æstuosæ sint & siccæ. Non est autem idem πεπεῦσθαι cum κάυσῳ, sed ratio eorum plane diuersa est.

Περικάρδιον. est tunica crassa, dura, à cordis basi nata & ipsum vndique ambiens. Ita autem ambit, vt cordis figuram imitetur: fibrarum expers est. Eam vero etiam altera tunica inuoluit, prodiens à membrana costas succingente, qua thoracem diuidit. Quibus thorax breuior est, attingit septum transuersum: non attingit vero, quibus septem ossa sortitum est. In eo serosus humor continetur, parcior quidem quibus cor est calidius, copiosior quibus frigidius, vaporibus multis in aquam resolutis. Neruos habetà sexta cerebri coniugatione seu à recurrente sinistro, venas & arterias à septo transuerso & membranis medium thoracem diuidentibus.

» Dicitur & ὁ ἀπερίκαρδος χάτων: iniuste autem nominata esse tunica ei appareat qui nominum curat rectitudinem inquit Gal. lib. 6. de vsu part. » potius veluti docuit capsula quædam aut vallum ac septum tutum cordi circumpositum vocanda est. Sed & notabis aliquando abusum » fuisse Paulum l. 1. c. 1. voce περικάρδιον, dum ipsum pro regione externa sub qua os ventriculi » delitescit, accepit; excusari autem fortean potest, quia os ventriculi cor olim appellabatur.

Περικάρπια. Dioscoridi lib. 3. cap. de sonchitide vt & » Græcis alijs dicuntur cuncta illa, quæ semen aliquod ambientia, à cœli & animalium iniurijs id » seruant & tuentur: Quod licet in leguminibus » priuatim siliqua; in frugibus spica; in castaneis » echinus sit, in alijs vero alijs appellationibus indicetur, communi tamen nomine cuncta hæc » περικάρπια vocãtur; Sed & περικάρπιον apud Theophr. lib. 1. de caus. plant. c. 18. & 23. pulpam fructus vbique interpretatus est Daniel Heinsius » & c. 28. Theophrastus περικάρπιον quasi definiẽs » & describens ἐν ἅπασι τοῖς καρποῖς (inquit) τὸ περικάρπιον, μεσότερον μᾶλλον, ἢ ὅλως γε ὁ καρπὸς καὶ τὸ σπέρμα γίνεται, id est, in cunctis fructibus pulpa & » quasi pars exterior multo prius gignitur quam » fructus & semen.

Περίκαρπον. bulbi genus, cuius duæ species Plinio, vnum cortice rubro, alterum nigro, papaueri simile. vtrumque excalfacit.

Περίκωμις. vstionem proprie significat, Theophrastus tamen libro de sudoribus hanc vocem ac» cepit insolenti quodam significato, nimirum » pro fomento calido quod omni ex parte corpus » complectitur, & eo fortassis fomenti genere » quod Hippocr. vbique πυρίην vocat, de qua suo » loco plura.

Περικεκλιμένα. ἀπεκεκαμμένα, καμπὴ καὶ ἐπικαμπεῖς, hoc est inflexi, aduncì, curuati, apud Hippocratem, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Περικεφαλαία. exponitur ex Theophr. dolor capitis. «

Περικλύμενον. frutex est ex interuallis parua folia habens ipsum amplectentia, subcandida, hordeacea: inter folia surculi exeunt, in quibus baccæ hederæ similes: flos fabæ candidus, aliquantum rotundus, & quasi in folium procumbẽs: semen durum & quod difficile euellatur: radice rotunda, crassa. Incidendi & calfaciendi vires habet. Officinis matrisylua dicitur.

Περικνήμια. Hippocrati dicitur tibia vel partes quæ « tibiam circumdant. «

Περικράνιον. est membrana è crassa meninge orta, totum cranium ambiens: oritur autem hunc in modum. Tenues quædam membranæ pluraque vincula è dura meninge foras prodeunt per caluariæ futuras: quo autem loco singula prodeunt, eodem expanduntur & latescunt, progressaque longius sibi mutuo occurrunt atque inter se coalescunt, vt tandem ex omnibus vna membrana fiat. Dura est sensuque pollet, vt & membrana interior ex qua nascitur. Diffunditur autem per vniuersam caluariam, eamque totam ambit, præterquam qua caput collo committitur. Ac cum eiusdem sit cum periosteo naturæ, ac reuera periosteos sit, sola tamen inter alias eiusdem generis tunicas propter partis quam inuoluit præstantiam, peculiare nomen sortita est, & περικράνιος dicta. Ea vbi ad oculos descenderit, duplo crassior cutique subnexa, cilium vtrumque producit, tum omnia faciei ossa, genamque infernam totam obducit, nisi qua musculos aut recipit aut emittit, diciturque iam non pericranios, sed periosteos. Illa extimam etiam oculi tunicam ἐπισκληρίδα dictam producit. Sunt & qui ὑπεζωκότα atque ἐφιστάναι ab ea nasci prodant, vt scribit Galenus comment. in libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Περίνεον. scribitur & περίνεον sine diphthongo. Pars est ea corporis apud Hippocrat. quæ à principio genitalis ad anum vsque pertinet, qua ceruix vesicæ sita est. Siquidem media pars est ἡ πλιχάδα, vt annotat Galenus comment. 4. ἐπὶ τὸ αἰδοῖον ἔφθασαν: Vocat autem Hippocrates πλιχάδα totum id quod inter inguina vtriusque cruris est. Itaque περίνεον idem appellat mediam eius partem, quæ ab exortu pudendi vsque ad anum pertinet, vbi etiam vesicæ collum situm est, qua etiã in parte mulieris pudendum habetur. Aristot. lib. 1. c. 14. hist. anim. scribit περίνεον partem esse interiorem femoris & natis communem. Idem tamen libris de gener. anim. περίνεον maribus tantum tribuere videtur, dicens: ἀνάγκη οὖν καὶ τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρρενι εἶναι ὄργανα. τῷ μὲν ὑστέρα, τῷ δ' ὁ περίνεος ὄζιν. hoc est, necesse quidem est tum fœminæ tum mari esse instrumenta: sed huic quidem vterus, illi vero perineum est. Gaza modo penem, modo colem vertit. Ab alijs femen, seu potius interfemineum dicitur. Est enim proprie femen pars femorum interior. Ruffus in libello quem edidi de partium hominis nomenclatura, scribit genitalium: viri partium τὸ μὲν ἀκρωτήριον, σῶμα. τὸ δ' ὑπὸ ἀκρωτήριον, ὑπόστημα ἢ περίνεον: hoc est, partem eam quæ propendet, penem: quæ vero non propendet, hypostema vel perinæon appellari. Sunt vero qui futuram penis quæ per

ſcrotum ad podicem vſq; porrigitur eo nomine deſignari putent: ea tamen βάμις & ὄρρος dicitur, non περίναιος. Hippocrates etiam περινεον αὐτὴ τῆ περινάιῳ dixit, vt refert Galenus ἐν τῷ γλώσσαις. Heſychius etiam περίνα affert, ſed exponens αἰδοῖον. Idem & per » ſcriptum in prima ſyllaba reperitur.

Eſt & περίπος laquei nomen quem & ſimplicem nodum veteres dixerunt, de quo apud Oribaſium lib. de laqueis.

Περιπνευκὼς σφυγμὸς. circumnuens pulſus. dicitur & ὑπερπνευκὼς: vtroque enim nomine Archigenes eum appellauit. Species eſt τῶ μυώδει, de quo vide ὑπερπνευκὼς & μυώδης.

Περιπ. περικλύζει. περικήκεται. hoc eſt circuminundat & circumnatat, apud Hippoc. vt ſcribit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Περιξύσας. ἐν κύκλῳ περιαμύξας. hoc eſt circulariter ſcarificans, apud Hippocrat. vt explicat Galen. ἐν τῆ ἐξηγήσει.

Περιοδικὰ νόσοι. morbi periodici quales febres ſunt » quæ ſtatis diebus recurrunt, vt tertianæ quar- » tanæ.

Περίοδος. circuitus. Eſt morbi ab ijſdem in eadem per circulum eodemque ordine reuerſio. Hunc in modum Galenus in lib. de morborum temp. definiuit. Sic enim ſingulis acceſſionibus recurrit morbus, vt redintegrari innouarique videatur. Is in febribus intermittentibus manifeſtiſſimus eſt, atque alijs morbis qui ſimiliter poſt aliquod internallum repetunt. Continentes perpetuique morbi circuitus nullos habent. Eſt autem alius breuior, qui cito recurrit, alius plurium horarum vel dierum, alius analogiam ſeruat, alius non ſeruat. Eſt autem analogia temporis ad tempus, moris ad morem collatio, vt ſi fiat eadem hora, vel tardet, vel anticipet, æqualiter aut inæqualiter, ordinate vel inordinate, mitius vel ſæuius. Omnis autem per circulum videtur fieri, vt qui ab vno ſtatu redeat in eundem, atque id perpetuo ad finem vſque morbi obſeruetur. Itaq; ab horrore qui febrem tertianam inchoat vſque ad alterius acceſſionis horrorem circuitus vnus eſt: ſimiliter à rigore febris quartanæ, vſque ad initium alterius rigoris vnus circuitus eſt. Ergo in circuitu remiſſio continetur ſiue perfecta ſit, ſiue imperfecta. Diuiditur enim circuitus in duas partes, παροξυσμὸν καὶ ἄνεσιν, hoc eſt acceſſionem & remiſſionem, quemadmodum Hippocrates diſtinxit, & Galenus multis in locis explicauit.

Περιόστεος ὑμὴν. dicitur tenuis membrana oſſibus circumducta, per quam oſſa ſentiũt, ſi quid modo ſentiunt. Generale quidem nomen eſt, habetque pro varietate partium ſpecialia quædam nomina. in cranio enim περικράνιος, in coſtis ὑποπλευρὶς dicitur.

Περιπλύσεις. dicuntur apud Hippocrat. tenuium humiditatum dejectiones per aluum, quæ vt ἐξέρυσιν dicuntur, ſi quis diluto aqua cruento ventre aquam excerneret, ſic χολώδεις dicuntur, cum quod excernitur, tale apparet qualis aqua eſt pauca bile miſta. Author Galenus comment. 1. in lib. 1. prorrhet.

» Περιπλευμονικὰ γλῶσσαι. vide γλῶσσα.

Περιπνευμονία. eſt pulmonis inflammatio. Ea autem vel primum & per ſe oritur, nullo præcedente affectu: vel alijs morbis ſuccedit, vt diſtillationibus, anginæ, aſthmati, pleuritidi. Symptomata eius ſunt febris acuta & ardens, ſpirandi difficultas, grauitas diſtentioque pectoris, tumor ruborque faciei, ſputum ſanguinis floridi, hæc autem ſine dolore accidunt, niſi membranæ pariter, quæ cum thorace ſecundum eius longitudinem connexæ ſunt, inflammatæ fuerint, ſicut Aretæus lib. 2. cap. 1. τῶν ὀξέων παθῶν explicat, de omnibus peripneumoniæ ſymptomatis doctiſſime ediſſerens. Ab eo quæ de peripneumonia dixit Aetius omnia mutuatus eſt. Inter acutiſſimos morbos numeratur. Sunt autem qui ratione nominis adducti negent peripneumoniam pulmonis eſſe morbum, ſed potius adiacentium & vicinarum pulmoni partium. A quibuſdam etiam πνευμονία ſine præpoſitione dicitur. Conſtat vero omnium veterum teſtimonio pulmonis eſſe inflammationem.

Περιπνευμονικὴ φωνὴ. vox quæ editur in peripneumonia, hoc eſt aſpera vel clangoſa, vt explicat Galenus ἐν τῷ γλώσσαις.

Περιποδίω. πιὼ ἐν κύκλῳ ὑπὸ πόδας ἔσαι καὶ κάτω. hoc eſt, quæ circulo ſub pedibus eſt, & infra: apud Hippoc. vt ſcribit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Περίπωσις. vocabulum eſt Empiricorum proprium. Eo autem ſignificabant occaſionem quandam fortuitam, ex qua in aliquos morbos & remedia improuiſo incidiſſent. Inde enim ſpecies experimenti fiebat per fortuitam occaſionem, quam ipſi πεῖραν περιπωκλὼ appellabant. vide ἐμπειρικὴ.

Dicitur autem pro περίπωσις etiam περίπωμα. «

Περιῤῥύσις. eſt vitioſa deligatura, apud Hippoc. videlicet cum in dextram vel ſiniſtram partem tota deligatio deuergit & declinat: id quod immodica faſciarum copia ſæpe accidit.

Quaſi περίῤῥυσιν declinationem, aut diuerſionem dicas. vide Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἰητῶν τ. 6.

Περιῤῥωξις. vtrinque perfractum, apud Hippoc. vt Galen. ἐν τῷ γλώσσαις.

Περιῤῥόαι. dicuntur humorum per totum corpus circumlationes ad ea emiſſaria per quæ expurgari nituntur quaſi circumfluxiones dicas. fit namque vt in larga humorum alluuione, fluxionis impetus per inſignes cauitates, veluti per effluuia quædam naturæ viribus erumpat, quas ἀποστάσεις καθ' ἕκρουν, & ἐκκρίσεις ſæpe vocat Hippocr. eaque in his quæ per aluum, inteſtina, renes, veſicam, cæteraque corporis emiſſaria, velut per emiſſionem fiunt, ſeceſſibus contingunt, vt in dyſenterijs teneſmis & ſtrangurijs.

Πέος. idem ſignificat quod τὸ περίναιον, & Heſychius pro ipſo genitali membro πέος poſuit.

Περισαρκισμὸς. dicitur carnis circinatio quæ fit ſcalpello apud Dioſcor. l. 7. & 8. c. 1.

Περισκελὴς. apud Sophoclem vocantur qui alterorſum claudicant, cuius contrarium ἰσοσκελὴς.

Περισκελὲς φάρμακον. apud Hippocr. dicitur libr. de vlceribus medicamentum quod mordicat & vehementer irritat, vt exponit Galen. libr. 2. ad Glaucon. Vidus autem Vidius ad dictum Hippocratis librum φάρμακον περισκελὲς interpretatur medicamentum quod vinculum non poſtulat, quaſi eo loci loquatur Hippoc. de medicamento quod non alligetur, alligantur autem quæ decidunt inquit, ſicut cataplaſma quod ad pus ciendum pertinet.

Περισφιγκτὴρ. operculum capitis tribus faſcijs conſtans.

Περισφιγμὸς.

Περικυρτισμὸς. sectionis genus est in sincipite ad calu-
uariam vsque, vna tribusue lineis, quemadmo-
dum apud Paulum lib. 6. ca. 7. & apud Aetium
libr. 7. cap. 93. scriptum est. Adhibetur autem
cum multa & in alto posita vasa tenuem & co-
piosam fluxionem in oculos transmittunt, quæ
nullis remedijs sisti potuerit. Quæ tamen curan-
di ratio nunc prorsus exoleuit.

" Nomen vero habet quod περὶ τὸ σκέφος fiat;
" est autem σκέφος calua siue caluaria apud Paul.
" libr. 3. c. 22. & libr. 7. c. 16. Apud Aetium loco
" citato legitur ὑποσκυφισμὸς, sed male vt arbitror.

Περικύησις. grauidarum symptoma est quod Pli-
" nius stomachi redundationem appellauit. Est
" vero hæc significatio si Hesychio & Suidæ cre-
" dimus, à canibus caudam mouentibus, vel po-
" tius à fluctuum agitatione translata. In grauida
" enim sanguis menstruus qui ante conceptum
" stato tempore expurgari solebat, copiosior in
" vtero collectus quam pro fœtu adhuc exiguo,
" ad stomachum regurgitat, itáque exundans nau-
" seam excitat; Apud Paul. lib. 1. c. 1. τὸ περικύη-
" σιν exposuit Andernacus stomachi exundatio-
" nem, atque nauseam. Aetius id ipsum esse ait
" πλάδος τῦ στομάχυ, id est, humiditatẽ nimiam sto-
" machum debilitantem, Aristoteles ναυτίαν vo-
" cat 7. de hist. animalium.

Περικύειν. superfluis humoribus abundare, qui
" perfecte non sint cõcocti, inde περίττωμα dedu-
" ctum de quo suo loco.

Περισσὴ ἡμέρα. dies impar dicitur Hippocr. cui ἄρτιος
" opponitur.

Περιτατικὴ δύναμις. comprehensiua facultas. Est
quæ alimentum attractum arcte complectitur,
quo melius concoquatur. Ministra est virtutis
retentricis, atque inde concoctricis. Si namque
vacuum inter alimentum & ventriculum spa-
tium relinquatur, fluctuationes strepitusque
excitabuntur, effluetque necessario alimentum
antequam perfecte concoctum fuerit. Porro
facultas ea non modo ad ciborum qui in ventri-
culo continentur concoctionem, sed in omni-
bus etiam partibus requiritur, in quibus certo
quodam tempore aliquid retineri oportet. Ali-
ter enim gestari fœtus ad legitimum vsque pa-
riendi tempus non posset, nisi vterus ipsum ar-
ctissime comprehenderet, & vndique comple-
cteretur.

Περιστερὰ. crista gallinacea, verbenaca, trixalis, exu-
pera dicitur à Romanis authore Dioscoride.
Cuius ille duo facit genera, rectum & supinum:
Plinius marem & fœminam. Quidam non di-
stinguunt. Dioscorides secundum genus, quod
supinum censet, ἱερακοπάλῳ appellat. Primum
genus sic dictum est, quod columbæ in ea man-
sitent, vnde columbaris quoque vocatur. Lati-
nis verbena & verbenaca: à Gallis veruena dici-
tur. vide ἱερακοπάλη.

Περιστερὰν ὄπιθος. appellatur ἡ ἱερακοπάλη à Dios-
coride.

" Lib. 4. c. 61. & à Plin. lib. 25. c. 9.

Περιτόναιον. dicitur pars corporis quæ pectus cingit,
" præcordia.

Περιτροπάδην. apud Hippocr. in lib. de artic. exponit
" Galen. crus in exteriorem partem circumuo-
" luendo transferre, aut crus in orbem circum-
" ferendo incedere, & in mochlico περιτροπάδην ὡς
" βόες, quod eleganter Caluus errabunde sicut
" boues incedere dixit, quod Virgil. errabunda
bouis vestigia dixerit, τὸ ἑλίπλειν & ἑλίπαν exprimens.

Περίσπασις. dicitur ab Hippocrate modus reponen-
di articuli, sola digitorum coniectione contre-
ctatione quesiue ipsius ægri, siue medici. Is fa-
cillimus est, & in ea articuli luxatione vsurpatur
vbi commissura laxa est, & cauum exiguis labris
continetur. Sic enim ægri per seipsos articulum
facile restituunt, ipsique digiti vicem vectis
præstant. Talis reponendi ratio conuenit arti-
culo humeri cum laxo scapularum osse, quip-
pe qui nullum oblongum processum habeat,
neque in capite humeri (ex toto enim rotun-
dum est) neque in labris illius cauitatis in quam
recipitur, sicut annotat Galen. comment. 1. εἰς
τὸ περὶ ἄρθρων, vbi circumuagationem interpres
conuertit.

Περίσφυξις. dicitur fascia, qua malleoli pedis cingi „
solent; seu ligamen est quod cruribus circum- „
datur accipiẽdo σφυξὸν synechochicõs pro crure. „

Περιτετριχωμένος ἕλκος. vide ἕλκος. „

Περιτομὴ, ἢ περιαίρεσις. circumsectio aut circumcisio „
est ablatio pellis qua glans colis tegitur Ga- „
len. in Definit. Medicis, & apud Paul. lib. 6. „
cap. 57. περὶ τ. περιτετμημένων. habetur, id est, de „
circumcisis. „

Περιτόναιον. peritonæum. Est membrana, seu tuni-
ca (vtramque enim sortitur appellationem, sed
membrana quidem ab essentia, tunica vero ab
vsu nuncupatur) totum ventrem infernum
continens. Huic enim toti περιτείνεται, hoc est
circumtenditur, vnde & nomen habet. Ori-
tur præcipue à ligamentis spondylorum qui
sunt ad lumbos, ibique crassissima est, & su-
perne viris, inferne mulieribus crassior & robu-
stior. Omnibus autem ventris inferni partibus
tunicam largitur, & eam quidem qua crassior
est crassiorem, tanquam apophysim quandam,
phrenibus, hepati, folliculo fellis, qua parte non
tegitur hepate, lieni, ventriculo, intestinis, ves-
icæ, vtero, renibus, vreteribus, venæ cauæ & ar-
teriæ magnæ descendentibus & vasis ab vtra-
que spermaticis. Eadem quoque duplata, epi-
ploon & mesaræon, ramos portæ venæ vtrim-
que colligans, facit illud dissita, hoc vnita, am-
bo ex ipsius peritonæi basi orta. Quinetiam par-
ti costarum notharum & musculorum epiga-
strij præcipue transuersorum, tum carni tum a-
poneurosi subtenditur. Recipit autem perito-
næum à lumborum & partium in processu vici-
narum neruis quidem sensum, venis autem ali-
mentum.

Περίττωμα. excrementum. Dicitur quicquid in cor-
pore superfluum est, siue spiritus, siue humor,
siue corpus aliud solidum. Cæterum omne re-
dundat ex corporis nutritione. Nam si quid in
alendo corpore nec confectum nec prorsus assi-
milatum est, id corpori nec adnascitur accresci-
tue, sed per ipsius laxiora intus spatia errat tan-
quam superuacaneum, vnde nomen quoque re-
cte à maioribus περίττωμα est inditum. Sed cum
genere triplicia, vti diximus, excremẽta habean-
tur, primum de humoribus dicendum, quorum
etiam duæ sunt differentiæ. Nam quod humor
copia exuperet, vel quod aliena qualitate prædi-
tus sit, excrementitius appellatur: vtrumque
enim natura seponit & excernit. Primi gene-
ris sunt sanguis menstruus, aut saltem portio
eius tenuior & purior, lac, semen, medulla

ossium, humor tum spumeus qui in pulmonis carne continetur, tum glutinosus qui in articulis est, & si quæ alia sunt in corpore prorsus benigna, sed quibus in præsens carere corpus possit, vel sint ad generationem aut fœtus alimoniam comparata. Nam partes omnes, vt demõstrauit Galenus in lib. de facult. natur. quicquid possunt alimenti sibi assimilant & apponunt quo nutriantur: & ex eo opere duplex recrementum relinquitur, alterum inutile, alterum vtile & benignum, similis cum parte ipsa naturæ, quod quidem à multitudine & copia habet originem, cæterum tanquam familiare seruatur. Quod vero alendo corpori inutile est nec benignum, aliud naturale, aliud præter naturam est. Naturale rursum aliud vtile, aliud inutile prorsus est. Vtile dicitur cuius aliquis in corpore vsus est, vt bilis flauæ in sua vesicula, & atræ in liene, & eius excrementi ex quo pili & vngues oriuntur: inutile contra quod corpori nullo modo inseruit, vt stercus, vrina, sudor. Quod vero præter naturam est, id præter naturæ leges nascitur, nullumque corpori vsum præstat, sed vehementer officit, morbosque creat. Huius generis sunt permultæ bilis species de quibus suo loco dicetur, & quicumque humor in corpore computruit, vel naturæ modum excessit. Cuius quidem excessus quoniam varia & multiplex ratio est, ideo plurimæ sunt huiusmodi excrementorum differentiæ, quarum aliæ à colore, aliæ à consistentia, aliæ à qualitatum temperie, aliæ à gustu, aliæ ab effectis nomen habent. Inde flaua, nigra, alba, aquosa, tenuia, crassa, calida, frigida, humida, vitrea, nitrosa, salsa, acida, nidorosa, acria, exedentia, putrefacientia appellantur. Hi quidem excrementitij humores sunt. Datur vero & excrementi nomen spiritui vaporoso & fuliginoso qui conspectum præ tenuitate effugit, & perflatu sensum latente transpirat. Id enim tertiæ concoctionis excrementum à Galeno dicitur. Sed & solida quædã corpora inter excrementa reputantur, vt calculi, arenulæ, lumbrici, & si quæ præterea eius generis in corpore continentur.

Περιττωματικὰ σπέρματα. dicuntur alimenta quæ multum gignunt excrementi, opposita sunt τοῖς ἀπερίττοις Aet. tetrab. 1. serm. 2. c. 248.

Περιττωματικὸς. non modo excrementitium significat, sed etiam hominem excrementis abundantem vt notauit Budæus ex Theophr. & Aristotele.

Περίψυξις. vitium est τῇ φύσει contrarium, cum videlicet ea quæ meatus naturales concludunt, ita diducta sunt, vt reduci nequeant. Proprie tamen dicitur de præputio ita retrorsum adducto, vt glandem rursus tegere nequeat. vide φίμωσις.

Περιφυὴς μαρασμὸς. sic appellabat Philippus calidum marasmum, febribus superuenientem calidissimis præsertim, in habitu corporis sicciore; his pulsus adest frequens & paruus, & dum ocitant, spiritum efflant calidum: Galen. lib. de marasmo, vide μαρασμὸς.

Περιχαρακτὴς. scalpellus dicitur quo gingiuæ circũscarificantur vt dentes facilius eximi possint, illius meminit Cæl. Aurelian. lib. 2. τ. χρον. c. 4. in curatione dentium doloris.

Περίχολον. vsurpatur dictio hæc in Prorrhet. duorumque alterum significat, vt ait Galen. vel excrementũ bile aspersum & circumfusum, quod proprie περίχεται, hoc est, in ambitu & superficie coloratum dicitur, vel abunde biliosum. Neque enim περίχολον ἕξει aliter intelligi potest.

Vide ὑποχώρημα περίχολον.

Περίψυξις. pro vacuitate ardoris & moderatione caloris apud Hippocr. ponitur, vbi ait περὶ ψυξὲ ἐγ παχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη, id est, temperiem habuit, mox rursum æstu incanduit. Quod idem est ita scriptum alibi, ἀπύρετος ἔδοξε γίνεσθαι, σφὸς δείλην ὁ πυρετὸς ὀξύς, id est, visus est febris expers, sub vesperum autem febris acuta. Quod autem verbum ἀφιψύχομαι & ἀφίψυξις, caloris moderationem partiumque ipsarum temperiem, non secus atque frigus extremum significet, testis est illa sententia præceptoris τὰ ὑπολελειμμένα κάυματα ἐν ὑποχονδρίῳ πυρετῶ ἀφιψυχθέντος κακὸν, ardoris reliquiæ in hypochondrio refrigerata febre ipsos male habẽt quos occupat. Apud Hippocr. tamen ῥῖγος, ἀφίψυξις, φρικὼδ, vt plurimum eadem ratione vsurpantur, & ἀφιψυχθεὶς πυρετὸς eleganter ab Hippocr. part. 7. lib. 1. prorrhet. dicitur lipyria febris aut causus, cum interna vruntur, extrema frigent, & περίψυξις pro vehementi frigore & affectione illa febri laborantium quæ horrorem præcedit, idem quod κατάψυξις.

Περκνὸν. nigricans & liuescens, apud Hippocratem, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ. Supra πλιγὲν sic (vt quidam codices habent) πλικὲν, eodem significatu.

Περίψυξις. refrigeratio. Dicitur in febribus frigus id quod horrorem præcedit.

Περόνη. fura. fibula à quibusdam. Est alterum os tibiæ exterius & tenuius. Alterum enim quod crassissimum est & interiori in parte situm, κνήμη Græcis, eodem cum tota parte nomine, Latinis tibia appellatur. Est autem ἡ περόνη supra breuior paulo, vt quæ genu ipsum non contingat, infra vero longior multo quam tibia: habet autem & supra & infra epiphysim, quarum superiore iungitur cum osse tibiæ membranoso ligamento, inferiore vero prominente & gibba malleolum externum constituit, sicut tibia epiphysi simili internum. vide κνήμη. Scribit autem Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ apud Hippocr. πλὴν περόνης diuersa significare: aliquando quidem os totum membri, aliquando vero ipsius ossis epiphysim, interdum autem eius protuberantiam, quæ non aliud est quam malleolus.

Περονιδιὸν. vehementem & circumtensum partis dolorem interdum significat apud Hippocr.

Περπέρεος οἶνος. vide οἶνος vbi vinorum insigniores differentiæ explicantur.

Περσιστόμιον. sic dictum à quibusdam fuisse τὴ περσεφόνῃ, Dioscor. author est.

Περσικὸν μῆλον. malum Persicum aut compositè maloperscum (vulgo *Pesche*) corrupte pro Perse vt opinor, id est, voce Perse prauè detorta in *Pesche*. Quod autem vocamus *Presse*, estque ex genere eorum quæ appellantur *Pesches*, sunt qui duracinum Persicum esse existiment; malum autem Persicum pomorum species est, quod maturum tam stomacho quam ventri vtile habetur, acerbum aluum cohibet, sed siccum vehementius, decoctum è siccis, alui stomachique fluxiones sistit, idem ῥοδακινὸν alio nomine appellatur, Persicorum autem succus ait Gal. li. 2. de facult. aliment. cap. 19. facile corrumpitur prauusque omnino est, consulitque vt non

» post alios cibos sicut in consuetudine est, hæc
» mala mandantur; corrumpuntur enim in super-
» ficie natantia sed ante cibum tantum, iuxta re-
» gulas omnium quæ praui succi sunt lubrica &
» humida.

Περσέα. Persea seu Arbor Persica. Sciendum autem
» est non paruã esse inter eos qui in Dioscoridem
» scripserunt hac de arbore controuersiam; Ni-
» mirum an ea non sit aliud quam malus Persica,
» an contra discrimen aliquod inter has esse existi-
» mandum sit. Equidem vt idem esse putemus fa-
» cere potest hoc quod apud Dioscor. legimus li.
» 6. c. 22. aduersus ἰλιγγώδεσι, id est, cerussam auxi-
» liari περσικῶν τὰ ὀξᾶ, quoniam videlicet apud Ni-
» candrum περσέης καρύου aduersus hoc ipsum opi-
» tulari legimus. Sed vicissim non pauca sunt quæ
» ad constituendum inter hæc duo discrimen nos
» impellere videantur, è quibus vnum hoc est,
» quod ipse Dioscor. non vnà cum malis Persicis
» sed seorsum mentionem facit, & quidem talem
» vt peculiaris descriptio esse iudicari possit. Sed
» & Galen. 2. κῆ τόπ. se in sola Alexandria Ægypti
» Perseam arborem vidisse ait. Eam vero quæ Per-
» sica poma fert, certũ est Galeni seculo per om-
» nem Italiam, Asiamque ac Græciam notissimã
» ac frequentissimam fuisse: idemque seorsim de
» Persica malo & de Persea arbore tractat; hanc
» etiam diuersitatem Plinius agnouit lib. 15. c. 13.
» & Theophr. 1. de hist. plant. c. 5. & lib. 3. c. 5. In-
» super arbos Persea semper folia habet & poma,
» alijs subnascentibus, toto anno viret, nec folia
» decidunt, quod de Persicorum malorum arbo-
» re dici non potest: denique etiam Perseæ arbo-
» ris fructum Galen. libro de alimentis adeo vi-
» tiosum ac pernitiosum in Persis esse ait, vt in ci-
» bo acceptus interficiat. In Ægyptum vero
» translatum comestilem factum esse vt qui eo-
» dem modo velut pira & mala edatur, quorum
» etiam magnitudinem habet; hoc & Nicandri
» interpres testatur tradens Persas lethiferæ arbo-
» ris Perseæ, surculos ex veteris simultatis & vin-
» dictæ affectu in Ægyptum misisse, sperantes
» plures noxijs Perseæ arboris pomis interituros,
» sed eorum & fertilis soli Nilo irrigati benignita-
» te factum esse, vt huius virulentia in salutarem
» fructum sit commutata; quæ de nostri orbis aut
» Romanis Persicis intelligi aut dici non posse
» docet Plin. lib. 15. c. 13.

Πεπύας οἶνος. ὁ ἐφισωὸς οἶνος. vinum annotinum, siue superioris anni vinum, sic tanquam ἐφισύας dictum apud Hippocr. quemadmodum & ἀντέτλω appellat τὸν ἀντετέτλω, hoc est eiusdem anni, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Πεσσὸς, pessus. pessarium. Est, vt ait Paulus lib. 3. lana concerpta, & ad digiti figuram rotunda facta, in qua pharmaca excipiuntur & continentur. Verum tamen non ex lana sola, sed ex panno etiam aut bombace aut linamentis, primum demersis in medicamentum curationi conducens, deinde inuolutis serico filoque appensis parantur. Fiunt & ex gummi, & resinis, & cera, alijsque liquoribus ad talem formam redactis. Conuenit id genus medicamenti præsertim vtero, estque ad multa vtile. Verum de vsu & differentijs pessorum idem Paulus lib. 7. c. 24. abunde tradit. Vt autem ex Antyllo refert Oribasius, tres sunt pessorum differentiæ. Alij namque molliunt, alij adstringunt, alij aperiunt. Mollientibus ad vteri inflammationes, exulcerationes, perfrictiones, strangulatus, auersiones & inflationes, vtimur. fiunt autem ex cera Tyrrhenica, cyprino, susino, pinguedine anseris & gallinæ, butyro insulso, resina deusta, medulla ceruina, fœnogræco & similibus. Aperientes vtiles sunt cum purgationem suppressam prouocare volumus, aut conniuentem compressamque vuluam emendare: hique ex melle, artemisia, dictamno, brassica, dulcis radicis succo, ruta & scammonea. Adstringentium vsus contrarius est aperientibus. nam fluorem muliebrem cohibent, & vterum suspensum contrahunt, & prolapsum reprimunt.

Cæterum in hac significatione reperitur etiam « πισσὸς vnico σ. immo Eustath. dubitat an πισσὸς « gemino σ. scribendum sit, vt distinguat à πισσὸς « qui calculum lusorium significat: Porro à præ- « narrato huius vocis significato, etiam virile mẽ- « brum appellasse pessulum Terentianus ille ado- « lescens videtur, pessulum (inquit Terent.) « ostio obdidit, non quidem fores occludens, sed « quod acute solertioribus excogitatũ est, genita- « libus immissum mutonẽ monstrans, quoniam « scilicet medicis pessi dicantur qui fœminarum « naturalibus subijciuntur. «

Πισσὸς. nigrantia in oculo Iulius Pollux interpretatur.

Πιτυλώδης οὖρον. folliosa vrina. dicitur ea in qua folijs similia siue squamuis aut laminis subsidenti dicuntur autem πίτυλα, inquit Actuarius, quæ & longitudinem & latitudinem habent, non etiam euidentem profũditatem. Eodem etiam, ait ille, donata sunt nomine instrumẽta quædam ad lanificia comparata. Quinetiam lapis quidam πιτυλίτης dicitur quasi εἰς πίτυλα, hoc est, in laminas solutus. Ex quibus omnibus τῶν πιτυλώδη ἀπόσασιν, siue quæ subsident in vrinis folijs similia considerare oportet. Fit autem eiusmodi, vesica resoluta & erosa, vt author est Galen. comment. aphor. 76. lib. 4. vide ἀπόσασις.

Πιτυλίτης. lapis apud Actuar. de quo leges in πιτυ- « λώδης οὖρον. «

Πιτυσίτης. petasites. herba est cuius pediculus cubito maior est, crassitudine pollicis. à quo prægrande folium galeri modo amplum, ceu fungus dependet. tertio ordine desiccat.

Πιτυώδεις. eas vocat Plantas Athenæus lib. 9. quæ « folia ampla in modum petasi habent. «

Πέτρα ἀσία. petra Asia, in qua lapis Asius prouenit, cui tametsi illa vim habeat similem, actionis tamen vehementia inferior est. vide ἄσιος.

Πετραῖοι ἰχθῦς. saxatiles pisces. Hi dicuntur qui non in læuibus aut arenosis aut terreis littoribus, sed in petrosis promontorijs, & vbi saxa sunt, delitescunt & pariunt. Alimentum autem quod ex ijs sumitur, non modo ad coquendum est facile, sed hominum etiam corporibus saluberrimum, vt quod sanguinem medium consistentia generet: hoc est, neque admodum tenuem, neque aquosum, neq; vehementer crassum. Sunt præterea ad detergẽdum optimi, bonique succi, neque glutinosi, quos etiam febricitantibus offerendos esse Galenus consulit. Numerantur autem hi à Galeno lib. de alimentorum facult. 3. scarus, merula, turdus, iulia, fuca, perca.

Πετρέλαιον. petroleum. dicitur à quibusdã bitumen liquidum, quod effluat è saxis, vel quod eo ad lucernarũ lumina olei vice antiqui vterẽtur. Scribit Platearius fieri cum pinguedo terræ & aquæ

actione caloris in igneas partes conuertitur, & inueniri super lapides, quia per eos resudet, & ex eis, & supra muros inueniri, sed nigri coloris, postea vero per excoctionem fieri album. dicitur igneam habere vim dissoluendi, attrahendi, & consumendi. vide ἄσφαλτος.

» Appellatur & oleum sanctum, & oleum petræ à nostris medicis & seplasiarijs, neq; hoc est » oleum nisi bitumen liquidum, vel colamen bitu- » minis quod Babylonijs etiam naphta, id quod » ex Mesue satis liquet. Petroleum igitur omne » oleum quod è petris & saxis emanat dicitur, & » fuit haud dubie Nicolai temporibus vsitatũ pe- » troleum, quod vt ille ait sect. 1. de antidotis an- » tidot. 27. μύρον τὸ ἀπὸ βαρσάρων vocauerunt. Perin- » de atque nostra ætate fuit quod circũgestabant » nonnulli, & sanctæ Catharinæ oleum vocabant; » virum autem facit quod nos virginem fuisse pu- » tamus Diuam appellantes Barbaram.

Πετροσέλινον. species apij præruptis in locis nascentis semine ammeos, sed olente magis, gustu acri & odorato. Hortensi longe maius est. Macedonicum cognominatur, quoniam in Macedonia frequens optimumque nascitur. Eius semen calidum siccumque est tertio excessu. incidit, vrinas mouet & menses, flatus valenter discutit.

Πετροφίλη. sic dicitur τὸ ἀείζωον, siue sedum maius, quod in petris nascatur.

Πευκέδανον. planta est caulem emittens tenuem, gracilem, fœniculo similem. comam habet statim ab terra foliosam spissamque, florem luteum, radicem nigram, crassam, plenam, graui odore, succosam, ex qua tenera cultello concisa profluit succus admodum excalfaciens, digerens, attenuans, maximi in medicina vsus, si verus haberetur.

» Nomen sortita est ab amaritudine pro πευκέδα- » νον autem quod apud Nicandrum & Aetium le- » gimus, Dioscorides habet πευκέδανος; apud » Paulum mutato accentu πευκεδανῆ, sed vt ἠρυ- » θρόδανον & μυρτίδανον, ita etiam πευκέδανον videtur » efferri debere.

Πευκέδανον. etiam dicitur à quibusdam σίκυος ἄγριος, hoc est, cucumis anguinus, sicut habetur apud Dioscoridem.

Πεύκη. alij piceam, alij laricem, alij abietem inter- » pretantur. vide Dioscor. lib. 13. Theophr. hist. » plant. lib. 3. & sæpe aliàs.

Πεφεικὼς, ἢ φεικώδης γλῶσσα. lingua inhorrescens seu » rigidiuscula. vide γλῶσσα.

» Πεφρυγμένη γλῶσσα. vide γλῶσσα.

Πέψις. coctio. cõcoctio. Est alteratio nutrientis in propriam qualitatem eius quod nutritur. Alterationem esse multis in locis Galenus docuit, sed non eam quidem quæ fiat per qualitatis depositionem & mutationem in contrariam qualitatem, eodem manente subiecto, sed specificam, quæ proprie & primum ab eo dicitur alteratio. Ea fit cum ex specie alia species inducitur, vt cum ex pane, carnibus, vino, sanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, atque ex his postea adeps, os, neruus, caro, arteria, vena generantur, nutriuntur & augentur. Siquidem dum in ventre venisque nutrimentum concoquitur, easque mutationes perpetitur, tota sua substantia alteratur, veteremque naturam exuit, in aliam transiens speciem. Concoctio igitur alteratio est, non in omnem, sed in propriam corporis nutriendi qualitatem, quæ quidem cibo induci non potest, nisi in aliam speciem verso, quæ proxime ad nutriti substantiam accedat. Non est enim ea quæ cibo inducitur qualitas elementaris, calor scilicet aut frigiditas, sed essentialis potius & substantifica. Itaque si concoctio nutritionis gratia fit, eaque perficitur appositione similis substantiæ, necesse est cibum qui concoquitur, aliam substantiæ speciem induere, & in aliud mutari. Quare quot sunt coctiones, totidem substantiæ mutationes fieri necesse est, antequam in propriam cuiusque, à quo mutatur, qualitatem alterari possit. Ac in ventriculo quidem chylus, quem succum, vel si placet, cremorem interpretare, in iecinore & venis sanguis, in solidis ipsis partibus ceu ros efficitur. Tot enim concoctiones à medicis in animalium corpore statuuntur. Sed primum dicendum de prima, quæ fit in ventriculo. Quæ si communem cõcoctionis rationem habet, necesse est in ventriculo cibum conuersum in chylum propriam ventriculi qualitatẽ induere. Quo in opere duo concurrunt, chylus & propria qualitas, quorum hæc veram concoctionis ventriculi rationem substantiamque perficit: ille vero non perficit quidem, ex ijs tamen est quæ necessario concoctionis substantiam cõsequuntur. Neque enim cibi in chylũ conuersio proprius est cõcoctionis ventriculi terminus, quod oporteret statim post eius generationem πυλωρὸν aperiri, statimque ipsum à ventriculo in venas transire, cum tamen ijs qui imbecilli sunt, diutissime hic innatet, & fluctuationes cum sonitu dum moratur, excitet, neque exeat, nisi vi facta ventriculo, præsertim cum foris etiã speciem eiusmodi cremoris efficere liceat. Sed verus huius concoctionis terminus est propria ventriculi qualitas in eiusmodi cremorem impressa. Ac donec quidem chylus eam qualitatis similitudinem adeptus fuerit, concoqui dicitur: vbi vero parti nutriendæ apponi cœpit, iam non coqui, sed alere ipsaque actio nutritio appellatur: sine enim à se inuicem concoctio nutritioq; differunt, quod hæc mutatio sit cibi in nutriti substantiam, illa vero in solam qualitatem. Est autem ea quæ in ventriculo fit concoctio, actio ipsius ventriculi propria, non oris ipsius, quod appetit quidem cibos, sed non concoquit. Eius causa, vt & omnium operum naturalium, est proprius & innatus calor ventriculi, quem magis indicibili quadam proprietate, quam ardore & vehementia definire conuenit. Hic cum calidus sit & humidus idcirco veteres concoctionem elixationem propter similitudinem dixerunt. Talis quidem fuit Hippocratis & Aristotelis sententia, hoc inter cætera argumento firmata, quod concoctio per somnum quam quietem efficacius fiat. Vt enim scribit Hippocr. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, euidenter vigilãs calidior est exterius, interius autẽ frigidior, dormiens è contrario. At vero Erasistratus contritione & molitura, & amplexu ventriculi & aseititij spiritus proprietate: Empedocles autem putrefactione (cuius opinionem plærique veterum sequuti, ἄπεπτα vocauerunt, quæ postea ἄπεπτα dicta sunt) quod alimenta in ventriculo saporis odorisque gratiam amittant, ciborum concoctiones fieri crediderunt. Cum autem calor ipse natiuus concoquendi principium sit, causæ tamen aliæ plæræque ad concoctionẽ concurrunt, vel per quas melius ipsa con-

coctio perficitur, vel sine quibus absolui non potest. Nam & cibos in ore mandi oportet, in quo principium huius cōcoctionis quidam posuerunt, & in ventriculo retineri necesse est, & ventrem eos prorsus complecti ac vndiq; constringere, vt nullum vacuum relinquat locum. Alioqui vel exit cibus priusquam possit concoqui, vel fluctuantis humoris sonitus velut ex vacuo eduntur atque exaudiuntur, ipseque ventriculus premitur pariter & grauatur. Est autē hic complexus tanti momenti, vt nec in vtero, nec ventre, nec vesica vtrauis, nec ea quæ bilem excipit, nec altera, vacuum locum sit inuenire, sed siue parum sit, quod in his continetur, siue multum, pleni eorum sinus apparent, tunicis ipsis semper ea quæ continent arcte cōplectentibus, modo scilicet naturaliter animal se habeat. Eadem & in secunda coctione ratio est, quæ in venis mesenterij & in iecinore perficitur. Id enim attractum chylum arcte similiter comprehendit, nec nisi concoctum dimittit. Huius quidem concoctionis materia chylus est, finis vero & terminus impressa chylo propria iecinoris qualitas, quo in opere chyli speciē mutari, & in sanguinem transire necessarium est, ipsum autem concoquendi instrumentum iecur. Sic & in tertia concoctione sanguis pro materia habetur, qui deinde sanguinis forma exutus speciem roris accipit, & in propriam solidarum partium, quibus alimento est, qualitatem mutatur. Sunt enim solidæ partes huius tertiæ concoctionis instrumenta. Vt autem illæ multæ sunt, sic etiam multiplices huius concoctionis differentiæ existunt. Pars enim vnaquæq; sibi sanguinem concoquit suo modo: aliter quidem neruus, aliter os, aliter arteria. Hunc quidem in modum se habet triplex ea ciborum concoctio, quam in corporibus animalium fieri veteres prodiderunt: in quarum posterioribus eadem fere omnia, quæ de priore dicta sunt, vsurpare conueniet. His omnibus scopus vnus propositus est, ita alterare alimentum, vt postea in corporis substantiam facile verti possit. Qua in re, si quid inest alimento quod assimilari non potest, id calor natiuus tanquam inutile & alienum separat atque expellit. Sic fit, vt singularum coctionum propria sint excrementa, quemadmodum Galen. lib. 1. sanit. tuendæ demonstrauit. Sic quidem in sano homine & secundum naturam se habente concoctio peragitur. Cæterum ab ea non longe diuersa est vitiosi humoris, quæ per morbos suscipitur à natura, concoctio. Habent enim inter se permulta communia. Vtramque calor natiuus molitur solidis partibus insitus, in vtraque eædem illæ partes materiam quæ coquitur, contendunt in propriam qualitatem commutare alterareque. Sed eum quidem finem in alimento concoquendo natura assequitur, in morbifico autem humore consequi non potest. Quod enim putridus atque à natura prorsus alienus humor est, fieri non potest vt propriam corporis nostri qualitatem recipiat. Itaque quamuis natura circa eius coctionem alterationemque versetur, idē ex eo quod ex optimo alimēto consequi cupiens (nemo enim naturales facultates ratione gubernari administrarique, vt opinor, contenderit) eo tamen fine frustratur propter materiæ peruersitatem, quæ nunquam ita mitificari potest, vt propriam corporis nostri qualitatem admittat, deindeq; nutriat. Attamen si modo morbus salubris futurus est, eam quadamtenus à solidis partibus, quarū proprium munus est concoctio, alterari necesse est & mitiorem reddi. Id quod concoqui vocauit Hippocrates, id est, à natura quocumq; modo euinci. Tunc enim cōcoctionis nomen in suo vniuersaliore significato accipimus. Est autem id vniuersalius, inquit Galenus, cū natura causis fortior fuerit, permutaueritque eas suo robore. Sunt autem huius euictionis permutationisque variæ differentiæ. Nam & crassa dum extenuantur, aut tenuia incrassātur, aut lenta inciduntur, aut putria in pus vertuntur, à natura vinci & concoqui dicuntur, concoctione scilicet, vt ait Galenus, omnem ad mediocre temperamentum adductionem significante. Sic enim vitiosi humores quandam tum substantiæ, tū qualitatis moderationem adipiscuntur. Hanc autem consequuti facile postea extra corpus pelluntur à facultate expultrice, quæ nunquam nisi peracta concoctione, salubriter munere suo fungi potest. Alias enim omnis excretio symptōmatica censeri debet, non aliter quam cruda lientericorum deiectio. Hunc quidem in modum de coctione se res habet. Quod autem ad nominis rationem attinet, Aristoteles πέψεως nomen commune facit πεπάνσει, ὀπήσει & ἕψήσει. Tres enim has species τῆς πέψεως constituit. πέπανσιν siue πεπασμὸν appellat coctionē eam quæ fit à calore interno, de qua superiora omnia dicta sunt, & cui πέψεως potius quam πεπάνσεως nomen dedimus, Hippocratem & medicos omnes sequuti: ὄπησιν vero & ἕψησιν, eam quæ fit ab externo. At vero alij πέψιν vocant, vt scribit Galenus comment. 2. in lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, deductionem quandam eius quod coquitur in coquentis substantiam, quæ in sanis fiat, & ex qua paucissimum supersit semicoctum: πεπασμὸν autem veluti coctionem quandam & maturationem humoris morbifici, in qua quod assimilatur paucum est, quod autē semicoctum & superfluum relinquitur, multum. Galenus tamen passim concoctionem quæ in morbis fit πέψιν indifferenter appellat. vide ὠμὸν.

Πηγαὶ. dicuntur à quibusdam oculorum anguli maiores, qui sunt ad nares, quos etiam alio nomine ῥαφὰς appellant.

Πηγανεὸν. emplastrum rutaceum, quod triplex reperio: vnum apud Paulum lib. 7. alterum apud Aetium lib. 15. contractos manuum articulos magnopere emolliens: tertium similiter apud Aetium, ad scabras fistulas conueniens.

Sed quod hîc πηγανεὸν habetur à Tralliano li. 6. πηγανικὸν appellatur, quam internis doloribus discutiendis & euocandis conferre ait exterius applicitam sicut in pleuritide, idem & Paul. li. 7. c. 17. hoc modo appellans.

Πήγανον. ruta; ῥύτην rutam à Peloponnensibus appellari Iolaus est author, à reliqua Græcia πήγανον, deriuata voce vt ait Plutarch. 2. sym. quæst. 1. ἀπὸ τῆς δυνάμεως, πήγνυσι γάρ, inquit, ἐφέστιον δὲ καὶ σπερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως τελείων δεῖ τὴν κύησιν, id est, quod ob siccitatem calori iunctam semen genitale coagulet, sitque adeo in totum prægnantibus inimica. Itidem Nicandri scholiastes dictā tradit παρὰ τὸ πήγνυσθαι τὴν γονὴν, esse enim ἀκρατικὴν τῆς σωφροσύνης, quamobrē & τῶν μεθυόντων ea vti.

» Πάσπις. idem quod διαπάσπις. de qua suo loco.

Πηκτὸν. concretile. Est passiua qualitas secundi generis, de numero earum quæ secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicuntur: significat autem id quod condensari atque indurari potest. Duobus autem id contingit modis, calore & frigore: illo quidem deficcante humorem, hoc vero calorem expellente. Itaque alia humoris absentia, alia vero caloris concrescunt: aquea quidem caloris, vt glacies, cera, seuum: terrea vero humoris, vt sal, nitrum, lutum. vide πῆξις.

Πηκτὴ siue

Πηκτὸν γάλα. est lac concretum per coagulum admisto melle. de quo vide in dictione γάλα.

Πηλάειον. est species collyriorum τῶν μονοημείων, sic dictum, vt arbitror, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, quasi cœnosum siue lutosum, & idem quod τρυγῶδες. Ex ipsa compositionis forma nomen inditũ. Nam cum pleraſque τῶν πηλαείων differentias Aetius describat, omnes se habent in fæcis modum propter acaciæ succum, quo quæ constant collyria μονόμερα, ea Galenus τρυγῶδη nuncupari scribit, lib. τῶν κατὰ τόπους, περὶ ὀφθαλμῶν.

Πηλοπτικὴ κονία ἢ

Πηλοπτικὸν ὕδωρ. ab omnibus fere interpretibus male vertitur: alius lixiuiam figuli aquam, alius cum luto suo lixiuiam, alius aquam lutariam reddidit, alius se plane nescire quid esset professus est. Nec immerito quidem, quod non animaduerterint per ι. πλοπτικὸν scribendum esse: quod quid significet, vide suo loco.

» Vide vocem κονία vbi hæc fuse explicantur.

Πῆξις. coagulatio, concretio. Est diffluentis humidi determinatio. fit exiccatione, quod proprium sit sicci terminari atque definiri. Inducitur autem siccitas vel sicco corpore superinducto, vel summota quæ inerat humiditatis redundantia. Cuius summouendæ ratio etiam duplex est, scilicet per compressionem humiditatis à terrestribus partibus siccioribus factam, sed adhuc tamen in corpore latentis & contentæ, vel per resolutionem. Causæ vero coagulationis seu concretionis sunt tum calidum, tum frigidum. Calidum quidem tam per se quam per accidens, frigidum vero non nisi per accidens, sicut Aristot. lib. 4. meteor. demonstrauit.

Πῆξις ὀφθαλμῶν, & ὀφθαλμοῦ πεπηγότες, & ὄμμα πεπη-
» γὸς. vide ὀφθαλμός.

Πήειον. ὀξύνεται. apud Hippocr. interdum etiam πῆδεον, apud eumdem lib. περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων, vt scribit Galen. ἐν τῷ γλώσσῃ. Apud Etymol. & Suidam oxytonως est πηεῖν: quorum ille dicit esse ὄρχιν, hic αἰδοῖον.

Πηείπις νάρδος. dicitur à Galeno nardus montana eadem prorsus ratione, qua etiam θυλακῖτις appellatur, ob id videlicet quod è Syria atque Cilicia θυλάκοις ἢ πήραις, hoc est, sacculis & peris in Græciam deportaretur. vide νάρδος.

Πηπὼα. idem quod πυτία coagulum, de quo suo loco.

» Πηχέτον. perinæum dicitur.

Πῆχυς. cubitus. duo significat apud Hippocratem. Hic enim aliquãdo vocauit eam partem totam, quæ inter manũ & cubiti articulũ est, interdum cubitum id os quod è duobus ossibus longius est & grandius. πῆχυς enim gemino osse constat, quorum alterum κερκὶς, id est radius, alterum πῆχυς eodem cum tota parte nomine appellatur. sicut κώλη & totam partem, & partis totius portionem significat, vt annotat Galenus comm. 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Subest autem cubitus radio, habetque duas apophyses acutas, κορώνας ob id dictas, quarum anterior est minor, altera maior. Inter has autem cauitas est, σιγμοειδὴς siue σιγμα-τοειδὴς dicta, similis Ϛ Græcorum literæ, vti asperæ arteriæ bronchia, in quam orbita trochleæ similis, inter duos condylos sita, brachio inseritur. Huius autem ossis, quod cubitum speciatim nominant, finis vterque validis ligamentis radio colligatur. Media autem amborum inter se omnino dehiscunt. Vtrumque autem os iuxta carpum epiphysim foris gibbam, intus cauam habet, cubitus quidem minimo digito, radius autem maximo respondentem, in quam cauitatem carpus immittitur & diarthrosi inarticulatur. Inest præterea cubito ex abundantia quædam apophysis dicta στυλοειδὴς siue στιλοειδὴς, à stylli vel columnæ figura, ipsa etiam carpo per diarthrosim inarticulata, motus carpi obliquos dirigens ac firmans, tum ligamentis, tum etiam occursu ossis carpi ipsam parua cauitate excipientis. vide χείρ.

Est & πῆχυς mensuræ nomen, qua rerum interualla dimetimur. Est autem extensio à cubito vsque ad summum medium digitum, pedis vnius & dimidij, vt scribunt Suidas, Hesychius & Pollux. Est igitur mensura digitorum quatuor & viginti. Latini cubitum etiam vocant. Ab eo deriuantur πηχαῖος, ἡμιπηχυαῖος, δίπηχυς, τρίπηχυς, ἑξάπηχυς, quæ sæpe apud authores occurrunt.

Πηγανόξυλεις. sic à quibusdam dictum est elleborum album, vt habetur apud Dioscor.

Πίσμα. retrimentum cuiuscumque rei post expressionem relictum. dicitur & ἐκπίσμα & ἀπόθλιμμα. Plærique tamen non retrimenta tantum à succo expresso reliqua, sed ipsum etiam succum aliquando significari contendunt. Dicitur ἀπὸ τοῦ πίζειν, quod premere significat.

Vide ἐκπίσμα vbi plura.

Πίεσρον. instrumentum chirurgicum, apud Hippocratem, quod & ἐμβρυοθλάστης à fœtu rumpendo appellatur. refert Galen. ἐν τῷ γλώσσῃ.

Volsellam quidam vocant; Cæterum pro πίεσρον dicitur & πιεστήριον in hac significatione apud Gal. de hac voce plura vide in ἰλλυσὶρ.

Πιδύπις. dicitur genus papaueris syluestre, quod aliqui etiam rhœada appellant. vide in dictione Papauer.

Πικάειον. βάπτεσρον. apud Hippocr. vt scribit Galen. ἐν τῷ γλώσσῃ.

Πικάειον. autem apud Aretæ. de curat. acut. lib. 1. c. vlt. videtur esse compositum aliquod medicamen ex varijs constans, quod cum melle ad consistentiam decoctum exhiberi præcipit in pleuritide.

Πικρὰ. medicamenti nomen est ex aloë compositi, quod quamuis duobus nominibus ἱερὰ πικρὰ dicatur, absolute tamen tempore Galeni πικρὰ, propter insignem amaritudinem, dictum est. vide ἱερά.

Πικρὶς. dicitur à quibusdam τὸ αὐδηρόσυκες, vt habetur apud Dioscoridẽ. vel, eodem etiam authore, syluestris seris, quæ & cichorium appellatur.

Πικρὸν. amarum. Id dicitur quod vehementer exterget, simulque linguam molestè exasperat. Quicquid autem tale est, terrestre prorsus est & sic-

cum, sed subtile & caloris excessu extenuatum atque elaboratum, & consistentia omnino cineri simile, eaque in re falso admodum propinquum & affine. Sunt enim ambo terrena & calida, in eo tamen non obscure dissidentia, quod falsum, veluti & adstringens, multo crassioris substantiæ sit, amarum vero tenuioris. Quod autem amara terrena sint & sicca, hinc licet colligere, quod ex dulcibus excalfactis supra modum amara fiant, appareantque protinus consistentia sicciore quam dulcia. Cum enim à dulcibus humor semper defluat & absumatur in vaporem à calore resolutus, necesse est reliquum terrenius sicciusque effici. Siquidem dulcedo calido atque humido constat, habetque temperiem nostræ simillimam. Itaque quod è dulci superassato prouenit, perinde vt calx ciniſque calidum & siccum necessario efficitur. Neque enim aerea, neque tenuis, neque aquea potest esse eius consistentia, sed terrena prorsus & superassata. Ideo amara omnium minime putrescunt, nec vermes aut alia eiusmodi animalia procreant, qualia in reliquis putrescentibus proueniunt. Siccitatem autem eam inducit calor mediocriter excedens, non tantus quidem vt vrat & acre efficiat, sed superans dulcedinem & eius humiditatem resiccans. Fiunt igitur amara vi caloris, partim proprij & insiti, quomodo mel vetustate amarescit, partim externi & aduentitij, vt cum igni vel soli diutius exponitur. Sed cum ampla sit caloris latitudo, immodicus acria, moderatus dulcia, medius amara efficit. Verum is quoque in singulis suos habet terminos: siquidem tantus calor vt abstergere possit, nec quicquam vltra moliri, amara reddit; qui vero intensior est, adeo vt exurat, acria: at moderatus, qui nihil horum agit, sed nutrire modo potest, dulcia generat. Itaque veluti amara tenuiora & calidiora sunt, non modo adstringentibus sed & dulcibus, ita acribus crassiora sunt minusque calida. Verumtamen quicquid amarum est, idem etiam acre dici potest, siquidem amara mordicant, sed minus quam absolute acria. Ergo cum amara eiusmodi temperie sint, patet ea vim habere incidendi, extenuandi, abstergendi, expurgandi, siccandi & calefaciendi, hactenus tamen vt non vrant, & proinde menses mouendi, atque educendi pus è pectore & pulmone, & comitiali quoque morbo conferre. Verum præcipue obstructiones iecinoris & lienis expediunt, sed per se omnifariam stomacho infesta sunt, & omnibus prope animantibus nedum hominibus ad edendum nutriendumque inepta. Hæc quidem de simpliciter & exacte amaris dicta sunt, hoc est, de ijs quæ nulla alia sensu notabili qualitate participant. Nam plæraque dissimilibus vel cõtrarijs etiam partibus constant, vt absinthium partim amaris, partim adstringentibus, & lactuca vetus partim amaris, partim etiam frigidis atque humidis.

» Sicut autem dulce principium saporis est,
» ita amarum odoris esse docet Theophr. 6. de
» caus. plant. cap. 13. nec odoris modo, sed & grati
» quippe (ait) omnia prope odorata amara sunt, &
» odoratum quod amarum non sit, reperire difficile est.

Πικρότης. amaritudo. Est sapor molestè linguam exasperans, in substantia sicca, terrestri, subtili & extergente, à caloris excessu proueniens. Succedit dulcedini, extenuata vi caloris humiditate & resoluta. quo fit vt amara calidiora simul & tenuiora temperie sint quam dulcia, sicut paulo ante dictum est.

Πικρόχολοι. dicuntur ab Hippocrate qui amaro humore, qualis est flaua bilis, redundãt, quasi amaræ bilis homines. Colligitur autem humor ille aliquando toto corpore, aliquando superiore corporis parte, vt Paulo rhetori, sicut Galenus narrat: quandoque vero inferiore, vt Eudemo philosopho. Itaque pro locorum in quibus ille regurgitat varietate, πικρόχολοι πῶ ἔλιω ἔξιν, ἢ τὰ ἄνω, ἢ τὰ κάτω, hoc est picrocholi toto habitu, aut supernis partibus aut inferioribus, ab Hippocrate appellantur.

Πικρόχολος χυμὸς. est pallida & amara bilis, vt exponit Galen. comm. 3. εἴτε τὸ φλεγματικόν: siue pallida & flaua bilis. vt ait lib. 2. τῶν κατὰ τόπους, de his loquens qui ex stomacho caput dolent. nam qui vere πικρόχολος humor est, cum χολῶδες simpliciter dictum fuisse ab antiquis, idem annotauit comment. in aphor. 32. lib. 7. Itaque πικρόχολος χυμὸς non aliud est quam ἡ χολὴ, id est bilis, à qua homines πικρόχολοι appellantur.

Πίλαφιον. Collyrij nomen est descripti à Trallian. li. 2. c. vlt. vtilis ad oculorum fluxiones.

Πιλοποιικὴ κονία. est lixiuium quo οἱ πιλοποιοὶ vtuntur cogendis parandisque lanis. Est enim πῖλος, τὸ ἐξ ἐρίου πιλητὸν ἔνδυμα, hoc est indumentum è lana compactum, siue in subuculæ modum induatur, siue pro calceo pedibus aptetur caloris causa, siue eo vt pileo caput contegatur, siue alijs vsibus inseruiat. Est enim πιλεῖν siue πιλοῦν lanas cogere & compingere. vnde πίλημα deductum est, quod significat lanam coactam, cuiusmodi apud Gallos feltrum est, & omnis generis indumenta ex lana confecta. Inde etiam πιλητὰ κτήματα, id est lanæ coactæ, quas Iurisconsulti coactilia appellant, à quibus οἱ πιλοποιοὶ, Latini coactiliarij dici possunt. Cæterum eo in opere lanas aqua abluere oportet. quæ cum οἰσυπηραὶ, id est succidæ sint non est dubium quin aliquam vim medicamentosam in aqua relinquant. Nam vt aqua quæ per cinerem aut calcem colata est, vim aliquam inde accipit, ita ea qua lanæ succidæ abluuntur: ex quo perinde atque illæ inter κονιῶν, id est lixiuiorum genera censetur. Est autem prædita facultate digerendi atque incidendi, præsertim si additum est acetum, quod cogendis lanis quondam misceri solitum Plinius scripsit lib. 8. cap. 48. vbi de lanarum generibus differit. Proinde strenuum est lactis coagulati remedium, vt habetur lib. 6. apud Dioscoridem: nec temere Galenus lib. 6. methodi medendi, ab ea petiuit remedium ad neruum punctum in penuria alterius medicamenti, cum ægro forte vicinum πλοποιὸν vidisset. Sic enim legendum est per ι, non vt Linacer πλοπειὸν, quem figulum male videtur interpretari. Nam quamuis πηλὸς lutum significet, nemo tamen Græcorum eum qui ex luto aliquid fingit, πλοπειὸν, sed vel κεραμέα vel κεραπλάστην, appellauit. Neque enim lutum ipsum fingitur, sed ex eo alia fiunt ab artifice. Quod tamen mirum est à nullo Græcorum medicorum interprete animaduersum fuisse, quod vbique apud Dioscoridem, Galenum & reliquos per » scriptum legeretur. Ac quamuis magna pars medicorum eam in lixiuiorum genere annumerent, κονίαν πλοπειικὴν vel πλοπει-

πίνακα appellantes, à multis tamen ὕδωρ πλουσιωπικὸν, vel πλουσιωτικὸν, vel τὸ πλουσιῶν vocari reperies: ab Aetio verò εὐκτέανῳ τὸ πλουτεῖν, nulla prorsus ipsius rei differentia.

» Vide κατὰ πλουσιώπικὴν.

Πῖλος. pileus proprie dicitur, sed quemadmodum τὸ πίλημα, id est galerus, ita πῖλος herbis nonnullis » tribuitur, sicut apud Theophr. l. 4. c. 10. de fabæ » Ægyptiæ foliis & loto: alias πῖλος in plantis dici- » tur pilula quædam ex laneis flocculis coacta, vt » ipse tradit Theophr. histor. plantar. lib. 3. cap. 8. » de robore loquens, & lib. 4. cap. 10. de faba Æ- » gyptia.

Πιμελὴ. adeps, pinguedo. est pars corporis similaris, & quoad sensum simplicissima, humida & exãguis, à frigiditate partium neruosarum ex aerea & pinguiore sanguinis substantia per vasorum tunicas exudante, concrescens, & cursu ad internam eius membranam subnascens. Hic quamuis ex sanguine factus sit, exanguis tamen est & frigidus, vt qui ex habitus frigiditate gignatur. Eum humidiorem esse cerebro Galen. demonstrauit in lib. de temperamentis, eiusque generationis modum declarauit, scribens adipem calfactum liquari, cæterorum humidorum à frigore coagulatorum ritu. Cerebrum autem calfactum minime liquari, eoque adipe minus esse humidum, etiamsi adeps specie aridior esse videatur. Adipi namque concretio contingit, propterea quod membranis adiacet. Crasso namque oleo est similis, eoque congelatur vbi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur, neque circa arterias venasve aut cor, sed neque circa aliam præcalidam particulam coire potest, proindeque frigidioris naturæ & vitæ magis desidiosæ nota est. Affusus est autem membranosis & reliquis siccis particulis, vt eas ipsas pingui natiuo humectet, quæ celeriter in diuturnis inedijs ac vehemẽtibus exercitationibus & caloribus immodicis exiccantur atque indurescunt, vt docet Galen. libr. 16. de vsu partium. Differt ἀπὸ τὸ στέατος (quod seuum siue sebum Latini interpretantur) quod, vt ait Galen. seuum crassius ac durius sit, ac propterea in animalibus totam naturam sicciorem magisque terrestrem habentibus proueniat, velut adeps humidioribus: quodque seuum nec facile funditur liquescitve, & fusum celerrime iterum coit & conglaciatur, adeps contra ab igne liquescit celeriter, nec facile vbi eliquata fuerit, rursum cogitur: vel, vt ait Aristoteles libr. 3. de natura animalium, quod seuum fragile vsquequaque sit, & cum refrixit concrescat, adeps liquidus sit, minimeque aptus durari, quodque locis etiam discrepent: adeps enim inter carnem cutemque solet consistere, seuum in fine carnis semper est. Verum sæpe hæc duo vocabula apud authores confunduntur, qui indifferenter vnum pro altero vsurpant.

Πῖνος. vinum hordeaceum, vt scribit Arist. quo qui inebriantur, non in omnem partem, vt cæteri, corruũt, sed proni tantum aut supini. Paulus autem vinum quod ex sordibus vellerum elutis conficitur, πῖνον vocari putat. πῖνος enim sordem significat.

Πῖον. pingue, significatur hoc nomine non solum τὸ » λίπαιον pingue, sed etiam τὸ γλυκὺ dulce, & om- » ne quod naturaliter se habentibus suaue existit » vt annotat Gal. comm. 5. lib. 6. Epidem.

Πίπτειν. Hippocr. dicere solet quod cæteri πωλεῖν, bibendum dare, seu in potu præbere. vt ἀρχὴ διαίτης ὀξέων initio ὀξυρρόδινον καὶ γάλακτα πίπτειν. At πωλεῖν, pipire est: vt πίπτοι, pipiones, auium pulli.

Πίσσα. Pisum, legumen, quod & πίσος dicitur forsitan à verbo πίσσειν à quo & πίσσα siue πίσσημι. Ita Eustath. Apud Galen. lib. 1. de aliment. facult. gemino σσ. & oxytonως πισσὸ: Itidem in censu τῶν ὀσπρίων vna cum similibus leguminibus, ἐρεβίνθοις, ὀροβίοις, ἔρυσι, φάκοις: inde πισσογάστορες pulmentum è pisis confectum apud Athenæ. lib. 9.

Διὰ πασῶν πισσῶν. vide in διὰ littera δ.

Πίσσα. pix. Nihil aliud est quam fluxus combustæ in tæda sua resinæ. Quod enim ex viuentibus plantis destillat, resinæ nomine donatur. Idem vero incensa in furnis eadem materia, picis appellatione fluit, & canaliculis quibusdam circa pyram compositis excipitur. De pinu fere omnis est, vt Theophrastus inquit, quanquam in Syria terebinthi quoque picem ferant: è picea quoque, cedro, palma, abiete, strobilo colligitur. Quæ prima diffluit, simplex & liquida tantum est. quæ postrema venit, siccior paulo est, sed quæ tamen liquidæ nomen adhuc retineat. Sicca enim pix fit, alterutra earum iterum decocta, ideoque à quibusdam πελίκαυτα nuncupatur. Vt autem liquida & sicca compage differunt, sic etiam facultatibus. Sicca in secundo ordine desiccat, minusque quam liquida calefacit. & habent quidem ambæ quod purget, maturet, discutiat, & acre sit, ad omnia tamen liquida efficacior est, sicca autem glutinandis vulneribus aptior. Sed cum plures fuerint apud antiquos picis differentiæ, βρυτίαν, hoc est Brutiam, supra cæteras in medicina commendauit Galen. liquidam præsertim, vt quæ pinguissima resinosissimaque esset: quanquam etiam βρυτίᾳ ξηρᾷ vsus sit Andromachus ad splenicos, vt refert Galen. lib. 9. τῶν κατὰ τόπους. Eam à Brutis dictam fuisse cõstat, qui olim eum Italiæ tractum incolebant, qui nunc Calabria dicitur.

Πίσσα ὑδρωπικὴ. Hippocrati dicitur 1. de morb. mulier. pix cum aromatibus mixta.

Πίσσα. dicitur à quibusdam ἡ κόλλα, vt habetur apud Dioscoridem. Ratio est à glutinoso eius lentore, quod, vt ait Plinius, trita mellis odorem habeat, digitis tactu eius cohærentibus.

Πισσάνθος. picis flos. Id dicitur, inquit Galenus lib. 2. de simplic. medic. facult. quod oleosum in pice liquida superne fluitat. id autem est, vt idem ait, multo tenuiorum quam pix ipsa partium, siue eius compagem, siue etiam facultatem spectemus. Paulus lib. 3. cap. 74. idem videtur τὸ ὀλίγον πίσσης nomine intelligere. Scribonius cap. 40. ait, Picis florem, quod πισσέλαιον appellãt: quamuis Galenus eo loco πίσσανθος & πισσέλαιον plurimum inter se differre scribat.

Πισσάσφαλτος. bituminis genus est quod Epiri ad Apolloniam gignitur: vbi Ceraunijs montibus deuolutum, impetu fluminis rapitur, æstuque in littus expuitur, & cogitur in glebas. Sic autem dictum est, vel quod naturaliter pix mista sit bitumini, vt scribit Plinius, vel quod vtrumque oleat, vt Dioscor. tradit. Quidam vero ipsi miscent.

Πισσάσφαλτος Marcellus Empiricus latinis dicit scribit rubricam Scythycam; Sunt qui πισσάσφαλτος Dioscoridis nõ aliud esse quam mumiam voca-

» tam dicant, vt fuse docteque docuit Fuschius li.
» 1. parad. c. 40. Cæterum etiam cum duplici π.
» πισσόφρυγος scriptum reperitur apud Dioscor. lo-
» co citato; doctissimus Scaliger, Serapionis mu-
» miam, quæ πισσάφρυγος est, distinguendam esse
» docet à mumia sepulchrorum apud Arabas, Sy-
» ros & Ægyptios, quæ longe res erat vtilior at-
» que preciosior, scilicet ex myrrha & aloe & illo-
» rum corporum materia quæ ijs condita sunt, &
» vtramq; illam à Serapione describi. Quæ vero ad
» nos mumia defertur ex Ægypto, non ex aloe &
» myrrha condimentū est corporū, sed ex Asphal-
» to, illis enim vtuntur nobiles quorum effodere
» corpora capitale est, asphalto plebeios aduersus
» corruptiōnem munire se consueuisse Strabo
» author est.

Πισσέλαιον. oleum picinum. Fit, inquit Dioscorides, è pice separato liquore aquoso qui supernatat pici, sicut serum lacti. Nam expansa, quamdiu pix coquitur, supra eam vellera pura, halitu eius madescunt, qui postea exprimitur in vas. Ob id puto idem esse cum τῇ ὀρροπίσσῃ, siue ἡ πίσσης ὀρρός, cuius sæpe medici meminerunt. At non sic Galenus qui omnium solus, quod sciam, scribit lib. 1. π. κ. τόπ. πισσέλαιον dici picem liquidam oleo permistam, πίσσινος autem esse id quod liquidæ pici superstat, quod tamen Dioscoridi πισσέλαιον est.

» Hoc quidem significato πισσέλαιον vocauit
» Galen. 8. de simpl. medic. facult. itemque Ori-
» bas. & Plin. Attamen Galenus locis alijs nimi-
» rum 2. de simpl. facult. cap. 21. & 1. π. κ. τόπ. &
» omnium solus quod sciam supra dictum liquo-
» rem aquosum liquidæ pici superstantem non
» πισσέλαιον sed πίσσινος nominari scribit, πισσελαίῳ
» vero voce nō aliud significari quam picem oleo
» permixtam: forte iam cœperat Galeni sæculo
» vera & antiqua τῷ πισσελαίῳ significatio attribui
» medicamento ex oleo & pice liquida compo-
» sito. Hoc autem picinum oleum quoniam vt se-
» rum lacti, ita pici supernatat, ideo Paulo lib. 3. c.
» 74. ὀρροπίσσιον composito nomine vocatur, Aetius
» vero lib. 6. cap. 69. ὀρρὸν πίσσης nominat, interdum
» & ipse Gale. πίσσης ὑγρᾶς ὀρρὸν appellauit, Colu-
» mella vero lib. 8. c. 5. picis liquamen, Scribonius
» & Marcellus picis florem.

Πισσηρὰ κηρωτή. est ceratum rosa, oleo, & arida pice constans, vt annotat Gal. comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἀλμῶν.

» Illius meminit pluribus in locis Hippocr.
» atque vlceribus quæ inflammationem sentiunt
» doloribusque mitigandis adhibet, πισσηρὸν sim-
» pliciter ac sæpe appellans; Erotianus apud illum
» τὸν πεφαυλισμένον καλοῦσιν exponit: Picatum au-
» tem emplastrum plurimi sunt qui appellent,
» quanquam Hippocr. non emplastrum sed ce-
» ratum vocat, & rectius vt ex 2. de morbis mu-
» lier. patet.

Πισσῖνος οἶνος. vinum picatum dicitur vel pice condi-
» tum de quo Dioscor. lib. 5. c. 48.

Πισσόκηρος. sic dicitur, inquit Aristoteles, alueorum tectorium crustaue, proxima τῇ μίνῃ, sed ea leuior, minusque medicamentosa. Plinius scribit prima operis apum fundamenta μίτυν vocari, secunda πισσόκηρον, tertia σφηκολίθιν. μίτυς crusta prima est, saporis amari: πισσόκηρος super eam venit picantium modo, ceu dilutior, ceræ initium, plærumque è mitiori gummi: propolis crassioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum.

Πισσώδης οἶνος vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Πιτύα. fructus pineis nucibus similes è surculis arboris dependentes quæ in Syria nascitur, omnino nuda præterquam ramorum cacuminibus, quæ densiore folio, angusto & subrufo vestiuntur. Sicut autem cum pineis nucibus forma conueniunt, ita & effectu. Officinæ fistica & fisticorum grana vocant.

Illa (inquit Gal.) 2. de aliment. facult. cap. 31. parum nutriunt, sed valde Hepar roborant & succos in ipsius vijs infarctos purgant, habent enim qualitatem aromaticam subamaram & subastringentem.

Πιτυλοχία siue πιτυλόχεια. est quartum genus aristolochiæ, tenuior quam clematitis, densis radicum capillamentis (vnde & πολύῤῥιζος appellatur) iunci plenioris crassitudine. Dicitur & eo nomine à quibusdam ἡ ἀληθεία, vt habetur apud Dioscor.

Πίττωσις. picatio. Est picis ad cutem illitio: vel, est dropax simplicissimus, pice arida cum exiguo oleo liquata, cutique dum calet illita. Species est dropacis, qui cum multiplex esse possit, variaque materia ad varios vsus constare, qui simplicissimus est, atque ita, vt dictum est, apparatus, πίττωσις appellatur. Adhibetur id remedij genus vel corpori vniuerso, vel certis interdum partibus. Raduntur primum pili vel psilothro auelluntur, deinde pix modico soluta oleo calensque cuti superlinitur, & priusquam plane refrixerit, auellitur: deinde rursum, vt ante, admouetur & auellitur, atque hoc identidem repetitur, quantum medendi ratio postulat, vel vno eodemque die, vel pluribus. Vis ei calfaciendi, humectandi, ex alto ad cutem attrahendi, poros opplendi atque obstruendi, ne quod attractum fuerit, in ambientem digeratur. Propterea conuenit crudis, apepsia laborantibus, vomentibus, cœliacis, & partibus alimentum non sentientibus. Mouet enim atque adauget calorem natiuum, vnaque sanguinis copiam allicit, quam, quia poros opplet, difflari vetat, proindeque εἰς σύψιν, hoc est ad reparandam carnem, optimū medicamentum à Galeno perhibetur, præsertim si diutius parti adhæreat, nec sæpe vno die mutetur.

Vide & Galen. lib. 1. π. κ. τόπ. Aet. libr. 9. c. 36. in v. l. annotatur mangones quoque πιττώσει vsos fuisse in ijs quibus graciliores essent artus.

Πίττωσιν etiam Græci πεφαλμὸν vocāt quod Plin. l. 28. ca. 1. pilorum euirationem vocat, qua μάλθακοι, id est, molles euirantur, & vulsi fiunt, virilitatis enim signum sunt & indicium pili ipsi: Resina autem pilari solitos olim, nunc molles & effœminatos viros, nunc quibusdam sacris addictos, vt Isidis caluos ex veterum scriptis manifestum est; sicque vulsi & depilati πεπουμένοι siue πιττωκοπημένοι dicuntur: fiebat vero hæc πίττωσις in balneis præsertim vt ex Suida patet; addit & Athenæus lib. 12. huiusmodi τεχνίτων apud Thyrrhenos publica esse ἐργαστήρια, sicut κυβίων, apud Græcos: Plin. l. 14. cap. 20. de resina. Pudetque confiteri, inquit, maximum iam honorem eius esse in euellendis virorum corpori pilis: vide nonnulla in voce καταπίττωσις supra.

Πιττωκοπημένοι. vide πίττωσις in precedenti.

Πιττωτὰ φάρμακα. eadem quæ ἐξωπτισμένα; Galen.

» comment.3. εἰς τὸ ΙΙ. ἐπιδ. aphor. 32. & eorum
» materiam abunde explicauit 1. περὶ τόπ.
» Πιττωταὶ. picatores Paulo dicuntur l.1.c.73.
Πιτυαύδη. sic à quibusdam vocatam fuisse ἐξυάκουσε, Dioscor. prodidit.
Πιτύα. legitur aliquando pro πτισάνη, id est coagulum,
» vt apud Aetium tetrab.1.serm.2. & Dioscor.li.
» 2.c.85. sed male vide πτύα, & apud Trallian. l.8.
» c.8. describitur pastillus διὰ πτύας ex coagulo ad
» alui profluuia efficax.
Πιτύδες. fructus pini aut piceæ quos in conis suis gerunt, siue nuclei pinearum nucum, sicut videtur Dioscoridi lib.1. siue nuces è pinastro, vt Plinius nominat. Galen. fructum picearum ita proprie dici scribit, & eos abuti nomine qui pini fructum πιτύδα nuncupant. Hippocrates eo nomine piceam resinam interpretatur, sicut Gal. explicat ἐν τῇ γλώσσῃ.
Πιτύινος οἶνος. apud Dioscor. l.5. c.45. vinum dici-
» tur lignis pini conditum, quod quomodo fiat
» ibidem docetur, Ruell. interpretatur vinum
» pineum.
Πιτυλίζειν. significat obire genus quoddam exercitationis quod manu vtraque in pugnum contracta (id enim designat πίτυλος) hebat. in ea exercitatione, sicut scribit Galenus lib. secundo de sanit. tuenda, summis pedibus ingrediebantur, tensasque in sublime manus, hāc antrorsum, illam retrorsum celerri ne mouebant. Hoc autem exercitamento maxime vti solebant ante parietem stantes, quò si quando aberrassent, facile pariete apprehenso erigerentur. Significat & πτυλίζειν simpliciter gesticulari & crebro motu ciere manus, à quo πτύλισμα fit ipsam manuum gesticulationem significans.
» Voxque à Iuuenale vsurpata Satyra 11.
» *Qui Lacedæmonium pityliſmate lubricat orbem.*
Πίτυλος. significat apud Hippocratem remigium vel remum, vt Galenus explicat ἐν τῇ γλώσσῃ.
» Sed & πίτυλος idem quod πτύλισμα vt liquet
» ex voce præcedenti, sic enim à Polluce definitur
» ἡ συνεχὴς τῶν χειρῶν συναγωγὴ πυκνῶς εἰς πλῆθος ὀπι-
» σισθίων: & ab Hesychio πίτυλος, συστροφὴ τῶν χει-
» ρῶν ὅταν πυκνῶς ὀπίσω πτερύγωσι.
Πιτυρίζον. sic dicitur à quibusdam ἡ χαμαιπίτυς, vt habetur apud Dioscor.
Πιτύωσα. frutex est sola specie à tithymallo cyparissia differens, ob idque in tithymalli generibus enumeratus, cui caulis cubito maior, geniculatus, folia piceæ, acuta, exilia: flos paruus quasi purpureus, semen instar lenticulæ, latum, radix crassa, candida, succo referta. officinis & herbarijs esula nominatur: Barbari turbet appellant. Liquorem vt tithymallus habet, eique similiter purgat. Sunt qui πιτύωσα scribendum putent, contractum ex πιτύόεσσα. nam sic dicta est quod (Dioscor. teste) folia eius similia sint τῆς τῆ πίτυος, piceæ folijs, vt interpretatur Plinius.
Πίτυρα. furfures. dicuntur & ἀφαίρημα. Latini etiam canicas & apludas vocant: vnde canicens panis furfureus est Pacuuio.
» Pellicula scilicet quæ à frumento inter mo-
» lendum abscedit (inquit Hesych.) Capitis etiam
» sordes furfuribus similes πίτυρα dicuntur vt &
» latinis furfures; item quæ in vrinis furfuribus si-
» milia videntur, sic vocantur.
Πιτυρίας ἢ
Πιτυρώδης ἄρτος. furfuraceus panis vel furfureus. Dicitur qui post excussam tenuissimam farinam ex reliquo conficitur. Furfuris habet plurimum, & minus purioris farinæ. Quare parum alit, ventrem vero multis excrementis replet, & facile etiam subsidet, & quia furfur nonnihil facultatis habet detersoriæ, ideo intestinis irritatis cito deijcitur. Proinde & pauco fermento & leni subactione opus habet. Ei contrarius est panis purissimus, vt qui & plurimum alat, & parum excremēti relinquat, & omnium tardissime deijciatur. Inter vtrumque medius est ἀπύρηρος siue σύμμικτος, vt qui ex toto tritico nulla vel farinæ vel furfuris adempta parte fiat.
Vide ἄρτος vbi insigniores panum differentiæ quæ apud authores occurrunt explicantur.
Πιτυρίασις. furfures. porrigo. Est vbi inter pilos quædam quasi squamulæ tenues & furfuraceę surgunt, eæque à cute resoluuntur. Interdum madent, multo sæpius siccæ sunt: idque euenit modo sine vlcere, modo exulcerato loco, huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Id malum fere in capillo fit. ratius in barba, aliquando etiam in supercilio, vel reliquo etiam corpore. Prouenit à vitioso corporis humore, sal saue pituita, aut bilioso & melancholico sanguine caput subeunte, vt ait Paulus, vel à vitiosis serosis humoribus, vt Galenus & Aetius scripserunt. Nomen morbo inditum à similitudine.

Cum caput immensa pexum porrigine ningit,
Copia farris vti frendentibus edita saxis:

quemadmodum Quintus Serenus poeta cecinit.

Quorum autem in capite multi furfures gignuntur, ij dicuntur Hippocrati πιτυρώδεις 6. Epid. de pityriasi plura apud Actuar. l.2. de dignot. morb. & Paul. l.3. cap.3. hanc affectionē Quintus Serenus farream vocauit: Galen. 6. Epid. comm. 3. textu 13. causam furfurum à quibusdam Hippocratis interpretibus propositam redarguit diligenter, sed quænam ea sit minime illic definit, nisi quod interdum ex propria capitis ipsius intemperie illud malum oriri affirmat, atque etiam 1 περὶ τόπ. cap.6. de pityriasi loquens nihil aliud esse dicit quam symptoma vitiatorum ichorum.
Πιτυρίδες ἐλαίαι. furfuraceæ oliuæ. sic dicuntur oliuæ tritæ, vt habetur apud Athenæum l.2. Stringebantur autem, quo melius seruarentur, antequam omnino matureſcerent.
Πιτυρῶδες ὑγρόν. vide ὑγρόν.
Πιτυρώδης ὑπόστασις. furfuracea hypostasis siue furfuribus similis. fit à vehementi calore febrili, supra modum colliquante, vrente & resiccante solidas partes. vide ὑπόστασις.
Πίτυς. picea. Arbor pino similis, à qua tantum differt quod pinguior ac tenuior folio est, quodque minus alta minusque recta quam pinus assurgit: præterea & conum minorem, nucleosque resina perfusos habet.
Πιοτέρως: ἀδιεστέρως. plenius, vberius, apud Hippocratem.
Πλαδαρότης. affectus est, vt scribit ὁ εἰσαγωγεὺς author, internæ palpebrarum partis, obortis in ea mollibus quibusdam corporibus & læuibus, vnde & nomen inditum fuit morbo.
Πλάδος. dicitur apud Hippocr. humiditas in aliqua parte redundans & superflua, siue tenuis ea sit, siue in modum puris crassa, vt scripsit Galen.

comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀλμῶν. Nam & πλαδαρὰ ἕλκη ea ratione ab Hipp. dicuntur, & πλαδῶντα simpliciter, quæ humida sunt. Quoniam vero quæcunque superfluo humore madent, infirma vt plurimum sunt, & laxa, factum est vt πλάδος etiam πρὸ ἀσθενείαν significet, vt annotauit Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

" Sic coniunctim dicit Dioscorides σομάχου " πλάδον ἢ ἀσθενείαν, & πλαδῶντος σομάχου exponit Suidas ex Damascio ὑγροῦ καὶ ἀδύνατος ὄντος.

Πλαδαρὸς, Πλαδώδης, & πλαδοειδὴς. humiditate nimia " abundans vocatur, alijs vliginosus, vdus: Scholiasti Nicandri πλαδὸν τὸ πλεονάζον ὑγρὸν: apud me- " dicos πλαδαρὸς σόμαχος, & πλαδαρὰ σαρξ, quæ nimio humore vitiata est, & veluti fluida apud " Dioscor. l. 2. c. 137. apud quem πλαδαρὰ ἕλκη l. 5. ca. " 7. vocantur non solum diffluentes humore gingiuæ, sed etiam humida gingiuarum vitia; & σῶμα πλαδὲν, siue πλαδαρὸν dici scribit Scholiastes " Nicandri τὸ ὑγρὸν, καὶ μὴ αὐτάρκως πεπυκνωμένον, quod nimirum " πλέον ἐστὶ τοῦ δακτύλου, ἐνδίδοσί τε καὶ καταλείπει, πάλιν " ἢ ἐνθέως ἀναδίδωσι, καὶ μαίζει τὸ κοίλωμα. Veluti " cum cutis aqua aut pure distenta est, Hippocrate etiam πλάδον vocante, non solum vbi aquosus " humor, sed etiam vbi crassior, veluti puris redũdat, apud quem & πλαδαρὰ διαχωρήματα sunt vuida & aquea: exponitur etiam πλαδαρὸς laxus, " mollis, flaccidus: sic ἕλκη πλαδῶντα καὶ μυδῶντα " eodem significatu dixit Dioscor. lib. 1. c. 153. vt " πλαδαρὸν non simpliciter humens significare velint nonnulli, sed quod cum humore flaccescit, " quale erit quod natura sua durum rigensque admisso humore languet & paulo minus quam dilabitur.

Πλάσιξ. sic dicta est ab Hippocr. ferula, quod feriendo apta sit.

" Sed scribendum πλήσιξ vt infra à verbo πλήσσειν quod verberare est, seu ferire, & cædere nisi " forte malis πλάσιξ, nam πλασὶξ non modo lanx " est, cui pondus imponitur in ponderando, sed " etiam μάστιξ flagellum teste Hesychio; apud Hippiatros certe pro ferula Chirurgica fracturis curandis apta legimus vsurpatum diminutiue, σφενδόνη τὴ πλασίγγια.

Πλακοῦς. species vna est τῆς καδμίας quæ in fornacibus perficitur, & crustarum modo concreuit: de qua vide in dictione καδμία. Est & species quædam aluminis crassarum partium, hoc modo dicta quasi crustacea.

Πλανὴς πυρετὸς. erratica febris. Est febris cuius accessiones nullam inter se proportionem seruãt. Habet enim suarum accessionum inordinata principia, nullam certæ alicuius febris vel simplicis vel compositæ speciem referentia. Itaque erratica febris nullius certæ speciei est, nec eam possis dicere quotidianam, nec tertianam, nec quartanam, multoque minus continuam. Nam cum erratica febris ab incertis accessionũ principijs dicatur, patet continuam esse non posse, licet continuæ implexa esse possit æque atque aliæ intermittentes febres. Est autem febris erratica non ex certa humoris specie, quemadmodum aliæ intermittentes, sed vel ex confusis secum humoribus & inæqualiter permixtis, & in corporis habitu putrentibus. vel ex vno quidem humore, sed transmutato, & in alteram naturam transeunte. Quantum enim in ægrotantium corpore humores mutantur, tantum etiam accessionum circuitus. Ac maxime quidem transmutatur sanguis cum putrescit, parte vna in flauam bilem, altera in nigram abeunte. Deinde vero flaua bilis quæ nondum tota vsta sit: hæc enim tanquam flauæ atræque bilis media multiplices mistosque motus habet, quod inæqualibus portionibus alteratio illa perficiatur & putredo oriatur. Id autem naturaliter contingit à media fere æstate ad principium autumni, quod tempus ὀπώρην Græci nominant, eoque potissimum erraticæ febres proueniunt. Verum superueniente autumno, & flaua bile tota vsta & in atram versa, tunc ex febre erratica constans & legitima quartana nascitur. Alia quoque est nõ parua erraticæ inordinatæque febris causa, cum qui putrescere incipit humor, in aliquo membro consistit: alter vero ex alijs defluit partibus, qui vel in ipsis continebatur, vel in vniuerso corpore redundabat. Alia præterea causa est error in ratione victus ab ægris commissus, qui si in sanis accessiones nouas parit & morbos, multo magis in ægrotis vel circuitus facit anticipare, vel alios diuersæ naturæ à prioribus excitat, à quibus accessionum ordo peruertitur. Videntur vero etiam aliquando absque ordine fieri accessiones propter circuituum complicationẽ quæ à medicis ignoratur, cum verius complexa febris sit quam erratica, quæ tunc vere talis est quando qui febrem faciunt humores in alteram naturam transierint, aut in victu errare contigerit, sicut docet Galenus extremo libro secundo de differentijs febrium.

Πλασὸν φάρμακον. medicamentum quod illinendo " adhibetur apud Scholiast. Aristophanis. "

Πλάτη. dicuntur, authore Polluce, costæ latiores, sicut κοπίαι quæ sunt angustiores. Hippocrates lib. de locis in homine videtur πλάπις scapulas appellare, scribens: καὶ ἢ πλάτη πρὸς τὰ γύαια ἔρχηται, ἐπικάλλον ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ ἐν τῷ γύῃ.

Πλαταμὼν. apud Hippocr. significat petram in mari prominentem, læuem & humilem, circa quam dilatantur fluctus, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Πλατανίστινον μῆλον. mali genus, inquit Galenus, vile & quod edi nequeat, sed suibus edendum objicitur, sic dictum quod tenera platanorum folia gustu quodammodo repræsentet.

Sic vero in multis Asiæ locis dicebatur pomorum genus illud quod gustu insipidum est & " aqueum. "

Πλάτανος. platanus. arbor est aduena quidem & peregrina, sed magno in honore habita postquam à Romanis recepta est, & vmbræ gratia expetita. Est autem cortice crasso, fronde vitiginea, lata, longo rubroque pediculo, flosculo paruo ac pallido, baccis rotundis, scabris & lanuginosis. Est humidioris & frigidioris essentiæ, sed symmetra. Cortex & pilulæ magis siccantem vim habent.

Πλατασμὸς. vitium oris, cum eo nimium diducto sermo male promitur.

Πλάτυσμα. dicitur quicquid in latum extenditur: ideoque varijs rebus accommodatur, vt emplastris aliquando, in quorum genere πλάτυσμα vocatur emplastrum latum, seu potius latius linteum cui emplastrum superlitum est. Sic sæpe apud Galenum reperias in lib. περὶ κατὰ γένος, vt extremo lib. 4. vbi Heræ emplastra refert, scribitque primum vlcus per spongiam probe purgandum, vt madoris expers sit, deinde super id pla-

tyſma imponendum cui emplaſtrum illitum ſit, poſtea duplex linamentum exterius ſuperdandum. Sic Aetius lib. 9. cap. 48. πλάτυσμα σιδήρου στομώματος vocat laminam ex ferro ſtomomate latiorem.

Πλατὺς μῦς, ὁ

Πλάτυσμα μυῶδες. latus muſculus, de quo vide μυῶδες πλάτυσμα.

Πλατυκοείᾳ. affectus eſt quando ſcilicet in amplitudinem magnam pupilla diffunditur, quaſi pupillæ amplificationem dixeris, quam differre à μυδριάσει tradit Aretæus 1. de diuturnis c. 7. quæ eiuſdem pupillæ affectus eſt, dum in anguſtum contrahitur, & phtiſim alio nomine vocari ait, vide μυδρίασις.

Πλατυόφθαλμον. cognomen σίμμιος ſed fœminæ quæ proprio nomine σίμη vocatur.

Quia autem pulchriores olim fœminas putauerunt quibus oculi latiores eſſent, vnde apud Homer. dicuntur βοώπιδες, & quia cum raſa ſupercilia colore ſtibij nigro inungũtur, quod paſſim fit à mulieribus Græcis formæ ſtudio deditis, oculi latiores videtur: inde fuit ſtibium πλατυόφθαλμον vocatum. Ion Omphales Reginæ Lydiæ dum aſcititia formæ ornamenta perſequitur recenſet μέλαιναν σίμμιν, ὀμματοχάρακα.

Πλατύφυλλος. æſculus Græcis dicitur, quaſi latifolia propter folij amplitudinem, ſicque vocatur à Theophr. dum latifoliam inutilem eſſe ædificijs tradit, ſi Vitruuio credimus; an eadem vero ſit Plinio Æſculus, & quę latifolia ex argumento dicta quod lata luxuriet fronde non ſatis cõſtat, quod eodem loco & Æſculi & latifolij meminerit.

Πλεκτάνας. citri. Sic Eudemus nominauit veteri cornua. Incertum tamen eſt verum, vaſa, quæ illic reuoluta implicantur, an illos mammillares veteri proceſſus ἢ πλεκτάνας, id eſt, citris polyporum comparārit. Eos Praxagoras & Philotimus κόλπους, Diocles κεφαλὰς nuncupauit. Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ interpretatur πλεκτανίδιον apud Hippocratem, τῶ πλεύματος, ἀπὸ τῆς μάπης πλεκτικῶν.

Πλέγμα. ὁ μύξα. hoc eſt mucus, apud Hippocrat. vnde & πλεγματώδεις, μυξώδεις, hoc eſt mucoſæ, vt ſcribit Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. Dicitur & βλέγμα.

Πλεονεξία. Redundantia ſeu plenitudo quæ ex Galeni ſententia duplex eſt, vna qualitatis in qua nuda qualitas elementaris citra humoris affluxum iuſtam menſuram excedit, ſic Galen. l. 8. meth. intemperantiæ febrilis exceſſum, caloris πλεονεξίαν nominat: eius autem tot ſunt ſpecies quot intemperies ſimplices nimirum quatuor, calida, frigida, humida, & ſicca: Altera πλεονεξία quantitatis eſt, vbi cibi potuſue aut humoris in corpore tanta eſt quantitas, vt nobis moleſtiam pariat & morbum.

Πλεῦμος. φθόη. ἢ τὸ πλευμῶδες πάθος, apud Hippoc. authore Galeno ἐν τοῖς γλώσσαις, hoc eſt tabes vel pulmonis affectio. vnde & apud eundem πλευμοῖ vſurpatur ἀντὶ τοῦ πλευμώδης γίνεται ἢ φθίνει: hoc eſt, pulmone laborat, aut tabe conficitur.

Apud eundem Hippoc. lib. 2. de morbis legitur ὅταν πλευμᾷ ὁ ἄνθρωπος quod exponitur à nonnullis, cum pulmonis vitio laborat, eſt autem vox πλευμᾷ fortean mendoſa.

Πλευμώδες πάθος. pulmonis affectio, minus autem aliquid ſignificare videtur quam πλευμονία, ſicut & Aretæus inter πλευμονίαν & πλευμῶδες πάθος diſcrimen facit.

Πλεύμων. Attice pro πνεύμων pulmo, ſic & πλευμονικὸς, πλευμονία, & περιπλευμονία ſimiliter dicuntur.

Πλευρὰ. coſtæ. Sunt oſſa thoracis, à lateribus ſita, ſternon ſpondylis committentia. Ea ſunt vtrinque vt plurimum duodecim, quot & dorſi ſpondyli. Ex his ſuperiores ſeptem ſimpliciter πλευρὰ dicuntur, totidem ſcilicet numero quot oſſa habentur in ſterno, cum quibus, ſicuti cum dorſi ſpondylis, iunguntur per diarthroſim: quamquam ea qua ſterni oſſibus copulantur diarthroſis obſcurior ſit, propter ligamenta membranoſa quibus vndique tegitur. Tam exiguus autem eſt earum motus, vt ſynarthroſis appellari queat. His autem coſtis nec vna eſt ſimplexque figura, nec ſitus. Sunt enim principio anguſtiores & ſubrotundæ, deinde paulatim lateſcũt, & vbi latiores euaſere, paulatim contrahuntur. Situs præterea quodammodo obliquus eſt. Nam poſt ſuam cum ſpondylis diarthroſim in anteriora ſimul & inferiora feruntur, multumque ita progreſſæ, rurſuſque ſurſum verſæ, protinus ad ſternon recuruantur. Vnde iam quicquid earum cum ſterno committitur, non os ſed cartilago eſt: quanquam non ea tantum parte cartilaginoſæ ſunt, ſed præter id bona ſui parte, & iam inde propemodum vbi recuruari cœperunt qua ſunt molliores, vt ad radicem duriores. Earum duæ primæ ἀληθεῖς quaſi retortæ dictæ ſunt, authore Polluce, duæ aliæ ſequentes στερεαὶ propter firmitatem, tres vero poſtremæ ψευδεῖς. Quinque vero reliquæ coſtæ inferiores, νόθαι dicuntur, hoc eſt ſpuriæ & illegitimæ, quia imperfectæ ſunt. Neque enim in ſterno, vt ſeptem veræ articulantur, ſed intus diaphragmati ſuis cartilaginibus iunguntur, & ijſdem acuminatis inferiores ſuperioribus applicatæ, ligamentis affirmantur. Dicuntur eæ παρίστεροι & μαλθακαὶ, vt ſcribit Pollux. Celſus ἄδαις à Græcis dici teſtatur. Cæterum inter ipſas coſtas inſerti ſunt muſculi genere duplices, quos μεσοπλευρίους, hoc eſt intercoſtales nominant. Alij enim externi ſunt, qui ex coſtæ ſuperioris inferno latere in ſubditæ coſtæ latus ſupernum oblique antrorſum feruntur, & vna cum pluribus alijs muſculis dilatãdo thoraci inſeruiunt. Alij vero interni ſunt, qui ex inferioris coſtæ ſuperno latere in ſuprapoſitæ latus infernum oblique antrorſum inſeruntur, & externos vbique ad χ literæ formam interſecant. Hi autem vna cum quibuſdam alijs thoracem expirando contrahunt.

Πλευρέων πόνοι. laterum dolores aph. 23. lib. 3. à pleuritide diſtinguntur qui ſine dolore ſunt.

Πλευρῖτις. eſt inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis. Omnis in genere inflammationum eſt, totque propterea recipit differentias, quot habet ipſa phlegmone, ſumptas à materiæ vnde gignitur varietate. Alia enim vere ſimpliciterq; phlegmone eſt, quæ ſcilicet naſcitur ex fluxione ſanguinis calidi & copioſi: alia vero non ſimpliciter, ſed vel œdematodes, vel eryſipelatodes, vel ſcirrhodes, prout ſanguini pituita aut bilis flaua aut atra miſta fuerit. Non tamen vt phlegmone, ſic etiam pleuritis ab humoris ſpecie vera aut non vera dicitur, ſed quod ipſum præ ſe fert

nomen, ab ipsa parte affecta. Vera enim pleuritis debet ἐν τῇ πλευρᾷ consistere, aut saltem musculis illi continuis. sic autem vocatur ὁ ὑπεζωκὼς ὑμήν, hoc est, membrana costas succingens interna. Itaque phlegmone quæ externos costarum musculos tam μεσοπλευρίους dictos quam qui ab humeris ad partes thoracis superiores deriuantur, occupat, vel ipsum etiam diaphragma, pleuritis non est, etiamsi signa plurima cũ pleuritide habeat communia. Sunt autem veræ pleuritidis signa hæc, & inseparabilia symptomata: febris acuta, dolor internus perinde ac si locus vel intendatur vel pungatur, spiratio difficilis, frequens & exigua, pulsus paruus, arteriam & duram & quodammodo tensam indicans, tussis maxima ex parte cum sputis coloratis, nonnunquam vero sicca. Sed eam quæ sine sputo est; ἄπεπτον πλευρίτιδα, hoc est, incoctam, appellant, quæ vel celeriter hominem iugulat, vel non nisi longo tempore finitur. Verum aliæ pleuritides ab hac vera discernuntur, vel quod earum dolor externus sit, & contactu moueatur, vel quod sine febre sit, vel sine sputo, vel sine tussi, vel sine spirandi difficultate, vel quod neque tensionem neque duritiem vllam pulsus referat.

» Pleuritidem autem Serenus telum appellat, » quod hic morbus ægrotum affligat quasi telo » aut gladio traijciatur & pungatur, & Italis la » punta.

» Πλήρης. idem quod πλησὰς de quo paulo post.

Πλήξ. ictus. Dicitur in pulsu motus arteriæ tactui occurrens. Quidam tamen, vt scribit Galenus, non omnem arteriæ occursum sic vocandum censent, sed eum proprie qui violentus sit. Verum nihil vt idem ait interest, πλῆγὰν aut διαστολὴν aut κίνησιν appellare, vt etiam πλῆξιν.

Πλῆθος. copia. multitudo. Dicitur de quolibet humore superabundante, sanguine, pituita, aut vtrauis bile, eóq; differt ἀπὸ τῆς πληθώρας. Itaque si bilis flaua in corpore excedit, iure bilis πλῆθος dicitur, non etiam πληθώρα, propriè quidem loquentibus. Impropriè tamen aliquando ἀντὶ τῆς πληθώρας vsurpatur.

Πληθώρα. plenitudo. est omnium humorum æquabilis redundantia. Aliqui verò contenti sunt dicere esse sanguinis redundantiam, non eius quidem synceri, & ab alijs humoribus secreti, sed cum ijs naturæ modo confusi. Venarum enim sanguis cum nequaquã simplex sit & vnius naturæ, sed pituita, bile vtraque, & puro sanguine secum certa quadam proportione, &, vt cuique corpori expedit ad valetudinem, mistis constet, eam quatuor humorum commixtionem temperationemque sanguinis nomine omnes appellant. Eiusmodi sanguis interdum in corporibus hominum exuperat, & legitimum naturæ modum excedit, atque is excessus πληθώρα vocatur. Ea autem duplex est, vna quam πρὸς ἀγγεῖα, hoc est, ad vasa, altera quam πρὸς τὰς δυνάμεις, hoc est, ad vires, medici solent nuncupare. Illa quidem simpliciter & absolute plenitudo censetur, quod venæ tam copioso sanguine redũdent, vt non modo intumescant, sed etiam distendantur penèque rumpantur. Ea plenitudine præditi sunt athletæ, quorum habitus, vt scribit Hippocrates, quoniam ad summum bonæ valetudinis gradum peruenit, in quo diu manere & consistere non possint, nec quicquam ei præterea addere, periculo nõ caret. Nam tametsi non nisi bonis scateant humoribus, siue omnes vna increuerint, siue purus tantùm sanguis modum excesserit, sintque viribus admodum robustis, verendum tamen est ne quid sinistri illis contingat, nisi propere bonus ille habitus tãtaque plenitudo tollatur. Hæc πρὸς ἀγγεῖα dicitur, siue vt Galenus explicat, πρὸς τὴν ἐυχωρίαν τῶν περιεχόντων τοὺς χυμοὺς ἀγγείων, hoc est, ad vasorum capacitatem qui humores ipsos continent: quod tanta sit sanguinis copia, vt eam prope capere venæ nequeant. Vocata est & à quibusdam καὶ τὸ ἔγχυμα, quoniam, vt idem scripsit, καὶ τὸν ἐγκεχυμένον τοῖς ἀγγείοις χυμὸν σωίζεται καὶ γνωρίζεται, id est, infusis per vasa humoribus consistit atque intelligitur. Altera plenitudo nõ simpliciter dicitur, sed πρὸς τὰς δυνάμεις. Refertur enim ad vires. Nã quamuis vasa non sint plena sanguine, nec eo tumeant aut distendantur, plus tamen habent quam natura possit cõficere. Infirmior enim natura grauatur persæpe mediocri sanguine etiam optimo, qui tandem à calore natiuo imbecillo destitutus, putrescit morbosque excitat. Itaque cum non sint pares omnium vires, patet plenitudinem hanc non absolute dici: quam enim hic ferre non potest, alius facile perferet. Quæ verò ad vasa dicitur, nulli ætati, sexui, naturæ contingit, quin simpliciter & absolutè plenitudo vocari debeat.

Πληθωρικὸν σῶμα. apud Galen. ad Glauconem, & Πληθωρικὴ διάθεσις, habitus corporis plenior, nec non apud Empiricos πληθωρικὴ σωμάτων, concursus copiæ ciborum, ac potus, & solitarum excretionum suppressionis, ex quo concursu venæ secandæ vtilitatem à se obseruatam fuisse aiebant.

Πλῆκτρον. calcar. vide βελονοειδὴς.

Femoris πλῆκτρον dicitur locus vbi caput femoris coxæ acetabulo inseritur Polluci lib. 2.

Πλημμυρὶς. significat apud Hippocrat. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, πλῆθος ὑγροῦ τινος, hoc est, humiditatis cuiusdam redundantiam, vt comment. 3. Galenus explicauit.

Πλίνθιον. χρονικὸς τῆς τροχοῦ. modiolus rotæ apud Ionas, quo etiam vocabulo idem significatur apud Hippocrat. lib. περὶ ἁρμῶν, vt comment. 2. Gal. annotauit, atque etiam ἐν τῇ γλώσσῃ, vbi tamen legitur πλίμιν.

Πλήρης σφυγμὸς. plenus pulsus, qui arteriam in sua diastole pleniorem repræsentat, & occursum eius humiditate plenũ. Huic oppositus est κενὸς hoc est, vacuus: amboque simplicem vnam pulsuum differentiam constituunt, sumptã à quantitate infusionis humorum arteriæ, seu à contentis in eius capacitate.

Πλήρης ἀρχοντικὸν. antidot° est Græcis sic vocata quod mirificam & principalem, in recuperandis ac restaurandis amissis viribus facultatem habeat, nam cum quasi saturos reddat ac impleat eos qui imbecillis ac deiectis sunt viribus, merito illis πλήρης quasi ἔμπλεον, id est, implens & ἀρχοντικὸν, hoc est, principale seu eximium dictum est; hanc antidot. describit Nicol. sect. 1. antidot. 149.

Πλήρωσις. repletio. Est cuiuslibet rei & quacunque in parte. Itaque & cibi & potionis & humorum atque etiam excrementorum est, dicturque de ventriculo, venis cæterisque corporis partibus.

Πλησμονή. repletio cibi & potus: vel, vt ait Galenus in Aphor. 17. lib. 2. πλείων προσὴ τῆς τοῦ σώματος φύσεως, hoc est, alimentum copiosius quam corporis naturæ conueniat.

» Alij de humorum plenitudine vocem hanc in-
» terpretantur, non de cibi potusue repletione,
» qua de re multa vltro citroque disputata legere
» possis apud Fusch. lib. 2. institut. sect. 5. c. 1. ad-
» uersus Valleriolam.

Πλήσσγγες. ραβδίσκοι. hoc est, ferulæ, apud Hippocrat. παρὰ τὸ πλήσσειν, vt scribit Galen. ἐν τῷ γλώσσαις.

Πλαγὰς. dicitur apud Hippocr. totum id quod inter inguina vtriusque cruris est, vt explicat Galen. comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Idem etiam scribit comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, scilicet eo nomine apud Hipp. designari quod inter vtrumque crus spatium est. Nam & ἐκπλαδῶσι & διαπλαδῶσι diuaricari significat, dicunturque ea verba de cruribus gressum facientibus atque inter se distantibus: ipsaque crurum diductio digressioque πλαγὴ, sicut & ipse gressus πλαγὰς à Græcis nuncupatur. Sunt autem, vt scribit Galenus, qui πλαγάδα, per γ scribant. Quidam etiam πλιχάδα.

Πλινθίον. machinamenti genus est quod ad Nileum authorem refertur, factum ad eorum similitudinem quæ vocantur tractoria quadrata oblonga. Duo enim habet latera, longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quæ extremis partibus transuersarijs inter se compacta sunt. Est autem transuersariorum crassitudo & latitudo quanta laterum, sed longitudo palmum implet. Merito igitur cum talis compositio sit, vt latera quatuor palmos longa sint, transuersaria vnum, totius organi quadrati structura oblonga euadit. Licebit autem, si quis voluerit, latera breuiora efficere. Media itaque latera pertusa rotundis & peruijs foraminibus, per quæ axis traijcitur, qui media parte clauum infixum habet: capitibus vero, quibus latera excedit, vectes æneos, vel ferreos, decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor annuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori. Antiqua quidem huius organi structura authore Nileo talis est.

A. Duo latera.
B. Transuersaria.
C. Transuersarij partes priores excauatæ ad figurã ○.
D. Rotunda ac peruia foramina.
E. Axis qui media parte clauum infixum habet.
F. Vectes anei.
G. Annuli.



Πλινθίτης. species vna est aluminis, teste Aetio. quæ dicitur alio nomine πλακίτης.

» Πλίχας. vide πλιχὰς supra.

Πλόμος. herba quæ & φλόμος. dicitur Latinis verbascum.

Πλυτὸς ἄρτος. panis elotus vide in voce ἄρτος vbi panis differentiæ insigniores explicantur.

Πνεῦμα. spiritus. Est substantia ætherea, calida, leuissima tenuissimaque, omnes in corpore motus ciens. Substantiam quidem esse liquet, quod tertia sit substantiæ nostræ portio, quam medici constare scripserunt solidis, humoribus & spiritibus: verũ supra corporeæ naturæ sortẽ ex elementorum temperamento conflatæ. Siquidem hæc nihil habet elemẽtare, sed eiusdem plane est cũ calore natiuo originis, cuius etiam perpetuo comes est, & in rebus omnibus gerendis instrumentum. Nam cum ad vitæ conseruationem oporteat calidũ illud innatum per omnia diffundi, ei natura spiritum socium asciuit, qui ipsum quo necesse erat deduceret. Proindeque spiritus ille cum calido natiuo mistus ita cõfusus que est, vt nunquã ab inuicem separentur, sed vbicumque calor est, illic etiam spiritum esse sit necesse. Non insidet alterum alteri, vt subtecto, sed totis substantijs perfectissime secum commiscentur, adeo vt vnum tantum corpus, vnaque res videri possint. Ex eo factum est, vt à medicis vnius opera alterius esse plærumque dicantur & ijsdẽ cognominibus tituliſque ornentur. vtrumq; interdum naturam, opificem, animam etiam aut eius instrumentum, authoremque omnium functionũ, ad hæc vitæ vinculum indifferenter dici inuenies à medicis aliud agentibus & non ex professo ea de re differentibus. Cum ergo tanta sit spiritui cum calore natiuo communio operisque societas, par est eum eiusdem etiam naturæ esse, hoc est, æthereum, cœlestem & diuinum, cuiusmodi calidum innatum esse, quod θερμὸν ἔμφυτον dicitur, suo loco annotauimus. Idem vero etiam calidus est tũ ab origine, tum quod cum calore innato commercium habeat, per eum, sicuti dictum est, diffusus. Hac autem natura prẽditũ, quis neget leuissimum tenuissimumq; esse? Et talem quidem esse cõueniens fuit, vt quoquouersum calidũ innatum deduceret, & in solidissima quæq; penetraret, rueret, impetũ faceret. Qua de causa Hippocrates corporis nostri spiritus τὰ ἀνθρωπίνα, nomine profecto accuratissimo & ad eorũ naturã explicandam aptissimo appellauit, sicut eam vocẽ ante enarrantes ostendimus. Est enim spiritus præcipuũ naturę instrumentũ quo omnes fũctiones muniaq; exequitur. Is cũ sit genere vnus & simplex, sicut & calor natiuus, attamẽ pro locorum in quibus habitat, & fũctionum quas obit varietate magnas habet differẽtias. Vt enim suo calido innato pars vnaquæq; prædita est, sic & proprium spiritum possidet tam insitũ à primis natalibus, quam ex principibus partibus eum gignentibus influentem, ex quo primum nobis ingenitus nutritur atque instauratur. Quo fit vt totidem sint innati nobis spiritus, quot sunt & naturarum & calorum varietates. Qui quoniam promptissime exoluerentur & euanescerent, nisi subinde alio adueniente spiritu reficerentur,

ideo natura triplicem ſpirituum procreandorũ officinam inſtituit, ex quibus tres in vniuerſum ſpirituum differentiæ oriuntur : naturalis quidem ex iecinore, vitalis autem à corde, animalis autem è cerebro, tribus certe nobiliſſimis partibus, quæ ſicut dignitate potentiaque cæteris præcellunt, ita reliquarum curam, vt ita dicam, gerentes nouos iugiter ſpiritus creant, quibus non modo munia ſua obeant, verum etiam alios ſingulis partibus ingenitos inſtaurẽt. Quorum tamen ſpirituum tanta eſt varietas, quantum tres illę partes earumque functiones ab inuicem diſtant. Itaque cum iecur circa alimentorum concoctionem verſetur, eoque in opere plurimum ſit ſordium & inquinamenti, fieri non poteſt quin ſpiritus etiam, cuius beneficio naturales omnes actiones abſoluuntur, veluti labe quadam inde contracta minus purus tenuiſque ſit, ſi cum vitali animalique comparetur. Is alitur augeturque à tenuiore, puriore, magiſque aerea portione totius alimenti, quæ in vaporis ſpeciem quãdam ex eo ſublata, à ſolido ipſius iecinoris corpore (quod in ea actione primas partes ſuſtinet, ſpiritu & calore, tanquam inſtrumentis, vtens) concoquitur, & ſpiritus fit naturalis. De quo tamen apud veteres medicos dubitatum fuiſſe, ſitne aliquis, liquet ex Galeno, qui libro 12. meth. med. diſſerens de affectibus qui in ſpiritu conſiſtunt, viſus eſt de eo quoque dubitaſſe, non auſus aliquem eſſe plane profiteri, ſed ſi aliquis eſt, vtique eum in iecinore & venis contineri. Nunc tamen doctis omnibus placere video aliquem reuera eſſe, cuius opera ventriculus, iecur, cæteræque partes familiare alimentum attrahunt, retinent, concoquunt, cuius etiam vi atque impetu partes omnes excrementa à ſe depellunt. Quod enim ventriculus aliquando obmurmuret, nauſeet, ſingultiat, ructet, euomat, inteſtina ſimiliter quam longiſſime ſtercora propellant, vẽſica vrinam eiaculetur, ſpiritibus impetu concitatis acceptum referri debet. Continentur autem ij in venis, perque eas feruntur in vniuerſum corpus, quatuor facultatum naturalium muneribus inſeruientes, ſeſeque pabulum præbentes ei ſpiritui quem à primis naturæ noſtræ primordijs ſingulæ partes congenitum acceperunt. Huius autem ſpiritus quantum per venam cauam vna cum ſanguine ſurſum fertur, in dextrum cordis ſinum ſubit, vbi perfectius excoctum attenuatumque per arctiſſimos meatus ſiniſtrum ingreditur, & ex naturali vitalis euadit, à ſolido cordis corpore alteratus. Ibi maximos motus ciet, cordis atque arteriarum diaſtolis ſyſtoliſque inſignes, præter gloriæ, honorum, vindictæ, aliorumque eiuſmodi cupiditatem, animique perturbationes ab ipſo quidem corpore cordis, ſiue ab inſita ipſi facultate profectas, ſed ſpirituum miniſterio abſolutas & continuatas. Hinc pulſus vehementes, magni, celeres, crebri à magno ſpirituum vitalium impetu, vt ab exiguo contrarij, ſicut Galenus in libris pulſuum demonſtrauit. Diffunditur autem ſpiritus ille per arterias in omne corpus cum vitali calore, ſuamque vitam ſingulis partibus conſeruat. Vt autem ipſe ex naturali ſpiritu alitur & ſe ſuſtentat, ita per internum maioremque arteriæ quam καρωτίδα vocant, ramum in plexum illum δικτυοειδῆ receptus, propterque multos eius viæ anfractus & ambages illic diu retentus, factuſque adhuc purior tenuiorque, in animalem ſpiritum vertitur, demumque in cerebri vẽtriculos intromiſſus, propria ſolidæ cerebri ſubſtantiæ virtute ſummam tenuitatem perfectionemq; aſſequutus, per neruorum ſpiracula ſenſum fugientia permeans, in corpus vniuerſum impetu concitatiſſimo diſcurrit, & motus ciet admirabiles. Eo inſtrumento facultas animalis apprehendit, ratiocinatur, reminiſcitur, mouet, ſentit, nihilque non agit, ſi modo eius impetus nihil remoretur. Aër enim frigidus, nebuloſus atque caliginoſus, cruditas ex immodico vini potu, cibiſque frigidis, craſſis multiſque contracta, vita deſes & ocioſa, ſomnus largior, excrementorum copia, corporis ſumma extenuatio, ſiue à morbo, ſiue à nimia exercitatione, ſiue ab inedia fuerit, ad hæc frigidior intemperies, membrorum denſitas, vaſorum per quos ſpiritus feruntur obſtructiones, vt eos reddunt craſſiores, grauiores, minuſque calidos, ita eorum etiam impetus retardant, minuunt, atque interdum abolent, ſicut ijs oppoſitæ cauſæ ſpiritus gignunt copioſiores, calidiores, tenuiores, leuiores, à quibus ad motus omnes alacriores reddimur. Iſta quidem de ſpiritu illo æthereo, & perpetuo caloris natiui comite, & de quo videtur Galenus incertus fuiſſe animane ſit, an præcipuum animæ inſtrumentum, dicta ſint. Præter eum alius etiam eſt in nobis ſpiritus naturę multum ab eo diuerſæ, ſpiritus quidem propter quandam ſimilitudinem dictus, ſed qui potius flatus nomen, quem φύσαν vocant, mereatur. Eſt enim veluti vapor quidam craſſior, impurior atque turbidior, tanto aqueo vapori ſimilior, quãto ille naturam aeris exuperat & antecellit. Oritur à nobis ipſis, & in omni corporis parte colligitur in qua calor imbecillus eſt, humorque crudus. fertur autem huc atque illuc motu errabundo, non citra partis in quam ruit dolorem & moleſtiam, cum ſpiritus ille, de quo ante diximus, ſemper mitis ſit & beneficus, niſi ſi quãdo nimium exuberans aut exolutus minus belle officio ſuo defungi poteſt.

Eſt & alia τοῦ πνεύματος ſignificatio, qua dicitur aer inſpiratu attractus, qui reſpirationis vociſque materia eſt, à qua τὸ πνεύματος etiam nomen longius progreſſum eſt, vt ὅλως πλὴν αὐάπνοιλὼ multis in locis apud Hippocratem deſignet, quemadmodum Galenus comment. 1. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, atque etiam in Prognoſt. annotauit. Idem vero lib. 3. περὶ δυσπνοίας author eſt, πνεύματος nomen in morbis ſimpliciter ab Hippocrate enunciatum, πλὴν δύσπνοιαν ſignificare, atque inde πνευματώδη dici eum qui difficultate ſpirandi laboret: etſi interdum ſimpliciter αὐτὴ τὸ ἐμπνευματῶσθαι, hoc eſt, pro eo qui flatu diſtentus ſit, vſurpetur, vt ipſe ἐν τῇ γλώσσῃ explicauit. Ab ea ſignificatione fluxerunt iſta nomina, πνῦμα ἀσθμαῖνον, μετέωρον, φαυσίζυγον, paſſim ab Hippocrate vſurpata, quibus ea ſpirandi difficultas deſignatur per quam pectus in ſublime ita attollitur, vt ſub ipſis etiam veſtimentis difficilem illum motum thoracis & ſcapularum facile liceat intueri: vt ſcriptum habetur à Galeno comment. 1. in Prorrhet. Eſt & quando τὸ πνεύματον nomine Hippocrates reſpirationis differentias intelligit, vt Galenus annotat. comment. 3. lib. 1. Epidem.

» Atque vt notauit idem comm. 4. de victu acutor. t. 34. eam quæ inspirationi succedit expirationem, & eam quæ expirationi succedit inspirationem.

» Sed & πνεύματος, nomen ἀπὸ τῆ φύσις, id est, pro flatu. multis in locis sumit Hippocrates.

Πνεῦμα Αἰθριῶδες. pro spiritu tenuissimo apud Gal. 2. ad Glauconem.

Πνεῦμα Ἀλυζόμενον. anxium, varie commotum, difficilemque spiritum significare videtur, hæcque vox nullibi apud Hippoc. quam in Coacis habetur, sed per analogiam complecti oportet, vt sit respiratio qualis cernitur in virginibus virulentia nigra fœdatis, quæ si aliquo vsque progrediãtur, vel breue alioqui spatium conficiant, deficit illis spiritus non tam necessitate inspirãdi quam expirandi, quoniã ex nimia fumidi vaporis abundantia, maior incidit necessitas expirationis quam inspirationis, indeque non raro fit vt fumidi vaporis occursu elidatur spiratio in faucibus, dum aer ducitur inspirdo. Ac talis respiratio nominatur πνεῦμα ἐκτεῖνον ἢ καπῖζον, respiratio tarda & velox: tarda quidem & lenta in inspirando, cita & properata in expirando, quoniam omnes partes officiales maiore contentione excitantur ad exclusionem eĩ molestæ, quam ad comparationem necessariæ. Cæterum alij ἀλιζόμενον per ι. legunt, inusitata non minus vox Hippocrati, nam ἁλίζειν verbi significatio respirationi male conuenit.

Πνεῦμα ἄμαυρον. Quod solet oculis attribui, hoc respirationi accommodat Hippocr. in Coac. Dum πνεῦμα ἄμαυρον, obscuram vocat respirationem: est autem id quod & aliquando θολερὸν, aliquando vt in Epidem. ἄσημον vocauit; Est vero ἄσημον πνεῦμα, quod vsque adeo paruum est vt vix appareat, iam accedens ad intercisam respirationem quam ἄπνοιαν vocant; id vero quibusdam vteri suffocationibus, deliquijs animi, & interdum moribundis accidit, vt quia non respirant, de vita & morte quæstio habeatur, donec edito susspirio aut redeunte spiritu viuere intelligantur; hunc autem talem spiritum damnat Hippocr. in Coacis quasi pessimum & morti propinquum. Talis vero præcipue est in febre acuta per marasmum φρενῖτιν, nam sola pulsatio in morbis frigidis aliquamdiu vitam tueri potest, nullo etiam respirationis indicio, vnde prudenter tales aliquamdiu seruantur, propter eos qui domum ex sepulchris relati sunt, aut ex tumulo auditi, quorum exempla leguntur apud Valer. Maximum & Plin. Sed & nostris temporibus, etiam visa talia sunt.

Πνεῦμα ἀναχαλώμενον, vel ὥσπερ ἀναχαλωμένον. vt lib. 1. Epid. appellatur spiratio intro reuocanti & ingeminanti simili, qualis cognosci potest in plorantibus pueris, quibus in medijs lachrymis & querelis ingeminat inspiratio, quod & singulis tentibus vbi malum viget interdum accidit; hæc quoque vocatur ἀναχαλώμενον πνεῦμα voce ambigua, nam magno & raro spiritui accommodare videtur Hippocrat. in Philisco, τετίῳ πνεῦμα διατελεῖ, ὥσπερ ἀναχαλωμένῳ μέγα, id est, huic ad finem vsque spiritus veluti reuocanti, rarus, magnus, nam veluti ab obliuione reuocata memoria respirandi, qui sine respiratione videbatur, semel multum efflat spiritus, & attrahit, similiter ijs qui in re spectanda animã & oculos defigunt, aperto ore, suppresso spiritu, ac tandem excitante vsu atque necessitate respirationis, magnam respirationem edunt; hoc quoque animantibus accidit & ijs qui grauioribus commentationibus occupantur; itaque ἀναχαλωμένῳ Galen. interpretatur ἀναμιμνησκομένῳ, quasi reminiscenti & in memoriam reuocanti vsum spirationis. Aliquando ἀναχαλώμενον πνεῦμα idem quod διπλῆ ἔσω ἐπαναπλησις, duplex intro reuocatio. Cæterum vocatur & hæc respirandi difficultas, πνεῦμα ἀνεπασμῶδον, κλαυθμώδης ἀσθμὸς, idem & πνεῦμα προσκοπτον, offensans spiratio aphor. 68. lib. 4. & πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῆ ἄνω φορῆ. 4. acutor; Elisum spiritum in faucibus Cels. conuertit, atque huic generi respirationis pulsus respondet qui δικροτος & παλιδέγμος dicitur in aphorismis: huius autem respirationis causa duplex est ex Galen. 4. de loc. aff. nempe conuulsiuus musculorum spiritalium motus, aut immodicus calor qui laborantem cogit continenter vel inspirare vel expirare: In aphor. vero 54. 6. Conuulsioni addit instrumenti duritiem, calori vero facultatis imbecillitatem, nam nisi calor multus cum imbecillitate motricis coniungeretur, semel integrum motum perficeret, Calor enim solus magnam respirationem efficit; debilitas vero sola cito quiescit ab opere, non tamen iterat cœptum motum.

Πνεῦμα ἀνελκόμενον. elata spiratio & sublimis, τὸ ἄνω ἑλκόμενον, τὸ σχέσιν & τὸ μετέωρον, vt exponit Galen. comment. in prorrhet.

Πνεῦμα ἀνεπασμῶδον. spiratio reuulsa, retracta interrupta ac intercisa, ac velut elisa, quæq; eadem est cum τὸ πνεῦμα ἀναχαλώμενον, eiusdemque significationis.

Πνεῦμα ἀραιὸν μέγα. spiratio dicitur rara & magna, quæ delirantibus inest veluti propria vt scribit Galen. lib. 2. περὶ δυσπνοίας.

Πνεῦμα ἄσημον. spiratio dicitur quæ obscura est & quæ non apparet, hoc est, exigua & interrupta. eadem cum τὸ ἀμαυρὸν πνεῦμα de quo plura supra.

Πνεῦμα δασὺ. spiritus asper. sic à quibusdam appellatur spiritus siue cum sono ducitur, siue ob angustiam loci quo ille redditur, siue ab humoris copia, vt Gal. annotat comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Πνεῦμα ἐκτεῖνον. quid significet parum constat; est vero quasi extensum & protensum dixeris, qualis fortean illorum est qui mœrore aliquo pressi integra quoque valetudine, longa productáque edunt suspiria, quam respirationem vulgus, ad latentem morbi ægritudinem non vero morbum referre solet. Sunt qui βραδὺ, id est, tardum interpretentur, hunc vero pessimum esse spiritum & morti propinquum docet Hippocr. in Coac. Et sane si quis diligenter aduertat, obseruabit in multis moribundis qui angustia spiritus suffocantur, intercedere aliquando media quædam suspiria, longioresque spiritus protensiones quasi natura velit in medio cursu respirare, animamque concitatam tantisper sistere.

Πνεῦμα καπῖζον. vrgens spiratio qualis in asthmate & orthopnea solet contingere, frequens enim spiritus vbi inualescit magis atque incitatur in asthma transit, hanc spirationem sunt qui παχὺ celerem interpretentur.

Πνεῦμα θολερὸν. turbid⁹ spiritus quid significet apud

» authorem prorrhetici incertum est, alij putarũt
» dici spiritum plenum vaporis qui expiratur, alij
» spiritum graueolentem, alij raucum, alij pertur-
» batum tanquam eo nomine difficilis respiratio
» intelligatur. Plerique vero non θολερὸν, sed θα-
» λερὸν per α scribunt quasi θάλλον & ἀκμάζον, id
» est, florentem & vigentem, siue magnum atque
» vehementem; verum Hippocr. nullo in libro
» qui suus legitimusque sit, visus est vel spiritum
» vel quiduis aliud θολερὸν nominasse vt scribit Ga-
» len. comm. 2. in prorrhet. part. 4. & comment.
» in sentent. 24. li. 1. de humoribus. Quod vero ne-
» gat Gal. vsquam legi πνεῦμα θολερὸν apud Hipp.
» errat longissime quod pace tanti viri dixerim,
» legitur enim lib. περὶ χυμῶν; idem quoque negat
» aerem dici θολερὸν, sed illius ex animo excidit
» quod scripsit comment. ad prognost. 48. 2. pro-
» gnost. vbi de spumæ generatione philosopha-
» tur. Idem autem ipse in exeg. θολερὸν πνεῦμα, μέ-
» γα γὰρ ἀναδιδοῦσι μόνον exponit, quanquam illic quidam
» non θολερὸν sed θαλερὸν legunt.

Πνεύματος κατάληψις. spiritus cohibitio vide κατάλη-
» ψις vbi plura.

Πνεῦμα λιγνυῶδες. fuliginosus spiritus, altera quæ-
» dam apud Hippocr. in Coac. difficilis spirationis
» differentia est in qua plurimus spiritus trahitur,
» & ingens copia fuliginis calidæ ac feruentis ab
» ore & naribus efflatur. propter quam spiratio si-
» mul & frequens est & magna; hac autem voce
» λιγνυῶδες aliquando apud Hippocr. μέλανον signi-
» ficatur ἡ γὰρ λιγνὺς μέλαινα vt ait Galen. in exeg.
» Talis autem spiratio lethalis dicitur & morti
» propinqua ab Hippocr.

Πνεῦμα μέγα. respiratio magna quæ & μέγα ἀναπνεό-
» μενον in prognost. dicitur. Et magna quidem vo-
» catur cum incitante vsu, quia videlicet calor in-
» tus exæstuat, & magna vis est expurgandæ fu-
» liginis, quia robusta virtus multum excitat tho-
» racem, & hîc libere sese amplificat quæ proprie
» magna respiratio est, quæ è thoracis motu, quia
» ampliter distenditur, respirando colligitur. Cæ-
» terum in differentijs respirationis ambigua vox
» est μέγα, nam & in longum latum & profundum
» multa thoracis distentio magnum spiritum fa-
» cit, aliter μέγα πολὺ quia plurimum spiritus semel
» trahitur, plurimum semel excluditur, idque
» phreniticis & delirantibus contingit, μέγα quo-
» que μακρὸν longum dixit ea in sententia, ὑπέρων
» συνεχέων χασμῶν μακρόπνοος, continuarum oscita-
» tionum remedium, longa spiratio.

Πνεῦμα μετέωρον. respiratio sublimis in prorrhet. di-
» citur, & in libris τῶν Epidem. cum multis in locis,
» tum lib. 3. in historia mulieris angina laborantis,
» de quo in eius loci explicatione ita Galenus dis-
» serit. Primum quidem Sabinum interpretatum
» esse τὸ ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ῥωμιδώδη ἀναπνοὴν, summa na-
» re factam respirationem, quam tamen inter-
» pretationem Galenus non probat; deinde vero
» τὸ μετέωρον πνεῦμα, duobus intelligi posse modis,
» vno quidem inspirationem toto thorace fa-
» ctam, siue in qua totus thorax attollitur & με-
» τέωρος γίνεται, qualis contingit asthmaticis &
» morientium pleriſque, diaphragmate iam non
» valente inspirationem perficere, sed musculis
» omnibus vnà operam suam dilatando thoraci di-
» cantibus. Altero vero eam intelligi quæ non
» nisi recto thorace fieri potest, tunc enim ægri co-
» guntur μετεωρίζειν ἑαυτούς, erigere sese, quia nisi
» recta ceruice spirare non possunt; secundum
quam significationem πνεῦμα μετέωρον non est
aliud quam ἡ ὀρθόπνοια ab Hippocr. in libr. pro-
gnost. explicata. Tertiam ab his τῶ μετεώρου πνεύ-
ματος interpretationem videtur Galen. afferre
lib. 3. περὶ δυσπνοίας, sed eam quidem ex sensu po-
tius quam medica ratione depromptam, vt sic
dicatur spiritus ab Hippocr. qui ad fauces modo
penetrare, atque in ijs subsistere, non autem in
imum thoracem subire videatur: est autem ea
inspiratio μετέωρος ab Hippoc. dicta parua atque
frequens vt Galeno placet, non autem magna
sicut plerique iudicarunt ex magna thoracis di-
latatione, quanquam nihil vetat etiam eam ma-
gnam esse vt ex scriptis Archigenis apparet quæ
Gal. lib. 9. τῶ κατ' τόπ. c. 1. recitat, quibus ille suа-
det certum quoddam pharmaci genus ictericis
exhibendum esse post deambulationem & fri-
ctionem ἐπὶ μετεωρισμῷ τοῦ πνεύματος ὄντος, nam
quamuis asthmaticis orthopnoicis & Synanchi-
cis propter meatuum obstructionem spiritus
necessario paruus & frequens sit, attamen vbi
partes eo liberæ sunt, atque ab humore vacuæ,
aucto post excercitationem calore, necesse est
magnam fieri respirationem, nec ad eam solum
diaphragma sufficere, sed præterea opus esse
omnium musculorum auxilio vt thorax mul-
tum dilatari atque in sublime attolli possit: Ga-
len. comm. 1. in 1. prorrhet. part. 24. πνεῦμα με-
τέωρον idem facit quod φαινόμενον, περίχειρον, de qui-
bus infra plura.

Πνεῦμα μινυθῶδες. respiratio minutula dicitur & bre-
ui finem habitura in Coac. Est enim μινύθω σμι-
κρύνομαι & ἐλαττοῦμαι vt scribit Phauorinus, dictio
Poëtica, & μινυθοῦσθαι λεπτοῦσθαι, & μινύθησις im-
minutio & decrementum, satis celebri dictionis
significatione & Hippocrati familiari vt ex Ga-
leno constat, sic lib. περὶ χυμῶν, πνεύματος μινύθη-
σιν protulit.

Πνεῦμα μυχθῶδες, ἢ μετὰ μυχθισμοῦ ἀναπεφόμενον. In Coa-
cis suspiriosa exspiratio dicitur, & velut in pueris
plorabundis medio suspirio interrupta; est au-
tem insolens hæc & noua dictio nec nisi semel
in Coacis vsurpata, in tam celebrata spirandi
difficultate apud Hippoc. Neque à Gal. tota de
spirandi difficultate tractatione commemora-
ta: πνεῦμα παρασπᾶσθαι ἐν τῇ αὖθις φορᾷ, alias dicitur
Hippocrati vt lib. de rat. vict. in morb. acut. &
aphor. 68. libr. 4. aut πνεῦμα παρ' ὀλίγον. Magis
autem proprie luctuosa suspiria referunt quæ
κλαυθμώδεις ἀναπνοαὶ Hippocrati dicuntur aph.
54. li. 6. Atq; hæc difficilis spirationis species in-
terrupta & subsistẽs in expiratione cõsideranda,
quemadmodum & ea quæ lib. 2. & 6. Epidem.
celebratur ingeminata & velut intro reuocata,
ad inspirationem spectat. Conuulsionem autem
præsagit elisa eiusmodi spiratio, aut organorum
spirationi deseruientium duritiem resiccatio-
nem & facultatis animalis imbecillitatem, in-
terdum etiam magnum intus conceptum in-
cendium, & fuliginosi recrementi copiam, vt
patet in Philisco ac Dromeadæ vxore li. 1. Epid.
& ex Galen. lib. 3. περὶ δυσπν.

Πνεῦμα παρίσκοπον, & παρασπᾶσθαι. eiusdem significati
sunt, diciturque spiritus subsistens vel offendẽs,
id est, respiratio quæ in sui medio sistitur atque
interrumpitur, subsistente scilicet inter respi-
randum pectore, rursumque quod ad integram
respirationem deest adijciente, qualis spiratio
cernitur in singultiẽtibus & lugentibus pueris;

» ſpiritumque in nardes trahentibus : atque hæc
» quoq; reſpirationis inæqualitas pulſui ineſt qui
» inde διχρους & παλίδρομος appellatur, celerius
» quam oportet redeunte altera motione atque
» ingeminante, quam συστολὴν & διαστολὴν nominant.
» Cum autem geminus ſit inter reſpirandum mo-
» tus, vnus quo ſpiritum intro haurimus, qui inſpi-
» ratio dicitur. Alter, quo eundem exhalamus, qui
» expiratio. Sic etiam duplex eſt apud Hipp. πνεύ-
» ματος περισκόπου ſiue περιπλοῦ differentia, inter-
» ditur enim ſpiritus nobis inſpirantibus quando-
» que, diciturque Hippocrati li. 6. Epid. διπλῆ εἴσω
» ἐπανάκλησις ἢ ἐπίπνοια, gemina intro reuocatio &
» veluti iterata inſpiratio, & πνεῦμα περισπαῖον ἐν τῇ
» ἄνω φορῇ offenſans ſpiritus in ea quæ ſurſum fit
» motione. Quandoque vero interciditur nobis
» expirantibus, & dicitur 2. de rat. vict. in acut.
» περισπαῖον ἐν τῇ ἔξω φορῇ, & διπλῆ ἔξω ἐπανάκλησις.
» Cæterum ſpiratio illa conuulſionis ſignum eſt
» Hippocrati in aphoriſmis dum inquit ἐν τοῖσι πυ-
» ρετοῖσι πνεῦμα περισκοπὸν κακὸν, ἀσημότατον γὰρ σημαί-
» νει; Et quidem magis læſis tranſuerſo ſepto &
» interioribus lateris muſculis inſpiratio; Exterio-
» ribus vero & ijs qui ſunt abdominis exſpiratio
» magis offenditur. Omnino vero à neceſſitate in-
» citante, quia vel vberiore aere opus eſt, vel fuli-
» ginoſi excrementi copia maior repurganda eſt;
» deinde quia virtus infirma eſt, tum etiam quia
» læſa ſunt inſtrumenta dolentia, reſiccata, op-
» preſſa ex anguſtia, ἀνωμαλία illa ſiue inæqualitas
» ſpititus generatur. Denique & iam animam elu-
» ctantibus, eiuſmodi ſpiritus aliquando redditur
» quaſi elidatur ſpiritus in faucibus & eliſus ſo-
» num ingeminet; appellat vero & alias Galenus
» περιστεπτωμένα πνεύματα, ἐγκοπώδεα; appellatur &
» ἀναχαλάδυον πνεῦμα de quo ſupra, & κλαυθμώδης
» ἀνάπνοὴ, & ἀναδίπλωσις, ἢ περίτασις, vel περίστα-
» σις πνεύματος.

Πνεῦμα περόχεσον. quid ſit ipſe explicat Hippocrat.
» dum in Coacis addit οἷον πνιγομένοισι, id eſt, velut
» ijs qui ex anginoſa vel peripneumonia ſuffocan-
» tur, & in ſanis qui diutius cucurrerunt magis,
» atque ſi perterriti fuga ſe contento curſu dede-
» rint, in ijs enim videas manifeſtam reſpiratio-
» nem, in qua ſcapulæ parteſque thoracis ſupe-
» riores euidenter attolluntur; itaque περόχεσον in
» Coacis dixit Hippocr. vt ex oppoſito ponatur
» τῷ ἀποκεκριμένῳ ἢ μὴ φαινομένῳ, abdito, latenti,
» nec ſatis manifeſto. In 2. & 3. Epid. μετέωρον, id
» eſt, ſublimẽ & elatum appellat in anginoſa mu-
» liere, quod qui ita reſpirant, ſublimes thoracis
» partes ad omoplatas vſque mouere videantur,
» nam cum diaphragma inſpirando ſatis eſſe non
» poteſt, thoracis muſculi & abdominis à natura
» adhibentur, quod ſi ne hi quidem ſufficiant qua-
» ſi in ſubſidium accidunt muſculi ſuperiores qui
» è collo in thoracem protenduntur.

Πνεῦμα πυκνὸν. ſpiratio frequens ſiue denſa quæ fit
» ὅταν περιέτερον ἐπὶ τὴν δευτέραν εἰσπνοὴν ἀπὸ τῆς πρωτέρας
» ἥκωσι, vt ait Hippocr. 6. Epid. Id eſt, quando à
» priore inſpiratione ad ſequentem citius prope-
» rant; Hippocrates vna voce πυκνοπνεύμονα puel-
» lam Ageſion dixit; fit autem primum quidem
» inflammatis atque dolentibus partibus thora-
» cis, corde, pulmone, membranis, quæ vel ſuc-
» cingunt, vel medium thoracem diuidunt, de-
» inde diaphragmate, ventriculi, hepatis, lienis
» parte ſuperiore, poſtremo quæ ijs connexa
» ſunt, vel ad reſpirationem aliquid conferunt,
quales ſunt abdominis muſculi; At liberis do- «
lore inſtrumentis nec interceptis magna & fre- «
quens reſpiratio eſſe conſueuit, contra vero par- «
ua. «

Πνεῦμα πυρετῶδες. ſpiritus febrilis exæſtuans ab «
Hippocr. dicitur in Coac. quod 6. Epid. ſect. 6. «
καυσῶδες vocauit, id eſt, inſtar flammæ acrem & «
mordacem : hunc autem lethalem eſſe docet «
Hippocr. putredinis enim humorum, caloris in «
corde ac pulmone acerrimi, & malignitatis fe- «
bris ſignum eſt manifeſtum, huius autem calo- «
ris intus feruentis gratia magna fit inſpiratio, ae- «
ris trahendi cauſa, quo incendium in corde con- «
ceptum temperari queat, fit quoque tum celer «
& frequens expiratio quia eiuſmodi incendium «
magnam fuliginis copiam colligit. «

Πνεῦμα φαινόμενον. idem quod περόχεσον & μετέωρον de «
quibus ſupra. «

Πνεῦμα ψυχρὸν. ſpiritus frigidus quẽ pro raro & par- «
uo poſuit Hippocr. in prognoſt. vt enim & ma- «
gnus & frequens nimium calorẽ oſtendit, idem «
que eſt calidum dicere quod magnum & fre- «
quentem; ſic paruus & rarus non alius eſt quam «
frigidus. In Epidem. βεχύπνοια hoc reſpiratio- «
nis vitium includit; eſt enim βεχύπνους proprie «
quidem qui parum ſpirat & longioribus inter- «
uallis, atque calorem deferueſcentem & refri- «
geſcentem naturam βεχύπνοια ſequitur, vnde «
πνεῦμα ψυχρὸν θανάσιμον dicitur Hippocrati, febri- «
li ſcilicet calore in exhalationem diſſoluto, nati- «
uo vero malignitate febris relicto adeo imbecil- «
lo, vt non adeo reſpiratione indigeat quod in «
moribundis quibuſdam tam apparet, vt vix in- «
telligas an reſpiret æger. Notauit hoc genus reſ- «
pirationis Hipp. in Dealcis vxore atque Pithio- «
ne. Cæterum in eiuſmodi reſpiratione gradus «
quidam eſſe videntur, refrigerantur extrema, & «
alia ſe produnt ſigna languentis caloris, ſpirituſ- «
que rarus eſt & paruus, vnde in Pythione λεπτὸν «
καὶ μινυθῶδες πνεῦμα ſpiritus tenuis & imminutus, «
deinde ἄσημον, & ſi quid expiratur ore & naribus «
frigidum excluditur; atque ab illo Dealcis vxor «
& Pythion plures dies ſuperuixere, & illa qui- «
dem poſt breuem ſpiritum dies vixit 7. βεχύ- «
πνους enim 14. obijt 21. & Pythion 2. βεχύπνους, «
obijt 10. huius autem ſpirationis magis expreſ- «
ſit periculum Hippocr. in prognoſt. cum ſcripſit «
ἀλίσθριον καρπαῖον, vox enim καρπὸς, quæ ionica eſt, «
firmitatem fidemque iudicij adauget, ἄσημον vero «
vbi in foribus eſt quod denuntiatur, atque iam «
iam morituram ægrum. «

Πνευματίου. ijdem qui & πνευματώδεις, hoc eſt, ſpiritu «
inflati atque diſtenti, & quibus venter flatu di- «
ſtenditur. «

Πνευματικοὶ. dicti ſunt medici quidam hoc cognomi- «
ne, qui à flatu ſeu ſpiritu in corpora ſubeunte, «
omnia vel ſecundum naturam ſe habere, vel in «
morbos incidere cenſebant. Forte Hippocra- «
tes, aut quiſquis author fuit libelli de flatibus, «
huic ſectæ occaſionem præbuit, cui ſe inter me- «
dicos Athenæus & Archigenes in primis addi- «
xerunt. «

Et magnus Aſclepiades. Qui quibus terminis «
vterentur ſcriptum nobis reliquit Caſſius pro- «
blem. 75. lib. 1. problem. & Plutarch. In præce- «
ptis ſalubribus : horum pneumaticorum fre- «
quentem & celeberrimam mentionem inueni- «
tis apud Galenum, atque adeo veriſſimile vide- «
tur librum περὶ φυσῶν de flatibus authoris cu- «

» insolam esse qui πνευματικὸς fuit.

Πνευματοκήλη. ramex ventosus. Is genere, vt Paulus ait, αἰνύσυμα est, vt qui dilatatione fiat à flatulento spiritu. Verum duobus modis accidit, vel ex quatuor vasis testiculum alētibus, qui durior est, nec compressu digitorum euanescit, sed recipere curationem potest: vel ab arterijs darton membranam intercurrentibus, qui appresso digito intro recurrit & euanescit: curationem vero non recipit, propter periculum quod ab incessabili sanguinis profluuio impendet.

» Dicitur & πνευμοκήλη apud Paul. lib. 6. c. 64.

Πνευματόμφαλος. cui vmbilicus à flatu protuberat: Species est τῆ ἐξομφάλων.

Πνευματώδεις. dicūtur ab Hippocrate, seu quis alius est author Prorrhet. quibus magna est & frequens respiratio, quos ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων Hippocrates πνευματωδέστατας appellat. Possunt tamen & ij intelligi quibus venter flatu distēditur. Vocantur & ab Hippocrate πνευματίαι, vt scribit Galen. libro 3. περὶ δυσπνοίας.

» Vbi plura de voce πνευματῶδες.

Πνευματώδες, ἡ

Πνευματώδεστες. ijdem qui & πνευματόμφαλοι, de quibus supra.

Πνευμάτωσις γαστρὸς. flatus ventriculi. Generatur ab humoribus vel cibis exigua caliditate in vapores dissolutis. nam frigiditas hoc nomine quod dissoluere & extenuare non sit idonea, nullos flatus procreat, vehemens autem calor, cum non tantum extenuet, sed etiam discutiat, flatus generationem impedit. minor vero caliditas diffundit quidem & transmutat alimentum, verum minus quam opus sit: vnde flatus excitantur.

» Hæc & ἐμπνευμάτωσις dicitur & ἐμφύσημα, vo-
» canturque hoc morbo laborantes πνευματικοὶ.

Πνεύμονοι appellari ab Hipp. videntur qui supra πνευ-
» ματίαι aut πνευματώδεις.

Πνευμοκήλη. idem quod πνευματοκήλη supra.

Πνευμόμφαλον. dicitur dilatatio vmbilici in Definit.
» Medicis, vocatur & πνευματόμφαλον.

Πνευμῶδες. Pulmonarium siue à pulmone vitium;
» species est anhelitus quæ oritur quemadmodum
» anhelitus: quæ insunt enim vtrique communia
» sunt & exigua est differentia, nam spirandi angu-
» stia, tussis, vigilia & caliditas vtrumque vitium
» comitantur. Item in cibis odium & totius cor-
» poris extenuatio, id enim malum cum fœdum
» sit producitur, neque tam ex anni spatium exce-
» dit, nam si autumni tempore ægrotare quis cœ-
» perit, vereantur ætatem futura vitam finiet; sin hie-
» me sequenti autumno moriturus est, interdum
» & senes in hanc labem facile incidunt & exterri-
» ti; Ea correptis leui momēto ad pernitiem opus
» est, omnes similime spiratione priuantur, arte-
» riarum motus parui crebri infirmi sunt; Sed &
» hæc in anhelitu reperiuntur, priuatim vero hi
» tussiunt tanquam aliquid expulsuri, cum tamen
» sit eorum irritus labor, nihil enim reijciunt, ve-
» rum si quid ex pulmone vi extruditur, illud est
» exiguum album rotundum, grandinosum, hæc
» Aret. lib. 1. τῶν χρον. c. 12.

Πνευμονίη. idem quod περιπνευμονία, de qua suo
» loco.

Πνεύμων. pulmo. Est caro mollissima & laxissima, respirationis & vocis instrumentū. Nulla enim in toto corpore caro rarior, laxior, molliorque est, & quæ spongiæ similior sit, spumamque sanguinis magis referat. Tali quidem substantia pulmonem constare oportuit, quo follis instar aere impleri distendique citra noxam posset. Est enim à natura conditus, vt respirationis vocisque esset instrumentum. Cuius quidem actionis etsi propria eius substantia primaria causa est, multa tamen præterea ad pulmonis constructionem concurrunt, tum per quæ actio ipsa melius fit, tum sine quibus fieri nullo modo potest. Situs est intra thoracem, ipsumque totum replet & occupat, & eius motum sequitur. Cum enim pulmo per se immobilis sit, ab alio moueri debet. Itaque distentus thorax, pulmonem vna distendit: subsidens autem atque contractus, ipsum quoque subsidere facit, & aerem quem dilatatus attraxerat exufflare, atque ita aeris inspirationem expirationemque perficit. Vt autem thorax ipse in duo diuisus est, & media membrana (mediastinū vocant) distinguitur, ita pulmo in duas partes diuisus est, dextram & sinistram. Rursum vero pars eius vtraque duobus locis constat, vno superiore, altero inferiore, sæpe palam discretis, interdum obscure. Præter hos nonnunquam tertius est dexter lobus exiguus, vasis perpaucis textus, media cauitate venam cauam in cor subeuntem ceu puluino molli excipiens ac firmans, in hominibus sternon ossibus septem compositum sortitis. Nam quibus cum sterno thorax anticus est breuior, ijs pericardios tunica in phrenas magna suæ cauitatis parte incidit, & in hanc cauitatem vena caua, lobo hoc quinto propter vię breuitatem non indigens. Tria autem vasa per eius substantiam dispersa sunt, ante quidem arteria venosa, post vero vena arteriosa, & media harum aspera arteria: & hæc quidem iam inde à quarto thoracis spondylo, vena à dextro cordis ventriculo, arteria à sinistro proficiscitur. Distribuuntur autem singula in totos pulmones numerosa ramorum serie. Cæterum pulmonem ipsum vna cum suis vasis tunica obducit orta ab ea quæ costas succingit, & neruulos à sexta cerebri coniugatione sortita, quorum beneficio tunica quidem ipsa mediocrem sensum possidet, cum tamen pulmo ipse nullam vim sentiendi sortitus sit.

Πνιγαλίων. morbus incubus Latinis dictus. Venit ἀπὸ τοῦ πνίγεσθαι, quod eo laborantes prope suffocari videantur: ἐφιάλτης alio nomine vocatur, de quo ante dictum est. Reperitur & πνιγάμων pro eodem.

Πνιγαμών. idem quod πνιγαλίων apud Paul. l. 3. «

Πνίγων. dicitur de certo ciborum apparatu, quando « scilicet in proprio succo carnes coquuntur intra « ollam aut patinam concluse, sic vt nullus exha- « lationibus pateat meatus, vnde πνικτὰ κρέα, No- « stri coqui hoc paraturæ genus suffocationem « vocant. «

Πνικτὰ ὠὰ. ova suffocata. vide ὠόν. «

Πνιγῖτις γῆ. terra quædam colore nigra qualis est am- « pelitis Eretriæ similis de qua Dioscor. & Plin. « vide in voce γῆ. «

Πνῖξ, & πνιγμὸς. est suffocatio siue subitus interitus « ob respirationis defectum factus Galen. aphor. « 54. lib. 4. fit autem ille respirationis defectus « tribus de causis. Prima est angustia & coarcta- « tio alicuius spirabilium instrumentorum, quæ « fit vel per vim alicuius causæ externæ, vt laqueo, « manu, & similibus; vel à causa interna, cuius- « modi sunt repletio regionis illius quæ est inter «

» thoracem & pulmonem media, vt fit in empye-
» mate, repletio cauernarum & fistularum pul-
» monis vt in Asthmate, inflammatio pulmonis,
» asperæ arteriæ, gutturis, faucium, quorum duo-
» rum postremorum inflammatio subitam atque
» repentinam infert suffocationem (præsertim si
» nullus in faucibus tumor apparuerit) cum ea
» quæ pulmonem & asperam arteriam obsidet
» paulatim suffocet, idem quod inflammatio; po-
» test etiam tuberculum abcessus & quilibet alius
» tumor, Potest etiam aperientium guttur mus-
» culorum resolutio, aut conuulsio ipsius meatum
» angustiorem reddere, vt nimia quoque siccitas
» ipsos musculos tendens inquit Galen. commēt.
» in aphor. 34. l. 4. Secunda causa respirationis de-
» fectus est virtutis thoracem mouentis imbecil-
» litas, vt fit in forti apoplexia atque etiam in incu-
» bo quem ideo Themison πνιγαλίωνα appellauit
» quasi dicas suffocantem. Tertia est vitalis prin-
» cipij vehemens refrigeratio, qualis contingit in
» vteri suffocatione dicta secundum Galeni sen-
» tentiam, adijci potest præter has & quarta stran-
» gulationis causa; nimirum occulta quædam ma-
» lignitas vaporis, spiritus aut humoris, si modo
» verum sit ab hac causa vteri strangulationem
» dictam cieri vt multis placuit. Et certe hoc pro-
» babile videtur vt suo loco dicemus; sunt etiam
» quædam quæ intus sumpta strangulationem in-
» ducunt, vt fungi, gypsum sanguis Taurinus, lac
» coagulatum, veratrum album, tapsia, elaterium,
» agaricum nigrum & alia, quod referri facile po-
» test ad aliquam prædictarum causarum. Porro
» πνιξ aliquando sumitur ab Hippoc. non pro in-
» teritu, sed pro imminente periculo interitus ex
» respirationis defectu, via illius præcluſa vt aph.
» 4. lib. 4. quem ad aphorismum si Galeni tex-
» tum consideres, videtur ille tantum appellare
» πνίγα cum fit defectus respirationis ex angustia
» instrumentorum spiritalium.

Πνὶξ ὑστερικὴ. vide in dictione ὑστερικὴ πνῖξ.

Πόα, ας. herba, Tertia τῶν φυτῶν species. Prima enim
» secundum Theophrastum est τῶν δενδρωδῶν. Se-
» cunda τῶν φρυγανικῶν. Tertia τῶν ποωδῶν. Quarta τῶν
» σπερμάτων, de quo τῶν ποωδῶν genere tractat lib. 7. hi-
» stor. plantar. pro ποὰ dicitur & ionice πόη, vi-
» de infra.

Ποδάγρα. nihil aliud est quam arthritis pedum. Cum enim pedum tantum articulos noxius humor infestat, articularis quidem morbus fit, sed qui nomen ab affecta parte accipiat. Si cui manuum articulos idem morbus occupet, χειράγρα vocatur.

» Ποδαγρᾶν. pedibus laborare.

Ποδάγρας ἐλλισμὸς. podagræ barbuties sic enim
» strabo vertit de Syllæ pedum dolore loquens,
» quem torpidum cum grauitate fuisse ait Plutar-
» chus in vita Syllæ.

Ποδαγρικά, τὰ, subaudi πάθη, podagrici dolores seu
» morbus podagricus apud Theoph. & Dioscor. l. 5.
» cap. 138. ποδαγρικὰς διαχύσεις vocat medicamenta
» quæ podagram lenire possunt.

Ποδαλγία. pedum dolor, podagra apud Pollucem
» apud quem & ποδαλγὴν ἢ αὐτὴν ποδάγρας seu ποδα-
» λγὼδες.

Πόδος. herba duorum generum apud Theophrastū, alterum hyacinthi flore, alterum sine colore cādidum, quo sepulchra coronabantur, à quo & nomen, quasi desideratis esset dicatum. Nascitur autem fere in tumulis.

Ποία. dicitur apud Hippoc. quæ habet folium simile viti natura, vt cissampeli vocatæ species. author Galenus ἐν τῷ γλώσσης. Alias ποία significat herbam seu gramen, Ionice, pro communi πόα.

Sed & τὸν ἐνιαυτὸν, id est, annum significat, eo modo quo apud Latinos messis, quoniam semel tantum in anno ἡ ποία φύεται, vel propterea quod singulis annis singulæ messes sint: ποίη etiam legitur apud Gal. ἐν τῷ γλώσσης, pro eo quod περιπλοκὴ alio nomine dicitur, sed mendose vt putant nonnulli pro πῶος.

Ποικίλον ὑποχόνδριον. vide ὑποχόνδριον.

Ποικίλον φάρμακον. nomen τῶ ἀκόπου, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 19.

Ποικίλα ὑποχόνδρια. hypochondria variātia, seu quæ subinde varias sustinent affectiones & in contrarias mutantur.

Πολεμωνία ἢ πολεμώνιον. herba est ramis exilibus, vtrinque pinnatis folijs paulo quam rutæ maioribus ac longioribus, calaminthæ aut sanguinariæ proximis, quibus summis velut corymbi dependent, nigro semine: radice cubitali, albicante, radiculę simili. Nascitur in montosis & asperis. Est autem polemonio vis subtilis & exiccans. Vulgo bosci saluiam appellant.

Πόλιον. herba est duorum generum. Vnum montanum est, πήδριον nominatum, cādidum, tenue, palmi altitudine, semine plenum, capitulum in summo corymborum specie habens, canique hominis (vnde nomen inditum) capillitium præferens. odore graui nec iniucundo. Alterum est campestre, maius, odore viribusque infirmius.

Πολιότης ἡ

Πολίωσις. canities. Affectio pilorum est qua albi fiunt. Ea autem frigida humidaque est, & pertinet ad ipsos pilos, non autem ad cutem cui inhærent. Quod enim capilli non decidant, patet cutim mediocriter siccam esse oportere. Verum excrementum ex quo & gignuntur & crescunt, pituitosum est, quod præter temperamenti frigiditatem humiditatemque etiam candorem habet. Quamobrem & spadones, & mulieres, & qui ætate prouectiore sunt, &, vt vno verbo dicamus, quicunque frigidiore humidioreque præditi sunt temperamento, cito & facile canescunt. Hinamque omnes pituita plurima redundant, quæ cum per cutem imbecillius propellitur, inque ea diutius moram trahit, tandem resiccatur, & propria fit pilorum materia, ita tamen natiuum vt colorem retineat.

De canitie plura leges apud Aristotelem 5. de generat. animal. c. 4. & 5. & 10. probl. 36. Canities (inquit) ὥσπερ συσταλὴς τις τῶν τριχῶν ἐστὶν, id est, velut putredo quædam pilorum est & probl. 6. eiusdem sectionis quærit cur vnus omnium animantium homo canescat; Pro πολίωσις autem dicitur & πολία apud Aristotelem 5. de gener. animal. c. 4. & alijs in locis.

Πόλος. capitis verticem significat & totum etiam caput teste Polluce lib. 2. & in ore seu palato sic vocatur πόλος τῆς στοματικῆς apud eundem.

Πόλτος. pultis quoddam genus fuisse videtur quæ ex farina fabacea fiebat, cui multa alia adiecta fuisse non obscure indicat Athenæus lib. 14. Sūt autem qui Græcorum πόλτον & Romanorum pultem vnum & idem statuant, sed præter nominis vicinitatem (ambo enim ἐλάσματος genere

„ vel ῥοφημάτων continentur) nihil habuerunt ad-
„ modum commune, quare etiam scribit Plin.
„ pultem ignotam Græciæ fuisse: πόλτος autem
„ qui describitur à Græcis & medicis vt à Galeno
„ de simpl. facult. propior est Romanorum pulti
„ quam Græcorum veterum.

Πολυαιμία. sanguinis copiam significat, illam inquã
„ corporis plenitudinem in qua omnes humores
„ ex æquo supra iustam mensuram, quantitatem-
„ ue, vel vt Galeni verbis vtamur supra veterem
„ proportionem & naturæ congruentem crescũt,
„ atque augentur, vt athletarum bonis habitibus
„ contingit, alijs nominibus eidem Galen. πλήθω-
„ ρα & πλῆθος nominatur. de quibus suis locis: dum
„ autem in πολυαιμία omnes ex æquo humores re-
„ dundare dicimus, perinde est ac si sanguinem di-
„ camus, Sanguinis enim appellatione humores
„ omnes designantur, vt qui ex illis constet &
„ componatur.

Πολυφάγον. malagmatis nomen cuius descriptio habetur apud Galenum lib. 8. τῶν κατὰ τόπ. Refertur & à Paulo lib. 7. cap. 18. Est etiam cataplasmatis nomen cuius aliquot differentiæ habentur apud Aetium lib. 9. c. 34. ex Seuero.

„ Describitur & hoc malagma à Trallian. l.
„ 7. cap. 12.

Πολύγαλον. herba est palmi altitudine, lenticulæ folijs, gustu subacerbo. Pota lactis abundantiam facit, inde nomen ab effectu.

„ Authore Dioscor. l. 4. c. 12.

Πολυγόνατον. frutex est in montibus nascens, maior cubito, folijs lauri, duntaxat latioribus læuioribusque, sapore mali cotonei aut punici. Flores per singulos foliorum exortus promit candidos, folijs numerosiores. Radicem habet albam, mollem, longam, geniculis frequentem, graueolentem, digitali crassitudine. Omnes officinæ & herbarij sigillum Salomonis appellant. Est autem variæ particeps facultatis, adstrictoriæ, acris, amaræ, ingrato gustu qui verbis nequeat exprimi. quare & multiplices habet in medicina vsus.

„ Sic vero dicta est à geniculorum fre-
„ quentia.

Πολυγονοειδὲς. sic à polygoni sarmentorum similitudine dicitur à quibusdam prima species τῶν κλημα-τώδους quam διαφοειδῆ nuncupant.

Πολύγονον. frutex est cuius duo genera produntur. Mas ramis exilibus, copiosis, geniculatis, qui à terra non attolluntur, graminis modo serpentibus, folijs rutæ sed longioribus. semine turgens sub omnibus folijs, flore albo aut rubente. Latini seminalem à seminis copia, & sanguinariam à cohibendo sanguine nuncupant: alij vero vt Apuleius, Proserpinacam. Herbarijs & officinis corrigiola & centinodia appellatur. Fœmina autem paruus frutex est, vno caule, arundini teneræ simili, densis geniculis in se tubarum modo farctis, tuberibus articulorum eminulis, quos folia frondibus piceæ similia in orbem conuestiunt, radice superuacua. Vtrumque secundo ordine frigidum est, aut etiam initio tertij, habet & modicam adstrictionem. Est autem mas adl omnia valentior.

„ Sic dicta est ob multitudinem semini vt
„ inquit Plin. libr. 27. cap. 12. vt Scribonius Lar-
„ gus inquit, quia multa est & vbique nascitur.

Πολυφάγος. apud Hippocrat. αἰτὶ τῆς πολυφάγου, hoc est voraci. Sic Callimachus ἔχεσκε αἰτὶ τῆς κρι-θίδος vsurpauit, vt scribit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Πολυειδὲς. sic à quibusdam dictum fuisse elleborum album habetur apud Dioscor.

Πολυείδου σφραγὶς. Polyidæ sphragis. Trochisci nomen est olim celebris, & quo Galenus ad vlcera diuturna & contumacia, præsertim in naribus, vsus est. Recipit autem eo authore libr. 5. τῶν κατὰ γένη, Malicorij denarium pondo sex, myrrhæ denarium pondo octo, aluminis scissilis denarium pondo quinque, thuris denarium pondo quatuor, aloes denarium pondo octo, chalcanthi denarium pondo tria, fellis taurini denarium pondo sex. vino dulci excipiuntur.

Πολύκαρπον. τὸ κραταιόγονον, apud Hippoc. genus herbæ, vt scribit Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Pro πολύκαρπον quod hîc habetur & πολύκριτον „
paulo infra, vetus Hippocratici lexici exẽplar ha- „
bet πολύκρατον, quod magis accedit ad κραταιόγονον „
sonum atque significationem, Dioscor. vero & „
Apuleius πολύγονον à quibusdam appellari πολύ- „
καρπον tradunt. „

Πολύκλωνος. cognomen τῆς ἀρτεμισίας, non omnis quidem, sed eius quæ ramosa est. Sic autem dicitur ad alterius differentiam quæ μονόκλωνος appellatur.

Πολύκνημον. frutex est surculosus, folijs origani, caule pulegij, multis geniculis, sine vmbella, sed dependentibus paruis veluti acinorum corymbis, odore acri, iucundo. Deficcat & calefacit secundo excessu.

Πολύκοπον ferramentum quod in difficili partu in „
vterum immittitur ad secundas diuidendas Paul. „
l. 3. cap. 76. „

Πολύκριτον. Hippocrati & Galeno τὸ κράταιγον. „
Vide & supra πολύκαρπον.

Πολύμορφον. sic dictum est à quibusdam os σφηνοειδὲς, „
de quo vide suo loco.

Πολυόνυχος. sic authore Dioscoride à quibusdam dicitur τὸ ἀρνόγλωσσον, hoc est plantago, quod eius folia multis fibris quasi neruis per longitudinem distincta sint: ob quam causam etiam ἱππάπλευρος ab alijs dicta est.

Sed & pro ἱππάπλευρος reperitur etiam ἱππάνυχος, „
quod πολυνεύρῳ affinius est. „

Πολυόστεον. dicta sic est à quibusdã pars ea pedis quæ multiplici osse constat, & quę alio nomine πέδιον appellatur.

Πολυόφθαλμος. sic apud Hippocratem dicitur ὁ βάτραχος herba, vt annotat Galenus εἰς τὸ περὶ ἀρθρων.

Πολυπόδιον. filicula. Herba est nascens in muscosis petris & vetustis arborum caudicibus, præsertim quercuum, palmi altitudine, filici similis, subhirsuta. Radix illi pilosa, in qua continentur cirri ceu polyporum, crassitudine minimi digiti, coloris intus herbacei, austera aliquantum & gustu subacris. Eiusmodi polypodium est quod Dioscorides depinxit. Verum aliud præterea est folio aspleni, viridiore, longiore, magisque per ambitum laciniato, radice priori simili, paulo tamen graciliore, quod plurimum in montium syluis nascitur. vtrumque moderate purgat, atque vt ait Galenus, citra morsum deficcat.

Πολυποδίτης οἶνος. vinum ex polypodio factitium, cuius compositio habetur apud Aetium libro 3. c. 60. & 61.

Πολύποδες. multipedæ, siue millepedæ, animalia sunt exigua locis humectis nascẽtia, quæ ad contactũ

seſe in globum contrahunt. Dicuntur etiam ὄνοι & ὀνίσκοι, de quibus ante diximus.

» Vbi plura de his leges.

Πολύποις. polypus. Eſt tumor præter naturam in naribus genitus, polypi carni ſimilis ſecundum ſubſtantiæ proprietatem. Sic quidem Galenus definiuit libro 3. περὶ πόρ. Proprietatem autem ſubſtantiæ intelligo, non colorem modo & conſiſtentiam, ſed reliqua etiam quæ ſunt polypi propria, quibus tumorem hunc ſimilem eſſe veteres prodiderunt: nempe quod multas radices, vt & ille pedes, habeat, quodque vt ille venantes vlciſcitur, acetabulis ſuis manus illorum apprehendens, ita & vitium hoc laborantium nares obſtruat, vt & difficulter ſpirent, & ægre loqui poſſint. Hæc enim ſubſtantiæ polypi proprietatem conſequuntur, non minus quam color atque conſiſtentia. Ac color quidem varius eſt, alijs albidus, alijs ſubflauus, alijs ſubruber. Subſtantia pariter alijs mollis & quodammodo fluida, alijs durior magiſque contracta. Cẽlſus lib. 6. cap. 8. graphice polypum depinxit his verbis: Polypus in naribus eſt caruncula modo alba, modo ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, vt poſt vuam conſpici poſſit, ſtrangulatque hominem, maxime Auſtro aut Euro flante, fereque mollis eſt, raro dura, eaque magis ſpiritum impedit, & nares dilatat, quæ fere καρκινώδης eſt. Itaque attingi non debet. His quidem verbis Celſus omnes polyporum differentias complexus eſt, quas Hippocr. in lib. περὶ παθῶν quinque conſtituit.

» Idem narium morbus Ionica ſeu dorica » dialecto πώλυψ etiam apud Pollucem voca» tur.

Πολυποσία. multam potionem non quidem aquæ » ſed vini ſignificat, vt notauit Galen. ad aphor. 7. » lib. 7.

Πολύβριζον. ſic à quibuſdam dictum fuiſſe helleborum nigrum Dioſcorides author eſt, ſimiliter & quartum genus τῆς ἀειστολοχίας, quæ peculiari nomine πιστολοχία dicitur.

Πολυσαρκία. caro ſuperflua ſiue ſuperfluum carnis » incrementum dicitur Cæl. Aurel. l. 5. τόχρ. cap. » 12. atrophiæ contraria; eſſe autem πολυσαρκίαν » ſpeciem καχεξίας idem docet quod ſcilicet eam » comitentur habitus corporis pinguior, motus » tarditas, iners corporis pondus, debilitas, & ex » nimio quouis motu anhelatio atque ſudor, vt » ſuo ſe corpore præfocari ſentiant ægrotantes, » quo neque leuia ferre valeant veſtimenta; huius » curandæ & emendandæ rationem ibidem docet » Aurelianus, hanc & vocare poſſis πολυσωματίαν, » vel πιχυσωματίαν, corpulentiam, aut obeſitatem, » aut carnium corporiſue multitudinem ſeu craſſitiem, talem videlicet tantamque vt functiones » impediat, vt de Nicomacho quodam Smyrnæo » Galen. lib. de morbor. differ. cap. 9. docet, cuius » corpus ad tantam molem increuit, vt loco mo» ueri non poſſet quem aiunt ab Æſculapio cura» tum: πολυσαρκία autem ex ſanguinis abundantia » naſcitur.

Πλίνθιον. machinamentum eſt articulis reponendis conueniens. Sic dictum eſt, quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præſtet. Eſt autem iter facientibus maxime idoneum. Refertur ad Archimedem authorem. In quo deſcribendo minime curioſi fuere veteres, quod ad eum vſum Hippocratis ſcamnum per ſe abunde eſſet.

Πολυτελὲς. medicamenti acopi nomen eſt quaſi « pretioſum dixeris, deſcribitur à Galen. 7. κτ « χῶν cap. 12. «

Πολύτριχον. herba quam & ἀδίαντον & capillum Veneris vocant. ſic dicta ab effectu. Explet enim capillorum defluuia, & ad hoc decoquitur in vino cum ſemine apij adiecto oleo copioſiore, vt capiti inunctum criſpum denſumque capillum faciat.

Πολυτροφία. alimenti multa copia & abundantia. «

Πολυφόρος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum « differentiæ explicantur. «

Πολύχρηστον φάρμακον. Medicamẽtum ad multos vſus comparatum, quodque multis ſimul affectibus conuenit. Sunt autem eius generis nonnulla nõ modo ſpecie, ſed etiam genere diuerſa. Omnia certe ex contrarijs conſtant medicaminibus, non tantum ſecũdum primas qualitates, verum etiam ſecundas. Aliter enim vni tantum ſimplicique affectioni, non etiam multis atque inter ſe etiam ſæpe contrarijs prodeſſent. Coegit autem medicos neceſſitas contraria aliquando medicamenta miſcere, non modo vt vnum alterius vires frangeret, atque minueret, ſed quod conducibilius eſſe iudicarent, habere vnum aliquod medicamentum permultis affectionibus conueniens, quam tam multa ſingulis affectibus deſtinata, etiam ſi ea πολυχρήστοις in medicina longe præſtent. Sic enim vno eodemque medicamento repelluntur & digeruntur, detergentur & læuigantur, incraſſantur & attenuantur humores, quod diuerſas in ſe facultates contineat. Eius generis eſt Panacea, Iſis, Icenum, aliaque plurima emplaſtra, de quibus agit Gal. lib. 5. περὶ κτ χῶν. Et ſi in ſimplicibus quidem medicamentis, vt aloe, rheo barbarico, maſtiche & alijs ſexcentis ea vis ineſſe cernitur, vt contrarios ſimul effectus in hominum corporibus producant, nemo mirari debet in compoſitis contrariorum pariter ineſſe facultatem.

Vſurpatur vox hæc in duplici ſignificato, « vno enim modo ſic vocant, quod multis cor- « poris affectibus conuenit; altero vero quod om- « nibus hominibus aut ſaltem plurimis eſt in vſu, « etiamſi ipſo vtendi vnica ſit omnibus neceſſitas « ait Gal. lib. 1. de alim. facult. cap. 23. «

Πολυχρόνιος νόσος. diuturnus morbus. Sic dicitur qui non niſi longo temporis ſpatio ſoluitur.

Puta qui vel ipſo 40. die deſinit, aut vltra pro- « greditur: vocat & Gal. quoſdam affectus nunc « breues nunc longos, vt cum apoplexiam 47. « aphor. lib. 6. inter lõgos morbos recenſet, quam « inter acutiſſimos alibi collocat, id autem facit « quod aliquando acceſſionem horum morbo- « rum ſpectet quæ ſane breuiſſima eſt, aliquando « diſpoſitionem ipſam quæ non niſi longo tem- « pore finiri ſolet. Eſt autem πολυχρόνιος νόσος τῷ « βραχυχρονίῳ contrarius non etiam τῷ ὀξεῖ. vide « ὀξὺς. «

Πόμα. potus. Dicitur & τὸ ποτὸν. vide πόσις.

Cæterum πόμα etiam dicebatur decerptus « paulo antequam matureſcere inciperet Palmæ « fructus, ſeu βάλανος, quod potionis vicem præ- « ſtaret, ſiquidem guſtatus ſitim arcere comperie- « batur, qua quidem ratione idem ipſe Plinio & « Solino ἀδίλης etiam vocatus eſt, quamuis i no- «

» minis Ægyptiæ palmæ proprie tribui ſolitum » agnoſcant, nam & Ægyptiæ ſeu Thebaicæ palmæ ad ſitim ſedandam præferebantur authore » Plin. l.23. c.4. Quod ſi πῶμα quaſi pomum latinorum vocatum velis qualemcumque φοινικος » ſeu palmæ fructum, quod ei ſit natura non minus pomi quam vuę, nihil equidem repugnaue- » ro, nam & eiuſmodi fructum, pomum racemoſum nominat Plin. l.13.c.4. Sed & πώματα, id eſt, » potiones inter debiliores cibos & concoctu faciles reponuntur ab Hippoc. libr. de vetere medicina, & ἁπλᾶ καὶ ὠφελιμα πώματα dulces vtileſque » potiones quaſdam deſcribit Paul. l.7.c.15.

Πῶμα ὀξύκρατον ananceæ potionis genus, quid ſit, vide in voce ὀξύκρατον.

Πομφοὶ. apud Hippocratem dicuntur eminentię cutis tumidæ ſimulque humore redundantes & rubicundæ, vt interpretatur Galen. ἐν Γλώσσαις. Generaliter πομφὸς bullam ſignificat vt & πομφόλυξ.

Πομφολυγοειδὲς. nomen emplaſtri, cuiur deſcriptio habetur apud Paulum l.7.c.17.

Πομφόλυξ. bulla. Eſt eleuatio in humore facta à ſpiritu flatuoſo. Siquidem ſpiritu flatulento intra humorem concluſo bulla excitari ſolet, præſertim ſi tumor tenax viſcoſuſque eſt. Tunc enim bulla permanet nec facile ſoluitur. huiuſmodi bullæ ſæpe in vrinis inſident, morbum renalem & longum ſignificantes, vt habetur apud Hippocr.

Πομφόλυξ. medicamentum metallicum quod in coctura æris ſurſum fertur, & in cameris parietibuſque fornacum, bullarum modo tumens, colligitur. Nihil enim aliud eſt quam æris faüilla. Effertur autem vel ex ære ſolo, vel ex cadmia ſola, vel ex ære & cadmia, quod eam aliquando friatam metallici inſpergant æri. Primum autem in bullas, vt aqua, tumet, atque ex eo nomen accepit: mox maiore accedente incremento, lanarum aſſimilatur peniculis. Atque ita quidem ſua ſponte gignitur in fornacibus. Eius autem duo genera Dioſcorides ſtatuit; vnum colore æris & modice pingue; alterum candidiſſimum & extremæ leuitatis. fit quod candidum eſt, cum in coctura æris, liqueſcente eo, metallici multam friatam cadmiam inſpergunt, meliorem pompholygem facere volẽtes. Nec ſolum ex ære fit, verum ex cadmia etiam conſulto ad confectionem eius foliibus ventilata. Conficiendi autem rationem & Dioſcorides & Georg. Agricola aperte exponunt. Eiuſdem omnino generis cum ſpodio eſt. ſpecie tantum differt. Quod enim in eo opere tenuius eſt & leuius, ſurſum fertur, põpholyxque dicitur: quod vero deorſum fertur, ſpodium eſt, ſic dictum à cineris ſimilitudine. Rara nunc eſt pompholyx, & pene ignota, vt & plæraque alia recrementa metallorum. Sunt tamen qui in officinis eam nil album appellent, vt & ſpodium nil nigrum aut gryſeum. Inter ἀδηκτα pharmaca numeratur pompholyx. adſtringit & ſiccat leniſſime, præſertim lota, habetque tenuitatem partium citra calorem.

Πόμφος. dicitur eminentia cutis tumida ſimulque » humore redundans & rubicunda, vt exponit Ga- » len. ἐν Γλώσσαις.

Πονηρεύεσθαι. de aluo male affecta vſurpatur apud » Hippocr. in Coacis, atque ibidem πονηρὴ κοιλίης » de maligna ventris afflictione dicitur, quando » aluus acri ac mordenti humore irritata cum tor- minibus & cruciatu diffluit atque doloris ſenſu « pungitur: hac denique voce Hippocr. complectitur omnia quæ in ventre perperam fiunt, vt « notauit Galen. comm. 3. in 1. prorrhet. textu 41. « quorum omnium cauſam eſſe inquit caloris natiui imbecillitatem & inopiam, quod autem πονηρεύεσθαι, idem alias καταψύχεσθαι extulit, vt « aphor. 27. l.4. aliàs καταῤῥήγνυσθαι vt in prorrhetico. «

Πόνος. Labor, illius apud Hippoc. & Galen. varia « ſignificatio eſt, & ſuo quidem ſignificato pro- « prio pro omni motu vehementiore & exercita- « tione ſumitur, qua in ſignificatione vocem illam « vſurpauit Hippocr. libr. 3. Epidem. ſect. 2. ſicut « Galen. eo loco explicauit, vt & aphor. 16. ſect. 2. « quando inquit vbi fames ἢ δεῖ πονεῖν laborandum « non eſt, & quando in Epidemijs Hippocrates « πόνοι σιτίων ἐχειδωσαν, labores cibum præcedant: « itemque aphor. 49. ſect. 2. Qui conſueti ſolitos « labores ferre, etſi fuerint imbecilles & ſenes, non « conſuetis fortibus atque iuuenibus facilius fe- « runt, πόνον eo loci pro vehementi motu ſiue exer- « citatione ſumi ex ipſa verborum Hippocratis ſe- « rie atque ſenſu facile videre eſt. «

Quoniam autem ex immodico labore plerumque laſſitudo dolorque oritur, factum eſt vt πόνος non modo vehementem motum ſed dolorem etiam ſignificet & quicquid hominem offendit.

Vt notauit Galen. comm. in aphor. 32. l.4. & « illum aphoriſmum exponens, ἐν τῷ τοιούτῳ ὕπνος πόνον ποιεῖ θανάσιμον, vbi πόνον, βλάβην læſionem « & offenſam interpretatur; Pro fatigatione vero « ac laſſitudine vt aphor. 48. ſect. 2. dum inquit, in « omni corporis motu vbi laborare quis cœperit, « quies ſtatim laſſitudinem aufert, quo in loco la- « boris nomine laſſitudinem ſignificari Galen. in « comment. teſtatiſſimum facit. Pro dolore vero « πόνος ſumitur nonnunquam, vt docuit Galen. ad « aphoriſm. 48. ſect. 2. Ita & accipitur in aphoriſ- « mis 44. & 45. ſect. 4. vbi ſic Hippocr. Quibus « febres longæ, ijs tubercula vel labores in articu- « lis fiunt, vbi notauit Galen. per labores dolores « intelligi; Similiter dum lib. de nat. humana ſcribit, ἀνάγκη ὅκοταν τι τοιούτων χωρισθῇ, ἢ ὑφ' ἑωυτῷ ἐῇ, « ἢ ἄνδρί τι ἐξίσκηται, ὃ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον σίτισιν χέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἔῃ, ἢ ἐπιχυθῇ ὑπερεκπλήθοντα, « ὀδυνὴν τε καὶ πόνον παρέχειν, id eſt, neceſſe eſt cum « aliquid horum receſſerit, & per ſe cõſtiterit, non « ſolum locum ex quo acceſſerit morbidum euadere, ſed eum etiam vbi conſtiterit & influxerit, « repletum, dolorem & laborem exhibere. Sed cum in omni dolore duo eſſe oporteat, affectum ſcilicet à naturali conſtitutione alienum, & eius affectionis ſenſum Hippocr. vtrumque πόνον appellat; ſiquidem aphor. 6. lib. 2. ὁκοῖσι πονέοντός τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τοῦ πόνου ἐκ αἰσθάνονται, τούτοισιν ἡ γνώμη νοσέει. Id eſt, quicumque dolentes partem aliquam corporis dolorem non ſentiunt ijs mens ægrotat. Ipſa ſola affectio dolorifica ab Hippocr. πόνος appellatur, hîc enim πονέοντας intelligit eos qui aliqua in parte tam vehementer offenſi ſunt, vt omnino niſi delirẽt dolituri ſint, cum vero ſcribit dolorem fieri propter calidum, propter frigidum, propter plus, propter minus, ipſius alterationis ſenſum proculdubio intelligit. denique πόνος etiam interdum pro acceſſione & caſibus hoc eſt grauibus ſymptomatis « Hippocrati ſumitur, vt aphor. 7. ſect. 1. vbi ait «

» ὀκεῖνο οὖν κάτοχον τὸ νόσημα, ἀυτίκα ἢ πόνους ἐχάπτοις
» πόνους ἔχει, ibi πόνους pro acceſſione & morbi caſi-
» bus ſumi, teſtimonio Galeni in eiuſdem aphor.
» commentarium conſtat:

Vt autem ὁ πόνος apud Græcos ſic apud Latinos labor accipitur, ſicut ex Cicerone videre licet qui laborem definit eſſe functionem quamdam vel animi vel corporis grauioris operis & muneris: & ex Virgilio qui pariendi dolorem Lucinæ labores appellat.

Ποντικὴ ῥίζα. ſic à quibuſdam dicitur ἡ γλυκύῤῥιζα, vt habetur apud Dioſcoridem: plurima enim in Ponto naſcitur.

Ποντικὸν φάρμακον. medicamenti nomen quod à Gal.
» 7. κ. π. c. 4. ad Arrhabianum authorem refer-
» tur ad hæmoptoïcos.

Πορεπίλα. vocabulum eſt Methodicorum propriũ, quo ipſum exiguorum meatuum ſtatum deſignabant, in quo ſanitatis morbique cauſas conſtituebant. Hinc μεταπορεπίλησις apud eos eiuſmodi meatuum ſtatus immutationem ſignificabat, vt & μεταπόλκρισις, de quibus vide ſuis locis.

Πόρος ἀκουστικὸς, ſiue (quod idem eſt)

Πόρος πυλὸς. meatus auditorius, ſiue foramen cœcum. vide πύλη.

Πόρος. meatus. Id dicitur per quod aliquid influit vel effluit, ſiue id ſpiritus ſit, ſiue aer ſiue humor, ſiue excrementum. Proinde oculorum nerui πόροι vocati ſunt ab Herophilo. Similiter & in auribus ἀκουστικοὶ πόροι: ad hæc meatus tum per quos cibus vel in vẽtriculum ſubit vel ab eo exit, tum quibus chylus in iecur effunditur, aut bilis in ſuam veſiculam ingreditur vel ex ea effunditur, πόροι appellantur: præterea & exigua illa foramina per totam diſperſa cutem, quæ corporis vniuerſi perſpirationem moliuntur. Sunt autem in vniuerſum duo pororum genera: alij ſenſibiles, alij inſenſibiles habentur. Illi magni & patentes ſunt, quales in ventre, iecinore, liene, inteſtinis, venis, arterijs, & reliquis eiuſmodi inſtrumentis viſuntur: hi vero parui & viſum fugiẽtes non ſolam quidem partium ſuperficiem occupãtes, ſed per totam etiam carnis, oſſium, cartilaginum, neruorum, ligamentorum, membranarum, & cutis ſubſtantiam diſſeminati. Neque enim externi modo ſunt & ſuperficiales, ſed etiã intimi. Siquidem ijs plenum eſt totum corpus & tota cutis. Aliter putredo vitari nullo modo poſſet. Ijs enim foraminibus totius corporis perſpiratio fit, quæ conſtat & frigidi aeris intromiſſione, & fuliginoſorum quæ in ſingulis partibus colliguntur excrementorum vacuatione. Ex quibus perſpicuum eſt meatus omnes in optima corporis conſtitutione patentes ſemper eſſe oportere. Quod vt plurimum valet ad tuendam ſanitatem, ſic eorum obſtructio maximorum morborum occaſionem præbet.

Πορφύρα. purpura nomen emplaſtri cruenta vulnera glutinantis. Deſcriptio habetur apud Aetium li. 15. cap. 12.

Πόσθη. præputium. Eſt glandis tegumentum. Id autem non aliud eſt quam carnea membrana cute obducta, quo tenuius eſſet, & facilius tum extẽderetur tum vndique glandem comprehenderet. Natura in hunc vſum ipſum glandi videtur induxiſſe, vt glandem ſeruaret læuem, mollem & lubricam. Calloſa enim & arida ſtupida eſt, nec ſentum retinet qui muneri ſuo conueniat. Summa præputij pars quæ prominet, ἀκροποσθία ἢ ἀκροπόσθιον dicitur.

Atque etiam ἀκροβυσία: Præputia vero ſi non naturaliter ſeſe habent, dicuntur ἐπαγωγὰ, vide ἐπαγωγὸν. Sed & apud Ariſtoph. πόσθη de pene dicitur, ſicut & πόσθιον: & πόσθων qui magno ſeu craſſo pene eſt aut craſſo præputio.

Ποσθία. tuberculum oculi, quod alio nomine κριθὴ vocatur, de qua vide ſuo loco.

Forſitan autem ſic nominatur tuberculum iſtud quod τῷ ἀκροποσθίῳ non abſimile ſit, quod & ipſum ab hordei grano non multum differt.

Πόσις. potio. Non eſt aliud quam τῆς ὑγρᾶς κατάποσις, hoc eſt humoris deglutitio, ſiue (quod idem eſt) humoris ab ore in ventriculum attractio. Eſt enim ea actio facultatis attractricis, quæ humorem rectis fibris, quas interna ventriculi tunica plurimas habet, attrahit: Cęterum attractionem eam ſitis excitat, vt quæ non aliud ſit quam potionis deſiderium. Et appetuntur quidem proprie frigida humidaque: vocaturque is appetitus δίψα, hoc eſt ſitis. Quod autem bibitur, τὸ πιὸν ſiue πῶμα dicitur, pars ἡ διαίτης non infima. Quippe quantum ad ſanitatem conducit ratio potus recte inſtituta, tantum valetudini officit, ſi quis eo abutatur. Ac valet quidem imprimis ad cibi concoctionem & diſtributionem, quod cibus niſi humore aliquo perfuſus ſit, non niſi ægerrime concoquatur & vẽtriculum offendat: quodque propter ſiccitatem in venas & iecur ſubire non poſſit, nec ſanguinem conſiſtentia mediocrem gignere. Nec tamen propter eas tantum cauſas appetitur, ſed etiam per ſe, propria quaratione. cum enim hominum corpora ex quatuor elemẽtis certa quadam proportione miſtis conſtituta ſint, ſi ea diu valere debent, elementorum ſubſtantias ſeu qualitates in eadem temperie perpetuo ſeruare oportet. Quare cum eorũ diſſipatio aſſiduo quodam, quod vitari non poteſt, ſubſtantiæ noſtræ effluuio quotidie fiat, ſicut cibo quod calidum ſiccumque in nobis eſt reſarcitur, ita potu frigidum humidumque inſtaurari neceſſe fuit. Ex quo ſequitur potum omnem, aquæ etiam puriſſimæ, vna videlicet cum cibo acceptum eique permiſtum nos alere. Ex ijſdem enim *omnino nutrimur ex quibus* conſtamus, nihiloque abſurdius eſt ex aliquo quid nutriri, quam componi. Proindeque eadem ſitis ratio eſt, quæ & famis, eademque cauſarum ſeries in excitanda ſiti ſpectatur, quam & in fame Galenus expoſuit: ſuntque eius pariter duæ differentiæ, animalis & naturalis, totidemque in potionis appetentia, quot & in cibo ſymptomata eſſe Galenus libr. 1. de ſympt. cauſis oſtendit. Aliquando enim quædam priuatio appetentiæ potionis eſt, nulloque modo potus expetitur, cum corpus vel propter exceſſum humoris & frigoris omnino potione non eget, vel venter offenſam ex deſiderio in ſe non ſentit. Aliquando vero diminuta potionis appetentia eſt, cum eadem ipſa remiſſiora ſunt. Interdum autem etiam vitioſa eſt, habetque ſe ad portionem cum ea quę circa alimentum eſt praua, alias quidem immodice potum affectans, ſi in ipſis ventriculi tunicis malus aliquis ſuccus ſalſus aut bilioſus continetur, aut naturale humidum in eo veluti feruet, alias vero prauum & à natura abhorrentem, pro ratione vitioſi ſucci in ventriculo & corpore redundantis.

Πάνυ apud Hippocr. significat ὀλίγῳ, id est, modico, vt Gal. interpretatur ἐν τῇ γλώσσῃ.

Πατανὰ. apud Hippocratem dicuntur τὰ ἀρέσφατα, hoc est, recentia, vt scribit Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ. Dorica lingua, vel (vt habetur comment. 2. περὶ διαίτης ὀξέων) Ionica.

Πατανάγκιον. herba folio betæ, hirsuto, paululum supereminente extra aquam. Refrigerat, adstringit, inspissat.

Πόσιμα. potus, potio, dicitur & πόσιμα apud Dioscor.

Ποτήειον. frutex est cortice obductus tenui, spinis horridus, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, tragacanthæ proximis, folijs paruis, rotundis, flore exiguo, candidi coloris, semine gustu acuto & odorato, radicibus binos ternosue cubitos longis, neruosis, firmis, quibus recisis manat succus gummi similis, qui præcisis neruis & vulneribus glutinandis illinitur.

Ποτήειον. etiam nomen est epithematis ad hydropicos vtilis describitur li. 9. κατὰ τόπ. c. 2. ibidemque duplex.

Ποτὶ. maxime, præcipue apud Hippocratem, vt exponit Galen. Significat & πρὸς, hoc est Aliquando, vt idem interpretatur ἐν τῇ γλώσσῃ. Dorica dialectus pro πρὸς vsurpat.

Πότιος. (scilicet οἶνος) lora. Sic à quibusdam vocari διυτείων, Dioscor. author est, lib. 5. c. 13.

De illa vide in dictione οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ exponuntur.

Πόκινος οἶνος. vide οἶνος.

Ποὺς. pes. pars ea cruris dicitur, inquit Aristoteles, quæ multiplici osse constat: malleolis, talo, & digitis definitur. De quo ita ille lib. 1. de histor. animal. τὸ δὲ πολυόστεον τὸ σκέλους, ποὺς τούτου δ' ἐστὶν ἄνω μέρος, πτέρνα· τὸ δ' ἐμπρόσθιον τοῦ ποδὸς, τὸ μὲν ἐγκάρσιον, δάκτυλοι πέντε, τὸ δ' αὐχενῶδες κάτωθεν, τὸ δ' ἄνωθεν ἐν τοῖσι πρόσθεν ταρσὸς καὶ ἀνώνυμον. hoc est, vt Gaza conuertit. Pes autem, quod multiplici osse constat. cuius pars posterior calx, prior discreta in digitos quinq; est: media plantæ nomine explicatur. cuius quod carnosum inferius solum attingit, vestigium est: quod superius pronam conficit partem, neruosum & nominis adhuc indigum est. Alij vero aliter pedem distinguunt & singulis partibus sua nomina accommodant. Etenim, vt quibusdam placet, prior pedis pars à malleolis ad digitos, ταρσὸς vocatur: interior à malleolis ad magnum vsque digitum, pedibus sese quasi aspicientibus, πρόσθιον: quod sub hoc statim in imi pedis medio habetur, κοῖλον ποδὸς: infimum autem quo terram contingimus & calcamus, πέλμα est. Pars vero ea quæ post cauum pedis iuxta digitos attollitur, ἔσχατος ποδὸς ἢ πρόσθεν dicitur. Ab his digiti sequuntur: Alij vero superiorem pedis partem totam quæ ante digitos est & neruis ossibusque constat, μέσον vocant ἢ πολυόστεον, eiusque priorem partem quæ digitis proxima est ταρσὸν, posteriorem vero πτέρναν, id est, calcem: inferiorem vero partem totam, τύλωμα, id est, vestigium. quod scilicet carnosum est. & inferius solum attingit. Verum Galenus ταρσὸν vocat eam partem quæ malleolis proxima ex septem ossibus constat, & manus carpo respondet: μέσον vero, proximam illi partem quinque ossibus compositam, & quæ metacarpio in manu respondet.

Ποὺς. pes. Mensura est qua rerum interualla dimetimur. Constat vncijs duodecim, siue sedecim digitis, siue palmis quatuor, vt ex Euterpe Herodoti perspicuum est, vbi sic scribit: αἱ δὲ ἑκατὸν ὀργυαὶ δίκαιαι, εἰσὶ σταδίου ἑξαπλέθρου ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος τοῦ ποδὸς μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεως ἑξαπαλαίστου. id est, Centum autem iusti passus sunt stadium vnum quod sex sit plethrorum. vt passum sex pedibus metiamur & quatuor cubitis: pedes vero sint quatuor palmorum, cubitum autem sex palmorum. Suidas quoque scribit: ὁ ποὺς ἔχει δακτύλους ιϛ' hoc est, pes habet digitos sedecim. Ex eo formantur ποδιαῖος, ἡμιποδίου, δίποδες, διπόδιαῖος. Sed quamuis tam Romani quam Græci pedem in totidem partes diuiserint, attamen pedem Græcum Romano semuncia, siue (vt Gallico more loquamur) semipollice maiorem fuisse Georgius Agricola ostendit, qui mensuras omnes doctissime explicauit.

Ποὺς. præterea alia à prædictæ significatione, sed tamen à medicina aliena vsurpatur apud Gal. aliquibus in locis vt li. 2. de motu muscul. & comment. 4. in lib. 6. Epid. part. 24. cum dicit τὸν κελεύσμον ποδὶ λίγειν ἢ μέλλειν. Quid vero sit vocatum pedem dicere aut canere explicat Mercurial. in varijs lectionibus, fuisse existimãs quoddam concitatissimi sonitus cantusque genus, haud absimile illi quo nostri ad excitandas pugnas vtuntur, perinde ac dicere pedẽ nihil aliud foret quam sono vel cantu vehementissimo ad pedes, vel in pugna, vel in cursu agendo mouendos inflammare, qua in re non exigua exsufflatione opus esse animaduerterunt illi, qui horum buccas distentas inflatas ac rubentes quotidie inspiciunt.

Denique & præter allatas, τῶν ποδῶν significationes, etiam πούς penem significat, vt scire est ex Apolline oraculum dante Ægeo, vbi sic ait,

Ne solnas ex vtre pedem qui prominet, ante
Ceropiæ pinguere quam sis delatus in agros.

Latina sunt hæc ex Græcis conuersa, quæ videre est apud Herodot. in Euterpe, Euripidem in Medea, & Plutarch. in Theseo.

Ποὺς. etiam putatur fuisse dictum quoddam longis periodis constans, quod contenta continuaque voce, & vno quasi spiritu à præcone recitaretur vt ex Galen. liquet 6. Epid.

Πρόγματα τὰ, τῶν νοσούντων. exponit Galen. apud Hippocr. τὴν τοῦ νοσήματος κατασκευὴν καὶ φύσιν morbi constitutionem & naturam.

Πραπανὲς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Πράμνιος οἶνος, siue πρόμνειος. sic vocatur à Pramnia rupe in Icaro insula, vicina monti excelso: vel vt vult Didymus à Pramnia vite; alij quasi πρεμνίον dictum opinantur, esse dicentes τὸν πρὸς παρεμονὴν ὀπτήδειον: alij denominatum παρὰ τὸ πρεμνεύειν dicunt vt ἀπὸ πρεμνεύοντα τὸ μόνον, καὶ πρεμνίτις ποιοῦντα τοὺς πίνοντας; à nonnullis etiam φαρμακίτης vocatur, eundem esse πυχοῦ tradit Athenæus li. 1. nec non ἀνθηρὸν καὶ σιληνὸν. Itidem vero & Gal. apud Hipp. esse dicit vinum nigrum & austerum, at Dioscor. l. 5. c. 9. ἐν τῇ θηλοπιδευτικῇ σταφυλῇ γλυκὺς, γλυκὺς, καλάμιος κρητικὸς, καὶ πρόμνειος, ἢ πρεμνίτης: vbi nota sine dypthongo scribi.

Πρόσιον. marrubium. frutex est ab radice ramosus, candicans, subhirsutus, quadrãgularibus ramis.

folium pollicem æquat, subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro. semen in caulibus & ex interuallis. flores verticillato ambitu, asperi. Nascitur propter ædificia, ruinas, & rudera. Gustu amarum est. interanea expurgat. Secundo ordine completo excalfacit, siccat vero tertio fere medio aut etiam completo.

» Marrubium (inquit Plin. l. 20. c. 22.) nonnul-
» li linostrophon, nonnulli philopædam vocant,
» Dioscor. lib. 3. c. 117. τὴν ἑκάλωπην appellari tradit
» πεφάσιον μέλαν, quod folia habeat similia τῷ πεφα-
» σίῳ, sed maiora & subrotunda: sic Plin. lib. 27. c.
» 8. Balloten, alio nomine μελαμπεφάσιον Græcis
» vocari docet, fit autem ex prassio medicamen-
» tum διὰ πεφασίου simplex & compositum quod à
» Paulo commendatur ad tabidos & purulentos
» cuius simplicis & compositi descriptiones ha-
» bet lib. 7. c. 11. & Trallian. lib. 5. c. vlt. & lib. 7.
« cap. 2.

Πεφάσιον. sic dictum à quibusdam fuisse τὸ πεπερεύμενον, Dioscorides author est, secundam videlicet eius speciem.

Πεφάσιον. etiam Nicolaus myrepsus vocare æruginem perhibetur vt quæ & ipsa porri colorem viridem imitetur.

Πεφάσιον χρῶμα. color porraceus seu porro similis, hoc est, viridis quem Plato in Timæo fieri inquit πυρροῦ κεφαλυμμένου μέλανι, inde & πεφάσιος λίθος quem in viridantium genere ponit Plinius.

Πεφάσιον. porrum, olus satis notum.

Πεφάσιον κεφαλωτόν. porrum capitatum. olus est quod estur vulgo, simplici capite ex albæ ceruicis angustijs extuberante, fronde super terram carinata & in angulum oblonga, colore adeo viridi vt pro herbaceo porraceus color vsurpetur.

Πεφάσιον. dicitur etiam algæ species quædam, nam
» teste Theophr. hist. plant. lib. 4. cap. 7. τῶν φύκεων
» vnum genus πλατύφυλλον est, herbido colore
» quod πεφάσιον vocant, nonnulli ζωστῆρα: nominis
» ratio est quod radicem habeat oblõgam & cras-
» sam qualem τὰ κρομμυοκέφαλα, & porrum sectiuum, coloreque sit viridi vt porrum, sic Plin.
» lib. c 25. Phycos quod folia lata colore viridi gignit, quidam πεφάσιον vocant, alij Zostera.
» Πεφασιδὴς χολὴ. bilis porracea vide χολή.
» Πεφασοειδὴς διαχώρημα vide διαχώρημα.
» Πεφασοειδὴς ἔρευς. vide ἔρευς.

Πρεκόκκια, ἢ πρεσκόκκια (sed & βρεκόκκια cũ β legimus 1. de alimẽt. facult.) præcocia: Est pomorũ genus quod alio nomine ἀρμενιακὸν dicitur seu ἀρμένιον.
» Quidam tamen ea distinguebant vt patet ex Ga-
» len. lib. 2. de facult. aliment. c. 20. vbi ait præco-
» cia esse Armeniacis præstantiora, qui autem
» præcocium nomen fugiunt, inquit, vtraque Ar-
» meniaca appellant seu Armenia tetrasyllabῶς.
» Cæterũ etiam Dioscoridis codices habent πραικόκια lib. 1. cap. 165. vbi dicit minora Persica quæ
» ἀρμενιακὰ vocãtur à Romanis πραικόκια appellari,
» id est, præcocia, Martialis Præcoqua nominat
» lib. 13. vide Ἀρμενιακὸν.

Πρέμνον. extremitas albi oculorum, authore Pollvce. Alias significat, Stipes, Stirps.
» Et τὸ πρεμνῶδες in plantis dicitur quod stipitis vi-
» ce est apud Theophr. lib. 4. hist. plant. c. 11.

Πρεσβύται, & πρεσβύτεροι. dicuntur in Coacis qui γε-
« ραίτεροι, id est, primi senes in prognost. appellan-
» tur, seu qui sunt in primo senio constituti, & qui
» 35. annum superarunt, quique alias ὑπερέροντες
» vocantur & μεσηπόλιοι semicani. Sed & πρεσβύται
senes quoscumque significant vt aph. 41. & 42. lib. 2. atque adeo illi qui vltimum senium agunt vt scripsit Gal. comment. ad aphor. 31. lib. 3.

Πρῆγμα, & πρῆξις. venereum actum vocat Aretæus c. 4. lib. 1. curat. morb. diuturn. ἢ τὸ γὰρ πρῆγμα τῆς νόσου φέρει τὰ σύμβολα, id est, nam & veneris affectus, morbi similitudinem adfert, aut quamdam necessitudinem aut societatem cum morbo adducit; fit vero à voce διαπράττεσθαι quod rem conficere & peragere significat, deque venereo actu dicitur prorrhet. 2. εἰ δὲ πλειάκις διαπρήξαιτο, at si sæpius venerem exercuerit, rem peregerit.

Πρηὼς. apud Hippocrat. τὸ πρὸς γῆν νενευκὸς, hoc est, quod in terram inclinat: vt interpretatur Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Πρῖσις, siue πρίσις ὀδόντων. dentium stridor qui peculiari nomine τρισμὸς dicitur, de quo suo loco plura leges.

Πρῖσμα, apud Hippocr. inflatio. similiter & πρῖσις. vnde & πρησκώτατον, maxime inflatiuum vt exponit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Πρησὴρ. pars colli exterior, quæ per iram incensa & tumens inflatur, vt author est Pollux. Dicitur ἀπὸ τοῦ πρίσειν siue πρῆσθαι, quod & inflare & incendere atque vrere significat.

Πρῖὼς πυρετὸς. mitis febris. Est differẽtia febris apud Hippocr. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, opposita τῷ δακνώδει πυρετῷ; sumpta à caloris febrilis essentia, & dicitur quæ medici manum nõ mordicat neque exurit, sed vaporem minime mordacẽ exhalat. Huiusmodi est diaria febris. Mitis autẽ dicitur non simpliciter quidem, sed per cõparationem, hoc est, minus mordax, siquidem febrilis omnis calor, cum igneus sit, acer est & mordax, sed hic magis, ille minus. Hipp. sæpe ἐυκῆ appellat.

Πεσσάριον. vocatur ab Hippocrate lignum paruum in medio suo scamno insertum. Est autem lignum octo fere digitorum, magna ex parte rotundum. Idem φυλλίσκος & σκαμμὸς nuncupatur.

Sic vero vocatur quia in penis modũ teres est & arrectum, vide βάλανον. Sed & apud Paul. lib. 6. c. 72. & lib. 3. cap. 24. πεσσάριον exponit Goupyl. pessarium, dicitque aliud nihil esse quam penicillum pudendi virilis figuram repræsentans.

Πεσσάριον, est τῶν μυστῶν, id est, ligamentorum quædam species, sic vero à Gal. in Isagoge vocatur à membri virilis figura, vide μυστὸς.

Πεσσὸς μὸς. tentigo. Est auctio pudendi stabilis in longitudinem ac orbem tumefacti, citra rei Venereæ appetentiam. sic quidem Galenus lib. 9. τῶν τόπ. definiuit. Addit autem Aetius dolores inde moueri, quales esse in tetano solent, quod inflatum distentumque pudendum conuulsionis modo afficiatur. Scribit etiam eos qui sic laborant, cito perire ventre inflatos & frigidũ sudantes, nisi illico auxilium eis adhibeatur. Accedit etiam ijs quandoq; inflãmatio. Fit hic morbus à flatu vaporoso, ab humoribꝰ viscosis crassisque sublato, & cauernosum penis neruũ distendente. Aliquando vero ipsis etiam arterijs eo flatu repletis oritur, nullo præcipuo proprioque affectu colem infestante. Hęc causa est propter quam Gal. l. 6. loc. affect. scribit fieri vt oris arteriarum nimiũ patentibus priapismus excitetur. Nã cum nimiũ patent, quacũq; de causa arteriæ incaluerint, non exiguã tunc spiritus essentiam admittunt atque intra se recipiunt, quem

postea in fistulosum neruum effundũt, qui paulatim impletus colem extendit, ita vt tota ipsius essentia in fistuloso neruo consistere videatur. Ac causam quidem eam priapismi frequentiorem esse asseuerat, quam flatuosum spiritum in neruo fistuloso genitum. Quod an verum sit, valde dubito. Nam quamuis in naturali pudendi arrectione id verum videri possit, attamen cum priapismus præter naturam sit, humorem in ipso genitali præter naturam contineri maxima ex parte verum est, qui in vaporem solutus distentionem pariat. Dicitur à Priapo, cui tale pudendum fuisse veteres finxerunt. Dictus est & à quibusdam satyriasis, quod Satyri arrigere semper crediti sint. Nec reuera Galenus ea nomina distinxit. Paulus lib. 3. c. 56. 57. manifesto discreuit, incertum quem authorem sequutus, eum priapismum cui aliquando coniunctam esse inflammationem conuulsionemque Aetius scripsit, & mortem breui succedere cum ventris inflatione & frigidis sudoribus, σατυρίασιν appellans.

Πεῖος. ilex. arbor est quæ quercus generi assignatur, & consimile munus obit, vt scripto prodidit Dioscor.

Πείσαι. Hippocrati non serram, sed terebram significat in lib. de capitis vulner. vbi sæpe πείσους vocem vtitur, sic Paul. lib. 6. c. 90. πείσας non serras sed terebras vocauit; hinc & πεῖσις nomen deductum de quo in sequenti voce.

Πεῖσις. ossis perforatio & sectio per terebram dicitur, vtebantur enim antiqui in ossium sectione terebellis.

Πεισματικὴ κίνησις. voluntarij motus seu arbitrarij apud Gal.

Πεπαιμάζοντες. dicuntur qui in ea ætate sunt quæ vigorem antecedit, quæque adolescentia ipsa est.

Πεπαυξῆσθαι παῖδες. dicuntur ab Hippocrat. οἱ ἐπὶ πλέον ἠυξημένοι, hoc est, qui plurimum aucti sunt, & quorum iam ossa, perinde ac tenellorum, formari fingique non possunt. Inde etiam morbi quidam πεπαυξῆσθαι ab eodem dicuntur, qui accidunt ætate iam progressis, vt Galenus exponit ἐν ταῖς γλώσσαις.

Πέσσατα. quanquam proprie oues significet, Hippocrates tamen ἐν τῷ περὶ ἄρθρων eo nomine designauit βοσκήματα, hoc est, pecora omnia, vt & Homerus & alij plærique veteres: vt annotauit Galen. comment. 1.

Πεσσάτιον. sic dicitur τὸ ἀρνόγλωσσον, authore Dioscoride, quasi ouilla herba. Sunt enim plantaginis folia linguæ pecorum similia.

Πεσσολὰ. ossis in capite eminentia est cum os quod est in capite rotundum præter aliud prominet & extat.

Πεσσαστὴς. appellantur qui ventre sunt prominulo 1. de aliment. facultat. c. 1.

Πεσσωτὸς. dicitur ab anatomicis pars linguæ prior quæ acuta est.

Πεσσωτὸν. Ruffo dicitur in lingua quod summum est, idem quod πεσσωτὸς.

Πεσσωσις. præcognitio, prænotio, siue præsensio. Est cognitio futuri exitus morbi & eorum, quæ illi superueniunt. Sed intelligere oportet nihil ab ægro aut assidentibus admissum quod morbi naturam dissoluat, & cogat naturam in aliud tẽpus differre morbi solutionem. verbi gratia prædicit medicus septimo die, si omnia vt oportet agantur, solutum iri morbum. vbi vero quicquã admissum est, si paruus quidem error hic sit, relabi solutionem ex septimo in nonum posse: si maior, in vndecimũ: si multo maior, in quartũdecimum: si perquam magnus, periculum pro certa salute sequuturum. Hæc quidem ad morbum attinent. Nec vero de symptomatibus aliter sentiendum est, sed necessarijs & magna ex parte morbum comitantibus. Tumultus enim ex vicinis per noctem, & canes latrantes, & iniucundi quidã nuncij, insomnes ægrotos reddunt, quorum nullum neque generationẽ habet necessariam, neque firmam diuinationem. Quare non est omnium quæ circa ægrotos euenunt, πεσσωσις, sed eorum tantum quæ generationem habent necessariam, vt tussis & doloris lateris in pleuritide, capitis doloris in febre, tumoris & ruboris in phlegmone.

Quid vero differant πεσσωσις & πεσσήκοντα vide in voce πεσσήκοντα.

Πεσσωτικὰ σημεῖα. dicuntur signa quæ prænuntiant quæ futura sunt, præcognitiones, prædictiones, præsagia vel presensiones à nobis commode vocantur: illa vero ad præcautionem & curationem morborum & sanitatis conseruationem conferunt plurimum.

Πεσσωτικὴ Ἀντίδοτος habetur apud Galen. ex Damocrate lib. 2. de antid. c. 5.

Πεσσόμενα σῦκα. ficus quædam vocantur apud Theophr. quæ citius cæteris ad maturitatẽ perueniunt.

Πεσσόμενοι. dicuntur venti qui Etesias præcedunt, quasi eorum præcursores. Dirimit eos, vt scribit Galenus, Canis ortus. Sexto Idus Iul. flare incipiunt, vt Columella prodidit.

Πεσσόμενος. vini genus quod Athenæus in Lesbo nasci dulce scribit. Quibusdam videtur idem esse quod & πεσσίτης, eandemque nominis rationem sortitum.

Sed de illo plura leges in οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Πεπεδημαθηκότες. dicuntur qui admodum fractis sunt viribus, & ex magno morbo valde fracti & debilitati, estque in illa voce ἀύξησις quædam per vocem ἐξ, quæ vt κτ', ἀφὶ, ἀμφὶ, & aliæ id genus particulæ adaugent, adeoq; in hac dictione πεῖ, antecedentem infirmitatem, τὸ ἐξ, tractum temporis & infirmitatis gradum significat; Idem & πεπεξαδωκμίας vocat quas alibi ἐκλύσιας nominauit.

Πεπεσαλυδωμένοι. sic vocantur qui temperamento sunt graciles vt exponit Galen. comment. in lib. de salubri diæta textu 6.

Πεπεωλιζεν. dicuntur apud Galenum cibi qui repositi putrescunt.

Πεπηγορεὼν. Suidę est ὁ λεπρόμυκος γαργαρεών, ὁ λαιμὸς, Gurgulio, guttur, seu gula. Proprie vero ita vocari scribit τὸν ἐχῖνον τ' ὀρνίθων, ὅ που πεπαγέηται ἡ τροφὴ, videlicet à verbo πεπαγέηται. Sic paulo ante πεπηγορεῶνας esse dixerat τοὺς βρόγχους siue φάρυγγας τ' ὀρνέων, proprie τοὺς λεπρομύκους πεπλόβους, quoniam ibi συλλέγεται καὶ πεπαγέηται ἐν αὐτοῖς τὰ σιτία: dicitur & hæc vox in homine.

Πεπηρωμένη αἰτία. causa interna, quam & antecedentem solent appellare. Celsus abditam & in occulto positam causam vocat & morbos continentem causam. vide αἰτία.

Πέπλιον. sic à quibusdam dictum fuisse elleborum nigrum Dioscorides author est, quod Melampus Prœtidas eo seruauerit.

Περὶα. significat apud Hippocratem idem quod ἐξαίφνης, hoc est, repente, vt scripsit Galenus ἐν τῇ γλώσσῃ.

Περικάμπυλον. Abrotoni cognomen est teste Dioscoride, propterea quod in terram se flectat, & cacumine suo se propaget. περικάμπυλα enim in plantis Græci dicunt, quæ cum se erexerint, in terram rursus se incuruant.

Περικάρδιον. præcordium, pars quæ sub mammillis
» est apud Polluc. & paulo infra dicitur περικάρδιον
» sinus qui sub pectore est, mollis & carneus circa
» ventris initium prope xyphoidem.

Περικάρπιον. dicitur τὸ περὶ τὸ καρπόν, quod ante carpum est.

Περικαρπτικὴ ἡ

Περικαταρκτικὴ αἰτία. dicitur causa externa & euidens, quæ extra corpus posita ipsum bene maleue afficit, atque internam causam quasi irritat & prouocat. Ab ea enim fere fit initium motus. id quod significat περικατάρχειν, itemque κατάρχειν. Hanc vulgo primitiuam causam appellant, sicut πρὸ προηγουμένου antecedentem & antegressam, veluti Galenus manifesto distinxit initio lib. 4. de sanitate tuenda: quam tamen differentiam quidam aliquando negligentius obseruarunt.

Περικνήμιον. dicitur cruris os interius & maius focile
» Polluci lib. 2.
» Περικοίλιον. Græcis vocatur cui vêter protuberat.

Περικόνδυλοι. dicuntur, vt scribit Ruffus, primi digitorum articuli, metacarpio proximi. Nam medios digitorum articulos κονδύλους dicit vocari. Itaque quod his illi priores sint, περικόνδυλοι appellantur, vt & extremi μετακόνδυλοι.

Περικρίνεσθαι. dicitur Hippocr. de præcoci & præmatura morbi solutione, dum adhuc crudus morbus est, quod euenit irritata expultrice facultate,
» & natura à magna humorũ copia & vitio, quemadmodum in morborum insultibus sæpe vsuenit vt scribit Galen. Eodem & sensu protulit
» τὸ προεκρίνωσθαι καὶ προεκρίνεσθαι.

Περικόνιον. triticum tostum. verum Galenus in explicatione vocum Hippocratis dicit ἄλφιτον περικόνιον ab Hippocrate appellari, farinam ex hordeo recenti & tenero confectam, antequam videlicet ex eo conus erigatur. Solẽt enim in areis etiam nunc coni construi, & maxime in humidis regionibus ex ligno recto circa quod in metæ vel coni figuram fructus circumponuntur.

Περιληπτικὸς τύπος. anticipatio accessionis. Est motus accessionis, ante horam qua præcedens accessio innaserat, recurrens. Id autem contingit vel per totum morbi curriculum, vel particulariter in quibusdam accessionibus. Quæ per totum morbum fit, morbi proprietatem & mores potius consequitur, quam eius incrementum ostendat, cũ & quartani & tertiani & quotidiani quidam circuitus vsque ad integram solutionem ita anticipare visi fuerint, ac maxime quidem si περίληψις, hoc est, anticipatio, proportionem per singulas accessiones seruauerit. Ab ea proprie dicitur περιληπτικὸς πυρετὸς, in qua videlicet ab ipso morbi exordio vsque ad finem accessiones perpetuo anticipãt. Quæ vero particulariter in quibusdam accessionibus contingit, incrementum totius morbi ostendit, vt & ea quæ per singulas accessiones præcedentes ἀναλόγως factæ, vbi fieri cœperit plus quam proportio exigit. Sic enim anticipatio morbi incrementum ostendit, sicut & accessionum retardatio, quæ ὑστερικὸς τύπος dicitur, declinationem. Siquidem simpliciter vel anticipare vel tardiorem esse accessionem, neutrum significat.

Περίλοβος, ν. idẽ quod supra πρωμορεὼν siue προμορεών, hoc est, sinus ille in auium gutture prominens, in quem primum cibos recentes ingerunt: Aristoteles hist. anim. lib. 2. c. vlt. esse dicit νῆμα κῶλον καὶ μέγα, ἐν ᾧ ἡ τροφὴ πρώτη εἰσπέπτωκε ἄπεπτός ἐστι; quum ante dixisset auium quasdã ἔχειν περὶ τὴν κοιλίας περίλοβον, vt Gallinaceum, columbam perdicem, quosdam vero eiusdem loco habere stomachum latum & amplum: nominis autem ratio esse videtur quod ἡ κοιλία sit λοβὸς quidam, folliculus seu vtriculus: ὁ πρόλοβος autem anterior λοβὸς: Pollux homini etiam tribui πρόλοβον docet; sic Latini ingluuiem & auibus & homini tribuunt; diciturque ingluuies ex eo quod cibus deglutitus in eam primum feratur.

Περιμαλακτήριον. dicitur prima pars balnei, siue prima domus, quod in ea præmolliri corpora soleant, vt annotauit Galen. lib. 9. simpl. medic. περὶ χαλκάνθου.

Περιμετωπίδιον. sic dicitur cutis quæ fronti prætenditur, in qua rugæ στολίδες dictæ consistunt. dicitur & περιμετωπὶς

Περιόδικα. dicũtur ab Hippocrate instrumẽta chirurgica quæ suo extremo acuta sunt. vide φλεγμονὴν.

Περιμυλλαίνει. procidit, prominet in anteriorem partem apud Hippocratem, vt annotat. Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις. vnde & περιμυλλῆνας ab eodem dicitur, ὁ περιτείνας ἔξω τὰ χείλη, hoc est, cui labra prominent.

Πρόνοια. vocabulum est ab Hippocrate vsurpatum initio libelli περὶ γνωστικῶν. quo non vsum Hippocratem pro vulgari more Græcorum, Galenus annotat. Solent enim designare eo nomine τὴν φροντίδα καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, hoc est, curam solicitudinemque quam circa aliquam rem obimus. Siquidem ait Euripidem dixisse, --- ἃ δ' οὐ καὶ θνήσκουσ', ὅμως Πολλὴν προνοίαν ἴσχει ἐυχρήμως πιεῖν. Quinetiam verbum hoc προνοεῖσθαι secundum omnes modos, infinitas habet significationes. Significat enim & curam habere, & quod vtile sit, ante præparare. Sed & vulgatum illud problema. Mundum prouidentia gubernari, eandem significationem habet. Sed Hippocrates non ita appellauit: verũ αὐτὴ τῆς προγνώσεως vsurpauit τῆς προνοίας nomen, nec id quidem simpliciter, sed ex significato quodam, quod cõmuniter vtriqueappellationi inest. Siquidem verbum προνοεῖσθαι atq; item τὴν προνοίαν, hoc est, prouidentiæ, nomen, ab Homero inuenta sunt, ἀπὸ τοῦ νοῆσαι τὰ πράγματα πρὶν ἴσασθαι, hoc est, quod res antequã fiant videamus. Eandẽ vero originem habẽt. τὸ προγνῶναι καὶ ἡ πρόγνωσις, hoc est, præcognoscere & præcognitio. Quæcunque igitur sub sensum cadunt, prius autem quam ipsa oculis intueamur, ratione inquirimus, hæc merito προνοεῖν, hoc est præuidere dicimus, verbo ipso indicãtes τὸ πρὸ τοῦ ἴσασθαι νοεῖν: id est, quod ea antequã sint, videamus. Quocirca & res eas quæ derepente fiũt, ἀκούσια καὶ ἀπρονόητα, id est, inuite & improuiso: quæ autẽ consulto, ἐκ προνοίας factas esse dicunt. Eiusq; rei etiam apud iurisperitos permulta sunt documenta. Est igitur τῆς προνοίας nomen apud Græcos cõmune rebus bene maleque gestis: nec vt aliqui putãt, in bonis tantum solet vsurpari. vide multo plura apud Galenum initio commẽt. in lib. 1. Pro-

gnostici Hippocratis.

Περίχυσις. pars bracchij quæ etiam παρήχημα dicitur, proprie vero κεφαλή, vide κεφαλή.

Πεττολίς. est crassior apum materia, flaua, odorata, styracem referens, & in mastiches modum ductilis, ceræ quidem finitima, nondum tamen cera, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus ab alueis arcentur. Tertium est ex operis apum fundamentis, quæ cum tria sint, inquit Plinius, prima μίτυα vocant periti, secunda πυόκηρον, tertia πεττολίν inter coria ceraſque. Est igitur propolis fauorum stabilimentum, quod nondum ad ceræ speciem peruenit, & è quo, vt inquit Varro lib. 3. apes faciunt ad foramen introitus protectum in alueum, maxime æstate. Itaque quoniam apes id ante alueum faciunt, dicitur πεττολίς, quasi suburbanum. Inuenitur enim in alueariorum foribus. Secundo ordine completo calfacit, & euocat aculeos & omnia infixa corpori extrahit. Vt autem scribit idem Varro, propter multiplicem vsum quem in emplastris exhibet, multo carius in sacra via quam mel vænibat: ideo autem factum puto vt propolis olim à quibusdam cera sacra diceretur, vt scripsit Scribonius Largus in strumarum curatione.

Πέπωμα. vox hæc bifariam accipi solet apud veteres. Proprio quidem & antiquiore significato appellatur πέπωμα potio omnium prima & ante cibum omnem hausta, quæque velut tomi potationis quoddam præludium erat, & quasi propinamentum, Aetius πεπωτομὴν vocauit, Plutarch. & Athenæus πεπόσιν; fuit vero id aliquando moris de quo scribit Plin. lib. 14. c. 20. atque tēporibus Tyberij Claudij inuectus fuit à medicis nouitate aliqua sese cōmendantibus; quamobrem conqueritur Plutarch. 8. sympos. problem. 9. de hoc propomatum inducto vsu, vt qui nouis morbis occasionē præstaret, atque exijs liquet ante Tyberium & Claudium Romanis nōdum fuisse moris cœnas à potu inchoare; atque eodem tempore id fieri cœpisse apud Græcos cum esset prius inaudita ac inusitata res discimus ex Plutarcho. Quare apud vetustiores rerum & morum Græciæ scriptores προπώματος vocem vix legimus, cum esset mos ille plane incognitus. Primus autem Plutarch. προπώματος vocem vsurpasse legitur de Bithynis scribens delicata gente, & luxus multiplicis magistra, cui morem hunc inoleuisse scribit. Repertio etiam inter Græcos προποσιάπιον aliquod vestigium, nam Athenæus li. 4. scribit apud Lacædemonium Cleomenem hunc fuisse conuiuij ordinem vt vini cyathus ante cœnam cuique porrigeretur. Secunda autem minusque propria significatio vocis πεπώματος ea est, vt per eam intelligatur potio ex vino & melle concinnata, cū vini sextarijs quatuor, mellis despumati vnus misceretur citra quidem coctura vt scribit li. 7. Paulus, sed longa satis insolatione, quæ simplex quidem erat propomatis compositio. Alexander vero Trallian. lib. 1. c. 10. & 11. atque alibi, propomata nulla alia appellat, quam vina factitia diuersorum generū de quibus multa Plin. & Columella, quæ sic appellata videntur, quod ante reliquos potus atque cibos biberentur mane, vel ante prandium, aut eius initio, πέπωμα enim semper τὸ ἄριστον præcedebat, sæpe & cœnā: fuerunt autem varij πεπωμάτων conficiendorum modi, vt pote quæ ad varios vsus essent cōparata, vt ad ventriculi robur, concoctionem crudorum, alui subductionē, hinc apud Aetium videre licet li. 3. c. 57. & sequentibus vinorum purgantium, quæ πεπώματα appellat, cōpositiones plurimas, & lib. eiusdem c. 72. rosatum flauæ bilis purgatoriū, itidem πέπωμα vocatū. Quin etiam sub nomine κωθίου videtur πέπωμα comprehendere l. 11. c. 10. Apud Athenæum legimus εἰς πέπωμα (intellige autē de eo quo voluptatis gratia vtebantur) injici hæc fuisse solita πέπερι, σμύρναν, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον; discimus denique ex eodem in antecœnijs (vt loquitur Apuleius) πέπωμα locum habuisse.

Πρόπτωσις. procidentia, prolapsus. Generale nomen est, omnem partem loco suo motam alioque prolabentem designans. Itaque si vel vterus, vel podex, vel oculus procidat, is morbus πρόπτωσις dicetur, sed addito eius partis quæ procederit; nomine, vt πρόπτωσις ἀγχόνης ἢ ὑστέρας, πρόπτωσις ὑστέρας, πρόπτωσις ὀφθαλμοῦ. Ac omnis quidem procidentiæ causa est musculorum atque ligamētorum, quibus vnaquæque pars cōtinetur firmaturque, laxitas, imbecillitas & resolutio siue ab interna siue ab externa causa proueniens. Nonnūquam enim, vt Celsus scripsit, ingens inflammatio tantō impetu erūpit, vt oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν (inquit) id, quoniam oculi procidant, Græci appellant. At Paulus hoc oculi malum ἐκπεσμὸν appellauit, cum totus scilicet oculus ita prolabitur, vt extra ossis sui cauitatē exertus emineat: πρόπτωσιν autem minime, nō quod πρόπτωσις recte dici non posset (sic enim & Græci & Latini vocarunt) sed vt tōtius oculi prolapsum, ab vueæ tunicæ prolapsu distingueret. quanquam non erat opus Paulo in ea nominum distinctione valde laborare, quod addito partis procidentis vt oculi aut vueæ nomine, ambiguitas omnis protinus tolleretur, non aliter quam ἀπὸ τῆς πρόπτωσεως ὑστέρας, aut ἕλκος. Neque enim per πρόπτωσιν absolute dictam potius licet oculi prolapsum quā vteri aut ani intelligere. Itaque πρόπτωσις tum oculi totius, tum partis eius vitiū est: totius quidem, cum sua sede excidit, à paralysi, ab inflammatione vehementi, aut alio magno præter naturam tumore & fluxione, quæ vt interdum magnū robustumque articulum, ita oculū possunt loco depellere. præterea ab ictu, casu, dolore & vehementi aliquo conatu, cum spiritus ingēti compressione, qualis accidit parturientibus. Pars autem oculi quæ procidit, tunica vuea sola est, ῥαγοειδὴς Græcis dicta. quam quia cornea tunica complectitur & continet, si eam vel erodi, vel rūpi contigerit, protinus vuea excidat necesse est. Itaque morbus quidem tunicæ corneæ est; nempe solutio continuitatis eius: symptoma autem, vueæ, soluta diuisaq; corneæ excidentis. Cæterum pro rosionis ruptionisue magnitudine, plus minusue vueam tunicā procidere necesse est. ex quo fit vt hic affectus pro varijs eius differentijs, varia quoq; nomina sortiatur. Cū enim prolapsus paruus est, μυκοίδημα dicitur: cum amplius & eo vsque creuit vt acinum vuæ repræsentet, σταφύλωμα nuncupatur: sin autem plurimū creuerit, vt etiam palpebras excedat, μῆλον. Quod si portio ea tunicæ vueæ præterquam quod procidit, etiam duritiem callumque contraxit, composita iam quodammodo affectio est, & ἥλος, hoc est, clauus, vocatur.

Πρωτόγονον quasi probarbium appellatur Ruffo,

» primus ſcilicet pilorum in labio ſuperiori exor-
» tus, alio nomine ὑπωπύϊον dicitur quod ſub na-
» ribus naſcatur.

Πρόῤῥησις. prædictio ſic appellari volebat Herophi-
» lus, proprio nomine rerum futurarum non cer-
» tam prænuntiationem, quæ enim certa erat πρό-
» γνωσιν appellabat. Sed hunc reprehendit Galen.
» initio prognoſt. & 1. prorrh. πρόγνωσιν & πρόῤῥη-
» σιν eadem re vera eſſe volens, atque in eo differ-
» re tantum quod πρόγνωσις dicatur ille habitus
» in animo quo aliquid futurum præuidetur, πρόῤ-
» ῥησιν vero tunc dici cum animi cogitatio voce
» medici effertur.

Ἐκ παρασαγωγῆς. κατὰ βραχύ, hoc eſt, ſenſim apud Hip-
pocratem, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ ἐν τῷ περὶ ἀγ-
μῶν.

» Sed & per παρασαγωγὰς aliquando Hippocrates
» ciborum tranſmutationem & vnionem intelle-
» xit, vt lib. de inſomnijs Scalligero interprete.

Προσάρθρωσις. Hippocrati idem eſt quod ἡ διάρθρωσις
hoc eſt, oſſium aperte motorum commiſſura
naturalis. vide διάρθρωσις.

Προσπάλαισμα. de illo exercitationis genere dictum
» quo Athletæ carni parandæ ſtudentes comple-
» xibus mutuis pugnabant, vt & σωματομαχεῖν cum
» toto corpore apud illos pugnabatur, vt docet
» Galen. comment. in lib. de ſalubri diæta. t. 14.

Πρόσαρμα. cibi atque alimenta dicuntur Galeno
» comment. in aphor. 13. lib. 1.

Προσαρτησις. eſt longiorum membranarum ad vici-
na loca applicatio, vt ſcribit author definitio-
num medicarum.

Προσβαλιόντες. graciles exponit Gal. apud Hippocrat.
» comment. in lib. de ſalubri diæta quos tempera-
» menti ſiccioris eſſe ait.

Προσέχει ἡ νοῦσος. apud Hippocrat. αὐτὴ τῷ πυρετῷ,
hoc eſt, permanet: vt explicat Galen. ἐν τῇ
γλώσσῃ.

Προσεχὴς αἰτία. continens & proxima cauſa, quæ
& συνεχὴς & συνεκτικὴ à Galeno appellatur. vide
αἰτία.

Προσθειδῶν, (inquit Galen. comment. 3. in 1. Epi-
dem.) ſi cum βάλανος ſcriptum occurrat, eui-
dentem habet ſignificationem, at ſine iſta adie-
ctione, ſubaudire oportet βάλανον aut πιοὺν.
Priore modo Hippocrat. in eo opere dicit, προσ-
θειδέῳ ἢ βάλανον, φυσώδεα σμικρά ἐλίγα. Poſte-
riore, non multo poſt, προσθειδῆ δὲ, τοῦτο μὲν ἐκκυ-
φίσει: id eſt, quum vero appoſuiſſet, ſcilicet glan-
dem vel peſſum. vt mox de eadem βάλανον προ-
σθειδῆ πολλὰ ἐλίγα.

Πρόθεσις. appoſitio. Eſt adiectio eorum quæ corpo-
pori ad ſanitatem deſunt, pars ſcilicet medicinæ
altera, quam nonnulli celebres quidam medici
definiuerunt eſſe πρόθεσιν ἢ ἀφαίρεσιν, id eſt, adie-
ctionem & detractionem.

Eſt & πρόθεσις naturæ opus ad nutritionem
neceſſarium, quo alimentum parti nutriendæ
apponitur. Poſtquam enim ſuccus is, qui om-
nem animalis particulam nutriturus eſt, à vaſis
excidit, in totam eam primum diſpergitur, mox
in halitus ſpeciem adiungitur, hoc eſt, apponi-
tur parti nutriendæ, deinde agglutinatur, de-
mum aſſimilatur. Ac adiunctionis quidem at-
que agglutinationis differentiam euidenter pro-
dit genus illud hydropis quod ἀναπλήρωσις dicitur,
in quo humor ad partem affluens apponitur
quidem, nec tamen, quod aquoſior ſit, adhæreſ-
cere poteſt.

Πρόθετα φάρμακα. dici quidem poſſunt in vniuerſum
topica omnia medicamenta & quæcunque par-
tibus dolentibus admoueri poſſunt, proprie ta-
men ea dicuntur quæ in vellere naturalibus mu-
lierum admouentur, intraque eorum ſinum re-
conduntur, ſiue ad mouendos menſes, ſiue ad
ſiſtendos, ſiue aliam ob cauſam, quæ tamen
magis vſitato nomine πεσσοὶ vocari ſolent.

Ita paſſim in libris γυναικείων τὰ προσθέτα de ſub-
dititijs peſſis dicuntur, & προστιθέναι de eorum
appoſitu, præcipue vbi πρόσθετα ſimpliciter di-
cuntur, aut προστιθέναι ἐν ἐλαίῳ dicit Hippocrat.
quod in vellere appoſitum, aut appoſitum ſim-
pliciter non raro vertit Plin. quippe & Græcis
προστιθέναι priuatim ſignificat ſubijci naturalib⁹
mulierum, vt & ſubijcere apud idoneos Latinæ
linguæ ſcriptores, quod ex Celſo intelligere li-
cet. lib. 5. cap. 21. vbi ſic habet. Sed alia quo-
que vtilia ſunt, vt ea quæ fœminis ſubijciunt
πεσσοὺς Græci vocant: Cæterum dicuntur &
προσθέματα; de eorum vero forma Paul. lib. 3.
c. 61. Sed & ἐν τοῖς προσθέτοισι penis recenſetur
qui eſt in obſcœnis 1. γυναικ. Cuius opera vult
Hippocrat. natiuam vteri vim ſuſcitari ad de-
pulſionem eius quod eſt moleſtum, is autem
eſt προσθετῶν vſus vt mutuo contactu agant con-
tinenter.

Πρόσθιον. pudendum virile ſignificat.

Πρόσκαιρα ἄλγηλα. vide ἄλγηλα πρόσκαιρα.

Προσπλύσματα. aſperſiones. Remedij genus eſt quo
facies ægri aqua perfunditur. Quod quia com-
mode fit per ſpongiam, idcirco ſpecies eſt τῆς
ἀποσπογγισμοῦ. Vſurpatur autem non tantum ad
ſordes facie eluendas, ſed etiam ad ſpirituum
exolutorum renouationem atque reuocatio-
nem, æſtate quidem & in ardentibus febribus
frigidam, hyeme vero egelidam affundendo.
Quod ne immoderatius fiat cauendũ eſt, præſer-
tim in ijs qui ſunt capite imbecillo, quod inde
coma promptiſſime inducatur. Eo remedij ge-
nere in ipſo ardentis febris vigore vtendũ præ-
cipit Archigenes, non ſolum faciei verum
etiã pectori ſpongiã aqua madentem adhibens.
Quibus de cauſis in ægrotis facies aſpergatur
docet Aet. tetrab. 1. ſerm. 3. 171.

Προσπλάσματα λεπιδοειδῆ. agglutinamenta ſquamo-
ſa, ſiue in ſquamæ modum facta. ſic dicuntur
commiſſuræ oſſium temporalium cum oſſibus
ſincipitis ſiue bregmatis, quas ſic veteres potius
quam ſuturas nominare maluerunt, quod non
mutuo quidem in ſeſe inſertis oſſibus, ſed inter
ſe cohærentibus in ſquamarum ſimilitudinem
fiant. vide λεπιδοειδῆς.

Πρόσκοπον πνεῦμα. vide πνεῦμα πρόσκοπον.

Προστατικὸν πνεῦμα. vide πνεῦμα προστατικόν.

Πρόσοδος. apud Hippocratem ſignificat congreſſum
ſiue coitum cum muliere, vt annotat Gal. com-
ment. 3. in 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Πρόσφορα. apud Hippocratem de locis eſt τὸ προσ-
φερόμενον, quod offertur, adhibetur vel aſſumi-
tur. & προσφορίδιος, afferendus vel offerendus vel
aſſumendus.

Προσπεπωκότα. ea dicuntur quæ cum intumuerunt
poſtea ſubſidunt & contrahuntur.

Πρόσκασις. extenſio. vox obſcura apud Hippocrat.
inquit Galen. comment. 5. libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν,
quo loco Hippocrat. ſcribit γλῶσσαν ὁμοίαν τοῖσι
τῆσι προσάσιος. διόπερ ταύτῃσι γλώσσῃσιν τὸν χρῶ-
μενον, hoc eſt, linguam eiuſdem coloris cum

succis. quo fit vt ijs humores dignoscamus. Aliqui enim de humoribus intelligunt è ventriculo erumpentibus, alij humores in lingua cõcretos, alij eos quibus ipsa perfusa est. Galenus vero hæc omnia eo nomine comprehendit, vt eo nomine omnes succi quoquomodo linguam attingentes intelligantur.

Πεπανσις etiam humorum præstantia & excellentia
" dicitur, eumque significat qui cæteris præstat atque dominatur.

Πεπτικὸς. dicitur tam in manibus quam in pedibus pars ea carnosa quę inter earum partium cauum & digitos attollitur: in manu τῦδος χειρὸς, in pede τῦδος ποδὸς vocatur.

Περιστομὶς. labiorum congressus Polluci & Ruffo
" dicitur, seu qua parte committuntur.

Περιφορὰ τῶν θερμοτέρων. apud Paul. lib. 6. c. 110. sig-
" nificant calidiorum rerum forinsecus adhibitionem; Tales autem sunt frictiones & vnctiones
" calidiores, & calidæ aquæ affusiones, in quibus
" is modus seruandus est, vt tunc desinamus cum
" carnes in rubicundam molem attolluntur, vt 6.
" meth. Galenus docet, quanquam περιφορᾶς vox
" alias non externam adhibitionem, sed cibi in
" corpus ingestionem & alimenti assumptionem
" Græcis medicis significat, & vocem περιφορᾶς
" semper pro cibo Hippocr. accepit, & τὸ περιφε-
" ρόμενον, cibus & poculum apud Aristotelem ex
" Budæo, & περιφερῶ cibum profero edendum, &
" porrigo poculum, & medicamentum, vt medi-
" cus ægroto apud Gal. sæpe legitur.

Περίφυσις. agglutinatio, siue adhærentia. Opus est facultatis nutritoriæ alimentum nutriendæ parti sic adaptantis vt illi adhæreat. Priusquã enim nutrimentum assimiletur, agglutinari siue adhærere necesse est, sicut etiam vt agglutinetur appositum esse prius oportuit. Nam postquam succus is qui omnem animalis particulam nutriturus est è vasis excidit, in totam eam primũ dispergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum assimilatur. Differre autem inter se ἐξομοίωσιν καὶ περίφυσιν, id est, assimilationem atque agglutinationem, docet vitiligo illa quę λεύκη dicitur, in qua adhærentia quidem nutrimenti facta cernitur, non tamen assimilatio, sicuti etiam adiunctionis atque agglutinationis differentiam prodit genus illud hydropis quod ἀναφυσᾶ vocant. Siquidem in eo apertissime affluẽtis nutrimenti appositio quædam fit, quod tamen, propterea quod aquosius adhuc est, nec ad suecum sufficienter redactum, nec lentitiam glutinisque consistentiam, quæ naturalis caloris ope prouenit, adeptum, adhærentiam consequi non valet. Etenim vt agglutinatio fiat, oportet ea quæ agglutinari debent, nec plus æquo dura esse, nec nimis humida & fluentia, sed mediocriter lenta & tenacia, & in eo loco consistere vbi assimilanda sunt.

Περισσότερος. si sine iota subscripto legatur, significat ὑπερβολὴν, hoc est graueolentius: si vero cum iota περισσότερος scribatur, significat tumidius ἀπὸ τῦ οἰδήματος, vt scripsit Galen. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Πρόσωπον.

Προσωπεῖον. sic dicitur à quibusdam τὸ ἀρχαῖον, quoniam eo veteres in tragœdijs personas sibi conficerẽt, quam ob rem etiam à Latinis personatæ nomen inditum est.

Πρόσωπον. facies, vultus. Dicitur id totum quod fronti subest, vt ait Iulius Pollux, vel vt Aristoteles, pars quæ caluæ subiecta est anteriore parte: sic enim præter oculos, nasum, genas, os, mẽtum, & auriculas, frontem quoque comprehendit. De homine tantum dicitur, quod cum vnus animantium erectus sit, solus antrorsum prospectat, vocemque ante uersus emittit. διὰ γὰρ τὸ μόνον ὀρθὸν εἶναι τῶν ζώων, μόνον προσωπον ὁπωπεν, καὶ πλὴν φωνὴν εἰς τὸ πρόσω διαπέμπει: hoc est quod enim solus inter animalia rectus sit, solus ante se aspicit, & vocem anterius emittit: vt ait Aristoteles libr. 3. de partibus animalium. Quod autem in homine πρόσωπον est, id in brutis ῥὶς appellatur, in auibus autem ῥάμφος καὶ ῥὶς.

Περσώπου διαφθορὰ. faciei corruptio, quæ etiam vocatur πρόσωπον νεκρῶδες, facies exitialis & cadaueriosa.

Προτενδόμενοι. apud Hippocr. αἱ τὰ πρόσθια τείνοντες, hoc est protendentes, vt scribit Gal. ἐν τοῖς γλώσσαις.

Πρόμμης. à quibusdam dictus est vmbilicus, quod primum in infante resecetur.

Vide ὀμφαλὸς: sed & πρόμμησιν, inquit Pollux, τὴν ὀσφὺν, id est, lumbum quidam vocarunt.

Προτομὴ. in brutis vocatur quod in homine πρόσωπον ait Pollux.

Προτρίπτειν. apud Hippocratem, αἰτὶ τῦ μεταβάλλειν, hoc est transmutari, vt explicat Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. Quidam cod. habent προστίπτειν.

Πρότροπον. est mustum, inquit Plinius, sponte defluens, antequam calcentur vuæ.

De illo vide in οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Πρῦμνος. prunus syluestris in Asia sic appellata est, vt scribit Gal.

Πρόφασις. sæpe sic dicitur ab Hippocrate causa quæ euidens manifestaque est, vt pluribus in locis Galenus explicauit. Interdum vero eo nomine omnes simpliciter causas vocat, & aliquando etiam eas, vulgi more, quæ falso causæ esse existimantur, vt idem annotauit comment. 1. in lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν.

Πρόφασις. non simpliciter causa euidens aut manifesta dicitur, vt à quibusdam scriptum est, neque causa morbi efficiens, sed quæcumque affectionis intus latentia seminaria excitat, & quasi in actum deducit, vt si quis concepto iam intus vitio, quod tamen actiones nondum lædit, leuiter offendat in motu, cibo, potu, insolatione, venere, aere, vigilijs, indeque graui aliquo morbo corripiatur, nihil horum per se morbi causa est, sed occasio, etenim nisi hæc omnia præcurrisset intus morbi veluti quædam designatio & apparatus ex plenitudine, cacochymia, vel imbecillitate, nusquam ita ægrotasset, proinde Hippocr. προφάσεις τὰ μικρὰ τῶν αἰτίων paruas causas appellat, illam vero præparationem ad morbum in qua versatur præcautio Galen. προυπαρχοῦσαν νοσώδη παρασκευὴν vocat, id est, præexistentem morbosam præparationem, & διάθεσιν νοσώδη morbosam affectionem, ad quam accedens parua causa, totius morbi causam continere videtur, cum tamen illa per se morbum committere nequeat, vt in historia illius qui iacebat in Dealcis horto, declaratur.

Προφυλακτικὸν. pars est τῆς ὑγιεινῆς. tuetur enim sanitatem. Tota consistit in causarum, quæ morbum alioqui facturæ erant, ablatione, hoc est tota circa humores præcipue negotiatur. Siquidem maximæ præcipuæque impendentis morbi causæ

humores sunt lenti, crassi, multi, valde calidi, frigidi, mordaces, putres, pestilentes, aut alia quadam vitiosa qualitate præditi. Quæ ergo ijs adhibetur prouisio, lentos incidendo, crassos tenuando, multos vacuando, calidos refrigerando, frigidos calfaciendo, mordaces contemperando, putres & pestilentes immutando, ne morbum gignant, προφυλακτικὴ appellatur. Ex quo apparet, τὴν ὑγιεινὴν partem esse. Cum enim ratio tuendæ sanitatis versetur, vel in tutela hominis optima valetudine fruentis, vel eius qui iamiam in morbum cadere paratus est, prophylactice secundum hoc munus sibi asciuit. Iam enim in corpore subest latetque morbi causa, eumque mox excitatura est, nisi citissime tollatur, cum nulla adhuc sit eiusmodi causa in eius corpore qui optima præditus est valetudine. Talis quidem proprie ἡ προφυλακτικὴ est. Verumtamen etiam cura quæ sanis & congenitam sanitatem retinentibus, siue ea perfecta absolutaque sit, siue ab optima parum declinat, adhibetur, τὴν προφυλακτικὴς nomine appellatur, quod sanitatem in suo statu conseruando, futuros morbos declinet. Quinetiam si quis iam ægrotare cœpit, morbusque in ipso, vt dicitur, fieri adhuc est, nec longe progressus, tametsi eiusmodi prouisio ad therapeuticem proprie pertinet, pars tamen quodãmodo τῆς προφυλακτικῆς dici potest. Cum enim morbus iam factus est, nullaque causa supereſt quæ morbum faciat, tunc sola iam facti morbi curatio relinquitur: vbi vero quæ subest in corpore causa nondum morbum peperit, eius sublatio ad prophylacticem attinet: cum vero iam aliquid egit, aliudque insuper factura est, mistum iam quodammodo hoc opus est ex præseruatione & curatione. Quod enim morbi iam factum est, curatione tolli debet: quod vero faciendum restat, per prophylacticen arcendum est. At nullum huic operi proprie inditum nomen est, quo coniunctam cum præseruatione curationem designemus, sed pro vincente opere, vel curationem, si morbus iam longe processit, vel præcautionem, si intra initia sua consistit, appellamus. Sic quidem Galenum interpretari oportet extremo libro artis paruæ, vbi scribit τὴν προφυλακτικὴν triplicem esse in genere differentiam: primam quidem hominis qui integra fruitur sanitate, secundam eius qui non integre valet, tertiam vero eius qui iam ægrotat.

Πεύσιμον. βλάστημα. hoc est germinatio, apud Hippocratem, vt explicat Gal. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Πέσχιλον. Polluci dicitur id quod in labijs promi-
» net, & πέσχιλα quasi prolabia, & antilabia, id
» est, labiorum extrema exponit Ruffus.

Πέσχειν πνεῦμα. Hippocrates dixit in Prorrhet. quod alibi lib. 2. epid. μετάωρον appellauerat. significat autem eam spirandi difficultatem, in qua humeri etiam ipsi attolluntur. quod si quãdo contingit, id facile & manifesto, hoc est πεσχέως, apparet.

» Hinc etiam φαινόμενον πνεῦμα dictum est,
» vt notat Galen. part. 24. comm. 1. prorrhet. Sed
» plura leges ad vocem πνεῦμα, vbi τὰ πνεύματος
» insigniores apud Hippocrat. differentiæ expli-
» cantur.

Πεσχᾶται. Polluci lib. 2. οἱ γλυκεῖς nates vocantur, &
» κοχῶναι & πύγαια.

Πρωστικὴ δύναμις. propulsoria facultas. Eadem omnino cum expultrice quæ proprie ἀποκριτικὴ dicitur. videtur tamen τῷ προωστικῷ Galenus magis vsurpare in ea facultate qua vterus vtitur in propellendo fœtu lib. 3. facult. nat.

Πρωκτός. pars ea per quam ventris excrementa exonerantur. nomen habet παρὰ τὸ πρωθεῖν ἐκτὸς τὰ τῆς γαστρὸς. dicitur & κῶλος, & δακτύλιος, & ῥαφή, & πρᾶμις, & κύστις, & αὐχὴς, & ἕδρα.

Πρωτικὸς. est collyrium principio suffusionum & ad omnem visus hebetudinem, & ad cicatrices, & ad callos efficax. Triplex habetur eius descriptio neque enim consentiunt Galeni, Aetij, & Pauli compositiones.

Est etiam nomen emplastri ἐκδυείου excoriantis quod describitur à Galen. lib. 5. κατὰ τόπ cap. 7.

Πρωτόγαλα. dicitur lac quod statim à partu mulctũ est, quod cinere calido modice tepefactum citra coagulum statim concrescit. Id veteres comici, vt scribit Galenus, πνειάτιν, in Asia πνειφόν appellabant: hoc autem purum lac est, nihil alienæ qualitatis admixtum habens: attamen addendum cum melle consulit Aetius, alias concoctu difficilius est & crassioris succi, tardiusque in venas subit.

Sed plura leges in dictione γάλα, vbi omnes lactis differentiæ exponuntur: Cæterum quod spectat ad vocem πνειάτιν quæ hîc habetur, ita quidem legimus apud Aetium l. 2. cap. 99. Sed apud Paulum Inuenio πνειάσιν, pro quo fortean aliquis legendum existimet πνειαύσιν, vt sit compositum sicut πνειφόν, nam ἄυειν & ἴψειν eiusdem, vel saltem cognatæ sunt significationis, Hesych. vero πνειατὸν habet à πνειάω, sic enim dicitur παρὰ τὸ πυρωθῆναι ὑπὸ θερμοσποδίας teste Gal. & Aetio.

Πρωτόγονα μέρεα. primigeniæ vel primogenitæ partes dicuntur.

Πρωτόγονον. sic dicitur à nonnullis τὸ ἀνίζωον, siue sedum maius, authore Dioscor.

Πρωτοπάθεια. affectus quo aliquid primum afficitur non per consensum alterius quæ συμπάθεια dicitur: est vero idem quod ἰδιοπάθεια, quibusque proprie opponuntur δευτεροπάθεια, seu ὑστεροπάθεια: vide ἰδιοπάθεια.

Πρωτόρρυτος ῥητίνη. resinæ genus sic vocari apud Lacedæmonios author est Galenus lib. 3. τῶν ἁπλῶν, eandemque ab alijs αὐτόρρυτον dici, quod tum prima tum sponte fluat: In Cilicia, vt idem ait, καπνίλαιον appellatur. Ea liquidis omnibus resinis tum liquidior, tum calidior est, & partium tenuitate præstat.

Πρωτόσακτος κονία. hoc nomine designatur lixiuium proprie in quod parandũ calx ad cinerem quemcumque additur. Id autem adurit, & clysterum potissimum medicinis miscetur, vt Paulus lib. 7. prodidit.

Sic vero Trallian. l. 11. πρωτόσακτος, inquit, à quibusdam vocatur κονία πιλοποιική, id est, lixiuium quo pilarij vtuntur lanis succidis abluendis, vide κονία.

Πρωτότομοι. dicũtur caules brassicæ teneriores, quos & asparagos dici Galenus lib. 2. de alimentis author est.

A Marcello caules haplosiles, à teneritudine appellatione Græca dicti sunt c. 20. quando videlicet ad excretionem seminis augescunt qui succiduntur, & in ciborum vsum veniunt, vnde sane πρωτότομοι à prima cæsura vocantur: me-

» minit & eorum Martialis,

» *Et faba fabrorum prototomique rudes.*

» Hic cauliculus brassicæ, prototomus, etiam
» κύμα quasi fœtura à Dioscor. vocatur, quidam
» tamen κῦμα dicere malunt, Plin. in fœminino
» Cymas appellat.

Πτερμική. frutex est surculos habens paruos, multos, rotundos, abrotono non dissimiles, & circa eos folia oleæ longa, multa, & in cacumine capitulum, vti anthemidis, paruum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat, quod & flores efficacissime præstant. Officinis & herbarijs pyrethrum sylueſtre dicitur. Calfacit & siccat, viridis quidem secundo excessu, arida vero tertio.

Πτερμικὸν φάρμακον. sternutatorium medicamentum. Est acre medicamentum, quod naribus inditum sternutationem mouet. Acre & mordax omnino sit oportet quod facultatem cerebri expultricem irritet. Ea namque offensa medicamenti acrimonia, nitensq; à se quod molestum est depellere, sternutamentum edit. Est autem medicamentum id genere ἕφεσιν, in hoc ab alijs differens, quæ naribus adhibita citra sternutationem pituitam à capite detrahunt. Eiusmodi facultatem habent cuminum Æthiopicum, piper, struthion, castorium, zinziber, veratrum, euphorbium, cyclamini succus. Debent autem exigente vsu contundi & cribrari, & intra nares penna, frictione aut aliter prius irritatas & concalefactas, vel digito vel arundine immitti.

Πτερμὸς. sternutatio. Est motus cerebri quo per nares confertim acto spiritu nititur sibi molesta expellere.

» Aristoteles 1. de hist. animal. cap. 11. sternu-
» tamentum definit ἀθρόα πνεύματος ἔξοδον, id est,
» flatus vniuersi vel conferti eruptionem, esse do-
» cēs augurale signum, & vnum ex spirituum om-
» nium generibus sanctum & sacrum: & 1. probl.
» 53. ait, sternutamentum esse vel spiritus vniuersi
» delationem, humore scilicet plus aliquid exha-
» lante, vel crudi humoris conatū excursumque.

Recensetur à Galeno inter deprauatos motus voluntarios actionis animalis motricis, vt & conuulsio & tremor & rigor & tussis & pandiculatio, atque in illo symptomatum genere ponitur, in quibus causa aliqua præter naturam sit, quæ eam ad tale opus extimulet. Ea autem est excrementum mordax, nares alioſque respirationis meatus aut ventriculos anteriores cerebri. & continuā ijs olfactus instrumenta & ossa ethmoidea obstruens, vel flatuosus aliquis spiritus in cerebro contentus. Quæ cerebrum vt à se depellat, geminam adhibet expirationem, vnam quam per se facit, per ossa ethmoidea, alteram vero per nares, neruis, vt Galenus ait, ceu manibus prælongis in thoracem demissis vtens, & spiritum vnico impetu ex pulmone & capite vehementer & confertim emittens. Exit autem, vt scribit Hippocrates, angusta via, ideoque sonus ille fit qui inter sternutandum exauditur. Quanquam non solus flatus è cerebro erumpens eum excitet, verum ille etiam qui sursum è pulmonibus fertur. Quamobrem capiti vaporibus pleno sternutamentum conducit plurimum, nisi à distillatione factum sit, atque interdum ex accidenti remedio est singultui, vt habetur aphor. 13. libr. 6. propter valentiorem motum musculorum epigastrij, causam singultus simul expellentium. Cum enim ad sternutamentum ciendum expultrix vis ad vehementiores motus se comparet, atque in eo conatu abdominis musculi intenti appressique ventrem vna comprimant, plærumque fit vt vna quoque expellant ea quæ in ventre & gula singultus causa sunt. Nec vero dissimilis ratio est in ijs depellendis quæ pulmones male habent. Est enim sternutamentum interdum eorum remedium, facta scilicet magno cum impetu expiratione, quæ secum rapiat quicquid pulmonibus inhæresit. Id plærosque mouit, ait Galenus, vt in pulmonis morbis sternutationes cierent. In quo tamen diligenter attendenda est Hippoc. sententia ab eo scripta in Prognost. in omni pulmonis morbo sternutationem vel præcedere vel subsequi malum esse. Ea namque pulmones mouet atque exagitat, quos in quiete, vt & omnes quæ laborant particulas continere expedit. Ex quo patet sternutamentum per se pulmonibus esse inimicum, temeratiamque esse pulmonis per sternutamenta curandi rationem, quæ per accidens tantum, & fortuito prodesse valeat. Causa eadem est cur Hippoc. aphor. 55. libr. 5. mulieri ex vtero laboranti aut difficulter patienti sternutationem conferre scripserit, atque alibi consuluerit, vt secundæ ex vtero procidant, mouendas esse sternutationes. Compressis enim magna vi musculis epigastrij & spiritu à superis ad inferna violentius depulso, accidit interdum vt & fœtus & secundæ loco moueantur. At vero sternutamenta per se caput leuant, & grauedini, caro, lethargo, apoplexiæ medentur, quod causam morbificam è cerebro abigant. Ea autem, sicut initio proposui, spiritus est flatuosus, vel solus, vel cum alio humore acri & mordaci interdum sensibili & conspicuo, alias tenuiore & visum fugiente mistus. Quam quidem Hippocrates sternutamenti causam agnoscens, scripsit Aphor. 51. lib. 7. eam fieri ex capite concalefacto cerebro vel humectato inani quod in capite est, breui sententia flatus omnis ortum explicans. Nam cum flatus generatio fiat ab imbecillo calore in subiectum humidum, patet eum duabus summis de causis excitari. In frigidioribus enim naturis vbi non est magna satis caloris vis ad *mouendum* flatum, cerebri concalefactio eum mouet: in calidioribus autem, in quibus propter caloris exuperantiam tota flatuum materia discutitur, si cerebro superfluus aliquis humor accedat, cui cōcoquendo impar sit calor cerebri, facile inde ventriculi cerebri, & si quæ sunt in eo inania spatia, flatu replentur. Itaque duæ causæ flatuum, calor & humor ab Hippocrate eo Aphorismo statuuntur, quæ solæ intra cranium positæ sternutationem mouent. Sunt vero & aliæ quædam externæ, vt medicamenta πτερμικὰ vocata, & aer aliquando ex pulmone sursum elatus cōpresso confertim thorace.

Intuentibus etiam in solem sternutamenta
cientur, quia cerebri spiritus vapori similes à sole funduntur, vt ait Galen. libello de instrumento odoratus. Porro apud Aristotelem de sternutamento plura leges locis cit. dum quærit cur animantium homo maxime sternutare soleat, & sect. 32. probl. 7. 9. dum quærit cur sternutamentum pro numine habeatur, & sternutamenti eruptio cur sacra habita est.

Πτελέα. vlmus. Arbor est notior quam vt describi

debeat. Glutinat, adstringit pariter & absterget, præsertim eius cortex. Sed & radices eandem vim habent.

Πτέις ἡ

Πτέον. filix. frutex est foliis sine caule, sine fructu, sine flore, quæ ex vno pediculo, cubitali longitudine exeunt, multifida & lateribus pinnata, subgraui odore. radice per summa cespitum nigra, oblonga, filices multas fundente, subastringente gustu. Adstringit & valenter desiccat.

» Cæterum apud Galenum & Paulum Inue-
» nio πτεὶς oxytonως, vt in compositis δρυοπτεὶς
« & ὀπλυοπτεὶς, apud Dioscor. vero & Aetium πτέ-
» εις, vt σπέος, à quo etiam genitiuus πτέρεως apud
» Aetium & Paulum: πτέων vero dicitur non mo-
» do ἡ πτέρις, sed etiam δρυοπτερὶς & thricomanes
» teste Dioscoride.

Πτέρνα. calx. Est os pedis omnium maximum, parte qua ingredimur leniter rotundum & latiusculum, posteriore tibiæ rectitudinem longe excedens, inferiore astragalo, anteriore ossi scaphoidi inarticulatum. Ex partibus eius anterioribus quæ quidem è regione magni digiti sita est, astragali capiti subiacet, neque cum altero osse copulatur. At eius extremitas quę minimo digito respondet, cum osse quod κυβοειδὲς dicitur, per synarthrosim coniungitur. Os autem calcis qua parte rotundum est, asperum etiam & inæquale cernitur, eamque in partem tibiæ ossis & tali ligamenta inseruntur.

» Dicitur pro πτέρνα, etiam πτερὸν ἴδος.

Πτερύγιον. ala, vel potius parua ala. videtur enim diminutiue dictum ἀπὸ τῆ πτέρυγος. Sunt autem πτερύγια proprie volucrum alæ, duræ quidem & fibrosæ, sed pauci excrementi & salubres. Inde ducta vox est ad alia, vt ad hominem, in quo πτερύγια appellantur exteriores & infimæ nasi partes motu præditæ. Sunt autem cartilaginea tenuiaque corpuscula, ab vtroque latere adnata, in quæ exigui duo musculi à malis prodeuntes, vtrinque singuli inseruntur: hi nasi alas adaperiunt: qui autem eas contrahant, nulli sunt, quod eas propter respirationem non expediat concludi: verum, cum eas aperientes musculi ab actione cessarint, redeunt illæ in naturalem statum & conuenienti modo patent. Similiter & in mulieribus πτερύγια appellari eminentias illas duas vteri sinum ambientes scriptum reliquit, quisquis ille est Introductionis seu Medici author. Ab eiusdem etiam alæ similitudine πτερύγιον duplex & in diuersa humani corporis parte factum malum indicat. Vt enim alæ in volantibus ab humeris extensæ aperiuntur, sic in his quæ mox exponemus mala ab angulo clausuraue aliqua progredientes inutiles membranæ & caruncułæ oculis & digitis nocent. Ac primum quidem de oculorum πτερυγίῳ dicamus. Est autem id neruosa adnatæ oculi membranæ excrescentia, exoriens ab angulo & ad pupillam inde perueniens eamque obtenebrans. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur, rarissime à superna aut inferna palpebra. Aetius autem lib. 7. Definit. πτερύγιον esse cum album in oculo supra modum augescit, aut caro supercrescit, ex scabra quadam lippitudine aut assiduis fluxionibus. Latini id mali genus vnguem vocant, vt ait Cels. lib. 7. cap. 7. quod humano vngui, vt credimus, progrediens neruosa ea membrana similis sit. Quod vero in hominis pedibus manibusque πτερύγιον fit, est incrementum carnis, quæ partem vnguis integit. Nascitur potissimum in pollicibus, pedum quidem ex offensione plærumque, manuum autem ex neglecta reduuia & post inflammationem in pus mutata. Siquidem hoc temporis spatio vnguis radicem exedit, ipsumque vnguem corrumpit, aliquando totum, interdum dimidium. Est cum & os corrumpit, graui cum odore, digitusque per summa dilatatur & liuet.

Præter significationes prædictas πτερύγιον etiã « in auribus vocatur suprema pars quę lata est & « decliuis authore Ruffo: Sed etiam in auribus « hominis πτερύγιον vocatur pars illa quæ ad tem- « pora vergens inflectitur Polluc. l. 2. item partes « scapularum vtrimque πτερύγια nominantur, in « thorace itidem idem sonat quod πτέρυξ. «

Πτερυγώδης. alatus. Is dicitur cui scapulæ sine carne nudæque sunt, & alarum instar prominent, retrorsumque producuntur.

Eiusmodi sunt στενοστέρνοι anguśti pectoris, « ideo corde imbecillo sunt & paucum natiuum « calorem habent; propterea que tales omnes fere « habitus flatuosos esse scribit Galen. 6. epidem. « comment. 2. πτερυγώδεις quoque dicuntur Ero- « tiano οἱ μακροτένοντες, καὶ ὑπεπλατυσμένα ἔχοντες τὰ « στέρνα καὶ ἐξέχοντα. longicolli atq; vt plurimum qui « lata habent pectora atque prominentia. «

Πτερυγώδεις siue πτερυγοειδεῖς. dicuntur duæ apophyses ossis σφηνοειδοῦς, quas ad cranij basim extra ipsum emittit. Sic dictæ sunt quod alarum modo promineant.

Πτερυγώματα. dicuntur muliebris pudendi labra, & « veluti alæ Polluc. li. 2. & in auribus ea quæ pan- « duntur quasi pinnæ Ruffo Ephesio. «

Πτέρυξ. sic dicitur à quibusdam τὸ ἄκπλωον, vt habetur apud Dioscor.

Πίλοι. dicuntur, inquit Galenus lib. 14. meth. med. quibus periere ex cilijs pili. Alij vero non omnes simpliciter quibus ij pili deciderunt, πίλους vocandos censent, sed quibus præterea adiuncta est crassities, callositas ac rubedo palpebrarum, quod aliter inter eos qui τῇ πτιλώσει & eos qui μαδώσει laborant, non liceat distinguere. Est enim vtriusque commune pilorum defluuium, vt suis locis videre potes.

Vox autem hæc vt & πτίλωσις à πτίλον facta esse « videtur, quod quemadmodum pulli auium πτίλα « (id est, lanugines quibus primùm excluśi ve- « stiuntur) ætate progredientes mutant ac pennas « assumunt, easque annuatim mutant, sic in pal- « pebris etiam pili mutentur, ac mutatis alij sub- « nascantur: Porro diuersis modis scribitur hoc « vocabulum, apud Hesych. enim est πτίλος cum « accentu in vltima, apud Suidam πίλλος duplici « λ. & accentu in penultima, at in medicorum li- « bris πίλος etiam; Sunt vero qui à πίλλω deriua- « tum existiment secundum quos geminandum λ « fuerit. «

Πτίλωσις. est defluuium pilorum è palpebris crassis, callosis & rubentibus. Aetius scribit compositam esse affectionem ἐκ τῆς μαδαρώσεως καὶ τῆς σκληροφθαλμίας, hoc est, ex pilorum defluuio & sicca lippitudine. non enim simplex pilorum defluuium est, sicut ἡ μαδάρωσις, sed præterea palpebris & oris præsertim earũ accedit crassities, callositas & rubor, quæ sunt τῆς σκληροφθαλμίας symptomata.

Sed neque semper inesse pilorum casum in- «

„ nuit Paulus quanquam vt plurimum: author ve-
„ ro Isagoges c. 15. aliter πίλωσιν quam Paul. atque
„ Actius definit, πίλωσις inquit est cum alij qui-
„ dem pili subnascuntur, naturales autem collapsi
„ fractique stimulant ac pungunt, eo modo quo
„ in regeneratione dentium pueris fieri solet: hinc
„ Cornar. 4. κῶν. cap. 8. πίλωσιν glabras simul-
„ que nascentes alias palpebras interpretatus est,
„ quanquam fortassis minus bene: rectius πίλους,
„ vocaueris qui crassas, callosas, rubras glabrasque
„ & pilis nudatas genas habent: cum vero neque
„ explicatio Græcæ voci satis æquipolleat, tutius
„ videtur vel Græcum nomen vsurpare vel aliud
„ potius nouum nomen Græco respondens effin-
„ gere, quo modo πίλωσιν deplumationem, πίλους
„ vero deplumatos satis apposite vocaueris, ete-
„ nim πίλον pluma seu penna mollis est, cui palpe-
„ brarum pilos Græci medici assimilarunt.

Non autem refert hîc scrupulosius inquire-re quis in proposito affectu morbus sit, quę vero symptomata: Galenus in ptilosi, vt & in ophiasi & alopecia, defluuium pilorum videtur mor-bum constituere, in eorum morborum organi-corum genere positum quæ in numero partium deficiente consistunt; Paulus contra symptoma videtur facere, & morbum ipsam crassitiem & callositatem palpebrarum, positam sub eo ge-nere morborum organicæ partis qui in formæ corruptione consistunt.

Πτισάνη. ptisana. Propria est hordei decorticati ap-pellatio, ἀπὸ τῦ πτίσσειν, quod pinsere & decorti-care significat, quoniam hordeum tundendo degluberetur, ac suo cortice castratum ita con-deretur. Mundatum hordeum officinæ vocant. Tunditur enim hoc, non molitur. Ac veteres quidem primo in corbibus perfusum aqua hor-deum dum tumeret, in sole siccabant, mox in pi-la ligneo pistillo tantisper tundebant, dum cor-ticem glumamque exuisset, & ita vt diu peren-naret, reponebant. Aliqui vero hordeum prius aqua madefactum, dein sole reficcatum in pila tundebant, & suis glumis explicitum molebant, farinam in sacculo coactam diutissime disco-quebant, ita abigi vim flatus existimantes, atque reficcatam & in offas conuolutam ad vsum sor-bitionis seruabant. Alij vero, vt refert Const. Cæsar lib. 12. de agricult. hordeum maceratum, purgatum, decorticatum & in sole siccatum, rursusque pistatum, secundo etiam ad solem exiccabant, cumque reponere volebant, id quod ex ipso tenue inter pistandum decussum erat, ei aspergebant, quod ita ipsum defendi conseruа-rique animaduertissent. At quamuis proprie ex hordeo ptisana pararetur, attamen ex alijs etiam frugibus eam confici solitam annotatum est, vt tritico, alica, zea, oryza, lente, sed quam non sim-plici ptisanæ nomenclatura, sed addito frugis ex qua constaret nomine, πτισάνη πυρίνη, χον-δροπτισάνη, πτισάνη ἐκ ζειᾶς ἢ ὀρύζης πτισάνη, φακοπτισάνη, & alias aliter appellabant. Sic ergo parata ptisana recondebatur, optimo quidem & saluberrimo instituto, quod vtinam à nobis neglectum non esset: cumque vsus exi-gebat, in aqua coquebatur. Coquendi autem ratio alijs atque alijs diuersa fuit, sed Græcis maxime vulgata hæc est, quam Galenus lib. 1. de alimentis annotauit: Coquitur ptisanæ portio in aquæ decem, vel, vt ait Paulus, quindecim par-tibus, dandaque inter coquendum opera est, vt quam amplissime intumescant. Quæ enim mul-tum citoque intumescit, optima censetur, vt contra quæ longo tempore parum tumet, pessi-ma. Cum autem in tumorem sublata est, aceti momentum infunditur: deinde olei exiguum; quod tamen etiam per initia injci potest. Cum ad exactam coctionem peruentum erit, friatus sal inspargi debebit: neque aliud præterea mis-cendum est, nisi forte anethi aut porri pauxil-lum. Et talis quidem est optima ptisanæ confe-ctio. Ab ea multum aberat quam plærique alijs multis superfluis imperite condiebant. alij nam-que amylum, alij sapam indebant, alij mel & cuminum, cinnum potius quam ptisanam pa-rantes. Nec defuit illis forte ratio, quod sic hor-dei crassitiem tenuari, lentorem incidi, flatum discuti arbitrarentur. Nos multo antiquis deli-catiores, & ipso Apicio qui lib. 4. de opsonijs su-perfluam eiusmodi ptisanæ condituram recen-set, in gulæ studio superiores, spretis ijs omni-bus, amygdalis intritis & saccharo, saleque mo-dico contenti sumus, quibus vis quidem aliqua inest aduersus hordei crassitiem, lentorem & fla-tum, sed porro & anetho longe impar: faciunt enim hæc non modo ad palatum & gratiam, sed non parum etiam ad salubritatem conducunt. Cæterum sic cocta ptisana, iam non ptisana, sed πτισάνης χυλὸς, ἢ ῥόφημα, hoc est ptisanæ cremor, aut sorbitio appellatur, seu (quod idem est) pti-sanæ ius vel succus. Quinetiam ius decocti inte-gri hordei in aqua tantisper dum coctione dissi-liat, hordei cremorem Celsus vocare solet, qui biliosis & incandescētibus propinatur febribus. Ptisanæ laudes Hippocrates vno volumine pro-sequutus est, eam omnibus sorbitionibus præ-ferens, quoniam lenis & lubrica ex facili hauri-retur, quoniam sitim arceret, quoniam in aluo non intumesceret, quoniam facile redderetur, & assuetis is solus cibus in febribus bis die dari pos-sit, multum remotus ab ijs tum qui medicinam fame exercent, tum qui ægros ciborum copia obruunt. Est enim ptisanæ succus alimentum medij generis, tenue à Galeno dictum, quod vi-res nec onerat vt plenus victus, nec vt tenuissi-mus dissoluit.

Πτόησις. pro nimia & velut attonita rei venereæ li-bidine apud Aristotelem 4. de gener. anima-lium.

Πτύσμα, ἢ πτυσμάτιον. dicitur apud medicos linteo-lum complicatum, quod vlceribus & vulneri-bus imponitur, Plagellam vocat Cæl. Aurel. l. 2. τ' χρον. c. 2. dicitur & πτυκτὸν, modo cum adiun-ctione πτυκτὸν ῥάκος, modo simpliciter: frequens est horum vocabulorum vsus apud P. Ægine-tam.

Πτυελίζειν. apud Hipp. in prorrhet. non aliud signi-ficat quam frequenter spuere, vel os assidue spu-to plenum habere.

Vt scribit Galen. comment. 1. in prorrhet. part. 30.

Πτυελισμὸς. saliuatio seu frequens sputatio, quæ fit cum cerebro nimio humore fatiscente, & ven-triculo inde laxiore atque humidiore, liquida tenuisque pituita in os redundat: esse autem πτυε-λισμὸν phreniticorum proprium sæpe docuit Hippoc. vt qui in Coacis phreniticos πτυελίζον-τας appellet quasi sputandi finem non facientes; fit hoc vero in illis, vel quia infarta quædam pituita est faucibus à cerebro ducens originem,

» vel expreſſione quadam ſeri ex inflammato cerebro eo delabentis, non abſimilis tenui lachrymæ quæ ex inflammatis oculis exprimitur, vel tuſſiculæ quæ pleuriticis, vel ſinguitui qui hepati inflammato ſuperuenit, quorum vtrumque ſit ab eiuſmodi ſero: Quandoque vero frequens illa ſputatio inanis eſt, quæ tum læſa mente accidit, ſcreatio enim arbitraria virtute fit.

Πτύελον ἡ

Πτύσμα. ſputum. Eſt excrementum tuſſiendo vacuatum. Cum enim ſuperfluus aliquis humor thoraci, pulmonibus, aſperæ arteriæ, gutturi aut alicui inſtrumento reſpirationis moleſtus eſt, eum natura tuſſi propellere nititur, ſputumque mouet, ſignum proprium affectionum quæ partes eas infeſtant, & concoctionis quam victrix natura vel oppreſſa molitur. Sputum enim album, læue, æquale, facile, quodque morbum leuat, concoctionem & naturæ victoriam ſignificat: quod autem eiuſmodi non eſt, tanto peius cenſetur, quanto magis ab optimo abeſt. Has duas ſputorum differentias, vt ſunt natura diſtinctæ, ita nominibus medici diſtinxerunt, ſicut Galenus lib. 1. de Criſib. annotauit. Quod enim optime concocti ſputi notas gerit, πτύελον: quod vero ſanguine aut altera bile reſperſum miſtumve fuerit, aut ſpumoſum aut aliter vitioſum, πτύσμα potius dixerunt.

» Ita enim Philotheus πτύελον τὸ πεπεμμένον, τὸ » δ' ἄπεπτον πτύσμα vocabat, quod non omnino ab » Hippocr. vſurpatur: Varias autem quaſdam ſputorum differentias recenſet Hippoc. in Coacis: » aliud quippe dicitur ξανθὸν ἄχνον, flauum ſyncerum, id eſt quod expectorabili pituitæ non eſt » permixtum, ſed caret naturali ſero quo naturaliter quiſque humor diluitur: ab Hippocrate » vero damnatur, vt quod fiat exhauſto ſero à febrili ardore; laudatur contra ab eodem flauum » ſputo exacte permiſtum, aliud ſputum γλισχρὸν » ſeu viſcidum & glutinoſum vocatur, quæ qualitas communis eſt omnium excrementorum » craſſorum quæ fiunt γλίσχρα & δύσλυτα, in » morbis quidem acutis à febrili ardore, in frigidis » à crudore. Praua autem eſſe inquit eiuſmodi » glutinoſa propter contumaciam, qua & difficulter excreantur atque plus detrimenti adferũt » in excreando quam adiumenti; Aliud στρόγγυλον » eſt ſiue rotundum, cuius cauſa eſt inquit Galen. » ad part. 3. 6. epid. craſſitudo & lentor humoris » in bronchijs collecti; hoc & idem delirium indicare docet Hippocr. nimirum propter calorem » immoderatum vt docet Galen. Aliud χλωρὸν, » σφόδρα, viride multum, hoc eſt æruginoſum vt » ipſe exponit Galen. in prognoſt. cuius cauſa naturalis eſt bilis multum viridis & æruginoſa; efficiens vero calor adurens & ſerum exhauriens, » vnde exitioſum cenſetur: aliud ἀεροῶδες, id eſt » ſpumoſum dicitur, obortis ſcilicet bullis in circumtenſo humore, vt caloris contra naturam: » Aliud πολιῶδες liueſcens quod caloris vitalis extinctionem declarat. Liuor enim contingit vel » parte refrigerata vel emortua: Aliud ἰῶδες æruginoſum, vel potius violaceum, vt ſi quis optimam æruginem aqua perfunderet ad defruti » craſſitiem, oritur vero à bile æruginoſa quæ media eſt inter bilem flauam & atram, quæ ab immodico calore ſupra modum exaſſatur, ob idque acerrima erodens & maligniſſima cum ſit, » ſemper & materiæ vnde gignitur, & loci ex quo manat vehementiſſimum calorem declarat, vt » ſcribit Galen. in prorrhetico; aliud ἄκρητον μέλαν, » ſiue merum nigrum appellat Hippocr. in quo » ſputo prauitatis ſumma ſunt omnia, vt quod ſit » quam maxime merum, quale nigrum eſt. Vt autem nigror in parte corporis nigreſcente, vel auctam ex liuore calidi natiui extinctionem ſignificat, vel humorum è vaſis ad eam partem decubitum, ſic in excrementis aut bilem ſupra modum torrefactam, qua atra peſſima & exedentiſſima euadit, teſtatur, aut extinctionem atque frigiditatem vt in moribundis, aut craſſum ſanguinem æque reſiccatum; denigratur autem » ſputum ſæpe ex euentu quodam, vt à cibo, vel » fumo, vel defluxione è capite, aut ſanguinis grumo, vel ſanguinis melancholici vapore & fuligine è corde. Quæ ad præſagium diligenter diſtinguenda ſunt.

Πτυκτὸν. idem quod πτύσμα.

Πτύσις, ſeu ἀποπτύσις. dicitur proprie excretio ſimplex, & expulſio ſaliuæ aut humoris alterius in ore contenti, cum enim ex faucibus aliquid educitur maiore conatu opus eſt, diciturque tum ἀπόχρεμψις, ſcreatus, de quo ſuo loco, author Galen. lib. 4. de loc. affectis.

Πτύσματα. vocantur lintea complicata quibus dropax impingitur, vocantur & διπλώματα.

Πτῶσις. vitium eſt oculi quod alio nomine magiſq; medicis vſitato φλύκταινα appellatur, vt ſcribit Aetius lib. 7. c. 68.

Πυγμὴ. menſura eſt ſex digitis breuior quam cubitum, quod à Græcis πῆχυς appellatur. Eſt autem ſpatium quod eſt à cubito ad digitos clauſos, ſicut exponit Pollux. Nam quæ ab eo ad digitos inflexos eſt, πυγὼν appellatur. ἀπὸ τῆς πυγμῆς Pygmæi dicti ſunt, vt author eſt Euſtathius Homeri interpres.

Πυγὼν. menſura eſt quatuor digitis breuior quam cubitum, quod à Græcis πῆχυς nuncupatur. Eſt autem ſpatium quod eſt à cubito vſque ad extremam manus partem cum digiti inflexi fuerint, ſicut exponit Heſychius. vide ſupra πυγμὴ.

Πυγαὶ. nates, quæ & γλουτοὶ dicuntur.

Dicuntur & πυγαῖα Polluci lib. 2. quo nomine etiam pars corporis noſtri deſignatur oſſi ſacro coniuncta, Suidæ & Heſychio: ab hac autem voce fit εὔπυγος, & καλλίπυγος, quod veneris cognomentum fuit, nam in mulieribus hæc pars decus corporis reddit conſpectius, cum ſeruat modum ſuum, hinc & Heſiodo πυγοστόλος mulier impudica dicitur: καταπύγονα quoque hominem & digitum medium vocarunt voce obſcœna.

Πύελος. apud anatomicos dicitur cauitas in cerebro membranoſa per quam veluti ductum & canalem pituita defluens tranſcolatur in palatum & in nares: alij χοάνην appellant: Significatur & hoc vocabulo ſolium aquæ calidæ in quo aliquis lauatur, quod alijs nominibus μακρὰ, ἔμβασις, κολυμβήθρα, & διξάμενον dicitur.

Πυελίδες. ſic vocantur à Ruffo cauernæ ſeu ſedes oculorum, nos arculas vocamus.

Πυτία. Ariſtoteli libr. 3. de hiſtor. animal. dicitur coagulum, quod vulgo πυτία dicitur, de quo ſuo loco, & apud Ariſtotelem loco cit. eiuſque definitionem vide 3. de hiſt. animal. c. 21. vbi de illo plura, vide πυτία.

Πύον. idem quod φλύκταινα apud Aretæ. libr. 1. de diuturn. c. 8.

Πυθμένων. apud Hippoc. ſect. 2. τῶν περὶ διαίτης ἐξέλεγχ. κατὰ

μετὰ τῆς οὐσίας ὅλως, nullo modo. ſumptum nomen à fundo vaſorum, ſonatque perinde ac ὁλοκλήρως, τελέως, παντάπασιν, ἐξαρχῆς, παντελῶς, hoc eſt, prorſus, perfecte, omnino. vt ſcribit Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ.

„ Vel & ad verbum ſignificat funditus, id eſt, pe-
„ nitus omnino; Itaque ex interpretatione Gale-
„ nica quod hîc (οὐσῶν) habetur tollẽdum, eſt enim
„ vox hæc affirmantis non negantis, ſic autem ha-
„ bet locus Hippocratis πυθμένθεν οὖν ἐκ ἴσασιν ὅτι, &
„ quæ ſequuntur, id eſt, penitus igitur non ſciunt.

Πυθμὴν. proprie imam partem ſeu fundum ſignifi-
„ cat, ab Atticis vero ſic vocatur vmbilicus: ſic
„ Pollux τὸν τῆ σύκων πυθμένα, ὀμφαλὸν vocari teſta-
„ tur, nam iſte πυθμὴν in imo pomo vmbilici figu-
„ ram oſtendit, cauus nimirum & floccos quoſ-
„ dam habens, reliquias floris: alijs quoque plan-
„ tis πυθμὴν tribuitur, vt meſpilo ſicut apud Dioſ-
„ cor. lib. 1. c. 171. Sed & pars quæ infra teſticu-
„ lum eſt πυθμὴν vocatur, ſicut quod ſupra eſt κε-
„ φαλὴ ait Ruffus. Pars quoque cordis infima &
„ acuta πυθμὴν eidem vocatur, ſed & Polluci lib.
„ 2. vſurpatur πυθμὴν de pleniore cyſtis fellis par-
„ te.

Πυκνόκομον. herba eſt nobis incognita, quæ conſtat erucæ folijs, aerioribus, ſcabris & craſſis, caule quadrangulo, flore ocimi, ſemine marrubij, radice nigra aut pallida, rotunda exigui mali figura, terram redolente. Inuenitur in ſaxolis locis.

Πυκνὸν. denſum. duobus modis dicitur, vno proprie, quod meatus per totum paruos obtinet, vt ſilex & marmor. ſicut è diuerſo ἀραιὸν, hoc eſt rarum, quod eoſdem magnos habet: altero autem per metaphoram ſiue abuſum de coacto dicitur, ſiue compacto, vt & rarum de laxo: hac enim ratione aquam & terram denſas, aerem & ignem raros dicimus, ſcilicet ad elementa ipſa tranſlatis appellationibus, quæ tamen & vnita ſunt, & ex ſimilaribus natura partibus conſtant, nec vllos eiuſmodi meatus ſortita ſunt. Ac quoniam quo denſius quidque eſt, eo etiam durius eſſe animaduertitur, factum eſt vt πυκνὸν aliquando pro duro dicatur. Inde πυκνωθέντα φλέβες apud Hippocratem lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης vocantur duræ & quæ minime diſtendi poſſunt, ex omnium interpretum ſententia. Sed & Galenus annotauit comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, indifferentem fuiſſe apud veteres vſum nominum τῶ πυκνῶ καὶ τῶ παχέος: vt quod πυκνῶς fit, παχέως fieri ab ijs dicatur.

„ Πυκνὸν πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Πυκνὸς σφυγμὸς. creber ſeu frequẽs pulſus. Dicitur quando breue tempus eſt inter diaſtolen & ſyſtolen, ſiue, vt definit Paulus, cuius media quies paruo durat tempore. Sumitur hæc differentia à tempore quietis, ſeu à quantitate temporis quietis. Huic oppoſitus eſt ἀραιὸς, hoc eſt, rarus pulſus. Hic neque validæ neque imbecillæ facultatis eſt proprius. vtrique enim accidit. Nam ſi facultas valida eſt, calorque multum increuerit, adeo vt maximus pulſus fiat: ſi arteriæ diſtentio tanta fuerit, quanta maxima eſſe poteſt, ſed quæ tamen tanto calori refrigerando non ſufficiat, tunc neceſſario cum magnitudine celeritatem atque etiam frequentiam inducet, vt id quod vna diaſtole non poteſt, pluribus conſequatur, ſicut ante de magno pulſu dicẽtes annotauimus. Id quod etiam ex ira & balneis calidis pulſus oſtendũt, qui cum magnitudine & vehementia habent etiam frequẽtiam. Sæpiſſime tamen fit creber pulſus ab imbecilla facultate, cui crebritas peculiaris eſt non aliter, quam celeritas validæ. Vt enim motus omnis, ita & pulſus creber ex defectu & facultatis impotẽtia euadit, cum ſcilicet vſui impar eſt neque eum aſſequitur. Quod enim vno motu non adipiſcitur, id pluribus cogitur ſupplere, quemadmodum ipſa reſpiratio interdum manifeſto docet.

Πύκνωσις. denſitas, condenſatio. Eſt obſtructio meatuum corporis, facta à refrigerantibus, adſtringentibus & ſiccantibus. Sed & calidior aqua, vt ait Galen. 7. meth. med. cutim denſat, eam vrens & contrahens. Id quæ efficiunt, πυκνωτικὰ appellantur, ſed largius paulo ſumpto nomine quo στυπτικὰ etiam continentur.

Πυκνωτικὰ φάρμακα. denſantia ſiue condenſantia medicamenta. Dicuntur ea quæ poros contrahunt. frigida ſunt & aquea, ſed nõ terrea neque aerea, vt quæ στυπτικὰ proprie appellantur, quibus vis ineſt vaſorum oſcula claudẽdi. Vt enim fine differunt inter ſe (hæc enim vaſorum orificia cohibent & ſenſibiles excretiones ſupprimunt: illa vero corporis poros denſant & inſenſilem tranſpirationem retinent) ſic & facultatibus: Eſt enim τὸ στυπτικὸν magis terreum & adſtringens, πυκνωτικὸν autem magis aqueum. Itaque debilius & contrahit & conſtringit propter mollitiem. Quippe quicquid valenter conſtipat conſtringitque, robur quoddam renitens & durum habeat oportet. quo cum careant medicamenta naturæ magis aqueæ, tenues quidem poros in vnoquoque corpore contrahunt atque condenſant, cæterum inſtrumentum vndequaque totum conſtringere nequeunt. Huius generis eſt aqua frigida, ſemperuiuum, portulaca, tribulus viridis, pſyllium, myoſota, lenticula paluſtris, & omnia breuiter quæcunque refrigerant, ſed non adſtringunt. Opponitur τὸ πυκνωτικὸν τῷ ἀραιωτικῷ, ſicut τὸ στυπτικὸν τῷ ἀναστομωτικῷ.

Πυκτὴ dicitur lac coagulo concretum, cui dempto ſero mel additum eſt. Ventrem ſubducit, maxime ſi ſerum adiectum fuerit.

Vide γάλα, vbi lactis differentiæ explicantur: « Cæterum pro πυκτὴ ſcribendum πηκτὴ à verbo « πήγνυμι ſiue πήσσω, coagulo, vt apud Aetiũ quoq; « libr. 2. cap. 100. pro eo in Epigrammatis πακτὴν « legimus Dorice, ibi enim bubulcus veneri do- « naria offert, πακτὰν ἠμὶ κύεια σίμβλων. «

Πυκτὸς οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum differentiæ explicantur. «

Πυκτὶς. nomen eſt emplaſtri melini apud Gal. lib. 2. κατὰ γένη, cap. 9. ſic dictum quaſi dicas pugillatorium, quia pugiles eo medicamento vti ſolebant, reſoluendi vim habet.

Πύλαι, αἱ

Πύλαι ἥπατος. dicuntur portæ hepatis, ſeu pars ſima hepatis. Ex hoc vena illa magna, quæ à ſima parte hepatis exoritur, ἡ ἐπὶ τὰς πύλας, vel μεγάλη ἐπὶ πύλας appellatur. quam etiam rationem ſequuti anatomici Latine venam portam appellarunt, rectius opinor, ſi venam portæ dixiſſent. Eſt enim hac parte ingreſſus chyli in iecur, ſicut in gibba ſanguinis ex eo egreſſus.

Πύλη. etiam auribus tribuitur apud Athenẽũ l. 4. «

Πυλωρὸς. eſt meatus inferior vẽtriculi per quem excrementa è vẽtriculo in inteſtinum emittuntur. Cum enim ima ventriculi pars paulum in dexteriorem partem cõuerſa in ſummum inteſtinum

coartatur, iuncturam hanc πυλωρὸν Græci vocant, quoniam portæ modo in inferiores partes ea quæ excreturi sumus remittit. Sunt autem ea primæ concoctionis in ventriculo peractæ excrementa, liquida quidem & facile dilabentia, nisi intus clauso pyloro retinerentur. Qua in re parem habet cum ore vteri functionem: ambo enim pariter clausa continent, quod aperta remittūt. Eam ob causam pyloros angustior multo factus est quā os ventriculi superius quod στόμαχος dicitur. Ad eum è bilis vesica, vt scribit Gal. lib. 6. de anat. administ. meatus dirigitur, bilem in fundum ventriculi emittens.

Πυξάκανθα. à quibusdam dicitur ὁ σκόλυμος, vt habetur apud Dioscorid. item arbor quam λύκιον proprie vocant.

Πύξινον. nomen collyrij apud Celsum lib. 6. capite 6.

Πύξινος ἔμπλαστρος. emplastrum buxeum, sic Crito appellabat à coloris similitudine emplastrū quod Græci alio nomine μήλινον appellant, de quo suo loco: id notat Gal. lib. 2. κατὰ γένη.

Πυξὶς. nomen est vnguenti acopi cui præcipua vis est emolliendi. Valet autem ad omnes inflammationes. Sic dictum est quod in vase buxeo optime seruetur. Describitur à Paulo lib. 7. cap. 19. & ab Aetio lib. 15. sed diuersis paulo ponderibus.

Πύξος. buxus. arbor est nota, ligni pallore atque duritia, mali proceritate, folio myrti, exiguo, concauo, subrotundo, frōde perpetua, topiario vsui accommodatissima ac tonsili, flore herbaceo, semine rufo, ac rotundo, omnibus animantibus inuiso. Nullus eius in medicina vsus.

Πύον. pus. Est humor putris, partium spermaticarum substantiæ magna ex parte assimilatus. Humorem esse sensus ipse ostēdit, quod in modum humoris diffluat. Nec vero humor tantum est, verum etiam ex humore habet originem, qui in partem inflammatione laborantem decumbens & per inania eius spatia diffusus, occlusis vndique meatibus perspiratione intercepta computrescit, perinde atque alia omnia, quæ perspiratu carentia & alieno in loco vehementius incalescunt. At non sēper par est putredinis modus. Si namque natiuus partis calor valde imbecillus est humor permultum putret, omniaque à natura plurimum aliena nanciscitur, fœtorem, nigredinem & substantiæ inæqualitatem. Sin autem robusta sit facultas concoctrix, eiusque calor vegetus, parua admodum putredo fit, & minimus qui putredinem sequi solet, fœtor. Vitari tamen in totum putredo non potest, etiamsi valida partis eius facultas concoctrix eum humorem qui in parte inflammata computrescit, conetur omnibus modis in substātiam partis spermaticæ conuertere. Id enim ne assequatur, calor præter naturam in humore putrente iam conceptus impedit. Qua in re causæ duæ vna secundū naturam, altera præter naturam inter se certant, quarum quæ superior euaserit. notas suas in pure imprimit, suamque victoriam odore, colore & consistentia testatur. Si namque pus album, læue, æquale, & minime fœtens euasit, coctricē eius partis facultatem, caloremque natiuum validum esse significat, qui humorem iam putrentem in partis spermaticæ substātiam prope conuerterit. Spermaticæ autem partes dicuntur, quales sunt vasorum tunicæ, membranæ, ossa, ligamenta & similia: quę quoniam alba sunt, eum quoque humorem album efficiunt, atq; etiam crassiorem reddunt, tanquam futurum sibi alimentum coquendo incrassārent. Quod si idem humor in pus conuersus, multis diebus sibi similis perseueret, constantem facultatem declarat, sicut læuis & politus, nullaque aliena & dissimili materia variegatus sed vnitus, ostendit coctricis facultatis robur. Pus quoque quanto minus fœtet, vt & vrina, & stercus, & sudor, tanto præstantius est, sicut supra ostendimus, & apud Galenum habetur primo comm. in prognost. vbi scribit Hippocrates. Pus optimū censeri album, æquale, læue, & quam minimum fœtens, pessimum vero huic contrarium. Qualis autem est in parte inflammata sanguinis in pus mutatio, talis est humorum in vasis atque etiam extra vasa coctio. Id quod animaduertens Galenus semē puri simile esse dixit, nisi quod à sola secundum naturam causa oriatur. Et Erasistratus id quod in febricitantium vrinis subsidet, non puri comparauit, sed merum pus esse credidit. Quod enim in partibus inflammatis pus est, idem in vasis videtur in vrina subsidere per febres. Cum enim febrilis accessio non aliud sit quam humoris putredo, neq; ante desinere soleat, quam quicquid computruit vacuatum sit, idcirco natura per vigorem accessionum expiratione & contractionibus arteriarum vacuationem fuliginosi excrementi molitur. Ac quod tenue quidem est, hac ratione facile expellit: quod vero veluti ceritium est, non perinde propter crassitiem vacuare potest, sed per maiores quosdam meatus educit. Ex quo sequitur vrinæ hypostasim maxime per febres pus esse vel puri admodum similem, quod portio sit humoris qui per febrem computruit, eamque natura conata sit partium spermaticarum substantiæ assimilare, nec tamē præstare potuerit. In hac enim non aliter quam in phlegmonarum pure, decertāt inter se duæ causæ, vna secundum naturam, altera naturæ contraria, quarum vtraque notas sui certas exhibet. Vt enim nullo adhuc in phlegmonis facto pure causa præter naturam superior est multis numeris, sic nulla in vrinis hypostasis summam cruditatem significat: rursus vt in pure optimo calor natiuus præualet, ita hypostasis alba, læuis & æqualis, calorem natiuum vincere ostendit, eoque magis quo candidior, læuior & æqualior fuerit. De sanorum vrinis aliud forte iudicium est. pueris enim & mulieribus, & ijs qui in ocio vitam agunt, & qui plus æquo edunt, subsidere solet plurimum excrementi, quod quia nullius adhuc putredinis particeps fuit, nemo puris nomine donandum censuerit. Id enim crudus succus, non pus iure dicetur. In sanguinis enim generatione refugit quidē naturæ concoctionem, atque ideo crudus succus dici potest, non tamen causæ præter naturā particeps fuit, sicut pus, & ea quæ in vrinis febricitantiū subsident. Ac quāquam hic puri admodum similis videatur, multis tamen notis à pure distinguitur, vt Galenus docuit libr. 1. de aliment. facultat. agens de tritico.

Præter prædictam puris significationem, qua putris humor esse dicitur, illud apud veteres Generali quodā significato significat naturā seu humorē quemlibet trāsmutatū & dealbatū, sicut Empedocles referente Aristotele, lac ipsum pus

» vocauit, quod sanguis sit transmutatus & dealbatus, quo pacto etiam Hippocr. atque alij veteres vocarunt πύησιν, σῆψιν per putrefactionē, vnde & postmodum apud Galen. in exeg. & apud plerosque alios scriptores vt Scholiastem Aristophanis & Varinum, illud primum lac quod mulgetur post partum, Colostraque tam à Plin. quam alijs πῦος, πῦον, & ποὶν vocatum inuenitur, quod & alio nomine ἀφροπόγαλα appellatur, de quo suo loco.

Πύον καθαρὸν. pus appellatur purum ab Hippocr. lib. περὶ τρωμ. quod à carne ortum ducit, emanatque ab vlcere, estque paucum album læue & æquale, & in bonis tunc ducendum, distinctumque ab eo quod πυώδες, τὸ ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης ab eodem appellatur, id est, purulentum quid ex sanguine varijs diuersorum humorum excrementis perfuso & decumbente ex vena in affectam & vlceratam partem.

Πυοστατέ. dicuntur medicamenta quæ pus mouent Dioscor. lib. c. 82. de butyro.

Πυουλκὸν. instrumentum chirurgicum quo pus trahitur. Adhibetur præsertim sinibus & alijs cauis vlceribus à quibus pus non facile excidit. Quale id fuerit non est mihi notum. Constat tamen foramen habuisse ex lib. 2. Galeni ad Glauconem de sinuum curatione, & ex libr. 2. περὶ κλυσμ. forte idem fuit cum chirurgorum organo quod nunc syringam vocant, per quam vt aliquid infunditur, ita facile attrahitur.

Πῦρ. ignis. febris. Dicitur ab Hippocr. more suo febris vehementissima, vt scripsit Gal. comment. 3. li. 1. Epidem. quasi non aliam habeat naturam quam ignis, & eiusdem sit cum igne substantiæ. Est enim duabus ignis qualitatibus prædita, caliditate scilicet & siccitate.

» Alioquin de homine mediocri febre laborante » θερμαινόμενος dicitur, vt docet Gal. comment. 3. » in 1. Epid. t. 29.

Πῦρ ἄγειον, τὸ ἐρυσίπελας. apud Hippocr. vt explicat Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις.

Πύρεθρον. herba folijs cauleque vt daucum syluestre & fœniculum, vmbella anethi, circinatæ rotunditatis, radice longa, pollicis crassitudine, gustu feruidissimo. Herbarij pedem Alexādri vocant. Radix eius vrit dentiumque dolores leuat.

Πυρετὸς. febris. Varijs modis diffinitur à Galeno: Calor præter naturam totum corpus occupans: calor præter naturam in corde existēs: calor immodice auctus, vt & hominem offēdat & actionem lædat: calida intemperies in totum corpus diffusa: & calor natiuus versus in igneum: à quo quidem calore igneo πυρετὸς Græcis dicitur, vt Latinis à feruore febris. Genere quidem intemperies est, habetque substantiam in calore præter naturam posita, non modo intensione sed genere etiam diuerso à calore natiuo. Sola quidem intensione in hecticis & diarijs videtur differre, sed in putridis toto genere. Hic in corde primum concipitur, tanquam in primo febrium subiecto, indeque per arterias in corpus vniuersum facile spargitur. Neque enim solum cor febris subiectum est, sed reliqui pariter corporis spiritus, vel humores vel solidæ partes. Sunt autem febrium multiplices differentiæ, quas omnes Hippocr. vt ait Gal. breuiter complexus est lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν his verbis: Febrium hæ quidem manu sunt mordaces, hæ vero mites: hæ autem non mordaces quidem, sed post insurgentes: aliæ vero acutæ, sed quæ manui succumbunt: aliæ sunt statim exardentes, quædam semper pusillæ siccæ, quædam salsuginosæ, quædam flatibus plenæ, aspectui graues, nonnullæ ad tactum humectæ, nonnullæ vehementer rubidæ, aliquæ vehementer pallidæ, aliæ liuidæ, & alia eiusmodi. His enim verbis præcipuas febrium differentias comprehendit. A caloris quidem substantia, vel eo quod calori maxime proprium est, alia δακνώδης mordax, alia πρᾶος mitis dicitur: illa quidem quod manum medici thoraci maxime impositam perpetuo mordet, hæc quod minus mordax sit. Siquidem omni & prope soli calori semper conuenit mordacem esse aut mitem. Ab eiusdem caloris motu, alia ἐπαναδιδοὺς, alia ἐξαὶς πυρετὸς increscens & acuta febris. illa quidem, cum calor initio minus mordax, postea manu diutius immorante, acrior & mordacior sentitur: hæc vero, cum initio acrior & mordacior, longiore manus mora mitescit, minusque mordet. A materia siue à subiecto caloris in quo ipse accenditur, alia ἐφήμερος, hoc est diaria, quam Hippocr. πεμφιγώδη, hoc est flatuosam appellat, quæ in spiritibus inflāmatis consistit, alia ἑκτικὴ, quam & ἐσθὴν ἰδίην πυρετὸν Hipp. videtur appellare, quæ in solidis partibus accensis est, alia νοσώδης siue humida, quæ est in subiecto humore, vel sanguine, vel pituita, vel bile vtraque. A propinquo febris seu potius materiæ febrilis accidente, scilicet colore, alia ἐξέρυθρος, hoc est rubens, cuiusmodi sanguinea est, vt synochi: alia ἐξωχρὸς siue pallida, vt quæ à multa bile flaua: alia πέλιος, id est liuida, vt quæ est à pituita, aut humore vsto. Quibus quidem differentijs etiam aliæ permultæ addi possunt. vt ab accidentibus quæ febris habet magis propria, διαλείπων καὶ συνεχὴς, intermittens & continua, & ex intermittentibus ἀμφημερινὸς, τεταρταῖος, quotidiana, tertiana, quartana siue vera, siue notha, siue simplex, siue complexa: ex continuis vero ἡμιτεταρταῖος, καυσώδης, κρυμώδης, τυφώδης, λοιμώδης, ἑλεώδης, ἠπίαλος, συνοχος: à parte affecta ἡπατικὸς, σπληνικὸς, πλευριτικὸς, συναγχικὸς, ἰκτερικὸς: à symptomate φρενιτικὸς, κωματώδης, καταφορικὸς, λιθαργικὸς. Diuidit quoq; febres quandoque Gal. per alias differentias, vt in eam quæ per se consistit & in symptomaticam: aliter in eam cuius causa adhuc est febre facta, vt putridam, & in eam cuius causa iam desijt febre excitata, vt diariam & hecticam: aliter in eam quæ est ἐν ἕξει, seu ἕκτικλω, quæ facile soluitur, vt diariam & putridas biliosas, & hecticā incipientem, & in eam quæ ἐν ἕξει siue ἑκτικὴ dicitur, quæ difficillime soluitur, vt putridam pituitosam & hac magis melancholicam, & omnium maxime hecticam iam absolutam & μαρασμώδη. In qua quidem diuisione hecticæ nomen latius patet, quam vbi contra diariam & putridam diuiditur. Sed de hac & reliquis pariter febrium differentijs seorsum agitur suis locis. Verum ex omnibus medici eas maxime persequuntur quæ sumuntur ab ipso caloris subiecto, vt dictum est, triplici, quod tribus his nominibus designauit Hippocrates, vocans continentia, contenta & impetum facientia: febris enim omnis in aliquo horum trium accenso consistit, & alias ex alio incipit, & ab vno profecta sæpe alia duo inuadit: sæpe vero tria hæc febrium genera, vt in hecticis, sæpissime duo, vt in putridis simul miscentur. Nulla enim fere hectica est, in qua & humo-

res & ſpiritus ſimul accenſi non ſint: nullaque omnino putrida, quin & ſpirituum inducat inflammationem. Verum nomen accipit febris fere ab eo quod primum incenſum eſt, vt accenſis primum humoribus putrida dicitur, & accenſis principio ſolidis partibus, hectica. Ita ſe habet de diaria. Interdum tamen vbi tranſitus fit de miti in magnam, inſignioris nomen alterius appellationem inducit: vt dum diaria tranſit in putridam, etiam ſi in hac ſpiritus maneant incenſi, tamen ſolum putrida nominatur. Quod ſi putrida tranſit in hecticam, hectica dicitur, niſi etiam putredo adhuc perſeueret. Tunc enim quia ambæ ſunt inſignes & periculoſæ, vtriuſque nomen retinetur. Ob id Galenus li. 10. methodi ſcribit ſe hecticã cum putrida complicatã deprehendiſſe. Cum autem admodũ variæ cauſæ ſint, externæ præſertim, à quibus febres accenduntur, omnes tamen ſummis quinque generibus comprehenduntur. Primum eſt vehemens motus tum corporis, vt labor & exercitatio: tum animi, vt cura, ira, mœror, & eorum ſimiliter quies immodica. Secundum putrefactio, ſeu à calore externo & alieno in humore non diffluato corruptela. Tertium ſuppreſſio calidi effluuij, ſeu fuliginoſi excrementi. Quartum contactus externi caloris, vt ignis, ſolis, aut corporis febrientis. Quintum vero permiſtio calidæ ſubſtantiæ, vt alimentorum acrium, ſalſorum vel malignorum. Siquidem à cauſa earum aliqua tum febres omnes, tum maxime diariæ excitantur.

» Sed & πυρετῖς, hoc eſt, febribus afflictari, aut » moleſtari antiqui dicebant illos, qui abſque in- » flammatione, vel abceſſũ, vel dolore, vel Erysi- » pelate, vel abſque aliquo membro præcipue af- » fecto ægrotabant: Quod ſi vel propter lateris » inflammationem, vel pulmonis, vel partis al- » terius febricitarent, non febricitantes ipſos, ſed » pleuriticos aut peripneumonicos vel hepaticos, » vel lienoſos nominabant ait Galen. in aphor. » 74. libr. 4. Sed & interdum κατ' ἀπόφασιν πυρετὸς » vocatur rigor & horror, ſeu horridus rigor vt » tradunt nonnulli.

Πυρετικὸν νόσημα. morbus febrilis, Galen. ad aphor. » 66. lib. Dum, inquit, in febribus dicit Hippo- » crat. morbos febriles, intelligit quando febres » ipſæ ſunt paſſio, non vero ſymptoma partis ali- » cuius quæ aliquo dictorum affectuum laboret.

Πυρετὸς χειμερινός. febris hiemalis, eam appellant » ſimpliciter & abſolute quidam quæ in hieme » fit, alij vero eam quæ hiemi peculiaris ſit, ea » autem ex pituita eſt, velut æſtiua ex ipſa bile, » authore Galen. comment. 4. de victu acut. tex- » tu 61.

Πυρετώδης. Θερμὸς, apud Hippocr. vt κοιλία πυρετώδης, ἢ θερμοτάτη, hoc eſt, venter febriculoſus, is qui calidiſſimus eſt.

» Πυρετώδης ἢ σφυγμὸς ἕλκος. vide ἕλκος.

» Πυρετώδης πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Πύρεξις. eſt ipſum πάθος τῦ πυρέσσοντος, ſeu πύρετος, fe- » bris ipſa.

Πυρὴν. ſic dicitur ſpecilli pars altera minor, in nuclei modum rotunda, quam chirurgi ad vſus diuerſos adhibẽt. vide μώλη. Significat etiam apud Hippocratem τὸν χόνδρον, hoc eſt, granum, dicturq; de thure, vt annotat Galenus ἐν τῷ γλώσσαις.

» Πυρὴν. etiã dicitur in pomo quod ligneũ oſſeum- » que eſt, id eſt, nucleus apud Dioſcor. lib. c. 152. Apud Gal. περὶ τρόπ. lib. 6. ἐρέβινθοι, hoc eſt, nu- » clei nucis pineæ πυρῆνες vocantur, eſtque illud « quod edimus ex ſtrobilo; hunc vſum vocis (πυ- « ρὴν) probat eſſe antiquum Athenæus lib. 1. alla- « to Herodoti loco; ſed vſitatiore ſignificatione « πυρὴν in oliua, maloque punico, nucleus dici ſo- « let, in vua τὸ γίγαρτον apud Ariſtotelem, proble- « matum ſectione 20. probl. 24. Indeque appel- « lantur ἀπύρηνα quæ huiuſmodi oſſe carẽt, atque « per tranſlationem apud Athenæum dicitur an- « guilla, ἀπύρηνος ἰχθὺς vocante authore πυρῆνα τὴν « ὀστώδη ἰχθυοκόλλαν ἀκανθαν ait Euſtath. Similimum « apud Latinos in voce (nucleus) obſeruari po- « teſt. Sed & præterea apud Gal. alliorum quo- « que ſegmenta πυρῆνες vocari traduntur.

Πυρηνοειδὴς ἀπόφυσις. eſt proceſſus ſecundi ſpondyli ceruicis, altus, durus, ſolidus, è ſuperiori interna mediaque eius ſede erumpens, ſurſumque ſpectans. Eſt autem ſecundo ſpondylo proprius. Per eum cum primo ſpondylo & cum occipitis cauitate inter ſuas apophyſes χονδροειδεῖς per diarthroſim iungitur, & valido quodam rotundoque ligamento occipiti alligatur, eique locum cui apte & tuto affirmetur & ſtabiliatur præbet ſpondylus primus, ipſe quoque ligamentum quoddam tranſuerſum producens, quod illi apophyſi intus iniicitur. Subit enim hic proceſſus in cauitatem primi ſpondyli. Ab eo caput inflecti & extendi, quod ἐπινεύειν καὶ ἀνανεύειν Græci dicunt, Galenus exiſtimauit. Sic dictus eſt à nuclei ſimilitudine: alij à nuce pinea κωνοειδῆ vocarunt. Hippocr. ὀδόντα appellauit: alij vero ὀδοντοειδῆ.

Πυεία ἡ

Πυείαμα. fotus. fomentum. Id dicitur quod corpori admotum, ipſum quouis modo excalfacit. Generalis hæc quidem ſignificatio eſt, ſecundum quam & ipſa cucurbitula affixa, & vapor per arundinem exceptus in fomentorum genere continentur, vt patet ex Apollonij verbis, quæ lib. 3. περὶ κρ. τόπ. Galenus recitat ad aurium dolorem. Dicitur enim πυεία ἀπὸ τῦ πυέειν. Sunt autem fomentorum multiplices differentiæ: alia humida, alia ſicca ſunt, vel ex vtriſq; miſta. Humida vel actu vel poteſtate dicuntur: conueniunt phlegmonis quæ à bilioſiore ſucco factæ ſunt. Sicca ſimiliter vel actu eiuſmodi ſunt, vel facultate: phlegmonis opitulantur quas tenuis & aquoſus sãguis excitauit. Omnia calida ſunt, nulla frigida. Proinde fomentum omne cutem rarefacit & facile tranſpirabilem reddit, ſanguinemque in inflammationibus attenuat atque diſcutit. Alia præterea mordentia ſunt, alia morſu carentia, vel ex ijs miſta. Illa extenuant, proſuntque craſſis & viſcoſis humoribus, hæc vero acribus & mordacibus. Quoniam vero fomenta calore ſuo foras humores attrahunt, idcirco non ante totius corporis vacuationem illis vtendum eſt. Nam quæ redundant in corpore ſuperflua, eorum vſu trahentur potius in partem affectam quam diſcutiantur. Cæterum fomentorum materia varia eſt, & modis varijs adhiberi poteſt, per ſpongiam, per linteum, per pannos, per vtrem, per veſicam, per vas æneum, vel teſtaceum, per cucurbitam, per ollam, per arundinem: quorum exempla paſſim apud Galenum occurrunt.

Πυεία. etiam appellatur ſudatio ſicca, vel aſſa « ſudatio vt vocat Celſ. vt quando ſili ces aut «

» ferri frusta candefacta in vaporarium inferuntur
» ad ciendum sudorem, Gal. in exeg. Sic dicitur
» & ipsum vas Caldarium quo excalfacto sudor
» cietur vt apud Athenæum lib. 5. atque hoc mo-
» do idem fuerit quod πνειατήειον.

Πνείας. significat apud Hipp. τὸν διαπύησις κόχλακας ἢ ῥύμματα διακαῆ ἀπὸ σκευέος σιδήρου: hoc est, ingnitos silices, aut frusta ardētia quæ ex ferri scoria decussa sint: vt scribit Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις.

» Hæc enim aut similia quædam in vaporarium
» solebant deportari, vt quibusdam adhuc moris
» est ad sudorem eliciendum, qui modus est alius
» de sudationis quam qui vulgo erat in balneis.

Πνειατήειον. locus dicitur in quo πνειῶνται, seu testu-
» do vnde vapor siccus egreditur ad sudorem ciē-
» dum, corporibus interim in vicina tabula exu-
» datoria prostratis & illum excipientibus; Plin.
» cellam caldariam vocat, Celsus Laconicum, Vi-
» truuius Caldarium. Aristoteles problem. sect. 2.
» probl. 29. Aet. lib. 9. c. 28. meminere τῶ πνειατη-
» είων φακωτῶν, id est, vaporariorum lenticulato-
» rum, quæ scilicet in modum lentis efformata es-
» sent: vide φακωτὸν. Est & aliud genus πνειατηείων
» ξηρῶν ab Aetio serm. 10. c. 18. proditum, vbi in cu-
» ra ictericorum exudationes, & ad solem & in
» balneis & ad pyriateria sicca probat, cum nitri
» & fæcis vini insperſione: vocatur idem genus
» etiam ὅλος ξηρὸς, à Celso vt diximus Laconicū,
» quod Laconibus siue Spartanis in vsu fuerit; de
» quibus consule Dionem libr. 53. aliud autem
» est ὑπόκαυστον siue ὑποκαυστὸς.

Πνειατὸν. Græcis medicis non solum Galeni ætate,
» sed etiam ante Celsum dictæ sunt reliquiæ ab
« igne exemptæ, siue lignorum siue testarum hæ
» partes essent, quæ extinctæ & pannis inuolutæ
» fomenti gratia adhibebantur, vt & titiones &
» lateres apud Celsum legi possint ex πνειατοῖς
» conuersi.

Πνειατὸν ὦ

Πνεόφθορον γάλα. dicebatur à veteribus, vt scribit Aetius, lac quod postea πεφθόγαλα appellatum est. quod scilicet calido cinere calfactum, citra coagulum statim concrescit. additur autem mel, quod alias ægre concoquatur & tardius trāseat, succumque gignat crassiorem. Apud Gal. lib. 3. de alim. facult. πνείσεως legitur pro eodem.

» De eo vide γάλα, vbi lactis differentiæ omnes
» explicantur: Sed pro πνειατὸν, etiam πνείατος le-
» gitur apud Aet. lib. 2. c. 99.

Πνεὸν. suffitus, apud Hippocrat.

Πνείκωσιν. emplastri nomen ad indueendam cicatricem comparati, apud Gal. lib. 2. τῶ κατ' ἰλύν.

Πνεικωσὸν. ambustus. Is dicitur, inquit Gal. lib. 1. τῶ κατ' ἰλύν, qui in aqua feruenti vstus fuerit. prodeūt primum bullæ; deinde phlegmone & vlcus nisi lenibus emplastris & sine morsu exiccantibus nec calidis nec frigidis, sed temperatis protinus succurratur.

» Pro πνείκωσι vero dicuntur & πνεικωτὸ apud
» Paul. Sed & quacumque de causa & quâuis re
» quiuis aduratur, is πνείκωσις vocatur.

Πνεικώδη νοσήματα. apud Platonem in Timæo vertit Ficinus, vrentes & edaces morbos, quales à bile intus cohibita oriri scribit.

Πνεῖον nomen emplastri ad duritias & scirrhos, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 17. πνεῖαν à quibusdam dici πρὸ ἐξυάκαιναν, author est Dioscor. lib. 1.

Πνειτας. etiam ab Hippocr. dici grana thuris scribit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Πνείτης. significat quidem lapidem omnem à quo ignis chalybe excuti potest. sic tamen dicitur κατ' ἐξοχὴν certum quoddam genus lapidis quod in omnium fere metallorum fodinis genere & colore diuersum reperitur. Nam eius metalli magna ex parte colorem præ se fert, quod plurimum intra se continet. Præfertur quidē à Dioscoride qui æri similis est & à quo æs conflatur; plærumque tamen aureis argenteisque venulis aspersus est, quōd nō modo æs, sed aurum etiam & argentum intra se habeat. Continet aliquando & plumbum & ferrum & alia quædam metalla, modo plura, modo pauciora, in quæ facilè per coctionem resoluitur. Reperitur tamen interdum sterilis, & nihil aliud quam lapis. Inuenitur & pyrites in medio soryos & melanteriæ veluti nucleus quidam, ab ijs vndique comprehensus. Hic pyrites ærosus atque etiam chalcites dicitur. Commendatur pyrites in medicina, tum crudus, tum coctus. Cremandi rationem Dioscorides explicauit, scribens sic crematum à quibusdam διφυγὲς appellari. Vocatur pyrites quasi igniarius lapis, quod ad chalybem allisus scintillas statim edat. Officinæ cum Arabibus Marchesitam vocant.

In scirrorum curatione Galen. pyrite lapide «
vtitur, oportet, inquit, eum cū igne excanduerit «
aceto acerrimo aspergere, ac deinde super lapi- «
dem admouere partem affectam, vt à vapore «
sursum lato schirrus dissoluatur, huius lapidis «
defectu molari lapide vtendum docet Galen. 2. «
ad Glauc. c. 4. «

Πνειφλεγὴς. dicitur homo qui valde calet, vel qui febre ignea & ardente flagrat, vsurpatur hoc nomen ab Hipp. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, sect. 4.

Πυρὸς. triticum. quid sit notum est. Calfacit primo ordine, inter siccantia & humectantia medium est: habet etiam quiddam glutinosum & obstructorium. Elixum coctu difficile est & inflat, concoctum autem alimentum præbet valentissimum, ceditque in panificia maleficiorum supra dictorum expers, si fermenti salisque modicum habuerit.

Πυρσακίνη. dicitur à quibusdam ἡ χαμελαία, vt habetur apud Dioscoridem. quanquam non recte ἡ χαμελαία, sed potius ἡ θυμελαία sic appellatur, vt doctis placet. nec enim dubium est ab vrendi facultate sic dici, quasi ignis stipulam. si quidem ἡ θυμελαία egregie vrit.

Πυῤῥὸν. rufum. sic dicitur quod ad flauum proxime accedit, sed tamen eo albidius est: flauum enim magis ad splendidum vergit. Itaque bilis quæ albidiorque est, rufa: quæ vero splendens puraque est, flaua dicitur. Quod enim in bile veluti igneum splendet, eam reddit flauiorem. Quanto vero flauo rufum est albidius, tanto pallidum illo. Quanto rursus minus album est flauum quam rufum, tanto rubicundum flauo. Est igitur rufum colore medium inter flauum & pallidum, sicut pallidum medium est inter flauum & album, quemadmodum postea dicemus in dictione ὠχρὸν.

Denique πυῤῥὸν Hippocr. & Galeno omnes co- «
lores complectitur qui intra pallidum & fuluum «
aliquid albi & rubri admixtum habent, excepto «
cinereo. «

Πυτία. coagulum. Est lac caseosum in ventriculo animalium lactentium concretum. Coagulum

enim, vt inquit Aristoteles, lactis substantia est. quippe quod in eorum ventriculo quæ adhuc lactent, contineatur. Est ergo coagulum lac ignem habens intra sese, quod cum animalis calore concoqueretur, caseum traxerit. Proinde omne acre est & digerentis potentiæ, atque etiam exiccat. Aristoteles himuli coagulũ, Galenus leporis omnium esse præstantissimum asserit. Creditur omne coagulum sistere sanguinis profluuium, & quo vetustius coagulum fuerit, eo præstantius tali profluuio mederi: ad reiectiones tamen sanguinis è thorace coagulum adhibere Galen. semper reformidauit, propter eius acrimoniam. Aristoteles lib. 3. de hist. animalium, πυτίαν appellat.

» Cæterum reperitur etiam πτύα transpositis vo-
» calibus, sed hanc scripturam veram esse ostendit
» Alphabetica series apud Paulum in simplicum
» enumeratione; itemque apud Hesych. Apud
» Suidam tamen suo item loco inuenio πυτύα, quæ
» scriptura ad originem vocabuli proprius acce-
» dit, Hesychius enim quasi πυτίαν dicit vult παρὰ
» τὸ πύσσειν à coagulando.
» Πυῶδες ἕρπης. vide ἕρπης.
» Πυῶδες ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Πύωσις. idem quod ὄνυξ, vt scribit author Diffinitionum Medicarum. est autem puris collectio in nigro oculi cum phlegmone iuxtà iridem. Verum Aetius paulo aliter. Nam cum πύωσιν oculi affectum esse statuat, in quo pus collectum sit, distinguit tamen in duas species ὄνυχα & ὑπόπυον: lib. 7. c. 30.

Πώγων. barba. pars est viri, eo iam perfecto in mente proueniens. Vna enim est ex ijs partibus quæ ὕστερα μόρια, hoc est, post genitæ partes, appellantur, quales sunt dentes & reliqui in corpore pili. Oritur autem non primis quidem annis, sed tardius, quum videlicet humores paulo calidiores & sicciores esse incipiunt. Est enim barbæ & pilorum reliquorum communis quidem generatio, nisi quod ad ortum barbæ humorem oportet esse calidiorem & sicciorem, ideoque omnium pilorum postrema prouenit, & in solis viris, quoniam mulieribus non tantum caloris & siccitatis inesse potest quantũ ad generationem barbæ expedit. Ea quanquam menti proprium temperamentum significet, ad eam tamen excitandã totius corporis temperies plurimum facit: hinc enim fit vt eunuchis nulla omnino sit, quod exectis testibus refrixerit totum corpus & humidius euaserit. Cæterum Græci in barba designanda varijs vsi sunt nominibus. πώγων quidẽ barba dicitur, quæ toto mento succrescit virilitatis ac roboris argumentum. προπωγώνιον barba anterior quæ progerminat ante inferiorem, quæ alio nomine ὑπηνήνιον dicitur, quod sub naribus nascatur. μύσαξ superioris labri barba est. quanquã sunt, vt ait Cœlius, qui eo nomine labrum designari putẽt. ὑπηνήν, vt idẽ author est, barba dicitur circa vtrumque labrum emergens. πάπος barbitium dicitur inferiori labro adnascens. χνῦς, lanugo, prima barbæ productio, vt scribit Didymus. ἴουλος prima genarum lanugo, quę per malas serpendo non aliter quam ἴουλος vermis se conuoluit: vocatur etiam ἰουδες.

Πώλυψ. dicitur Polluci σαρξ ῥινὶ ἐπιφυομένη μυξώδης » ὑγρὸν ἀφιεῖσα, ἐπιφράττουσα τὴν ἀναπνοήν. Caro nari- » bus adnascens, muscosum, humorem emittens, » & respirationem impediens. Idem quod πολύπους de quo supra.

Πῶμα. idem quod πῖμα potus. De quo supra; πῶμα « etiam dicitur palma Ægyptia, in medio maturi- « tatis vigore decerpta, Arabici myrobalani simi- « lis Dioscor. lib. 1. c. 149. «

Πωροκήλη. est ramex callosus siue tophus in testiculo aut in membrana erythroide concrescens, multum renitens, durus & inæqualis. His notis ab hydrocele & sarcocele distinguitur, vt scribit Paulus lib. 6. c. 63. «

Verum sub sarcocele intellectam esse à Ga- « leno porocelẽ verisimile est, ad quam & ab au- « thore introductorij c. 13. & 14. positam σταφυλὴν « reducere possumus. «

Πωρόμφαλον. tophi concretio in vmbilico.

Πώρωσις, & πῶρωμα. callosa durities vocatur à verbo πωρόω, ῶ, significante apud medicos solido, « ferumino inducto callo; & passiua voce ac si- « gnificatione πωρῶδες in ossibus dicitur quod in « alijs συμφυὲς, conferuere & consolidari vt Cel- « sus loquitur, seu solidari & coire obducto cal- « lo; inde sumpta metaphora πώρωσις καρδίας in sa- « cris, cum cor occalluit & contra monita obdu- « ruit vt Marci. c. 13. «

Πῶρος. callus. Est corpus durum, siccum, album, ossa fracta coniungens. Nam quoniam ossis fracti partes inter se coalescere nequeunt propter siccitatem, natura eas callo circa oras fracturæ concrescente, quasi vinculo quodam colligat. Est autem huius ortus ex alimenti fracti ossis excremento, in labris ipsius ossis concrescente. Dum autẽ singulæ fracti ossis partes suum proferunt, initio quidem cum adhuc viscosum molleque est, simul miscetur & vnitur, moraque temporis ab ipso osse proximo & contingente immutatum simile ossi euadit, hoc est durum, siccum atque album. Habet igitur callus hoc cum alijs partibus commune, quod ex materia fiat, & à natura generetur: non enim eum aliter ex nutrimento natura quam alias partes gignit: sed illi peculiare est quod ossi similis sit, os tamen non sit.

Πῶρος. etiã dicitur substantia quædam crassa, lenta, dura, quæ aliqua in parte præter naturam concreuit in modum calli, vt sæpe fit in articulis. & aliquando in pulmone: qui ab ossium callo differt, quod hic naturæ opus sit, & quodammodo secundum naturam sit, quod aliter pars restitui non potest: ille vero morbus sit (quem aliqui suo nomine πώρωσιν vocarunt) quippe qui præter naturam habeat tum causam tum generationem. Nascuntur huiusmodi calli & in oculis & in fistulis alijsque vlceribus atque etiam in cute, tollique medicamentis debent, cum calli ossium non modo gigni debeant, sed studiose etiam conseruari.

Πῶρος. tophus etiã est quale quid in calefactorijs « vasis reperitur, estque fæx subsidẽs in æneis vasis « in quibus aqua coquitur, quæ fæx insuper assata « minutissime teritur, & cerato rosaceo excipitur « ad emplastri compagem redacta ad veteri curan- « dos cancros vt refert Paul. lib. 3. c. 67. Hanc « autem fæcem πῶρον vocat lib. 7. c. 16. vbi ex col- « lyrio ex hydria, id est, vase aquario πῶρον τὸν ἐν « τοῖς θερμαντηρίοις ἀγγείοις ἐνεισκόμενον recipit, id est, « tophum qui in vasis calefactorijs reperitur; hoc « & ipsum Gal. l. 4. περὶ ὕλης. inter medicamẽta, ci- « tra mordacitatẽ siccantia recensẽt, quodautem « ita generari soleat tophus in æneis vasis, dum «

» aqua in ipsis coquitur, experientia quotidiana te-
» statur, & Gal. comment. 1. in 6. epidem. ad tex-
» tum (in renem dolor grauis, & comment. 3. in
» eundem libr. ad textum, post mictionem con-
» cretio pueris magis,) declarat eodem modo nas-
» ci in pueris tophaceum lapidem, quo extrinse-
cus, tum in aquis calidis naturalibus concrescere videmus, tũ in vasis in quibus aqua quotidie calefit, idem etiam facit 1. de aliment. vbi de pane loto agit.

Πωρωτικὰ. appellantur ea quæ callum gignunt siue alimenta siue medicamenta sint.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. P.

PA. quod aliqui ῥῆον, Latini Rhaponticum vocant, plãta quædam est radice insignis, nigra, centaurio magno simili, sed minore magisque rufa, fungosa, aliquantum læui, sine odore. Nomen habet ab amne qui Rha dicitur, in cuius ripis radix ea gignitur. Plæriq; eam cum rhabarbaro eandem esse crediderunt, inter quos est Ruellius: alij vero longe diuersam, vt Matthiolus, cui ego potius assentior.

» Hanc radicem Plin. Rhacomatis nomine
» describit lib. 27. cap. 12. Gal. & Paul. æque ac
» Dioscor. Rha seu Rheon appellant, ita dictam
» à Rha fluuio, cognomine supra Pontum & Bos-
» phorum Tanai vicino quoniam in illius super-
» cilijs ea gignebatur teste Ammiano Marcellino;
» alij quod è regionibus supra Pontum afferretur
» nomine composito Rhaponticum dixêre, Aet.
» ῥεὸν ποντικὸν seu ῥᾶον nominat; Actuarius & inter-
» dum Ægin. ῥίζαν ποντικὴν vti Cornel. Celsus Ra-
» dicem Ponticam; Sed & ijdem Ægin. & Actuar.
» itemque Nicol. Myrepsus, Rhei Barbari seu
» Barbarici nomine, eius ipsius interdum mentio-
» nem fecisse videntur, & tamen non desunt ex
» recentioribus primariæ notæ medicis, qui à
» Rhabarbarico nostro hodie vsitatissimo vete-
» rum Rhaponticum siue ῥῆον toto genere differre
» existimauerint, vt Mattheol. & Fusch. in para-
» doxis quibus potius assentior; Alij cum Rha-
» pontico Rhabarbarum nostrum idem esse cre-
» diderunt, inter quos est Ruell. atque Sarracenus
» qui specie tantum differre ac pro cœli natalis-
» que loci, aut etiam maturitatis discrimine, pon-
» dere, odore, colore sapore ac viribus euariare
» docent: Controuersiæ autem difficultas in eo
» sita videtur, quod Rhabarbaro nostro seu vul-
» gari ad subducendam aluum medici vtantur,
» quod vero veterum fuit, vt Plinij, Dioscor. Ga-
» leni & aliorum vetustiorum astringentis esse fa-
» cultatis perhibetur; Quod nostrum insuper alios
» à priori natales habeat, vt quod ex regionibus
meridionalibus ad nos deferatur non Aquilo-
naribus, vbi Bosphorus & Rha fluuius qui ra-
dici huic nomen dedit, existunt: Quod & nul-
lam cum Costo nigro vt antiquorum, similitu-
dinem nostrum habeat; denique quod vulgare
nostrum habeat odorem vehementem, vete-
rum autem plane sine odore sit; Præterea graui-
tatem in vulgari commendat Mesue, veteres
contra leuitatem, alia plura leges discrimina
apud citatos authores.

Ῥαβδοειδὴς ῥαφὴ. sutura recta capitis. vide ὀβελαία ῥαφὴ, cum qua eadem est.

Ῥαβδὸς. ramus peculiariter vero Palmæ Rami ῥαβδοὶ appellari traduntur: venæ etiam terræ in metallis ῥαβδοὶ appellantur apud Theophr. lib. 4. de caus. plantar. cap. 13.

Ῥαγάδες. fissuræ. sunt ani vlcuscula oblonga: dicuntur & rimæ, quibus ani musculus veluti proscissus est, non aliter quam labra quandoque & manus ex vehementi frigore. Fiunt plærumque ab acris humoris affluxu, interdum autem propter condylomatum inflammationem & distensionem rumpitur cutis, rimæque eiusmodi emergunt. dicuntur & à veteribus quibusdam ῥήξεις. Plinius fissa appellant.

Ῥαγάδια. Celsus vocat cum nimirum in ano cutis exciditur lib. 6. c. 18.

Ῥαγεῖσα. ἀθρόως ὁρμήσασα, hoc est, affatim & cum impetu erumpens, apud Hippocr. sicut Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις annotauit: à qua quidem significatione ἡ αἱμοῤῥαγία dicta est.

Ῥάγες. dicuntur, vt ait Ruffus, extremi digitorum fines, qui & κορυφαὶ vocantur.

Et Pollux lib. 2. idem cum Ruffo sentiens, ait esse extremitatem digitorum intro vergentem quæ rotundior est, & vbi pulpulæ teretes digitos terminant.

Ῥαγῆναι, Ῥαγεῖσαι, ῥαγέειν, & καταῤῥαγῆναι. voces sunt apud Hippoc. vsitatissimæ, & quarum sunt significationes variæ ac diuersæ: Quandoque enim de ruptione & fractura in rimas dicuntur, vt in Coac. de ossibus in occipitio derepente externa

» vi ruptis & concussis. Quandoque de aluo » semel multa exturbante, aut sanguine magno » impetu è naribus erumpente, inde enim nomen » ἀιμορῤῥαγίας est translatum; ῥαγεῖσα inquit Galen. » in exeg. διὸτ ποτὲ ἢ ἀθρόως ἐρμήσασα, cum dere- » pente impetus fit, qua ratione eruptiones ho- » rtium & aquarum dicimus; ita & ῥαγῆναι vsurpat » Hippocr. αὐτὶ τοῦ ἀθρόως ἐκκεχῦσθαι confertim eua- » cuari vt in eo aphor. γυναικὶ αἷμα ἐμέσῃ, ἢ κατα- » μηνίων ῥαγέντων λύσις, hoc est mulieri sanguinem » euomenti menstruis erumpentibus, solutio. fre- » quentius autem voces illæ abrumpere signifi- » cant, vt apud Hippocr. lib. de natura pueri de » fœtu iam iam nascituro & membranas abrum- » pente, vbi his est vsus vocibus; Vide & Galeni » comment. ad aphor. 1. l. 4. vbi fructus qui plan- » tis suis adhærescunt conferuntur cum puerulis » vtero comprehensis: illi grandiores facti vento- » rum sæpe excutiuntur impetu, ita siue mulier » animo siue corpore vehementius commouea- » tur, συμφύσεις ῥαδίως ἀποῤῥήγνυσθαι: idem hoc ver- » bum ῥαγῆναι vt & alia quamplurima dissimulan- » ter transtulit Aristoteles in sua, sic cap. 1. libr. 7. » de hist. animal. vsurpauit, declarans quo tempo- » re menstrua profundi solent.

Ῥαγοειδὴς χιτών. vuea tunica. Est oculi tunica cor- neæ subiecta & anteriore quidem oculi parte humorem ὑδατοειδῆ, posteriore vero tunicam ἀμ- φιβληστροειδῆ proxime comprehendens. Ducit originem ex tenui cerebri meninge, quæ vna cũ neruo optico ad oculi constructionem concur- rit: ex quo quidam etiam χοροειδῆ illam appella- runt. Dilatata enim & soluta tenuis illa meninx circulo ad oculum ambit, totaque sphærica est nisi vbi ad pupillæ locum accedit. Eo enim loco leniter comprimitur, atque media ea parte qua comprimitur, foramine rotũdo peruia est quod pupilla appellatur. Dicta est ῥαγοειδὴς quod vuæ folliculo, à quo pedunculus auulsus est, quam simillima sit. vt enim ille, ita hæc tunica parte sui anteriore leuiter compressa est, & in medio ad pupillã perforata. Habet vero & coloris cum vua similitudinem varijs interstincta coloribus cœruleo & viridi, quibus se defatigatus ocu- lus recrearet. Præterea vero acini vuæ læuita- tem externam, & asperitatem internam æmula- tur, vt eam medici recte illi comparasse videan- tur.

» Hæc & Pollucis ῥαγοειδὴς vocatur sed men- » dose vt opinor.

Ῥαδοειδὴς. καμπύλος, recuruus apud Hippocr. vt ex- plicat Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ῥαδὶς. qui cruribus est intortis, recuruis & contra- ctis: cui crura sunt introrsum obtorta. dicitur & ῥικὶς. Ei opponitur βλαισὸς.

» De vtroque vitio plura vide in nomine » βλαισοὶ.

Ῥαικηστάτου. Recentatum vinum, vide in voce οἶνος » vbi vinorum insigniores differentiæ explican- » tur.

Ῥάκος. apud medicos aliquando significat linteo- » lum, linteorum lacinias vertunt nonnulli, & la- » cerata linteola.

Ῥακῶδες, τὸ, quid dicatur explicat Gal. 2. ad Glau- » con. c. 8. vbi (inquit ille) ad abcessum perueniunt » tumores tarde sectii, fuerint autem ob medican- » tium imperitiam, aut eorum quibus medela ad- » hibetur, timiditatem, qui secari non patiuntur, » sed expectant vt longiori tempore cutis à pure rodatur, contingit sæpius vniuersam cutem à pure circa abcessum aggregato sufficienter ex- tenuari, instar τῶν ῥάκων, id est laceræ vestis vnde & illi nomen ῥακῶδες à medicis inditum puto, hæc ille; hinc & κόλπου sinus ῥακώδης appellantur, id est attriti, qui tenuem & attritam cutim in- cumbentem habent, quale est linteolum de- tritum.

Ῥάκωμα. sic dicitur Plinio τὸ ῥᾶ πονηκὸν.

Ῥάκωσις. apud Paul. Ægin. lib. 6. cap. 67. & autho- rem Definitionum Medicarum dicitur multa scroti extensio, seu laxata scroti cutis sine inte- rioribus ipsius particulis, vitium maxime inde- corum inquit Paulus cuique adhibendam ope chirurgica medelam eo loci docet.

Ῥάμμα. acia: Hippoc. appellat id quod vna cum acu traijcitur, siue linum sit, siue lana, siue quippiam aliud huiusmodi: vt explicat Galen, comment. 2. εἰς τὸ κτ' ἰητρεῖον.

Sic Galen. loco cit. t. 7. ῥάμμα definit filum per acus foramen traiectum, quo vel partes cor- poris dissectas inter se committere, vel caput fasciæ subiectis partibus assuere consueuimus.

Ῥάμνος. spina alba aut cerualis. frutex est ramos fe- rens rectos & aculeos in acutæ spinæ modum: folia parua, oblonga, suppinguia, tenera. Alte- rum ei genus candidius. Tertium nigrioribus la- tioribusque folijs constat, & quadamtenus ru- bentibus, cuius rami quinũm cubitorum longi- tudinem implent, spinosiores quidem, sed infir- mioribus minusque rigentibus aculeis. Fructum edit latum, candidum, tenuem follicularij spe- cie, verticillo similem. Siccat secundo, refrige- rat primo excessu. Galli burgam spinam appel- lant.

Cæterum pro voce (follicularij) quæ hîc habetur videtur legendum (folliculari) cum Plin. lib. 24. cap. 14. eam ferre dicat veluti folli- culos.

Ῥάμφος. in auibus appellatur quod in homine τὸ πρό- σωπον inquit Pollux.

Ῥαντῆρες. sic à quibusdam dicti sunt oculorum an- guli naso proximi & maiores, quos aliqui etiam πλατὺς vocarũt, quod lachrymę ab his maxime stil- lent. ijs oppositos angulos, qui scilicet ad tem- pora spectant, παρωπίδας nuncupant.

Ῥᾷον. ἑτοιμότερον ἢ εὐχερέστερον, hoc est paratius & fa- cilius, apud Hippocr. nonnulli tamen εὐφορώτερον interpretati sunt, hoc est, quod facilius fertur & toleratur.

Ῥαπίον. ab aliquibus λεοντοπέτηλον dicitur.

Ῥάπιον. sic dici Gal. ait l. 2. de facult. alimentorum c. 39. in sua regione vernacula appellatione ἀγρίαν ῥαφανίδα.

Ῥαπόντικον. vide Ῥᾶ.

Ῥάπυς. napus, qui βουνιὰς dicitur. scribitur & ῥάφυς. Vide infra ῥάφυς.

Ῥαφανίλαιον. Rhaphaninum oleum vocatur.

Ῥαφανῖδὸν κάταγμα. fractura raphani modo facta. sic dicitur, vt ait Paulus, quæ fit oblique secundum crassitiem ossis: quam idem & σκινδὸν & κυλινδὸν κάταγμα vocari à quibusdam scribit, ex similitu- dine fractorum cucumerũ & cauliculorum. Vi- detur tamen Gal. τὸ ῥαφανῖδὸν ἀπὸ τοῦ κυλινδὸν di- stinguere lib. 6. meth. med.

Ῥαφανὶς. sic dictum est alterum genus iridis Illyri- cæ, inquit Plinius, à similitudine radicis. Quæ cum sit etiam cum astragali radice eadem, ideo ἀστραγαλὶς pariter dicta est.

Ῥάφανος, seu ῥαφανὶς. (sed hoc atticæ, illud linguæ
» communis esse censetur) radix siue radicula, sic
» enim interpretatur Gaza in problem. Aristotelis
» sect. 9. quæst. 6. quum tamen radicula Plinio
» alia sit herba, videlicet lanaria, Græcorum σφό-
» νον, vt annotat V. L. Vox autem ῥαφάνου vt au-
» thor est M. Varro è Græcia venit in Latium,
» cum veteres Græci radicem dixerint quam nunc
» raphanum, nisi quis arbitretur forsitan radicis
» nomen sibi arrogasse quod cæteras amplitudine
» corporis superet, vel quam paucissimis magni-
» tudine cedat: Author nomine radiculæ syluе-
» strem maxime intelligi ait quam Romani ar-
» moraciam vocant, atque eius folia satiuæ simi-
» lia esse, sed magis lapsanam imitari; Radicem au-
» tem ipsam gracilem teneram & subacrem esse,
» tam folium quam radicem in olera recipi, sed
» hanc calefacere excessu tertio, siccare secundo.
» Quamuis autem sic tota planta appelletur Dios-
» corides tamen author est sic eius radicem à Græ-
» cis vocari: Verum ne quempiam nomenclatura
» remoretur, attendendum est apud Atticos &
» plerosque antiquiores Græcos, vt ex Apollodo-
» ro Carystio docet Athenæus lib. 1. vocem ῥα-
» φάνου pro brassica vsurpari, sic Aristoteles libr. 5.
» de hist. animal. ῥάφανος (inquit) ἴσν κραυῦσι πολὺ
» κράμβης: Idem Pollux libr. 6. idem & Theophr.
» non vno in loco, vnde Plinio erroris ansa, qui va-
» rijs in locis raphanum cum brassica confundit
» raphano tribuens quę veteres illi de brassica pro-
» didere, vt & lib. 19. c. 15. napis tribuit quæ Theo-
» phr. 7. hist. c. 4. περὶ ῥαφανίδων hoc est de raphanis
» dixit. vt & lib. 19. cap. 8. quę ille habet de rapha-
» no transsumpsit ex lib. 4. hist. Theophr. vbi ra-
» phanum ille quoque nominat, sed ita vt brassicã
» intelligat, sicut etiam Theodorus Gaza inter-
» pretatur: Quamquam autem apud antiquiores
» κράμβην, id est, brassicam significat ῥάφανος, poste-
» riores tamen tum Græci tum Latini radicem
» quæ comeditur per raphanum intelligunt quam
» Celsus radiculam appellat, Galli reforth. de-
» mum & raphanum à brassica diuersum etiam
» facit Palladius lib. 9. cap. 5. dum inquit rapha-
» num sicut & brassicam esse vitibus inimicam;
» hæc autem τὸ ῥαφάνου vsurpatio pro brassica tem-
» pore Galeni desijt, vt ipse scribit 2. de alim. fa-
» cult. ῥαφάνου denique vox ἀπὸ τοῦ ῥᾶ φαίνειν, quod
» facile appareat sibi appellationem asciuit, nam
» die tertio à satu prosilit.

Ῥάφανος ἀγρία. sic dicta est à quibusdam herba quæ alio nomine ἄπιος vocatur, vt Plinius author est.

Ῥάφυς. napus, qui βουνιὰς dicitur. scribitur & ῥάπυς.
» Nobis vulgo naueau vel nauet: Sunt qui
» napum ῥάφυν confundant cum rapa siue rapum,
» quod Galeno γογγύλη siue γογγυλὶς est Gall. raue.
» sic enim Athen. l. 9. γογγυλίδα ἄῤῥενα apud Theo-
» phr. napum intelligit qui βουνιὰς est Dioſco-
» ridi.

Ῥαφὴ. sutura, est species συναρθρώσεως. Est autem os-
sium compositio quædam consutis rebus simi-
lis, vt in capitis ossibus habetur, eam nonnulli
volentes explicare, definiunt esse συμπλοκὴν ser-
ratam, id est, similem coniunctioni serrarum sese
mutuo contrario occursu ingredientium, cum
scilicet dentatæ vnius partes, in crenas alterius
inseruntur. Alij vero definiunt esse compagem
ossium ad vnguem factã, vt hîc similem ossium
compositionem intelligamus, quæ & aliarum
rerum est, quæ in vnguem committi dicuntur:
cum scilicet gibbæ partes ad vnguium figuram
structæ, sinus sibi idoneos subeunt. Talis qui-
dem iuncturæ ratio in vnguibus & digitis & pe-
ctinum dentibus inuicem implexis apparet. Ta-
lem etiam fabri lignarij omnium firmissimam
ac tutissimam quotidie nobis repræsentant, &
in caudam hirundinum factam lignorum com-
missuram appellant, qua ligni tuberculum pau-
latim latescens, hirundinis volantis caudæ mo-
do, in idoneam & æqualem sibi cauitatem etiam
paulatim latescentem arctissime & firmissime
inseritur. Non est tamen compago hæc ad su-
turæ rationem semper necessaria, sed per har-
moniam facta synthesis ῥαφὴ dicta est à recentio-
ribus anatomicis. Neque enim craniorum om-
nium suturas omnes serratis exacte compagibus
similiter constructas deprehendes, sed aliquan-
do in ipsa ossium syntaxi cernere est, alteri qui-
dem cranio suturam inesse, alteri harmoniam.
Ac cum ossa eiusmodi nonnulla à Galeno, vt ip-
se lib. de ossibus prodidit, per sæpe frangerentur,
imo ita sese ingredientia inuenit, vt illorum com-
positio suturæ potius similis esset quam harmo-
niæ. Ob idque eas omnes suturas appellare ne-
mini verendum est. Sunt autem cranij suturæ
numero septem: Quarum quidem tres proprie
vereque suturæ appellãtur, στεφανιαία, λαμβδοειδὴς,
ἐθμοειδὴς, suntque cranio peculiares, nec vlli alteri
ossi communes. Duæ vero supra aures sitæ non
veræ quidem suturæ, ideóque παρασυμβλήματα λα-
μβδοειδοῦς appellatæ solius etiam cranij proprię.
Aliæ vero duæ cum ossibus genæ superioris &
osse sphenoide communes sunt, quas non legi
proprio aliquo nomine à veteribus nuncupatas
fuisse. De illis vide suis locis, & in dictione
κρανίον.

Ῥαφὴ. τοῦ κεντείου. hoc est subula, apud Hippocra-
tem, qua istarum rerum artifices quippiam per-
forantes, foramina lini traiectioni apta efficiunt:
vt explicat Galenus ἐν τῇ τῶν γλώσσης. vbi tamen
quidam codices habent ῥαφίδι.

Ῥάχητον. dicitur Polluci τὸ μέσον τῆς ῥάχεως.

Ῥάχις. spina. Est spondylorũ viginti quatuor à sum-
ma ceruice ad imos vsque lumbos structura, eri-
gendo curuandoque corpori conueniens. Sic
dici quibusdam placet, quod spondyli parte po-
steriore sunt τετραχυμμένοι, id est spinosi & asperi.
Nec nomen est apud Latinos quod ῥάχιν pro-
prie significet. Quamuis enim spina dici possit,
spinæ tamen nomine aliud quiddam significa-
tur, spondylorum scilicet apophysis transuersa
& obliqua. Continet igitur ῥάχις totum id spa-
tium quod à summa ceruice ad sacrum vsque
os interiacet, atque in treis partes diuiditur, cer-
uicem, dorsum, lumbos. Quorum ceruix qui-
dem spondylis septem, dorsum duodecim, lum-
bi vero quinque constant. Sic os sacrum non
censetur inter partes τῆς ῥάχεως, quod spondylos
non habeat solutos in modum superiorum,
etiamsi coctione multa laxari & dissolui possunt,
sed potius sit totius ῥάχεως basis & fundamen-
tum. Nec tamen absurdum fuerit id inter eius
partes comprehendere. Est autem ῥάχις instar
carinæ curua, qua parte maxime vẽtriculus situs
est, cui veluti loco cedit: quanquam non huius
modo causa, sed vt flecti corpus commodius
possit, curua facta est, & pluribus vertebris po-
tius quã vna aut paucioribus donata. Est etiam

tota caua & plena medulla (σωλὴν ἱερὸς is meatus appellatur, & ab Herophilo σωλὴν, hoc est canalis) eiusdem cum ipso cerebro naturæ, atque ab ea per vertebrarum foramina permulta neruorum paria proficiscuntur, & in vniuersum corpus abeunt. Significat autem etiam ῥάχις, vt ante diximus, præter hanc vniuersam spondylorum σύνταξιν, particulatim apophyses singulas posticas quæ vnicuique spondylo insunt, ἀκανθας alio nomine dictas. Appellatur etiam eodem nomine ea quæ in dorso est omoplatæ spina, iam inde à basi incipiens, sed primum humilis & depressa, deinde sensim elatior facta & amplior, donec desinat in acromium. Id quod declarat Galenus scribens ad hunc modum lib. 13. de vsu partium, καὶ ῥάχιν ἰδίαν ἑκατέρᾳ τῶν ὠμοπλατῶν ἀπέφυσεν. hoc est, & spinam propriam vtrique scapularum attribuit. vbi non simpliciter ῥάχιν vtrique omoplatæ tribuit, sed propriam adiecit. Cui etiam adstipulatur Rufus libello de partium hominis nomenclatura scribens, ὠμοπλάτας, τὰ ὀπισθίωμα τοῦ νώτου πλατέα ὀστᾶ· ὧν ἡ διὰ μέσου ὑπερέχουσα, ῥάχις. hoc est, scapulæ dicuntur ossa lata quę dorso adiacent: spina autem, ea quæ per medium supereminet.

Sciendum est autem alijs etiam nonnullis animalibus tribui ῥάχιν, nam Xenophon sæpe vtitur pro dorso equi & lumbis teste Budæo; addit & ex Polluce ῥάχιν & ὀσφὺν idē esse in equo: Habet & in homine nasus suam ῥάχιν, in quo dicitur osseum id quod vtrimque quasi recedit ad genas teste Polluc. lib. 2. Sed & ad alia multa vox ea transfertur, sic de porrecta montis longitudine vsurpauit Strabo referente Budæo; Sic & Latini dorsum monti dederunt, nosque itidem dicimus *la coste d'vne montagne*: Sic & Homerus de mari νῶτα θαλάσσης, affertur & de dorso tetræ dictum; Quin etiam folio tribui legimus, sic hederam media folij parte habere inquit Theoph. libr. 3. cap. vlt. ὥσπερ ῥάχιν λεπτὴν spinam prætenuem, & à Dioscor. lib. 2. ca. 217. similiter vsurpatur: Porro à voce ῥάχις factum ῥαχίζειν, id est, τὸ κόπτειν apud Polluc. lib. 2. & ῥαχετεύσαι, τὸ διακόψαι. Ράχιν autem sic dictam volunt à ῥώσιν ἀπὸ τῆς ῥήξεως εἶναι καὶ διαχρίνειν τὰ δέξια μέρη ἀπὸ τῶν εὐωνύμων, inquit Apollodorus apud ethymol. alij ῥάχιν dictam volunt ab excurrentibus rupibus in mare quæ sunt ῥαχίαι, quod circum illas fluctus collidantur inquit Camerar. quæ desumpsit ex Scholiast. Thucid.

Ῥαχῖται. musculi dicuntur toti spinæ superiecti. Illi enim, vt annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, vniuersis costarum cōmissuris in toto thorace superiniecti sunt à posteriori parte, nihil relinquentes quod non contegant, sed omnes costarum radices & vertebrarum processus quià lateribus sunt, adhæc quod inter ipsas radices est, complectuntur.

Ῥαχῖτις μυελὸς. vide μυελὸς ῥαχῖτις.

Ῥέβα, τὰ; idem quod τὰ κυλλὰ, de membris quæ distorta cum sint vara & manca appellantur, vide Galen. comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον t. 31.

Ῥῖγος.

Ῥῖξις. nomina sunt fictitia quibus Hippocrates designat eum sonum & strepitum qui stertendo fit: vt scripsit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ῥῖνος εος, τὸ. dicitur membrum aut quæuis pars corporis, sed peculiariter de facie dicitur vt apud Apollon. Argonaut. 2. Item pro genis positum apud Sophoclem in Antigona: Totum etiam corpus ῥῖνος appellari notat Suidas.

Ῥῖμβος. πλάνη, aberratio, vt explicat Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις. Sic ῥῖμβει idem ibidem interpretatur πλανᾶται, errat.

Ῥεῦμα, siue ῥευματισμὸς. fluxiones dicuntur ex quacumque parte prodeant, & in quācumque incidant, eiusdemq; sunt cū catharro significationis, nisi quod ῥεύματος, id est, fluxionis appellatio cōmunior videtur atque generalior; est enim illa decursus cuiuslibet humoris aut excrementi in quamcumque partem incidat, καταῤῥους vero quando in os defluxerit excremētum à cerebro, vel in fauces authore Galen. vel quando non in fauces quidem, sed in pectus & thoracis partes interiores inciderit humor ex Arabum sententia: ῥευματισμὸς à Trallian. l. 8. cap. 7. simpliciter alui profluuium vocatur, inde & ῥευματικὴ δυσεντερία apud eundem lib. 8. cap. 8. appellatur quæ ex ventris profluuio excitatur, cuius ibidem notæ traduntur; & ῥευματισμὸς ὑστέρας vuluæ rheumatismus apud Paul. lib. 3. cap. 63. & quæ rheumatismo tentantur partes ῥευματιζόμενα μόρια dicuntur: Galen. comment. 1. in prognost. ῥεῦμα γαστρὸς de alui profluuio dixit, & in Definit. Medic. ῥεῦμα ὀφθαλμοῦ cum tenues humores sic ad oculum feruntur vt cohiberi non possint, sed præter voluntatem nostram fluant; ita & ῥύσις ῥευματιζομένη apud Dioscor. lib. 1. cap. 101. dicitur vel quæ fluxione tentatur, vel ex qua lotium paulatim guttatimue distillat. Cum autem nullus fere morbus sit in corpore humano qui non ex fluxione fiat, aut saltem fluxionem admissam non habeat, idcirco fluxionum naturam causas atque differentias medicus obseruare debet diligenter, de quibus hîc pauca occasione data adnectemus, quorum & iam meminimus in voce καταῤῥους. Notandum autem in primis est illas quæ fiunt flatuum aut vaporum cuiuscumque generis ex parte vna in aliam transmissiones, vt in epilepsia ex aura venenata sursum ascendente, aut per suffusiones ex consensu ventriculi, alioque similes morbos, fluxionis nomine non contineri; humor autem fluens varius est, atque pro eius varietate variæ etiam sunt fluxionum differētiæ, alia enim est bilioſa, alia pituitoſa, alia melancholica, alia sanguinea, quarum signa in particulari explicatione affectuum inde ortorum explicantur; fluit autem humor non solum per venas, arterias, ventres, aliasque patentes corporis partes, sed etiam per occultos insensilesque meatus, qualia sunt spatia quædam inania inter partes similares, atque inter cutem & carnē, qua sæpe humor in parte exteriore capitis parte contentus fluxionem facit in partes subiectas; denique pori quibus perfluit totum corpus, per hos enim etiam exiles natura robusta plerumque viam sibi molitur, quantumuis crassa natura existat, adeo vt per ossa etiam abcessum faciat, vt scripsit Galen. comment. in aphor. 54. li. 7. Causæ fluxionum multiplices sunt, aliquando enim sponte sua fluit materia, vel quādo copiosior est cumulata quam in parte contineri possit, vel colliquefacta & fusa calore solis, aeris, ignis, balnei, febris, vini generosi aut alterius rei calidæ assumptæ, motu & exercitatione, animi pathematis, hæc enim humores intus agitant & iactant vehementius, interdum vero fluit vt frigoris comprimentis, aut rei alicuius astringen-

» tis, & repellentis extrinsecus admotæ, & quod » omnium sæpissime fit robore expultricis facul- » tatis, ob quam fit vt quæ in corpore sunt robu- » stiores partes excrementa sua in vicinas partes » reponant, hæ rursum in proximas, & sic dein- » ceps, donec ad aliquam imbecillam seu morbo » seu natura particulam deuentum sit, quæ possit » in aliam transmittere sibi noxia; inter partes igi- » tur nostri corporis solæ quæ sunt imbecilliores » fluxionem suscipiunt, adeo vt idem in nobis fiat » quod in rebuspublicis, vbi, quicquid delirãt Re- » ges plectuntur Achiui: inter causas igitur fluxio- » nis non minimum locum habet partis imbecil- » litas quæcumque sit, vt in arthritide, pleuritide, » & alijs experiri licet; Propterea in cutem crebræ » fiunt fluxiones vt docet Gal. libr. de causis mor- » bor. quippe cum hæc nullius actionis, sed vsus » tantum gratia creata sit, vt multis locis docet » Galen. omniumque imbecillima natura existat, » non secus quam adenes, qui etiam promptissi- » me fluxiones suscipiunt ob suæ substantiæ laxi- » tatem; eadem ratione post adenes pulmo, reci- » piendæ fluxioni est idoneus, inquit, Galen. lib. de » curãdi rat. per sang. miss. deinde lien. Cerebrum autem aut perinde vt illa, aut etiam plus fluentes humores suscipit, sed hoc ipsi potius est quod constructionem habeat eijciendis ijs quæ accepit valde idoneam, propter ingentes ventriculos qui patentibus meatibus euacuantur. Est porro & aliud tertium causarum fluxionis genus quod attractione fit, quælibet enim pars, si caleat immoderatius, aut doleat, prompte humores ex alto ad se attrahit, vt à nobis fuse declaratum est in voce ἕλξις; trahunt etiam quæ sicca sunt immoderatius, quomodo Hippoc. lib. 4. de ratione vict. in acut. venas æstiuo tempore exsiccatas ad se trahere ait ex vniuerso corpore acres & biliosos ichores, fluxiones etiam non parum iuuat partis situs, fere enim sublimior pars in inferiorem sese exonerat, humoris grauitate coadiuuãte, nec tamen tantum superne deorsum ferri fluxiones credendum est, sed in omnes loci differentias, in quo ῥεῦμα ἀπὸ τῦ κατάῤῥου differt qui ex capite in subiectas tantum partes humoris de lapsus dicitur, vt autem fluxionum causæ melius intelligantur eas in subiecta tabula ante oculos proponere placuit.



Ἕλκωσις διάθεσις. dicitur cum totum corpus infir- » mum est. Principes vero partes licet etiam ipsis » parum insit sanguinis, grauantur tamen, eumque » ad carnosas partes protrudunt vt scripsit Galen. » eiusmodi affectum videre est in ijs qui arthritide detinentur cum tamen in partibus cæteris inculpata sint valetudine, ijs enim principes partes omnes cum valeant & robustæ sint excrementa omnia in articulos partes ignobiles & infirmas exonerant, Galen. lib. 2. ad Glauc. cap. 2. Quãdo

» (inquit) nulla causa præcedente membrum
» patitur phlegmonem, repente quæ hunc affe-
» ctum generat causa ῥεῦμα vocatur, ipsa vero pas-
» sio ῥευματικὴ διάθεσις.

Ῥηγῆσι. ῥήγματα, ῥήσματα. hoc est scissuris, fracturis, vt explicat Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ῥῆσμα. ruptum. ruptio. Est carnosæ partis solutio citra vulnerationem. Accidit musculis, perinde atque spasma neruis: vtrumque nullo cum vulnere. Nec tamen in musculis tantum, sed in venis etiam atque arterijs quidam τὰ ῥήσματα dici contendunt ex Galeno, de sanguinis reiectatione differente: vnam enim eius causam τὴν ῥῆξιν, hoc est rupturam vasis constituit, quam peculiari nomine Celsus l. 4. cap. 4. ῥησμοχασμὸν quasi hiantem rupturam vocauit. Omnis ex violento ictu vel graui casu, vel alio quopiam valente motu, vel ex distentione excitatur. Cum ecchymosi quidem omnino, aliquando vero & cum contusione circum ipsam præruptam carnem consistit.

Ῥῆσματίης. dicitur ab Hippocrate cui aliquid intus fractum est, quem idem etiam ῥησματίαν vocat, vt scribit Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ῥησμοχασμὸς. legitur apud Celsum l. 4. c. 4. vbi causas sputi sanguinis recenset. Galenus & reliqui medici ῥῆξιν simpliciter dixerunt. ex quo dubitare quis possit num legendum sit ῥῆσμα aut ῥαγάδια. Siquidem nemo alius videtur eam dictionem vsurpasse.

» Hac autem voce illic Celsus intelligere vi-
» detur quando rupta vena sanguis ex pulmone,
» sed & quauis sic ex parte prodit: quasi hiantem
» rupturam cum eodem dixeris.

Ῥηγυμένη γλῶσσα. lingua hiulca & dehiscens. vide γλῶσσα.

Ῥῆτινες. ἀρναχίδες, hoc est pelles agninæ, apud Hippocrat. qui ῥιῶας similiter αὐτὰ τὰ ἀρνῶν vsurpauit, vt annotat Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις.

» Sed forte legendum ῥιωίδες, vt ἀρναχίδες, ve-
« ῥείδες, & similia.

Ῥῆξις. idem quod ῥῆσμα. Quidam vero ex veteribus etiam τὰς ῥαγάδας ῥήξεις appellarunt.

Ῥῆξις. etiam in oculo appellatur exulceratio ab ictu
» vel alia quadam causa in profundo, totas subin-
» de diuidens membranas, vt etiam humores, qui-
» bus videndi facultas administratur effundat, vt
» docet Galenus in Isagoge.

Ῥῆον. vide ῥᾶ.

Ῥητίνη. resina. Est lacryma seu humor liquidus & oleaginosus ex planta sponte diffluens. Omnis quidem resina ex sua arbore manat liquida, eaque ῥητίνη ὑγρὰ à medicis appellatur, vel ἡ ἐκ τῶν χερσαίων ὑγρὰ, vt à Galeno libr. 6. meth. med. hoc est lagunclaris, siue liquida ex dolijs aut amphoris resina, nimirum quod ex dolijs atque amphoris afferretur, vel etiã συγκομιστὴ, quod in alueis & dolijs olim comportaretur: attamen ea cocta in aqua, vel cremata sine aqua in prunis, sicca redditur & friabilis, vt docuit Dioscorides: eaque est quam φρυκτὴν, hoc est frictam siue tostam, non addito etiam resinæ nomine, vel πεφρυγμένην, hoc est retorridam vocant. Est autem resinæ substantia oleosa, & in eo differens à gummi, quod aquea magis substantia præditum est. Itaque illa oleosis promptissime, aqueis autem difficillime miscetur, hoc autem contra: præterea resina flammam facile concipit, gummi vero in ignibus crepitat. Ea quamuis sponte sua ex arbore defluat, αὐτόῤῥυτος ob id dicta & à quibusdam ἀξυτόῤῥυτος, interdum tamen elici potest ex arborum partibus, præsertim truncis à germinatu incisis & scarificatis. Omnis resina emollit, calefacit, tenuiumque partium est, digerit atque ideo exiccat. Ac cum ex diuersis arboribus legatur, omnium præstantissima est lentiscina, quæ μαστίχη dicitur, deinde terebinthina, ab his pinea, strobilina, picea, abietina, laricea, cyparissina, & picea quæ à nonnullis sola dicitur colophonia, quod ex Colophone Asiæ quõdam afferebatur, cui propter odoris suauitatem Dioscorides primas assignat.

Ῥηχίην. dixit Hippocrates οἷον πλημμύρην τινὰ. hoc est veluti quandam inundationem, vt Galenus scribit ἐν ταῖς γλώσσαις.

Ῥῖγος. rigor. nec aliud apud Latinos nomen est quo magis id Græcum explicari possit. Nec enim tantum inflexilem duritiem, aut quem Græci τέτανον appellant significat, sed etiam vehementem frigiditatem.

Celsus Hippocratis sententiam aliquando « vertens pro ῥῖγος horrorem reddit, verum nos « φρίκην horrorem vocamus, inopia itaque linguæ « ῥῖγος febrium, quasi ad verbum rigorem inter- « pretamur. «

Galenus duobus modis eo nomine vtitur, vno quidem generalius, vt libro 2. de differ. febr. cap. 1. scribens rigorem qui tertianas, quotidianas & quartanas præcedit, nequaquam similem esse, & lib. 1. ad Glauconem vbi quotidianæ & quartanæ rigorem frigidum scribit, & libr. 5. symptomatum, vbi rigorem sine febre qui frigidus est & à pituita cruda & vitrea, veteribus incognitum scribit. His enim locis latius extendit rigoris nomen. Verus autem & proprie dictus rigor, est motus voluntarius deprauatus & coactus ab acri & pungente humore: vel, Rigor est motus multus, velox, frequens, quo inuiti distenduntur & curuantur. Similis est conuulsioni, validiorque est quam in tremore. Hic aliquando cum febre, aliquando sine febre nascitur, & causas habet differentes. Qui cum febre est, causas habet tum calidas, tum frigidas, spiritum scilicet aut humorem. Nam & bilis flaua in tertiana exquisita & ardente febre, & atra bilis natura frigida per putredinem calefacta rigorem gignit, & pariter spiritus sine humore calidissimus aut frigidissimus per corpus transiens rigorem gignit. Nam facultas expultrix ab excremento rodenti & moto vehementer per ipsas partes pungendo vulnerandoque irritata, eas ipsas contrahit & constringit, vt earum quelibet contentam in se illius excremẽti portionem cito expellat vel in cutem, vel in ventrem tam inferiorem quã superiorem, si sudore, aut tussi, aut vomitu, aut deiectione accessio, vel ipsa febris vniuersa critice solui debet. Contractis autem musculis necessario etiam articuli ipsis annexi contrahuntur, & fit vehemens totius corporis succussatio quassatioque, & cutis cum partibus subiectis & extremis exanguis atque frigida euadit: animali facultate seu calore natiuo cum sanguine & spiritu se in corpus intimum retrahente, vt in verecundia & balneo frigidæ. Postea vero ibi collecta, & ob vehementes contra causam molestantem incursiones cũ multo calore rediens, febrem à rigore accendit, adiuuante præsertim causa ad cõcipiendum calorem idonea,

idonea, nisi ob causæ magnitudinem victa facultate imbecilla homo moriatur. Qui vero sine febre rigor est, varias etiam habet causas: aeris frigidi vel aquæ frigidæ repentinum vel diuturnum occursum: aquæ feruentis balneum repente & confertim occurrens, corpore non præcalfacto: aquæ dulcis & temperatæ balneum frequens post cibum: ignauiam, ocium, repletionem frequentem cibi & potus, præsertim temperatura frigidi & suapte natura pituitam gignētis, timorem, dolorem interdum & medicamentum mordax vlceri impositum. Verūtamen qui rigor ex praua victus ratione nascitur, ob imbecillitatem horror potius quam rigor est. Nam rigor à succis frigidis & pituitosis non videtur excitari, vt qui ob crassitiem vehementer moueri non possint, nec adeo tenuari vt bilis. Talis autem rigor, vt scribit Gal. veteribus fuit ignotus, vt qui cum febre est, notissimus, vtpote qui in salubri victus ratione minus quam nunc aberrarent, & minus crebro se lauarent. Habet vero & rigor suam latitudinem: alius enim maximus, alius minimus, aliud medius est, prout causę magis vel minus erodunt, abundant, mouentur. Excrementum enim copiosum, vel mordacissimum, vel motum vehementius, maximum rigorem facit, contrarium minimum. Quod si copia vel qualitate vel motu multo adhuc moderatius fuerit, iam non rigorem sed horrorem inducet, vel solam etiam inæqualitatem in qua fere nullus motus sentitur, sed sensus tantum qualis in vlcerosa lassitudine & pruritu est. Verum in rigore humoris huius motus magnus vehemensque est, qui in horrore tardior languidiorque fit. Quod autem non per vasa quidem, sed per sentientes partes cum fieri oporteat, neminem arbitror ignorare.

Ῥιγοπόδιους. appellabant antiqui, vt inquit Pollux, τοὺς ἀεὶ ῥιγοῦντας semper rigentes quos nunc δυσειμέρους inquit idem.

Ῥίζα. radix definitur id quo alimentum in plantis allicitur, & terræ cohæret. Est autem commune quidem nomen radicibus omnibus, sic tamen κατ' ἐξοχήν quædam dictæ sunt, vt γλυκεῖα, ἰδαία, ῥοδία & apud Hippocr. λευκή, quam Galenus dracunculi radicem esse annotauit. Idem vero ῥίζας ab Hippocrate vocari scribit genus quoddam fati, sine flore, sine semine, tribus duntaxat folijs, sed proceris & in terra stratis duorum digitorum magnitudine, similibus anchusæ, radice tenui, leuem purgandi vim habente.

Ῥιζάγρα. instrumentum quo Chirurgi spicula extrahunt apud Paul. Æginetam.

Ῥιζίας. plantarum succus appellatur, qui scilicet ex radice illarum promanat, sicut qui ex earumdem caule κωνείας vocatur. authore Theophr. l. 9. hist. plant. c. 2. is vero succus præstantior est qui è radice fluit, purus enim translucidus & siccior, κωνείας vero humidior est vt ibidem docet.

Ῥιζοτομία. dicitur in digitis locus vbi sunt vnguium principia seu radices vt ait Ruffus: & Polluci ῥιζόνυχες dicuntur illi quasi margines vnguium vnde procedunt.

Ῥιζότομος. sic dictum est alterum genus iridis Illyricæ subrufum, inquit Plinius, quod & melius.

Ῥίζωσις. vertunt Galeni interpretes radicationem, Columella appellat viuam radicem, interdum matrem, vulgo *maistresse racine* appellamus, diciturque in radice pars ea, quæ inter fibras seu capillamenta & truncum media interiacet; Cōstituitur ea veluti principium generationis & incrementi ipsius plantæ, à quo facultas omnis & virtus plantas regens proficiscitur; nam semen in terram comectum emollitur primum; ipsiusque tegumentum & cortex, quo quasi cute circumdatur, intumescit, mox humore insito in aerem conuerso rumpitur; ex illa ἀποβλάστημα id est, germinatio quædam tenuis & mollis egrediens in vtramque partem protenditur, supra nempe aerem versus, & infra in terræ profunditatem, quæ continuum incrementum accipiens fertur semper quo semel incœpit, processuque temporis, si magnæ alicuius arboris semen id fuerit, pars ea quæ in aerem emissa est πρέμνον, id est truncus dicitur, sin herbæ aut arbusculi καυλὸς caulis: Pars vero quæ deorsum in terram penetrauit ῥίζα radix: Sicut vero truncus & caulis interdum in multos ramos scinditur, sic etiam radix ipsa in multas minutas partes, quibus veluti lacertis nititur & terram vndique comprehendit, capillamenta vocauit Columella à similitudine quam cum capillis habent, Plin. fibras & fibrosam radicem; Pars vero quæ inter fibras dictas, atque ipsum trūcum seu caulem media est, ῥίζωσις proprio nomine dicitur: hoc nomen Hippocr. ad animalia transtulit cum dixit sicut arteriarum cor, ita venarum iecur esse ῥίζωσιν, nam quemadmodum è plantarū ῥίζωσις, radices deorsum aguntur, & stirps etiam sursum emergit, eodem modo è corde arteriarum vna in pulmones, altera in totum animalis corpus dispergitur, quarum illa radici, hæc vero trunco similis est; Atque ex iecore similiter venarum altera, nempe ea quæ est ad portas in ventrem, altera nempe caua in corpus vniuersum distribuitur, hęc trūci, illa radicis rationem habet; quod enim arboribus est terra, id animalibus venter est vt dixit Hippocr.

Ῥικνὸν. ῥυσὸν. hoc est, rugosum, apud Hippocratem, vt annotat Galenus ἐν τοῖς γλωσσαις.

Ῥίκνωσις. Corrugatio qualis senum propria est, sed & aliqua in Iuuenilibus corporibus apparet, cū venæ occultatæ sunt & extenuatæ & maxime cum dissipato in ipsis abundante sanguine, medicamen austeræ & astringētis naturæ quispiam super dederit; hunc & affectum in cute cadente creari dicit Hippocr. cum ea quæ intra ipsam cutem habētur, pauciora effecta sunt, tunc enim decidit in seipsam residens; contrarium autem eius affectum cum in longum latumque excreuerit extensionemque, ἔκτασιν vocant, Gal. comment. 3, in 6. epid. textu 29.

Ῥινάδιον. est collyrium σμηκτικὸν, cuius meminit Paulus lib. 3. cap. 22. περὶ οὐλῶν καὶ λευκωμάτων. Compositio autem habetur apud eundem libro 7. cap. 16.

Ῥίνημα. proprie scobem & limaturam significat, à verbis ῥινᾶν & ῥινίζειν, quæ limare & lima detere significant. Per metaphoram autem sic etiam dictum est collyrium quoddam, quod habetur lib. 4. τῶν κατὰ τόπ. ab exterendis callis & cicatricibus.

Ῥινόσταξις. instrumentum per quod in nares aliquid infunditur Cæl. Aureliano lib. 2. Chronic. capite 4. dicitur & ῥινοχόη Hesychio, inde ῥινόσταξις infusio seu instillatio in nares.

Ῥίνιον. Collyrij nomen est apud Gal. l. 4. τῶν κατὰ τόπ.

» c.7. atque appellatum videtur, ceu & alia gene-
» ris eiusdem diminutiua voce quasi limula, quod
» ad τῆς ῥινὸς, id est, limæ similitudinẽ deterat ocu-
» lorum callos & cicatrices, atque ad ita propter
» alcyonium & lapidis asij florem ac æruginem,
» quæ vim habet velut Dioscor. ait ἀποσμᾶν τὰς ἐν
» ὀφθαλμοῖς ἕλκη, καὶ λεπτύνειν, καὶ δάκρυον ἄγειν, habet &
» Cels. lib.6.c.6. vnam atque alteram descriptio-
» nem collyriorum quæ ῥινία vocat, sed ab illa Ga-
» leni diuersas, quanquam non in alium vsum pa-
» ratas, sed ad ξηροφθαλμίαν & oculos scabros, habet
» & Paul. l. 7. quod ῥινάδιον vocat, eadem ratione
» & vsu compositum, de quo supra; est & aliud ῥί-
» νημα inscriptum, eiusdem scopum & compositi-
» tionis & appellationis habens.

Ῥὶν, ῥῖνος. nasus. Est pars genæ superioris in media facie posita, duobus ossibus extuberans, & foraminibus pertusa, respirationis & odoratus instrumentum. Duo hæc ossa tribus futuris distinguntur, duabus quidem quæ à medio supercilio-rum descendũt, & communes sunt duobus maioribus genæ ossibus: tertia vero eorum propria quæ inter hæc duo descendit media, à spatio inter supercilia medio ad imas nares osseas & cartilaginosas. His ossibus inferiore in fine epiphyses corporum cartilagineorum ab vtroque latere adnascuntur, & ab his duæ aliæ latæ & molles alarum in modum, ob id πτερύγια dictæ, ad ligamenti naturam prope accedentes. In eas duo exigui musculi à malis prodeuntes vtrinque singuli oblique descendũt, easque adaperiunt. Qui vero eas contrahant claudantque nulli sunt, vt scribit Galenus, quod claudi propter respirationem non expediat: verum musculis, à quibus aperiuntur, ab actione cessantibus, redeunt illæ in naturalem statum, & conuenienti modo patent. Præter has duas cartilagines alia etiam est cartilago, siue musculus cartilagineus, paruus mollisque, qui ab officulo naris internæ inter duas illas cartilagines adnascitur: quod Galen. comment.1. in lib.6. τῶν ἐπιδημιῶν appellat διάφραγμα τῆς ῥινὸς, hoc est, interfectum nasi, scribitque eo loco id fulciri palato sustinerique, eoque fieri vt aliquo palati osse decedente, nasus ipse subsidat: internum enim id officulum nasum sustinet, & secundum eius longitudinem exporrectum in duo foramina (πόροις vocant) totum nasi spatium partitur. Eorum autem vtrumque supra media nasi loca in duas partes diuisum est, quarum alteram pars oris intima excipit, altera vero alta, vt ab initio ferebatur, ad ipsum cerebrum scandit, quod & ipsum foramina duo ad hæc ipsa loca spectantia habet, eaque oblonga & concaua, quæ ex anterioribus cerebri ventriculis ortum habent, & ad eam caluariæ partem, vnde nasus oritur descendunt, quo loco ossa ἀθμοειδῆ posita sunt. Per hæc crassior cerebri pituita & mucus traijcitur & in ipsas nares incidit, cõferente ad id membrana quæ ea parte, qua nasi ossibus substernitur, multis pariter foraminibus pertusa est, & inde partim in os influit, partim per nares fertur. Neque vero expurgandi solius cerebri causa foramina hæc facta sunt, verum etiam ad respirationem deseruiunt, maxime vero ad odores in cerebrum inspiratu admittendos. Quamuis enim primarium odoratus instrumentum non sint, attamen odorum semitam esse nemo possit negare. Cæterum nasi nomina & partes hæ sunt: ῥὶν, etiam μυκτῆρες, & ῥινία & ῥώθωνες & μύξαι appellantur: μυξωτῆρες quasi emũctores, cartilagines dicuntur pluribus spiraculis peruiæ. ῥάχις ῥινὸς, nasi scapula aut spina, vocantur ossa vtrinque partes genis proximæ. ἀκροστήριον, tota nasi summitas, quam poetæ à rotunditate σφαιρίον vocant: cuius exteriores vtrinque partes πτερύγια & ὑπῆραι vocantur. σῦριγξ, χάσμη, διάφραγμα, interstitium illud cartilagineum narem diuidens. ἄθμὸς, nasi pars sub supercilijs latens: vnde ἀθμοειδῆ ossa, quæ aliqui ἀνηγοειδῆ etiã nuncupant. sunt autem qui distinguant, appellantes ἀνηγοειδῆ ossa illa tenera atque tenuia, quæ inter palatum & cerebri basim vsque ad nares vtrinque diuersa posita sunt: ἀθμοειδῆ vero, quæ ad summam nasi radicem intus fixa hærent tenuia & lata, & magno, quod è cerebro in nares fertur, foramini obtruduntur.

Ῥινολαβὶς. sic vocat Suidas instrumentum quo nasus abreptus torquebatur.

Ῥιπασμὸς. apud Hippocr. idem quod ἄσση & δυσφορίη de quibus suis locis.

Ῥοιὰ. malum Punicum. quod & ῥοιὰ.

Ῥοιὰ. etiam apud Hipp. dicuntur mora immatura & siccata & contusa vt oculis inspergantur ait Galen. in exeg. vide & Dioscor. l.1. c.152.

Ῥοιὰς. roratio. vitis vitium vide infra ῥυὰς.

Ῥόγχος. sonitus stertentium appellatur.

Ῥοδακινὰ μῆλα. mala Rhodacena, sic dicitur Persicorum genus quoddam quæ æstate proueniunt, quum reliqua Persica Autumnum expectent, Galen. Rhodacenorum appellationem non nouit; Sed 2. de alimentis de Armeniacis & Præcocibus loquens, illa de persicorum genere esse ait, quæ tamen illis bonitate præstent, cum non similiter in ventriculo corrumpantur neque acescant, id quod etiam Paul. testatur l.1. cap.8. quanquam l.7. mali Armeniacæ fructum præcocia vocari dicit, & eiusdem esse tradit facultatis cum Persicis; pro ῥοδακινὰ autem sunt qui legunt δωράκινα, & δωράκια voce per metathesim ex Rhodacenis corrupta, quę & à latinis duracina vocantur, quod corpus eorum vt Plin. & Palladius scribunt ligno adhæreat, ęgreque auellatur; ipsa autem Persicorum arbor ῥοδακινὴ appellatur, vide Περσικὸν μῆλον.

Ῥοδαλφίτατον. compositio est ex rosis constans. Descriptio multiplex habetur apud Aet. tetrab. 4. sermone 4.

Ῥοδία ῥίζα. nascitur in Macedonia: costo similis, leuior, inęquabilis. contrita rosas redolet, tenuium partium est, & deficcantis facultatis. Calfacit secundo ordine aut initio tertij.

Ῥοδιακὸν. medicamenti genus secundum Asclepiadem, cuius descriptio recitatur à Galeno l.1.c.7. de compositione medicamentorum secundum genera.

Ῥοδίδες. pastilli sunt rosacei, quorum compositionem describit Dioscorides.

Describit etiam Galen. ex Damocrate 2. de antidot. c.5.

Ῥόδινον ἔλαιον. oleum rosaceum, sic nominare assolẽt veteres quod absque odoramentis præparatum est, cui autem aliquid horum inditum fuerit, non oleum sed vnguentum nominant, Galen. 2. de simpl. facult. c. 27. & l.3. c. 17. vbi de illius viribus, Rosacei vero olei præparationem vide apud Dioscor. l.1. c.53. fusè descriptam: Sed & ῥόδινον apud Nicandrũ in Theriacis Scholiastes interpretatur oleum rosaceum, cuius esse dicit res

» preparationes, ter nimirum infusis rosis in oleo,
» ac primam quidem infusionem dici πρῶτον. Se-
» cundam dici mediam, Tertiam vero μικτὸν & πο-
» λύπτωτον, quod in ea rosas vehementer contun-
» dere oporteat quo succum remittant, illic vero
» per ῥόδινον auus meus in suis commentarijs existi-
» mat designari vnguenti rosacei aliquod genus,
» & forte pastillos rosaceos quos Dioscor. ῥοδίτας
» scribit appellari.

Ῥόδιον, nomen est medicamenti aridi, acris & ero-
dentis, quod refertur ad Heram. Diuersis modis
describitur à Paulo libr. 7. cap. 15. & ab Aetio
lib. 14. cap. 36. Eo Paulus vtitur lib. 4. cap. 43. ad
vlcera in quibus caro supercrescit, eoque simi-
liter crustas inducit, sanguinemque quauis ex
parte profluentem probe sistit lib. 4. cap. 55.

» ὁ ῥοδιὰς dicitur Paulo loco cit.

Ῥόδινος οἶνος. vinum rosatum seu conditum rosa-
» ceum, de quo plura vide in dictione οἶνος vbi in-
» signiores vinorum differentiæ explicantur.

Est vinum è rosis factitium, quod Palladius
ætate sua fieri solitum hoc modo docet his ver-
bis: quinque libras rosæ pridie purgatæ in vini
veteris viginti sextarios merges, & post triginta
dies despumati mellis libras decem adijcies &
vteris. Plinius vero vinum rosaceum sic conditi
tradit, ex rosæ foliis tusis in linteoloque inmis-
tum collatis cum ponduículo vt sidat, quadra-
ginta pondere denariorum in sextarios vicenos
musti, nec ante tres dies vase aperto. Cui condi-
turæ non multum absimilis est quam Dioscori-
des docet hunc in modum: siccas tusasque rosas
libræ pondo in linteolo colligatas in musti sex-
tarios octo demittito, & post tertium mensem
per colum traiectum diffundito & reponito vi-
num. Alia ab ijs habetur compositio apud Api-
cium, itemque alia apud Constantinum Cæsa-
rem lib. 8. cap. 2.

Ῥοδοδάφνη ἡ ῥοδοδενδρεών. frutex est calidus in tertio,
siccus in primo: venenosus & pernicios us, si in-
tus in corpore sumatur.

Frutex est idem cum eo qui Nerium appel-
» latur vt docet Dioscorides.

Ῥόδομελι. mel rosaceum. Sic paratum fuit à veteri-
bus, quemadmodum ex Philagrij libello de sua-
uibus potionibus Oribasius atque Aetius refe-
runt. Tribus partibus succi rosarum exunguium
excolati pars vna mellis adijcitur. Coquitur ad
solem calidum diebus pluribus, eodem modo
quo ὀμφακόμελι, & postea asseruatur. Quod si tur-
bulentus aut frigidior aer fuerit quando mel ro-
saceum paras, admisto optimo melle ad rosarũ
succum, & per rarum panniculum vel linteum
excolato, simulque ad lentum ignem coquito
donec quarta aut tertia succi pars consumpta
sit, atque sic exceptum medicamentum asseruа-
to, cumque calidiorem videris aerem, velut ὀμ-
φακόμελι insolato. Adstringit leniter, proindeque
refrigerare potest. Habet & vim extersoriam ex
melle. Habet & subamarum quiddam & leniter
acre, vnde ori commodum est inflammato pro-
pter calidi humoris influxum, & quibus acres
atque biliosæ fluxiones in ventrem fiunt, præ-
sertim post vomitum. Exhibetur etiam aqua di-
lutum ijs quibus venter exæstuat, citra humo-
rem, item febricitãtibus, vigore iam totius mor-
bi instãte & particularis accessionis. Sæpe etiam
per febres largius semel epotum conuenienti
tempore, morbum soluit sudoribus obortis aut
aluo subducta. Tale quidem fuit ῥοδόμελι sim-
plex, à quo aliud habetur purgatorium apud
Aetium lib. 3. c. 74.

Et apud Paul. lib. 7. cap. 5. & Trallian. lib. 12. «
cap. 6. «

Ῥοδόμηλον. est confectio ex rosis & malis cotoneis
parata hunc in modum: Succi malorum coto-
neorum sextarius vnus, rosarum libræ tres, mel-
lis sextarij tres, aquę sextarij quinque simul mis-
centur & coquuntur. Verum quoniam rosæ non
eodem tempore quo mala cotonea reperiuntur,
conuenit eas cum melle suo tempore compone-
re, ac vbi mala prouenerint, totam compositio-
nem moliri.

Ῥόδον. rosa. Notus est frutex & eius genera quæ in
vsum medicum veniunt. Refrigerat & adstrin-
git, præsertim sicca facultas eius, inquit Gale-
nus, ex aquea substantia calida mista duabus alijs
qualitatibus, adstringenti videlicet & amara cõ-
posita est. flos earum magis ipsis rosis adstringit,
ac proinde etiam exsiccatorius est.

Ῥόδον vt Plutarch. ait, vocatur quod largum odoris «
effluuium emittat, ideoque rosa fugaci pulchri- «
tudine celeriter euanescit. «

Ῥοδιάκοδες. trochisci nomen descripti à Paul. lib. 7. «
cap. 12. Collyrij quoque nomen est, illiusque «
multiplicis descripti à Paulo ibidem c. 16. Sed & «
alia multa κολλύρια διάῤῥοδα recensentur ab autho- «
ribus, sic vocata quod ex rosis fiant, omnium ve- «
ro celeberrimum est διάῤῥοδον Nili: διάῤῥοδον τὸ διὰ «
τοῦ β. quod alio nomine χλωρὸν appellatur: διάῤῥο- «
δον λευκὸν, ἐυελπίδιον, κεφαλικὸν, ὡραῖον, quorum com- «
positiones habentur apud Gal. Aet. & Paul. «

Ῥόδα τὰ: sic appellant Comici locos mulierum, «
idem & significat κῆπος, πεδίον, λειμὼν ac βλη- «
χὼν. «

Ῥοδόσακτον. sic parari Paulus docet lib. 7. cap. 15. Ro-
sarum quibus vngues sint exempti, succi sexta-
rijs duobus mellis sextarius vnus adijcitur, in-
coquuntur assidue despumando, donec quarta
pars fuerit absumpta. Non est aliud quam ῥοδό-
μελι.

Ῥοδόσαλμα. rosarum liquor ex Budæo. «

Ῥοδωνία. quibusdam est τὸ ῥοδόδενδρον. quamuis ali-
qui vocent vitem flauas vuas ferentem, foliis
lauri, nunquã decidentibus, amaris. Apud Athe-
næum vero lib. 9. ῥοδωνία, siue ῥοδωνίαι λοπαὶ, edu-
lij genus est ex rosis, cerebro, oui luteo, oleo, ga-
ro, pipere, vino, tritis & in patella frixis.

Est & apud Hesych. ῥοδωνία membrum seu «
pudendum virile. «

Ῥοιὰ. malum Punicum, quod granatum vulgo di-
citur. Omne adstringendi vires magnas possi-
det, simulque refrigerat & siccat, sed dulce mi-
nus, austerum magis refrigare potest, sicciusque
que est & stomacho amicum. Acidum pariter
refrigerat, & maiorem vim incidendi habet. Ve-
rum acini succo magis adstringunt & siccant,
multoque magis malicorium quod σίδιον dici-
tur. Huic virtute respondet mali flos, quem
κύτινον appellant. Dicitur etiam ῥοὰ sine di-
phtongo.

Attici ῥοὰ dicunt sine ι. iones vero ῥοιὰ inquit «
Gal. lib. 2. de aliment. facult. cap. 24. sicut etiam «
ὀοὰ dicunt ijdem Attici quæ cæteri Græci οὖα, id «
est sorba. «

Διὰ ῥοιῶν σκευασία. cõfectio ex malis punicis, de «

qua Gal. 6. κῆ πάσ. plures ibidem ex varijs authoribus describens.

Ῥοιάς. Sunt qui ita scribant oculorum affectum, quem ego malo ῥοιὰς sine diphthongo scribere. de quo vide postea. Dicitur & ῥοιὰς papauer erraticum, teste Dioscor. quod scilicet velociter flos eius defluat.

Ῥοιαδικοὶ ὀφθαλμοί. vide ὀφθαλμός.

Ῥοίδιον. est medicamẽtum aridum, quod cum varie præparetur, sic fieri optimum Aetius lib. 2. c. 68. prodidit: Rhun accipito & aqua macerato, lapidemque cupholithon tertio, rhois cremore affuso, & siccari sinito. deinde anchusæ radix cum oleo coquenda donec oleum rufescat. Eius olei modicum adijciendum, rursumque terendum & ad dies quindecim sinendam, donec resiccetur, tunc rursus ex cremore rhois affundendum, & siccari sinendum, postea in vas testaceum mittendum, ignique assandum. In penuria cupholithi calce viua vtendum.

Ῥοϊκὰ σώματα. fluida & fluxa corpora dicuntur Scytharum Nomadum ob multam mollitiem & humiditatem, & generali significato de cuiuscumque partis corporis fluxionibus vox hæc ῥοϊκὸς vsurpatur, licet apud Dioscor. lib. 1. cap. 82. dictionem hanc de fluxu muliebri Serapio interpretetur, quem sequuti videntur Ruellius & Marcellus Virgilius: vnde ῥοϊκαὶ mulieres Græcis dicuntur, quibus è locis distillationes continguntoto se illac expurgante corpore, mensium omnino ratione diuersa.

Ῥοικὸς. qui naturaliter cruribus est incuruis: βαλγὸς alio nomine dicitur; annotauit Gal. ἐν τῇς γλώσσης ab Hippocrate ῥοικὰ dici τὰ καμπύλα, hoc est curua & retorta.

Ῥόϊτον. est confectio ex mali Punici succi sextarijs tribus & vno mellis sextario ad tertias decoctis, vt scribit Paulus lib. 7. cap. 15. At ῥοίτης οἶνος, vinum è malis Punicis factum, apud Dioscor. lib. 5.

Cæterum pro ῥοῖτον verius est ῥοίτης cum apud Paul. l. 7. cap. 15. legamus non modo genitiuum ῥοίτου, sed etiam datiuum ῥοίτῃ de vno eodemque.

Ῥόμβος. deligationis species est rotundæ, in rhombi modum quam Hippoc. ἐν τῷ κῆ ἰητρείου adhibet capiti, cum vel suturas relaxatas vel vlceris oras expansas constringere, vel cutem aliquantulum detractam contrahere atque agglutinare consilium est. Ea quomodo fieret Galenus libr. de fascijs explicauit.

Ῥόφημα. ῥόφημα ἢ ῥόφησις, hoc est sorbitio: apud Hippocratem, vt explicat Gal. ἐν τῇς γλώσσης.

Ῥοπέλωσις. pilorum affectus. cum illi veluti in baculos coagmentati sunt, & ita concreti implicatique vt seiungi & amplius crescere nequeant.

Ῥοπὴ. apud Hippocr. eorum quæ aliquo ferri nata sunt inclinationem, momentum, & libramentum significat, humorumque μεταστάσει præcipue accommodatur, de quibus sæpius effert πρὸς τὰ παρόντα βλέπειν, omnem in oppositione latitudinem intelligens.

Ῥοπὰ. τὰ ῥοφήματα, ἢ πάντα τὰ ὑποστυφῆ ῥοφήματα: hoc est, quæ quouis modo sorbentur, sicut explicat Gal. ἐν τῇς γλώσσης.

Ῥόσατον. confectio ex rosis, expurgans vitiosum humorem. descriptio habetur apud Aetium lib. 5.

Apud Paul. vero ῥόσατον sæpe aliud non esse videtur quam ὑδρορόσατον vt exponit Cornar. apud Ægin. l. 3. c. 46.

Ῥοῦς γυναικεῖος, vel ῥοῦς τῆς ὑστέρας. fluor muliebris vel vterinus, morbi genus longe diuersum ἀπὸ τῶν ἐμμήνων ἢ καταμηνίων, id est, à mensium profluuio, in quibus scilicet fluit sanguis menstruis periodis, nimirum in fluore muliebri non syncerus sanguis, sed corruptum quiddam prodit, idque continenter aut nullo ordine nulloque circuitu: est autem id modo liquidum & albicans lactis sero aut ptisanæ cremori persimile, modo citrinum aut pallidum, modo subuiride, adeo acre fere & adurens vt quascumque partes attigerit, erodat aut leuiter exulceret, atque id rursum modo tetrium est & graueolẽs, modo odore nullo molestum. Prodeuntium odor color atque substantia fluoris speciem commonstrat: causa autem quæ corruptũ humorem assiduo gignit, alias in vtero, alias in principibus partibus consistit, adeo vt grauiter hallucinentur, qui omnium ex vtero prodeuntium, quemadmodum & omnis suppressionis mẽsium causam ab vno requirunt vtero, etenim quibus mulieribus viscera refrigerata, vel obstructa, vel scirrho dura cruditates malum habitum aut leucophlegmatiam inuexerunt, corruptus humor in varias partes effusus, sæpe in vterum procumbit, & illic decurrẽs, corpus expurgat, quod alijs quibusdam per renes aut per aluum fieri contingit. Neque vero affectus hic ætate maturas tantum, verum etiã virgines quas pallor decolorat, inuadit, atq; hæc fluoris vterini causa admodum frequens obseruatur: altera causa ex vtero longe quidem rarior existit, eaque vel intemperies est fereque frigida, vel imbecillitas ab vteri gestatione, à partu, à contusione, aut ab alia externarum causarum vi cõtracta, vel erosio, vel exulceratio ab inflammatione aut ex abcessu derelicta, his quippe causis obuersus vterus, & propriũ alimentum male conficiens, excrementa multa progignit quæ foras elabũtur & excidunt; causæ internoscũtur quod ex solo vteri affectu parcior sit fluor, & eius affecti adsint indicia, at ex viscerum totiusque corporis affectu fluor sit copiosus, nec male affectorum viscerum notæ desint.

Ῥοῦς arbuscula est in petrosis nascẽs duorum cubitum altitudine, foliis oblongis modiceque rutilis, serratimque per oras incisis, acino vuarum gracilium, denso, magnitudine terebinthi, latiusculo, corticea racemorum tunica. obsoniis aspergitur, & ab aliquibus σμυθὲς vocatur. A Latinis dicitur excoriarius, quoniam qui pelles cõdensant, spissandis coriis folio eius vtantur. Duo Græci faciunt genera, μαζωτικὸν, quod additur in obsonia, idẽ cum Syriaco: alterũ βυρσοδεψικὸν, hoc est excoriarium, quo medici vtuntur ad cõpescendas fluxiones. Quod ita accipi debet, vt non putemus propterea duas esse rhois arbores genere vel specie differentes. Eadem enim arbor duobus ijs munijs inseruit, semine quidem obsonia condiens, foliis autem & ramusculis coriariorum operi dicata. Rhoem Ruellius viburnum esse credidit, cum tamen vt scribit Plinius, nullum illi à Latinis inditum sit nomen. Officinæ sumach appellant.

Ῥόφημα. sorbitionem aut sorbitiunculam significat, eãq; quæ ex hordei cremore fit apud Hipp. sorbilem cibũ vertit Aurelianus, Gallis ῥοφήματα esse videntur quæ illis vocãtur, *potages espoix*: Theophr. in lib. de igne separat ab aqueis ῥοφήματα hoc discrimine, quod sint σωματοδέστερα καὶ παχύτερα

» Quid autem Hippoc. in aphorismis & alibi pas-
» sim per ῥοφήματα ὀπτικὰ siue sorbitiones attra-
» ctorias intelligat multi addubitant: nonnulli exi-
» stimarũt Hippocratem per illas intellexisse me-
» dicamenta purgantia, quia sæpe vsu venit vt sor-
» bendo medicamenta purgantia deuorentur: alij
» hanc interpretationem improbant, quod vete-
» res sorbitionis voce ea semper intellexerint quæ
» alimenti ratione offeruntur vt Hippocr. l. 2 6. de
» antiqua medicina docet.

Ῥ ῥοώδεις. dicebãtur affectus omnes fluxionum. inde ῥοώδεις ἐφθημεῖ vocantur οἱ ὑγροὶ, hoc est, humidi præ fluxione apud Hippocratem lib. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, sect. 2.

» Et ῥοώδεις ἐφθημέαι Epidem. 1. dicuntur ὑγροὶ
» Galeno exponente, ibidem & ῥοώδεις exponit
» Galen. τοὺς χωρεῖς τόπων τῶν ἐμπυήσιων παχυμάτων διε-
» χοντας ἀεί τι καὶ συνεχῶς ὑγρὰ διαχωρήματα. Etiã
» συρετοὶ ῥοώδεις dicuntur febres, quæ cum multo
» alui fluxu & aliquando vomitu fiunt; & ῥοώδη
» ὀστέα apud Hippocr. in lib. de articulis dicuntur
» ossa fluida, aut fluxa ex syderatione & corruptio-
» ne, vbi Erotian. ῥοώδη legisse videtur, exponitq;
» τὰ χωρεζόμενα ἀπ' ἀλλήλων, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶ ῥεῖν
» ἐμπύημα, dicuntur etiam τὰ ῥοώδη ὄμματα aph. 24.
» sect. 2. Epidem. oculi fluxione tentati, quos &
» ῥοώδεις ὀφθαλμοὺς supra appellari diximus; deni-
» que fuit etiam ῥοώδεις proprium methodicorum
» vocabulum, de quo vide in dictionibus ῥύσις &
» σχηματισμός.

Ῥ ῥυὰς. est carnis in maiore oculi angulo decrementum. refertur inter morbos qui ad imminutam magnitudinem pertinent. Itaque à Galeno opponitur τῇ ὑπερσάρκει, quæ non est aliud quam carnis in maiore angulo excrescentia. Inde accidit vt male curata encanthide fere semper succedat, ea scilicet carne quæ supra modum creuerat plus æquo detracta & absumpta seu ferro, seu medicamentis. Quod vitium non modo male curata encanthide, verum etiam ægilope & pterygio succedit, si dum inciditur vnguis, vt ait Celsus, ipse ducatur vehementius, vt caruncula etiam quæ in angulo oculi est, sequatur, eaque simul abscindatur. Hoc vbi semel contigit, patescit foramen, per quod postea semper humor descendit & in genas illabitur. Ab eo symptomate nomen morbo datum est, dictusque ῥυὰς ἀπὸ τῦ ῥυεῖν quod fluere significat.

» Sunt tamen qui ῥυὰς scribunt, sed male, &
» ῥυὰς τῦ πύου puris effluuium attrahendo dici-
» tur, 2. de curat. acut. c. vlt. hunc autem oculo-
» rum affectum Gal. inquit tribus modis suboriri,
» aut foramine quodãmodo clauso & obstructo,
» aut multo excremento in oculo collecto, adeo
» vt effundatur, nequeunte meatu ob naturalem
» angustiam ipsum totum cõtinere: alio item mo-
» do cum cicatrix in oculo effecta meatum obcæ-
» cauerit, quæ & post ecanthidum vocatarum, id
» est, carũculæ anguli maioris oculorum adauctæ
» excisionem, & aliter alterato loco obducitur:
» hæc insanabilis est, aliæ vero curabiles nobis ad
» fauces materiam retrahentibus comm. 2. in 6.
» epidem. t. 31. Sed & ῥυάδα vel ῥυάδα dixit Theo-
» phr. de vitibus quod alij ῥώεδα dicunt, cum de-
» florescens vitis ὀπωπήσῃ, id est eluitur pluuia,
» quamobrem vel acini defluunt, vel si remanent
» strigosi atque exiles sunt, atque vt ait Plin. cal-
» losi, Agricolæ id cœli vitium appellant *la pluye chaude*, Plin. lib. 17. c. 24. rorationem appella-
uit, cuius in vite causas docuit Theophr. 5. de caus. plant. c. 13. illiusque remedia cap. 12. præce-
dente.

Ῥ ὑγρὸς. appellatur in animibus quod in homine ὑγρότατον inquit Pollux; dicitur & ῥάμφος pro eodem vt idem notauit.

Ῥ ὑήματα. sunt species τῶ ἐπείων, laganis multo salubriores, vt scribit Galenus, crassi tamen sunt succi. Constabant similagine & melle.

Quibus iam compactis papauer erraticum inspergi solitum scribit in lib. de simplic. medic. Gal. idem comm. 1. in lib. de natura humana exponit ῥύμματα fluida alimenta.

Ῥ ῥυθμὸς. rhythmus. modulus. Est proportio temporis motus aut quietis ad tẽpus motus vel quietis in pulsu. Cum enim pulsus constet quatuor partibus, duobus scilicet motibus & gemina quiete, sibi inuicem perpetua quadam serie succedentibus, eorum inter se proportio comparatioque rhythmus est. Eum omnis pulsus habet, sed varium. Suus enim est cuique naturæ, ætati, anni tempori, loco, sexui & reliquis: quem quidem qui seruat, is εὔρυθμος dicitur, qui non seruat, ἄρρυθμος. Cum ergo rhythmus in earum partium proportione consistat, variæ emergant rhythmi differentiæ necesse est. Vel enim tempus diastoles cum tempore systoles comparatur, vel quies cum quiete, vel motus, hoc est, ipsa diastole vel systole cum alterutra quiete. Sed cum in omni pulsu hic rhythmus sit, ægre tamen noscitur, nisi in vehementissimo. Sunt autem rhythmorum duæ summæ differentiæ. Omnes enim fiũt proportione vel pari vel impari. Pari quidem vt cũ diastoles tempus æquat tempus systoles: impari vero, vbi tempus vtriusque impar est, earumq; altera alterã excedit. Id quod modo certis, modo incertis fit excessibus. Certis quidem etiam bifariam, aut multiplici proportione, aut vt numeri ad numerum, qui ἐπιμόριος appellatur. Proportio quidem multiplex est, dupla vel triplã, vel quadrupla vel alia. Vt numeri ad numerum est, cum quanta sunt duo diastoles tempora, tanta sunt etiam systoles, incertis autẽ excessibus, tripliciter. Nam aut diastoles tempus incertum est, aut systoles, aut vtrumque. Quorum etiam vnumquodque aliquando parum, aliquando plus, interdum etiam plurimum aucta habet incertis excessibus sua tempora, siue plura, siue vnum quod sensu primum est.

Ῥ ῥύματα. τὰ βοηθήματα. hoc est auxilia, præsidia, apud Hippocrat. ἀπὸ τῦ ῥύεσθαι, quod seruare significat.

Ῥ ῥύμματα. dicuntur medicamenta absterſoria & corpori nitorem conciliantia, seu puluilli inspersiles ad corporis sordes exterendas & maculas, aut etiam ad vitiatum colorem tollẽdum, & bonum reponendum, ita enim apud Ægin. lib. 1. cap. 27. ipsorum vsus habetur, atque ex hoc ordine sũt saponum genera hodierna, huiusmodi quoque vim inesse Cucumeri esculento Gal. prodidit, itemque ijs quæ smegmata vocantur, de quorum recto vsu Gal. comm. 5. in lib. Hipp. de rat. vict. in acut. tradit: dicuntur ῥύμματα ἀπὸ τῦ ῥύπτειν quod abstergere & purgare est.

Ῥ ὑπαρὸς ἄρτος. panis sordidus. vide ἄρτος vbi insigniores panis differentiæ explicantur.

Ῥ ὑπάλιον. vox reperitur apud Paul. libr. 7. capite 17. in descriptione emplastri ex herbis, qua voce quanquam obscura, intelligit oleum illud

» cum sordibus humanorum corporum permix-
» tum, quum & in balneis & in palæstris ac gym-
» nasijs vterentur.

Ῥύπος. sordes. Est excrementum tertiæ concoctionis quod in summo corpore nostro colligitur. Sicut enim concoctio tum quæ in ventriculo, tum quæ in iecinore perficitur, duplex excrementi genus relinquit, vnum humidum, alterum siccum: ita & ex tertia concoctione duo excrementorum genera in singulis animantis nascuntur particulis, ex ipso vnde aluntur succo. Alterum sudor est, hoc est humor qui ante trãsmittendi alimenti fuerat vehiculum, humidus, tenuis, serosus, & vrinæ similis: alterũ vero ceu semicoctæ quæpiam reliquiæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiuerunt. Tenue quidem & illud est, vt quod insensili transpiratione per cutis poros vacuetur, sed habet etiam crassioris excrementi nonnihil admistum, ex quo fit vt sæpissime sistatur ad cutem. Ab hoc excremento tum pilis origo est, tũ ijs quæ super cutem semper aceruantur sordibus, à quibus idipsum etiam ceu sordes quædam dici meruit. Non incognitæ eæ quidem veteribus fuere, vt quas ipsi magna cura ex hominum corporibus ad varios vsus deraderent. Sordes & strigmenta appellabant: à Græcis autem non modo ῥύπος, sed γλοιὸς etiam vocabantur. Vim habent modice calfaciendi, discutiendi: quam quidem fortitæ sunt non tam ex corporis nostri natura, quam olei atque pulueris mistione. Quæ enim in balneis strigili detrahebantur, olei atque sudoris mistura constabant: quæ vero ex palæstra, habebant præterea pulueris accessionem, tum eius qui athletis inspergebatur post olei illitionem, tum eius etiam qui inter luctandum excitabatur: dicebatur autem id sudoris genus ptoprio nomine πάπος. Eas itaque quę plus olei haberent, constat maiore vi emolliendi præditas fuisse: quæ vero plus pulueris, magis deliccasse, & discutere digerereq; potuisse, præsertim si puluis erat paulo acrior atque asperior: qui namque paulo tenuior pinguiorque est, quem Galenus κόνιν λιπαρὰν appellat li. 5. sanit. tuendæ, magis est emplasticus, nec corpus cui conspersus est, resolui & digeri patitur. Omnium vero strigmentorum maxime discutiunt, siccant modice, atque etiam emolliunt quæ ex æreis statuis ac vasis, in quibus oleum ad palæstræ vsus reponebatur, veteres deradebant, vtpote quæ ab ære ærugínis quippiam contraxerant, sicut Paulus lib. 7. prodidit.

Ῥυπτικὸν φάρμακον. detergens siue extergens medicamentum. Dicitur id omne quod ῥύπον, id est, sordes in quauis parte eluit & aufert. Sordes autem non cuti tantum extimæ & vlceribus inhærẽt, sed etiã internis partibus, linguę, œsophago, tunicis ventriculi, reliquorũ viscerum & venarũ atque arteriarũ. Eas quæ tergẽt, alia imbecillius, alia vehementius id agunt. Modice detergent farina fabarum, hordei, ciceris, semen lini torrefactum, sacchar, oxymeli: magis terebinthina, thus, mel despumatum, amygdalæ amarę: valentius erui farina, semen hormini, radix ireos & panacis, nitrum vstum, nitri spuma, fictiles testæ, pumex, buccinorum & purpuratum & cæterorum ostreorum testæ vstæ, tritæ, tenui cribro cretæ, quorum quidem aliqua tam valenter tergent vt etiam pilos tenuent: sed hæc improprie ῥυπτικὰ appellantur. Quæ vero proprie & specialim dicta sunt, tergent tantum nõ etiam obstructa liberant, quia sunt amaris imbecilliora, salsa scilicet & dulcia: quę autem valenter detergent, omnino etiam digerunt, & ob id valde siccant.

Ῥυπτῶδες. emplastri nomen est, cuius descriptio habetur apud Celsum lib. 5. cap. 19. sic dictum est à similitudine sordium, quasi strigmentosum. ῥύπος enim id significat.

Ῥύσις. fluxus. Vna est è tribus communitatibus, quibus Methodici artem medicam constituebant. Definiebant autem esse rarefactionem corporis immodicam, & eorum quæ manere debuerant excretionem, vt contra στύψιν, densitatem & necessariorum excrementorum suppressionem. vide μεθοδικοὶ.

Ῥυσήματα. rugæ ac sordes quæ in senili facie cernuntur. Suid.

Ῥυτίων. potionis genus apud Aretæ. l. 2. de diuturn. c. 9. quam ille dysenteriam parere ait.

Ῥυτὶς. ruga, vnde ῥυπώδεις ὀφθαλμοὶ, & χασμῶδες ῥυπώδεις apud Hippoc. dicuntur, & ῥυπίδες lineæ in palpebris ex vetere onomastico.

Ῥωαὶ. vocantur costæ molliores tenuioresque vt tradit V. L.

Ῥωματίης. ὁ ἐρρωγὸς τὸ ἔνδον ἔχων. hoc est, qui aliquid intus fractum habet apud Hippoc. quem idem etiam ῥωματίαν appellat, vt explicat Galen. ἐν τῇ γλώσσῃ.

Ῥωμὴ. est diuisio caluariæ superficiaria, vel profunda quidem, sed eatenus vt fractum os loco non moueatur. differentia est fracturæ capitis, vt habetur apud Paulum lib. 6. cap. 90.

Sed & ῥωμὴ definitur à Gal. simpliciter ossis in superficie diuisio recta, eaque aut angusta aut lata est, in Definit. Medicis.

Ῥωξ. ὁ ῥαχοειδὴς χιτὼν, hoc est, tunica rhagoides. sic dicta est tunica vuea, quę tantam habet cum vua similitudinem vt vuæ etiam nomine donata sit.

Ῥωξ enim siue ῥαξ vuæ acinum significat.

Ῥῶθων. naris sed in plurali potius & frequẽtius vsurpatur quam in singulari, ῥῶθωνες etiam nasi foramina Ruffo dicuntur.

Ῥωπικόπωλης. Gal. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 5. de compos. Medic. κατὰ γένη. sic pharmacopolam appellat, quam vocem alibi non vsurpauit quantum memini, nam qui librum, de antidot. adducunt, falluntur illîc enim non ῥωπικόπωλαι, sed μυροπῶλαι legitur quem Latine dixit institorem Andernacus; Græci vero sermonis interpretes ea voce significari aiunt vnguentarios & seplasiarios; item & iuxta nominis ἔτυμον minutarum & variarum rerum venditores, cuiusmodi qui nunc Romæ pizzicaroli vulgari nomine vocantur multum à pharmacopolis differentes.

Ῥωστικὰ. medicamenta corroborantia dicuntur vt mastiche, absinthium.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Σ.

Σάβανον, τὸ. pannus est asperior desiccandis detergẽdisque à balneo corporibus accommodatus apud Aet. serm. 12. c. 11. & Trallian. Apud Hesych. & Phauorinum non σάβανον sed σάγανον legitur, exponiturque σκέπασμα, & περιβόλαιον, hoc est, operimentum & amiculũ: huius meminit Marcellus Empiricus c. 5. meminit & Nicol. sect. 1. de antidot. 180. Dum antidotum quandam præscribit statim à balneo sumendam antequam corpora siccentur, velamentis seu operimentis suis circumdata.

Σαβίνος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Σαγαδηνὸν. nomen opobalsami, à loco in quo plurimum & optimum prouenit. cunctis alijs melius quod in Palæstinæ prædijs colligitur: vt annotat Gal. lib. 1. de Antidotis.

Σαγαπηνὸν. sagapenum. Succus est ferulacei fruticis nascentis in Media. Laudatur translucidum foris, colore rufo, & cum frangitur intus candido, odore medio inter laserpitij succum & galbanum, gustu acre. Officinæ interpolato nomine serapinum appellãt. Calidum est & tenuium partium, habetque quiddam abstersorium quo oculorum cicatrices expurgat & suffusionibus prodest. Addit & Mesues eo purgari crassos lentosque humores cerebri, leuarique inde hemicranicos, comitiales, vertiginosos, paralyticos, pectoris dolores, veteres tusses & asthmaticos. Quod simile est ammoniaci lacrymæ, σαγαπήνιον vocari sunt qui putent. Apud Aetium & Paulum scribitur σαγαπηνὸν.

Σακκελίζειν ἢ

Σακκίζειν. per saccum excolare. Vox est apud Galenum frequens, quò significat sacco humorem aliquem transmittere & percolare. Id quod ad varios vsus ab antiquis inuentum fuit. Ac primum quidem quo limpidiora purioraque redderentur quæ per saccum colabantur. Sic enim quæ per coctionem crassiora turbidioraque facta sunt, tenuiora clarioraque euadunt: vt experientia facile probare potest. A quo vsu scriptum est à Martiali Poëta,

--vt liquidum potet Alauda merum,
Turbida sollicito transmittere Cacuba sacco.

Ita enim vinum purius & defæcatius reddebatur. Sed & sacco veteres vsi sunt, vt vires vini castigarentur & frangerentur, quo plus vini, inquit Plinius, caperetur. Id vini genus saccatum appellabant, vt habetur apud Scribonium Largum cap. 122. Nec tamen per saccum vina ea tãtum de causa percolabant, sed etiam vt peregrinis saporibus in saccum additis vina tum odore, tum sapore suauiora fierent. Quo quidem sensu accipiendum est quod à Plinio scribitur de aniso, ipsum saccis inditum cum amaris nucibus vina commendare. Cuius etiam condituræ meminit Constantinus Cæsar capite vltimo libro 7. de agricultura. Huius generis fuere quondam veterum προπόματα, ἀψίνθατα, κονδῖτα, nostrumque etiam vulgo dictum Hippocraticum tam vinosum quam aquosum, indito saccis pipere, cinamomo, zinzibere, cocco, absinthio, melle, saccharo, vinoque postea superfuso & per ea semel aut sæpius excolato.

Σάκχαρ, ἢ σάκχαρον. est mel in arundinibus concretũ. Saccharum autem duplex est, aliud natiuum, aliud factitium, illud liquor est qui India & fœlici Arabia ex arundinis suæ oculis effluens, tum per se quia turget, lachrimæ alicuius instar, tum etiam solis attrahente facultate elicitur, principio liquidus qui deinde à sole super arundines in grumo, pisi, fabæ aut auellanæ magnitudine cõcrescit, candidus, pellucidus, salis instar friabilis, qui antiquis cognitus, à Dioscor. & Galen. inter mellis species relatus. Quare Dioscoridi saccharum melium & concreti mellis genus, Galen. σάκχαρ Paulo σάκχαρον, Plinio saccharon dicitur, Archigeni sal indum propter concretionem sali similem, & quia salis modo sub dentibus frietur propter candorem, & quod liquefiat cum humore aliquo diluitur, alijs mel Calaminum seu arundinaceum dictum fuit quod saccharo cando arte parato simile sit, cuius succe-

» daneum esse potest. factitium aliud veterum, » aliud recentiorum; veterum ex radicibus arun- » dinũ & ex ipsis cannis exprimebatur, quo veluti » liquido melle vtebantur, quare mel Cannæ di- » ctum fuit, quod ex Ægypto, Cypro, Creta, Si- » cilia & Rhodo afferebatur, hoc etiam ante Ga- » leni tempora notissimum fuit & saccharum Ta- » barzeth ab Auicenna vocatur. Recentiorum, à » prædicto confectionis modo potissimum differe videtur, cum veteres suum expressione, Re- » centiores vero coctura, conficiant. Est autem » nostrum saccharum succus, è singulari arundi- » nis genere expressus, ad iustam consistentiam » calore ignis excoctus, defæcatus & in turbinatas » metas densatus, colore & splendore niueus, aut » in candido russescens, qui cum aqua dissoluitur » & rursus ad crassitudinem coquitur, mellis in- » star, pinguis, & in longum ductilis, dulcedinis » suauitate mel superans, qui quanto plus co- » quitur & defæcatur, tanto candidior euadit: » Diuidimus insuper saccharum in concretum & » molle: concretum in Pyramidale Miscellaneum » Candum & Penidium: Pyramidale in Made- » rense, canarium, finale, melissium & Tho- » mæum. Maderense ab insula Madera dictũ, ex » Lusitania affertur in metas, suauitate sua ad cõ- » fectiones expetitum quod cæteris omnibus præ- » fertur. Canariũ ab insula Canaria inter Affri- » cam & Americã sita, vbi copiosissime cogitur » & Melissio ac Thomæo cãdidius, solidius, ac pu- » rius: Eligendum in hoc genere, candidissimum, » aridissimum, minime lentum, sed quod malleo » percussum in solidissimas partes dissilit, vt lique- » factum ac despumatum aqueam habeat clarita- » tem, affertur & in metas. Finale ab extrema & » finem consecuta puritate nomen habet, eo quod » candidius arte reddi non potest: conficitur è Ca- » nario optimumque est quod candore, ariditate » splendore optimum: Canarium superat, quod » ad confectiones cæteris speciebus plerique præ- » ferunt, hoc practici & officinæ pro saccharo » Tabarzeth vsurpant, cum Arabes voce Tabar- » zeth optimum intelligant, nos illi Maderense » in medicamentis præferimus. Saccharum me- » lissium quod aliqui à Meli Indiæ occidentalis, » alij ex insula Melita adferri volunt, Canario si- » mile, minus tamen candidum, quod etiam fino » præferimus, & cõmuniter in cibis vtimur, qua- » re saccharum cibale quibusdam dicitur. Lauda- » tur quod tam foris quam intus candidum est. Si » enim intus subruffum sit, tum spuma sua pyra- » midibus intus commixta adulteratum est. Tho- » mæum saccharum ab insula India occidentalis » Sancti Thomæ, vbi plurimum coquitur nomen » habet, quod practicis saccharum rubrum, ab » Arabibus saccharum Sulimenum dicitur, & pro » ignobilissimo habetur, quod foris albidum aut » in flauum vergens in medijs metis subruffum » præsertim in summitate. Quod in eo candidum » est facile friatur. Ruffum vero propter lentam » pinguedinis densitatem friationi resistit, cum » resoluitur russescit, & plurimum spumæ excer- » nit, cum rursus ad spissitudinem coquitur, den- » sitatem diu seruare nequit, sed propter pingue- » dinem melli cognatam semper humescit, ideir- » co eo etiam vtimur mellis loco, ad excipienda » medicamẽta liquida pro antidotis, serapijs, con- » seruis, & similibus: Clysmatibus etiam inditur, » non tantum quod vtilius sit, sed etiam quod ma- gis abstergat. Eligendum est pingue, densum, candidius, & illud ipso fino salubrius est, adul- teratur etiam spuma sua intus pyramidibus ad- mixta, dolus fusco rubore detegitur; nonnun- quam & hoc saccharum lixiuio eo modo quo Canarium depurant, albius quidem reddunt, sed nunquam recte induratur: Et quod candidius est plus amyli habet quod in depurando admis- cent, paruis metis infundunt; cærulea charta in- uoluũt. Saccharum miscellaneum prædictarum specierum fragmenta appellant, quæ simul col- lecta in dolijs adferuntur, siquidem hoc com- muniter ad syruporum confectionẽ, aliquãdo & in cibis vtantur; denique saccharaceum mel, vel saccharinũ simile est molli & liquido melli, vel syrupo, quale etiam semper remanet, nihil aliud est quam spuma in sacchari confectione colle- cta, quod ex insulis in quibus saccharum co- quitur in dolijs aduehitur, viliorique precio quam mel venditur, quo pro melle vti liceret, nisi forte adulteraretur, hoc ex insula Madera magna copia Antuerpiam aduehitur, vbi ex eo placentulæ popularibus hominibus dicatæ con- ficiuntur. Saccharum candidum quod officinis Candum dicitur, cuius ex Græcis solus Myre- psius meminit lib. de antidot. sect. 1. κάνδιον no- minans, alijs lucidum, alijs Christallinum, du- plex est, naturale aliud, aliud factitium; natura- le quod ex arundinum cannis effluxum, super eas solis calore concretum est, & ex India alla- tum fuisse dixit, in cuius loco saccharum no- strum Candidum ijsdem pollens viribus succes- sit. Quod arte paratur duplex est, aliud chry- stallo simile, quod Veneti ex finissimo cõficiũt, cum tamen rectius ex Maderensi vel Canario conficiatur, cum finissimum à lixiuio ex calce parato, decoctione aliam qualitatem adsciscat, & id quod ex Maderẽsi vel Canario fit, illud dul- cedine superet, & candore adæquet. Alterum subruffum quod nunquam clarum redditur, & ex Thomæo conficitur, præfertur tamen al- bum, siquidem colore substantia & viribus na- tiuo correspondeat. Saccharum Penidium cu- ius nec Græci meminere, nec conficiendi mo- dum agnouere, ex pyramidali, nonnunquam ex Thomæo conficitur, potest etiam recte ex mis- cellaneo confici. Eligendum autem candidissi- mum rarissimum, ac lucidissimum quod tem- perate calidum est, lenit & emollit asperitatem faucium, raucedinem, tussim sedat, pectus & thoracem expurgat, siue per se, siue in cibo aut potu sumptum, cuius nomine infantulis vel in pulte vel cum lacte exhibetur.

Σάλκα ἔλαιον. oleum Salcæ. fuit olei aromatici con- ditura precio sa. Habetur apud Aetium libro 1. optima, quam se dixit Alexandriæ aliquando præparasse. Habetur & alia diuersa multum ab ea apud eundem lib. vltimo.

Σαλάμη. nomen emplastri apud Galen. περὶ κρ. τόπ. c. 7. quod fit ex Lithargyrij libris duabus & ol. veteris ℥. iii. valetque ad omnem dolorem.

Σαμία γῆ. Samia terra. quę in Samo inuenitur, in qua cum plures sint terrarum differentiæ, sic κρητίζουσα dicitur quæ est candida, leuis, tangenti linguę glutinis modo adhærescens, mollis, succosa, friabilis: cuiusmodi est quã aliqui καλλαΐστην vo- cabant, quod oculorum medicamentis optime misceretur. Duæ enim species terræ Samiæ fue- runt, vna quæ ante dicta est, altera quæ ἀστὴρ ap-

pellatur, crustacea & cotis modo prædensa, prædicta glutinosior, grauior, spissior, sed minus quam Lemnia terra. fuit olim forte sic dicta quod stella ei imprimeretur, aut quod in ipsa multæ micæ in modum stellarum interniterent. Inter eas præcipua est differẽtia, quod in Samia terra ἀστὴρ dicta glutinosior sit collyrio & magis emplastica, vt Gal. & Aetius scripserunt. vtraque mediocriter refrigerat, repellit fluxiones, & sudores arcet.

Vide & in voce γῆ.

Σάμιος ἀστὴρ. vide σαμία γῆ.

Σάμιος λίθος. est lapis qui in Samia terra inuenitur inclusus, candidus & subdurus, quo aurifices vtuntur poliendo auro vt resplendeat. Adstringit & refrigerat.

Σαμψαιτικὴ νάρδος. est species nardi sic dictæ à regione in qua nascitur, vt author est Dioscorides. hanc autem aliqui ψευδόναρδον esse suspicantur.

Σαμψύχινον ἔλαιον. sampsuchinum oleum, quod Aetius lib. 4. c. 42. docet conficere cocto sampsucho in duplici vase cum oleo. Calfacit & valde digerit atque discutit.

Σαμψύχινον μύρον. sampsuchinum vnguentum. Cuius compositio habet ad hunc modum: Serpylli, casiæ, abrotoni, florum sisymbrij, frondium myrti, sampsuchi singulæ portione quantum pro cuiusque viribus satis fore coniecteris. vna tunduntur, atq; ijs omphacini olei modus adijcitur qui madentium vires nõ euincat. hæc post quatriduum exprimuntur, denuo noua alia simili mensura & æquali tempore macerata premuntur. ita enim validius reddi solet, vim habet acrem, calfactoriam, extenuantem, & lassitudines illitum discutit. sic dicitur quod sampsuchus in eo viribus præpolleat. Diuersum autem est ab amaracino, etiamsi sampsuchus & amaracus idem significant, sicut in sequentibus videre est.

Σάμψυχον. sampsuchum. Est herba ramosa, perpetuo virens, per terram repens, folijs eius calaminthæ quæ tenui folio constat & λεπτόφυλλος appellatur, hirsutis & rotundis & odoris, radice retorrida, summo cespite leniter hærente, multifida, quam Dioscorides ait à Romanis maioranam dici. An vero idem sit sampsuchum cum amaraco plærique dubitant. Dioscorides scripsit σάμψυχον à Siculis & Cyzicenis ἀμάρακον appellari. Similiter Plinius ait Dioclem medicum & Siculam gentem vocare amaracum, quod Ægyptus & Syria sampsuchum: atque alio loco sampsuchum siue amaracum ait in Cypro laudatissimum & odoratissimum: nec multo post, fit ex eo oleum quod sampsuchinũ aut amaracinum vocatur. Verũ aliter videtur sentire Galenus, Aetius & Paulus, dissidẽtes viribus plantas testati, cum tanquam diuersarum seorsim locis varijs mentionem faciant, sampsuchumque in tertio calfacientium & siccantium censu collocent, amaracum in secundo siccare volunt ordine, & tertio calefacere. Quæ discordia facile conciliari potest, si intelligamus amaracum duarum herbarum differentium nomen esse: neque enim tantum hoc nomine τὸ σάμψυχον appellatur, sed etiam τὸ παρθένιον, vt author est Dioscorides. de quo posteriore amaraco parthenium significante Galenus, Aetius, Paulusque scripserunt, præsertim cum nusquam de simplicium facultatibus agentes parthenij meminerint. Sed quæres, cur igitur Dioscorides separatim sampsuchini & amaracini vnguenti compositiones explicat, nisi sampsuchum & amaracum diuersa esse existimauit? Responsio facilis est: non herbarum inibi varietatem esse, variam tantum vnguenti compositionem describi. Nam sampsuchinum quidem dicebatur quod vbique fere apparabatur, amaracinum vero proprie quod in Cyzico fiebat, vbi τὸ σάμψυχον vernacula lingua ἀμάρακον dici Dioscoridem scripsisse supra annotauimus. Itaque quamuis etiam id sampsuchinum recte vocari possit, patriam tamen illi nomenclaturam Dioscorides tribuit.

Σανδάλιος. nomen laquei descripti ab Oribasio, quem ipse τῷ χαλῷ laqueo implicat: vt videre datur libro de laqueis.

Σανδαράκη. est aliquid ceræ duritia proximum quod apes recondunt: de quo Plin. lib. 11. c. 7. sic scribit. Præter hæc conuehitur Erythace, quam alij sandaracam, alij Cerinthum vocant, hoc est, apum dum operantur cibus qui sæpe inuenitur in fauorum inaninatibus sepositus, & ipse amari saporis, sed plenus humoris cibus. Gignitur autem rore verno & arborum succo gummi modo, in quibus sane verbis Plin. & nomina & formam Erythaces pulchre expressit: nomen autem Erythaces Græcis idem est quod Latinis vernigo, vtrumque autem nominis sortita est sandaraca illa quam ceraginem Gaza appellat, à vere in quo vt ex Plin. docuimus, nascitur, ἔαρ namque ver Græcis dicitur; à Dioscoride κίρρινος quoque vocatur. probatur rufa & saturatior, & aliena materia vacans, friabilis, cinnabaris calore, sulphuris virus redolens. dos eadẽ & vstio quæ auripigmento. Quidam κίσσηρι vocant, melle quidem deteriorem, vt scribit Aristoteles, at dulcedine prope ficus. Gignitur rore verno.

Σανδαράχη. sandaracha. Est succus concretus terreusque & quoddammodo vstus, in metallis fere ijsdem in quibus & ἀρσενικὸν, hoc est auripigmentum, proueniens. Plinius in aurarijs & argentarijs metallis inueniri scribit. Sunt autem quædam eius differentiæ: in colore quidem, quod alia valde rufa est & cinnabaris colorem refert, alia minus rufa & quasi sublutea est: in figura vero quod alia gleboſa est, qualis plerumque inuenitur, alia puluerulenta, vt author est Theophrastus. Ea in locis, vt Vitruuius tradit, quæ sunt inter Magnesiæ & Ephesi fines, effoditur parata, quam nec molere nec cernere opus est, sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa & subcreta. Sandaracha sulphur olet per se, ac magis trita, sed maxime vsta. Luteum autem emittit fumum. Optima autem est quæ pura, quæ ad satietatem flammeo colore rufescit, quæ etiam si non teratur nec ardeat, olet sulphur, quæ facile frangi terique potest, qualis nascitur in Ponto. Fit etiam ex auripigmento sandaracha ad hunc modum. Auripigmenti mediocres particulæ in ollam, cuius os obturatum sit, coniectæ quinque horis coquuntur in furno contrahuntque sandarachæ colorem. Arabes cũ arsenico sandaracham confundere videntur, atque vno nomine vtrumque censere, solo autem colore distinguere: nam quæ vere sandaracha est, eam appellant arsenicum rubrum: luteum vero, quod proprie auripigmentum est. Sed turpius errant qui sandara-

cham pro vernice accipiunt, medicamentum scilicet deleterium pro salutari, cum sandaracha metallica sit, vernix autem gummi seu concreta iuniperi lacryma. Sandaracha vtuntur pictores, vtuntur tornatores cum circum vascula lineas ducunt, vtuntur & medici quod vim habeat vrendi; sed liquoribus resinisque temperata multis morbis medetur: mulso quidem purulentæ excreationi: resina suspirijs & veteri tussi, eius vapore per fistulam in os attracto, melle raucitati, sicut Dioscorides prodidit. Vitruuius id quod fit ex cerussa in fictile coniecta ac super carbonibus quoad colorem rubrum duxerit cremata, sandaracham ob similitudinem coloris nominat: sed id ipsum Dioscorides σάνδυκα scribit appellari, de quo mox.

Σανδύξ. est cerussa vsta donec rufa & similis sandarachæ euaserit. Vritur autem hoc modo: Cerussa trita in patinam nouã & cauam supra prunas imponitur & ferulacea rude mouetur, vsq; dum rufescat, & induerit sandarachæ colorem. Id autem (inquit Vitruuius lib.7.) incendio facto ex casu didicerunt homines, & ea multo meliorem vsum præstat quam quæ de metallis per se nata foditur. Quo loco Vitruuius sandycem appellat sandaracham, quod sandyx sandarachæ color sit: neque enim cerussa hoc modo vsta vere sandaracha est, vt quæ per se in metallis nascatur, sed sola coloris similitudine, hoc modo sandycem fieri primum prodidit Dioscorides: assenserunt Galenus, Aetius & Paulus, qui præterea sandycem συεικὸν dici scripto reliquere. Solus Plinius & Syricum à sandyce diuersum facit, & sandycem docet fieri ex cerussa tosta, æqua parte rubrica admixta. Verũ quia sandyx res est non naturalis sed factitia, potuit varia arte præparari & adulterari. Nam & hodie, vt nunquam cessat fraus, lateres teruntur in farinam, qua sandyx adulteratur. Cæterum Plinius scribit se animaduertere Virgilium existimasse sandycem herbam esse illo versu qui in Bucolicis habetur:

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

In qua sententia fuit etiam Seruius, qui de herba interpretatus est, de qua sandycinum colorem tingi dicit, & varanam à rusticis vocari. Eumque postea sequuti herbam depingunt delicatæ olfacturæ, caule breui & in alijs fœniculo similem. Verum miror vnde id in mentem Plinio venerit. Neque enim de herba Virgilius dixit sandycem, sed de coloris genere. Tantam enim sæculi felicitatẽ eo loco ominatur, vt tincturam lana deinceps desideratura non sit, quoniam cum in pratis oues pascẽtur, non ex sandyce quidem, quam nullam in pratis esse reperio, sed quauis herba, earum vellera & muricis, & croci, luti & sandycis similia sua sponte euadent.

Est & σανδύξ collyriũ ἀπλοῦν τὴ ἀδυναμίᾳ, quod & συεικὸν Aetius scribit appellari lib.7. quo loco ipsius compositionem exponit. Sic autem vocatur, quod recipiat cerussam vstam quam σάνδυκα & συεικὸν appellari supra diximus.

Fit ex sandyce ceratum egregium quod speciali nomine ἀνδρωπες à veteribus appellatum est, cicatricem inducens tibiarum vlceribus antiquis & malignis. Recipit autem sandycis libram vnam, olei dulcis libras duas. tamdiu coquuntur dum manus non inquinent.

Σανιώδεις. dicuntur ij quibus thorax tabulæ ritu angustus est, vt scribit Galenus lib.2. de temperamentis. Deriuatur ἀπὸ τῆς σανίδος quod asserem siue tabulam significat.

Atque inde σανιδώδεις potius legendum quidam censent.

Σαντόλον. nomen est à recentioribus Græcis vsurpatum. Est autem lignum quod India mittit. Huius tria sunt genera. Candidum, rubrum, luteum. Tertio ordine refrigerant. sed rubrum aliquanto cæteris existimatur frigidius. Sicca tamen omnia in secundo recessu sunt.

Σαντονικὸν. dicitur hoc nomine tertia species absinthij, regionis in qua nascitur, cognomento.

Vt Galen. est author, quod & Dioscorid. & Plin. confirmant, à Columella herba Santonica vocatur. vide ἀψίνθιον.

Σαξάτιλα. apud Galen. 3. de aliment. facult. quæ & apud Martialem saxitana nominantur, sunt Salsamentorum genus quoddam quæ Athenæo ἐξίτηλα dicuntur.

Σαπείας οἴνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ explicantur.

Apud Athenæ. libr. 1. sic vocatur vini genus quoddam, conditi herbis in eo putrescentibus seu marcescentibus, odoremque illarum ex marcore ipso concipientis.

Σαπρόχυμοι. Discorid. 1. ἕλκεις. c.186. illi dicuntur qui in tibijs habent vlcera Rheumatica, ægre sanabilia, & maligna, vt constat ex eiusdem lib.1. de materia medica c. de ficu.

Σαπρὸν. marcidum, non corruptum simpliciter, sed cum corruptione tabidum, & generaliter quicquid vetustum diuturnumque est vt explicat Galen. comment. 3. in lib. Hippocr. de fracturis; est & σαπρὸν idem quod κακώδες κακοδμον δυσώδες, ὀσμηκακώδες, ita enim præclare Hippocrat. libr. de sensibus σαπρὸς odores (sic enim vocat fœdos & graueolentes) proportione respondere ait saporibus multũ amaris, propterea quod vt sapores amari sunt δυσκατάποτοι, id est, deuorantur amare, sic & ipsa σαπρὰ δυσανάπνοα ὄζη, id est, putres odores ægre admodum spirando ducuntur: A voce σαπρὸν fit σαπρόπης ξύλων apud Dioscor. lib.1.c.112. Id est, caries lignorum quæ ex lignis veteribus, & caudicibus veluti farina colligitur, quæ vlceribus imposita ea repurgat & ad cicatricem perducit.

Σάπων. sapo. Gallorum inuentum est, inquit Plinius rutilandis capillis. fit ex sæuo & cinere, optimus fagino & carpineo, duobus modis, spissus & liquidus. Talis quidem fuit prima eius compositio. Alij deinde varia adiecerunt pro arbitrio & vtentium commodo, vt Constantinus, cuius sapo celebris fuit, adiectis saponi Gallico multis partim adstringentibus, partim odoratis, vt habetur apud Paulum lib.7. c.13. & apud Aetium lib.6.c.54. Hodie qui apud Venetos paratur primas tenet, addito oleo, calce, sale, & aliquando etiam odoratis quibusdam.

Σαπωναειὰ χυσία. lixiuij genus est quo vtuntur saponarij. Potest etiam intelligi lixiuium ex sapone paratum.

Σάρκος. Atticum nomen est, quo viciam significant, vt author est Galenus lib. de alimentorum facultatibus: vel viciæ semen. Sed scribitur ibi etiam ἄρκος, quod verius est.

Σαρκωτικὸν. opthalmi medicamenti nomen est ad oculorum epiphoras, describitur à Galen. 4. ϛ

» πόπ. c.7. φανίον ab eodem quasi lampas seu facu-
» la appellarur: vide φανίον.

Σαγαπαὶ. vide σεσαπαὶ.

Σαγάπτω. est ea quæ distractos & distantes habet digitos pedum, vt explicat Gal. in suo lexico Hippocratico.

Σαρδαι. pisces erant ex quibus laudatissimum fie-
» bat παστὸς. vide παστὸς.

Σαρδιανὰι βάλανοι. Sardianæ glandes, quas aliqui castaneas appellant. Arbores sunt haud incognitæ. Adstringendi vim habent, & solæ inter fructus agrestes alimentum memorabile corpori præbent, vt scribit Gal.

Σαρδόνια ἡ
Σαρδόα, ἡ σαρδόνιος πόα. vt est in vetere lexico & apud
» Paul. lib. 5. c. 51. Apuleio scelerata herba, non
» est vero aliud quam alterum ranunculi genus, copiosissimum in Sardinia, gustus acerrimi, cuius esu mentem adimi authores quamplurimi sunt, atque ita contorqueri ora, vt risus imaginem referant, qui Sardonius ob id dictus est, & abijt in prouerbium. Inter venena recensetur à Dioscor. lib. 6.

Cap. 14. vbi & fusius enarrat quæ illius haustum sequantur symptomata.

Σαρδόνιος γέλως. risus sardonius, id est fictus aut ama-
» rulentus, aut etiam insanus inquit Erasmus in
» prouerb. apud quem & de eius origine multa le-
» ges ex Græcis Grammaticis petita; illum vero
» risum inducit herba sardoa quæ est alterum ra-
» nunculi genus de quo in præcedenti voce.

Σαρδάζειν. Galenus apud Hippocr. comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων scribit varie à quibusdam verbum hoc explicari. Dicitur quidem de brutis pascentibus: sed alij significare volunt labra inter se tã vehementer committere, vt auellere & abscindere partem aliquam graminis valeant: alij vero dẽtibus inferioribus & superiore labro idem efficere: alij dentibus inter se ex vtraque parte commissis scindere, quod Galeno videtur verisimilius locum eum Hippocratis explicanti.

» Idem etiam in exeg. esse inquit idem quod di-
» ducto rictu, ostensisque labris irridere, vel mor-
» sis labris subsannare. Suidas vero σαρκάζειν pro-
» prie de canibus famelicis dici vult qui ossa carne
» denudant diducto rictu, ab eo factum est σαρκασ-
» μὸς apud Rhetoras irrisio quædam amarulenta,
» seu amarulentus iocus; Erotianus σαρκάζειν expo-
» nit πεστίζειν τὴν ἄνω γνάθον, est enim inquit εἶδος π-
» ερίστασεως τὸ σαρκάζειν.

Σαρκία. caruncuiæ dicuntur, quas à renibus excer-
» ni nonnunquam ait Hippocr Aphor. 36. lib. 4.
» quas substantiæ renum vlceratorum partes re-
» uera tum existere ait Gal. in comment. Has ta-
» men veras esse caruncuias Gal. negat in com-
» mentario, sed οἷον σαρκία, & quasi ἐφεψοκειδεῖς ὑπο-
» στάσεις sanguine crasso in renibus aut in hepate
» exusto.

Σαρκίτης. hydropis species qui & ὑποσαρκίδιος, & ἀνα-
σαρκα, & λευκοφλεγματίας dicitur. vide ὑδρωψ.

Σαρκοκήλη. ramex carnosus. Est caro durior, quæ aliqua scroti parte increuit. Galen. tumorem eum in genere scirrhorum statuit. In eo color sui similis vbique est. Proprie quidem de testiculis induratis dicitur: nec tamen ad eos solos pertinet, sed ad neruos etiam à quibus testes dependent, si eos duriores fieri contigerit, & ad tunicas, si quando inter eas caro increuerit. Causa esse potest interdum fluxio, interdum vero ictus, aut imperita post ramicis succisionem curatio, aliaque omnia à quibus scirrhi inducuntur.

Pro σαρκοκήλη dicitur & σαρκοκηλικὸν πάθος apud
» Ægin. lib. 6. c. 63. Ramices appellauit Plin. lib.
» 20. c. 13. quanquam & Ramices pulmonis ve-
» nas appellauit Plaut. in mercatore.

Σαρκοκόλλα. est lactyma arboris in Persida nascentis, thuris pollini similis, colore subrufo, amara gustanti. Inter gummi genera numeratur à Plinio. Sed & eodem nomine arbor ipsa cum lacryma sua vocatur. Nomen habet quod vulnera glutinet: sed & fluxiones sistit.

Coquit etiam digeritque leniter, optimum-
» que est pro oculis medicamentum. Trita enim
» maceratur aqua rosarum tribus diebus, tum sic-
» catur, & pluribus diebus in succo rubi macera-
» tur, siccaturque, postremo infunditur in lacte
» muliebri, denique siccatur.

Σαρκολαβὶς, vel σαρκόλαβος. forceps dicitur quo chi-
» rurgi vtuntur apud Paul. lib. 6.

Σαρκόμφαλον. est incrementum carnis in vmbilico
» mitis vel malignæ.

Σαρκόπυα. in Coac. vocat Hippocr. caruncuias purulentas quales è furunculis excidere solent.

Σαρκοφάγος λίθος. lapis qui etiam ἄσσος appellatur, de quo vide suo loco.

Σάρκωμα. est carnis in naribus præter naturam incrementum. Est autem eiusdem cum polypo naturæ, vt scribit Paulus: differt autem à polypo vt habetur in medicis diffinitionibus, magnitudine & forma. Est autem polypus quidem sarcoma, non contra. Polypus enim similitudinem piscis polypi gerat oportet, cum σάρκωμα informe sit potius carnis incrementum.

Σαρκωτικὸν. est medicamentum carnis producendæ vim habens. Nam quamuis carnis generatio naturæ opus esse videatur, iuuatur tamen illa quidem plurimum in replendo vlcere medicamentis quæ modice calefaciunt, moderate detergẽt & purgant, atque minimum siccant nulloque modo adstringunt. Talem namque τ' σαρκωτικῶν facultatem esse oportet. Carnis enim generatio fit cum & membra ipsa quibus adnasci vel circum nasci caro debet, in calore & frigore temperata fuerint, & sanguis qui illuc affluit, tum qualitate salubris, tum quantitate moderatus. Verum calidiora paulo ipsa carne oportet esse sarcotica, quo sanguinem attrahant, neque vllo modo adstringere oportet, ne quod influit repellant, sordemque vlceribus arctius affingant, minimumque siccare, ne absumant, sed modice prorsus siccare quo in carnem densetur. detergendi autem purgandique vi prædita esse decet, ne mala caro & vitiosa gignatur, si quid sordis & vitij in sanguine relictum sit, sed citra omnem morsum & acrimoniam.

Σάρξ. caro. tribus modis dicitur, vt author est Galenus lib. 10. methodi medendi: vno proprie, duobus improprie. Proprie quidem & absolute dicitur pars corporis nostri simplex, mollis, rubicunda, fibras musculorum complectens. Quanquam non eas tantum complectitur, sed etiam contra caloris interni impetum & vehementiam, atque externorum calorem, frigus, duritiem eas munit, fouet, nutrit. Gignitur ex sanguine mediocriter siccato, & perdita regignitur. Ob id caro pars multi sanguinis & calida dicitur, vnde & carnis abundantia ex sanguinis copia nascitur. Hæc caro partem plurimam

animalium sanguine præditorum constituit. Ad hanc quoque reducenda est quæ in gingiuis, in glande penis, intus in digitorum radicibus, finibus medijs & lateribus & cuti inest. Quin & in plantis ipsis circa lignosas & veluti neruosas fibras suam quandam carnem Theophrastus tribuit. Tu quoque in ferro rubigine exeso carnem contabuisse, fibras ob duritiem restitisse deprehendes, ac modo eodem in lapidibus carie exesis. Talis quidem est caro proprie dicta. Alterum autem carnis genus est impropriè dictum & nomine, vt ait eodem loco Galenus, carens, huic quidem finitimum, sed tamen diuersum, fibras omnes cordis, ventriculi, œsophagi, intestinorum, vesicæ vtriusque, vteri, & si qua sunt alia his fibris cuique proprijs prædita ambiens, his circumhærens & circumnascens & eas muniens contra calorem natiuum omnia populantem, atque etiam contra æstum, frigus & cætera foris occurrantia. Quamuis autem membranis alijs fibræ non sint, tamen his quandam carnem propriam negare non possumus, cum sanis & bene nutritis membranæ huiusmodi sint habitiores, & magis corpulentæ, attenuatis vero quacunque de causa sint magis tenues. Tertium vero & vltimum carnis genus est propria cuiusque visceris substantia, quam Erasistratus παρέγχυμα, hoc est affusionem, appellauit. Ea visceris cuiusque actionis causa est. Talis est cerebri, pulmonum, hepatis, lienis, renum caro, seu id totum quod venis, arterijs, neruis, stomachi præterea folliculo fellis quidem ab hepate, vteris vero à rene ademptis reliquum manet. Per hanc carnem cerebrum animalem spiritum elaborat, pulmo aerem, hepar chylum & sanguinem, lien crassum & fæculentum sanguinem trahit & sibi concoquit, renes sanguinis portionem ad se nutriendum idoneam, & lotiũ quod vesicæ mox transmittunt. Caro hæc omnis ceu stœbe quadam & farctura, vt ait Galenus, tum viscerum vasa firmat, & spatia horum media opplet, tum fibras ipsas tam musculorum quam partium aliarum, quibus fibris vndique circumiecta est, munit, & roborat ne facile contũdantur aut rumpantur; adhæc contra frigus & æstũ hæc omnia defendit. Cadenti enim aut cubanti caro fit substerniculum molle: dum vero contunditur, fit operimentum penicillis simillimum: cum vulneratur, propugnaculum, contra frigus calfacit, contra æstum est vmbraculum.

» Σαρξ. Græcis etiam interdum accipitur quod nos » Gallice *charnure* dicimus, hoc est, pro ipsa cute » extima apud Dioscorid. lib. 1. c. 30. quam ibi ait » olei affrictũ maxime leniri & emolliri. Sed & in » plantis succus, & crassum quod in stipitibus & » analogis dicitur lignum, σαρξ per translationem « appellatur à Theophr. 1. de caus. plant. c. 4.

Σαξιφραγον

Σαξιφραγον. Romanis saxifraga. frutex est surculosus, in petris & asperis locis nascens, epithymo similis: vt apud Dioscor. legitur.

» Notandum vero apud Dioscor. triplicem esse » vocis huius scripturam σαξιφραγον, σαξιφραγγον, » & σαξιφραγια, ex quibus posteriores duæ Latinam appellationem tibi repræsentabũt, si ex prima syllaba sustuleris. ρ. nam saxifragam seu vt » apud Plinium est saxifragum dixerũt Latini, non » modo quod in saxis nascatur, vnde & λιθοσπερμον appellant nonnulli, verum etiam quia calculos mire pellit è corpore, frangitque, vt cum Dioscor. « tradit Plinius.

Σαπειακὸν. nomen antidoti cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. c. 2.

Medicamentum est dictum quod penem erigat. «

Σαπειάσις, & σαπειασμὸς. huius vocis apud medicos « significatio multiplex est, quas omnes sigillatim « hic recensere & enucleare lubet, quia non vbi- « uis sic explicatas fortean repereris, significato- « rum vero plurimis aut fortassis omnibus à simi- « litudine hac nomen impositum videtur. «

Et primo quidem significat elephãtiasim apud « Aretæum, Aetium & Galen. lib. de tumoribus « præter nat. propter similitudinis vultus ratio- « nem cum Satyris, sicut enim in elephantiasi, sic « in Satyriasi, fœdus aspectuque horridus vultus « esse solet: propter & ossium temporalium siue « genarum eminentiam quæ in vtroque hoc affe- « ctu similis esse assolet, propter & summam libi- « dinem quæ vtrisque inest. «

Secundò, significat σαπειάσις eminentias ossiũ « atque extuberationes quæ circa tempora fiunt, « sic & Galen. referente lib. de tumor. præter nat. « c. 15. apparent enim in partibus temporum, quæ- « dam ob ossium eminentias, tubercula; nec deest « ijs quoque similitudinis Satyrorum ratio, circa « enim tempora vtrimque cornua Satyris nasci « ferunt Poëtæ: Hippocr. aphor. 26. lib. 3. hanc « vocem hoc eodẽ sensu videtur vsurpasse quan- « quam illic plurimi interpretes sumunt pro emi- « nentibus iuxta aures glandularum tumoribus « sic docente Galen. in exeg. vbi & tamen non σα- « πειασμοὶ, sed σαπειεσμοὶ scriptum legimus; vide « σαπειεσμοὶ. «

Tertiò, significat præter naturalem ac non de- « sistentem pudendi tensionem docente Gal. lib. « de tumor. cap. 15. (sic enim legendum in eo lo- « co est παρὰ φύσιν, id est, præter naturam, & non vt « male in quibusdam codicibus habetur κατὰ φύσιν « secundum naturam, id quod interpres Horatius « Limanus non aduertit) vbicumque igitur de « Colis affectibus loquitur Gal. priapismum dun- « taxat nominans, Satyriasmum intellexisse, illo « etiam nomine videtur vt 6. de loc. affect. c. 6. & « 3. de sympt. caus. c. 4. & 14. meth. c. 7. & 8. & « lib. de morbor. different. c. 9. & 9. κατὰ γεν. c. 7. « Nam & Priapum quem Poëtæ finxerunt hu- « iusmodi colem habere, stabilem scilicet & ere- « ctum, & vnde πειασμὸς vocatur, Aet. lib. 12. c. « 32. Satyrum extitisse inquit, & quanquam à « priapo diuersos fuisse Satyros aiunt, esset tamen « similitudinis cuiusdam ratione facilis vnius pro « altero vsurpatio; nimirũ vt Priapo erectus per- « petuo colis pingitur, ita & Satyri procaciissimi « sunt, salaciissimi, & erectum semper penem ge- « stantes: à quo virili membro quod σάτυρον Græci « nuncupabant, Satyros dictos esse volũt nonnul- « li; his & de causis herba venerem stimulans ab « ijsdem fuit Satyrion nuncupata, à quibusdam « teste Dioscorid. lib. 3. c. 136. σατυρικὸς; quin & « vt Plin. inquit, lib. 26. c. 10. In totum quidem « Græci, quum veneris concitationem significa- « re volunt Satyrion appellant: Galeni sententiæ « astipulari videntur Oribas. lib. Curationum c. « 128. & Trallian. lib. 9 c. 10. quia nullam de Sa- « tyriasi mentionem facientes, sed de solo priapis- « mo Galenum insequuti esse omnino videntur; « Definitionum vero Medicarum author oppo- « tum

» tum potius obseruasse videtur, sicut enim Gal.
» sub priapismo Satyriasmum comprehendebat,
» sic ille sub Satyriasi Priapismum intellexit, cum
» nulla de priapismo mentione facta satyriasim
» his verbis definiuit, affectum scilicet cum geni-
» talis membri tensione, simul distentis huius par-
» ticulis; sunt autem inquit, quibus & seminis eia-
» culatio cum voluptate fiat, mente autem extur-
» bantur, & neruorum tensio ac seminis etiam fit:
» est ergo satyriasis hoc tertio modo sumpta ex
» ἰφυσημάτων siue inflammationum genere, cuius
» scilicet causa est flatuosus spiritus propriam co-
» lis substantiam vniuersim complens ac disten-
» dens: vide plura in voce πειαπισμός.

» Quarta σατυρίασεως significatio Pauli definitionem comprehendet; ille σατυρίασιν à priapismo distinxit l.3.c.56.& 57. adeo vt longe diuersos affectus constituat, quamobrem etiam distinctis seorsim capitibus de vtrisq; egit, & quidem cap. 56. de satyriasi sic scribit; illa pudendi palpitatio est quæ cuidam spermaticorum vasorum inflammatoriæ affectioni cum tensione superuenit, hæc palpitatio nisi finiatur, in seminatiorum vasorum resolutionem aut conuulsionem delabi consueuit, ac qui conuulsi fuerint celeriter intereunt, obeuntes autem ventre inflantur, & frigidum sudorem emittunt, & mulieribus quoque sed raro hoc mali accidit: deinceps vero seorsim sic de priapismo loquitur cap. 57. Priapismus est firmum & stabile genitalis incrementum, quod in longum atque circulum latumue intumescit citra veneris appetentiam, flatulentus nimirum spiritus qui particulam in tumorem attollit, ex humoribus crassis & viscosis, modici caloris opera procreatus: atque in hac distinctione constituta Paulum sequuntur Auicēna halyabbas & Rases, quoad morborum quidem naturas spectat, quanquam quod ad nomina pertinet determinare nihil possimus, cum Arabicis barbarisque atque corruptissimis nominibus vtantur: insuper in hac Pauli distinctione notandum, ex Pauli sententia, quin & ipsius Aetij, satyriasim non viris modo sed & mulieribus accidere, quod recte de priapismo dici non potest, quoniam dicere mulierem laborare tentigine ridiculum sit. Consequitur autem mulierum satyriasim vt ex Sorano refert Aet. pudendorum ingens pruritus cum dolore, vt manus subinde locis admouere cogantur, & intolerabili veneris desiderio contabescant, quippe salsi, & acris humoris affluxus eas pungit & stimulat, vicinæque vtero partes pariter inflammantur; nec tamen illæ coitu leuantur, sed potius irritantur, quod propter locorum distensionem, meatuumque angustiam quam inflammatio efficit, semen excernere nequeant, maiorque semper humorum copia ad locum affectum affluat.

» Quinto significat σατυρίασεις apud Hipp. authore Gal. in exeg. prælonga tubercula partium adenosarum circa aures, sicq; intellexisse Hipp. 3. aphor. 26. opinamur voce σατυριασμοὶ. si quidem hanc vocem in aphorismo citato positam admiserimus, multi enim codices Hippocratis illam non habent: huius autem significationis ratio à similitudine satyrorum ducta est, in quibus sub ipsas aures huiusmodi tubercula visuntur Cælio Rhodigino teste l.14.lect.antiq.c.8. hæc autem Hipp. in aph. citato pueris contingere inquit iam grandioribus factis, id est circa 12. vel 13. annum propter pituitæ abundantiam: Quidam tamen hac voce in citato aphor. pudendorum intensiones intelligi crediderunt vt Gal. in exeg. refert.

Σατυρίας. Aristoteli lib.4. de generat. animal. idem quod σατυρίασις elephantiasin significans.

Σατύριον. folijs exit conuexis ad terram, rumici aut lilio proximis, sed rubris, minoribus, caule nudo, cubitali, flore lilij candido, radice bulbosa, mali modo extuberante, cortice rufo, intus oui modo album includitur, sapore dulci, gustu iucundo. Alij τείφυλλον, hoc est trifolium vocāt, quoniam tribus folijs exeat. Rura testiculum sacerdotis nominant. Est & aliud genus quod ἐρυθρόνιον siue ἐρυθραϊκὸν cognominant, lini semine maiusculo, & firmiore quam viticis. præterea nitido ac læui. Est & Plinio genus aliud quod satyrion ἐρυθρόκοκκον appellant, semine viticis maiore leui, duræ radicis, cortice rubro: intus album includitur, sapore subdulci. fertur in montosis inueniri. Venerem etiam si manu teneatur, radix stimulat: magis adeo si bibatur in vino austero.

Inde apud Memmium bibisse satyriū legimus, pro ad libidinem incitatum esse & inflammatum, ex illius herbæ virtute.

Σατυριασμοὶ. sunt circum aures prolixi tumores durarum concretionum carnis in seipsam conuolutæ. Quidam autem pudendorum intensiones intellexerunt: vt scribit Gal. in lexico Hippoc.

Sed vide supra quintum significatum vocis σατυριάσεως.

Σαυσείδιον. nasturtium, herba à figuræ similitudine. Eadē & cardamū vocatur Gal. in lexico Hippoc.

Σαυσειασμὸς. dicitur aridæ linguæ & hærentis affectio, linguę hæsitatio, Budæus ex Gaza apud Aristotelem probl. sect. 27. vbi de excādescentibus loquens scribit, ἐπεὶ τὸ γε ξηρὸν πίνειν, καὶ ὁ σαυσειασμὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεται διὰ τὴν ἀναφορὰν τῶ πνεύματος ἅμα καὶ θερμοῦ: id est, nam & siccum expuere & linguam hærere & reliqua huius spiritus elatio facit & sanguis.

Σαχὼν κρέας. Gal. part. 24. comment. 3. prorrhet. carnes dici à Græcis scribit, quæ diem vnum vel duos à iugulato animali asseruatæ sunt, quas alio nomine ἴσχια & ψάθυρα seu ψαθυρὰ vocant Galli dicunt *morrifiées*..

Σεσάσιν. apud pharmacopolas myxa & myxaria dicuntur. Arbor est in Ægypto proueniens, sed nunc familiaris Italiæ. Hodie vulgo sebesten dicuntur. Mediā in calore & frigore sedem tenēt.

Σευηριανοῦ κολλύριον. est aridum collyrium quod ad Seuerianum authorem refertur, constans cerussæ vncijs VIII. Cadmiæ vncijs IIII. salis ammoniaci vncijs II. piperis vncijs II. folij vncijs IIII. Aetius. Vim habet leniendi. Eius meminit Paulus lib. 3. cap. 22. eoque in acribus oculorum vlceribus vtitur, & κολλύριον ἀπαλὸν appellat. Meminit & ξηροκολλυρίου τοῦ σευηριανοῦ Galenus libr. 4. τ. κ. τόπ. ex Asclepiade non multum differente ab Aetio descriptione, nisi quod cerussam non habet.

Puluerem hunc ξήριον τὸ σευήριον vocat Trallian. l.2.c.5.& commendat ad ὀξυδερκίαν.

Σεύτλου κολλύριον. duplex habetur apud Aet. lib.7.c. περὶ ξηροκολλυρίων.

Τὰ σείοντα κεφαλήν. caput concutientia, apud authorem prorrhet. sect. 3. part. 51. hac voce quid indicetur obscurum admodum esse ibidem docet Galen. qui à quibusdam sic dicta esse capitis omnia symptomata generali quadam voce ait, ab alijs in palpitationibus pulsationibusque

» venarum temporalium, vel tremulis vel quo-
» dammodo vibrantibus, motionem quandam to-
» tius corporis.

Σεισμὸς. Arotæo morbi insultum & significatio-
» nem aut ipsam accessionem significat.

» Σεισέασις. vide σείωσις.

Σεῖσις. quartum est quod in spina incidit vitium, vbi vertebræ in loco quidem suo manent, sed earum compago dimouetur. Sunt autem alia tria eius vitia, κύφωσις, λόρδωσις, σκολίωσις, vt annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Σεῖσις τῆς ἐγκεφάλου. cerebri concussio quæ fit cum
» cerebrum intra caluariam violenter plaga vel
» casu concutitur; fit & ex alto præcipitatis aut
» ad durum corpus vehementius allisо capite, aut
» eodem percussо obtusо telo, quod non incidat,
» sed contundat: ex eo ergo σεῖσις hoc est concus-
» sio non disruptis aut loco motis partibus quod
» sub sensum cadat, sed elaxatis, quomodo in spi-
» na σεῖσις est, soluta compage vertebrarum elaxa-
» tis vinculis, sed vt nec intro, nec foras, nec in la-
» tera dimotæ sint aut luxatæ.

Σεκάλη. farrago. gallice *segle* dicitur. frumenti genus est stipula & culmo triticeo, graciliore ac proceriore: spica innocentioribus aristis horrente, non erecta sed semper procumbente, & ideo rubigini, quod imbres retineat, opportuna: grano glumis explicito, & ob id caduco, tristi, nigricante, strigoso. Secales panes quam optime nostra natio nouit. qui etsi nigricet, & eius vsus stomacho sit grauis, per annonæ tamen inopiam ieiunia vulgi satiat, & inediam explet.

Σελλώια. caluos appellari ioco populari dixit Sy-
» nesius in caluitij laudatione, equidem arbitror
» cum caluitium anteriorem partem ad verticem
» vsque populari soleat atque nudare reliquo ca-
» pite pilosо & denso, speciem effici lunæ corni-
» culatæ, dum area media pilis vacet; Lucere vo-
» lunt alij caput caluorum.

Σελλωιακὸν. nomen est τῆς κύφωσος sic dicti quod lunæ sacrum dicatumque fuerit, eique adoleretur: vel quod viginti & octo medicamentorum mistura constet, quot diebus Luna cursum menstruum peragit. vide κύφι.

Σελλωιακὸς etiam à Tralliano is dicitur qui morbo
» comitiali laborat.

Σέλι. τὸ σέσελι, apud Hippoc. vt scribit Gal.

Σελινίτης οἶνος. vini genus ex apio compositi, cuius descriptio habetur apud Dioscoridem, & apud Constantinum Cæsarem lib. 8. cap. 29.

Σελινίτης. dicitur à quibusdam ὁ χαμαίκισσος, vt habetur apud Dioscor.

Σελινοειδὲς. species brassicæ quæ & σελινόσα dicitur.

Σέλινον. apium. Est herba hortensis, caule concauo, tenuiter striato, multisque ramulis brachiato, foliis tripartito dissectis & leniter crispis, oris leniusculè laciniatis, flosculo candidulo & minuto, nudo semine, radice singulari, suauiter olẽte, biennio fere durans, perpetuaque fronde virens. Est autem vsque adeo calidum, vt & vrinas & menses ciet. Flatus quoque discutit, idque magis semine quam herba, quod valde calidum acre, & tenue est. Id credo nostrum esse vulgare petroselinum, nostrumque apium vulgare esse Dioscoridis & Galeni ἑλειοσέλινον, quod paludapium dicitur.

Σέλινον autem siue apio is quondam honos fuit in
» Achaia vt illo coronarẽtur victores sacri certa-
» minis, & defunctorum feralibus epulis dicare-
tur, & vt Plutarch. inquit, vt illo sepulchra co- »
ronarentur, vnde vetus adagium, indigere apio, »
de ijs qui profligata valetudine vtuntur: Sed & »
ab apio nonnulla manarunt alia prouerbia quæ »
apud Erasmum videris, & potissimum hæc duo, »
apio est opus; &, Ne inter apia quidem sunt. »

Porro etiam σέλινον hesychio pudendum mu- »
liebre dicitur. »

Σελινοῦσα. species est τῆς κράμβης apud Athenæum, sic dictæ à crispitudine foliorum, ideo quod ea in re apium videatur imitari. dicitur & σελινοειδὴς. Est & σελινοῦσα terræ nomen apud Galen. de simplicium medicam. facult. libr. 9. Absterforiam facultatem habet moderatam, citra morsum exsiccat, tum neque manifestè calefacit, neque refrigerat. Similes habet Chia terra facultates.

Σεμίδαλις. similago. Est farina ex tritico communi facta, ex qua factus panis σεμιδαλίτης dictus est, cui secundum inter panes bonitatis locum assignat Gal. lib. 1. de aliment. Primum enim tribuit τῷ σιλιγνίτῃ, hoc est siligineo, vt qui ex purissimi optimique tritici farina quæ σίλιγνις dicitur, conficiatur. Ex quo apparet quid discriminis sit inter similaginem & siliginem. Hoc enim nomine optimum triticum vel eius farinam, illo autem paulo deterius & commune veteres designabant, in quo quod purissimum est pollen dicebatur, vt flos in siligine, quemadmodum annotauit Plinius lib. 18. c. 10.

Σεμιδαλίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi ordine alphabetico »
insigniores panum differentiæ explicantur. »

Σεργμαί. herba quam & ὄρχιν & πέιορχιν appellati scribit Paulus lib. 4. cap. 25. Aetius vero libr. 15. descriptione emplastri διὰ σεργμάδος, duo nomina simul coniunxit, σεργμάδα πέιορχιν appellans. Apud Aetium & Paulum scribitur σέργμαι.

Σεριφῖνος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum »
differentiæ explicantur. »

Σεσυκὰ. Galeno fuerunt quæ alio nomine zizipha dicuntur. Officinæ barbaros imitatæ iuiubas hodie nominant. Sunt autem praui succi poma, nec concoctioni nec stomacho facilia.

Ægre enim concoqui & stomacho incom- »
modare & parum alere Paul. tradit lib. 1. c. 81. & »
Gal. 2. de alimentis edullium esse inquit, mulier- »
cularum & puerorum effrenatorum quod pa- »
rum nutrit, ægre concoquitur & stomacho in- »
commodum est, nec præterea quidquam de se- »
ricis apud Græcos & Latinos scriptores repe- »
rio, vno Plinio excepto, qui alterum tuberũ ge- »
nus à colore sericum dictum scribit (est autem »
color sericus subflauus) neque alia esse existimo »
Plinij serica, quam ea quæ Gal. & Paulus cog- »
nouere, cum non alia apud populos vllos esse ex »
vllis scriptoribus constet; de his plura leges »
apud Cornar. suis in Æginetam commentarijs, »
contendentem ea non esse quæ zizipha vocan- »
tur: dicuntur autem & σεσυκὰ per ». »

Σέρις. herba est duorum generum, vna syluestris quæ πικρὶς & κιχώριον vocatur, altera satiua, latioribus foliis, stomacho quam hortensis vtilior, quæ iterum in duas species digeritur. vna folio latiore prodit lactucarum simillima, altera angustiore est folio & gustu amara. Est autem olus subamarum, admodum refrigerans & humectans cum adstrictione nonnulla. Dioscorides ab aliquibus πικὺ χονδύλιον ita appellari tradit.

Σκίριον. dicitur hoc nomine absinthium marinum, quod est secunda absinthij species. Dicitur etiã σέριφον à Dioscoride, Galeno & Paulo. vide ἀψίνθιον.

Σίον. herba est cuius multæ pro natali solo differentiæ statuuntur. Aliud enim Massilienſe dicitur, folijs fœniculi, crassioribus, caule vegetiore, vmbella anethi, in qua semen oblongum, anguloſum, gustu acre. radix longa est, iucũdi odoris. Aliud est Æthiopicum quod folia habet hederæ, minora, & ad periclymeni modum oblonga. frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extensis, ramis sesquipedalibus, capitulo anethi, semine in tritici morem denso, nigro, amaro, Massiliẽsi odoratiore & acriore, multum suaui. Aliud ab his habetur Poloponense, cui folia cicutæ, latiora, crassiora, caulis supra Massilienſis magnitudinem, ferulaceus & latus. In cacumine vmbellam habet, in qua semen latius, odoratum & carnoſum pendet. Inuenitur & seseli Cyprium, quod à quibusdam κίκι, id est ricinus, appellatur, vt habetur apud Dioscoridem. Herodotus σιλικυπτειον vocat.

Σκιαχυμένος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum
» differentiæ recensentur & explicantur.

Σκαφὴς. διαστὰν καὶ ἀνεῳγμένον, hoc est, distans & apertum. Sic vocatur ab Hippocrate vlcus hians, metaphora sumpta ab ijs qui ringuntur. Nam σκαφίναι proprie significat labra diducere dentibus commissis, vt annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Σκυτομάλαχον. olus est à recentioribus Græcis nominatum quasi maluacea beta, quod forte figura & denticulato seminis habitu betam, mollitie maluam repræsentet. Id vere videtur quod vulgo spinaceum vocant.

» Σῦμα. podex sicut & τέφος apud Theocr. Idyll. 5.

» Σημασία. vide σημασία supra.

Σημεῖον. signum id omne vocatur quod sensibus
» nostris obuium, aliud quidpiam latens & oc-
» cultum comitatur, sic symptoma quia conspi-
» cuum, interioris occultique morbiè quo fluxit,
» expressum est signum; sic & causa euidens, vitio-
» sus corruptusque cibus, morbi quem procreauit
» index est: est autem signum genere duplex, de-
» monstratiuum & prognosticum: his nonnulli
» ἀναμνηστικὸν, id est commemoratiuum adiecerũt,
» quo præterita corporis constitutio memoria re-
» petitur; demonstratiuis præsens indicatur con-
» stitutio, Prognosticis futura præuidetur: signa
» prognostica non cõtinuo vt morbus inuadit, sed
» aliquanto post tempore se proferunt, hincque
» mox apparentia, & supereminentia ἐπιφαινόμενα
» & ἐπιγινόμενα nũcupari solent: ea genere quidem
» triplicia sunt, alia coctionis vel cruditatis, alia sa-
» lutis vel mortis; alia decretoria: & in vnoquoq;
» genere, alia salubria, alia insalubria, alia neutra:
» Salubria demonstratiua quæ corporis natura-
» lem constitutionem & bonam humorum com-
» moderationem commonstrant: Insalubria alia
» quidem morbi speciem declarant, vt pulsus ce-
» ler, frequens & inæqualis febrem, mollis & vn-
» dosus pulmones mollioremue partem affici; alia
» morbi causam vt plethoræ & cacochymiæ si-
» gna: in vnoquoque porro genere, alia propria
» sunt & inseparabilia quæ propriam rei essentiam
» perpetuo comitantur, neque possunt ab ea se-
» iungi; statim pariter cum morbo inuadunt, pari-
» terque desinunt, vnde comitantia & simul appa-
« rentia nuncupantur, ita quidem lateris dolor
« pungenti similis, spiratio, tussis, & acuta febris,
« propria dicuntur signa pleuritidis; alia dicuntur
« assidentia, quæ alias cum morbo inuadunt, aliàs
« superueniunt, alias neque omnino adsunt, proin-
« de nec propria nec inseparabilia sunt, sed multo-
« rum communia: Sic dolor ad iugulum vel ad
« ilia pertingens, & in latus egrum quam in sanum
« decubitus facilior, nõ propria sed assidentia sunt
« pleuritidis signa, quemadmodum & capitis do-
« lor qui febri non assiduus comes assistit.
« Σημείωσις. apud medicos animaduersionem seu ob-
« seruationem significat, qua cognitis nonnullis
« alia cognoscuntur quæ ignorabantur.
« Σημειωτικὴ. pars est medicinæ, signorum omnium
differentias & vires expendens. Cum autẽ signa multipliciter dicantur, vt Galenus in arte parua scripsit, certum est ad istam partem omnium contemplationem pertinere, sed eorum maxime quibus per morbos & præterita inuestigamus & præsentia cognoscimus atque futura præuidemus, sicut ab Hippocrate proditum est initio lib. prognosticõn.

Cum autem σημειωτικὴ sit triplex vt notauit
« Stephanus Athenienſis, ἰδιωτικὴ quæ vulgaris
« est, ἐπιστημονικὴ quæ scientifica, & τεχνικὴ quæ ar-
« tificialis; hac sola postrema vtitur Hippocr.
« quippe qui signis ipsius artis proprijs ad cognoſ-
« cendas ægritudines ipsarumque euentus vta-
« tur.
« Σηπεδὼν, ονος: puttredo; apud medicos autem σηπε-
« δόνες non solum putredines dicuntur, sed etiam
« vlcera putrida seu vlcera putrescentia, nam
« apud Dioscor. lib. 3. c. 6. σηπεδόνας καθαίρει, Her-
« molaus vertit, putredines purgat, Ruell. vero
« & Marcellus, putrescentia vlcera purgat; Cel-
« sus apud Hippocr. σηπεδόνες interpretatur Can-
« cros, vt cum ait στόματων ἕλκωσις καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, vertit, vlcera oris, cancros in obscœnis:
« Polluci σηπεδὼν est ἕλκος νομὴ, λευκοῦ, ὑπόχρου, δυσώ-
« δους, quod vitium (inquit) os maxime infestat,
« ita vt interdum dentes ossaque absistant.
« Σηπεδονώδεις. ij appellantur qui sunt ad putredinem
« proni Gal. 8. meth. c. 7.
« Σηπεδονώδης φάρμακον. putrefaciens pharmacum seu
« medicamentum: est illud in genere τῶν διαλυτι-
« κῶν, & σηπτικὸν καὶ σηπεδὼν vocatur, estque quod
« tum humorum tum corporis naturam labefa-
« ctat & cum fœtore quodam corrumpit: est au-
« tem illud insito nobis calori aduersissimum, vt
« cuius vim atque substantiam prorsus demolia-
« tur; Quod frigidissimum & veluti 4. est ordi-
« ne naturalem certe calorem extinguit, interi-
« mitque partem, idque sensim ac plerumque sine
« sensu, σηπτικὸν tamen id appellare non licet, sed
« id solum quod summa caloris acrimonia, in-
« situm nobis calorem aut dissipat aut in ig-
« neum conuertit, simulque qualitate maligna
« humorem primigenium dissoluit, & totam
« partis substantiam tabefacit atque colliquat, &
« putredinem cum fœtore inducit; id igitur sum-
« mi est caloris, in substantia moderatè crassa,
« nam tenuior à nostro calore facile vinci dissipa-
« rique posset: hoc in genere sunt auripigmen-
« tum seu Arrhenicum, tum purum, tum subli-
« matum, sandaracha, Chrysocolla, aconitum,
« dryopteris, pytiocampe, quæ nonnisi repressa
« crebra lotione ex succo portulacæ, limonum, so-
« latri, aut semperuiui vlli vlceri adhibenda sunt,

» debentque cerato leni permiſceri, parua copia,
» & in parte quæ à principibus procul abſit, peri-
» culoſus enim omnino iſtorum vſus, nec certe
» ad Chirurgiam neceſſarius, cum ſine fructu illo
» pernitioſa ſint, nec enim partem quam attige-
» rint vt cauſtica vrunt, nec cruſtam inducunt, ſed
» quam corruperint, ita relinquunt, arte excidē-
» dam.

» Σκπτικὰ ἐμπλάστρα. deſcribuntur à Celſo l. 5. c. 19.

Σκπτικὴ κοιλία. Hippocrati libello περὶ ἀνατομῆς de vē-
» triculo dicitur vbi fit cōcoctio, velut cibos con-
» coquens aut putrefaciens, eadem ratione qua
» Ruffo Epheſio ἡ γαστὴρ τὰ ὕδατα κεχυμένα.

Σήπων. vox vſitata Dioſcoridi pro putredinibus,
» (quidam putrilagines appellant) ſeu putreſcen-
» tibus vlceribus quanquam Hippoc. in Epid. Ea-
» dem voce puſtularum genus quoddam ex pu-
» tredine ortum ſignificare videtur: Sed & σηπῶν
» nomine, ſubaudi φαρμάκων medicamenta à Dioſ-
» coride ſignificantur quæ Plin. ſeptica vocare
» non dubitat, Celſus vero quæ ſic exedunt ne
» erodant.

Σήραγγες. appellantur à Ruffo ramuli ad plexum
» gutturis qui βρόγχια, & ἀρτηὰι vocantur: Gaza
» vero apud Ariſtolem l. 5. de hiſt. animal. σήραγγας
» rimas, cauernas & fauces interpretatur: ex
» Dioſcor. autem l. 4. c. 267. σήραγγας ἔχων λεπτὰς
» pro fiſtulas habens tenues Ruellio interprete,
» aut tenues habens diſcurrentes venas vt Mar-
» cellus expoſuit.

Σηραγγώδες. laxum, rarum, multis foraminibus diui-
ſum, hæc enim foramina σήραγγες & σηραγγες vo-
cantur. & tale corpus σηραγγώδες & σηραγγώδες,
hoc eſt, foraminoſum: vt refert Galenus in lexi-
co Hippocratis.

» Διὰ σήρεως. medicamentum ex ſerico deſ-
» cribitur à Trallian. & commendatur ad puris
» confectionem l. 3. c. 7.

Σησαμὶς ἡ

Σησαμίτης. idem quod σησαμοειδὴς, vt habetur apud
Dioſcoridem, de quo mox.

Σησαμοειδὴς. planta eſt duo generum: vnum magnū,
alterum paruum eſt. Magnum Anticyrenſes el-
leborum vocauerunt, quoniam albo veratro in
purgationibus miſceretur. Simile eſt ſenecioni
aut rutæ, longo folio, flore candido, radice gra-
cili, ignaua: ſemen guſtu amaro, cætera ſeſamæ
ſimile. Paruo autem cauliculi ſunt dodrantales,
folia coronopi, minora, hirſutiora, & in caulicu-
lorum cacumine capitula florum pene purpu-
reorum, medio eorum albo, ſemen ſeſamæ, ful-
uum, amarum, radix tenuis.

Σησαμοειδὴς. ſic quondam dictum fuit apud Antic-
renſes ſemen ellebori nigri, vt ſcribit Dioſcori-
des. Verum Theophraſtus ipſum elleborum ab
ijs ſic vocatum fuiſſe prodidit, quod ſeſamæ ſi-
militudinem haberet.

Σησαμοειδῆ ὀστᾶ. oſſa ſeſamis ſimilia. Sunt oſſicula
oblonga & plana intra manuum pedumque ar-
ticulos poſita: ſic dicta ſunt à ſeſamę ſeminis
ſimilitudine. Ea in ſingularum manuum articu-
lis numerantur decem & nouem intus ſita, & ad
inflexionem articulorum comparata. Sunt autē
hoc ordine digeſta. In quatuor digitis manus,
intus ad articulos primos quidem bina, alios au-
tem ſingulos ſingula ſub tendonibus incumbūt,
ligamentis implexa. Ex articulis autem pollicis,
primus quidem nullum, ſecundus bina, vltimus
vnum continet. Sunt & in vtroque pede interna
totidem. Præterea vero in manu alia quatuor-
decim foris ſæpe inſternuntur tendonibus im-
plexa, ſingula quidem ſingulis iam dictis qua-
tuor digitorum articulis, duo autem ſecundo
pollicis articulo, ſub vtroque ſcilicet tendone
vnum, ſed minora & magis cartilaginoſa, præ-
ſertim pueris. verum ijs pedum articuli carent,
neque in ijs vlla ſuperne apparēt. aut admodum
rara vel obſcura: ſed grandia duo habet, vnum
quidem ad articulum aſtragali cum ſcaphoide:
alterum vero ad articulum pternæ cum cyboi-
de. Sunt igitur in digitorum articulis oſſa ſeſa-
moidea numero quinquaginta duo, & duo in-
ſuper alia grandia, de quibus modo diximus. At-
que hæc quidem omnia facile eſt reperire, abla-
tis prius tendonibus extendentibus, deinde ſe-
ctis per tranſuerſum articulorum ligamentis.
horum autem omnium proprius vſus eſt & ve-
rus, vt articulos implentia ſtringētiaque eos lu-
xari prohibeant. Sic enim mola genu articulum
parte antica firmat, ne ambulantibus per decli-
uia, aut genu multum flectentibus luxatio in an-
teriora fiat. Quoniam autem & in anteriora &
in poſteriora luxatio fieri poteſt, quę quidem ar-
ticulis manus internis inſunt oſſa ſeſamoidea,
eos intro luxari prohibent, dū manus vehemen-
ter extenditur, eaque ſic tenſa vis aliqua adhibe-
tur: quæ vero exterius ſupernis eorum partibus
implantata ſunt, ne extrema flexione foras lu-
xentur, impediunt. Hac etiam ratione articulis
digitorum pedis omnibus oſſa ſubſunt ſeſamoi-
dea, ligamentis implexa, vt in digitorum manus
internis articulis, non ad inflexionem quidem,
ad quam ſunt valde inepti, ſed vt pes ſtantibus
& ambulantibus etiam per loca inæqualia & aſ-
pera ſit firmior, & ne digiti lapidibus vel re alia
quauis altiore, velut euerſi dum ſtamus aut am-
bulamus, prompte luxentur.

Σήσαμον. quidam frumenti, quidam leguminum ge-
neri annumerant. culmine ferulaceo, folijs ſan-
guineis, ſemine candido, infra magnitudinem
lini, quod vaſculis vt papauer continetur. radice
ſimplici & alba. Iam agri plærique in Gallia hac
fruge rubent.

Σήσαμον ἄγριον. ſic à quibuſdam dictum fuiſſe helio-
tropium maius Dioſcorides author eſt. Sic quo-
que à quibuſdam vocari τὸ κίκι, id eſt, ricinum,
idem prodidit.

Σῆψ. apud Hippocr. libr. 6. epidem. ſect. 8. nomen
» eſt tuberculi quod à ſerpentis tabifici & mor-
» tiferi nomine ſic numeratur ait Galen. in com-
» ment.

Σῆψις. putredo, putrefactio. Duplicem Galenus fa-
cit libro 1. de differentijs febrium: vnam quæ fit
ſuperante natura, alteram vero ſuperata. Et ſu-
perante quidem, ſicut in inflammationibus, &
ſimilibus tumoribus omnibus pus, in humori-
bus autem qui in venis atque arterijs continen-
tur, quiddam quod puri proportione reſponder,
ſubſidens in vrinis. At talis quidem putredo non
ſimpliciter putredo exiſtit, ſed aliquid in ſe con-
tinet coctionis. Nam adhuc vi coquendi vaſorū
remanente, qui interim putrefit humor, ad ta-
lem peruenit alterationē. Sed & alterū eſt putre-
dinis genus, cum ea vis cui demādatum eſt con-
coquendi officium, adeo imbecillis facta eſt, vt
nullam amplius facere poſſit in putreſcente ſu-
perfluitate ad optimum trāſmutationem. Quod
quidem vſu contingit nonnunquam, cum

eadem vis ad vltimum imbecillitatis peruenerit. etiamsi id quod putrescit, mediocriter sit vitiatũ, interdum vero fieri potest, vt vis quidem ipsa non omnino sit imbecillis, humor vero putrescens maxime sit vitiatus. Huius autem superfluitatis putredo, neque consistentiam neque aut colorem aut odorem habet vnum, sed semper permutatur, ac multis modis illud euariat quod putrescit. Altera autem putrefactio, quam & coctionem esse diximus, semper ad vnam puris speciem terminatur, coloremque ac consistentiam suscipit atque odorem.

Cæterum etiam σῆψις tempore Hippocratis atque Empedoclis (qui fuit parum ante Hippocr.) appellata fuit coctio, quasi sit putrefactio quædam: & Plutarch. in quæst. natur. 2. & 32. & Hippocr. ipse appellare solent ventriculum σηπτικὸν putrefactorium, quin & Hippoc. ἀκροσηπὴς pro leniter concocto in lib. περὶ πτισάνης dixit, sicut & idem vinum vocauit ὑδωρ ἐν ξύλῳ σαπὲν, aquam in ligno concoctam, vt refert Aristoteles 4. Topic. c. 5. & Plutarch. c. 2. lib. de causis natur. vbi scribit coctionem esse putrefactionem: sic & ἄσηπτον ponebant pro ἄπεπτον vt docet Gal. 6. comment. in 1. aphor. esse tamen diuersa σῆψιν & πέψιν nemo nescit, & recte Aristoteles 12. metaphysicæ ὁ σῆψις ait ἐν τῷ σηπτῷ περίττωμα τῆς τροφῆς ἐστι; sic & Athenæus lib. 7. ciborum concoctionem non appellat σῆψιν, sed fieri κατὰ σῆψιν, atque adeo Peripatetici etiam hæc faciunt affinia.

Σιαγὼν. maxilla γένυς. γνάθος. sic dicta ὅτι σείεται περὶ μασσομένων, hoc est quod circumacta moueatur.

Dicuntur & pro eodem τὰ σιαγόνια: Pro σιαγὼν dicitur & συαγὼν per υ. vt obseruauit Athenæ. l. 3. quanquam eo loci pro συαγόνα legit ὑαγόνα Casaubonus edoctus ex Eustathio: Porro σιαγῶνες buccarum musculos vocat Cæl. Aurelian. l. 1. τ. χρ. cap. 4.

Σίαλον. vel σίελον. saliua. Est pituita quæ à glandulis ad radicem linguæ sitis profecta os totum humectat. Pituitam quidem esse, præter humiditatem & frigiditatem, color etiam ostendit & gustus, non ex earum quidem genere quæ vel screando, vel vomendo, vel emungendo quotidie eiiciuntur, vaporoso scilicet spiritu plenæ, vt ne sensum quidem latere possit ipsas esse dissimilares, sed ex genere proprie dictæ pituitæ. Videtur enim esse similaris, si modo secundum naturam se habeat, hoc est, si nec fluida valde & aquosa sit, nec nimium lenta & sicca, nec aliena qualitate prædita. Est autem ei naturalis aquæ qualitas quæ ἄπνοος est, aliena vero acris, acida & salsa, vt quæ dissimilis humoris mistura proueniat. Cæterum saliuam gignunt glandulæ seu glanduloſa corpora ad radicem linguæ sita eamque in os euidentibus venulis stillatim effundunt. Id quod magna naturæ prouidẽtia factum est, vt perpetuo humore totæ fauces, lingua & palatum madescant, vsum alioqui respirationis, vocis, & deglutitionis, qualem natura poscit, nõ præstitura: Ac quanquam quotquot per corpus sparsæ sunt glandulæ lentum quendam humorem & quasi pituitosum contineant, saliuæ perquam similem, eum tamen nemo hominum saliuam appellat, vti nec crassiorem illam pituitam quæ ex cerebro tum per os, tum per nares defluit. Non enim eum saliuam, sed omnes fere μύξαν, Hippocrates vero βλέννα vocauit. Affluit autem eiusmodi pituita in os aliquando à cerebro humidiore, aliquãdo vero à stomacho, quod vitium σιαλισμὸς dictum est, de quo vide suo loco. Reperitur etiam masculino genere σίαλος & σίελος pro eodem. Homero autem σίηλος est porcus saginatus. Idem σίηλος adiectiue etiam vsurpat pro succulento & pingui: itemque Hippocrates, teste Galen.

Sed & σίαλος pro axungia vsurpatum reperies apud Hipp. 4. de victu in acut.

Σιαλοχόοι. dicuntur Hippocrati qui multam saliuam & pituitam ore effundunt, hinc & ἀδένες σιαλοχόοι appellantur comm. 1. in 1. prorrhet.

Σιγμοειδὴς ἀπόφυσις sic dicitur processus vnus omoplatæ, quod instar antiquæ Græcorum literæ Ϲ cauus sit. Idem aliis nominibus ἀξιφοειδὴς & κορακοειδὴς appellatur. de quibus vide suis locis.

Dicitur & hoc nomine sinus seu cauitas semicircularis in cubito, inter duas cubiti apophyses comprehensa, in quam brachij extremum trochleæ simile inseritur. Refert figuram Ϲ Græcorum literæ, vnde σιγμοειδὴς vel σιγματοειδὴς appellatur.

Dicuntur & χόνδροι σιγμοειδεῖς cartilagines quibus aspera arteria contexitur, quod semicirculares sint instar Ϲ Græcorum literæ.

Dicuntur & σιγμοειδεῖς tres membranulæ ad orificium venæ arterialis positæ, quæ intus ortæ extrorsum feruntur. Sunt enim semicirculares, & literæ Ϲ imaginem referunt.

Σιγῖνος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Σίδη. planta est lacustris in Orchomenio lacu frequens, papaueris similis, roseo flore, vasculo maliamplitudine, candidis membranis obducto, semine intus rubro, gustu triticum æmulante. Cibo idonea est, folia ouium pabulo grata, germina suillo pecori, fructus hominibus estur.

Est & σίδη punica malus, sed & ipsum malum punicum vocatur σίδη ab Hippoc. 1. de morbis mulierum, & de nat. muliebri: inde apud eundem σιδηροειδὴς χρώς, color luteus, scilicet malicorium repræsentans, qualem in lienis morbo esse inquit lib. περὶ τῶν ἐν τοῖς παθῶν, & in ictero Galen. in exeg. σιδηροειδὴς exponit ὠχρὸς ὡς σίδιον.

Σιδηρῖτις. herba est trium generum apud Dioscoridem. Primum genus proditur ab eo folia habere marrubij, sed longiora, satis ad frondem quercus aut saluiæ accedentia, minora tamen & aspera. caules edit quadratos, dodrantem altos, aut etiam maiores, non iniucundi gustus; aliquantulumque subastringẽtis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebræ, vt in marrubio spectantur, & semen in eis nigrum. nascitur in petrosis. Secũdum genus ramulis est binum cubitorum, exilibus, folio filicis, numeroso, vtrinq; per oras dimisso: pediculo longo, prodeuntibus è summo alarũ sinu surculis, longis, tenuibus: capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semẽ continetur, quã betæ rotundius aliquanto & durius. Tertium autem genus à Crateua positũ est, in macerijs & vineis nascens, folijs ab vna radice multis, coriandro similibus, circa coliculos dodrãtales, læues, teneros, subcandidos atque subrubicundos, flore puniceo, paruo, gustãti amaro & lento. Sideritidis vires memoriæ prodidit Galen. scribens eam habere quiddam abstergens,

sed plurimum humidam esse, & modice frigidam: adstrictionis vero pauculum illi inesse. Sic etiam dicta fuit à multis ἡ ἐλξίνη, atque etiam ὁ σπεστρών, sicut habetur apud Dioscorid. Dicitur & apud Eubœos ἡ χαμαιπίτυς, sicut idem author est.

» Est quoque σιδηείτης, seu σιδηείτης λίθος ma-
» gnes sic appellatus, à trahendo scilicet ferro, in-
» terdum quoddam adamantis genus quod ferreo
» sit splendore præditum.

Σίδηρος. ferrum. Quid sit notum est. Variæ sunt eius differentiæ: quoddam est tenax, quod optimum, quoddam mediocre, quoddam fragile & æruginosum, quod deterrimum. Nullū purum nascitur, sed igni excoquitur. Quo in opere tria ex ferro prodeunt, τόμωμα, λεπὶς, σκωρία. Latini τόμωμα ferri aciem videntur dicere, nec aliud est quam ferrum sæpius liquefactum & purgatius redditum. λεπὶς, quam squamam dicunt, ea est quæ malleorum ictibus excutitur de ferro, aut de eius stomomate, quæ valentius quam æris squama adstringit, & vtilior est malignis vlceribus, sed minus acris est. σκωρία vero purgamentum eius est, siccantis admodum facultatis.

Σίδιον. malicorium, hoc est, asperum mali Punici putamen. Adstringendi spissandique vim habet, eamque maiorem succo & acinis.

» Ex illo fit σιδιοειδὴς χυμὸς, de quo supra in vo-
» ce σίδιον.

Σιελισμὸς. symptoma est cum saliua plus æquo in os affluit. Id quod contingit tum vitio capitis humidioris multamque saliuam in glandulas ad radicem linguę sitas effundentis, tum stomachi multa pituita redundantis, quæ ex eo secundum gulam in os prorepit: cuius quidem affectionis Galenus meminit lib. 8. τῆς τεχν. cap. 4. & Paulus libri 3. cap. 39.

» Dicitur alio nomine πτυελισμὸς Hippoc. in
» prorrhet. hic autem affectus ponitur à Diocle
» inter signa melancholiæ hypochondriacæ vt
» scripsit Gal. l. 3. de loc. affect. idem lib. de pleni-
» tudine scripsit eos quibus abundat atra bilis esse
» saliua refertos: ab Hippocrate autē in prorrhet.
» & Coac. recensetur inter signa phrenitica; con-
» sequitur enim vel læsam mentem, vel tenuis
» ichoris ex inflammatione cerebri resudationem,
» vt in omnibus inflammationibus fieri solet; ab
» eodem Hippoc. etiam numeratur inter signa vo-
» mitionis futuræ aph. 31. l. 4. Coacar.

Σίλλον, ἢ σίελος. idem quod σιάλον de quo supra.

Σιαγόνες. maxillæ, malæ, vide σιαγὼν supra.

Σικανὸς. malitia insidiatoria, causa occulta: vt explicat Gal. in lexico Hippoc.

Σικύα. cucurbita vel cucurbitula. Instrumentum est concauum, quod ad multos vsus cum flamma corporibus adhibetur. Plures eius differentiæ tam à materia quam à forma haberi possunt. A materia tres fuerunt præcipuæ apud antiquos, vitrea, cornea, ænea: nam argenteas, quia vehementius ignirentur, reijciebant. Æneārum frequentior erat vsus: nunc vitreis magis vtimur, quod per eas melius sanguinis vacuationem cōtemplemur. Corneæ post eas secundum locum nunc obtinent. Quod ad figuram spectat, differentia præcipue in æneis erat. Elatiores humilioribus magis attrahunt. humiliores capiti magis conueniunt, quia non vehementer trahunt. Quę plana habent labra, corporibus latitudinem habentibus: quæ resima, cuuis & gracilibus commodius affiguntur. Quæ acutum os habent, illis competūt in quibus scarificatione quidem non vtimur, sed per leuium cucurbitularum applicationem vehementer attrahere volumus, labrorum acuitate ad attractionis violētiam conferente. Quæ obtusa habent labra, tum in alijs membris, tum præcipue in capite, vtiliter applicantur. Æneatū cucurbitularum tractus quemadmodum etiam vitrearum non nisi per ignem fit, cornearum vero etiam sine igne, vt Antyllus scripsit. Quippe in extremo eas licet perforare. Itaque cum aptantur, si quis vehementius ore per foramen exugat, illæ attrahent. Statim vero foramen digito ceraue claudi debet. Cæterum cucurbitæ multiplices vsus medici veteres prodiderunt. capitis materiam vacuat, dolorem soluit, phlegmonem minuit, inflationes discutit, appetentiam reuocat, imbecillum & exolutum stomachum roborat, animi defectiones depellit, quæ in profundo sunt ad superficiem transfert, fluxiones exiccat, sanguinis eruptiones cohibet, menses suis circuitibus mouet, venena mortifera foras attrahit, rigores & circuitus soluit, cataphoras discutit, somnos cōciliat. Verum vt docet Galenus lib. 14. methodi med. etsi cucurbitula (strenuum plane auxilium) inuenta est tum vt foras euocentur quæ in alto sunt, tum vt eximantur atque eruantur quæ iam in scirrhū abeunt, in plethoricis tamen prætermittēda est, quod corporibus tantum vtilis sit quæ prius vacuata sunt. Eadem ratione vbi cerebrum eiusq; membranæ phlegmone vexantur, aut alia omnino particula, non est per initia vtēdum cucurbitulis, sed posteaquam totum corpus vacuaueris, ac necessarium sit eorum quæ in inflammata parte continentur, aliquid educas atque eruas, aut etiam foras versus attrahas. Dum vero affectus ipsi generantur, minime ipsis membris quæ laborare incipiunt, sed ijs quæ continuata his sunt, cucurbita imponi debebit, auellēdi in contrarium causa. Sic namq; ad mammillas cucurbitam imponimus, cum sāguis ex vtero profluit, defixo maxime in ipsis communibus pectoris & vteri vasis eius ore. Sic si ex naribus sanguis profunditur, præcordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud *sanguinis profluuium* ad contrarium per communes venas auertimus, quemadmodum rursum & sanguinem, si ita est opus, attrahimus. Siquidem cum menses euocare in animo est, in pube & inguine cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa efficax est remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari tamē prius totum corpus expedit: nam si pletoricum corpus sit, in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis. Idem vero & de reliquis partibus iudicandum. Reperitur & σικῦα apud Galen. & Hippocr.

Σικύα πυρὰ. dicitur à quibusdam ἡ κολοκυνθὶς, vt habetur apud Dioscor.

Σικύασις. dicitur cucurbitularum vsus vel applicatio apud Paul. lib. 6. c. 41.

Σικυοειδὲς κάταγμα differentia est fracturæ ossis, quæ & κυλινδοειδὲς & ῥαφανοειδὲς dicitur. vide in dictione κάταγμα.

Σικυοπέπων. vide πέπων, & Gal. l. 2. de aliment. facult. cap. 4.

Σίκυος ἡ

Σίκυς. cucumer siue cucumis. Olim fuit nomen

multis fructibus commune qui aut cartilagine aut cute foris obducta in oleraceis extra terram crescunt. Estque illis qui priuatim nunc cucumis, primum & supremum genus, cui deinde subijciuntur pepones, & melopepones. sed cucumerem quidem Græci simpliciter σίκυον ἢ σίκυα appellant, quem nos priuatim cucumerem vocamus, cibis aptum, vesicæ & vrinæ vtilem, quemque Dioscorides scribit bonam aluum facere, & stomacho accommodatum esse: species vero eius cum adiecto nuncupant, vt σίκυα ἀγρία appellantes. Cæterum qui σίκυς proprie & simpliciter dicitur, duas habet differentias: alius enim ἥμερος, hoc est satiuus dicitur, alius vero ἄγριος, quem Latini cucumerem anguinum vel syluestrem, vulgus nunc asininum appellat. Hic fructu tantum à satiuo distat, multo minorem habens & glandibus longiusculis similem, ramis & foliis paribus, radice alba, grandi, ruderibus sabulosisque nascitur, totoque frutice amaritudinem habet. Ex eo medicamentum fit quod ἐλατήριον vocatur.

» Aetius Barbario nomine Cucumerem voca-
» uit ἀφροδίσιον: Dici vero Cucumerem seu σίκυα ἀπὸ
» τῆς σίνεσι κινήσεως. Id est, quod venerem cieat refert
» ex Demetrio quodam Athenæus; Cui tamen
» sententiæ permulti non accedunt, præsertim cũ
» Veneri refragetur, nisi fortean ex aduerso sibi
» nomen adsciuisset, quod concumbendi appe-
» tentiam minime stimularet; hinc celebratum
» puto Græcis prouerbium, vt idem commemo-
» rat Athenæus: Texens pallium mulier cucume-
» rem deuoret, quod textrices magna ex parte, (si
» Aristoteli credimus) sint impudicæ & veneri
» oportunæ; vt ergo ijs impetus infrenetur & elã-
» gueſcat, adagium edendos cucumeres textri-
» cibus consulebat, nam venereorum auiditatem
» cohibere tradit Diphilus apud Athenæum.

Σικύωνη. quatuor significat apud Hippocratem: colocynthidem, pyro similem cucurbitam, medicinalem cucurbitam fundo carentem, & coni similem cucurbitam. Refert Gal. in lexico Hippocratico.

Σικυώνης σπόγγον. vocat Hippocr. colocynthidis interiorem partem. Refert Galen. in lexico Hippocr.

Σίλ, ἡ

Σίλι. idem quod σίσελι. Hippocrates etiam σίλι dixit.

Σιλίγνις. siligo. Romana quidem vox est, sed tamen à Græcis vsurpata, propter penuriam Græci nominis in ea re designanda, sicut Galenus lib. 1. de alim. testatur, vbi purissimũ esse siligineũ panẽ tradit, siligineum appellans σιλιγνίτου, non Græce quidem, inquit, sed quod non habeat aliud nomen quo ipsum designet. Est enim mere Romanum vocabulum quo purissima tritici farina nuncupatur, atque ipsum etiam optimum præstantissimumque triticum. Quare non immerito Plinius libr. 18. c. 8. siliginem tritici delicias appellauit. Quod ex eiusmodi farina depuratissimum est, flos à Latinis dicitur. Vt autem optimi tritici farina siligo dicitur, ita cõmunis minusque præstantis, similago & à Græcis σεμίδαλις dicitur, eiusque purissima portio pollen, vt ex Plinio patet lib. 18. cap. 10. qui in hunc modum scribit: Similago ex tritico fit laudatissima, ex Aphrico iustum est è modijs redire semodios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Ex quibus patet quàm male nunc omnes eam frumenti speciem quæ tipha & olyra quondam dicta fuit, siliginem vocitent.

Σιλιγνίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi complures panum differentiæ recensentur & explicantur.

Σιλλικώτειον. sic dicitur ab Herodoto τὸ κίκι, hoc est ricinus. alij σίσιλι κόπτιον vocant, vt Dioscorides testatur.

Σίλφιον. laserpitium. frutex est cui radix crassa multaque, caulis annuus, altitudine & crassitudine quasi ferulæ, folium simile apio, quod ineunte vere prosilit deciduumque est, semen latum, foliaceum. Succus duplex, vnus è scapo, alter è radice vilior ac putrescens. Pellucidior puriorque à radice manat, omnium succorum præstantissimus, vt qui meruerit simpliciter ὀπὸς κατ' ἐξοχὴν appellari. Latinis laser vocatur: succus Cyrenaicus dicitur quod optimus ex oppido Cyrenarum adferretur.

Sed notandum radicem silphij solam ab Hippocr. σίλφιον nominari teste Gal. in exeg. Silphij autem varias in re medica vires Dioscorid. & Galen. prodiderunt, & Nicander Poëta medicus in Alexipharm. Silphij radices & succum his qui cum coagulo lac biberint, & illo in ventriculo in grumos concreto ægre spirent, præsens ferre auxiliũ, si quis radices poculo suo intriuerit, aut dissolutum biberit succum; nec silphio tantum ad medicamenta veteres vtebantur, & ad intinctus quos Græci ἐμβάμματα vocant, sed & illo salgama & esculenta condiebãt. Nec certe vulgaris erat silphij vsus, adeo enim magni constabat vt singulę librę laserpitij, pondo argenti rependerentur, nec id Cyrenis nisi clam impune efferre licebat: de illius præstantia plura Leges apud Langium in Epistolis, vide & suo loco ὀπὸς vbi de succo Cyrenaico.

Σιμὸν. subtransuersum, vt interpretatur Linacer li. 2. de sanit. tuend. quod paululum abs transuerso in vtramque partem declinat.

Sed & σιμὰ à Græcis dicuntur ea parte qua planities colli committitur, cum tamen neutrum ex illis simum per se sit: Planities enim planta atq; humilis procurrit. Collis accliuis est atque editus, vbi vero inter se concurrunt, ibi figura sima σιμὸν σχῆμα efficitur. Sic in naribus τῆς ῥινὸς τὸ σιμὸν, pars ea sima appellatur quæ media inter eminentiores subsidet. Totus item nasus ab hac parte simus nuncupatur, & σιμὸς qui pressis est naribus, & σιμότης eiusmodi symptoma, vbi enim aliquid fulcientium nasum ossium decidens perierit, ibi interseptum subsidens nasum eo loco concauum efficit, vt docet Galen. comment. 1. in 6. Epid. t. 4. in naribus igitur & vijs σιμότης simitas proprie nuncupatur. Per translationem vero ab Hippoc. τὸ σιμὸν, in deligationibus sumitur pro specie quadam inuolutionis fasciarum vt docet Galen. comment. εἰς τὸ ἐπιζύγιον t. 2. Impropriè quoque σιμὸ χασὴρ apud Xenoph. παιδαγωγ. 8. & τὰ σιμὰ τῶν ἵππων apud Gal. 2. ad Glauconem.

Σινάμωρα. nocua, hoc est βλαβερὰ, apud Hippocrat. Galen. annotat comment. 3. in lib. de ratione victus in morbis acutis.

Σίναπι, ἡ

Σίνηπι. planta est trium generum. vnum syluestrius & erraticum est, tenui tum folio tum semine: vulgus sanelam vocat, secundum hortense, rapi-

tia fronde, cæteris maius, cuius vsus in officinis est. tertium deinde & ipsum satiuum est, semine albo minusque acri: vtrumque communiter rustici seneue vocant. Vis ei calfaciendi siccandique quarto etiam ordine, igneaque vi semen eius nares & cerebrum apprehendit, lacrymasque excutit, nullo tam acris saporis præuio odore.

» Appellatur vero σίναπι inquit Athenæ. lib. 9. ὅτι
» σίναπται τοὺς ὄπτας τῇ ὀδμῇ, quia olfactu lædit oculos: Hanc autem vocem trifariam enuntiant
» Græci, νάπυ, σίναπυ & σίναπι; negat autē Athen.
» loco cit. extare vsquam in libris eorum qui Attice loquuti sunt vocem σίναπι, οὐδεὶς Ἀττικῶν, inquit, σίναπυ ἔφη. Et Eustath. solum νάπυ Atticis
» relinquit, νάπυ ait Ἀττικὴ λέξις: à nomine σίναπι
» verbum σιναπίζω, id est, cataplasma ex sinapi impono, & σιναπῶ vultum adduco, quod proprium
» est indignantium. Quare festiue potius quam ioculariter lepidissimus Græcorū Comicus Aristophanes in equitibus, cum Cleontem ira percitū
» videret rugosa caperataque fronte, vultuque rubicundo, trucique aspectu, oculis velut emissitijs, lumen vltro citroque iaculantibus furorem
» hominis demonstrans, sinapi se conspexisse dixit, quasi indignabundum virum & excandescentem innuens.

Σιναπισμὸς. sinapismus. Est cataplasma ex sinapi, vt Archigenes definiuit. Simplicissimus quidem ille est, qui solo sinapi constat trito & apposito. quo tamen non contenti veteres sinapismum ita prepararunt: ficus pingues tepida aqua pridie macerabantur, postridie manibus diligenter expressæ contundebantur. deinde sinapim quam acerrimam, qualis est Syriaca vel Ægyptia, priuatim terebant, adiecto interim ficuum cremore quo facilius teri posset, nec tamen aquosum euaderet, postremo in offas simul hæc cogebant. Si sinapismum vehemētiorem facere fuisset in animo, binas sinapis portiones ad vnam ficuum addebant: sin inualidiorem, cōtra, si moderatum, æquas vtriusque partes commiscebant. In mollioribus autem corporibus sensuque præditis exquisito, & in quibus circa superficiem affectio est, panem pro caricis miscebāt, aut ipsum sinapi aceto macerabant antequam detereretur, quo magis eius domaretur acrimonia, quod aceto vis sinapis frangatur. Ita paratus sinapismus, vel illinebatur, vel linteo exceptus admouebatur, & quantum opus esset sinebatur. Temporis autem spatium certo definire non licebat. Quare frequenter leuandum erat cataplasma, & considerandum an subiecta pars ruborem contraxisset, præsertim si sensu hebetiore prædita esset. Quod vt celerius fieret, partem ipsam spongijs aqua calente madentibus fouebant, incumbente adhuc cataplasmate nec soluto: deinde vbi satis calere, rubere, & tumere videbatur, sinapismum eximebant, post in balneū ducebant, deinde rosaceo partem illinebant, aut hapsolanæ rosaceo & aqua imbuto, vel malua cocta tritaque cum pane integebant, donec nihil ex sinapismo mali supereset. Sed cur ætate nostra remedij tam excellentis vsum medici respuant, nihil possum excusare, nisi vel vtilitatem eius, quoniam minimo ære comparetur, non profuturum alioqui nisi pluris vænierit, vel eiusdē acrimoniam causari, quod sæuitiæ morborum lenioribus blandiri placeat, differētibus magis occisionem quam prohibentibus, vt renitenti sæpius ægrotantium voluptati subscribant: cum quibus subinde melius esset actum, si hoc medicamenti genus in vsum reuocaretur. Est enim efficacissimum remedium longis & deploratis fere valetudinibus, cum iam inueterati morbi cæteris præsidijs non cesserunt. Pollet enim plurimū aduersus vetustos capitis dolores, hemicranicos, lethargicos, comitiales, insaniam, vertigines, siue capiti siue cruribus admoueatur. Valet & ad orthopnœas, asthmata, longas tusses thoraci impositus. Diuturnis stomachi & intestinorum affectionibus, inappetētiæ, ischiadi, arthritidi, paralysi, perfrictionibus quæ calori noncedunt, medetur. Sed modum adhibere oportet, desistendumque à medicamento cum locus iam multum intumuit, & inflammatione cingitur, caro turgens succrescit & cicatricosa liuet. & post balneum pustulis leniter exasperatur: neque est committendum vt partem sensus deficiat ardore nimio victam & velut obstupentem. Non est autem id remedij genus adhibendum acutis morbis, exulcerationi pulmonis aut alterius internæ partis vel externæ, quod vlcera sinapis acrimonia irritentur, vt nec particulis cartilaginosis & carne viduis, quoniam sinapismo facile vrantur & nigrescant. Ista fere sunt quæ de sinapismo Archigenes & Antyllus prodiderunt, ab Oribasio libro 10. collect. & Aetio libr. 3. in suos commentarios translata.

Hodie Barbari aliter sinapismum vsurpant, « quidam sinapisationem dicunt: nam membrum « prius inungere, deinde puluerem aliquem ei in- « spergere solent, atque hoc illis sinapisare dici- « tur, hoc autem faciunt alias ad calefaciendum, « refrigerandum, humectādum, siccandum; alias « ad astringendum, laxandum, coquendum, & « alios omnes vsus ad quos reliqua præscribi so- « lent medicamenta.

Σίνεα, & σίνη. consueuit Hippocr. βλάβας appellare, id est nocumenta & læsiones, nam σίνεα & σίνεσ dicunt Iones pro βλάπτειν, nocumento afficiac lædi vt Galen. 2. de fracturis notauit.

Σίνηται. vide paulo ante in σίναπι.

Σίνηται ἄχεον, ἢ Σίνηται ἄφορον. dictum fuit à quibusdam
Σίνὸ θλάσαι, vt habetur apud Dioscor.

Σινόμενα. significat apud Hippocr. ea quæ mali habitus sunt, τὰ κακοήθη: vt explicat Gal. in lexico Hippocr.

Σίνος. apud Hippocr. ἡ βλάβη, noxa. ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, verbo Ionico, quod nocere significat: à quo σινόμενα sæpe dicuntur Hippocrati τὰ βλαβερά, vt prodidit Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Σίον. Hippocrati dicitur quod alijs σίσον. est autem herba quaternis constans ramulis, semen habens apio simile, nigrum, longum, feruentis naturæ. Quidam mentham aquaticam appellant, alij ballamitam.

Σινωπὶς. species est rubricæ siue terræ rubræ, densæ, grauis, iecoris colore, non calculosæ, sibi concoloris, & copiose cum diluitur se diffundentis. Non valde dissimilis est à gleba Armenia, vel terra Lemnia quam sigillatam dicunt, tum specie, tum facultatibus (siccat enim & adstringit, optimumque pestilētiæ remedium perhibetur) imo eadem videri posset, nisi solo natali differ-

ret. Inuenta enim primum est in Sinope vrbe Ponti, nomenque inde habuit rubricæ Sinopicæ, vt terra Lemnia rubricæ Lemniæ.

Σίον. sic dictum à quibusdam τὸ σισύμβριον ἕτερον, Dioscor. author est. dicitur etiam à quibusdam ἀνάγαλλις.

Σπυρίδα. hoc ex pyxidem. significat etiam alias nomen hoc fictile quoddam vas, in quod farina injicitur, vt annotat Gal. in lexico Hippocr.

Σίραιον. sapa. defrutum. Sed sapa quidem vocatur mustum ad tertiam vsque mensuræ partem decoctum. Defrutum vero vbi ad dimidiam partem decoctum est. Galen. lib.12.meth.ab Asiaticis ἕψημα tradit appellari. Alij autē caricarum decoctum appellandum censent: ipsis pinguibus caricis in aqua decoctis. Mediæ autem id est facultatis, lēnis scilicet & citra acrimoniam extergentem. Omne coctione nigritiem, crassitiem & dulcedinem acquirit, quod si supra modum coquatur etiam amaritudinem: sicut & mel, quod quanquam omnium dulcissimum sit, longa tamen coctione amarum redditur. Obstruit, calefacit, & flatus discutit. Paulus lib.c.4.exhibet ad incrassandum lac. Arabes rob & robub dicunt, sed latius extendunt, accommodantque omnibus succis solis aut ignis calore crassatis: vt rob ribes, rob berberis, &c. Alioqui absolute positum significat idem quod sapa apud Latinos & σίραιον apud Græcos.

Σειρίασις. est inflammatio cerebri & membranarum, quam consequuntur sincipitis & oculorum cauitas, febris ardens, pallor, totius corporis siccitas & inappetentia. Morbus hic infantium proprius esse dicitur, cui inditum nomen est à sincipitis cauitate: σειρὸν enim Græci appellant foueam in qua semina recondunt & asseruant. Scribitur & σιρίασις.

» Vetus Lex. hunc morbum ab Aphrodiseo χαῦμα vocari inquit; à Plinio ardores capitis, & lib. » 32.c.10. siriases infantium; & lib. 22. c.2. infantium vstulationes. Plautum vero siriasim appellare solstitialem morbum in Trinummo, quod » & censuit doctissimus Turnebus in Aduersarijs: » Alex. Aphrod. problem. 98. libr. 1. σειᾶν dicit » infantes, quos à vulgo dici χαῦμα ἔχειν, id est, » correptos esse æstu: dicitur vero & fieri ἀπὸ τῆς » σειρίασμαι, inflammor & exsiccor; vel ἀπὸ τῆς σειρὶν qui nunc solem significat vt apud Lycophronem in Cassandra, nunc stellam ardentissimam, » vel παρὰ τὸ σειρῶ, quoniam humorem corporis » nostri vacuat & inanit; vel quoniam ἄπνους τῆς σειρᾶναι, tunc enim canes aperto rictu hiant; hic » autem morbus etsi non raro post Pleiadum occasum, cum capita destillationibus pituitæ exercentur, præcipue tamen Syrio ardentis Leonis » astro effulgente infantium corpora infestat, in» flammatione circa cerebri membranulas ex pu» trescente illic coaceruato pituitoso sanguine » oborta, cui subest leuis febriculæ feruor: Dici» tur & σιρίασις.

Σίπυον. in Eubœa dicitur ὁ ἐρείκη, teste Plinio: pro quo sisaram habet Varro.

Σίσων. sison. Est exiguum semen in Syria natum, apio simile, oblongum, nigrum, feruentis naturæ. Id nobis incognitum est. Sic etiam à quibusdam dicitur ὁ σίνων, de quo ante.

Σισύμβριον. herba est menthæ hortensi similis, odoratior, latiore folio: quidam serpyllum sylue-

stre vocant. Alterum eius genus est quod alij cardaminam, alij sion appellant. Riguis gaudet, & ijsdem in locis quibus sion prouenit. Gustu cardamum hoc est nasturtium refert. folia primum rotūda prodeunt, adulta erucæ modo finduntur. Galenus vires ei tribuit subtiles, discutiendi, calfaciendi, siccandi tertio excessu.

Σιτάνιον. Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων. scribit certum quoddam tritici genus esse in Co & omni Græcia Asiatica, paucis omnino furfuribus præditum, sed ex quo pasta fit valde lenta & glutinosa. Id seri solitum fuisse vere ineunte dixit, nec tamen quo tempore perficeretur explicauit. Apparet tamen Galenum sensisse id diuersum fuisse ab eo tritici genere quod δίμηνον & παραγωγιμαῖον à vulgo, ab Atticis autem πῦρος vocabatur, contra eorum opinionem, qui eo loco Hippocratem interpretati sunt. Paulo vero postea idem Galenus dubius videtur esse quos Hippocrates σιτανίους πυρεὺς dixerit. forte enim, inquit, sic genus omne tritici appellat quod dēsum est, quodque subactum tenax lentumque euadit. Video doctissimis placere, vt sitanium idem sit cū trimestri tritico. Vere seritur, & macrum, triste, hordei similitudine prouenit, nullis aristis vallatum, & omnino ad sementem ineptum. Vulgus Gallicum *scourgeon*, quasi succursum gentium vocat. Seritur enim in subsidium annonæ, cum propter aquas aliamue causam matura satio fuerit omissa, & impendentis famis sæpe arcet noxas.

Quod nimirum vere seritur, & macrum ac triste, hordei similitudine prouenit, nullis aristis « vallatum, & omnino ad sementem ineptum, æ- « stiuum nonnullis in locis vocatur ad differētiam « hyberni & autumnalis. Solet enim verno tempore seri, cum autumnale inundationibus, alia- « ue iniuria læsum annonæ caritatem minatur; « Dioscor. certe lib.2. c. 107. de tritici generibus « μετὰ τοῦτους, inquit, οἱ τριμηνιαῖοι, λεπτόμυροι ὑπὸ « τινων σιτανοι, itidemque Plin. libr. 22. cap. 25. « Sitanius panis hoc est è trimestri tritico. « Porro σιτάνιος alia etiam in significatione vsurpari legitur, non modo enim σιτάνιον πυρὸν, « frumentum hornum seu hornotinum, siue « quod huius anni est, significare tradit Vetus « Lex. ab aduerbio σῆτες pro quo Dorice σᾶτες, id « est, hoc anno; verum etiam σιτάνιον exponit τὸν « καθαρὸν; sic & Hesych. σιτανίας πυρεὺς exponit τὸν « καθαρεὺς, inde apud Suidam σιτάνιος ἄρτος, ἐκ τῆς « σίτθω, τὸ κοσκινίζω, quod etymum minus consentaneum videtur, sed probabilius illud quod à σῆτες deriuat, præsertim cum doctiores Hippocratis enarratores illud sequantur, atque adeo ipse « Galen. in exeg. vbi σιτανίῳ exponit, τῷ ἐκ τῆς ἐνεστηκότος ἔτους πυρῷ, id est, τὸ κατ' ἐαρ ἐσπαρμένῳ; agnoscit tamen idem Gal. aliam quoque exposition quum σιτανώδει exponendum indicat « vel, ἐκ σιτανίων πυρῶν, vel διαστεμμάτων καὶ λεπτῶν « ἀλευρῶν, id est καθαρῶν. «

Σιτανίον. etiam à quibusdam dictum fuisse alterum « mespili genus ὀπιμηλίδα dictum. Dioscorides author est. Ex quo emendari potest Plinij codex, in quo pro sitania mespilo inuenitur satanea & setanea scriptum.

Σιτανώδει. vel ex præsentis anni frumentis, vel ex excussis & tenuibus farinis, hoc est purgatis: vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

Σιτικὰ γεύματα. frumentacea gustamenta quæ scili-
» cet ex frumento fiunt, Gal. comment. 1. de victu
» acut. t. 18.

Σιτία. dicuntur ab Hippocrate panes maxime frumentacei, vel simpliciter omnia edulia quouis modo apparata, seu potius fruges omnes ex quibus panis parari & confici potest, vt Gal. comment. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων annotauit.

Σῖτος. frumentum. id quidem primum eo nomine designatum est. postea sic dici hordeum cœpit & zea. Translata deinde vox est & ad omnia legumina quæ δημόσια σπέρματα vocantur, lentes, fabas, lupinos, panicum, milium, & reliqua eiusmodi. Breuiter sic dicitur quicquid ex se mittit aristas, & in herba per hyemem est. Hippocrati vero libro περὶ διαίτης ὀξέων sic dicitur ciborum excrementum quod intra intestina continetur, quod σκύβαλον & κόπρον appellant, sicut docet Gal. comment. 1. eiusdem libri.

» T. 3. & etiam partic. 6. comment. 1. in lib. 6.
» Epid. σῖτος etiam dicitur cibus è frumento con-
» fectus, id est panis Odyss. ξ. & Iliad. 1. Genera-
» liter pro quouis cibo sumitur vt Iliad. λ. anno-
» tant tamen Grammatici σῖτον pro frumento mas-
» culino genere vsurpari, pro pane autem & cibo
» neutrius generis teste Eustathio: quibusdã pla-
» cet hoc esse discrimen inter τὸν σῖτον & τὸ σῖτον, vt
» illum triticum intelligere debeamus, hoc ali-
» mentum.

Σιτὸ ἀπελτον. sic dicitur à quibusdam ἡ αἰγίλωψ siue festuca.

Σιτώδεα. frumentacea appellantur apud Paul. lib. 1.
» c. 78. περὶ σιτωδῶν.

Σίφων. cognomen herbæ quæ proprie à Græcis αἰγίλωψ, à Latinis festuca appellatur.

» Σίφων quoque est instrumentum quo emittitur
» aqua in incendijs, ad cuius similitudinem quo-
» niam fiebat medicorum instrumentum quod
» καθετὴρ dicitur, σίφων etiam appellatur ὁ καθετὴρ
» apud Paul. lib. 6. c. 59. vbi corrupte legitur συμ-
» φώνων & Gal. meth. med. lib. 5. Porro & Vetus
» Lex. σίφων, ὁ διαβήτης inquit.

Σιφώνιον. herba est βρῶμος à quibusdam dicta. sunt qui auenam nominent. similis est ægilopi, naturamque habet siccandi.

Σκαλήνη φλὲψ. vena obliqua apud Hippocr. de vretebribus dicitur.

» Σκαλμὸς, idem quod πειάπισμος. de quo suo loco.

Σκαμβὸς. dicitur is cui crura introrsum intorta sunt
» Latinis Varus.

Σκάμμα. authore Cæl. Aurel. li. 2. τ. χρον. c. 2. voca-
» bat Asclepiades deambulationem in arena, pa-
» ralyticis vtilem & salutarem.

Σκαμμωνία. frutex est ramos habens multos ab vna radice, tricubitos, pingues & quadamtenus crassos, folia quoque hirsuta helxinæ aut hederæ, molliora, triangula, florem candidũ male olentem, rotundum, & cauum ceu calathum, radicem grauiter olentem, liquoris plenam, oblongam, crassitudine brachiali, candidam. Lacrymam è radice sua fundit, quam in cotoneo malo coctam ne stomachum offendat, recentiores Græci δακρύδιον, quasi lacrymulam dixerũt. corrupto nunc vocabulo medici diagredion vocãt. Circa Canis ortum excipitur. Vis bimæ, nec ante nec postea est. Laudatur Dioscoridi nitida, sine pondere, soluta tauri glutinis colore, prætenuibus fistulis, fungosa, qualis è Mysia, quæ in Asia est, defertur. Linguæ etiam tactu debet albescere: cui tamen experimento niti non conuenit, quod idem etiam eueniat adulteratæ tithymalli lacte: sed fidelior probatio à gustu petenda est, ne valde linguam accendat, id quod permisti tithymalli est argumentum. Hæc igitur cum sint optimi scammonij argumenta, certum est verum legitimumque ad nos non deferri, sed Syriacum potius & Iudaicum, compactum, densum, graue & erui fortasse farina, tithymalli lacte, aliisque impostoris vitiatum. Succus σκαμμώνιον dici solet, à Nicandro etiam δάκρυ κάμωνος.

Σκαμμωνία λεπτὴ. sic dicta fuit species vna τῆ κλημα-
τίδος apud Plinium, quæ pedales & folioſos, non dissimiles scammoniæ ramos habet, nisi quod et nigriora minoraque sunt folia.

Σκαμμώνιον. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἡ ἀκα-
νθία, sicut habetur apud Dioscoridem, quod ea perinde atque scammonio corpora purgarentur.

Σκανδὶξ. inter olera syluestria censetur à Græcis, Galenus simile gingidio facit. Eadem erat Plinio anthriscus, si tenuiora folia & odoratiora haberet. Est autem olus vulgare & sua sponte nascens incultis plærumque locis, plebis cibus & quotidianum pulmentum, folijs gingidij vel anthrisci, sed maioribus & minus odoratis, gustu acri subamaroque. Calfacit ordine secundo, vrinam mouet & viscera obstructione liberat.

Σκαρδαμύσσειν. apud Hippocr. idem quod καρδαμύσσειν, de quo ante.

Σκαρδαμυκτὸς ὀφθαλμὸς vide ὀφθαλμὸς.

Σκάρωσις. Cœlio Aurel. vocari videtur lib. 1. τ. χρον. c. 4. vstura cutis medicamento vel igne inducta.

Σκάφη. vinculi nomen est quod commodissime adhibetur vel vbi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est vincire conuenit, vel si quando coniungere diducta necesse est, post incisam cutem, ad sistendam veterem in oculos fluxionem, vel alio vulnere in fronte accepto. Dicitur alia nomine tholus Diocleus, vt habetur apud Galenum lib. de fascijs. Forte nomen inditum quod Græcis τὸ κρανίον dicatur σκαφίον, vt apud Aristophanem ἵνα μὴ καπνοῦ σκαφίον, πλῆρες ξύλων. Siquidem in cranio perinde atque in vase cerebrum continetur.

Σκάφια. dicuntur Græcis quæ Latinis clunes, partes videlicet carnosæ ex vtroque ossis sacri latere; alio nomine ἴσχια Polluci vocantur.

Σκαφίον. idem quod τὸ σκαφεῖον, sic autem nominatur ea pars capitis quæ pilis tecta est, à cauitate & rotunditate Polluc. li. 2. Item os cauum coxendicis apud eundem; similiter & Hesychio medicinalis fascia qua vulnus obligatur, quæ & σκάφη dicitur vt dictum supra.

Σκαφὶς. Attici pastoralem mulctram dicuntur, vt eo versu, Γαυλοὶ τε σκαφίδες τε τετυλιγμέναι πῶμα γάλακτος: hoc est, situlæ & mulctralia facta quibus mulgebat: Hippocrates autẽ marinam concham prolixiorem, quam quidam μύακα, hoc est mutilum vocant. Author Galen. in lexico Hippocr.

Σκαφοειδὲς ὀστοῦν. os nauiculare seu nauiforme. Est os profundo sinu excauatum, tali caput anterius & oblongum excipiens. Sic dictum est à scaphæ similitudine. Cauitatem enim habet oblongam scaphæ similem, qua simile caput astragali seu talı intra se admittit. Sua autem parte opposita tres habet superficies, cubicas quibusdam dictas, planis proximas (sunt tamen nonnihil gib-

bæ) quibus trium tarsi ossium nomine carentium facies similiter læues & minimum cauas excipit. Quorum medium reuera cubo, seu corpori cubico, & latera sex plana omnino æqualia sortito, est propius similiusque quam quod κυβοειδὲς proprie anatomici vocarunt.

Σκάφος. sunt qui eo nomine interiorem auricularum ambitum appellant.

Σκεδαστὸν. apud Hippocrat. significat exquisitum, vt σκεδαστὰ διαιτα, exquisita & optima victus ratio, cui opponitur φαύλη, vt annotat Galenus comment. περὶ ἀγμῶν.

Σκελετὸν. macies apud Aretæum, dicitur in extremis
» sui operis verbis.

Σκληρὸς. cadauer aridum. Definitur à Galeno omnium humani corporis ossium inuicem commissorum vniuersa syntaxis. Quare nonnulli, inquit, libros suos in quibus de ossibus disseruerunt, περὶ σκελετῦ inscripserunt.

» Diuiditur σκελετὸς in caput truncum & artus; di-
» citur vero ἀπὸ τῦ σκλέλλειν quod est exsiccare,
» quasi dixeris cadauer exsiccatum, Trallian. cada-
» ueris cratem vocat. Narrat autem Budæus ex
» Plutarcho σκελετὸν in Ægyptiorum conuiuijs vt
» monumentum mortalitatis circumferri soli-
» tum.

Σκελοτύρβη. est crurum resolutio, qua totus homo recta ingredi nequit, sed aliquando sinistrum latus in dextrum, aliquando dextrum in sinistrum circumfert, aliquando crus post se trahit, non aliter quam qui valde accliues locos conscendit. Nomen hoc, vt & morbus ipse, cœpit primum Germanici tempore cum trans Rhenum exercitum duxisset. Vitio enim aquæ milites, vt ait Plinius, duobus malis tentari cœperunt, quæ stomacacen & sceletyrben vocarunt. Ante hæc tempora nomen hoc à Græcis vsurpatum non reperies. dicitur ἀπὸ τ σκέλους. Sunt qui scribant σκελοτύρβη.

» Videtur tamen morbus innotuisse augusti Cæ-
» saris tempore, vt colligere est ex Strabone c. 6.
» li. 6. ũhc & morbum sunt qui Scorbutũ esse di-
» cant, qui in quibusdam Germaniæ partibus
» grassatur. Eumdem tamen esse negat Reusne-
» rus lib. de scorbuto aduersus Rousseum dispu-
» tans: dicitur autem σκελετύρβη siue σκελοτύρβη ἀπὸ
» τῦ σκέλους, quæ pars corporis est à feminis ad tar-
» sum protensa, quæ primarium insessus orga-
» num censetur, μηρὸν, κνήμην ϗ πόδα complectens,
» & τύρβη à τυρβάω, vel τυρβάζω, quod est turbo &
» tumultuor, vnde σκελοτύρβη scite verti tur ossium
» crurumúe perturbatio.

Σκελιφρὸς. hoc est contractus & rugosus. vt annotat Galen. in lexico Hippocr.

Σκέλος. crus. Pars est corporis organica, à coxendice ad imum pedẽ protensa. Præcipuum est ambulationis instrumentum. Illa enim propria est cruris vniuersi actio. Sed & huic per ossa innitimur. Quo autem firmior esset deambulatio, tribus ex partibus τὸ σκέλος natura constituit, diuisitque εἰς μηρὸν, κνήμην ϗ πόδα, hoc est, in femur, tibiam & pedem, quemadmodum & totũ brachium tribus constat partibus. Quod enim in manu cubitus, id in crure tibia, & quale in manu brachium, tale in crure femur est, quodque in manu manus extrema, id in crure pes est.

» In plurali τὰ σκέλη etiam dicuntur genua apud
» Hippocr. Celso interprete.

Σκίπαρνον. ascia. Vinculi genus est simplicis, apud Hippocr. lib. de offic. medici, de fract. & de artic. Est autem breuis circuitus qui rectus incipiens ad latus attrahitur & inflectitur, sic tamen vt obliquus non sit, definitque in similitudinem τῦ σκεπάρνε, id est ascie qua fabri vtuntur. Namque à recta linea parum recedens curuatur, vnde σκίπαρνον appellatur, vt annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. Meminit & Galen. τῦ σκεπάρνε comment. 2. εἰς τὸ κ' ἰητρεῖον.

Apud Erotian. est σκίπαρνος genere masculino, « item que in lexico Hippocr. & apud ipsum Hip- « pocr. lib. de articulis. «

Σκεπάρνα. sic dicitur fasciæ quoddam genus ad operiendum & deligandum caput, operculum ab interpretibus Galeni vertitur.

Σκλήρωμα. arefactio, contractio. vt refert Galen. in lexico Hippocr. Sed forsan pro eo scribendum σκλῆμα, παρὰ τὸ ἐσκληκέναι, quod est inaruisse seu induruisse.

Σκῆψις. in sexto de morbis popularibus pro ἀπόσκηψιν vt refert Galen. in lexico Hippocrat. Est autem ἀποσκήπτειν, incumbere seu irruere in aliquid, vt sit defluxus.

Lib. 6. Epid. comment. 3. part. 4 legitur σκῆψις, « quod Gal. dictum putat pro ἀπόσκηψις. «

Σκιάδιον. vmbella. sic vocatur in aliquibus plantis « floris veluti pedamentum in longiores diuisum « pediculos, qui singuli florem sustinent & in or- « bem circumactum, qua floris figura fœniculum « anisum, sambucus pluraque alia sunt. Quod « quoniam, vmbellæ qua solem à vultu mulieres « arcent, forma est ob latitudinem circinatio- « nemque suam, ideo Græci primum eam floris « formã σκιάδιον, mox Græcos imitati Latini vm- « bellam dixerunt quæ vox sæpe apud Dioscorid. « legitur. «

Σκιαγεῖ. cæcutit. vt author est Gal. in lexico Hippocr.

Σκῖνος. Hippocrati dicitur de corpore aut toto cor- « poris alueo. «

» Διὰ σκίγκε λεγομένε ἀντίδοτος. vide διὰ σκίγκε in lit- « tera δ. «

Σκίλλα. duplex est. Vna quidem proprie sic dicta, notior fuit quam vt à Dioscoride pingeretur. Illi radix multipliciter tunicata corticosaque est, ex qua prius caulis per se prosilit, tum ex eo flos emergẽs insidit, qui cum senuerit, folia demum emicant, lata, nullo nixa pediculo, cepitia quadam specie. terni florum prouentus spectantur, singulis singulas species denunciantibus. Altera vero σκίλλα ea est quam σκυλλίτιν vocant, radice bulbi magni, colore rufo purpurascente, gustu amaro qui os accendat, folijs lilij, verum longioribus. Sed hæc posterior σκίλλα vocatur, quod vires & præparationem habeat priori consimilem, eodemque pondere in morbis efficaciter assumatur, sed cui mitior quam scillæ facultas insit. Ex ea autem emplastrum fit, cuius descriptionem Asclepiade authore recenset Aetius tetrab. 4. serm. 3. & plurimis dotibus commendatur. fiunt etiam ex ea trochisci ab eodem Aetio descripti tetrab. 4. serm. 1. fiunt & è scilla acetum itemque vinum, sicut docet Dioscorid. lib. 5.

Et li. 2. c. 102. vbi vide scyllæ præparationem, « pro oleo vino & aceto scylliticis; de aceto quo- « que & vino scyllitico vide caput 205. & 206. & « libr. 3. ἐυπεπτ. Galeni, vide & in hoc libro locis « proprijs: fit & ex scylla Galeni medicamentum «

» Comitialibus efficax à Paulo descriptum lib. 7. » c. 11. Cæterum scylla non omnis edulis est vt » ait Theophr. sed illius quæ editur acrimonia pa- » rum grata est, sæpe etiam noxia, hinc σκιλλώδη » antiqui medici Græci appellare solent quæ vo- » lunt intelligi esse palato ingrata, aut stomacho » parum conducibilia. Sic dicebat Hicesius esse » quosdam μύας σκιλλώδεις, & χαλεπόχυλους, καὶ πρὸς τὴν » χεῦσιν ἀπειθεῖς: Porro describuntur & à Gal. tro- » chisci scyllitici à Galen. li. de Theriaca ad Piso- » nem c. 131. & c. 9. libr. 1. de antidot. Paratur & » emplastrum διὰ σκίλλης de quo Galen. plura 6. καὶ » γλύν. c. 2.

Σκιμπόδων, κατασκιμπόδων. id est concludatur. vt exponit Gal. in lexico Hipp. vbi quidam codices habent σκιμπίδων significatione eadem.

Σκιμφῇ. duo significat apud Hippocratẽ, diuisum fuerit, & admotum fuerit, vt refert Galen. in lexico Hippocr. Ibidem σκιμφαι exponitur τύπτειν, κατακόπτειν, θραύειν, ferire, incidere vt in scarificando, diuidere.

Σκίνδαψος. appellatur teste Galen. 8. de vsu part. c. « cap. 4. omnis in animali particula quæ sensus & » motus voluntarij alijs dux sit.

Σκιῤῥὸς. est tumor præter naturam durus & doloris expers. Sic quidem veteres scirrhum simpliciter definierunt, nulla habita ratione humoris à quo gigneretur. Sunt enim variæ humorum species à quibus huiusmodi tumor excitari potest, vt atra bilis gemina, & crassior sicciorque pituita: quibus omnibus commune est maiorem quam pro ratione naturæ tumorem excitare, eundemque sine dolore & durum. Ac durities quidem propter humoris siccitatem crassitiemque accedit. Doloris autem sensus abest, propter crassitiem & lentorem. Vbi enim crassus & lentus humor inania partis alicuius spatia subierit, & neruos neruosaque alia corpora repleuerit, facile viã intercludit spiritui animali, à quo vis omnis sentiendi proficiscitur, gummi instar omnia quibus inciderit spiracula oblinens atque obturans. Quia vero non est perpetuo par in humoribus siccitas, crassities & lentor, sed alij alijs sicciores, crassiores magisque lenti sunt, idcirco nec tumores ab ijs humoribus excitati æque duri sunt aut doloris expertes. Itaque scirrhus alius alio durior magisq; dolorificus esse potest. Verum qui plane durus est & sine dolore, is scirrhus verus & exquisitus est: qui talis nõ est, iam alterius naturę est particeps. Vnus modo humor est qui scirrhũ eiusmodi parere valeat, melãcholicus: quò nomine eũ intelligo qui naturalis est, & qui fæcis instar subsidet in sanguine, syncerus, nulliusque alterius humoris particeps. Altera enim bilis atræ species, quæ fit per flauæ adustionem, quia non est simplex, sed flauæ bilis naturam aliqua ex parte retinet, ideo scirrhum parit non simplicem, sed dolorificum & cãcrosum, vt scribit Galen. lib. 5. simpl. med. quique facile emollientium vsu irritetur. Ad eundem vero modum si humori illi melancholico flauæ bilis portio aliqua remista est, aut sanguinis, aut pituitæ, iam non absolute scirrhus, sed erysipelatodes aut phlegmonodes, aut œdematodes dicetur. Quo factum est, vt priori definitioni à veteribus traditæ, medici recẽtiores humoris speciem addiderint, definientes scirrhum tumorem esse præter naturam ab humore melancholico durum sine vllo doloris sensu. Cũ enim quatuor genera sint tumorum simplicium, à totidem humoribus pariter simplicibus prodeuntia, vt sanguis phlegmonem, pituita œdema, flaua bilis erysipelas parit: ita scirrhus ab humore melancholico originem ducere dicendus est, neque humoris species in eius definitione omittenda est, quod non minima pars sit eius substantiæ.

Præter significationem prædictam etiam σκιῤῥὸν vocari Plin. ait li. 7. c. 15. simile quiddam molæ quod viris in ventre gignitur.

Σκιῤῥώσις. durities, vel saxea duritas ait Cœl. Aurel. lib. 5. τ χρον. c. 4.

Σκιώδες. id est vmbrosum, dicitur ab Hippocrate τὰ ζοφώδες, hoc est caliginosum: quasi dicas non clarum, nec purũ, nec omnino serenum. Namque solent etiamnum qui Asiam incolunt Græci σκιώδη & σκιερά, hoc est vmbrosa, omnia quæ ad nigrum declinant, appellare. Atque id vocãt etiam ζοφώδες, id est caliginosum, & φαιόν, hoc est fuscum, proprie ad nigrum accedit. Gal. comment. 3. in lib. 3. τ ἐπιδημιῶν.

Σκιώδες χρῶν. vide χρῶν.

Σκληρία, σκλήρισμος, & σκλήρωμα. Eodem enim significato hæc ab Hippocr. vsurpantur, atque duritiem significant, eamque quæ à resiccatione est præsertim, vt in Coaca 3. li. 1. vbi perfrigerationem cum duritie μετὰ σκληρυσμοῦ, lethalem esse ait, atque interpretatur Galenus in exeg. σκλήρωση, σκλήρεσις, συμπάθωσις; & σκληρὰ κατὰ σκλήρωσιν quæ videlicet exaruerunt, & quæ exsucca & scabra sunt, ἀνασμὸν appellat libr. de loc. in homine, atque hunc σκληρυσμὸν inter signa maxime lethalia, idque in fronte damnauit Hippocr. in prognost. in Epidemijs vero in historia qua Dealcis vxoris morbum describit δέρματος πρὸς τὴν ὑπόστασιν καρφαλέον, cutis aridæ circumtensio; mortua hæc Die 21. Adolescenti similiter in Meliboea, δέρμα καρφαλέον, καὶ πρὸς τὴν ἁφὴν, is obijt 24. καρφαλέον autem appellat καταξηρὸν quod in Coac. σκλήρωσιν, eiusmodi autem σκλήρωσιν antecedit resiccatio corporis, hanc autem vacuatio tum latens tum manifesta: manifesta in alui profluuijs hæmorragijs sudationibus, alijsque id genus; Latens in vigilijs, doloribus, vehementi longaque motione tum corporis tum animi.

Σκληρίασις. durities Galen. in Isag. vocatur tumor palpebræ cum dolore & rubore qui difficulter aboletur, plus durans quam inflammatio.

Σκληροκοιτεῖν. apud Hippocr. 3. de vict. rat. in acut. est duro strato aut cubili vti, quod corpus fatigat, contrahit, & emaciat, eoque vtitur Hippoc. in extenuandis corporibus li. περὶ ὑγιείης διαίτης.

Σκληρὸν. durum. Dicitur, vt ait Plato in Timæo, cui caro nostra cedit, vel vt Aristoteles, quod secundum superficiem in se non cedit. Est autem eadem vtriusque sententia, patetque ex ijs durum tactu iudicandum esse, sed maxime carnis siue cutis nostræ, præsertim temperatæ. Cutem enim hominis Plato eodem in libro genere carnem esse ostendit. Dicitur autem durum corpus tribus modis, quemadmodum calidum & frigidum: vno quidem absolute seu in summo durũ, vt terra dura: altero per excessum, vt vnguis, os, calcar, cornu: tertio vero in collatione ad symmetrũ sui generis, vel ad quoduis obuium, vel ad seipsum dum haberet secũdum naturam. quo modo non durum simpliciter, sed durius aliquid proprie appellatur. Cæterum corpus

durum,

durum, hoc est seipso, dum sanum erat, durius, tribus efficitur modis: primo siccitate, quam & validus longusque motus inducit, & solis æstus, & medicamenta siccantia sumpta vel admota, & inedia per accidens desiccans, & febris ardens aut longa, & affectus animi, & vigiliæ, & cæteræ causæ siccantes: quod hoc modo durum est, proprie siccum nominatur: secundo concretione, videlicet à vehementer frigido humore in partem affluente, vel in ea propter frigidam intemperiem nato, vel è frigidis admotis in ea cõgelato: quod sic durum euasit, proprie durum dicitur: tertio vero repletione, largo & superfluo humore aut vapore in partem aliquam affluente: sed quod ita durum est proprie αὐτόπυρον, hoc est renitens appellatur.

„ Metaphoricῶς autem vino & aquæ tribuitur σκληρὸν & σκληρότης: sic lib. de aere aq. & loc. „ Hippoc. σκληρὰ ὕδατα non modo terrestres aquas „ intelligit, & diuisibilitati non satis idoneas, „ quod non satis allisione frangantur, aut longo „ tractu, quasiq; integræ aut crassæ sint; sed etiam „ σκληρὰ ab effectu dicuntur, sic enim docuit Gal. „ 4. sect. 6. epid. c. 10. duras aquas dici tum aspe„ ras tum etiam graues, quod scilicet ventriculum „ infestant, & ab earum potu grauitas quædam „ percipiatur: Contra vero etiam aquæ tribuitur „ μαλθακότης mollities: non tantum vero aquæ & „ vino σκληρότης tribuitur, sed & plerisque alijs: sic „ Theophr. 6. de caus. plantar. postquam mentio„ nem fecit quorumdam quos appellat δειμεῖς ἢ „ σκληρούς, quasi excusans duritiem verbi ἔστι γὰρ τις „ (inquit) ὥσπερ ἢ οἶνος ἢ ἁπλῶς χυλὸς σκληρότης, ἢ „ ἰχὼρ, οὕτω ἢ ὁσμὴ; ita Gal. lib. 3. de differ. pul„ suum, dici inquit metaphoricῶς οἶνον σκληρὸν ἢ „ φωνὴν, ἢ βίον, ἢ σῶμα, ἢ ἄνθρωπον, ἢ νόμον, ἢ δίκη„ ην, ἢ ὕδωρ; atque ibidem ἄνθρωπον σκληρὸν λέγουσι „ inquit τὸν μονόγνωμον ἢ δυσπειθῆ, ἢ πρὸς ἅπαντα αὐ„ στηρόνοητα.

Σκληρὸς σφυγμὸς. pulsus durus. quem arteria durior facit, siue in quo arteria siccior & in modum corij rigidior sentitur. Huic oppositus est μαλακὸς. Causa ergo eius est arteriæ durities contracta siue à siccitate, vt in febribus ardentibus & hecticis & marasmo: siue à constrictione, quam frigora & frigidorum ciborum potionumque vsus & balnea frigidiora & reliqua ijs similia inducere solent: siue à tensione, vt per conuulsorios affectus magnasque nobilium viscerum inflammationes: siue à constrictione & tensione simul, vt in scirrhis præsertim hepatis & lienis.

Σκληρόφθαλμία. lippitudo dura. Morbus oculi cum non ipse modo oculus durior est & ad motum pigrior, dolensque simul ac rubicundus, sed ipsiæ etiam palpebræ duriores sunt & sicciores, adeo vt nihil vnquam humoris remittant, sed in earum angulis gramæ concrescant paruæ, contortæ & subaridæ, nec facile post somnum vel aperiri vel inuerti possunt propter duritiem. Affectio hæc genere quidem videtur esse inflammatio, cuius notæ sunt dolor & rubor, proprium tamen quiddam habet & ab inflammatione differens, quod sicca sit. Differt ἀπὸ τῆς ἐκτροφθαλμίας sola magnitudine, quod cum hæc propter siccitatem dura etiam necessario sit, multo tamen quam illa minus dura sit, & leuiorem dolorem moueat.

Σκληρυντικὰ φάρμακα. indurantia medicamenta. Sunt medicamenta duritiem corpori inducentia. Cum autem durities tribus modis inducatur, vt supra dictum est, patet tres esse indurãtium medicamentorum differentias, sed vnam maxime propriam dici eorum quæ frigida humidaque sunt, vt semperuiuum, portulaca, psyllium, lenticula palustris, solanum. Siquidem congelatione potius quam siccitate aut repletione siue tensione durum efficitur corpus. Itaque si quid sit quod, proinde quia natiuum humorem non retinet, induratum est, id siccum potius quam durum appellabitur, constatque eius sanatio rigatione & humectatione, non emollitione: similiter quod tensione durum euasit, non proprie durum, sed renitens dicitur, cuiusque curatio non emollitione, sed laxatione perficitur & vacuatione.

Σκλήρωμα. est scirrus in collo vteri magna ex parte consistens, prætumidus quidem sed minus renitens, & doloris cuiusdam particeps. Est igitur scirri species, non exquisiti quidem, sed habentis aliquid humoris bilioси aut pituitosi, quo dolor mouetur aliquis, nec perinde tactui renititur, atque is qui à solo humore melancholico gignitur. Itaque etiamsi dici potest σκίῤῥος οἰδηματώδης ἢ ἐρισιπελατώδης, attamen in ea parte excitatum σκληρώματος nomen promeruit, vt Paulus libr. 3. prodidit.

Σκολιότης· ἢ ἀνωμαλία, hoc est inæqualitas, apud Hippocr. vt sect. 4. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, κατηχεῖ δεῖσθαι ἔχειν τινὰ σκολιότητα: hoc est, hypochondrium inæquale.

Σκολίωσις. obstipitas, in latus distortio. Est spinæ vitium cum eius vertebræ loco mouentur & in latus inclinant. Sunt autem alia eiusdem vitia, κύφωσις, λόρδωσις & σῖσις, de quibus vide suis locis. has autem omnes distortionis differentias Hippocrates ὀκώματος nomine comprehendit, vt annotat Gal. comm. 3. εἰς τὸ περὶ ἀρθρων. Aliquando vero & per σκολίωσιν Hippocrates omnem spinæ deprauationem significat, vt ἐν τῷ περὶ ἀρθρων, cũ scribit spinam σκολιαίνεσθαι, quod Gal. comment. 1. interpretatur quouis modo peruerti.

Σκολοπένδριον. sic dicitur τὸ ἀσπλήνιον, propterea quod folijs sit scolopendræ similibus. fit ex eo emplastrum quod discutit abscessus & furunculos. Describitur ab Aetio tetrab. 4. serm. 3.

Σκολοπλομαχαίριον. est instrumentum Chirurgicum cuius fit mentio apud Galen. lib. 8. de administr. anatom. cap. 6. & libr. 14. method. cap. 17.

Σκόλυμος. carduus. frutex est: folio chamæleonis & spinæ albæ, sed nigriore & crassiore, caule oblongo, folioso, in cuius vertice spinosum caput subrigit, radice nigra & crassa, quæ decocta in cibos recipitur, eoque differt à cæteris spinosis. Hic quidem sylue stris carduus est. Satiuus enim & qui in hortis alitur, cinara appellatur à Columella. Est autem scolymus calidus secundo ordine completo, & siccus secundo. Sanat grauedinem tum alarum cum totius corporis.

Σκόπον. dicitur à quibusdam σίκυος ἄγριος, id est cucumis sanguinus, sicut habetur apud Dioscor.

Σκόπος. idem significat quod ἔνδειξις indicatio. vide ἔνδειξις.

Σκορδισμὸς ἢ Σκορδισμὸς. pandiculatio. Est distensio coacta membrorum omnium ad vaporum diffl ationem. Continetur in genere motus volun-

tarij illegitimi & deprauati, quique coacta natura fiat: quanquam referri etiam possit ad motum facultatis expultricis irritatæ à causa præter naturam, vt & singultus & ructus & vomitus, quod ab ea principium sit horum motuum voluntariorum coactorum. Sed pandiculatio quidem mediocris motus est huiusce facultatis, illi vero omnino validi & vehementes. Contingit maxime post somnum, cum in carne halituosum excrementum sentitur, quod & ex concoctione nutrimenti, & per cessationem à corporeis motibus est collectum. Natura namque vt eiusmodi excrementum depellat, eique perspiratū moliatur. talem motum machinata est. Fit & per febrium accessiones eandem ob causam. Affectio est omnium corporis musculorum, sicut oscitatio eorum modo qui inferiorem maxillam mouent. Sunt qui non σκορδίνημα, sed κορδίνημα scribant: sed male meo quidem iudicio: siquidem Galen. ἐν ταῖς γλώσσαις σκορδινᾶσθαι interpretatur διατείνεσθαι, καὶ μάλιστα μὴ χάσμης. hoc est distendi, sed maxime cum oscitatione & hiatu.

» Et sæpe quidem apud Hippocr. non κορδίνημα sed σκορδίνημα inuenio, cum alibi tum Epid. » 2. dum ait: χασμή, δύξις, πάρεσις, σκορδίνημα, ἔρευξις, » φῦσα; item σκορδινασμοὶ epid. 2. sed & σκορδινέντα » apud eundem habetur lib. περὶ ὀπτικῆς: Aristo- » phanis scholiastes σκορδινᾶσθαι esse dicit μὴ χάσμης » τὰ μέλη ἐκτείνειν, cum hiatu membra distendere. » Idemque alibi dictum tradit περὶ τῶν σκορόδων, ab » allijs, non quidem vt ille voluit, quod allia esu » largiore vomitum irritent, tandemque ex acri- » monia sequatur pandiculatio, sed quod vaporo- » sa excrementa interdum excitent, & ad muscu- » los propellant, quæ quidem vbi difflantur natu- » ra distensionem hanc, σκορδίνημα scilicet siue pan- » diculationem moliri consueuit.

Σκόρδιον. trissago palustris. Herba est in montibus & palustribus nascens, folijs trissaginis, maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquātum allia redolentibus, gustu amaris & adstringētibus, quadrangulis caulibus, subrubro flore. Amarum quid obtinet, & acerbum & acre, & maxime σκορόδῳ, hoc est allio adsimilis est eius acrimonia. Vnde sane nomen videtur inditum. Expurgat igitur simulque excalfacit viscera. Alio nomine calamintha syluestris ab aliquibus vocatur, ab alijs chamædrys. Dicitur à quibusdam scordoris.

Σκόροδον. allium notius est quam vt debeat indicari, fronde cæpitia, sed minime caua, tereti caule & inani, radicis bulbo tenuissimo & plurib. augmentato nucleis & ijs separatim vestitis, tædioso halitu, aspero sapore. Est in eius magnitudine diuersitas suis nominibus donata. Vlpicum cognominatur prægrande, Græci κύπειον appellauere, alij ἀνπσκόροδον, alij ἀφροσκόροδον, quod eo trito in oleo & aceto mirum in modum increscit spuma. Est & allium syluestre quod ἀφροσκόροδον, quasi anguinum allium dicitur, in aruis sponte nascens, satiuo longe valdius. Est quoque σκορόδοπρασον quod & gustu & odore porri & allij conditiones possidet, quasi olitorum diligentia in vnum olera duo, veluti monstrum aliquod coaluerint, & communes vtriusque vires sibi asciuit. At vero allium deficcat & excalfacit quarto excessu, eoque potentius quod syluestre est.

Ex allijs emplastrum fit attractoria vi præditum, faciens ad omnem duritiem, abcessus, furunculos, strumas, inguinum tumores, fistulas, impetigines, mammas induratas. describitur ab Aetio lib. 15.

Huius etiam meminit Trallian. lib. 11. Cæterum Aristophanis scholiastes σκόρδον quasi σκαιὸν ῥόδον, id est rudem & iniuriosam rosam dici ait, quod aspere supra modum redoleat & olfacientium nares offendat. Latini allium vocant à Græcis ἀλλᾶσθαι vt putat Ruell. id est quod exiliendo crescat.

Σκορδοπρασον. olus est magnitudine porri, qualitatum porri & allij particeps: vnde promiscuas sibi vires ex vtroque vendicauit, effectus allij & porri præbens, sed inefficacius.

Σκορπακὴ. antidoti nomen descriptæ à Galen. 2. de antid. cap. 12. quam facere inquit ad percussos à scorpionibus, eosque tutos ab omni periculo seruare indeque nomen sortiri.

Σκορπιοειδὴς ἡ

Σκορπίουρος. herbula est breuibus folijs semine caudæ scorpionis simili. A qua quamuis diuersum sit τὸ ἡλιοσκόπιον, attamen sic dictum fuit à quibusdam à scorpionis effigie. excalfacit ordine tertio, deficcat vero secundo.

Σκορπίος. animal notum, de quo legito apud Nicandrum in Theriacis, atque in nostris annotationibus. Sic etiam dictum fuit à quibusdam τὸ ἀκόνιτου παραλλαγὴς, quod radix eius scorpij caudæ similis sit: alterum enim aconiti genus radicem habet non caudæ scorpij, sed scillæ marinæ citris similem. Sic etiam dictam fuisse herbam πάγον Dioscorides author est.

Σκοτόδινος. affectio est cerebri ex duobus symptomatis composita, vertigine scilicet & tenebris. Vertigo δῖνος dicitur, cum omnia circumagi & in orbem verti videntur, cui si tenebræ accedant adeo vt æger visu priuetur, compositio nomine σκοτόδινος vocatur, hoc est tenebricosa vertigo: fit ob inordinatam spiritus flatuosi crudi motionem, qui vel in capite primum genitus sit, vel sursum ex infernis partibus conscenderit.

Fit & interdum ore ventriculi morso & vellicato ab humorum prauitate, vt ait Galen. comment. in aphor. 17. lib. 4. propter magnitudinem neruorum ex cerebro in ipsum descendentium: dicitur & σκοτοδίνη Aretæo l. 1. de diuturn. morb. cap. 3. Legitur & apud Pollucem σκοτοδινιασις & σκοτοδινιᾶν.

Σκότωμα, vertigo. Est inordinatus motus spirituum in cerebri ventriculis à quo omnia circumagi videntur. Causa est vapor calidus & acris cerebrum impetens, à crudo ventriculo maxime sublatus, vt ex Archigene & Posidonio refert Aetius: vel frigidus glutinosusque humor, vt habetur apud Paulum. Ex eo primum acies oculorum hebescit, aures tinniunt, auditus grauis est, gustus etiam atque olfactus quandoque vitiantur: deinde aucto morbo vehemens capitis dolor, & veternosus sopor, postremo vertigines & scotomiæ prehendunt. Quibus etiam accedit cardiogmos & nausea, si oris ventriculi vitio malum contractum sit. Vaporis quidem crassities tenebras & caliginem menti induit, eiusdem vero motio inæqualis atque inordinata facit, vt omnia in orbem conuerti videantur, etiā in lecto iacētibus & alioqui quietis, adeo vt facile in terram concidant nisi aliquo fulciantur. Id quod

maxime illis accidit si in circulum agãtur. Nam quod sanis post multas corporis circuitiones, id ægris vnica in gyrum conuersione accidit. Quin etiam si hominem, si vndas, si trochum, si rotam aut aliud quippiam conuolui viderint, idem perpetiuntur, quoniam spiritus visiuus ijs quæ circumuoluuntur intentus, vna cum ijs rotatur, falsoque putat omnia pariter circumagi. Ex quo patet per scotomata læsam esse vim imaginandi atque etiam ratiocinandi, & in cerebri ventriculis inordinatos & inæquales spirituum motus cieri. Magna est huic affectioni cum epilepsia cognatio, facilisque in eam transitus: non obscure tamen ab ea differt cum materia, tum symptomatis. Huius materia spiritus est crassus, turbidus, caliginosus: illius autem, humor aut vapor malignus. huic adiuncta conuulsio est, quæ nulla est in scotomate. Cum autem sint huius affectionis duo præcipua symptomata, tenebræ oculis obuersantes, & omnium rerum apparens quædam circumactio, aduertendum est ab hoc Græcos, ab illo Latinos ei nomen indidisse.

» Dicitur & pro eo σκοτωματικὸν πάθος, & qui » illo afficiuntur σκοτωματικοὶ ex Galen. in Definit. » medicis.

Σκύβαλα. excrementa sicciora & quasi in nucleum formata, combusta scilicet à visceris plegmone, vt annotat Gal. comm. 4. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

» Alij vero non tantum aridiora excrementa » hac voce significari volunt, sed & stercus illud » omne quod etiam non plus nimio exaruerit: a- » pud Dioscor. autem σκύβαλον est fæx & crassa- » mentum quod ἐν ἥθμῳ remanet, id est, in colo, vt » l. 5. c. 77. τὸ σκύβαλον παῦε ἐν τῷ ὀθονίῳ μένει omne » crassamentum in linteo remanebit Ruell. inter- » prete, sed Marcellus vertit quod inutile & durũ, » τὸ σκυβαλῶδες à Budæo redditur etiam retrimen- » tum.

Σκυβαλίτης οἶνος. vinum est quod sua sponte ex passis vuis distillat, vtpote vinum vltro affundentibus vuis, vt habetur apud Aetium l. 9. c. 24. Nigrum erat & crassum, nec tamen adstringens, vt scripsit Gal. lib. 12. meth. med. & 5. sanit. tuend.

» Plura vide in dictione οἶνος vbi insigniores » vinorum differentiæ explicantur.

Σκυθικὴ ῥίζα. Scythica radix quæ & γλυκεῖα ῥίζα dici- » tur, nec non εὐθυγλυκεῖα à Theophr. l. 9. hist. c. 15. » ab Hippocr. γλυκύμη, & à Dioscor. voce compo- » sita γλυκύῤῥιζα l. 3. c. 7.

Σκυλάκιον. est collyrium descriptum & à Galeno & ab Aetio, sed diuersis modis, multisque laudibus ab hoc celebratum.

» Atque inde dictum videtur quod eius expe- » rimentum in catulo factum sit inquit Cornar. » 4. κῦ. τόπ.

Σκύλλα. vide σκίλλα supra.

Σκύμφαι. vertebrare, secare, diuidere:, vt est in Hippocratico Gal. lexico: sed perperam. nam ex manuscripto codice legendum est σκίμφαι, itemque ex Hesychio.

Σκυμίον. superior palpebra à Polluce lib. 2. appellari » videtur.

Σκύρος callus: πῶρος. & σκυρωθῆναι, in callum indurati sint, vel occalluerint, apud Hippocratem, vt annotat Galenus in suo lexico. Hesychius σκυρωθῆναι interpretatur λιθωθῆναι, in lapidem indurentur: itemque σκύρον exponit λατύπιον, cæmentum, id est, frustum è lapide inter cædendum decussum: alij scrupum, salebram.

Σκύτα. quæ in articulo ceruicis sunt, vt annotat Gal. in lexico Hippocr.

Σκυταλίδες. dicuntur digitorum ossa, quod eo ordine disposita sint, vt velut in acie stare videantur: σκυτάλη enim equitum turmam significat. atque eandem ob causam etiam φάλαγγες appellantur, de quibus vide suo loco & in dictione δάκτυλοι.

Σκυτάλιον. à quibusdam dicitur ἡ κοτυληδὼν, id est vmbilicus Veneris, sicut habetur apud Dioscoridem.

Σκύτος, εος, τὸ; & ἡ σκύτος. Erotiano authore varias « habet significationes, Secundum enim Petro- « nium sic ait vocari cutem omnem quæ est inter « colli neruos; Secundum alios sic dici, dorsi me- « dullam, secundum alios vero locum qui inter « supercilium & frontem est; alijs autem esse ca- « pitis cutem, ideoque pro capite ipso vsurpari. «

Σκύφιον. Calua siue caluaria appellatur Paul. lib. 3. c. « 22. & lib. 7. cap. 16. inde vox μεσοσκυφισμὸς apud « eundem l. 6. cap. 7. sectionis genus circa caluariam. de qua supra. «

Σκωληκίζον σφυγμὸς. vermiculans pulsus. Est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, in quo non tota simul arteria distenditur, sed primum quidem pars eius superior, cordique vicinior, deinde vero alia atque alia in modum vermis progredientis. Namque ab huiusmodi gressus similitudine huic pulsui inditum nomen est. Eiusdem generis est cum vndoso atque etiam cum formicante, differtque ab ijs sola quantitate seu magnitudine, estq; amborum medius, tanto minor vndoso, quanto maior est formicante. Habet semper adiunctam paruitatem, cuius causa est facultatis imbecillitas cum organorum mollitie. Differt præterea ab vndoso, quod in hoc humorum copia subest, in vermiculante deest, ideoque sine febribus fere solet magnis vacuationibus succedere, atq; ijs etiam quibus propter immodicã humiditatem computruit pulmo, cum scilicet facultas iam incipit laborare. Nec tamen coniunctam esse ijs affectibus inflammationem oportet. Sic enim duri pulsus fierent, non vermiculantes. Proinde nec hecticas nec marasmos eiusmodi pulsus consequuntur, consequuturi omnino quod ad affectam infirmamque attinet facultatem, nisi coniuncta ijs affectibus siccitas arterias redderet duras. Sicut autem vndosus cum in paruitatem minuitur transit in vermiculantem, ita hi cminor effectus in formicantem vertitur. Est autem hic pulsus necessario paruus, languidus, frequens, & non obscure paruus.

Σκωληκοειδὴς ἀπόφυσις. vermicularis seu vermiformis processus. Est corpus ex particulis quampluribus per membranas tenues connexis varie densq; compositum, & secundum meatus longitudinem extensum, qui à medio cerebri ventriculo ad postremum fertur. Speciem gerit vermiũ vetulas quercus depascentium. Inuehitur autem dorso τῆ γλουτίων, & illis vndique adstringitur & affirmatur per ligamenta quæ τένοντες, id est tendines appellant. Superiacet meatui qui est à medio ventriculo ad postremum, & spiritus animalis per eundem transitui præest.

Σκωληκόβρωτοι. vocãtur qui phtheiriasin patiuntur ve- « lut in actis Apostolorum de Herode, ἐξ οὗ γενόμενος « σκωληκόβρωτος; eo enim morbi genere interiit. «

Σκωληκοῦσθαι. vermiculationem pati quod esse arborum communem morbum docet Theoph. l. 4. c. 16. quod tamen minime eas pati inquit quæ acri & lacteo succo humescunt.

Σκωρία. scoria, fæx metalli, aut quasi fæx, & sordes metalli: vocatur etiam retrimentum sicut & recrementum ex Celso; item stercus ex Scribonio Largo dicente ferri stercus. Apud Dioscor. vt σιδήρου σκωρία, sic μολύβδου & χαλκοῦ legitur, exponiturque & recrementum & excremẽtum, Pollux περὶ τῆς σιδηρείτιδος loquens eius κάθαρμα dictum tradit σκωρίαν, ferri autem scoria eadem facit quæ rubigo sed inefficacius.

Σμαραγδῖτον. nomen est emplastri, cuius descriptio habetur apud Celsum, l. 5. c. 19.

Σμῆγμα ἡ

Σμήγμα. est puluis siccus qui cuti non vnctæ inspergitur ad eam detergendam. In hunc enim vsum primum smegmata adhibita sunt, atque inde dicta. Vnde idem σμηκτικὸν est, vel (vt Hippocr. loquitur) σμηματῶδες, cum τῷ ἰητικῷ, sicut Galen. annotauit comm. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων. Eiusmodi facultatem habet nitrum, aphronitrum, sal, mel, salis flos, cimolia, lomentum fabarum, fermentum hordeaceæ farinæ, furfur, pumex. Verũ alijs etiam medicamentorum generibus quę attenuarent, discuterent, siccarent, postea accommodatum nomen est. Extenuant quidem & discutiunt veratrum, alcyonium, sulfur, herba pedicularis, sinapi, pyrethrum, semen rosmarini, terra Lemnia, sepiæ testa, quæ propterea commodissima sunt abolendis pilis, addita præsertim calce & auripigmento. Siccant autem ruentes ex parte aliqua fluxus humorum nitrum, sal, galla, malicorium, alumen, rosæ & reliqua eiusmodi Omnia contusa, cribrata & sicca inspergi debent. Aliquando tamen liquore aliquo dilui possunt & inungi, vt videre licet apud Aetium lib. 6. c. 54. vbi varios τῶν σμημάτων vsus describit.

» Et Tetrab. 2. serm. 4. cap. 6. sed & σμημάτων
» alia exempla & aliquot differentias vide apud
» Paul. l. 6. c. 13. & Oribas. 3. Synops. & Collectan.
» l. 10. c. 21. monet autem Paul. loco citato omnia
» cuti siccæ admouenda esse.

Σμηκτικὴ γῆ, ἡ

Σμηκτὶς. Terræ quoddam genus cui detersoria vis inest. Galenus & Erotianus apud Hippocratem σμηκτίδα γῆν exponunt τὴν κιμωλίαν, cui vis inest abstergendi instar smegmatis & saponis. est autem terra alba qua fullones vtuntur. Pollux σμηκτειδία vocat παρὰ τὸ σμήχειν.

Σμίλαξ. taxus. arbor est abietis magnitudine & foliorum eiusdem figura, in Italia & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascens. Auiculæ quæ Italicæ taxi baccas deuorant, dicuntur denigrari, & qui ederint eiusdem homines alui profluuio corripi. Habetur & Narbonæ tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea aut in eius vmbra desideant, lædantur & sæpenumero moriantur. Recensuit eam Nicander in Alexipharmacis inter venena.

Est & σμίλαξ frutex hortensis, cuius semen à nonnullis λόβια vocatur. follia habet hederæ, molliora tamen, tenues caules, & capreolos vicinis fruticibus circumuolutos, qui tantum adolescunt, vt topiarias scenas repræsentare videantur. siliquas fœnigræci profert longiores & torosiores, in quibus semina renum similia, sed inæquali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fuluescunt. Siliqua cocta cum semine in oleribus asparagi modo estur. Vrinam ciet & tumultuosa somnia facit.

Est etiam σμίλαξ planta duorum generum, quam ad arboris, de qua ante dictum est, differentiam Galenus & Paulus μίλακα maluerunt appellare. Vna aspera est, folio periclymeni, sarmentis tenuibus, multis, rubi modo aut paliuri aculeatis. arbores scandit ab imo ad summa perreptans, se conuoluens eis. fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumque leuiter mordent. nascitur in palustribus & asperis, radice dura crassaque. Altera vero læuis est, folijs hederæ similibus, mollioribus, læuioribus, tenuioribus. huius sarmenta nullis horrent spinis. Conuoluitur arboribus, vt prior. fructum parit lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Vtraque facultatem acrem & calidam possidet.

Σμίλη. scalpellum. instrumentum est chirurgicum. Vtrinque acies illi habebatur, & lineas vtraque secantes, vtrinque curuas habebat, sed alteram concauam, alteram vero illi oppositam gibbam. cuspis autem acuta erat. Diuersi generis erant. Aliud magnum, aliud paruum, aliud mediocre habebatur.

Σμίλη μυρσίνη. scalpellum myrteum apud Gal. 8. de
» administr. anatom. c. 4. & l. 14. meth. c. 17. inter-
» pretantur alij scalprum ad myrtacei folij simili-
» tudinem formatum.

Σμιλίον. nomen est medicamenti acris quo Paulus lib. 4. c. 18. vtitur ad rumpenda apostemata: ad rumpendas parotidas, lib. 3. c. 23. describitur ab eodem l. 7. c. 17. Sed notandum l. 4. c. 18. scribi σμηλίον: non male forsitan: παρὰ τὸ σμῆσαι, à detergendo.

Est & huius nominis collyrium ad oculorum
» vlcera sordida accommodatum à Celso descri-
» bitur l. 6. c. 6.

Σμύρνα. myrrha. Lacryma est arboris Arabicæ, Ægyptiæ spinæ non dissimilis, è cuius vulnere defluit lacryma in subiectas tegetes, alia circum caudicem concrescit. Plures sunt eius species, πεδιάσιμος, γαβιρέα, πτωλοδυτικὴ, κωκαλὶς, ἐργασίμη, ἀμυνέα. Porro myrrha secundo ordine excalfacit & desiccat, atque abstergit, nec arteriam exasperat, vt abstergentium nonnulla.

Apud Hippocr. Æolico idiomate μύῤῥα dici-
» tur pro σμύρνα vt annotat Galen. ἐν τοῖς γλώ-
» σσαις.

Σμύρνιον. olusatrum Latine dicitur. herba est caule apij & stolonibus multis, folijs latioribus, subpinguibus, ad terram infractis, robustis: odore medicato, cum quadam acrimonia iucunda: colore in luteum languescente: capitibus caulium orbiculatis, vt anethi: semine brassicæ, rotundo, nigro, acri myrrhæ sapore, ita vt alterum alterius loco cedat. Radix quoque odorata gustu acri, fauces mordet, succosa mollis. Cortex eius foris niger, intus viridis aut subalbidus. Nascitur in saxosis & collibus atque squalidis & limitibus terrenis. Vis radicis, herbæ & seminis excalfacere.

Erat autem smyrnium olim Romæ laudatus cibus, & in maxima copia vendebatur vt ait
» Galen. libro 12. de alimentor. facult. cap.
» 52.

Σμωδικοῦ. ad σμώδιγας (hoc est vibices seu liuores) sanandos apti, qui ex percussione fiunt, vt an-

notat Galen. in lexico Hippocr.

Σέρις. herba est duorum generum sylvestrior quædam est & magis spinis horrens, altera teneritate quadam mollescit, cibis expetita, anguloso caule, inani, interdum rubente, foliis in ambitu per interualla dissectis. Adstringit & manifeste refrigerat siue corpori admoueatur siue manducetur. Dioscorides cicerbitam à Romanis dici prodidit. Galli lacterones vel lasserones appellant.

Apuleius lactucam leporinam vocat: dicitur vero inquit Ruell. ἀπὸ τῦ σῶον χόον, eo quod salubrem fundat succum, vt pote qui sua sorbitione stomachi rosiones leniat & lactis abundantiam nutricibus subministret.

Σέμφος. genus cucurbitæ sylvestris digitali crassitudine non nisi in saxosis nascens. Nomen habet, quia sit inanis. nam σομφὸς est inanis, fungosus, spongiosus.

Et hanc vocem Aristoteles de mammis mulierum loquens vsurpauit; apud Hippocr. vero φθέγγεται σομφὸν exponunt loquitur obscure, quoniam in coloribus quidam τὸ φαιὸν appellant σομφὸν, quod videlicet inter album & nigrum collocatur.

Σεφτίνος οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Σήσινον ἔλαιον. vide Αἰγύπτιον ἔλαιον.

Σήσινον μύρον. vide Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν, Galen. apud Hippocr. interpretatur vnguentum Susinum, Anthinum vnguentum, & criminum quod ab anthino oleo differre tradit Aromatũ varietate.

Σήσινον χρίσμα. etiam confectum ex lilijs vnguentum dicitur apud Dioscor. lib. 1. c. 73. & Athenæum lib. 12. vsurpatur etiam pro oleo ex lilijs confecto.

Σοφιζόμενοι. vocantur ab Hippocr. qui sapienter videntur sibi aliquid inuenisse, & tamen errant, ac propterea neque ea obseruant, quæ ab imperitis quibuslibet recte cognoscuntur, Gal. comment. 1 in lib. de fracturis.

Σπάγος. herba est à quibusdam σφάκος dicta. nascitur in Gallia, vt Plinius author est.

Σπάδων. conuulsio. σπάσμα. fœmininum nomen est vt refert Gal. in lexico Hippoc.

Σπάδων etiam vocatur spado, ἐυνοχισμοῦ species forte idem quod ὑπὸ τῶν ἀπὸ διαίτης, de quo suo loco in Græcis institutionibus σπαδόνες definiunt qui propter vitium aliquod membrorum genitalium generare nequeunt ἀπὸ τῦ σπᾶν à conuellendo; vel à vico Persico nomine σπάδα, vbi primum aliquibus exempta virilia fuerunt, vt legitur in fragmentis Stephani de vrbibus: Plin. l. 16. c. 36. spadonem calamum appellauit quem Theophr. li. 4. ἐυνοχίαν, modica lanugine aut omnino nulla: etiam spadoniam laurum Plin. appellauit, & Columell. l. 3. c. 10. eiusmodi surculos qui nihil attulerint spadones appellat, quod illi non facerent nisi eos suspicarentur inhabiles fructus: σπάδωνα Hesych. exponit non solum ἐυνοῦχον, sed etiam τὸ σπάσμα: sic Erotian. in lexico Hippocr. σπάδων, σπασμὸς σώματος: & Gal. in exeg. σπάδων, σπάσμα, vbi etiam annotat fœmininum esse nomen illud: Suidas autem tradit σπαδὼν scriptum βαρυτόνως significare τὸν ἐκτομίαν: at σπάδων oxytonως τὸ σπασμὸς vtitur in hac significatione, pro (Spasmus) contractio, Nicander in alexiphar. & Hippocr. l. 7. de morbis; à voce hac fit σπαδισμὸς castratio: Porro & ex Budæo id notandum apud Plutarch. in Demetrio legi τὸν σπάδονται, sicut & in lexico vet. σπάδων, σπαδωντος, ὁ ἐυνοῦχος. Sed crediderim vsitatiorem esse genit. σπάδωνος quem Latini quoque retinent.

Σπάθη. sic à quibusdam dicta est ἡ ὑλάτη, hoc est palma, vt author est Dioscorides. Sunt etiam σπάθαι partes organorum impellendo idoneæ. Vtimur etiam spatha, vbi extrahendo impellimus, ad femur in posteriorem partem erumpente. Quanquam sunt & aliæ spathæ in quibusdam organis ad alios impellendi modos fabricatæ. Oribasius lib. de machinamentis. σπάθη etiã significat machinamentum quo vtimur ad coquendum, detergendum, subigendum medicamina. fiebat autem ex ferro, aut alia quauis materia, vt ex palma, pinu, rubo, ruta, tæda & alia qualibet materia.

Σπάθη præterea dicitur palmæ fructus operimentum apud Paul. l. 7. c. 18. in Gleucino malagmate: hoc & φοίνιξ vocatur teste Dios. l. 1. cap. 52. Quin & σπάθη dicitur id vnde fructus dependet teste Polluce lib. 1. Quin & ipsa palma arbor sic vocatur Plinio lib. 12. c. vlt. Præterea σπάθαι dicuntur ipsæ costæ Ruffo ephes. vel costarum ossa Polluc. lib. 2. Hippocrates vero σπάθας fertur vocasse scapulas, hinc compositum ἐκφοσπάθια dicuntur hypochondria quod costis subijciantur, & velut in extremitate earum posita sint.

Σπαθομήλη. specillum, latum instrumentum Chirurgicum quo in emplastris conficiendis, pannisque illinendis vtuntur: Composita vox ex μήλη quod specillum quodcumque significat, & σπάθη quo latum & ad gladij seu spathæ formam factum indicatur.

Σπάθιον. spathula apud Ægin. pro cultro chirurgico vsurpatur.

Σπαθοφοίνικον. apud Nicol. Myrepsum legitur pro ἡ τῦ φοίνικος σπάθη, id est, palmæ fructus adhuc florentis inuolucrum, vt quidam eius interpres annotat.

Σπαργάνιον. herba est folio gladioli, sed arctiore & in terram magis procumbente, in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen. ab aliquibus ἐριφίδιον vocatur. Officinæ spathulam fœtidam appellant. vim habet exsiccandi.

Σπαργάω. libidine & cupiditate alicuius rei accendor. dicitur præsertim de ijs qui pruriunt libidine Venerea. Vsus est Hippocrates eo verbo in ea significatione, & Galenus exponit ὀργᾶ: Erotianus autem ὀρέγεται ἐν ἐπιθυμεῖ.

Σπαργᾶν quibusdam dici proprie videtur de vberibus vsque adeo lacte distentis, vt rupturam minentur, & præ nimio tumore lac stillent Plato. de repub. lib. 5. & σπάργη, vel σπαργὴ dicitur illa libido propria qua matres distenta lacte vbera exinanire cupiunt Galen. in exeg. & σπαργάωσις Henr. Steph. affectus esse dicitur mammarum cum lac in eis casei modo concrescit, & σπαργῶντες μαστοὶ mammæ vocantur quæ ob niniam lactis copiam valde durescunt; Plin. sororiantes appellasse videtur libr. 31. cap. 6. aquæ marinæ vtilitates ad eas corrigendas proponens, Dioscoridem sequutus; Festus scribit dici sororiare mammas puellarum quando primum tumescunt, sic Plaut. tunc papillæ primum sororiabant; huiusmodi mulieres vocabant

» veteres mammosas, Plautus mammeatas, Her-
» molaus in Dioscor. μαστοὺς σπαργῶντας, fortean mi-
» nus bene pannosas mammas appellauit, deri-
» uans à voce σπάργανα quibus inuoluuntur infan-
» tes. Est enim & σπαργανᾶν inuoluere pannis quasi
» ille hac voce rugosas panniceasque, & quales ri-
» dicule poeta appellauit araneorum cassibus pa-
» res intelligere velit: insuper σπαργᾶν apud Theo-
» phr. sicut & ὄργας de arboribus dicitur cum ver-
» no tempore earum cortices succo turgescunt.

Σπάρτιον ἢ

Σπάρτος. frutex est longas ferens virgas, sine folijs, firmas, fractu contumaces, quibus vites vinciũtur. semen lenticulæ, in folliculis phasiolorum modo nascens. florem vt albæ violæ, luteum. Et semen eius & succus magnam habent trahendi facultatem.

Σπάσμα. est vnitatis solutio in neruosa parte citra vulnerationem. Conuelluntur enim quæ in ipsa sunt fibræ cum ex ictu aliquo violẽtiam patiuntur, aut subito & affatim intenduntur. Huius causa est repentinus quidam ac inæqualis vehemensque motus, ac tum præcipue cum neque perfricata neque calefacta, neque ad æqualitatem ducta aut mollitiem corpora, motibus exponuntur. Sic enim distrahuntur plurimũ neruosorum corporum partes. Sunt autem causæ aliæ exteriores, aliæ intra ipsum corpus. Exteriores quidem quæ colligere apta sunt, internæ vero immodicus & inordinatus motus & quædam humorum vitia quæ corrodendi vim habent.

Σπάσματα vulsa aut euulsiones sunt qui interpretentur, alij conuulsiones, sed hoc male, veteres » enim σπάσμα & σπασμὸν distinxerunt, siquidem » σπασμὸς dicitur in neruis, σπάσμα in fibris neruosis & membranosis, quæ si extensione disrumpuntur ῥῆγμα posteriores medici appellant: Hippocr. in Coac. σπάσματα appellabat concussiones totius thoracis quibus à facultate animali mouetur ad expectorandum & repurgandum sputum.

Σπασμὸς. Celso dicitur distentio neruorum libr. 2. cap. 1. omnes fere medici hodie conuulsionem interpretantur. Est musculi ad suum principium inuoluntaria contractio. Symptoma est voluntariæ functionis oblæsæ, cuius cum primarium instrumentum musculus sit, patet eum in conuulsione affectum esse secundum se totum, maxime tamen secundum partem sui neruosam. Itaque cum motus voluntarius perierit, necesse est per conuulsionem in eum situm neruos musculosque duci, in quem si pro lege naturæ se haberent, ab animali virtute ducerentur: id autem est in suum principium suamque originem, ad quam omnia suapte natura feruntur, nisi alio vi aut voluntate retrahantur. Ergo musculis ad sua ipsorum capita & principia retractis, & parte simul in quam inseruntur adducta, attractaque, similis quidem naturali motus, sed citra voluntatem fit, atque in eo morbus ipse consistit. Nam quod musculus & tenditur & conuellitur ad suum principium, & vna cum eo pars illa corporis cui inseritur, commune quidem est & sanis & conuulsis: quod autem inuito hoc accidat, præter naturam affectis inest, non sanis. Itaque si ad musculos proprie pertinet conuulsio, manifestum est pro musculorum differentijs, varias esse, & differentes conuulsiones non modo vniuersales, sed etiam particulares. Ac particulares quidem sunt ex particularium musculorum differentijs, quarum aliquæ proprijs etiam donatæ sũt nominibus: σπασμὸς in oculo, τετανὸς in mandibula, κυνικὸς ἄσασμος in ore, σκυνέασις in pene. Vniuersales vero, cum vel corpus totum in priora curuatur, ἐμπροσθότονος Græcis dicta: vel in posteriora, ὀπισθότονος: vel in vtramque partem æqualiter, τέτανος. quibus & additur ἡ ὀπιστία. Est enim quędam totius corporis conuulsio, patiente nimirum neruorum principio. Sunt autem plures earum causæ, quas tamen omnes Hippocrates in duas contulit, inanitionem & repletionem. Ad inanitionem quidem reuocatur febris ardẽs, hellebori potio, immodica sanguinis profusio, vigiliæ, inedia, & quæcunque corpus vehementer exiccant: ad repletionem vero ebrietas, crapula, suppressa vacuatio consueta, exercitatio intermissa, phlegmone, & quæ eam consequuntur dolor morsusque, præterea & flatus qui in musculis conclusus siue illic genitus, siue aliunde influens, eos distendit atque contrahit, vt docet Gal. initio lib. 2. de symptomatum causis. quo etiam loco ab vtraque illa causa conuulsionem fieri chordarum eleganti similitudine docet: vt enim illæ vel nimio humore imbutæ, vel vehementius resiccatæ tenduntur contrahunturque, vt interdum etiã rumpantur, sic & nerui afficiuntur, atque ita tensi musculos adducunt. Itaque in neruis quidẽ ipsis conuulsionis causa aliquando est, non etiam in ipso musculi corpore: musculi tamen non nerui morbus esse cõuulsio dicitur, quod ipse non autem neruus proprium sit motus, qui in conuulsione læsus est, instrumentum. Itaque si nerui ex chordarum contractione conuelli aliquando dicantur, id non proprie dicitur, sed quod ita affectus necessario quoque musculus cõtrahatur. Ergo quæcunque neruorum principio, vel copia, vel acrimonia, vel maligna venenataq; qualitate molesta sunt, conuulsionem possunt excitare: siquidem ab ijs grauati nerui irritatiq; contrahuntur, & musculos secum adducunt. Ex his patet conuulsionis causam vel in musculo & præsertim eius capite esse, vel secundum nerui ipsius ductum, vel in ipso neruorum principio, quod geminum à medicis statuitur, vnum scilicet in spinali medulla, alterum vero in cerebro.

Σπασμῳδεῖς, & σπασμόπτωμοι. in prorrhet. sic vocatur motus cum conuulsione tremulus, has tamen voces improbare Galen. videtur comment. in prorrhet. quasi sit Græcis ignota hæc symptomatum permistio, sintque rara admodum in conuulsione tremoris symptomata, siquidem (inquit) fieri non potest vt ægris ipsis in conuulsionibus tremores deprehendantur, nisi vtique talem sit author contemplatus symptomatum vicissitudinem, vt cum conuulsiones quidem reliquerint tremulus fieret homo, vbi vero conuulsio superuenerit non posse dignosci tremorem. vel vt est in nostro exemplari Græco ἀδιάγνωστον εἶναι τὸν τρόπον: Legitur quoque alio eiusdem prorrhetici loco τὰ τρομώδεα σπασμώδεα, vbi interpretatur Gal. mutationem ex tremore in conuulsionem exitiosa euẽtu: ibidem notantur γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες, linguæ conuulsiui motus & tremuli, vbi etiam Galen. tremorem linguæ ad facultatis animalis infirmitatem

» refert, quæ ſiccam cerebri ſequitur intempe-
» riem, conuulſionem vero ad muſculorum lic-
» citatem vnà cum capite laborantium; quibus
» opponi hæc poſſunt; nam ſi tremor eſt motus,
» motus vero corporis affectus. Cur non erit affe-
» ctus corporis tremor, ac præſertim partis ner-
» uoſæ, non enim facultas tremit, ſed membrum
» & ſubſtantia neruoſa, cuius cauſa eſt imbecilli-
» tas; hæc ergo affectus facultatis eſt, tremor ve-
» ro partis ipſius. Præterea cum eadem in parte &
» facultas infirma eſſe poſſit, & morſus aut op-
» preſſio à materia, aut inæqualis ſiccitas, quid im-
» pediet quo minus & contremiſcere membrum
» queat & diſſilire, & quodammodo reuelli ve-
» teres certe ita loquutos fuiſſe conſtat, & in tre-
» more concuſſionem quamdam conuulſificari
» poſuiſſe: Plato in Timæo ſcribit tremorem &
» rigorem modum eſſe τῆς σεισμοῦ, & Ariſtoteles
» interpretatur τρόμον motum cum concuſſione, &
» τὸν σεισμὸν ἐν τῇ γῇ εἶναι, ὅπερ ὁ τρόμος, καὶ ὁ σφυγμὸς ἐν
» ἡμῖν: Similis autem motus in piſcibus videtur
» aut moribundis, aut vibratione reſilitioneúe
» molientibus euaſionem, cum partes neruoſæ
» auferre ſe à ſuo contrario mordente, aut oppri-
» mente quod intus eſt, totas non poſſunt; ſub-
» ſultant igitur & ſubſiliunt, haud ſecus ac ſi ia-
» centis corpus pungatur, quia totus illico exur-
» gere non poteſt, ſic palpitant in arido piſces, qui
» tota mole vnico tractu ſeſe non valent excitare,
» eum motum appellant Græci ἀσπάιρειν, Ariſto-
» teles ἀσπαίζειν; ab illo piſcium enarrato motu
» non eſſe diſſimilem eum qui σπασμοτροφωδης hîc
» dicitur volunt nonnulli, quem & aliàs ab Hip-
» pocr. ſignificari volunt dum ægros quoſdam eſ-
» ſe inquit ἀναίσσοντας πρὸς χεῖρα, id eſt ad manum
» reſilientes, vide ſuo loco.

Σπασμώδης πάθος. conuulſiuus affectus. Dicitur affectus qui in ſui principio, aut non multo poſtquam fieri cœperit conuulſionem accerſit, vt annotauit Galen. comment. 3. in lib. 1. prorrhetici. Idem vero lib. 1. de præſag. ex pulſibus, affectum conuulſiuum appellat qui ante mortem neceſſario conuulſionis aliquod periculum inducit.

Σπασμώδης σφυγμὸς. conuulſiuus pulſus. Eſt pulſus inæqualis in vna pulſatione & diuerſis arteriæ partibus, in quo vtrimque ab extremis retrahi, tendi conuellique arteria videtur in modũ chordæ tenſæ. Videtur enim tunc arteria contracta, & vndecumque coarctata, non ceu compreſſa ſit abs quopiam vel conſtipata, nec etiam velut rigida vt in febri, præſertim in acceſſionibus, nec vero vt præ duritie ad intentionem contumax, veluti quod ſit diuturnitate temporis, præſertim cum quid offenſum ſit vel viſcera vitiata, ſed vt corpus neruoſum cauumque, veluti inteſtinum aut ſimile ex vtroque fine intẽtum. Ad eundem modum inæqualis eſt motus arteriæ in modum chordæ ſurſum deorſumque agitatæ. Neque enim ſpecies diſtentionis vel contractionis repræſentatur, verum vibrationi potius ſimilis eſt, ceu exilientis ſurſum, iterumque retractæ intro: quod nec conſtituto quidem tempore habet, ſed vno ſæpe tempore alia eius pars videtur ſurſum ferri, veluti eiaculata, altera intro ceu à quopiam attracta, atque vna moueri citate, altera tarde. Iam vehemens quoque & magnus hic pulſus videtur eſſe, non tamen perinde, vt videtur, vehemens eſt & magnus. Ictus enim impo-
nit, dum ob tenſionem validus, ob vibrationem exilire apparet. Quamobrem altior interim videtur, ac veluti ſtrepitum quendam ad tactum edit aſperũ. Sane neminem, qui quidem ſit expertus, fugiat hic pulſus. Dictus eſt conuulſiuus pulſus tum quod arteria ad vtrumque terminum tendi videatur, tum quod conuulſio ſtatim ab eo pulſu hominem corripit, vt ſcripſit Gal. lib. de cauſis pulſuum 2.

Σπατίλη. ὑγρὰ διαχώρησις. hoc eſt, humida deiectio; apud Hippocr. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. vt Galen. interpretatur.

Σπείρειν. diſpergere & ab inuicem ſeparare. Sic ſæpius Græci vtuntur. vnde διεσπαρμέναι νόσοι dicuntur morbi diſperſi, ſcilicet qui non multos, ſed ſeorſum vnumquemque prehendunt. ex Galeno, initio comment. τῆς ἐπιδημίας.

Σπέρμα. ſemen, eſt ortus noſtri verum proximumque principium, vt ex quo primo oriantur ea quæ ſecundum naturam conſtituuntur, non quidem vt ex materia, ſed vt ex motus efficiente principio, atque illud ipſum eſt vtilis cuiuſpiam excrementi portio quædam atque vltimi; id putat Ariſtoteles ſanguinẽ eſſe hoc indicio, quod ſi vi nimioque conatu reddatur, nondum facultate teſtium plene conuerſum, vt ijs accidit qui ſupra modum veneri indulgent, cruentum id plerumque prodeat, imò & in ſpermaticis vaſis cruentum id plerumque animaduertitur. Seminis autem materia in ſolidis partibus progignitur, atq; ab illis teſtium vi ſecernitur, vi inquam illa qua ſicut lien ſua melãcholicum humorem prolectat, & vrinam renes, ſic teſtes ſeminis materiam ſibi quidem per quam familiarem & idoneam, tanquam proprium coniunctumque alimentum inuitant & attrahunt. Non autem ex omnibus ſenſu manifeſtis tum ſimplicibus, tum compoſitis partibus ſeminis materia ſecernitur, neque à toto corpore demittitur, at nihilominus hanc neceſſum eſt, de cerebro, de corde & iecore quæ tria ſunt principia decidere, plurimum autem de cerebro: hoc quidem illius argumentum eſt, quod cui vnum quodlibet iſtorum grauem offenſionem acceperit, infœcundus is reddetur, quemadmodum ſi leuius erit vitium, prolem ſuſcitabit ægra infirmaque valetudine; non modo autem viri ſemen, ſed etiam fœminæ proferunt, hinc duplex ab Hippocrat. ſtatuitur ſemen, virile arq; fœmineum. Proferre vero ſemen fœminas hac potiſſimum ratione doceri poteſt, quod teſticulos & ſeminis vaſa acceperint crebris flexibus atq; circuitibus intorta, haud ſecus ac in maribus enata, quæ omnia ſi natura non fruſtra condidit, ſeminis generandi facultatem ſimul his attribuit, huiuſque cauſa fabricata ſunt; ſed & rei veritas ſenſus teſtimonio comprobatur, nam fœminis quæ ſibi diutius à coitu temperarũt diſſectis, in vaſis ſemen circumfluere, idque iam albeſcere conſpicitur, æque ac in maribus. Quinetiam per inſomnia eæ interdum fatentur, non minori ſe voluptate quam in coitu eiaculari; viduis & ijs quæ diutius veneris ſtudia intermiſerunt, vt per inſomnia, ita partium obſcœnarum titillatione copioſiſſimũ craſſiſſimumque ſemen erumpit: hoc autem fœminarum ſemen vim procreantem habere atque fingentem inde colligitur, quod nõ alium in his quam in maribus ortum, & à teſtibus & à vaſis acceperit; quod etiã mulier, quæ epilepſia,

» calculo aut podagra laborat prolem gerit ho-
» rum malorum hæredem; quod demum partus
» sit plerumque matri similis; illius tamen semi-
» nis vis profecto minor est & infirmior quam
» quæ à semine maris confertur. Qualis autem &
» quanta sit vis illa declarãt oua quæ subuentanea
» dicuntur, & rudiores molæ, quas mulieres quã-
» doque proprij duntaxat seminis vi nullo viri cõ-
» cubitu concipiunt, in his siquidem procreatio-
» nis est quædam adumbratio, & rudis materiæ
» concretio: Cæterum quod spectat ad significa-
» tionem vocis σπέρμα, etiam fructum significat
» apud Hippocrat. Sed & fructum quem vterus
» partu edit apud Euripidem: Sed & σπέρματος no-
» mentu αὐτὴ ἡ γονὴ passim vsurpatur, vnde Galen.
» libros duos περὶ σπέρματος conscripsit, eodem ar-
» gumento quo Hippocrat. περὶ γονῆς, mutato tan-
» tum non quidem re, sed nomine titulo: Aristo-
» teles tamen subtilius de eo edisserens semen ἀπὸ
» τῆς γονῆς distinxit 1. de generat. animal. Denique
» etiã σπέρμα semen dicitur in plantis & aliud quid
» diuersum à fructu vt passim ex Theophr. liquet
» & 1. de caus. plant. c. 7.

Τὸ διὰ σπερμάτων. Trochisci nomen est apud Paulum lib. 7. cap. 12. Similiter nomen est malagmatis quod ab eodem describitur lib. 7. c. 18. Est & epithematis nomen, quod apud Aetium est tetrab. 3. serm. 12. ad splenis inflationem descriptum.

» Describitur & alius pastillus ad alui profluuia
» efficax hoc nomine apud Trallian. lib 8. c. 8. epi-
» thematis quoque eiusdem nominis descriptio-
» nem vide apud eundem c. vltimo.

Σπερματικὰ ἀγγεῖα. seminaria vascula quæ quatuor
» sunt, duo κιρσοειδῆ, & duo ἀδενοειδῆ quæ & χόνι-
» μοι φλέβες Ruffo dicuntur.

Σπερματικαὶ ἀρτηρίαι. spermaticæ arteriæ. Sunt duæ arteriæ, vna dextra, altera sinistra, à trunco arteriæ magnæ descendẽtis exortæ, & in testes demissæ. Descendunt autẽ eo vna cum venis spermaticis, & peritonæo elapsæ ambagiosæque delatæ, in testium tunicas & substantiam absumuntur in viris. In mulierum vero testes tantum abit horum vasorum dimidium, reliquum autem in vteri fundum & latera spargitur.

Σπερματικαὶ φλέβες. spermaticæ venæ. Sunt venę duæ in testes demissæ, sanguinem spermatis materiam ad eos deferentes. Earum vna dextra est, altera sinistra: dextra à trunco venæ cauæ inferioris sub dextra renali seu mulgente vena nascitur, sinistra vero à medio sinistræ renalis siue emulgentis. Vtraque in viris quidem in testium tunicam & substantiam absumitur, furculis aliquot tenuibus in suam peritonæi apophysim sparsis: in mulieribus autem dimidio in testes, altero dimidio in vteri latera & fundum nutriendum, quo etiam menses fluunt. Cæterum venæ illæ à sua origine deducuntur in testes inuolutæ, intra ventrem quidem peritonæo, extra ventrem vero erythroide tunica.

» Aristoteli lib. 3. de histor. animal. σπερματίδες
» φλέβες dicuntur.

Σπερματικοὶ πόροι. dici quidem possunt vasa omnia per quæ semen defertur. proprie tamen sic appellantur vasa duo à testibus sursum ascendentia & in περιτόναιον ἀδενοειδῆ inserta, semenque eo deferentia. Hæc enim à testiculis prodeuntia, & ad posteriorem pubis ossis sedem reflexa tectaque peritonæo, sensimque mutuo appropinquantia & latiora crassioraque facta tandem inter se coeunt, vnumque corpus efficiunt, quod sese in περιτόναιον ἀδενοειδῆ insinuans, inseritur & dehiscit in vrethram sub initium ceruicis vesicæ, semenque in eam excernit.

Σπερματισμὸς. seminis emissio, sic apud Theophr. hist. plant. lib. 7. c. 4. τὸν σπερματισμὸν μεταφέρειν, est plantas semine natas transplantare.

Σπερχὴ. festinans. assidua, apud Hippocr. sicut Galen. in suo lexico annotauit.

Σπιθαμὴ mensura est qua rerum interualla metiuntur. Est autem trium palmorum siue duodecim digitorum, quantum scilicet digitis extensis interuallum est inter minimum digitum & pollicem, vt interpretantur Pollux & Hesychius. Latini dodrantem vocant, quod dodrans nouem vnciarum sit, quæ item duodecim efficiunt digitos, vel ex similitudine & proportione quam habet libra cum pede. Est enim dodrans nouem vnciarum, hoc est tres quartas partes libræ continet. Sic & σπιθαμὴ, quæ digitorum est duodecim, dodrans esse videtur pedis, in quo sedecim digiti continentur. Plinius libr. 7. c. 2. Super hos extrema in parte montium Pygmæi narrantur ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes. Ea mensura non raro vtitur Dioscorides, & verbis ab ea deriuatis, qui sunt σπιθαμαῖος, δισπίθαμος, τεισπίθαμος.

Plinius insuper σπιθαμὴν, non palmum magnũ sed simpliciter palmum appellauit, cum alibi, tum vbi de anthemide sic scribit, Genera anthemidis tria tantum flore distant, palmum non excedentia, ex hoc Dioscoridis loco, πάντες ἐπὶ πῆχυ, αὐθεσι μέγιστον διαφέροντα, σπιθαμαῖα; alicubi vero σπιθαμαῖον vna voce palmeum interpretatur, veluti cum scribit Orchis herba siue Serapias, folijs porri, caule palmeo, ex his Dioscoridis verbis, ὄρχις ἣν σπαπάδια τίτρεσι καλοῦσι, φύλλα ἔχει λευκότερα πράσου, κρεμνία σπιθαμαῖα; σπιθαμὴ autem hæc mensura vocatur παρὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι τοὺς δακτύλους, id est quod diducantur digiti.

Σπικάτα μύρα. vnguenta spicata, genus est vnguenti pretiosi, quod Romæ in gratiam delicatarum mulierum fiebat, nomen certe non Græcum sed Romanum inquit Galen. lib. 8. meth. nam vt hæc à Romanorum delicijs inuenta fuere, sic etiam par fuit Romanas habere appellationes. In eodem genere erant vnguẽta φιλιάτα. Sed nec eorum inutilis fuit in medicina vsus, ea enim prodesse scribit Galen. ad ventriculi cruditatem nidorosam atque fumosam, atque lib. 4. de loc. aff. c. vlt. ijs illinit nares ad exsiccationem pulmonis, & lib. 6. de sanitate tuenda ventrem roborare & calefacere scribit, nec non & aures corroborare, & lib. 1. κατὰ τόπ. ea commendat ad capillorum defluuium, denique in omni affectione frigida vt ad aurium dolores à frigore li. 3. κατὰ τόπ.

Σπλάγχνα. non intestina dicuntur, sed præcipua interanea & vitaliora, vt cor, pulmo, iecur, & similia quæ in cæsis victimis aruspices considerabant si quid protenderent. Sumptum est enim ab aruspicinis id vocabulum, deinde ad omnes animalium partes intrinsecas translatum. Celsus viscera Latine vocat & ab intestinis distinguit, alij exta interpretari malunt.

Obseruauimus autem nos iecur plerumque ea voce significari, hoc enim maxime obseruari

» in aruſpicina præcipiebatur. Quin imo non mo-
» do viſcera victimarum, ſed & quæcumque per-
» actis ſacris edebantur σπλάγχνα Græci appel-
» lant, inde ἄσπλαγχνος Platoni dicitur qui caret illis
» epulis, quam ſignificationem Galen. libr. 3. de
» decret. Hipp. Platon. cum varias huius vocis ſi-
» gnificationes explicaret, non attigit.

Σπλάγχνον. dicitur à quibuſdam iuncus odoratus, authore Dioſcoride. Hic arboribus innaſci ſolet, vt cedro, piceæ, populo albæ & quercui, odoratus. ſunt qui βρύον ἀρωματικὸν appellent. de eo intelligendũ eſt quod ſcribit Aetius tetrab. 3. ſer. 4. ad podagricos & articulorum dolores, dicẽs, muſci, qui ſplanchnõ & hypnon & bryon Græcis appellatur. Video nomen hoc σπλάγχνον à quibuſdam ſcribi.

Σπλαγχνίδια. Græci veteres cor vocabãt, hinc ἄσπλα-
» γχνον legimus apud Sophoclem pro timido, ſicut
» contra εὔσπλαγχνον pro virili ac ſtrenuo ponitur.

Σπλαγχνικὰ φάρμακα. Dioſcorid. libr. 1. c. 78. dicun-
» tur quæ internorum viſcerum affectionibus me-
» dentur.

Σπλὴν. lien. Eſt pars corporis rara, ſpongioſa, nigricans, ventriculo ſiniſtra parte incumbens, & ſanguinem humore atro repurgans. Sicut iecur videtur eſſe purioris ſanguinis quædam affuſio & concretio, ita & lien nigrioris & fæculenti: ob idque vtriuſque viſceris carnem Eraſiſtratus παρέγχυμα appellauit. Quia autem nigro ſanguine compoſitus eſt, idcirco non modo nigricat, & prominentibus quibuſdam tuberibus inæqualis eſt; ſed etiam familiaritate ſuæ ſubſtantiæ quicquid atri humoris & fæcis eſt in ſanguine ad ſe attrahit. Hoc enim illi à natura proprie tributũ eſt. Trahit autem per eum venæ portæ ramum qui ſuperior & minor eſt. Ac eius quidem fæcis parte ſibi cognata magis & familiari, per arteriarum præcipue calorem & motum elaborata nutritur: reliquum autem excernit nũc in portam & inteſtina per eundem portæ ramum, nunc in ventriculi latus ſiniſtrum, per inſignem venam ex ſummo aut propinquo in lienis ſima ramo prodeuntem: nunc in ſedem per hæmorrhoidas, nunc in renes per arterias ab aorta ſupra renes natas. Id quoniam debuit eſſe fæculenti ſanguinis receptaculũ, præuidens natura ne facile obſtrueretur, duo præſertim illi remedia comparauit, ſubſtantiæ raritatem & arteriarum copiam. Eſt enim valde laxus & ſpongioſus, habetque tum plures tum grandiores arterias quam magnitudini ſuæ conueniat, ab aorta qua per lumbos fertur prodeuntes. Situ eſt in hypochondrio ſiniſtro, qua vẽtriculo incumbit canus, qua vero ſeptum contingit leuiter gibbus. Tunicam habet à peritonæo, neruulum autem à ramo ſextæ conſugationis, qui ſiniſtrarum coſtarum radicibus inſeritur. Neque enim expediebat maiores eum neruos habere.

» Lienem autem inquiebat Plato eſſe ἐκμαγεῖον
» τῆς ἥπατος effigiem hepatis, nullamque corpori
» vtilitatem afferre.

Σπλὴν καταῤῥοῦς. lien decliuis Hippocr. 6. Epid. ſect.
» 2. dicitur; Gal. autem in comment. lienem de-
» cliuem vocatum ait, vel propter ipſius tumores
» in partibus inferioribus excitatos, vel quod ip-
» ſas inferiores corporis partes vitioſos in ſe
» contentos humores lien depellat, vel & vtroque
» modo ſic vocatur.

Σπληνικὰ φάρμακα. apta lieni medicamenta dicuntur, ſuntque ea quæ ſuauitate quadam terrenum illius humorem vel emolliunt, vel quodammodo colliquant detergunt & attenuant, ſine adſtrictione conſpicua, vt inde obſtructione ſoluta facilius incidat in alnum: horum quædam moderate frigida ſunt & tenuium partium vt craſſam fœculẽtamq; melancholiam attenuent atque diſſipent.

Σπληνικὴ φλὲψ. ſplenica vena. eſt ramus ſuperior & minor venæ portæ, qui totus per lienem ſpargitur. Nam cum vena porta in duos præcipuos ramos diſtincta ſit, hic in lienem abit, alter in meſenterium diffunditur. vide φλὲψ.

Σπληνικοὶ, ἢ σπληνητικοὶ, σπληνώδεις. ſunt qui ſine diſtinctione ſic eos appellant qui ex ſplene laborant. Galen. vero ad illum locum vbi Hippocr. docet ab aquis lienoſos calculoſoſque fieri, ſcribit ſi quando lien iecur non recte expurget, ſanguiſque multum fæcis habeat, tunc illa quæ nigra appellantur excrementa deijci, ac multos alios affectus fieri, progreſſu vero temporis eos qui lienoſi appellantur conſequi. Lienoſos enim eſſe quorum lienes obſidet inflammatio, nec ad naturalem ſtatum redeunt, nec abit inflammatio, ſed duritia in eis manet & natiuus color corporis immutatur, atque hos lienem habere imbecillum; Paulo poſt ſubijcit: Scito, inquit, hoc loco lienoſos intelligendos eſſe omnes eos quos prauæ aquæ gignũt, & qui ex illarum tum potione, tum vero omni vſu proueniunt, & qui ex hiſce cauſis atque occaſionibus oriuntur, & omnes qui ab affectibus lienis originem ducunt, cuiuſmodi ſunt hydropes, herniæ, calculi, morbus regius, quique ſunt eius generis; itemque ſcyrrhi, inflammationes & omnino obſtructiones & colliquationes; ex quibus locis intelligitur σπληνώδεις dici eos omnes, non ſolum qui ex plegmone nec concocta, nec digeſta, durum lienem habent cum fœdo corporis colore & defluxionibus vt vult author Definitionũ Medicarum, ſed etiam quibuſcumque lien male iam diu affectus eſt, obſtructus, tumens, durus, ſiue à fluxione externa, ſiue ex proprio excremento cum flatu aut ſchirroſa duritie, maxime vero proprie apud Hippo. lienoſi dicuntur quibus iam pridem viſcus ipſum lienis obduruit, ſic enim rideo placere: præceptor Gal. aphor. 46. ſect. 6. Haec autem vetuſta lienis durities ſic ſuũ ortum habet ex authore Hippocrat. lib. περὶ παθῶν. Quibus, ait, magnus eſt lien, ſiquidem bilioſi ſunt, fœdati multum apparent, vlceribuſque obſiti quæ difficulter ſaneſcunt, tum illis ab ore fœdus expirat odor atque marceſcunt, lien vero durus percipitur, manetque ſui ſimilis in magnitudine, nec cibos deijciunt, ſin autem pituitoſi multa minora ſunt iis prædicta incommoda, tum ipſe lien alias atque alias maior aut minor eſt, illa autẽ lienis tenſio, indeque nata ſuri tas habet quadruplicem formam, quæ expreſſa eſt ab Hippocr. lib. de humor. & 6. Epid. vel enim lien eſt καταῤῥοῦς, vel ἀνάῤῥοπος, veſt rotundus, vel latus, craſſus, longus tenuis. Quotieſcumque autem lien indurint non eſt ſurſum illa durities, quæ ortum habet à veteri congeſtione humoris vnde paulatim tumor accreuit; quemadmodum illa quam repentina fluxio excitauit: quæ & ipſum lienem facit ἀνάῤῥοπον, & omnia quæ inde nouentur ἀνέῤῥοπα, vt hæmorragiam & faciem multo calore & colore ſuffuſã,

» ſed illa duritiei vetuſtæ congeſtionis, vnde ho-
» mines proprie ſunt lienoſi, deorſum percipitur,
» facitque lienem καταῤῥοπον, & omnia inde nata
» καταῤῥοπα, vnde fit vt in hac duritie ſub morbi fi-
» nem crimque, humore per aluum erumpente
» dyſenteria prōpte excitetur, quæ ſi diutius per-
» ſeueret omnino lethalis eſt, ſin breui finiatur
» magna ex parte ſalutaris quemadmodum
» apud Hippocr. Aphor. 43. & 48. lib. 6. ſcribi-
» tur.

» Σπληνιᾷν. apud Pollucem ſplene dolere.

Σπλήνιον. linteolum vel emplaſtrum appellatur, non oblongum tantum, vt Heſychius interpretatur, aut ſplenis, vt alij, figura, ſed quacumque forma ad partium corporis habilitatem aptatum, quo exceptum vel illitum medicamentum adhibetur. Dicitur & σπλεῖον à medicis. Galenus Hippocratem id genus linteoli excogitaſſe ad ſtabiliendas fracturas lib. 6. methodi med. tradidit his verbis: ἔδοξεν εἰς μέν τινα ὠφελεῖν, ἐπικουρίαν αὐτοῖς ὁ Ἱπποκράτης ἐξεῦρε τὸν τῶν σπληνίων ἐπίδεσμον. hoc eſt, vnde ad eorum quidem tutelam remedium ipſis Hippocrates excogitauit, vt ſplenia adhiberentur, & paulo poſt ad oſſa multifariam confracta ſplenium aſciæ forma circundare ex eiuſdem Hippocr. præcepto iubet. Nec oſſibus modo fractis imponitur, verum etiam alijs partibus, vt fronti in faſciolæ modum ad leniendos dolores, aut inhibendam diſtillationem, aut in alium quempiam vſum. Non eſt dubium ſic dictum eſſe à lienis figura longa magis quam lata.

» Non modo autem σπλήνιον commemoratum
» linteolum ſignificat quanquam id magis pro-
» prie, ſed & quandoque emplaſtrum ipſum ea
» voce ſignificatur vt apud Dioſcor. lib. 2. c. 68.

Σπλήνιον. etiam apud Polluc. dicitur denſiſſima pa-
» res lienis quæ & illi κεφαλὴ vocatur.

Σπλήνιον. dicitur à quibuſdam τὸ ἄσπλωον, vel quod lieni, qui σπλὼ vocatur, conueniat, vel quod folia habeat longa lataque in modum lienis. Dicitur & à quibuſdam eodem nomine ἡ ἡμιονῖτις, vt habetur apud Dioſcoridem.

Σπληνῖτις φλέψ. ramus eſt ſuperior & minor venæ
» portæ qui totus per lienem ſpargitur Ariſtoteli
» lib. 3. de hiſt. animalium.

Σπογγάδιον. collyrij nomen vtilis ad maximos ocu-
» lorum cruciatus, deſcribitur à Trallian. libr. 2.
» cap. 1.

Σπογγίον. epithematis nomen eſt ex caprillo ſtercore compoſiti, quod mirifice tum per latentes meatus tum per aluum humiditatem educit, cuius meminit Paulus lib. 3. c. 48. Idem vero malagmatis nomine appellat libr. 7. c. 18. vbi eius compoſitionem deſcribit. Sic dictum eſt quod ſpongiæ modo humorem hydropicorum combibat.

Σπογγοειδὲς ὀστοῦν. ſic nonnulli appellant os illud in
» naſo quod alio nomine ἠθμοειδὲς vocatur (de
» quo in dictione ἠθμοειδὲς ὀστοῦν) eo quod raritate
» ſpongiam referat, nonnulli vero ſic appellant
» oſſa illa tenera atque tenuia quæ inter palatū &
» cerebri baſim vſque ad nares, vtrimque diuerſa
» poſita ſunt: Erotianus inſuper Tonſillarum in-
» inflammationes σπογγοειδεῖς dici ait, vide ſequen-
» tem vocem σπογγοὶ.

Σπόγγοι. dicuntur glandulæ quædam ad fauces, vt ſcribit initio li. 4. Epid. Hippocrates, aut Theſſalus eius filius, cui librum hunc vti ſecundum, & ſextum tribuit Galen. lib. 3. περὶ δυνάμεως. Sic forte dictæ ſunt quod ſpongiarum modo humorem combibunt & continent.

Qui autem σπογγοὶ hîc dicuntur, Erotiano (ſi modo vera eſt lectio) σπογγοειδὲς dicūtur, ſicq; ab Hipp. vocari ait τοὺς τὰ περὶ παρειὼμία γιγνομένους φλεγμονὰς μετὰ τινος χαυνοτάτου πυρετοῦ, id eſt, tonſillarum inflammationes cū lenta quadam febre. Idem quoque addit quibuſdam ſic dici τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ σπειρώδη ἕλκη, nonnullis etiam τὰ ἐν τῇ αὐτῇ γενόμενα ὑπόσυμφα οἰδήματα, καὶ τίνας ἔχοντα καταπύσεις, capitis fungoſos tumores & foraminulentos.

Σπεδιακὸν. eſt ſpecies collyriorum ἀδύνατων καὶ ἀπαλῶν. Cuius duas differentias deſcribit Aetius libr. 7. quarum prior à Paulo Ægineta exponitur iiſdem quidem medicamentis, ſed pondere inæquali. Hoc collyrium Scribonius à quibuſdam cinereum dicit appellari. Igitur errant qui à ſpodio appellari ſcribunt, neque enim ſpodij quicquam prædicta collyria habent, ſed à cineritio colore nomen ſortita ſunt: σποδὸς enim & σποδιὰ cinerem ſignificat. Cæterum σποδιακὰ collyria omnia vim habent dolorem mitigandi & refrigerandi: & moderate ἄδυνατον.

Σποδίτης ἄρτος. panis ſubcinericius. refert Gal. in lexico Hippocratis.

Vocatur & eiuſmodi panis ἐγκρυφίας eo quod
» feruentibus cineribus obrutus inaſſetur, autho-
» re Athenæo lib. 3. ex Nicandro & Diphilo; Plu-
» ra vide in voce ἄρτος vbi inſigniores quædam pa-
» num differentiæ explicantur.

Σπόδιον ἡ

Σποδὸς. eſt recrementum metallorum vſtorū, quod cineris in modum partim fornacum parietibus inhæreſcit, partim in terram decidit, indeque colligitur, nomen habet à cineris ſimilitudine, & quidam ex Latinis cinerulam dixerunt: nec colore modo cinerem refert, verum etiam grauitate, quibus duobus differt à pompholyge candida & leui, cum tamen vtraque ſint eadem genere & ex eadem materia prodeant: ea vt plurimum eſt æs aut cadmia: aliquando tamen ex auro & argento & plumbo nigro ſecernitur. Proinde diuerſas habet appellationes, æraria, quæ omnium præſtantiſſima eſt: plumbaria, quam poſt Cypriam erariam Dioſcorides commendat: aurariæ, quæ teſte Plinio oculis eſt vtiliſſima: & argentariæ quam Lauriotin idem vocari dicit à Laurio Atticæ monte, in quo argenti erant fodinæ. Omnis autem ſpodos lota & à ſordibus, id eſt, carbonibus, terra, pilis purgata, eaſdē quas pompholyx vires habet, ſed craſſiorum eſt partium. Sunt qui exiſtiment nos vero ſpodio carere, noſtrumque non aliud eſſe quam ebur vſtum, aut aliud oſſis genus. Auicenna autem ſcripto teſtatus eſt ſpodium cinerem eſſe radicum cannarum exuſtarum: verum hæc non ſunt ſpodium, ſed verius αἰπόσποδα dicentur.

Σπονδύλιον. pro oſſe quod κόκκυξ dicitur, apud Pol-
luc. Appellatur & ἐξοπύγιον de quo ſuo loco, ſed
& σπονδυλίωνα Homerus appellauit, vt tradit
Pollux lib. 2. medullam quæ in vertebris eſt.

Σπεδοειδὲς ἔδος. vide ἔδος.

Σπόνδυλος. ſpondylus. vertebra. Dicitur & σπάνδυλος ab Atticis, ſicut & ἀσφάραγος αὐτὴ τῇ ἀσπάραγος. Sunt autem ſpondyli oſſa viginti quatuor quibus ἡ ῥάχις tota conſtructa eſt. Tot enim ſunt in homine ſecundum naturam ſe habente: ali-

quando tamen plura aut pauciora reperiuntur. Omnia caua sunt & forata, omnia ἀκανθωτὰ, hoc est spinam habent & apophyses transuersas atque obliquas ascendentes & descendentes: omnia similiter vinculum membranosum intus (præter duos primos spondylos) duas rhachitidis meningas ambiens, & foris alterum ipsa vndique colligans, præterea articulationes sex, duas suo corpore, duas apophysibus ascendentibus & duas descendentibus. Est autem articulationis hæc fere ratio. Primæ duæ vertebræ per diarthrosim coniunguntur, quod capitis motus validus & manifestus sit. Nusquam enim corpore suo (quam ipsorum partem anteriorem vocat Galenus) committuntur vel sibi vel capiti, quomodo inferiores omnes sibi iunguntur, sed prima duas occipitis apophyses κεφαλοειδεῖς duabus cauitatibus excipit & secundi dentem transmittit: secunda vero condylo duplici, sed minus extante, primi cauitates duas γληνοειδεῖς excipit, & suo dente occipiti inter κόρωνα anterius valido ligamento affirmatur. Inferiores autem omnes vertebræ sibi articulantur & corpore suo, & apophysibus obliquis ascendentibus & descendentibus, ita vt harum singularum vertebrarum articulationes sint sex, supra quidem tres, & infra totidem. vndique autem foris parte antica valentiq; iunguntur, & qua parte dorsalis medulla intus partem hanc anteriorem tangit. Sed qua se vertebræ facie tangunt, ligamenta sunt cartilaginosa & ab vnius cartilagine in alterius cartilaginem immissa, tam crebra, vt his plenum sit totum inter duarum vertebrarum cartilagines, quibus vtrimque sublimantur, interuallum. Sunt autem apophyses manifestæ vertebris omnibus communes, parte quidem postica spina vna prælonga & fere acuta, soli primæ vertebræ negata, in lateribus vero binæ semper transuersæ & hæ etiam longæ. Inter has autem aliæ vtrimque geminæ sed breues, vna vtrimque ascendens, altera vtrimque descendens, per quas vertebræ inuicem inarticulantur dupliciter inferiori & dupliciter superiori, vtraque scilicet parte dextra & sinistra. Hæ vero apophyses articulatoriæ (sic enim eas appellare licet, vt à transuersis & spinis separentur) interdum transuersim, interdum subobliqueque sitæ sunt. Ab osse enim sacro ascendendo, semper magis propinquant transuersis, donec in decima metaphreni vertebra sint mediæ inter ipsas transuersas, vt vna linea cũ transuersis collocatæ videri possint. Ad costas autem reliquas intro magis vergunt quam transuersæ, & tandem rursus foras vergunt, donec in summa cervice iterum subtransuersæ fiant. Et hæc quidem sunt omnibus vertebris communia: non sunt autem omnes sibi similes. Prima reliquis solidior, densior & maiori foramine cauata est. sola caret spina, & habet parte anteriori apophysim exiguam, & in inferiori parte duas cauitates γληνοειδεῖς. Secunda peculiarem habet processum durum & solidum è superiori mediaque sui parte exorientem, quem à dentis similitudine ὀδόντα vocant, ex quo totam ipsam etiam vertebrã secundam Hippocrates ὀδόντα appellauit, non autem primam, vt putat Ruffus in partium corporis onomasia: alij vero πυρηνοειδῆ ἀπόφυσιν nuncupant. hic in primæ vertebræ cauitates subit. Ab his vertebræ sunt tertia, quarta, quinta, superioribus longe minores, quarum tamen quinta maxima est. Sexta non modo his tribus maior est, sed etiam septima. A sexta autem vsque ad infimam rhachim, inferior superiore maior est proportione quadam. Magnum vero spondylum Galenus comment. 3. περὶ ἄρθρων interpretatur secundum, qui in fauces conuersus eas angit. nec multo post eodem libro magnum spondylum appellat infimum lumborum aut ei proximum. Paulo post magnum videtur innuere sextum ceruicis aut septimum. Cæterum vertebræ omnes in tres ordines distinguuntur: sunt enim ceruicis septem, dorsi duodecim, lumborum quinque. Inter quas facile est dorsi vertebras ab alijs discernere. singulæ enim dorsi vertebræ vnam vtraque parte costam emittunt. Ex his autem decima vertebra peculiare & propriũ quiddam habet: dicitur enim à Galeno ἄρρεπτος, hoc est spinã habens in neutram partẽ, siue nec sursum nec deorsum repentem, qualis hominibus huius seculi frequenter est vndecima, & hac frequentius duodecima, raro autem decima. Cum enim rhachis tota sit tanquam arcus quidam, eius ipsius ceu clauis, vt vulgo vocatur, est decima vertebra, quæ velut lapis aliquis motu recto delatus, nutantes sursum aut deorsum alias vertebras figit & firmat.

Cæterùm etiam vertebræ ipsæ Græcis στρόφεις & στρόφιγγες dicuntur nimirũ ab inuersione. Quod vero ad singularum appellationes spectat notandum, alias esse colli siue ceruicis, alias dorsi, alias lumborum. Quæ autem prima colli constituitur, Atlas vocatur, quia vt Atlas Mathematicus cœlum suis humeris gestare fingitur, ita hæc caput totum sustentat. Dicitur etiam ὀπισθοφεὺς conuersor, quia super ea caput verti creditur. Secũda ab Apophysi turbinata (Apophysim esse mauult fallop) ὀδοὺς vocatur ab Hippocr. vide supra quæ de illa author scripserit; illa luxata parte anteriore anginam lethalem inducit, cuius meminit lib. 2. Epid. & 4. de loc. aff. c. 3. hæc & secunda vocatur à nonnullis ἄξων. Reliquæ vertebræ carent nomine excepta 7. quam malunt nonnulli Atlantem appellare, quia caput & reliquos spondylos sustinet & in ferendis oneribus potissimum laborat. Prima autem dorsi vertebra λοφίας dicitur à voce λοφὸς, quæ apicem seu cristam galeæ significat, vel quod alijs præstet, vel quia λοφίας dicitur inferius guttur, cui illa subiacet. Secunda dorsi μαγαλίσκη, id est axillaris appellatur, Reliquæ nomen consequentes πλευρίτιδες costales, quia costæ maximæ illis annectuntur, vndecima vel vt alijs placet decima, ἄρρεπτος id est in neutram partem inclinans dicitur. De hac author noster supra: duodecima διαζωστὴρ præcingens quod ea parte cingamur. Quæ autem lumborum vertebra prima constituitur, νεφρίτις vocatur quod ex aduerso renum sita sit. Vltima ἀγαλίσκη fulciẽs, media ἰσχίαδος brutorum propria. Porro vertebrarum prominens & suffulciens pars ἄρθρον Polluci lib. 2. dicitur, sicut sinus hanc excipiens θῆλυ femella.

Præter autem hanc τῆς σπονδύλου primariam significationem, dicitur & σφόνδυλος apud Nicandrum in Theriacis de caudæ scorpionum internodijs; σπονδύλους etiam vocat Homer. ἀστραγάλους, id est talos vt tradit Pollux.

Σπονδύλους φλεβῶν. dicuntur à Galeno li. de anat. venarum, & libro 3. administr. anat. venæ aliquot

per cutem modicis interuallis sparsæ.

Σπορᾶδες νόσοι. dispersi morbi, qui etiam σποραδικοὶ appellantur. Sic dicuntur qui singulos separatim corripiunt. plures sunt simul morbi vagantes & genere diuersi siue pernicioſi siue mitiores, quorum alius alium inuadit. Non ab aere, sed à victus ratione nascuntur, quam singuli habent propriam & peculiarem. Itaq; non vnum morborum genus sic dicitur, sed differentes sunt morbi. vide ἐπιδήμιος.

Σπορητὸς. dicta sic est prima pars hyemis à veteribus Græcis. nos sementem possumus appellare. vide χειμών.

» Σπόρος. apud Hippocr. semen genitale significat.

Σπυρᾶδώδεα διαχωρήματα. dicuntur 2. prorrhet. excre-
» menta τοῖς σπυράδεσι similia, quasi in girum con-
» uoluta, spirosaque dixeris, combustis scilicet
» à visceris phlegmone siccioribus & quasi in nu-
» clenm formatis excrementis, quæ σκύβαλα Græ-
» ci vocant; fiunt & διαχωρήματα σπυραδώδη quod
» plusculo tempore retineantur, & propter co-
» piam igneæ caliditatis authore Gal. comment.
» 2. in prorrhet. partic. 6. & comment. 4. de victu
» acutor. part. 17. Sunt autem οἱ σπυράδες, vel vt
» apud Hippocr. σπυράδες captarum & ouium ster-
» cora sicca & rotunda.

» Σπύρας, ἄδος; pro pilula sumitur apud Hipp.

Σταγονίας. thus masculum, quod est suapte natura rotundum & guttæ similimum. vide λίβανος.

Σταδιεὺς. Dioscorides interpretatur stadijs mensurans ambulationes vt refert Gal. in lexico Hippocratis.

Σταθμωσις. est inchoata tantum nec absoluta ὄπτησις. Fit cum calor externus agit in humorem eius quod assatur, sed tamen imbecillior est quam vt eum perfecte possit concoquere. Est inconcoctio vt scribit Aristoteles, contraria τῇ ὀπτήσει, quemadmodum & μύλωσις τῇ ἕψησει opposita est. Aristoteles tamen minus appositum σταθμώσεως nomen esse scripsit ad eam rem significandam, sed tantum similitudine quadam sic dici posse. Verum Hesychius ita interpretatur σταθμῶσαι, τὸ τῷ πυρὶ ἠσυχῇ χλιαῦναι κρέας· ἢ σταθωτὸν, πεφλογισμένον ἥμμα. hoc est igne modico temperate carnem tepefacere: & σταθωτὸν, quod modice assatum est. Scribitur & à quibusdam σάτωσις, potestque permitti, cum σατοῦν αὐτὶ τοῦ θαλπεῖν & Græci dicant. Aristotelis interpres excaldationem satis apte reddidit.

Στάλημα. sunt magnum aliquod pondus. Ea autem sunt, quibus vti consueuimus, libralia pondera ex ære, aut ferro, aut plumbo constantia. Gal. in lib. de fracturis commentario. 2.

Στᾶς, ἀτος, τὸ vel στὼς. geminam habet significationem. designat enim & pinguedinem siue adipem, & fermentum siue farinam aqua subactam, vt exponit Hesychius. Idem prorsus quod σίαρ de quo postea.

» Verumtamen vt dicam libere quod sentio non
» crediderim σιατὸς vocẽ pro sebo aut adipe apud
» authorem vllum accipi. Errandi occasionem de-
» disse videntur Hermolaus Barbarus, & Plinius,
» ille quidem apud Dioscor. lib. 2. c. 123. vbi pro
» σιατὸς πρόπον perperam legisse videtur σίαπος, expo-
» nens adipis modo, cum dicere debuerit massæ
» triticeæ in modum; Plinius vero qui quoties
» σιατὸς vocem Dioscorides vsurpauit, ille adipem
» interpretatus est; sic Dioscor. libr. 2. c. 202. de
» scylla coquenda loquens, eam inquit σιατὶ ἢ πτι-
λῷ, id est farina subacta lutoque oblitam in cli- «
banum conijci; Plin. lib. 20. c. 9. adipe aut luto «
oblitam conuertit: sic idem Dioscor. libr. 5. de «
stibio loquens ὀπτᾶται, inquit, σταπὶ ἄφεψαλοῦν, ἢ «
ἐγκρύβειν εἰς ἀνθρακιάς, ἄχρις οὗ ἀνθρακωθῇ τὸ σίαρ, id «
est torretur farina subacta, siue fermẽto circum- «
litum, & carbonibus obrutum donec carbun- «
culetur crusta; Plin. lib. 33. c. 6. non farinam sed «
adipem interpretatus est. Sic enim Dioscor. lib. «
2. c. 188. de Erysimo loquens ὀπτηθὲν σίαπος ἀφε- «
ψαλοῦντος, oblita farina assatum intellexit, non «
adipe; verum notandum in cõmemoratis Dios- «
coridis locis exemplaria plurima habere σίαρ & «
σιατὸς, cum tamen verior antiquorum codicum «
fides σᾶις, σιατὸς, σταπὶ retineat, sic docente Mar- «
cello Virgilio, adeo vt perperam in dictis locis «
Cornarius legendum esse censeat σίαρ, & σίαπος «
non σᾶις, contendens σίαρ non modo adipem si- «
gnificare, sed etiam fermentum, seu farinam «
aqua subactam, cum re vera tamen hæc sit pro- «
pria significatio τὸ σᾶις, & cuius ratione à voce «
σίαρ distinguitur quod perpetuo adipem sonat. «

Στακτὴ, siue κοπία στακτὴ. est lixiuium liquidũ ex quouis cinere colatum, sic dictum quasi stillatitium. Significat etiam calcem perinde atque ἡ κονία. Quæ vocis ambiguitas magnam plærisque errorum occasionem præbuit. Sed teste Dioscoride στακτὴ vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua tusæ & organo expressæ. Ea perquam odorata ac pretiosa est, atque vnguentum per se facit quod στακτὴ etiam nominatur. Maxime probatur quæ nullam olei mistionem admisit. Vim calfactoriam myrrhæ & calidis oleis respondentem habet. Officinis styrax liquidus vocatur.

Σταικτικὸν ἢ

Σταικτὸν. collyrij nomen est apud Scribonium & Paulum, quod Galenus ὑγρὸν σταικτὸν appellauit: variant tamen ab inuicem eorum descriptiones, præsertim ponderibus.

Σταλαγμὸς. destillatio & fluxio à capite, vt exponit Galenus. Sic dicitur & calcanthi genus purissimum stiriæ seu guttæ simile. Dioscorides σταλακτίδα, Plinius σταλαγμίαν vocat.

Στατὴρ. stater, põdus est dragmarum quatuor quod «
Hebræi siclum dicebant vt Budæus tradit, scri- «
bens alibi staterem vocari à mensoribus se- «
munciam, de varijs eius generibus vide Pollu- «
cem. «

Στάσις. immobilitas dicitur, cum refrigerato sanguine spiritus congelati, fusique humores, naturales vias capessere non possunt, vt in Catalepsi, Epilepsia, Apoplexia, hinc στάσεις ὀμμάτων.

Στάσις. constitutio quoque & temperies dicitur vt «
apud Hippocr. ἀέρος στάσις, aeris constitutio seu «
διάθεσις καὶ πάθος, & apud Galen. τὴν στάσιν παχὺ sub- «
stantia crassum, cui opponitur ἡ λεπτομέρεια στά- «
σεως constitutionis temperies, tenuitasque. «

Σταξις, καὶ ἀπόσταξις. stillationem sanguinis è naribus «
significat Hippocrati, interdum (ἐκ ῥινῶν) addi- «
tur. «

Σταπτὰ κολλύρια. sunt collyria quæ inordinatum fluxionis impetum sistunt. plures sunt eorum differentiæ, Hermolai, hexacontarchia, hecatontarchia. omnia refrigerãt & adstringunt & quadamtenus desiccant, alia magis alia minus, Aetius.

Σταφὶς. vua passa. est omnis vua insolata, vt seruari possit. Non est dubium qualis vua fuerit secun-
dum

dum naturam, talem etiam esse eius facultatem postquam solem passa fuerit: dulcem scilicet ex dulcibus, austerum ex austeris, mistum ex iis quę vtriusque qualitatis sunt participes. stomachum & iecur maxime iuuant.

De vuæ passæ facultatibus multa Gal. 8. κῆ τότ. c. 7. & Dioscor. l. 5, c. 4. & 156. Plin. l. 23. c. 1. & Gal. 2. de aliment. facult. c. 10. vide infra σταφυλαὶ παπηδῶσαι.

Σταφὶς ἀγρία. herba pedicularis. folia habet labruscæ diuisa, & cauliculos rectos, molles nigrosque, fert florem glasti, folliculos virides, similes ciceri, & in his nucleum triangulum, scabrum, ex nigro subfulueścentem, intus album, gustu acrem. Vehementer acrem obtinet facultatem, abstergitque valenter, & vrendi vim aliquam habet.

Σταφυλαπάστης. instrumentum chirurgicum quo vua fluxione laxior attollitur. dicitur & σταφυλάστρα. Eius meminit Paulus lib. 3. c. 26.

Σταφυλὴ. vua quæ & βότρυς dicitur, fructus vitis est, sylueśtris vero vitis fructus οἰναίθη Dioscoridi vocatur: Galenus vero non modo fructum ipsum, sed & primum eius rudimentum siue ἐκλάσμα vna cum floribus, vnde succedentibus diebus sylueśtris vitis vua succreścit οἰναίθη lib. 8 κῆ τότ appellat: Quod spectat ad vuæ facultates, illæ recentes aluum perturbant & ventriculum flatu implēt, præsertim quæ sapore acidæ ac austeræ sunt, concoctioni enim in ventriculo plurimum obsunt, ac dum per iecur & venas distribuuntur frigidum ac crudum ingenerant succū, qui non facile in probum sanguinem commutetur; dulces vuæ & probe maturæ innocentiores sunt, succum habent calidiorem, & qui facilius distribuitur citius quoque per aluum secedunt potissimum humidæ, præsertimque sit absque vinaceis & folliculo liquor tantummodo cum carne vt Gal. ait assumatur: σταφυλὴν autem quasi σταπιλὴν dici quidam volunt παρὰ τὸ σάζεσθαι τὸν πλὸν quod guttatim vinum funderet. Πλὸς enim vinum primitus significasse sciunt eruditi.

Σταφυλαὶ Ἀμιναῖαι. vuæ amineæ quas austeras vocat Galen. libr. 6. κῆ τότ. & earum mustum ad medicamentum stomaticum commendat.

Σταφυλὴ ἄλπερα (sed credo legendū Ἄρκτε) interpres vuam vrsinam vertit, nascitur inquit Gal. lib. 7. κῆ τότ in ponto, planta est humilis & fruticosa folio memæcyli, fructum ferens rubrum & rotundum gustu austerum.

Σταφυλαὶ παπηδῶσαι. vuæ appellantur Græcis non quæ calcatæ sunt, sed quæ diu in vite solem passæ sunt & adustæ, sic enim Nicolaus antid. 145. interpretatur, ex illis fit vinum scybelites vocatum de quo supra, in illis alijsque eiusmodi fructibus qui tam pendentes quam in tabulatis à sole & aere coquūtur, absumptis partibus aqueis subsidunt coria & contrahuntur in rugas. & quæ remanent partes, euadunt crassiores, eiusmodi fructus omnes γλεύκεσι καὶ ἁλισμοῖς appellat Theophr. 6. de caus. plant. cap. 33. huiusmodi autem vuæ passæ appellantur, non vero tantum hoc à sole contrahuntur, sed & ab aqua feruente & oleo vt notauit Plin. lib. 4. c. 9. Quod ad eius facultates spectat, non est dubium qualis vua fuerit secundum naturam, talem esse eius facultatem post quam solem passa fuerit, dulcem scilicet ex dulcibus, austeram ex austeris, mistam ex ijs quæ vtriusque qualitates sunt participes. Stomachum & iecur maxime iuuant: vide authorum sententias de vuæ passæ facultatib. supra in voce σταφὶς, quæ & vuam passam significat, vide & Dodonæum in vitis vinique historia.

Σταφυλαὶ εὐγνῶτες. vuæ generosæ siue nobiles sic vocantur in quibus vt inquit Galen. 2. de alimentor. facult. acini humidam quidem substantiam habent exiguam, solidiorem autem non paucam, quamue carnem acini esse diximus: itaque etiam & ex Platonis sententia 8. de legib. & ex Athen. lib. 14 vuæ generosæ γηγενεῖαι ἢ εὐγνῶτες dicendæ sunt, quæ parum humidæ substantiæ, durioris plusculum habent, quæue edendo sunt, neque vinis faciendis idoneæ habentur, sed vt cæteri fructus autumnales longo tempore conseruari possunt, vt non inique egerit Plato eo loci si mitius in eos animaduertendum statuerit, qui vuas faciendis vinis minus idoneas licet conseruationi aptas furarentur.

Σταφυλὴ. sunt qui eo nomine omnem columellæ siue curculionis inflammationem appellari crediderint, inter quos fuit Archigenes, quem propterea Galenus reprehendit lib. 6. τῶν κῆ πτπτ. Alij vero, vt idem scribit, fœdius aberrarunt, eo nomine partem ipsam secundum naturam se habentem intelligentes. Neutrum enim ἡ σταφυλὴ significat, sed eius partis affectionem, cum ea laxior ex fluxione reddita, superna sui parte tenuis est, inferna autem crassior & huida. Sic enim euadit τῇ σταφυλῇ, hoc est vuæ vitigineæ similis è pedunculo suo dependenti. Vuam autem hic intelligere oportet non totum botrum siue racemum, non acinum, sed granum quod βάγα Græci vocant, à quo tunica oculi βαγοειδὴς, vuiformis Latine dicta, nomen accepit. Ei quidem nihil simílius est curculione sic affecto. Pars enim superior tenuis graciliśque apte respondet vuæ pedunculo, inferior autem crassa, rotunda, nigra, ipsi grano simillima est: sed neque magnitudo dispar. Sic quidem Galeno τῆς σταφυλῆς visum est, qui in eo Archigenem taxans, non meminerat, opinor, eorum quæ scripto prodiderat Aristoteles libr. 1. de histor. animal. cap. 11. columellam, si immodice humefacta intumescat inflammeturque, vuæ nomine vocari. Veruntamen si quis rem diligentius expendat, non ipsa inflammatio nomen hoc meretur, sed potius inflammationis symptoma, quum scilicet columella inflammata figuram eiusmodi sortita fuerit.

Σταφυλῖνος. pastinaca. herba est folijs gingidij, latioribus, subamaris, caulē habet rectum, scabrum, vmbellam anethi simílem, in qua flores insunt candidi, & in medio purpureum quiddam, ferme croceum. radix digiti crassitudine, dodrantalis, odorata.

Attica autem pleonasmo dicitur & ἀσταφυλῖνος apud Athenæum l. 9. ex Diocle.

Σταφυλοφόρον. vuiferum, sic τὸν γαργαρεῶνα vocauit Aristoteles, quoniam ea parte inflammata σταφυλὴ id est vuæ quiddam simile pendere videtur.

Σταφύλωμα. differētia vna est ἀπὸ τοῦ περατώσεως, cū scilicet erosa ruptaue cornea oculi tunicula, altera ei subdita quę βαγοειδὴς dicitur, excidit ad cū modū, vt acinum vuæ repręsentet. Cū enim infra istum modum excidit, μυοκέφαλον: cum modum hunc

ſuperat, μῆλον vocatur, vt docet Paulus libr. 3. c. 22. Interdum vero aliter fit σταφύλωμα, ſine ruptione aut eroſione corneæ, quando ipſa cornea intumeſcit certa quadam parte, atque attollitur, & prominet in modum acini vuæ. Id quod plærumque contingit ex defluxione, humoribus intra corneam coaceruatis, quos ea propter imbecillitatem ſuſtinere non valens, laxatur, & quaſi incuruatur, apparetque veluti acinus vuæ exertus, qui ſtaphyloma appellatur. Differunt inter ſe hæ duæ ſpecies ſtaphylomatis, quod vna integra fiat cornea tunica, tumorque ipſe candidior appareat, altera vero fiat eadem rupta aut eroſa, in qua quod prolabitur, cæruleum aut nigrum cernitur. His addit & tertiam ſpeciem Aetius lib. 7. cap. 34. ſcribens aliquando σταφύλωμα fieri ex puſtula quadam inter ſtrias corneæ tunicæ ſatis profunde excitata, quæ tunicam attollat, non tamen rumpat. Cauſæ huius affectionis variæ eſſe poſſunt, ſed quæcunque ea fuerit, certum eſt viſum omni ſtaphylomate aboleri.

Στάχυς. frutex eſt marrubio ſimilis ſed longior, folia ferens numeroſa, hirſuta, rara, prædura, caua, odoris iucundi, & complures virgas ab vna radice exeuntes, marrubio candidiores. Naſcitur in montibus & aſperis. Vim habet excalfactoriam & acrem: guſtu eſt amaro. Excalfacit tertio ordine.

» Cæterum etiam στάχυος nomine accipitur ſpi-
» ca vulgo dicta, qualis ea eſt qua frumentacea ſe-
» mina continentur, quæque Varrone teſte lib. 1.
» de Re Ruſtica c. 4. ruſticis olim à ſpe ſpes no-
» minabatur, eam enim (inquit ille) quod ſpe-
» rant forte ferũt: ab harum etiam ſpicarum ſimi-
» litudine Græci ῥιζοτόμοι, thymo ſtœchadi & ſimi-
» libus στάχυν tribuunt: Dioſcor. quoque l. 1. ca. 2.
» στάχυος voce nardi radicis nucleum intelligit, quæ
» quidem pars eſt ipſius nardi nobiliſſima, præ-
» ſtantiſſima, ac etiamnum in vſu medico fre-
» quentiſſima. Vt enim Columella latinique alij
» ſpicas interdum accipiunt pro nucleis, quibus
» numeroſis ac ſibi inuicem cohærentibus, qua-
» rumdam radicum bulboſa capita compingun-
» tur, velut allij, liliorum, quique in allio Dioſcor.
» teſte Græcis peculiariter ἄλληις nuncupantur,
» ita & Græci στάχυας pro ijſdem radicum nucleis
» accepere, ac tum certe potiſſimum cum Indicæ
» nardi fecere mentionem: idipſum ſatis aperte
» Galen. innuit. 1. de antidot. quo loco radicem
» nardi ſpicam nominari dicit, non quia vere ſpica
» ſit, ſed quia ſpicę figuram æmuletur: Quin etiam
» 8. de ſimplicium medicamentorum facultati-
» bus vbi de nardi radice tanquam potiore nardi
» parte agit ναρδοῦ στάχυν appellat, Quinetiam Ægi-
» neta & Actuar. compoſito nomine ναρδοστάχυν
» nominauerunt.

Στέαρ. ſebum ſiue ſeuum. Eſt oleoſa & pinguis ſubſtantia adipe ſiccior magiſque concreſcẽs. Eiuſdem eſt cum adipe generis, πιμελὴ Græci vocant: Vtrumque enim oleoſum & pingue eſt, vtrunque ſanguis eſt concoctus per bonitatem nutrimenti. Differunt autem, quod στέαρ fragile vſquequaque ſit, nec ad ignem admotum tam facile liqueſcat, & cum refrixit, denuo concreſcat, vt ouis, vt caprę: πιμελὴ liquidior ſit, minimeque apta durari, oleo longa vetuſtate incraſſato ſimilis, vt equi, vt ſuis. Locis etiam diſcrepant. πιμελὴ inter carnem cutemque ſolet conſiſtere, στέαρ in fine carnis ſemper eſt. quæ parte vtraque dentata ſunt animalia, adipe pinguescunt, quæ vna, ſebo. Generatur autem ex ſanguinis parte pinguiore per tenues venas effuſa, circa partes animantis membranoſas ac neruoſas, cui concretio ideo contingit, quod membranis adiacet. Craſſo namque oleo eſt ſimilis, eoque congelatur, vbi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. vide πιμελὴ.

Nec vero ſebum modo aut adipem στέαρ ſignificat, ſed etiam vt Heſychius exponit, ζύμωμα καὶ ἄλευρον, hoc eſt, fermentum & farinam, aqua videlicet ſubactam in panis aut offæ formam. Id quod ipſe Heſychius adhuc euidentius declarat, vocem ἀποπαλδαλιᾶ exponens, ac dicens eſſe στέαρ ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάσσοντο ἐν τοῖς δείπνοις, Ἑλλήνες ἢ τοῖς κυσὶν ἀπαλύοντες ἀπὸ δείπνων. Intelligit enim quadras ex pane in quibus digitos tergere ſoliti erant veteres, eaſque poſtea canibus obijcere. Sic non eſt aliud στέαρ quam σῖτος, hoc eſt, fermentum & pollen ſubactus, etiamſi id abſurdũ Marcello videatur apud Dioſcoridem cap. de ſtibio. In hac ergo vocis ambiguitate diligenter videndum an pro adipe, an pro polline τὸ στέαρ accipere conueniat, cum nec ipſe Plinius errorem in eo vitare potuerit, conuertens quæ de ſcilla & ſtibio, polline vel fermento illinendis memoriæ prodidit.

Vide quæ ſupra notauimus ad vocem σῖτος. «

Στέαρ ἀλωτὸν. Adeps in aromate & aqua coctus, vt exponit Galenus in lexico Hippocratis.

Στεατώκηλη. affectus eſt ſcroti ſuccreſcente in eo ſeuo, vt refert author introductorij.

Στεάτωμα. eſt tumor præter naturam, mali coloris, tactu lenis, primum puſillus, temporis progreſſu amplior, adipem intra ſe membrana concluſum habens. Differt à ſtruma mollitie, qua nota etiam à meliceride & atheromate diſcernitur. Magna ex parte baſim habet ampliorem, raroque contingit vt baſis anguſtior, & apex amplior reperiatur. In genere apoſtematum eſt, eo maxime à reliquis differens quod in eo pingue quiddam ceu adeps ſubeſt, tunicula concluſum, ideoque ſola chirurgia curari poteſt, quod adeps qui in eo continetur, nec putrefieri poſſit nec digeri.

Διὰ στεάτων. medicamentum ab adipibus ſic « nuncupatum à Trallian. l. 6. quod ab eo imperatur in laterum doloribus mitigandis. «

Στέγη. Heſychio χαλύβη ſignificat. «

Στεγνὸν. proprium methodicorum vocabulum de « quo vide in voce στεγνωσις: Proprie autem illud di- « citur quod tam denſum ſolidumque eſt, vt id « quod eo continetur non facile præterfluat; & « στεγνὸς πυρετὸς adſtricta febris, contraria eſt τῇ ῥοώδει « fluxuoſæ, excretiones non importat, pulſus « magnos ſeruat, longiore ſpatio temporis corpus « emaciat, vt docet Gal. in Definit. medicis, ſic & « Dioſcor. l. 1. c. 3. στεγνὰ οἱρῖ κύστιν καὶ νεφροὺς πάθη, id « eſt adſtricta veſicæ & renum vitia dixit, omnia « ſcilicet illa quorum impedimento vrina aut dif- « ficulter, aut raris & per interualla temporis ſtil- « lis, aut nulla fluit. «

Στέγνωσις. generali ſignificato omnem obſtructio- « nem tam oſculorum vaſorum, quam meatuum « corporis ſignificat: Hippocrates de præclu- « ſione genitalium muliebrium hanc vocem v- « ſurpauit: erat præterea στέγνωσις vocabulum me- « thodicorum proprium, quemadmodum & eius «

» oppositum φύσις, quibus duobus nominibus suas » κοινότητας appellabant, id est communitates: Vo- » lebant enim ægrum corpus esse aut στρυφνὸν astri- » ctum, aut ῥοώδης, id est fluxum vel ex ambobus » mixtum. στρυφνὸν quidem cum naturalis aliqua ex- » cretio suppressa erat, atque eiusmodi affectio- » nem στρυφνότητα appellabant; ῥοώδης vero cum excre- » tio aliqua' pluisquam ex naturæ legibus fereba- » tur, atque hanc affectionem φύσιν vocabant; mix- » tum vero ex ambobus, vt cum exempli gratia » inflammatio oculum occupat, simulque fluor: » hoc enim ῥοώδης vocabant, illud vero phlegmo- » nem videlicet, στρυφνὸν πάθος, vide μεθοδικοί.

Στρυφτικὰ φάρμακα. stipantia, obstruentia, siue contrahentia, siue occludentia medicamenta. Dicuntur proprie quæ oscula vasorum claudunt, & sensibiles vacuationes supprimunt. Corpus enim quod στρύφει, hoc est, claudit ac continet in se, nec quicquam quod sensu queat percipi, ex sese emittit, Græci στρυφνὸν appellant. Est autem eorum substantia crassarum partium, frigida & adstringens, & expers acrimoniæ. Talis enim substantia aptissima est contrahere & occludere aperta præter naturam vasorum oscula, vt cui omnia insint quæcunque requirunt ea quę contrahi debent. Siquidem consistentię crassitudine foris incumbit, nec paruos meatus penetrare potest, tum frigiditate sua intro premit, atque vndiquaque in sese cõtracta vicinaque corpora cogit & contrahit, & quia desiccat, humorem depascitur partemque roborat. Quorum quidem omnium concursu efficitur, vt osculum claudatur, à partibus adstringentis substantiæ tanquam foris à manibus contractum. Sunt autem τὰ στρυφτικὰ opposita τοῖς ἀναστομωτικοῖς. Differunt vero ἀπὸ τῶν πυκνωτικῶν, hoc est, à condensantibus, quod illa vasorum oscula, hæc cutis poros siue meatus occludant: neque enim vt πυκνωτικὰ terrenam habent substãtiam, sed aqueam magisque imbecillam. Cæterum τὰ στρυφτικὰ alijs nominibus, vt ait Gal. συωμάζοντα, κλείοντα, & σφίγγοντα possunt appellari. Talia quidem sunt quæ proprie στρυφτικὰ appellantur. Verum notãdum est, vt ait Gal. non sic proprie, sed nomine generis appellari. στρύφωσις enim significat generaliter omnem obstructionem tam osculorum vasorum, quam meatuum corporis. Sed meatuum quidem obstructionem Græci πύκνωσιν vocant, non habentes autem nomen quo eam quæ in vasorum osculis fit designarent, generis nomen ei commodarunt, vt & in multis alijs rerum differentijs factum est. ἐμφραξιν tamen videtur eam nominare initio lib. 9. methodi. & similiter Paulus libr. 3. capite 21. scribens στρύφωσιν dupliciter fieri, ἢ διὰ πλῆθος ἐμφράξιν, ἢ διὰ πύκνωσιν τῶν πόρων. hoc est, vel propter obstructionem, vel propter pororum densitatem. At cum talis quidem sit τῶν στρυφτικῶν natura, non longe abest à recto loquẽdi vsu Hippocrates, qui sect. 4. τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, στρυφνότητα dixit pro alui suppressione, casei incommodã enarrans, sicut Galenus eo loco annotauit.

Στύλλειν. supertegere, inungere. vt refert Galen. in lexico Hippocratis.

Στυφελιακὴ dicitur à quibusdam vena illa magna quę à sima iecinoris parte exoritur & quam portam vulgo vocant, vt apud Galenum lib. 6. administ. anat. & de locis affectis libro 6. cap. 4. Est enim aliarum velut quidam truncus. vide σπλὴν.

Στέλεχος, τὸ, caudex, ea scilicet pars, in plantis, in quam fruticis vel arboris à radice defertur alimonia, simplexque supra solum prosilit, adeo vt inter caulem & caudicem hoc interstit, vt caulis ad herbas, caudex ad frutices & arbores duntaxat pertineat.

Στέμμα. apud antiquos τὸ πεῖραρον dicebatur teste Polluce lib. 2.

Στέμφυλα. Attici Græcique Galeno antiquiores sic oliuarum retrimenta, atque partes solidas, nucleosue siue ossiculos appellabant, postquam oleum expressum erat vt scribit Gal. lib. 2. de aliment. ibidem tamen & Galen. ait sic vocari solida vuæ retrimenta atque reliquias, cum in torculari omnis earum succus expressus est; alios sic radices vuarum ex sarmentis enascentes appellare tradit: habent autem vinacea seu vinacei omnes moderatum calorem quo fundunt, læuigant, ac molliunt quod in corporibus nostris consedit concretumue est: habent quoque adstringendi facultatem propter acinos, & corium quibus constant, hinc & robur partibus addunt, quo fit vt vniuersa eorum indicatio plurimum sit ex vsu schirrosis, & induratis tumoribus, quos calore suo tepido fundunt atque emolliunt, hinc podagrę & coxẽdicum dolores à frigido humore laborantibus conferunt; œdematosos quoque tumores exsiccant ac discutiunt; Neruosarum partium imbecillitates ex humiditate frigiditateque subortas sanant, & aquam intercutem, aliaque eiusmodi plurima salutariter præstant.

Στεμφυλίδες. sunt oliuæ nigræ, sicut πτυελίδες sunt αἱ φαῦλαι vt testatur Athenæus l. 2.

Στεμφυλίτης. lora, quam alio nomine Attici δυτήριαν appellant.

Στενὰ. fauces Græcis dicuntur, sic Liuius libr. 32. ad occupandos (ait) quæ ad Antigoniam sunt fauces, Græci στενὰ vocant, misit.

Στενοχὼρ. arctus, angustus. & στενοχωρία, locus angustus siue angustia. Galenus quoque in lexico suo Hippocr. στενυγρῶσαι constringere & coarctare humorum meatus & siccare, scribit significare.

Idem initio commentar. 2. libri sexti Epidem. scribit στενοχὼρ Ionicum esse vocabulum, idemque quod στενὸν angustum significans.

Στέρνοθρον. à quibusdam dicitur ὁ κοπυλιδὼν, id est vmbilicus Veneris, sicut habetur apud Dioscoridem. dicitur etiam & à quibusdam τὸ ἀείζωον siue sedum maius, quod amatorijs credatur conuenire.

Στερεοσαρκότεροι. appellatur qui solidiore & compactiore corporis textura est præditus, μανοσαρκότερος est huic oppositum.

Στέρνον. pectus. Hippocrates σῆθος vocauit, vt annotauit Galenus. est pars thoracis anterior clauibus subiecta, in quam costæ copulantur. Ea constat ossibus septem, vt ait Galenus, quot scilicet costæ sunt quæ ipsis inarticulantur. Nunc autem numerus non apparet idem in omnibus sceletis. Nam quibusdam duo tantum sunt manifesta, in plurimis tria manifestam habent circumscriptionem, in alijs quatuor, quinque, aut sex. Septem vero nunc rariora sunt. Sed quotquot sunt, sibi inuicem tam exacta harmonia coniunguntur, vt totum sternon os solidum esse appareat. Tenerum admodum est recens natis,

vt ossium pars plurima & epiphyses omnes, nil aliud quam cartilago. Deinde vero in medio inter costarum articulationes paulatim siccescit: vtique tamen vnumquodque eius os rotundissimum est. Quod reliquum est omne singula hæc ossicula ambiens, cartilago adhuc est, costarum cartilagini tam simile, vt idem videri possit. Cæterum parte sterni ima cartilago triangula adnascitur, quam ξιφοειδῆ appellant, etiam si hoc nomine plærique non illam cartilaginem, sed totum sternon vocent, quod vna cum ea cartilagine gladij figuram repræsentet. Nam sternon manubrio, cartilago gladio similis videtur.

Στέφανη. corona. pars est capitis inter sinciput & occiput media, περὶ ἣν τῶν στεφάνων πίπτουσιν, hoc est, circa quam coronas indimus. Sic etiam dicitur extremus capillorum ambitus, qui alio quoque nomine περίδρομος vocatur. Etiam locus est in oculo, quo committuntur inter se tunicæ vniuersæ: vel circulus est in oculo, inter album oculi & pupillam medius. Hic autem circulus ita se habet: Crystallinus humor in vitreum humorem inseritur, & medius in ipso quasi in aqua vehitur, eodem prope modo quo sphæra globusue, cuius dimidium extra aquam promineat. Hæc humorum connexio in crystallini medio hemisphærio, in vtroque humore circulum vnũ efficit, qui terminus est finisque omnibus oculorum tunicis. Desinunt enim omnes ad circulum eundem, vbi nigro oculi iungitur album, & propterea στεφάνη vel etiam στέφανον, id est, coronam vocauerunt. Alij vero ἶριν ab arcus cœlestis similitudine. Hic enim locus, vt ait Galen. si omnia probe dissecueris, diligenterque omnia perspexeris, nihil confundens, circulos ostendet plures, nempe septem sibi mutuo incumbentes & cohærentes, crassitudine coloreque varios, vt ne si velis quidem locum hunc aliter quam irim appellare queas. Horum primus quidem maximusque est humoris crystallini: secundus autem vitrei supremus atque extremus est, eorumque vterque ad iridem, communi quadam insertione atque plexu per arachnoidem connectitur: tertius extremus retiformis tunicæ est: quartus τῆς χοροειδοῦς: quintus ipsius duræ membranæ: sextus ex alia quadam membrana insertus est, quæ ex musculorum aponeurosi & tendinibus originem habet: septimus adnatæ membranæ est ex pericranio genitæ, sicut Galenus lib. 10. de vsu partium explicauit. Ruffus etiam στέφανη appellari dicit ciliorum extrema per somnum sese contingentia, & alio nomine χηλὴν. dicitur & στεφάνη à quibusdam ὁ δακτύλιος καὶ ὁ πρωκτὸς propter rotunditatem.

Στέφανη. dicitur à quibusdam ὁ σῦκος, vt habetur apud Dioscor. Sic etiam eodem auctore dicta aliquando est ἡ διὰ τῶν ἀλεξανδρέων, quod ex ea victores coronarentur. Apuleius habet στέφανη ἀλεξανδρεῖα.

Στέφανη præterea apud Paulel. 3. c. 59. significat collis
» eminentem partem ac circulum illum cui præ-
» putium inducitur: στέφανη quoque οὔρου corona
» dicitur in vrinis apparens. Actuario libr. 1. περὶ
» οὔρων capite 19. linea scilicet quædam adumbra-
» ta, quæ circumcurrit per ambitum superficiei
» vrinæ, illam si matulæ rotundæ fuerint decen-
» ter vocari posse ait coronam ob figuræ proprie-
» tatem.

Στεφανιαία ἰατὴ. coronalis futura. Est futura anterior cranij ab vno temporum osse ad alterum transuersim perueniens. sic dicta est, quod ea capitis parte vbi est, coronæ gestari soleant, vel quod in orbem frontem cingat. vide κρανίον.

Στεφανιαία φλὲψ. coronalis vena. Est propago venis à magno trunco venæ cauæ sursum ascendenti, cingens cordis basim in modum coronæ. Ea quidem magna ex parte simplex est, interdum tamen gemina apparet. Distribuitur autem in partem cordis externam. Est & alia venæ cauæ propago, quæ στεφανιαία στομαχικὴ appellatur. Proficiscitur autem à ramo splenico venę cauæ, & ad stomachum effertur, ibique bipartita ramo maiore ceu corona stomachum totum cingit, ramulis sursum ad œsophagi finem, & deorsum in ventriculum demissis: minore autem ad pyloron descendit, ramulis obiter ante & post distributis. Quemadmodum autem à vena caua coronalis hæc vena proficiscitur, sic à magna arteria statim vbi à corde orta est, arteriæ duæ στεφανιαῖαι, hoc est coronariæ prodeunt, maior sub valuula dextra, minor sub postica, quæ in cordis superficiem & eius partem crassiorem perinde ac venæ distribuuntur.

Στεφανίδες. est vinculi genus quod coronarum modo inter frontem & verticem tendit, vt scribit lib. de fascijs.

Στέφανος. corona. est herbarum florumque contextus ad voluptatem vel sanitatem comparatus. Plinius & Plutarchus in suo conuiuio solam in coronis odoris necessitatem à veteribus quæsitam esse prodiderunt, ideoque frequentem illis fuisse coronarum vsum in cœnis, epulis, comessationibus, sacrificijs, pompis, lætitiaq; omni. Veruntamen præter voluptatem valẽt etiam coronæ ad firmitatem corporis, vegetiores tranquillioresque sensuum nostrorum habitus & motus. Id quod eo opere Plutarchus etiam docuit, rosas & violas adstringere dicens, odoreq; suo capitis grauedines pellere. Anguloli vero odorati iunci florem, crocum & baccharim ad placidam somni quietem potos perducere, ob leuem mitemque odoris & halitus sui fluxum, quo in ebriorum corporibus obortæ inæqualitates & aspentates sensim extenuentur & dissipentur, concoquantúrque crapulæ, illata veluti in pelagus tranquillitate. Idipsum pariter Plinius docuit, purpureis violis tribuens crapulam & capitis grauedines impositis coronis & olfactu discutere. Hic quondam vsus, ratio, & fructus coronarum fuit: & quæ id possent plantæ aut totæ earum partes, στεφανωματικὰ id est, coronariæ dicebantur. Sunt enim, vt ait Theophrastus, in alijs ad coronas vtiles tantum flores, propterea quod odorati hi tantum sint, vt in violis: in alijs folia, vt in malabathro: in alijs tota materia, vt in serpyllo, campana inula & sisymbrio.

Στέφανος. dicitur tunica ea quæ cornu est specie, paulo supra locum quo committuntur inter se tunicæ vniuersæ. Alij ἶριν locum hunc nominant. Gal. ad finem lib. 14. meth. med.

Στέφανος Ἀλεξανδρεύς. sic dicitur à quibusdam τὸ δακτύλιον. pro quo apud Apuleium est στέφανος ἀλεξανδρεύς.

Στέφανος. podex vocatur à rotunditate orificij, quamobrem & δακτύλιος nominatur quod δακτύλιον, id est annulum rotunditate

» orbiculari imitetur; dicitur & στεφάνη vt supra di-
» ximus.

Στέφανοι ὑποθυμίδες Græcis coronæ dicebantur, quæ
» floribus concinnatæ, ceruici, colloque tanquam
» pensiles gestabantur, hinc odores naribus rapti
» suo calore cerebrum feriebant, non enim quod
» huiusmodi coronarij torques, quasi cordis ani-
» mum castrametati visantur obsidere, nominan-
» tur ὑποθυμίδες, quum potius licuisset ὑποθυμίας
» appellare quoniam collo supra cor nexi propē-
» derent, sed eo nomine quod halitum & auram
» sursum expirent.

Στηθύνιον. pectusculum. media pars pectoris.

Στηθοειδής. γαστρώδης, hoc est, ventrosus apud Hippo-
crat. dicitur περὶ μαχαιρίδος ἢ σμιλίου, hoc est, de eo
gladiolo quo chirurgi vtuntur: & specillum siue
gladiolum latum significat: siquidem acutum
ἐξελεῖν appellat.

Στῆθος. pectus. Dicitur ab Hippocrate, vt Galenus
annotauit, non omne id quod est à priori parte
thoracis, sed medium os in quod se inserunt co-
stæ, quod iuniores medici στέρνον appellant. vide
στέρνον.

Στῆθος. etiam dixit Hippocrates in pede imam eius
plantam, quam anatomici πέδιον nuncupant, vt
idem Galenus annotauit: quanquam sunt qui
eam pedis partem quæ post eius cauum iuxta
digitos attollitur, στῆθος ποδὸς appellent, & simili-
ter in manu στῆθος χειρὸς eam partem quæ huic
proportione respondet.

» Sed & στῆθος appellat Ruffus carnosam pol-
» licis partem quæ sub manus cauo insurgit; Cæ-
» terum στῆθος proprie anteriorem thoracis partem
» significat iuxta illud aphor. 24. l. 3. πόνοι στήθεων καὶ
» πλευρέων, dolores pectoris laterumque; sed &
» nonnunquam etiam medium illud os quocum
» dearticulantur costæ quod στέρνον à recentioribus
» dicitur, vt in illo μικρὸς γὰρ κλεισμὸς τοῦ ἄρθρου τοῦ
» ἐν τῷ στήθει. Id est nam gingliſmus exiguus est
» dearticulationis quæ in pectore lib. 1. περὶ ἄρθρων:
» Sed & eo nomine per synecdochen intelligitur
» ea sterni pars quæ ξιφοειδὴς nominatur, atque per
» metonymiam id quod sub illa ensiformi carti-
» lagine continetur, orificium nempe ventriculi
» quod veteres τὴν καρδίαν nominarunt, à cuius af-
» flictione & morsu καρδιωσμὸς etiam nomen ha-
» bet, vt nihil plane aliud esse videatur δῆξις περὶ στῆ-
» θος Coaca 45. quam καρδιωσμὸς aphor. 65. lib. 4.
» denique etiam voce στῆθος intelligit Hipp. quæ-
» cumque in thorace continentur vt notauit Hol-
» ler. in Coacis.

Στηθοειδὴς, vide σπλαγχνοειδὴς.

Στῆμα. penis. virile membrum, quod & αἰδοῖον & κωμὸς
dicitur. Ruffus definit στῆμα dici τὸ ἐπικρεμὲς τοῦ
αἰδοίου, hoc est, partem pudendi pendulam & pro-
minentem: eique subiectam quæ non propen-
det ὀσχεόκηλα & πεύκαμον appellari.

Στήρ contracte dicitur pro στέαρ apud Gal. τ. κζ. τόπ. l.
» 5. & Aet. l. 8. c. 33.

Στήριγμα. dicitur ab Hippocrate ἐν τῇ κζ. ἰητρείων parti
ægræ adhibitum firmamentum, quod iniecta
quidem fascia fit, sed sine vinculo. Conuenit
partibus illis quarum motus necessarius est, à
quo cessatio non est in nobis, eoque differt ἀπὸ
τοῦ ἐρείσματος, vt annotauit Galenus comment. 3.
εἰς τὸ κζ. ἰητρείων.

» Vide ἔρεισμα & ἔρμασμα: Cæterum dici-
» tur & morbus στηρίζειν in aliquam corporis par-
» tem in quam incumbit, & qua tanquam fulci-
mento nititur apud Dioscor. lib. 6. c. 1.

Στιππώδης. contracte pro στεατώδης, Adiposum, vel
Adipe obesum, apud Hippoc. vt annotat Gal. in
Lexico.

Στία. calculus, lapillus. vide στέαρ.

Στίβι. stibium. Est species τοῦ στίμμεως splendidissimi,
emicantis, crustosi, nitidi & friabilis, quam alij
πλατυόφθαλμον appellarunt. Alij vero στίβι καὶ στίμμι
nihil differre putant. Patet tamen ex Dioscori-
de optimum genus τοῦ στίμμεως στίβι nuncupari, &
fœminam esse, & mari eo in genere præferri.
Nam cum τὸ στίμμι diuidatur in marem & fœmi-
nam, vt alia multa, mas, vt ait Plinius, scabrior,
minus ponderosus, minus radians & arenosior
est.

Στίγματα. dicuntur notæ quæ in facie aut alia qua-
piam corporis parte infliguntur, quales (inquit
Aetius) videmus in manibus eorum qui mili-
tiam exercent.

Vel στίγματα in vetere medicina dicta sunt (in- «
quit Marcellus Virgil.) non puncta, sed maculis «
punctorum quantitate & forma decolorata ho- «
minis cutis, seu infectio quædam qua varia & «
quasi quibusdam punctis interstincta cutis vi- «
detur: Porro latinis etiam in vsu ea dictio est, «
Plinius enim & Largus eam aliquoties vsur- «
pant. «

Στίλβωτρον, & στίλβωμα. id dicitur quo nitorem conci- «
liamus alicui rei, vtitur autem ambobus Dios- «
cor. sic apud eum legimus lib. 1. cap. 33. de oleo «
Sicyonio χρῶνται δ' αὐτῷ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῷ στιλβό- «
τητι. Quæ Ruell. vertit fœminæ ad commen- «
dandum faciei nitorem eo vtuntur: Marcel- «
lus ad nitorem vultus, Hermolaus ad cutis ni- «
torem in facie; denique στιλβώματα eadem esse «
videntur apud Aetium Tetrab. 2. sermon. 4. «
capite sexto, quæ στίγματα de quibus nos su- «
pra. «

Στίμμι. stibium. Est lapis metallicus colore non-
nihil similis lapidi plumbario, sed magis nitens
& candidus. Accedit autem & colore & nitore
ad argenti spumam, quamobrem propter simi-
litudinem à Plinio spumæ lapis candentis dici-
tur. Diuiditur in marem & in fœminam: horri-
dior, inquit Plinius est mas scabriorque & mi-
nus ponderosus, minusque radians & arenosior:
fœmina contra nitet, friabilis fissuriſque dehis-
cens, quod genus Dioscorides manifesto scri-
bit στίβι appellari. Est autem στίμμι tam simile,
plumbo, vt si paulo magis concremetur, in
plumbum vertatur. Vstum autem antiquitus
formabatur in pastillos, quibus quia forte Hip-
pocratis tempore erat quadrata tesserarum fi-
gura, ipse στίβι τετράγωνον appellat. Vim habet
refrigerandi, siccandi & adstringendi, quo-
circa valet ad oculorum collyria, nigro etiam
colore tingit, atque idcirco id mulieres cilijs
illinunt, qua de causa Græcis γυναικεῖον di-
ctum: quia vero artificiosa hæc tinctura ocu-
los dilatare videtur, ijdem πλατυόφθαλμον vo-
carunt.

Sicque Plin. vocauit l. 6. c. 33. Pollux στίμμι «
ἐμμανὲς φάρμακον: valet enim πρὸς τὰ κατεσκευάσματα γυ- «
ναικῶν, καὶ ὀφθαλμάτια, quia intrito stibio mulieres «
cilijs supercilijsque lineamenta adumbrata de- «
pingunt, vbi nota στίμμι fœminino genere vsur- «
pari: Sitne autem τετράγωνον Hippocratis quod «
στίμμι appellatur vide in voce τετράγωνον. «

Στιμμίσματα. dicuntur illitiones ex stibio r. κζ. τόπ. «

» artis κομμωτικῆς fucus & ornamentum; à verbo
» σημαίζομαι quod est stibio supercilia fuco: He-
» sych. σημείωματα exponit ἐπισφράγματα τῶν ὀφθαλ-
» μῶν.

Σπόν. calculus, lapillus. σπαὶ enim dicuntur iuxta mare calculi: & inde σπῶδες durum significat. vt refert Galenus in lexico Hippocratis.

Σπυρεά. hoc est aridæ & contractæ. Galen. in lexico Hippocratis.

Στίχος. nomen est confectionis arteriacæ apud Ga-
» len. 7. κατὰ τόπ.

Στοιβὴ. stœbe. est herba aculeata tum caule tum folio, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quam in aquaticis nascens. Eam à quibusdam vocari phleum Plinius author est. adstringunt folia eius & semen.

Στοιχὰς. stœchas. Est herba tenuibus surculis, coma thymi, longiore folio, subamara gustu & aliquantum acris. Hanc hodie officinæ vocant sticados citrinum. namque frutex ostenditur surculosus, odoratus, ramulis exilibus, folio hyssopi, gustu amaro, semine minuto, capitulis luteosis ex concoloribus floscul is compactis, quare citrinum vocarunt. est autem vere Gallicum. Siquidem nasci iuxta Galliam, in insulis eiusdem nominis, è regione Massiliæ Dioscorides author est. Obseruarunt autem Arabes alterum stœchados genus caule sesquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, spica sterili, quod suo gentili cognomento Arabicum vocauerunt, eiusdem cuius & Gallicum effectus: vtrunque enim calefacit & siccat, decoctum ciet vrinas & menses. pectoris leuat dolores, iecinoris & lienis obstructiones referat, & colicos sedat cruciatus. Attamen Galenus, Dioscorides, Plinius, & Paulus vnius tantum meminerunt, estque verisimile Arabicam stœchadem inter origani genera comprehendi sub nomine.

Στοιχεῖον. elementum. Est corpus simplex ex quo quidque primum constituitur. Simplex quidem significat quod non mole sed diuisione minimum est, & in quod vltima resolutio fit: neque enim partes eius diuersi generis sunt, sed omnes homogeneæ & similares. Refertur autem elementum ad aliquid, sicut & pars. Habent enim res singulæ sua elementa, præter illa quæ sunt omnium rerum communia. Sunt autem omnium communia, ignis, aer, aqua, terra: singulorum vero, partes simplices ex quibus componuntur, quæ & proxima & sensibilia elementa nuncupantur. Hæ sunt in homine os, cartilago, ligamentum, tendo, caro, cutis, membrana, vena, neruus, arteria, & reliqua eiusmodi quorum partes vniuersæ eandem inuicem retinent formam. Quod si quis hæc quoque ex alijs quibusdam elementis fieri dicat & constare sanguine, pituita, bile flaua & atra, is non intelligit quo differat principium ab elemento. Siquidem elementum totum ipsum componit, in quo toto manet, & post totius compositi resolutionem per se subsistit, idemque genus necessario habet cum toto: qualitas enim qualitatis, & corpus corporis elementum est. verum hæc non insunt principio, aut si insunt, non necessario insunt. Itaque humores quatuor quemadmodum & semen sanguisque maternus, generationis quidem simplicium partium principia dici possunt, non autem compositionis, quod nec ea constituant, nec in ijs præterea seruentur. Neq; enim in ossibus & ligamentis species ipsa humorum remanet, neque in eos ipsa resolui videntur. Sed & ipsi ex cibis & potibus pariter generantur, qui rursus quatuor elementis constant.

Στοιχεῖα autem sic vocantur quod inuicē conue- «
niant & concinant ambitu quodam & concor- «
diæ societatisque choro. «

Στολίδες. rugæ quæ in cute fronti prætensa consi- «
stunt, quam σκεμματωπίδιον vocant: facta inde me- «
taphora est ad sedem, in qua στολίδες vocantur ru- «
gæ & plicæ, quas etiam ῥυτίδας nominant, & quæ «
plus æquo intumescentes in condylomata tran- «
seunt. «

Rimas & fissuras exponit Cornar. apud Gal. «
ῥήξεις etiam vocantur: Plin. etiam fissa appellare «
solet: meminit autem τῶν στολίδων, tum medica- «
menti ad eas, quod hoc loco ex plumbi succo «
habetur Gal. 9. simpl. vbi de plumbo agit: me- «
minit & Paul. l. 4. c. 26. & 6. cap. 72. vbi ait τὰ δὲ «
κονδυλώματα στολίδωσεις ἐπιπαχύνσεις εἰσὶ, id est, con- «
dylomata eminentiæ sunt rugosæ, & Galen. ἐν «
γλώσσαις exponit vocem στολιδωτὸν significa- «
re ῥυσώτερον rugosius, sed omnium lucidissime «
στολίδων significationem docet Aet. 14. c. 3. Sed & «
στολιδώδη ἕλκη καὶ πάθη Græci vocant. «

Στολιδώδες. rugosum apud Hippocratem, vt in- «
terpretatur Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις. inde δακτύλιος στολιδώδης, μέτωπον στολιδώδες, & στολιδώδη ἕλκος.

Στόμα. os. Duobus modis dicitur. primo quantum diducta labra patent: secundo & proprie totum id spatium quod diductis labris ad imas vsque fauces interiacet, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio, & tonsillæ duæ continentur. Hæ enim oris partes nuncupantur, quarum omnium vna tunica continua est, etiam naribus communis. Est autem os homini inter animantia paruum, ad portionem scilicet vnguium & dentium. Pars est ad maximos vsus comparata. via est nutrimenti maxima, communis & publica ad ventriculum, primumque alimenti principium. Vt enim elixatio & assatio ori præparant alimentum, sic os vētriculo. Nam & in ore aliqua fieri incipit ciborum concoctio, mutans quidem alimentum in alteram speciem manifeste, non tamen ad perfectionem transformans: id quod satis longa oratione Galenus lib. 5. de facult. natural. persequitur. Est & os spiritus & respirationis principium, aerem intra se admittens, qui inde partim ad cerebrum, partim per pulmones in cor proficiscitur. Verum potissimum vocis organum est. deseruit autem vel maxime expurgando cerebro, mucum ab eo suscipiēs, sed non minus ventriculo & thoraci & his annexis partibus, per eandem nimirum viam expellens per quam etiam attraxit. Vicissim aperitur & clauditur: clauditur quidem à musculis temporalibus: hi enim tensi, sursum maxillam inferiorem trahunt, itaque os claudunt: aperitur vero ab alijs duobus musculis, qui ab apophysibus βελονοειδῶν profecti in partes maxillæ inferiores inseruntur, vt docet Gal. de vsu part. corp. hum. l. 11. cap. 4.

Præter dictas significationes etiam στόμα me- «
dici tribuunt ventriculo, venis, vasisque omni- «
bus, vt & vtero, latinis dicitur orificium: sed & «
στόματα veteres appellabant venas portas (Græ- «
ci πύλας) hepatis Ruffo authore: Sed & στόμα- «
τα Græcis, sicut & fauces latinis vsurpantur «

de quibusdam patentibus locis, vt fauces auerni, atque ora etiam dixit Maro 6. Æneid. sic & quæ Nili ostia Latini vocant, Herodotus στόματα appellauit, vnde & illi fluuius hic πεντάστομος appellatur.

Στομαχία. siue στομαχία. Dicitur τὸ στόματος κάκωσις, siue κακία, oris vitium & maleficium, vulgus stomacacaxiam nuncupat, non quidem vt nonnulli opinãtur quasi intelligat τὴν τοῦ στόματος καχεξίαν, quod magna ex parte cibos illi auerſentur, ſed potius τὴν τοῦ στόματος καχεξίαν, vnde concinne & apposite στομακακεξία nominari potest, Latinis vt Plinio stomacace dicitur, qui lib. 25. c. 3. hunc affectum nasci tradit ex potu aquæ dulcis cuiusdam è fonte quodam in Germania trans Rhœnum, qua epota aqua intra biennium dentes deciderent. Talem fontis naturam narrat Vitruuius lib. 8. in Susis: Strab. libr. 66. non in Germania, nec ex vitio aquæ tantum, sed & in Arabia ex regionis eius fructibus grassata esse duo hæc mala ait στομακάκην καὶ σκελοπύρβην, aitque illam oris, hanc crurum relolutionẽ quamdam fuisse, nos tamen in Græcorum medicina hactenus στομακάκην nunquam legimus, sic vero vocatur quod in ea κακίζει τὸ στόμα: Plinius ad dentes eorumque casum vocem contraxit.

Στομαλγία. oris dolor siue morbus, & στομαλγεῖν apud Polluc. exponitur ὀλκοῦσθαι τὸ στόμα; sed στομαλγία non modo oris dolorem, sed & loquacitatis vitium significat.

Στομάργια. dictio hæc scripta est ab Hippocrate lib. 2. de morbis popularibus, authore Dioscoride. qui significare dicit loquentis furiose. Alij vero στομάργια scribunt, & nomen proprium intelligunt. Author Galenus in lexico Hippocratis.

Στοματικὰ φάρμακα. dicuntur proprie medicamenta quæ ad vuas, tonsillas & omnes quæ in ore fiũt derepente inflammationes conueniunt, vt scribit Galen. libr. 6. τ κ τόπ. Generaliter vero dici possunt quæcunque gargarizata, illita, aut alio quouis modo admota medentur oris affectibus. Nam & citra inflammationem vlcera admodum humida stomaticis medicamẽtis curantur. id quod notum esse potest ex Galeno libro 5. med. vbi scribit ad hunc modum: Vlcerum quæ in ore accidunt, quæcunque admodum sunt humida, ea medicamentis egent quæ vehementer siccent, veluti diphryge, tum ipso per se, tum ex melle & vino & mulso: præterea & quæ iris & quæ anthera, hisque vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. vtile vero ad talia est & Musæ medicamen: præterea rhois succus & omphacium aliaque quæcunque strenue siccant. At quæ simpliciora oris vlcera sunt, hæc sanare commode possunt etiam medicamenta quæ modice siccant, veluti hæc ipsa quæ propterea quod in assiduo sunt vsu, stomatica Græce sunt dicta. Ea sunt quod ex moris conficitur & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis, atque etiam his magis quod ex musto & cupressi sphærulis componitur. Quæ vero in ore admodum humida vlcera sunt proxime ossa, vnde carie tentari ossa periclitentur, hæc propter ossium naturam quæ sicca est, vehementissimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastillos semper læuigo, ac siccum ipsum medicamentum superimpono. hæc Galenus. vide & Paulum Æginetam de stomaticis medicamentis eorumque differentijs lib. 7. c. 14.

Vide & τ στοματικῶν differentias aliquas apud Oribas. lib. 3. synopt. & Gal. 6. κ τόπ. c. 1. Sed & Celso lib. 5. c. 18. στοματικὰ μαλάγματα quædam sic dicuntur quod vim aperiendi habeant.

Στοματικὸν. vox, quoties simpliciter ponitur, δύναμις, id est, cõpositio siue διάχρισις, hoc est illitio intelligenda est, vnde etiam Plinio simpliciter stomachice dicitur, velut lib. 23. c. 6. de malis punicis.

Στοματικὸν διὰ καρύων. stomaticum medicamentum nucibus compositum de quo Galen. 6. κ τόπ. & Paul. lib. 7. c. 14.

Στοματικὸς. dicitur qui oris vitio laborat.

Στομαχικοὶ. qui stomacho laborant. De huius nominis significatione Galenus scripsit hunc in modum lib. 8. τ κ τόπ., disputans contra Andromachum, qui stomachicas cõfectiones sine discrimine scripserat prodesse stomachicis. Plærique, inquit, vulgo homines eos qui appetẽtiani perdiderunt ita vocant, & quibus post acceptũ cibum ventris os grauatur atque opprimitur, & quandam ægre tolerabilem anxietatem habẽt: Appellant eodem modo etiam illos quibus nausea contingit, & maxime si ad vomitum impellat, & adhuc magis si cibi corrumpantur, quandoque acidi, quandoque nidorosi facti, quandoque etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus ejusmodi cũ molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt, sæpe cum nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur, grauantes & vix descendentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt & plurima edant, & maxime grauati paulo post reuomant, similiter vocant. Alios rursus qui fortiter exoluuntur, vbi diutius inediã pertulerint, & si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Hæc Galenus. Paulus autem Ægineta scripsit στομαχικοὺς proprie dictos fuisse à veteribus qui cibum non continerent, eosdemque esse cum ijs qui κοιλιακοὶ vocantur. Non est dubium stomachicos à stomacho appellatos esse, qui aliquo eo in loco oborto affectu laborent, velut etiam hepaticos ab hepate, & colicos à colo, & nephriticos à renibus, & splenicos à splene affectos.

Στομαχικὸν, τὸ κεχρόιδιον βλαστόν. Epithematis nomen est quod Trallian. commendat lib. 7. c. 5. ad appetitum conciliandum.

Στομαχικὸν. dictum ἐυῶδες, Epithematis quoque nomen est eo loco, eodemque fine à Tralliano laudatum.

Στόμαχος. stomachus, varia & multa habuit significata apud veteres medicos, nam proprie quidem sic vocatur cuilibet ventri cauitatiue præpositum collum, instar isthmi cuiusdam angustum vt scribit Galen. 4. de vsu part. c. 1. Itaque & vteri, & vesicæ vtriusque, tum eius quæ vrinam excipit, tum quæ bilem, collum στόμαχος dicitur apud Hippocr. cum additione nimirũ pãrtis cuius est στόμαχος vt libr. 1. περὶ γυναικ. & 2. & lib. περὶ ἀφόρων. & libr. περὶ ἐπικυήσιος, alibique pluries: Deinde etiam στόμαχος vox fuit ad œsophagum transiata quæ gula dicitur. Idque simpliciter κ ἐξοχὴν & sine additione, quod sit inter om-

» nes qui in corpore sunt στόμαχοι is maximus. Ga-
» len. lib. 5. c. 5. de loc. affect. tradit partem inter
» fauces, & os ventriculi mediam, veteribus οἰσο-
» φάγον fuisse dictam, qui vero post Aristotelis æ-
» tatem scripserunt eandem στόμαχον appellasse;
» Aristoteles vero tanquam inter hos tempore
» medius vtroque nomine vsus videtur; is enim
» 1. de hist. anim. c. 12. 15. 16. & vlt. 2. eiusdem
» partis c. 17. itemque 4. c. 23. alibique sæpius to-
» tum illud spatium faucium & oris ventriculi,
» quod nos gulam diximus στόμαχον appellauit; At
» 1. de hist. anim. c. 6. 3. de part. animal. c. 11. In ea-
» dem parte nominanda οἰσοφάγου nomen interse-
» ruit, quod etiam ἀπὸ τῆς μύκης καὶ τοῦ φέρειν nescio
» qua ratione ita vocatum dixit, sed notandum il-
» lum infrequentius hoc in significato vocem οἰ-
» σοφάγου vsurpasse. Tandem autem στόμαχος vox ad
» ventriculi osculum, quod καρδίαν veteres appel-
» lantur, peculiariter significandum transfluxit
» Galeni ætate vt idem scribit initio lib. 4. de vsu
» part. quod ille καταχρηστικῶς factum scribit, com-
» ment. ad aphor. 56. 11. 7. & 2. de loc. aff. & com-
» ment. in libr. de rat. vict. in morb. acut. atque
» non modo sic à plebeijs vocari, verum etiam à
» medicis quibuscumque probatissimis, qui &
» oborto eo in loco affectu quopiam stomachicas
» syncopas enasci tradit, indeque stomachicos vo-
» cari præcipue quibus os illud ventriculi grauatum fuerit vt scribit initio lib. 8. κατὰ τόπ. Est autem osculum illud ventriculi, meatus illius superior per quem cibi in ipsum intromittuntur; habet enim ventriculus ora duo, vnum inferius πυλωρὸν dictum, alterum superius, inferno longe amplius, quod ita esse expediat vt cibos duriores & nondum intritos deuorare possit. Est autem maximo sensu præditum & longe acutiore quam reliquæ vllæ partes propter neruorum duorum magnitudinem, qui à sexta cerebri coniugatione in ipsum inseruntur; per eos & alimenti penuriam & rosionem sentit, ventriculique affectus cerebro, & è contra ventriculo cerebri effectus communicantur; ad ipsum proprie pertinet appetentia, quam vt secundum naturam bene habens excitat, sic male affectum inappetentiam, & vitiosum appetitum inducit: est & illi consensus cum corde maximus, adeo vt syncopas inuehat (quas ideo stomachicas appellant) & id veteres communi nomine καρδίαν nuncuparunt, & morbum eius καρδιωγμὸν καὶ καρδιαλγίαν. Situm est sub cartilagine ξιφοειδεῖ, quam ob id videtur natura comparasse vt ipsius
» esset propugnaculum: Cæterum apud Latinos
» fere omnes qui ornate & pure dicendi studium
» amplexi sunt, stomachi vocabulum pro ventri-
» culo, quem Seneca epist. 91. & Vegetius lib. 1.
» Veterinar. c. 40. aqualiculum appellarunt, vt
» plurimum vsurpatur. Clarus est Cels. lib. 1. c. 2.
» & 8. & libr. 4. c. 5. qui tamen lib. 4. c. 1. gulam
» stomachum, sed quasi populus ita loqueretur,
» nominauit; Plin. quoque sexcentis in locis, vbi
» varia pro stomacho remedia proponit, fere sem-
» per ventriculum intelligit, etsi aliter sensisse ab
» aliquibus male credatur lib. 11. c. 37. cum dixit
» summum gulæ fauces; extremum, stomachus;
» Cælius Aurelian. frequentissime pro ventricu-
» lo, & præsertim vbi de stomachicis tractat, in 3.
» Chronic. pass. pro gula interdum stomachum
» accepit. Serenus pro ventriculo toto, dum ait
» Stomachum Regem totius corporis esse; Lu-
cret. in 6.

Flagrabat stomacho flamma vt fornacibus intus "
Horat. "

Ieiunus stomachus raro vulgaria temnit. "

Tullius quidem 2. de nat. deorum pro gula sto- "
machum accepisse videtur, dum ipsum ad lin- "
guæ radices hærentem facit, quo primum ea "
illabuntur quæ accepta sunt ore, & qui linguæ "
agitatione & motibus cum depulsum & quasi "
detrusum cibum accipit, depellit, id & ipsum "
scribit Gellius lib. 17. cap. 11. ex opinione Era- "
sistrati. "

Στόμωσον. grauisonum, grauiter sonans: vt author est "
Galenus in lexico Hippocratis.

Στόμιον. osculum, vsurpatur de vasis venarum & aliarum rerum introitu apud Gal. vt 5. meth.

Στομοῦν. aperire. Consueta magis significatione est scalpro diuidere, idque proprie in abscessibus dicitur. Verum eo vocabulo generalius vtitur Hippocrates lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, accipiens στομοῦν αὐτὶ τοῦ ἀναστομοῦν, hoc est recludere atque adaperire quamcunque partem, siue hæmorrhoidas, siue narium aut vteri venas, siue fistulas etiam veteres quidem & longo tempore assuetas, sed aliqua de causa obstructas, siue etiam aurium meatus sordibus refertos & obturatos, adhibito aliquo ἀναστομωτικῷ, hoc est aperiente medicamento. Annotat Gal. comment. 2. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

Στόμωμα. simpliciter dictum, vel cum adiuncto σιδήρου στόμωμα, vti nominare solet Aetius, ferri haud " dubie genus est, quod aciem seu chalybem ap- " pellant, scilicet ex sententia Aristotelis 4. me- " theor. c. 38. ferrum sæpius igne liquefactum, & " hoc modo purius & defæcatius, duriusque red- " ditum, vel ferrum in aciem mucronemúe fir- " matum, & chalybe exacutum, atque robora- " tum, qualia fere sunt quæ ad gladiorum instru- " mentorumque fabrilium formã accommodan- " tur. Attamen Plin. lib. 34. c. 11. stomomatis no- " mine non ferrum eiusmodi aliquod intelligi vo- " luit, sed squammæ eius alterum genus subtilius, " ex summa (scilicet inquit) lanugine decussum, " quibusquidem verbis stomomatos significatio- " nem nullo modo videtur assequutus: fateor & " apud Celsum lib. 6. c. 6. In Cleonis collyrio illa " legi, (squammæ æris quod στόμωμα appellant) " sed vel Celsus æque ac Plin. significati στομώμα- " τος ignoratione deceptus est, vel potius errore li " brariorum vox (æris) suppositia fuit, quum (fer- " ri) legi oportuerit. Enimuero vti sunt squam- " mæ æris duo genera, candidi, inquam & rubri, " ita & squammas ferri totidem esse constat ex ip- " sius Galeni verbis 9. simpl. cap. de æris & ferri " squamma, ferri in[illegible]m simplicis, & ferri sto- " momatis; sed & huius ipse Plin. citati libri c. 15. " seorsim mentionem fecit hisce verbis, squam- " ma quoque ferri in vsu est ex acie aut mucroni- " bus; His enim verbis nihil aliud profecto quam " στόμωματος λεπίδα, hoc est stomomatis squammã " videtur designasse, chalybem autem Galli *acier* " appellant, Latini quoque aciem sicut Plin. lib. " 34. c. 14. "

Στρεών. instrumenti cuiusdem nomen est quod " ciendæ hæmorragias gratia in nares immittitur " apud Aretæum 1. de diuturn. curat. c. 2. "

Στραβισμὸς. est conuulsio musculorum oculi qui bulbum mouent, vt annotauit Paulus lib. 3. cap. 22. vt autẽ Definitionũ Medicarum author, ei

oculi musculorum non omnium sed aliquorum resolutio, ab quam causam vel sursum vel deorsum vel in latera ruunt oculi. Idem tamen author paulo ante enumerauit στραβισμὸν inter oculi exulcerationes. quod quomodo intelligendum sit non video.

» Notandum vero dicere Aristotelem 31. parte » problem. 27. & 28o. vni homini inter cuncta » animantia oculos peruerti, fierique strabos, & » inter alias quas adfert causas recenset Epilepsiã, » qua solum hominem corripiait, quod esse ta- » men falsum euidenter docuimus in voce ἐπιλή- » ψια.

Σπαγγνίδες. globuli & concretiones lactis in mammis, quales mulieribus potissimum accidunt post partum, si lactis prouentus nulla parte decedat.

» Σπαγγαλίδες. etiam dicuntur Globuli nodosi cũ » humor non coquitur nec excernitur, sed in no- » dosos concrescit globulos quales fere sunt » etiam αἱ στάγγες.

Σπαγγαλια τὰ. apud Absyrthum in Hippiatria di- » cuntur esse tophi & duritiesex tumore concre- » to maxime in articulis.

Σπαγγεία. est vrinæ stillicidium, vel est deprauata » vrinæ excretio cum stillicidio, Perelegãter sub- » stillum appellat Cato, quod stillatim in eo affe- » ctu cadat vrina: Illa est symptoma excretionis » in vesica deprauatæ, neque enim pro consuetu- » dine vrina redditur, sed paulatim & guttatim » distillat, assiduaque est ad meiendum proritatio; à dysuria autem & ischuria differt, nam nec » ab expultrice ortum habet, sed à retentione » stranguria, nec vrinam supprimit aut ægre tan- » tum & vi reddit, sed maturius quã naturæ con- » ueniat, idque interciſe & guttatim quod nomen » ipsum indicat quasi κατὰ στάγγα τὴν οὖρων ἀπόκρισιν, vri- » na guttatim reddita, quanquam Paulus inter- » dum videtur στραγγείαν confundere cum dysu- » ria. Proprium ergo stranguriæ illud est vt vesica » ad excretionem vrinæ irritetur, priusquam insi- » gniter ab ipsa repleatur; hoc autẽ duabus in vni- » uersum de caussis accidere potest, vna cum vri- » næ acrioris & nimium mordẽtis qualitatem diu » vesica sustinere non potest, sed ipsam tanquam » noxiam à se citissime propellit, tametsi ipsa nec » intemperie nec obstructione laboret. Altera cũ » vesica adeo imbecilla est vt grauata à pauca etiã » vrina, eam confestim propellat, antequam to- » ta coaceruetur, haud secus atque intestina ali- » mentum nondum mutatum in lienteria. Priore » modo symptoma tantum vesicæ est non etiam » affectus, nisi generalius affectus nomen dicitur » de omni parte cuius actio læditur. Posteriore » vero ab vlcere aut imbecillitate ipsius vesicæ » procedit. Quod si sola vrinæ acrimonia in causa » sit, vel propter vitium renum talis est, vel pro- » pter mixtionem puris ab abcessu aliquo rupto » in partibus superioribus, aut ab vlcere defluen- » tis, vel etiam propter mixtionem humorũ cor- » ruptorum è toto venoso genere, sæpe enim hu- » mores praui qui in venis continebantur non so- » lum per intestina, sed etiam per vesicam expur- » gantur, quorum morsus stranguriæ causa est, vt » in crisibus quarundam febrium: Hippocrat. 3. » Epid. 1. abcessum stranguriosum ἀπόσασιν στραγγω- » δεῖς vocat nullo renum aut vesicæ vitio sæpe » contingentem. Strangurioſus quoque calculus » est apud Hippocr. Stranguriosa etiam prostatæ glandulæ inflammatio, & vlcus, vnde colluuies illa fœda quæ vulgo pissa calida dicitur; de huiusmodi alijsque strãguriosis abcessibus vide Galen. comment. 2. in 1. Epidem. t. 8. & 41. & comment. 1. in 3. Epidem. t. 4. Denique inuitæ functionis ad meiendum & vrinæ stranguriosæ distinctio est multarum causarum sicut recte monuit Hippocr. cum ait lib. περὶ παθῶν, στραγγωδέων τρόποι μὲν πολλοὶ καὶ παντοῖοι, stranguriæ modi sunt varij atque multiplices.

Σπαπώτης. herba est in aquis nascens, ijsdemque supernatans: semperuiuo similis nisi maiora haberet folia. sine radice viuit, vnde & nomen habet. humectat & refrigerat. Est & alia herba eiusdem nominis, dicta σπαπώτης χαμαίφυλλος: exiguus frutex, palmi altitudine, aut amplius assurgens: folijs auium pennas imitantibus, breui admodum dissectoque foliorum exortu. folia syluestre cuminum simulant, præsertim breuitate, atque scabritia, breuiora paulo. densiore vmbella, & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi: flores paruos, & candidos. Nascitur in asperis agris præcipue circa semitas. Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate est: terrestris vero nonnihil habet adstrictionis.

Σπαπωτικὸν. dicitur à quibusdam ἡ ἀχίλλειος herba, vt habetur apud Dioscor.

Σπαπωτικὸν ἦ

Σπαπώτου κολλύριον. est collyrij nomen vtilis aduersus duram & aridam lippitudinem. Acre est & lacrymas prouocat, vt habetur apud Paulum lib. 3. cap. 22. Eius mentionem fecit Scribonius Largus.

Σπελλός. vocatur ὁ στραβός, hoc est, strabo, cui oculi sunt distorti seu peruersi: vt Galen. explicauit in lexico.

Στρέμμα. dicitur cum ipso articulo læso, quæ circa ipsum sunt neruosa tantum resoluuntur, vt accidit cum ambulando vestigium fallit. Quod si etiam simul ipse articulus luxetur, suaque sede dimoueatur, tunc διάστρεμμα dicitur vt notauit Gal. comm. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Στρέφει. hoc est dolorem intestinorum præbet, vt exponit Gal.

Στρέφεται. tanquam inhabitat. in lib. de aere, locis & aquis.

Στρόβιλον. linamentũ intortum aut penicillum vocatur, turbinis in formam implicitum & contortum, collyrium vocat Celsus.

Στρόβιλος. interdum pinum, interdum nucem pineam siue nucleum significat: Galeni temporibus vt ipse refert comment. 4. in lib. de rat. vict. id acut. pini piceæque fructus στρόβιλοι etiamnum dicebantur, quemadmodum olim alijs ὀστρακίδες, alijs πτύηνα κάρυα, alijs πτύηνοι κάρυοι, alijs denique κόκκαλοι dicti sunt teste Athenæo lib. 2. Dioscor. autem lib. 1. c. 87. κατ' ἐξοχὴν στρόβιλος, intelligit esculentos strobili nucleos qui non modo à lacunatis thoris quibus includebantur, liberati, sed & à putamine ac fusca etiam cute seu ferruginea tunica quaquidem immediate vestiebantur, nudati sunt; hos idem ille opponit ὅλοις τοῖς στρόβιλοις, integris scilicet congenerum eiusmodi arborum nucamentis seu conis, (κόκκαλα vocauit Hippocr.) quorum etiam pinguium decocto eclegma concinnat Gal. comment. 4. in libr. de rat. vict. in acut.

Σπόδιον. dicitur à quibusdam ladanum Arabicum

apud Nabathæos nascens.

Στρύθιον μῆλον. species est cotonei mali, magni quidem, vt ait Dioscorides, sed minus vtilis quam reliqua cotoneorum genera.

Στρύθιον. radicula. vulgò herba fullonum, officinis saponaria: cuius radicis præcipuus vsus est. Acris est, calfacit & siccat quarto ordine, abstergit, irritat mouetque sternutationes.

» Vnde autem hæc radicula sic dicta sit mihi non » satis constat, nisi forsitan à foliorum positu quæ » auicularum alas quodammodo imitantur, illi » nomen indiderint, nam Græci στρύθον passerem » & minores alias appellant aues, vel forsitã quod » venerem stimulet, nam lasciuos & procliues in » concubitum homines στρύθους nominant: ab hac » autem voce herbam significante dicuntur Græ- » cis ἐστρυθισμένα, id est, struthio herba repurgata & » ad cãdorem mollitiemq; perducta: ab hac & vo- » ce διὰ στρύθου emplastrum vocatur ad ichirros à » Trallian. lib. 3. c. 7. descriptum.

Στρύθιον. insuper vt docet Festus Græci appellant » obscœnam partem virilem à salacitate passeris » qui Græce στρυθὸς vocatur, qua imitatione Mar- » tialis & Catullus passerem pro virili membro » suis in versibus vsurparunt vt doctis audio pla- » cere.

Στροφεῖς. sic à quibusdam dicti sunt οἱ ἀπόνδυλοι, hoc est collivertebræ. causa in prõptu est ab inuersione sic vocatas esse. Dictæ sunt & στρόφιγγες eadem de causa.

» Παρέπιπτεν ἐπ' αὐτοῖς τὸ πεπόνθεναι στροφῶν ait l. 2. Pollux, » & à Pherecerate στρόφιγγες eadẽ de caussa ibidem.

» Στροφιῶδες ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

Στρόφοι. dicuntur intestinorum dolores, vel affectus » ille in quo intestinum veluti videtur flecti, Tor- » mina Latini appellãt, Tormines etiam Cælius, » alio nomine consueuerunt Latini appellare ver- » minationem vt Plinius & Seneca epist. 79. quod » perinde sollicitantur sub hoc dolore atq; à ver- » mibus solent, dicuntur Gallice *tranchées*, &, » apud Hippocr. quoque εἱλιγμάτα, fiuntque do- » lores eiusmodi vehementes, tum propter mor- » sum vehementem ab humore acri & mordente, » tum propter spiritum flatuosum qui exitum nõ » habet, sed intestinorum flexuosis orbibus & gy- » ris interceptus hæret ex Aphor. 11. lib. 4. ἐμπνευ- ματώσεως seu ἐμφυσήματος species est.

Στροφώδεα ὄρεα. vrinæ dicuntur quæ concreta quæ- » dam per ipsas inuecta habent ἀπὸ τῆς διαφύσεως » quod est πήγνυσθαι concrescere Galen. part. 64. » comment. 3. prorrhet. vide plura in voce ὄρεα.

Στρυγίς. frugis nomen Hippocratii, leuior tritico & ventrem magis soluens: vt ipse testatur. verum quid sit, non certo constat.

» Apud Hippocr. in basil. edit. inuenio πρύγης lib. » 2. de Diæta, quam scripturam etiam Cornar. in- » terpres agnoscit.

Στρυελὸν. στρεπτὸν π, apud Hippocratem de hæmorrhoidibus & fistulis, teste Galeno. vetus liber exponit στρεπτείτιλα. quo nomine significari videtur panis aut placenta tortilis.

Στρυμάργα. Agnoscit hanc scripturam Dioscorides apud Hippocratem. Atq; hoc non vt propriũ nomen exponit, sed furiose affectum circa rem venereã significari ait. dicta enim esse apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, vt μυσχάγρα, σκεπάστις, γρυπαλόπτης, & ab Erasistrato similiter ἰσχιοκέλευθος. idem vero etiã στρύμαργα apud Hippocratem legi posse defendit. Galen. in lexico Hippocratico.

Pro στρυμάργα scribendum στυμάργα vt non modò Galen. habet in στυμάργα, sed ipsa etiam origo declarat, nam στύμαργος eodem teste dicitur qui furioso coeundi desiderio prurit παρὰ τὸ στύειν, de quo in ἀφυλίς.

Στρυφνὸν. acerbum. Est corpus vehementer adstringens facultate frigidum atque terreum. vt galla immatura, thus, hypocisthis, balaustium. vehementer adstringens dico, quod cum adstringens, Græci στύφον vocant, genus sit acerbi & austeri commune, eo tantum inter se differunt, quod acerbum multo vehementius adstringat quam austerum. Quod autem quicquid huiusmodi est frigidum sit, perspicuum esse potest, quoniam tale gustantibus lingua contrahitur, densatur, siccatur, exasperatur. Hæc enim nõ nisi frigido effici possunt. terreum vero idem siccumque esse ex eo apparet, quia tarde admodum in corpus permeat: humiditas enim facile intro subit, eaque frigiditati cõiuncta non acerbum quidem, sed acidum potius efficit. Acerbi sunt, vt ait Theophrastus, omnes prope arborum fructus ortus sui principio, qui posteaquam humore impleri cœperint, decedit quidem acerbitas, accedit autem aciditas. Cæterum acerba tribus modis exolui posse declarat Galenus, incalescentia, humescentia aut vtrumque perpessa. Si incalescunt duntaxat, solam acquirent dulcedinem, vt robusteæ glandes & castaneæ: sin tantum humor ijs accesserit, austera fient minusque adstringent, si modo humor is fuerit aqueus & crassarum partium. si namque aereus fuerit, acida euadent. Quod si pariter & humor & calor accesserint, ex aqueo quidem humore dulcedo, ex aereo vero pinguedo comparabitur. Quia autem acerba sicca sunt, & durities siccitate inducitur, factum est vt στρυφνὸν αἱρὴ τὸ σκληρόν aliquando vsurpetur, vt ab Hippocrate libr. de salubri diæta, quemadmodum in comment. Galenus explicauit.

Στρυφνὸς οἶνος. acerbum vinum, vide in dictione οἶνος vbi ordine alphabetico insigniores nonnullæ vinorum differentiæ explicantur.

Στρύχνος siue στρύχνον. solanum. planta est multorum generum. Hortense quidem solanum est frutex exilis, pusillus, multis concauus alis, folio nigro, maiore quam ocimi & latiore, fructu rotundo, viridi qui maturus nigricat aut fuluescit. Adstringit & refrigerat secũdo ordine. vulgus morellam, officinæ solatrum appellant. Aliud est solanum quod halicacabon & physalida, hoc est vesicariam vocant, foliis antedicto latioribus, cuius caules postquam adoleuerunt proni terram spectant, folliculis orbiculatis, fuluo intus acino, vesiculis simili, rotundo, læui: officinæ alquequengi, rustici coqueretum vocant. vim habet & vsum hortensis. Aliud ab ijs est τὸ μανικὸν, folio erucæ, paulo maiore, caules à radice decem aut duodecim emittens, vlnam altos, caput in cacumine oliuæ figura, fert racemum rotundum, nigrum, denis aut duodenis acinis constantem. Est præterea aliud quod ὑπνωτικὸν dicitur, multis ramis fruticosum, fructu contumacibus, pinguium foliorum cotoneæque mali similium plenis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice longa, subrubra. Refrigerat ordine tertio.

Στρύχνον. vt Plinius scribit, aliqui cacabulum appel-

lant, alij cacabulum, vt Dioscor. & Apuleius tradunt.

Σπιλιτικος. vide πειλητικος.

Σπιλοειδὴς. dicitur processus ossis petrosi ab inferiori eius sede exoriens, solidus, tenuis & oblongus instar styli, graphij vel acus, vnde Galenus γραφιοειδῆ & βελονοειδῆ se appellare scribit libr. de ossibus. Is quia tenuis est & valde prominet, leui de causa abrumpitur, ideoque raro in caluarijs è terra effossis reperitur.

Dicitur vero & hoc nomine apophysis, hoc est, processus cubiti, qui in eo, vt inquit Galenus ἐν ὠλέκρανῳ innascitur. Ille carpo per diarthrosim inarticulatur, eiusque opus est motus carpi obliquos dirigere & firmare tum ligamẽtis, tum etiam occursu ossis carpi ipsum parua cauitate excipientis. Alioqui lubrica & errabunda & parum firma fieret hæc motio, si soli radij cauitati, quanquam scaphoidi, committeretur. Dicitur autem interdum σπιλοειδὴς per ν, quod columnam repræsentet.

Σπάσματα. spissamenta Latine dixeris, dicebanturque veteribus vnguenta solidiora & corpus habentia, & quæ vnguento spissitudinem conciliabant. Erant autem ea odorata cuiusmodi sunt costus, nardus, amaracus, Amomum, mentha, quibus vnguento additis, odor vnguentis conciliabatur, & diutius integra illæsaque permanebant, velut Galen. docet lib. 3. κῆ τόπ. c. 1. & 2. κῆ ὕλ. his verbis, Τὰ ἐλαιώδη τὰ ἁπλῶς ἐστιν ὑγρὰ μόνα χωρὶς σμάττων, ἅπερ προστίθεται, ἤτοι ὠφελείας ἕνεκεν, ἢ τοῦ μέχρι πλείονος χρόνου διαμένειν ἀπαθῆ τὰ σκευαζόμενα. Differebant autem σύμματα ἀπὸ τῶ ἀδυμάτων, quod hæc liquida essent, nec vt σύμματα: Videntur itaque hæ res proprie σύμματα dici quæ præter odorẽ etiam astrictoriam vim in vnguenta deponunt, quo diutius incorrupta perseuerent, sic Aet. lib. 9. cap. 49. In pastillo modo spissamenta ex decocto rubi, myrti, florũ mali punici, radicis capparis, foliis salicis, & alijs quibusdam habet. Et in eodem capite non longe post, spissamenta arida in puluerem redacta habet. Item flores mali Punici, Gallas, malicorium, myrtum, lentiscum, & alia eius generis astringendi vi prædita; atque hoc sane modo σύμματα in oleo rosaceo sunt, lentiscus, calamus, & aspalathus iuxta Dioscoridis traditionem.

Σπόγγος. alumen. Est succus concretus ex aqua & terra aluminosa, siue à natura talis sit, siue artificio paratus. Est autem omne alumen aut liquidum aut concretum. Liquidi duæ sunt differentiæ. vnum limpidum est, lacteum, æquale & sẽper succo madens, sine lapidibus atque quendam veluti ignem expirans. Id quia vilis pretij est & vbique reperiri potest, vt ait Galen. lib. 6. κῆ τόπ. τῶν φύσει ὄντων appellatur. Alterum impurum, pallidum, scabrum, quod quia sordibus inquinatum est & peruersum, παρεφθορὸς dicitur. At vero concretum, figuris varium est. Nam aut scissum est, quod ex eo χιὼν vocant. est autem id cuiusque gleboli & natiui veluti flos. Cuius etiam duo modi sunt. nam vel glebarum aut asserum instar compactum est, vel sigillatim in capillamenta quædam canescentia finditur, quod inde τριχίτης, quasi capillare, nominatur: vel est rotundum, & φογγύλος appellatur. Id autem triplex est: vel enim bullarum modo intumuit, vel foraminum fistulis quandam spongiæ gerit speciem, vel est solidum, aut tali simile est, quod ἀσφαλωτὸς vocatur, aut lateris, quod πλινθίτης, aut ex crustis constat, quod πλακώδης. At ex glebis natiuis qualescunque fuerint, hodie in metæ figuram formant, id quod saccharinum nominatur. Nec vero sola figura aluminum genera distinxit natura, sed etiam coloribus. Nam vel candidum est, quale est præstantissimum quodque, vel in candido cinereum, siue parum fuscum, quod nigrum vocarunt, vel in candido rubrum, vel pallidum, vt interdum rotundum atque etiam capillare. Distinguuntur quoque vsu & facultate. Siquidem veteres vsos esse scissili rotundo & liquido Dioscorides prodidit, & scissile longe præstare cæteris. Cæterum ἡ στυπτηρία nomen ab adstrictione deductum est, quæ est omni alumini vehemẽtissima. est autem & omne crassarum partium, sed tenuius τὸ χιὸν, ab hoc φογγύλον ἀσφαλωτὸν. Admodum autem crassum est tum liquidum tum πλακώδης & πλινθίτης στυπτηρία appellatum. Siccat autem tertio ordine nec tamen adurit. Porro vrendi aluminis modum Aetius libro 9. explicauit, alumen in ollulam nouam coniectum carbonibus imponẽs, & vbi diffusum atque liquefactum fuerit, tolli iubens, atque vbi refrixerit, conteri. Sed quam nos simpliciter στυπτηρίαν vocamus, dictam fuisse ab Hippocrate στυπτηρίην χαλκίτιδα, author est Gal. in lexico Hippocratis.

Στυπτικὸν ἡ

Στύφον. adstringens. Id dicitur quod terreum est & compagis quidẽ suæ mole, crassarum partium, frigidum autem qualitate. Est autem adstringẽs duplex, sicut & calfaciens. Vt enim hoc partim simplex & summum est, velut ignis, partim per exuperantiam caloris, vt vinum, crocus, piper: ita illud vel summum est, vt exempli causa, alumen, melanteria, galla & rhus: vel medicæ cuiusdam adstrictionis particeps, velut pyrum, malum, rosa. Est autem adstringens genus commune austeri & acerbi. Vtrumque enim eorum adstringit, hoc magis, illud minus. Omnia autem adstrigentia contrahunt ac densant meatus, siccant, reprimũt: adhæc vinciunt ac continent partium sibi inuicem cohærentium substãtiam, & vehementer refrigerant. Id quod de puris adstringentibus intelligi debet, quoniam plæraque ex dissimilibus particulis composita non adstringunt modo, sed & acria sunt aut pinguia aut dulcia aut amara aut salsa aut acida.

Cæterum στύφον aliquando visus est Dioscor. accepisse pro acri, velut lib. 2. c. 83. & 84. tanquam nihil interfit, astringens an acre dixeris, cum tamen astrictionis sensus à sensu acrimoniæ sit longe diuersissimus; Et hac ratione à Galen. reprehenditur Dioscor. tanquam Græcarum vocum significata non pernouerit vt cui Græca lingua esset insueta.

Στύραξ. lachrima est arboris malo Cotoneæ similis, cuius etiam lachrima στύραξ vocatur. Præfertur flauus, pinguis, resinosus, albicantibus grumis quam plurimum in sua odoris gratia permanẽs, qui dum mollitur melleum liquorem reddit, excalfacit, emollit, concoquit, menses seu admotus seu potus prolicit, officinæ storacem Calamitam appellant: Illi intus similitudo est arundinis inquit Plin. libr. 12. c. 17. & 25. sed male, non enim quod καλαμίτης appellatur ratio est quod arundini similis sit inquit; sed quod arundinibus obuolutus & circumseptus adferretur,

» ideo autem arundinibus recondebatur vt & cæ-
» tera olim odorata, ne expiraret, & vires suas
» amitteret, quod & de dyctamno Cretico Theo-
» phr. scripsit lib. 9. hist. plant. c. 16. ab illo vero
» est συρμαιον μύρον apud Dioscor. vnguentum ex
» styrace confectum.

Στύψις. adstrictio. qualitas est gustabilis, quæ à frigido vincente perficitur in crassa & terrena substantia. Itaque propria facultate contrahit & densat meatus, refrigerat & repercutit: per accidens autem calorem excitat & auget, conducitque ad concoctionem.

Συδάτης οἶνος vide οἶνος, vbi insigniores quæ occur-
» runt vinorum differentiæ recensentur & expli-
» cantur.

Σύγκρισις. inustio. symptoma est ventris, cum propter acrem eorum quæ ingesta sunt caliditatem subeunt acres & inæquales deiectiones, atque etiam febres. Has quidem deiectiones Hippocrates lib. περὶ διαίτης ὀξέων à colliquatione fieri dixit. Galenus tamen comment. 4. in eundem librum, magis ob σύγκρισιν quam σῆψιν fieri, nec satis proprie Hippocratem loquutum annotauit.

Συγκομιστὸς ἄρτος. vide in dictione ἄρτος vbi insigniores
» panum quæ occurrunt differentiæ recensentur
» & explicantur.

Συγκοπὴ. syncope. Est præceps vitium omnium lapsus. Sic quidem Galenus ante se à veteribus medicis definitã esse prodidit. Ergo cum essentia virium quibus regitur corpus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistit palam est nihil horum per syncopen manere integrum, sed cuncta collabi & dissipari, cum spiritu quidem calorem natiuum, ita cũ eo mistum atque confusum, vt nunquam ab inuicem separari possint: cum solidiorum autem corporum temperamento, tum eum ipsum calorem singulis à natura partibus insitum, tum humidum illud primigenium & radicale, quo vno veluti glutino quodam robur earum continetur. Neque enim seruari eorum temperamẽtum potest nisi eo calore atque humido incolumi. Quæ causa est cur virium hic lapsus, de quo nunc agimus, qui quidem solidorum corporum substantiæ digerendæ succedit, in longissimis morbis subinde incidat, animante ex frequenti atrophia, id est nutriendi defectu, extenuato, præterea in ijs febribus acutis quæ corpus liquant. Itaque lapsum hunc virium protinus atque accidit, duo præcipua symptomata consequuntur, exoluto quidem calore, frigiditas totius corporis: digesta vero solidorum corporum substantia, sudor quem medici συγκοπτικὸν & διαφορητικὸν appellant. Hæc duo sunt παθήματα τὰ συγκοπῆς symptomata, quæ alia etiam cuiusque facultatis propria, pulsus defectio, & sensus motusque priuatio, consequuntur. Ea cũ pluribus de causis excitari possit, sicut à Galeno scriptum est li. 12. meth. med. & li. priore ad Glauconem: omnes tamen in duo genera reducuntur, vnum quidem earum quæ spiritus vel alterant, vt vitiosi succi, ambientis aeris malitia, & venenatæ facultates, vel corrumpunt atque dissipant, cuiusmodi sunt tum affectus animi vehementes, timor gaudium, voluptas, tristitia, anxietas, ira, cura, tum ingens dolor, tum plures motus, cuius generis & vigiliæ sunt, tum immodica eorum tenuitas, & continentium eos corporum raritudo, tum vero ante omnia ipse respiratus prohibitus & nutrimenti defectus. Alterum genus causarum est quæ solidorum ipsorum corporum temperamẽtum vitiant, aut eorum substantiam digerunt, ad quod reducuntur quæcunque trium principiorum, mox vero reliquarum partium quæ in consortium affectus, principia secum ex facili trahunt, temperamentum substantiamque labefactant. Est enim tantus trium principiorum inter se consensus, vt protinus noxas suas inuicem communicent, ipsumque ventriculi os præter reliquas propter exquisitum sensum, si grauiter offendatur, syncopas, quas ab eo στομαχικὰς appellant, accersit. Sunt quidem hæ syncopes causæ, sed magnæ prorsus & vehementes, adeo vt ab ijs ægri non modo λειποθυμῶσι, hoc est, animo linqui, sed totis viribus resolui possint, & proximi periculo esse, scilicet alias spiritu ipso deperdito, alias alterato, aliquando maxima ex parte digesto, non raro hæc vtraque perpesso. Causæ namque eædem minores iam non syncopen, sed animi defectum, λειποψυχίαν à medicis dictum, inducent, magnitudine sola à syncope differentem. Neque enim tanta est per lipopsychias animi exolutio, quanta per syncopas, in quibus nulla omnino vis quæ vel in spiritibus vel in solidis partibus posita sit, integra manet, cum per lipopsychias, etiamsi aliqua ex parte exoluantur spiritus, solidorum tamen corporum quæ multo minus quam spiritus, iniurijs sunt opportuna, substantia non digeritur, sed incolumis persistit. Argumento sudor est, in lipopsychia quidem nullus, sed in syncope perpetuus, & pro causarum magnitudine paucus vel multus. Hic enim veluti terminus quidam lipopsychias à syncopis diuidit, sic vt quæ virium dissolutiones intra sudorem constiterint, lipopsychiæ, siue lipothymiæ, siue exolutiones (vnum enim hæc tria significant) dicantur: quæ vero eum prætergressæ fuerint, & ad sudorem vsque peruenerint, syncopæ, quarum etiam pro sudoris modo magnum sit discrimen. Siquidem nemini dubium esse potest plus in ijs multo esse periculi quibus plurimus sudor accessit, quam quibus exiguus, quod maior virium lapsus ita contingat. Sed quamtuscunque sit, omnem ὀξέως & αἰφνίως, hoc est, repente & vniuersim, fieri debere, ratio τῆς συγκοπῆς exigit. Cum enim ea nulli morbo acumine & pericula concedat, lapsum illum virium confertim & semel & magnum etiam fieri necesse est.

Συγκοπτώδης μαρασμὸς. vocatur quando qui syncope
» fuerint correpti, vehementiam quidem pericu-
» li in præsens euitarunt, Relictum tamen deinceps fuerit aliquid in eis syncopo simile, vt ita dicã
» affectionis. Galen. lib. de Marasmo; Est autem
» vt ait ibidem affectio media & mixta, partim aliquid frigiditatis obtinens, partim etiam aliquid ipsius febris seruans.

Σύγκραμα. apud medicos dicitur potio diluta ex vino & aqua quod κρᾶμα quoque vocatur.

Συγκρίματα. vide συγκρίνειν.

Συγκρίνειν. miscere. verbum Methodicorum proprium, ex quo συγκρίματα appellabant animantium corpora, quasi ex indiuiduorum corpusculorum mistura constarent, & meatuum miscellanea, cui medicandæ, si quando confusa esset, μεταγκριτικὰ φάρμακα ab ijs dicta adhibebant,

bant, quæ & μεταποτρεπτικὰ vocabant.

Συλλεπτος. sic dicitur à quibusdam σικυος ἄγριος, hoc est cucumis anguinus, sicut habetur apud Dioscor.

Συλλόνδρωσις. est ossium siccorum durorumque σύμφυσις per cartilaginem. Sic pubis ossa cartilaginis interuentu nectuntur, & ossa medij pectoris primis annis. ætatis nam que progressu ea per quam vniuntur cartilago ossis in modum indurescit. Similiter & ossium appendices in pueritia cum suis ossibus comascuntur glutinosarum cartilaginum beneficio.

Συλλείσματα. inunctiones. medicamenta sunt τῆς ἀκόπου & facultate & specie simila, nisi quod liquidiorem quodammodo substantiam sortita sunt, vt habetur apud Paulum lib. 7. c. 19.

Συλλυμάδων οὖσα. vide οὖσα.

Σύλλυσις. vitium oculi confusis secum eius humoribus, id quod accidit vt plurimum ex vehementi plaga, interdum vero & ex vueæ tunicæ inflammatione ruptis eius vasis, effusoque humore. Inde pupilla discolor & turbida euadit, & principio quidem maior cernitur, tandem vero contabescit minorque seipsa apparet.

Σύκα. dicuntur apud Hippocratem tumores carnosi in partibus palpebrarum facti, vt author est Gal. in lexico Hippoc.

" Alias vocauit ἐπανασάσεις ὀχθώδεις: Hippocr.
" in Coac. vocauit ἐπανασάσεις ἀφὶ ὀφθαλμῶν, memi-
" nit & huius affect. 3. Epidem. ὀπφύσιες (inquit)
" ἐλεφάντων ἔξωθεν ἔσωθεν φθειρόντες τὰς ὄψιας ἂς σύκα ἐπο-
" νομάζουσιν.

Συκάμινος. duo significat, morum & sycomorum. Galenus libro 5. περὶ κρίσεως cap. 19. agens de gingiuarum curatione, adhibet lac mori, his verbis: ἢ συκάμινα τυπέσι μωρέας, γάλα εἰς οἶνον ἕψας, &c. appellans lac succum siue lacrymam quæ ex radice arboris mori circumfossa & incisa colligitur, sicut Dioscorides lib. 1. testatur. Quam tamen Celsus videtur ignorasse, scribens lib. 3. cap. 18. mori nullam lacrymam esse. Dioscorides autem aperte testatur συκόμορον ab aliquibus συκάμινον vocari, frequentius tamen morum significat vel mori pomum. Significant autem συκάμινα proprie τὰ μόρα. quarum arbor συκαμινέα cognominatur.

" Nicolao autem συκάμινον tumorem seu ex-
" crescentiam quæ mori fructum refert potius de-
" notat, & eum quem forte Iuuenalis Mariscam
" appellat, nam sectione 1. de antid. cap. 418. reme-
" dium tradit quod si admotum fuerit decidet συ-
" κάμινον, vnde patet Nicolaum aliter ac cæteros
" Græcos hanc vsurpasse vocem; Præterea Her-
" mol. Barbarus in Corollario suo c. 55. scribit sy-
" comora quosdam mariscas appellasse.

Σύκα. appellantur Polluci ἀφὶ τῶν ἐδέων κονδυλώματα
" μέλανα ἐν ὀπίσω.

Συκῆ. dicitur à quibusdam ἡ χαμαισύκη, vt habetur apud Dioscoridem. Hippoc. vero in 1. de morb. mulieb. συκῆς pari significatione qua συκάμινα posuit: quod alibi interpretans μορέα dixit. author Gal. in lexico Hippocratis. vbi verba Hippocratis hæc adducit, συρίαν συκῆς ἀπὸ ῥίζης id est, fomentum à radice mori. vt συκῆ sit hoc loco ἡ συκάμινος siue μορέα morus; quum alibi sic vocetur ficus.

Συκίνη. porperam sæpe occurrit pro σικύα, hoc est instrumentum ventrosum, quod corporibus affixum vel spiritu vel leui scarificatu sanguinem elicit. Latine cucurbitulã & cucurbitam vocãt.

Συκίνη. Galenus in lexico Hippocratis exponit τὸ ἐκ ἰσχάδων ἀφέψημα, hoc est, decoctum ficuum arefactarum seu caricarum. manuscriptus codex habet σύκινον: quod magis probo.

Συκίτης οἶνος. Vinum quod è caricis ficubus fiebat. sicut docet Dioscorides lib. 5.

Vocatur etiam χειροχύτης οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Συκόμορος. ficus Ægyptia. Est arbor magna, fico similis, vt ait Dioscorides, vel vt Theophrastus, moro nostrati cum folio tum magnitudine, frõdosa, multo lacte abundans: pomum ter aut quater anno fert non ramis, vt ficus, sed ipso caudice, caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus, quod non maturescit nisi vngue vel ferro scalpatur: sycomoron vocant, eodem cum sua arbore nomine. Appellationis autem ratio diuersa traditur. Dioscorides namque sycomoron vocari prodit, quasi fatuam ficum, propter inefficacem & fatuum gustum. Quod Galeno non placuit, qui ita sentientes deridet, lib. 2. de aliment. scribit autem se plantam ipsam cum suo fructu Alexandriæ vidisse, & fructum quidem consimilem visum ficui paruæ albæ, eumque in medio mororum ac ficuum locari posse, atque ex vtriusque similitudine nomen illi fuisse inditum. Dicitur & συκομορέα.

Hanc & Dioscor. l. 1. c. 182. à quibusdam συκάμινον appellari tradit; dicitur & μωρόσυκος: συκόμορέα autem à Græcis ideo sic vocari opinantur nonnulli, ab ignauo inertique sapore quo argumento scyllam Athenienses esse dicebant συκάμινον ἀλφίτῳ πεπασμένον, id est sycomorum polenta consperſum.

Σῦκον ἡ

Σύκωσις. mariscа, ficus, siue ficatio. Est tumor à fici similitudine sic dictus. Oribasius ad Eustathiũ, ficus, inquit, appellant germina vlcerosa, rotunda, subdura, rubicunda, atque etiam dolorifica. Celsus libro 6. cap. 5. duo tantum eius genera facit, quorum alterum vlcus esse dicit durum, callosum & rotundum, ex quo exiguum quiddam & glutinosum exit in barba maxime exoriens, alterum vero humidum & inæquale, ex quo quod exit, pus est & mali odoris, præcipue in capillo prouenientes. In vtroque autem & fici similitudinem esse & carnem excrescere, & id quidem generale esse. Quod in capite nascitur, tineæ, quæ achoris nomine comprehenditur, speciem esse Arabes scripto prodiderunt, & esse rotundam & duram, in cuius superficie rubor sit, intus autem quiddam granis ficuum simile. Quod in mento erumpit, ab humore fit, inquit Galenus, non solum crasso, sed participe etiam serosæ & tenuis humiditatis, ob quam etiam facile exulceratur. eoque differt ἀπὸ τῆς ἰόνθου. Nascitur vero & in ano, sola magnitudine, inquit Aetius, à thymo differens. Thymus enim eminentia est tuberculosa, aspera, subrubra, oblonga, sed parua, ficus autem illa ipsa est si magnitudine excedit. Latini mariscam appellant, quam aliqui dicunt esse ficum præ pinguedine hiantem, semenque ostentantem. De hoc morbo intelligendum est quod scribit Martialis:

Caduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Gignuntur vel ex præpostera Venere, vel immodica equitatione, vel eius partis attritione aliã ob causã facta. Est & σύκωσις oculi vitiũ, quod

Paulus dicit esse medium inter τράχωμα & τύλωσιν. Esse enim τράχωμα asperitatem palpebræ interna parte: sed maiorem quidem vt veluti incisuras habeat, ὄγκωσιν vocari, vetustiorem vero & quæ iam occalluerit, τύλωσιν. Morbus hic oculi altiores, inquit Aetius, habet eminentias & velut incisas, nec alteri rei quam ficui hianti melius comparari potest.

» Σῦκον. etiã ficus est, & quidem sine vlla adiectione » proprie de matura dici volunt, quoniam immatura dicitur ὄλυνθος, & ea quidem è ficu satiua, » nã quæ ex syluestri ficu seu caprifico decerpitur » ficus immatura proprie φάλης nominatur: Quæ » autem arida ficus est ἰσχὰς vocatur: multi autem » medici ficus inter omnes fructus autumnales » primum habere locum censuerunt, vt lactucam » inter olera cætera vt ait Gal. libr. 2. de aliment. » facult. cap. 40. Athenæus autem libr. 3. σῦκον ex » Demetrio quodam dici refert παρὰ τὸ σύνεσθαι καὶ » κύειν: de ficubus autem si plura scire voles, vide » Gal. 2. de aliment. facult. c. 8. Dioscor. lib. 1 c. » 182. 183. 184. Plin. l. 14. c. 18. & 19. Athenæũ l. 3.

Συκωτὸν ἧπαρ. ficatum iecur. sic dictum ficuum esu præparatum, vt scribit Oribasius. Sic fit omnium præstantissimum, non modo ad voluptatem sed etiam ad alia omnia, si mactandi animalis iecur multarum siccarum ficuum esu præparetur. quam rem in suibus maxime faciũt, quod suilla viscera sunt aliorum visceribus multo suauiora.

» Ait Gal. 3. de aliment. facult. c. 12. συκωτὸν au- » tem ἧπαρ sic appellari docet Mercurialis quod ie- » cur dulcibus naturaliter gaudeat, & probe nu- » triatur, additque pro huius rei confirmatione ve- » teres vt saginarent sues & anseres, ficubus nutri- » uisse, & iecur semper συκωτὸν appellasse: Sed & » insuper inquit Plin. l. 10. c. 22. iecur anseris exem- » ptũ si lacte & mulso repleatur euadere amplissi- » mum, quasi magna sit familiaritas inter iecur & » dulcia; Tale autem iecur anseris ficubus pasti in » delicijs olim habebatur, vnde Horat. Satyr. 8. l. 2.

» *Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi:*

» Hîc & notandum Italis iecur fegato nuncupari.

Συλλογὰς. congregationes, collectiones: translatio facta est ab ijs qui in exercitu congregantur in cohortes, vt exponit Gal. in lexico Hippocratis λόχος enim cohors dicitur.

» Συλλογὰς autem Gallæ obstetrices *le bain*, id est » balneum appellant quod scilicet existiment fœ- » tum haud aliter in illo humore dum vtero gesta- » tur natare, ac suas puerperas in solio aut labro » volutari, dum post partum de more lauantur: » Galen. συλλογὰς exponit ἀθροίσματα. significat au- » tẽ pueris in lucem editis apertas omnes vias per » quas alimenta suscipiuntur & excremẽta repur- » gantur, quæ sensim irrepentia colliguntur, & in » modũ cohortis agminatim coaceruantur: συλλο- » γὰς autem legunt omnia Hippocratis exempla- » ria sed συλλογὰς legit Gal. in exegesi.

Συμβεβηκὸς. accidens. Quid sit apud philosophos, notum esse potest ex Isagoge Porphyrij. Nec vero aliter τὸ συμβεβηκότος nomen vsurpant medici. Distinguunt modo ἀπὸ τῶ συμπτώματος, vt habetur apud Galenum lib. 1. meth. med. Quæ enim, inquit, constitutionem vnde actio nascitur necessario sequuntur, sanis quidem nobis συμβεβηκότα, id est, accidentia, ægrotantibus συμπτώματα nuncupantur. Idem autem sequenti libro tres accidentium differentias constituit. Sunt enim vel vt affectus, vel vt actiones, vel vt passiones, quorum etiam hæc exempla ponit, inambulare, vri cædive, album aut nigrum esse. Vsurpatur etiam τὸ συμβεβηκὸς ad hunc modum, vt ab eo quod τὸ πρῶτον καθ' αὑτὸ, hoc est primum & per se fit, distinguatur, idemque sit ex accidenti fieri quod secundo loco, sicut declarat Gal. lib. de differentijs sympt. exemplo calculorum motorum.

Σύμμετρον. dicitur proprie apud medicos, quod in » omni genere, specie, tempore medium est, & à » summis vtrimque finibus distat æqualiter, Ge- » neraliterque id omne quod inter extrema me- » dium est: Possis dicere moderatum seu contem- » peratum, sic in animantium genere σύμμετρον est » homo: in hominum autem specie is quem εὔκρα- » τον Græci vocant: sic inter medicamenta σύμμε- » τρον illud vocat Gal. l. 2. de simpl. medic. facult. c. » vlt. quod neque calefacit nec refrigerat, nec de- » siccat nec humectat. »

Συμμύειν. conniuere: Quid sit apud Hippocr. quan- » tumque ἀπὸ τῶ ἀποπίζειν id est à comprimendo » distinguatur illius significatio, manifestum fiet si » cum aphor. 48. lib. 5. ὁκόσαι παρὰ τὴν φύσιν παχεῖαι, » &c. conferatur interpretatio aphor. 52. & 54. » eiusdem libri, ad quos eo diligentius attenden- » dum existimamus quod in illis exponendis in- » terpretes nonnulli summopere lapsi sint: & ex » eorum perspicientia quid sit oris vteri conni- » uentia satis intelligit lector: quodque in grauidis » os conniuet, & quod conniuet quoque in vacuis » quibusdam (quanquam dissimiliter) intelliget » ex commentarijs Galeni ad eos aphorismos, si- » quidem conniuentiæ (ait) discrepantiam in illis » patefaciat durities: Quam etiam stricte os vteri » non solum conniueat, sed claudatur in grauida » Galenus explicauit tum ex sua tum ex Herophili » sententia 3. de natur. facultat. itaque tum medi- » ci tum philosophi venas matricem & musculos » cohibentes vesicam, modo συμμύειν dicunt, modo » συμπίπτειν. »

Συμπάθεια. consensus mutuus, societas, est duorum naturalis quædam coniunctio & concordia; Cicero continuationem, conuenientiamque naturæ, miris atq; efficacibus verbis appellauit, aliàs naturæ cognationem, Plinius in præmio lib. 20. amicitiam rerum, in 37. lib. Concordiam; Sympathiam autem similitudo vel generis vel naturæ, vel temperamenti, vel morum, vel rerũ aliarum conciliat. In plurimis vero causa ignoratur, eamque philosophi & medici etiam sapiẽtissimi ad substantiæ totius familiaritatem atque occultam quandã vim & proprietatẽ retulerunt, quã si quis sit qui se nosse profiteatur, nõ caret arrogantiæ impudentiæq; nota. Huiusmodi sympathiæ exẽpla permulta à philosophis referũtur, vt magnetis cũ ferro, purgantiũ medicamentorum cum humoribus, elephanti cũ homine, hominis cum plærisque animalibus, herbis & fructibus quibus salubriter vescitur. Huic sympathiæ cõtraria est antipathia, quæ non est aliud quam cæca rerum inter se discordia. Paulo aliter τὸ συμπαθείας nomen medici vsurpant, cum eam distinguunt ἀπὸ τῆς ἰδιοπαθείας. Tunc enim significant partis alicuius affectionem non proprie quidem & primario, vel per se laborantis, sed per societatem & consensum alterius. Id autem duobus modis posse fieri Galen. libr. 1. de locis affectis demonstrauit, siquidem vel absolute, vel per

priuationem eiusmodi sympathia contingit: absolute quidem an positiue dicas nihil refert. Fit autem id sympathiæ genus quando à parte primariò affecta aliquid in aliam velut vmbra per viam transit, quod causam morbo præbeat. Id autem tum vapor, tum humor esse potest. Sic tenues humores aut vitiosi vapores à ventriculo, vtero, aut alia parte in cerebrum sublati, dolorem mentisque abalienationem mouent, in oculos vero ijs similia excitant quæ per suffusiones cernũtur. Itaque quoniã ob sympathiam affectiones eiusmodi oriuntur, nec cerebrum, nec oculi tunc proprie & primario laborant, nec debetur etiam ijs proprie curatio, sed ei tantum particulæ à qua affectionum eiusmodi causa dimanauit. Vide autem ne in distinguenda idiopathia & sympathia hallucineris, nec existimes partem omnem per sympathiam affici quęcumque ab alia afficitur. Distillatio sæpe pleuritidem excitauit, angina versa est in peripneumoniam, dysenteria in lienteriam, febris in abscessum, nec tamen eo casu pleura, nec pulmo, nec ventriculus, nec pars abscessu tentata per sympathiam laborant, sed cum & causa affectus & ipsa affectio in ijs ipsis partibus hæreant & constiterint, primario κατ' ἰδιοπάθειαν laborare dicentur. Siquidem sanatis etiam ijs partibus, à quibus primum affectio profecta est, ipsa nihilominus perseuerat constansque & stabilis est, atque propriam curationem desiderat, quorum neutrum affectui per cõsensum facto proprium est. Hic enim ita dependet ab alio vt vmbra à corpore. Aliud sympathiæ genus est quod per priuationem fit, tum facultatis in partem aliquam influere solitæ, tum materiæ ad edẽdam actionem necessariæ. Quum enim affecta parte aliqua pars alia eo priuatur quod ei naturaliter adesse consueuit, tum per consensum affecta esse dicitur. Sic digiti per paralysim affecti sunt, quod sentiendi vel mouendi facultas ad eos iam non descendit, nullo tamen vitio in digitis per idiopathiam existente, sed quia eo priuantur quod ipsis sanis aderat ad obeundam actionem. Sic & vox seu larynx per sympathiam læditur, si efflatione, vocis materia priuatus sit thorax, quoniam perfossus ipse sit, aut quia intercostales musculi resoluti sint, aut quia spina metaphreni, vel cerui cis tota affecta sit, cum tamen per eam aphoniam nullum vitium, nullaque affectio propria sit vocalium instrumentorum, sed tantum quod laryngi materia vocis desit. Quoties enim parti alicui deest id quod secũdum naturam ad actionem ei aderat, iure optimo eam affici dicendum est. Quippe ex ipso verbo συμπάσχειν partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici declaratur. Et reuera illius actio, vel omnino perit, vel deprauatur, vel imminuitur: nec tamen ideo pars ea ægrotare proprie dicetur, nec talis eius affectio proprie morbus vocabitur. Siquidem ei parti nec morbus ipse, nec morbi causa insidet, nec est necesse partem omnem cuius actio læsa sit, statim etiam morbo teneri.

Συμπαρεμπτώσεις. dicuntur Hippocrati conflictus velut acie instructa, atque hac dictione conflictum inter morbum naturam & alimẽta innuit.

Συμπαραπήρησις. est iudicatio apparentium quæ non ex seipsis verum ex alijs signis comprehenduntur. vocabulum est Empiricorum proprium.

Συμπάσματα dicuntur quæ alijs διαπάσματα, & quæ corpori inspergũtur, aspergines Aureliano l. 3. τ χρ. c. 5. & 7.

Σύμπηξις concoctio, quæ & πέψις dicitur. de qua vide suo loco.

Σύμπτωμα. duobus modis dicitur authore Galeno. Generatim quidem quicquid animanti præter naturam accidit, id est morbus & causa morbi interna, quæque morbo superueniunt. Speciatim vero quicquid præter naturam accidit, exceptis morbis & eorum causis. Sic sumptum symptoma non aliud est quam affectus præter naturam qui morbum, velut vmbra corpus, sequitur. Huius tres à medicis differentiæ assignãtur. Aut enim consistit in actionum offensa, aut in corporum ipsorum affectu, aut in retentis vacuatisue immodice. Quorum symptomatum singula varias etiam habent differentias. Siquidem animalium actionum noxæ triplices sunt. Primæ quidem sensilium, vt visionis, auditionis, gustus, odoratus, tactusque aboliti, debilis aut deprauati: vel sunt motricum actionum, vel principum, vt imaginationis, ratiocinationis & memoriæ similiter abolitæ uel debilis vel deprauatæ. Secundæ vero sunt naturalium; vt attractionis, retentionis, alterationis, & expulsionis. Tertiæ vero vitalium, vt pulsationis abolitæ, debilis aut deprauatæ. Eorum autem symptomatum quæ consistunt in corporum affectionibus quinque sunt differentiæ, pro sensuum numero. Aut enim consistunt in visu, cuiusmodi sunt colores præter naturam in toto corpore, aut certis quibusdam partibus: aut in auditu, cuiusmodi sunt voces clangolosæ, tremulæ, raucæ, & soni, strepitus atque murmura in quauis parte excitata: aut in olfactu, quæ non sunt aliud quam graueolentia respirando aut transpiratu totius corporis percepta, vel prodiens ab auribus, naribus, axillis aut ventriculo per ructus acidos, nidorosos & virosos: aut in gustu, quæ non aliud sunt quam sapor varius excrementorum è singulis partibus prodeuntium: aut in tactu, cuiusmodi sunt calor, frigus, humiditas, siccitasque & ex ijs inducta mollities, durities aut alia quædam qualitas in quauis parte. Tertiæ vero sunt eorum quæ præter naturam vel excernuntur vel retinentur in corpore: quorum triplex differentia est. Aut enim tota substantia præter naturam sunt, vt sanguinis profluuium ex morbo aut aliquo symptomate (morbos enim symptomata consequuntur non modo primo, sed plærunque alterius symptomatis interuẽtu) excitatum: aut qualitate, aut quantitate, quorum exempla notissima sunt. Idem vero etiam ἐπιβόημα appellatur: atque etiam συμβεβηκὸς: nisi existimentur differre inter se, quod συμβεβηκότα dicantur ea quæ necessario sequuntur corporis constitutionem per quam aliquid agimus, bene valentes & sani: συμπτώματα vero, quæ nobis ægrotantibus accidunt.

Συμπτωματικὴ κένωσις, ἢ ἔκκρισις, vacuatio symptomatica seu quæ præter naturam est: Talis autem appellatur quæ fit, non vi aut robore naturæ, sed morbi, vnde fit vt & sit inutilis & praue dispositionis signum: Incipiente autem morbo contingit plerumque & præsente humorum eruditate, & grauata natura à causis morbum faciẽtibus, vt aliquid tũ bene vacuari sit impossibile, siquidem oportet coctionem præire in

» omni bene instituta vacuatione, & discretionē
» vt bona sit crisis Galen. authore in aph. 22. l. 4.

Συμπτωματικὸς πυρετὸς. febris symptomatica: Scien-
» dum vero est nec apud Hippoc. nec Gal. quod
» sciam reperiri hoc febris epithetum, sed eā cū
» vult designare dicit πυρετὸν μετὰ πατηδότος τόπου, li-
» cet tamen reperiatur κένωσις συμπτωματικὴ: Sic ve-
» ro febris vocatur cuius proxima materia conti-
» nensque causa non in venis est maioribus, sed in
» parte aliquapiā, è qua aut putredinis quiddam,
» aut teter putridusque vapor in cor obrepit, at-
» que eius quidem genera multa sunt, vnum in-
» flammationes sequitur externarum quidem &
» distantium, vel internarum partium, ab illis fe-
» bris ephemera succenditur; ab his putrida; alte-
» rum febris symptomaticæ genus multo obscu-
» rius est, eam febrem continens quæ lenta dici-
» tur, oriturq; non è partis vel visceris cuiusquam
» inflammatione, sed è latente obstructione &
» putredine quæ viscera contumaciter adhæresci
» impactaque est, adeo vt & ipsa viscera substan-
» tia plærumque labefactetur, symptomatica au-
» tem febris omnino in continuarum est genere,
» neque vlla vnquam visa est intermittens.

Σύμπτωσις. est vasorum subsidentia & contractio
» ceu in euacuationibus contingit, cui opponitur
» διάλυσις. vide supra ξύμπτωσις.

Σύμφυσις. est naturalis ossium vnio. Naturalis quidem, vt ait Galenus, dicta est, quod quæ parum vel omnino luxata sunt, inter se quidem cohæreant, fractaque inducto callo vniantur, sed non secundum naturam. Est secunda species coniunctionis ossium. Siquidem omnia inter se coniunguntur vel κατ' ἄρθρον, vel κατὰ σύμφυσιν. Est autem σύμφυσις apud Hippocratem idem quod ζωάρθρωσις. Sunt autem συμφύσεως duæ primæ differentiæ, aliqua enim ossa sibi inuicem connascuntur, alia materiæ alterius interuentu. Quæ enim fungosiora mollioraque sunt, mutuo inter se coalescunt: sicciora vero & duriora aliorum interuentu. Rursus eorum quæ per alia coalescunt, tres sunt differentiæ, συλλήρωσις, συμπύρωσις, συνάρθρωσις.

» Est & σύμφυσις Paul. l. 6. cap. 15. idem quod
» πρόσφυσις Aetio l. 7. cap. 64. coalescentia scilicet,
» vel agglutinatio, oculorum nimirum affectio
» quædam quando eorum palpebræ inuicem coa-
» lescunt, siue albo aut nigro, aut toto demum
» oculo: quoties vero albo palpebræ agglutinan-
» tur, & oculi motus impeditur (inquit Aet.) affe-
» ctionem hoc ἀλκύλωσιν, id est detentionem seu
» contractionem vocant; idem fere author Isago-
» ges: Celsus vero l. 7. c. 7. affectum hunc quouis
» modo fiat ἀγκυλοβλέφαρον nuncupat: Razis inter-
» pres inuiscationem, & consolidationem palpe-
» brarum, Auenzoar coniunctionem seu sigilla-
» tionem.

Συμπυτικὸν φάρμακον medicamentum quo quidem
» efficitur vt aliquid coalescat apud Galenum.

Σύμφυτον. duplex est. vnum πετραῖον dictum, quod nascatur in petris. ramis est tenuibus, paruis, origano similibus, capitulis & folijs thymi: lignosum totum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens: longa radice, subrufa, digitali crassitudine. Contrarias habet vires: vim incidendi, qua collectum in thorace pus expurgat: & vim contrahendi, qua reiectionibus sanguinis auxiliatur. præterea humidum calidumque est, multum digerit, contrahit & constringit. Alterum vero σύμφυτον est, quod aliqui πικτὸν vocant. Id caulem emittit bicubitalem aut maiorem, crassum, leuem, angulosum & sonchi inanem, circa quem breui interuacante spatio folia exeunt angusta, bugloss̄o proxima, oblonga, hirsuta. Caule secundum angulos quosdam striato: folijs tenuibus, ex alarum sinu prodeuntibus, in quibus flores lutei, & circa caulem veluti verbasci folia emicant. Tam caulis quam folia aspera lanugine horrent, tactuque pruritum concitant. Radices demittuntur foris nigræ, intus candidæ, viscosæ, quarum est vsus. Similes alteri vires habet, præter dulcedinem & odoratum. σύμφυτον etiam à quibusdā dictā fuisse πλὴν γλυκυῤῥίζαν Dioscorides author est. forte propter effectus similitudinem. Habet enim symphytum quamplurima glycyrrhizæ affinia, vt recte inter ἀντιπαλίμβολα censeri possint.

Συμφωνίαι. apud Hipp. lib. de aere aq. & loc. vbi symphoniarum nomine intelliguntur tres facultates principes, in tribus principibus partibus locatæ, cerebro scilicet iecore & corde quorū mutuis officijs stat animal, differentibus vero perit.

Συμφωνιακὴ. herba est quam Apuleius interpretatur Apollinarem, siue hyoscyamum.

Συμφωνίαν. vocat Nemesius lib. de hominis natura, librum Galeni de placitis Hippocr. & Platon. quasi ipsius tempestate sub hoc titulo ab aliquibus legeretur cum in illo summorum virorum concordiæ declarentur.

Σύμφωνος. nomen est medicamenti ad tussim optimi, cuius mentio fit apud Galenū lib. 7. τ῀ κῆ πόν. Descriptio habetur apud Aetium lib. 8.

Sic vero appellatum videtur à concordi ac conueniente efficacia ad affectus curandos quibus est destinatum; iuxta quam rationem & alia quædam confectio à Gal. loco citato ἁρμονία dicta est; ea vero quæ hic σύμφωνος vocatur alio nomine λεξοπύρετος dicitur vt inquit ibidem Galen.

Σωάλμα. vel humor quidam concretus, vel internus tumor, vel hypostasis, vel callus, vt melius videre est lib. 6. τ῀ ἐπιδημιῶν. refert Gal. in lexico Hippocr.

Σωάζοντα φάρμακα. vide στυπτικὰ.

Σωάλγη. angina. vide. κυνάγχη.

Σωάλκη στομαχικὴ. stomachi certa quædam affectio sic vocatur à Cælio Aurel. l. 3. τ῀ χρον. c. 2.

Σωαπτὰ. Græcis concausæ dicuntur quæ solæ priuatim & per se nihil possunt, sed tantum cum alijs parem potestatem habentibus coniunctæ euentum faciunt.

Σωανδρεῦσθαι, vel σωανδρεῦσις. est in virilem ætatem adolescere: de morbo vero apud Hippocratem vsurpatur qui vna cum viris increscit, maior efficitur & corroboratur velut de morbo comitiali.

Συνάρθρωσις. est compositio κατ' ἄρθρον ossium quę nec valide nec manifesto, sed obscure & difficulter mouentur. Species eius tres sunt, ῥαφὴ, γόμφωσις, ἁρμονία.

Συνδησμος. ligamentum. Est pars corporis simplex, post os & cartilaginem maxime terrestris, partem parti alligans, muniens, vestiens. Itaque dura siccaque est, frigida etiam est tum ob id, tum quod exanguis sit. Hæc pars neruo similis est, quoniam alba est & solida: sed neruus non est, quia penitus ex se insēsilis est, nec mouere quicquam potest, & neruo est multo durior, nec à cerebro nec à rhachitide nascitur, sed ab osse vel

cartilagine vel osse cartilaginoso vel membrana, & in os aut cartilaginem aut musculum aut partem alia u inseritur. Est id quidem ligamentum speciatim & proprie dictum. Interdum namque generatim & abusiue ligamentum medicis latius patet, vt etiam quicquid in corpore alterum alteri colligat, ligamentum dicatur. Sic cutis reliquarum corporis partium est ligamentum tum per se tum membranarum, neruulorum, venularum & alicubi arteriolarum intuētu, per quæ eadem cutis subiecto adipi, membranæ carnosæ, musculis & alijs prope omnibus internis partibus cōnectitur. Cæteræ etiam corporis partes sibi inuicem colligatæ sustinentur. Peritonæos quoque tunica diaphragmati, hepati, lieni, ventriculo, intestinis, renibus, vesicæ, vtero, venæ tum portæ tum cauæ inferiori, arteriæ inferiori, epiploo, mesaræo cum lumbis ligamentum est. Et meninges cerebro cerebrique partibus cum cranio & pericranio vinculum sunt. Sic, vt semel finiam, partes corporis omnes sibi continuæ colligantur, vel aliarum interuentu, vt sit verum omnia ossibus & periosteis per se aut per aliud cohærere. Id autem ligamentorum genus, neruorum quos recipit beneficio, sensus tactorij prope totum est particeps, cum proprie dictum ligamentum, ossosum scilicet aut cartilaginosum, quod articulos colligat, & tendones induit, constituit, munit, neruis & sensu careat. Ex ligamentis autem proprie speciatimque dictis quamplurima ab osse in os inseruntur, partim articulos, partim ossa ipsa firmantia, vt quæ brachium cum cubito & radio, & femur cum tibia coniungunt, item articulum brachij cum omoplata. Alia vero multa his similia vsu, à cartilagine ossis vicaria in cartilaginē implantantur. Sunt autem ea tenuia & membranosa, vt quæ sunt in costarū notharum finibus, atque etiam verarum, quandiu scilicet ossium sterni commissuræ per ætatem tenerā sunt cartilaginosæ. Talia quoque primis annis sunt in imo fine coccygis. Talia denique bronchia asperæ arteriæ omnia colligant. Nonnulla etiam ligamenta ab osse nata in cartilaginem inseruntur, vt cartilaginosa duo & crassa in genu, vnum à condyli interni radice interna in cartilaginem genu mobilem externo condylo destinatam, & in tibiæ apophysim subditam: alterum illi subditum multo crassius, etiam obliquum in mediam & cauatam tibiæ apophysim. Ligamenta etiam proprie dicta ab osse vel cartilagine vel membrana procedunt in musculorum omnium capita cum nerno, ad musculi vel tendonis villorum neruosorum robur. ipsa quoque in villos diuisa. horum pars plurima ab ossibus ipsis musculorum principio propinquis quidem à cartilagine, non pauci à membrana nascuntur. Sunt vero etiam ligamenta quædam mediæ quodammodo naturæ inter illa tum generatim tum speciatim dicta, partim ex ossibus aut cartilaginibus, partim aliūde nata, quæ tamen non in os vel cartilaginem vel tendonem vel musculum procedunt, vt quæ ab ossibus pubis nascuntur gemina, sed cana & receptis insignibus neruis sentientia, & maximam penis partem constituentia. Cæterum ex ligamentis proprie dictis quæ quidem ab osse vel cartilagine partibus nō sentientibus oriuntur, non sentiunt, nisi horū quædam neruos acceperint, vt quæ penem constituunt, linguam & penem firmant. Quæ vero ex periosteo, membranisque alijs sentientibus oriuntur, sentiunt, sicut & illa quæ à tendonibus ad articulos dilatatis prodeunt, cuiusmodi habentur in calcaneo, epigonatide, digitis, alijsque partibus non paucis. Quæ res imposuit quibusdam putantibus ligamenta vera nunc sentire, cum neruos non recipiāt, nec à cerebro aut rhachitide oriantur, nunc non sentire. Ex his perspicui sunt ligamentorum tres vsus præcipui, qui sunt ligandi, muniendi atque vestiendi.

Συμπτωμάτων. cōcursus. Est multorum symptomatum siue signorum cumulus, aliquid faciendum præscribens. proprius est Empiricorum. Qui enim experientia sola rem inuestigat, tales concursus respicit, & quæ accidisse viderit, in vnum colligit. Cumque sæpe eadem viderit vno in morbo, omnia memoriæ commendat, atque vbi ex hac obseruatione multos concursus fuerit expertus, tunc quæ in multis cōcursibus, quæ item in vno tantum euenisse comperit, diligenter obseruat, atque ita demum in communium & propriorum cognitionem venit: quam consequitur signorum in vi & efficacia diuersitatis animaduersio. Quod enim in multis concursibus fuit obseruatum, quam quod in paucis, quod in paucis, quam quod in duobus, quod in duobus, quā quod in vno tantum, maiorē vim habet. Exempli causa Empiricus, ex nonnullis quæ liquido apparent notis circa ægrum, dicet sibi compertum esse sanguinem ægro mitti debere. Si quæras quænam eæ sint, respondebit distentionem vasorum, & ruborem & grauitatem corporis vniuersi & pigritiam ad motiones & tensiones membrorum, adhæc vlcerosæ lassitudinis sensum, & traductam in ocio priorem vitam, ciborum & potus copiam, & solitarum excretionum suppressionem, atq; ex hac syndrome siue concursu venæ secandæ vtilitatem à se obseruatam esse. Talis quidem est Empiricorum συμπτωμάτων πλῆθος, ad cuius similitudinem alios in alijs morbis concursus æstimare potes, vt περιπνευμονικὸν, συναγχικὸν, ὀπισθοτονικὸν & reliquas. Verum tales συμπτώματα Galen. ridet, quod tum rarissimæ, tum longissimæ sint, quodque non protinus appareant, vt interea dum concursus omnium symptomatum expectatur, mora adhibēdi remedij periculum afferat. Facilius multo & citius qui ratione signorum vniuscuiusque morbi inuentionem indagat, & communia & propria cognoscit. Vbi enim brachium ex propria sede excidisse, & in alam prolapsum esse animaduerterit, reliqua omnia etiam simul intelliget, vt tumorem illic præter naturam esse appariturum, deinde sinuatum in superhumerali locum futurum, capite brachij quod in alam recessit, priuatum, tum dolore vehementi infestādos musculos, & euenturum vt brachium doleat, si admouere id ad costas velit. Itaque non expectato eorum omnium concursu, statim iudicabit brachium è propria sede excidisse, & superuenientibus symptomatis remedia comparabit, vt non immerito talem Empiricorum συμπτωμάτων Galenus reprehendisse videatur.

Συνουσιῶν. coitus dicitur apud Aristotelem, quasi duorum coalitus 6. de histor. animal. capite 18.

Συμβεβηκότα σημεῖα. assidentia signa. Sunt signa non necessaria nec propria nec à rebus ipsis insepara-

bilia, sed quę vt plurimum accidunt, vt in ardente febre lingua ficca, aspera, nigra, ventris, morsus, deiectiones pallidę, vehemens sitis, vigiliæ & deliria. Ex his autem aliqua simul inuadunt, aliquando superueniunt, sæpe vero nunquam apparent. Neque enim sunt ab ardente febre inseparabilia, neque eius substantiam constituunt, sed proprias tantum faciunt eius differentias, vt scripsit Gal. comment. in aphor. 12. libr. 1. Idem vero & de alijs morbis iudicandum.

Συνεκτικὴ αἰτία. causa continens, quam aliqui contentiuam etiam dicunt. vide αἰτία.

» Hanc abditam & morbos continentem
» vocat Celsus ex Galeno quā definiunt nonnul-
» li quæ præsens præsentem facit morburn, disce-
» dens separataque tollit, qualis est in vesica cal-
» culus; hanc & Galenum inquiunt non admisis-
» se, nisi interdum vt otiosam de nominibus alter-
» cationem euitaret.

Συνεκχυμοῦν. coeffundere, hoc est, naturam effundentem & vacuationes molientem adiuuare & incitare, apud Hippoc. libr. 6. τ ἐπιδημιῶν. addit vero etiam quiddam Galen. in lexico Hippocr. hoc est, commiscere & contemperare sanis succis eos qui sunt vitiati.

Συνδεικνύμενα. coindicantia. dicuntur ea quæ primæ præcipuęque indicationi consentiunt. Nam cum prima indicatio, quæ quid agendum sit ostendit, à morbo petatur, nemo tamen ei obsequi audeat, nisi reliqua aut eorum pars maxima quæ considerandа sunt, consenserint. Ea autem sunt virtus, natura, ætas, anni tempus, regio, consuetudo, & si qua sunt id genus alia. his autem opposita sunt ἀντιδεικνύμενα, quæ contrariam indicationem habent.

Συνέρεισις. conclusione. τὴν ὅλον συλλείσεσ ait Galen. in lexico Hippoc.

Συνεστὸς διαχώρημα. alui egestio compacta & coacta
» dicitur, scilicet quæ probe inter se cohæret, con-
» tinua est, suamque consistentiam & figuram ser-
» uat, non autem difflnit aut diuellitur, quod fa-
» ciunt liquida humida & aquea: Galen. comm.
» 2. in progn. interpretatur ὥσε μήτε σκληρὰ παν-
» τελῶς εἶναι ὡς λιθώδη, μηδ' ὑγρὰ τελέως ὡς διύεσθ
» διαρρεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μαλακὰ, μέχρι τοῦ μόνον
» ἅπτ συνιζῶντα, Celsus c. 3. l. 2. figuratam exposuit:
» sic in Coacis quoque Hippoc. τῶν ἐξυγραινομένων
» διαχωρήματα τὰ συνιζάνοντα opponit: vide plura in
» voce ὑπόχωρημα.

Συνύσεις, καὶ ἐξαπλώσεις. dicuntur conniuentiæ &
» expansiones, cum calor in nobis innatus secun-
» dum naturā habēs, mediocriter & paulatim intro
» nutat, & in seipsum conniuet, deinde expanditur.

Συνεστραμμένα ὦτα. aures contractæ vide οὖς.

Συνεχὴς πυρετός. continua febris. Est cuius à principio ad finem vnica est accessio in multos dies producta: vel, in qua nunquam febris intermittit. Cuius duæ species assignantur, vna σύνοχος dicta, altera συνεχὴς generis sui nomine, sicut plærisque alijs differentijs accidit, quibus nomina indita non sunt. Rursus σύνοχος duplex est, non putris & putris: vtraque adhuc triplex, ὁμοπνοος, ἀναβατικὸς, παρακμαστικὸς, inditis nominibus à febrium mutationibus quas habent non per aliquos circuitus, in modum intermittentium, sed toto quo durant spatio: ὁμόπνοος enim dicitur cuius vnica accessio à principio ad finem vsque eodem tenore perseuerat, vt ἀναβατικὸς quæ paulatim increscit, & παρακμαστικὸς quæ perpetuo sensim que decrescit. Febris autem συνεχὴς, quam speciem esse statuimus triplex est, pituitosa, biliosa, &, quæ raro accidit, melancholica, quarum trium ab initio ad finem vnica est accessio, vt & trium synochorum prædictarum. sed hoc interest quod in synochis nulla aut minima ab initio ad finem mutatio fiat, istis vero mutatio accidat, pituitosis quotidie, biliosis tertio quoque die, melancholicis quarto, vt scribit Galen. libr. 1. Epidem. ex sententia iuniorum medicorum. Porro hæc mutatio non aliud est quam noua quædam exacerbatio, & febris reduplicatio, per quam noua quædam accessio prehendere videtur. Nam vt per initia accessionis intermittentium horror, aut frigus partium extremarum fit & ad somnum propensio, pigritia insignis, inæqualitas quædam caloris, & pulsus paruus, debilis, tardus, rarus, ita dum istæ exacerbationes prehendunt, augentur aut vigent, sitim, dolorem capitis vehementem, inquietudinem, calorem intolerabilem excitant, vt aliquando videri possit continua febris cum sua & sibi finitima intermittente coniuncta. Verum in continente biliosa per exacerbationes rigor non fit, vt per accessionem tertianæ intermittentis, nisi forte cum tempus crisis instat. Corpus enim continuo calore cōcalfactum minus sentit morsum bilis eam exacerbationem committentis propter eius exiguitatem: cum vero proxima crisis est, perfacile, quia corpus à largissima & copiosissima bile vbique pungitur. Eas in continuis exacerbationes medici παρεξυσμοὺς etiam appellant non minus quam in intermittentibus, sed illarum solutionem παρακμὴν non autem, vt intermittentium, ἀπυρεξίαν. Ista quidem vna est continuarum ab intermittentibus differentia, sumpta ab accessionibus, præterquam alia est à loco in quo materia febrilis continetur. Siquidem per intermittentes febres humor in habitu corporis putret, sicut ante διαλείποντα πυρετὸν explicantes annotauimus, per continuas vero in maioribus vasis continetur, quæ sunt magnæ inter alas & inguina arteriæ venæque. Quæ causa est cur in continuis nullus horror, rigor, refrigeratio, non vlla ἐπακμασία sit febris intermittentis, quod materia per sentientes partes non feratur. Quorum si quid acciderit, implexum intermittentis cum continua esse iudicandum est.

Συνεχείας λύσις. continui solutio dicitur barbare quidem sed tamen magis proprie dici non potuit; « συνέχεια autem est coniunctio partium conti- « nuarum per symphysim, & contiguarum per « ἁφὴν; harum namque diuisio etiam continui « solutio dicitur, id est contiguri; per συνέχειαν autem pars vnaquæque corporis cum alijs coniun- « ctam suam habet περιγραφὴν ἰδίαν, id est propriam « circunscriptionem: est autem solutio continui « tertium morbi genus atque differentia, tam in « similaribus quam in dissimilaribus partibus « consistens, cum enim tam similari quam dis- « similari parti, commune sit vt particularum « continuatione, earumque coagmentatione, & « adhæsu consistat, harum dissolutio vtriusque « morbus est, & vtriusque functionibus peræque « incommodat. Solutioni autem continui varia « ex partium differentijs nomina medici posue- « runt, ossis enim solutio trāsuersa fractura dicitur, « Recta vero, fissio, Cartilaginis quæcumque sit «

» ſolutio nomen nondum inuenit; nerui ſolutio-
» nes ſunt punctura, & inciſio in tranſuerſum, &
» fiſſura in rectum; membranarum omnis ſolutio
» ruptura dici ſolet; Cutis leuior ſolutio ſolam
» Epidermidem diuelliens excoriatio eſt, at quæ in
» veram cutem aut altius in carnem penetrat, aut
» vulnus eſt, aut vlcus; Cor ex omnibus partibus
» vnum nullam ſolutionem tolerat, quin conti-
» nuo animans morte extinguatur. Aliæ complu-
» res extant tum ſimilarium, tum organicarum
» partium ſolutiones, quas cum necdum vſus pro-
» prijs nominibus notauerit, communi totius no-
» mine appellamus.

Σωβαπάθια. vide σωπάθια paulo poſt.

Σωμπεφωμένα. hoc eſt σωμπεφορμένα. coaptata, coadunata. vt in libro de curandis luxatis apud Hippocrat.

» In principio τῷ μεγίκῳ pro hoc participio ha-
» bemus σωμπεφωμένα, ſignificatione eadem à
» συναρτάω.

Σωμφεῖς. obtectum & adumbratum. refert Galen. in lexico Hippocr.

Σωμφὸς. eſt oſſium inter ſe compoſitio, qualiſcumque ea ſit: eſt enim ſummi generis nomen. eam alijs quoque nominibus σωμπαξὶν καὶ ὁμιλὰν vocari tradit Gal. lib. de oſſibus. Præterea C. Plinius ſecundus libro primo de medicina ſcribit σωμφὸν morbum eſſe nec periculo, nec facie phthiſi diſſimilem: inter tam multos authores ſolus quid ſcripſerit.

» Sed forſitan apud Plin. eo loci σωμπῆξις legen-
» dum.

» Σωμφὸτατα διαχωρήματα. vide ὑποχώρημα.

Σωμφὸτατος πυρετὸς. febris compoſita opponitur τῷ ἁ-
» πλῷ ſimplici: Galen. autem 2. de febribus plu-
» res facit febrium compoſitarum differentias;
» vel enim febres quæ inter ſe componuntur ſunt
» ἐμπλεκόμεναι implicitæ, vel δι' ὅλων κερασσύμεναι, d eſt
» commixtæ & confuſæ; illam compoſitionem
» ἐμπλοκὴν vocat 2. de differ. febr. c. 1. hanc vero
» κρᾶσιν: Ἐμπλεκόμεναι dicũtur quæ ita componun-
» tur vt harum acceſſiones diuerſis horis inuadãt,
» etſi acceſſionum vtriuſque partes quædam in
» tempus idem aliquod cõcurrant, & ſimul con-
» fundantur; κερασσύμεναι vero ſunt quæ ita compo-
» nuntur, vt ſimul incipiant, ſimulque deſinant,
» ita vt neutra earum ſeorſim internoſci poſſit,
» habeantque ſymptomata omnia confuſa; fiunt
» hæ ex diuerſis humoribus ſimul mixtis, & in vno
» eodemque foco putreſcẽtibus, illæ vero ex ijſ-
» dem à ſe inuicem ſeparatis, nec in eodem loco
» putreſcentibus, ita vt etiam ſeparatos habeant
» motus; Vtraque autem differentia rurſus in plu-
» res diuiditur, nam in implicatione febrium ali-
» quando implicatur intermittens cum continua.
» Eſtque illa difficillima vixque explorabilis mix-
» tio: hæc in hemitritæo aliquando cernitur, illo
» nimirum cuius acceſſiones diuerſis horis pre-
» hendunt, ſi enim ijſdem horis inuadant, iam nõ
» implicatarum, ſed febrium confuſarum ge-
» nere collocat Galen. Aliquando vero inter-
» mittens cum intermittente implicatur, æque
» vel diuerſæ ſpeciei, vt quotidiana cum tertiana,
vel tertiana cum quartana, ſed fit id raro admo- «
dum; vel eiuſdem ſpeciei vt quotidiana cũ quo- «
tidiana, quæ duplex quotidiana dicitur, quæ ra- «
rius accidit. Tertiana cum tertiana quæ duplex «
tertiana dicitur, vulgo apud nos frequens, huius «
acceſſiones quotidie fiunt, ſed nec ſymptoma- «
tis partes, nec ijſdem horis, nam fere quæ im- «
paribus fiunt, ſibi inuicem ſimiles fiunt, quæ au- «
tem partibus ibidem inter ſe ſimiles; Galenus in «
quodam adoleſcente obſeruauit triplicem ter- «
tianam vt ſcribit libr. 2. de criſib. c. 9. Quartana «
etiam cum quartana implicatur frequenter, di- «
citurque duplex quartana, cum per duos dies «
duæ fiunt acceſſiones, & vno tantum die inter- «
miſſio; aliquando triplex quartana implicatur, «
cum quotidie acceſſiones fiunt quartanæ na- «
turam referentes, ſed inter ſe diſſimiles, ita vt «
quæ de 4. die in 4. diem fiunt ſibi inuicem ſimi- «
les exiſtant. Continua vero cum continua im- «
plicari non poteſt, ſed tantum confundi, nam in «
vtraque cũ humores in vaſis maioribus putreſ- «
cant, ſimul etiam quin miſceantur & confun- «
dantur, fieri non poteſt: iam vero in confuſione «
febrium multæ etiam ſunt differentiæ, nam ali- «
quando confunditur intermittens cum conti- «
nua, vt in hemitritæo illo cuius acceſſiones ijſ- «
dem horis inuadunt, aliquando continua cum «
continua, vt quotidiana continua, cum tertiana «
continua. Quotidiana continua, cum quartana «
continua. Tertiana cõtinua cum quartana con- «
tinua. Atque tunc ſi confuſarum par eſt modus, «
vix ſtatuas ex quo febrium genere ſit. Sin im- «
par, quod vt plurimum contingit, eius quæ plus «
viget nomen ſortietur. Similiter intermittens «
cum intermittente confunditur, vt quotidiana «
cum tertiana; febriſque ex ijs duabus nata, Ter- «
tiana dicetur ſi in mixtione alteri prævaleat ter- «
tiana; dicetur autẽ quotidiana, ſi tertianæ præua- «
luerit quotidiana; ſic quartana cum alijs duabus «
intermittentibus confunditur. Atque hæ tres «
febres ſunt quas nothas, ſpurias, & non legiti- «
mas appellant; nec vero ſolum in his febribus «
quæ primario conſiſtunt, has compoſitionum «
differentias obſeruat Galen. ſed etiam in ijs quæ «
ex alicuius partis affectu, quas vulgo ſympto- «
maticis vocant, accenduntur, has enim etiam «
bifariam inter ſe miſceri vult, implicitè quidẽ, «
vt cum differentia membra propriam ſingula «
febrem accendunt. Confuſæ vero vt cum mixti «
humores, tumorem ex quo naſcitur febris effi- «
ciunt, vt in Phlegmone Erysipelatode, œdema- «
tode & ſimilibus. Præterea etiam accidit inter- «
dum vt ſymptomatica & primaria febris ſimul «
miſceantur; idque duobus modis, ſymptoma- «
tica cum continua primaria, vt ex. gratia. In «
pleuritide ſæpe contingit, vt præter febrem quæ «
pleuræ inflammationem ſequitur, ſit alia conti- «
nua ex humore in maioribus vaſis putreſcente «
nata. Vel ſymptomatica cum intermittẽte. Sed «
vt dictarum diuiſionum ſingula membra intel- «
ligantur melius, hæc omnia in ſubiecta tabula «
ante oculos poſuimus. «


Implicite, vt cum differentia membra propriam singula febrem accendunt.
Quædam ex loci alicuius affectu accēsæ, inuicem componuntur, idq; duobus modis.
Confuse, vt cum mixti humores tumorem à quo febris fit efficiunt.
Implicite, duobus modis.
Aut enim intermittens cū continua implicatur, vt in hemitritæo, qui rursus duplex.
Aliquando enim id fit, ex tertiana intermittente & quotidiana continua.
Aliquando ex tertiana continua cum quotidiana intermittente.
Febres diuersæ speciei, vt tertiana cum quotidiana, vel tertiana cum quartana, quod fit raro admodum.
Compositarum febrium species est triplex.
Aliæ sine loci vllius affectu per se consistentes, idque duobus modis.
Aut intermittens cū intermittēte, duobus etiā modis, Nam implicantur
Vel febres eiusdem speciei, vt quotidiana cum quotidiana, & dicitur duplex quotidiana, atque rara est.
Vel tertiana cum tertiana, & dicitur duplex tertiana, aliquando triplex.
Continua vero cum continua non implicantur
Vel quartana cum quartana, & dicitur duplex quartana, aliquando triplex.
Cōtinua cum intermittēte, vt in hemitritæo aliquando, qui rursus duplex.
Ex Tertiana intermittente & quotidiana continua.
Ex tertiana continua & quotidiana intermittente.
Continua cū continua idque duobus modis.
Confuse, id tribus modis.
Interdū componitur ita vt vna sit symptomatica, altera primario consistat.
Æqualiter.
Vt neutra alteri præpolleat quod raro fit.
Inæqualiter, & tunc nomen eius retinetur quæ in
mixtione præpollet, estque triplex.
Quotidiana continua notha.
Tertiana continua notha.
Quartana continua notha.
Æqualiter, vt neutra alteri præpolleat quod est rarum.
Hectica etiam cum putrida interdum cōtinua, interdum intermittenti componitur vt notat Galen. lib. 1. Epidem. comment. 3. & alijs in locis.
Intermittens cum intermittente, idque rursus duobus modis.
Inæqualiter, & nomē datur febri eius quæ in
mixtione præpollet, estque triplex.
Quotidiana notha, cū plus est pituitæ quam aliorum humorum.
Tertiana notha, cū plus bilis quam aliorum.
Quartana notha, cum plus melancholię quam aliorum.

Συνθετον φάρμακον. compositum medicamentum dicitur à medicis, nō quod ex dissimilaribus partibus constat, sic enim omne esset compositū, sed quod ex industria nostra aliquid assumpsit, nec tale quale natura est in vsum venit: huic opponitur τὸ ἁπλοῦν: miscendorum autem & componendorum medicamentorum magna fuit, tum ad simplices tum ad compositos morbos necessitas. Primò, propter penuriam simplicis, cum nimirum simplex deest morbo prorsus oppositum, eius penuria vsurpamus compositum, cuius vires sint morbo pares. Secundò, simplicis vitiosi causa, quod aut imbecillum aut malignum, imbecillum acrioris permistione excitatur, vt Rhabarbarum; spica malignum aut praui benignioris permistione obtunditur. Tertiò, ex affectæ partis substantia, situ, præstantia, atque sensu, cum enim pars densa longiusque dissita fuerit à remedijs vt ren, vterus, &c. Plerumque attenuantia basi permisscemus quæ eo penetrent, plerumque alia quæ substātiæ familiaritate basim, id est præcipuum simplex medicamentum eo dirigant, vt Cephalicis betonicam, pulmonicis hyssopum, Cardiacis buglossum, hepaticis agrimoniam, splenicis scolopendriam, hystericis artemisiam, sic pars nobilis quæque aut exquisiti sensus, quidam sibi tota substantia familiare misceri postulat, & quod se suumque robur conseruet. Ea propter quæ visceribus accommodantur medicamenta corroborantibus fulciuntur. Quartò, omniū maxime in affectuum varietate, cū enim simplici nulli vis insit depellendi affectum compositum, permiscenda tot erunt simplicia quot facultates expetuntur, qua sigillatim vnusquisque affectus depellatur. Præterea etiam vtilis est medicamenti forma, quod solida potentius trahat, liquida commodius penetret & eluat; Iucunditas porrò quo ad licet medicamentis comparanda, modo vt illorum vim & facultatem non tollat, tristitia enim & horrenda, nec sumuntur facile nec continentur, sed ventriculum euertunt, corpus conturbant, ac plerumque animi defectione vires exoluunt. Comparatur autem iucunditas odore, sapore, colore. Ad compositionem vero cuiusque medicamēti vt plurimum requiruntur quatuor. Primò, quæ morbū, morbi causam, & symptomata abigunt. Secundò sine quibus priora affectus seu constitutiones præternaturales amouere, atque extirpare nequeunt. Tertiò, per quæ facilius expeditius & melius prima ac præcipua natura succurrant atque opitulentur, morbumque dissoluant, tollant & eradicent. Quartò, quæ totam compositi formam foueant, conseruentque & à corruptione tueantur ac prohibeant.

Συνεύρωστος. est siccorum & durorum ossium σύμφυσις neruorum interuentu. Neruos autem intelligere oportet non veros, quoniam nulla ossa, eorum interuentu, opinor, coalescunt, sed tendones, ligamenta & alia neruosa membranosaque corpora. Nam & tendones qui nerui etiam nomine continentur, sæpe ad articulos dilatati ipsos firmant, ligamēta quoque neruosa tibiam cruri & crus ischio firmissime alligant, vt interim ligamenta alia externa partim membranosa omnium articulorum communia. partim dura, crassa, rotunda quorundam articulorum, vt dentis, genu, humeri, taceam.

Συνοικα, τὰ συνόντα, quæ coierunt & coniuncta sunt. Sic habent editiones quædam in Hippocratico Galeni lexico. aliæ vero pro συνοικα habent συνωκωμένα, quod proprie sonat coadunata, παρὰ τὸ συνοικίζω: & sic etiam in manuscripto codice legitur. συνοικα autem proprie dicuntur simul pascentia, ijsdem pascuis vtentia, gregalia: παρὰ τὸ συνέμεσθαι.

Συνόδοντες. animalia dicuntur quorum venter in ore inuenitur Gal. 2. de natural. facult.

Συνεκτικὴ δύναμις. eadem quæ ἐπισυστατικὴ δύναμις. vide suo loco.

Συνεκτικὸν φάρμακον. idem quod ἐπισυστατικὸν, de quo vide suo loco.

Συνουσία. pro consuetudine venerea seu coitu apud Aristotelem.

Σύνοχος. est febris συνεχὴς, nullis distincta accessionibus vel reduplicationibus. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς συνεχοῦς πυρετῆς, quæ species est τοῦ συνόχους generis sui nomine donata, quod συνεχὴς mutationes habeat pro humoris à quo gignitur specie. Si namque eam pituita excitauit, mutationes habet quotidie, si bilis, diebus alternis, si humor melancholicus, quod admodum rarū est, quarto quoque die. Non sunt autem aliud hæ mutationes quam accessiones aut reduplicationes quædam in febrem continuam incidentes. Verum ὁ σύνοχος nullas eiusmodi mutationes habet, quæ accessiones videri possint, sed vnicam modo accessionem à principio vsque ad finem nullis exacerbationibus distinctam. Cuius tamen tres differētiæ statuuntur. Aut enim perpetua illa accessio sibi æqualis similisque perseuerat, totoque febris curriculo similiter viget neque crescens neque descrescens, quæ σύνοχος ὁμότονος siue ἀκμαστικὸς appellatur: aut à mediocribus initijs progreditur ad maiora & increscit, dicta ἀναζατικὸς atque ἐπακμαστικὸς: aut ab initio ad finem semper decrescit, quam παρακμαστικὸν appellant. Neque enim fit synochus à pituita aut alterutra bile, quorum proprium est certis circuitibus moueri & nouas accessiones inducere, sed à sanguine qui nullis periodis exacerbari solet. Sanguis autem ille synochi materia, aut incalescit tantum nulla concepta putredine, aut computrescit. Inde geminæ emergunt synochi differentiæ, non putris & putris: quarum hanc inter putridas, illā inter ephemeras febres Galenus collocauit. Quæ enim non putris est, duo habet præcipua cum ephemeris communia, primum quidem idipsum quod sine putredine sit, deinde vero quod vnica accessione perinde atque ephemera concludatur: vt non immerito diaria plurium dierum vocari possit. Sed & diarijs febribus fere semper succedit, quod vbi euenit, non alia febris species quam diaria producta videtur. Siquidem propter causæ paruitatem febris vnius diei efficitur, sicut propter magnitudinem, multorum interim dierum. Est igitur eiusmodi synochus, quantum ex ipsa est, earum quæ plures dies infestant, & quæ diariæ sūt media & quodammodo communis, quamdiu scilicet putredinis nullas notas habet. Vbi vero succedit putredo, nō iam diariarum generis est, sed putrida biliosa ex sanguine putrente dicitur. De ea celebris illa quæstio instituta est crebrisque concertationibus in scholis agitata de sanguinis putredine eiusque in bilem conuersione, illis Galeni authoritate, illis Auicennæ calum-

nia fretis, quam tamen licebit ex ijs quæ subijciam explicare & dijudicare. Sanguis sincerus à calido innato, cuius subiectum est & pabulum, regitur atque conseruatur, & quia ab eo non deseritur, ideo ægerrime tardissimeque putret. Quia tamen omnia præter ignem putrere possunt, non est dubium quin sanguis etiam ipse interdum computrescat, cum nec spiritus, nec aer à putredine immunia sint. Inducitur autem in eo putredo à calore externo, siue is sit in aere ambiente calidiore aut áliter vitiato, siue in nobis ipsis ab aliqua intemperie aut cacochymia genitus. In causa est obstructio, quæ prohibet tum ne foras excrementa fuliginosa expellãtur, tum ne intro subeat attractus aer, qui sanguinem alicubi impactum ventilet. Causa etiam quandoque est in aere calidiore, qui calore nostro potentior eum foras euocat, dissipat, redditque tam imbecillum vt sanguinem suum, præsertim si magna eius copia fuerit, amplius regere & continere non possit. Putredo etiam illa accidit, cum calor natiuus mitis & benignus, alterius caloris commercio & cõtactu acrior euadit, vt iam non concoquat & conseruet sanguinem, sed eum vrat, corrumpat, putrefaciat. Cæterũ ea putrefactio non inducitur temporis momento, sed interdum biduo, triduoue toto aut longiori etiam spatio sanguis tantum incalescit & feruet, non etiam putret, sicut Galen. meth. med. libr. 8. & 9, docuit. Eo quidem tempore synochus dicitur non putris. Verum nisi quis obstructionem summouerit, perseuerante malo quicquid in sanguine tenuissimum pinguissimumque est, in bilem flauam transit, quæ ob substantiæ tenuitatem alteratu facilis, vnaque cum sanguine putrens synochum putrem biliosum creat. Nam si cum valemus, labore, inedia, ira interdũ adeo incalescimus vt sanguinis portio in bilem vertatur, multo magis dum synochus non putris æstuat in corpore, flauæ bilis prouentus fit ex portione sanguinis tenuiore & pinguiore. Cum igitur tantum bilis genitum sit quantum biliosam febrem facere potest putrendo, tum pro synocho non putri synochus putris biliosa appellatur, quamuis nondum multus sanguis putruerit, nec putrendo in bilem flauam transierit, sed procedente tempore transiturus sit, si putredinis causæ perseuerarint. In quo locum non habet Auicennæ calumnia lib. 4. fen. 1. tract. 2. c. 45. vbi scribit: Error est maximus in hoc Galen. sermone, quando sanguis putret, eum in bilem transire. Transit enim in bilẽ aut quando putrescit, aut quando putrefactus est, quorum vtrumque est falsum, quod tenue abeat in bilem, crassum in humorem melancholicum, non ergo totus abit in bilem. Quod enim dicit Auicenna, locum quidem habere potest consummata iam & perfecta putrefactione, non etiam per eius initia cum ex synocho non putri incipit fieri synochus putris, quo tempore parum adhuc bilis computruit, nec quantum satis est ad gignendam febrem continuam biliosam quæ tertio quoque die exacerbetur, multoque minus continuam melãcholicam, quod humor melancholicus frigidus, crassus, terreus, non statim gigni possit ex synocho non putri, eamque protinus & immediate sequi, sed longo post tẽpore, multum exusto sanguine & synocho putri iam inueterato. Vt enim ex ephemera synochus non putris, & ab hoc putris nascitur, ita ex putri synocho gigni potest continua febris melancholica mutationes quarto quoque die habens. Verum tantisper dũ synochus putris erit, non fiet ea quam putauit Auicenna sanguinis in melancholicum humorem conuersio, neque vllæ eius notæ apparebunt. Quare recte videtur dixisse Galenus per synochos putres bilem accendi, & notas quasdam putredinis inchoatæ in ijs videri, eumque male Auicenna reprehendit, existimans vna cum biliosa sanguinis parte etiã crassiorem conuersum in humorem melancholicum accendi. Neque enim ex vno recte concludit alterum, quia bilis repentinam habet generationem, succus autem melancholicus multo tardiorem. Præterea flaua bilis ob caliditatem, siccitatem, tenuitatem, leuitatem igni proxima, æstuante feruenteque sanguine promptissime calorem illum externum concipit: humor autem melancholicus frigidus, terreus, crassus, grauis, non facile incendio conflagrat, etiamsi in loco putredinis, vt & flaua bilis, maneat, sed id potius calore suo mitiori aut frigore quodammodo temperat, eique diu reluctatur.

Quod autem σώυχος non Græcum nomen sit sed & solœcissimum redoleat, & à quibusdã huic febris speciei ea gratia impositum sit, vt ne sine nomine relinqueretur docet Galen. 9. methodi.

Σώπηξις. est ossium inter se compositio qualiscumque ea sit. est enim summi generis nomen. Diuiditur in duas species, ἄρθρον καὶ σύμφυσιν, vt author est Galen. lib. de ossibus: vbi etiam σώπηξιν alijs nominibus σώδεσιν καὶ ὁμιλίαν tradit vocari.

Σώπασις. distentio. Opposita est τῇ χαλάσει, hoc est laxitati. Vtraque non modo in cute, sed in ipsis etiam articulis contingit. in his quidem aut amplius resiccatis, aut perfrigeratis, aut inflammatis, aut induratis: in cute vero, non his tantum modis, sed etiam vbi musculi intra ipsam quouis modo augescũt. Quare etiam ex carnis abundantia quibusdam sæpe cutis distenditur, & in inflammationibus hoc ipsum vel maxime perpetitur, vt Galenus libris methodi medendi pluribus docet.

Σώπασις τῆ ὑπερχονδρείων. vide ὑπερχόνδρειον.

Σωπαπικὰ. sunt medicamenta quæ ad siccius paulo vergunt, nec tamen adhuc clare manifesteque contrahentia sunt. Galenus libro 4. meth. med. quo tamen loco quidam pro eo nomine ξηραντικὰ reponunt.

Σωτεταμένον. distentum aut contentum; quæ autem talia sunt interdum per proprium affectum contenduntur, interdum à quibusdam alijs attracta; per proprium quidem affectum, cũ aut vehementi frigore conglaciauerint, aut ab aliqua exsiccante causa arefacta fuerint. Distendũtur enim quædam à continuis particulis arefactis, aut inflammatis, aut congelatis; Contra quædam vltra naturales fines relaxantur, multa humiditate seu frigore madefacta. Obdurescũt autem quæ dura sunt frigore ficcescentia, aut scirrho, aut siccitate; phlegmone namque non durum sed resistentem tumorem efficit, perinde atq; vtres sunt liquidæ materiæ aut aeris pleni Galen. comment. 1. in 6. Epidem. t. 30. τῷ σωτεταμένῳ autem aut σωτεσωμένῳ opponitur τῷ κεχαλασμένῳ.

Σώπημα aut σώπηξις. colliquatio. Morbus est in quo venter excernit humorem biliosum à toto

corpore confluentem, fuluum, graueolentem, craſſitudine ſtrigmentorum aut olei aut adipis. Philagrius morbum appellauit. Symptoma potius videtur eſſe febris malignæ & ardētiſſimæ, quæ tum pinguedinem, tum mollem etiam carnem tabefacit & colliquat, ac ſi diutius perſeueret, ipſam etiam partium ſolidarum ſubſtātiam. Nec tamen pinguis tantum deiectio colliquationis ſignum eſt, niſi aliæ quoque prius dictæ qualitates ſimul adſint. Nam ab exiguo etiam calore pinguedo inteſtinorum fundi poteſt, quę in excrementis apparebit: ſed eum qui carnes colliquet, feruentiſſimum eſſe prorſus neceſſe eſt. Itaque vt ſcribit Gal. comm. 3. in lib. 3. τῶν ἐπιδημιῶν, colliquationes quæ per ventrem excernuntur, à pinguibus deiectionibus differre medici exiſtimant. Ab hoc ſymptomate febris ipſa σωτηκικὸς ἢ σωτήκων πυρετὸς appellatur, de qua mox dicetur. Cæterum non in deiectionibus modo, ſed in vrinis etiam ſigna colliquationis apparent. Nam, vt ſcripſit Hippocr. pinguitudines telis araneorum ſimiles vrinæ innatantes colliquationis ſigna ſunt: fit enim, vt ait Galen. ἀναστοιχείωσις, ἢ σωτῆξις, ἢ ἀνάλυσις, ſeu quomodocumque nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando ſuccorum duntaxat qui venis continentur. Quod autem ex ea colliquatione prouenit, alias ad ventrem confluit, alias ad vrinas. ſi tenue quidem eſt & renes valent, ad vrinas: ſin craſſum eſt & quale renes trahere non poſſunt, totum in ventrem neceſſario fertur. Verum ex vrinis certum colliquationis iudiciū ſumi non poteſt, quod ſæpe pingues & oleoſæ vrinę nullo ægri detrimento reddātur, imo vero interim plane è contrario, in morbi concoctione, vt à ſe viſum Galenus eo commentario teſtatus eſt.

Σωτηκικοὶ colliquati appellantur Græcis qui poſt vlcera iecoris tabefacti moriuntur Aretæo lib. 1. de diuturn. c. 15.

Σωτηκικὸς aut σωτήκων πυρετὸς. febris colliquatiua ſiue colliquans. Eſt febris ardentiſſima, pinguedinem, carnes, ipſamque ſolidarum partium ſubſtantiam fuſam & liquatam calore per ventrem effundens. Ea omnino grauiſſima periculoſiſſimaq; eſt, animal ipſum aliquando interimens, priuſquam ſolida fibroſaque corpora liquentur. Inducit ſummam maciem, quemadmodum & febris maraſmodes. Sed in eo differunt, quod quæ portio carnis per febres maraſmodes colliquatur, ea ſemper vaporis vice digeritur per inſenſilem tranſpiratum, per febres autem colliquantes humoris bilioſi, fului, graueolentis craſſique ſpecie defluit in ventrem. Harum autem febrium exemplum manifeſtum ex carnibus petitur, dum in craticulis torrentur. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditque in prunas largiter: ab aliquibus nihil omnino, quod vtique ſentias, defluere videtur, etiam ſi par ſit prunarum ſubdita copia. Quippe feris ſuibus aut nihil omnino, aut plane minimum eſt quod defluat: cicuribus vero plurimum, eoque magis quo plus adipe vel carne abundant. Ad eundem modum in calidiſſimis febribus, ſi carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas ſenſu liquari deprehendas: ſin ſine adipe & ſiccæ ſunt, in maraſmodes febres tranſeunt. Clariſſimo huius rei argumento ſunt infirmi, qui per aluum quod liquatur excernunt, qui niſi prius moriantur, in maraſmodes febres incidunt. Siquidem quoad materiam vberem habent, hanc colliquant: vbi illis tum adeps tum caro mollis defecit, duras & ægre liquabiles carnes ſiccant, à quibus propter ſiccitatem nihil defluit. Itaque præcedit fere ſemper colliquans febris, deinde maraſmodes exhauſtis iam prorſus humoribus conſequitur.

Σωτηρικὴ. ea medicinæ pars dicitur quæ præſentem ſanitatem tuetur: Pars eſt τῆς ὑγιεινῆς ſicut & ea quæ προφυλακτικὴ & ἀναλητικὴ dicitur.

Σωτονίλλω. vehementiam & magnitudinem cauſæ morbum committentis intellexit Hippocrates ſect. 4. τῶν περὶ διαίτης ὀξέων, differens de ſanguinis ſtillicidio.

A voce σωτονίη deductum σώτονος, quod ſæpe apud Hippocr. legitur, πόνος σώτονος, & ἄλγημα σώτονον, dolorem contumacem prægrandem & firmiter fixum ſignificant, ἰσχυρὸν ἢ σωτεῖνον alias appellat.

Σωτήριον. ἐπιτήδειον, idoneum, apud Hippocratem.

Σωτήριος νοῦσος. connutritus morbus, ſic vero vocant qui longo iam tempore corpus hominis detinet ait Galen. comment. lib. 6. Epid. t. 6.

Σύαιον. à quibuſdam τὸ σίσυμι dicitur.

Σύαιον. etiam decoctum ficorum vt tradit Pollux plerique appellauere, quod & defructo quoque nomen eſt, Hippocrates σύκινον vocat, vide σύκινον ſupra.

Συελακὸς λίθος. lapis qui etiam ἰεδαϊκὸς appellatur & πικόλιθος.

Συελακὸς ὄπος. Galenus lib. 2. κατὰ τόπους ex Archigene exiſtimat eſſe Comagenum. quandoquidem idipſum ex Syria apportetur, cuius pars Comagene ſit. fiebat autem ex adipe anſerino cū cinnamo in vaſe æreo multa niue obruto, ac rigore gelido macerato: vt Plin. lib. 10. c. 22. tradit.

Συελαγὸν ξυρὸν. apud Paul. lib. 3. c. 80. quaſi Syringiacum aridum dixeris, id eſt, puluerem qui fiſtularum callis exterendis conuenit.

Συεγγίας. genus eſt τῶ καλάμω, id eſt, arundinis eius quæ fiſtulis eſt accommodatiſſima. vide καλάμος.

Σύεγξ. fiſtula definitur à Celſo lib. 5. vlcus altum, anguſtum, calloſum, Paul. li. 6. c. 77. ſinum definit callo obductum, aliquatenus indolentem in pluribus naſcentem particulis, magna vero ex parte ex abceſſibus ortum parum dextre curatis. Callum vero definit (quem Hippocr. lib. de fiſtulis χαλῶνα & σύεγγος vocat quemque Celſus vetuſtate fieri ſcribit) ſolidam quādam carnem albidam madoris expertem, adeoque etiam doloris, neque vena, neque neruo (quorū illa humiditatē, hic ſenſum ſuppeditat) ad ipſum pertinente. Et lib. 4. c. 49. fiſtula, ait, ſinus eſt calloſus qui magna ex parte ex abceſſibus naſcens, ab arundinearum fiſtularum ſimilitudine appellatur; quæ omnia ex varijs Hippocratis locis deprompta ſunt, Hippocrat. enim in prognoſt. verbum συεγχοῦται vſurpat pro cauitatibus oblongis quæ in corporibus animantium oboriuntur, quæque muſicorum fiſtulis ſimiles ſunt. Galen. vero lib. de rumorib. præter nat. ſinum appellari ſcribit cū pus in abceſſibus ſic excoriat particulam, vt continentia à ſubiectis ſeparet ac diducat, quo quomodocumque euacuato, diſtantia priſtinum inter ſe ſtatum recipere nequeunt, hunc etiam ſi quis non ſtatim curet,

» callo obduci ait, durumque progressu tempo-
» ris fieri, vt conglutinari cum sibi subiectis ne-
» queat, quem affectum proprie fistulam nuncu-
» pat. Origo fistulæ vna Hippocrati communis
» est, sanguis videlicet putrescens qui extra venas
» necessario corrumpitur, rodendoque sinuat ac
» fistulam efficit. Celsus addit malam vlceris alti
» & angusti curationem propter quam occalescit,
» & in fistulam conuertitur. Sanguis autem ille
» vel ex abcessu putrescit, σῦμα vocat Hippoc. vel
» ex contusione quæ fit ictu, casu, vulnere, remi-
» gio, equitatu. Itaque in genere tumorum præ-
» ter naturam fistula continetur, quamuis ob ma-
» nifestam continui solutionem inter vlcera po-
» tius quam inter tumores numeretur à præstan-
» tissimis etiam medicis. Differentiæ autem fistu-
» larum plures sunt: Aliæ inquit Celsus simpli-
» ces, aliæ duplices, tripliceſue, ab vno ore intus
» orſæ quæ tres fiunt, aut etiam in plures sinus
» diuiduntur. Singulæ rursus ex loco intra quem
» desinunt, aut in quo fiunt ita distribuuntur, vt
» quædã sint in locis ex carnibus, vt articulis aliæ
» in mollioribus, vt ano. Rursus aliæ intra carnem
» desinunt, aliæ ad ossa, aut cartilaginem, aut ner-
» uum, aut tendinem notatu dignum, aut mem-
» branam succingentem, aut medullam spinalem
» penetrant, aut vbi nihil horum subest ad inte-
» riora perueniunt vt ad vesicam, vel pulmonem,
» vel vuluam, vel ad grandes venas arteriasue, vel
» ad inteſtina aut inania, vt guttur, stomachum;
» thoracem. Altera differentia ex figura & spatio
» reperitur. Si quidem aliæ breues sunt, aliæ al-
» tius penetrant, aliæ rectæ intus feruntur. Aliæ
» multoque plures transuersæ, flexæ, tortuosæ
» sunt. Tertia ex modo puris & genere; Ac ex
» modo quidem, quia interdũ sinus siccus est in-
» terdum humidus, & nunc humor incontinen-
» ter fluit, nunc certis quibusdam tẽporibus re-
» mittit, ore ipsius oppleto, interdumq; adaper-
» to. Ex genere vere quia ex carne pus leue, al-
» bum & copiosius fertur; ex neruoso loco, eius-
» dem quidem coloris, sed tenuius & minus; ex
» neruo pingue & oleo non dissimile. Proinde in
» præsagiendo hæc singula diligenter attendenda
» sunt, nempe morbi species, fistulæ natura, lo-
» cus in quo, & ad quem, figura, altitudo, puris
» modus & genus. Celsus addit naturam ægri, ete-
» nim vt in alijs omnibus affectibus, ita & in fistu-
» lis multum mali accedit si corpus vel ægrum vel
» senile vel mali habitus est.

Σύριγξ. est etiam arundo fistularis atque ὁ ἔξωθεν φλοιὸς καλαμίας ἡ συριγγώδης, exterior cassiæ fistularis cortex. Galenus libr. 1. de antidotis scribit Andromachi filium nomini καλαμία addidisse nomen σύριγξ, & dixisse καλαμία σύριγξ, atque posteà obtinuisse apud pharmacopœos vt sic appellaretur.

Σύριγξ. etiam dicitur canalis ille spinæ quo medul-
» la continetur, sed cum adiectione ἡ κατὰ σύριγξ So-
» phocli autem in Aiace sic dicuntur venæ colli
» grandiores quæ collo truncato sanguinem ef-
» fundunt, sed & τὴν σύριγγα constituit Hippocrat.
» in hepate 1. γυναικ. dum ait ἢν ἐκ τύχῃ τὸ αἷμα ἐμέῃ,
» τοῦτο ἢ σύριγξ πέπωκεν, atq; re vera cuius medico
» propius intuẽti & apud se perpendenti, quæ ex
» multis quasi radiculis consurgẽs vena Porta ap-
» pellatur, in mediũ hepar inseritur, & fistulæ mo-
» do traiecta ad cauam vsque conspicitur in hanc
» degenerare; sic hepati fistulam cum Hippocr.
» tribuemus, qua fauciata ille loco citato sangui-
nem vomitione excludit ait.

Συρικὸν. idem est quod σάνδυξ, si credimus Aetio sic scribenti lib. tetrab. 1. serm. 2. cap. 82. καυσάμενον τὸ καθαρὸν ψιμύθιον, εἰς τὸ καλούμενον συρικὸν μετακαλλίστευε, ὅπερ οἱ ἰατροὶ σάνδυκα ὀνομάζουσιν. hoc est, vsta pura cerussa transit in Syricum, quod medici sandyca appellant. verum Plinius Syricum ex sandyce & Sinopide fieri scribit pari pondere permistis. Videtur & Paulus Ægineta σάνδυκα καὶ συρικὸν idem existimasse, scribens lib. 7. ad hunc modum: σάνδυξ ἢ συρικὸν, λεπτομερὲς μὲν ὄν καὶ ξηραντικῆς δυνάμεως, οὐ μὴν ψυκτικῆς. id est, Sandyx siue Syricum tenuium partium est & siccat, nec tamen calefacit.

Συρικὸν. est collyrium ἄδηκτον καὶ ἀπαλὸν, quod & σάνδυκα Aetius scribit appellari lib. 7. quo loco ab eo describitur. non est dubium inditum esse collyrio nomen à metallico medicamento quod in eius compositionem ingreditur, quod σάνδυξ siue συρικὸν appellatur, quod aliud non est quam cerussa vsta, vt supra annotauimus.

Σύσιμος. aurium tinnitus apud Ægin. lib. 3. c. 23.

Συρμαία & συρμαϊσμὸς. moderatam purgationem significant, eamque præsertim quæ per vomitum fit ex Galeni sententia qui συρμαϊσμοὺς dici scribit ταὶς μετρίας κενώσεις, εἴτε διὰ τῆς ἐδέσεως, εἴτε καὶ δι' ἐμέτων γίγνοιτο, euacuationes moderatas siue per sedem; siue per vomitum fiant. Idem quoque in exeg. συρμαίαν dici scribit, τὴν μετρίως γινομένην τῶν περὶ τὴν γαστέρα κάθαρσιν, moderatam eorum quæ in ventre sunt purgationẽ. Συρμαϊσμὸς etiã dici potest purgatio per vomitum quæ ex raphano instituitur, sic enim id testatur Erotianus his verbis συρμαία λέγεται ἡ ὀπτωμένη ῥαφανὶς, ἥντινες μετ' ἄλμης ἐδόντες καθαίρονται, καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῶν καθάρσεων τρόπος. id est, συρμαία vocatur radicula oblonga quam quidam cum muria comedentes purgantur, atque hic purgationis modus συρμαϊσμὸς appellatur. Paulus etiam libr. 1. c. 100. συρμαϊσμοὺς dici antiquis scribit vomitus qui fiunt ieiunis ante cibum, & συρμαΐζειν eiusmodi purgatione vti, quam tenuibus radiculis, nasturtio sinapi & portulaca ex aqua tepida procurandam suadet. In quam quoque sententiam discedere videtur Galen. de artic. cum ea quæ per vomitum mouent accenset, præcipueque vbi per radiculam solam aut veratri surculis infixis in oxymelite maceratam vomitum tentat; συρμαίαν quoque Aristophanis scholiastes in Pace esse scribit herbæ succum quo Ægyptij vtebantur ad ventris profluuium, videturque fuisse succus raphani, quo cum sale ad purgandam aluum plurimum vtebantur Ægyptij, Raphanos namque Ægyptijs nobilitatos scribit Plin. li. 19. c. 5. fuit & Hesychio συρμαία cibi quoddam genus ex adipe & melle concinnatum vnde & συρμαϊσμὸς eidem dicitur πρὸς κάθαρσιν ὀπτὴ δεῖπνον, καὶ πέμμα δι' ὕδατος καὶ ἁλῶν, potio ex aqua sale ad purgationem idonea, & συρμαΐζειν τὸ καθαίρειν πέμματι τῷ ἐκ ζειᾶς καὶ ὕδατος. Quidam etiam συρμαίαν potum ex aqua & hordeo significare contendunt, nec non obsonium vt apud diodorum Siculum.

Συρφὸς. nectar cordis viuificum exponitur à doctissimo Dureto apud Hippocr. in Coacis.

Συσσάρκωσις. est durorum siccorumque ossium σύμφυσις carnis interuẽtu. Hoc modo caro gingiuarum dura & firma & dentibus firmiter oppressa ipsos suis ossibus veluti colligat, adeo vt dentes ob gingiuarum laxitatem mobiles, gingiuis adstrictis

ſtrictis ſtabiles atque immoti reddantur. Similiter & omnes oſſium commiſſuræ, quas muſculi circundant.

Συνάρμωσις etiam dicitur ratio quædam vulnerum labra quæ nimis hiant, nec hamulis aut acu adduci poſſunt, componendi. Id quod adhibitis medicamentis perficitur, quæ gignendæ carnis facultatem habent.

Συνάρκωσις etiam dicitur ἐν τῇ σαρκοκήλῃ ἢ πωροκήλῃ, cum ſcroti tunicæ, vaſa, teſtes cum carne enata ſuperfluaque concreſcunt, vt vnum omnium corpus eſſe videatur, vt ſcribit Paulus Ægineta lib. 6. c. 63.

Σύστασις. eſt eorum proprie quæ nec dura nec liquida admodum ſunt, qualis eſt mellis conſiſtentia; cuius rei teſtis eſt Gal. qui libr. 2. progn. comm. 13. ita ſcriptum reliquit σύστασις μὲν οὖν ἔχει τὴν κατὰ φύσιν ὅσα μήτε σκληρὰ παντελῶς ὄντα ὡς λιθώδη, μήθ' ὑγρὰ τελέως ὡς ὑδατώδη διαρρεῖν, id eſt naturalem habent, quæ neque omnino veluti lapidoſa dura ſunt, neque plane vt diffluere poſſint humida.

Συσημαντικὴ ἀνωμαλία. inæqualitas collectiua dicitur Galeno, ſeu inæqualitas quæ fit in multis pulſuum motionibus.

Συσημαντικὸς σφυγμός. eſt pulſus inæqualis in pluribus pulſationibus magnitudinem non parem retinens. Hic plurium pulſuum quaſi aceruo conſtat, atque inde nomen habuit: σύσημα enim aceruum ſignificat & cumulum. Huius tres habentur differentiæ, διαλείποντων, παρεμπιπτόντων, μύουρος ſiue μυουρίζων. Eſt autem inæqualitas illa συσημαντικὴ cognitu omnium facilima. Dicitur etiam alio nomine σύσημα.

Συστολή. eſt motus cordis & arteriæ quo ipſa dilatata per diaſtolen, comprimitur. Pars enim pulſus eſt, quo facultas reprimit pulſum eleuatum & ſe explicantem, eoque in opere conſequitur vt fuliginoſa excrementa expellat & repurget, atque ita refrigerium calori natiuo moliatur. Paulus libri ſecũdi capite vndecimo, definit motum eſſe quo arteriæ extrema ad medium ſui conſidunt conniuentque, atque ita fuliginoſa excremẽta expellũt. Submiſſio Latine dici poteſt.

Συστρέφειν. coire, cogi, denſari, vſurpatur à medicis in ijs quæ liquidiora ſunt, & coctione ſpiſſantur atque coagmentantur. Inde συνεστραμμένη ἀμόργη amurca dicitur per cocturam inſpiſſata, & σύστεμμα ἐείου hapſus lanæ, & συστροφαὶ tubercula & duricies ab humoris concretione, quas φύματα ἢ σκληρίας Galenus exponit ἐν τοῖς γλώσσαις. vt & συστρεπτικὸν interpretatur συναπτικὸν, hoc eſt, quod cogendi & coniungendi vim habet. In qua ſignificatione etiã Hippocrates de frigore loquens libro ſexto τῶν ἐπιδημιῶν vſurpauit, ſicut Galenus eo loco expoſuit. Similiter comment. 3. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, vbi ſcribit, cum humores aliqui vitioſi confluxerint in partem aliquam, ibique cumulati fuerint, in ea parte συστρέφειν dici.

Συστρέφειν autem proprie dici videntur, militari & Caſtrenſi vt opinor verbo, quæcumque diffuſa confertim conglobatimque in anguſtiora contrahuntur; ſic milites συνεστραμμένοι appellantur in acie condenſati & confertim coeuntes, ſiue vt Liuius dixit, orbem breuiore ſpatio colligentes aut orbem voluentes.

Συστροφὴ. φύμα ἢ σκληρία. hoc eſt tuberculum & duricies, vt Galenus exponit in ſuo lexico Hippocratis, ſed multo apertius declarat comment. 4. in lib. de ratione victus in morbis acutis, ſcribens eſſe eam quæ à partibus excitatur intumeſcentibus. Audire ſiquidem etiam nunc multos in Aſia ita nominare omnes præter naturam tumores.

Significatione metaphoricῶς tranſlata vt videtur à συστρέφειν caſtrẽſi verbo, cuius ſignificatio ſuperius eſt allata, nullum enim tumorum genus eſt quod non conſtet cõglobatim facta humorum congerie: in primis tamen hoc nomine intelligẽdos eſſe tumores illos qui cum laxiores fuiſſent, incraſſati aut inſpiſſati ſunt, colligere inde licet, quod tum Gal. tùm alij Græci vbi de inſpiſſatione ſuccorum quæ igne fit vel ſole, loquuntur, συστρέφειν vſurpant, veluti Gal. 5. κατὰ τόπ. in eo quod Diodoro ad lichenas adſcribitur, ἀμόργην συνεστραμμένην vocat eam quæ coctione condenſata ſiue inſpiſſata eſt, amurcam; Sic & de rubi ſucco in ſole condenſato apud Dioſcor. legimus in 4. de nat. medica χυλὸς συστραφεὶς ἐν ἡλίῳ; eodem & ſignificato vtitur verbo συστρέφειν Dioſcor. in capite de centaurio minore & multis in alijs locis.

Cæterum dicitur & συστροφὴ vitium quoddam in arboribus cum ſe conuoluêre venæ, velutque nodum effecit contorta & collecta materia apud Theophr.

Σφαγή. iugulum. proprie cauum illud quo diſparantur κλεῖδες. pars colli & pectoris communis, vt inquit Ariſtoteles. Nomen habet quod hic locus ad cædem maxime obnoxius ſit.

Polluci etiam dicitur σφαγὴ τὸ κάτω τοῦ στέρνου κοῖλον cauitas illa quæ ſub pectore eſt, carnea nempe & mollis ad os ventriculi.

Σφαγίτις φλέψ. iugularis vena. Eſt ramus venæ cauæ clauiculas ſupergreſſæ, ſurſum ſecundum iugulum conſcendens. Eſt autem is ramus geminus, vnus internus, qui iugularis externa dicitur. Illa gracilior ſecundum latus aſperæ arteriæ aſcendit ad fauces, & inde in cranium, venulis exilibus obiter miſſis in aſperam arteriam & membranas vicinas & neruos ſexti quidem paris in collo, ſeptimi vero in faucibus. Vbi autem cranium attigit, bipertita maiore ramo per cranij baſim reflexo, vbi ſurculum dedit muſculo colli interno longo, per foramen paris ſexti cum minore carotide arteria ſibi coniuge cranium ingreſſa, coit in vas commune. Minore autem ramo, vbi ramulum auditus organo dimiſit per foramen tranſuerſum ſibi commune, & portioni nerui quintæ coniugationis crotaphiten petenti, cranium intrat per foramen ſæpe geminum, ſed exiguum, prope latus eternum foraminis tertiæ & quartæ coniugationis in craſſam meningem ramoſe abſumitur. Externa vero iugularis, ſæpe ſimplex, interdum etiam diuiſa multipliciter, idque nunc initio ſui, nunc in collo medio aſcendit ſub colli latus ſub cute & muſculo lato, ſurculis obiter in vicinos muſculos, cutim, membranas dimiſſis. Vbi fauces attigit, portionem ſui in oris partes, glandulas, muſculos tum hyoidis, tum laryngis, tum linguæ linguam infernam, tunicam narium internam abſumit, niſi quod ramuli aliquot inde etiam in craſſam meningem emicant per foramẽ tum pone maſtoidem apophyſim, tum ſecundi neruorum paris, tum ma-

ximum inter ethmoidea, furculis obiter in oculos & frontis cutim distributis. Portionem alteram semper subcutaneam dimittit ramo insigni super genam infernam ascendente, in labra vtraque, pinnas nasi, nasum, frontem, faciem reliquã, maiorem oculi angulum, & inde in venam frontis vel propriam vel sibi oppositæ communem, dextra scilicet ac sinistra ibi in vnam coeunte, altero in glandulis ad aures varie diuiso, in cutem tum capitis tum faciei & frontis absumitur. Est autem notandum externas iugulares nullas habere adiunctas arterias, etiam si quandoque motu aliquo pulsui cuidam non dissimili agitari videantur, vt à se obseruatum esse Galenus prodidit comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἁρμονίας.

Σφάγνον. dicitur à quibusdam ὁ ἀσπάλαθος, vt habetur apud Dioscor. Significat etiam panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum & in ramis certi arboris glandiferæ dependentes cubitali magnitudine, odoratos: quos aliter σπλάγχνον, σφάκον, ϛρύον, Latini penem appellãt.

Σφαγνὸν etiam & σφάκον à quibusdam dici τὸ ἐλελίσφακον hoc est saluiam, Dioscorid. author est.

Σφαῖρα θαλαττία. est recrementum quoddam maris globosum è spuma maris in littoribus & scopulis concrescens, simile τῇ ἁλὸς ἀχνῇ, hoc est spumæ salis. Gaza apud Aristot. histor. animal. lib. 9. ca. 14. pilam marinam interpretatur, quo loco ille describit alcedones nidum marinę similem pilę, & ijs quæ à flore maris halosachne dicuntur. Meminit & Galenus τῆ σφαίρας θαλαττίας lib. 1. τ. κ. τόπ. c. 2. describens Critonis pharmaca conseruandis augendisque pilis idonea. vbi male Cornarius pro sphæra siue pila, spongiam substituit.

» Σφαῖραν θαλαττίαν pulchre Nicol. describit sectione de vnguentis cap. 58. dicens: inuenitur in mari » rotunda vt lana congesta, nam ex maris spuma » ad littora collisa, & cuiusdam herbæ minutissi- » mis festucis seu pilis fit, quæ ad littus detrusæ ob » motum ex fluctu collidente in gyrum & pilæ » formam transeunt, vt in commentarijs de stir- » pium historia docuit Fuschius, vbi & picturam » & vniuersam eius historiam reperies: nonnulla » etiam idem in lib. 1. de compos. medicam. de hac » pila annotauit.

Σφαιρίον. collyrij nomẽ, sed multiplicis. Aliud Tryphonis, quod apud Galenum libro 4. τ. κ. τόπ. habetur. Aliud Euelpidis apud Celsum lib. 6. c. 6. Est & emplastri nomen apud Aetium lib. 15. & Paulum libro 7. quo Paulus lib. 4. c. 11. vtitur ad ambusta pustulis, vt inquit, iam excitatis. Non est dubium à globosa figura inditum nomen esse qua sit efformatum.

Dicitur & simpliciter σφαιρίον orbiculus, globulus, pilula, vt σφαιρία τ κορύμβων acini corymborum: & σφαιρία τὸ κυπαιρίσσου, globuli siue pilulæ cupressi.

Σφαιρίον. quoque nasi extremitas Ruffo dicitur quasi sit globulus.

Σφαιρίτης. sic dicta fuit à quibusdam ἡ κυπαίρισσος, cuius globuli siue pilulæ σφαῖρα simpliciter Dioscoridi dicuntur. Hermolaus putauit herbam esse quæ σφαιρίτης dicatur ab Aetio, & cyclaminum posse intelligi, adductus, opinor, τῷ κύκλῳ & τῆς σφαίρας affinitate. Ruellius hæsitare se dicit, sed Soranus apud Galenum libr. 1. τ. κ. τόπ. citatus ad alopeciæ curationem, cupressum interpretatur his verbis: σφαιρίτης φύλλα περισσῶς λειοτρίβει μετὰ ὄξους κ ὀπίου. καλεῖται δ σφαιρίτης ἡ τὰ σφαῖρα φέρουσα κυπάρισσος. hoc est, sphæritidis folia vsta contere cum aceto & impone. vocatur autem sphæritis, ea quæ pilulas fert cupressus.

Σφαιρώματα. dicuntur à quibusdam natium partes gibbæ & globorum instar prominentes, sicut author quidam Græcus ἀνώνυμος declarat his verbis: λέγει δ ἡ ὀσφὺς εἶς τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. παρ' ἑκάτερα δὲ τούτου τὰ ἰσχία ὄζει· ἐφ' οἷς οἱ γλουτοί, διὰ τὸ ὀστᾶ εἶναι ὑποκείμενα μέγιστα· ὅθεν ὑπερῴδη αὐτοῖς σώματα σαρκώδη, ἃ τὰ κυρτώματα ἐν τῷ ὑπτίῳ εἶναι, σφαιρώματα προσαγορεύει. hoc est, desinunt autem lumbi in os sacrum cuius vtraque parte coxæ sunt: his nates subiacent, eo quod ossa subiecta sint maxima. hinc carnosa corpora ipsis substrata sunt, quorum gibba inde quod rotunda sint, Græcis σφαιρώματα appellantur.

Σφακελισμὸς, σφακελὸς, seu σφακιερὸς. (synomina enim hæc sunt) syderationem significant: Quam autem six vox ambigua τῷ σφακέλῳ docuit Galen. 2. de loc. affect. cap. 3. nonnullis enim (inquit) magnum dolorem significat, alijs tãtum phlegmones excessum vt parti periculum corruptionis afferat quam nonnulli vocant gangrænam; quidam laborantis partis corruptionem sphacelum nominari tradunt; alij conuulsionem; alij non conuulsionem simpliciter, sed quæ in phlegmone neruosorum corporum accidit; quidam non eam quæ iam fit conuulsionem, sed eam quæ ex phlegmones magnitudine expectatur; alij simpliciter vehementem tensionem, alij putredinem: ex his quanta sit vocis ambiguitas patet, idem Galen. ἐν γλώσσαις, σφάκελος (inquit) φθορὰ παντὸς κ ὧν γίγνεται τρόπων, corruptio omnis quocumque modo fiat, vel in aphor. comment. φθορὰ τ οὐσίας ὅλης ἐκείνου τ σφακελιζόντων μορίων: corruptio totius substantiæ earum quæ syderantur partium. Ea autem corruptio interdum fit cum putredine, vt cum ab inflammatione gangræna σφακελὸς proprie appellatus, interdum extincto calore partis, exhaustaque insita humiditate, quale contingit ossibus deciduis inopia alimenti; Sic enim vsurpatur ab Hippocr. lib. de vulneribus capitis: & lib. de articulis, σφάκελον peculiariter dici in ossibus idem testis est, & comment. in lib. 2. de fracturis pari. 20. scribit Hippocratem σφακέλῳ nomine vti solere in osse quod tota sua substantia vitiatur; ita vt quod in carne est gangræna, hoc in osse proprie σφάκελος dicatur, quod videtur etiam dixisse Gal. lib. 6. meth. c. 5. vbi σφάκελον ait vocari ossis cariem & totius ossis substantiæ corruptelam & Gal. in Isagoge c. 17. numerat σφάκελον inter ossium affectus, & lib. 14. meth. ossis cariem (inquit) quam σφάκελον dicunt; denique passim apud Galenum videbis de osse σφάκελον vsurpari, vt etiam libr. 5. de loc. affect. cap. 3. & sane quidem in ossibus aliquando contingit quid simile inflammationi & gangrænæ. Calor primum igneus concipitur, deinde sequitur nigror & corruptela; Hippocr. in lib. de aere aquis & locis σφακέλους τῷ ἐγκεφάλῳ, id est cerebri inflammationes appellauit quæ in corruptelam vertuntur, & in Coacis τῷ ἐγκεφάλῳ σφακελισμὸν, cerebri syderationem siue corruptionem vocauit, vbi vox σφακελισμοῦ pro σφακέλῳ vsurpatur, sicut enim multũ interest inter γαγγραίνας & γαγγραινοῦσζ, quod illa perfectã absolutãq; ἀφορμὴ

» carnis significet, hoc vero μελασμὸν siue nigredi-
» nem & inchoatam corruptionem; sic inter σφά-
» κελον & σφακελίζειν, ille enim ossis carbunculatio-
» nem, hoc vero alterationem qua itur ad aliena-
» tionem denuntiat. sic enim sæpenumero rerum
» absolutarũ verba & nomina pro inchoatis vsur-
» pantur: σφακελισμὸν itaq; posteriores medici ap-
» pellant, cum inflammata pars oppresso calore &
» spiritu, vel vi pestilentis materię corrupto extin-
» guitur, & è gangræna in perfectam corruptio-
» nem trãsit: huius affectus multæ sunt causæ qua-
» rum omnium effectus vnus, ablatio aut extin-
» ctio, aut suffocatio, aut corruptio caloris natiui
» quam sequitur putrefactio quo modo differt à
» Marasmo: Aufertur vero calor naturalis partis
» cum pars arctius astringitur in fracturis aut luxa-
» tionibus ab imperito Chirurgo, extinguitur à
» frigore vehemẽti vt quibus hieme per niues iter
» facientibus pedes syderantur: Suffocatur affluxu
» copiosioris sanguinis aut mali succi, corrumpi-
» tur ex vulnere & vlcere propter putrefactionẽ:
» Cæterum ab animalibus ad plantas translata
» σφακελισμοῦ vox fuit ab Aristotele & Theophr. 5.
» de caus. plantar. cum scilicet squalore & inopia
» alimenti marcescunt, & quidem solius radicis
» esse morbum scribit Gaza; vnde radicationem
» appellauere nonnulli sed hoc minus bene: Est
» enim totius arboris morbus, qualem & ἀφροδισι-
» σμὸν esse tradit Theoph. Aristoteles sect. 1. prob.
» 9. & 10. sphacelismum inquit esse cerebri crudo-
» rem, quem facit ὑγρασία πολλὴ ἐν ψυχρᾷ, id est ma-
» dor multus frigidus, affectum seu dolorem capi-
» tis à frigore, qui vulgo vocatur morfondure re-
» cte fortean appellaueris, vel cum alijs nonnullis
» Carum; eum autem sphacelismum sic describit
» Hippoc. syderato cerebro dolor ab occipitio in
» spinalem medullã inuadit, ac tum frigus ad cor
» peruadit, vnaque sudor cito cietur, effluitque
» sanguis è naribus, nonnulli etiam vomunt, hic
» tribus diebus vitam finit; & paulo infra; Si quem
» (inquit) sphacelus corripit, dolor anticam po-
» stissimum capitis partem occupat, intumescit, li-
» uescit, cum febre & crebro rigore, hunc secare
» oportet neque abradendo quiescere, donec ven-
» tum sit ad Diploidem: Qualis autem affectus sit
» σφακελὸς & σφακελισμὸς ex origine vocis declarari
» potest: dicitur enim σφάκελος παρὰ τὸ σφάλλειν quasi
» σφάγελος sicut σφαγὴ à iugulando, est enim νέκρωσις
» mortificatio membri quæ est Gangrenæ non
» curandæ terminus, quo modo sphacelus nullam
» curationem recipit sed pars emortua mox reci-
» denda est.

Σφάκελος. dicta sic est à quibusdam saluia agrestis, breuiori scilicet & læuiori folio, quod saluia habet squalidius & scabrius. Vulgus saluiam francam appellat. vide ἑλελίσφακος.

Σφάκος, ὁ σφάγνος, ὁ Σφύον, in Gallia, vt Plinius est author, nascitur vulnis insidentium vtilis, item genib. & feminum tumoribus, mistus masturcio, & aqua salsa tritus. Dioscor. saluiam quoque σφάκον & σφάγνον à nonnullis dici tradit.

Σφίκλη. fex vini vsta. Sic quidem scribitur apud Paulum locis pluribus, vt l. 5. c. 29. & l. 4. c. 34. & lib. 7. c. 13. Apud Galen. lib. 1. ca. 8. περὶ κρ. πόσ. legitur φίκλη, vt ex verbis Critonis apparet, quæ illic à Galeno recitantur hunc in modum, πυρὸν οἴνῃ κεκαυμένῃ, ὃν ἰατροὶ φίκλιν καλοῦσιν, hoc est, fæcis vini vstæ, quam Romani fæculam appellant. Apud Suidam quoque φίκλη series alphabetica offert. Ex quibus apparet vocem eam Latinam esse, factam à fæcula, quasi paruam fæcem dicas.

Vritur autem hæc fex non raro: Signum vero legitimæ ac perfectæ vstionis est si tota inalbescat, atque tum officinæ Tartarum vstum & tartarum calcinatũ vocant, illa vehementer caustica siue vrentẽ, abstergentem, epuloticã, astringentẽ, exedentẽ, & valde resiccãtẽ vim Dioscoride authore habet; inde medicamẽtis quæ adurunt vt Paulus ait illa admiscetur, vtendum autem esse ea recenti tradit Dioscor. quoniam celeriter euanescit, vsta siquidem vini fex cito humida fit ac in liquorem resoluitur, idcirco qui ea sicca vti volet, vitreo aut vitreato vase diligenter obstructo in calido siccoque loco repositam habeat oportet: Colliquescit vero & in liquorem resoluitur, si sacculo ex lino alicubi in cella subterranea frigida suspendatur; appellant hunc liquorem officinæ oleum tartari: Cæterum etiã annotauit eruditissimus Turnebus in aduersarijs φίκλην, id est fæculam à medicis dici condimentum è fæce vini factum, acrimoniam habens atque ad appetitum excitandum.

Σφένδαμνος. Gaza acerem vertit apud Theophrastum. Est autem arbor tiliæ non dissimilis forma & magnitudine. radicibus paucis, sublimibus, crispis, materie venis longioribus fluctuante, molli & gracili. à Gallis erable dicitur.

Σφενδόνη. apud Hippocr. lib. de articulis pro vinculi genere sumitur quo bracchium de collo suspensum excipitur, quod media parte latum, capitibus vero sit angustis vt testatur Gal. in exeg. hanc nominis & vinculi rationem quo membra continentur, Homeri quoque ætate vsurpatam testatur idem Poeta Iliad. v. in Helenæ manu vulnerata quam Agenor colligatam funda lanea è collo suspendit: est & σφενδόνη siue funda fasciæ aut vinculi genus, vinciendo humero naso & labris idoneum, lib. de fascijs apud Galenum paulo ab hoc diuersum. Porro vsurpatur etiam σφενδόνη libr. περὶ γυναικ. 2. & lib. de sterilibus pro subligaculo & pudendorum integumento (φύλακα vocat Galenus) nostrarum mulierum calsonibus non absimili: Libro vero περὶ ὀστέων φύσ. venarum ductum quemdam fundæ similitudinem referentem significat: Significat & Galenus περόνην, hoc est fasciam pedalem & quæ solet malleolis circumdari; dicitur & σφενδόνη libr. 2. quod in oculis est album, & alio quoque nomine λευκὸν, est vero omnium maxime proprie σφενδόνη funda qua lapides iaciuntur: vnde metaphora quadam fuit ad nonnulla ex commemoratis vox hæc traducta, etenim vt funda lapidem, sic oculi album pupillam in se cõtinet.

Σφηνίσκος. linamentum in cunei formam conuolutum. Id autem maius fere est quo potissimum vtuntur chirurgi in separandis ab inuicem durioribus corporibus. vide μοτὸς.

Σφηνοειδὲς ὀστοῦν. cuneiforme os. Ad quam partem pertineat, Galen. scribit fuisse apud veteres controuersum, quod à nonnullis inter cranij, ab alijs inter genæ superioris ossa numeretur, quia inter vtrumque est medium: vicit tamen eorum opinio qui id cranio tribuunt. Est igitur vnum ex assibus cranij, quod in capitis basi collocatum inter capitis & genæ superioris ossa, velut σφὴν, id est cuneus, adigitur atque immittitur. sic dicitur à cunei forma, vel potius vsu, quod omnibus suis partibus cunei modo se insinuet inter ossa

capitis omnia, & prope omnia genæ supernæ. Nam os occipitis λαμβοειδὲς tangit atque ab eo distinguitur sutura communi, deinde longo tractu attingit ossa temporalia, & supra hæc angulum bregmatis. Deinde os frontis tangit in cauitate temporum & oculorum: vtriusq; enim cauitatis partem efficit sphenoides, illius maximam, huius circiter sextam. Tangit præterea genæ superioris os maximum caput tangentium, & medium situ ac magnitudine, qua parte sui cauitatem oculi adiuuat, os vero omnium in gena hac maximum tangit, qua tendit ad palatum, & per suas apophyses pterygodeis ossa palati parua attingit: ossa autē nasi & quæ duos dentes incisorios continent, non tangit. Huius ossis circumscriptio tam pulchre à Galeno absoluitur, vt nihil addendum putem, nisi quod id os habet apophyses extra cranium quidem duas, quas ab alarum similitudine πτερυγοειδεῖς siue πτερυγοειδῆς appellant, intra vero, treis κληροειδεῖς vocatas, vnam posticam, quæ superiorem, duas anticas ad neruorum opticorum exortum, quæ inferiorem lecti partem repræsentant. Inter has apophyses qua parte os profundius est & omnium tenuissimum, vel vnum est foramen medium, capiti aciculæ par, vel multa exigua visu tamē & tactu perceptibilia, ceu in coronam sita, per quæ pituita ex cerebri ventribus in choanam recepta, trāsmittitur in duos sinus seu specus maximos, his foraminibus subiectos, & inde in nares & palatum. Idem os etiam à Galeno ἀζυγὲς appellatur, hoc est in coniugatum, quia vnicum est non geminum, cùm tamen non reliqua modo ossa, sed & cartilagines & musculi & partes omnes geminæ existant.

Σφίγγοντα φάρμακα. vide στυπτικά.

Σφιγκτὴρ. sphincter. Musculus est ani rotundus vltimam recti intestini oram ambiens. Hic adstringit rectum intestinum, ne intempestiue excrementa effluant. Substantiam habet inter cutem & musculum mediam, cuiusmodi est labiorum pars vltima. vide ὦσ ἕρα.

Σφοδρὸς σφυγμὸς. vehemens pulsus. Qui diastole sua medici tactum euertit: seu, qui violenter impellit, & cum renixu quodam pulsat. Huic oppositus, ἀμυδρὸς, hoc est languidus, dicitur. Sumpta autem est hæc tota differentia à diastole, siue à qualitate occursus & ictus arteriæ, siue à tono & vigore arteriæ in feriendo & distendendo. Est autem vehemēs pulsus vnus & simplex, non compositus, tametsi vulgo τῆς σφοδρότητος nomen actioni validæ simul & citatæ tribuatur, vt scribit Galenus: cui si liceret nomina rebus propria instituere, ingenue profitetur se pulsum hunc non σφοδρὸν, sed ἴσχνον, aut ἴσχυρὸν, aut ἰσχυρὸν, aut βίαιον, aut αἰτιῶδες, siue αἰτιοπαθητικὸν τῆς ἀρτῆς vocaturum, σφοδρὸν autem eum qui ex hac ipsa differentia, & celeritate constaret. Quia tamen maxima pars medicorum vehementiæ nomen vsurpat pro vna hac simplici differētia, non existimauit sibi mutandum esse nomen, sed pariter cum illis vehementem pulsum appellat qui tanta contētione, tantoque cum renixu pulsat, vt tangentis digitum subuertat, & loco quodammodo moueat. Ac quamuis inter vehementem & languidum medius quidam pulsus & mediocris, vt & in alijs pulsuum differentijs intercedat, ipsumque vehementis nomen excessum quendam significare videatur, vehemens tamen pulsus, si modo non facile ab externis causis mutetur, naturalis & moderatus à Galeno perhibetur, sicut præter naturam ab eodem languidus statuitur, qui à tactu euertitur, atque etiam amborum medius, qui nec tactum euertit, nec ab eo etiam euertitur. Neque enim ita se habet in hac pulsuum differentia, vti & in reliquis, in quibus quod mediocre est, secundum naturam est. Cum enim pulsus vehementis causa sit facultatis pulsificæ robur, eamque expediat homini quam robustissimam esse, damnari non potest pulsus vehementia, maxime si congenita est & naturalis, atque non facile ab externis causis mutetur. Quæ enim facile mutatur, congenita non est, sed non aliter quam magnitudo & celeritas vsu vrgente inducitur, vt ira, exercitatione, vini potu, eodemque deficiente elangueſcit. Sed de hoc præstat legere Galeni scripta libr. 1. de causis pulsuum.

Σφοδρότης νόσου. vide μέγεθος νόσου.

Σφονδύλιον. folia quadam tenus platani & panacis habet, caules fœniculaceos, cubitali altitudine aut amplius assurgentes, in quorum cacumine semen duplex, seseli simile, sed latius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris. flores eius albi, aut pallentes: radix rhaphani, candida. Nascitur in palustribus & aquosis. facultatem habet dissecantem.

Σφονδυλίωνα. spinalem medullam Homerus appellauit.

Σφόνδυλος. Attice pro σπόνδυλος. vide σπόνδυλος.

Σφραγὶς. nomen est trochisci authore Polyida. cuius descriptio est apud Paulum l. 7. c. 12. & apud Aetium lib. 9. c. 49.

Est & σφραγὶς apud Celsum nomen pastilli quem Polybus confecit ad glutinanda vulnera, cuius descriptionem habet lib. 5. c. 20.

Est & σφραγὶς Neapolitæ & Paccij apud Galen. lib. 4. τῶν κατὰ τόπ. Ex quibus apparet commune hoc nomen multorum medicamentorum fuisse.

Habetur & apud Gal. l. 5. κατὰ γένη cap. 11. & 12. σφραγὶς Polydæ, & alia κοσμικὴ dicta: Nomen etiā est confectionis ad sedandum dolorem, siccandam fluxionem, tormina & tussim quæ describitur à Gal. 7. κατὰ τόπ. c. 5. item alterius ad hæmoptoicos ibidem, mandragora constans, item collyrij cuiusdam apud Gal. 4. κατὰ τόπ.

Σφραγὶς αἱμορροΐς.

Σφραγὶς λημία. idem quod ἡ λημία γῆ. de qua suo loco.

Σφριγᾶν Hipp. in lib. περὶ γυναικ. Turgere est atque tum præsertim vbi mammæ lacte turgescunt atque leui distensione nubiles annos adesse testantur, quod est pubertatis in virginibus indicium, sicut σφαλίζειν Hippocrati & Aristoteli de testibus dictum, quando tumentes & inflati cum vocis mutatione pubertatem in maribus adesse declarant, ex illo significato σφριγᾶν pro lasciuire ponitur, & apud Gregor. σφριγῶντα ὄμματα Budæus esse ait elatos oculos & libidinosos: σφριγᾶν quoque dicitur qui est corpore bene habito vt qui in flore sunt ætatis, ideoque sæpe de iuuenibus vsurpatur, sic Herodian. l. 3. dixit νεανίας σφριγῶντας adolescentes adhuc in ipso ætatis feruore: Budæus vertit, iuuenes ætate florentissima & feruidos & corpore valentes: est & Hesychio σφριγᾶν εὐσωματεῖν, esse bene curata cute, vel corpore bene habito.

Σπασμὸς. sic veteres vocarunt σφυγμὸν ἄτακτον. hoc est pulsum inordinatum & incompositum, vt annotat Galenus in lib. de pulsibus.

Σφυγμὸς. pulsus. Primum quidem nomen hoc veteres adhibuerunt designandis motibus dolorificis, quos partes experiuntur inflammatione laborantes, præterea palpitationibus, & concitato vehementique motu arteriarum. quomodo Hippocrates etiam vsurpauit sect. 4. lib. περὶ διαίτης ὀξέων, sicut Galen. eo loco annotauit. Postea vero à medicis accuratius distingui cœpit, vt nō modo de motibus illis præter naturam diceretur, sed de eo maxime qui secundum naturam in corde, & arterijs fieri animaduertitur, cuius naturam Hippocrates vel non callebat, vel vt fallacem neglexit. Verum eius posteri diligentissime in eius cognitione versati sunt, vt vix aliud sit in arte medica maiore studio explicatum. Est autem motus cordis & arteriarum dilatatione contractioneque factus. Hic vitam moderatur, vt qui vel non aliud sit quam vita, aut causæ certe rationem obtineat per quam vita est, aut sine qua esse non potest. Neque enim aliud vita videtur esse quam actio quædam siue motus actiuus. Cum autem motus plures sint in omnibus vita præditis, is merito præstantissimus est, & in eo maxime vitam positam esse censendum qui perpetuus sit, & à quo cæteri omnes dependent. Eiusmodi cordis motus est, cum reliquæ partes interdum ferientur, eo perseuerante, nec vnquam, stante quidem vita, muneris sui vacationem habente. Nec vero cor sibi tantum motum illum ciet, sed corpori etiã vniuerso, quod ita singulis partibus, quantum quæque meretur, calorem natiuũ cuius opifex est, impertiat. Constat autem motus is duobus motibus inter se contrarijs, quorum vnus cor & eius arteriam à medio quoquoversum distendit, & loco mouet, alter distentum rursus contrahit, & in locum priorem reducit. Illum διαστολὴν, hunc συστολὴν Græci veteres dixerunt. Hi quia contrarij sunt, necesse est inter eos media quies intercedat, eaque gemina, vna quæ diastolen, altera quę systolen excipiat. Ab his differẽtiæ plurimæ pulsuum oriuntur. Cum enim certis quibusdam numeris ea in edendo pulsu sibi inuicem succedere oporteat, si in aliquo peccetur, pulsum protinus varium fieri necesse est. Numeros appello non rhythmum modo, sed etiam velocitatẽ, magnitudinem, frequentiam, vehementiam, aliaque eiusmodi ex quibus pulsuum differentię sumuntur, quas posteriore tabula describpsimus, quarũ aliæ ab ipsa diastole, aliæ vero à systole, nonnullę à media quiete, quædam ab ipsa arteria, plurimę ab ipsa facultate aut vsu sumuntur. Cum enim variæ mutandorum pulsuum causæ sint, aliæ externæ, vt hyems, æstas, calor, frigus, animiq; passiones: aliæ internæ, vt humorũ copia, crassities, acrimonia, & alia id genus: præcipuæ tamen sunt quas continentes appellant, ipsa scilicet facultas vitalis & pulsifica in corde posita, deinde vsus propter quem pulsus fiunt, qui nihil aliud est nisi caloris natiui conseruatio, eum per diastolas refrigerando, & per systolas purgando, postremo instrumentum quo pulsus fiunt, quas proxima tabula ante oculos proposuimus.


CAVSÆ pulsum mutantes.
1. Externæ: vt hyems æstas, frigus, calor & quæcunque extra corpus positæ ipsum alterant calore & frigore, vt aer, cibus, potus, motus, quies, balneum, affectus animi.
2. Internæ: humorum copia, crassities, tenuitas, acrimonia, & si qua id genus in corpore continentur. Hæ ambæ etiam causæ alterationis pulsuum dicuntur, quia vt pulsus mutentur causæ sunt, mutata prius per eas causa aliqua cõtinẽte. Non autem sunt causæ generationis pulsuum, seu vt pulsus fiant id quod causæ continentes iunt.
3. Continentes seu connunctæ & propinquæ & cohærentes.
Facultas vitalis, cuius essentia est in commodo corporis cordis temperamento posita, a qua pulsus fit
Robustus, cuius causæ sunt temperiem corporis cordis propriam seruantes, aut corrigentes malam.
Internæ
1. Humoris semicrudi qui iam coquatur excretio Paulus seu eum Galeno lib. 1. præsagiorum pulsi
2. Naturæ ad crisim impetus, nisi id fit in eodem genere, scilicet humorum coctione. Crisis enim perfecta non fit, nisi concoctis humoribus à natura.
3. Ira.
Externę
Vinum. Cibus. Exercitatio } Vel horum contraria, qualitate, quantitate, tempore postulante exhibitæ.
Cætera cordis & arteriarum intemperiem corrigentia, vt potus, cibus, medicamenta, balneum.
Mediocris, cuius causæ sunt alterutræ remissæ, vel ambæ, sed æquipollentes, vel primæ, quibus mox succedunt vltimæ.
Inedia, quæ per accidens vacuat.
Vacuationes immodicæ per aluum, vrinas, vterum, hæmorrhoidas, sudorem, vomitũ, fluorẽ sanguinis è naribus, aut sectam venam aut alia vacuanta remedia.
Tristitia, curæ, dolores maxime syncoptici.
Quæcunque cordis & arteriarum intemperiem faciunt, siue in corpore sint, vt in humoribus vel partibus solidis, siue foris adueniant.
Quæ facultatem vitalem deprimunt, calfaciendo, refrigerando, humectando, siccando, digerendo. 1 præsag.
Imbecillus, cuius causæ sunt
ex pulsibus, & Paulus.
Inedia & alimenti penuria.
Omnis immodica vacuatio.
Affectus animi vehementes.
Siue facultatem (Gal. in Isagoge de pulsibus.
Dissoluentia & dissipantia
Dolor vehemẽs aut diuturnus, aut partis principis.
Morbi maligni, acuti, magni, & vehementes & diuturni.
Facultatẽ dissoluentia Gal. in fine lib. 1. præsag.
Deprimentia & degradantia
Per se, vt materiæ affluẽtia & copia humorũ supra vires & facultatem
Per aliud, scilicet arterię affectus, vt obstruentes eam vel premẽtes.
Inflammationes. Scirrhos. Tumores alios. Abcessus Corruptiones alias.
A causis
Naturalibus, vt
Temperamento calidiore.
Ætate, vt pueritia, floridæ.
Aeris statu calidiore, vt æstate, sub zona torrida, flante Austro.
Nõ naturalib. vt
Aere nos ambiente.
Balneo.
Cibo, potu, medicamento.
Exercitatione.
Calidiore.
Præter naturam, vt
Intemperie calida.
Humorum putredine.
Ira & similibus. Paulus.
Vrgẽs, i. caloris adustio seu calor in corde & reliquo corpore auctus, aut magna spiritus animalis consumptio motu, vigiliis, curis, &c. facta.
Siue à
Motu corporis aut animi.
Putredine.
Suppressione calidi effluuij.
Contactu alterius caloris, vt ignei, solaris.
Mixtione calidæ substantiæ, vt vini, cibi, medicamenti. Gal lib. 1. de febr. cap 4. & lib. de causis morborum.
Vsus propter quem pulsus fiũt, primus & maximus est caloris nativi in toto corpore tutela per diastolas refrigerati, per systolas purgati à fuliginosis excrementis.
Mediocris.
Naturalibus, vt temperamento frigidiore, &c.
Non naturalibus, vt aere nos ambiente frigidiore.
Præter naturam, vt intẽperie frigida, succis frigidis, metu. Tot enim genere sunt causæ refrigerãtes calorem, quot calefacientes, sed contrariæ.
A causis
Aere externo corpori occurrente vel inspirato, vel frigidiore.
Aqua affusa vel pota immodice.
Cibo pituitoso.
Balneo, medicamento corpori inuncto vel deuorato.
Metu, quiete & otio diuturnis.
Humoribus frigidis in corpore contentis prius quietis nunc commotis. Galen. l. 1. præs. pulsuum, & lib. de caus. morb.
Deficiens i. caloris refrigeratio seu calor in corde & corpore reliquo minutus aut parua spiritus animalis consumptio.
Siue ab
Instrumẽtum per quod fiunt pulsus, vt arteria.
Mollis ab his quæ sunt
Secundum naturam, vt
Cibo humido.
Balneis frequentioribus.
Somnis multis.
Vita molli & delicata, & voluptatibus & otijs, &c.
Mediocris.
Præter naturam, vt
Comate, scilicet somnolento.
Lethargo & omni immodica humiditate, qualis est in hydrope seu leucophlegmatia, seu anasarca & hyposarca. Gal l. 1. præs pulsuum & 4. de causis pulsuum hydrop. & 2 præsag pulsuum.
Dura.
Siccitate à febribus ardentibus male productis à torrido marcore, & à certis quartanæ & melancholiæ generibus.
Constrictione a frigore, vt ex pomorum esu, aquæ potu, balneis frigidis & breuiter omnibus quæ pituitam frigidam aut succum vitreum gignunt.
Tensione.
Affectibus conuellentibus.
Magnis inflammationibus præsertim viscerum, vt hepatis & lienis.
Constrictione & tensione simul, vt in scirrhis præsertim hepatis & lienis. Gal. 1. præsag pulsuum & 2 vbi inter causas pulsus duri validam conuulsionem recenset, vt Paulus. Et lib de causis morborum.

Sequi.

Σφυρὰ malleoli. Sunt duæ ossiũ epiphyses in extrema tibia prominentes & gibbosæ non sunt autẽ hæ vnius ossis epiphyses, sed duorum quibus tota tibia confiata est, scilicet τὸ κνήμης καὶ τὸ περόνης, hoc est tibiæ & suræ. Siquidẽ ἡ κνήμη inferiori in parte interius protuberat, ἡ περόνη vero exterius. Itaque non sunt aliud malleoli quam fines κνήμης καὶ περόνης, hoc est tibiæ & suræ, inferni, qua vtrimque excarnes sunt & gibbi extraque prominent. Proinde errant, vt ait Galenus, qui eos ἀστραγάλους, id est talos, nominant, qui errorante Galeni tempora exortus, ad nos vsque dimanauit, multis etiam doctis viris σφυρὰ talos vertentibus, cum malleolos dicere debuerint. Neque enim hæ apophyses astragalum constituunt, sed sub his astragalus latet, tactui & oculis ob ligamenta & tendones nequaquam conspicuus.

» Quare minus mirandum est de Latinis scriptoribus quod malleolos talos dixerint, aut propter vicinum partium situm vocabula confundentes, aut Græcos in hoc imitantes, sic dixit Horat. Quarum subsuta talos tegat instita veste, & rursus. ad talos vsque stola demissa, & Tullius purpura ad talos vsque demissa, & Plinius. sæpe & recentiores plerique omnes qui cum Græcos & Latinos veteres in hoc sequantur, si non hinc laudem, certe veniam, minime vero reprehensionem merentur.

Σφυρὰ φλέψ. malleoli vena. Hæc ad inguinis glandulas nata, per internum cruris, genu, tibiæ, inter cutim & membranam carnosam descendit ad malleolum externum. & in pedis superni cutim varie absumitur. vulgus saphenam vocat.

Σχάζειν, ἢ σχᾶν. secare venam, aut scarificare cutem » significat Galen. 15. & 14. meth. σχᾶν etiam » αὐτὸ τὸ σχάζειν dicitur quo vtitur Hippocr.

Σχάσαι. tria significat vt Galen. scripsit ἐν γλαύσσαις » quippe vel scarificare significat, vel excernere, » vel laxare. Primum fit scalpello; alterum sponte naturæ motu, vel medicamento. Tertium cataplasmatis, fomentis, situ & cæteris. » Male Cornar. sect. 5. lib. 2. Epid. σχάσαι de venæ » sectione intellexit cum fuerit de scarificatione » intelligendum, vbi proponit Hippocrat. remedium conuulsionis digitorum.

Σχάσματα. exponit Erotian. ἀποσπάσματα, τὰ ἐν πλησμοῖς » περὶ τ' ἄκρων γινόμενα καὶ οἷον τρεβλώματα. Auulsa siue » auulsiones, à vulnere circa mentum factas & » luxationes seu distorsiones.

Σχασταία. sunt lina simplicia, quod relaxent sic dicta. quæ temere non adijciuntur, sed vt, vbi quæ arctata sunt, remittere voluimus, per lina id præstemus, & non per capita. Author Oribasius li. de laqueis. Verum Galen. aliter interpretatur lib. de artic. comment. 2. vbi dicit significare ex naturali statu in alterum transmutari, atque id repente. Venit ἀπὸ τῆς σχάσεως siue σχάζεως, quod significat apud Hippocr. ἀθρόως ἐκ τῆς εὐσυνθέτου διαστάσεως εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι, hoc est repente ex naturali situ in alium transferri, vt explicat Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Σχεδία. sic quibusdam locis Hippocr. appellauit organum suum ad luxata omnia restituenda idoneum, quod tamen multis locis idem ξύλον vocat, recentiores βάθρον, hoc est scamnum dixerunt, de quo vide suo loco.

Σχελὶς. sic dicitur ab Hippocr. ἡ ὀγχνοτὰ, vt annotat Galen.

Σχέσις. est affectio dubia, hoc est, quæ facile & inducitur & depellitur. Hanc Aristot. διάθεσιν appellauit, τῇ ἕξει opposita. Ab ea febres quæ facile discutiuntur χεπεὰς & ἐν σχέσει: quæ agre, ἰσχυρὰς & ἐν ἕξει appellant.

Significat & σχέσις apud Hippocr. ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, αὐτὸν τ' σώματος τῶν κατασκευῶν, hoc est, ipsius corporis habitudinem, secundum quam aliquis carnosus vel gracilis, duro vel molli, raro vel denso corpore dicitur, vt Galen. comment. 1. annotauit, quam tamen corporis constitutionem idem etiam Hippocrat. ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἕξιν appellauit, vt Galenus in comment. explicauit.

Σχεδαστὸν κάταγμα. est fracturæ ossis differentia, in in qua non omnino separantur à se partes fracti ossis, sed veluti per rectitudinem ducuntur. vide κάταγμα.

Σχιλλιτικὸς οἶνος. vinum scyllitieum, vide οἶνος vbi vinorum insigniores differentiæ explicantur.

Σχινέλαιον. lentiscinum oleum: Dioscor. lib. 1. c. 51. vocat σχινινον ἔλαιον.

Σχινίδες. vide mox χοινίδες.

Σχῖνος. lentiscus, omnibus ille dentium affectionibus vtilis est, ideoque ex lentisco dentifricia fieri consueuêre & dentiscalpia, id est, cuspides quædam purgandis dentibus accommodatæ. Vnde Martialis in Apophoretis.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest

Sed & olim molles ac delicatuli, ceu quibus esset frequenter in ore dentiscalpium contumelię loco σχοινῶνες seu σχοινωνία, quasi lentisci arrosores appellabantur.

Σχίσμα. peculiariter sic dicitur fissura seu rima naturalium in muliere, teste Polluce lib. 2. & Ruffo.

Σχιστὴ, aliquando absolute dicitur, & alumen intelligitur, quod priuatim eo nomine appellatur, de quo vide συπῆνεία.

Σχιστὸν γάλα. scissile lac, vide in dictione γάλα vbi lactis differentiæ & præparationes exponuntur.

Σχιστὸς λίθος. lapis est affinis hæmatitæ, & ex eadem materia concretus. probatur maxime croceus, friabilis, suapte natura fissilis, concremento & alterno cohærentium venarum discursu pectinum modo, ammoniaco sali similis. Sic dicitur vel quod findi facile possit, vel, quod quodammodo fissus esse videatur.

Σχιστὸν ὠὸν. vide ὠὸν.

Σχοινίδες. lentisci baccæ, apud Hippocratem: perperam pro χοινίδες. χῖνος enim lentiscus est: σχῖνος vero iuncus.

Σχῖνος. iuncus, duo sunt huius genera. vnum læuis nominati, alterum acuti qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiam duo assignantur genera: vnum sterile: reliquum fert semen nigrum, rotundum, & crassiore constat calamo, carnosioreque. Tertius est iuncus, qui vocatur ὁλόχοινος, prioribus carnosior, asperiorque. is similem supradicto fructum in cacumine parit. Apud Dioscor. & Aetium χῖνος legitur: apud Galenum & Paulum vtrumque.

Σχῖνος ἀρωματικὸς. iuncus odoratus, teres est, scapo exili rubente, flore copioso, odorem rosæ in cõfricando emittens, fragmentis in purpuram vergentibus. Legitur quam recentissimus, mordacitatis, rosæ ad linguam, fructu rosaceum spirans odorem, rubentibus fragmentis. Pharmacopolæ squinanthum vocant.

» Hippocr. σχοῖνον ἡδύοσμον suauem iuncum vocauit vt docet Galen. in exeg. officinæ squinanthum, quamuis florem iunci odorati veteribus dici placuit, vulgus pastum camelorum, ne tamen schœni nomenclatura pariat errorem, cum alterius iunci meminerunt quam odorati, adiectione aliqua discriminant, Scribonius schœni vocabulum retinuit.

Σχοινόστροφος. dicitur à quibusdam ἡ καίναβις ἥμερος, sicut habetur apud Dioscorid. à texendis ex ea funibus.

Σώζουσα. sic dicta fuit à quibusdam ἡ ἀρτεμισία, vt author est Dioscorides. nec dubium est quin à præsenti remedio quod mulieribus in partu exhibet, hoc nomine donata sit.

Σωλὴν. canalis. Est instrumentum chirurgicum rotundum, oblongum, cauum, in quod crus aut femur fractum conijcitur & continetur. Simile quidem est glossocomo, sed figura differt, vt scribit Galen. comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, quo loco Hippocr. de eius vsu multa differit. Exterius rotundus est, interius cauus, perinde atque canalis fictilis, per quem aqua confluit in vijs lapide stratis. quo fit vt totum membrum cui aptatur, circulo comprehendat. Is autem canalis chirurgicus ab inferiori parte foramina habet, per quæ, si quis humor excesserit, descendat, & à planta moram, quæ simul & sustineat eam & delabi non patiatur, & à lateribus caua, per quæ loris datis mora quidem crus femurque vt collocatum est, detineat, sicut Corn. Celsus lib. 8. c. 10. descripsit.

Quinetiam ad canalis fictilis similitudinem σωλὴν ab anatomicis dicitur medium foramẽ quo omnes ceruicis vertebræ peruiæ sunt, & spinæ medulla à cerebro descendit: id quod alio quoque nomine ἱερὰ σύριγξ vocatur, quasi sacram fistulam dicas aut magnam.

Σωματομαχεῖν. fuit quoddam exercitationis genus, » apud veteres in quo qui se exercerent, iungebantur, & toto corpore certabant, sed nudi ac sine complexu. Erat autem pancratij species, atque illa ad crassiores homines efficiendos mirifice conferebat, vide supra προσάπτεσθαι.

Σωματοποιεῖν. vox apud Hippocrat. quæ idem sonat » quod corporis curam suscipere.

Σωμάτωσις, ἔκκρισις τοῦ ὑδατώδους. ut docet Theophr. lib. 6. de caus. plant. & τὰ σωματοθέντα ea quæ excretione eius quod aqueum inerat corpora sunt facta, propterea que mere aqueis opponuntur.

Σῶρυ. est medicamentum metallicum odore tetro, colore nigro, in ijsdem metallis, in quibus misy & chalcitis, prouenient. Scripto prodidit Gal. se in Cypri metallis instratas sibi mutuo soreos, chalcitidis & misyos laminas vidisse, sed infimũ quidem sory, summum misy, in medio chalcitidem fuisse. Simul enim hæc tria reperiuntur, quod magna sit inter ea substantiarum cognatio, adeo vt certis temporũ spatijs sory in chalcitidem, chalcitis in misy transeat, à natura perfectius excoctum. Sunt enim hæc tria eiusdem generis, solaque partium tenuitate & crassitie differunt. Crassissimarum enim partium est sory, tenuissimarum misy, medium locum chalcitis obtinet. Sed præterea in odore & colore inter ea annotata differentia est, quod sory fere nigrũ sit, misy aureo colore, chalcitis æreo, quodque sory tam tetrum vibret odorem, vt mox olfacienti moueat nauseam. Habetur διὰ σώρεως emplastrum apud Aetium libr. 14. c. 44. admirandum in curatione malignorum vlcerum. Apud Aetium & Paulum σῶρι scriptum est.

Σώσανδρον. dictum fuisse à quibusdam τὸ δελφίνιον Dioscorides author est.

Σώτειρα. seruatrix. nomen antidoti, cuius descriptio habetur apud Paulum. lib. 7. c. 11.

Σωφρονιστῆρες. genuini dentes qui omnium nouissimi nascuntur, sed vt plurimum quidem ab anno decimo octauo ad vigesimum sextum. Visi aliquando sunt etiam octogesimo nasci. Hi vtrobique singulares penitissima oris parte nasci solent, ideoque ita nominantur, vt scribit Rufus, quod nascantur cum homo σωφρονεῖν, hoc est sapere, incipit. Sunt autem è genere dentium molarium. vide ὀδόντες.

De his sic Plin. iam vero, inquit, quibusdam mulieribus anno etiam 80. maxillares illi nouissimi non sine dolore exierunt, viris quoq; idem accidisse accepimus, quod certe ijs contingit quibus in iuuentute ipsi gemini nati non fuerint, sed quibus in iuuentute decidere, in senecta & mox renasci certum est.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. T.

Αγγὰ. antiqua vox & Hippocrati parum vſitata, qualis φύρτα & χογγρῶναι. Strumas autẽ quibuſdam, alijs tumores putreſcentes ſignificant; Hippoc. 2. Epidem. pro quibuſdam tumoribus vſurpaſſe videtur qui ſua putredine in cutem erumpunt.

Ταῤῥὸν ἔλαιον. oleum rancidum, ex vetuſtis & rancidis nucibus expreſſum, quæ κάρυα ταγγὰ & ἔλαια ἐκ dicuntur. Quod quomodo paretur Conſtantinus Cæſar docet lib. 9. c. 22.

Ταγγὸς. rancor Paulo Ægin. dicitur.

Ταμῖται. Atticis dicebantur placentæ ex triticea farina paratæ quæ Aſianis πηγανῖται, vide πηγανῖτις.

Ταινίαι. tæniæ. lumbricorum ſpecies qui etiam πλατεῖαι & κεστοίδες dicuntur. ſic dicti ſunt quod inſtar faſciarum ſint longi & lati. male apud Plinium tineæ pro tæniæ ſcriptum eſt, quem errorem non animaduertens Gaza apud Ariſtot. lib. 5. de hiſtor. animal. 5. ἑλμινθίδας tineas reddidit. vide ἑλμινθες.

Τακτὸς. ὁ de carnibus & alijs cibis dicitur, maceratione & coctione ita emollitis vt in ore quaſi liqueſcere & diffluere videantur vt apud Gal. ad Glaucon. lib. 1.

Ταχύπνοια. ſpiratio celer & velox, quam eſſe ſymptoma catalepticis contingens ait Cæl. Aurel. lib. 2. τ. χρον. c. 5.

Ταλαιπωρίαι. labores ſunt: qui fiunt per immodicos motus Galen. comment. 2. in libr. Hippocr. de nat. humana.

Τάλαπος. dicitur à quibuſdam herba quam medici polygonion, Macedones ὀστόκολλον, vulgus ſymphyton appellant, quod diſſectas carnes tradant coaleſcere ſi coquatur vna.

Ταμαρικὴ. tamarice. ſic dicitur à nonnullis ἡ μυρίκη.

Τάμνος. coagulum. quod alio nomine dicitur πύα. vt explicat Gal. in lexico Hippocr.

Τάραξις. oculi perturbatio Morbus eſt oculi quem Paulus lib. 3. c. 22. definit eſſe humiditatem & caliditatem oculi cum rubore præter naturam, non à corpore, ſed ab aliqua cauſa externa inductam, vt ſole, fumo, puluere, oleo, ideoque facilime ſanari, depulſa ſcilicet cauſa. Galenus comment. 5. in librum ſextum τ ἐπιδημιῶν ſcribit τὴν τάραξιν in oculis phlegmones quoddam initium eſſe. Paulus vero eo ſolo ἀπὸ τ ὀφθαλμίας differre prodidit, quod ἡ τάραξις à manifeſta tantum cauſa fiat, illa vero non à manifeſta modo, verum etiam ab interna, adeo vt ad quintum vſque diem nonnunquam perſeueret.

Ταράττειν. turbare, vehementius commouere vt apud Hippocr. ταράττειν τὴν κοιλίαν, ὃ τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. neque enim eo verbo aliquid moderate, ſed ſupra modum fieri intelligitur, vt Galen. comment. 3. explicauit.

Ταραχὴ. in vniuerſum offenſio quędã eſt tum in corpore, tum in ventre, tum in mente. Atque inde apud Hippocr. in prorrhet. ὁ ἀλόγως παραπλόμενος vt comment. 1. Galen. annotauit, id eſt qui præter rationem turbatur, quod offenſa leniter mẽte fieri conſueuit, aucta enim offenſa non iam παραχθῆναι ſimpliciter, ſed παραφρονεῖν dicuntur ait ibidem Galen. quod contingit agitata bile, ſurſumq; appetente, ſedemque animæ principis occupante: hinc & ἀγρυπνία παραχώδης vigilia turbulenta, propria phreniticorum, cũ per viſiones vel exclamant, vel exiliunt, & vix domeſticos agnoſcunt vt Galen. annotauit comment. 1. prorrhet. 1. aphor. 6. Et παραχώδης κοιλία loqtiutio frequens apud Hippocr. quando ſcilicet cum tumultu & moleſtia alui excitantur ad excretionem: Celſus lib. 2. c. 8. vertit reſolutum ventrem, & in Coacis dicuntur ventres dolentes ſine turbatione qui dolent, ſed nihil effundunt. Sed & παραχὴ dicitur aphor. 2. lib. 1. ventris deiectio ſeu purgatio per aluum & παραχώδεα ἔδεα ſect. 2. prorrhet. Dicuntur Galen. interprete μετὰ δήξεως καὶ πόνου διδόντα, hoc eſt, vrinas cum morſu & dolore: exeuntes.

Τάριχος. salsamentum proprie quidem dicitur caro piscium sale condita & exiccata, ac præsertim eorum ceruices & ventres, cæteræque partes pinguiores, vt scribit Oribasius lib. 2. Reliquæ enim partes minus pingues μελανόδρυα vocantur, non autem τάριχος. Vt autem differētes sunt pisces, ita sunt salsamentorum variæ differentiæ & facultates. Qui enim sunt natura minimum excrementitij, siue molli carne prædit sint, vt omnes saxatiles, siue dura, vt mulli, inepti sunt ad salsamenta. Qui vero excrementosi sunt, hoc est, qui succum in se continent pituitosum, si sale adseruentur, τάριχος fient præstantissimum, atque eo quidem magis quo ille fuerit crassior & copiosior. Sardica salsamenta (Sardas hodie vocant) maxime commendat Galenus, deinde coracinos, pelamidas, & quæ sexitana vocabantur. Alij ὠράια, quæ & κύβια dicuntur, laudarūt. Ea fiebant ex pelamide minore, & ab his δύννια quæ ex pelamide maiore erant. Quanquam vero τάριχος nomen de piscibus sale conditis intelligatur, attamen ad alia etiam accommodatur, quæ alia quauis cōditura asseruari possūt. Nam & apud Galenum legitur lib. 5. περὶ κρ. τόπ. πύρεθρον ὄξει δριμυτάτῳ ἐπ' ἡμέρας μ' ταριχεύσας τρίβον. hoc est, pyrethrum aceto acerrimo quadraginta diebus infusum, terito. Dicitur & τάριχος cuiuscumque animalis inueterata caro, etiam citra salis conditura, vt apud Dioscoridem videre licet capite de adipe anserino & gallinaceo δίχα ἁλῶν τεταριχευμένη. Item apud Plinium libro 28. de adipe suillo, quem inueterari scribit duobus modis, aut cum sale, aut syncerum. Transtulit & ad homines Galenus lib. 9. meth. medic. & comment. 2. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, loquens de medicis diatritarijs, qui, vt ait, triduo fame σεσταριχεύσαντες τὸν ἄνθρωπον, quarto die nutrire incipiūt. quo nomine non aliud ibi designat quam immodicam siccitatem inedia inductam.

» Est vero à voce τάριχος deductum ταριχεύειν, » quod apud Herodotum vsurpatur sæpissime de » corporum mortuorum condituris. Cum autem » plures gens Ægyptia haberet modos quibus » mortuos à putredine vendicaret, primus om- » nium atque etiam frequentius à populo vsurpa- » tus fuit qui ex solo constabat sale, vnde salire, » est corpora condire dicebatur, & sale condita » τεταριχευμένα. Sic carnes vel piscium vel aliorum » animantium, vel olera sale condiri atque mace- » rari assueuerūt, sicque inueterata & arefacta ser- » uari. Sed & oua quoque apud veteres solita fuis- » se ταριχευτὰ ex Athenæi lib. 3. constat. Nota ve- » ro non semper salsa esse τεταριχευμένα, vt patet ex » Dioscor. lib. 2. c. 88. quod περὶ σίκυος inscribitur: » sic Plin. lib. 28. c. 9. de suillo adipe ait, inueteratur duobus modis, aut cum sale, aut syncerus » tanto vtilior quanto sit vetustior, & ibidem syn- » ceram axungiam vocat τὴν δίχα ἁλῶν τεταριχευμέ- » νην, cui opponit salsam. τὴν ταριχηράν. Similiter » apud Galen. libr. 3. περὶ κρ. τόπ. quod Archigenes » dicit ἐλάιπικον σέαρ τεταριχευμένον interpretantur » adeps Vulpinus asseruat' & inueteratus, nolūt- » que addere in sale seu sale. Plerumque tamen de » ijs quæ sale condita macerataque asseruantur & » inueterantur dici solet. Eaque vel in sale & mu- » ria relinquuntur maceranda, vel eximuntur & » suspensa exsiccantur. Posterioris exempla sunt » carnes quæ in muria maceratæ solent infumari in » caminis, aut alibi suspensæ exsiccari, neque vero tantummodo in muria carnes aliaq; eiusmodi ταριχεύονται, sed etiā in aceto, vt patet ex quodam Galeni loco superius citato, vbi ὄξει δριμυτάτῳ ταριχεύειν, est acerrimo aceto condire seu macerare. Porrò etiam ταριχεύειν significat arefacere exsiccare vel & citra salem. Sic Suidas ταριχεύει exponit πήκει, ξηραίνει, macerat arefacit. Vnde & Galen. 9. meth. med. & comment. 2. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων hanc vocem ad homines transtulit, de medicis diatritarijs loquens, qui, vt ait, triduo fame σεσταριχεύσαντες τὸν ἄνθρωπον, quarto die nutrire incipiunt quo nomine non aliud ibi designat quam immodicam siccitatem inedia inductam. Ligna quoque ταριχευτὰ dicuntur quum in aqua asseruantur seu macerātur, vt nimirum indurescant, vt patet ex Theophr. lib. 5. & lib 4. de ficu Ægyptia, sed proprie ταριχευτὰ dicuntur cum in marina aqua macerantur, quæ salsa est & muriæ vicem præstat; ταριχεύονται autem vt inarescant & indurescant. A voce τάριχος fit & ταριχηρὸς, & ταριχηρὰ dicuntur salsamenta, quibus Dioscor. l. 2. 30. opponit τὰ σκόροδα siue νωπὰ; id est recentia; sic Plin. recentia opponit seruatis li. 32. c. 10. Dicuntur autem simpliciter seruata quoniam non aliter quam sale condita seruari possunt, sale inquam quo putredo arcetur.

Ταρσὸς. est pars pedis quatuor ossium serie cōstās. Ex his tria carent nomine, quartum κυβοειδὲς dicitur. illa cū osse scaphoide coniunguntur, hoc cum calce articulatur. Differunt inter se figura, magnitudine & situ. Verum omnia intus caua sunt ad ambulationis & apprehensionis firmitatem, foris gibba ad dyspathiam. Videtur in pede ταρσὸς esse quod est καρπὸς in manu, nisi quod τῦ καρποῦ ossa sint octo, τῦ ταρσοῦ vero quatuor: ex minoribus namq; particulis apprehensionis organum constare debuit, ex grandioribus vero id quod ad ambulandum comparatum est.

Suidæ ταρσὸς dicitur τὸ πλάτος τῦ ποδὸς, & Eustath. τὸ κάτω πλάτυ, Poëtæ ταρσοὶ & ταρσὰ etiam vocant pedem integrum synecdochicōs.

Ταρσὸς. dicitur cartilago in ambitu palpebrarum sita cui sunt inserta cilia, hoc est, palpebrarum sibi semper æquales neque vnquam excrescentes pili, quod propter cartilaginis siccitatem paucum illis suppeditetur alimentum. Ruffus autem non illam cartilaginem sed pilos ex ea nascentes ταρσοὺς ἢ βλεφαρίδας scribit nuncupari.

Ταρσὸς. etiam dicitur omne quod dilatatum est. ex quo vocabulum hoc manauit apud Hippocratem τετάρσωνται, quod significat dilatāta fuerunt. vt scribit Gal. in interpretatione linguarum.

Scilicet in modum palmæ aut plantæ pedis.

Ταρσὸν. insuper Suidas & Eustath. appellant extremam manus partem, id est digitorum ordinem; alij μετακάρπιον totum eo nomine intelligūt. Ditur & ταρσὸς de nexu ac contextu radicum implicitarum in modum cratis apud Theophrastum.

Ταυροκόλλα, dicitur à quibusdam ἡ κόλλα, hoc est gluten, vt scribit Dioscor.

Ταῦρος. taurus. est futura quæ à pene ad vsque sedem producitur, vt explicat Introductionis author.

A voce ταῦρος deductum ἀταύρωτος apud Pollucem, id est coniugij expers; Deriuatur & à voce ταῦρος, λάσταυρος impudicum significans.

Αὐτὸ ταυτομάτου. sponte idem quod αἰτίας ἀπὸ ταυτομάτου sine causa exteriori, sed maxime vbi vi naturæ

" potius quam morbi, vt 1. aphor. 2. & aphor. 14.
" περὶ παρεχῆς ἀπὸ ταυτομάτου ἢ γαστρὸς de perturba-
" ne spontina ventris: Galenus ἀυτόματα de-
" finit ἃ μὴν γινόμενα οὐ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς
" ἢ ἐξ ἡμῶν αἰτίας, aliter quoque ἄνευ φανερῆς
" αἰτίας, τοτὲ μὲν ἀμβλείας αἰτίας ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ γι-
" νομένης, ἀλλὰ παρεγνωσίας οὔσεως, atque eo modo sæ-
" pe vsurpauit Hippocr. in aphor. Aliter quoque
" ἀπὸ ταυτομάτου pro ἐξαίφνης repente vt aphor. 78.
" Qui sanguinem sponte meiunt, illis rupta est in
" renibus vena, vbi vide Galeni commentarium.
" Aliter quoque ἀπὸ ταυτομάτου ex opposito est ei
" quod κατ' ἀφαίρεσιν. Cor enim & cerebrum spon-
" te naturæ moueri dicimus, oculos vero & artus
" κατ' ἀφαίρεσιν, quia arbitrio quiescant & moueantur: παρεχὴν ἢ κοιλίης ἀπὸ ταυτομάτου γινομένην opponit Hippocr. in Aphorismis ei quæ à medicamento moueatur.

Ταχὺ. frequenter vsurpatur αὐτὶ τοῦ πυκνοῦ, eorumque nominum vsus apud veteres sæpe confunditur, vt apud Hippocrat ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, sicut Gal. comment. 3. annotauit.

Ταχὺς σφυγμὸς. celer pulsus seu velox. Est qui breui tempore multum spatij conficit, seu qui arteriam breui tempore multum distendit. Vna est generalis pulsuum differentia, sumpta ex tempore motus, seu ex qualitate motus, seu ex quãtitate temporis, motus, & spatij simul. Huic contrarius βραδὺς hoc est tardus dicitur. vide βραδὺς.

Τήκειν. rigari. hoc est, per totam substantiam humectari. βρέχειν vero, extima tantum superficie madefieri: vt scribit Galen. lib. 9. de simpl. medicamentis. τήκειν autem humectare est, vt explicat Galen. in lexico Hippocratis.

Τηκτὰ. dicuntur ea quæ humore perfusa eum intra se admittunt, indeque humidiora fiunt & molliora, vt lana & terra. Contra vero ἄτηκτα sunt, æs, sal, nitrum: illud quidem quod ab igne concreuerit, hæc vero quod humore liquescant, nec perfusa maneant & euadant molliora, quod tamen τὸ τηκτῶν proprium est. Scripsit Aristoteles in vniuersum ea τηκτὰ dici, quæcumque terrea poros habent maiores aquæ mole & duriores: maiores quidem vt aquam admittere possint, duriores vero vt nõ prompte ab ea resoluantur. Itaque quoniã in lateribus & ære minores sunt, in sale vero nitroque molliores, ἄτηκτα censentur. Cæterum τηκτὰ ἢ μαλακτὰ de genere eorum sunt quæ concreuerunt, & quæ πικτὰ appellantur: differunt autem quod μαλακτὰ igne, τηκτὰ humore fiant, manente in vtrisque ipsa rerum forma, sed humidiore mollioreque, aliter quam ἐν τοῖς πικτοῖς, quorum forma colliquatione prorsus soluitur & perit. Sal enim & nitrum humore diluta speciem suam amittunt.

Τθαλασσομιγὴς οἶνος. vinum marinum. vide θαλασσίτης οἶνος.

Τθεραπευμένα. Græci appellant quæ curata vocant,
" Puta cum ex seuo, omnes membranulæ diligẽ-
" ter exemptæ sunt, aut ex alio medicamento,
" Cels. lib. 5. c. 19. & Ibid. in λευκῇ ἐμπλάστρῳ.

Τεινεσμὸς. tenesmus. Est continua & implacabilis desidendi cupiditas, qua nihil præter cruenta pauca & mucosa egeritur. In causa est vel genita in longanone inflammatione œdematosa, hærentium illic excremẽtorum opinionem & ea deijciendi desiderium mouens, vel acris quidam humor in extremo intestino collectus assidue ad excretionem irritans, vel obstructio à stercore in tenui intestino coacto, vel vlcus intestini recti, à quo excitatum tenesmum quidam proprie tenesmum vocari volunt. Malum hoc sæpe dysenteriam præcedit, interdum tam vehemens est, vt symptomatis omnibus dysenteriæ simile videatur, vel eam etiam summo desidendi conatu superare.

Fit etiam quædam tenesmi species in calculo
" vesicæ, & mulieribus partui vicinis, quia in illis
" premitur à calculo, & ab vtero pleno rectum in-
" testinum, quod hærentium ibi excrementorum
" opinionem inducit; Est autem hic affectus sic
" vocatus ἀπὸ τοῦ τάσεως, à contentione & nisu qui
" in eo fit cum vehementi cupiditate egerendi la-
" cessiti, crebro exurgere coguntur inquit Galen.
" comment. in aphor. 27. lib. 7.

Τεκεῖν. apud Hippocrat. 1. γυναικ. sæpe pro ξυλλαβεῖν
" concipere vsurpatur.

Τέκμαρσις. est quæ per τεκμήριον fit cognitio.

Τεκμήριον. dicitur id quod perpetuo vnum aliquid significat: quod non est aliud quam argumentum ab indicatione sumptum, siue ipsa indicatio. est autem argumentum necessarium. à quo desumpta rerum cognitio, τέκμαρσις appellatur. Eo distinguitur ἀπὸ τοῦ σημείου, quod non est perpetuum neque necessarium, vt quod non desumatur à propria cuiusque rei indicatione quam natura suggerit, sed ab obseruatione empirica quam τήρησιν appellãt. Est enim σημεῖον proprium τῆς τηρήσεως ἐμπειρικῆς, sicut τὸ τεκμήριον τῆς ἀκολουθίας λογικῆς, quod non aliud est quam indicatio. Author Galenus commentario 3. in prognost.

Τθαμῶνες. dicuntur lintea concerpta quæ vulneribus accommodantur, vel fasciolæ potius quibus oblæsa membra deligari solent.

Sic legimus Epigramm. lib. 2. περὶ τοῦ ἐντμησαμένου
" qui quos furabatur τελαμῶνας ἀπὸ τῶν ἐντμάτων mit-
" tebat Chirurgo ad obliganda vulnera.

Τθεῖν. consumere, ἀναλίσκειν: quod vocabulum vsurpatur ab Hippocrate lib. περὶ παθῶν, vt annotat. Gal. in lexico Hippocratis.

Τίλμα. dicitur pars ea pedis qua terram contingimus & calcamus.

Alio nomine τύλωμα dicitur.

Τελεύτη. mors dicitur Hippocrati & τελευτᾶν mori.

Τέλος. finis & vltimum. vt annotat Galen. in lexico Hippocratis.

Τένων. tendo. Est ἀπονεύρωσις seu finis musculi quo in partem mouendam inserto fit motus omnis voluntarius. Constat fibris neruorum & ligamentorum in vnum coeuntibus, & interdum carne adhuc eas fibras ambiente. Itaque mixtam habet ex neruis & ligamentis naturam. Hippocrates, sicut annotat Galenus, consueuit appellare τένοντας eas musculorũ extremitates quæ ab anatomicis ἀπονευρώσεις nuncupantur, eas præsertim quæ minus carnosæ sunt. Dicitur τένων ἀπὸ τοῦ τείνειν, id est à tendendo, quod eius actio præcipua in intensione seu cõtractione sita sit: horũ enim vnusquisque fibris suis versus musculi caput retractis partem cui inseritur eodem contrahit atque euellit.

Non autem omnis musculus tendinem habet,
" sed ij tantum qui ossa mouent vide Galen. lib. 1.
" de motu muscul. c. 3. & Ruffum Ephes. Me-
" taphorice quoque mõti τένοντες tribuuntur apud
" Basil. τένων autem peculiariter Polluci lib. 2. di-
" citur latus ille neruus qui à poplite initium su-

» mens in calcaneo finitur. Ruffus Epheſ. τένοντας
» vocari ait τὰς παχείας ἐν τῷ ἴσῳ ὀκρύσεις, καὶ τὰ εἰς τὴν
» πέρσαν ἀπὸ τῶ μυὸς ὀκρυώματα, alibi tamen τένοντα
» vocans τὸ ὄπισθεν τῆς πτερνέλης, id eſt, poſteriores cer-
« uicis partes, vt & Galen. in Iſag. cum proprie
» tamen partes ſint τῶ ἴσῳ non ipſum ἴσον, id eſt cer-
» uix, ſed neque ceruici tantum tribuuntur τένον-
» τες, ſed etiam brachijs & cruribus.

Τενοντόξωτος. in tendonibus vulneratus Paulo libr.
» 4. c. 54.

Τερέβινθος. Arbor eſt, de qua vide poſtea in dictione
» τέρμινθος.

Τέρινον. nomen eſt Collyrij apud Galen. 4. κατὰ τόπ. c.
» 7. vtilis ad Epiphoras.

Τερηδὼν. caries. Eſt ſolutio continuitatis in oſſe ab eroſione facta. Cauſa eſt humor acutus & acris in oſſe putreſcēs ipſumque exulcerans. Sed initio quidem hoc malum reducitur ad aliud ægritudinis genus, & oſſis aſperitas potius quam caries nominatur. Maiori autem facto foramine & quodam veluti ſinu vno vel vario apparente, τερηδὼν dicitur. dicitur enim τερηδὼν quaſi τρήδων, ἀπὸ τῶ τρήματος, inquit Galenus, quod in eo affectu os pertuſum ſit: niſi forte denominetur à τερηδὼν quod vermem ſignificat qui ligna erodit: namque & os quaſi à vermibus corroſum videtur. Sunt autem in oſſe τερηδὼν & σφάκελος idem: quorum vtrumque eodem nomine cariem Latine dicere poſſumus.

Τέρθρον. proprie quidem ſic dicitur ſummitas antennæ: & τέρθριοι ipſi rudentes inde in ſummum velum peruenientes. Hippocrates autem in 2. de morbis mulierum, cū inquit, τέρθρον fuerit morbi, perinde eſt atque ſi diceret ſummum & ſupremum, & curationis maxime egens. Galen. in lexico Hippocr.

» Τέρθρον. autem Polluci τὸ ἅνω παρωτίδων μέχρι κλειδῶν
» μέρος, pars pertendens ad iugula dicitur.

Τέρμινθος. ſpecies eſt phymatis, inquit Oribaſius, ſupra quod puſtula nigra eminet, qua rupta inferne ſimilis deſquamato apparet, eo autem diſſecto pus inuenitur. Dioſcorides Alexādreus ſcriptis prodidit terminthum eſſe cutis excreſcentiam rotundam, ex nigro viridem, terebinthi fructui ſimilem. Id quod etiam Galeno viſū eſt *lib. de linguis Hippocratis*. Galenus autē comment. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημ. literis mandauit, terminthorum nomen nigras quaſdam puſtulas in cruribus maxime orientes ſignificare, à figuræ, coloris, magnitudiniſque ſimilitudine quā cum terminthorum, hoc eſt cicerum, fructu habent, deriuatum. Eſt autem τέρμινθος, Latine terebinthus, arboris etiam nomen, cuius folia & ſemen & cortex adſtringunt, & ad eadem, ad quæ lentiſcus, conueniunt. Excalfacit ordine ſecundo, & adſtrictorium quiddam habet. ſiccat etiam ordine ſecundo.

Τέρριον. medicamenti compoſiti nomen, quod deſcribitur ab Aetio lib. 6. c. 91.

Τεσσαρακοστὸν. tempus dicitur dierum 40. ſiquidem
» obſeruatum à veteribus olim tradunt vti geſtan-
» ces vtero, ante partum, eo dierum numero ſacra
» ne adirent, quin & à partu totidem, incommo-
» dis infeſtabantur plurimis, ſicuti infantes quo-
» que per id ferme temporis morbidi ſunt vt do-
» cuit Cenſorinus, ac ſine riſu, nec citra periculum, quibus mox tranſactis feſtum agitabatur,
» Teſſaracoſton nuncupatum.

» Διὰ πισσάρων. aridi medicamenti nomen vilis; ad inducendam cicatricem: deſcribitur à Galen. ſ. κατ' ὄμμ. c. 14. ſic vero vocatur quod ex quatuor conſtet, ſcilicet Calchitide toſta, miſy, Diophrygе, & Calcantho vſta.

Τεταγμένος σφυγμὸς. ordinatus pulſus. Eſt qui circuituum ordinem ſeruat, formamque eandem retinet. Huic contrarius eſt ἄτακτος. Ille per ſingula pulſuum genera inuenitur, duobuſque modis dici poteſt: vno quidem modo abſolute, quando ſemper certus eſt ordo circuituum pariū magnitudine, velocitate, frequentia, vehementia, alijſque differentijs: vt, ſi duo pulſus magni fiant, deinde duo parui, iterum duo magni, deinde duo parui, & ſic deinceps, eiuſmodi pulſus inæqualis eſt, ordinatus ex toto, ſeu abſolute ſecundum magnitudinem & paruitatem. Similiter autem & de alijs generibus ſtatuendum. Altero vero modo ordinatus dicitur ſecundum quid, hoc eſt, ſecundum periodos & circuitus, quia ordinem continuum non ſeruat, nec habet omnes periodos pares, ſed per quendam numerum: vt, ſi duo magni pulſus fiant & duo parui, deinde tres magni & tres parui, poſtea quatuor magni & totidem parui, deinde vero ceu rurſus incipientes duo magni & duo parui, poſtea tres magni & tres parui, atque ita deinceps. Sic enim primo circuitui quartus eſt ſimilis, & ſecundo quintus, & tertio ſextus. Itaque pulſus hic ordine participat in omnibus ſimiliter periodis, inordinatione in ſingulis, vt idcirco Paulus hunc pulſum inordinati ſpeciē feciſſe videatur. Idem vero ordinatum pulſum cum inordinato decimam pulſuum differentiam conſtituit, de quo tamen dubitare quis merito poſſit, quod omnis quantumlibet ordinatus pulſus inæqualis eſſe videatur, & proinde tota hæc differentia ſub inæqualitate cōprehendi. Itaque ſi omnes pulſus ordinati inæquales ſint, patet inæqualis pulſus cauſam quæ firma fixaque ſit, cauſam etiam eſſe ordinati, vt non firmam fixamque inordinati. Attamen ex multis Galeni locis conſtare poteſt non omnes ordinatos pulſus inæquales eſſe. Qui enim perpetuo magnus pulſus eſt aut velox, ille in ea differentia ordinatus æqualiſque eſt, vt in quo omnium inſequentium pulſuum par ſit magnitudo aut celeritas, aut aliæ pulſus differentiæ.

Τέτανος. rigor. diſtentio neruorum. Eſt conuulſio perpetua totius corporis rigidi & in neutrā partem inclinati. Species eſt τῶ σπασμοῦ, fit enim cōtractis ad ſuum principium neruis & muſculis. Nec tamen in eo affectu conuulſæ partes manifeſto apparent, propterea quod æqualiter ante & retro tendantur. Conuulſio autem ipſa perpetua eſt, & non diſtincta acceſſionibus, veluti comitialis morbus, qui per temporum accidit interualla, pertinetque vel ad omnes corporis muſculos, vt ſcribit Paulus, vel ad illos qui ſunt in ceruice, quibus caput annuit, renuit, & circumagitur, vt ſcripſit Pelops & Galenus libr. de muſculorū diſſectione, vel ad muſculos & neruos qui habentur in maxillis, vt ſcripſit rudi adhuc ſeculo Aretæus. Quia enim per tetanū maxillæ conuelli manifeſto videntur, ad eos affectionem ipſam pertinere exiſtimauit. Sed cum tetanus totius corporis conuulſio ſit, etiam Galeni ſententia, non autem ſolius ceruicis, patet non modo ceruicis muſculos, ſed omnes qui corpus maximeque ſpinam dorſi mouent, conuelli:

uelli: atque ita & totam ſpinam & manus pedeſque contendi, vt in nullam partem flecti poſſint, ſed rigida & velut congelata maneant: ex quo morbum hunc tum Græci ἐξαρίπτως τέτανον, tum Corn. Celſus lib. 2. cap. 1. rigorem Latine appellauit. Ex emprosthotono & opiſthotono compoſitus eſſe dicitur à Galeno, quaſi amborum medius, & æquali vtriuſque contentione factus, & ab eodem numeratur inter peracutos morbos, vt qui teſte Hippocrate cito iudicetur & in quatuor diebus hominem perimat. Neq; enim tantum dolorem natura diu ferre poteſt. Rarus hic prorſus affectus eſt. Sunt autem, vt ſcribit Aretæus, cauſæ huius prope infinitæ: omnes tamen ad duas ſummas, vt & ἀσαρκὸς, referuntur, inanitionem & repletionem. vide Aretæum.

Lib. 1. de morb. acut. cap 6. & Cæl. Aurelian. acut. morb. l. 3. cap. 5. differt autem τέτανος à ἀσαρκίᾳ, vnde ſæpe hæc ſeorſim protulit Hipp. vt aphor. 57. lib. 4. Qui ſpaſmo inquit aut tetano affligitur, ſi febris ſuccedat morbum ſoluit, & aphor. 17. l. 5. frigidum ἀσαρκοὺς καὶ τετάνους, id eſt denigrationes & rigores febriles efficit, vbi videtur Hippocr. ſeparare τέτανον ἀπὸ τῆς ἀσαρκίας, vnde Celſus τέτανον rigorem appellauit, aphor. etiam 20. & 22. lib. 5. ſeparatim ponit Hippocr. ἀσαρκίας καὶ τετάνους, item aphor. 65. lib. 5. & 3. lib. 7. Cæterum vocatur & τέτανος ξύνταsις τῆς αἰδοίου vt Aretæus & Ariſtoteles loquuntur, & apud Suidam Ariſtophanes hoc eſt penis tenſio ſeu tentigo.

Τετανὸς. adiectiuum tentum ſeu extẽtum & exporrectum ſignificat, ſic τετανὸν φύλλον apud Theophr. ſæpe quod folium promiſſum nonnulli interpretantur, idem quod apud Athenæum τετράμμον: Sed & τετανὸν opponitur rugoſo, faciem enim hominis τετανὸν Græci vocant, quando tenſa & plena humore cutis ſuperficie nitet, & læuorem habet, & nullis aratur rugis: Sic Dioſcor. lib. 3. cap. 55. Panacis radices meliores eſſe inquit quæ τετανικαὶ ſunt: quam vocem, rigentes & rigidas alij interpretati ſunt, cum tamen de inflexibili earum duritie quã rigor proprie apud Græcos ſignificat, nihil iudicio noſtro illîc Dioſcor. agat, ſed eas quæri iubet panacis radices quæ nõ ſunt rugoſæ, ſic apud eundem lib. 4. cap. de cacalia, eius radices (inquit) τετανὸν καὶ ἀρρυτίδωτον τὸ ἐμβὰν τὸ πρόσωπον, id eſt humanam faciem ſine rugis & extenta cute ſeruant, vt male illic Hermol. Barbarus τέτανον rigores neruorum expoſuerit, neſcius Plinium lib. 26. cap. 16. hæc eadem Dioſcoridis verba ſic exponere; Cacaliæ inquit Grana mixta ceræ liquidæ extendunt cutem in facie, erugantque, nihil habens quod ad rigores pertineat; Sed & huius vocis accentus ſignificationem diſcriminat, τέτανος enim rigorem ſignificat, τετανὸς vero extenſum & ſine rugis vt Græcorum Grammatici docent, ſic frontem τετανὸν Græci vocant rugis minime ſtriatam, ſed plenam & læuore ſplendicantem, quo & ſenſu Gal. 5. ἐφ' ἑκτῆς τόν. dicit τετανὸν καὶ καθαρὸν διαφυλάττει τὸ πρόσωπον, inde & ſunt

Τετανόδρα ἡ

Τετανάμματα. medicamenta erugatoria, ſiue quæ rugas emendant. Significat enim τετανοῦν extendere, complanare, lęuigare, & rugas omnino tollere, vt apud Dioſcoridẽ de radice vitis albæ, χρῶνται, inquit, ῥυτίδας καὶ τετανοῦ. Eius generis medicamẽtum id eſt quod ex Critone ad varos ſcripſit Galen. vt enim ait, τετανὸν καὶ καθαρὸν διαφυλάττει τὸ πρόσωπον hoc eſt, planam & puram cõſeruat faciem.

Τεταρταῖος πύρετος. quartana febris quarto quoque die acceſſiones habens, cuius origo eſt ab humore melancholico putreſcente in corporis habitu, tum vero potiſſimum in liene, interdum hepate nec non Meſenterio, ab omnibus cauſis humoris melancholici copiam in corpore gignentibus, vt alimentis craſſis ac glutinoſis, conſuetæ alicuius euacuationis, vt hemorroidum, & menſium ſuppreſſione, in homine frigido & ſicco temperamento potiſſimum atque melancholico, regione, loco frigidis ſiccis, in ætate declinante, ſcilicet poſt 35. annum, tunc enim langueſcere incipit natiuus calor, melancholicus humor gignitur, denſatur cutis. Autumno potiſſimum ex aphor. 22. lib. 3. æſtate enim raræ fiũt; itaque aphor. 21. eiuſdem libri 3. vbi æſtiualium morborum catalogus recenſetur, quartanæ vocabulum cenſeo expungendum, atque etiam in multis exemplaribus non habetur; & Galen. in comment. illius non meminit vt nec Celſus aphoriſmum iſtum latine vertens: acceſſio prehendit cum horrore, non quidem primis diebus vehementi, vt ſcripſit Galen. lib. 2. de criſ. cap. 3. Progrediente vero febre vna etiam augetur rigor, tenſuſque adeſt non rei pungentis & acutæ, vt in tertiana, ſed potius contuſionis cuiuſdam & confractionis. tum in oſſibus tum in carnibus cum refrigeratione; Similis denique illi rigori quem ſentiunt qui ex vehementi gelu frigeſcunt vt inquit Gal. l. 2. de differ. febr. ca. 5. & lib. de rigore, itaque rigor quartanę eſt omnium qui in febres intermittẽtes incidit vehemẽtiſſimus, adeo vt quoſdã in eo mortuos à nonnullis ſcriptum ſit. Pulſus etiam tunc parui, debiles, tardi, rari, arteriaq; ipſa pulſum tangenti videtur quodammodo alligata, aut ad interiora retracta, neque liberum aſcenſum habens, ita vt talis cenſeatur arteriæ motus qualis in ætate decrepita, etiamſi quartana laborans Iuuenis fuerit inquit Gal. l. 2. de criſ. c. 3. finito rigore accenditur calor, non adeo vt in tertiana vehemens, ſed quam in quotidiana ardentior, vnde fit vt ſitis vigilia inquietudo & iactatio corporis reliquaq; ſymptomata, ſint quam in tertiana mitiora, verum quam in quotidiana ſæuiora, nec tamen adeo æqualis per totum ſpargitur corpus calor febrilis, quin etiam vna cuiuſdam frigoris ſenſus inſit, cũ aliquo artuum & oſſium dolore remanente, tandem paulatim conſumpta paroxyſmũ efficiente materia, ſuccedit declinatio, in qua erũpit ſudor vniuerſi corporis copioſus acceſſionem finiens, etiam aliquando quam in tertiana copioſior, acceſſio autem inter omnes aliarum febrium acceſſiones eſt lõgiſſima, nonnulli ſtatim poſt paroxyſmum adeo famelici euadunt vt vix à cibo abſtineant quod fit acida melancholia, vel atra bile effuſa in os ventriculi. Acida autem eſſe ſolet quoties euadit malignior ait Gal. libr. de plethora, tum ſuccedit ἀπυρεξία, non quidem vt in tertiana tam ſyncera, ſed magis quam in quotidiana, atque pulſus manent tardiores & rariores quam ſecundum naturam vt ſcripſit Gal. l. 1. ad Glaucon. cap. 6. Quarto die repetit acceſſio, aut eadem hora, aut prius aut tardius, eaque aut longior aut breuior, vehementior aut mitior pro cauſarum quæ ſuis locis explicantur varietate, atque ſic deinceps omnibus quartis diebus

id fit quamdiu febrem committentis materiæ aliquid reſtabit, & putridi caloris aliquod in foco febris veſtigium ceu ſeminarium ſupererit, ſed quia humor craſſiſſimus eſt & valde naturæ rebellis, vix fieri poteſt vt breui à natura vincatur; ideoque febris iſta longiſſima eſt omnium, vt quæ vt plurimum annum vnum vel alterum duret, interdum in 9. annum producatur atque etiam decimum vt ſcripſit Auicenna: Quidam ſeculo noſtro ſcripſerunt in annum 24. atque 33. produci, inter omnes vero eæ quæ æſtate inuadunt breuiſſimæ ſunt, vt quæ Autumno, præſertim verſus hiemem longiſſimæ, vt habetur aphor. 25. lib. 2. Verumtamen etſi longiſſima ſit quartana, omnium tamen facillimam & ſecuriſſimam dixit Hippocr. lib. 1. epidem. quod intelligi vult Galen. in comment. modo quartana febris non ſit ſymptomatica, id eſt non ſequatur affectum lienis, ſæpe enim vidimus (inquit) ex liene grauiter laborare homines quartana, ac deinde collecta aqua inter cutem eſſe mortuos. Verum ipſa ex ſe & ſponte ſua veniens periculo vacat, atque etiam idem Galen. lib. 1. ad Glaucon. cap. 8. ſcripſit quartanam quantum in ipſa eſt non eſſe periculoſam, niſi propter accidentia quæ ipſam ſequuntur, vt hydropem; hanc ſententiam confirmat quotidiana experientia, quæ docet quartanas quæ ſplenis affectum ſequuntur & diuturnas & periculoſas eſſe, hydrope progreſſu temporis facto, vt etiam docet ex Ruffo Aetius: nec vero tantum ipſa per ſe quartana eſt ſaluberrima ſed etiam à magnis alijs vendicat morbis vt ſcripſit idem Hippocr. l. 1. epid. & libr. 6. Quartana laborantes (inquit) magno morbo non capiuntur: Si prius autem capiantur & quartana ſuperueniat liberantur; Neque vero hæc de conuulſione ſolum ſed & de quolibet alio morbo ſimili, vt paralyſi, mania, aſthmate, melancholia, lepra & ſimilibus intelligi poſſe puto, magna tamen ex parte quartana ipſa ſenibus eſt funeſta vt ſcribit Gal. lib. 1. ad Glaucon. vt etiam omnes morbi longi qui his accidunt magna ex parte eos ad vſque mortem comitantur ex aphor. 39. libr. 2. nam cum omnes febres in ijs periculo non vacent ob magnum à temperamento receſſum, maxime vero quartanæ quia vt vincantur robore multo innati caloris opus habent, coctrix autem facultas in his languida eſt, expultrixque infima: Galen. tamen Eudemum annum 63. iam agentem & triplici quartana hieme media laborantem ſanauit vt recitat lib. de prænogn. ad Poſthumum; Sic quidem ſe habent quartani febrium circuitus ſingula tempora ſi febris ipſa fuerit ἀκριβὴς ἰὸς γνήσιος exacta & legitima, id eſt à ſyncero humore melancholico facta; alia eſt enim quartana notha & illegitima quæ fit ex atra bile per ſanguinis aut bilis aduſtionem facta, atque hæc fere moleſtior eſſe ſolet altera, ſucceditque vt plurimum febribus continuis & intermittentibus & erraticis potiſſimum ſi non bene curentur, & Autumnus proximus ſit vt habetur aphoriſmo 25. lib. 2. nam humor, qui priorem febrem genuit, niſi integre vacuetur, exuritur & craſſeſcit humoriſque melancholici naturam induit, deinde habitus corporis exſiccatur, frequentior autem febris eſt ea quæ exacta dicitur ait Galenus libr. de typis, neque enim ab initio ſic inuadere ſolet, ſed alijs quæ anteceſſerunt erraticis ſubſequi vt ſcribit 1. ad Glaucon. febris eiuſmodi eadem habet ſymptomata quæ ante exactam quartanam habere dicta ſunt, niſi quod aliquo modo ad ea quæ in tertiana apparent, accedunt: Nam atra bilis adhuc caloris particeps eſt, nec penitus bilis naturam exuit: altera vero eſt febris quartanæ nothæ ſpecies quam Galenus lib. 2. de criſibus ſcripſit fieri ex craſſiore pituita humoris melancholici naturam referente, omnis enim craſſus humor (inquit) lib. 13. meth. Gal. iam quodammodo magis minuſque melancholicus eſt. Talis eſt ea quæ pueris etiam bimis trimiſue ſæpiſſime contingere ſolet, ea multa habet ſymptomata cum quotidiana intermittente communia, adeo vt ſæpenumero non cum rigore, ſed leui tantum frigore acceſſio incipiat, eiuſdem naturæ etiam quartana erit quæ ex melancholico ſucco cum bile aut pituita mixto ac putreſcente excitatur, ex eiuſmodi enim humoris mixtione, non ſyncera quartana, ſed notha & ſpuria gignetur, ſymptomata etiam mixta habens aliarum intermittentium, ea proportione qua fuerint inter ſe humores commixti: atque hæc de natura & ſymptomatis quartanæ febris intermittentis ſufficiant, ſi modo illud addidero Aetium libr. 5. cap. 82. ex Hippocratis libro de ſeptenario ſcribere eundem hominem bis quartana non laborare, & noſtris temporibus obſeruatur raro quidem bis eundem ea prehendi (illius enim febris materia ob ſui & craſſitiem multam & viſciditatem longa eget productione) viſi tamen ſunt qui bis ea fuerint infeſtati.

Τεταρταῖος συνεχὴς. Quartana continua ſic dicitur cum adiuncto ad differentiam intermittentis quæ τεταρταῖος ſimpliciter vocatur, febris eſt ex humore melancholico in vaſis maioribus quæ inter alas ſunt & inguina putreſcente, ſingulis quartis diebus exacerbationem habens, eadem habet ſymptomata quæ ante quartanæ intermittenti ineſſe diximus, in foco febris tantum differt, & quod ab horrore vt illa non incipiat; Rariſſima autem admodum eſt hæc febris vt ait Galen. comment. 3. in libr. 1. Epidem.

Τεταρτημόριον. quadrãs. hoc eſt, quarta pars cuiuſque rei. Quare cum duodecim vnciæ in libra, totidemque cyathi in ſextario habeantur, tres in illa vnciæ, vt & tres in hoc cyathi, τεταρτημόριον, hoc eſt quadrans, iure dicentur.

Τέταρτον. quartarius. Eſt menſura liquidorum apud Atticos, alio nomine ἡμικοτύλιον dicta, continens ὀξύβαφα, id eſt acetabula, duo, ſiue quatuor vncias & dimidiam. Sic dicitur quod ſit quarta pars ſextarij.

Τετράγωνον. quidam apud Hippocr. interpretantur inuentas in ſtibio cruſtas, quidam vero ipſum ſtibium ait Galen. in exeg. vide ſupra στίμμι, vbi dictum fuit ſtibium, quod antiquitus vſtum formaretur in paſtillos, atque quod illis eſſet quadrata teſſerarum figura, fuiſſe ab Hippocr. vocatum τετράγωνον: Fœeſ. in Oeconomia τετράγωνον Hippocratis medicamentum fuiſſe inquit quo caput purgat vt ex libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν legere eſt. Ludouicus Sauotius hanc opinionem impugnat contendens Hippocratis τετράγωνον non internum quoddam catharticum

» fuisse purgando capiti dicatum, sed errhinum
» quoddam, seu ad nares appositum quo sæpe ca-
» put purgare Hippocr. ipse consueuerat vt pluri-
» bus ad eam rem adductis locis ipse confirmat:
» ipsum insuper eiusmodi errhinum non è stibio
» constasse sed Cyphi Ægyptiorum fuisse, per-
» mixtionem scilicet aromatum quandã & com-
» positionem suauissimam quam sacerdotes Ægy-
» ptij altaribus ad vesperam adolebant, & quod il-
» la ex sexdecim rebus componeretur ideo τετρά-
» γωνον vocatam vt docuit Plutarch. comment. de
» Iside & Osyride sub finem quod scilicet hic nu-
» merus sit tetragonus, & à tetragono procreatus,
» conficitur enim ex multiplicatione quaternarij
» in seipsum, quaternarius vero ex ducto in seipsum bina-
» rio oritur: multæ autem medicamẽtorum com-
» positiones à numero componentium medica-
» mentorum, nomẽ suum consecutæ sunt, vt me-
» dicamentum διατεσσάρων, τετράμυξον, τετραφάρμα-
» κον: Addit eiusmodi κῶφι ad placentæ formam
» effingi solitum, quod dein liquore aliquo disso-
» lutum aut in fumum attenuatum, naribus allici
» ad capitis purgationem medici imperabãt vt ex
» Paulo l. 7. c. 22. de suffimentis è cyphi patet: suam
» ille pluribus opinionem libello proprie de Hip-
» pocratis tetragono docte confirmat.

Τετράδιξ secundum Plinium, vel
Τρίδιξ secundum Theophrastum, vocatur ἡ ἐείκη, apud Athenienses.

Τετράμυξον. acopon est, quod ex melle conficitur. Sic dicitur quod quatuor vnguentis cõstet. Recipit autem mellis ℥ iij. irini ℥ iij. rosacei ℥ iij. gleucini ℥ iij. ceræ ℥ iij. terebinthinæ ℥ iij. valet ad lassitudinum molestias, neruorum contractiones: benefacit opisthotonicis & canina conuulsione affectis. Describitur à Gal. l. 7. τ. κ. γλύκ.

Τετραφάρμακον. emplastri nomen est quod & Βασιλικὸν appellatur. Constat ex quatuor simplicibus medicamentis, vnde & nomen habet, cera, pice, resina, seu taurini, si id non est, vitulini pari portione inter se mistis. Puri mouendo non est aliud melius vel expeditius.

» Βασιλικὸν autem appellatur, id est regiũ quod
» apud maximos & præstantissimos quosque ho-
» mines in vsu esset.

Est & τετραφάρμακον antidoti nomen, quam alio nomine μυσθεῖον vocarunt. Constat quatuor medicamentis, gentiana, aristolochia, baccis lauri & myrrha, æquali pondere commistis. Valet ad podagræ præcautionem.

» Describitur ab Aetio l. 12. c. 47. quanquam
» illic falso zinziberi pro myrrha legitur. Est autẽ
» aliud adhuc φάρμακον, non emplastri forma aut
» vsu sed delingibile, τετραφάρμακον nuncupatum:
» Sed & Spartanus in Adriano τετραφάρμακον voca-
» bat cibũ è phasiano, sumine, perna, crustulo, vo-
» cabulo mutuatitio à medicorũ tetrapharmaco.

Τετρεμαίνει. tremit Gal. in lexico Hippoc.

Τέτρομος. tremor cum frigore, vt exponit Gal. in lexico Hippocr.

Τετρώβολον. pondus quatuor obolorum, siue γράμματα δύο, hoc est duo scripula: γράμμα enim in duos obolos diuiditur.

Τέτρωρες. dicitur ab Oribasio & Ruffo pars astragali seu tali superior & sursum vergens. Attamen totus etiam ipse astragalus τέτρωρες (quidam quationem vertunt) dici potest à quatuor ipsius lateribus, dextro, sinistro, anteriore & posteriore. vide in dictione ἀστράγαλος.

Τεύκριον ἡ

Τεύκρις. herba est virgæ referens effigiem, trissilaginis similitudine, tenui folio, non multum à cicere alieno. facultatem habet incidendi & tenuium partium est. quare lienes sanat. Tertio fere ordine exiccat, & secundo excalfacit.

Τεύκριον. sic dici à quibusdam τὸ πόλιον Dioscorides author est. Sic etiam dici à quibusdã τῷ χαμαιδρυῳ, idem author est: propterea quod quandam habeat cum τῷ τευκρίῳ similitudinem.

Τεῦτλον. beta. est olus radice vna in longum protensa, carnosa, & nõnullis grata cibo vel cruda, caule striato, bicubitali, folio atriplicis, semine copioso. vulgo nomen retinet Latinum, tametsi & porrea à multis nostrorum dicitur. Græci duo eius genera faciunt: vnam nigram, alteram candidam vocant. hanc autem præferunt, appellãtque Siculam, quæ nunc extrita litera fere omnibus nostri seculi medicis sicla nuncupatur. Beta nutrit quidem sed parum, multaque indiget alteratione, stomachum mordicat, multamque bilem continet. Est & nitrosæ facultatis particeps; qua digerit, exterget & per nares purgat, præsertim alba: nam nigra habet quidpiam adstrictionis, ob quam coquitur, inquit Dioscorides, cum lenticula, vt ventrem sistat.

Dicitur etiam πεύτλιον & πευτλὶς; existimatur autem esse τ. pro σ. in hoc nomine Attica consuetudine.

Τευτλοφάκη. est cibi genus constans beta & lente mistis. Componitur ex pugnantibus alimentis, itaque & facultatem illi amborum mediam inesse existimandum est. Siquidem in eo beta quidem minus subsidet, lens autem magis subducitur. Sistendi tamen ventris vim habere Dioscorides author est c. de beta, scribens betam nigram coqui cum lenticula, vt ventrem sistat, idque magis radice eius præstari. Oribasius lib. 2. collectorũ, scribit in eius apparatu multas betas imponendas esse & paulo plus salis ac gati dulcis, quod ita facilius subducatur. Id edulij genus Heraclides Tarentinus non sanis modo, verum etiam ægrotantibus exhibebat, vt scribit Gal. lib. 1. de aliment. facult.

Τεῦχος. vas hoc nomen vsurpat Hippoc. lib. 6. Epid. ἀντὶ τοῦ σώματος pro toto corpore vt Galen. interpretatur: Erotianus vero τεῦχος definit dum ait τὸ ἀγγεῖον ἀκυστὸν τὸ φορέσαν πᾶν σάρκας, καὶ τὰ νεῦρα, λίπμα δὲ τὸ κάλυμμα τοῦ τεύχους ὀνομαστέον.

Τέφρα. cinis. Sic appellantur vstorum lignorum reliquiæ, nec lignorum modo, sed omnium aliarum rerum. Nam & lapidum etiam vstorum cinis est, vt ait Gal. quem Græci κονίαν, Latini calcem appellant, tenuioris tamen quoniam qui ex lignis fit substantiæ. habet autem cinis in se contrarias tum qualitates tum substãtias. Eius enim pars quædam terrena est, quædam velut fuliginosa, tenuium valde partium, vt quæ macerato aqua cinere & percolato vna abeat. Verum non omnis cinis eadem temperatura præditus est, sed varius pro combustæ materiæ diuersitate, vt non temere Galenus Dioscoridem reprehẽdisse videatur, scribentem omnes cineres adstringendi vim habere, cum ficulneus expers sit omnis eiusmodi qualitatis, sed contra multum acrimoniæ habeat, obtineatque plurimum adurentis facultatis cum absterssione. Verum Dioscorides cineris potius naturam quam materiæ respexit. Quanto enim vnumquodque ma-

gis terrenum est, tanto etiam videtur esse adstringentius.

Τετραχὺ κολλύριον. sic dicuntur certi generis collyria, quæ & κατάψυκτα appellantur. valent ad dolores demulcendos, refrigerant & morsu carent.

Τέφρινον. collyrij nomen sic dicti à cinereo colore, quod quidam κόνιον appellant, vt scribit Celsus lib. 6. c. 6. vbi eius descriptio habetur. Meminit & Aetius lib. 7. haberque eius compositionem, sed multum à Celso diuersam.

Τέως. donec, tunc, prius. vt explicat Galen. in lexico Hippocr.

Τηγανίτας. asianis dicebantur πέμματα, placentæ ex
» triticea farina, factæ ex oleo hunc in modum.
» oleum solum in sartagine igni fumi experti im-
» positum injcitur, quod vbi incaluerit, triticea
» farina aqua multa imbuta ei affunditur quæ ce-
» leriter dum cum ipso oleo coquitur, cogitur &
» & densatur, instar casei teneri in calatho cõcres-
» centis, tum vertitur ita vt superficies quæ supe-
» rior erat, infra sit & sartaginem tangat, postea
» iterum vertitur, idque bis aut ter donec tota pla-
» centa æqualiter cocta sit, quidam mellis aliquid
» adijciebant, alij salem Galen. lib. 1. de aliment.
» facult. c. 3.

Τηκόλιθος. lapis qui & λεπτικὸς dicitur apud Dioscoridem, sic vocatus quia lapidem comminuat & veluti liquefaciat.

Τηκτὸν. liquabile. Est passiua qualitas secundi generis, de numero earum quę secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicuntur. Significat autem id quod in liquorem solui potest. Id autem prius cõcreuerit necesse est. Cum autem concretio duobus modis contingat, humidi scilicet vel calidi absentia, liquationis duo similiter erunt modi, humor atque calor. Quæ igitur humoris absentia concreuerunt, liquantur humore, vt aqua, aceto, vino, veluti ammoniacum, sagapenum, sal & nitrum: nisi forte concretio densatioque tanta sit, vt in angustiores poros aquæ moles subire non possit, sicut in lateribus accidit. Nam quia paulatim resiccati sunt calore qui omnem eorum humorem in aerem conuersum vacuauit, ita sunt adstricti in ijs pori, vt per quos aer exijt, per eos non possit aqua immitti. Quæ vero caloris priuatione concretionem adepta sunt, calore liquantur, vt glacies, plumbum, æs, & reliqua metallica, ad hæc propolis, cera, resina, ladanum, seuum, galbanum. vide πῆκτα.

Τηκτότατα ὑδατα. aquæ elixatæ & molles vocantur
» apud Hippocr. aut quæ facile in corpore resol-
» uuntur aut concoquuntur, neque in hypochon-
» drijs hærent aut negotium facessunt.

Τηλέφιον ἕλκος. Telephiũ vlcus. Sic dicitur malignũ, inueteratum, & quod vix cicatricem recipit. Sic dictum est à Telepho, qui tali vlcere consenuisse fertur. Idem vero etiam χειρώνιον appellatur.

» Vide ἕλκος χειρώνιον: vtriusque autem cau-
» sa est melancholicus succus, atræ nonnunquam
» bilis ob frequentem corruptionem nonnihil ad-
» mistum retinens, huiusmodi vlcera tum χειρώνια
» tum πολύτια passim quotidie coram ecclesijs in
» solemnibus diebus cõspicimus in mendicorum
» quandoque bracchijs, sæpe autem cruribus ac
» maxime in tibijs ac pedibus, quæ adeo quidem
» in illis occalluerunt vt vix doleant.

Est & τηλέφιον herbæ nomen portulacæ similis & caule & folijs. ea alas binas in singulis foliorum geniculis annectit. ramuli à radice seni septeniue prodeunt, folijs referti cœruleis, crassis, lentis, carnosis, flore luteo aut candido. Nascitur in cultis & maxime inter vites verno tempore. Galenus in lexico Hippocratis scribit τηλέφιον esse herbæ speciem, quod semperuiuum agreste, & portulacam agrestem vocant, Romani autem illecebram. Alij vero mercurialem intelligunt.

Τηλίνη. sic dicitur à quibusdam ὁ κύπρος.

Τῆλις. sic à quibusdam dicitur fœnumgræcum.

Τηρεδὼν. caries vide supra τηρεδών.

Τῆξις. Græcis vocatur affectio præter naturam in
» qua dissoluitur naturalis membri concretio &
» humidum primigenium consumitur; vel eua-
» cuatio in qua naturalis hominis substantia de-
» fluit ad differentiam vacuationis excremento-
» rum, proinde generalius sumpta voce corpus
» colliquari scribit Hippocr. digestione per hali-
» tum & perspiratione quæ sensum nostrũ fugit,
» quando magna est humorum tenuitas & corpo-
» ris raritas, corpora enim tum celerrime euacuã-
» tur, vt nisi occurras facile colliquentur, atque in
» febribus quidem vehementissimis colliquatur
» sæpe corpus, concidit & extenuatur plus quam
» par sit, aut propter febris magnitudinem, aut
» propter morbi tempus, ætatem, regionem, anni
» tempus aeris constitutionem, aut propter eua-
» cuationes quæ sub sensum cadunt, aut vigilias,
» aut curas, aut inediam aut immoderatos motus.

Τήρησις. obseruatio. Vocabulum est Empiricæ sectæ proprium. Quicquid enim Empirici aliquando obseruassent fieri in morbis, τήρησιν vocabant: quorum cum magnam haberent copiam, eam omnem ἀθροισμὸν nuncupabant: & ab obseruatione quidem memoriam, à memoria vero experientiam manare dicebant, & ab ea proxime artem constitui, dum meminimus quid cũ quo, quid ante quod, quid post quod obseruauimus, atque id quidem vel semper, vel plerunque, vel vtrouis modo: semper, vt vulnerato corde mortem sequi: plerunque, vt scammonia ventrem purgari: vtrouis modo, vt percussa superiori mẽbrana cerebri mortem sequi: raro, vt vulnerata cerebri substantia salutem contingere.

Τηρητικὴ ἀρετή. idem quod ἐμπειρικὴ. vide ἐμπειρικὴ.

Τθυκὸς οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Τθυνὸς οἶνος. idem quod πθυκὸς de quo ante.

Τθυρρὸς οἶνος. vide οἶνος.

Τιθύμαλλος. planta est cuius septem produntur genera: quorum masculus χαραξίας & ἀμυγδαλοειδὴς appellatur. Huic caules supra cubiti altitudinem fiunt, rubri, lacteo succo atque acri madentes. folia oleæ circum ramos, angustiora & longiora, radix crassa, lignosa, pendet in cacuminibus caulium coma iunci, sub qua caeolæ foliolis balnearum similes, in quibus semen continetur.

Secundus fœmina est, quem μυρσινίτην & κεφαλλήνιον vocarunt, similis suapte natura daphnoidi, folijs myrti, sed maioribus, firmis, in cacumine acutis & pungentibus. ramulos ab radice mittit dodrantales. fructum fert alternis ramis nuci similem, mordaci gustu.

Tertius est πιτυόκαυλος ἢ πιτυμαλλὶς dictus atq; etiã μόνιππος, ramis subrubentibus, palmum altis, quinis senisue ab radice exeuntibus, folijs lini, angustis, paruis, oblõgis, in versus quosdam digestis,

càpite in cacumine orbiculato, in quo semen, vt erunum, vario colore emicat. flos albus, frutex totus cum radice lacteo succo turget.

Quartus ἡλιοσκόπιος nuncupatur, folijs portulacæ, tenuioribus rotũdioribusque, ramulis prodeuntibus à radice quatuor aut quinque, rubentibus, dodrantali altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis, capite anethi semine velut in capitulis incluso. Comas cum sole circumagit.

Quintus κυπαρισσίας est, exiens in caulem dodrantalem vel maiorem, subrubrum, ex quo folia piceæ similitudine exoriuntur, molliora tamen & tenuiora. In totum nascentem piceam æmulatur. Candido succo madet.

Sextus δενδρώδης frondosam in cacumine comam spargit succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus, folijs myrti tenuioris, fructu characiæ.

Septimus πολύφυλλος vocatur, verbasco similis. Omnes acrimoniæ & magnæ amaritudinis participes, & calidæ præterea facultatis.

Τίλματα. dicta sunt à recentioribus medicis τὰ σπάσματα, hoc est vulsiones factæ in fibris musculorum, dum nimis distentæ interdum rumpuntur, vt annotauit Galen. comment. 4. εἰς τὸν ἐπιδημιῶν.

Τίλμοι. vocat Hippocr. euulsiones, quas factitant » qui floccos legunt & pilos è vestibus euellunt, » fimbrias ue diducunt, vel in adiuncto pariete si » qua minuta eminent carpunt, imaginatione ægrotantium læsa, quod in febre & acuto morbo, vel insania pulmonisue dolore, vel capitis » contingit, ἀποκαρφολογεῖν, κροκιδίζειν, ἢ κροκίδας ἀπὸ » τῶν ἱματίων ἀποτίλλειν ἢ ψιλαφεῖν vocat Hippocr. » Sunt & τίλμοι vellicationes, aut lancinationes » partium pus aut aliquam humorum acrimoniã » continentium, indeque dolentium ex quarum » qualitatibus atque attributis, materiæ naturam » morbique genus facile conijcias, aut certe vt in » instrumento medico eo tanquam syderatarum » partium aut torpentium actionum excitamenta, & subsidia proponuntur, quemadmodum in » lethargicorum expergefactionibus τίλμοις ἢ κνήσμοις adhibet Aretæus.

Τίλτον. genus linamenti concerpti, de quo vide μίτον.

Τιμωρῆται. apud Hippocratem & veteres Græcos sæpe significat βοηθῆται, hoc est auxiliari & iuuare: vt annotat Gal. comment. 1. εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Τίτανος. ὁ. ἡ. Calx & apud Gal. τίτανος ἀκατάσβεστος, & » ἀσβέστος calx viua.

Τιτανίζοντος οἴνου. vide οἶνος vbi insigniores vinorum » differentiæ recensentur & explicantur.

Τιτανώδης πτώσις. pessus Titianus. Describitur ab Attio lib. postremo ad vterum scirrho induratum.

Τίτθος. mamma, proprie de mulieribus dici scribit » Pollux; dicuntur & mammæ τιτθαὶ. & τιτθίαι, eæque proprie mulierum, hinc & τίτθαι nutrices dictæ quæ mammam infantibus præbent sugendam, & ἀποτίτθιον παιδίον, & ἀπομάζιον puer lactens, » & ὀρθοτίτθης virgo, cuius hæc pars nondum labefactata est.

Τίτυμος. herba est quæ folio exit. cyperidis, albido caule, læui, æquabili, enodi, cui summo in capite flos obducitur densus, euadens in lanuginem pappũ vocatam. Nascitur in palustribus & circa stagnantes aquas. Est & cerealis cipha sine geniculis scirpi modo nascens radicibus multis vt triticum hordeumque folliculo multiplici, leuissima frumentorum, solo etiam gracili facile prouenies, tritico persimilis.

Τιμωλίτης οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Τόκος. Partus. actio est partim quidem vteri, partim vero ipsius fœtus. Vteri quidem, quoniam ille offensus grauitate iam multum adaucti fœtus & excremẽtorum redundantia, atque ob eam causam distentus, vi propria expultrice fœtum in lucem eijcit. Fœtus vero tum quod auctior, satis alimenti à matre non accipiat, tum quod partionis tempore plus calidi natiui habens, magis quoq; refrigerari postulet. Quamobrem quum non sufficiat spiritus maternus, quem illa per arterias subministrat ad exitum concitatur. Id autem nõ vno certo statoque tempore contingit. nam multis septimo mense, plurimis nono vel decimo, fœtus in lucem editur, cum tamen sint stata in alijs animalibus pariẽdi tempora. Homo autem solus non vno, & incerto gignitur spatio. Cuius quidem varietatis causam aliqui ad vim imaginatiuam, quæ homini perquam varia est, retulere: alij ad motum fœtus primum qui fit in vtero: alij vero ad formationem, quæ infantibus quibusdam celerius, quibusdam tardius perficitur. Nam prout celerius vel tardius fœtus conformatus est, etiam tempestiuius aut serius mouetur: ac demum tempore bis tanto, à quo moueri cœpit, accedente, vt author est Auicenna, in lucem venit. Et de his quidem tribus mensibus, scilicet septimo, nono & decimo, inter medicos omnes philosophosque conuenit: an vero alijs etiam mensibus nasci possint, magna est cõtrouersia. De sexto quidem mense nemo vnquam scripsit visum à se fœtum, qui in illo natus diu superstes vixerit. Siquidem illi omnes abortiui sunt, ac paulo post pereunt. De septimo nemo vnquam dubitauit, quin frugifera in eo partio contingeret, Sempronij Corbuloniisque exemplo, vti refert Plinius, vtriusque consulis, quos Vestilia mater septimo mense genuit. De octauo melior authorum pars scripsit vitalem in eo fœtum non nasci, quamuis ab Aristotele scriptum aliter esse videatur. Eius autem verba non grauabor hic adscribere, quæ lib. 7. de natura animal. c. 4. habent hunc in modum: Cum cęteraanimalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiant (vnum enim pariendi tempus statum omnibus est) homini vni multiplex datum est. Nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest, & (quod plurimum) decimo. Nonnullæ etiam vndecimum tangunt. Fœtus qui maturius quam septimo mense prodeat, nullo pacto vitalis est: qui septimo, vitalis hic quidem primus exit, sed magna ex parte infirmior. Qui autem mense octauo nascuntur, viuere ac adolescere in terra Ægypto possunt, & quibusdam alijs locis vbi mulieres fertiliores sunt, multosque simul & ferunt & pariunt, etiamsi monstrosi sint. sed locis Græciæ multi intereunt, nec nisi perpauci seruantur. Vnde fit vt si quis seruetur, non octauo mense natus existimetur, sed mulierem sui conceptus initium latuisse. Hæc Aristoteles: cui etiam Plinius fert testimonium, scribens Cæsoniam Caij principis coniugem Vestilia matre mense octauo natam fuisse. Quin & Cæcilius poeta vetus sic ait:

Insolenne mulier decimo mense parere?
Vel nono, etiam septimo atque octauo.

Quod non inconsiderate Cæcilium scripsisse, M. Varro vti credamus facit. Nam mense nonnunquam 8. editum esse partum, in libr. 14. rerum diuinarum scriptum reliquit. Præterea 9. mense & 10. natos viuere nemo vnquam negauit: imo mensib. istis partiones sunt frequentissimæ. Eamque ob rem Varro duabus Parcis ab his duobus mensibus inditum esse nomen prodidit. Parca enim, inquit, immutata vna litera, à partu nominata est. Sunt autem tres, Morta, Nona, Decima: quarum quidem prior sic dicta est, quod qui 8 nascitur, non diu postea moriatur. Posteriores autem duæ à partus tempestiui tempore nomen accepere. Nam & apud Virgilium legitur,

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

De vndecimo autē mēse quæritur non inter philosophos modo & medicos, verū etiam inter iurisconsultos magna olim sub duobus Imperatoribus fuit dissensio. Siquidem partum in mensem vndecimum differri, & decimum excedere, plane hoc loco quē enarramus, Hippocrates inficiatur. Aristoteles vero vt suprà retulimus, nōnullæ, inquit, etiam vndecimum tangunt. Præterea scriptum est ab A. Gellio, fœminā bonis atque honestis moribus, nec ambigua pudicitia, in vndecimo mense, post mariti mortem peperisse, factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset. quoniam decem viri in decem mensibus gigni hominem, non in vndecimo, scripsissent. Sed diuum Adrianum causa cognita decreuisse in vndecimo quoque mense partum edi posse. Cui tamen decreto contrarium factum est aliud ab Imperatore Iustiniano, qui epistola quadam quæ in nouis ipsius constitutionibus habetur, scribit idem suis accidisse temporib. natumque mulieri filium anno post mariti mortē, nondum quidem cōfecto, sed affecto, sub finem videlicet vndecimi mensis. De quo quum apud eum quæstio esset instituta, pronuntiauit partum illum non esse legitimum, nec dici posse ex defuncto viro susceptum, quoniam fœturam in tam longum tempus trahi posse non existimaret. Quinetiam de duodecimo dubitatio est. Nam quod omnes fere negant, ad eum vsq; fœtum geri posse, visum fuisse Homero, summo non solum poetæ, sed etiam philosopho permulti dixere. Scripsit enim Neptunum dixisse puellæ à se recens compressæ,

Χαῖρε γυναῖ φιλότητι, ἀριπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα· ἐπεὶ οὐκ ἀποτίλλουσι θεοὶ
Ἀμφαδόν. Hoc est,

Gaude hoc complexu. Nam quum se voluerit annus,
Formosum puerum paries. haud irrita diuum
Connubia.

Quid quod Plinius secundus scripto mandauit, Lucij Papyrij prætoris edicto bonorum possessionem infanti datam esse contra secundum hæredem, cum tamen mater partum se tredecim mensibus diceret tulisse. Ita multiplex perficiēdi tempus, pariendique diuersum homini datum est. Verum non decet, vt arbitror, quæstionem istam de partu, tam multiplicem, tamque ambiguam, & altis submersam tenebris, istis authoribus explicare & definire: imo ex intima philosophia & probatissimorum philosophorū scriptis, eruenda eius solutio est. Quæ quoniā habita fuit semper difficillima, eam ob rem plærique quo magis ingenio pollebant, eo quoque libentius in ea exercitati sunt. Neq; se ab ea Mathematici, qui proprie Genethliaci dicūtur, nec ipsi adeo Arithmetici abstinuerunt. Quorum sane rationes hoc loco, antequam ad eas veniā quas Hippocrates attulit, adscribere non grauabor. Placuerunt enim illę summis etiam viris. Itaque vt ab Astrologis incipiam, habent hoc illi axiomatis loco. Corpora inferiora à superioribus affici, septemque planetas in hominem non modo iam natum, sed etiam quādiu in vtero est, imperium obtinere, nō simul quidem, sed suo quemque ordine. Incipiunt autem à Saturno, tamquā à summo, eoque qui optime cum principijs nostri ortus conueniat. Humida enim est liquidaq; hominum genitura, quam tamen coagulari decet & inspissari antequam hominem queat generare. Hoc autem illi facile Saturnus suppeditat, quippe qui frigidus siccusque est: eamque ob rem ipsum facultatis retentoriæ, quæ siccitate perficitur, authorem posuere. Secūdum eum vim suam Iupiter in semen exerit. Ille namque augmentum præbet & calorem, vt qui calidus sit & humidus: quibus duabus qualitatibus incrementum maxime contingit. ob id ipsum Iouem augmento præesse dicunt. Post Iouē Mars puerum veluti in vlnas accipit: qui quoniam calidus & siccus statuitur, fœtui motum concedit: istamque ob causam tertio mense infantem moueri solitum. Quarto loco succedit sol, eiusque beneficio tum ossa excauantur, tum meatus corporis euadūt ampliores & singulis membris sua perfectio accedit. Est enim calor solis ζωτικώτερος, hoc est viuidior, magisque viuificans. A sole fœtum Venus frigida humidaque inuisit, deque eo tam bene meretur, vt calorem siccitatemq; à superioribus planetis impressam, mitiget atque corrigat: atq; insuper venustatem, illi decoremque cōciliat. Ad fœtum vero sextus velut è choro prodit Mercurius, qui operi ab alijs inchoato veluti colophonem addere dicitur. Superiores enim initia tantum motionis dederunt, ne nihil, credo, superesset quod ageret Mercurius, & ne sine muneribus solus infantem salutatum veniret. Ac ea ipse perficit, & non modo firmiorem motum largitur, sed motus etiam instrumenta expolit, & accuratius absoluit. Tandem vero ad lunam vices redeunt: cuius plurima sunt in fœtum merita. Nam quia frigida est & humida, adipem illi dat, & pluribus in partibus reponit. Quin & maiori quam cæteri liberalitate excellens, matrem insuper ipsam donis cumulat. Siquidem eius matricem humiditate sua relaxat, & quo pariat facilius, distendit. Sic fœtus numeris omnibus absolutus & tot muneribus grauis, exitum affectat. Atque si exeat, salubriter degit. Exit autem, si robore polleat, seque ipsum possit ex vtero præcipitem dare. Sin autem aliter contingat, & cogatur octauum mensem expectare, iterum procul dubio reuertentem ad se Saturnum sensurus est, & episcopum habiturus, sed non tam mitem placidumque quam mense conceptus primo. Namque multam ille in eum spirat frigiditatem, qua non modo nativum pueri calorem imminuit, sed etiam ad motum reddit magis tardum: matremque præterea dono quo eam luna ornauerat, spoliat. Sua namque siccitate, quæ illi plurima est, os vteri constringit.

Qua de causa, si aliqua forte extrinsecus pariendi occasio accedat, tam mater quam fœtus magno in discrimine versabuntur: nec viuere partus solet: aut si fortassis huius syderis malignitatem superare possit, vitam plane deget laboriosam & ærumnarum plenam. Quod si nihil eo mense matri acciderit eiusmodi quod partum in lucem prodire cogat, sed in nonum vsque mensem fœtura differatur, iam multo magis serenam Iupiter faciem ostendit. Eius enim aspectu omnia Saturni maleficia protinus abolentur. Siquidem suo calore & humore vitam (quæ duobus istis potissimum consistit) puero instaurat atque conseruat. Quamobrem si isto nascatur mense, vitalis esse maxime poterit. Nam & ζώτα eam ob causam Græci appellarunt, tum quod sub eo partus maxime contingat, tũ quod ipsius merito vitalis sit. ζῆν enim Græcis viuere est. Quia vero & qui Ioui succedit planeta, non est maleficus, sed suo calore cum vita nostra facile conspirat, ideo si quis etiam in decimum vsque mẽsem protrahatur, vitalis plurima ex parte est. Hæ quidem sunt Astrologorum de partu rationes: à quibus non videtur auersa fuisse Procli inter Philosophos haudquaquam postremi, sententia. Scripsit enim non modo infantibus, dum gestantur vtero, præfici planetarum (vt sic dicam) vultus, sed etiam ætatum ordinem sequi ordinem vniuersi. vtrumque tamen fieri disparili ratione. Nam quæ vires suas postrema in partum exerit luna, eadem iam natum infantem non relinquit, sed primam eius ætatem moderatur, argumento nutritiuæ vegetalisque potentiæ: quarum vtraque humido perficitur. Post eam vero Mercurium regendi gubernandiq; pueri prouinciã accipere: eoque fieri vt & literarum & citharæ & consimilium nobis studium ea ætate ingeneretur, & Arithmetices in primis: quæ omnia olim Mercurio veteres tribuere, & negotijs similiter lucroq; illum præesse dixerunt. Ac quemadmodum incõstans Mercurij sydus dicitur, ac omnino eiusmodi quale id cui adhæserit, nempe cum benignis benignum & exitiale cum exitialibus: sic & puerilis ætas facile eos prompteque sequitur, quibuscum consuetudinem habuerit. Sed & reliqua quæ de eo ab antiquis prodita sunt literis, consentiunt. Atque vt ille secundæ ætati præficitur, sic Venus tertiæ, sol quartæ, Mars quintæ, Iupiter sextæ, ac postremæ Saturnus, qui frigiditate siccitateque, quibus senilis ætas definitur, ad cœlestem tandem vitam abducit. Verum Arithmetici ex numerorum paritate imparitateque idipsum demonstrare conantur. Imparem enim perfectum, parem vero imperfectũ esse dicunt: & parem quidem formæ, imparem vero rationem materiæ obtinere: & imparem numerum marem, parem autem fœminam vocari. namque illi imparem patris, & parem matris appellatione venerantur. atque ideo dixisse Virgilium numero deum impare gaudere. Itaq; cum septenarius & nouenarius impares sint, & proinde perfecti, nasci in illis & edi perfectos vitalesque fœtus. Quia vero octonarius sit par, hinc fieri vt octauo mense natus non viuat. Cum vero de mense decimo illis obijcitur, eum quidem parem esse, attamen in eo nasci sæpissime fœtum, & perfectionis numeros omnes obtinere: respondent denarium ex paribus solum perfectum esse, quoniam ipse numerorũ omnium perfectio sit & complementum. Neque enim omnes qui antecedunt numeri, denario maiorẽ perficere possunt: sed qui denario succedunt; omnes ex decem, & præcedentium aliquo constituuntur. siquidem omnes tam barbari quam Græci (excepta, vt author est Aristot. vna Thracum gente, quæ ad quatuor modo numerandi seriem terminat, eo quod meminisse ritu puerorum non potest, neque vsum habet rerum multarum) enumerant, statuto termino denarij numeri. Quod nõ forte casuque fieri semper omnibusque in rebus putandum, cum non fortuna, sed naturalis res sit, quæ semper atq; vbique fieri solet. hoc autẽ fit, quod perfectus numerus denarius sit. Continet enim omnia numerandi genera, vt par, impar, quadratum, longum, primum compositum, & si quæ præterea sint alia. Sed & eius perfectionem hinc maxime videri, quod quatuor cubales numeri, è quibus vniuersum cõstare Pythagoreis placet, proportionibus decem constituuntur. Sed quæso cur tam male & sinistre de octonario sentiunt & loquuntur? cur cum imperfecti insimulant, cum ijsdem ipsis authoribus solidum ex eo corpus & vere perfectum componatur? Ergo singulariter quoque plenus perfectusque iure dicetur, propter corporeæ soliditatis effectum. Est enim ille de his, vt ipsi dicunt, quæ nec generantur, nec generant, scilicet ex monade & septem constitutus: aut ex eo quod tum generatur, tum generat, nempe quaternario duplato consistit. Quinetiam octonarium Pythagorici iustitiam vocauerunt: quia primus omnium ita soluitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaterna, vt nihilominus in numeros æque pariter pares diuisio quoque ipsa soluatur in bis bina. Eodem etiam modo contexitur, id est, bis bina bis, octo componunt. quare cum & contextio ipsius pari æqualitate procedat, & resolutio æqualiter redeat vsque ad monadem, merito propter æqualem diuisionem iustitiæ nomen accepit. Qui ergo tam iustus est, non conuenit profecto fœtui iniquum esse. Sed & ad ipsam etiam cœli harmoniam continendam firmandamque hunc numerum magis aptum esse, non dubium est, quum sphæræ ipsæ octo sint quæ in cœlo mouentur. Hæc quidem sunt à me adducta, quo docerem ex numeri paritate non recte imperfectum demonstrari & ineptum ad vitam fœtus tuendam atque conseruandam. Qua in re non existimo me à Galeni sentẽtia discedere, qui paritatem atq; imparitatem à vi criticorũ dierũ similiter reijcit atque excludit. Cur vero septimo quidem nonoq; mẽse vitales sint partus, octauo autem non vitales, aliam Pythagorici ex ipsa Arithmetica magis probabilem adferunt demonstrationem. Est autem ea eiusmodi. Sit triangulum scalenũ, hoc est tribus lienis inæqualibus constitutum, A. B. C.



3.
Mas.

cuius latus B. C. sit vnitatum 4. latus autem A.B. sit vnitatum 5. Perspicuum est ex disciplina Pythagoricorum, 3. & 5. esse masculos, vt impares: sed 4. fœminam, vt parem. Multiplicentur itaque 4. per 5. fient 20. sed 5. per se multiplicentur, consurgent 25. simul iuncti numeri facient 45. Hæc rursum si per medium spatij trianguli, id est per 6. multiplices, fient 270. quæ nouem menses constituunt. Rursus multiplices 4. per 5. fient 20. & similiter 3. per 5. fient. 15. simul iuncta erunt 35. Hæc per medium spatij trigoni multiplices, hoc est per 6. fient 210. quæ septem menses complent. Iterum ducas 3. in 5. fient 15. Ducito in sese, emergunt 25. si simul componas, erunt 40. Hæc multiplicata per medium spatium, hoc est per 6. fiunt 240. quæ tempus octo mensium continent. Itaque quoniam in nouem & septem mensibus duntaxat per naturalem coniunctionem masculi & fœminæ, quæ 5. & 4. & 3. numeris significantur, numeri dierum proueniunt qui nouem septemq; mensibus continentur: merito, qui istis mensibus eduntur partus, sunt vitales. In mense autem octauo non est vlla masculi cum fœmina coniunctio, neque enim 5. neque 3 ducuntur per 4. quod fœminam repræsentat. Quamobrem cum eiusmodi copulatio præter naturam sit, merito partus isti non sunt vitales. Hæc quidem ex arithmeticis attuli, non quod tam magnam vim inesse illorum numeris existimarem, sed vt potius legentes intelligant quæ fuerit illorum de hac re sententia. Omnia enim quæ de numerorum virtute nugantur, tam facile absurda esse deprehenduntur, vt doctissimis plærisque viris & Galeno Pythagoras ille vir tam sapiens omnibus fere seculis habitus, magnam admirationem excitarit, quod numeris tãtum tribuisse videatur. Neque enim ex illis vlla demonstratio scientifica haberi potest. Siquidem omnia illorum placita plane incerta sunt. Cur enim monadem formam, dualitatem vero materiam quandam infinitam appellent? cur parem fœminam, imparem masculum statuant? Quin & numeris quibusdam Mineruæ, Dianæ atque Apollinis nomen tribuunt, prout quemque minus magisue laudare, vel etiã vituperare libitũ est. Quod sane volenti perfacile est: atque ideo parum firma sunt, imo vero inepta eorũ dogmata. Quamobrem illis relictis veritatem ipsam meliori ratione modoque exploremus. Recte, vt mihi quidem videtur, Philosophi omnes hũc orbem inferiorem à superioribus corporibus moueri dirigique statuerunt, & cunctas quæ hic contingunt mutationes, à cœlestibus pendere. In quibus cum nihil sit quod non maiori quam hæc terrena, facultate polleat, præcipue tamen duorum nobilium syderum solis atq; lunæ vim potentiamque experimur: illius quidem, per se & primario, huius vero quatenus à sole aspicitur & illucescit. Eius namque vel accessio vel recessio, vt diuersas sustinet mutationes, sic varia in nostro orbe operatur, suntque eius opera tanto quam reliquorum planetarum magis cõspicua, quãto huic orbi vicinior est. Quamobrem quũ illa singulis illustretur mensibus, & cum sole congrediatur, quæ maxima illi mutatio est, quũque plena multum à se ipsa cum sole cõgrediente diuersa sit, non est dubium quin & maxime hic orbis noster pro lunæ in ipsum imperio immutetur. Ac rursum cum inter extremas illas lunæ mutationes aliæ quædam mediæ intercedant, scilicet tum quum διχότομος, tum quum ἀμφίκυρτος: certum quoq; est, mutationes his etiam duobus temporibus, quamuis minores magisque obscuras, contingere. Apparet igitur quatuor esse lunæ mutationis momenta, & ea septimo quoque die euenire. Nam & post septem à prima apparitione dies, διχότομος, hoc est per medium secta: & septem postea diebus orbe pleno visitur, quod die contingit decimoquarto. Si vero quemadmodum aucta est, ita diminui intelligas, duas pariter habebit septimanas: quarum prior die vigesimo secundum Hippocr. & Gal. non (vt voluit Archigenes) vigesimo & primo, posterior autem vigesimo septimo concludetur. Sed quum dixerimus vim omnem lunæ à sole proficisci, nemo certe dubitabit quin insignes etiam ab eo mutationes pendeant, præsertim quum quatuor anni tempora ab eo fieri videamus. Ambo igitur, & sol & luna, vires magnas obtinent, easque in corpora inferiora exerunt, non morbos tantum. Absurdum enim esset in hos quidem aliquid posse, in cæteris autem viribus destitui. Imo vero & haberi possunt ex ijs præsagia non modo in ægrotis, sed etiam in sanis, quemadmodum scripsit Galen. ab Ægyptijs astronomis se veriſſime comperisse. Itaque in ipsum etiam fœtum, quem mensiũ quoque certis spatijs Hippocrates scribit iudicari. Quamuis autem nulli inconueniens videri possit, rem eandem à duobus illis sideribus affici, attamen Hippocr. & Galen. existimarunt in illis quidem mutationibus quæ breues sunt & paucis diebus definiri solent, negotium omne ad lunam deferri: in alijs vero quæ non nisi longo iudicari possunt tempore & perfici, ad solis cursum maxime attendendum. Eam namq; ob causam acutos morbos, qui breues esse consueuerunt, decem & quatuor diebus iudicium subire statuunt: quartanas autem febres non diebus quidem, sed mensibus sex iudicari. Rerũ enim circuitus qui diebus aliquot concludi possunt, septimani sunt, & lunæ modo circumaguntur: sed qui mensibus, illi ad solem referuntur, eandemque quam septimanæ rationem sortiuntur. Quum enim à mensis principio vsque ad plenilunium, quatuordecim prope dies sint, qui lunaris circuitus dimidium complent, ita ab hyeme ad æstatem, quæ sunt duæ anni totius extremæ mutationes, sex menses sunt, anni dimidiũ. Quinetiam à plenilunio vsq; ad occultationem, tempus sex alijs mensibus respõdet, qui sunt ab æstate ad hyemem. Quod si etiam vtrumque diuidas, lunæ quidem cursum per septimanas diuides, quibus eas quas antea censui mutationes efficit: solis vero iter in quatuor anni tẽpora secabis, quorum singula singulis etiam lunæ septimanis proportione respondebunt. Quo quidem modo sicut dies septima, quæ pars quarta est totius mensis lunaris, morbos, exempli gratia, acutos iudicat: sic anni temporis mutatio diuturnos affectus discutit, adeo vt hyeme genitum, ver dissoluat: in vere excitatum, æstas: in æstate, autumnus: in autumno vero ortum, hyems. His in istum modum definitis facile est videre quid de partu dici oporteat. Est enim partus crisis quædam, cuius eodem plane modo inire rationem conuenit, quo & morborum & sanitatis.

Sic namque visum est Hippocrati, ad hunc modum libello περὶ ἑπταμήνων scribenti: τὰς δ' γυναικείας καὶ συλλήψιας τ' ἐμβρύων καὶ οἱ πεσσοὶ τε καὶ οἱ τόκοι, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γίνονται, ἐν οἷς καὶ νοῦσοι καὶ αἱ ὑγιάσιες καὶ οἱ θάνατοι πᾶσι συμπάσιν ἀνθρώποισιν. ταῦτα δ' ἁπάντα τὰ μὲν κατ' ἡμέρας, τὰ δ' κατὰ μῆνα ὁπομαίνει, τὰ δ' κατὰ τεσσερακοντάδας ἡμερῶν, τὰ δ' κατ' ἐνιαυτόν. hoc est, Mulieribus autem & fœtuum conceptus & abortiones & partus eodem tempore iudicãtur, quo & morbi & sanitas & mors cunctis mortalibus. Sed omnium istorum alia quidem diebus, alia mensibus, alia dierum quadragenarijs, alia vero annuo spatio euenire videntur. Hæc Hippocrates. Itaque si partus non tam diebus quam certis mensibus geri solet, perspicuum est in tempore ipsius definiendo solis cursum maxime obseruandum esse, sed lunam tamen interim non negligẽdam. Ergo iam de ipso partu videamus, quo vel dierum vel mensium circuitu legitimo absolui possit. Sed melius fortasse fuerit de mensibũs ex ipsis diebus ratiocinari, quoniam quibusdam forte magis sunt cogniti. Ex diebus primus septenarius decernendi vim habet maximam. Illo diximus antea tempus vnum anni, hoc est menses tres, respondere. Ex quo aliquis fortasse inferat tribus etiam mẽsibus vim & facultatem esse ducendi partus legitimam atq; naturalem. Nec ego quidem dubito. Immutatur enim manifesto fœtus eiusmodi spatio: quodque post tres menses ille excitetur moueaturque, ab illa certe mutatione quam sol trimestri spatio sustinet, euenire magna ex parte existimandum est. Quod si quæras, Cur ergo fœtum in lucem non edit, perinde ac septimus dies morbum iudicat & soluit? Respondebo & septimum illum plærumque diem non soluere morbos, etiam si magna illi sit eam in rem propensio. Siquidem vt ad crisim optimam & perfectam præter diem decretorium accedere etiam oportet humoris iam concocti facilitatem, atque virium robur: sic in edendo partu præter legitimum tempus adesse oportet fœtus ipsius dispositionem firmitatemque, quæ trimestri tantum interuallo vel omnium sententia in fœtu esse non potest. Rursus quemadmodum alij à septimo ad decimum quartũ dies nullam habent ad iudicandos morbos authoritatem, sic quartus quintusque mensis, qui diebus illis similes sunt ad fœtum promendum nullas vires possident. Quamobrem si qua occasione illis mensibus prodeat, violentia proculdubio censenda est, non aliter quam diebus non decretorijs excretiones symptomaticæ, non criticæ, proueniunt. Quodnam ergo est primum illud pariendi tempus, in quo & dies legitimus & fœtus etiam dispositio concurrunt? Audi Hippocratem eum tibi enumerantem & designãtem. Sic enim libello περὶ ἑπταμήνων scripsit: οἱ ἑπτάμηνοι ἐκ τοῦ ἡμίσεως τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνονται. hoc est, Septimestres dimidia anni parte nascuntur. Item initio libelli περὶ ἑπταμήνων: οἱ δ' ἑπτάμηνοι γίνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερῶν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο, καὶ πεσσοντὸς μορίου. id est, Septimestres nascuntur centesimo octogesimo secundo die, & aliqua insuper particula. Habet enim tunc fœtus perfectionem, tantumque roboris quantum expedit ad tolerãdas partionis molestias, & vitam postea salubriter degendam, præsertim si ex valentiore semine procreatus est. Præterea, & tempus illud vehementem obtinet in decernendo facultatem. Quippe simile est diei quarto & decimo: quorum hic vt est mensis lunaris dimidium, ita illud totius anni. Namque annus integer trecentis sexaginta quinq; diebus & sex horis componitur: quos si in duas partes diuiseris, habebis centum octoginta duos dies & horas quindecim, quas Hipp. per πεσσόντος μορίου manifesto videtur significasse. Porro illi dies sex tantum menses solares absoluunt. Cur ergo qui hoc dierum spatio editur in lucem, septimo mense natus dicitur? Facilis sane responsio est. neque enim veteres illi medici nec astrologi mensem alium quam lunarem nũcupant, nec ipsum annum vniuersum ex alijs mensibus quã lunaribus constituebant, qui omnes certe solaribus sunt minores. Dicitur autem mensis solaris, spatium illud temporis quo sol in vnoquoque signo zodiaci circumfertur: quæ quoniam sunt duodecim, menses quoque totidem in anno numerantur. Menses vero lunares triplices statuuntur, omnes temporis duratione differentes: inter quos ille maximus est qui Latinis dicitur ciuilis. Constat autem ex diebus viginti nouem & horis propemodum tredecim. Tot enim dies medij sunt inter vnũ & alterum lunæ cum sole congressum. Ex quibus mensibus si annum, quemadmodum olim Palæstini, constituas, centum illi & octoginta duo dies in septimum mensem incident. Namque centum septuaginta & septem dies, sex eiusmodi menses componunt: & quinque qui supersunt reliqui, cum aliquot horis, iam septimi mensis erunt. Proinde qui septimum intra mensem natus erit, iure poterit septimestris appellari. Ac multo magis, si mensem qui proprie Lunaris dicitur, intelligas. Is autem definitur lunæ à zodiaci pũcto in idem punctum profectione & reditu: in quam viam Luna viginti & septem dies cũ horis octo insumit. Ex quibus mensibus si annum cõficias, centesimus ille octogesimusque secundus dies, erit septimi mensis decimus octauus. Quod si tertiam mensis lunaris differentiam, quæ fit à primo exemptis tribus diebus coniunctionis lunæ accipias, iam propemodum absolutos ex 182. diebus septem menses comperies. Continet enim ille sex & viginti dies & horas duodecim. In sex autem eiusmodi menses, dies tantum centum quinquaginta nouem absumũtur. Sic ex illo superiori dierum acerno viginti & tres dies supersunt, qui septimum fere mensem concludunt. Ex his igitur perspicuum est, quod quum septimo mense editus in lucem fœtus dicitur, de lunæ mensibus, non autem solis, intelligendum sit. Siquidem septimus atque octauus solares, ad partum sunt infœlices. Quãobrem nihil hic contra Hippocratem dixisse videor, reijciens septimum Solis mensem extra πρῶτα menses, quamuis ab illo scriptum sit in libro περὶ σαρκῶν, vitam hominis dierum septenario constare, & legitimum partum esse septẽ mensium, propterea quod ex tribus hebdomadarum decadibus conflatur, quarum decadum singulæ septuaginta dies continent. Est autem dierum numerus decem & ducentorum. Hoc enim de mensibus lunaribus intelligit, quos ciuiles ante diximus appellari, quorum septem ad eum numerum dierum perueniunt, excepto tribus cum dimidio: quod parum certe refert. Neque enim eam exacte dies mensesque numerari prę-

cipit Hippocrates, vt parum vltra citraque partio non possit, optima contingere. Namque libello περὶ φύσιος, posteaquam fœtus conformationis partionisque tempora distinxit, subiungit: γίνεται δὲ ἐν τέσσερσι καὶ πλέοσι καὶ ἐλάσσοσι, οὐ πολλῷ δὲ πλείοσι ἢ ἐλάσσοσι. id est, fiũt vero hæc & diebus pluribus & paucioribus, nec multo tamen pluribus aut paucioribus. Verum opinor, libuit potius Hippocrati numerum illum trium decadum hebdomadarum adscribere, quam illum tribus fere diebus cum dimidio minorem, quod eo loco docere vellet ætuum hominis ἑπτάμηνον esse. Quanquam quid opus est mutationes lunæ quæ per septimanas fiũt, expectare, si illæ adsint quæ initio cuiusque mẽsis eueniunt? præsertim cum septimanæ ipsæ ex numeri ratione nulla polleãt facultate, sed duntaxat quatenus tanto dierum interuallo mutationes magnæ excitantur. Nec vero velim inficiari præter solem à luna quoque mutationes accidere: sed si illæ quidem paucis aliquot diebus oriantur, considerandos censeo dierum circuitus septimanos. sin autem secundum menses incidant, frustra dico eos obseruari. Nam & secundi, tertij, quarti, quinti, sextique mẽsis initio tanta fit in luna mutatio quanta potest tum in fine septimi, tum singulis mensium septimanis prouenire. Verum si ab ea sola mutationes illæ in fœtu fiant, minus habent virtutis. Quod si simul eodemque tempore mutatio tam in luna quam in sole contigerit, hęc quidem est aliarum omnium efficacissima. Contingit autem tum septimo tum octauo tum nono mense lunari: sed τόκιμος quidem est in septimo atque frugifera, quoniam ab ea non longe absit solis mutatio, quæ centesimo octogesimo secundo die contingit. Non est autem octauo nonoque mense lunari tanta, vt fœtum deijcere possit, & proferre in lucem: aut si tanta illi cõmotio accidat vt prodeat & nascatur, admodũ imbecillum necessario putare oportet, qui tam leuem lunæ mutationem sustinere non potuerit: & idcirco minime vitalem esse. Est autem illa imbecillitas vel natiua fœtui, vel ex aliquo accidente (quæ multorum fuit opinio) contracta. Aiunt enim, & recte quidem, embryon septimo mense ab vteri conceptabulis exitum affectare, ac in id colluctari plurimum (tunc enim, vt ostendimus, eodem fere tempore sol & luna mutationem subeunt) verum conatu aliquando excidere atque interim fatigatum effici imbecillius. Quod si nec dum refectis viribus octauo rursum eundem petat conatum (namque ad hoc mutatio quæ lunæ singulis mensibus accidit, irritare potest) oblæsum frequentius intermori. Ac de octauo quidem mense genitis sic scripsit Hippocr. libello περὶ τροφῆς: ἐς ἑκτὼ σὺν ἔτεσι καὶ ἔστι. hoc est, ad partum ducenti quadraginta dies, non est, & est. Quibus verbis tam obscuris, præcisis atque aduersis, indicat, eum qui natus est mense octauo, (nam 240. dies mẽses octo conficiunt) aliquo quidem modo esse atque natum videri, sed reuera non esse, quoniam paulo post intereat. Superest iam nobis expendẽdus inter lunares quidẽ decimus, ex solaribus vero nonus mensis, quo partus emergunt frequentissimi & maxime vitales. In quo quidẽ quod pertinet ad solem, multum ipsa & aërem & hominum corpora immutat dimẽsis iam nouem zodiaci signis: quod vero ad lunam spectat, ipsa quidem eodem illo die quo sol tres zodiaci quartas confecit, & ad reliquam properat, vehementer immutatur, & orbe suo iam decies confecto, vndecimum aggreditur. Quod facile intelliges, si supputes dies quibus tum decimus lunaris, tum nonus solaris constituuntur. Nam quum certum sit, dimidium anni 182. diebus & horis præterea 15. constare, si numeri istius dimidiam partem adiungas, scilicet 91. dies, consurgent 273. cum aliquot horis, ex quibus nouẽ menses solares conflantur. Similiter si 27. cum tertia diei parte, quod spatium est vere lunaris mensis, quo luna zodiacum dimetitur, decies multiplices, reperies totidẽ dies & horas octo. Coeunt igitur, inque diem vnum conueniunt decem lunæ menses, qui vulgo peragrationis dicuntur, & nouem solares: eamque ob rem illo ipso die corpora hæc inferiora, præsertim quæ aliquo modo affecta sunt, à tam insignibus maiorum istorum principumque planetarum mutationibus vehementer commoueri necesse est. Accedit vero vna infantis robur iam hoc tempore magnum, & naturale quoddam ex vtero prodeundi desiderium, ad hæc vteri muliebris mole & pondere iam grauati irritamẽtum: quibus omnibus efficitur partionem isto tempore facilẽ esse & salutarem. Quæ cum ita se habeãt, neminem latere potest Hippocratem in libello de natura pueri scribentem decimo mense fœtum affectare exitum, & mẽbranas quibus concluditur, disrumpere: de mense illo lunari, qui cum nono solari coincidit, intellexisse, & Virgilium ad eundem modum quum dicit matri decem menses longa tulisse fastidia. Sic enim libello περὶ ἑπταμήνων scriptum est ab Hippocr. οἱ δὲ δεκάμηνοι τὸν τόκον καὶ ἐνδεκάμηνοι, ἐν τοῖσι πεντηκοντάδων τὸν αὐτὸν χρόνον γίνονται. hoc est, qui decimo & vndecimo mense eduntur partus, ex septies quadragenis eodem modo constituuntur. Continent autem illæ ducentos octoginta dies, qui septem modo diebus ducentos septuaginta tres excedunt. Qui quoniam non longe absunt à 10. mense, & iam pars sunt 11. idcirco eum terminum pariendi tam decimo quam vndecimo mensi communem esse dixit. Quod si solarem mensem intellexisset, non est dubium quin maiorem numerum dierum, ex quibus tam decimus constaret, quam vndecimus ipse participaret, fuerit additurus. Essent enim proculdubio alij quadraginta adiungendi. Huic namque numero quadragenario magnas vires in corporibus hominũ assignat, propterea quod bis viginti eum componant, & magnam facultatem decernendi semper vigesimo tribuerit. Quãquam sic ab eodẽ Hippocrate libello περὶ ἑπταμήνων scriptum animaduertimus: ἐνίοτε δὲ μιῶν καὶ δέκα ἡμερέων χρόνος γίνεται, καὶ ζῇ, καὶ ἔχει τὸν ἑβδομὸν ἀπηκὼς ἐστὶ τοῦ ἑβδομάδος. τεσσάρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶ δυοκόσιαι ὀγδοήκοντα. hoc est, nouem vero mensibus & diebus decem nascitur partus, atque vitalis est: quippe qui legitimum hebdomadarũ numerum sit consecutus. Namque quatuor decades hebdomadarum, dies sunt 280. (quo loco obiter hoc monere possum, videri mihi deprauate scriptum esse ἑβδομήκοντα pro ὀγδοήκοντα.) Ecce autem secundum hanc supputationem nouimestres sunt, qui antea eodem plane dierũ numero decimestres atque etiam vndecimestres erant. Cuius quidem diuersitatis causam ad di-

uersos lunæ menses referre oportet. Namque hoc loco, quem è libello περὶ σαρκῶν postremo annouerti, menses qui proprie ciuiles appellantur intellexit: qui ab vno lunæ cũ sole congressu ad alterum vsque perdurant, constantque paulo minus quam tricenis diebus. Quod si lunares proprie dictos intelligas, quod Hippocrates fecisse videtur eo loco quem paulo ante citaui ex libello περὶ ἑπταμήνου, non est dubium quin is qui supputare velit, reperiat ex ducentis illis & octoginta diebus decem integros menses constitui, & septem præterea alios supersesse, qui vndecimi mensis partem aliquam componant. Quod si rationem quæras, & mireris mensium lunarium numero potius quam solarium definita esse pariendi tempora, desines protinus mirari percontarique, si aduertas antiquos, Græcos præsertim, annum totum ad rationem lunæ subduxisse, & alios menses non habuisse quam lunares, nondum scilicet reducto in eam formam anno, quæ nunc vsui nobis est. Hæc quidem de nono decimoque mense, atque etiam vndecimo breuiter & quantum potui dilucide dicta sint. Cæterum de alijs qui sequuntur, plerique dubitãt, vtrum in eos partus differri possit. de quo sic mihi sentiendum videtur. Diximus antea, vt ad crisim morbòrum præter diem decretorium concurrere oportet humoris aptitudinẽ, & virium robur, sic ad partum præter legitima illa pariendi tempora etiam pueri vires & matris vterique consentire debere. Nam si fœtus debilis est, & ne tentet quidem exitum, nec interim vlla offensione vterus irritetur, etiam in vndecimum vel duodecimum forte differri fœtura poterit. Verum id rarissimum prorsus est, vt qui iam habet 273. dies, tãta laboret imbecillitate, vt egressum non affectet. Quod tamen si aliquando cõtigerit, non est dubium quin ille parum materni alimẽti insumat (cuius tamen penuriam parturitioni præbere causam scribit Hippocr.) & illi abunde vel in duodecimum vsque mensem sufficiat. Qua de causa nec commouebitur, nec membranas suas tentabit rumpere, quasi plus alimenti efflagitans. Sed hoc, vti dixi, rarissimũ est, magisque monstrificum: ac proinde Iustiniani Imperatoris decretum de ea quæ parit in vndecimo mense, consultissimum mihi videtur esse & æquissimum.

» Cæterum quod spectat ad notationem huius
» vocis τόκος, mirum est Plinium partum τὸ τόκον
» pro fœtu aut conceptu αὐτὴ ἡ συλλήψεως, ἢ τῆ κυ-
» ήσεως vsurpasse κατὰ χρησιν lib. 7. cap. 5. vt eo lo-
» ci notauit Dalechampius: sed & hanc vocem si-
» militer catachrestice vsurpatam reperies in
» Coac. ab Hippocr. pro abortione quam ἐκτρω-
» σὶν ἢ ἀποφθορὰν Græci vocant. Notandum insu-
» per est τόκον etiam fœnus significare quasi sit
» quidam pecuniæ partus, vnde τοκογλυφεῖν fœne-
» rari est.

Τομὰς. incisor. & τομεῖον ferreum instrumentum bilabrum quo fabri ferrarij & ad alia multa, & ad tollendos & commouendos clauos vtuntur. vt annotat Galenus in lexico Hippocratis.

Τομεῖς siue

Τομικοὶ. incisores dentes. sic appellantur octo primi dentes, in vtraque scilicet gena quatuor lati, acie prætenui in modum gladiorum, qua cibos molles mordendo abscindunt diuidũtque. Alij plures, alij pauciores habent. Omnes autẽ vna radice in suam genam infixi sunt. Valent non modo ad incidendos cibos, verum etiam ad pronunciationem. vide in dictione ὀδόντες.

Τόνος. apud Hippocratem significat neruum, siue is à cerebro, siue à spinali medulla oriatur, vt annotat Galenus. Aretæus περὶ παθῶν, τόνος, inquit νεύρων καὶ ἐντάσεως οὔνομα, quasi non neruum modo, sed etiam ipsam neruorum contentionem designet. Vsurpatur etiam ab eodem ὁ τόνος αὐτὴ ἡ περιουσία ἰσχυρὰ, hoc est, pro vehementi desiderio magnoque conatu, qualis esse solet per dyspnœas & tenesmos: vt docuit Galenus comment. 1. in prorrhet.

Τόνος definit Erotian. ex Hippocr. τὰ περιτεταμένα σώματα ταῖς σαρξὶν οἷον φλέβας, νεῦρα καὶ τὰ ὅμοια, ἀπὸ τοῦ περιτέτασθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ νεῦρα μόνον, ἔνιοι δὲ τοὺς ὑμένας ἔφασαν, id est, circumtensa carnibus corpora veluti venas neruos & similia, nonnunquam & neruos duntaxat, alij etiam membranas sic appellarunt. Sed & τόνος appellat Ruffus neruos ab vtroque œsophagi latere; cæteraque sensoria atque fibrosa eodem etiam appellari nomine tradit.

Τόνοι ὑπήκοοι. sic Hippocrati lib. de articulis dicuntur nerui qui sunt sub axillis propter eorum firmitatem vt annotat Galen. hinc & apud eundem τονωτικὸς dicitur vim habens intendendi seu roborandi, inde & apud eundem τονωτικὴ δύναμις.

Τοξικὸν. apud antiquos certa quædam species veneni fuit teterrimi, nec tamen quid esset constare adhuc arbitror. Plinius lib. 16. c. 10. scribit authores esse qui à taxo arbore, quam venenatam esse certum est, taxica appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Quod tamen vt ipse non affirmat, sic ipse dubito an verum sit. Sunt enim hæc duo venenorum genera manifesto distincta apud Nicandrum & Dioscoridem, suntque tam sibi aduersa vtriusque symptomata, vt iure dubitare liceat. Taxus vniuersò corpori frigus infert, cui eadem quæ cicutæ conueniunt medicamenta, videlicet calefacientia: toxicum vero inflammationes & furorem. Calidum enim & siccũ fuit, vt plane præter symptomata indicat ipsa curatio quam Nicãder adhibet. Dioscorides in præfatione lib. 6. toxicum recenset inter herbas & olera, quæ exitiosam vim habent, & Galen. lib. 2. Antidotων Asclepiadem sequutus, inter simplicia venena ipsum annumerat. Certum est sic dictum esse, quod barbari sagittas suas olim eo contingerent. Nam vt cecinit Nicander in Alexipharmacis:

Isto Gerræi Nomades, populusque ferocem.
Qui colit Euphraten, armant sua tela veneno.
Quæ postquam hæserunt & non sanabile vulnus
Inflixere, caro linet, virusque putrescit
Vipereum, atque cutis fœtabo fœtore soluit.

Scholiastes Nicandri refert, quosdam toxicum sic appellatum velle, quoniam haustum seu potum è vestigio interimat hominem instar sagittæ, vel quod ortum sit ex hydræ sanguine quam sagittis confecit Hercules; venena autem omnia Poëtæ Græci generali nomine τοξικὰ vocarunt, quia barbari sagittas tela que sua, quæ τοξεύματα dicunt, his inficiebant. Proprium tamen Parthorum & Scytharum toxicum quo sagittarum aciem inungebant, humano sanguine & viperina sanie constabat, irremediabile

» sceleus, quod mortem leui tactu, ea qua sagittæ » celeritate, accelerat, quod Poëtæ ideo finxerũt » ex Lernææ hydræ ab Herculis sagitta occisæ » cruore enatum, vnde & toxicum appellarunt » quod Scythicum etiam ideo dicitur, quoniam » vt Aristoteles refert Scythæ viperas iam enixas » venantur, quas captas dies aliquot donec in sa- » niem computruissent contabescere sinebant, » deinde toto vnius hominis sanguine in ollam ef- » fuso, eam exquisite coopertam, simoque obru- » tam putrescere sinebant, cuius tandem supernа- » tans sanguini ichor, vel serum cum viperina » sanie permixtum, lethale Scytharum toxicum » erat, Scribonius autem nominis τοξικοῦ aliam vi- » detur afferre rationem, nempe quod toxicum » epotum dolorem cieat omnium interaneorum » veluti τόξῳ, id est telo traiectorum. Sed quod » Plin. toxicum à taxo arbore venenata dictum » existimauit longe absurdius esse videtur.

Τοξικὸν. etiam dicitur à quibusdam ladani species in Syria & Aphrica nascentis, quia incolæ ad detergendum ladanum folijs cisthi adhærescens, nerues in arcu lana circundatos trahunt per syluas. Sed hoc grauissimum odore est & durissimum tactu, plurimum enim terræ colligit.

Τοξίτης. à quibusdam dicitur ἡ ἀρτεμισία, vt habetur apud Dioscor.

Τοπικὰ φάρμακα. medicamenta sunt quæ locis affectis » adhibentur quæ etiam μερικὰ dicuntur.

Τόπος. pars corporis à veteribus medicis. vnde & τοπικὰ φάρμακα dicta sunt, quæ locis affectis adhibentur.

» Et apud Galen. libri quidam περὶ τῶν πεπονθότων τό- » πων, de locis affectis, & περὶ συνθέσεως φαρμάκων » κατὰ τόπους, de compositione medicamentorum » secundum locos seu secundum quasque corpo- » ris partes. Peculiariter vero τόποι dicuntur natu- » ralia mulierũ, vt apud Latinos quoque loci & » loci muliebres: huius significationis exemplum » videris apud Dioscorid. lib. 1. c. 59. de sampsu- » chino oleo, & lib. 2. de iride. Itidem apud Ari- » stotelem lib. 6. de histor. animal. & lib. 7. c. 3. » vbi nota etiam singularis numeri vsum in hac si- » gnificatione, est enim frequentior pluralis.

Τόποι πεπονθότες. loci affecti: Liber est Galeni περὶ πε- » πονθότων τόπων quam inscriptionem accusat do- » ctissimus Scalliger quasi potius περὶ παθόντων in- » scribere debuisset, etenim, ait, quod πέπονθε, non » amplius patitur, nonegetitaque opera medici. » Sed hæc ratio perperam est, nam quicumque » antiquorum de locis affectis scripserunt vt fecit » Archigenes medicorum sui temporis princeps, » inter τόπους παθόντας & πεπονθότας hoc discrimen » posuerunt, quod παθόντας vocarunt eas partes » quæ extra se causam passionis tantum habent, » atque illa abeunte incolumes & sanæ relinquun- » tur πεπονθότας vero eas appellarunt partes quarũ » non tãtum causa externa est quæ ipsis morbum » faciat, verum etiam quæ propriam in seipsis ac » iam factam affectionem, licet aliquando insen- » sibilem, retinent, ita vt etiam recedente causa, » nihilominus affectæ remaneant, & sic vocarunt » quasi non modo patiantur, sed etiam passæ sint. » Cum itaque Gal. in libris de locis aff. totam tra- » ctationem consumat, præcipue in docendo qua » methodo partes iam passæ & affectione propria » à causa sibi externa, & (vt dicunt) per consen- » sum occupatæ dignosci queant, περὶ τόπων πεπον- » θότων iure eos inscripsit; hæ namque proprie ac intestino affectu laborantes sunt, quæ potissimũ curationem expostulant, non illæ quæ nihil in propria essentia passæ, aliunde solummodo ve- xantur, & causa extincta nihil offensæ aut pa- rum admodum remanent, & propterea παθόντες τόποι vocantur.

Τορδύλιον. herba quæ & seseli Creticum vocatur.

Apud Paul. Ægin. scribitur τόρδυλον, vbi quidam legunt χόρδυλον, vocatur etiam τορδύλη sicut à Plinio Tordylion & Tordyle dicitur.

Τορνεύματα. ramenta, apud Hippocr. vt explicat Galen. in lexico suo.

Τορτώνιτος. Cælio Aurel. vocatur lib. 1. τ. χρον. c. 4. pulticula ex pane, ex oleo, aqua, sale vel melle condita.

Τοῦρτα Erotianus in onomastico sic appellatũ fuis- se panis quoddam genus, inquit, quem ἐγκρυσίαν Attici vocant, atque inde fortassis deductum quod nos Gallice *Tourte* appellamus vide ἄρτος ἐγκρυσίας.

Τραγακανθα. frutex est cuius radix lata & lignosa summo cespite nititur, vnde surculos humiles, robustos latissime fundit, in quibus minuta fo- lia, multa, nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ sub se spinas albas, rectas & firmas occulunt. Ab eius radice vulnerata manat lacryma pellu- cens, gracilis, læuis, syncera, subdulcis, quæ etiam τραγάκανθα dicitur, arteriacis medicamen- tis accommodatissima.

Gaza hirci spinam interpretatur.

Τραγῶν. de vitibus dictum, vide infra τράγος.

Τράγανος. sunt qui τράγον hoc modo appellent, vt au- thor est Dioscor. At τραγόνατον vocari à nonnul- lis λυχνίδα τὴν ἀγρίαν, testatur idem.

Τραγήματα. Galen. lib. 1. de aliment. facultat. c. 34. ea vocari inquit quæ post cœnam voluptatis in- ter bibendum excitandæ gratia manduntur.

Τράγον. frutex est in Creta insula tantum nascens, lentisci semine, folio & ramis similis, singulis tamen minoribus: succus ei lacteus, gummi nõ dissimilis. Calfacit tertio ordine, attrahit, discu- tit: est enim tenui substantia. Est & alterum τρά- γον, quod τραγόκερως aliqui vocant, cui folia sco- lopendrij, radix syluestris rhaphani tenuis, can- dida, cui vis magna est adstringendi.

Τραγόκερως. sic à quibusdam dicitur τὸ τράγον, ab alijs autem ἡ ἀλόη, vt habetur apud Dioscoridem, for- te quod eius folia quantitate, longitudine, figu- raque hircorum cornibus non inepte respon- deant.

Τραγόνατον. vide in τράγανος paulo ante.

Τραγοπώγων. barbula hirci. herba est breui caule, fo- lijs croci, radice longa, dulci: magno super cau- lem calyce, è cuius summo semen nigrum de- pendet, vnde nomen inditum est. Hæc ab alijs κόμη vocatur.

Τραγορίγανον. frutex est syluestri serpyllo aut origa- no similis folio & ramulis. Quibusdam in locis lætius virentiusque inuenitur, & latioribus fo- lijs, satis glutinosum. Alterum autem ex exili- bus surculis, ac tenuibus folijs, quod aliqui τρά- γον vocauere. Omnia excalfaciunt, vrinam ciẽt, aluo accommodantur, decoctoque poto bilem deijciunt.

Τράγος. inter fruges numeratur, alicæ figura. mul- tum autem aceris habet, ideoque parum nutrit & ægre concoquitur. dicitur σπάνιος ad differen- tiam plantæ quæ etiam τράγος dicitur, quæ pro- uenit in maritimis (ob id herbarij iuncum ma- rinum

rinum vocant) palmum alta aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine folijs, pusillis circa ramos acinis rufis, multis, gustu multum adstringente. Eam aliqui σκορπίον vocant. Quidam etiam duriores è spongijs, πέκρους nominarunt, vt author est Dioscor.

Quem vide lib. 4. cap. 51. & cum ijs confer quæ scripsit Plin. lib. 27. cap. 13. frumentaceum autem tragum sunt qui eũdem esse putent cum eo quod hodie frumẽtum Turcicum appellant, & dicant ab Hippocr. πύγην vocari vt in lib. περὶ διαίτης, vbi ait ἡ πύγις κυφοτέρα πυρῶν. Nec vero frumenti tantum genus est τράγος, sed etiam pultis, vt docuit Plin. l. 18. cap. 7. & 10. cum inquit ex tritici semine tragum fieri, vbi non tantum genere masculino, sed & neutro τράγον vocat; Sed à Plinio nonnulli dissentiunt, dicentes eam pultem fieri ex olyra ex Gal. lib. de alimentis. vide paulo infra Τράγος.

Τράγος. dicitur eminentia auriculæ vergens ad tempora & posita ex aduerso cauitatis ipsius quam κόγχην vocant vt ait Pollux lib. 2. Ruffus τράγον collocat ad temporum extremitatem, cui opposita pars dicitur ἀντίτραγος.

Τράγος. etiam dicitur sorbitionis genus quod fiebat ex nobilissima olyra decorticata; Sic primum eam in aqua coquebant, deinde ea effusa sapam, vinum dulce aut mulsum infundebant, adijciendo pineas nuces prius aqua maceratas donec plurimum intumuerint ait Galen. lib. 1. de aliment. facult. c. 13.

Τράγος etiam caprificum significat vt notauit Suidas.

Sed & τράγος. Hippocr. 6. epidem. de testiculo intumescente & extra prominente dici videtur. Quod in hircis vnde affectus appellatio est, fit maxime perspicuum, in quibus cum venerem primum appetunt testes maxime attollũtur & intumescunt; Quia autem sic affectis testiculis in hominum genere vox in asperiorem & grauiorem mutari consueuit, inde τραγίζειν & τραγᾶν de vocis in asperiorem & grauiorem mutatione dicuntur; & fit τραγίζειν inquit Aristoteles lib. 7. c. 1. de histor. anim. cum φωνὴ ὁμοία φαίνεται τῇ παραγενεσαμένῃ τῇ τραχείᾳ χροᾶς, similis fuit sonus enectatis & asperis: 5. vero de gener. animal. hoc accidere ait ὅταν ἀνώμαλος ᾖ ἡ φωνή: Nonius Marcellus Gallulare dixit, Gaza caprire, Latini veteres hirquitallire & hirquitallos, & Hippocr. 6. epidem. τράγους τὴ τραγίζοντας iuuenes & pubescentes appellauit, quum vel venerem experiri cœperint, vel cum vocem ex acuta in grauem & asperiorem mutant: Sed & τραγίζειν lasciuire seu hircum lasciuia imitari significat, est enim hircus salacissimum animal, hinc & latini hircum etiam vocant hominem libidinosum: quin & simpliciter τραγίζειν hircum olere seu fœtere significat, sic Plaut. hircosum senem appellat qui hirci in modum fœteat.

A voce τράγος fit & τραγᾶν eiusdem significationis cum τραγίζειν.

Est & τραγᾶν. quoddam vitis vitium apud Theoph. 5. de caus. plant. cap. 12. quando scilicet vites fructu carent es fronde luxuriant, & paupertatem fœtuũ compensant vbertate foliorum, (sic enim hoc vitium notat Pallad. in Novem b. c. 9.) quod Constantinus in Geopon. vocat ὑλομανῆν: existimatur autem esse metaphora ab hircorum natura qui cum veneri dediti sunt macriores sũt & semine magis abundant. vbi vero obesiores facti sunt, fiunt ad gignendum quoque tardiores minusque fœcundi: hoc indicauit Aristoteles 5. de generat. animal. c. 18. & Theophr. l. 1. de caus. plant. cap. 5. qui has τραγώδεις ἀμπέλους fructum non ferre ait, vbi mendose βαγώδεις habent vulgares edit. Plin. l. 17. c. 24. articulationem vocat hoc vitium.

Denique τράγος ab eorumdem hircorum lasciuia, sicut & τραγίζειν, pro libidine & salacitate ponitur teste Budæo; & Theophr. l. de odoribus pro fœtore & quidem proprie de alarũ fœtore, vt caper etiam & capra, & hircus latinis, vnde Horat. grauis hirsutis cubat hircus in alis.

Τράγανα. inter panum genera à nonnullis reponitur Mercurialis fuisse existimat mixturam quamdã ex fermento & farina conflatam, quam manibus sæpius in formam longam & planam trahebant: vnde nomen tractę emanauit, quod etiam hodie apud aliquos Italiæ populos durat qui huiusce modi placentas ex farina & fermento cõpactas, ac deinde furnis coctas tiratas à trahendo populari voce nominãt: Tracta in genere neutro pluralis numeri vt Athenæus profert etiam apud Catonem sæpius nominata inueniuntur: ab hac vero voce deductum τραγανίζειν, massam pinsendo & subigendo manibus agitare & trahere vt ea tractatione melius fermentetur ac concorporetur rerum miscellanea varietas.

Τραγανὸς χνοῦς. apud Aetium dicitur cera quæ tractando inalbuit, vide χνοῦς.

Τράμις. dicitur à quibusdam ea linea quæ medium scrotum diuidit in duas partes.

Quæ alio nomine ὄρρις dicitur: pro τράμις dicitur & τρῆμις, & idem quod podex est, τρῆμα τῆς ἕδρας apud Aristophanem.

Τράπεζα. mensa. molarium dentium extremitates latas sic vocari inquit Ruffus; Sed & Polluci τράπεζαι dicuntur scapularum partes latiores circa dorsum.

Τραυλὸς. blæsus.

Τραυλότης. blæsitas. Est vitiosa literarum t & r pronunciatio. Symptoma est affectionis linguæ aut eius musculorum, alijs quidem natura, alijs vero externam aliquando ob causam comparatum. Affectio autem varia esse potest. Primum quidem breuitas linguæ, quæ tamen rarissima est. Deinde eius intemperies humida & mollities. Hæ namq; sunt naturalis balbutiei causæ, à quibus fit vt lingua prioribus dentibus male innitatur, breuior quidem propter breuitatem, humidior vero propter imbecillitatem. Humidiores enim linguæ musculi non possunt firmiter stabiliri, quod est tamen necessarium ad harum duarum litterarum pronunciationem. Itaq; eas tanquam t & l pronunciãt, pro βαυλὸς dicentes τλαυλὸς. Plurimi quoque balbutiunt ab externa causa, vt qui plurimum dicendo aut tibia canendo, & ex febre vehementem linguæ siccitatem contraxerunt. Lingua enim his euadit imbecilla, nec propter siccitatem dilatari potest. Balbutiunt etiam aliquãdo ebrij, lingua & cerebro humore nimio perfusis & prægrauatis. Itaq; patet præcipuã fere balbutiei causam sitam esse in superflua humiditate: propterea scripsit Hippoc. Balbos aluũ profluuio maxime corripi. In cuius aph. comm. quoniam τῆς ψελλίσεως mentionem Galen. facit, hoc vnum monendum, quod illic male Latini interpretes ψελλίσεως & τραυλίζειν eius-

dem significationis verba esse scripserunt. Id enim neque in Græco habetur, neque verum est. Sunt enim ambo quidem vitia pronunciationis, non vocis: non tamen idem in voce vitium significant. Siquidem differentiam eorum Aristot. in problematis explicat scribens τραυλότητα esse, quum litera quædam certa exprimi nõ potest: ψελλότητα vero, cum inter pronunciandum aut litera, aut syllaba aufertur & eliditur. Scio quidem Latinos interpretes τοὺς τραυλοὺς balbos, τοὺς ψελλοὺς blæsos vertere. ego contra vertendum puto: blæsi enim proprie illi sunt qui à Gallis vulgo dicuntur habere linguam pinguem: balbi vero quos ijdem appellant begues. Cæterum Gal. comm. 2. in lib. 1. τ ἐπιδημιῶν annotauit ἰσχνοφώνους ab Hippocrate eo loco intelligi qui alio nomine τραυλοὶ appellantur, non ita tamen vt idem sint, sed vt τραυλοὶ inter ἰσχνοφώνους contineantur. vide ἰσχνοφωνία.

Τραῦμα. est solutio continuitatis in carne, non ex distentione, sed ruptura proueniens. Sic definiuit Galenus libro de constit. artis medicæ.

Τραυματικὰ φάρμακα, dicuntur à quibusdam, inquit Galen. τὰ κολλητικά, hoc est glutinatoria medicamenta, quæ & ἕνωμα appellantur, de quibus vide κολλητικὸν φάρμακον.

Et τραυματικὰ αὐτίδοτοι apud Dioscor. lib. 1. cap. 131. & τραυματικὴ ῥίζα apud eundem lib. 2. cap. 4.

Τραυματίας. idem quod ῥηγματίας vide supra.

Τραχεῖα ἀρτηρία. vide ἀρτηρία.

Τραχήλια, τὰ. inter ἀκροκωλια quæ latini truncos & truncolos dicunt numeranda sunt: Proprie autem vocantur edullia, quæ ex trunculis extremisque partibus truncatis ac recisis, præcipue ceruicibus auium, vt anserum patantur, viliora cæteris, vnde quisquilias nonnulli interpretantur: Aristophanis Scholiastes τραχήλια esse dicit τὰ ἄκρα ᾗ τὰ ἐντελῆ κρία, seu τὰ ἀποβαλλόμενα τῶν ὄρνεων ὡς μικρά, nec non ἐντελὲς παρασκεύασμα ἐν λοπαδίοις σκευαζόμενον; & esse θραχὺ τι τελίως, πυκνότατον τοῖς κυρηβίοις, seu τοῖς πτέρυξι τοῖς ἀπὸ τῶν κριθῶν, τοῖς ἀχύροις, vt sint minutiæ seu truncoli minutissimi qui reijciuntur ab ijs qui τὰ κρέα ὀψοποιοῦσι.

Τράχηλος. collum. ceruix. Idem prorsus quod αὐχήν, vt annotauit Galenus. Est autem pars τ ῥάχεως capiti proxime subdita & annexa, spondylis septem constans. Eiusdem quidem illi naturæ sunt cum spondylis dorsi & lumborum: siquidem forati sunt: spinam, quam ἀκανθαν vocant, omnes (excepto primo cui nulla est, sed solii anteriore parte apophysis exigua) habent: tum apophyses transuersas, apophyses obliquas ascendentes & descendentes, vinculum membranosum intus (exceptis duobus primis spondylis) duas τῆς ῥάχεως meninges ambientes, & foris alterum, spondylos vndique colligãs: articulationes præterea sex, duas suo corpore, duas apophysibus descendentibus, & duas ascendentibus: habent tamen quædam sibi peculiaria, quibus à reliquis discernuntur. Nam omnibus colli spondylis apophyses transuersæ in rectum perforatæ sunt. Propria quoque sex inferioribus spondylis colli spina aperte bifida. Propriæ etiam quinque inferioribus apophyses transuersæ, leuiter velut bipartitæ, & decliuiter excauatæ in modum canaliculi per quod nerui ad brachium & diaphragma descendunt. Propria vero primo spondylo est corporis latitudo & tenuitas & foraminis amplitudo, rhachitidi & denti destinata, cauitas quoque apophysẽon tam ascendentium quam descendentium, quibus cum condylis articulantur per diarthosim, illis quidem occipitis, his vero secundi spondyli. Siquidem primus duas occipitis apophyses coronoidẽis cauitatibus duabus excipit, & secundi dentem transmittit: secundus vero condylo duplici, sed minus extante, primi cauitates duas γληνοειδῆς excipit, & suo dente occipiti inter apophyses κορωνοειδῆς anterius valido ligamento affirmatur. Proprius autem secundo spondylo dens est (à quo totum etiam ipsum secundum spondylum Hippocrates ὀδόντα appellauit) per quem cum primo spondylo & cum occipitis cauitate inter suas coronoidẽis apophyses diarthrosi iungitur. Sunt autem hi septem colli spondyli magnitudine inæquales. Primus enim & secundus longe maiores sunt tertio, quarto & quinto: sed quintus tertio & quarto maior est. Sextus non modo his tribus maior est, sed etiam septimo, qui quoniam sex alios superiores sustinet, ἄτλας ᾗ ἀτλαντιον à Græcis vocatus est. Sunt autem numero æqualia cum ipsis spondylis neruorum paria quæ à ceruice proficiscuntur. primum per foramina primo spondylo & occipiti communia egressum in huius spondyli musculos, omoplatam & musculum œsophago substratum caput & collum flectentem absumitur. Secundum in totam cutim capitis. Tertium in musculos ceruicem extendentes, genam mouentes & collum totum caputque retro erigentes, cutim capitis vna cum secundo. Quartum in ceruicis musculos & musculum longum & in diaphragma cum portione quinti & sexti paris. Quintum in diaphragma cum alijs, & in musculos brachium tollentes & omoplatam. Sextum in diaphragma cum alijs prædictis, & in brachia cum septimo & octauo pari & ad musculos leuantes omoplatam. Septimum in musculum latum reflectitur, & in thoracem, brachium manumque absumitur, & interdum cum prædictis in diaphragma. Sic quidem se habet nodorum seu vertebrarum colli constructio, à qua quamuis proprie collum dicatur, attamen colli nomine communiter vocatur quod inter caput & humeros interiacet, vnaque cum ipsis nobis, tum gulæ, tum arteriæ portio continetur, per quam cibis & spiritui via est. Translata inde τῆ τραχήλῳ vox est etiam ad vesicam, cuius osculum ita appellatur.

Τράχηλος etiam de matricis collo dicitur apud Pollucem & Ruffum quod τὸ ἄκρον τ ὑστέρας vocat: dicitur & eidem αὐχὴν ceruix.

Τραχυόντα φάρμακον. medicamentum exasperans quod contrarium est læuiganti, de quo in voce λειαίνον dictum est: vocatur autem illud quod partium quibus adhæret substantiam corradit & quadam inæqualitate diuellit, vnde ea detergentibus validiora esse oportet. Talia sunt Centaurium minus, Aristolochia, aloe, & omnia valde amara, salsa, & acria.

Τραχύτης. asperitas. Est vitiosa conformatio parti cui accidit, inæqualitatem absumpto humore inducens. Huic contraria affectio, λειότης, id est lævitas, dicitur, suntque primi generis morbi qui in formatione consistunt, & à causis contrarijs proficiscuntur. Exasperantur enim quæ prius

erant lævia, & lævigantur quæ prius erant aspera. illa quidem ab humorum acrimonia, aut medicamentis adstringentibus resiccata (sunt enim & acria & adstringentia potestate sicca) hæc vero à pingui & lento humore madentia. Præcipue vero in ossibus hoc malum apparet, cum non recte à medicis curantur, sed aliquando ex humorum natura qui in animalium corporibus inueniuntur, habet originem, sed maxime per morbum Gallicum ex Venere cõtractum. Oculorum autem (quod malum τραχωμα appellant) & gutturis asperitates, non ex his tantum, sed ex acribus vaporibus, aut puluere, aut fumo contingunt, sicuti & stomacho & ventriculo & intestinis à materia inutili quæ in ipso corpore gignitur, atque ex eorum quæ eduntur vel bibuntur qualitate. Inter quæ etiam venena enumerantur. Perspicuum autem est quod asperitas aliquando, si eius causæ inualuerint, aut in exulcerationem, aut corrosionem, in partibus carnosis, aut in ossibus vertitur in cariem, sicut sæpe videmus accidere in morbo Gallico.

Τραχωμα. est asperitudo palpebræ interna parte. Prouenit sæpe ex mala curatione, affusis nimiũ diu collyrijs. Nam sicut in vulneribus aliarum partium illita pinguia carnis excrescentiam inducunt, sic etiam in palpebra. Potest etiam ob diuturnam defluxionem excitari, sed non mordacem: humor enim mordax non palpebram sed oculum potius ipsum infestat. Hoc vitium sunt qui δασυμμα, siue δασυτητα appellent. Attamen ea distinguit Aetius, scribens δασυτητα esse inæqualitatem quandam palpebræ interioris superficiariam & cum rubore: τραχυτητα vero siue βαχμα, esse palpebræ internæ inæqualitatem & asperitatem multo maiorem, adeo vt intra eam emineant veluti milij grana, aut erui semina cum dolore & grauitate. Malum autem vtrumque oculos habet humidiores. Idem vero si intendatur magisque promineat, σύκωσις vocatur: tandem vbi ad extremum peruenit, τύλωσις.

» Gal. ἐν κατ' τόπους l. 4. τραχώματα appellat
» τραχύτητας τῶν βλεφάρων, ὑφ' ὧν, καὶ κατὰ τὰς ὀφθαλμίας
» αἱ χάλαζαι τῶν ὀφθαλμῶν ὀδυνῶντας κοπτόμενοι. Marcellus
» Empiricus vocat asperitudines palpebrarum,
» nonnulli vero interpretes scabritias palpebrarũ.

Τραχωματικὸν κολλύριον. est collyriorum certa species, tollendis oculorum asperitatibus efficax. Eius plures differentiæ describuntur ab Aetio libr. 7. quæ & peculiaria nomina habent, vt φοινιξ, διοφίλιον, ξυσὴρ, &c. Τραχωματικὸν autem pharmacum dicitur quod deterget ea quæ adhuc mollia sunt, nec adhuc chirurgiam videntur postulare.

» Vide & Trallian. lib. 4. cap. 6. memi-
» nit eorundem collyriorum Galen. lib. 4. τῶν κατὰ
» τόπους.

Τραχύτητα. Hippocrati sunt asperitates aut aspredines quædam miliaceæ culicum morsibus fere
» similes in summa cute enatæ.

Τρεβόλιον ἢ τερπόδιον. dicitur à quibusdam λωτὸς ἥμερος. vt habetur apud Dioscor.

Τρίβολος. genus vnum terrestre, foliis ad effigiem portulacæ tenuioribus: viticulis in terra stratis: spinis secundum folia rigidis præduris. iuxta amnes & rudera nascitur. Est & alterũ genus aquis familiare, quod in fluminibus natum comam exerit, aculeos condens: foliis latis & pediculo longo: caule parte summa quam ima crassiori. adsunt ei & capillamenta quædam spinacea, semen durum. Vterque refrigerantis & inspissantis est naturæ.

Τρίζος. significat apud Hippoc. partem eam corporis cui insistimus siue stantes siue ambulãtes, siue sedentes, siue alio quouis modo iacentes: vt plantæ pedum stantibus atque ambulantibus, nates sedentibus, spina tota supinis, cubito innitentibus ipse cubitus τρίζος appellatur, sicut Galenus annotauit comment. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Sic etiam, vt idem author est, dicitur apud Hippocr. locus tritus & callosus.

Τριγώνιον. Dioscor. scribit sic vocatum à quibusdam fuisse τὸν πτερυγωτὸν.

Sed pro τριγώνιον scribe βρύωνιον deriuatum à
turturibus quæ βρύωνες dicuntur, & secundum
Aristotelem sunt quinta species τῶν πτερυγωτῶν co-
lumbarum.

Τρίγωνος. pastillus. in medicina olim celebris ad sistendos dolores. Est enim stupefactorius. Sic dictus fuit à figura qua fingebatur, non à numero medicamentorum. Constat enim quatuor medicamentis, semine apij, semine hyoscyami, aniso & opio, sed quorum pondera non sint eadem Galeno, Paulo & Aetio.

Apud Galen. eius descriptio habetur lib. 7. κατὰ τόπους. cap. 5. apud Paul. l. 2. cap. 12. Trallian. lib. 1. cap. 10. illius vsum commendat ad capitis dolores à febre si illinatur fronti & temporibus.

Τρισάκτυλον. sic à quibusdam dicitur ὁ ἄγνος, id est vitex, authore Dioscor.

Τρίκοκκον. sic dictum est à quibusdam primum mespili genus, quod ἀρωνίαν Dioscorides vocat, quoniam tria intus grana siue ligna seminis loco fructus eius contineat. Galenus vero lib. 7. simpl. medic. non ipsam arborem, sed eius modo fructum ita appellat. Est & tricoccon Plinio genus heliotropij, vbique nascens.

Τρικόνδυλος. dicitur qui ternas in digitis iuncturas ac curuaturas habet ac ternos in eis nodos ac tubera extantia.

Τρίμμα. apud Paul. lib. 1. c. 26. exponit Cornar. puluillum ita detritum vt commode inspergi ac affricari corpori possit; Talibus autem in balneis vtebantur: Sed & τρίμμα aliud quiddam fuit quo in cibis vtebantur, & ad placentas & ad coquendos pisces, de quo leges plura in voce ταυτρίμμα. Cæterum pro τρίμματα apud Paul. reponendum censet Cornarius βύμματα.

Τριχάλις. sunt qui πτερυγωτὸν, hoc est cristam gallinaceam sic vocent.

Τρίζος. sic quidam τὴν μελίαν, hoc fraxinum dixerunt, quasi trinodem, quod ramos habeat prægrandes, ordinatos, paresque numero.

Τρίορχις. sic dicitur à Plinio tertia species Centaurij: quoniam qui ipsum eruunt, iubetur buteonem, quem τρίορχιν appellant, accipitrum generis auẽ, cauere, quando non raro vulnerantur ab alite qui legunt: ea enim defendit & impugnat legentes. Verum non fuit propterea necesse Plinio constituere tertiam Centaurij speciem, quoniam id Theophrastus de Centaurio maiore recenset, quod propterea τρίορχιν posse dici perspicuum est.

Τετράδιον. vide in τετόλιον.

Τετόλιον. herba est in marinis nascens locis quæ allidit vnda & recedens dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore, palmeo caule in mucrone diuiso. Eius, vt tradunt, flores colorem ter die mutant, mane candidi, meridie purpurei, sero punicei conspiciuntur. Eius radix alba est odorata, gustanti acris, & calida tertio gradu.

Τετραφάρμακον. cataplasmatis nomen est, sic dictum à tribus seminibus quibus componitur, cumino, baccis lauri, apij semine. Valet contra colicum dolorem.

Τετρὶγὼς. qui & τρίζων τὴν ὀδόντων; Stridor est dentium
» siue eorum inuita concussio, vel est musculorum
» mandibularum conuulsio: est autem illud quibusdam cohgenitum vitium ex imbecillate facultatis mouentium maxillas musculorum, interdiu dum vigilat homo nō apparet, sed in somno tantum quo tempore animalis facultas omnino febre sopita est, dormientes enim tenere tentant maxillam compressam, sed ob imbecillitatem motricis facultatis id imperfecte fit, & veluti cum quodam tremore, sicque dentes inferiores cum superioribus colliduntur: Galenus eam dentium τρίζειν comparat vagis oculorum coniectibus qui vulgo ἵππος dicuntur, ergo stridere dentibus plane significat dentium stretpitus qui vt in crepitaculis crebro allisu cientur (*claqueter* Galli vocant) quod est tremoris argumentum, vt illud collidere conuulsionis: Cæterum imbecillitas ista vt in ijs quibus congenita est, nihil denuntiat periculi, sic his quibus non est morbis acutis superueniens, periculum denuntiat; Significat enim læsionem cerebri in cuius consensum trahūtur musculi maxillarum à qua consequitur delirium, & mors ex Hippoc. in Coacis, his verbis collidere dentes aut stridere, si cui à puero familiare non sit fanaticum atque mortiferum; Quod si quis iam demens id faciat omnino funestum.

Τεταῖος πυρετὸς. tertiana febris, sic vocatur à Græcis febris intermittens tertio quoque die accessionem repetentem habens, nam quæ continua est cum adiectione vocatur τεταῖος συνεχὴς vt habetur apud Galen. libr. 2. de differ. febr. cap. 7. fit autem à bile putrescente, cum in habitu totius corporis tùm maxime in hepate, velut in foco quodam, quod cum sit bilis generandæ sedes & officina, in hac febre fere affici solet vt scripsit Galen. lib. 1. ad Glaucon. maxime accidit in homine bilioso, calido sicco, ætate florente, regione & loco, anni tempore, & aeris constitutione calidis siccis; A causis omnibus calidis siccis, labore immodico, ira, mœrore, furore, vigilijs, intentis cogitationibus, inedia, vere, cibis & medicamentis calidioribus & siccioribus; accessio repente inuadit cum insigni rigore & valido. Talis autem sentitur rigor, ac si à re aliqua acuta cutis pungeretur, cum in quartana potius frigidus rigor sentiatur, sub rigoris finem sæpe bilioſus vomitus accidit. Pulsus interea paruus & contractus, nec non etiam durus vt scribit Gal. lib. de morb. temporibus, finitum rigorem excipit calor acer & pungens primo occursu, multusque & qui veluti cum quodam vapore efferatur vt ait Galen. lib. 2. de crisi. cap. 3. Paulo post vero à manu superatur, contra quam in febribus ardentibus malignis, in quibus calor diutius perseuerat, atque eo diutius quo graniores sunt atque maligniores, calor tamen æqualiter per totum corpus extenditur, huic accedit respiratio difficilis, vigiliæ, iactatio corporis, oris amaritudo, dolor capitis & temporum, sitis magna, in qua si æger bibat statim post potū plurimus vapor calēs per cutim exhalat sudoris nuncius: Pulsus qui accessionis initio paruus erat & contractus, celerior & crebrior euadit quam in cæteris intermittentibus non tamen inæqualis (propter materiæ febrem facientis tenuitatem) vt scribit Galen. lib. 2. de crisib. cap. 3. Quidam durum dicunt propter arteriæ siccitatem, Statim vero in vigore consistit febris hæc, quem excipit declinatio in qua erumpit alijs sudor vaporosus calidus, per totum corpus æqualiter sparsus, alijs vomitus bilioſus superuenit, alijs deiectio bilioſa, quibusdam hæc omnia simul ait Galen. comment. in aphor. 59. lib. 4. Sic finitur accessio quæ sua natura breuis esse solet. Nam vt plurimum ad 7. horas protenditur, quibusdam citius, quibusdam tardius, vltra tamen 12. horas non producitur vt scripsit Galen. loco citato, finita accessione incipit ἀπυρεξία quam in cæteris intermittentibus syncerior, & in qua nullum humoris putridi perceptibile indicium ex pulsu agnoscas, vt scripsit Galen. libr. 2. de differ. febr. cap. 3. & 4. qui etiam libr. 2. de crisib. c. 3. scribit febrem istam in ἀπυρεξίαν desinere, contrarium tamen scribit lib. 1. ad Glauc. cap. 2. Tertio die repetit accessio aut eadē hora aut prius aut tardius, eaque aut longior aut breuior vehementior aut leuior, pro causarum quæ suis locis explicantur varietate, atque sic deinceps singulis tertijs diebus fiet, quamdiu materiæ febrem facientis aliquid restabit, & putridi caloris vestigium aliquod ceu seminarium in foco febris supererit: fit autem id vt plurimum septē ad summum circuitibus seu accessionibus, vt scripsit Hippocr. aphor. 59. lib. 4. in Coac. prænot. & libr. 4. aphor. 43. habetur tertianam exactam circuitibus 5. vel 7. vel quod longissimum est 9. iudicari: febrem autem istam omnium intermittentium esse breuissimam atque mitissimam scripsit Galen. lib. 1. ad Glauc. cap. 8. & Hippoc. aphor. 43. lib. 4. periculo vacare dixit: Sic quidem se habent tertiani febrium circuitus singula tempora si febris ipsa ex syncera & pura bile facta fuerit, siue pallida siue flaua. Si enim huic alter humor admixtus fuerit, non iam tertiana exacta, sed notha & illegitima censetur, illam Hippocr. interdum τεταῖον ἀκριβῆ καὶ γνήσιον cum additione vocat, interdum simplici appellatione contentus absolute vocat τεταῖον vt annotauit Galen. comment. ad aphor. 59. libr. 4. hanc vero appellant Græci ἐκ ἀκριβῆ καὶ νόθον, notham & non exactam Galen. tamen l. 2. de differ. febr. c. 8. & comment. in libr. 1. epid. comment. 3. de his nominibus aliter definit, nam quibus tertianis hæc insunt, aut commemorata symptomata, hæ τεταῖοι ἀκριβεῖς appellantur, at quibus horum aliquid deficit simpliciter τεταῖοι appellantur: illa quidem rara est, hæc sub Autumnum præsertim viget nostro sæculo frequentissima. Signa habet putrescentis bilis cum alijs humoribus permixtæ, sed quæ prout bilis syncerior est, ita etiam magis ad ea quæ ante commemorata sunt accident; itaque prehendit cum rigore minus valido sed diuturniore, calor minus acer &

» pungens, nec per omne corpus adeo æqualiter
» vt in tertiana exquisita sparsus; in declinatione
» accessionis sudores non adeo copiosi, nec adeo
» calidi, vrina crassior, ἀπυρεξίαν non adeo syncera,
» tota accessio longior vt quæ vltra horas 12. per-
» duret, sæpe vero ad 24. 30. 36. aut 40. perueniat,
» ita vt accessio intermissione longior sit, & tune
» dicitur veteribus Græcis peculiari nomine πα-
» ροξυσμὸν τεταῖον, extensa tertiana de quo suo lo-
» co leges; Totum autem febris tempus longum
» est, raro enim breuiori tempore quam 14. circui-
» tibus iudicatur, sed sæpius longius detinet, adeo
» vt Autumno incipiens, nonnunquam vere tan-
» tum desinat vt scripsit Gal. lib. 1. ad Glaucon. id-
» circo periculosior est tertiana exquisita, ac cum
» diu detinet, fere desinit in vitia lienis & aliorum
» viscerum. Quis autem humor cum febre mix-
» tus febrem istam accendat & qua proportione,
» facile assequeris, si singularum febrium inter-
» mittentium exactarum signa singula ad vnguem
» tenueris.

Τεταῖος συνεχὴς. Tertiana continua sic dicitur cum
» additione, ad differentiam intermittentis quæ
» τεταῖος absolute dicitur vt l. 2. de different. febr.
» cap. 7. annotauit Galen. febris est à bile in vasis
» maioribus quæ inter alas sunt & inguina pu-
» trente, alternis diebus exacerbationem habens,
» omnia habet symptomata quæ antea tertianæ
» intermittenti accidere diximus, in hoc tantum
» differens quod focum habeat diuersum, & quod
» cum rigore non excipiant exacerbationes, hoc
» enim continuatum proprium statuit Galen. ali-
» quando tamen obseruatur primum febris con-
» tinuæ insultum cum rigore fieri qui tamen in se-
» quentibus exacerbationibus non fit, vnde vide-
» tur illum accidere, non esse de natura & essen-
» tia febris, sed à crudis quibusdam humoribus &
» acribus in ventriculo, aut vicinis partibus per fe-
» bris insultum commotis, qui aut illic prius ade-
» rant, aut è maioribus venis præ copia resuda-
» runt; hæc febris inter alias continuas est fre-
» quentissima, fere enim putrescens sanguis bilis
» naturam induit, alio nomine τεταρταῖος à veteri-
» bus dicta est de qua in sequentibus.

Τεταρταῖος πυρετὸς. febris quasi ex tertiana nata, aut
» tertianæ naturam referens vocatur ab Hippoc.
» libr. 1. Epidem. teste Galen. comment. 2. eius
» libri febris continua tertio quoque die exacer-
» bationes habens, intermedijs autem diebus alie-
» quam remissionem; hoc proprium etiam ha-
» bens vt diebus decretorijs deterior multo red-
» datur; in eo quidem quod continua est nec in
» ἀπυρεξίαν desinit ab ea differt quæ proprie τε-
» ταῖος dicitur: ab hemitritæo vero quod hic non
» solum primo die accessionem habeat, sed etiam
» 2. licet præcedente minorem, & minus horrifi-
» cam; at τεταρταῖος nullam postridie accessionem
» habeat nouam, sed remissionem; ad hæc ille hor-
» roris reduplicationes habet & inæqualitatis, hæc
» minime: itaque τεταρταῖος febris est quodammo-
» do inter τεταῖον & ἡμιτριταῖον media, quia tamen
» potius ad τεταῖαν naturam accedit, ideo iure à ve-
» teribus τεταρταῖος dicta est: materiam habet hæc
» febris vt scribit Galen. crudum pituitosumque
» succum cum bile flaua, sed non pari mixtione
» mixtum (esset enim exquisitus hemitritæus) nam
» bilis flaua febrem acutam accendit, statimque
» desinit, vnde febris remissio diebus intermedijs;
» interea vero contingit pituitosam putrescere,
sicque post remissionem (quæ à bile) remanet «
nihilominus caloris augmentum: febres autem «
eiusmodi maligniſſimas esse & difficillimas «
quia vires à priore, accessione fatigatas labor «
nouus iterum fatigat, vt scripsit Galen. cæterum «
quod spectat ad huius vocis acceptionem, Ga- «
lenus paulo generaliorem facit huius vocis sig- «
nificationem comment. 2. in lib. 6. epid. vbi in- «
ter febres acutas quæ tertio quoque die inua- «
lescunt, τεταρταῖος à Græcis appellari eas tantum «
scribit, quæ prope ad integritatem perueniunt, «
posse tamen non absque ratione eo nomine ap- «
pellari omnes alias febres acutas quę tertio quo- «
que die excandescunt, idem comment. 3. in lib. 1. «
Epid. scribit Galen. & libr. 2. de different. febr. «
vbi eas febres continuas putridas quæ tertio «
die inualescunt consueuit nominare τεταῖο «
φαῦλις. «

Τείουλλον. est frutex qui supra cubiti altitudinem at-
tollitur, virgas habens tenues, iunceas & nigras,
vnde ramulares enascuntur appendiculæ, in qui-
bus terna singulis germinationibus exeunt fo-
lia, loto herbæ similia. quibus recenter enatis ru-
tæ odor inest, vbi autem adoleuerunt, bitumen
olent. florem edit purpureum, semen quadante-
nus latum, subhirsutum, ex altera extremitate
exertum, antennę modo corniculum gerens. ra-
dix tenuis, longa, valida. Vis plantæ calida est &
sicca, vt bitumen. cui odore est similis vtrinque
tertio ordine. Sic etiam à quibusdam dicitur λω-
τὸς ἄγνος, atque etiam ὀχνίτης, vt habetur apud
Dioſc.

Τείχες. pili. capilli. omne quidem pilorum genus τ
τριχῶν nomine designatur, sed κατ' ἐξοχὴν qui in ca-
pite oriuntur, quos peculiari vocabulo Latini
capillos vocant. Sunt autem τείχες partes corpo-
ris terreæ, siccæ, longæ, exiles è summa cute pro-
deuntes. Hæ, inquit Galenus, in eo partium ge-
nere sunt quæ, quemadmodum & vngues, nul-
lam gubernationem habent, sed ortum tantum-
modo. Neque enim corporis substantiam con-
stituunt, neque principia sunt virtutum, neque
principijs subseruiunt, neque ex se ingenitas vi-
res possident, neque ab alijs vires accipiunt. Si-
quidem nõtum & sensum non habent, non vi-
tam, non naturales facultates attrahendi, conti-
nendi, concoquendi & expellendi: quare neque
hæc alijs possunt suggerere. Generantur autem
duntaxat, hoc est coagmentantur & concresc-
cunt, non in omnem dimensionem, quemad-
modum reliquæ corporis partes, sed in longitu-
dinem solum. Neque enim nutriuntur, sed no-
ua fuligine subinde ad cutem expulsa, & priori
adhærente, eamque vt clauus clauum, trudente
producuntur. Ortum namque habent ex fuli-
ginosis, crassis & terrenis vaporibus qui in cor-
pore à calore suscitantur, qui dum exitum mo-
liuntur, totam cutim perforant. Verum fora-
mina hæc in humidioribus & mollioribus non
perseuerant, quod partes quæ prius abscesse-
rant, rursus facile coalescant. Siccescente vero
corpore & duriore effecta cute manent aperta,
non ita tamen vt fuliginosus ille vapor totus
per ea abeat, sed prodeat tantum & exeratur: hæ-
ret enim & stipatur in illis meatibus, & subinde
alio atque alio vapore accedente eique per hu-
morem quem secum ducit agglutinato, trudi-
tur, atq; sic prodit pilus crassus aut exilis pro ma
teriæ quantitate & viarum amplitudine, passus

aut crispus, prout viæ siccæ aut humidæ, rectæ aut obliquæ sunt, niger, ruber, flauus aut albus pro fuliginis adustione & humóris quem secum è profundo adfert colore, vide scholium 34. quod nos in l. Hipp. de natura pueri scripsimus.

Τριχίασις. est oculorum à pilis offensio. Ea autem dupliciter contingit. Siquidem sæpe in palpebris sub pilis naturalibus alij exoriuntur, qui intro spectantes tunicas pungunt, & oculorum fluxiones concitant: qui affectus διπτρίασις nominatur. Aliquando vero ipsæ palpebræ relaxantur eæque laxatæ aut ipsarum extremitas intro vergit, nec pili facile apparent, nisi quis distendat ac disparet palpebras: idque mali genus φαλάγγωσις vocatur. Introductorij seu Medici author tres differentias τῆς τριχιάσεως constituit, quemadmodum & Aëtius. Prouenit malum hoc ex superflua humiditate, ex qua pili, tanquam herbæ in humida terra, luxuriant, vel palpebræ ipsæ resoluuntur, nimio humore redundantes.

» Dicitur & τρίχωσις Actuar. l. 2. περὶ διαγνώσ. » παθ. c. 7. hinc & apud Galen. lib. 2. de loc. affect. » τριχοῦντες dicuntur quibus pungentes pili oriun- » tur in palpebris; morbus is ab Aristotele c. 12. l. » de histor. animal. τρίχια vocatur.

Τριχίασις etiam dicitur authore Galeno symptoma renum, ex quo per vrinam prodeunt veluti capilli albi. Siquidem talia quædam corpora in renibus possunt concrescere ab humore crasso & viscoso, visto à calore, vt docet Gal. comment. in aphor. 76. lib. 4.

» Hanc tamen renum dispositionem se nun- » quam vidisse testatur ibid. Gal.

Τριχίασις etiã, hoc est pilare malum, vocatur mammarum dolor, quem pilus aliquando mouet in poculo forte haustus. is autem non sedatur donec pilus vel pressus sponte exeat, vel cum lacte exugatur. Id mali genus etiam τρίχιον vocant.

» Definit vero Erotian. τὴν περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπό- » στασιν; meminit & huius morbi Alpharabius me- » dicus Arabs in ægritudinum cẽsu quæ mammis » infestæ sunt; Rondelet. vermiculum capillarem » esse putat ex putrido & pituitoso lacte in mam- » ma genitum, talemque se aliquando vidisse ait » in vbere nobilis fœminæ natum, alij τρίχιασιν in- » terpretantur mammatum tenuissimam ac velu- » ti capillarem fissuram, ac scissuram quamdam, » asperitatem & inæqualitatem in ijs subortam, » vnde μαζὸς τριχάσπιτα, trichiasim pati mamma » dicitur apud Hippocr. 2. de morb. mulierum. » Cæterum in huius morbi causa non possum non » vehementer Aristotelem admirari dum sic scri- » ptum reliquit 7. de histor. animal. c. 11. vbera to- » ta fungosa ita sunt, vt si in poculo pilum forte » hauserit mulier, dolor moueatur in mammis, » quem morbum τρίχιασιν appellant nec sedatur » (inquit) donec pilus vel pressus exeat sponte, vel » cum lacte exugatur. Credit ergo Aristoteles pi- » lum per os deglutitum ad mammas pertransire, » quod quam sit absurdum atque ridiculum norũt » omnes Anatomici, vt potius existimanda sit la- » ctis in mammarum venulis exsiccatio quædam, » quæ pilorum effigiem repræsentet. non secus ac » in vrinis aliquando capillitium (sic & Hippocr. » comprobãte 4. aph. 76.) inspeximus, quorũ ge- » nerationem Gal. in venis potius quam in renibus » factam reputauit 6. de loc. aff. c. 3. Paul vero l. 3. » c. 45. in vreteris meatibus gigni insinuat, nos au- » tem è renum colatorio resudante crassiuscula pituita, & vna durescente, non secus ac in totius cutis pilorum generatione cõtingit, pilos huiusmodi seu pilorum effigiem referentia corpuscula semipedalem aliquando longitudinem æquãtia proficisci; hic igitur & in mammis gignis pilaris quædam substantia resudando potest, vel intra venas prius exsiccato lacte genitus pilus per venarum reseratos porulos tandem erumpet, quo quidem foras egresso (quemadmodum etiam in dothienibus educto crassiusculo pure) dolor cessat minuiturue.

Τριχοειδὲς est species fracturæ tenuissima & sensum latens. quæ quia non facile se prodit, mortis sæpe causa est, vt ait Paulus libri 6. cap. 90.

Τριχολάβιον, seu τριχολαβὶς. instrumẽtum est quo reditur cutis læuis & depilis à pilorum prehensione dictum, Latini Volsellam appellant, Græci alio nomine μαδητήριον.

Τριχολογεῖν. floccos vellere, de phreniticis dictum Hippoc. vbi mente capti sunt.

Τρίχωμα. capillamentum: dicitur de omni animante apud Aristotelem l. 5. de gener. animal. item de capillamento seu capillitio humano, seu quouis pilo corporis humani apud eundem.

Τρίχωσις. vocatur pars ea capitis authore Arist. quæ capillis tegitur.

Τρῖψις. frictio. Motus est extrinsecus, qui à Galeno in faciendorum genere comprehenditur libr. 1. sanit. tuen. Duobus modis vsurpatur: vno quidem pro omni motu qui extrinsecus tam sanis quã ægris corporibus adhibetur ad cutem, quouis tempore: altero vero vel pars est exercitationis, vel potius, vt ait Galenus, exercitationi subseruit. hanc gymnastæ, vt refert Galenus, duplicem fecerunt, παρασκευάζουσαν καὶ ἀποτελεστικήν, hoc est præparatoriam & recuratoriam. Præparatoria dicitur quæ corpus ad exercitationem præparat, ne quid in ipsa exercitatione vel rumpatur vel obstruatur: id quod præcauetur corpus sensim prius calefaciendo, & solidas partes præmolliendo, & humores tenuãdo, & exiguos meatus laxando: hoc autem præstatur primum frictione per linteolum, mox per oleum: sunt enim hæ duæ partes præparatoriæ frictionis. præcedit autem per linteolum frictio paucis omnino per manum circumactibus, qui nullo compressu sint graues & modice celetes, quibus citra compressionem corpus cutisque calefiant, meatus laxentur & præparentur aptumque corpus sit ad oleum capiẽdum, tunc enim oleum inducendum; & nudis manibus, quæ mediũ inter molle durumque modum seruent infricandum, quatenus neque coactum constrictumque corpus sit, neque vltra quam par est laxum resolutumque fiat, sed legitimum naturæ modum seruet. Tota ipsa frictio præparatoria huc spectat, vt corpus molliat: quod tamen non omnes præstant frictiones. Nam cum sex omnino sint frictionum differentiæ, mollis dura, & inter eas media, multa, pauca & in eo genere mediocris, dura ligandi, mollis soluẽdi, multa minuendi, mediocris carnem augendi vim habet, vt scripsit Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον. Sũt autem hæ propriè frictionum differentiæ, non item aliæ quæ ab externis rerum circumstantijs sumuntur, vt à loco vel anni tempore in quo quis fricatur, quodque alię cum oleo vel sine oleo fiant, idque vel manibus tantum, vel etiam cum puluere, vel per linteũ. Harum tamen ratio etiam habenda est. Siquidem

ab his varie corpus afficitur. Altera frictionis ſpecies, quæ & ipſa exercitationibus ſubſeruit, ἀποθεραπευτικὴ dicitur: Latine recuratoriam ad verbum appelles. Recentiores gymnaſtæ, vt ait Galenus, eam etiam ἀποθεραπείαν vocauerunt, quod totius apotherapiæ præcipua portio ſint frictiones quæ poſt exercitationem adhibentur. Earum vſus eſt vt quæcumque excrementa per exercitationem calefacta extenuataque in corpore adhuc manent, foras euocentur, ipſæque partes ſolidæ per exercitationem tenſæ & induratæ emolliantur, & laſſitudo præterea tollatur. Id quod fit tum frictionibus cuique corpori cõuenientibus, vna cum partium ipſarum quæ fricantur tenſione, & ſpiritus cohibitione, tũ pluſculo etiam oleo, ſicut à nobis ſuo loco dictum eſt cum de ἀποθεραπείᾳ egimus.

Τέρψις ὀργάνων. attritio inſtrumentorum. dicitur ab Hippocrate lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν exſolutio, infirmitas & imbecillitas inſtrumẽtorum, per tranſlationem à veſtibus & vaſis attritis. Nam & hæc poſt diuturnos vſus ſeipſis aridiora euaſiſſe cernuntur, vt annotat Galenus comment. 3. in eum librum.

Τεμίσιον. pondus trium obolorum, ἢ μιᾶς δραχμὴ hoc eſt dimidia drachma: drachma enim in ſex obolos diuiditur.

Τερμιτὰ ὠά. ova tremula, vide ὠόν.

Τέρμων. tremor. eſt motus depranatus facultatis animalis partim à voluntate partim ab onere partis editus. Neque enim motus ſimplex eſt, ſed geminus, vnus qui deorſum, alter qui ſurſum tendit. Hic ſecundum naturam eſt & à voluntate perficitur, ille vero præter naturam, & à partis quæ tremore agitatur, onere atque grauitate. Facultas enim animalis cui mouendi munus natura demandauit, membrum ita tremulum ſurſum attollere nititur, quod tamen ea inuita inferne labitur & concidit propter grauitatem: fitque concertatio quædam naturæ atque morbi, quando non permittit facultas membrum laborans deorſum ferri, nec tamen patitur eius grauitas vt natura ipſum ſublime diutius teneat, ſicuti per ſanitatem conſueuerat. Itaque viciſſim facultas nunc vincit, nunc vincitur, fitque contrariorum motuum perpetua quędam ſucceſſio. Huius ſymptomatis cauſa duplex eſt: vna obſtructio neruorum à ſuccis multis, craſſis, lentis, ita vt exigua facultas motrix in partem affluat, niſi confertim irruens illos excuſſerit: altera vero facultatis motricis imbecillitas contracta ex frigida intemperie, vel corporis vniuerſi, vel principij neruorum, vel aliarum partium natura imbecilliorum & ad morbum propenſarum, quam vel ſenectus frigida & ſicca, vel Venus immodica & intempeſtiua, vel timor, vel dolor, vterque magnus longuſque, vel frigidus aer, vel balnea vel potus largior vini meracioris aut aquæ frigidæ, vel ignauia, diuque omiſſa poſt multos cibos exercitatio inuexerit.

» Adde ea quæ tota ſubſtantia neruis ſunt inimica & tremorem in ijs efficere nata vt hydrargirum. Timor etiam interdum tremorem efficit » quia per eum ſpiritus & calor intro ſecedunt.

Τερμώδης σφυγμὸς. tremulus pulſus, is languidus ſimul & paruus eſt, atque ſicut tremor imbecillitatem facultatis conſequitur. Imperitis ille interdum vibratus videtur, vnde arbitrantur ſæpe eum ſe vidiſſe. Gal. li. 2. de præſag. ex pulſ. c. 12. & in Definit. Medic. Tremulus pulſus eſt qui ictum, refert neque æqualem, neque non fluctuantem, ſed veluti dimoueatur.

Τερμώδης γλῶσσα. vide γλῶσσα.

Τρόπος. modus. Duobus modis, inquit Gal. comment. in ſentent. 1. li. 3. de humor. eo verbo veteres vtuntur, vno pro animi moribus, altero pro differentijs aut formis eius de quo ſermo habetur. Exempli cauſa, ſi ſermo fiat de victus ratione, & ἡ διαίτης τοὺς τρόπους dici audias, tunc differẽtias aut ſpecies intellige. τρόπους enim ſignificare εἴδη, διαφορὰς, οὐσίας ἢ ὕλην, Galen. annotauit comment. 3. in li. 1. τῶν ἐπιδημιῶν.

Et comment. 2. in libr. Hippocr. de humoribus. Sed & ſignificat τρόπος morem morbi qui vt Galen. 1. de criſ. c. 4. ait eſt diuerſus à genere ipſius morbi; mos ille, vel benignus eſt, vel malignus. Sic τρόπους πυρετῶν nonnunquam mores vocat, nonnunquam differẽtias & eſſentias comment. 3. in 1. Epid. t. 10. ſic aphor. 9. ſect. 1. libr. 6. Epidem. ὁ τρόπος πυρετῶν quod explicat Galen. τῶν περὶ τὴν θερμὸν καὶ χολώδης, καὶ καυσώδης, καὶ ἄλλων τὶς. Plura apud Hippo. exempla reperietis quibus conſtet non aliam eſſe fere ſignificationem huius nominis quam ſpeciei & generis, vt quando τρόπον ἡμιτριταίων dixit lib. 1. Epidem. ſtatu 1. & φλεγμώδεα τρόπον & καυσώδεα τρόπον Ibidem.

Τροφὴ. alimentum. nutrimẽtum. Eſt quicquic ſubſtantiam corporis augere poteſt. Nam cum plurima quotidie è corporibus diffluant, niſi in eorum quæ effluxere locum alia ſubinde reſtituantur, breui corpus concidat neceſſe eſt. Itaque tale tantumque reponi oportet quale & quantum deperijt, ſi eodem in ſtatu corpus ſeruare volumus. Ergo ſubſtantiæ noſtræ, quia illa eſt quæ contabeſcit, prorſus ſimile eſſe nutrimentum debet. & in eius quæ perijt locum ſuccedere. Quare ſi triplex in nobis ſubſtantia quotidie diſſipatur, ſolida, ſpiritalis & carnoſa, cõuenit etiam alimenti triplicem eſſe differẽtiam, quod non niſi ſimilitudine totius ſubſtantiæ nutriat. Itaque vt caro carnis nutrimentum eſt, ſic ſpiritus ſpiritum alit, eiuſque τροφὴ dici debet. Eſt autem nomen alimenti ὁμώνυμον, quod Hippocrates in opuſculo de alimento diſtinxit his verbis. Alimentum aliud eſt quod nutrit, aliud quod quaſi eſt nutriens, aliud quod nutriturum eſt. In prima quidem ſignificatione, iam ſubſtantia corporis noſtri factum eſt: in ſecunda vero, ſanguinem ſub ſe comprehendit, & qui propius ad ſubſtantiam noſtram accedit, rorem per carnem diſperſum: in tertia vero cibus intelligitur recenter deuoratus, vel integer etiã, & chylus ex eo genitus in ventriculo. Cæterum cum multæ ſint & differentes alimentorum facultates, illæ quidem in tertia ſignificatione euidentes & infractæ manent, calefaciendi, refrigerandi, humectandi & ſiccandi: in media paulo obtuſiores ſunt: in prima vero, præter caliditatem & humiditatem, vix ſunt ſuperſtites. Siquidem quod proxime alimentum eſt, quatenus tale eſt, omne calidum humidumque eſt, vt quod caloris noſtri ſubſtantiam augeat, & corpora ſiccari vetet.

Τροφὴ ἐξίτηλος. apud Hippocrat. lib. de alimento, dicitur alimentum euaneſcens aut exoleſcẽs, quodque nullum augmentum parti confert, ex alimenti vitio, aut errore, vnde pars gracileſcit

» aut Atrophia laborat, vel quia ante tempus hoc
» est perfectam coctionem emittitur, aut excer-
» nitur, quod est ἀπολύειν ac ἀποκρίνειν, aut vbi ap-
» positum consumitur ac dissipatur, quod est ὀπ-
» τᾶσθαι.

Τετήματα. vocantur à Græcis ex amygdalis amaris
» confecta sorbilia vt inquit Cæl. Aurel. lib. 4. τ
» χρον. c. 8.

Τετηβίαιον. vocauit Aristoteles 8. polit. c. 3. cibum
» eorũ qui exercebantur Athletice, quasi plus quã
» ferre possent edere cogerentur, sed & aliquan-
» do ἀναλοσαρίαν vocauit, qua etiam voce vtitur
» Clemens Alexand. lib. 2. pædag. c. 1.

Τέτιος. bene nutritus, pinguis. vt annotat Galen.
in lexico Hippocr.

Τέτυμα. Græci vocant cibos valentis materiæ, siue
» qui probe & multum nutriunt. Sic Celsus, alia
» valentis, alia mediæ, alia imbecillis materiæ lib.
» 2. commemorat, vocatque valentissimum in
» quo plurimum alimenti est.

Τετιώδης, apud Hippocr. significat eum qui illata
quædã habet infixa. Dicitur περὶ τὸ πήγνυσθαι, quod
significat πήγνυσθαι, hoc est infigi & hærere. vt an-
notat Galenus in lexico Hippocr.

Τέτθος. nutrix. Commendatur vero ab Aetio, quæ
» non semel tantum sed iterum atque tertio pe-
» perit, vitalem scilicet & sanum, quique ex nu-
» tricis lactatu, succulentus & ὑποπυος sit factus.
» Auicenna eam plus laudat quæ masculum enixa
» est, mihi quã fœminam peperit præstantior vi-
» detur pro infantium alimonia, quorum intem-
» peries lacte frigidiore & humidiore corrigenda
» est. Mammas idem Auicennas solidas laudat,
» mediocres inter duras & molles. Sed Aetio dis-
» plicent magna patuaque vbera, illa quia nimiũ,
» hæc quia parum lactis habeant, adde quod ex
» magnarũ fluctu resumi aut subsimi infantes red-
» duntur: magnæ item papillæ offendunt gingiuas;
» paruæ maxillas, quod ægre apprehendi possint.
» In lacte probantur color candidus, consistentia
» quę non plus casei quam seri contineat, hoc est
» inter crassam & liquidam æqualis, sapor dulcis
» & odor gratus. Tametsi Aristoteles 3. de nat.
» animal. crediderit lac esse commodius lactanti-
» bus quod liuorem contraxerit, quam quod can-
» didum est. Lac post partum liquidissimum ideo-
» que insalubre. Lac etiam iam diu enixæ in to-
» tum damnatur, temporis enim progressu à par-
» tu magis crassescit. In nutrice porro corporis ha-
» bitus nec nimium grandis, nec nimium obesus
» placet Æginetæ, sed carnosus: cum ceruice vali-
» da & lato pectore. Placet etiam ætas mediocris,
» ita vt minor 25. annos non compleuerit. Gran-
» dior 30. non excedat. Insuper ad nutricis præ-
» stantiam plurimum confert faciei elegantia, et te-
» nim formæ prodigiosæ plerumque emota sunt
» mente, quoniam corpori cõsentit anima & ani-
» mæ corpus; mores postremo & quos nutrix ha-
» bet insitos, & quos educatione sibi compara-
» uit, obseruandi sunt, quandoquidem lac bilio-
» sum reddere pituitosumque possunt, & perinde
» infantuli temperamentum immutare, nã quod
» alitum ab alimento immutari possit, res est vni-
» cuique manifesta. Abstinere igitur debet nutrix
» ab immodicis animi affectibus. A uentre etiam
» à qua triplex incidit noxa, vel enim menses pro-
» uocantur, vel lac odoris gratiam in deterius mu-
» tat, vel si concepto fiat, sanguis optimus in fœ-
» tum absumetur vitioso pro lacte relicto, vt scri-
bit Galen. 1. de sanit. tuenda. Est igitur Venus
reprimenda vsu lactucæ aliisque idoneis reme-
dijs. Præter hæc nutrix ante cibatum modera-
tis animi & corporis motionibus se exerceat, ci-
bisque vescatur citra saturitatem, tempestiuè
ordinateque, qui facile concoquantur atq; suc-
ci vitio careant, quippe ex praui succi lacte cu-
iusdam infantis corpus vlceribus fuisse refertum
3. de aliment. Galen. narrat.

Τέφρα. nomen est ἐμπάστου φαρμάκου, quo Paulus lib.
4. c. 40. implet caua vlcera quæ pura sunt.

Τετράπτερες. sunt apophyses duæ in ceruice superio-
ri femoris, vna externa, & omnium corporis
processuum, nulli alteri ossi commissorum faci-
le maxima, altera interna, multoque inferior,
sed magnitudine nequaquam externæ compa-
randa. Sic dictæ sunt ἀπὸ τοῦ πτοχάζειν, quod signi-
ficat διατρέχειν, propterea quod cruris motus cur-
susque per musculos his apophysibus insertos
perficiantur. In hoc enim à natura comparatæ
sunt, vt collis ritu musculorum insertionẽ pro-
be admittãt. Anatomici vulgo rotatores appel-
lant: ego potius cursorias apophyses nuncupa-
rem. Verum externam, quod ampla sit multum-
que gibbosa, quidam peculiari vocabulo γλουτὸν,
id est natem, vocarunt, siue à similitudine, siue
quod musculi nares ipsas constituentes inde
maxime prodeant.

Τετράγωνος. pastillus. medicamenti nomen ab effor-
mationis figura: fingitur enim in orbiculos, ex
quibus etiam κυκλίσκος à quibusdam vocatur. Est
autem triplex eorum genus, sicut ex Antyllo
Oribasius & Paulus tradiderunt. Alij sunt pota-
biles, alij in aluum inijciuntur, alij illinuntur.
Eorum qui bibuntur, alij comprimunt aluum,
aut sanguinem, aut aliam fluxionem refrigeran-
do, adstringendo, opplendo vel desiccando: alij
dolorem sopiunt obstupefaciendo, vel humo-
res diffundendo: alij renes, lienem aut iecur ob-
structione liberant. Eorum autem qui in aluum
immittuntur, alij acrimoniam obtundunt, alij
adstringunt, alij sistunt sanguinis profluuium,
alij adurunt. Similiter vero & qui oblinuntur, ad
vsum ex ijs aliquem adhibentur. Compositionis
eorum ratio nota esse potest ex Galen. lib. 5. τ κ
χρον. ex omni genere medicamentorum quæ trita
humore aliquo excipi possunt & in vmbra de-
siccari. Sic autem facile asseruantur, cui nque iis
vtendum est, humore aliquo conueniẽti di-
luuntur aduersus prædictos.

Trochiscos autem inquit Celsus lib. 5. cap. 17.
Magis ex quibusdam mel tallicis fieri atque ari-
da aliquo humore iungi: horum inquam ratio
est vti dem ibidem docet, nimirum aridamedi-
camenta contrita, humore non pingui, aut vi-
no vel aceto coquuntur, & rursus cocta inares-
cunt, atque vbi vtendum est eiusdem generis
humore diluuntur. Quid vero differat πτοχίσκος à
malagmate vide in dictione ἔμπλασμα. Porro
trochiscorum seu pastillorum differẽtias pluri-
mas sigillatim descriptas vide apud Paul. lib. 7.
c. 12. & apud Aet. tetrab. 3. serm. 1. c. 48. 49. &
Oribas. lib. 3. synops. & Cels. lib. 5. c. 20.

Τέχνη. cursus, apud Hippocratem, vt annotat Ga-
lenus in lexico suo. At τροχὸς, Rota est, item Tur-
bo, & Orbis.

Τρύκλιον. idẽ quod κοτύλιον in medicis authore Cleo-
patra his verbis: τὸ τρύκλιον τὸ αὐτὸ μέτρον χωρεῖ τῇ
κοτύλῃ. ἔχει γὰρ ῥᾴστου ἡμιάδας ς'. hoc est, tryblion

eandem mensuram habet quam & cotyle. continet enim eius mensura cyathos sex. vide in dictione κοτύλη. In georgicis vero eiusdem capacitatis est cuius ὀξύβαφον, sesquicyathum continēs, siue κοτύλης partem quartam. Eius nota fuit π, superimposito desuper υ.

Τρύγη. nunc triticum significat nunc hordeum, nunc fructum quemlibet. tam est incertæ & ambiguæ significationis.

" Scriptura hæc apud Hesych. est, qui præterea " herbæ cuiusdam nomen esse ait. Apud Hippo. " vero πύξις.

Τρυγηφάγος οἶνος. vinum dicitur quod fit ex expressis " acinorum folliculis, & aqua perfusis; sic vero di" ci videtur, quoniam veluti fæx est illud vinum " respectu eius quod sponte ex vuis prælo subie" ctis defluit Polluce authore. Dicitur & τρυγίας οἶ" νος fœculentum vinum, seu vini reliquiæ cum " sua fæce.

Τρύγιον. species est medicamenti Narcotici Galen. " 12. meth.

Τρυγώδης. est species collyriorum τῶν μονοκιμόνων. magna ex parte acacia cōstat, vt author est Galenus lib. 4. τῶν κατὰ τόπους, agens de ophthalmia, mista namque plurima acacia cum reliquis quæ τὰ μονοκίμενα collyria constituunt, efficit totum collyrium quodammodo fæculētum. Idem alio nomine πηλώδειον appellatur, quasi cœnosum siue lutosum, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. Cuius aliquot differentias exponit Aetius: vnum describit Celsus libr. 6. quod ad Euelpidem medicum authorem refert. In quibus omnibus plurimum succi acaciæ inest.

Τρυξ. tria significat apud Græcos. primū quod crassum in vuis subsidet: fæcem nominant. deinde σύμπατα quæ sunt vuarum partes solidæ, quæ musto expresso supersunt. tertio vinaceorum dilutum, quod ab Atticis λυπεία, ab Asiaticis σταφυλίτης, id est lora, appellatur. Coniectis namque in parua dolia vinaceis, tantum aquæ superaffundunt, quoad omnia permadeant. Quod vbi satisfactum videtur, in dolij fundo foramen aperiunt, vt dilutum effluat, idque pro vino bibunt.

" Vt docet Galen. 2. de aliment. c. 9. A quibus" " dam autem τρυξ. siue fæx nuncupatur κράτος καὶ σώ" " μα οἴνου, id est robur vini, atque vt sic dicam so" " lidatio: argumento vero esse quod ab ea exter" " ptum degenerare facile, neque haud ita diu per" " durare possit, velut à radice sua auulsum, quam" " obrem videntur priores vinum non immerito" " appellasse τρυγᾶ, id est fæcem, quanquam putant" " Grammatici nouum priuatim sic dici, abusiue" " autem etiam vetus, vt Theophrasti scholiastes" " annotauit. Dicitur & τρυξ de fæce olei Pollu" " authore; itidem & de scoria ferri apud Nicand." " In Alexipharm. Sed & de rebus siccis τρύγια vsur" " pabant veteres.

Τρυπάνη & τὸ τρύπανον. instrumentum est Chirurgi" cū, cuius vsum esse ait Galenus, in admodū per" fractis ossibus, & in ijs quæ per se valide imbe" cilla sunt, qualia sunt puerorum ossa, tum enim" terebram adhibentes cauere: vix possumus ne" dum illa circumagitur os ad cerebri membranā" vrgeatur, vel cerebrum comprimat, atque vt" hoc discrimen euitarent, excogitarunt nonnulli" eiusmodi terebras quæ altius descendere nō pos" sent, extante paulo supra acutum earum mucro" nem quodam circulo, quasque propterea ἀδά-

πιστες quasi immersabiles nuncuparunt de quibus suo loco vide.

Τρυσμὸν. interdum scribitur pro πτισμὸν de quo supra.

Τρυφερὸν. est genus medicamenti causticī cuius formulæ duę habentur apud Scribonium Largum, vbi docet curare hæmorrhoidas. Si quando, inquit, exulceratas eminentias tollere sine ferro voluerimus, vt verrucas, nævos, aliaue eiusdem generis, hoc medicamento, quod τρυφερὸν dicitur, vtimur: facit enim ad omnia quæ ferro debent tolli, sine magno dolore. Ex quo apparet τρυφερὸν esse medicamentum causticum & acre, & sic appellari quod non nisi delicatis hominibus conueniat, quodque molliter & sine dolore vrat & exedat.

A Galen. 5. κατὰ τόπ. cap. 7. τρυφερὸν dici videtur, quod facere dicat ad ambusta vt citra cicatricis vestigium sanentur, quod & emplastrum pancratiastarum appellat eo loci.

Τρυφερὸν. est collyrium ἁπαλὸν καὶ ἄδηκτον, ad multa vtile, maxime in delicatis qui nullam mordacitatem ferre possunt. describitur à Galeno lib. 4. τῶν κατὰ τόπους, & ab Aetio libr. 7. eodem prorsus modo.

Τρυφερὸν. est pastillus ad hæmoptoicos vtilis, descriptus ab Asclepiade, & à Galeno expositus lib. 7. τῶν κατὰ τόπους.

Τρύφωνος ἔμπλαστρος. Tryphonis emplastrum. Tria huius authoris describuntur à Scribonio Largo, subuiride, nigrum, quod βασιλικὸν dicitur & viride, quod aliter ὀξύχροον dicit nuncupari.

Τρύχνον. neutro genere à Galeno & Aetio dicitur qui masculino τρύχνος est Dioscoridi: hoc est solanum.

Τρυχοῦν. domare, attenuare. vt annotat Galen. in lexico Hippocr.

Τρωγλαὶ. appellauit Hippocr. libr. περὶ σαρκῶν cauitates quæ in carnibus sunt, sicut quæ in ossibus σαλάμιας.

Τρωγλοδυτικὴ. species est myrrhæ omnium primæ, à loco prouenit, accepto cognomine, splendens, subuitidis & mordēs. Sed & legitur tenuis quædam quæ à troglodytica secunda est, bdellij modo mollis, verum odore grauiuscula, apricis nascens.

Τρώειν. vulnerare, secare venam: vtitur 2. de morbis mulierum Galen. annotat in lexico Hippocrat.

Τρῶμα. nomen est Ionicum, inquit Galenus, significans quamlibet corporis offensam à causa externa inductā, vt habetur apud eum comment. 3. in prorrhet. Idem vero scribit comment. 5. εἰς τὸ τῶν ὀνομάτων, Hippocr. nominare magnas noxas ab aliquo extrinseco, etiam citra vulnus illatas. vnde Hippocrat. τετρωμένον vocat eum qui quouis modo offensus sit.

Et in exegesi vocum Hippocr. πρωθεῖς, βλαβεῖς, καὶ κακωθεῖς, lædit & male afficit. Quidam hoc nomen casuariæ vulneribus addicunt. Philothens nescio qua ratione τραῦμα in came vulnus, τρῶμα in neruo esse dicit. Aliter enim video à Gal. vsurpari; atque idem Galen. τρῶμα & τραῦμα confundit, nam & magnum vulnus est τρῶμα, sed non omne vulnus eiusmodi est vt nomine τρώματος ineatur; omnis autem prægrandis in genere partium sauciatarum offensio τρῶμα est. Cæterum pro τρῶμα dicitur & τράυμα teste Eustath. qui & Ionicum esse ait significans τὸν τρώσαντα.

Τρώξιμοι. feris & intubus sic dicta sunt Didymus

Constantino Cæsari & Aetio. Cruda enim ex aceto & oleo eduntur. Sunt vero qui existiment sic appellari omnem fructum quicumque crudus editur, velut est vua, ficus, vua passa, & quicquid eius generis secunda mẽse abstmitur. Eadem πέπονα dicuntur: quæ Galenus in glossis Hippocr. exponit ὠμὰ ἐδώδιμα, quæ cruda vel immatura eduntur.

Τρωσκτὸς. ἐκτρώσκειν. parere abortum. vt explicat Gal. in lexico Hippocr.

Τυλοειδὲς. callosum. Est corpus durum ex cerebri anterioris substantia durata coactum, cerebrique ventres duos anteriores separans. Longum est, sed arctum: extremis partibus crassum est, in medio tam tenue vt pelluceat. Ex eo anteriorum cerebri ventriculorum sextum producitur. quod calli instar durum sit, ita vocatum est.

Τύλοι. dicuntur à quibusdam pili ipsi superciliorum.

Τύλος. callum significat, cutem scilicet in aliqua corporis parte obduratam ex labore vel opere. Sed & apud Polluc. lib. 2. τύλος membrum genitale vocatur, vnde Pherecrates, ipsum manibus denudare ἀποτυλοῦν dixit. Sed & τύλοι dicuntur à quibusdam vt Polluce lib. 2. pili ipsi superciliorum qui nobiscum nascuntur, hinc factum vt Ægyptiorum sacerdotes solos non abscindi sibi diligenter cauerint.

Τύλωμα ἢ

Τύλωσις. est magna & inueterata internæ palpebrarum faciei asperitas, quæ callum iam contraxit. Species est τραχώματος, vt habetur apud Paulum lib. 3. capite 22. Aetius lib. 7. ex Seuero scribit esse asperitatem quæ inæquale quid habeat, durum & callosum.

Sed τύλωσιν in vlcere appellat Pollux ὅταν σκληρὸν ᾖ, καὶ λευκότερον ἢ τὸ ὑπερπεπλασμένον τὸ ἕλκος.

Τύλωμα. etiam dicitur à quibusdam pars pedis inferior & carnosa quæ solum attingit, quam alij τέλμα vocant.

Τυμπανίας ἢ

Τυμπανίτης. species hydropis, de quo vide ὑδρωψ.

Τυπικοὶ πυρετοὶ. febres typicæ quæ statum accessionum ordinem seruant, vide τύπος infra; his opponuntur ἄτακτοι, πλανώδεις seu πλανῆς, inordinatæ & erraticæ de quibus suo loco in dictione πλανὴς πυρετός.

Τύπος. Polluci dicitur cauitas quæ inferiori labro inest: dicitur & ἠύμφη.

Τύπος. typus dicitur forma atque ordo qui per accessiones & remissiones in morbi temporibus notatur, & per quem morbi genus discernitur: Gal. lib. de typis definit ordinem intensionis & remissionis. Ex omnibus autem morbis febres maxime typos habent, sed non omnes, vt synochi, sed hæ tantum quæ habent periodos. In his enim periodorũ inter se æqualitas, ordo & proportio per morbi totum decursum seruata typus dicitur, & quæ febres hunc accessionum statum, & periodorum siue remissionum ordinem seruant, τυπικοὶ πυρετοὶ Græcis dicuntur, de quibus supra. Quemadmodum autem communes periodi sunt tres in febribus, quotidianus, tertianus, quartanus, sic etiam typi totidem quibus addere potes quintanum, sextanum, & similes si modo tales obseruentur febres.

Τύρβιτις. antidoti nomen est apud Galen. lib. 2. de antid. c. 10. ad authorem Antipatrum relata, faciens ad calculosos & eos qui inter spirandum suffocari videntur, ad comitiales & arthriticos, ad secundas retentas.

Τύειον. emplastrum sic dictũ à colore purpuræ Tyrię quem post cocturam adipiscitur. Descriptionem eius habet Aetius lib. 15. c. 12.

Describitur etiam τύειον emplastrum à Gal. 6. κρ. γλυκ. c. 12. ex Damocrate.

Τυρὸς. caseus. non aliud est quam lac coagulatum, à quo serum omne expressum est. Non est autem omnis casei eadem natura, quod non paruũ discrimen sit tum ex lacte ex quo fit, tum ab animalium ex quibus colligitur natura, tum vero à pabuli varietate, nonnihil item à præparationis modo: præterea quod alius mollior, alius durior, aut densior, laxiorue, glutinosior aut friabilior sentitur. Sapor deinde alius salsus, alius acidus, alius acrior, alius dulcis. Inter hos qui in omnibus differẽtijs mediocritatem seruat, præferendus est. Numerantur à Plinio varia caseorum genera, sed præstantissimus habitus fuit ἐξυγαλάκτινος, qui etiam ἐξύγαλα dicebatur.

Τυρκμὸν γάλα. lac colostratum exponit Hermol. Barbar. Marcellus vero Virgil. melius, vt ipse putat, densatum in caseum, Hermolaum malæ versionis accusans lib. 2. in Dioscorid. c. 74. de cera.

Τυρῤῥιωτικὸν. nomen emplastri cuius sunt immensæ apud Aetium laudes li. 15. c. 14. Dicitur alio nomine παμπαθὲς.

Τύφη. perperam sæpe scriptum occurrit pro πύη.

Τυφλὸν ὄντερον. cœcum intestinum. Est intestinum à ventriculo ordine quartum, primum autẽ crassorum, desinens qua τὸ κῶλον incipit. Principium est crassi intestini. Vbi enim tenue intestinum desinit, illinc ad dextram quidem cœcum, ad sinistram autem colon emergit dextra prius ilia præterfluctum. Est autem cœcum prorsus velut venter quidam crassus excrementis recipiendis appositus, cui ad portionem colon respondet. Ac cum auibus fere omnibus cœcum intestinũ duplex sit, homini tamen vnicum est. Situm autem est in dextris ilibus, quod locum ibi idoneũ haberet vacuum, rene scilicet dextro altius appenso. Hæc quidem de cœco Galen. lib. 4. vsus part. Itaque si cœcum velut venter quidam est, patet ipsum figura à reliquis differre, nec vt reliqua oblongum esse, sed plane in modũ ventriculi, rotundius. Ex qua figura efficitur, vt vna tantum parte pertusum videatur, & vno foramine tanquam oculo præditum esse, vt inde veteres τυφλὸν appellarint. Peruiũ tamen est, quodque ad ipsum ex tenui intestino descendit, facile in colon delabitur. Gibbosum enim cum sit, vnum foramen habet à latere, cui iunguntur duo foramina duorum proximorum intestinorum, quorum vni infra, alteri supra continuum est. Id propter magnitudinem aliquando absolute ὄντερον appellatur, vt scribit Gal. comment. 4. in lib. 6. τ. ὀπδημιῶν. quamuis alij eo nomine absolute posito τὸ κῶλον intelligi velint. Cum autem reliqua omnia intestina lactibus alligentur, solum cœcum omni vinculo solutum est, ideoque descendit in scrotum per enterocelen.

Τυφλὸν βῆμα. cœcum foramen. Est in osse lapidoso foramen, per quod neruus à quinta coniugatione foras post aures excidit in musculum latum præcipue, tum in crotaphitas masseteras; omnes. Non tamen reuera cœcum est, vt dicitur, sed veteres anatomici sic videntur appellasse,

quod iniecto funiculo aut seta porcina exitum non reperirent. Anfractuosum enim est, nec recta perforatum. Meatus autem eos & flexus natura eo in foramine molita est, quo neruus ipse, qui per illud foramen excidit, longiore via exiccaretur atque obduresceret.

Τυφομανίη. morbus est ex phrenitide & lethargo mistus, sicut explicat Galenus in lexico Hippocratico. Vel à quibusdã medicis sic vocata est phreniticorum affectio quum in somniculosum coma inciderunt, ita vt oculos tollere non possint, sed lethargicorum more semper eodem in loco permaneant: vt scribit Galen. lib. de comate, & comment. 1. in prorrhet.

Hunc affectum descripsit Hippoc. lib. 3. Epid. his verbis. Nec phreniticorum mania correptus fuit quisquam quod alijs vsuuenit, sed alia quapiam cataphora pigra grauiter peribant. Apertius Galen. huius affectus naturam descripsit li. de pulsib. ad tyrones, est aliud quoddam vitium (inquit) quod siue inter phrenitidem & lethargum medium appellasse conueniat, vel quod cũ neutro in totum conueniat, siue amborum cõmune, vt mistum ex Phrenitidis speciebus & lethargi, id seorsim considerabimus, ac ne veluti quoddam ænigma sit propositum, ipsum indicabo. Plerumque conniuent oculis, somnolenti sunt, stertuntque, rursusque diutissime fixis oculis & inconniuentibus intuentur, catochis similes, & si roges quidpiam cogasque tecum sermonem habere, difficiles pigrique sunt ad respondendum, sæpe furentium instar sonãt, minus recte respondent, & temere nugantur, talis affectus est, quem nunc indicare molior proprij nominis indigens, hunc tamen τυφομανίαν in locis supra scriptis à medicis appellari scribit. Vicina est hæc affectio illi quam ἔκστασιν, seu πυράκρουσιν σιγῶσαν & ἀσαφῆ passim vocat Hippocrat. de qua in dictione ἔκστασις.

Τύφος, seu τῦφος. stuporem significat vnde τυφώδης dicitur ita affectus Hippocr. 4. Epid.

Τυφώδης πυρετὸς. nomen est febris continuæ & ardentis, non per se quidem natæ & essentialis, vt vocant; sed symptomaticæ & à iecinoris erysipelate excitatæ. Vbi enim viscus id erysipelate afficitur, febrem inde ortam τυφώδη veteres appellarunt, sicut à ventriculi erysipelate λειπυρίαν, & ab eo qui pulmonem infestat κρυμώδη. Sic quidem Galen. comment. in aphor. 42. lib. 7. & Aetius lib. 5. cap. 89. Eam præterea Galen. libr. aduersus Lycum dicit esse de genere humidarum febrium, quod à primo statim die ægroti sudent, sudoreque ipso aut parum aut nullo modo leuentur.

Vt enim ignis lignorum viridium præsertim, vel temere congestorum copia obrutus, & suffocatus præ flamma fumum reddit; ita fortasse febres istæ alioqui ardentes, humoris tum crassi tum biliosi copia suffocantur, ita vt pro ardore & flãma fumum per cutis spiracula foras emittant. Erotianus τυφώδεις πυρετοὺς definit οἱ μετὰ νωθρείας γιγνόμενοι, καὶ μετὰ ἐπιτάσεως ἐξιστάμενοι; Cornarius τυφώδεις appellat, id est, fumosas ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι à suffumigando, eo quod ita succensæ sint, vt velut ligna quæ ardent, ita vt fumum edant, etiam & ipsæ fumigent, lento videlicet motu progressum facientes, quod declarat Galen. lib. 1. de crisib. in fine. Eandem ipse similitudinem amplius explicat lib. 2. de differ. febr. in fine; de eo item qui afficitur hoc modo loquens, ὑποτυφόμενον ipsum appellat, quasi in quo nondum plene accensa febris adhuc fumiget; has febres obsudoris madorem, ἀπὸ τοῦ ἕλεως ἢ ἑλώδεως id est palude ἑλώδεις nominat Gal. febres τυφώδεις alij suffocatas interpretãtur, sic τυφώμενα νοσήματα morbos suffocatos Galen. vocat, id est in profundo demersos & quasi sepultos, cum scilicet tanta est humoris copia vt calor alioqui ardens sese intus contineat nec foras moueatur.

Τυφωνία. in Definitionibus Medicis definitur à Galeno delirus lethargus, vel lethargicum delirium.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Υ.

Ὑάγκη. anginæ species ea dicitur qua sues corripi solent.

Ὑάκινθος. hyacinthus. folia habet bulbi, caulem dodrantalem, minimo digito tenuiorem, herbacei coloris, comam procumbentem, florum purpureorum plenam, incuruam, radicem bulbaceam. Radix siccat primo ordine, refrigerat secundo.

Ὑάκινθος. dictum est à quibusdam τὸ δελφίνιον, vt Dioscor. author est.

Ὑάκινθος. gemma purpurea, nitore diluto, qui primo quoque aspectu gratus euanescit, vt scribit Plinius, antequam satiet, adeoque non implet oculos, vt pene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Est autem duplex, nigrior qui mas est, candidior qui fœmina.

Ὑαλοειδὲς ὑγρὸν. vitreus humor. Est humor oculi à tergo crystallini humoris situs, vitro fuso similis. Hic non ambit vniuersum crystallinum sed dimidium tantum posteriore parte, vt qui eius diametrum non excedat, qui à dextra eius parte in sinistram ducitur. In eum vsum à natura cōparatus est, vt crystallino humori alimento esset, eamque ob causam inter eum & sanguinem prope medius factus, vt qui quanto crassior & candidior sanguine est, tanto à crystallino humore humiditate & candore relinquatur. Hic enim perfecte albus est & mediocriter durus. Vitreus vero humidus quidem est, instar vitri cuiusdam, à quo nomen habet, igne liquefacti, & tam albus quam cum minimum nigri multo albo permistum est. Sed eum neutri horum humorum vena insit, per diadosim crystallinus à vitreo, & vitreus à tunica ipsum ambiente quā ἀμφιβληστροειδῆ vocant, nutritur, quæ non est aliud quam nerui optici substantia in mucum cerebro similem soluta.

Vide & in voce ὑρόν.

Ὑαλώδης χυμὸς. vitreus humor sic appellatus quod vitro fuso sit similis à Praxagora, qui eiusmodi est vt dolores maximos vehementissimosque inferat, cum per intestinorum meat tunicas, Temperatura omnium qui in corpore generantur humorum est frigidissimus, hæc Gal. comment. 1. in prorrhet. partic. 35.

Ὕαλος. dicitur à quibusdam succini species fului & vitri instar pellucidi. vide ἤλεκτρον.

Ὑβὸς. gibbus qui & κυφὸς, sic Hippoc. appellat quos omnes κυρτοὺς, id est gibbosos appellant, ei opponitur λορδὸς.

Ὕβωμα. curuamen. gibbositas. hoc est κύρτωμα. Vox generalis est apud Hippocrat. significans omnem vertebrarum euersionem præter naturam, vt annotat Galen. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Huic opponitur λόρδωσις.

Ὑγείδιον. nomen est collyrij quod ad Ammonium authorem quidam referunt. Eius descriptio habetur & apud Paulum lib. 6. & apud Aetium li. 7. Paulus li. 3. c. 22. eo vtitur πρὸς ὑποπύους vimque illi tribuit rumpendi vomicam & vehementius expurgandi.

Describitur etiam à Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. c. 7.

Ὑγιαίνοντες. οἱ. dicuntur Hippocr. in Coac. οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες, qui nuper à morbo conualuerunt, & qui restituta vtuntur, valetudine non primitiua.

Ὑγίεια. emplastrum cephalicum est: quod & Panaceam, & Trium fratrum vocant: Heras ὑγίειαν. facit ad nomas & omnia vlcera maligna. valet ad plurima ad quæ commendat ipsum Aetius li. 13. cap. de emplastris cephalicis.

Ὑγίεια. sanitas, definitur à Galen. 3. de morbi different: c. 21. omnium corporis partium naturalis constitutio. Ea siquidem corporis constitutio in qua nec doloribus cruciamur, nec in vitæ actionibus impedimur, sanitatis nomine venit appellanda, vt recte Galen. 1. de sanit. tuenda dixit. Scitum namq; medicinale, axiomaque illud est omnes homines sanos esse se arbitrari cum partium corporis adminiculo munijs ad vitam necessarijs fungi citra vllam noxam possunt, tum vero ægrotare cum munijs obeundis, actionum naturæ deprauatione minime valent; Definitionum

„ num Medicarum author ſanitatem definiunt „ humorum primorum qui ſecundum naturam „ in nobis ſunt probam temperiem, aut natura„ lium virium actionem non impeditam, tametſi „ hæc ſecunda definitio qua naturalium virium „ actionem minime impeditam ſanitatem eſſe di„ xit, minime Galeni ſenſis congruere videatur, „ qui ſanitatem non in actione ipſa, ſed in habitu „ potius ac conſtitutione corporis poſitam eſſe ef„ ficaciſſima demõſtratione lib. 1. de morb. differ. „ docuit, ipſamque non ab actione ſed à potentia „ potius eſſe definiẽdam. Sicut autem morbi, ita „ & ſanitatis magna latitudo eſt, corporis quidem „ partiſue abſoluta & exquiſita ſymmetria quæ ad „ ſummum peruenerit, ſumma eſt ſanitas, quæ ab „ hac paululum deficiens conſtitutio, nec actioni„ bus noſtris nocua eſt, nec animali manifeſte gra„ uis ſanitas etiamnum eſt, at non perfecta: Quæ „ deinde eo vitij proceſſit vt iam homini conſpi„ cue moleſta ſit, eiuſque functiones grauiter of„ fendat, morbus eſt qui ſenſim ingraueſcens tan„ dem ad extremum quod mors eſt perducit, inter „ has media quædam interiecta eſt, vtrimque ob„ ſcura quæ idcirco nec ſanitas nec morbus, ſed „ neutra eſt conſtitutio. Quod ad ſanitatis conſer„ uationem ſpectat illud vnum addam ex Tullio „ epiſt. 18. lib. 1. ad familiar. ad ſanitatem tuendam „ hæc requiri πόσιν, ἀκοπίαν, πρέποντον σύμμετρον, τέρ„ ψιν, εὐκυσίαν κοιλίας. id eſt coctionem, non defati„ gari, deambulationem moderatam, lætitiam, & „ alui libertatem.

Υγιεινὴ. pars eſt medicinæ, cui tuendæ ſanitatis cura incumbit. Ea cęteras dignitate antecellit, duobuſque ſummis præceptis continetur: Optime valentia corpora ſimilibus conſeruãda eſſe: quæ parum ab optima conſtitutione deſciſcunt, aut quodammodo ad neutrum ſtatum accedunt, modico contrariorum vſu eſſe reuocãda ad mediocritatem. Itaque ad eam pertinent aeris, cibi, potus, exercitationum, ſomni, vigiliarum, excretionum atque affectuum animi diſcrimina: de quibus Galenus cum in libris de ſanitate tuenda, tum in libris de alimentorum facultatibus, & boni malique ſucci cibis copioſiſſime diſſeruit.

Υγιὴς. ſalubre. Tripliciter dicitur apud medicos. vt corpus, vt cauſa, vt ſignum. Salubre autem corpus tripliciter dicitur: aut ſimpliciter, quod ab ipſo naturæ ortu bonam habet temperaturam in ſimplicibus & primis particulis, atque in his quæ ex ipſis componuntur, eſt commenſuratum. aut, vt nũc, quod in præſenti eſt ſanum. Eſt vero & hoc ipſo tempore quo ſanum exiſtit, ſi non optimam, at ſibi propriam habens temperaturam. vt multum autem, quod à conſtitutione optima non admodum deficit: ſicut explicat Galen. in Arte medicinali.

Υγιὴς. dicitur proprie qui ſanitatis conſeruandæ „ rationem profitetur, opponiturque τῷ ἰατρῷ qui „ eius amiſſæ reſtaurationem docet, attamen per „ abuſum receptum eſt, vt ἰατρῷ nomen duo iſta „ officia comprehendat.

Υγρὸς. liquida, ſiue

Υγρὸν ἢ ὀπὸν τῆ κεφαλίων. dicta eſt veteribus reſina pinea quæ liquida eſſet. Eius enim duas differentias, vnam frixæ toſtæque, alteram liquidæ ſiue humidæ, φυκτῆς & ὑγρᾶς nominibus, citra reſinæ adiectionem deſignabãt κατ' ἐξοχήν, quod pinea reſina, vt ait Dioſcorides, omnium præſtantiſſima haberetur, vel quod eſſet omnium maxime parabilis, vt ait Galenus. Cæterum humida in Græciam apportabatur fictilibus & dolijs (vnde ἀπὸ τῆ κεράμων ὑγρὰ dicta eſt) ex Colophone, & Gallia, & Tyrrhenia, viteſque habuit non valde à terebinthina differẽtes, Galeno illam pro hac ſubſtituente lib. meth. med. ſexto his verbis: ᾧ μὴν παρούσης τερμινθίνης ἢ τ' ἀπὸ τῆ κεράμων ὑγρὰ ἢ φυκτὴ καλῶς ἂν μιχθείη. id eſt, quod ſi nõ adſit terebinthina, commode miſcebitur reſina pinea è fictilibus detracta, tum quæ liquida eſt, tum quę vſta. Item lib. 4. ſanit. tuendæ, ἀπορῶν δ' τούτων ἤτοι τῶν ἀπὸ τῆ κεράμων μιγνῦσαι πιτυΐνων, ἢ ᾧ τῶν φυκτὴν ὀνομαζομένων. hoc eſt, in eorum autem penuria, miſcere oportebit reſinam pineam è fictilibus ſumptam, vel eam quæ vſta dicitur.

Υγρὸν. apud Hippoc. lactis cocti pinguedinem & ſupernatantem ſpumam ſignificat.

Υγρὰ ὀφθαλμικὰ. liquidæ quædam oculares compoſitiones vocantur à Gal. 4. κατὰ τόπ. c. 7. ad earum differentiam quæ ab eodem ξηρὰ ἐμπλαστὰ dicuntur ad oculorum inflammationes ſanandas, eiuſmodi liquidæ multæ à Gal. illic recenſentur.

Υγρότης. dictio Hippocrati peculiaris & propria, vt ὑγρασία. quæ idem quod humiditas, nonnullis eſſe gratioſius humor videri poſſit.

Υδρεγκέλη. idem quod ὑδροκήλη de quo infra.

Υδροκηλοκέλη. authori Definit. Medicin. eſſe dicitur dilatatio vaſorum à quibus alimentum ſuppeditatur teſtibus, & lenti humoris in aliqua ſcroti parte collectio.

Υδρολλέιον. eſt collyrium ex humidis medicamentis magna ex parte conſtans, cuiuſmodi ſunt mel, opobalſamum, oleum, ſucci herbarum, fel animalium, liquor Cyrenaicus, & alia eiuſdem generis: Inter quæ tamen etiam pleraque ſicca medicamenta ammixta reperias apud medicos veteres, ob quæ tamen ὑδρολλοιέιον nomen non amittit, propterea quod à præpollente materia denominationem ſortitur. Sed quę tamen ſicca miſcentur, non multum diuerſas à prædicta materia vires habent: ſunt enim moderatiora, veluti myrrha, thus, crocum, galbanum & alia huiuſmodi quæ cutem rarefacere, craſſitiem humorum & ſpiritus tenuare, humorem noxium diſcutere, & partibus robur addere poſſunt. Eorum plures ſunt compoſitiones à veteribus celebratæ, quæ ab Aetio deſcribuntur lib. ſeptimo. vide χολλούειον.

Υδρόμελ. compoſitio eſt vnguenti humidi odorati. Habetur apud Aetium libr. 16. cap. 114.

Υδὲν nomen collyrij, quod deſcribitur à Scribonio Largo.

Υδὲ dicitur à Paul. l. 3. c. 22.

Υδὲν ἱδρωτικὸν. hæc vox Hippocrati familiariter vſurpatur de ijs quæ ſupernatant in deiectionibus & Vrinis.

Υδὲς πυρετὸς. humida febris, in qua ægri à primo ſtatim die ſudant, ſed ſudore aut parum aut nullo modo leuantur. Huic oppoſita eſt febris ſicca, cui ſitis vehemens, lingua arida, cutis dura in modum corij, & ſqualor plurimus toto corpore, vt ſcribit Galenus libr. aduerſus Lycum. Alia eſt quæ νοτώδης dicitur Hipp. vide νοτώδης.

Υδὲν σῶμα. dictum eſt ab Hippoc. in progn. corpus modice & leniter inflexum nec veluti rigidum, ex oppoſito τῶ τετανικῶν τὰ τένοντα κῶλα, vt Galen. illic explicauit.

Τ' ὑγρὸν Scaliger apud Aristotelem in animalibus minus rigidam flexibilioremque agilitatem explicat; eius enim contrarium rigidum, quod aliud est quam durum: Græcum est hoc μηδαμὸν, ὅπερ ἀποφάσει μᾶλλον, κατείκει δ' οὔ: in amatorijs Græcorum nequitijs ὑγρὰς ὀφθαλμοὺς quales latine vocemus, non statim sciam inquit ille, certe sicci oculi sunt constantiũ & crudeliũ, id est Herculis & Busiridis, molles imbecillis animi, velut mulicbres Homericorũ heroũ oculi qui scortillorũ more lachrymãtur, amatorij ac lasciui, non molles lachrymis, sed vdi nitida nequitia: hinc & ὑγρὰς lasciuos etiam græci vocant id est humidos, quoniam (inquiunt) ex humecta natura cõsurgat coeundi auiditas, vnde & poetis occasionem datam venerem confingendi ex mari conceptam, hinc & σώματος ὑγρότητα nuncupant Græci quam recte lubricitatem interpretari queas.

Τ' ὑδρὰς τὸ κολλύριον, aquosum collyrium: describitur à Trallian. l. 2. c. 5. vtile ad oculos purulentos atque alias eorumdem affectiones.

Τ' ὑδρὸς οἶνος. vinum aquosum siue aqueum, imbecillum nimirum & minimam sustinẽs aquæ mistionem, Hippoc. ὀλιγοφόρον, alij tamen interpretantur non solum aquam sapiens, sed etiam dilutius, immodice dilutum, sicut vulgo de vino nimiũ diluto dicimus, *ce n'est qu'eau*, quod alioqui & de vino imbecillimo seu tenuissimo interdum vsurpatur, opponitur autem illi ἄκρατος; à voce quoque ὑδρὸς etiam metaphoricῶς ὑδρὰς φίλια apud Aristotelem Politic. l. 2. dicitur fluxa amicitia vt Budæus interpretatur, siue non syncera nec firma & quasi diluta.

Τ' ὑδρωπικόσιν. id est hydrope laborantibus, in aquam mutantibus sanguinem, & aquosa tollentibus purgantibusque, vt explicat Galen. in lexico Hippocr.

Galen. comm. 1. lib. 6. epid. part. 7. ὑδρωπικὸς interpretatur dupliciter, scilicet vel eas quæ vt aqua intercutem corripiantur idoneæ sunt, vel eas quæ tenuem aquosumque sanguinem naturaliter habent, nullo alio morboso affectu corpus infestante, Hippocrati & Aretæo ὑδρῳώδεις vocantur.

Τ' ὑδρὸν ἔμπλαστρος. emplastrum aqueum vocatur ad lichenas descriptum à Gal. l. 5. κατὰ τόπ. c. 7.

Τ' ὑδρὶς. aquula. Est pinguedinis superiori palpebræ subiectæ extima parte incremẽtum. Nam cum palpebra superior duabus membranis constet, quas ὁ περιόστεος reuertens creat, earum medium viscosa quædam atque vnctuosa occupant, quæ palpebras alioqui siccas sua pinguedine emolliant. Pinguis autem ea substantia palpebræ cuti naturaliter subiecta in aliquibus, & præsertim pueris, ceu natura humidioribus, augescens supra modum, ὑδατίδα parit, quæ oculum pondere suo grauans, fluxionem in eo excitat, facitque vt ab oculis humor præter naturam stillet. Palpebræ igitur hoc vitio detentis infra supercilia aquam intercutem repræsentant, nec sursum attolli possunt: si vero digitis ipsas deprimamus, inde digitos, quod medium intercedit inflatur. Horis autem antelucanis potissimum defluxione tentantur, neque contra solis splendores cernere sustinent, sed illacrymant, continuisque lippitudinibus infestantur. Si magna ὑδατὶς est, non nisi manu curatur: quæ parua est, siccantibus remedijs iuuatur.

Celsus lib. 7. c. 7. vesicam pinguem nominat: dicũtur etiam medicis ὑδατίδες pustulæ aqua plenæ, quæ in qualibet corporis parte oriuntur, non solum exterius, sed & interius, vt in hepate sæpissime quibus ruptis fit repentinus hydrops, de quo scriptus est aphor. 55. lib. 7. Quibus iecur aqua plenum in omentum eruperit, his venter aqua impletur & moriuntur.

Τ' ὑδατὸν. nomen est medicamenti ocularij apud Galen. quod ex aqua pluuia conficiebatur, velut aqueum dixeris, eundem vide comm. 4. in 6. Epid. t. 19.

Τ' ὑδατωμὸς. dicitur Aureliano sonus collisi & conclusi humoris in internis vomicis & collectionibus l. 5. τ' χρον. cap. 10.

Τ' ὑδατώχλοα ἢ

Τ' ὑδατοχλοα. verbum est ab Hippoc. vsurpatum lib. 3. comment. 3. τ' ὑποδημιῶν. Sunt excrementa alui tenuia vt aqua (nam tenue vtrumque nomen indicat) sed colore diuerso. Siquidem ὑδατώχλοα graminis colorem referre: ὑδατοχόλα, τ' χολῆς, id est bilis, significant.

Vide ὑδατώχλοον κατοχώρημα in voce κατοχώρημα.

Τ' ὑδατῶδες. aqueum. Id dicitur quod aquæ modo insipidum est. Est autem saporis differentia quem aquosus humor admixtus rebus inducit. Est autem is valde obscurus, & velut aqua ipsa in medio saporum omnium. Itaque eum qui calamis viridibus inest & gramini, non recte aqueum velut ex antiquis nonnulli, sed dulcem appellandum esse Galenus censet libr. 4. simplic. med. Qui enim vere aqueus est, perinde atque aqua fere ἄπνους est. Ob id quæcunque acria, acida, austera vel salsa sunt, aqueis commode admiscentur, si modo in cibos admitti debent & suauia sunt futura. Siquidem aquei admixtio qualitates omnes exoluit. Sunt autem hæ fere aquei vires: omnia æqualiter penetrat & peruadit, pauci alimenti est, stomachum offendit.

Dicitur & alia significatione aqueum id quod à mediocritate sui generis deficiens ad aquam proxime accedit, vt in vinis id quod imbecillimum est & minimam sustinet aquæ mistionem, quod Hippocrates ὀλιγοφόρον nominauit: & in vrinis alba & valde tenuis: & in humoribus qui plurimum seri habent. Est enim certum non ab aquæ sapore, sed ab alijs aquea qualitatibus eiusmodi omnia aquæ nuncupari. ὑδατώδιας etiam Hippocr. dixisse pro ὑδρωπικοὺς, testatur Galen. in lexico.

Τ' ὑδατώδης ἰχὼρ. appellatur à Polluce quod ex vlcere manat quando expurgatur.

Τ' ὑδατῶδες οὖρον. vide οὖρον.

Τ' ὑδατῶδες κατοχώρημα. vide κατοχώρημα.

Τὰ ὑδατώδη. Hippocrati in Coacis dicuntur aquosa illa quæ ante partum prodeunt, vulgus recte aquas appellat; hanc & saniem crassam & cruentam ἰχῶρα παχὺ αἱματῶδη vocat Hippocr. & ὑδαρῆ αἱματώδη, & simpliciter ἰχῶρα, interdum & ὑγρὸν simpliciter appellatur.

Τ' ὑδατώδης οἶνος. vide supra ὑδρὸς οἶνος & plura in voce οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Τ' ὑδατώδες ἢ

Τ' ὑδατῶδες ὑγρὸν. aqueus humor. Vnus est ex oculi humoribus, crystallinũ anteriore parte circumdans & medium complectens. Hic totum illud spatium, quod inter crystallinũ humorem & pupillam intercedit, replet, sectaque cornea tunica

primus effluit. Censetur autem verus humor, vt qui aquæ modo effluat & pellucidus sit. Inde ὑδατοειδὴς ἢ ὑδατοειδὴς dictus est. Alij vero ipsum ὠοειδὲς, hoc est ouo similem siue albugineum, nuncuparunt, vt scripsit Aetius libr. 7. c. 1. quod magnam gerat cum oui humore albo & tenui similitudinem. Cæterum cum eo humore permultum etiam spiritus inest, qui oculi tunicas ita distendit, vt nulla vsquam parte laxæ aut corrugatæ videantur. Magno vsui est, non modo replens spatium inter corneam & crystallinum medium, sed vetans etiam ne ab externo aere & ipse crystallinus humor & vuea tunica exiccentur, simulque colorum discrimina primus excipiens, ne primo statim eorum obiectu crystallinus perculsus læderetur.

» Τὸ δρεῖκος. dicitur à qua intercus siue hydrops.

Τὸ ὕδρος. videtur à Cæl. Aurel. lib. 3. τ χρον. cap. 8. non » pro quouis hydrope, sed pro ἀναπηρία seu leuco- » phlegmatia vsurpari, dum ὕδρος vocari ait dif- » persum siue infusum per viarum raritatem at- » que carnis spiramenta liquorem.

Τὸ ὕδρος. idem prorsus quod ὑδρωψ.

Τὸ ὕδρος εἰς ἀμίδα. hydrops ad matellam. sic dicitur à quibusdam renum morbus quem διαβήτην appellant. de quo vide suo loco.

Τὸ ὕδνον. Tuber. non aliud est quam terræ quidã cal- » lus, globosa quædam collectio & abcessus fun- » gosus, vel & radix globosa, sine folijs, & sine » caule: Siccis fere & sabulosis frutetotisque lo- » cis nascitur, viuens in terra, & putrescendi ratio- » nem cum ligno communem habens. Quemad- » modum enim in corporibus calor & sanguis fæ- » pe strumosa grandulosaque tubercula creant, ita » tubera ex terra imbris cœlestis rore perfusa & » imbuta globatim fiunt, & caloris adminiculo si- » ne satione coalescunt; nonnunquam mali coto- » nei magnitudinum excedentia. Ea in bulborum » ordinem Galenus recenset; fodiuntur vere & » cruda coctaque manducãtur: Sũt autem aquo- » so gustu prædita & fatuum palato cibum submi- » nistrant, & quanquam nullo euidenti sapore pla- » cent, sunt tamen ad excipiendam condimento- » rum gratiã non respuẽda: Diphilus tubera scrip- » sit esse concoctu contumacia, sed vtilem parere » succum, aluum læuigare & ventris excrementa » cere, subdidit inueniri nonnulla quæ fungorum » modo strangulatus excitẽt: de tuberibus autem » hæc tradidit antiquitas nimirum nasci cum fue- » rint imbres Autumnales ac tonitrua crebra, cu- » ius causam Plutarch. 4. symposiωm peruesti- » gat.

Τὸ ὑδραγωγὸν φάρμακον. medicamentum dicitur aquas » & serosos humores purgans, Aquiducum dixit » Cæl. Aurel. l. 3. τ χρον. c. 8. de hydrope.

Τὸ ὑδράργυρος. argentum viuum. metallum est in argenti fodinis nascens, album, aquæ instar liquidum, & valde mobile. Chymistæ Mercurium vocant, definiuntque esse aquam viscosam, tenuem, albæ terræ permistam temperatamque exquisitissime, quam & alterum, hoc est fœminum, principium generationis omnium metallorum statuunt, vt sulfur masculinum, propter exuperantem in eo frigiditatem & humiditatem, vt & in omnibus fœminini sexus contingit, eamque causam esse cur nunquam addẽsari & coire possit. Certe negari non potest argentum viuum aptissimam esse gignendis reliquis metallis materiam, sed ijs maxime quibus facile adhæresci, vt argento atque in primis auro, deinde reliquis quo quæque perfectiora sunt. Sed ea tractanda Chymistis relinquamus. Duo sunt eius genera: vnum naturale, alterum factitium est. Naturale tametsi Galen. libr. 9. simplic. medic. nullum esse existimauerit, scribens argentum viuum ex sponte nascentibus non esse, sed ex ijs quæ præparantur, velut cerussa, ærugo, psoricum, lithargyros: experientia tamen & veterum authoritas astruit, atque in primis Dioscoridis, qui ipsum in argenti fodinis cameratis earum tectis pendens & in stillas concretum reperiri scribit. De eo scripsit Plinius, in argenti venis lapidem esse, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur. Lapis quidem ille minium est, ἄμμιον Græcis dictum, quod Vitruuius ἀνθραξα vocari scribit, Plin. ipse interdum venam minij appellat. Peculiaris ille est omnibus argenti viui fodinis, inque ipsius vena reperitur totus scatens argento viuo, crebrasque per se etiam sine igne, emittens lacrymas argenti viui, veluti è fonte quodam aut vomica scaturientes, quæ ab ipsis fossoribus statim colliguntur. Tale quidem est argentum viuum fossile seu natiuum, nimirum liquidum, aquæ modo fluens, colore argenti, liuescente, pellucido, substantia vero lenta, tenui, graui, frigida & humida. Factitium autem ex minio paratur hunc in modum. In patinam fictilem minium inditur, atque vbi diligenter luto circumlita est, accensis carbonibus superponitur, postea quæ operculo adhæserit fuligo deradenda: hæc enim postquam refrigerata coierit, argentum viuum est. Natura vtrique eadem: ideo & ὑδράργυρος vtrumque à Græcis dictum, & à Latinis argentum viuum: quorum hi quidem in indendo nomine mobilitatem eius contemplati sunt, hi vero eam quam habet cum aqua similitudinem. Nomen enim ex aqua & argento ductum est, quod argenti quidem colorem referat, nec tamen vt argentum vno loco consistat, sed aquæ modo diffluat. ob id ab Aristotele ἄργυρος ὑγρὸς dicitur, quod nomen Alexander Aphrodiseus ὑδράργυρον interpretatur. Verum Plinius purum illud & natiuum nominat argentum viuum, factitium autem illud ex minio hydrargyrum, diuersis verbis diuersas res significari putãs: quem errorem Leonicenus non præterijt silentio. Certe Dioscor. eodem nomine vtrumque appellat, quod non natura modo, sed etiam facultas vtrique par esse videatur. vtrumque album liquidum, in plano diffluens, nec per se concrescens, quoniam plus aereæ, vt ait Aristoteles, quam aqueæ substantiæ continet. Ignem in tantum refugit, vt vase concluſum superiora petat & operculo adhæreat. Dioscorides potum vim pernicialem habere dixit, quod suo pondere interna exedat. cuius sententiam sequutus Galenus, ipsum recẽset in eorum numero quæ erodendo interimunt, nec tamen vllum se periculum virium eius feciſſe prodidit. Certe corpora nostra nedum exedit, sed etiam multo solidiora & duriora. Nullo enim metallo concludi posse expertum est, quin omnia corrodat. propterea q; necesse habet vitreis in vasis aut fictilibus vitro contextis asseruari, quod soli vitro maleficiũ eius cedat. Nũc ipsum Venerea illa lues quam plærique morbum Gallicũ appellant, in cuius curatione vsum aliquem

præbet, notiſſimum reddidit. Siquidem vnguentis exceptum & corpori illitum, caput & neruos petit, & pituitoſas diſtillationes in os & gingiuas concitat, quas manifeſto & tumefacit & exulcerat. Verum quali ſit præditum temperamento non bene inter omnes conuenit. Sunt enim qui calidum & humidum quarto ordine ſtatuant. Ego illis aſſentior qui quarto receſſu frigidum eſſe dicunt, proindeque narcoticum. Cæterum ex argento viuo ignis calore in altum ſublato, chymiſtæ argentum viuum machinantur quod ſublimatum ſiue concrematum appellant, argenti viui puri & atramẽti ſcilicet æqualibus portionibus cum aceto tritis donec argentum viuum penitus diſpatuerit. Ex quibus conflata maſſa reſiccatur, deinde in fictilibus patinis intro diligẽter obturatis trium fere horarum ſpatio coquitur, mox aufertur, & cum patinæ refrixerint, quicquid liquidi ſolidique in ijs eſt eximitur, rurſuſque teritur, aceto ſubinde aſperſum, & coquitur. Id quod tam ſæpe fieri debet, donec omne argentum viuum in operculum ſublatum ignis calore concreuerit. Id inſignem erodendi vim habet, & potum non aliter quam calx viua interficit.

Τὸ δρεπτόν. dicitur à quibuſdam ἡ κρόκαλις ἀγγεία, ſicut habetur apud Dioſcor.

Τὸ δρέλαιον. aqua oleo miſta: incerta autem & multiplex miſturæ ratio eſt. Refrigerat, ideoque à Galeno adhibetur ad dolores capitis ex febre, & ciendis vomitionibus conuenit ſi tepida detur.

Τὸ δρυτεροκήλη. herniæ ſpecies compoſita, quando videlicet vna cum inteſtino aquoſus humor in ſcrotum deſcenderit.

Ἡ δι ὑδείας. nomen eſt collyrij, quod deſcribitur apud Paulum lib. 7. c. 16.

Τὸ δεῖον, ſiue (vt quidam manuſcript. cod. habent) ὑδεῖον. ἡ μικρὰ ὑδεία, parua hydria, ſeu parua ſitula: diminutiue apud Hippocr. vt annotat Gal. in lexico Hippo. Apud Herodot. eodem ſignificatu eſt ὑδρεῖον, Ionice pro communi ὑδρεῖον.

Τὸ δγάρον. garum aquoſum, hoc eſt garum aqua dilutum. minus calefacit & ſiccat quam garũ ſimplex. vide γάρον. Aetius libro tertio: c. 84. habet deſcriptionem ὑδγάρου κατ' ἀπαρτισμόν.

Τὸ δεγκέφαλον. eſt tumor capitis aquoſus. Colligitur enim aliquando in capite tanta humoris copia, vt eo caput ſupra modum intumeſcat. Is vt plurimum quidem aquoſus eſt, aliquando tamen fæculentus aut ſanguine dilutus. Eſt autem omnis piger & deſes, tribuſque in locis colligitur, ex quibus totidem ὑδεγκεφάλου differentiæ exiſtunt. Aut enim inter cutem & pericranium, aut inter cranium & pericranium, aut inter cranium & cerebri membranas coaceruatur. Addidere & veteres, inquit Aetius, quartam differentiam, inter cerebrum & eius membranas, ſed quę nullam recipiat curationem. Multis autem de cauſis aqueus ille humor colligitur, quarum aliæ euidentes, aliæ internæ ſunt. Interna quidem eſt cum ſponte ſua vaſa capitis rareſcunt, & aquoſam illam ſubſtantiam, quę ſanguini miſta eſt, in locum aliquem effundunt, vnde totum caput intumeſcat. Externa vero euidenſque cauſa eſt plaga aut contuſio, non omnis quidem, ſed quæ infantibus præſertim ab obſtetrice infertur in puerperio, rudius contrectato, appreſſoque eorum capite. Ob id puerilis maxime morbus hic innaſcitur, eſtque eorum proprius. Singularum eius ſpecierum diſcrimina à Paulo & Aetio explicantur.

A Paulo quidem l. 5. cap. 3. ab Aetio lib. 6. c. 1. Rhodiginus neſcio quo authore à quibuſdã hydrocephalos, eos vocari ait qui ex nimia cerebri humentis exuperantia inſaniunt, lymphatoſque à veteribus inſuper vocatos.

Τὸ δεγκήλη. ramex aquoſus. Eſt tumor aquoſus corporum ſcrotum implicantium. Galenus in lib. de tumoribus præter naturam, ſcribit aquoſum eum humorem in tunicis quæ teſtes ambiunt coaceruari: Paulus vero generalius, ἐν διαπλάσμασι τοῦ ὄσχεος σώμασι: hoc eſt, in corporibus ſcrotum conuoluentibus fieri ſcripſit. Cæterum humor hic colligitur, vt Celſus ait, integris teſtium eiuſmodi membranis, quamuis ijs quoque ruptis vel laxatis interdum colligi poſſit. Sunt autem duæ ſpecies τῆς ὑδεγκήλης, authore Celſo. Nam vel inter tunicas is humor increſcit, vel in membranis quæ ibi circa venas & arterias ſunt, vbi hę grauatæ occalluerunt. Ac ne ei quidem humori qui inter tunicas eſt vna ſedes eſt. Nam modo inter ſummam & mediam, modo inter mediam & imam conſiſtit. Verum Paulus hanc ſecundã differentiam non expreſſit, dixitq; colligi magna ex parte in tunica erythroide circa anteriorem teſticuli regionem, qua potiſſimum membrana illa à teſticulo ſeparatur, alibi autem rariſſime. Aliquando vero, vt idem Paulus docet, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, vocantq; hoc malum chirurgi ἐν ὀπτήματι, quod in membrana ſupernaſcente, & quæ prius non erat, ille continetur, veluti atheroma quoddam aut ſteatoma, ſpeciemque aliquam tertij teſticuli præ ſe fert. Sciendum autem eſt non ſemper aquam colligi in eo morbo, ſed humorem ſanguineum interdum vel fæculentum. Meminit & Aetius τῆς ὑδεγκήλης inter morbos mulierum, Aſpaſiamque authorem ſequutus ſcribit circa pudendi alas conſiſtere, inflationi ſimilem, debili ac molli tumore, & aliquando alteram tantum, quandoque vtramque partem occupare, & ad contactum exhibere ſpeciem quandam fluctuantis humoris.

Τὸ δεγκολλύειον. vide κολλύειον.

Τὸ δεγμελι. aqua mulſa, aqua melle miſta. ſed miſtionis & conditutiæ variæ reperiuntur differentiæ. Alij duabus pluuiæ aquæ veteris ad vnam mellis partem additis ita inſolant. Alij fontanam aquam adijciunt & ad tertias partes decoquunt, & ita recondunt, aquam ad tertias decoctam pluuiali æquiparantes. Alii ex aqua niuali conficiunt, ad maiorem refrigerationem: & χιονόμελι appellant, quaſi è niue factam. Columella li. 12. cap. 12. parandæ aquæ mulſæ rationem apertiſſime explicat his verbis, per ſe facienda erit optimo melle aqua mulſa. Hæc autem non vno modo componitur. Nam quidam multos ante annos cœleſtem aquam vaſis includunt, & ſub dio in ſole habent: deinde cum ſæpius eam in alia vaſa transfuderint & eliquauerint (nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod craſſamentum in imo ſimile fæci reperitur) veteris aquæ ſextarium cum libra mellis miſcent. Nonnulli tamen cum auſteriorem volunt efficere guſtum, ſextarium aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt, & ea portione repletam lagenam, gypſatamque patiuntur per Caniculæ ortum in ſole quadraginta diebus

esse, tum demum in tabulatum, quod fumum accipit, reponũt: nonnulli quibus curæ non fuit cœlestem inueterare aquam, recentem sumunt, eamque vsque ad quartam partem decoquunt: deinde cum refrixerit, si dulciorem mulsam facere volunt, duobus aquæ sextarijs sextarium mellis permiscent: si vero austeriorem, sextario aquæ dodrantem mellis adijciunt, & his portionibus factam in lagenam diffundunt, eamque, vt supra dixi, quadraginta diebus insolatam, postea in tabulatum quod suffumigatur reponũt. Hæc quidem Columella, cui non dissimilia Palladius tradidit. Sed animaduertendum est id ὑδρόμελι esse conditiuum & inueteratum, quodque ad vsum familiæ confici & seruari consueuerat. Eadem enim quas mulsum, vires possidet, & vetustate saporem vini assequitur, vsumq; præstat, ætate media adynamo vino aut loræ in recreandis viribus respondens. Id proprie ὑδρόμελι vocari Dioscorides scripsit, itemque Plinius, qui vinum etiam appellat, propter saporis & virium similitudinem. Sola vetustate differt ἀπὸ τοῦ μελικράτου, quod aqua mulsa est subita & recens, cum vtriusque eadem mistionis ratio fuisse videatur, impares autem vires & vsus diuersus, id quod ex Dioscoride perspicuum est. Nec desunt, inquit Dioscorides & Columella, qui ὑδρόμελι appellent quod à melle elutis aqua fauis cõfici seruarique solet. Verum id ἀπόμελι est, de quo supra suo loco.

Τὸ ὑδρόμηλον. hydromalum. Genus potionis est sic dictæ à malis cotoneis quæ Græci μῆλα vocant. Sed non vna conficiendi ratio traditur. Dioscorides fieri dicit duabus mensuris aquæ coctæ & sub Caniculæ sydus insolatæ, additis ad vnam melomelitis facti ex cotoneis. Oribasius parati scribit succi cydoniorũ sextarijs quatuor, mellis octo, aquæ duodecim simul mistis & insolatis sub Canicula. Paulus duas habet compositiones, vnam quæ recipit succi cotoneorũ exemptis nucleis contusorum sextarios duos, mellis tres, aquæ quatuor: incoquuntur despumando ad tertias. Alteram vero quæ fit hoc modo: malorum cotoneorum frustulatim incisorum nucleis ablatis pondo quinque, in aquæ fontanæ sextarijs decem coquuntur dum intabescant, deinde refrigerata eximuntur, expressoque succo proijciuntur: aquæ modo dimidia mellis mẽsura temperatur, iterumque incoquitur despumando, quoad octaua portio absumpta fuerit. Aetius cydonia contundit, & colati succi sextario adijcit mellis sextarios duos; aquæ pluuiæ ad tertias coctæ sextarios tres, sed eo ordine, vt primum aquam decoquat, deinde mel adijciat, cumque simul efferbuerint spumaque omnis adempta fuerit, & ab igne semota refrigerari cœperint, malorum succum adijciat. Postea fictilibus excipit, oblinit, & in cella vinaria reponit, eoque vtitur post dies quadraginta. Paulus monet etiam ex malis dulcibus à quibusdam parari, Aetius vero ex crustuminis quoque & alijs pyrorum generibus, & quandoque etiam rosas admiscerí resectis vnguibus, inque eo per noctem & diem macerari, deinde excolatum asseruari, nec acescere. Cæterum proprie dictum ὑδρόμηλον refrigerat, adstringit, prodest stomacho, dysenteriæ, hepaticis, renum vitijs & vrinæ difficultatibus.

Τὸ ὑδρόμηλον κυδωνιατικὸν. dictum ἀπὸ κυδώνης quod fugiendum esse ait Trallian. propterea quod vt Paul. ait οἰνώδης esset; hoc hydromelum vinosum ex Cibyra asportari in paruis vasculis inquit Paul. libr. 3. cap. 6. quodque in phrenitidis cura repudiandum esse ait, vt quod grauiores vino noxas in talibus excitet & maxime in capitis affectibus.

Τὸ ὑδρόμφαλον. est superuacui humoris circa vmbilicum collectio. Continetur interdum humor hic sub vmbilico, indeque in tumorem attollitur.

Species est τοῦ ἐξόμφαλου. vide ἐξόμφαλος.

Τὸ ὑδροπίπερι. hydropiper. planta est apud aquas nascens stagnantes, aut pigro lapsu repentes. Caulem edit geniculatum, solidum multis alis concauum: folia menthæ, maiora, molliora candidioraque, gustu piperis, acri, citra tamen vllam odoris gratiam: fructum acrem, in surculis paruis, prope folia racematim cohærentem, Ruellius eupatorium esse arbitratur. alij persicariam esse putant. Scribit Galenus hydropiper à locis in quibus nascitur, & à similitudine quæ illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum esse. Cæterum calidum est, sed non tantum vt piper.

Τὸ ὑδρονοῦσος. vox à quibusdam vsurpata vt Epidemicum illum sudorem Anglicum significarent qui & ὑδρωπύρετος fuit à nonnullis vocatus, vide ὑδρωπύρετος.

Τὸ ὑδρόδινον. aqua rosaceo oleo mista. Sumpta refrigerat cietque vomitionem. Datur à Galeno ijs qui pharmaca deleteria hauserunt, si post vomitus ventriculus videatur vri.

Τὸ ὑδρόσακον. potio est ex rosis facta. Conficitur autem apud Paulum ex libris IIII. rosarum à quibus vngues fuerint exempti, aquæ sextarijs v. mellis sextarijs II. Aliter Oribasius, miscẽs mellis optimi libras XXX. foliorum rosarum libras X. aquæ fontanæ libras L X. Coquit aquam donec ferueat, & exempto ab igni vase rosas injcit, tum vas occludit donec perfecte cocta sint, postea defæcatis rosis mel seorsum coctum despumatumque earum decocto infundit. Aetius in eo conficiendo aquę pluuiæ sextarios IX. coquit donec tres supersint, in quos rosarum per diem noctemque præsiccatarum libram vnam conijcit, & vas pluribus operimentis probe contectũ asseruat. Sequenti die aquam excolat, & rosas non expressas abijcit, & mel in mortario, contritum aquæ immiscet, totumque fictilibus vasis recentibus crudisque exceptum, paucorum dierum spatio insolat, & in cella vinaria reponit. Hoc multo efficacius quam mel rosaceum frigefacere scribit. Sed omnium delicatissime Actuarius ὑδρόσακον componit, aquę libris X. zacchari libris V. Coquit donec spissa euadant, deinde addit succi rosarum libram vnam. Sic febribus apprime vtile esse scribit.

Hæc compositio inter iucundas potiones à Paulo refertur lib. 7. cap. 15. Fuschio vero annotante in Nicolaum, vox hæc composita est ex ὕδωρ & σάπω, id est denso, vt hæc vox densatum liquorem denotet, sicque plane cum serapijs conueniat quæ sunt medicamenta ex aqua & aromatis cum melle vel saccharo donec concreuerint ac densentur cocta.

Τὸ ὑδροφοβία ἡ

Τὸ ὑδροφόβος. aquæ metus. Symptoma est morsus rabiosi canis. Alijs statim, alijs quadragesimo die, alijs etiam serius superuenit. Sed nemo eorũ qui

à rabioso cane demorsi fuerint immunis ab ea affectione est, qui neglexerit aut male subierit curationem, idque maxime si corpore fuerit cacochymo & melancholico. In tantum autem aquam (nec eam modo vt fertur, sed omne etiã liquoris genus) metuunt, vt ea visa animo vehementissime perturbentur. Res quidem admiratione digna, cum ita affecti canibus fere similes euadant non modo rabie, latratibus & morsibus æque pestiferis, quibus obuiam factos petunt, sed calida etiam siccaque intemperie & siti. Huius causas qui inuestigarunt, existimant eos aquam tantopere auersari, quod in ea, tanquam in speculo, intueantur se rubenti facie, toruis oculis, & supra humanum morem efferatis. Vnde non aquam modo, sed quicquid etiam pellucidum est, abhorrent. Alij dicunt fieri in ijs hydrophobiã quod canis à quo demorsi sunt, imaginem in aqua cernere sibi videantur. Nam, vt fertur, cum philosophus quidam eo affectu laboraret, & falso, sicut cæteris, canis species ante oculos obuersaretur, & propterea à bibendo deterreretur, animum fortiter recolligens, secumque reputans quam absurdum sit canem in balneo versari, aquam intrepide bibisset, sitimque explesset, curationem est consequutus. Alij metum aquæ gigni docent ex immodica siccitate, quasi in contrarium habitum mutata penitus humida eorum substantia. Sunt qui vanam esse huius rei causæ inquisitionem dicant, ipsamque ὑδροφοβίαν nihil aliud esse quam insaniæ ex atra bile genus. Est enim magna huius veneni cum eo humore similitudo, notumque est valde differentes esse melancholiæ differentias, cumque omnium melancholicorum communis sit metus, alios tamen alia timere.

» Miserrimum morbi genus inquit Celsus l.
» 5. cap. 27. in quo simul æger & siti & aquæ metu
» cruciatur, quo oppressis in angusto spes est, sed
» vnicum tamen remedium est, non opinantem in
» piscinam non ante ei prouisam proijcere: Plura
» illic Celsus. Quod si de hoc symptomate rabiosi
» canis plura voles, lege Mercurial. l. 1. Varia. sect.
» c. 2. qui pluribus disputat, fueritne antiquis no-
» tum nec ne.

Τὰ ἕρπα, τὰ, latine sudamina & papulas siccorum
» nuncupare possumus; Sunt autem ea authore
» Gal. 5. aphor. comment. 21. ex genere exanthe-
» matum in summa corporis cute hærentium,
» quæ ἐκπυοῦσι id est vicerose cutem exasperant,
» proueniunt autem vt & ipsum ostendit nomen
» propter multos sudores qui vel biliosiores vel
» omnino mordaciores existunt, mordẽt enim hi
» cutem & prurigiosam efficiũt: Notissimus sa-
» ne affectus & pueris iuuenibus præsertimque
» temperamento calidioribus, a dueniens præ cæ-
» teris in collo pectore brachijs & femoribus,
» quanquam etiam & in toto corpore dicuntur &
» ἰδρῶτα vide suo loco.

Τὸ ὑδροπικὸν ἁπάντων, ἢ σκληρύδους. hydrops à partibus
» patientibus nomen ducens hoc est iecore vel lie-
» ne vt ait Cæl. Aurelian. l. 3. Ø cap. c. 8.

Τὸ ὕδρωψ morbus est in tumorum genere præter naturam. Verum tumor alias totius corporis est, interdum autem ventris. Ille perpetuo ab humore, hic etiam aliquãdo à flatu excitatur. Quo fit vt triplex sit omnis hydrops. Alius enim fit humore per totum corpus effuso, qui ἀναπάρκης, & ἀποσαρκίδιος, & σαρκίτης, & λευκοφλεγμασίας dicitur: alius solo ventre aqua distento, qui ἀσκίτης: alius vero solo ventre flatu pleno & tumente, qui τυμπανίας siue τυμπανίτης appellatur. Sed omnium quidem communia fere sunt ista, quod iecinore vehementer refrigerato oriantur, sintque deprauatæ sãguificationis symptomata siue primario propter phlegmonem, aut scirrhum, aut aliud vitium iecur male affectum sit, siue lege consortij quod illi cum alijs partibus intercedit, quodque omnis à cachexia initium sumat. Fieri quidem non potest vt hydrops vllus citra hepatis refrigerationem gignatur: id quod illi contingit tum per se, tum etiam liene aut ventriculo refrigerato. Compatitur præterea aluo & intestinis, maxime ieiuno, pulmoni, renibus, & septo transuerso. Sed & immodica per hæmorrhoidas, aut vterum, aut dysenteriam sanguinis vacuatio hydropem gignit, sicut & consuetæ vacuationis suppressio. His enim de causis refrigeratur hepar, post vero aliquando & durum fit. Quamuis autem frigida intemperies hydropem pariat, omnes tamen hydropici & febricitant & sitiunt, quod humor circum viscera deses nec per flatus salsedinem putredinemque colligat. Sed febris quamuis assidua, lenta tamen est, cum pulsu paruo. Ad hæc omnes spirandi difficultatem, tumorem, grauitatem, colorem vitiosum, cibique fastidium incurrunt. Cæterum tres illæ hydropis species manifestis ab inuicem distinguuntur differentijs. Ἀναπάρκης toto corpore exæquo tumet, redditque corpus laxum, pallidum & emortuo simile, & si digitum in carnem paulo altius adegeris, cauitatem ibi impressam diutissime retinet. Causam habet proximam aquosum humorem, partim à iecinore manantem, partim à tota carne corporis veluti in aquam resoluta. Ἄσκιτης est abdominis ab aquoso humore distentio. Colligitur ille inter peritonæum & intestina veluti in vtre quodam, vnde morbo nomen. Habet autem nonnihil spiritus secum admistum. in eo cum venter supra modum intumescat, reliquum corpus alimentum non sentit & consumitur. Aliquando tamen inualescente morbo tumor ad femora vsque procedit, & pedes scrotumque inuadit. Occupat nonnunquam & thoracem, id quod fit non tam ex propria alcitis ratione, quam ex complicatione hydropis anasarca cum eo. Hæc enim iam tantillius tudimenta. Sed qua ratione tumor eo loco colligatur, video dubitari. Mihi quidem videtur is & à iecinore & ab intestinis & ab omento reliquisque partibus non nisi aquam loco sanguinis habentibus in eam capacitatem exudare & sensim colligi. quod non debet magis mirum videri quam tius humoris portionem nonnunquam in femora & in pedes, maxime post inambulationem, interdum in scrotum, veluti cuniculis sibi insitatam viam parare, & nonnunquam in thoracis spatium æque in vterum irrepere. Τυμπανίας abdomen multo flatu distendit, non tamen sine vllo prorsus humore, cuius etiam aliquid omnino remistum est. Initio inflationis cuiusdam speciem tantum apparet, postea vero flatus inspissatus & veluti nubilus euadit, vnaque cum flatu humor etiam quodammodo nubilosus coaceruatur. Totus venter circumquaque tensus est, & percussus tympani modo sonat.

Hic hydrops ab Hippocrate ſiccus nominatur. Omnium autem periculoſiſſimus perhibetur à Græcis medicis, quod, vt arbitror, maior iecinoris ſiccitas eũ pariat, quæ imbecillima omnino qualitate tollenda curandaque venit. Auicenna vero neſcio quam rationem ſequutus aſcitem cæteris periculoſiorem eſſe pronunciauit.

Apud Hippocr. lib. 2. Epidemiõn Dioſcorides oxytonos legit ὑδρώψ: eoque vocabulo ſignificari dicit τὸν ὑδρωπικὸν, eum qui hydropis ſpeciem præ ſe fert.

» Vt refert Galen. ἐν γλώσσαις.

» Eſt & ὑδρωψ εἰς αἰμάδα morbus qui alias ἀλλαντὸς

» & διαβήτης vocatur, Plin. vrinæ profluuium.

Τὸ ὑδρωψ. etiam apud Galen. 3. de cauſis ſymptom.

» dicitur ſeroſa illa & mucoſa proluuies quæ in

» partu egeritur: Hippocrati ὑδρωψ αἱματώδης li.

» 2. περὶ γυναικ. ab eodem τὰ ὑδατώδη in Coacis vt ſu-

» pra notauimus.

Τὸ ὕδωρ. aqua. Eſt corpus ſimplex omnium humidiſſimum & frigidiſſimum: (nec tamen aqua, vti nec aliud vllum elementum, ita ſimplex eſt vt ad amuſſim ſyncera ſit, ſed ad ſenſum duntaxat comparata) tam enim pura eſt, vt nemo alterius cuiuſuis rei miſturam in ea deprehendat. Ac cum aqua quidem ſimpliciter dicitur, eam intelligere oportet quæ reuera dulcis & inſipida eſt, & quam ἄπιον Græci appellant, hoc eſt, quæ nec guſtu nec olfactu alienam vllam qualitatẽ præ ſe fert, ſcilicet quæ nec ſalſa, nec acida, nec acris, nec male olens, nec putris, nec alio quouis modo inſuauis eſt, ſed omnis penitus qualitatis eſt expers, & omnis alterius rei mixtione caret, quæ guſtu aut olfactu deprehendi poſſit. Eſt autem etiam pellucida, minimeque cœnoſa, ſed veluti diligentiſſime colata, & ab omnibus quæ innatare ſolent tamentis libera. Huiuſmodi igitur aqua ſecundum naturam ſuam humida frigidaque eſt, & potui iucundiſſima, atque omnium guſtabilium qualitatum media & veluti regula: facile coquitur, non obſtruit viſcera, ſed per ea celeriter tranſit atque in vniuerſum corpus diſtribuitur, & quia dulcis eſt, nullaque qualitate maligna prædita, non poteſt eſſe inſalubris. Eius documentũ nobis dedit Hippocrates, ſcribens aquam quæ cito caleſit & rurſum cito refrigeratur, leuiſſimam eſſe, leuitatem quidem non ponderis æſtimans, ſed partiũ potius tenuitatẽ, quodque in ſeipſam contrarias qualitates facile recipiat. Siquidem aqua quemadmodum & cibus, quanto facilius alterari poteſt, tanto habetur præſtantior. Talis autem aqua ſicut cito alteratur, ita ſi quid in ea caleſiat, cito caleſit, ſi quid incoquitur, cito coquitur: in qua enim tardius aliquid coquitur, cruda, frigida crudaque eſt, & in præcordijs diutiſſime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur & corrumpitur, & ventriculi robur diſſoluit, vt deterius proinde concoquat: ſed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere conducit, dicturque à veteribus ἀπεπτοῦν ſiue δυσπεπτεῖν ὕδωρ, hoc eſt indomita atque inedibilis aqua, perinde ac ipſa legumina quæ difficulter elixantur. Aqua igitur quæ ἄπιον & tenuis eſt, aqua proprie & ſimpliciter nuncupatur, omni vitio carens à quo aliæ non ſunt immunes. Sunt autem aquarum duæ ſummæ differentiæ, vna potabilium, altera earum quæ bibi non poſſunt. Earum quæ bibuntur, quinque ſunt in vniuerſum ſpecies, ὄμβριον, πηγαῖον, φρεάτιον, ποτάμιον, λιμναῖον: hoc eſt, pluuia, fontana, putealis, fluuialis, paluſtris. Eſt autem aqua pluuia authore Hippocrate lib. de aere, locis & aquis, leuiſſima, dulciſſima, clariſſima & tenuiſſima, quod quicquid leuiſſimum tenuiſſimumque eſt, à ſole ſurſum trahitur. Attrahit autem ſol non ex aquis modo, ſed ex alijs etiam corporibus. Quo fit vt ea aqua omnium facillime putreſcat, vt quæ differentibus admodum qualitatibus prædita ſit: nec tamen propterea damnanda venit. Siquidem prompte alterabile eſſe plus habet laudis quam vitij, ſi modo nõ deſint alia bonæ aquæ indicia quæ paulo ante explicaui. Eſt autem ſtatim vt decidit excipienda colandaque. Galenus tamen lib. 4. ſanitatis tuendæ aperte ſcripſit ſe aquam pluuiam non probare, ſed fontanam præferre: niſi quis velit id Galeni dictum non ad quemlibet aquæ pluuiæ vsũ, ſed ad ſolius apomelitis confectionem referendum eſſe, quod præter cæteras dotes extergendi, vrinas mouendi, & bilioſa per aluum deijciendi facultatem habere debet. At vero aqua pluuia neque exterget, neque concoquit: modice autem adſtringit atque excretiones cohibet: eadem etiam facile in bilem vertitur. Sũt autem aquæ pluuiæ tres differentiæ, vt habetur apud Hippocr. lib. 4. ἐπιδημιῶν, θερινὸν, βεβρονταῖον, λαιλαπώδης, id eſt, æſtiua, tonitrualis & procelloſa. Harum æſtiuam cæteris præfert, quod, vt annotat Galenus, humor per æſtatem calore attenuatus, & in halitus inuiſibiles diſſipatus, atque idcirco clam nobis in aerem ſubuolans, ac deinde propter mediæ regionis frigiditatem, ventoſque reflantes & denſatum aerem iterum craſſeſcens eam pariat. Id quoniam æſtate contingit, cuius mediam partem ὥραν κατ' ἐξοχὴν veteres nuncupabant, ὡραῖον ὕδωρ, aqua eo tempore delapſa, ab Hippocrate appellatur. quo nomine idẽ quod θερινὸν ſignificat. Secundum eam τὸ βεβρονταῖον, id eſt tonitru excuſſa aqua habetur, quia per tonitru nubes impelluntur, colliduntur inter ſe, ignis & fulmina emicant, vnde tenuior & leuior aqua redditur. Quorum nullum quia in nimboſa aqua ineſt, ideo eam malam eſſe Hippocrates aſſeuerauit: ſiquidẽ eo cœli ſtatu vna continua atraque nubes totum aerem occupat, quæ nec concurrit & decertat cum alijs nubibus, nec aerem calidum intra ſe incluſum continet.

Πηγαῖον, hoc eſt fontana, optima eſt ijs qualitatibus quas initio expoſui prædita, præſertim cuius fons ad orientem ſolem erumpit, quæque per meatum aliquem mundum aut puram colatur terram: ſicut è contrario mala eſt, ægre concoquitur tardique tranſitus eſt, cuius fons è petra ſcaturiens contra ſeptentrionem fluit, ſolemque auerſum habet.

Φρεάτιον, hoc eſt putealis, frigida, craſſa, terreaque eſt, difficulter excernitur, & ægre digeritur.

Ποτάμιον, ſiue πηγαῖον, id eſt fluuiatilis, omnis perhibetur mala, excepta Nili aqua, quam omnibus bonæ aquæ dotibus inſignitam eſſe veteres commemorant, cum nali orũ fluui aquæ ægre concoquantur, ſiccent & ſiti cruſoſæ ſint, niſi fluuij ipſi per fontes perpetuos fluant, & alijs fluuijs non miſceantur.

Λιμναῖον autem, hoc est palustris aqua, quoniam cœnoso in alueo continetur, limosa & grauis est, & quia non agitatur, velut mortua & semiputris. Possunt tamen in melioris aquæ inopia vitia hæc coctione emendari, sicut Galenus docuit comment. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν.

His addi possunt τὰ ἀπὸ κρυστάλλου καὶ χιόνος, id est, aquæ à glacie & niue manãtes, quas deterrimas esse Hippocrates eodem libro scriptũ reliquit. Cum enim, inquit ille, semel concretæ fuerint, non amplius in pristinam naturam redeunt: sed quod in ijs clarum, leue, dulceque est, excernitur & dissipatur: quod vero graue & turbidum est, relinquitur. Cuius rei hoc argumentum est, quod si aquam certo pondere frigoribus exposueris & postridie congelatam calido in loco reposueris quo liquescat, eam vbi liquata fuerit, multo pauciorem reperies. Quæ vero bibi non possunt aquæ, multorum generum sunt: θαλάττιον, σπιδεώδης, ἀστριπτώδης, χαλκανθώδης, νιτρώδης, θειώδης, hoc est, marina, aluminosa, bituminosa, nitrosa, sulphurea. Harum marina propter salsedinem bibi non potest, atque si bibatur nõ concoquitur, hæret præcordijs, incendit viscera, sitim ingentem excitat. Neque enim veluti aqua dulcis frigida humidaque est & partium tenuium, sed tantum ab ea distat, quanto plus salis habuerit. eam enim ob causam aqua maris mortui longius recedit à facultatibus aquæ dulcis quam aqua marina, quod multo plus salis contineat.

Similiter de reliquis aquarum differentijs iudicandum est, quæ pro mistionis qualitate & modo plus minusue à facultatibus aquæ dulcis & potabilis recedunt, nouasque comparant. Siquidem aqua per loca aluminis, bituminis, atramenti sutorij, nitri sulphurisque plena permeãs, huiusmodi substantiæ aliquid abstergit secumque trahit, à quo ipsa inficitur, & natiuis qualitatibus exuta alienas acquirit. Quamuis autem hæ omnes aquæ bibi non possint, sunt tamẽ magni in medicina vsus, siue siccandum, siue calefaciendum, siue etiam adstringendum est, vt in singularum rerum explicatione videre licet.

» Huiusmodi aquæ supra commemoratæ ἄτεχνα
» vel ἀτέχνη, id est, inartificiosæ appellantur 6.
» Epidem. de quibus plura Galen. eo loci com-
» ment. 4. textu 19. seu & αὐτοφυῆ quasi sponte nata
» 1. de simpl. facult. c. 17. qua & voce minera-
» les siue medicatæ vocantur.

Τ῎ὕδωρ ἀφεψημάτων. aqua decocta, decoquendi modos
» & vtilitates pluribus exponit Galen. comment.
» 4. in 6. Epid. textu 10.

Τ῎ὕδωρ βοῤῥᾶν. aqua edax siue vorax Hippocr. 6. Epid.
» Ita vero nuncupatur quod nos voraces reddat,
» nimirum inquit Galen. in comment. quia ab illa
» cibi appetitiones excitantur, sicut à frigido quo-
» uis cibo vel astringente.

Τ῎ὕδωρ γλυκύ. aqua dulcis sic apud Dioscorid. lib. 5. c.
» 18. aqua appellatur, non quidem γλυκέος voce in
» propria significatione accepta, sed quomodo in-
» terdum Philosophis æque ac medicis vsurpari
» consueuit, quam enim dulcem eo loci Diosco-
» rid. intellexit non quæ vere proprieque sit dul-
» cis, sed quæ saltem sit ἥδιστα τῶν πότων vt loqui-
» tur Paul. lib. 1. c. 50. seu τὴν γένοιτ' ἂν ὑγιεινοτάτην licut
» Aet. lib. 3. c. 165. Potest & dulcis aqua eiusmodi
» non tantum comparate dici ad salsas aliaue qua-
» lite præditas aquæ rationem, sed quæ licet insipida suapte natura, dulcem tamen saporem facile possit suscipere, nam & eadem ratione, pituitam insipidam, dulcem nonnullis cognominare libuit.

Τ῎ὕδωρ μαλακόν. aqua mollis Hippocrati libro de aere aq. & loc. sic vocatur ea quæ radijs solaribus illustrata, cocta & veluti subacta fuit.

Cæterum quod spectat ad significationem vocis ὕδωρ, sic & ea voce appellatur aqua intercus apud Dioscor. lib. 4. c. 173. his verbis καθαίρει κάτω χολὴν καὶ φλέγμα καὶ ὕδωρ.

Τ῎λη. hoc voce cibi concocti fæces significantur apud Plutarch. sympos. 6. problem. 2.

Τ῎λομανεῖς. sic Græci appellant oleas quæ nimia ramorum petulantia sylueſcunt, aut sine fruge luxuriant velut insanæ.

Τ῎μὴν. membrana. Est pars corporis simplex, alba, neruosa, lata, plana, valida, tenuis facileque dilatabilis. Hanc Græci nunc ὑμένα, nunc χιτῶνα, nunc μήνιγγα indifferenter appellant. Res enim eadem est, sed rationes diuersæ. Nam cum partem aliquam vestit, χιτὼν: cum cerebrum foris integit, μήνιγξ, alias ὑμὴν dicitur. Est autem omnium corporis membranarum amplissima cutis, partium subiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum: quanquam composita sit ex neruo, carne, venulis, & alicubi arteriolis: sed ante cutim ἐπιδερμὶς sensu destituta, ex cutis excremento producta & tota cuti supertensa. Præter hanc autẽ singuli etiam musculi suas habent membranas siue tunicas, ex neruorum tunica exortas, aut etiam ex periosteis ligamenta in musculos deducentibus. habet & cranium membranam suam dictam ἐγκράνιον, quæ ex meninge crassa conflata totum cranium ambit. Insunt & oculis suæ membranæ, ἀμφιβληστροειδὴς καὶ κερατοειδὴς καὶ χοροειδὴς siue χαλκοειδὴς, ex cerebri meningibus efformatæ: ad hęc ἀμφιβληστροειδὴς, & quinta candidissima, humorem crystallinum vndique ambiens. Habet & palatum & os suam à neruo quartæ coniugationis contextam. Habẽt & fauces & epiglottis & larynx & aspera arteria suam cum interna œsophagi & ventriculi tunica continuam, tenuem, densam modiceque siccam, villis rectis constantem. Habet & tota rhachitis productam ab vtraque meninge. Spondyli vero ex seipsis membranam tertiam habent crassissimam, ex ipsorum ligamentis natam qua aduersus omnes iniurias communiuntur. Similiter & ossa reliqua membranã suam vel ex suis ligamentis producunt, vel ex pericranio huc vsque continuato, à quo etiam ἀκτεζωκὼς & ὠμόπλατος proficisci possunt videri. Habẽt vero & proprias membranas singula viscera, quas & tunicas appellare licet. Sunt autem & in membranarum numero νύμφη, quæ pudendo muliebri inest, & χρεῖον & ἄμνιος & δηλαντοειδὴς, & præterea in toto corpore quamplurimæ: Ex membranis autem quædam villos habent, vt venarum, arteriarum, œsophagi, ventriculi, intestinorum, vteri, ambarum vesicarum tunicæ propriæ, cutis, membrana carnosa, tunica interna asperæ arteriæ, epiphyses membranarum in orificijs vasorum cordis, tunica tertia & extima rhachitidis: & harum quidem villorum genus vnum longũ, transuersum, obliquum, vel solum habent vel præcipuum, quædam duo, alia etiam tria. Aliæ vero villis carent, suntque in omnem partẽ papyri modo diuiduæ & simplices & vndequaque

araneis figura similes vt meninges, pericranios, perioſteos, ſubcoſtalis, peritonæos, & quæ ab his duabus plurimæ naſcuntur, & quæ tres fœtui ſunt deſtinatæ, licet harum non paucæ colligentur tum ſibi tum vicinis partibus per villoſa quædam aut membranoſa ligamenta, tum cuti tum intercedenti paſſim adipi, tum muſculis, tum partibus alijs ſubiectis. Quin & ipſa membrana alicubi carnoſa magis effecta fit muſculus, vt in muſculo colli totius & faciei lato.

Τ ὑμὴν. etiam dicitur membranula in muliebri pudendo quæ ſic ab Anatomicis deſcribitur: membrana ſcilicet tenuiſſima neruea, venulis conſperſa, quibus laceratis in primo coitu ſanguis effluit. Cervicis orificio prætenditur, vndique cervicis parietibus adhærens, & in ſui medio foramen relinquens ad menſtrui ſanguinis excretionem, nonnunquam magno ſanitatis detrimento continua eſt, interdum foraminulenta, inſtar cribri ex Veſalio; hanc membranam Arabes, Auicenna & Auerroes agnouiſſe videntur, dum referunt ante puellæ corruptionem extare in matricis collo panniculos ex venis & ligamētis valde ſubtilibus cōtextos, quos mas ſuo ariete in primo coitu diſrumpit. Inter recentiores Anatomicos Veſalius & Fallop. In omnibus virginibus hymenem inueniri ſtatuunt, alij multi obſeruarunt. Sunt tamē qui negent ſimile quid inueniri, ſed pro hymene ſubſtituant quatuor carunculas membranulis quibuſdam coeuntes, quæ florem virgineum caryophillo nōdum explicato perſimilem conſtituunt; quibus membranis laceratis & carunculis diſiunctis & velut attritis flos virgineus perit. Varolius per hymenem intelligit, mēbranoſam copulam quæ alas pudendi inferiori parte connectit & in primo coitu relaxatur: De hymene plura docta leges in ſchola Anatomica Riolani, vbi an & certa ſint virginitatis indicia ex hymene quæritur.

Τ ὑμὼν ὑπαναστάσεις. inter oculorum affectus à Galeno reponuntur, quaſi diceres membranarum rebelliones vel inſurrectiones; intellige autem earum præter naturam exuberantiam.

Τ ὑοειδὲς. eſt os bicorne pluribus oſſiculis contextum, in ſimilitudinem literæ υ, ad radicem linguæ ſitum. Nomen habet ab hac ſimilitudine, à quæ etiam quibuſdam dicitur ὑψιλοειδὲς. Sunt etiam qui καμβοειδὲς appellant, cornmuni cum capitis ſutura nomine, à litera Λ, quæ inuerſa nō eſt valde diſſimilis ab ὑψιλῳ. firmamentum eſt muſculorum linguæ & laryngis. Os namque eius maximum, quod totius oſſis velut baſis eſt, anteriore parte ad ſecuritatem gibbum eſt, poſteriore linguam ſpectante cauum, ad continendum. Huic autem alia duo vtrimque oſſicula, velut duo cornua, vniuntur: vnum breuius & & inferius, oſſe vnico conſtans, in thyreoidis (eſt autem laryngis cartilago) apophyſim prælongam inſerto: alterum gracilius, longius, rotundius, oſſiculis tribus vel quatuor colligatis inuicem, ad ſtyloidis radicem aſcendentibus conflatum. Quo loco quibuſdā præſertim mulieribus ligamenta ſunt tantum ſine oſſiculis, ab oſſe hyoide ad ſtyloides aſcendentia. Eſt autem os hyoides quadrupedibus multum diuerſum ab humano.

Dictum eſt os iſtud φαρύγγεθρον quod pars ſit maxima, vt ſcribit Galen. Herophilus πυξωτὸν appellabat, fortean quod linguæ & laryngi aſſideat; eſt enim firmamentum muſculorum linguæ & laryngis & huic oſſi tanquam fundamento lingua innititur.

Τ σκύαμος. Apollinaris herba & altercum, vt ait Scribonius Largus. frutex eſt caulibus craſſis, folijs latis, oblongis, conciſis, nigris. flores emittit è latere caulis, ordine prodeuntes, tanquam punicorum cytinos, ſcutulis ſeptos, ſeminū plenos vt papaueris. Tria huius genera: vnū floribus pene purpureis, folio ſmilacis, nigro ſemine, cytinis duriuſculis & ſpinoſis: alterum floribus effigie mali, ſemine ſubflauo, vt irionis, floribus lutels, folijs & folliculis ſimpliciorib. Ambo inſaniam, capitis vertigines & ſoporem gignunt, ideo in communi vſu damnantur. Tertium genus, vt quod mitiſſimum eſſet, medici recepere, pingue, lanuginoſum, molle, candidi floris ſeminiſque, in maritimis rūderibuſque naſcens. Cuius occaſio ſi non adſit, rufum vſurpari oportet: nigrum, vt deterrimum improbatur. ὑοσκύαμον Græci vocant, quaſi fabam ſuillam, quod paſtu huius herbæ reſoluantur & conuellantur apri, vt prodit Ælianus.

Sed & remedium nouere, aquas enim ſtatim adeunt & cancros venantur, atque ita protinus ſaluti reſtituuntur, aquā ſe copioſa intus foriſque proluentes. Cęterum hyoſciamus à Græcis μανιόπιος vocatur vt ait Apuleius, quod ipſum aſſumentes mittat in furias & rabidos furores, ait Serenus Poëta, vnde inter venena Dioſcor. collocauit Alexipharm. c. 15. Illi vis eſt refrigerandi ad tertium vſque gradum.

Τ ὀφθαλμὸς. dicitur authore Dioſcorid. & Apuleio, aſter Atticus, quaſi ſuis oculus: quod totus eius flos animalis huius oculum referre videatur.

Τ ὀφθαλμὸς. eſt etiam gemma ex ſpecie τ ἀχάτ, ſic dicta quod intus ſuillum oculum exprimat.

Τ παχυκὰ. ea vocantur quæ aluum ſubducere ſunt idonea Paul. lib. 1. c. 44.

Τ πάλεπτον. dicitur omne medicamentum quod illini poteſt: vt explicat Gal. in lexico Hippocr.

Τ πάλεπτρον. eſt inſtrumentum chirurgicum quo ſignificatur id omne quo ad illinendum vtimur, qualia ſunt ſpecillum, ſpathe, & quod δισπύριον dicitur, quæ omnia in ſummo capitulum habēt rotundum. Annotauit Galenus comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Τ πανσηρὸς οἶνος. vinum ſubauſterum Cæl. Aurel. lib. 3. τ χρον. c. 2.

Τ πάσχων ἕξις. Rigor ſubabſurdus, non conſentaneus non legitimus dicitur Hippocrati, hoc eſt, qui inter iudicationes mouetur cum naturæ legibus vacuationes criticas præcedere debeat.

Τ πεζώματα. ὑπόζωμα, id eſt ſubiectum eſt: vt explicat Gal. in lexico Hippocratis.

Τ περικὰς ὑμὴν, ἢ χιτὼν. ſuccingens membrana ſeu tunica: vtramque enim ſortitur appellationem, ſed membrana quidem ab eſſentia, tunica vero ab vſu nuncupatur. Siquidem araneæ modo prætenuis, ac ex toto ſibi ſimilis, coſtas ſuccingit: indumentum vero eſt, ceu tunica quædam omnium ſpirationis inſtrumētorum. Siquidem coſtas omnes, muſculos intercoſtales internos, phrenas, ſternum ſubungit & ſubtegit, & tunicam largitur pulmoni, aſperæ arteriæ, vti & œſophago, externam pericardio, arteriæ magnæ aſcendenti & deſcendenti, & venæ cauæ aſcendenti, quamdiu ſcilicet vaſa hæc per thoracem

feruntur. similiter quoque neruis tum à collo in phrenas, tum à cerebro in ventrem infernum descendentibus. Est autem ea tunica gemina, dextra ac sinistra, & vtraque dum sibi in medio thorace contigua est, cohærēs & vnita à medijs thoracis spondylis ad medium sternum fertur, thoracemque in duas partes æquales, dextram ac sinistram diuidit, ceu diaphragma quoddam & paries medianus. Quę autem costas succingit simplex non est, seu connata perioſteo costas ambienti, vt alia ossa vestire solet. Oritur autem vtraque succingēs tunica à ligamentis spondylorum thoracis, & mox parte sui altera inuicem connectuntur, & per thoracem medium, quem, vt dixi, in duo æqua diuidunt, feruntur ad sterni medium: inde vero vtraque ad suas costas & suam originem recuruatur, & vtris speciem refert. Verum eam aliqui à pericranio huc vsque continuato exoriri volunt; inter quos fuit Herodotus in lib. qui dicitur medicus, vt annotauit Galenus commentario in lib. 6. τ ἐπιδημιῶν. Venas & arterias ab azygo, arteria magna, mammalibus & phrenicis vasis parte sui his propinqua recipit: neruos autem à partibus dorsalibus quidem qua costas tegunt, phrenicis vero qua phrenas, septis è cerebro ortis cætera. Dicitur alio nomine à quibusdam ὑποπλεύιος, quasi dicas subcostalem.

Τ' περιληθίων. ὑποσυρραφῶσιν. hoc est, in se subuoluantur, vt annotat Galenus in lexico Hippocratis. Sed obseruandum quosdam codices habere ὑπιλληθίωσι: significatione non diuersa.

Τ' πεκτώματα. Hippocrates sic appellauit τῷ πρώτῳ Aphor. 14. lib. 1. suum sequens dogma, & omnium fere nobilissimorum Philosophorum, qui eorum, quæ animalia constituunt, elementorum ignem maxime vitæ esse causam existimarunt, sicut Galen. in comment. annotauit.

Τ' πελάτη. laurus Alexandrina.

Τ' περβολικὸν σχῆμα. hyperbolica figura: in ægrotantis decubitu hyperbolicas figuras appellat Galenus, quoties crura, aut manus, aut spina summe extenduntur, aut immodice inflectuntur; fiunt quippe hyperbolicę figuræ extentis admodum neruis, has damnat Hippocr. in prognost. Dum inquit cubantem ægrum offendi oportere à medico in latus dextrum aut sinistrum, ac manus ceruicem & crura paululum reducta habentem, & omne corpus molliter positum. comment. 3. in prognost. part. 15.

Τ' περίμετος. Hippocrati lib. 2. de morb. si, inquit, circa cerebrum venulæ ὑπερεμῶσι, superuomant; nomen quidem rectum morbo non est, neque enim fieri potest vt aliqua vena siue parua siue magna superuomat, nominant tamen & appellant ὑπερίμετον ceu superuomitum.

Τ' περικὸν. frutex ferulaceus, dodrantalis, rubens, folio rutæ, flore albæ violæ, luteo, qui digitis tritus sanguineum succum remittit, & αἱμοδόσιμον cognominatur. subhirsuta illi siliqua & tereti hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosi odoris. vulgo herbam sancti Ioannis appellant. A quibusdam κόρις etiam hyperi cum dicitur. Fit ex hyperico antidotus quædam sanans podagras & coxēdicum morbum, aliaque multa præstans, quæ describitur ab Aetio lib. 12. capite de antidotis podagricis.

Τ' πεινον. dicitur ab Hipp. & ὁ περικεκαθαρισμένος ἄνθρωπος & ipsa περίπνοος. id est, & homo supra modū purgatus siue vacuatus, & ipsa purgatio siue vacuatio modum excedēs. sic enim quidā enarrarunt illud, περίπνοος ἰσχαίνει. Similiter & μακρόπνοος & βραχύπνοος videtur dici bifariam. Author Gal. in lexico Hippocratis. Erotianus habet περιπνόμενος, quod itidem exponit, περίπνοος καθαιρόμενος, qui supra modum purgatur. à verbo πνέω siue πνεῖν, de quo supra suo loco.

Τ' περκάθαρσις. est purgatio immodica ex medicamento. In causa est vis nimia medicamēti, quod vasa ad ventrem attinentia mordens, & aperiēs, & continenter irritans atque conuellens corpora, vasorum vires dissoluit. Sed cum initio vasa modice pateant, nec multum imbecilla sint nō nisi quod tenuissimum est minimeque naturæ familiare excernitur. Tandem vero vasis tum multum dehiscentibus, tum imbecillioribus redditis succedit eorum vacuatio quæ sunt naturæ chariſſima. Quamobrem flaua bilis primo, deinde pituita, demum atra bilis, postremo sanguis, quem natura habet familiarissimum, excernitur, primum quidem tenuissimus, deinde vero crassissimus. Itaque medicamento dato pituitam ducente, si immodicā fiat purgatio, primum flaua bilis, mox atra vltimo loco sanguis excernitur: Si vero quod flauam bilem ducat exhibitum sit, pituita sequetur, tertia atra bilis, quartus tandem sanguis. Quod si medicamentum datum sit atram bilem purgans, eam quidem primum vacuabit, deinde flauam, postea pituitam, postremo sanguinem, tanquam exinanitis iam vasculis effluentem. Cum enim ea non amplius in se continere alios succos præ imbecillitate possunt, eorum vero ora aperta fuerint, nec irritare medicamentum desinat, nec familiarem præterea succum possit attrahere, necesse est reliquos eo ordine quem diximus, excerni.

Τ' περκένωσις. supernacuatio, vox à Galen. vsurpata comment. 3. in prorrhet. part. 53. in exuberante hæmorragia.

Τ' περκοφυφώσεις. de lobis pulmonis dicūtur apud Hippocr.

Τ' πέρκρισις. dicitur de aliqua euacuatione critica, quę immodica sit, natura modū non tenente, exemplo eorum qui cum cursum cœperunt, eius impetum cum volunt sistere nonpossunt, Galen. comment. 3. in prorrhet. part. 53.

Τ' περσχὴ. idem quod ἔξοχὴ, id est, excrescentia & extuberantia in corpore humano, aut specialius, in vlceribus pars excrescens & quæ magis extat & eminet Dioscor. li. 1. c. 152.

Τ' περσις. idem quod κερκὶς, id est pistillum: quod sæpe & δοίδυξ appellatur.

Τ' περσάρκωσις. vt περσάρκωμα vel περσάρκωσις est excrescentis carnis vitium, ita cum illud ossibus euenit: post fracturam sanatum dicitur περπώρωσις Paulo lib. 6. c. 108.

Τ' περσάρκωσις. carnis excrescentia. Est carnis inutile incrementum in quacunq; corporis parte. Neque enim in vlceribus solum, verum etiam in oculis, auribus, gingiuis, naso, testiculis, & alijs plærisque partibus caro supercrescit. est igitur morbus in incommoderatione magnitudinis, siue ex eo genere quod in quantitate magnitudineue partium spectatur. Itaque vel excindi debet, vel medicamentis cathæreticis absumi. Huiusmodi incrementi præcipua causa est boni sanguinis in carnem vberior affluxus. Quare curatio eius perficitur ijs quæ contrariam sarcoticis

habent facultatem: vocantur autem ea καθαιρετικὰ, de quibus suo loco dictum est.

Τ' ἀφεψητικὰ φάρμακα. dicuntur ea quae faciunt boni
» sanguinis in carnem vberiorem affluxum.

Τ' ὑπέτεινε. vltra modum extenditur. vt annotat Galen. in lexico Hippocratis.

Τ' πίμπλησιν. valde plenum infusa aqua. vt annotat Gal. in lexico Hippocratis.

Τ' ἀποχόλωσεν. id est, πολλῆς πληρωθὲν χολῆς, multa plenus sit bile, vt refert Galenus in lexico Hippocratis. vbi quidam codices habent, ὑπὸ χολώσεως. πολλῆς πληρώσει χολῆς. id est, multa replebit bile.

Τ' πεφλεγμασμένην. grauida dicitur & quidem propinqua
» partui, prope exactis mensibus, translatione
» sumpta à ficuum maturatione, subeuntibus in
» illas ex caprificis culicibus qui φλῆνες dicuntur
» quique maturitatem afferunt, ita V. Lex. ex Suida & Erasmo in adagijs.

Τ' μαλθακὸν. mediocriter remissus est à febrili calore. vt annotat Galenus in lexico Hippocratis. à verbo ὑπομαλθάσσω, modice seu leniter refrigerari. at ὑπερμαλθάσσω esset supra modum refrigerari.

Τ' ὀπὴ. est pars oris superior, modice concaua, foraminibus pertusa, quibus à cerebro pituita in os descendit. Extenditur à faucibus ad dētes vsque, & in fornicis aut cameræ modum concaua est, sed leniter nec supra modum, vt ijs accidit qui sunt acuto capite, quemadmodum initio li. 6. τῶν ἐπιδημιῶν Hippocrates annotauit. Est autem palatum veluti cerebri basis, firmata ossē sphenoide, quod propterea Galen. τὸ κατὰ πλευρὰν ὀστοῦν aliquando appellat. Per id multa cerebri excrementa in os descendunt. Est enim multis pertusum foraminibus, sed crassa membrana intrinsecus obductis, quam & ventriculo & gulæ & vniuersō ori communem esse anatomici perhibent.

Τ' πήγανον. frutex est nascens in segetibus & aruis, foliis rutæ, exilibus ramis. Naturā illi eadem quæ papaueris succo. refrigerandi vim habet tertio fere ordine, adeo vt parum absit à papauere.

Τ' πλατὺ φάρμακον. vocantur Hippocr. medicamen-
» ta quæ aluum subducunt & Trallian. lib. 8. c. 11.

Τ' πνίγμα ὠδὲ. oua subuentanea dicūtur quæ sine coi-
» tu pariuntur, alio nomine ζεφύρια. vide ὠόν.

Τ' πώγων. est, vt scribit Homericus interpres, τὸ ἐπάνω χεῖλος ἀφ' οὗ πρῶτον ἡ μύστακες γενοῦς, hoc est, superius labrum vbi primum lanugo oritur. Cœlius tamen barbam circa vtrumque labrum fruticantem ita vocari scribit.

» Vnde à Gala apud Aristotelem redditur mu-
» stax. Ruffus ὑπήνην exponit de pilis qui in mento
» sunt, inde est ὑπηνήτης iuuenis, cui scilicet ὑπήνη su-
» boriri incipit. Sed & ὑπήνην apud Nicandrum in
» Alexiphar. exposuit auus meus non barbam aut
» extimam faciem, sed palatum quod ibidem οὐρανίσκον appellat.

» Τ' πύργιον. lumen, abdomen, in vulg. Lex.

Τ' πτερὸν. musculus authore Aetio: qui & σπλάγχνον & βρύον appellatur. vt prodidit lib. 12. c. de vnguentis & acopis diuersis ad podagricos. canabicula id parua est ex arbore quæ Damascena dicitur, itemque ex ea quæ rhodacinea appellatur, exorta, vt est apud eundem libr. 13. c. 118. de Mnasaphij confectione.

Τ' ὕπνος. somnus, definitur motus atq; sensus omnis-
» que animalis functionis cessatio, in qua nō mo-
» do vt in quiete, nerui musculi artusque, sed &
» cerebrum & sensus omnes consopiri solent.
Hippocr. somni tres differentias in vniuersum « notat multis in locis, naturalis videlicet, eius qui « præternaturam est & critici. Naturalis dicitur « cum calor natiuus copiosam reliquit humiditatem per vigilias exsiccatus, ideoque in ventrem « & viscera tanquam ad alimentum conuertitur. « Qui præter naturam est fit quando calor foras « progredi non potest vt in affectibus comatosis « & lethargicis, quemadmodum per phrenitidem « quasi inflammatus foras mouetur immodice. « Prohibetur autem eo motu interdum propter « humiditatem multam primæ partis sensu præ- « stantis in qua fit somnus. Interdū vero propter « solum frigus vt in narcoticorum vsu, nonnun- « quam etiam ob vtrumque simul, vnde profun- « dus & comatosus somnus. Postremo ob virtu- « tis imbecillitatem & extinctionem proximam, « vt in moribundis qui palpebras attollere ne- « queunt, quam affectionem ab ea quæ propter « humiditatem & frigiditatem oritur distingunt « pulsus languidi rari & parui; est & alius somnus « præter naturam, non ratione causæ efficientis, « sed vel effectus vel signi, qualis est turbulentus « ac tenuis qui interrumpitur, aut perturbatur ab « aeri aliqua exhalatione, aut tetro vapore aut in- « temperie cerebri, aut vitioso cibo, aut humore « putri, vel bilioso vt dormientes interdum exi- « liant, clament, perterreantur. Criticum autē ap- « pello vel qui signum criticum est, vt ante paro- « tidas, vel qui crisim optimam aut facit, aut indi- « cat; nam spiritus animales, instaurat & colligit, « calorem febrilē extinguit moderate humectā- « do ac refrigerando, natiuum auget, cerebri tem- » periem restituit & morbifici humoris reliquias « concoquit ac discutit. Quanta autem vtilitas « est somni naturalis, tanta est eius qui præter na- « turam est noxa & pernities; naturalis est omniū « laborum quasi perfugium, requies animi pars « humanæ vitæ melior, spiritus labore vigiliisque « dissipatos restituendi, membrorum sensuum- « que defatigtionem tollens; naturales functio- « nes maximeque concoctionem & retentionem « roborans & augens. Quin ille etiam hemorra- « gias, alui profluuia, vomitiones, immoderatas- « que vacuationes omnes præter sudorem cohi- « bet; non naturalis vero vel immoderatior, spi- « ritus offundit & obscurat, omnes sensuū men- « tisque vires torpore & ignauia debilitat, calorē « obtundit, functionesque naturales infringit, cru- « dos pituitososque humores; & omnis generis « superuacanea exaggerat: corpus refrigerans & « humectans ignauum atque iners magis quam « quies efficit, destillationum, frigidorum diutur- « norumque morborum author. «

Τ' ὕπνος ἑδρῖος. somnus est qui sedendo sumitur vel « sedentium somnus. «

Τ' ὕπνοι παίσιμοι. somni dicuntur sermonem aut vo- « cem omnino intercipientes, id est tranquilli, mi- « nime turbulenti, & cum omni silentio, quales « sunt somni alti & profundi. «

Τ' ὑπωτήριον. Epithema est hepaticum. cuius descriptionem vide apud Aetium cap. de cura splenis indurati.

Τ' περιπιπτοῦντα βρώματα. edullia dicuntur quæ libidi- « nem proritant & pruritum veneris concitant, sic « vet. lex. ex Menando, quæ & ex Polluce for- « tean petita sunt. «

Τ' περιλέποντες ἐν ὕπνοισιν. in somnis leuiter suspicientes, quid sit vide infra ὑποφαίνει τὸ ὀφθαλμῶν. «

Τ πυάριον. pubes. Dicitur, vt ait Pollux, pars ea ventris, quæ ab vmbilico ad pilosas vsque genitalium partes pertingit. Alio nomine ἦπυον vocari idem author est. A Latinis imus venter rectius forte dicetur quam pubes, quam peculiari nomine ἦβλον appellant.

Τ πύελον. dicitur à quibusdam τὸ κάτω ἔζων siue sedum maius, quoniam in suggrundijs fere nascitur quæ γῆπαι Græci vocant.

Τ πυγλιτὶς. dicitur ab anatomicis carnosa ea pars quæ sub natibus deorsum versus ad femur pertendit.

» Quemadmodum ἐπιγλιτὶς femoris & natis pars
» exterior Aristoteli lib.1.de hist.animal.c.24.

Τ πυγλωσσὶς. tuberculum est sub lingua, in eo ipsa in-
» tumescit, & pars sub ipsa ac externa ad tactum
» dura est & saliuam deglutire non potest Hipp.
» lib.2.de morbis.

Τ πυγλώσσιος βάτραχος. Ranunculus sub lingua; Est
» tumor earum quæ sub lingua sunt partium, præ-
» cipue venarum Aet.lib.8.c.39.

Τ πυγλώσσιον. sic à quibusdã dicta est δάφνη ἡ Ἀλεξανδρεία, vt habetur apud Dioscor.

Τ πυγλωστὶς. genus arteriaci medicamenti, constans fere ijsdem ex quibus & arteriaca medicamenta inflammationes arcentia. Facultatem autẽ habet leniendi, læuigandi, simulque remittendi asperitates, & si quid reliquum est inflammationis, id concoquit & persanat. Eiusmodi pharmaca parantur ex passo, gummi, tragacantha, glycyrrhiza: quibus si libet addere detergentia, conuenient mel despumatum, amygdalæ, resina terebinthina, ficus, vua passa, semen iridis & alia eiusmodi. Ex his paratur pharmacum quod linguæ subditur. Sic enim eo paulatim liquescente, asperæ arteriæ summum madescit & irrigatur. Oportet autem reniti tussi & ne excitetur cauere. Obluctantes autem vt ne tussiant, quod ex pharmaco defluit, in asperam arteriam excipient. Multa huius generis pharmaca describuntur à Galeno lib.7. τῆ κατὰ τόπους.

Τ πυγλωστὶς. etiam dicitur à quibusdam inferior linguæ pars, quæ subiectam attingit maxillam.

Τ πυδιεὶς. vltima colli anterioris pars cui proxime subest iugulum.

Τ πύδιστος. subligatio. Ea in causa est vt quæ vel abscesserunt attrahantur, vel quæ expansa sunt cõtrahantur, vel quæ contracta sunt, distrahantur, vel dirigantur distorta, vel contraria. Sic Galen. comment.2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον.

Τ πυδιστῆρες. appellantur ab Hippocrate binæ fasciæ quæ priores fracturis adhibentur, & obuoluuntur antequam panni injciantur, vt annotat Gal. quæ vero iniectis pannis fasciæ superdantur, eas Hippoc. ἐπιδέσμους vocat.

Τ πυδυσφοεία. affectio multo grauior est δυσφοείᾳ,
» quæque illos habet mortifere quos inuasit &
» occupat, vnde sunt etiam ἐπιδυσφορεῖς à virium
» oppressione, per quam nec ægri vllo consistunt
» libenter loco, nec alacriter, sed admodum dif-
» ficulter locum mutant, omnisque figuræ impa-
» tientissimi coguntur inuiti quiescere ob virium
» oppressarum infirmitatem, neque calamitatem
» illam fastidij quo tenentur parentem, digne pro
» merito pollunt sustentare.
» Τῶν ἐπιζωμάτων ἕνεκα. vide ζωμα.

Τ πυζωμα. sic appellauit Aristoteles τὸ διάφραγμα vt
» Galen. scribit lib.5. de loc. aff. c.4. quasi succin-
» cturam, nescius, inquit, hanc particulam anima-
lis, magnæ ac per quam necessariæ actioni esse
deputatam, vide διάφραγμα: ἐπιζώματα Cælio ἐπιζῶσες vocatur.

Τ πυθμὴν. vocatur in vola manus spatium quod est à digito indice dicto vsque ad minimum, quod scilicet est subiectum quatuor digitis si pollicem sustuleris; quod enim inter indicem & pollicẽ est carnosum θέναρ dicitur, Ruffo & Polluci.

Τ πύθιον. trochiscus, sic dictus quod ano subijciatur ad intestinorum tormina & ani dolores. Compositio habetur apud Paulum lib.7.c.12.
Dicitur & ἐπίθεμα; habetur & hæc compositio apud Trallian.lib.8.c.9.

Τ πυκάθαρσις. expurgatio dicitur per inferiores partes

Τ πυκαπισμὸς. suffitio siue suffitus, remedij formula est de qua Aetius tetrab.1.serm.3.c.143. vide supra θυμίαμα vbi plura.

Τ πυκιὰς. dicitur quod sub cistho ad radices nascitur, malo granato immaturo simile, vnde & à quibusdam κύπριος vocatum fuit. Eius tria genera Dioscorides facit, rufum, herbaceum, candidum, cuius succus exprimitur vt acaciæ. Plinius rufa & candida hypocisthide cõtentus est. Nascitur sub cistho, vnde & nomen habet, sub quo prosilit sicuti sub arboribus fungus. E radicis fere medio velut infixa pullulat. Sunt autem qui ἐπικιδὰς & κύπριον differre velint, dicentes κύπριον id vocari quod ad radices cisthi subnascitur: succum vero ab eo expressum, ἐπικιδὰς appellari: quod & videtur Paulus Ægineta existimasse. Vim habet ἐπικιδὶς valde adstringentem, & est efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, vt reiectionem sanguinis, profluuia muliebria, cœliacos dysentericosque affectus. Quin & si quam partem roborare consilium est, quæ pluisculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem non paruam addit.

Τ πυκοίλιον. ex vetere vocabulario abdomen significat.

Τ πύκοιλον. sic dicitur pars τῷ κοίλῳ τῆ ὀφθαλμῶν, hoc est
» cauitati oculorum subiecta.
Quod quidem & in aqua intercutem, & in pra-
» uo corporis habitu, & in diuturno hæmorroi-
» dum effluuio, & in antiqua mulierum mẽstrua
» purgatione, nonnunquam etiam inchoantibus
» lippitudinibus intumescere consueuit inquit
» Ruffus Ephesius.

Τ πυλάπαρσις. ἐπόκενος, hoc est, vacuus, laxus, cuique nullus tumor est in hypochondrijs, apud Hippocr. lib.1. τῶν ἐπιδημιῶν. sect.3. vtillic Galenus annotauit.

Τ πυλίζεται. destillat, defluit, vt refert Galen. in lexico Hippocratis.

Τ πυμβεσν. subhumidum, subpingue. vt annotat Galen. in lexico Hippocr.

Τ πυμηλὶς. mespili genus quod ὀπιμηλὶς dicitur: vel, vt alijs placet, pomum sorbo simile.
Τῶν ἐπομφαλιδίων ἕνεκα. vide οὖρον.

Τ πυνόπαρσα. male olentia & digna quæ omnes abominentur, vt annotat Galen. in vocibus Hippocratis.

Τ πυπταμένη. quæ subnatauit, quæ subiuit. vt refert Gal. in lexico Hippocratis.

Τ πύνομον ἕλκος. cuniculosum, seu cuniculatim depascens vlcus, quod scilicet pluribus transuersisque itineribus sub cutẽ serpit: ἐπινόμους enim, à quibus ἐπόνομα ἕλκη dicuntur, Græci subterraneos canales, & opertas fossas siue cloacas appellant.

Τ πύξαρσις

Υ πόξυλον ὑγρόν. suberocea vrina quæ colore similis
» est carthamo Actuar. l. 1. περὶ οὔρων c. 8.
Υ πόξηρα μόρια. appellantur ab Hippocrate partes corporis quæ in extremitate tenuantur. Cuiusmodi brachium est iuxta primam palmæ partem & crus iuxta pedem, & nasus sicut Galenus annotauit comment. 3. εἰς τὸ κατ' ἐπιδημίαν. In Hippocratico eiusdem Galeni lexico penultimam huius vocabuli syllabam manuscripti etiam codices dupliciter exaratam habent, per ο & per υ, nec diuersa tamen expositione. nam ὑποξηρὰ interpretat. ὑπόκοιλα, παπιώτερα, caua humiliora. & ὑποξήρεις in maiore Prorrhetico de ventribus dicipro παπιωτέρας & ἀπεσταλμένας, humiliores & adductas seu contractas. Adhæc ὑποξήρεσι exponit γρυπὸν τὸ ῥῖνα, aduncum habens nasum. quia humiliora sint quæ circumcirca sunt quam ipsa sublimitas. Priorem scripturam Erotianus etiã habet, ὑποξηρὰ interpretans quæ ex lato in angustum (μύηρον ipse dicit) coacta seu contracta sunt. Alias ὑποξήρεσι est Subaridus, Aliquantulum siccus. ξηρὸς enim Aridus est & Siccus.
Υ πόξυλα. eleganter ab Athenæo lib. 9. ij appellan-
» tur quibus corpus instar ligni aridum est: huius
» vocis translatio longius etiam ab optimis scrip-
» toribus extenditur, vt cum ieiunos & elumbes
» oratores vocat Hermogenes ὑποξύλους σοφιστὰς in
» lib. περὶ ἰδεῶν, vbi docte vetus Scholiastes ὑπόξυ-
» λα (ait) κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα εἰς ὧν ξύλων κα-
» τασκευασμένοις ὑπιτελῶς ἐπιπλάττει ἄργυρος ἢ χρυσός·
» κεῖται δ' ὅτι τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν ὑπάρχει, ποιη-
» ρῶν δὲ τὸ ἔνδον: id est ὑποξύλα proprie vocantur si-
» mulachra, quibus ex ligno factis superficie te-
» nus aurum & argentum inducitur, ita exterius
» quidem splendida & decora videntur, interius
» vero nihil sunt. huic contrarium est κατάχρυσος
» simili translatione.
Υ πιπλεύειος ὑμὴν, ἢ χιτών. subcostalis membrana seu tunica. vide ὑποζωκώς.
Υ πνον. est collectio puris copiosi sub cornea oculi tunica. Aetius speciem esse πυώσεως statuit vt & ὄνυχα, sed hunc quidem in circulo iridis similem videri vngui resecto, ὑπόπυον autem abundare multo pure, & dimidium nigri occupare, aut per totam corneam tunicam pellucere. Docet autem fieri citra exulcerationem post dolorem capitis aut lippitudinem, & aliquando post phlegmonen accidere, effuso sub corneam sanguine & in pus verso. Sunt autem τὰ ὑποπύου symptomata dolor pulsatorius vehemens, rubor totius oculi & temporum dolor.
» Hinc apud Gal. 14. method. ὑπόπυοι ὀφθαλ-
» μοὶ dicuntur oculi quorum totus orbis aut dimi-
» dium pure occupatur.
Υ πόπυρρον οὖρον, ἢ πυῤῥόν. subfulua & subaurea vrina,
» has mediocres & temperatas esse inter omnes
» refert Actuar. lib. 1. περὶ οὔρων cap. 8. τὸ πυῤῥὸν ve-
» ro id est aurea appellatur vrina, siue fulua quæ
» potius obryzo atque auro puro est similis.
» Υ πόπυρρον ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.
Υ πόρχις, inquit Pollux lib. 2. ἔστιν ἡ μέχρι ὀσφύος κοι-
» λότης. cauitas ad vsque lumbos.
Υ πόρριπτον. appellatur totum id superioris labij quod
» est sub naso inquit Ruffus.
Υ ποσαρκίδιος. hydropis species qui & σαρκίτης & ἀνα-
σαρκα, & λευκοφλεγματίας dicitur. vide ὑδρωψ.
» Vocatur & ὑπόσαρκα ab Hippocrate & Dio-
» cle referente Cæl. Aurelian. libr. 3. τῶν χρον.
capite octauo, & κατάσαρκα vt idem ibidem do- «
cet. «
Υ πόστιγμα. mannam siue thuris pollinem à con- «
cussu sic Græci quidam vocauerunt, vide «
μάννα. «
Υ ποστραδίας ἢ
Υ ποστραδίας. dicitur cui glans non recta sed sub cane perforata est. κύστα autem siue κυνοδέσμιον, hoc est canem vel caninum vinculum vocant id quo cutis membris genitalis cum glande colligatur. Vitium id à prima origine contrahitur. Quia autem glans non recta forata est, sed sub eo vinculo, qui sic affecti sunt, vrinam anterius facere non possunt, nisi pudendum ad pubem reflectant, neque liberos generare, quod semen ipsorum non possit recta ferri in vterum. Differunt ἀπὸ τῶν ἀστήτων, quod hi neque in glande ipsa neque in eius vinculo foramen habeant.
Υ ποτραδισμὸς. est incisio tribus diuisionibus supra frontem facta ad pericranium vsque. Nec tamen tribus illis lineis frontem incidisse satis est, sed subijcienda etiam est spatha, vnde sectioni huic inditum nomen fuit, & per subditas partes transmittenda, totumque id spatium ad membranam vsque caluariæ excoriandum, eo modo quem docet Paulus libr. 6. cap. 6. Sic enim & caro & vasa quæ illic habentur omnia cicatricem callumque contrahent, minusque per ea patebit via humori in oculos & subiectas fronti partes stillanti: Adhibetur enim id sectionis genus fluxioni multæ & calidæ ruenti in oculos, ex qua tum rubet facies, tum in fronte sensus quidam & veluti motus vermium aut formicarum oboritur. Aetius tamen id curationis genus inefficacius esse τῷ πειστικῷ existimat, & ab ijs tantum vsurpari qui alterius deformitatem refugiunt.
Υ ποσπληνοι. dicuntur lienis tumoribus aliquantum «
obnoxij Hippocrati. «
Υ πόστασις. vocatur sedimentum omne quod pon- «
dere vel crassitudine in imum descenderit, sic «
in liquidis amurcam appellamus, exempli gra- «
tia in oleo; in vino fæcem, in vrina hypostasim; hac vsus voce, eoque sensu Dioscorides lib. «
1. de styrace. «
Υ πόστασις. Generaliter quidem dicitur quicquid subsidet, atque in imo cuiusque liquidioris excrementi subsistit. Neque enim vrinæ tantum hypostasis est, sed etiam alui deiectionum, ex medicorum prope omnium sententia qui Hippocratem interpretati sunt, vt ex Galeno constare potest comm. 3. in prorrhet. aph. 63. vbi enim illæ liquidiores sunt, aliquid fere semper fæcis deponunt quod ima vasis petit, variumque apparet pro varijs corporum affectionibus, ad morborum cognitionem & præsagia non contemnẽdu. Verũ medici in eo præcipue quod in vrinis subsidet contemplando atque dijudicando studium impenderunt, quod ex eorum sentẽtia definitur. Crassior vrinæ portio secreta & subsidens. Partem quidẽ esse vrinæ patet quæ & à renibus per emulgentes venas trahitur simulq; cum reliqua vrina excernitur, quodque omnis vrina eã, licet aliquãdo tam tenuem & obscuram, vt nulla fere appareat, confusam vel secretam cõtineat. Sicut autem serosa vrinę portio, ita id etiam quod post in ea subsidet, mutationem concoctionem-

que aliquam tum in renibus tum in vesica adipiscitur caloris natiui beneficio qui ijs in partibus ipsaque etiam vrina continetur. Siquidem eius modo perfectæ vel imperfectæ concoctionis signa in vrina cernũtur. Est autem vrina eius caloris particeps non modo quamdiu in nobis ea continetur, sed postquam etiam excreta est, donec putrere & fœtere incipiat. Hic igitur calor, cuius vis est separare ea quæ sunt diuersorum generum, si optimus est & robustus, crassiorem illam partem vndique secernit, & in medium propellit. Cum enim æquabiliter per totã vrinam sit diffusus, nulla ratio est cur ea magis in dextram partem aut sinistram inclinet. Descendit autem infra propter crassitiem & grauitatem quodque flatulento spiritu careat, quia optime concocta sit. Quoniam vero non omnibus suis partibus æque grauis est, quod est grauissimum, matulæ fundum petit, deinde quod paulo minus habet grauitatis, deinde sensim quod minimum graue est: ita vt gradibus quibusdam pyramidis speciem repræsentet. Cuius quidem figuræ causa, vti dixi, duplex est, tum insiti caloris vis eam vndique & veluti circulo (sic enim eiusmodi motus peragi solent) depellẽtis, tum inæqualis partium eius grauitas. Talis quidem est hypostasis figura situsque. Iam quod pertinet ad eius substantiam, eam & consistẽtia & copia mediocrem esse oportet, præterea quæ omnium maxima laus est, albam, læuem, & æqualem. Horum enim trium signorum in hypostasi tanta vis est, vt ijs tantum tribus optimam vrinam medici definierint. Si enim hæc adsint, reliquorum nullum omnino defuturum videtur. Sunt namque perfectæ concoctionis indicia, ex qua reliquæ omnes notæ dependent. Nec tamen vlla hypostasis perfecte cocta est, sed cum sit ex genere excrementorum, aliquid præter naturam in se contineat necesse est. Quicquid enim alimenti in sanguinem conuerti non potest, subsidet in vrina. Itaque prout concocta apparet, sanguinem etiam, vnde manauit, tantum concoctum esse declarat. Crassa enim crassum, sublimis flatulentum, flaua bilio sum, liuida vel nigra melancholicum aut corruptum significat. Ex consequenti vero caloris natiui, à quo cõcoctio perficitur, vim aut imbecillitatem denotat. Cæterum albedo, quæ ex bonis notis prima est, in ea contrahitur, quod solidæ partes, cuiusmodi sunt vasorum tunicæ, primum quidem conatæ sint eam, vt & reliquum sanguinem, sibi assimilare: deinde vero renum interiores membranæ, vreteresque, & postremo atque etiam præcipue, vesica, cui maxime facultas inest vrinam concoquendi, sicut & renibus attrahendi. Ex quo fit vt optima vrina vesicæ quoque optime se habentis indicium primo sit, secundo renum, tertio sanguinis & vasorum quibus ipse continetur, quarto iecinoris, deinde vero ventriculi. Sic enim vrinæ concoctio procedit, nec potest subsequẽs præcedentis vitium omnino corrigere & abolere. Quamobrem si optima est hypostasis è vesica prodiens, omnibus ijs in partibus optime factam esse concoctionem testatur, & proinde partium solidarum robur, vimque caloris natiui ostendit, sicut è contrario mala, partium solidarum & caloris imbecillitatem, à quo certum est omnia naturæ opera perfici. Ad hunc modum in mammis lac, in testibus semen, in abcessibus pus album euadit, ex continua vasorum, neruorum, ligamentorum, membranarum, cartilaginum, ossium & reliquarum solidarum, partium quæ sunt in sede affecta, alteratione. Quo fit vt aptissime hypostasis puri comparetur, non quod illa puris modo computruerit in venis, aut aliquid omnino purulenti habeat, sed quod perinde atque pus alteretur, quodque iisdem notetur qualitatibus. Male enim ij mihi videntur sentire, qui partem eam sanguinis quæ per febres putredine tentata est, iam coctam secretamque & à natura cum vrinis depulsam, definiunt hypostasim esse. Quod si verum esset, oporteret profecto hypostasim eiusmodi non modo putredinis participem esse, sed reuera pus esse, cum tamen sola maxime putredine pus ab hypostasi differre Galenus extremo primo comm̃et. in prognost. annotauerit. Quod si in febrib. verum sit, quid iam dicetur de sanorum hypostasi, in quorum corpore nulla omnino putredo est? Sic fiet vt aliam necessario rationem materiamque hypostasis in sanis & in ægris statuere oporteat, cum tamen nullo alio quam perfecta, debili vel deprauata concoctione differant. Itaque bona hypostasis nec pus est, nec aliquid purulentum, etiamsi candore, æqualitate læuitateque, perinde atque pus, optima iudicetur. Ac de candore quidem dictum est. æqualis autem ea dicitur quæ sibi omni ex parte similis existit, nec dissimilibus vllis partibus constat, hoc est, cuius partes omnes æque tenues sunt & albæ. Sicut è contra inæqualis quæ tota similaris non est, sed varijs constat partibus, & consistentia coloreque dissidentibus. Læuis vero intelligitur quæ continua est nullaque ex parte diuulsa, sed sibi vndique cohæret, æquabili superficie. Sunt autem hæc omnia intelligenda de perfecta hypostasi, quæ talis euadit à robusto calore natiuo. Ab his vero notis quantum quęque recedit, tanto plus minusue calorem validum esse, & humorem vitiosum concoquere demonstrat. Est autem immensa ea latitudo, inque ea innumeræ particulares differentiæ pro probitate concoctæ materiæ vitioque non concoctæ existunt. In colore quidem hæ fere sunt, rubra, nigra, liuida, flaua: *in consistentia*, crassa, tenuis, maioribus vel minoribus portionibus inæqualis, adhæc χρισώδης, πεπλαδώδης, πτυρώδης. Quas quidem tres postremas differentias hypostasis malæ Hippocrates recenset. χρισώδης autem dicitur quæ crassiori farinæ parti, quam Græci χρισμα appellant, similis est. Talis fit vel vehementer vsto sanguine crassiore, vel carnibus inæqualiter contabescentibus, hoc est, parte sui tenera & molli in aquam liquata à calore febrili: parte vero duriore resiccata eorum in morem quæ in sartagine friguntur, atque per vrinas excreta. πεπλαδώδης autem efficitur ab eadem quidem causa, sed vehementiore. Nam si febris tanta est vt non modo carnes, sed partes etiam solidæ inæqualiter colliquentur, tunc πεπλον, hoc est folijs vel laminis, similia subsident. Verum aliam etiam causam habere potest, nempe vesicæ erosionem & resolutionem, vt Galen. comment. aphor. 76. lib. 4. annotauit. Quod si etiam magis intendatur calor, partesque solidas in tantum vrat & desiccet, vt iam non πεπλον, sed πτυρον, hoc est furfurum, qui musto sunt propter maiorem resiccationem minores, speciem acquirant,

πυρώδης appellatur. His autem tribus differentijs, vt Galenus scribit, aliam Hippocrates adiecit, λεπτὸν ἢ λευκὸν, quam Gal. τὴν ἀφρῶδη, hoc est spumæ, comparat: non enim vllam habet crassitiem. Fit à spiritu flatuoso tenacius remisto, humori excrementito & semicocto.

Υπόστασις. significat aliquando apud Hippocratem humorum statum & consistentiam siue concretionem, hoc est, cum humores intus manent quos vacuari oportebat, vt annotauit Galenus comment. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

» Vbi ὑποστάσιας exponit τὴν ἐνδον ὑγρῶν μονὴν; sic » & in Coac. prænot. sæpe ὑπόστασιν κοιλίης pro alui » suppressione vsurpat, quam alias appellat σκληρότητα, ἀπόλιψιν, & κοιλίαν ἀπολελαμμένην aluum interceptam.

Idem vero εἰς τὸ κῦ ἰητρεῖον scribit interpres Hippocratis non de humidis, sed de siccis & de solidis animalis partibus subsidentiæ nomen esse accipiendum contendere, qui subsidentiam quidem, suspensionem ac subleuationem vel partium, vel totius corporis, dici opinentur.

Υπόστασις λευκώδης. 4. Epidem. dici videtur ea subsi» dentia siue deiectio quæ lentis colorem refert » ex bilioso & crassi sanguinis torrefactione, inde» que etiam ὑπόχλοης ex bile huiusmodi sangui» ni permixta appellatur. Potest etiam dici λευκώ» δης ὑπόστασις, quæ leguminum farinæ similis sit, » præsertimque lentium, & quæ crassiora farinæ » frustula, & negligentius subacta refert, sangui» nis in hepate exassationem & colliquationem » subindicans, idque præcipue cum ad rubrum tẽ» dit; Caluus ὑπόστασιν λευκώδη sumpsisse videtur » ex bilis vitellinæ permixtione luteam; λευκώδης » fit à λεύκη vide suo loco.

Υπόσημα. dicitur ab Anatomicis, vt ait Ruffus, τὸ αἰδοῖον τὸ μὴ ἀκρεμὲς: hoc est, pudendi virilis pars ea quæ minime pẽdula est: quam alio nomine ὄφιν vocari scribit. σῆμα autem idem dici testatur partem eam pudendi quæ propendet: inde quod ei subest, ὑπόσημα nuncupatur.

Υπόσημα etiam sedimentum sonat, sic apud Aristo» telem lib. 1. animal. ὑπόσημα τῆ κοιλίας legimus.

Υποφορὰ. Recidiua quæ & ὑποστροπὴ dicitur: habent » autem recidiuæ causam vel internam vel exter» nam: internam breuiter complexus est Hippoc. » in aphorismis hac sententia, τὰ ἐξημαλειμμένα ἐν τῆσι νέσῳσι μὴ κρίσιν ὑποφορὰς ποιέειν εἰωθότα, quæ » relinquuntur in morbis recidiuas facere consue» uerunt: eadem sententia etiam 1. sextoque Epid. » scripta reperitur: iam vero ἐξημαλειμμένα duo» rum sunt generum; Primum quidem materia » quædam ab imperfecto iudicio relicta, quæ pu» tredinem trahit, & intermissam febrem denuo » excitat; deinde τοῦ ὄδυνος quædam διάθεσις aut πυρε» τώδης derelicta, vnde facile ignem concipiat vel » incolumis materia; externæ causæ sunt cibus » plenior, & intempestiua ira, & reliquæ animæ » perturbationes, loci commutatio, cœli iniuria, » venus, aliæque id genus: Ac recidiuæ certe fiunt, » vbi nondum maturata materia vel excretio ali» qua fit, vel abcessus, sic enim febris aliquando » intermittit, sed paulo post redit: atque id ipsum » scripsit in Epidemijs Hippocr. Nimirum ab ex» cretione & abcessu, crudo etiamdum morbo ne» que maturato, mala iudicia vel nulla, dolores, » longitudinem morbi, mortes & recidiuas signi» ficari: fiunt quoque vbi diebus non criticis ea commouentur excretio & abcessus, sic in Epi- «
demijs descriptis diebus criticis: Scire (inquit) « oportet futuras recidiuas significari, siquidem « aliter iudicentur morbi quam præscriptis diebus « criticis; impares autem dies rarius, sæpe vero at- « que communiter pares, iudicia faciunt lethalia, « vel recidiuas lethalemque morbum portendũt, « Certa autem signa sunt quibus perfecta iudicia « ab imperfectis distinguas, petita ab ijs quæ cri- « sim antecedunt, quæ connexa crisi & quæ con- « sequuntur; ad hæc genus quoque morbi conie- « cturam auget recidiuæ, quia videlicet è crudis « humoribus & bile mistis, non è simplici bile fit; « vel & quia longus morbus est ex varia & mul « tiplici materia genitus frigida atque contumaci; « in acutis enim morbis quia materiam habent se- « quacem, tenuem, & quæ facile foras moueatur, « & tota excernatur, raro fiunt recidiuæ. «

Υπόσφαγμα. quasi latine diceres subruptionem, vel « sanguinis è vase ruptionem ἀπὸ τοῦ σφάττειν quod « iugulare est incidere atque rumpere, etsi quibus- « dam potius ὑποσφάγμα proferre libet ἀπὸ τοῦ σφά- « λλειν, quod est percutere atque etiam aberrare « cum sanguis extra venas præter naturam lapsus « aberret. «

Υπόσφαγμα. est suffusio sanguinis in oculo ex ictu. « species est τῆ ἐκχυμώσεως. Fit autem cum ruptis « aut contusis ex plaga vasis quæ in oculorum tu- « nicis habentur, sed ijs maxime quæ sunt in adna- « ta membrana, sanguis sub eam subit. Ac pri- « mum quidem is rubet, postea vero liuescit. Eo- « rum qui sic affecti sunt hoc vnum symptoma « esse dicitur, quod quæcunque vident, rubra es- « se putent, vt Galenus lib. de sympto. causis an- « notauit, sed præsertim recente malo: ob id « etiam ab Archigene αἱμάλωπα dictum esse putãt. « Sed tamen αἱμαλωψ generalius dicitur quam « ὑπόσφαγμα. «

Galenus αἱματώδεις ὑποχύσεις id est sangui- « neas suffusiones appellat 4. κῦ τόπων capite « sexto. «

Sed & ὑπόσφαγμα Galen. in exeg. inquit esse « apud Hippocr. totius atramenti sepiæ tanquam « subsidentem fæcem. «

Est & ὑπόσφαλμα. idem quod ἀπόσφαλμα. «

Υποσφυδύλιον. quasi dicas subuertebrum, sic vero à nonnullis os sacrum appellatur.

Υποτραυλος γλῶσσα. vide γλῶσσα. «

Υποτραχήλιον. dicitur Polluci lib. 2. τὸ ὑπὸ τοῦ αὐχένος « μεταξὺ ὠμοπλατῶν κατὰ λῆρον ὀπὴ τὸ μεταφρενον. «

Υπότιμμα. Placentarum generis est ex caseo, vel ouis, vel allio & cepis & oliuis præparatarum: inde ducto nomine quod reliquis cibarijs adderentur & intererentur.

Υποτροπὴ. significat non solum reuersionem, sed eam etiam quę vicissim fit mutationem: vt cum dicit καιματώδη ἐν ὑποτροπῇ. Galen. in lexico Hippocratis.

Υποτροπιασμὸς. idem quod ὑποτροπὴ non modo au- «
tem redeunte morbo, sed & alternantibus per « recidiuas quibusdam symptomatis, & cum in- « termissione febris intermittentibus ὑποτροπὴ & « ὑποτροπιασμὸς dicuntur. «

Υπουλα ἕλκη. dicuntur vlcera quæ sub cicatrice la- « tent, nec extra vllum sui iudicium præbent.

Υποφάσεις τῶν ὀφθαλμῶν. oculorum suspectiones appel- «
lantur, quod in Coacis dixit ἐν τοῖσι ὕπνοισιν ὑποφα- « λέπουσι in somnis leuiter subinspicientes; fit «

» vero hæc affectio cum non bene commissis pal-
» pebris inter dormiendum oculorum album sub
» apparet: Quod tribus de causis solet contingere;
» Primum quidem peculiari & naturali constitu-
» tione palpebratum in ijs qui ita dormire consue-
» uerunt; deinde rigida cute frontis, & resiccatis
» palpebris ab immodica vacuatione, vt alui pro-
» fluuio aut medicamento purgante. Tertio ab in-
» firmitate facultatis motricis quæ palpebras cō-
» mittere non potest cum vehementi febris in-
» cendio quod postremum lethale est.

ὑποκώρεις. lenticolores quales fere sunt lienosi
» omnes, quibus splen durus & magnus est, ab im-
» puritate enim illius visceris ater ille sanguis pal-
» lido mixtus & aliquando subalbido, ex nigri-
» cante viridem colorem abunde saturatum in
» cutem effundit. μελαγχλωρεῖς Aretæo vocantur.

ὑποφέρειν. apud Hippocr. dicitur de eo qui vix sese
» sustentare atque erectus ambulare potest præ
» virium imbecillitate, qualis fuit status Apollo-
» nij Abderitani apud Hippoc. in Epidemijs mul-
» to tempore antequam ægrotaret, atque ibidem
» Mercurialis ipsum causarium appellauit, quod
» veteres, vt idem docuit in varijs sectionibus, sic
» vocarent eos qui morbi causas intus gestabant,
» potiusque male quam bene valentes erant: sic
» de Apollonio Hippoc. 3. Epidem. ὀρθαλέως ὑπο-
» φέρετο χρόνον πολὺν (inquit) sic se habentes vulgus
» Gallicum haud improprie dicit (*se traîner*) quod
» medij quodammodo sint inter eos qui stantes
» & obambulantes morbum producunt, & inter
» eos qui statim decumbunt.

ὑπόφθαλμον. Erotianus interpretatur τὸ κοῖλον τοῦ ὀφ-
» θαλμοῦ, palpebram inferiorem, quando partes
» sub oculis eleuatæ sublimes apparent & palpe-
» bræ turgidulæ, quales somno sepultis extumes-
» cunt spiritu flatuoso illic collecto: Ruffo vero
» dicuntur τὰ ὑποφθάλμια, τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐ-
» πανισκόπτα ὄγκῳ, οἱ δ' ὑπωίδια καλοῦσιν. Prorrhet. 2.
» Hippocr. sic τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς vocat, in ma-
» gnis lienibus ea plurimum attolli scribens: idem
» passim eiusmodi cauitates appellat κοῖλα, quæ in
» longis morborum tractibus, vt pedes quoque
» plurimum intumescunt & attolluntur, vt libr.
» 2. de morb. & 2. de morbo mulier. in diuturnis
» ex vtero sanguinis profluuijs, Ruffus etiam
» τὰ κοῖλα & ὑποκοιλα appellat, harumque par-
» tium tumorem κοιλιδίαν dici scribit, de quo suo
» loco.

ὑποτελεσμάτους ὑποχώρημα. vide ὑποχώρημα.

ὑπόφλομον. sic dictus est à quibusdam mandragoras
albus qui & mas vocatur.

ὑποφορὰ. dicuntur profunda vlcera & cauernosa
» quasi quæ deorsum feruntur & in fistulam de-
» generant, sic Dioscor. cap. de ebulo κολλᾷ ὑποφο-
» ρὰς ait, glutinat vlcera profunda & cauernosa:
» eorum etiam sæpe Gal. meminit libris κατὰ χόλην.

ὑποχεόμενοι. appellantur qui suffusione laborant: vi-
» de infra ὑπόχυμα.

ὑποχονδριακὴ μελαγχολία. vide μελαγχολία.

ὑποχόνδριον. appellatur tota illa corporis humani
regio quæ à mucronata cartilagine vtrinque ad
ilia vsque protenditur. Nominis ratio est quod
ὑπὸ τὸν χόνδρον ἐστὶ, hoc est, cartilagini subiacet,
postque eam sit. Nec vero musculi tantum, sed
& interna subiectaque illis viscera eo pariter
nomine appellantur, quod sub nocharum costa-
rum cartilaginibus condita sint: itaque ὑπογάστριον
ab hypochondrio non distinguitur. Galenus li.
3. τῶν ἐπιδημιῶν comment. 1. vbi Hippocrates hy-
pochondrium simpliciter nominat, dextrum in-
terpretatur propter excellentiam qua præstat
alteri.

Quoniam autem nulla morbi species est,
nulla idea, quæ ad sui cognitionem atque scien-
tiam hypochondriorum distinctionem non ha-
beat, quo iure quaque iniuria, idcirco eorum af-
fectiones nonnullas ab Hippoc. varijs nomini-
bus circumscriptas adijcere libuit.

ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον. præcordia reuulsa & intro
retracta significat, nullo proprio præcordiorum
affectu, sed ex septi transuersi affectione intro re-
tractis aut reuulsis: Est vero eiusmodi affectio
hemorragiæ atque phrenitidis prænuncia vt do-
cuit in Coac. Hippocr. est & ἀνεσπασμένον ὑποχόν-
δριον in viscerum internorum phlegmone & in
plurimis phrenitide tentatis vt scripsit Galen.
comm. 2. in prorrhet.

ὑποχόνδριον δυσορροιζίζον. obmurmurans hypochon-
drium aphor. 64. l. 5. cuius causa est πνεῦμα φυσῶ-
δες spiritus flatuosus.

ὑποχόνδριον ὕπτιασις λαπαρὴ. hypochondrij submollis
distentio sic vocatur histor. 2. sect. 1. 3. Epidem.
in qua scilicet aut leuis aut nulla sit insignis hy-
pochondrij inflammatio, & quæ nullas magni-
tudinis suæ externas notas circumscriptas ha-
beat, τὴν κενὴν explicat Galen. ἢ οὐ σαφῶς ὄγκῳ μεγά-
λῳ, quæ concauarum hepatis partium & sima-
rum phlegmonem ita moderatur vt eius gibba
non attingat.

ὑποχόνδριον μετέωρον. sublime atque suspensum hy-
pochondrium ex tumore in illo aspectabili non
quidem eius vitio sed partium abditarum, qua-
rum etiam suus est meteorismus tractabilis tan-
tum intra, de quo illud scriptum est ὑποχόνδριον
ὕπτιασις λαπαρὴς de quo supra. Sciendum autem
hypochondria dici μετέωρα τὰ ἐν ὄγκῳ μείζονι καὶ πὰς
πολλὰς αἰτίας γενόμενα, id est quæ in molem maio-
rem multis de causis assurgunt. Sunt vero tres
omnino causæ, inflatio, inflammatio, & scirrhus:
inflatio fit à spiritu flatulento, eaque duplex
cum borborygmo & cum torminibus: Cum
borborygmo recens atque fugax, quoniam bor-
borygmus ille sic editur, flatus exclusione deor-
sum; itaque cito exoluitur, vel cum deiectioni-
bus & vrinis, vel ipse per se traiectus, vel ad in-
fernas sedes deuolutus; inflatio cum torminibus
contraria est borborygmo: est enim dolorifica,
ille doloris expers: hæc sursum mouetur, ille
deorsum, atque hæc recens aut vetus; ac recens
quidem à sero bilioso quod exudat à iecore in
tenuia intestina; vetus ab hectica intemperie te-
nuium intestinorum quæ hydropem siccum
prænuntiat: hypochondriacæ vero phlegmones
duo sunt genera, vnum fugax & simplex, alte-
rum firmiter fixum atque systrophicum: vtrum-
que facit in hypochondrio meteorismum, sed
illud quidem doloris expertem, hoc vero dolo-
rificū atque durū: fugax est hypochōdrij phleg-
mone, fugax item meteorismus qui ad hemorra-
giam apparet instante crisi febris acutæ, per san-
guinis ad caput anadromen, fugax etiam est me-
teorismus quem humor attollit peripneumo-
niæ, dum ad crura cursum inflectit vbi abces-
sum facit. Talis in herophonte fuit sinistri cen-
sio hypochondrij; Sed à systrophica phlegmo-
ne iecoris aut lienis, hypochondrij meteorismus
assurgit dolorificus atque durus; est autem

„ huiusmodi tum proprio viscerum ipsorum vi-
„ tio, tum alieno: ac proprio quidem, conuexarum
„ hepatis partium tensione prægrandi, & intem-
„ perie ab humoris prælcalidi & glutinosi infarctu,
„ nam alieno vitio dolet hypochondrium non au-
„ tem suo, à viscerum oppressione nimis distentũ,
„ atque systrophica tãtum phlegmone iecoris aut
„ lienis hunc meteorismum facit, durum, recen-
„ tem atque dolorificum quem veteres nomina-
„ runt κύρτωμα νεφρὸν σκληρὸν ἢ ὑποχόνδριον, nam eius
„ qui à scirrho attollitur, inueteratio est ac doloris
„ vacuitas, item borborygmi atque torminum.

Ὑποχόνδρεια παντοῖα. hypochondria variantia seu
„ quæ subinde varias sustinent affectiones & in
„ contrarias mutantur.

Ὑποχονδρείων σύντασις. hypochondriorum tensio: hæc
„ multiplex est multisque, fit de caussis fit enim
„ nonnunquam hypochondrijs intro sursum re-
„ tractis quæ tensio diaphragmatis inflãmati pro-
„ pria est, facitque vocem acutam quæ fuerat ante
„ grauis & ad phrenitidem apparet; fit & ea tensio
„ quandoque firmiter fixa & stabilis quam facit
„ perennitas flatuum ab intemperie hectica te-
„ nuium intestinorum, alia insuper est quæ assur-
„ git à phlegmone per systrophen nata, alia deni-
„ que hypochondrij tensio fugax est, & leuiter
„ pressa ad exigui prædicationem temporis, ab ex-
„ cursu hæmorragico; atque hæc tensio numera-
„ tur inter signa τὰ ἀπὸ ῥοπῆς τῶν χυμῶν, estque dolo-
„ ris & inflammationis expers. vide plura in præ-
„ cedenti voce vbi ὑποχόνδρειον μετέωρον explicatur.

Ὑπόχυμα. suffusio. Est crassi humoris in cornea mẽ-
brana iuxta pupillam concretio: vel, est affusio humorum concrescentium inter corneam tunicam & crystallinum humorem. Ea quidem sedes est humoris suffusionem committentis: ibi enim situs impedit ne crystallinus humor, qui solus à coloribus alteratur, res oculis obiectas præterquam seipsum admittat, simulque pupillam obscurat. Qua in re τὸ ὑποχύματος καὶ τοῦ γλαυκώματος differentiam iuniores posuere dicentes τὸ ὑπόχυμα non aliud esse quam humorem concretum, illic vbi diximus situm: γλαύκωμα autem alterationem esse humoris crystallini in glaucum colorem ab humiditate quadam intra ipsum contenta, cum tamen veteribus medicis idẽ esset veerque affectus: quanquam non eo tantum discrimine separentur, sed etiam quod omnes suffusione laborantes lucem videant aut multam aut paucam: qui vero γλαύκωμα, quique ἀμαύρωσιν patiuntur, lucem omnino nullam cernant. Est autem suffusio duplex. vna proprie dicta, quæ est oculorum per se suffusorum morbus ab humore crasso pupillam obscurante: altera vero improprie, in qua oculi non primo & per se patiuntur, sed visa quædam vitia proprie suffusorum similia repræsentant. Verum facilis distinctio est. Siquidem in proprie dicto hypochymate visa alteri tantum oculo non vtrique simul per initia apparent, eaque in oculo perpetua sunt, etiamsi cibos pauciores & euchymos æger sumpserit & probe coxerit, vel humorem aliquem ex stomacho vomitu aut deiectione reiecerit: præterea pupilla paucis admodum post initium visorum diebus euadit tenebrosa & impura, vel sub rhagoide, si pupillæ figura retinetur, vel supra rhagoidem, si vitiata est. Quod vero improprie dicitur hypochyma, in oculis quidem accidit, sed per cõsensum aliarum partium à quibus tres eius differentiæ produntur. Prima ab ore ventriculi est in quo biliosus humor redundat, à quo in oculos per sextæ coniugationis neruos sublatus vapor falsas quasdam visorum species producit. Verum visa ea vtrique oculo simul & eodem modo tunc apparent, propterea quod vapor ille biliosus à stomacho in cerebri ventriculos ascendit, & per neruum opticum intra oculum subit, visaque illa mentitur, præsertim quibus humor aqueus est exacte purus, aut visifica facultas facillime sentit. non tamen perpetuo visa illa oculis apparent, sed solum quando ventriculus male concoxerit, aut natura crisim per biliosum vomitum molitur. Pupilla autem per eiusmodi suffusiones nihil habet initio tenebrosum, sed multis etiam mensibus pura cernitur. Secunda suffusionis per consensum genitæ differentia est à cerebro, læsa depraunataque imaginatione (vt cum quis floccos vellit aut festucas carpit) vel cogitatione, vel vtraque simul. Id quod euenit per febrium ardentium vigorem & phrenitidem fumis ab vsto humore elatis, & per venas arteriasque in oculum cum spiritu visorio deductis, pupillamque opplentibus atque obtenebrantibus. Tertia est ex consensu cum toto corpore, vt in febribus, crisi instante, per sanguinis fluorem è naribus. Quo quidem tempore obscura visa non apparent, vt in futura per vomitum crisi, sed splendida quædam, & caligant oculi, aliaque permulta fiunt annotata ab Hippocrate lib. 3. prognost. & à Galeno explicata lib. 3. crisẽon. Sciendum aurem est alias præterea duas esse summas suffusionis proprie dictæ differentias. Alia namque recens est & quæ nondum radices egit, alia vero confirmata est & ex toto concreuit: quas quomodo ab inuicem distinguere oporteat, Paulus libr. 6. hunc in modum explicauit: Oculus suffusione tentatus concluditur, & palpebra magno digito ad oculum premitur, eique adducitur, simulque hac illac exprimitur, deinde oculo aperto perattente suffusionem contemplamur: in ijs enim quibus humor nondum coaluit, fusio quædam ex digiti impressione oboritur, ac primum latior apparet, rursus in suam & figuram & magnitudinem recurrit. At in confirmatis suffusionibus, nulla immutatio nec latitudinis nec figuræ ex impressura obuenit. Quoniam vero commune hoc est signum & eorum in quibus modice & illorum in quibus supra modum humor concreuit, colore ipsa discernemus. Nam si ferri aut marinæ aquæ aut plumbi colorem suffusio habeat, moderate coaluit, & ad eductionem idonea redditur: si vero gypso aut grandini similis color suffusionis est, supra quam par est concreuit.

Ὑποχήματα. solet appellare Hippocr. ea tantum „
que per alium deijciuntur vt annotat Galen. „
comment. in aphor. 69. l. 7. & comm. ad aphor. „
18. libr. 2. etsi ὑποχυφήματος nomen etiam his tri- „
buatur quæ per vesicam subducuntur aph. 68. „
69. & 81. lib. 7. pro ὑπόχυμα dicitur & ὑποχώ- „
ρησις. „

Ὑποχωρήματα αἱματώδη. cruenta deiectio. ill a fit quan- „
doque ex hepatis ὑγρασία quæ non est πολυαιμίας „
ἢ ἕλκους μήνιγγος κεῖται, id est quæ diuturna non est „
nec opem requirit à medico: fit & quãdoque ex „

» hepatis ἀπόνοια qua ipſum tædet ſui officii, atque » hæc nominatur ab Hippocr. ἀφίστασθαι ἑαυτοῦ ἀπὸ » κοιλίης proluuies alui prætubra: Vtraque autem » cruenta deiectio hepatica eſt dyſenteria, ea lege » diſtincta quæ dicta eſt, ſed & cruentata deiectio » potius quam cruenta eſſe ſolet in aluina dyſen- » teria, quam mouet exulcerando vel pituita pu- » tris & ſalſa, vel atra bilis, aut flaua ſyncera: om- » nis autem cruenta deiectio peſtifera eſt, ſi eam » tantum exceperis, quæ ſtata periodo, duce natu- » ra cietur λαυρέως καὶ ἰσχυρῶς κατὰ τὴν εὐρυσίαν ἅπαντος, id » eſt larga manu & fortiter à forti hepatis con- » tentione, vt in ijs qui altero crure ſunt mutili, » tum ſi exceperis hæmorroidas conuenienter » fluentes: Scitum eſt & illud Hippocratis αἷμα » ἀναῦξαν μὲν ὀλίγον αἰεὶ ἢ κακὸν, κάτω δ' ἀγαθὸν τὸ μέλαν » ὑποχώρεον. ſanguis ſurſum quidem qualiſcumque » fluat, malum; inferne vero bonum ſi ater erum- » pat.

» πτυάλημα ἄκρητον. deiectio meraca vel ſyncera id » eſt omni ſeroſa humiditate vacua, & vi ardo- » ris exhauſta nec vllo permixta humore, ſic enim » τὸ ἄκρητον vſurpatur tum ex ſeſe tum ex euentu.

» πτυάλημα ἀλητοειδὲς. quænam ſic deiectio voce- » tur parum conſtat; Ἄλητον quidem ἄλευρον expo- » nit Erotian. apud Hippocr. id eſt farinam mo- » lendo confectam & ſubactam, quaſi ſic appelle- » tur ἀλητοειδὲς ὑποχώρημα quod farinam molendo » ſubactam refert, tum candore tum conſiſten- » tia ac læuore, aut quod velut pultaceum eſt, aut » quod depoſitum ſtatim vagum & erraticũ diſ- » ſoluitur quale in magnis viſcerum & totius » Meſenterij obſtructionibus, & facultatis natu- » ralis imbecillitate, aut etiam tenuioris inteſtini » inflammationibus nonnunquam cernitur, ſunt » qui ἀλφητοειδὲς id eſt farinaceum legant.

» πτυάλημα ἀφρῶδες, ἢ ἔχον ἀφρῶν ἐπάνθισμα, ἢ ἔπαφρον, » deiectio ſpumans ſiue ſpumoſa appellatur, id » eſt buillis minimis obſita quæ in ſuperficie aſ- » ſurgunt tum à flatu, tum à calore contra natu- » ram eximio. vide ſupra ἀφρώδεα ὑποχωρήματα.

» πτυάλημα γαλακτῶδες. 4. Epidem. deiectio lactea, » ſic illa fortean vocatur quæ in prognoſt. κάρτα » λευκὸν dicitur, & in Coac. ἴκλευκον, vel & quæ » ἀφρώδες ex ſpuma candicans appellatur: Poſ- » ſunt & lacteæ deiectiones intelligi quæ aquo- » ſæ & ex multa pituita albeſcente & cruda pro- » mouentur, cum omnis humor in corpore frigi- » dus & albus pituitæ appellationem ſortiatur, » aut quæ certe albidæ & lacti ſimiles in colliqua- » tionibus apparent, quæ quod vere ſolida corpo- » ris fundamenta prima ſque naturas illas ſundant » & conſumant, albeſcunt, lactique quodammo- » do ſimiles apparent.

» πτυάλημα γονῶδες. deiectio genituræ ſimilis voca- » tur, fit vero eiuſmodi in morbis longis & ſalu- » taribus à vitrea pituita: in acutis à colliquatione » pinguedinis recentioris: in picrocholis à pituita » quæ bile per inteſtina tranſeunte abraditur, vn- » de principium dyſenteriæ, eadem κυῤῥώδης voca- » tur, id eſt mucoſa, ab eadem pituita craſſa atque » viſcida; nonnunquam & πυώδης vbi concocta » pituita cum vrinis excernitur.

» πτυάλημα ἐζυμωμένον. deiectio multum fermenta- » ta, id eſt quæ oſtendat ζύμωσιν toto humoris cor- » pore vt in atra bile, vel quæ minutulis buillis eſt » obſita in ſuperficie, vt flaua ſpumans quæ habet » τὰ ἀφρώδη ἐπάνθισμα, ſicut & æruginoſa: Tales au- tem deiectiones terrificæ ſunt, vt enim apparent » ſigno viſcerum æſtu incandeſcentium quem » fermentata illorum deiectio non extinguit, ſed » magis accendit, ſic abradendo & exaſperando » inflammationes & vlcera ſæpe mouent inteſti- » norum grauiſſima quæ ſunt ab atra bile inſana- » bilia.

» πτυάλημα ἴκλευκον. Albicans ſeu valde candicans » deiectio, eſt enim ἐκ φλεγματικοῦ, eiuſmodi vero eſt » quandoque effuſa pituita quam genuit crudi- » tas rerum illarum vitio quæ aſſumuntur, quan- » doque vero πιμελῆς πεπικῆς ὑπὸ πυρώδους μὲν θερ- » μότητος τοῦ οἰκείου μέν τοι κακοήθους γε σφόδρα ἐών, id eſt adipe li- » quefacto ab igneo quidem calore, ſed non adeo » maligno vt eſſe ſolet τὸ θερμὸν σηπεδονῶδες, peſti- » lentiæ parens vnicus; denique ſic & vocatur de- » iectio quæ omnis biliioſæ tincturæ expers eſt, » tranſlata ad cerebrum bile, vel in venis ſuppreſ- » ſa: albæ autem deiectiones cum ex obſtructio- » nibus plerumque fiant, ac bilis alio quam ad in- » teſtina derivationem intendat, non immerito » paſſim ab Hippocr. damnantur; Sic in Coacis » κακὸν τὸ ἴκλευκον διαχώρημα ſcribit, & λεῦκον διαχώρη- » μα φλαῦρον, & φλαῦρον τὸ σφόδρα λευκὸν, quale quid » in viſcerum tumoribus atque obſtructionibus » apparet, quod & his verbis in Coacis teſtatur τὸ » δὲ λευκὸν κοπρῶδες ἰκτέρῳ δύσκολον; & ἴκλευκον διε- » χώρημα ἐν πυρετῷ ἀκρίτου.

» Τὰ ἐξυλοειμούμενα: aluus ἐξυλοειμουμένη vocatur quæ » multa eaq; liquidiora deijcit argumento multi » crudioris ſucci, qualis in ijs colligitur qui plu- » rimũ veſcuntur fructibus æſtiuis atq; autũnalib⁹, » plurimũ bibũt dilutumque aut aquam, & natu- » ra ſua ſtrictiore ventre ſunt: itaque neceſſe eſt » iam grauata natura & parte materiæ putrente fe- » brem accendi, aluumque exturbari liquidis pro- » deuntibus.

» πτυάλημα ὑλεκτῶδες, ſeu ὑλεκτρώδης διαχώρησις, λαμ- » πρὰ, καὶ σίαλώδης. Dicitur Hippocrati vt teſtatur » Erotianus περὶ τὸ ὑλεκτὸν id eſt ſuccinum.

» πτυάλημα καθαρὸν. deiectio pura, ſyncera, expers » omnis alienæ mixtionis & tincturæ, deiectio in- » quam pallida, mollis, figurata, quam minimùm » graueolens quæ & naturalis eſt & in febre opti- » ma cenſetur prognoſt. 13. lib. 2. prognoſt. & lib. » de rat. victus in morbis acutis.

» πτυάλημα κατακορὲς. vox hæc habere videtur vim » augendi, ſic in Coac. τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώ- » ρημα φλαῦρον eſſe dicitur quaſi admodum & abũ- » de varium excrementum ſignificet, velut ἱπτερώδεις κατακορέες apud eundem vocantur mor- » bo regio impenſius fœdati & colorati; vel & κα- » τακορὲς per ſe ab vnde ſaturatum & ſyncera bile » coloratum ſignificat; Sed & κατακόρεα interdum » dicuntur ἀκρατοχολῆ διαχωρήματα, deiectiones me- » racæ bilis, & σίαλα κατακόρεα quæ multum eiuſ- » modi bilis generant, ſic & homines κατακορεῖς qui » πικρόχολοι, & medicamentum κατακορὲς, vel quia » eum humorem vacuet, aut quia bilis colore in- » tinctum ſit: Similiter ab Hippocr. βὴξ ſiue tuſſis » κατακορὴς, & δίψα ſiue ſitis κατακορὴς dicuntur, vel » quia ab eo humore moueantur, vel, quod ve- » riſſimilius, ſint vehementiſſimæ: Ariſtoteli in » coloribus κατακορὲς dicitur quod ſaturatum à » latinis, vt ποιῶδες κατακορὲς ſaturatus calor her- » baceus.

» πτυάλημα καυματῶδες. dicitur in Coacis, vel ignea » qualitate vrens, vel calore reſiccatum, vt

» iam fit ἀπεφθῶδες, sed πεφθῶδες cum robore visce-
» rum, liquidum cum imbecillitate fere est.
Υ πτῶμα κοπρωδες. stercorosum, siue sterquili-
» nium referens in Coacis, id est, quod crassamen-
» to & liquido humore constans grauius olet, at-
» que hoc certe parte liquida diffluit, crassiore
» consistit. Eiusmodi autem, inæqualem concoc-
» ctionem, & multiplicem materiæ putrilaginem
» declarat.
Υ πτῶμα μέλαν. deiectio nigra, illa in vehementi
» morbo atque pertinaci suspectas habet pernitie-
» ei notas, viribus plurimum affectis ac extincto
» calore natiuo, vnde sudores frigidi & tenues
» mortis rudimenta sunt. Liene tamen expurga-
» to interdum critice & salutariter nigra per al-
» uum deijciuntur: vide supra plura in μέλανα ὑπο-
» χωρήματα.
Υ πτῶμα ψαθαρὸν, aut ψαθυρὸν. deiectio sicca, dis-
» cerpta, vel diuulsa, vel friabilis, quæ talis fit va-
» cuitate humoris quem ardor febrilis exhausit:
» ψαθαρὸν enim aut ψαθυρὸν in excrementis explicat
» Galen. τὸ εὐδιάλυτον, καὶ μηδεμίαν ἕνωσιν ἔχον, δύσλυ-
» τον, aut ἀγλισχρὸν, quod est arenidum, friabile,
» non cohærens, & quod promptissime teritur
» aut dissoluitur, qualia sunt eorum excrementa,
» qui panicum aut milium aut hordeaceos panes
» esitarunt: Interdum vero talia euadunt nec co-
» hærent, tenui humore & dissolutu facili excre-
» mentis admixto & continuitatem impediente,
» etiamsi quis integris cerealibus vtatur. vide in-
» fra ὑποχώρημα ψαθαρὸν μαλθακὸν.
Υ πτῶμα ξυσματῶδες. eiusmodi deiectio vocatur
» in qua ramenta quædam & concreta corpuscu-
» la, frustula quoque modo pinguia, modo car-
» nulenta apparent. vide infra plura in voce ψαθυ-
» ρὸν.
Υ πτῶματα χόλικα. Galeno dicuntur in prorrhet.
» τὰ χολώδια, καὶ τὰ περὶξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴν τῶν συχνῶν
» λεπτῶν circumbiliosæ egestiones & quæ sunt in
» ambitu coloratæ ac bile obductæ, quales ὀκχρώ-
» σεις χόλικας vocant, & quæ caloris efferuescentis
» copiam indicant, χόλη enim hîc est ὀπτητικὸν.
Υ πτῶμα ποικίλον. variegata deiectio, quas omnes
» esse prauas passim docuit Hippocr. sunt autem
» iudicio meo illæ quas complectitur 22. li. 2. pro-
» gnost. μέλανες, λιπαροὶ, πέλιαι, ἰώδεις, κεχύσμαι, qui-
» bus adde ἐξερυθραὶ καὶ ὑπόξανθαι. Sunt autem omnes
» ἄφθοι, id est synceræ, idcirco prauæ, quia cum
» seri naturalis exhausto eiusmodi sint, ardoris vim
» denunciant quam viscera suo damno experta
» sunt, atque signa sunt affectionis prauæ multi-
» plicis, variasque partes occupantis, eoque pei-
» rem illam quo deteriores illæ fuerint, καὶ ὑκόσῳ ἂν
» χύσματα πλείω, τοσῳδέτερα ἦ: excipit vero aphoris-
» mus, eiusmodi quidem esse quæ sua sponte du-
» cuntur, non opera nostra, siue artificio medici,
» dantis operam purgationi, tunc enim minus ma-
» lum.
Υ πτῶμα πυῶδες. deiectio purulenta vlceris nun-
» cia, quam prauam esse docet Hippocr. in Coac.
» Neque tamen semper praua est. Quibus vero
» adhibitis diorismis modo laudabilis, modo ma-
» la iudicanda sit, docuit Duretus ad Coacam il-
» lam τοῖσιν τὸ πυῶδες διαχώρημα.
Υ πτῶμα ἀπεφθῶδες. deiectio caprillo stercori per-
» similis, quãdo scilicet in spiras & globulos quos-
» dam compingitur, nec nisi opera medici & co-
» natu magno prodit, proritata clystere, aut bala-
» no, id quod πρὸς ἀνάγκην dicere consueuit Hip-
pocr. Tales autẽ deiectiones fiunt authore Gal. «
prorrhet. 6. sect. 2. 1. aut quia diutius detinentur, «
quod & in sanis quibusdam contingit, aut pro- «
pter vim ignei caloris. Quod si ad eam figuram «
nigrities quoque accesserit, igneam plane affe- «
ctionem intus subesse ostendunt in corpore, ob «
eamque causam sunt malæ. Sic autem malæ, vt «
huius egressionis vnde veniunt vix vlla redinte- «
gratio sperari posse videatur. Sed cõtra partium «
diu multum alteratarum alienatio insanabilis, «
& Galen. 1. de acut. aluum nihil egerere nisi ni- «
grum caprarum more, inquit, quando hepar la- «
borat vitio siccitatis atque caloris, aut mesa- «
ræum aut aliud quippiam quod sit in ventre, pu- «
ta ieiunum intestinum aut lien. «
Υ πτῶμα τριτιῶδες, siue τροφῶδες, vel πτοφιῶδες. Si «
τεφριῶδες legas deiectionem concretam dixeris, «
à voce τέφρη, quę idem Dioscoridi quod πήγνυ- «
σθαι, id est, cogi atque coagmentari. Si τεφριῶδες «
idem videtur quod ξυσματῶδες, nam ramenta «
quædam & concreta corpuscula, frustula quo- «
que modo pinguia, modo carnulenta apparent «
quæ τροφιώδεα vocat in Coacis. «
Υ πτῶμα σωτεικὸς. deiectio coagmentata, figura- «
tam Celsus appellauit, sed figuratæ deiectionis «
absurda est vsurpatio ad laudem illius, si molli- «
tudo absit, quod plerique faciunt medicinæ ig- «
nari, qui duras, & vt ita dicam pilulatas more «
caprilli stercoris deiectiones eo commendant «
nomine quod figuratæ sint, quarum tamen in- «
commoda de siccitate alui cum pari æstu con- «
iuncta diximus in voce ὑποχώρημα ἀπεφθῶδες. Est «
igitur deiectio molliter coagmentata (quam in «
bonis reputat Hippocr.) quæ suo termino con- «
tinetur non alieno, ac suis, vt ita dicam, limiti- «
bus est compressa, qualis est vaccini stercoris «
coagmentatio, ne figuratam quis putet à tereti «
& rotunda & intestinorum figura. Sed mollis il- «
la coagmentatio sicut est caloris mitis ac man- «
sueti vegetarumque partium aluinarum, sic eo «
nihil omnino testantur confluere quod ipsis fa- «
cessat negotium in opere faciundo, aluumque «
præcipitet in transmittendo. «
Υ πτῶματα σωδεπα. alui excremẽta dicuntur Hip- «
pocr. lib. 3. Coac. 36. quæ ipse multis locis σμι- «
κρὰ, μέλανα, & aliquando ἀπεφθῶδεα, quasi ster- «
cori caprarum similia appellat; σωδεπα autem di- «
cuntur quasi sicca, proprio termino circumscri- «
pta, & in globulos coacta à vehementi resicca- «
tione, & humidi quo diffluunt absumptione. «
Υ πτῶμα τονῶδες. Τονώδεα dici videntur qualia in te- »
nesmis & inani egerendi cupiditate, mucosa, pi- «
tuitosa, pauca cum multa contentione egeru- «
guntur. Hæc etiam τόνον ἔχοντα vocat Hippocrat. in «
Coac. quale quid faciunt siccæ & duræ deiectio- «
nes ab æstuante intus incendio. «
Υ πτῶμα ὑδατόχολον deiectio aquea biliosa voca- «
tur, quæ nimirum tenuitate ipsa cruditatis so- «
bole plane est aquea, sed bilioso colore est vice- «
rum febris calore ardentium, ita ὑδατόχολον ὑπό- «
στασιν vsurpauit in Coac. pro liquida consistentia, «
quæ febrili calore bilis parente spumat & liqui- «
tur, nec ab effœta virtute partium solidarum «
crassescit. «
Υ πτῶμα ὑδατῶδες. aquosa deiectio, quæ scilicet «
tenuis est admodum liquida & non colorata, «
quam alibi scilicet 2. prognost. ὑδαρὲς κάρτα. sum- «
me aquosam vocat; ab illa autem summa cru- «
ditas denunciatur. «

Τ καταῤῥημα κατὰ πύῤῥην. deiectio subruffa quam esse optimæ deiectionis notam docet in Coacis Hippocr. eam intelligens quæ colorata est mixtione bilis pituita permixtæ, ab hepate confluentis in aluum, ne pigra sit in excernendo. Est vero bilis illa moderata, tum qualitate tum quantitate, si enim immodica esset euaderet ruffa vel fulua deiectio, esset que signum hepatis æstu incandescentis: si quantitate parcior, alba fieret, qualis in ictericis, phreniticis, atque viscerum obstructionibus qualis passim damnatur ab Hippocrate.

Τ καταῤῥημα κατὰ φλεγματώδες. eam deiectionem intelligere possis Hippocrati vocatam, in qua pituita bili permixta sit quasi sub pituitosam dicas, vel & ad igneam qualitatem referri potest, quæ scilicet dum excrementa permeant, acrimonia vrat & inflammationem commoueat.

Τ καταῤῥημα κατὰ ῥᾳφανὶν. idem quod κατὰ ῥαδυὴν, deiectio subdiuulsa, cuius diuulsio est inæqualis, frustulatim disperta. Potest & nigricans deiectio intelligi, quod ῥᾳφανὶς aut ῥαφανὶς διαχωρήματα ζοώδεα καὶ μελανίζοντα Galen. exponat, & Dioscor. μελανίζοντα. vide supra καταχώρημα ξηρὸν κατὰ ῥαδυὴν.

Τ καταῤῥημα φλεγματῶδες. deiectionem & pituitosam & vrentẽ ex ambiguitate vocabuli significat, cũ vero huic voci vt in Coacis (ἐξίνων) subiungit: magis fauere videtur Hippocr. posteriori significato.

Τ καταῤῥημα φλογῶδες. deiectio vocatur, & quæ mordentem & igneam acrimoniam præ se fert, & quæ ad colorem ignis proxime accedit, qui φλογοειδὴς χρῶμα à Philosophis appellatur, hoc est vt ijdem explicant, φοινικοῦν, ἐναντὶς καὶ σίλβον, hoc est puniceus color floridus & relucens, quia color eiusmodi in accensis carbonibus apparet. Sunt autem eiusmodi excrementa à meraca bile & vitellina quæ iam rubra est, quomodo enim multa bilis vrinis mista, in ictero multo rubore vrinas tingit, sic & meraca illa bilis multa iam acris & ignea.

Τ καταῤῥημα ῥαφανὶν μαλθακὸν. deiectio mollis friabilis, ad exemplum scilicet pridianarum carnium, & asseruatione tenerescentium, atque quodammodo emortuarum, propterea que ex facili discerptarum, quas Galli vocant mortificatas, nam ῥαφανὶν idem est quod in prorrhetico ῥαδυὴν. Est autem id referente Galen. quando ταῖς κρέα τοῖς πλησίοις, καὶ ἰνώδεσι, καὶ δυσδιαλύτοις, καὶ δυσμασήτοις, ἐναντίως ἔχει διακείμενα, id est, cum carnes non sunt similiter affectæ vt esse solent duræ, fibrosæ, quæque non facile dissoluuntur, nec facile se item manducantur, quarum dissimilis est pulmonis caro quam vocat Hippoc. ῥαφανὶν. l. περὶ νούσων. Cernuntur autem eiusmodi deiectiones in nucibus, pyris & malis præmansis, quorum firma non est nec tenax coagmentatio, sed quæ discerpitur sine diu elitis deijciendo emissa. Hæc vero locum habet in sanis, qui fructibus illis tantum vescuntur & victitant. Quod si talis quæpiam in febre fiat, vbi nulla manforum de pomis excussatio sit, prauæ illa quidem est vt docuit in Coac. Hippocrates, colliquationem variamque tum humorum tum cruditatis naturam ostendens quæ inæqualiter elaborantur.

Cæterum aliæ quædam sunt apud Hippocr. & Galen. excrementorum affectiones & appellationes minus insignes velut καταχωρήματα κρηνώδεα, ὀξυχοώδεα, ὀξυώδεα, μυξώδη, χολαζώδεα, à similitudine sic vocata, neque idem significantia cum τὸ χολοειδὲς de quo supra.

Τ πολυῤῥαφῆ. asperiora. siquidẽ ῥαφῆς nomen & significatio vocabulo inest: inquit Galen. in lexico Hippocratis.

Τ πολυῤῥαφῆ. caliginosa, subobscura. vt refert Gal. in lexico Hippocr.

Pro vtroque vide supra καταχώρημα κατὰ ῥάφανον.

Τ πολύχρως. vide supra in ὑπολύχρη.

Τ πῖασμὸς significat apud Hippocr. lib. de fract. χοιρίαν μοῖαν πρὸς ὑπόλισιν, hoc est, cum pars diu veluti supina iacuit, vt annotat Gal. comment. 2.

Τ πῖασμὸν etiã τῷ στόμαχῳ vertit interpres supinitatem, Galen. li. 8. κῆ τόπ. c. 3. vocari scribit illius ex quacumque intemperie imbecillitatem, citra vitium alicuius humoris, aut cum ex nimia humiditate irriguus stomachus laxatur & dissoluitur.

Τ πωμεῖν. sic potest dici id quod pertinet vel ad superhumerale vel ad humerũ, vt annotauit Gal. in lexico Hippocratis. In quibusdam codicibus sine diphtongo legitur ὑπωμὶν.

Τ πώπιον. fugillatio sub oculo. Species est ecchymomatis. Fit ex plaga sanguine sub oculum effuso. Contusis enim venulis sub cute tenuibus sanguis per fissuras sub cutem effunditur & in grumos primum coit, deinde liuet, tandemque nigrescit. Hic non oculi, sed potius faciei morbus est, & à Paulo libr. 3. inter faciei vitia relatus, quamuis nomen illi ab oculis inditum sit, quos Græci ὤπας vocant: perinde enim valet ὑπώπιον, ac si dicas κατοφθάλμιον, Iulius Pollux definit ὑπώπιον esse τὰ κατὰ τοὺς ὤπας τῶν πληγῶν ἴχνη, hoc est, quæ sub oculis apparent percussionum vestigia. Differt ἀπὸ τοῦ κατοφθάλματος, quod hoc oculi sit vitium, illud vero palpebræ inferioris: in reliquis nihil fere discriminis.

Τ πώπιον. dicta fuit à quibusdam eo nomine ἀπὸ τῆς ὄψεως, vt habetur apud Dioscor. forte quod fugillationibus & contusionibus medeatur.

Τ πώπιον. dicitur quoque generaliter quicquid subiacet oculis, & τὰ κατώπια proprie dicuntur ossa iuxta nasum oculis subiecta: item sic vocantur calli qui in manibus oriuntur eorum qui in opere assidui sunt authore Suida.

Τ ὕσσωπος. hyssopum. herba est pedali altitudine, fruticosa, folio cumilæ, floribus purpureis, thyrsos spicæ modo vestientibus. hoc nomine Gallis nota est in condimentario vsu. calfacit & extenuat. Reperitur & ὕσσωπος.

Τ ὑσσώπου ὑγρὸν. medicamentum nomen est quod ex sordida lana præparatur, vt habetur apud Paulum libr. 7. cap. 17. quo loco omnes ὕσσωπον habent, cum tamen ὄισυπον legendum videatur. Quierror non illic tantum admissus est, sed multis alijs locis apud authores tam Græcos quam Latinos.

Notandum Nicolaum sect. 3. de vnguentis per ὕσσωπον ὑγρὸν, id est, hyssopum humidam intelligere œsypum veteribus Græcis dictam, vocat autem ita œsypum non tãtum Nicolaus, sed & Paulus aliquot locis, & hanc appellationem officinæ medicorum in hunc vsque diem retinuerunt. Non est itaque vt errore aliquo acciderit quod multis in locis recentiorum Græcorum medicorum ὕσσωπος ὑγρὸς scribatur vt plerique censent, sed relinquenda in contextu verborum hæc lectio tanquam legitima, sic enim ipsi lanam succidam appellarunt, non vt veteres

» consueuerunt, œsypũ: dictorum & illud fidem
» facit quod Nicolaus sect. 3. de vnguentis memi-
» nerit hyssopi cerati quod ὕσσωπον κηρώτην vocat,
» quod idem est cum medicamento illo ex œsy-
» po composito, quod Græci veteres aliquando
» ὑσσωπον φαρμακον, aliquando ὑσσωπον κηρώτην, vt li. 14.
» meth. medendi Galen. & interdum ὑσσωπον κηρω-
» τειδῆ, interdum etiam ὑσσωπον ὑγρὸν nominant;
» quæ sane omnes appellationes à forma medica-
» menti, quod liquidi cerati instar paratur, sunt
» deductæ. Componendi rationem & modũ tra-
» dit Paul. lib. 7. c. 17. Quod itaque alij Græci ὑσ-
» σωπον κηρώτην, idipsum Nicolaus ὕσσωπον κηρώτην ap-
» pellat.

Υστέρα vterus vide μήτρα: est autem sic vocata quod
» extremum locum inter viscera obtineat, si non
» exacte, saltem κατ' πλάτος inquit Soranus & Pol-
» lux libr. 2. vel ὑστέρα appellatur inquit Aetius te-
» trabl. 4. serm. 4. cap. 1. quod posterior situ sit
» omnibus visceribus.

Υστέρα. secundæ. vide χοριον.

Υστερικὰ φάρμακα. vterina medicamenta sic vocantur
» quæ vtero conferunt, quorum alia quidem im-
» modicum eius fluorem sistunt, alia suppressum
» mouent, alia humorum colluuiem eluunt ex-
» purgantque, alia corroborant, qualia censeri
» debent quæ odore suaui vel aromatico sapore
» suam ostendunt substantiæ tenuitatem.

Υστερικὰ. apud Hippocr. aphor. 33. lib. 5. Interpre-
» tatur Galenus affectus, suffocationem quæ ab
» vtero fit inducentes, licet alij ad omnes vteri af-
» fectus transferant, alij affectum intelligunt quia
» secundarum retentione fit quæ Græcis ὑστέρα di-
» cuntur.

Υστερικὸς. de aceto dictum ab Hippocr. quod vte-
» rum offendat.

Υστερικὴ. dicitur mulier quæ vteri suffocatione labo-
» rat Gal. lib. 6. Epid. comment. 1. t. 2.

Υστερικὴ πνῖξ. suffocatio vteri, vuluæ strangulatus. Est vuluæ ad superiora recursus, principalissimas partes in doloris consortium perducens: hoc est, arterias quas vocant carotidas, vt & cerebri membranas. Cum enim vterus secundum omnes positionum differẽtias loco moueri possit, attamen nisi sursum feratur suffocationem non inducit. Non enim aliud suffocatio est quã respirationis defectus. Itaque supernas partes respirationi inseruientes affici necesse est, sursumque ferri ab vtero suffocationis causam. Sunt autem inter omnes præcipuæ, cor, diaphragma & cerebrum ad quas affectionis noxa peruenit: ad cor quidem per arterias, ad cerebrum vero & diaphragma, per spinæ membranas & neruos. Causa mali vterus humore aliquo aut semine vitioso aut putri refertus, tetro, maligno, acri, mordaci aut frigido aliquo vapore nobiles partes offendens. Consequitur sic affectas, accessione quidem iam propinqua, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallor faciei, aspectus oleosus. Cum instat strangulatio, sopor grauis premit quem cataphoram vocant, mens desipit, sensus intercipiuntur, vox perit, crura contrahuntur, malæ rubent, facies intumescit. Pulsus paruus & debilis euadit, vel penitus etiam aboletur. Aliquæ vero sine respiratione iacent, propter insignem refrigerationem, à qua & spiratio & arteriarum pulsus sensu deprehendi non possunt. Sunt autem quæ alijs actionibus integris manentibus magnam respirationem habeant: id quod accidit cum illæso corde & stomacho causa morbi partes respirationi dicatas pulmonemque inuasit. Cum autem inclinat strangulatio, humiditas quædam è locis muliebribus prodit, ventris strepitus cientur, & ipse vterus paulatim laxatur, atque sic mens & sensus redit. Morbus hic per circuitus mouetur, sicut comitialis, hyemeque & autumno magis infestat iuuenculas ad Venerem procliues, steriles & infœcundas præsertim ex medicamento, vel quibus vterus aliqua de causa refrigeratus est. viduas tamen potissimum infestare Galenus scribit lib. 6. de locis affectis, sed eas maxime quæ antea probe purgarentur ac parerent, atque virorum concubitu gauderent.

Υστερικὸς τύπος. retardatio accessionis. Est motus accessionis tardius, quam præcedens accessio inuaserat, recurrens: vel, vt definit Galen. ὑπολαμβάνων τὸ τοῦ μέλλοντος χρόνου, id est, aliquid futuri temporis assumens. Hic vel morbi proprietatem, quam ἴδιος appellant, consequitur, maxime quidem si proportionem per singulas accessiones seruauerit, vel declinationem (mitiori facto humoris febrem committentis feruore, cuius proprium est prompte & celeriter moueri) significat, si tardior multo fiat quam proportio prius seruata videatur exigere: vel si accessiones quæ tardare antea non solebant, tardari & subsequi cœperint. Hoc enim modo facta retardatio, declinationem morbi ostendit, sicut & accessionum anticipatio, quæ προληπτικὸς τύπος dicitur, incrementum: cum quo recte consentit Aphor. Hippocratis, quo docet longam fore febrem quæ eadem semper hora inuadit.

Υστεροπάθεια. idem quod συμπάθεια est vel διὰ περσπάθεια.

Ὕδατος. aqua inter cutem laborantes, vt explicat Gal. in lexico Hippocratis.

Ὑφαιστίς. dictum est os quod alio nomine ὑοειδὲς vocatur, de quo suo loco. Sed & ὑφαιστὶς vocat Ruffus sub tonsillis ossiculum gutturis caput continentem, à figura sic vocatum, Herophilus quoniam tonsillis assideat παρίστημι, id est, assessorem vocat.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Φ.

ΦΑΒΑ interpretatur Hesychius τὸ σωμάτιον ὀσπρεῖον vulgare scilicet legumen faba, quod appellaretur hoc nomine κατ' ἐλλάδα.

Φαγέδαινα. quandoque generis nomen est, & designat omnia vlcera quæ semper maiora & deteriora fiunt, cuiusmodi sunt Telephia & Chironia, simulque subiectam carnem cum cute corrumpunt, vt ab herpetibus phagedænæ distinguantur, qui summam tantum cutem infestant. Ea omnia vlcera φαγεδαινικὰ appellantur ab antiquis. iuniores tamen (inquit Galenus comment aphor. 45. lib. 6.) quædam vlcera speciatim φαγέδαιναν vocarunt, eamque ab alijs distinxerunt. Est autem vlcus tumidum, profundum, vicinas partes erodens. Est enim in phagedæna vlceri tumor coniunctus, qui vlceris labra circunstat, eoque differt inter cætera ἀπὸ τῆ νομῆς quæ sine tumore exedit. Profundum autem est, hoc est, cum cute subiectam etiam carnem attingit, eoque ab herpete distinguitur, qui solius cutis exulceratio est. Id quia pergere pascendo ab ægris particulis ad eas quæ integræ sunt: soleat, atq; harum semper aliquid ægris adijcere, φαγέδαινα nomen sortitum est. Nascitur à biliosо humore vsto & ad melancholicum iam vergente, non tamen valde crasso, qualis cancrorum est, nec tam tenui quam est erysipelatum atque herpetum. hic copia sua vlceris ora replet & in tumorem attollit, malignitate autem & acrimonia partes vicinas erodit. Nec vero oportet tum humorem putrere, sicut ἐν τῇ νομῇ, quæ erosionem habet cum putredine coniunctam. Siquidem in phagedæna erosio contingit à maligna qualitate, non etiam à corruptione totius substantiæ.

Atque ex illa φαγέδαινας tum communi tum speciali significatione, facile apparens in Galeno contradictio tollitur qui aliquando φαγέδαιναν à Chironio & Telephio vlcere tãquam cõmune genus à suis speciebus distinguit, vt 14. meth. c. 17. lib. de tumor præter nat. c. 14. alias vero vt 2. meth. c. 2. & 5. aphor. comment. 22. 6. eiusdem comment. 45. & 3. de temper. c. 3. non tanquam genus à speciebus, verum non secus ac tertiam ab illis maligni, contumaciſue (Græce κακοηθοῦς) vlceris speciem secerni ostendit: quin & Paul. ipse lib. 4. seorsim ac proprijs cuiusque capitibus de phagedæna, & Telephijs Chironijsue vlceribus determinauit, capitibus nimirum 44. & 46. hoc & idem ex Celso colligi potest lib. 5. c. 28. Vnde pro nodi solutione liquet, τὴ φαγέδαινας, si proprie vsurpetur, non esse species Chironia Telephiaque vlcera, sed constituere per se distinctas à phagedænis differentias, quanquam communi significato haud ita esse non absurde quis existimet.

Ab vlcere autẽ vt arbitror, translata τῆ φαγέδαινης vox est ad stomachi affectũ. Eo enim nomine τὴν κυνώδη ὄρεξιν, hoc est appetentiam caninam, quidam appellarunt, cum stomachus vehementer appetens cibum immodice sumit, nec satiari vorando potest. De eo Plinius lib. 26, c. 11. Phagedænis, inquit (quod nomen sine modo edentium est, & alias vlcerum) tithymalli medentur cum sesamis. Itaque aliquando distinctionis gratia vlcerum phagedænas dicit. De hoc stomachi vitio legitur & apud Cœlium Aurelianum libr. 5. de morbis diuturnis: similiter apud Galenum comment. 3. in li. 6. τῶν ἐπιδημιῶν, aphor. 37. his verbis: τινὲς γε μὴν ἤκουσαν φαγεδαίνας τὰς τῶν πολλῶν βρωμάτων ἐδωδὰς, ἃς ἢ ἐαυτὰς κατὰ ἰσχυρὰς γνώσεις ἀμείβους ὀπτῶσι ὀρέξεις, ὁμολογεῖται ἢ παρ' ἡμῶν. hoc est, quidam igitur phagedænæ nomine intellexerunt multorum ciborum ingestionem, sed quam à maligno succo prouenire, vt & appetentiam ciborum immoditã, etiam ipsi confitemur. Atque etiam in libello medicarum definitionum vbi scribit, φαγέδαινα ὅτι κατασκευὴ κακὴ ὑπ' ἐρεχόμενοι πολλῆς τροφῆς ἢ λαμβάνοντες ἀμέτρως, οὐ χρησίμων αὐτῆς, ἀλλ' ἐξεράσαντες πάλιν ὀρέγονται. hoc est, Phagedæna dispositio est per quam multum cibum appetentes & sumentes immodicum, ip-

sum non euincunt, sed eo sumpto rursum appetunt. De quo stomachi vitio vide κυνόδης ὄρεξις.

φάσπιτ. transparens in igne fiat vt in secundo de morbis mulierum. Galenus in lexico Hippocratis.

φαινόμενον. apparens. duobus modis dictum est apud veteres Philosophos: vnum quod sensu aliquo noscitur, vt album, nigrum, durum, molle, calidum, frigidum: alterum indemonstrabile, ex eorum videlicet numero quæ intelligentiæ primo occursu patent: veluti, quæ eidem sunt æqualia, ea etiam inter se esse æqualia: &, si æqualibus æqualia adduntur, tota etiam æqualia fieri: &, quod nihil citra causam: &, quod ex eo quod omnino non sit nihil fiat: aliaque id genus non pauca. Non sic autem Empirici, qui φαινόμενα ea tantum dicunt, quæ sub sensum cadunt, γνωστὰ δὲ μόνα vero quæ memoria tenentur. φαινεζ vero simul & γνώσεζ quæ & ante aliquando sub sensum venerunt, & nunc simili modo veniunt. Methodici vero, vt scripsit Galenus lib. de optima secta, φαινόμενον appellant, non vt sensu perceptibile, sed quod ex seipso percipitur, etiam si sub sensum non veniat.

φαιὸν. fuscum. dicitur quod colore inter rubrum & nigrum medio est, quem, cum in corporis partibus sæpe incidat, plurimi medicorum πολιὸν, hoc est liuidum, vocant, vt scribit Galenus lib. 14. meth. med. Idem vero lib. 1. de sympt. causis fuscum fieri dicit ex albo & nigro simul mistis, quemadmodum & medij omnes colores fiunt. Vtraque quidem sententia vera est, sed illa fusci coloris generationem magis proprie designat. Is visum languidum & dissipatum mire reficit, ideoque pictores subinde eum intuentur, quo oculos recreent & confirment. In hominum corporibus aliquando à contusione, interdum à caloris natiui extinctione, sæpius ab humore melancholico prouenit.

φαὸν. id est fuscum, Appellatur collyrium cuius cõpositio varia est apud medicos. Ipsum enim aliter Galen. ex Asclepiade, ex Oribasio Aetius, Paulus, & Scribonius Largus describunt.

» Verum medicamenta quoque plurima φαιὰ, id
» est fusca apud Galen. passim in libris κατὰ τόπ. &
» κατὰ γέν. legeris, & quidem maxime 6. κατὰ γέν. c.
» 10. habentur emplastra quæ φαιὰ appellat ex An-
» dromacho duplicis generis, quorum aliud Α-
» θηναϊκὸν, aliud συγγματικὸν dicitur, alia ibidem φαιὰ plu-
» rima habentur ex varijs authoribus.

φακῆς ἀγρία. lens syluatica. lentis palustris genus non in aqua, sed dilutis & vliginosis nascens, carens folio.

φακῆ. lenticula. φακὸς enim lentem significat.

φακοειδὲς ὑγρὸν. sic dicitur crystallinus oculi humor, vt scribit Aetius lib. 7. à figura. Est enim lenti similis, rotundus quidem sed oblongus. Idem author est etiam δισκοειδὲς à quibusdam vocari. vide κρυσταλλοειδὲς. Significat & φακοειδὲς idem quod φακωτὸν. hoc est lenticulatum, de quo infra.

φακοπτισάνη. edulium est ex lente & ptisana concinnatum, ita tamen vt plus lẽtis quam ptisanæ habeat, quod hæc valde intumescat, illa autem minimum. Coquitur eodem quo ptisana modo, nisi quod satureia & pulegium induntur, quo & suauior & concoctu facilior reddatur: ptisana enim anetho porroque solo contenta est. Sapæ mistionem respuit: quod sic magis incrassetatque obstruat. Amat autem suillam recens salę conditam, siue suauitatem siue concoctionis facilitatem spectes. Verumtamen nulla arte fieri potest, quin & obstruat & melancholicum succum gignat.

φακὸς. lens, leguminis genus quod duplici facultate constat, cortex enim astringit, cato vero interior crassa est & terrea, austeram qualitatem habens exiguam, vide Galen. 1. de aliment. facultat. c. 18.

Dicitur & φακὸς lenticula, Celso, Sereno lentigo, macula scilicet nigricans aut rubicunda, liuoreque perfusa, qualis esse solet plumbi, aut quæ ex percussione fit, & ad lentis similitudinem prouenit, vnde & nomen habet.

φακάδες. dicuntur Hippocrati lenticolores seu qui lentis colorem referunt quales sunt lienosi.

φακωτὸν. lenticulatum, siue in lentis modum conformatum, vt apud Hippocratem φακωτὸν πνευματεῖον, vas in lenticulæ similitudinem factũ, quo ad ignem calente, vel aqua aut oleo calidis pleno fotus fiunt. Latine vaporarium lenticulatum dicere possis. quanquam non solum φακωτὰ fomenta fuisse dicta, sed etiam φακοὶς substantiue, id est (vt Celsus dixit) lenticulas, Galenus ostẽdit in glossis Hippocraticis, his verbis: ἀσκοὶ, κεφάλαια, οἷς ἐν πνευματοῖς ἐν φακοῖς ὀνομάζουσι. id est vtres appellat tegulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant. nisi apud Galenum eo loco legendum sit πνεῖος φακωτοῖς, id est fomenta lenticulata.

Dicitur & φακωτὸν de scalpri quodam genere, quod & φακοειδὲς Galenus appellat lib. 6. methodi medendi. Habet enim in imo lenticulæ speciem, atque hanc hebetem, in longitudinem vero aciem acutam, eoque chirurgus vtitur, cum vel cauo scalpro os excidens, vel forcipe quod valde comminutum est attollens, aut conuertens, aditum facit per quem lenticula immittatur. Hanc enim super cerebri membranam collocat, sic vt lata sui parte ipsam attingat, deinde malleolo scalprum ferit. quo fit vt membrana inuiolata seruetur, cum protegatur à lenticula, quæ in excidendo præit, & membranam sicubi adhæret, ab osse innocenter resoluit: acies vero scalpri, quam esse in longitudinem diximus, ipsam insequitur.

φάλαγγες. internodia digitorum. Sic dicuntur digitorum ossa terna, mutuo colligata & ordine sibi succedentia, & velut in acie disposita. Ac quamuis φάλαγξ agmen militum significet & non singulos milites, digitorum tamen singula ossa à medicis φάλαγγες appellantur, vt cum Galenus primam pollicis phalãgem nominat, scribitque priorem semper phalangem subire in cauitatem sitam in principio sequentis phalangis. Ratione eadem etiam σφυρὰλίδες vocantur. Sunt etiã qui phalãgis nomine metacarpij ossa cõprehẽdant, ordine etiam eodem vtlut in acie constituta, quo ossa digitorum.

φαλάγιον. herba est ramulis duobus vel tribus pluribusue in diuersa tendentibus, flore candido, lilio similis, multas incisuras habens: semine nigro, lato ad lenticulæ dimidiatæ figuram multo tenuiore: radice parua, tenui, herbacei coloris, dum à terra eruitur. Facultatis est tenuium partium & desiccantis. Sic dicta est quod demorsis à phalangio auxilietur. Dicitur alio nomine φαλαγγίτης.

φαλάγγωσις. Oculi affectio est, inquit Paulus, cum

cilium intro ſpectat, pilorum acie ſimul cum eo inuerſa. Sic enim pili oculum compungunt. Aetius vero ex Seuero ſcribit φαλάγγωσιν dici palpebrarum χάλασιν, cum videlicet illæ relaxatæ, aut earum extremitas intro vergit, vt pili inde non facile appareant, niſi quis diſtendat ac diſparet palpebras: ſcribitque eam affectionem πίλωσιν etiã vocari, & differre ἀπὸ τ̃ διστιχάσεως, quod in hac noui & non naturales pili ſuccreſcant, in illa ſoli naturales pili ſint, qui inuerſi negotium oculo faceſſunt. Paulus vero lib. 6. videtur palpebrarum relaxationem alium à phalangoſi affectum ſtatuere. Tamen Galenus ἐν τ̃ εἰσαγωγ̃ definiens phalangoſim eſſe, cũm pilorum ſubnaſcentium duplex triplexue acies inferiore aut ſuperiore palpebra prouenit, eandem prorſus facit cum diſtichiaſi, manifeſto errore. Species enim τ̃ς τριχάσεως ἡ φαλάγγωσις, vt & ἡ διστιχάσις. Dicitur enim τρίχασις noxa oculi à pilis proueniens: ea autem contingit duobus modis, vel nouis pilis exoriẽtibus, vel naturalibus pilis in bulbum (ſic enim eo loco Paulus vocat ipſum oculi globũ bulbi modo tunicatum & capillatum) conuerſis: vtroque enim modo contingit oculum pungi & male habere. Dicitur hic affectus ἀπὸ τ̃ς τ̃ τριχῶν φάλαγγος, hoc eſt à pilorum acie.

Φαλακρὸν. vocatur ab Hippocr. ferramentum quod eſt in extremo rotundum, cuiuſmodi ſunt capitulata illa quibus ad alas chirurgi vtuntur, quæ πυρλῶας & δισπύρλωτα nuncupant, atque item ſpathæ capitulatæ. Quæ vero his contraria ſunt & oblonga, σφηνίσκια ab eo appellantur, quorum extremitas non eſt rotunda ſed acuta, illis quodãmodo ſimilis quæ ad perforandum accommodantur. Annotat Galen. comment. 1. εἰς τὸ ἀφ' ἱππ. Galen. in lexico Hippocrat. φαλακρὸν interpretatur rotundum cum læuitate.

Φαλάκρωσις. caluitium, ſeu caluities. Eſt defluuium pilorũ capitis propter humoris penuriam. Nam cum duabus de cauſis pili decidere ſoleant, ſcilicet vitio humoris pilos corrumpentis, & alimẽti defectu, à priori quidem cauſa ὀφίασις καὶ ἀλωπεκία, ab altera φαλάκρωσις prouenit. Deficit autem pilis alimentum propter ſiccitatem cerebri, quæ vel à ſenio eſt, vel maturius etiam accidit propter caſidum & ſiccum hominis temperamentum. Eam ob cauſam Hippocrates ſcripſit mulieres & eunuchos non fieri caluos, quia natura humidiores ſint. Fiunt autem calui homines à ſincipite magis, cum ſeneſcunt, quoniam illud omnium capitis partium eſt ſiccißimum. hæret enim cutis illic oſſi nudo. verum Hippocrates caluitiem oriri dicit à cerebri conſumptione li. 6. τ̃ ἐπιδημιῶν, id quod Galenus commẽt. in eum librum tertio explicans ſcribit ætatis curſu cerebrum ſiccari & ſeipſo minus euadere, potiſſime parte capitis anteriore quam βρέγμα appellant, & ſic ab ea parte recedere, atque inde fieri vt ea deſtituta cerebri humiditate ſiccior euadat, neque vt ante, pilis alimẽtum ſubminiſtret. Cæterum quamuis proprie φαλάκρωσις de capite intelligatur, ſunt tamen qui ad mentum etiam pertinere dicant, inter quos eſt introductorij ſeu medici author. At ſi rem diligentius conſideremus, de mento improprie φαλάκρωσις dici videbitur, ex quo non niſi vitio humoris defluere pili ſolent, cum illa propter ſolam, vt Galen. ait, alimenti penuriam eueniat. vide ſcholium 39. quod nos in librum Hippocratis de natura pueri ſcripſimus.

Hominibus autem ſolis ait Ariſtoteles 5. de gener. anim. c. 3. calueſcere contingit, quod maximum humidiſſimumque cerebrũ habeant, mulieres vero non caluent inquit, quoniam illarum natura puerorum naturæ ſimilis eſt, vtraque enim ſterilis ſeminalis excrementi eſt: neque etiam calueſcunt pueri quia ſemine carent. Ea autẽ ætate quiuis calueſcit qua ſemen emittere incipit. Spadones etiam, ait, non calueſcũt quoniam in fœminam mutantur, & pilos qui poſtea gignuntur aut non producunt, aut amittunt ſi forte habent, præterquam pubem quam etiam mulieres habent cum cæteris illis careant, obleſio enim hæc mutatio de mare in fœminam eſt. Quod autem in hominibus eſt calueſcere, hoc in plantis atque auibus eſt φυλορροεῖν, defrondeſcere, & πτερορροεῖν depenneſcere; hic vero plantarum affectus inquit Ariſtoteles contingit inopia humoris calidi, qualis eſt præcipue humor pinguis, vnde plantæ quæ pingues ſunt frõde perpetua virent. Cauſa vero vt quæ latent, pennas rurſus recipiant, quæque frondem amiſerint denuo frondeſcant, caluis autem nunquam redeat pilus, vide apud Ariſtotelem loco citato. Cæterum pro φαλάκρωσις dicitur & φαλακρότης & φαλάκρωμα & φαλακρα.

Φάλαεις. cauliculos emittit zeæ culmis ſimiles, à minutis & nullius vſus radicibus, multos, duũm palmorum geniculis cinctos, graciliores tamen, ac dulces: ſemen candidum, oblongum, milij magnitudine. Galenus φάλεις vocat, niſi mendoſus eſt codex, aitque tum ſemen tum ſuccum tum folia potu auxiliari veſicæ doloribus, ceu in ſe habeant quiddam tenuium partium & calidum.

Φαλερὸς, vel φαλέριος οἶνος. vide οἶνος vbi inſigniores vinorum differentiæ recenſentur & explicantur.

Φανίον. hoc eſt lampas ſeu facula. Medicamenti cõpoſiti nomen eſt, duplex eo nomine inſcriptum. Vnũ Neapolitæ ad maximas epiphoras & doloris moleſtias. Alterum autem Serapiacum dictum. Deſcribuntur à Galen. lib. 4. κατὰ τόπους.

Κατὰ φαντασίαν μέγα νόσημα. morbus ſpecie magnus appellatur, vt vulnus quod in carnoſis partibus magnum ſpatium obſidet: huic opponitur κατ' ἀποτέλεσμα μέγα νόσημα, morbus reipſa magnus de quo ſuo loco: Galen. in Definit. Medicis.

Φαεικὸν. vt legitur apud Athenæum, vel

Φακεικὸν. vt ſcriptum inuenitur apud Nicandrum, Dioſcoridem, & Plinium, eſt veneni deleterij genus, verum quid ſit non certo conſtat. Nullii enim eorũ qui de venenis ſcripſere, de eo quicquam præter veneni ſumpti notas & curationes tradiderunt. De hoc modo conſtat ex proœmio Dioſcoridis in librum ſextum, arborem, frutticem, aut herbam eſſe. in horum enim cenſu ab eo reponitur. Nec Galenus ipſe quid ſit docet, ſed ipſum inter ſimplicia venena lib. 2. τ̃ ἀντιδότων enumerat. Quidam exiſtimauere nardi ſpeciem eſſe aut aliquid in nardo naſcens, præterea quod τὸ φακεικὸν nardum reſipere dicatur, quodque nonnihil veneni vicem gerens in nardo gigni ſcriptũ legerint, ex quo poiſon illud vulgo nuncupatum, tamque celebre vtiam omnia venenorum genera vno eius nomine apud Gallos deſignentur, Indi conficiant, exitiale non potu modo ſed & in ſudore corporibus admotum. Quorum quidem opinioni non reclamat quod

τῷ ναρικῷ nardum aut nardi spicas aduersari Nicander prodiderit. Multa namque & venenum & suas secum antidotos ferunt.

φαρμάσσω. hoc est ἐμπάσσω. rugosum. vt interpretatur Gal. in lexico Hippocr.

φαρμακεύειν & φαρμακεύεσθαι. his vocibus non cuiuscumque medicamenti assumptionem solet Hippocrates nominare, sed hoc vocabulo vtitur in sola purgatione vt docet Galen. comm. in aph. 37. l. 2. & comment. 2. in prorrhet. αὐτὶ τοῦ καθαίρειν quod est medicamento purgare sæpe ab Hippocr. vsurpari docet.

φαρμακευτικὴ. pars est τῆς θεραπευτικῆς quæ medicamentis intro sumptis fortisque admotis medetur.

φαρμακίτης οἶνος sic dictum fuit vinum pramnium authore Eustathio.

φαρμακίτις γῆ. eadem est quæ & ἀμπελίτις γῆ, de qua vide suo loco.

φάρμακον. generaliter id omne dicitur quod naturã nostram alterare potest, sicut nutrimẽtum quod substantiam augere vt ait Gal. initio lib. 1. de aliment. facult. Sic Aristoteles problem. 43. sect. 1. φάρμακον definit quod domari vincique minime potest, sed venas ingressum per excessum caliditatis frigiditatisue suæ perturbat, quod vero cõcoctum à natura accedit & corporibus adhæresit, alimentum appellari: Cæterum hæc vox ambigua videtur & significatione anceps. Interdũ enim in bonam partem accipitur, scilicet pro medicamento salutari, interdum in malum pro lethali seu vulgariter dicto veneno: Generaliter etiam atque metaphoricῶς de quouis remedio vsurpatur; apud Dioscor. autem θανάσιμα φάρμακα appellari Marcellus annotat illa omnia quæ in medicina vsum aliquem habent, per se autem lethalia sunt, vt Apollinaris herba, cicuta, mandragora, spuma argenti, & pleraque alia. Hesychius vero φάρμακα esse dicit πᾶσαν πόσιν: vsurpatur vero sæpe apud Hippocr. pro purgante medicamento.

φαρμακοποσία. medicamenti potio dicitur & φαρμακεία; per has vero voces consueuit Hippocr. nominare, proprie eas tantum quæ cum purgantibus medicamentis fiunt vt notat Gal. in aphor. 25. lib. 7.

φαρμακοπώλης. Latine Aromatarius (quanquam & huius origo nomine Græca est nec nomen extat apud authores) dicitur etiam seplasiarius quod nomen apud Lampridium legimus in Heliogabalo: estque seplasia vel seplasium vox antiquissima vt Nonius ex Varrone prodidit, Latinis tamen video placuisse magis nomen pharmacopolæ, estque à vox vere Græca à vẽdendis pharmacis dicta: Plinius Seplasiam non semel dixit, atque ab illo discimus Seplasium & Pharmacopolam eundem fuisse: erat autem Seplasium vel Seplasia (dicitur enim vtrumque) olim locus Capuæ, qualis Romæ vicus vnguentarius vt notauit Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis ad cap. vndecimum l. 34. & fortasse vnguentarij Seplasium incolebant, quod Cicero in Pisonem cum de Seplasia dixisset, subiunxit his verbis, Gabinium si vidissent vestri illi vnguentarij: & certe Seplasia vicus erat mercibus instructus quæ ad luxuriam & voluptatem plurimum valerẽt: itaque Annibalem Valerius Maximus dixit Seplasiæ delicijs cuiratum: est autem consentaneum à Seplasia dictos Seplasiarios qui scilicet illic suas venales merces exponerent, & in apothecis custodirent quæ tamen merces nõ soli voluptati, sed bonæ quoque valetudini inseruirent, cuiusmodi emplastra & collyria quæ Plin. dixit l. 34. cap. 11. è seplasia mercari solitos, quorum exemplo accipimus compositiones valetudini dicatas in Seplasia vendi consueuisse, vt & simplicia quoque vendebantur sicut idem testatur lib. 16. c. 10. cum dixit Seplasiam pro thure gemmam quamdam ex picea supponere, & Aristophanes in nebulis gemmas à pharmacopolis vendi indicauit, inquiens ἤδη παρὰ τοῖσιν φαρμακοπώλαις τὴν λίθον ταύτην ἐώρας τὴν καλήν, vbi Græcus interpres ait Pharmacopolas proprie dictos qui pharmaca vendunt, siue sint illa salubria siue lethalia, sed à priscis etiam vocatos pharmacopolas qui lapillos vendebant pretiosos; idem & pharmacopola quem Galen. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 5. de compos. medic. κατὰ γένη semel φαρμακοπώλην vocauit quem Latine institorem dixit Andernacus, alii interpretes vnguentarios & seplasiarios appellant, de hac voce vide suo loco: sed cum aliqui vellent de pharmacopolarum dignitate aliquid honestius commẽtari, eos audio existimare pharmacopolæ nomen dictum esse de medicis vulgaribus, non de ijs qui officinas aperiunt pharmacis instructas venalibus quos hodie aromatarios appellamus, hoc vero idcirco esse sibi persuasũ, quod Gal. Mãtiã ex vetustissimis medicis pharmacopolam vocauerit l. 4. κατὰ γένη c. 14. atque eundem fuisse vulgarem medicum ostendit 2. κατὰ τόπ. c. 3. inquiens, fuit itaque Archigenes vulgaris medicus, velut & Mantias & Heraclides Empiricus: item l. 7. c. κατὰ τόπ. cap. 3. Pamphilum quemdam vocat pharmacopolã quem vulgarem fuisse medicum significauit initio lib. 6. de simpl. medic. facult. & lib. 1. de dieb. decretor. c. 2. inquit reuera medicum non pharmacopolam quemdam ex triuio; verum hæc erroribus plena sunt, & primo Mantiam Galenus non solum cum præclaris medicis recensuit libr. 6. simpl. in initio, sed cum esset Herophilius præceptorem fuisse Heraclidis Tarentini qui postea defecit ad Empiricos vt scripsit ipse Gal. libr. 6. κατὰ τόπ. c. 4. & l. κατὰ γένη c. 1. ait eundem Mantiam omnium primum quos nouerit scripsisse compositiones multorum laudabilium medicamentorum, quem sit Heraclides Tarẽtinus eius discipulus imitatus, non solum in vsu pharmacorũ, sed etiam in ea artis parte quæ victus rationem docet, quo nomine sæpius alibi eum laudauit vt ex ijs intelligere sit nõ fuisse vulgarem, sed egregium & præstantem medicũ; Nec recte accepta sunt illa Galeni, fuit Archigenes non vulgaris medicus, veluti & Mantias & Heraclides, horũ enim sensus non is est quem illi arbitrantur sed omnino contrarius: Significant enim Archigenem non fuisse vulgarem medicum, sicuti nec Mãtias nec Heraclides fuere, recta enim dicendi forma requirit vt comparatio fiat inter similia, deinde nusquã Gal. Mantiam vocauit Pharmacopolam, & locus ille ex 4. κατὰ γένη c. 14. falso adductus est quia non est scriptum Mantiæ pharmacopolæ, sed Pharmacopola, vti Græce Μαντίᾳ φαρμακοπώλης, vnde fit manifestum φαρμακοπώλης non esse dictum de Mantia, sed de libro quem Mantias scripsit eo titulo, Pharmacopola. Pamphilus vero de quo secundo loco dictum est, fuit quidem pharmacopola, sed nusquam

" eundem Gal. vocauit medicum, quod si fuisse
" medicum credamus quia cum multis medicis à
" Gal. recensetur initio lib. 6. simplic. non ex eo ef-
" ficitur, Pharmacopolæ nomen significare vul-
" garem medicum, quia non constat Pamphilum
" medicum, de quo lib. 6. simplic. & Pharmacopo-
" lam de quo alibi, eundem fuisse, nisi quoque ve-
" lit aliquis nos docere Episcopum pro medico
" vulgari, vel pharmacopola sumptum, namque
" Pamphilum alias pro medico habitum, alias vo-
" catum pharmacopolam. Aetius ad finem sui vo-
" luminis vocauit Episcopum: nec mouent illa
" quoque ex lib. 1. de dieb. decretorijs c. 2. Reuera
" medicum non Pharmacopolam quemdam ex
" Triuio, in his enim aliud medicus, aliud phar-
" macopola significat, & damnatur medicus qui
" in ægris curandis officium sibi vēdicat phatma-
" copolæ suumque deserit: itaque pharmaco-
" polam appellare proprie eum debemus qui tum
" miscendis tum vendendis pharmacis operam
" nauat, vnde & illud temeritatē sapit quamdam
" quod apud Horat. Arabubaiarum collegia Phar-
" macopolæ, nullo authore aut teste vulgarem
" medicum interpretantur nonnulli.

Φαρμακεύεσθαι. dicuntur οἱ τὰ φάρμακα πείθοντες ἢ πω-
" λοῦντες, terentes pharmaca vel vendentes, qui à
" Plinio medicamentarij vocantur: hanc autem
" vocem ex Demosthene pollux refert & expo-
" nit.

Φαρμακῶδες. medicatum, id omne dicitur quod me-
" dicas habet vires & in medicis viribus purgandi
" vim: author significationis eius Theophr. 6. hist.
" plantar. φαρμακώδη appellans lac, succos, liquo-
" res, seminaque illa omnia quæ vim medicam ha-
" bent, priuatimque ad purgationes per inferna,
" quin & herbas ipsas inter φαρμακώδη enumerat
" lib. 9. c. 8.

Φαρύγγιον. sic dictum est os hyoides, vt scribit Ga-
leius, quod sit portio maxima pharyngis. vide ὑοειδὲς. Reperitur tamen apud Galenum in Isa-
goge pro pharynge dici. & Hippocrates initio
fragmenti περὶ ἀνατομῆς vsurpat.

" Sic & Ruffus Ephes. l. 1. περὶ ἀνθρώπου μορίων
" φάρυγγα vocari scribit φαρύγγιον, & τὴν πρὸς τῇ
" καταπόσει πᾶσαν εὐρυχωρείαν explicat.

Φάρυξ. duo significat, fauces & asperam arteriam.
Fauces dico regionem intra os, vbi tum gulæ
tum asperæ arteriæ extrema concurrunt. Gram-
matici genere distinguunt, vt ὁ φάρυξ proprie di-
ctam pharyngem, id est fauces, significet (hæc
autem est ὁ τῆ λάρυγγος πρόσκειμένη εὐρυχωρείη, hoc est,
amplum illud spatium inter laryngem gulam-
que medium) sed ὁ φάρυξ genere masculino la-
ryngem, quod est asperæ arteriæ summum, vel
ipsa arteria. περὶ τῆ φάρυγγος, fauces significante,
Hippocrates dixit in Prognost. φάρυξ ἑλκουμένη
σὺν πυρετῷ δεινόν: hoc est, fauces vlceratæ cum
febre malum. quem locum exponens Galenus,
ait: ὅτι φάρυγγα τὴν προκειμένην χώραν στόμαχου τε καὶ
λάρυγγος ὀνομάζει, δῆλον ὅτι. hoc est, quod pharyn-
gem intelligat spatium illud positum ante sto-
machum & laryngem, manifestum est. Et rur-
sus, καλεῖ καὶ φάρυγγα τὴν ὑπὸ τῷ διανοίγειν τὸ στόμα καὶ πλα-
τύνειν τὴν γλῶτταν, κάτω φαινομένην εὐρυχωρείαν, ἐν ᾗ
τὰ δύο στόματ' ἐστί, τό τε τῆς στομάχου καὶ τὸ τῆς λάρυγγος.
hoc est, appellat autem pharyngem latum illud
spatium quod, dum aperitur os & deprimitur
lingua, inferius apparet, vbi gemina ora sunt, vi-
delicet stomachi & laryngis. Verumtamen pro
summo arteriæ capite aut ipsa etiam arteria in-
differenter vtroque genere vsurpari reperies, vt
apud Galenum l. 2. de placitis Hipp. & Platonis,
τὸ μὲν γὰρ ἄνω τραχείας ἀρτηρίας, λεῖπον δὲ καὶ φάρυγγα
προσαγορεύομεν. hoc est, caput enim asperæ arteriæ,
quam etiā pharyngem appellamus. Et l. 8. de vsu
partium, καὶ πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον ὄργανον τῆς φω-
νῆς, ᾧ λάρυγξ ὄνομα, τὸ ἄνω πέρας ἐστὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας·
λεῖπον δὲ καὶ φάρυγγα καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ πρὸς τῷ λάρυγγι.
hoc est, primum quidem & præcipuum instru-
mentum vocis, cui larynx nomē, summa extre-
mitas est asperæ arteriæ: quam quidem & pha-
ryngem appellant, nomine consimili & eadem
significatione qua & id quod præcedit laryngē.
Praxagoras etiam ἐν τῇ ἀνατομῇ, vt testatur schol.
Homeri, sic scriptum reliquit: ἔστι γὰρ ὁ μὲν φάρυξ ἐν
τῷ ἐμπροσθεν, ὁ δὲ στόμαχος ἐν τῷ ὀπισθεν· καὶ ὁ μὲν φάρυξ
ἐμφύεται εἰς τὸν πνεύμονα, ὁ δὲ στόμαχος εἰς τὴν κοιλίαν.
hoc est, Pharynx quidem est ab anteriore parte,
stomachus autem à posteriore: & pharynx qui-
dem inseritur in pulmonem, stomachus autē in
ventrem. Ex quib. liquido apparet φάρυγα pro la-
rynge & aspera arteria sumi. Quod autem sic ap-
pelletur, partiū, vt opinor, vicinitas effecit. Ari-
stoteles vero l. 3. Ethicorum φάρυγγα collum vel
potius œsophagum appellauit his verbis: διὸ καὶ
ηὔξατο τὸς Φιλόξενος Ἐρίξιος, ὀψοφάγος ὤν, τὸν φάρυγγα
αὑτῷ μακρότερον γερᾶναι ἠθέλησε. hoc est, quamobrem
optauit quidam Philoxenus Erixius, quod hel-
luo esset, pharyngem sibi esse grue maiorem.
Item Athenæus, ἐκεῖνος ἠύξατό ποτε γερᾶναι τὴν φά-
ρυγγα ἔχειν. hoc est, ille optauit vt haberet collum
gruis. quo loco aduerte fœminino genere dici
quod Aristot. masculino dixerat. Præterea Ori-
basius docet φάρυγγα apud Hippoc. aph. 15. sect.
2. labia, palatum & vuam significare, alij vero
glandulosa omnia circa fauces corpora.

Φαρυγγίζειν. præclusa gula loqui apud Pollucem, λα- "
ρυγγίζειν dixit Demosthenes. "

Φάσγανον. dicitur à nonnullis ὁ ἀσπάλαθος, vt habetur
apud Dioscor. dicitur & à quibusdam τὸ ξίφιον, vt
idem author est.

Φασιολοὶ. vide ὀλιχοὶ; de his vide & Galen. 1. de ali- "
ment. facult. c. 25. & 28. "

Φατνία. dicuntur ossa dentes continentia, vt scribit
lib. de ossib. Ruffus autem in partium hominis
onomasia definit esse cauitates in quas dentes
infixi sunt, atque alio nomine ὀλμίσκους dicit vo-
cari. Verum Gal. loco citato dicit dentes conti-
neri ἐν τοῖς τῶν φατνίων βοθρίοις, scribitque φατνία ossa
esse dentes continentia, βοθρία vero cauitates in
quas dentes inserti sunt. ex quo patet vel easdem
vel valde affines esse istas voces. Apud Ruffum
etiam φατνίας legimus: apud Pollucem & φατνίας
& φάτνας.

Φαῦλον. apud veteres Græcos non solum significat
vitiatum, sed etiam simplex. vnde & Hippocra-
tes libro de fractur. dixit κατάπασιν φαυλοτέραν, id
est extensionem simpliciorē & quæ non magno
negotio perficitur, vt Galenus annotauit. Vocat
& multis in locis Hippocrates φαύλην δίαιταν, eo-
dem authore, victus rationem quæ exquisitæ
on traria est.

Vt docuit comm. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθ. t. 45. eam vi- "
ctus rationē quæ exquisita est σκεθρὴν veteres no- "
minarūt, quæ huic contraria est φαυλὴν, quæ autē "
inter vtramq; media est ὑποφαυλὴ vocatur. Gal. "
comm. in lib. de fracturis docuit φαῦλον antiquis "
non solum vitiosum aut prauū denotare, sed etiā "

» quod est simplex, sic φαῦλα ὕδατα Aristoteli malæ » aquæ sunt, quin imo ob hanc rationem φαῦλος » vilis est nulliusque pretij, quod quicquid in » suo genere malum est & vitiosum, etiam est » vile.

φαύσιγγες. proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri.

» Qui alio nomine φώϊδες dicuntur; Appel- » lantur autem abusiue etiam reliqui circuli vt ex- » plicat Galen. in exeg. vbi & nonnulli φαύσιγγες le- » gunt.

φαυσιανὰ πεσσάρια. sunt pastilli admodum acres & exedentes, qui vel maximas carnium excrescentias ad vsque penitiora adurunt, crustisque obducunt. Descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 12. & apud Aetium lib. 9. c. 49.

φαυσιανὸν. est nomen medicamenti arteriaci quod à » Gal. describitur 7. κατὰ τόπ. c. 2. ex vino falerno & » melle simul coctis in vase duplici, & agitatis cum » ramulo rutæ: nomen etiam est clysmatis ad dy- » sentericos descripti à Gal. l. 9. κατὰ τόπ. c. 5.

φαυστὸς οἶνος. vide in dictione οἶνος vbi vinorum in- » signiores differentiæ recensentur & explican- » tur.

φέλλη. vide σφέλλη.

φελλάδειον. herba est nascens in palustribus, folio apij, nec de eo veteribus quicquam aliud proditum inuenio, nisi forte vera sit eorum sententia qui idem esse cum elcoselino existimant.

» Quidam malunt φελλάδρυον, alij φυλλά- » δρυον. vide Hermolaum suo in Dioscoridem co- » rollario.

φελλόδρυς. quidam αἀπὸ τοῦ φελλοῦ, hoc est pro subere, accipiunt.

φελλὸς. suber. arbor est caudicosa, parumque ramigera, admodum procera, auctuque insignis, ligno robusto, cortice vnice crasso, solito disrumpi, fraxini folio, sed oblongiore, perpetuo virenti. fructu glandoso, nec aquifoliæ glandi longe dysentericis conueniens qui describitur ab Aetio lib. 9.

φθείεται. Exest, consumit, vt interpretatur Galen. in lexico Hippocr.

φθεμβεσν. dicitur à quibusdam ἡ σπιὼν ἄγχουσα, vt habetur apud Dioscor.

φηγὸς. fagus. arbor est quæ quercus generi assignatur, & cui simile munus obit, vt prodidit Dioscor.

φῆμος. est medicamentum Martiano authore. Refertur ab Aetio cap. de communibus remedijs dysentericorum quæ superne exhibentur libr. nono.

φήρεα. τὰ. habetur ea vox apud Hippoc. lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. significat autem, vt ait Gal. comm. 5. neruorum tumores & tensiones oblongiores, præsertim autem sub auribus. sic autem nominauit à Satyris, quos Iones φήρας vocant, & pingunt singuntque habere oblongas quasdam eminentias in auribus.

» Iones autem Satyros φῆρας appellarũt quasi » diceremus latine feras, sicut enim (θὴρ) Græce » feram significat, ita Iones atque etiam Æoles per » φ scribere solent (φὴρ) dicentes; propterea Gal. » antiquas Hippocratis glossas exponens sic ait, » ἐνίους δὲ καὶ φῆρες καὶ θῆρες καλουσῖται, ἵνα ᾖ ὅλον θήρεσι » ἀπίνεσι ἐφημένον. id est, à quibusdam Satyri Pheres » & Theres vocantur vt attice dictũ sit θήρεα quasi » tumores dicat, quos Iones φήρεα dicũt per φ. Attici per θ. scribunt θήρεα, sicuti quos illi φῆρες nóminant, hoc est feras, hi θῆρες dicunt, quanquam Galeni textus vsq; adeo deprauatus est vt quidnam sibi voluerit, interpretes minime perceperint; quamobrem & Cæl. Rhodig l. 14. Lect. antiq. c. 8. tumores ipsos Pheres & Theres ex Galeno appellari ait; Sunt autem qui φήρεα ἀπὸ τῶν φηρῶν deriuent quod ἐν ταῖς φηρσῖς, (est autem ciuitas in Peloponneso) tumores ij frequẽtes sint; Sunt etiam qui φήρεα per ε ἀπὸ τῶν ειρῶν scribant quæ ciuitas est Thessaliæ: Sed veriorem nominis formationem esse illam reputamus quam prius enucleauimus.

φθαρτικὸν φάρμακον. vide διαπτήσιον.

φθειρίασις. pedicularis morbus seu pediculatio; etenim φθεὶρ pediculus est, vnde nonnulli ad pediculos quasi ad morbum remedia docent, quare Paul. lib. 3. cap. 3. περὶ φθειρίασις, id est ad pediculos, Gal. vero 1. κατὰ τόπ. c. 9 & Aet. lib. 6. cap. 67. περὶ φθειριάσεως de pediculari morbo scripserunt, in illo autem pediculi aceruatim per cutem erũpunt, estque is morbus corpori & singulis partibus communis: Celsus enim de pediculis palpebrarum loquens etiam φθειρίασιν appellat, velut & quamplurimis in locis Plinius: huius autem morbi causam Gal. 1. κατὰ τόπ. cap. 8. statuit in multis humoribus calidis quidem, sed non vsque adeo vt acres ichores: gignuntur autem non in superficie cutis vt furfures, sed in eius profundo, ideoque medicamentis indigent valde exsiccantibus & quæ ex alto trahere possint: Aristoteles 5. de hist. animal. c. 32. hos pediculos ex carne fieri inquit, illisque futuris emergere ceu pustulas quasdam siue pure exiguas, quas si pungas pediculi exeunt, atque hunc hominibus morbũ contingere præ nimio humore: Cæl. Aurelian. cap. de φθειρίασιν pediculos in eo morbo infestissimos non consuetos aut simplicis formæ, sed ignotos, latiores, duros, magis vehemẽter morsu sæuientes, & ferales esse tradit: est autem hic morbus adeo grauis & molestus vt mortem nõnũquam inferat, sic Pherecidem Syrum Pythagoræ præceptorem, & Alcmanem poetam interemptos refert Aristoteles loco cit. & Plin. Sic Antiochum Epiphanem Asiæ regem Machabæor. l. 2. c. 9. Herodem Ascalonitam Ioseph. antiquit. Iudaic. l. 17. cap. 8. Herodem Antipam Acta Apostol. Sic & denique de Lucio Sylla refert Plutarch. & alij scribentes eius adeo putrefactum corpus & in pediculos versum, vt cum multi interdiu & noctu eos tollerent, nulla tamen parte potuerit id quod tecijciebatur æquare illud quod succedebat, de quo & Plin. l. 7. & 31. c. 3. aliquando autem affectus hic tam adeo leuiter afficit, vt cum magis multis prosit quam obsit, remedij loco nonnunquam esse possit, quod docuit Aristoteles 5 6. de hist. anim. c. 31. vbi capita puerorum qui phtiriasi laborant à cæteris morbis deteriorib. vindicari scribit, consumpta humiditate superflua & extra pulsa. Cæterum de pediculis, deque illorum differentijs & quod in quædam præter hominem animalia desæuiãt, aliaque plura leges apud Aristotelem libr. 5. de histor. animal. c. 32.

φθινὸς νόσος. apud Pollucem, vel φθινὰς, ἀδος, idem quod φθίσις tabes.

φθίνει. significat apud Hippoc. colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur, vt explicat Gal. in lexico Hippoc.

φθινοπωρινὰ νοσήματα. autumnales morbi vocantur

» quicumque sunt inæquales, inconstantes & ma-
» li iudicij, nam ex aphor. 8. lib. 3. quemadmodum
» certis & tempestiuitatem suam seruãtibus tem-
» poribus, certi & tempestiui ac iudicatu faciles
» morbi fiunt, ita etiam in incertis & varijs qualis
» autumnus est, incerti & iudicatu difficiles, nimi-
» rum propter illius inæqualitatem. Sunt autem
» hi febres quartanæ, lienis tumores, hydrops, &
« reliqui, qui aphor. 22. l. 3. enumerantur ab Hip-
» pocr. atque in vniuersum morborum autumna-
» lium nomine intelligere licet morbos omnes
» acutissimos & pernitiosissimos, vt habetur aph.
» 9. eiusdem libri 3.

φθινόπωρον. autumnus. Est tempus anni inclinantis maxime inæquale Arcturo oriente incipiens, & Vergiliarum occasu desinens. Nam cum annus, vt & reliqua fere omnia, quatuor temporum differentijs quasi ætatibus constet, qualis in hominum vita est ætas παρακμαστική, hoc est inclinans, talis in anno autumnus est, ætati, quæ anni vere vigor est, succedens. Est enim inter æstatem atque hyemem medius, non ordine quidem tantum, sed etiam temperie. Etenim vt quam æstas minus calidus, sic vtique quam hyems minus frigidus est. Quare hac ratione nec calidus absoluto sermone est, nec frigidus, quippe cum ambo sit, ac neutrum ad summum. Similiter de reliquis duabus qualitatibus, humiditate & siccitate statuendum. Itaque non recte frigidus siccusque dicitur. Non enim frigidus est, si ipse per se spectetur, vt hyems est, sed vbi cum æstate confertur, vtique illa frigidior. Sed nec æquabiliter temperatus est sicut ver, imo in hoc maxime à vere dissidet, quod mediam temperiem & æqualitatem quam ver habet, perpetuo parem non seruat. Quippe meridie multo est calidior quam mane aut vesperi. Nec vero in humido & sicco medium omnino statum obtinet, quemadmodum & ver, sed ad siccius deuergit. Ab æstate vero etiam in hoc vincitur, non tamen tanto interuallo quanto in calore. Itaque nec autumnus absoluto sermone citraque excceptionem frigidus & siccus est, cum neutrum ad summum sit, sed vincat in eo siccitas humiditatem. Qua quidem ratione merito siccus appelletur. In calore vero & frigore mistus quodammodo ex ambobus est & inæqualis. Cæterum ea inæqualitas non modo toto eius cutriculo spectatur, sed vno etiam die, quo eodem nunc calor nos afficit, nunc frigus vrget. Atque ea inæqualis temperies & inconstantia in causa est cur maxime autumnus morbiferus sit, & morbos similiter inconstantes & δυσκρίτους gignat. Siquidem vt ipse inæqualis est, sic humores inæquabiliter temperatos producit, nulli certæ legi addictos. Bilis atræ in eo maximus prouētus est, non illius quidem quæ simpliciter inter humores frigida siccaque est, sed quæ perinde vt ille inæqualis est in frigore & calore, & in qua siccitas superat humiditatem. Est autem veri maxime contrarius non tantum temperamenti inæqualitate, verum etiam insalubritate, & reliquis effectis, sic vt quos morbos eorum alterum excitarit, alterum dissoluat. Totum autumni tempus duorum mensium esse multis in locis Galenus prodidit. Arcturi enim ortus secundo fere Septembris die paulo ante æquinoctium contingit: Vergiliæ autem occidunt quinto vel sexto Nouembris die, cum sol suo cursu ad vigesimam secundam vel tertiam Scorpij partem deuenerit: tunc enim sol directe Vergilijs opponitur, quinquagesimo circiter die, vt scribit Galenus, post æquinoctium. Sed licet, vti & reliqua tempora, in duas treisue portiones secare, differentes etiam nonnihil temperamento, prout magis vel minus ab æstate recedunt & ad hyemem accedunt. Videtur autem autumnus à Græcis dictus φθινόπωρον, quod desinente τῇ ὀπώρᾳ (sic autem appellatur postrema pars æstatis) incipiat: φθίειν enim desinere significat. qua ratione etiam quidam μετόπωρον eum vocant, quasi τὸ μετὰ τὴν ὀπώραν.

Autumnus autem 2. Epidem. σηπεδὼν appellatur, non modo quia tunc ὦρέα id est lumbrici abundant, verum etiam quia morbi ferini vt sunt cancri aliaque vlcera pessima & ferina euadunt.

φθινώδεις νόσοι. morbi tabidi dicuntur qui has duas temporis sequuntur constitutiones, vnam summe frigidam, ob quam nonnulla ex vasis quæ sunt in respirationis instrumentis disrumpuntur; alteram quæ coniunctam habet cum caliditate siccitatem, quarum occasione, caput repletum mittit ad pectus fluxiones docente Galen. comm. in aph. 16. l. 3.

φθινώδης, qui iam phthisi correptus est & contabuit. quanquam non eum modo Hippocr. ita appellat, sed qui quamuis ob causam tenuis & macilentus euaserit: vt Galen. comment. 2. in lib. 1. τῶν ἐπιδημ. annotauit. Veteres vero medici, vt idem scripsit comment. 1. eiusdem libri, eum etiam ita vocarunt, qui ad phthisim natura procliuis est, vt qui tam angusto adstrictoque thorace est, vt à tergo operta scoptula instar alarum prominent: vnde πτερυγώδεις, hoc est alati nominantur. Præterea cui caput facile impletur, quodque respiratorijs organis multas destillationes demittit. Nam si hæc duo simul coeant, thoracis figura & capitis imbecillitas, eiusmodi natura tabi valde obnoxia est. Vide φθίσις.

φθινώδεις ἕξεις. habitus tabidi in Coac. appellantur vitiosæ in corpore constitutiones, quibus ad tabem homines præparantur: spectantur autem maxime in pulmonis, thoracis & capitis imbecillitate, & vitiosa conformatione. Quales φθινώδεις καὶ περυγώδεις appellat qui thorace vsque adeo sunt angusto excarni ac depresso, vt extent atque emineant scapulæ retrorsum in modum alarum, collo oblongo & gracili, capite pyramidali & imbecillo, seu quorum scapulæ dorso exacte non adiacent, quia non habent dorsum vt decet ἰσόκυρτον, sed paulum inclinans ad ἰσυλοράς, & contra ceruicem ad ἰσόκυφον, quam tamen natura esse voluit ἰσυλορᾶ, his autē caput facili de causa repletur, vnde fluxiones multæ feruntur in pulmonem mollem, cauernosum, & sæpius ingenito quodam vitio, & quasi hæreditario tabi obnoxium; fluxiones autem intus cohibitæ, aut humiditatis copia per moram pulmones putrefaciunt, aut acrimonia arrodunt; interdum etiam propter imbecillitatem visceris & angustiam vas aliquod rumpitur.

φθίσις. cōmuni appellatione omnē extenuationem siccationem emaciationemque corporis significat, & marasmum quoq; ipsum quem hectica febris inuexit, & cachexiam; vnde sunt qui tria tabis genera constituant ἀπορίαν καχεξίαν, & ἰκχωσιν τοῦ πλεύμονος: Verum medici ad certum

morbi genus eam vocem reuocarunt, atque per antonomasiam ad tabē ex vlcere pulmonis enatam traduxere, siquidem vlcus pulmonis emaciandi facultate, & vi tabifica cæteros omnes morbos præcedit: Est igitur φθίσις extenuatio totius corporis cum febre parua propter pulmonis vlcera insanabilia; vel est pulmonis exulceratio febrem paruam & totius corporis extenuationem inducens, vtroq; enim modo apud Gal. definiri comperio; in illa fit cum extenuatione corporis, non modo humorum atque carnium, sed etiam partium solidarum, vt æger paulatim in tabescēns σκέλετος potius quam homo videatur, hinc factum vt à Græcis vlcus pulmonis propter malignitatem θηρίωμα sit dictum vt notauit Gal. 6. Epid. vel quia feræ cuiusdam more grassatur in corpus, vel quia ægros aduncis vnguibus θηρίως id est feris similes reddit; hęc quidem proprie dicta φθίσις est; improprie vero dicta est cum corpus sine pulmonis vlcere extenuatur à calida sicca pulmonum intemperie, aut febre eiusdem hectica, quam se aliquādo vidisse Galenus memoriæ prodidit, nos autem sæpe vidimus: φθίσεως autem differentias tres distinguit Hipp. vnam à distillatione ex cerebro, vel multa nec expulsa, quæ pulmones molles ac tenellos putrefacit, vel quod frequentius est acri & exedente vt salsa & biliosa. Alteram vero ex successione pleuritidis, anginæ, aut peripneumoniæ, in quibus vomica rupta intra 40. dies repurgari nō potuit: Tertiam frequentissimam ex apertione aut ruptione vasis alicuius ex qua vlcus relinquitur, quo tunicæ vasorum ipsiusque pulmonis caro eroduntur: in hac specie maxime verum est quod dixit Hipp. à sanguinis sputo puris sputū, nam in secunda contra fit à puris sputo sanguinis sputum: nonnulli addunt hæreditariam tabē ex vitiosa pulmonis constitutione & corruptioni parata, qua tempore sensimque flaccescunt ac sponte corrumpuntur, interdum cum cruenta screatione, interdum citra hanc: ex omnibus illis differentijs periculosissimas facit Hippocr. quæ ruptis crassis venis fiunt, & quæ ab acri fluxione originem ducunt. Cæterum etiam crebræ desudationes, aluusque perspæpe liquidior humorem omnem exhauriunt, ipsaq; lenta febris qua nulli phtisici vacāt; corpus paulatim absumit. Est autem ea omnino putris & symptomatica vt quæ nascatur ab vlcere pulmonum purulento & putri cordi admodum vicino, estque de genere vt scribit Gal. in aphor. 12. l. 1. febris quotidianę noctuque magis quam interdiu affligit. Denique etiam interdum humiditas quædam in pulmone paulatim congesta, vt notat Gal. 4. de loc. affect. loci calore, & cordis vicinia paulatim incalescēs pulmonem putrefacit, & exedit viscus sua natura mollissimum & laxum & ductibus meatibusque per quos excrementa sua repurget, destitutum: notandum autem insuper est apud Hippoc. φθίσεως vocem quandoque vsurpari cum partis adiectione, vnde extenuatio & marcor fit totius corporis, vt φθίσις ἰχαδικὴ, νεφρετικὴ, νωτίας siue νωτιαῖος, de quibus infra.

φθίσις ἰχαδικὴ. tabes coxaria, de qua Hipp. in Coac. & lib. περὶ ἀδένων, & lib. περὶ τόπων τῆς κατ' ἄνθρωπον: fit illa quando humor contumax vix è venis exclusus in articulum magnum & laxum decubuit, vbi qui calidiore loco cōcoqui non potuit ægerrime concoquitur, est enim eiusmodi articulus, quia osse multo & neruo cōstat, natura frigidus, atque hic depositus humor neruos lacessit, vnde dolor grauis potissimum si humor putreat, atq; corrumpatur, & inde partes inflammationem quamdam contrahant. Primum igitur aduersum crus intabescet, & reliquum corpus dolore & vigilijs emarcesset, quam φθίσιν ἰχαδικὴν appellat Hippocr. quia inde marcoris initium est.

φθίσις νεφρετικὴ. Tabes renalis quæ scilicet ex renum vlcere prouenit vt libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν docuit Hippoc. & ex illo author Isagoges.

φθίσις νωτίας, siue νωτιαῖος. tabes dorsalis quam lib. de morbis Hippocrates accidere inquit, incontinentia τῶν νεογάμων καὶ φιλολαγνων, id est est noue maritorum & luxuriosorum, illam eo loci his describit verbis, Phtisis Dorsalis à medulla est. Corripit autem potissimum noue maritos luxuriosos, febre carent, & cibos capiunt, eos si interroges ecquid patiuntur mali, respondebunt à capite superne deorsum secundum spinam videri decurrere velut formicas: vrinam autem emittendo semen multum effluit humidum, ad generationem ineptum; noctu denique polluūtur, siue cum muliere concumbant siue abstineant, hanc eandem vocat Hippocr. lib. de loc. in homine τὴν ὀπισθίην φθίσιν.

φθίσις. dicitur etiam pupillæ affectus, cum ea angustior, hebetior, obscurior rugosiorque euasit. Tunc autem maiora quam sint apparent ea quæ videntur, propter pupillæ angustiam. Causa huius mali densatio est, quam siccitas potius quam quiduis aliud parit. Differt ἀπὸ τῆς ἀπορφίας, (quod reuera non est aliud quam oculorum imminutio ab alimenti penuria) quod hæc oculi totius, φθίσις autem pupillæ tantum sit.

φθόη. proprie dicitur à Græcis & præsertim Athenienſibus quam omnes medici φθίσιν appellant, vt scribit Galen.

Ad aphor. 16. lib. 7. tametsi reperio ab Hippocr. 2. περὶ νόσων vsurpatum nomen τῆ φθόης pro eo pulmonis vlcere vnde pus editur grandinosum, quod appressum digitis virus exhalat fœdi odoris.

φθόις. pastillus. Gal. enim in lexico suo φθόεις interpretatur πρωχίσκους. Apud Aristophanem quoque placentæ genus est. Inde φθοΐσκους per diminutionem legimus apud Hippocr. rursum lib. 1. de muliebrib. morb.

Et Erotiano φθοΐσκος καὶ φθοῖς est πεπανόν τι πλακουντων εἶδος οὕτω καλουμένων παρ' Ἀττικοῖς ᾧ χρῶνται εἰς τὰς θυσίας, ὅτε ὁ τῷ σχήματι ὅμοιον καρδίᾳ. id est placentæ species sic vocatæ ab Atticis quod illa vtātur ad suffumigia, est vero figura cordi similis.

φθόεια. dicuntur medicamenta quæ valent ad abigendos ex vtero fœtus seu viuos seu mortuos. alio nomine ἐκβόλια appellantur, ἀπὸ τῆς ἐκβάλλειν, hoc est ab ejiciendo.

Atque etiam ἀμβλωτικὰς φθόεια etiam dicitur abortus in iusiurando Hippocratis quanquam Fœsius, sed minus vere, omnem morum corruptelā interpretatur: dicitur & φθορὰ pro φθόειν.

φθόεις οἶνος. vide οἶνος.

φθορεῖον φάρμακον. corrumpens medicamentum. vide διαφθόειν.

Apud Dioscor. in Theriacis c. 1. φθορεῖος δύναμις vis corruptrix & malefica vocatur qualis est venenorum assumptorum: dicitur & τὸ φθορεῖον φάρμακον pro φθορεῖον.

φιαρὸν, id est λαμπρὸν ἀπὸ ὑλέκτους, splendentem ob

humiditatem, vt scribit Gal. in lexico Hippoc.

Φιβόλιες. est genus fici, apud Hippoc. vt scribit Gal. in suo lexico.

Φιλαγριανὸν. nomen est malagmatis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 18.

Φιλαδελφιον. collyrij nomen est apud Gal. 4. κῆ τόπ. » cap. 7. ad oculorum inflammationes, vlcera, & » pustulas.

Φιλάδελφον. fruticis genus est quod in Parthis nasci tradit Apollodorus, sic dictum quod rami eius ex interuallo sponte coeant ceu animantes, post digrediantur, concipiant & pariant. Ex cuius tenuissimis virgis reticulatim compositis atq; ita consitis hortorum septa impenetrabili compage fieri scribit.

Φιλάνθρωπος. dicitur ἡ ἀπαλεύη, quia velut amici solent, sua tenaci asperitate commeantium lacinijs obhæreat. Eam ob rem officinis & herbarijs vocatur aspergula, licet rectius asperulam dicerent.

» Dicitur etiam Græcis φιλεταίειον & φιλίσιον vt » infra dicitur.

Φιλεῖ. vsurpari solet ἀντὶ τῦ πεφύκει, id est conuenit » vt scribit Galen. lib. de nat. humana.

Φιλεταίειον. dicitur ἡ ἀπαλεύη ab Hippocr. vt Galenus putat, eandem ob causam qua & φιλάνθρωπος nūcupata fuit, quasi φιλοῦσα τὸν ἑταίρους, quod sodales & amicos diligat. Sic etiam dictam fuisse à quibusdam τὴν πολεμωνίαν, Dioscorides author est.

Φιλίππου πρόχυσις. est pastillus aduersus dysenteriam valens, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. c. 12.

Φιλίσιον. dicitur ab Hippoc. ἡ ἀπαλεύη, vt Galen. putat ἐν τῇ τῶν γλωσσῶν ἐξηγήσει, deriuato ἀπὸ τῆς ἱστίας vocabulo. Namque sua tenaci asperitate commeantium vestibus & lacinijs adhærere solet: ἱστία namque apud Ionas idem quod ἱστία siue vestis est.

Φιλλυρέα. arbor est ligustri magnitudine, folijs oleæ nigrioribus & latioribus, fructu lentisci, nigro, subdulci, & racematim cohærente. nascitur asperis. Adstringit. Diuersa est ἀπὸ τῆ φιλύρας, quam tiliam plærique interpretantur, vt prodidit Matthiolus.

Φιλοκοπύλη. nomen est emplastri, cuius compositio habetur apud Paulum l. 7. c. 17.

» Apud Paul. loco citato φιλοκοπύλῳ scriptum » legi; hoc emplastrum dolorem lenire inquit at- » que ideireo esse id est ad sedem vtile.

Φιλοκράτους ἔμπλαστρος. describitur à Celso l. 5. c. 19.

Φιλολουτροῦντες. lauari cupidi apud Gal. comm. 3. de » victu acutor. t. 60.

Φιλοσόφε ἔμπλαστρος. emplastrū est ad calcitratus vulneraque tumida. Rumpit enim ea, pusque mouet, & cicatricem inducit. Describit ut ab Aetio tetr. 4. serm. 3. c. 24.

Φιλοσάτυλον. dicitur à quibusdam ἡ κάστορεις, vt habetur apud Dioscor.

Φιλοτύσικος. nomen est confectionis ad tussim & si- » miles affectus quæ describitur l. 7. κῆ τόπ. c. 5. no- » men etiam est medicamenti stomachici facien- » tis ad stomachi subuersionem cœliacos & dysen- » tericos, describitur l. 8. κῆ τόπ.

Φιλοτρόβιτης. dictus est à quibusdam ὁ ἀφισταρεών, vt author est Dioscor. & Apuleius.

Φίλτρον. dicitur à nōnullis eo nomine cauitas quę superiori labro inest, valleculæ similis, quæ non illepide à quibusdam Latinis lacuna nominatur.

Quæ vero in inferiori labro inest τύπος & νύμφη dicitur inquit Pollux lib. 2.

Φιλτροποτὰ. ea medicamenta Cælio Aurel. vocantur lib. 1. τῶν χρον. cap. 5. quæ epota amorem inducunt.

Φιλυπόφορα. dicuntur quæ recidiuas aut morborum reuersiones facere solent, aut minantur: dicuntur & φιλόφορα apud Aretæum.

Φιλώνιον. medicamentum est anodynum, omnium eius generis celeberrimum, si quis eo commode vtatur. Eo autem vti oportet in maximis doloribus, in calidis fluxionibus, & robustis ægri viribus, non recenti quidem, sed post tempus compositionis annuum, aut saltem semestre. Quod si duorum triumue aut quatuor annorum sit, multo sane est melius, sed nec inutile tamen sequentibus annis ad decimum vsque, vt docet Galen. l. 12. meth. med. Sic dictum est à Philone Tarsensi philosopho ac medico vetere eius authore. Constat autem, Croci drachmis v. Pyrethri drachma 1. Euphorbij drachma. 1. Piperis & Hyoscyami, singulorum drachmis xx. Spicæ nardi drachma 1. Opij drachmis x. Hæc tenuissime trita melle Attico excipiuntur. Mandauit autem Philo eam compositionem versibus eiusmodi:

Ταρσέος ἰητροῖο μέγα θνητοῖσι Φίλωνος
Εὕρεμα πρὸς πολλὰς εἰμὶ παθῶν ὀδυνάς·
Εἴτε κόλον πάσχει τις, ἄπαξ δοθέν, εἴτε τις ἧπαρ·
Εἴτε δυσουρίῃ ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.
Ἰῶμαι καὶ σπλῆνα, καὶ ὀρθόπνοιαν ἀνήρω,
Καὶ φθίσιν· ἰῶμαι ἀσασμὸν ἐνισταμένων,
Καὶ σφυγερὴν πλευρῖτιν· ἀποπτύων δ' ὅτις αἷμα
Ἢ ἐμέων, ἔξει μ' ἀντίπαλον θανάτῳ.
Πάντα δ' ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα πάσῃ,
Βῆχά τε καὶ πνιγμόν, λύγγα τε καὶ κατάρρυν.
Γέγραμμαι δ' σοφοῖσι. μαθὼν δ' ὅτις, οὐ βεβαιῶ μ' ἔξει
Δῶρον. ἐς ἀξιώτερος δ' ὃν ἐπιδώσει τέρψιν.
Ζανθὴν μὲν τρίχα κάλλει μυείπτροον ἰσοθέοιο,
Οὗ λύθρος ἑρμείαις λάμπεται ἐν Βουτάναις.
Κέρκιν δ' ταθμῶν φρένας αἴρεις· (οὐ γὰρ ἄδηλον)
Βάλλε δ' ἐς δεκάμηλον ναυπλίῃ ἐνὶ σοίνῃ·
Καὶ τέτρτον ἐν τρώεσσι μθυσιπάδαο φονῆος
Δεκάμηλον, τὴν μήλων γαστέρι σωζομένην.
Ὀλκὰς δ' ἀργυρέου πυρώδεος εἴκοσι βάλλε,
Εἴκοσι καὶ κυάμου θνητὸς ἀπ' ἀρκαδίης.
Δεκάμηλον καὶ ῥίζης ψευδωνύμου, ἣν ἀνέθρεψε
Χάλυψ ὁ τὴν πάσῃ ξίφεα λογχοτάμνος.
Πῖον δ' γεράνας, αἴθρον κάλει πρεσβύτην ἐπ' ἀυτῷ
Ἄρρεν, ἐνὶ δεκάμηλ πέντε δὶς ἑλκόμενον.
Νᾶμα δ' ἀνυγρότερον παύρων καὶ κεκροπίδεσσι
Συῤῥοὴς, οἱ τείχεος ἂς ἐνέπουσιν ἐμοί.

Quos Philonis versus ego hunc in modum Latinos feci.

Ego languores multos mortalibus agris
Nobile Tarsensis pello Philonis opus.
Si colon aut hepar, lapis aut vrina retenta
Infestat, satis est exhibuisse semel.
Et splenem, & recta flatum ceruice trahentes,
Spasmum, & quæ languent corpora tabe, leuo.
Pleuritim nocuam, vomitus & sputa cruoris
Si quis habet, morti proximus hostis ero.
Quæ mala visceribus latitant, tussim atq; catarrhum,
Singultus, & quod strangulat omne fero.
Me scripsit doctis, si quis me nouerit, ingens
Donum habet: in solidas nolo venire manus.
Spirantem & rutilum pueri crinem accipe, cuius

Mercurij in plantis sanguinis vnda micat.
Pondus erunt sensus hominis: notissima res est:
Nauplij & vna sinual drachma sit Euboici.
Quique Menœtiadem letho dedit, illius vnam
Drachmam, quam clausam seruat ouinus vterus
His albi ignitis bis denas adijce drachmas.
Atque fabæ totidem sint suis Arcadicæ.
Drachmaque radicis falso dictæ vnica, natæ
In Pissa Iouem vbi delituisse ferunt.
Cumque pion scribis, Graium præpone virilem
Articulum: drachmas quinque bis illud agat.
Tum laticem tauri natarum, Ceropidarum
Affinem, vt Tricca clara propago docet.

Talis quidem Philonij descriptio apud omnes in vsu fuit, ijsdem ex rebus constãs, nisi quod apud Aetium & Mesuem loco euphorbij Castoreum habetur. Sed & Aetius Philonis successores florem iunci odorati, cassiam, amomum & costum, alios myrrham & castoreum, plurimos vero semina apij, cumini, anisi, dauci & petroselini admiscuisse scribit, quibus vis opij hebetior redderetur. Alij vero varie permutarunt, atque adeo deprauarunt, inter quos fuit Serapio tract. 7. c. 8.

φίλωνος καλλίστου. describitur à Celso lib. 6. c. 6.

φιλώτου ἐμπλάστρου. describitur à Celso lib. 5. c. 19.

φίμωσις ἡ

φίμωσις. est meatuum naturalium præclusio. Duabus potissimum de causis accidit, cicatrice quæ in illis concreuerit, aut carnis incremento quæ vna in parte redundans cum oppositа coaluerit: fit & propter inflammationem, vt scripsit Ganus comment. 2. εἰς τὸ κγ' ἐπιδεῖον. Nascitur in omnibus meatibus & locis quæ natura diduci possunt, vt oculis, labijs, ano, præputio, vtero. Quorum omnium eadem causa est, vt eo loco Galenus explicauit. Verum de præputio frequentius dici consueuit sic glandem tegente, vt ea nudari non possit. Proprie namque φίμωσις significat nexum summi oris perarum & sacculorum, cum toto superiore eius ambitu in angustum collecto funiculo religantur. Nonnulli capistrationem conuerterũt. Quod si è contrario non præputium modo, sed quæcumque alia naturales meatus occludũt, ita retrorsum deducta sint, vt reduci nequeant, παρὰ φίμωσιν appellatur.

» Has autem voces φίμωσις & φίμωσις de mulierum » locorum clausura Græci dixerunt, translata vo- » ce ab his quæ alioquin natura sua aperta & pa- » tentia, coercentur, & colligantur, vt in saculis » perisque omnibus fit, quæ funiculo à superio- » re parte nectuntur; & in mordacibus tantum e- » quis & canibus, in quibus non tantum inserto » ori freno, sed toto ambitu quasi fibula quadam » colligato, rictu & ore morsus arcetur; id genus » vinculi, Græci φίμωσις, & aliquando κημὸν appel- » lauerunt, nec φίμωσις & φιμοῦν Græcis aliud est » quam nectere colligareque & colligando clau- » dere.

φλάξιον. hoc est, obscure & indistincte loquuntur. Fictitium nomen est. Galen. in lexico Hippocrat.

φλάσμα. dicitur ab Hippocr. Ionum lingua per φ, quod ab alijs per θ φλάσμα vocatur, hoc est contusio, vt annotauit Galen. comment. 3. εἰς τὸ κγ' ἐπιδεῖον.

φλεβῶδες σκῆπτρον. venosum vas pro vena.

φλεβοδιαιρώδης. nomen inquit Galen. nouum atque » peregrinum, quo vsus est author prorrhetici, repetitque in Coacis: Galen. comment. 3. prorrhet. 1. hac voce significari ait φλέβας δονουμένας, id est, arterias agitatas & quasi vibratas, subiungitque scripsisse quosdam φλεβοτονώδεα pro φλεβοδιαιρώδεα, vel potius vt habetur apud eundem aliquãto post φλεβοτονώδεα, id est, τὰς τεταμένας φλέβας venas tensas: Erotianus illi potius quam huic scripturæ assentiri videtur, incedit tamen suspicio magna, loco huius vocis φλεβοδιαιρώδεα aut φλεβοτονώδεα, illic legendum esse φλεδονώδεα, nam apud Hesychium scribitur φλέδον, φλυαρία; item φλεδονώδη, φλύαρα, ληρώδη. Præterea φλεδόνει, αὐαίνητει, φλυαρεῖ, καὶ φλεδονεύει, τὰ αὐτὰ ἀπὸ τοῦ φλέω, καὶ φλύω, siue φλύαω: à Galeno quoque in exegesi vocum Hippocr. φλεδονώδεα, φλύαρον; φλεδόνες γὰρ αἱ φλυαρίαι, vt significentur per φλεβοτονώδεα nugæ ineptiæ, fatuitas quæ sunt delirij signa.

φλεβοπαλίαν. appellabat Democritus τὴν τῶν ἀρτηρίων κίνησιν inquit Erotian. veteres enim venas arterias vocabant.

φλεβορραγίη. ἡ ῥῆξις τῶν φλεβῶν. hoc est ruptio venarum: apud Hippocratem ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, sectione 4.

φλεβοτομία. est sanguinis detractio incisa vena neque tantum vt docet Galen. in exeg. consuetam illam scalpello factam, sed quomodocumque diuisis venis sanguinis vacuationem significat, eodemque modo φλεβοτομθλῶσα accipi non tantum de vena secta, sed quouis modo diuisa velut extremo lib. 4. Epidemiõn φλεβοτομηθέντα tam de vena secta quàm aliàs ex tussi diuisa aut rupta in tumoribus testium vsurpatur. Est autem phlebotomia remedium in medicina si quod aliud nobile, & à qua fere semper sumitur curationis principium; per illam omnes qui in venis conditi sunt humores æquabiliter vacuantur, inde corpus vniuersum depletur, illa vtilis demendæ non modo plenitudini puræ, quæque ad vasa nuncupatur, sed & impuræ quæ ad vires esse dicitur, simplexque est venarum cacochymia, visscerum enim vitio contractam cacochymiam, venæ sectione tuto non emendaueris; sed in vitiosa illa sanguinis dispositione Galen. sequutus authoritatem veterum medicorum eum adhibet, cum scilicet & pituita & flaua bilis atque etiam atra in sanguine exuperant si modo ætas & vires cum magnitudine morbi consentiant. Hæc vero præstat vena secta, seu simpliciter vacuando, seu reuellendo, tractu scilicet in contrarium illabentis humoris in vicinum latus, in vniuersum vero morbis medetur, quos vel sanguinis vbertas vel eruptio progenuit, & præsentes quidem sanat venæ sectio, impendentes vero arcet. Eius generis maxime sunt synochus omnis febris, partium affectus ex inflammatione prodeuntes, ceu phrenitis, opthalmia, angina, pleuritis, nephritis, peripneumonia, hepatitis, sputum sanguinis, eiusdem vomitio, & quæ ex naribus vel vtero vel hemorroide plenior eruptio fit, alijque affectus quamplurimi; omnium denique tum interiorum tum externarum partium inflammationes. Sed & morbos qui ex impura plenitudine emerserunt quia superioribus plurimum cognati sunt, vena secta tollit, & curat, puta carbunculum, furunculum, scabiem omnem humidiorem, causum cuius putredo est in vasis maioribus; quarum enim febrium sicut intermittentium non in maioribus vasis fomes putredinis est, illas venæ sectione haudquaquã

» recte curaueris, nisi graue quoddam symptoma
» acrius vrgeat. Non modo vero morbis præsen-
» tibus, sed & illis impendentibus, consuetis aut
» anniuersarijs, cumque iam plenitudo causaque
» subesse deprehenditur, succurrit. Sed & citra
» plenitudinem atque etiam in penuria vtiliter ve-
» na inciditur, cum scilicet euidentes causæ, vt
» contusio, dolor, vel ardor fluxionem proritant
» quæ partis alicuius phlegmonem minatur, quod
» etiam non præsentis sed incipientis aut immi-
» nentis morbi magnitudine atque metu fit. Præ-
» cipuæ autem mittendi sanguinis indicationes
» sunt virium robur & morbi magnitudo; ex illis
» vacuandi quantitas æstimari debet; quãto enim
» maiores valentioresque fuerint, tanto maiorem
» euacuationem faciendam esse indicant, vnde &
» nonnunquam expedit (inquit Hippocr.) vsque
» ad animi defectionem ducere si æger perferre
» possit, sicut in habitu Athletico, atque synochis
» febribus; quanto vero illæ minores fuerint, ita
» è contrario euacuationis quantitatem minuere
» oportet, inde nonnunquam ὀπτράσει dicta, siue
» ἐπαφαιρέσει vtimur, paulatim vacuando iteratione
» facta, atque bis vel ter nonnunquam sæpius, mi-
» nutatim salubre quippiam pro eo reponentes:
» hanc autem mittendi sanguinis quantitatem ex
» morbi magnitudine atque robore perceptam,
» exquisitius atque perfectius euidentium causa-
» rum obseruatio regit ac dirigit. Ex illis causis tres
» numerantur interiores & nobis cõgenitæ, tem-
» peramentum, corporis constitutio, vel habitus,
» & ætas. Totidem externæ & aducentitiæ, am-
» bientis constitutio ex anni tempore, regione, &
» cœli statu profecta. Vacuatio suppressa vel im-
» modice procedens, consuetudo victus, vel ge-
» neris vitæ, vel vacuationis. Illa enim singula vi-
» res habent maximas, atq; ex illis exquisita mor-
» bi & virium magnitudo maxime nobis elucet.
» Quæ omnia de venæ sectione cum verissima
» sint quid est quæso cum eo remedij genere æqui-
» parandum, quod est purgatione tanto præstan-
» tius, quanto & illam nobis pro nutu atque ar-
» bitrio nostro, pro morbi virium que ratione mo-
» derari atque partiri licet. Purgantis vero medi-
» camenti semel assumpti actionem modo effre-
» nem modo languidam atque imbecillam, ne-
» que sistere neque emendare possumus: hinc li-
» quido constat quã sæpe aduersus Medicos Pa-
» risienses iniqui æstimatores sint & iudices qui il-
» los in omnibus morbis sollam venæ sectionem
» ἀδιαφόρως adhibere criminantur, quos aduersum,
» tueri atque defendere illos possit eruditissimus
» Galeni libellus de curatione per sanguinis mis-
» sionem, quem illic tũ & alibi passim legimus,
» in omnibus morbis tuto vtiliterque venam se-
» care, in quibus sanguis vel morbum facit, vel
» causæ morbum fouentis rationem habet. Rari
» vero morbi sunt in quibus vtrouis modo non se
» præstet, in regione præsertim valde temperata
» Cœlo nebuloso, & perhumido, & incolis as-
» sueto victus genere vberiore atq; pleniore, quæ
» singula sanguinis copiam efficere apta nata sunt;
» sed de venæ sectione plura diceremus nisi abun-
» de de ijs omnibus scriptũ esset à Martino Aca-
» chia doctore Medico, in initio commentariorum
» suorum in artem medicinalem, à quibus omnia
» qui volet repetat ad hunc locum pertinentia.

φλέγμα. pituita. Est omnis humor in nobis frigidus humidus. Eius differentiæ sunt tres, dulcis, acida, salsa. Dulcis sola, vt saporis dulcis natura ostendit, naturalis est, benigna, minimum frigida, salutaris animanti, & facillime in sanguinem vertitur. Dicitur autem dulcis non quod dulcedinem eam possideat quam habent mel, saccharum & maturi fructus, sed altera dulcis significatione, qua dulce dicitur ἄπιον quidem & qualitatis expers, sed quod tempore dulcem qualitatem facile assumit. Sic enim aqua optima dulcis aliquando dicitur: quam tamen saporis, odoris & coloris expertem esse oportet. Sic quidem pituita dulcis, ἄπιον & insipida est, talemq; esse oportere Galenus initio libri de atra bile prodidit. Gignitur pituita ab imbecilla coctione secunda, quæ in iecinore & venis peragitur, non autem à prima, quæ fit in ventriculo, nisi forte per accidens, quod primæ concoctionis errorem secunda emendare non potest, vt nec tertia secundæ: verum mora spatioq; temporis aut calore mediocriter aucto in sanguinem tandem mutatur. Ob id natura nullum ei proprium receptaculum tribuit, vt reliquis humoribus & excrementis, sed in venis & habitu corporis eam reliquit, quia sit ex dimidio coctũ alimentum, debeatque non secerni aut vacuari, sed in corpore manens alterari. Sunt autem huius pituitæ duæ differentiæ. Alia enim crassior lentaq; est, alia vero in modũ aquæ liquidior, & ob id ὕδωρ dicta veteribus, quod aquæ similis sit colore, sapore, odore, consistentia & viribus. Pituita autem hæc naturalis, mutata benigna & naturali qualitate, tum acida, tum salsa euadit: vtraque enim præter naturam est. Sed salsa quidem computruit ab externo calore, acida autem omnino cruda est in venis à vehementi frigiditate. Hæ quidem sunt pituitæ differentiæ, quas, si lubet, ista methodo potes distinguere. Pituita alia naturalis, alia non naturalis est. Naturalis est humor frigidus & humidus & sapore dulcis. Non naturalis vero quæ ab ea degenerat. Id quod bifariam fieri potest. Aut enim per se desciscit à sua natura, aut per alterius humoris admixtionem. Per se quidem, vt cum in aquosam substantiam conuertitur, & ὕδωρ dicitur, aut in flatuosam, aut in tenuem, aut in crassam & viscosam, dicitutque tunc non simpliciter pituita, sed aquosa, flatuosa, tenuis, crassa, mucilaginosa, vitrea, gypsea, atque aliquando etiam salsa, nitrosa, acida, cũ per putredinem alterata est, & externam qualitatem induit. Per admixtionem vero, cum alius humor & coniunctus propriam eius temperiem immutat. Misceri autem potest sanguis aut flaua bilis, aut melancholicus succus: vnde αἱματώδη etiam πλευμονώδη, ἐρυσιπελατώδη, σκιρρώδη compositis nominibus appellantur. Sub acida comprehenditur humor ille crudus, quem Praxagoras ὑαλώδη, hoc est vitreum, appellauit, crassus & frigidissimus. Est & aliud pituitosi excrementi genus, quod à cerebro proficiscitur. Id enim quia refrigeratum non potest alimentum concoquere, ob id pituitam generat. Verum forte nec pituitam quis recte appellet, sed mucum & coryzam. Quin & succos crudos à pituita vitrea, & vtrumque à pituita vulgo vocata Galenus separat lib. 4. sanitatis tuendæ. Nam crudi succi quanquam de genere sunt pituitæ, tamen ea minus sunt humidi & plærumque carent lentore: qui si adest, succus fit vitreus Praxagoræ dictus, insigniter frigidus, sed

minus crassus quam crudus ; per eminentiam dictus, qui colorem in cute nunc plumbeum, nunc liuidum, nunc ex albo & liuido mistū exhibet. Succus ergo crudus proprie dictus est frigidus & crassus : pituita autem quanquam succus est crudus & frigidus, non tamen crassa est, quia humiditatem multam habet & spiritū flatulentum. Potest autem & ad pituitam reduci ἰχώρ, id est, serosum & aquosum excrementum, quod per vrinas sudoresque vacuari debet, & missō sanguini supernatat pro humorum natura varium. Dicitur φλέγμα ἀπὸ τῦ πεφλέχθαι contratio sensu, quasi minime vstum. Hippocrates tamen alicubi in propria significatione τῦ φλέγματος nomen vsurpauit, vt in fine sect. 2. prognost. scribens, εἰσὶ δ' ἂν ἀφὶ τὰ ὑποχόνδρια τῦ φλέγματος πλήσωσι. Neque enim putandum est eo loco humorem phlematicum intelligi, sed potius calorem quemdam & æstum præter naturam in hypochondrijs conceptum, vt in eius loci explicatione Galeno visum fuit.

» Idem quoque Galen. ἐν γλώσσαις, φλόγμα τὸν φλόγωσιν indicare scribit ; εὖ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον τὸν λευκὸν ἐν ψυχρῷ. Sed & Prodico Hippocratis magistro in more loquendi fuit, flauam bilem & æstuantem humorem omnem appellare φλέγμα, πεφλέχθαι vt author Galen. est lib. 2. de facult. natur. Hippocrates vero præterea citatum locum, hoc in eodem sensu φλέγματος vocem vsurpauit, ἀντὶ τῦ θερμότητος vt lib. de arte sub finem. Sed & semel atque iterum hoc idem obseruauimus in libello ἀφὶ παθῶν, vbi, ne alia consecter, πύρος, σῖσαμα, καὶ ταφὶς κομιστικὰ καὶ φλεγματώδη vocantur, quæ libro 2. de diæta, agnita inter κωμικὰ fuerant, & li. ἀφὶ τόπων τῦ κατ' ἄνθρωπον, φλεγματωδέστατα σπία vocantur, non quidem pituitosissimi cibi vt Caluus & Cornarius interpretati sunt, sed calidissimi & pene vrentes ; hoc & in significato vsurpata vox legitur ab eodem lib. ἀφὶ φυσῶν, & initio libr. 4. ἀφὶ νούσων, vbi Hippocr. quatuor humotis species in viro & muliere constituit, scilicet phlegma, sanguinem, bilem, & hydropem siue aquam, vt per φλέγμα ijs locis non pituitam, sed atram bilem calidam & pene vrentem nonnulli intelligant, quamquam hæc explicatio locis supra citatis minus conuenire videtur, præsertim cum eodem libr. de genitura, & libro de natura humana, huiusmodi quatuor humores homini congenitos esse, proindeque naturales constituat, bilis autem atra ex adustione genita naturalis non sit sed præter naturam.

φλεγματαγωγὰ φάρμακα. dicuntur medicamenta pituitam purgantia, velut Agaricus, turpethum, Hermodactylus, colocynthis aliaque eiusmodi complura.

φλεγματίαι. apud Hippocr. pituitosi dicuntur, biliosis oppositi qui & φλεγματῶδες.

φλεγματίης. appellatur Aretæo lib. 2. de diuturn. c. 1. Illa hydropis species in qua corpus omne intumescit ex pituita alba, crassa, & frigida ; idem qui λευκοφλεγματίας.

φλεγμαίνειν. vti, incendi, ardere, inflammari, apud Hippocratem, sicut explicat Galenus comm. 1. in prognost. Inde τὰ φλεγμαίνοντα, vt idem docet comment. 4. εἰς τὸ ἀφὶ ἀρθρίτιδος ἕξιων, ex Hippocratis consuetudine dicuntur morbi omnes quibus ardor & calor inest. A quo tamen loquendi more deflexit ille qui in libro ἀφὶ ἀρθρίτιδος ἕξιων ea scripsit quæ post habitum de balneo sermonem addita sunt, φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια appellans quę in tumorem sublata sunt.

φλεγμασίαι. æstus, ardores, inflammationes. Vsurpatur hoc nomen ab Hippocrate, siue eo nomine, inquit Galenus, intelligat τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονάς, siue vna cum ijs comprehendat etiam febres pro veteri huius nominis significatione.

Dicuntur etiam ab Hippocr. aphor. 23. lib. 5. ἐπιφλογίσματα.

φλεγμονή. inflammatio. Duobus modis dicitur. vno quidem generaliter omnis ardor citra tumorē, vel etiam tumor cui dolor & ardor, qui proprie φλόγωσις dicitur, inest, siue is à sanguine, siue à bile, siue ab humore melancholico gignatur. Hæc fuit apud Hippocratem & veteres ἡ φλεγμονῆς significatio : qui non aliter quam ἀντὶ ἡ φλογώσιως eam vocem vsurpauit. Altero vero specialius dicitur, & ab Erasistrati seculo cœpit vsurpari ad illos tumores significandos quibus non modo calor accedit, sed renixus etiam & pulsus & rubor : ij enim quia frequentius contingunt, idcirco totius generis appellationem sibi vendicarunt, quos tamen Hippocrates non φλεγμονὰς, sed composito nomine σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα οἰδήματα, hoc est duros & dolorificos tumores, vocare consueuit, vt docet Galen. comment. 1. & 2. in prognost. Est autem huius phlegmones specialiter dictæ continens causa sanguis, subiectum autem musculus. Quippe calidus & copiosus sanguis, vbi in musculum procubuit, feruorem inducit aliaque plurima symptomata, appellaturque morbus ipse φλεγμονή. Ac primum quidem maiores arteriæ venæque opplentur atque distenduntur, vt quæ abundātiæ non sufficiant, ab his deinceps minores, atque ita res procedit, donec ad minimas sit peruentum. Mox, si fluxio non sistitur, sed in ijs valenter impacta est, nec in ijs satis continetur, partim. eius per ipsarum ora, partim per tunicas veluti colatum foras in ea spatia quæ inter vasa sunt, transmittitur, sic vt etiā omnia loca spatiaque ipsa vacua, quiæ inter prima sunt corpora, fluxione impleantur. Sic omnia ab humore omnique ex parte incalescunt ac perfunduntur. Ea sunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipsa, anteque hæc arteriæ & venæ, quæ scilicet & primæ & præter cætera vario dolore afficiuntur. Quippe interius à fluxione tum excalfiunt, tum distenduntur ac diuelluntur : exterius non modo excalfiunt, sed etiam premuntur ac degrauantur. Reliquæ particulæ aliæ comprimendo solum vel incalescendo, aliæ vtroque genere laborant. Sic fit vt omnem phlegmonem ardor, dolor, tensio, renixus, pulsus ruborque consequantur. Nec tamen eorum symptomatum perpetuo æqualis vehementia, sed pro qualitate & copia sanguinis influentis, quemadmodū nec omnes phlegmonæ pares existunt. Earum enim aliæ non modo maiores minoresue sunt, sed aliquæ magis minusue exquisitæ. Sed exquisita quidem synceraque est, quæ fit ex optimo sanguine & mediocris consistentiæ : non exquisita vero quæ fit à sanguine cui aliquis alius humor admixtus sit. Illa φλεγμονὴ simpliciter dicitur, hæc non absolute, sed vel φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης, vel οἰδηματώδης, vel σκιρρώδης. Cæterum omnis phlegmone contrahitur à fluxione quam vel manifesta causa vel etiam occulta excitarit. Manifesta quidem, vt quum offenso pede glandulæ inflam-

mantur: occulta vero quando aliqua parte delegante, aut toto corpore transmittente, & affecta parte ob debilitatem recipiente, aut propter dolorem vel calorem attrahente, sanguinis copia affluxerit. Verum omnis phlegmone quæ sanescit, aut digeritur aut concoquitur: si digeritur, ex toto curatur: si vero concoquitur, in abscessum transit qui ἀπόστημα dicitur.

Φλεγμὴν. ignitum & vrere valens, vt exponit Galen. in lexico Hippocr.

Φλεδονώδεα. Galen. παραλήρωτα explicat. Sunt enim » φλεδόνες φλυαρίαι nugæ, ineptiæ, deliramenta, λῆροι » vt explicat Galen. ἐν γλώσσαις, & comment. 3. in » prorrhet. part. 9. Ita & Hesychius φλεδονώδη » φλυαρὰ & ληρώδη explicat, vnde videre est in prorrhet. mendose scriptum esse φλεβοιδόνες pro φλεδό- » νες. Erotian. vero in lexico pro φλεδονώδη legit φλε- » γοδώδη, exponitque τὰ μετὰ φλυαρίας καὶ πνευματώδες » παραφορᾶς ὀλιγορώματα, sed hunc esse Erotiani men- » dosum locum nonnulli existimauere, reponen- » tes φλεδονώδη. vide supra φλέβοδονώδεις.

Φλέον. herba est non solum caulem habens aculeatum, sed & folium quoque hispidum, iuxta cuius spinas aculeos etiam condit: tam folio quam caule aculeatis: radice non in profundum acta. Nonnulli stœben appellant, vt Theophrastus author est. In Orchomenio lacu copiosum haberi scribitur, à quo nomen φλέος. etenim Græci φλέουιν, pro eo quod est fœcundum esse, capiunt. Est autem stirps verbasco similis & papyracea quæ texta circumponitur olearijs fictilibus, vt annotat Gal. in lexico Hippocr.

Φλέψ. vena. Est vas spermaticum, vna constans tunica fibris triplicibus contexta, & sanguinē largiorem continēs. Venæ nomine etiam arteriam comprehenderunt veteres, quo sensu Plato in Timæo venas à corde producit, vt scribit Gal. lib. 6. de placitis Hippocr. & Plat. Prodit autem vena omnis ab hepate, quæ modo vere & simpliciter vena dicitur. Nam si quis contendat venam arteriosam à dextro cordis ventre nasci, vt certum id est, sic ea non simpliciter vena dicitur. In vniuersum autem duæ ab hepate oriuntur, vna à sima eius parte, altera à gibba. Quæ ex sima exoritur, varijs nominibus appellatur, μεγάλη, ἀπὸ τῆς πύλης, μεγάλη ἀπὸ πύλης, & σκελαία, quod sit aliarum velut quidam truncus. Vulgo vena porta dicitur. Hæc in sima parte hepatis, quinque interdum pluribus paucioribusue radicibus actis & postea in vnum truncum coalescentibus, iecinoris portis vna amplaque egreditur: pauloque postea in duos maiores ramos diuiditur, quorum vnus lienem petit, alter fertur in mesenterium, vterque in quamplurimos ramusculos diuisus. Ante autem quam magnus ille truncus in duos ramos scindatur, venulas aliquot emittit, duas quidem κυστικὰς dictas in collum & corpus vesicæ bilem continentis: vnã γαστρικὴν, quæ in pylorum & posteriorem ventriculi partem illi propinquam distribuitur: vnam γαστροεπιπλοϊδα, quæ in totum dextrũ fundum ventriculi & totum dextrum epiploon inseritur varijs furculis: vnam similiter quam ἐντερικὴν, hoc est intestinalem potes vocare, quæ ecphysim, & ieiuni initium & glandulosum eius corpus petit. Cæterum rami illi duo maiores (quorum qui splenem adit, splenicus, qui mesenterium, mesentericus doctrinæ gratia appelletur) in quos magnum truncum secari diximus, varias habēt propagines, splenicus quidem antequam in lienem intromittatur aliquot, quarum alia in gibbam ventriculi, partem, alia in simam bipertita fertur, ramuloque suo maiore ceu corona stomachum totum cingit, ramulis sursum ad œsophagi finem & deorsum in ventriculum dispersis, minore autem ad pylorum descendit, ramulis communiter ante & post distributis: alia vero in epiploon & coli partem dorso commissam disseminatur. Mesentericus vero ramus in mesenterium & pancreas descēdens, in venas multas, tres tamen præcipuas, mox totus diuiditur, quæ postea multipliciter sectæ, & inter duas mesenterij tunicas vectæ, in simam partem reliquorum intestinorũ ramulis quamplurimis absumuntur, suis orificijs in illorum cauitatem vndique incidentes, quibus & chylum sugunt, quem in iecur deferant. Sæpe etiam sanguinem & harum non modo partium, sed corporis etiã totius excrementa reuehunt. Huius quoq; portio vna colo sinistro & intestino recto inseritur, & in sedem ramulis aliquot descendit, qui venas αἱμορροϊδας constituunt. Talis quidem est venæ quam portam appellant distributio. Quę autem à gibba parte iecinoris proficiscitur, pluribus similiter nominibus vocata est ab ipso Galeno, μείζων, κοίλη, ὑπατικὴ. Ea venarum omnium capacissima est, sparsisque aliquot radicibus intra iecoris partem gibbam, similes venæ portæ radices spectantibus & propemodum tangentibus, mox ceu truncus vnus emergit, nec multo post in ramos duos scinditur. quorum vnus in superiores, alter in inferiores partes fertur. Qui superiores petit, is vnus & integer ad claues vsque peruenit, venulas tamen interea quasdam partibus nonnullis impertit, duas quidem φρενικὰς toti diaphragmati, vnam cordi, στεφανιαίαν dictam, quæ basim cordis coronæ modo cingit, inque partem cordis externam distribuitur: vnam præterea ἄζυγον vocatam inferioribus costis, ortam ex ipsius trunci latere dextro deorsumque descendentem, & octo vel pluribus ramulis spatia septem inter costas inferiores, interdum vero etiam omnia vtrimque nutriētem. Adhæc aliam μεσοπλεύριον dictam, hoc est intercostalem, quæ tria superiorum quatuor costarum spatia nutrit. Cæterum magnus ille truncus sursum conscendens vbi clauiculas attigit, sub ipsis in duos ramos finditur κλειδίους dictos (à quorum vtroque venulæ mammariæ vtrimque singulæ sub sterno descendunt in mammas & pectoris musculos, fere vsque ad vmbilicum) sed breues admodum. Siquidem vterque ilico diuiditur in duas insignes venas ὀμικλειδίους appellatas, quod clauiculas supergressæ sint, quarum vna μασχαλαία dicitur, hoc est axillaris, altera caret quidē nomine, sed mox diuiditur in alias duas venas, quarũ superior σφαγίτης, hoc est iugularis, inferior ὠμικὴ hoc est humeralis, vocatur. Est autem iugularis duplex, interna & externa. Interna secundum latus asperæ arteriæ ascendit ad fauces & inde in cranium: externa vero per colli latus ascendit, & in musculos laryngis, linguæ, oris, & & in cutem faciei, frontis capitisque absumitur. Sic quidem habet venæ cauæ sursum ascendentis series. Quæ vero deorsum descendit, ea vna & indiuisa vsque ad initium fere ossis sacri descendit: nam paulo supra eius initium in duos ramos diuaricari incipit qui in crura deferuntur.

Media tamen via & antequam separetur, quatuor vtrinque propagines emittit, quarum vna & ea quidem suprema in tunicam renum externam à peritonæo natam & partes conterminas spargitur, adipem multum eo loci gignens. Ab ea deinceps alia est propago venarum quas renales siue emulgentes appellant, quarum dextra quidem superior, sinistra vero inferior fere semper est. Earum autem vtraque multis venulis in renum corpus distribuitur. Est & ab eodē trunco venarum propago quas σπερματικὰς appellant, quarum dextra quidem ab ipso trunco, sinistra vero à media emulgente vt plurimum nascitur. Quarta propago est venarum lumbarium, quæ multiplex & vnaquæque bipertita in lumborum medullam per neruorum foramina, & in eius loci musculos cum arteria similiter diuisa distribuitur. Porro vbi truncus hic inferior venæ cauæ, initium, vti dixi, ossis sacri prope attigit, in duos ramos finditur in crura descendentes, quam quidem diuisionem Galen. lib. de anat. ven. Græcorum ν elemento comparat. Actuarius autem à figura Λ literæ λαμβδοειδῆ rectius videtur appellare. Vtramque earum venarum cruralem vocant. Vtraque autem simul atque è peritonæo elapsa est, ramū insignem producit, qui super os ischij in inguina descendit, & in anteriorem internamq; femoris partem, vbi in multos ramos facit diuisionem, multis & magnis eius loci glandulis firmatam, quæ cum arteria & neruo simul descendentibus cauitatem illam inguinum opplet: peruenit autē is ramus vsque ad pedem. Reliqua autem venæ cruralis portio etiam ad summum vsque pedem descendit, propagines quoque nonnullas interim emittens ad coxendicem, ad poplitem, ad suram, & ad malleolos.

φλὴ γενέτιν. iocose in Epigrammatis vsurpatur pro membro virili quasi vena sit genitalis.

φλέβιον εὐθερμότερον. venula calidior ab Hippocr. dictum pro arteria vt exponit Galen. comment. 7. in 6. Epid. t. 2.

φλέβες αἱ ἔσω. venæ interiores dicuntur, & de venis brachiorum intelliguntur 2. Epid.

φλυάουσα. hoc est, φλυαρεῦσα, nugās. & φλυαροῦντες nugaces. vt explicat Gal. in lexico Hippocr.

φλιαὶ. postes. vocantur ab Hippocr. quatuor ligna, quatuor angulis scamni sui sita, axes continentia & firmantia, hoc est, vt ait Galen. τὰ διαλαμβάνοντα τοὺς ἄξονας ἐνείγματα. Nec vero eos tātum quatuor postes ita vocat, sed etiam alia duo ligna, in medio eorum sita, quæ aliud lignū transuersum tanquam scalæ gradum continent. vide βάθρον.

φλέγμον. est linimentum oculorum quod recipit æris vsti ac loti drach. XII. croci drach. VI. piperis drach. IIII. myrrhæ drach. III. opij drach. III. gummi drach. XII. Teruntur cum vino veteri odorato adstringente. Galenus libr. 4. περὶ κρ. τόπ. ex Asclepiade, & Aetius lib. 7.

φλέγμον, ἢ φλὸξ. viola flammea. viola est coronarij generis, folio & ramulis odorata, flore inodora, sed colore flammeo coronis adoptata, colore commendabili, odore nullo, semine proueniens coronis. Prima se inter flores ostendit.

φλεγμονὴ ὑπερκάθημα vide ὑπερκάθημα.

φλέγμασις. idem prorsus quod φλεγμονὴ fuit apud antiquos. Nunc autem video proprie φλεγμονὴν dici eum tumorem, cui non modo calor, sed etiā renixus, pulsus, tuborque inest: φλέγμασιν vero omnem feruorem, inflammationique similem affectum significare. vide φλεγμονὴ.

φλοιὸς. cortex, pars est plantæ vltima à subiecto corpore separabilis, veluti crusta quædam ad cingendum data, qui si velut ambiens membrana cingat, tunica à tuendo corpore dicta est, pars tamen corticis interior quæ ligno pressius adhæret, proprie liber erit, qui libris in quibus scribimus nomen dedit.

φλόμος. verba scū. differentias summas habet duas, hoc nigrum, illud album: in quo mas & fœmina intelligitur. fœminæ folia sunt brassicæ, pilosiora multo & latiora, candida: caulis albus, cubitalis, aut amplior, subhirsutus: flores albi, aut ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, gustu acerba, crassitudine digiti. nascitur in campestribus. Qui mas est, oblongius, folijs albis & angustioribus, tenuiori caule. Sed nigrū prorsus albo simile esset, nisi nigriore latioreque constaret folio. Syluestre folia fert saluiæ, altas virgas & lignosas, & circa eas ramulos quales marrubium: flores luteos, auri æmulos. Sunt & phlomides duæ hirsutæ, rotundis folijs, humiles. Tertia lychnitis appellatur, ab alijs autem thryallis: folijs ternis aut quaternis, vel paulo pluribus, hirsutis, crassis, pinguibusque, apta ad lucernarum lumina. Acerba est, & digerendi vim quandam habet, & folia deficcandi vim quandam obtinent.

Dicitur & πλόμος apud Aristotelem; apud Suidam φλῶμος quæ & φλόνος θρυαλλὶς.

φλυδᾷ. ὑγραίνεται, μυδᾷ. hoc est humectatur, putrescit. vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

φλυζάκιον. idem prorsus quod ἡ φλύκταινα, vt scripsit Galenus comment. 4. εἰς τὸ ἀφὶ διαίτης ὀξέων.

Vt igitur φλύκταινα & φλυκτὶς ἀπὸ τῦ φλύω dicuntur, ita & φλυζάκιον ἀπὸ τῦ φλύω, φλύζω siue φλύσσω, quod feruere significat & ebullire.

Φλύκταναι ἢ

Φλυκτίδες. genus pustularum, inquit Celsus, cum plures similes varis oriuntur: nonnunquam maiores, liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato: subestque ijs humor: vbi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet. fiunt autem, vt scribit, vel ex frigore vel ex igni vel ex medicamentis. Quidam vesiculas interpretantur. oriuntur maxime à feruentibus & acerrimis humoribus, ijs, quæ ab igne aut feruenti aqua gignuntur, similes. Toto corpore nascuntur, sed nullibi periculosius quam in oculi membrana cornea, quæ primum quidem vesiculæ in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde vero excoriatur & oculum purulentum reddit. Quidam putant idem esse φλύκταιναν atque ψυδρακιον: alij vero exigua quadam differentia distinguunt, scribentes ψυδρακιον affectum esse capitis proprium, & ab humore frigidiori quam φλύκταιναν excitari. Certum vero est φλύκταιναν cum φλυζακίῳ eandem esse, & vtrumque à verbis φλύω, φλύζω, seu φλύσσω deductum esse.

Quod ebullire significat & feruere: harum autem pustularum vt materiam duplicem distinguere solet Hippocrat. ita generationem triplicem facit; & quod ad materiam pertinet quædam ait ex humore frigido gignuntur, quæ & latæ sunt & diutius perdurant, ob idque scribit latas pustulas non admodum pruritum excitare.

» Aliæ ex calido humore ortum habent, nec latæ » sunt, citoque iudicantur. Quoniam vero cali- » dus humor, aut bilis est, aut sanguis, aut ichor » corruptus, idcirco interdum feruentis acerrimi- » que humoris sunt soboles, nonnunquam san- » guinei, præsertim melancholici per adustionem, » tumque ijs quæ ab igne aut feruenti aqua oriun- » tur non sunt absimiles. Solent autem exoriri, » vel cum natura imas corporis partes expurgat, » vt nonnunquam per excretionem, ita per decu- » bitum humoris ad cutem; vel cũ viscus aliquod » internum vehementi intemperie & corruptela » laborat; vel in febre pestilente cuius propria es- » sentia est, qua à cæteris febribus omnibus di- » stinguitur τὸ σηπεδονώδες εἶναι τὸ θερμόν, Calidum » putre esse vt scribit Galen. 6. Epid. comment. 1. » Eiusmodi pestilentium φλυκταινῶν generationem » ex ichoribus venenatis diuine Hippocr. explica- » uit 2. Epid. Æstiui, inquit, Cranone carbunculi: » densis pluebat nimbis. Idque tempestate Au- » strina, ichores subnascebantur in cute qui pru- » ritum excitabant, inde pustulas ambustis similes » φλυκταινίδας ὥσπερ πυρικαυστούς. Atque huiusmodi » pustulas describit Hippocr. in Andrea ἐξανθήμα- » τα κνησμώδεα ὥσπερ πυρικαυτά. Cæterum etiam φλυ- » ταινίδια appellantur in Epidemijs.

Φλυκταινώδης ἕρπης. idem quod ἕρπης κεγχρίας dictus, de quo vide suo loco.

Φλύσις. id est, eruptionis pustularum, quæ fit ex superabundantia humoris in corpore nostro, vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

Φόβος. timor. Est subita & vehemens animi perturbatio à re quapiam, ceu sibi noxia. ἔκπληξιν Græci vocant. Hic non intelligimus timorem qui fit abducendo & contrahendo ad principium suum tum sanguinem tum spiritum, iræ contrarium, » quæ & foras agit & fundit & calefacit: sed eum » qui fit ex melancholia, & quem inducunt tene- » bræ: de quo scribit Hippocr. Si timor & mœ- stitia longo tempore perseuerent, melancholi- cum est. Talis enim timor fit per melãcholiam, eosque nunquam deserit qui melancholici sunt: adeo vt virtutem deijciat & corpus mutet, animique deliquium pariat. Huic contrarium est φιλοχαρεία, quasi excessum gaudij dixeris. Vocatur alio nomine δέος.

Φοινιγμός. rubrificatio. Est ruboris per medicamenta excitatio in aliqua parte. Quædam enim medicamenta eam vim habent, vt cuti admota ruborem caloremque accendant, atque etiam si diutius immorentur, vesiculas creent, tandemque exulcerent. Ex quo patet ea vehementer calida, sicca & acria esse oportere. Eiusmodi sunt sinapi, thapsia, fimus caprarum, nasturtij semen, helenij radix, scilla, fimus columbinus, staphis agria, cantharides, & reliqua id genus. Est autem præsidij genus à veteribus vsurpatum maxime ad eas partium imbecillitates, quæ vel ex frigore vel plurimo humore citra manifestum calorem accidunt. Quippe eiusmodi medicamenta omnia calefaciunt, desiccant, & cucurbitulæ ritu humorem altius insidentem attrahunt.

Φοινικίδες. nomen emplastri est à Galeno compositi, » glutinandis vlceribus, cicatrice obducendis, & » phlegmonis curandis accommodum. Nomen » autem indidit à palma, quam φοίνικα vocãt Græ- ci. Aliter διὰ χαλκίτεως dicitur. Eius descriptio habetur apud Galen. 1. cap. 4. de compositione dic. secundum genera. Vide similiter Aetium lib. 15. c. 12. de emplastris ad cruenta vulnera glutinandis.

Appellatur φοινικίη à Trallian. lib. 7. c. 1.

Φοινίασις. sic à colore dictam elephantiasim suspicari vtique possit aliquis. Sic etiam φοινικίη νόσος: nisi morbum in Phœnice & alijs partibus orientalibus prouenientem intelligamus: vt scribit Galenus in lexico Hippocratis.

A puniceo colore aut palmeo elephantiasis sic φοινίκινος videtur appellata, quo elephanticorum cutis inficitur, vt indicasse visus est. Gal. in exegesi.

Φοινικίτης. lapis sic dictus à figura quam habet similem cum fructu palmæ. ἐνδεικὸς dicitur apud Dioscor.

Φοινικόμηλον. fructus est palmæ Ægyptiæ quæ peculiari nomine ἄδηφ dicta est, collectus post maturitatem. Tunc enim nigrescit, puniceoque colore rubet, vt plærique maturi fructus, quod Græci φοινικοῦν & φοινίσσεσθαι appellant.

Φοῖνιξ. planta est foliis hordei, sed breuioribus & angustioribus. spicam habet lolio similem, calamos digitorum senum, radici aduolutos: septenas octonasue spicas. In aruis tectisque recenter illitis nascitur.

Φοῖνιξ. est collyrium πτερυγιατικὸν ab Hierace conscriptum, de cuius descriptione inter Galenum & Aetium conuenit, exceptis admodum paucis ijsque leuibus.

Conuenire vtrumque dicitur ad palpebrarum » defluuia, aspritudines, & inueteratas affectio- » nes.

Φοῖνιξ. etiam dicitur palma arbor de qua vide Dios- » cor. lib. 1. c. 148. & Gal. lib. 2. de facult. alimen. » c. 26. Interdum etiam sic appellatur eius arboris » ramus teste Polluce; sæpe eius fructus hoc no- » mine intelligitur, cuius fructus in palma adhuc » florente pendentis inuolucrum φοίνικα ἐλάτης vo- » cauit Dioscor. lib. 1. c. 151.

Φοινίσσοντα, τὰ. rubificantia appellantur Aetio serm. » 3. tetrab. 1. c. 185.

Φοιτᾶν. proprie idem significat quod venire, sed de » motione menstruorum & profluuio vocẽ hanc » exposuere Hippocratis interpretes li. περὶ γυναικ. »

Φολκὸς. strabo, cui obliqua est oculorum acies. »

Φολλικώδεα. quæ veluti folliculosa sunt & laxa. vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

Φόνος. dicitur à quibusdam ἡ ἀπὸ κεφαλῆς, vt scriptum est libro 6. apud Theophrastum, eadem ratione qua & αὐδέσσαμον eadem dicta est, quod scilicet eius folium amulsum carnique confricatum sanguineum reddat succum.

Φοξὸς. dicitur Homero ὀξυκέφαλος vt interpretatur » Pollux & Hesych. id est, quia cuminato & fasti- » giato est capite, sed præcipue vt scribit Galen. » qui capitis acumẽ admodum habet fastigiatum » & vehementer acutum, atque valde indecorum, » qualem fuisse Thersitem scribit Homer. Iliad. » 2. φοξὸς Varino dicitur ὃ ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς ὀξὺ λή- » γουσαν, quasi φλοξὸς ex flammæ similitudine, quod » quæ incensa sunt & flammea in pyramidem fa- » stigientur. Aristoteli in physiognomonicis αἱ τοῖς » κεφαλαῖς φοξαὶ ἀναιδεῖς dicuntur: Erotianus vero φο- » ξαὶ αἱ ὀξυκέφαλοι & ἀκρωμέτωποι explicantur: φοξῶν » autem κεφαλῶν tria genera facit Galen. 9. de vsu » partium. Primum genus vt author est Hippocr. » lib. de capit. vulneribus est quando scilicet oc- » cipitis eminentia deperditur, hoc & idem genus

primum

primum facit Gal.lib.de ossibus; Tertium vero 9. de vsu part. Secundum genus τῶ φοξῶν κεφαλῶν Hippocrati & Gal.locis citatis est, cum scilicet frontis eminentia perit. Tertium Hippocrati loco citato,& Gal.lib.de ossibus est cum capitis vtraque perit eminentia, quod genus tertium primum constituitur à Galen.9.de vsu partium. Præter hæc vero genera quartum quoque fastigiati capitis genus Galenus 9.de vsu partium recenset quod cogitatione tantum fingi, reipsa præstari non potest: fiunt autem illæ omnes φοξῶν species permutata optima capitis conformatione quæ oblongam vtrimque sphæram depressam repræsentat, ideoque præter naturam esse dicuntur.

Φορὰ τῶ χειρῶν. manuum lationes aut gesticulationes interpretatur Gal. comment. 1.in prorrhet. part.23.functiones earum & motus,qui ob imaginationem fiunt illi similem quæ per suffusiones contingit.

Φουσὴ συπτικὴ. aluminis genus est quod proprie liquidum dicitur, sicut à Galeno & Plinio proditum est. Hodie alumen rochæ appellatur.

Φούσα δέρμα, id est cutis.vt explicat Gal.comment. 4.εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων.

Φοῦ. plut. aliqui sylueſtrem nardum appellant. folio est olusatri aut elaphoboſci : caule cubitali aut altiore, læui, cano, molli,in purpuram vergente, geniculis intercepto : floribus narcisso proximis,maioribus,tenerioribus,& ex albicante purpureis: radice superius ad digiti minoris crassitudinem,ex obliquo villosa in nigri veratri aut iunci odorati modum : capillamentis inuicem contextis, flauescentibus, odoratis, cum quadam odoris grauitate nardum æmulantibus. Excalfacit & vrinam mouet.

Φοῦξ. diciturab Actio potus in quo ebur aliquandiu maceratum ceræ instar emolleſcat, flexileque in opus quodcumque domito rigore tractetur. Quem tamen puto id nomen pro posca vsurpasse, quam aliqui Romanum nomen imitantes φοῦσκαν appellant. Parabatur diuersis modis, plærumque simplex, aliquando purgatoria, vt apud Paulum lib.7.c.5.& apud Aetium lib. 3. cap.80. & 81.

Φύκη. vox apud Trallian. l.4.quæ idem quod δεσμὸν siue δεσμίδιον, id est fasciculus siue manipulus vt Goupylus notat ex Michaelis Pselli synopsi id consequutus.

Φυλλάτα μύρα. vnguenta foliata genus erat vnguenti pretioſi magno mulieribus Romanis in vsu, in eodem genere quo quæ σπικάτα dicebantur: vide σπικάτα μύρα : vsus est eo nomine Martial. hoc versu At mea me libram foliati poscat amica. descriptio habetur apud Aetium.

Φοῦσκα. nomen est à recentioribus Græcis vsurpatum & à latino deriuatum, idem quod ὄξυκρατον significans,Posca enim siue pusca latinis dicitur; φοῦσκαν λίθιον ἐρυπτικὴν describit Paul.l. 7. cap. 11. ibidem καθαρτικὴν & εὐστομαχὸν id est purgantem& stomacho gratam habet l.7. cap.5. Et Aetius tetrab. 1. serm. 3. cap. 80. φοῦσκαν κοιλίης μαλακτικὴν describit.

Φραγμίτης κάλαμος. species est arundinis, quasi vallatoriam appelles. gracilis est & candicans. vt author est Dioſc.

Φραγμὸς. sic dicitur ab anatomicis totus dentium ordo atque acies.

Φρένες. proprie mentem significant,quam νοῦν καὶ διάνοιαν etiam Græci appellant:ad quam quoniam aliquid conducere videtur diaphragma,aut quia eo inflammatione affecto, mens quoque lædatur, & continuum prope delirium excitetur, à Platone & reliquis veteribus eodem nomine donatum est: vt nihil interſit φρένας & διάφραγμα dicere. Præcordia à Latinis dicta sunt, quia cordi prætenduntur.

Vide διάφραγμα: Aristoteles libr. 3. de histor. animal. cap. 10. διάζωμα appellat,quod pulmonem,& cor ab hepate liene & renibus distermi-nat: vbi etiam dicuntur esse φρένες tanquam παρεμφερῆ μεμβράνας & φραγμὸς:item φρένες vocari ὡς μετέχουσαι τῆς φρονήσεως.

Φρενικαὶ φλέβες. dicuntur propagines duæ venarum è trunco venæ cauæ superioris orientes, insertæ in diaphragma, ipsumque totum nutrientes.

Φρενιτικὸν. dicitur quod phrenitidem facit & quod significat vt ait Gale. in 1. prorrhet. comment.1. part. 4.

Φρενιτίζειν. de ijs dictum qui cum febre desipiunt ait Gal.comm.in 1.prorrhet.part.1.

Φρενῖτις. est inflammatio membranarum cerebri,febrem acutam & mentis perturbationem inducens. Sic quidem proprie dicta phrenitis definitur, eamque omnes vel simplicem inflammationem esse statuerunt à copia sanguinis,vel erysipelatosam à flaua bile,aut humore bilioso vsto & in atrum verso. Ex quo consequitur eiusmodi phrenitidem proprium & primarium cerebri affectum esse. Consistit autem ea inflammatio in meningibus, & in ipsum etiam cerebrum aliquando peruadit, adeo vt inflammatione simul laboret: aliquando vero feruet duntaxat, & calorem præter naturam concipit. Inde febris acuta propter affectæ partis dignitatem, eximium sensum, & coniunctionem quæ illi cum corde maxima est, inducitur, & perpetua deliria succedunt. Sunt enim hæc duo phlegmonica phrenitidis signa, vt quæ nunquam ab ea abesse videantur, & eius, vt ita dicam, essentiam constituant, possitque optime ijs duobus ἡ φρενῖτις definiri, esse perpetuum cum febre acuta delirium, sicut Galenus initio Prorrhetici annotauit. Delirium voco νῦν παραφροσύνην quam phrenitidis aliarumque omnium animi perturbationum genus esse, ex Hippocrate & Galeno apparet. Sic phrenitis ἀπὸ τῆς μανίας discrepabit, quæ nullam habet adiunctam febrem, & ab eo delirio quod in vigore vehementium febrium excitari solet, quia perpetuum non sit, sed declinante febre soluatur. Verum præter hæc duo, etiam alia quædam phrenitidem consequuntur, signaque apparent, quæ medici assidentia vocant, perpetua fere vigilia aut somnus admodum turbulentus, ex quo surgunt, exiliunt, vociferantur,& (si à sanguine morbus est) rident, aut si à bile flaua est, ferociunt, vel si atra vitium fecerit, tam immaniter sæuiunt, vt coerceri nequeant. Oculos præterea habent rubentes, alij aridos, alij lacrymis aut lemis perfusos. Alijs memoria, alijs ratio, alijs imaginatio deficit, vnde varia insaniæ genera oriuntur. Est vero & alia non proprie

dicta phrenitis, vt quæ tum à ventriculo, tum à diaphragmate per consensum gignitur, tum quę per ardentissimæ febris vigorem prouenit, quas plærique phrenitidis nomine non dignantur, sed παραφροσύνας modo vocant. Item quæcunque sine febre est, quam μανίαν rectius quam phrenitidem appelles. Sic Hippocrates communi quadam & non propria significatione phreniticos aliquando vocat omnes quibus mens, quam φρένας Græci nominant, oblæsa est, etiamsi perpetua cataphora teneantur, quales ij sunt qui φρενιτικοὶ ἀναπεῖσι in prorrhet. appellantur. Sic enim eo libro dicuntur, qui ita desipiunt, vt tamen eos desipere nemo intelligat. Vulgus enim eos solos phrenitide teneri arbitratur qui vociferãtur aut in alios insiliunt, cum tamen Hippocrates, vt eo loco scribit Galenus, omnes quibus mens non constet, phreniticos appellet, etiamsi perpetua cataphora laborent.

» Est vero tam obscurum hoc delirij genus » vt quidam medicus cum Gal. contenderit, ægrũ » sic insanientem neque pernitiose habere neque » phreniticum esse; Comitantur enim hæc sym- » ptomata, silentium, somnus falso creditus, ma- » nuum exigua motio, oculi clausi, aut immoti, » quos nonnulli haudquaquam aperiunt, etsi in- » clamaueris: huius autem obscuri siue silentis de- » lirij elegans descriptio est apud Gal. 1. prorrhet. » part. 33. vbi sic scribitur; Tremulæ, obscuræ blã- » dæque & contrectabiles desipientiæ valde phre- » niticæ, ex quo loco non erit inutile pauca è mul- » tis huc adferre quæ vim huius silentij sine voce » ob oculos ponant: in hac (ait Gal.) æger quietus » iacet neque solum non tumultuose exclamat » exilitque vt antea, sed neque prorsus loquitur, » neque figuram decubitus mutat, sæpiusque qui » ita affecti sunt familiaribus præbẽt opinionem, » quod mox sint, si fiat silentium, dormituri: clau- » sis itaque fenestris conquiescunt custodes, tem- » pusque in his interdum longum conterunt, dor- » mire ægrum quod neque loquatur neque mo- » ueatur arbitrati, ægro ipso non dormiẽte, & ma- » nus quiete mouente, non secus quam qui per le- » uem contrectationem aliquid vel tangere vel » inuenire volunt: deinde his ita se habentibus, » quidam & clausis palpebris hæc agunt, & si quis » accedens cum eis loquatur, quidam neq; pror- » sus oculos aperiũt, alij postea quam apertierunt, » aut paulo post clauserunt, aut immotos seruant, » alij neque siquis eos inclamauerit vel stimula- » uerit palpebras aperiunt: hactenus Galenus qui » paulo post ostendit hoc silentium non esse sine » voce quia si quis proprius aurem admoueãt, hos » quædam breuissime loqui intelliget: est autem » diligenter distinguenda hæc phrenitidis species » ab ea quæ cum sopore aut lethargo iuncta est, » illa enim ἔκφασις silens progressa febre tandem » firmatur, cum pulsu languido, duro, angusto & » exiguo; ita vt quies in ipsis fieri, languida reddita » virtute coniiciatur, qui scilicet validissime mo- » ueri nequeant, delirium autem cum comate ini- » tio morbi potius accidit, nec ægri habent quie- » tem obscuram, vt in quibus vires omnes lãgue- » ant & firmata est hectica dispositio, vixque æ- » gri se mouere possunt: Cæterum phrenitidem » Plin. lib. 7. cap. 51. sapientiæ morbum appella- » uit, vt in quo lædatur & offendatur eorum » sapientia: Celsus libr. 2. cap. 1. insaniam febrici- » tantium vocauit.

φρίκη. horror. quid sit ex rigore discendum, de quo ante in dictione ῥῖγος. Fit enim eodem modo, & ab ijsdem causis, à quibus rigor. Sed horroris causæ mitiores, pauciores, quiescentes & minus motæ sunt quam rigoris. Nam excrementum mordax, erodens, nitrosum, salsum, amarum in cute vel subdita illi carne motum vt intensione qualitatis & motus rigorem vel maximum vel medium vel minimum excitat. prout causæ magis vel minus erodunt, abundant, mouentur, ita paucitate, tenuitate & motionis impetu inferius, horrorem tantum mouet. Vt autem horror minus quiddam est quam rigor, sic maius quiddam est refrigeratione & inæqualitate. Qui enim refrigerationem committit humor frigidus est, crassus & immotus: qui vero inæqualitatem, minimum calidus, tenuis, motusque, vt in ea fere non motus sed sensus tantum, qualis in vlcerosa lassitudine vel pruritu, sentiatur. Vt autem medius est horror inter rigorem & refrigerationem, ita fit extremis eorum causis inter se contemperatis. Sunt autem eæ quas diximus causæ, videlicet qualitas praua & mordax magis minusue, quantitas multa vel pauca, motus velox, tardus, validus, languidus per sentientes corporis partes non per vasa factus, quibus etiam accedit corporis robur faciliusque sensus. Nam qui corpore sunt robusto & vix patiente, horrore vel rigore minus tentantur, quàm qui sunt corpore imbecillo & sensu facili præditi.

Galen. comment. 3. in 6. Epidem. t. 29. horrentium similitudinem quamdam ab Hippocrate factam indicat cum ijs qui corrugantur, similitudinemque in cutis inæqualitate & velut asperitate consistere, nonnullis eius particulis depressioribus, nonnullis extentioribus apparentibus, quando enim per exigua valde interualla in tota cute id factum fuerit, id symptoma φρίκη ἢ φρῖξ id est horror nominatur, tuque illud concipito mente exactæ maris tranquillitati læuis corporis statum assimilari & proxime inceptæ eius inæqualitati horrorẽ: læuitas igitur instauratis corporibus inest, sed velut horror contra sese habentibus: hæc Galen. Gallice autem eum patientes algorem *frisson & frissonner* dicimus quanquam latius horum significationem extendimus.

φρικώδεα & φρικώδη, τὰ, horrores dicuntur quales sunt in accessionibus febrium apud Dioscor. l. 1. c. 182. pro eodem dicuntur φρικώσεις & φρικτικοὺς.

φρικώδεις. significat apud Hippocr. παχὺ καὶ ἰνῶδες, hoc est asperum & rugosum. Dicitur de cute, cuius asperitas & inæqualitas φρίκη καὶ φρῖξ appellatur. Ei contraria est ἡ λειότης, hoc est læuitas.

φρικώδης γλῶσσα. lingua inhorrescens vel rigidiuscula vide γλῶσσα.

φρικώδης παροξυσμός. horrida accessio. Sic dicitur proprie accessio febris semitertianæ, propterea quod cum horrore inuadat. Vt enim ipsa febris mediæ cuiusdam est naturæ inter exquisitam tertianam & quotidianam, ita horrorem inducit inter rigorem & refrigerationem medium, vt docet Galen. libr. 2. de crisibus cap. 9. & libr. 1. de differentijs febrium cap. 7.

φρικώδης πυρετός. horrida febris. Dicitur apud Hippocratem lib. primo τῶν ὀνομάτων, non simpliciter quæ cum horrore inuadit, id enim innume-

rabilibus accidit febribus, sed exquisitus hemitritæus, in quo videlicet magnam accessionis partem horrores occupant, eo maxime die in quo tertiana & quotidiana continua simul concurrunt, vt explicauit Gal. l. 2. de differentijs febrium. Eam bilios⁹ pituitos⁹q; humor ex æquo mixti committunt, itaque confusi horrorem mouent non per initia modo accessionis, sed etiam per totam prope accessionem. Tunc autem duobus modis horror iste commouetur, per reduplicationem & per inæqualem incrementi motum. Hoc breuioribus horroris interuallis, illud longioribus distinguitur. Vtrumque autem febri semitertianæ proprium est propter humoris à quo gignitur inæqualitatem, vt docet Gal. comment. 1. εἰς τὸ ἕ ἐπιδημιῶν.

» Tex. 23. & lib. 2. de differ. febr. nam in Hemitritæo corpus tertianæ febris ratione cito in-
» calescit & febris festinat ad summum, at propter quotidianam tardatur, atque in ascensu retinetur, nonnunquam & interrumpitur: sicque in-
» ter varios affectus fit veluti pugna quædam modo inualescente pituita, modo bile, tum ad pituitam victoria redeunte, à qua ægri denuo con-
» trahuntur, refrigerantur, & horrent, neque hoc
» cessat donec febris ad summum perueniat, vide
» ἀναδιπλωσις.

Φείσσον, idem quod τραχὺ asperum; est enim affectus
» partium in superficie dissitarum: φείσσον est eius
» quidam modus quem per horrorem libenter
» explicauerim, horripilationem vulgares medici
» minus inepte quam barbare appellant, Græ-
» cam vocem etiamnum Galli retinent voce *friſ-*
» *ſon*.

Φροντὶς. cura. Est anxietas mẽtis ad rem aliquam valde attentæ: Quod enim ventriculo ἀλύει, id in animo φροντὶς est. Atque vt nulla in re conquiescunt quos ἀλύει male habet, nulloque possunt loco consistere, sed subinde cubitum mutant: ita per vehementes curas animus æstuat, non consistit, non quiescit. Ideo curæ vigilias inducunt, corpus siccant, fuliginosa excrementa gignunt, cutim densant, vnde febres primum ephemeræ, postea putridæ accenduntur.

Φύλλον. subfcutex vocatur: quando ex herbarum
» genere quædam sic fruticantur, vt ramulis com-
» pluribus lignosisque surculis scateant, minu-
» tisque constent folijs, has veluti fruticum ru-
» dimenta quædam suffrutices aliqui maluerunt
» appellare.

Φύλλος λίθος. est gleba quædam pumicosa, pallida, modice grauis, non solidæ, intercedentibus albis segmentis, vt in Cadmia. his quidem notis optimus distinguitur. Hunc aliqui hodie pro lyncurio vendunt, sicut alij pro eodem belemnitem. Exiccat, adstringit, expurgat, vlceribus crustas quadamtenus inducit. Eo infectores in Phrygia vtuntur, à qua nomen accepit. Nascitur autem in Cappadocia.

Φρυκτὰ. fricta. etsi adiectiuum nomen sit, absolute tamen & simpliciter citra τὴ ῥητίνης adiectionem positum, resinam pineam siue Colophoniam significat, quod cæteras antecedat, sitq; omnium maxime parabilis. Sic autem dicta est ad liquidæ differentiam; quam Græci etiam simpliciter ὑγρὰν, vel πίτυν ἢ τερμινθίνην ὑγρὰν appellare solent. Huius vrendæ torrendæque differentiam Dioscor. l. 1. explicauit.

Φύλλον. panus, seu panis. vtroque enim modo Latine dici potest, vt Hermol. Barbarus annotauit. Dicitur & à quibusdam panicula. Quid sit, Celsus aperte explicauit lib. 5. c. 25. Est tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, & maior quã pro magnitudine tumoris. interdum etiam febricula: idque tarde matureſcit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut in inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Ex quibus Celsi verbis apparet manifesto φύλλον esse phlegmonem erysipelatodem, vel erysipelas phlegmonodes. Quod enim hic tumor multæ bilis sit particeps, ideo non alte assurgit, neque in profundum valde subit, sed erysipelatis modo latior est. occupat tamen & subiectæ carnis aliquid, quod aliqua ex parte phlegmone sit. Propter eandem bilem etiam pustulæ quædam, vt & in herpete, excitantur, & dolor distentioque maior est quam pro magnitudine tumoris, tarde etiam matureſcit eandem ob causam, neque magnopere in pus conuertitur. Addit vero & Galenus id tumoris genus præditum esse summo calore, & citissime generari, ijsque duobus quosdam ipsum ab alijs phymatibus & tuberculis distinxisse. fit maxime, vt scribit Celsus, in vertice, alis aut inguinibus, nec tamen in ijs tantum, sed in omnibus etiam glandulosis partibus, vt Galenus author est. Figura illi pano similis est, quo textores vtuntur, atque etiam pani. quam figuram quamuis φύλλον habeat cum phymate communem, multis tamen nominibus ab eo differt. φῦμα enim verior phlegmone est, magisque exquisita, proindeque facilius in pus conuertitur, præterea tanto minus doloris adfert, minusque calidum (nisi dum suppurat) sentiunt, quanto bilis flaua sanguisue bilios⁹ syncero sanguine plus doloris mouet, calidiorque est. Differt autem φύλλον à bubone, authore Galeno, vt scribit Paulus libri quarti capite 22. quod bubo phlegmone sit: φύλλον vero, vt dictum est, sit φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης ἐρυσίπελας, ἢ ἐρυσιπελατώδης φλεγμονὴ τῶ ἀδένος.

Φυγελίτης οἶνος. vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur. «

Φῦκος. fucus herbæ genus est de quo Dioſc. lib. 4. & Plin. l. 13. c. 25. agit, estque herba hæc tingendis lanis vtilis, vnde simpliciter fucus etiam pro colore accipitur, & fucare pro colorare, præsertim vbi non natiuus nec genuinus, sed factitius & velut adulterinus significatur, vt apud Horat. nec amissos colores, Lana refert medicata fuco: & inde medicamenta illa quibus capilli tinguntur & quibus cuti superinductis mulierculæ vitia formæ dissimulant fucos appellant; hinc Plautus, vitia corporis fuco occultant. «

Φῦκος θαλάσσιον. fucus marinus: quoddam latum est, alterum sublongius & rubens. tertium candidũ, floridum valde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Omnia vim habent refrigeratoriam ordine secundo.

Φυκοπέγανον. nomen est emplastri ab Aetio descripti serm. 3. tetr. 4. ad omnia vlcera, præsertim in sede, commodum est.

Φυλλὶς. herba est quæ folia promit rumici similia, longiora & viridiora, sena aut septena, recta, quæ parte anteriore lænia cernuntur, à tergo autem pensiles quasi vermiculos tenues ostendunt. In vmbrosis & opacis horrorũ locis emicat, gustu

acerbo. Neque caulem, neque semen, neq; florem profert.

φύλλον. duûm generum est. quorum quod in saxosis nascitur, ἐλαιόφυλλον vocatur. quod autem θλυμβρόνον appellant, prouenit musci modo, folio oleę, sed colore magis herbaceo: caule tenui, breui: radice exili. florem album profert, sed papaueris, maiusculum.

φύλλον. etiam vocat Hippoc. herbaceum & hortensium viride condimentum vel odoramentum, quæ ementibus olera addunt, vt coriandrum, mentha, ruta, apium. Dicitur & φύλλιον. vt annotat Gal. in suo lexico. Significat etiam (vt ibidem scriptum est ab eo) silphij semẽ, eo quod latum est: vt secundo de morbis mulierum. addit autem & ipse in sermone aliquando Libycum, aliquando Æthiopicum.

» Interdum κατ' ἐξοχὴν φύλλον de malabathri folio » vsurpatur: Scholiastes Aristophanis nominari » scribit Lactucæ folia, in qua significatione scri- » bitur apud Suidam φυλλία.

φῦμα. tuberculi genus est, sic dictum ἀπὸ τῆς φύεσθαι, hoc est ab ijs quæ sponte ex terra nascuntur. Est autem eius significatio duplex, sicut Paulus libr. 4. cap. 22. scribit. Vna generalis & communis, qua, vt multorum sententia est, omnes æque tumores ἀποσημαπώδεις, qui præter naturam oborti sunt, in quacunque corporis parte, φύματα appellantur, quod Hippocrates scripserit, Quibus phymata in vrinario meatu excitata sunt, abcessu suppuraro ruptoque liberantur. Addit vero Gal. comment. 1. in libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν sic vocari eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa aliqua externa proueniunt, maxime si extra corporis superficiem extuberent. Qua quidẽ significatione δοθιήνες, ἀνθρακώδεις, σαπρισμοὶ χοιράδες, & id genus quamplurimi tumores, qui per se nullamque externam ob causam excitantur, in extimis corporis partibus φύματα vocantur, siue lati sint nec multum alti, cuiusmodi sunt φύγεθλα, siue etiam elatiores & paulo magis extuberantes. Altera vero specialis propriaque significatio est, secundum quam φῦμα dicitur phlegmone quæ in adenosa carne sponte oborta statim augetur, atque ad suppurationem cito peruenit. Quo modo neque δοθιήνες phymata sunt, vt qui magis scirrhosi sint quam phlegmones natura ferat, neque etiam χοιράδες, tum eandem ob causam, tum quod non facile in pus vertuntur. Duri præterea hi tumores sunt, cum φῦμα mollius sit atque calidius, tanquam è sanguine genitum: quo autem differat ἀπὸ τῶν φυγέθλων, suo loco dictum est.

» Præter has autem significationes φῦμα aliquando Hippocrati dicitur ἀπόσκημμα abcessus » & decubitus materiæ in partem aliquam, vt in » Coac. aphor. 5. l. 4. in longis febribus (ait) vel φύ- » ματα, vel labores in articulis fiunt, etsi fiant non » inutile: illic φῦμα pro ἀπόστασει, hoc & in sensu ha- » betur aphor. 44. l. 4. vbi Gal. in comment. φύμα- » τα sic interpretari videtur; Sed & φῦμα nonnun- » quam ἐμπύημα significat vt notauit Galen. ad » aphor. 8. lib. 7. qui sic habet: à Phymatis introrsum ruptione, exolutio, vomitio & animi defectio fit; denique Hippocr. in Epidem. hãc vocem cõmuniter de frigidis tuberculis & calidis vsurpauit, vbi & φύματα alia lata esse scribit, alia minus lata, quomodo autem φῦμα differat ἀπὸ τῶν » φυγέθλων suo loco dictum est.

φυματίαι. dicuntur lib. de artic. quibus tubercula circa pulmones oriuntur.

φυματῶδες. dicitur pars corporis in qua φύματα nascuntur: item ille cui ipsa innascuntur apud Hippocratem.

φύσον. nomen est collyrij apud Celsum libr. 6. cap. 6.

Sunt illîc qui πύρῖνα legant.

φύσαμα. genus vnum est ammoniaci thymiamatis, sic dictum est quod cum terra, arenis & calculis mistum sit. vide ἀμμωνιακὸν.

Φύσα. flatus. Est spiritus crassior. Refertur ad spirituosam substantiam vt qui in spirituum genere sit, estq; humorum veluti vapor quidam, sed fere impurior, crassior, turbidior. Eius generatio in ventre fit, quemadmodum & nebulæ in aere, à cibis vel humoribus quibusdam pituitosis à debili calore in halitum solutis. Quippe syncera frigiditas prorsus halitum non facit, quod nullo modo attenuet, conficiat, aut dissoluat alimentum: fortis autem calor cum multo superior sit alimentis, tantum abest à generando flatu, vt genitum etiam attenuet atq; dissipet, nisi alimentum ipsum natura flatuosum sit. Tunc enim gignitur quidem spiritus aliquis turbidus & quodammodo nebulosus, sed qui facile vno aut altero ructu vacuetur. Itaque calor qui in cibos quidem agit, sed diminute, quod eos aliqua ex parte dissoluat nec tamen prorsus conficiat, flatum siue spiritum flatuosum parit. Gignitur autem tum à materia quauis calfacta, tum ab externo flatu, tum ab alimento flatulento, non in ventriculo modo & intestinis, sed in reliquis etiã cauitatibus tã sensui manifestis, vt cerebri, cordis, pulmonum, vesicæ, vteri, renum, scroti, venarum & arteriarum, quam sensui occultis, vt quæ sunt spatijs inanibus inter partes similares, & neruorum spiraculis, atque omnibus illis in locis mouetur. A quo quidem motu fiũt in ventriculo ructus, in inferno ventre sonori, vel sine sono flatus, adhæc murmurilla, strepitus, crepitus, efflationes sedis, vteri, vesicæ, cordis & partium aliarum quarundam palpitationes.

Qui omnes affectus generaliter dicũtur Græcis πνευματώσεις, seu ἐμπνευματώσεις, καὶ ἐμφυσήματα. vide ἐμφύσημα: Sed & φῦσαν exponit Erotian. τὸν δὲ ὑδρωπα δυσωδίαν πνεύματος.

Φύσημα. sic proprie dicitur ἡ πιτύϊνη ῥητίνη, hoc est picea resina, vt scripsit Gal. l. 7. τῶν κατὰ γῆν. Ea valde exsiccat.

Φύσιξ, γγος ἡ. sic dicitur vesicula seu pustula in manibus aut pedulis enata authore Polluce: est & Aristophanis Scholiastæ τὸ ἐκτὸς λέπισμα τῶν σκορόδων, qua notione Erotianus φύσιγγα τὸ ἔξωθεν λέπισμα exponit.

φύσιξ. hoc est τὸ καλούμενον ἐκβλάστημα, qui vocatur caulium exortus: & maxime pars eius concaua. vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

Pro φύσιξ scribendum φύσιγγα, à nominatiuo φύσιξ, vt legere est ex initio lib. de fistulis, vbi iubet accipere σκορόδου φύσιγγα νεαρὴν, eaque in fistulam demissa profunditatem illius metiri, id est recentem allij caulem, vide paulo ante φύσιξ.

Φυσικὰ φάρμακα. appellantur à Trallian. lib. 1. cap. 15. medicamenta & ϲοφήματα αὐαστολόγητα, vt amuleta, cantiones, siue incantamenta aliaque id genus, quæ non ex qualitatum virtute, sed à naturali forma totaque substantia

" suos effectus producunt quæ Gal. sub metho-
" dum cadere negat.

Φυσιογνωμοσύνη, vel φυσιογνωμονία. scientia est qua na-
" turæ hominum ex aspectu corporis & præser-
" tim vultus cognoscuntur apud Aristotelem, &
" talis scientiæ peritus φυσιογνώμων vocatur: φυσιο-
" γνωμονικὸς autem dicitur is cuius naturæ ex habi-
" tu corporis cognoscuntur, seu de cuius natura
" ex aspectu iudicatur.

Φύσις. natura. Varie hoc nomen à veterib. acceptum fuit & definitum. Sed omissis ijs quæ Aristot. & reliqui Philosophi de ea differuerunt, ea tantum persequemur quæ ad medicinam pertinent, primum tamen proponentes à Galeno naturam quandam vniuersi constitutam fuisse lib. 17. de vsu partium, quam ille definit esse Mentem admirabili virtute præditam quæ omnia peruadat. Ab ea singularum rerum naturam propriam manare consentaneum est: quodque ab ea fit, κατὰ φύσιν fieri dicitur, hoc est, vt Galenus interpretatur, κατ' αὐτὴν τὴν πρᾶγμάτων τὴν ἀλήθειαν, hoc est, secundum ipsam rerum veritatem. Eam in homine varie medici definiunt. Sed maxime ea definitio mihi probatur, qua dicitur, Natura vis esse quæ ex seipsa nostri sit opifex & conseruatrix, vt ἐν τοῖς ὅροις ἰατρικοῖς, scriptum est. Ea namque est cui & generationem debemus, & quæ genitos conseruat: itaque naturæ nomen ab Hippocrate sumptum fuisse, quo loco scripsit φύσιας νόσων ἰητροὺς Galenus author est, scribens per Naturam intelligi vim quandam corporibus insitam & inhabitantem, per quam ea reguntur, siue vt idē scripsit initio lib. 2. de sympt. caus. Omnem facultatem quæ animal siue voluntatis nutu siue citra hunc, regit. Itaque natura est quæ animal ab initio conformat, auget, nutrit, & omnia in corpore munia exercet. Quæ cum pariter caloris natiui opera sint, (est enim secundum Hippocratem omnium operum naturaliū author) necesse est vel naturam esse ipsum calidum innatum, vt Galen. lib. περὶ μακροβίου & alibi sæpe prodidit, vel id primum esse naturæ instrumentum, vt Galeno pluribus in locis placuisse video. Sed citra controuersiam omnino est, cum natura pluribus modis dicatur ab Hippoc. eum cum sæpissime, tum toto libro de natura humana, Naturę nomine temperamentum intellexisse, atque id esse præcipuum & maxime proprium Naturæ significatum, ab ipsa naturæ substantia desumptum, vt Galenus in Aphor. 2. lib. 3. annotauit, quo scripsit Hippocrates, naturarum has quidem æstate, has vero hyeme bene maleue se habere. Quod si quis contendat naturam non satis temperamenti nomine explicari, definiat si volet, naturam esse vniuersam substantiam ac temperiem quæ ex primis elementis conflatur, vt & Galenus lib. 3. de temper. definiuit. Est vero & alia licet minus propria Naturæ significatio, qua sumitur ἀπὸ τῆς ἕξεως, vt ibi scripsit Hippocrates, maxime morientibus quibus Natura vergebat ad phthisim. Hic namque Naturæ nomine ipsam partium structuram compositionemque intelligit. Est quando etiam Natura significat idem quod genus vel species vel forma, vt cum dicimus hanc febrem huius vel illius Naturæ esse.

Φύσις. etiam apud Græcos ἀπὸ τοῦ ἤθους interdū v-
" surpatur id est pro moribus tum insitis tum in-
" stitutis, sic & natura apud Latinos, pro moribus
accipitur; sic & Hippocratem εὐφυὴς nomen vsurpasse legimus libro περὶ εὐσχημοσύνης: vbi de medici " vultu, gestu, incessu, sermonibus reliqms eiusmodi loquitur. "

Φύσις. etiam sexū significat vt apud Thucididem " legimus, hinc quoque vtriusque sexus pudenda " φύσεις voce intelliguntur apud Diodor. & peculiariter de mulieris pudendo dicitur, sic 2. de diuinat. visa in quiete est obsignatam habere naturam, sic & Gallico sermone passim vsurpamus eo sensu. "

Φύσεις θερμὰς. calidas naturas appellare eas Hipp. " consueuit quæ non ingenito calore sed & acri " atque mordaci abundant, qui aduentitius est & " non secundum naturam, vt docuit Gal. comm. " 4. in epid. t. 15. "

Ἀντὶ φύσιν, παρὰ φύσιν, & κατὰ φύσιν, id est contra naturam & secundum naturam: & illa quidem κατὰ " φύσιν esse dicuntur quæcumque ex naturæ per- " scripto fiunt atque moderamine, quæ sunt na- " turæ legibus consentanea; παρὰ φύσιν vero quæ " quanquam ex naturæ præscripto non sunt, illi " tamen vim nullam inferunt; eiusmodi est in af- " fectuum genere fœdus ictericorum color & qui " ex solis ardore contrahitur; omnis præterea le- " uior affectus, & præ exiguitate adeo obscurus, vt " neque nostris neque laborantium sensibus ani- " maduerti possit, quia enim non perspicue fun- " ctionem lædit, contra naturam dici haudqua- " quam debet; Ἀντὶ φύσιν vero siue contra natu- " ram is affectus esse dicitur qui non modo naturæ " limites excessit, sed & illi vim infert, eiusque vi- " res & functiones manifeste interturbat; Quod " igitur contra naturam, vnum & idem est atque " præter naturam actionem lædens. "

Φυσικὴ δύναμις. naturalis facultas. Distinguitur bifariam à Galeno, in primas siue principes, & in secundarias siue ministras. Primæ statuuntur triplices, generatrix, auctrix, nutrix. Nam & totidem sunt naturæ opera, quæ primum quidem in vtero fingit animal, & omnes corporis particulas efformat, deinde eo in lucem edito omnes ad perfectam magnitudinem perducit, postea vero etiam vt omnes quantum fieri potest perdurent molitur. Sed formatrix quidem primas absolute partes sustinet, eique in ipso vtero auctrix & nutrix famulantur. Vbi vero formatum animal est, vsque ad ætatis vigorem auctrix virtus dominatur, auxiliatrices & veluti ministras habens alteratricem & nutricem. Nutrix vero à prima formatione ad mortem vsque actionem suam exercet. Itaque generatio, auctio & nutritio prima naturæ operum ac veluti capita sunt, proindeque tres facultates primæ atque principes horum effectrices, quæ tamen tum ipsarum inter se tum aliarum ministerium desiderant, quas secundarias possumus appellare. Hæ numero sunt quatuor, vna attractrix, altera rerentrix, tertia concoctrix, quarta expultrix dicitur, quæ non in iecinore modo, sed in omnibus vel minimis etiam corporis partibus insunt, genere quidem plane eædem, sed numero valde differentes. Et carnes & nerui & ossa pariter ad sese alimentum attrahunt, sed multum ab inuicem dissimile: & concoquunt quidem omnia, sed varia admodum concoctio est, pro cuiusque partis natura, & tamen omnes eas vires atque facultates quamuis

tam differentes à iecinore sortiuntur, à quo tanquam à fonte in vniuersum corpus illæ deriuantur. Est enim principium vegetabilis facultatis, qua non animalia modo, verum stirpes etiam & quæcunque alia viuunt, gubernantur. Ac quanquam natura per vniuersum corpus sit diffusa, & omnes actiones ab ea proficiscantur, & nullũ opus non possit naturæ tribui, adstringitur tamen à medicis facultatis naturalis nomen ad eas actiones, quarum principium & sedes iecur est. Nam sicut rationalis & irrationalis animæ vim & quæ ad sensum motumque pertinent in cerebro statuerũt, & in corde irascibilem atque pulsificam, sic in iecinore concupiscibilem & quæcunque nutriendo corpori conueniunt, tãquam in suo fonte collocarunt. Nec interest, vt scripsit Galenus, eamne appetitricem seu naturalem seu altricem voces, veluti nec si animam aut facultatem.

Φισιολογικὴ. pars est medicinæ quæ naturam hominis vniuersam à conceptu ad extremum vsque senium disquirit. Ad eam pertinet omnis de semine deque menstruo sanguine, de partium conformatione & principatu, de fœtus perfectione, similitudine cum parentibus, de anatomia singularum partium, earumque differentijs & temperamentis, de ætatibus, de calore natiuo & spiritibus, de tribus facultatibus nostrum corpus dispensantibus, de humoribus, aquis, aere, locis, consuetudine & cæteris id genus disputatio. In qua communibus quidem naturalis scientiæ principijs atque theorematis vtitur, sed quatenus hominis cognitioni inseruire atque accommodari possunt. Eam quidem medicinæ partem Empirici atque Methodici aspernati sunt, sed Dogmatici, quorum princeps fuit Hippocrates, plurimi fecere.

Φυσαλὶς. halicacabo similis, paulo tamen maior. vesicaria, siue ἀλικακάβος appellatur. Fit ex ea pastillus, vt tradit Eras. valet ad renum & vesicæ affectiones, etiamsi pus aut sanguis, aut corpuscula mucosa, aut fibris similia, aut crassa per vrinas exeant. Idem bibitur & in vesicam injcitur, vt prodit Aetius lib. 11.

» Διὰ φυσαλίδων. Pastillus ex Halicacabo, cu-
» ius meminit Trallian. l. 9. c. 5. ad renum & vesicę
» affectus sanandos.

Φυσώδης νόσημα. flatuosus morbus, qui & hypochondriacus dicitur. Species est melancholiæ, de qua vide suo loco.

» In dictione μελαγχολία; sed & φυσώδεις vocari
» μελαγχολικοὶς notauit Aretæ. l. 1. de diuturn. ca. 5.
» quasi flatuosos.

Φυτιλία. postrema hyemis pars, sic dicta à veteribus quod eo tempore insitiones optime fierent. vide χειμών. At φυταλιὰ, locus est vitibus alijsque arboribus consitus, hortus, apud Homerum & alios poetas: apud quos etiam pro plantatione accipi volunt nonnulli.

Φυτεία. sic dicitur ab Hippocr. ipsum ferendi tempus, vt explicat Gale. in lexico Hipp. secundum quam significationem dicuntur ab Hippocr. & φυτεύσεια, ligna quæ in terram panguntur serunturue.

Φύτιμα. herba est folio struthij, sed minore. fert copiosum semen perforatum, radicem paruam, tenuem, per summa terræ nitentem.

Φυτὸν. ν. τὸ. planta siue stirps vocatur: Aristoteles autem libris de plantis primarias atque summas plantarum species quatuor esse tradit nimirum δένδρα, θάμνους, βοτάνας, καὶ λάχανα: Rectius Theophr. plantarum species recensens, tres quidem illas priores memorat, sed αὐτὰ τῶν λαχάνων, ἐρυγαίων meminit: suffrutices vertit Gaza, alij interdum virgulta, alias cremia interpretantur à cremando sic dicta vti Græcis φρύγανα quasi εὔφλεκτα: herbarum nomine quas πόας appellat τὰ σπόριμα καὶ τὰ λάχανα comprehendit, verum cum nonnulla in plantarum genere sint quæ ad harum specierum nullam referi recte possint, ceu fungi tubera, cuscuta, Epithimum, viscum aliaq; multa quæ nemo vnquam arbores, frutices, virgulta, aut herbas esse iudicauerit, idcirco illã Theophrasti plantarum diuisionem mancam esse credimus, vel illi tantum in animo fuit perfectarum solummodo plantarum species enumerare, quæ primas & maximas habent plantarum partes, superficiem scilicet & radicem.

Φῶδες aut φωίδες. ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, quos diximus ante φαύσιγγας. vt explicat Galenus in lexico Hippocr. Apud Erotianum contracte φῶδες, quod Doricum esse scribit, & à nonnullis exponi φλυκτίδας, pustulas.

Galeni verba in Lexico sunt οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τοῖς κνήμαις ἐπανισάμενοι κύκλοι ἐρυθροί: Hesychio etiam φωίδες τὰ ὑπὸ πυρὸς ἐν σώματι γινόμενα ἐκ φυσήματος, ἢ φλυκταίνας significant: φῶδες Erotiano exponuntur τὰ ἐκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσωσι φαρμάκων ἐπιφλογίσματα, quædam ex igne contracta incendia præcipue vbi ex frigore ad ignem prope acceditur: eamque dictionem Diocles Carystius ἀπὸ τοῦ φωτὸς & ἐρεύθους deriuari scribit: Sunt qui etiam παρὰ φλυκτίδας, id est pustulas significare putent; Apollodorus φῶδας, τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα καὶ ὀπτήματα esse scribit.

Φωνασκία. ab Aretæo 2. de curat. Chronic. cap. 6. ea vociferatio vocatur quæ vehementius peragitur: dicitur & interdum αὐαύδησις: fuit vero apud veteres Gymnasticos quædam vocis exercitatio quæ αὐαφώνησις dicebatur, de qua eiusque facultatibus suo loco egimus.

Φωνάσκοι. dicuntur qui vocis curam habent, eamque magno studio exercent, quales sunt tragœdi, comœdi, præcones, citharœdi.

Dicuntur & φωνασκικοὶ Paul. l. 3. c. 28. qui vocis vtuntur exercitatio.

Φωνὴ. vox apud veteres idem quod ἀυδὴ ait Galen. part. 58. comment. 2. prognost. hanc sic Pollux definit φωνὴ, ἔσθησις, φθόγγος ἔναρθρος, ἰδιογράμματος, καὶ ἀδιατύπωτος. id est vox, locutio distincta litterata, non informis; ἦχος δὲ ἄσημος, καὶ ἀδιάρτητος, sonus non expers significationis, non indistinctus; ἀὴρ δὲ διὰ τῶν φωνητηρίων εἰς φωνὴν τυπούμενος, aer qui organis vocalibus ad vocem conformatur: vox etiam est, ait idem Pollux, aer ictus, aut aeris ictus, ὄργανον vero vocis κυριώτατον id est præcipuum est λάρυγξ, vt Gal. ait in 7. περὶ χρείας μορίων: Aristoteli φωνὴ est aer ἐγκαπυλούμενος τις καὶ φερόμενος, configurata quædam cum impetu aura; Platoni πληγὴ τοῦ ἀέρος: neque vero φωνὴ dici potest æris aut saxorum collisio, ceu neque fluctuum aut tonitrus, sed hic ψόφος vocatur; Sed neque is qui ab animalibus sonus editur semper vox est, vt manuum

plausus, quin neque screatus aut tussis proprie voces sunt, nāq; vox fit περιαιρετικῶς, vel καθ' ὁρμήτικε, id est, ex proposito & voluntate, ideoque etiam aliquid significat. Et brutorum quoque voces dicuntur vt equorum hinnitus & canum latratus; dicuntur tamen & qualescumque soni voces.

Cæterum τὰ φωνῆς præter naturam affectæ variæ apud Hippocrat. attributiones seu adiuncta leguntur, vt φωνὴ δασεῖα καὶ μέλαινα, vox densa fusca, vel nigra, in prorrhet. atque ibidem φωναὶ ἐκλελειπτικαὶ voces deficientes, & φωναὶ κατακλώμεναι, voces peruersæ ac perfractæ in Coac. & 3. Epidem. κατηλαπόμεναι φωναὶ, aut κατηλόμεναι, distortæ aut confractæ, & 7. Epid. φωνὴ περιελευμένη, vox resoluta, exoluta, præpedita, idem fere quod ἄφωνία, motus & sensationum priuationem indicans. Illi opponitur φωνὴ λελυμένη, vox soluta, & libera reddita, explanata & expedita. Item φωνὴ ὑπερπνευμονικὴ, ἢ κεχηνώδης exponitur à Gal. in exeg. id est, vox qualis pulmonia laborantibus, stridula, aut stridulam in faucibus asperitatem habens, & 5. & 7. Epid. & φωναὶ κατηλλαγμέναι exponuntur Erotiano apud Hippocr. κατεχόμεναι, detentæ aut occupatæ: id est, adeo exiles vt vix audiantur. Idem quoque Erotian. Bacchium reprehendit quod περιγεκλιμένας φωνὰς, hoc est demissas voces, quasi distortas aut peruersas intellexerit; denique φωνὴ λευκὴ καὶ μέλαινα, per translationem dicitur Galeno 3. de differ. puls. vt & comment. 1. in prorrhet. & φωνῆς λαμπρότητα & βραδύτητα vocis claritatem & tarditatem inter se opponit Hippocr. lib. περὶ τόπων.

Φῶς. dicitur circulus subniger qui papillam ambit. Sic etiam, vt scribit Oribasius, vocatur medium transuersariorum quæ in Nilei machinamento sunt, quod plinthium appellatur.

Est quoque φῶς sicci collyrij nomen ad ἀμαυρώσεις commendati à Trallian. descriptique lib. 2. c. 5.

Φωσφόρος. est collyrium διάχρυσον, quod à Galeno libro quarto περὶ τόπων. c. 7. ab Aetio libro septimo describitur. Recipit glaucij drach. XXIIII. & sarcocollæ drach. VIII. croci drach. VIII. opij drach. VIII. myrrhæ drach. VIII. misyos vsti drach. VIII. gummi drach. XII. Excipiuntur aqua pluuia. valet ad dolorem & omnem inflammationem & vehementes epiphoras. Est autem aduertendum, male apud Galenum legi κόμμεως ⊀ιθ'. est enim scribendum κόμμεως ⊀ιβ'. error facilis est.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. X.

Χαιρέφυλλον. gingidium. erraticæ pastinacę folium æmulatur, aliquanto tenuius, radicula candicante, subamara. Apud omnes manditur & crudum ex aceto & iuribus incoctum. dictum à Græcis est quod folijs luxurier. Chærefolium à multis nuncupatur.

Χαιρέφυλλον. vero ideo dictũ putãt quod luxurio-
» sa foliorum fœcunditate virescat & largiore co-
» ma frondescat.

Χαίτη. quamquam proprie iubam significet in quadrupedibus, qualis est leoni mari, dicuntur tamen in homine χαῖται, αἱ ὄπισθεν κατὰ τὸ ἰνίον ἀπειμέναι τρίχες, hoc est, pili qui à parte posteriore secundum occiput prominent: sicut scripsit Ruffus: vt & ἴουλοι, αἱ παρὰ τοὺς κροτάφους ἢ τρίχων ἀνάφυσις. hoc est, pili circa tempora oriundi.

Χάλαζα ἡ

Χαλάζιον. sunt tubercula quædam pellucida grandini similia, per cutem sparsa. Author enim introductionis seu medici χάλαζαν recenset inter eos affectus qui in quacunque parte corporis consistunt. Inuadit tamen præcipue oculorum palpebras, si quando in ijs lentus quidam humor concreuerit:

» Vnde χαλάζιόντα βλέφαρα apud Aetium dicun-
» tur lib. 7. c. 83. Authori Definitionum Medica-
» rum χάλαζα dicitur κεγχρώδης συστροφὴ κατὰ τὸ βλεφά-
» ρον, concretio quædam aut globulus milio non
» dissimilis in palpebra subnascens. Authori vero
» τῆς εἰσαγωγῆς, χαλάζωσις appellatur, & esse dicitur
» ὑπόστασίν τινα ἔνδοθεν τῶν βλεφάρων ἐπάρματα περιγεγραμ-
» μένα ὁμοιότητι τῆς χαλάζης, id est, orbicularia quædam
» intra palpebras circumscripta tubercula, grandini similia, quibus dissectis inquit Celsus lib. 7. c. 7. humor manat oui candido similis, qui & hæc tubercula parua in palpebris mobilia esse scribit, simulatque digito huc vel illuc impelluntur, condunturque, ait, aliquando sub cute, nonnunquam sub cartilagine non dissimilia χιονίοις sed non figuræ eiusdem. A grandinis autem similitudine χάλαζα dicitur in suibus vitium in eorum ore sub lingua enascẽs, & per totam carnem sparsum & innatum, quod viuente animali regitur, nec nisi dissecto & mortuo conspicitur, quo describit Aristoteles 8. de histor. animal. c. 21. & 30. probl. 4. quem morbum ait ille ex lingua cognosci. Albertus autem magnus 7. de animal. 20. vehementer hallucinatus est putans eundem esse morbum & grandinem & lepram.

Χαλαζῶδες ὕδωρ. vide ὕδωρ.

Χαλαζῶδες πυκνὸν. vocat Hippocr. 4. Epidem. crebra tubercula grandini similia in lingua enata ex incendio.

Χαλάζωσις. grandinatio. Sunt eminentiæ quædam intra palpebras grandini similes. vide supra χαλάζιον.

Χαλᾶν. apud Hippocr. idem est quod διαχωρεῖν, deijcere & aluum exonerare vt part. 6. & 7. comment. 3. prorrhet.

χάλασις laxitas, opponitur τῇ σωστέσει distensioni, vide σωστέσις.

Χαλαρὸν. laxum. dicitur apud Hippocr. pars recti intestini laxior, videlicet ad differentiam oræ eius infimæ quæ sphincter musculo adstricta est, vt scribit Gal. initio libelli de dissectione vuluæ.

Χαλαστικὰ φάρμακα. relaxantia medicamenta. Dicuntur medicamenta quæ tensioni medentur. Itaque cum tensio multis modis contingat, non videtur vna esse laxantium species, sed alia humectando laxant, alia calfaciendo, alia molliendo, alia vacuando, alia tumores præter naturã purgando, alia aliud quiddam faciendo. Attamen si vniuersãlem quãdam horum omnium substantiam constituere licet, ea certe erit ex genere modice calfacientium: sic enim & conniuentia corporis laxantur, & flatuosi spiritus tenuantur, & quod phlegmones iam conflatum est digeritur. Præcipuas in eorum ordine partes tene-

oleum chamæmelinum, itē adipes, butyrum, œsypus, & reliqua quæ intra secundum gradum calfaciunt. Verum Methodici multo longius τῆς χαλαστικοῦ nomen extendunt, vt docet Galen. ad omnia remedia significanda quibus adstrictus affectus, quo vna cum fluente humore omne morborum genus comprehendebant, curaretur. Itaque & venę sectionem χαλαστικὸν esse præsidium dicebant, & omnia similiter purgantia medicamenta.

„ De χαλαστικοῖς vide Galen. 7. κ. γλώ. c. 9.

Χαλβάνη. galbanum. Est succus è planta ferulacea. Nascitur in Syria Dioscoridi & μετώπιον aliqui vocant. Maxime probatur cartilaginosum, pingue, similitudinem thuris præferens: item purum minimeque lignosum, sed in quo nonnihil seminis ferulæ sit admistū. præterea graui odore, neque humidum, neque retorridum. Vi emolliendi & digerendi præditum est. Excalfacit tertio ordine incipiente, aut secundo completo: desiccat vero secundo incipiente.

Χαλινοί. Polluci lib. 2. dicitur gingiuarum connexio „ ad inuicem, & labiorum partes quædam; Ni- „ cander τοὺς χαλινοὺς vocauit dentes in Theriacis.

Χαλκάνθιμον. sic dicitur à quibusdam τὸ χρυσάνθεμον.

Χάλκανθος. attramentum sutorium. Est succus concretus, ex chalcitide genitus & efflorescens. Ac cum quinque species sint eiusmodi succorum concretorum, sory, melanteria, chalcitis, misy, & de quo nunc agimus atramentum, in coloribus præsertim differentia est. Cum enim quatuor priores species coloris sint vel cinerei & nigri, vt sory & melanteria, vel rubri & ærei vt chalcitis. vel lutei & aurei vt misy, attramentum sutorium alterius est coloris & varij. Nam & candidum est albęque violæ simile, quod λευκόϊον vocant: & pallidum, & viride, & cœruleum, & omne præterea perspicuum & nitens, vnde superior ętas vitriolum appellauit. Differunt quoque prædicti succi ea in re, quod priores illæ quatuor species natiuæ semper sint, attramentū vero sutorium & natiuum & factitium habeatur. Natiuum quidem quod & fossile dicitur, ex chalcitide, vt dictum est, efflorescens & concretum, & natura tam simile chalcitidi, vt in hanc tandem per se redeat annorum spatio, sicut se vidisse Galenus memoriæ prodidit. Id aliquando quidem pendet ex metallorum cameris stiriarū instar, aliquando vero in terram deciduum est & iacet humi: quorum vtrumque quoniam distillando concreuit, χάλκανθον στακτικὸν Græci nominant. Id vel simile est capillis & plumis, vel habet stiriarum aut glebæ figuram, quæ etiam factitia est, cuius glebæ ex cubicis quibusdam corpusculis coagmentantur, perinde atque vuæ ex acinis. Factitium vero duplex etiam est. Alterum proprie πικτὸν vocant Græci, id est concretum, quod è terræ cuniculis aqua atramentosa vel elata & in piscinas effusa, quemadmodū narrat Galenus, vel inde corriuata, frigore aut calore solis concrescit in chalcanthum: alterum verum ἑφθὸν, id est coctum, quoniam aqua atramentosa in ahenis decoquatur: est autem ea aqua, vt ait Galenus, viridis, chalcitin & æruginem redolens, & gustus quoq; eiusdem. In medicinæ vsu præstat fossile, cœruleum, graue, spissum, pellucidum: secundas tenet quod πικτὸν diximus vocari. Adstringit vehementissime & valde calefacit & siccat, quare sanguinem profluentem è vulneribus sistit, vlcera sordida purgat, & minuit excrescentia.

Cæterum apud Galen. quidem Aetium & „ Paul. est χάλκανθος, apud Dioscor. χάλκανθον quem „ sequuntur Latini. „

Χαλκηδονία. Chalcedonia nomen est auricularis cu- „ iusdam compositionis, quam esse tradit Galen. „ vtilem ad aurium inflammationes cum exulce- „ ratione 3. κ. τόπ. c. 1. „

Χαλκῖτις. est medicamentum metallicum, colore æris, intercusantibus oblongis venis splendentibusque. Nascitur in ijsdem metallis in quibus σώρυ ἢ μίσυ, mediumque inter ea non tantum loco, sed etiam viribus. Primum enim τὸ μίσυ solet occurrere, deinde ἡ χαλκῖτις, postremum τὸ σώρυ. Est enim μίσυ tenuissimum, σώρυ crassissimū, mediam vero rationem ἡ χαλκῖτις habet. Sed & temporis spatio in se inuicem transeunt, quemadmodum narrat Galen. τὴν χαλκῖτιν per triginta fere annos domi suæ asseruatam, in μίσυ versam se vidisse. Ex quo apparet hæc tria specie eadem esse, solaque naturæ concoctione & perfectione ab inuicem differre. Cæterum ἡ χαλκῖτις mistim adstringit & acris est: sed vincit acrimonia, quæ tanta est vt carnem vrat & crustam inducat. Itaque eā vrere præstiterit, quo & ipsa mitius vrat, desiccet, adstringat, minusque acris sit atque mordax. Inter venena numeratur quæ rosione interimunt. Hippocr. χαλκίτιδι vocat. quam eandem esse cum chalcitide, Galen. annotat in lexico Hippocr.

Hippocrates Chalcitidem γῆν χαλκῖτιν vocat, „ nam Galen. in lexico Hippocr. tradit γῆν χαλκῖτιν „ δὲ nihil aliud significare quam τὴν χαλκῖτιν. „

Ἐμπλαστρος διὰ χαλκίτεως. quæ & φοινικίνη vocatur „ de hac Galen. lib. 1. κ. γλώ. c. 4. plura, vide etiam „ φοινικίνη. „

Χαλκοῦ λεπὶς. æris squama quæ & λεπὶς simpliciter dicitur. Sunt tenues & squamosæ æris particulæ, quæ vel de æreis panibus, vel de clauis malleolorum ictibus excutitur. Hanc ἧλιν appellant, id est clauarem, cui & primas tribuit Dioscorides. Itaque in hoc squama differt à flore, quod illa vi excutitur, hic sponte ab ære refrigerato excidit. Probatur squama quæ crassa est & æris modo rubens, & quæ, cum aceto aspergitur, æruginem ducit. Vehementer siccat, præsertim ἧλις. Nam & subtilissimæ omnium substantiæ est, vt quæ nonnihil æruginis assumpserit. Detrahit similiter & liquat carnem & acriter mordet, ex quo perspicuum est non admodum tenuis esse substantiæ sed potius crassæ.

Χαλκοῦ ἄνθος. æris flos. Sunt minutæ æris particulæ à reliquo eius corpore resolutæ, milij specie, breues, ponderosæ, friabiles, in attritu fluuescentes, modice splendentes, atque constringentes. Fit autem duobus modis, vno cum æs è lapidis panibus in fornace excoctum fusumq; in receptacula delabitur per colla fistularum ad ea pertinentium: altero vero cum in singularis fori receptaculo æs, à quo plumbum & argentum fuerint separata, colliquatum fuerit: vtroque enim modo recrementis iam detractis candenti æris massæ aqua clarissima affunditur, tum vt refrigeretur, tum vt in panes diuidi possit. Illa igitur repente densata & concrescens florem illum veluti expuit, qui postea refrigeratus colligitur. Habet extergendi facultatem, estque tenuioris essentiæ quam aut æs vstum aut æris squama.

mordet, adstringit & excrescentia coercet.

Χαλκοῦς. æreoleum. Nomen est ponderis & Attici & medici. Est autem sexta pars oboli. Siquidem obolus ἓξ χαλκοῦς, hoc est sex æreola, continet. Est igitur ὁ χαλκοῦς duodecima pars scripuli. diuiditur autem ὁ χαλκοῦς εἰς λεπτὰ, hoc est in minuta septem. Pendet autem χαλκοῦς grana duo Arabum. est autem granum apud Arabas minimum pondus.

Χαλκοειδῆ. ossa quædam in extremo pede sic vocantur quæ numero tria sunt.

Χαμαιάκτη. ebulus. Alterum genus est ἡ ἄκτης, hoc est sambuci, longe illo humilius, magisque herbaceo generi assignãdum. sic dicitur quod sambuco humilius sit & coactæ ad terram breuitatis. Desiccandi, conglutinandi, modiceque digerendi facultatem habet.

Χαμαιβάλανος. sic dicitur à quibusdam ἄπιος. quam Romani radicem syluestrem nuncupant.

Χαμαίβατος. rubus est humi sparsus, radices qua tellurem tangit agens.

Χαμαιδάφνη. laurus Alexandrina. Romanis laureola siue laurago. Græci alijs nominibus etiam δαφνίλλω & δαφνίτην, & ὑδραγωγὸν, hoc est aquas ducentem, appellant. Frutex est vnico ramulo cubitali. recto, tenui atque leni, folio lauri similitudine, multo leuiore & magis herbaceo, semine rotundo, rubenti, admistoque folijs quibus supernascitur. Reprehenditur Plinius quod vincam peruincam esse putauerit. Eius fructus vrinam mouet: similiter & tenera germina (asparagos vocant) in cibos admittuntur, attenuandi vi prædita.

Χαμαίδρις. est herba quæ statura tota digitorũ quatuor altitudinem non excedit, in petrosis & asperis nascens, folijs paruis, effigie & diuisura quercus, amaris, flore pene purpureo, exili. Græcum nomen retinet in officinis. Græcis etiam πένκριον & χαμαίδρυς dicitur: Latini trissaginem & & serratam, vulgus querculam vel serratulam nominat. Habet autem chamædrys vincentem qualitatem amaram: est & quodammodo acris, quare lienes colliquat, vrinas & menses prouocat, crassos humores incidit, & obstructiones aperit. Tertio ordine excalfacit & desiccat, plus tamen calefacit, quam desiccat.

Χαμαίδρυς. vide in χαμαίδρις.

Χαμαίζηλον. sunt, vt ait Plinius, qui gnaphalion hoc modo appellent. sunt vero qui πεντάφυλλον, quod Romani quinquefolium dicunt, hoc nomine designent.

Χαμαικέρασος. cerasus pumila, radice parua. Nec arbos est nec arbusculis cerasorum impar, baccis cætera omnia consimilibus. In Bithynorum agro nasci proditur & ibi copiose eam esitantibus caput non aliter quam vinum grauare.

Χαμαικισσος. hedera terrestris, Romanis hedera pluuiatica, Græcis etiam κισσὸς ἄκαρπος & κισσὸς ὁπόγειος dicitur. Frutex est similis hederæ, longioribus & tenuioribus folijs, dodrantalibus ramulis multis, foliosis, ab radice quinis senisue. flores albæ violæ existimari possent, nisi minores essent, admodumque amari gustus, radice candida, tenui, superuacua. Nascitur in cultis. Eius flos cum sit admodum amarus, iecur obstructione liberat, daturque ex coxendice laborantibus. Plinius tertiam cyclamini speciem à quibusdam χαμαίκισσον vocari scribit.

Χαμαικυπάρισσος. herba est sic dicta à foliorum cypressi similitudine: vulgo dicitur abrotonum, & cypressus hortensis.

Χαμαιλεύκη. herba quæ creditur esse bechion siue tussilago. Plinius vero herbam quæ Latinis farranum siue farfugium dicitur, Græcis χαμαιλεύκῳ vocari existimat. Sed & Dioscorides author est βήχιον à quibusdam χαμαιλεύκῳ dici. Idem & τὸ χαμαίκισσον à quibusdam sic vocari tradit.

Χαμαιλέων. chamæleo herba est duorum generum, vnũ albi, alterũ nigri nomine. Albus folia scolymi habet aut cardui asperiora & acutiora quã nigri robustioraque: caule vacat, verum è medio sinu spinas echini marini aut cinaræ modo subrigit, purpureis floribus & crinitis, quid in papporum lanugines euanescunt: semen habet cnici simile, radicem in lætis & pinguibus crassam, in montosis vero graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, graui odore, dulcem. Verum chamæleo niger folijs scolymo similis esset, nisi minora tenuioraque ac rubro distincta viderentur. Caulem emittit dodrantalem, digitali crassitudine, subrubrum, & & in vmbella flores spinosos, tenues, hyacinthi æmulos, versicolores radice crassa, nigra, densa, interdum exesa, quæ dissecta flauescit, & commanducata mordet. Prouenit in campestribus siccis & cliuosis tractibus & maritimis: vulgus hodie cardonettum vocat, cuius semine vtitur ad cogendum lac. Dioscorides sic Græcis dictum chamæleonta prodidit à varietate foliorũ: hæc enim cum terra colorem mutant vt hic nigra, illic viridia, alibi cyanea, alibi crocea atque alijs coloribus appareant chamæleonis animalis instar. Sunt autem duæ illæ chamæleonis species valde inter se differentes: alibi enim radix potui datur vtiliter oxybaphi mensura hydropicis, & contra difficultatem vrinæ & serpentium venena, vt ait Dioscorides: nigri vero radix lethale quiddam obtinet, & à Paulo Ægineta priuatim inter venena numeratur, & prorsus foris tantum, authoribus Dioscoride & Galeno, adhibetur ad affectus externos, qui detergeri debent. Prætet has autem duas chamæleonis differentias statuendus etiam est alius chamæleo quem ἰξίαν siue οὐλόφονον nominant, lethalis prorsus & venenatus, nisi eum aliquis putet albi speciem esse, quod de albo scripserit Dioscorides, ipsum ἰξίαν ideo aliquibus vocari, quod quibusdam in locis viscum circa radicem eius inueniatur, quo prõ mastiche vtantur mulieres. Sed videnum hæc appellatio ad nigrum magis pertinere debeat, cum Galen. ipseque Dioscorides chamæleonem album propinantes, vt dictum est, non distinxerint an viscum necne fundat, cum tamen ἰξίαν deleterium esse constet si bibatur.

Χαμαιλέων. etiam dicitur à quibusdam ὁ διάφανος, vt habetur apud Dioscor.

Χαμαίλυγον. vocari à nonnullis hierobotanen, tradit Apuleius: pro quo Dioscor. codices habent χαμαίλυκον.

Χαμαίμηλον. dicitur ὁ ἀνθεμὶς, ab odore mali, vulgo camomilla. vide ἀνθεμὶς.

Χαμαιπίτυς, aiuga siue abiga, siue thus terræ, vt ait Plinius. Nunc ab officinis & herbarijs iua moschata dicitur. Est herba per humum serpens, incuruæ similis, folijs sẽperuiui minoris, sed multo tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos densis, odore pinus, flore tenui, luteo vel

candido, radicibus cichorij. Est & altera eius species eiusdem nominis, cubitalibus ramis, anthoræ modo incuruis, minutis crinibus, coma supradictæ. flos candidus, nigricans. semen olet pinum vt superior. Tertia masculus dicitur, partula, læuior, foliis exilibus, candidis, pilosis, coliculo crasso & albo, floscul is melinis, semine pusillo secus alas, eodē odore quo cæteræ item species. Habet autem ἡ χαμαιπίτυς & amarorem & acrimoniam, vimque abstergendi expurgandique maiorem quam calfaciendi: itaque iecinoris obstructiones percommode soluit, menses & vrinas mouet. Siccat tertio ordine, calefacit secundo. Dioscorides scribit hypericum χαμαιπίτυν à quibusdam vocari, quoniam semen odore resinam imitetur.

Χαμαίρωψ. dicitur à quibusdam ἡ χαμαιδρυς, vt Apuleius tradit. Apud Dioscor. est χαμαιδρωψ: minus recte. nam χθαμαλοῦ ῥοπὴν significationem habet illud compositum.

Χαμαισύκη. herba est ramos habens digitorum quaternum, teretos, succosos, per terram sparsos, folia lentis effigie, peplo similia, parua, tenuia, quæ à terra nō attolluntur. semine sub folijs rotundo, vt in peplo. neque caulem neque florem promit. radice tenui & superuacanea est. Est autem ἡ χαμαισύκη acris & abstergens.

Χαμελαία. oleago, vel oleastellum. Est frutex surculosus, folijs oleæ similibus, tenuioribus, gustanti amaris & mordacibus ita vt linguam vellicent & arteriam exulcerent: officinæ mezereon appellant. Detrahit pituitam bilemque, folijs præsertim in catapotio deuoratis: namque duæ absinthij partes, vt scribit Dioscorides, adiecta chamelææ vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur. Ea autem in ventre non liquescunt, siquidem quotquot fuere deuorata regeruntur.

Χαμελαία. dicitur à quibusdam ἀδυμελαία, vt habetur apud Dioscor.

Χαμαίκας. dicitur primum genus tithymalli. Est autem tithymallus masculus, caules habens supra cubiti altitudinem, rubros, lacteo succo atque acri madentes, folia autem oleæ circum ramos angustiora & longiora, radicem crassam & lignosam. Pendent in cacuminibus causum comæ iunci, sub quibus caueolæ foliolis balnearum similes, in quibus semen continetur. Nascitur in asperis & montibus. Dioscorides alijs nominibus à quibusdam καμύτλιν & ἀμυγδαλοειδῆ & κακτὸν tradit appellari. Gallis nunc magna ex parte expurgia nominatur. Eius enim succus aluum purgat, trahitque pituitam & bilem binis obolis in posca sumptis, & cum aqua mulsa vomitiones mouet.

Χαραγτῶ. id est, ὀξυσμῷ κατὰ τὸ χαρακτῆρος, exacerbato & vehementer offenso ob characterem. vt annotat Galenus in lexico Hippocratis.

Χάρμη. antidoti nomen est descriptæ à Democrate,
" quæ habetur apud Galen. 2. de antid. c. 4. no-
" men sumpsit ab inuentore Charme.

Χαροπὸν. coloris albi genus, sed paulo plus ab albo quam glaucum declinans. Est enim glaucus color veluti cornu pellucidum, charopus vero similis est pilis subalbidis cameli, vel lapidi quem ὀνυχίτιν appellant: vt scriptum est ab Actuar. li. 1. περὶ οὔρων. c. 8.

" Sic Cælius Aurelian. nephriticorum vrinas es-
" se ait χαροπὰ, lib. 5. τ χρον. c. 25. id est, vt idem exponit; tenues & aqueas, atque ita subalbidas vt colaturæ liquidæ colorem referant quem Græci, inquit, χαροπὸν vocant.

Χαρωνεῖα βάραθρα. Charoneæ fossæ aerem pestilentem & tetrum spirantes quarum aliquando Galen. meminit.

Χάσκων σφιγκτῶν. id est, in diuersum trahens. vt Dioscorides legit, & sic dici vuluas ait, ex eo quod aperiuntur. vt annotat Galenus in lexico Hippocr.

Χασμὸς. oscitatio. Symptoma est facultatis seu actionis animalis motricis. Est enim deprauatus maxillæ inferioris motus. Fit propter humiditatem flatuosam vel spiritum vaporosum contentum in musculis maxillam inferiorem aperientibus: frigida autem prorsus causa est, eoque fit vt & per initia accessionum & somno maxime appetente crebræ fiant oscitationes, vtque illæ etiam tum vino, tum magna raraque spiratione discutiantur, vt docuit Hippocr. aphor. 56. lib. 7. & libr. 6. τ ὀπιδημιῶν, scribens Medicatorium oscitationum continuarum longum anhelitum esse. Eum autem humorem natura dum conatur expellere, maxillam mouet & agitat, hiatumque oris inducit: sic vt ab alijs partibus excrementa depellat, eadem motus alios exercet, vt pandiculationem, tussim, singultum, vomitum, horrorem & alios ijs similes. Sed vomitio quidem & tussis & horror validi omnino motus sunt: pandiculatio vero & oscitatio, mediocres. inter quæ aliud etiam discrimen est à Galeno proditum, quod cum eiusmodi omnium symptomatum alia naturæ sint opera, à morbosa tamen causa coactæ, alia morbosos comitentur affectus, nil contra moliente natura, alia vero fiant natura & morbo ad actionem simul concurrentibus, oscitatio gignatur sola facultate naturaque agente, velut & tussis & pandiculatio & singultus. Hæc enim solius facultatis opera sunt aduersus causam morbificam insurgentis.

Χαῦνον. molle & digitis cedens, apud Hippoc. lib. 1. τ ὀπιδημιῶν. vt Galen. explicauit.

Χέδροψ. dicitur speciatim id leguminis genus quod manu carpitur, vt scribit Gal. lib. de attenuante victu. vide δημόσια σώματα.

Χελιδόνιον. nomen est emplastri purgatorij quod sibi in vsu fuisse Aetius scribit. Impositum vmbilico mouet inferiorem vētrem. Est & apud Paulum vnguenti nomen, quo peruncta sedes aluum mouet & subducit. Sic dici potest quicquid affert cacandi necessitatem.

Χεῖλος. labrum. Sic dicuntur oris extremitates musculosæ, ipsum vicissim claudentes apetientesque. Labrorum quidem substantia carne quodammodo fungosa constat, & ipsa tota labrorum cute, & oris amplitudinem succingente tunica & quatuor musculis confusa. Est autem ea valde mobilis in omnem partem: sursum quidem à binis vtrimque musculis qui à malis descendūt, quorum duo supernum, totidem infernum sursum attollunt: deorsum vero à binis similiter, qui vtrimque à menti lateribus in labrum tum supernum tum infernum ascendunt. Horum autem congeneres duo, dum simul agunt, labrum motu recto mouent: dum alternatim tantum obliquo. Ad hæc fibræ eorum qui labrum supernum attollunt, & infernum deprimunt, internæ quidem intro versus dentes, externæ vero foras versus cutim labra euertūt. Sic

quatuor habentur in labris musculi, à quibus octo motuum differentiæ perficiuntur, quemadmodum lib. 11. de vsu part. Galen. demonstrauit. Sed hos prope omnes labri vtriusque motus non parum iuuat musculus latus, ab aurium radice, occipite, spinis omnibus ceruicis, spina omoplatæ, acromio, claui, sterno exortus, totusque tenuissimus in faciei partes pene omnes, fibris à tam diuersa origine varijs insertus, easque ob id in omnem prope partem mouens. Dicitur χεῖλος παρὰ τὸ χέειν λόγους, hoc est, quod sermonem emittat & fundat. Cæterum quod in labijs prominet, περίχειλον dicitur: ipsa autem labiorum sectio quæ τὸ στόμα efficit, μάπαξ & λογεῖον vocatur, authore Polluce: περίσυμμυν autem siue περισυμία, labiorum mutuus congressus: φίλτρον vero, cauitas quæ superiori labro inest, vt alia quæ in inferiori est, τύπος & τύμπα.

Χειμαστὴ. dicitur à quibusdam τὸ ἀείζωον, siue sedum minus, quod hyemes toleret neque vnquam moriatur.

Χειμερινὸς πυρετὸς. Hippocrati dicitur febris hiemalis, ea scilicet quæ vel hieme fit, vel quæ hieme » pecularis est vt interpretatur Galen. li. 4. de diæta in acut. fit autem eiusmodi à pituita, vt quæ » æstate fit à bile.

Χειμὼν. ὑγρὸς, ψυχρός. hoc est frigus, rigor. vide χειμάσαι, infrigidata, gelu correpta: vt annotat Galen. in lexico Hippocr.

Χειμὼν. hyems. Est tempus anni frigidum & humidum, Vergiliarum occasu incipiens, & æquinoctio desinens. Est enim per se ea temperie prædita hyems, nec ex comparatione cuiusquam talis dicitur, sed quod in ea humiditas superet siccitatem, & frigiditas calorem. Initium sumit quinto vel sexto circiter Nouembris die, cum scilicet Vergiliæ occidunt, duratque ad æquinoctium quod mense Martio contingit. Itaque tota hyems plusquam quatuor mensium est apud medicos. Quod quidem spatium plærique sequuti Hippocratem lib. περὶ ἑβδομάδων, in tres partes diuidunt. ac mediam quidem eo tempore comprehendunt quod circa solstitium est, nec alio, opinor, quam χειμῶνος nomine designant: primam autem, ab initio hyemis ad hoc vsque tempus, quam σπορητὸν, hoc est sementē vocant: postremam autem, à medio illo tempore ad finem hyemis, quam φυτειὰν, hoc est, inserendi tempus appellant.

Χεὶρ. manus. brachium. Geminam habet significationem. Nam & totum brachium ab humero vsque ad digitos, & extremam brachij partem significat, qua aliquid comprehēdimus. Neque enim quæ Latine manus dicitur, nomen habet proprium apud Græcos distinctum à toto brachio. Itaque si quando alterum designare Græci volunt, sæpe addūt quo distingui possit. vt Hippocrates ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν manum significare volens, nō χεῖρα simpliciter, quod brachium etiam significat, sed χεῖρα ἄκραν dixit, & Galenus lib. de Ossibus, ὅλῳ τῷ χεῖρα, designans totam partem brachio, cubito & manu constantem. Vsus tamen videtur obtinuisse vt simpliciter χεὶρ, manum Latinis dictam significet: si vero totum quod ab humero est, designare velimus, ὅλῳ τῷ χεῖρα vel aliter dicamus. Sunt autem totius manus, siue brachij (quo nomine namque voces, parum interest, modo intelligas ita nunc appellari membri superioris τὸ ὅλον, vt ait Aristoteles, hoc est, bipartitam compactionem à thorace dependentem, quomodo sæpius Gal. vsurpauit) partes sex, sed quas proprijs nominibus non sit facile distinguere, propter eorum confusionem tam apud Græcos quam Latinos authores. Vt autem eorum facilis sit explicatio, libuit omnes eas partes hoc diagrammate designare, & singulis quæ quisque nomina dederit exponere. Primum quidem totum id membrum varijs nominibus appellatū est. Namque ab Aristotele βραχίων, à Galeno sæpissime χεὶρ, & aliquando tamen βραχίων dicitur. A Latinis Celso quidem brachium, Gaza vero tum brachium tum vlna vocatum est. Partes vero ad hunc modum se habent.

A. Articulus est, ὦμος ab Aristotele dictus, ὠμοπλάτη à reliquis. Celsus & Gaza scapulas vocarunt. Celsus item scoptula, vel, vt alij legunt, scoptula operta. Plinius humerum vocauit, humerum pro ipso articulo aperte intelligēs. Celsus vero humeri nomine aliam, vt dicetur, partem designauit.

B. Pars est totius brachij maxima, terminos habens superne quidem A, inferne vero C. Hęc ab Aristotele ἀγκὼν vocatur, à Galeno βραχίων: Celsus humerum, alij lacertum dicunt. Gaza apud Aristotelem videtur lacertum agilem vertisse.

C. Articulus est, duo magna totius membri ossa coniungens, estque ea pars qua totū membrum flectitur, cuique innitimur. vocatur ἀγκὼν ab Hippocrate, ὠλίκρανον ab Arist. & Atticis, vt testatur Gal. A multis cubitus, à Gaza gibber Latine dicitur.

D. Altera pars totius membri non minima, imo secundum lacertum iam explicatum maxima, sita inter duos Articulos per C & E designatos. πῆχυς dicitur ab Aristotele, ab alijs ὠλένη. Celsus brachium vocat, eodem scilicet cū toto nomine, Gaza vero cubitum vertit. Cuius pars superior ὀπίσω, inferior ἔμπροσθεν appellatur.

E. Articulus est, quo manus cum proximo osse iungitur. καρπὸς à Græcis, à Latinis brachiale nominatur.

F. Χεὶρ à Galeno interdum, sed ἄκρα χεὶρ sæpius dicitur: ab alijs composito nomine ἀκροχειρον siue ἀκροχειρὶς. Latini manum vocant. Sic quidem se habent totius manus siue brachij partes, earumque nomenclaturæ, quas non inconcinne videtur Ouidius expressisse libr. 1. Metamorph. his verbis.

——*laudat digitosque manusque,*

Brachiaque

Bracchiaque & nudos media plus parte lacertos.

Sed quoniam χεὶρ etiam manum Latinis proprie dictam significat, eius quoque partes sunt explicandæ. Aristoteles quidem in duas summas particulas diuidit, εἰς τὸ θέναρ καὶ τοὺς δακτύλους, hoc est, in palmam & digitos. Palmæ duas partes facit, internam & externam, internam θέναρ σαρκώδες appellat, hoc est volam: externā autem quæ neruosa est, dicit nomine carere. iuniores μεταχάρπιον dixerunt. Digitorum etiam duas partes κόνδυλον καὶ φάλαγγα, hoc est, nodum & internodium. Alij vero aliter distinxere, primā quidem manus partem vocantes καρπὸν, non nodū quidem illum quo cum brachio manus iungitur, sed eam palmæ particulam, quæ ex multis minimisque ossibus constat, nodo illi proximam. Alteram vero carpo annexam latamque, & ex rectis quinque ossibus constantem ad digitos tendentibus, & ex quibus ipsi digiti oriuntur, quam Aristoteles proprio nomine carere dixit, ex ipso situ μεταχάρπιον vel ὑποθέναρ vel μεσοκάρπιον nuncupantes. Quibus duabus partibus tertiam Pollux addit, μεσοκάρπιον vocatam. Quæ vero metacarpio opposita pars est, lata & concaua, & scissuris, vt scribit Aristoteles, vitæ indicibus distincta, θέναρ, vel, vt ait Aristoteles, θέναρ σαρκώδες nuncupatur, à Latinis vola, cuius pars, quæ digitis proxime subest, σῶμα χειρὸς, vel, vt alijs placet, ὑποθέναρ nominatur. quanquam sunt qui σῶμα χειρὸς ipsum metacarpium interpretentur. Ab his digiti consequuntur, de quibus suo loco agitur.

» Sed & notandum χεὶρ apud Græcos non
» modo manum, sed etiam quicquid manu com-
» prehenditur significare, vt notauit auus meus
» scholijs suis in Nicandri Theriaca.

Χεὶρ. emplastri nomen est, quod quinq; pharmacis, vt manus digitis, constat, inæqualibus etiam pōderibus. Recipit autem Colophoniæ libras v. ceræ lib. IIII. resinæ pinus lib. II. adipis taurini li. II. butyri lib. I.

» Huius emplastri sic vocati meminit Tral-
» lian. lib. 9. in curatione pleuritidis.

Χεὶρ etiam à quibusdam dictus est ὁ δάφνος, vt habetur apud Dioscor.

Χεὶρ θεοῦ. manus Dei, hoc nomine vocatur apud
» Trallian. lib. 9. c. 3. medicamentum cum hircino
» sanguine paratum ad comminuendos calculos.

Χειάγρα. dicitur arthritis, quæ manuum articulos occupauit. nec vero morbus ipse tantum sic appellatur cum viget & dolorem facit, sed ipsa etiā articulorum contorsio & imbecillitas post morbum relicta. Tophis enim articuli manent intercepti. Id enim significat ἡ ἄλγεα ἡ χειρὸς, hoc est manus captura. quamuis alij χειάγραν quasi χειάλγαν, hoc est manus dolorem, ἀπὸ τῆς ἀλγήματος deriuari malint.

Χειρὰς, ἄδος, fissura est in manibus apud Hesych. &
» Laert. per καταχάσματα dicitur & fissura pedum ijs-
» dem authoribus.

Χειροτρίβια. leuis frictio quæ fit leuiter attingendo & » suspensa manu tantum, atque à Cæl. Aurel. l. I. τ » χρον. c. 4. manutigium vocatur.

Χειρουργὶς. significat apud Hippoc. idem quod ἡ χειρουργία, vel vniuersa simpliciter rerum omnium admotio, quæ manu perficitur, quam & χειρισμὸν appellant.

» Vt notat Gal. εἰς τὸ περὶ ἄρθρ. comm. I. t. 49. di-
» citur pro eodem χείρισμα & χειρισμὸς: ab hac vo-
» ce deductum χειρίζειν Hippocrati, manibus cura-
tionem exequi significans, cum alibi tum in libro qui inscribitur ἰητρεῖον, & res χείρεξις, quam tamen & μεταχείριση interpretatur Gal. comm. I. in lib. Hippocr. περὶ ἄρθρ. & significat hoc verbum Polybio lib. 2. administrare & χείρισμὸς administratio.

Χειροπλάθης, του: est quantum manu comprehendi potest apud Dioscor. l. I. c. 7. & alios medicos Græcos Latinis manipulus vocatur, sic apud Dioscor. l. I. c. 7. δέσμας χειροπλάθεις Budæus & Ruell. verterunt manuales fasciculos: extat & adiectiuum χειροπλαθιαῖος pro eadem significatione apud Theophr. hist. plant. l. 9. c. 47.

Χειρουργία ἡ

Χειρουργικὴ. pars est τῆς θεραπευτικῆς, morbos, qui in solutione continui aut in partium externarum immoderatione consistunt, tollens sectione, vstione, restitutione in naturalem situm, & medicamentis fotis appositis. Sectione enim & vstione tollit quod redundat, luxata & fracta ossa reponit in locum naturalem. Vlcera medicamentis deterget, carne implet, & cicatrice obducit. Quibus in rebus tria sibi maxime proponere debet chirurgus, tum vt breui curet, tum vt curet citra dolorem, tum vt maxime tuto. Ac rursus, vt tuto curet, tria potissimum considerabit. Vnū primumque vt absolutionem operis consequatur, alterum vt sicubi hanc non consequatur, saltem cubātem non lædat, tertium vt vitium non facile reuertatur. Hæc enim qui præstiterit, merito optimus chirurgus censebitur.

Cæterum cum illæ à Galeno nominatæ τομὴ & καῦσις, id est sectio & vstio præcipuæ sint chirurgiæ partes, interdum χειρουργία per alteram illarum vocum exponitur, vt ex Dioscor. l. 5. μὴ τὴν χειρουργίαν ἐκκλυζομένην affertur in vulg. lex pro post sectionem infusa.

Χειρονομία. manuum ad rythmum motio, seu manuum gesticulatio, inter corporis exercitationes olim reposita quam Hippocr. siue Polybius. 2. de diæta, attenuare humores inquit, atque sursum carnes trahere, quam similiter in inueterato capitis dolore, vbi paulatim malum soluitur, commendauit Aretæ. l. I. curat Chronic. c. I. veluti & in vertiginosis, epilepticis, cœliacis.

Χειροτεχνὴ. est exercitatio in arte & vsus medicus idem quod τεχνὴ apud Hippocratem ἐν παραγγελίαις.

Χειρώνιον ἕλκος. Chironium vlcus. Sic appellatur vlcus malignum inueteratum, quod & magnum est, & oras habet duas, callosas, tumentes. Exit ab eo sanies non multa, sed tenuis. Odor malus neque in vlcere, neque in eius humore est: nulla inflammatio, dolor modicus est. Nihil serpit, ideoque nullum periculum adfert, sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, vlcusque renouatur. fit maxime in pedibus & cruribus. Sic dictum est hoc vlcus à Chirone, vt ab eo, inquit Galenus, qui primum id sanauit. Idem etiam πολέμιον vocatur.

Hæc Cels. l. 5. c. 28. qui quidem cum nullibi penitus Telephij meminerit, idem esse illud cū Chironio reputasse credēdus est, id quod à Paulo manifestius habetur l. 4. c. 46. qui tametsi malefica malignaue prius in titulo, quæ Chironia & Telephia dicuntur ancipiti sermone proposuerat, dicens περὶ κακοήθων ἑλκῶν ἃ χειρώνια καὶ πολέμια καλεῖται, ancipiti inquam sermone,

» cum an idē, an diuersa sint à Chironijs Telephia
» per hæc verba determinare minime possimus,
» deinceps tamen seipsum proculdubio sic deter-
» minat, vt idem esse apud ipsum sole clarius sit
» dum inquit, inueterata & quæ vix cicatricem re-
» cipiunt vlcera, nonnulli Chironi nuncuparunt
» tanquam Chirone ipso ad sanitatem indigentia:
» alij vero Telephia, propterea quod Telephus in
» tali vlcere diutius perseuerauerit: è quibus qui-
» dem, Celsi prius, deinceps vero Pauli etiā ver-
» bis, patet non in erosione aut depastu Chironij
» rationem consistere (veluti Gal. opinabatur qui
» rationem phagedænæ in his posuit 4. meth. ca. 2.
» ac Chironium deinceps Telephiumque phage-
» dænæ species existere adiunxit 14. meth. ca. 17.)
» verum in eo quod malignum & curationi con-
» tumax est vt inueterascere atque consenescere
» soleat, tùm Celsus, tum etiam Paulus edocuerūt.
» Cur autem Chironium vlcus appelletur varij
» varie senserunt, Zenodotus enim Erasmo refe-
» rente Chil. 2. cent. 8. prouerb. 21. quia Chiron
» Centaurus in bello aduersus Cētauros ictus ab
» Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede
» vnde perijt, in paræmiam commigrasse autumat
» vt χειρώνιον ἕλκος de immedicabili quouis malo,
» seu vulnere, aut etiam spontaneo vlcere dicatur;
» alij ab herba Cētaurea qua sibi vulneratus Chi-
» ron opem tulit, dictum volunt authore Plin. l.
» 25. c. 6. Alij nominatum volunt à Chirone qui
» primùm id vlcus sanauit inquit Gal. 2. meth. c. 2.
» Primus autem Chiron non herbarum modo aut
» medicamentorum (prout ex Plinio didicimus l.
» 7. c. 56.) verum & Chirurgiæ antiquioris quidē
» medicinæ partis inuentor fuit, cuius ratione
» Chironem à manibus manuumque opere dictū
» voluit Boccatius lib. de Genealog. deorum 8. c.
» 8. qui & Æsculapium educauit ac Achillem eru-
» diuit, vt apud eundem leges l. 5. c. 19. & l. 7. c. 16.
» & l. 12. c. 52. vt omnino existimandum sit, haud
» temere Chironium vlcus appellari quodcumq;
» scilicet Chironis experientissimi ac solertissimi
» chirurgi curatricem salutiferamque manum, ob
» sui malitiam & contumaciam exoptat.

Χειλώνες. τὰ χείλη, hoc est labia, apud Comicos veteres, teste Polluce.

Χελιδόνιον. herba est, cuius duæ dicuntur esse differentiæ, vnum enim maius, alterum minus dicitur. Maius caule est gracili, cubitali aut altiore, agnatis foliosis, folijs ranunculi, multis, mollioribus tamen & colore cæsijs, flore violæ albæ secundum singula folia prodeunte. In eo succus croci, mordax, acris, & aliquantulum subamarus, grauiter olens. Radix superne singularis, inferne in multa crocea capillamenta fibratur. Siliqua ceu corniculari papaueris, tenuis, in metæ figuram longa, in qua semen papauere maius recluditur. Hæc officinis suum retinuit nomen, Gallis eclera dicitur. Minus vero pingitur à Dioscoride herbula sine caule, folijs hederæ rotundioribus minoribusq; pediculis quibusdam à radice dependentibus, item teneris & aliquatenus pinguibus. Radices habet pusillas, frequentes ex eodem callo prodeuntes, in tritici modum aceruatim congestas, quarum tres aut quatuor tantum in longitudinem progrediuntur. Iuxta aquas & lacus nascitur. Calfacit & siccat quarto ordine etiam absoluto, præsertim minus, quod acrius est maiore. Magnam vtrumque vim habet extergendi, maxime si quis humor crassus in pupilla collectus est, qui oculis officiat.

Hinc scribit Dioscor. l. 2. c. 11. quod si quis ex hirundinum pullis excæcatus fuerit, matres hac herba admota illius cæcitati mederi, adeoq; visum restituere. Idem censuit scripsitque Plin. l. 8. c. 27. & lib. 25. c. 8. at vero Cornel. Celsus hoc commentitium esse autumat li. 6. c. 6. quo loco de sanguine suffusis oculis agit. Quod ipsum & ante innuisse videtur Aristoteles, dum lib. 6. de hist. anim. c. 5. & 4. de generat. animal. c. 6. nulla herbæ facta mentione pullorum hirundinis nuperrime in lucem editorum oculos siquis præpunxerit aut stylo vexauerit, resanescere scribit, ac visum postea plane recipere: hoc & innuit Pli. l. 11. c. 37. id vero si ita est soli genitali facultati acceptū ferendum est, quæ quidem in recens editis eiusmodi animantibus oculis nondum absolutis insidet.

Χελιδόνιον. dicitur à quibusdam ἡ ἀμπελοειδὴς, id est vitis alba, vt habetur apud Dioscoridem.

Χελιδόνιον. etiam nomen est collyrij quod à Gal. describi l. 4. κατὰ τόπ. c. 7.

Χελιδών. sic vocatur cauitas in bracchij hominis flexu circa cubitum Hesychio: item muliebre pudendum Suidæ.

Χέλυς. aliquando pectus significat quod sit veluti testudinatum.

Χελύσκιον ἕρπης. per diminutionem dictū est χελύσκιον, τὸ ἕρπητὸ καὶ ὀλίγον ἐπιῤῥέον, id est parua tussicula quæ arida est, cum nihil humoris qui excreatur, in os affluit. vt explicat Galenus in lexico Hippocrat.

Χελωνίον ἡ

Χελώνιον. pars gibba dorsi, quæ collo proxime subiacet: sic dicta à testudinis figura. Vide in dictione ὠμοπλάται.

Χελώνη. testudo. est instrumētum organicum, quod in organis ad id collocatum est vt corpora quæ restituuntur, paulatim & minime concussa extendantur. quemadmodum enim testudines animalia lento gradu procedunt, ita machinationes quibus illa referuntur. ex testudinibus autem nonnullæ transuersarijs similes sunt. aliæ oblongæ: aliæ cubi speciem repræsentant. transuersarijs similes sunt in organo Andreæ, fabriue: oblōgæ in quadrata columna, quæ appellatur Hermes: cubum referunt in rotunda figura Heraclidæ Ephesij. Præterea testudinum aliæ cubitos & spatham attollunt, aliæ cuneatam & lunatam appendicem, quædam nihil attollunt, sed solum sunt ad extendendum inuentæ. Cubitos attollit testudo quæ sursum fertur, & cætera quæ pulchre enarrat Oribasius libro de machinamentis. Cæterum testudo conficiebatur ex robustiori materia, vt puta ilignea vel fraxinea, quæ secundas obtinet.

Χήλη. dicitur specillum bifurcum in modum forcipis, quæ Græcis etiam χήλη dicitur apud Hippocr. 2. de morbis in Polypi curatione vt testatur Galen. in exeg. apud Hesych. χήλη etiam maxillam significat; numeratur & inter morbos apud Pollucem.

Χήλωμα. Galenus in lexico Hippocr. interpretatur bifidam cauitatem sagittæ, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.

Χήμη. mensura est liquidorum apud Atticos, sed ea duplex. Maior, quæ est vigesima pars τοῦ κοτύλης, pēdens drachmas tres minor, quæ est tricesima, pēdēs duas: sicut Cleopatræ docet his verbis, χήμη μεγάλη ἔχει δραχμὰς γ' ἡ δὲ μικρὰ δραχμὰς β'. hoc est,

cheme maior pendit drachmas tres: minor, duas.

Χηλαί. sic dicuntur, vt ait Ruffus, ciliorum extrema per somnum sese contingentia, quæ alio etiam nomine στεφάναι vocantur.

Χήμωσις. affectus albi oculi. Dicitur autem cum album oculi ita supra nigrum intumuit, vt nigro subsidente & albo eminente hiatus cuiusdam similitudo oriatur. Siquidem album nigro supereminet, ipsumque multis partibus longeque excedit. Id enim significat quod dixit Paulus Ægineta lib. 3. ἢ πολυμερῶς ὑπερβάλλει τὸ μέλανος, hoc est, ὑπερδίδωσι καὶ ὑπερεξέχει non autem occupat, vt vulgus interpretum conuertit. Ergo cum nigrum cauum sit & subsidat, album vndique tumeat & attollatur, non inepte veteres medici malum hoc τῷ χήμωσις nomine designarunt, siue illi eo animal intellexerint quod inter ostrea numeratur hiatque semper, siue simpliciter hiatum qui χήμη & χάσμα dicitur. Cæterum affectum hunc duo maxime symptomata consequuntur: vnum, rubor oculorum propter inflammationem: alterum vero palpebrarum, vt ait Paulus ἐκτροπὴ, hoc est peruersio siue contorsio, ita vt oculos tegere claudereque non possint. Tumor enim oculi impedit quo minus palpebræ adduci committique possint. Itaque laborantes oculi perpetuo manent aperti. Est autem scribendum χήμωσις per η non per υ. deriuatur enim, vt dixi ἀπὸ τῆ χήμης, quemadmodum scribit Galen. ἐν τῷ ἰατρῷ, seu quicunque alius author est. Notandum hoc loco censui, apud Galenum extremo secundo comment. εἰς τὸ περὶ ἀνθρώπου, vbi de contractis & hiantibus agitur, male scribi χήμωσιν αὐτὴ τὴ φιμώσεως, & negligentius à Vidio interprete animaduersum fuisse hunc locum, idque duobus argumentis: primum quod affectus hic de quo ibi Galenus agit, ad palpebras non ad album oculi pertineat: deinde quod scribat oculos per eum affectum aperiri non posse. quod vt τῇ χημώσει contrarium est, sic est τῇ φιμώσει proprium.

Χηραμοὶ. sic dicuntur duo linguæ sinus caui. Pollux.

Χρεῖα. Latini armoraciam vocant. sylvestris est rhaphanus, fronde copiosior quam corpore, folio læui, rotundo ac breui, radice tenera, exili, longa, saporis acuti. Hodie seritur ad deturbandos calculos, & vrinam ciendam.

» Ἡ χθὼν Πυθαγόρεα. terra Pythagoræ, sic dictæ
» sunt partes genitales, inuento machinatione
» Geometrica hominis centro, id est inuenta mi-
» noris mundi terra, quæ officina est procreatio-
» nis vt in maiore mũdo terra est ortus regio, nam
» si homo dispansis bracchijs & pedibus diductis
» statuatur, & in verendis circini pes collocetur,
» rotundationis linea per extremas manus & ex-
» tremos pedes curret, ita genitalia centrum
» erunt.

Χία γῆ. Chia terra. est gleba terræ quæ in Chio insula prouenit albicans, & pollens vi adstringendi, purgandi, extenuandi. Pulcherrimum est ad ambusta remedium. vide Galen. 9. simpl. medic.

Χιακὰ. sunt species collyriorum cuius differentes habentur modi apud Aetium libr. 7. Habet & vnam τὸ χιακοῦ κολλυρίου descriptionem Paulus Ægineta lib. 7. Idem vtitur τῷ χιακῷ lib. 3. ca. 22. εἰς ὀφθαλμίας δριμυτέρας, scribens vim habere fundendi atque humectandi. Sic autem appellantur quod vino Chio materia eorum leuigatur aut alio consimilis facultatis, nimirum austero & aquæ marinæ experte.

Χιασὸς. laquei nomen apud Oribasium. sic dictus est quod habenæ capita ad similitudinem literæ χ aduersa inter se sint.

Χιασμὸς. diuisura capitis accurata Cælio Aureliano dicitur lib. 1. τ χρον. c. 4. in cura epilepsiæ, fortean quæ fit ad modum litteræ χ.

Χιλιοδυάμας ἡ

Χιλιοδυάμιον. dicitur à Cappadocibus τὸ πολεμώνιον, vt habetur apud Dioscoridem.

Χιλιόφυλλον. dicitur à quibusdam ἀχίλλειος σιδηῖτις, vt habetur apud Dioscoridem.

Χιλιοχρύσους. appellari à veteribus inquit Trallian. lib. 11. à dignitate, cerata, ex opio parata quæ in ingentibus Arthriticorum doloribus apponi consueuerunt: hæc autem etsi mitigatoriam vim habent, consulit tamen Trallian. non esse vtendum nisi maxima vrgente necessitate, atque vbi adsit calida valde intemperies.

Χίμετλον, siue χίμεθλον, pro quibus etiam nonnulli scribunt χίμετλον, tumor est vel vlcus ex hyberno frigore; Contrahunt autem potissimum hunc morbum digiti manuum & pedum, nec non & tali, pernionem latini appellant; Mendose sæpius apud Dioscorid. χύμεθλον, quanquam Pollux libr. 2. eodem modo scribit, melius tamen ille lib. 4. scribens, χίμεθλα γίνεται μὲν ὑπὸ κρύους, ὑπὸ δακτύλους, καὶ ἴχνια ποδῶν καὶ χερῶν; Quin imo apud Dioscor. non modo χίμεθλον legitur seu χιμέθλον, sed etiam χιμέθλη genere fœmin. vt lib. 2. cap. 199. & lib. 1. cap. 184. vnde male antiquus interpres χιμέτλοις pustulis vertit: nec recipiendus est Gaza qui cum optime transtulisset (pernionibus) quasi explicãs, de suo male addit, id est ambustis à frigore: dicitur vero χίμεθλον ἀπὸ τῶ χειμῶνος quod hieme maxime proueniat, vnde & χειμέθλον quidam scribunt, de quo Celsum vide lib. 5. c. 28.

Χιοειδὴς σύνδεσμος. sic Paul. appellat deligationem quæ ad litteræ χ figuram obducitur libr. 6. cap. 107. & c. 66. vertit Cornar. decussatam deligationem.

Χίον. medicamentum est ophthalmicum, vires habens repellendi & obstruendi. eius meminit Paulus l. 3. c. 22. περὶ καταπλάσεως.

Χιόνιον. collyrij nomen est descripti à Trallian. l. 2. c. 5. vtilis ad oculorum dolores.

Χιονόμελι. vide supra in ὑδρόμελι.

Χῖος οἶνος. vinum Chium, vide οἶνος vbi insigniores vinorum differentiæ recensentur & explicantur.

Χιτὼν. tunica. Est pars corporis simplex, alba, neruosa, lata, plana, valida, tenuis facileque dilatabilis. Hanc Græci nunc ὑμένα, nunc μήνιγγα indifferenter appellant. Res enim eadem est, sed rationes diuersę. Nam cum partem aliquam vestit, χιτὼν: cum cerebrum foris integit, μήνιγξ: alias ὑμὴν dicitur. verum τῶ ὑμένος nomen à substantia, τῶ χιτῶνος vero ab vsu inditur. Siquidem membrana costas succingens vtroque nomine vocatur: membrana quidem ab essentia, tunica vero ab vsu, vt docet Galenus initio lib. 7. de anatomicis administrationibus.

Χλίασμα τὸ. medicamentum seu fomentum tepidum apud Hippocr. χλιάσματα enim dicta admouit ad affectam partem gratia pleuritidis libr. de diæta acutor. itemque 1. & 2. de morb. ad alia morborum genera, vt & lib. 5. Epidem.

» quasi id per vtriculos perficiatur oppletos aqua
» calente, aut oleo tepido quodam, quibus pars
» omnis oblæsa corporis foueri queat, quanquam
» & illa excipi possunt re quadam bibula, submol-
» li, & rara in eundem vsum, idque balnei cuius-
» dam vice; deducta autem vox est à χλιαινειν
» quod apud Hippocr. de ijs dicitur qui intepe-
» cunt, aut otiose ac sensim concalescunt, & febri-
» bus mitioribus ac moderatis detinentur, quales
» χλιαρους vocat Gal. & acutis opponuntur, hinc
» & χλιαρὸν ὕδωρ, τὸ κρατον vocatur.
» Χλοιῶδες ἔρεον. vide ἔρεον.

Χλοιωῦται. dixit Hippocrates, perinde ac si dixisset χλωριῶνται. id est virescunt. vt annotat Gal. in lexico Hippocr. nam χλόη, pro quo communis lingua χλόη dicit, virentia germina significat. Sic & χλόος, & contracte χλοῦς, est viror seu viriditas, interdum etiam pallor. Ab eadem origine χλοηρὸν & χλοῶδες dicitur τὸ χλωρὸν, viride seu virens, vt idem Gal. ibidem docet. Erotianus vero χλοώδει exponit non modo χλοηρῷ, sed etiam ἐπτερωδει. Eidem Hippocrati χλώρασμα est viriditas clare fulgens, pellucens, & in aqueum colorem vergens, vt idem Gal. author est.

Χλωρὸν. apud Græcos plura habet significata: in-
» terdum enim opponitur τῷ ξηρῷ seu αὐῳ, vt apud
» latinos quoque viridis sicco, velut cum dixit
» Tullius ignem ex lignis viridibus atque humi-
» dis fieri iussit, nec enim viridia ligna dicuntur
» hoc loco ratione coloris sed succi: Quum vero
» caseus, caro vel simile quid χλωρὸν dicitur, signi-
» ficat potius recens, interdum etiam tenerum ac
» molle cuius significationis exẽpla legimus apud
» Athenæ. lib. 2. de amygdalis, & l. 7. de caseo vbi
» χλωρὸς τυρὸς ὁ νεοπαγὴς, ἁπαλὸς, καὶ μαλακὸς: sed &
» μόλι χλωρὸν apud Homer. Iliad. λ. ῥεόσφατον id est
» recens interpretantur, (quod tamen & pallidum
» reddi potest) & χλωρὸν αὐδὴν apud Dioscor. lib. 3.
» cap. 90. flos recens: insuper ratione coloris χλω-
» ρὸν duo designat, interdum quidem viride, vt cũ
» brassicam χλωρὰν appellamus, quod quidem vi-
» ride Hippoc. modo ἰώδες vocat, modo πρασοειδὲς,
» quoniam æruginis & porri color viridis est: atq;
» illud viridis coloris genus est vt scribit Galen.
» comm. 1. in prognost. part. 7. rubro nigrius est, &
» veluti principium quoddam nigri atque liuidi;
» Prouenit à frigiditate vt & color niger, sed lon-
» ge minori; interdum vero & χλωρὸν pallidum si-
» gnificat, colorem scilicet referens herbarum, fo-
» liorumque flaccescentium & arescentium, aren-
» tes enim herbæ virorem illum pristinum paula-
» tim amittunt, & pallorem inducunt, vt apud
» Hippocr. Epid. l. 6. annotat Galen. χλώσας ab eo
» χλωρὰς vocari eo sensu quo in quotidiano vsu
» dicere solent sese vidisse χλωρὰς πυὰς, nimirum
» εἰς ἃ ἐπὶ τὸ χλωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ τὴ ὠχρᾶς δη-
» λονότι χολῆς, est enim χολὴς species quædam ὠχρὰ
» quacum pene eadem est ἡ λεκιθώδης, quæ luteum
» seu vitellum oui refert colore suo: itidemque
» comm. 2. in prognost. vbi idem Hipp. dixit χλω-
» ρὸν πῦον (diuersum id faciens ἀπὸ τὸ ξανθοῦ) an-
» notat idem Gal. χλωρὸν dici solere non solum de
» viridi qualis est æruginis color, & de porraceo
» quem πρασοειδῆ nuncupãt, sed etiam pallido: Sic
» vero & alibi sæpe annotat χλωρὸν esse interdum
» idem quod ὠχρὸν, interdum τὸ οἷον ἰωδὲς τῇ χρόᾳ,
» seu τὴν ἰώδη χρόαν ἔχον: Asiaticæ autem gentis pro-
» prium esse vsum inquit τῷ χλωρῷ αὐτὶ τῷ ὠχρῷ,
» quum enim vident ὠχροὺς πυὰς, dicit interrogare
eos quamobrem χλωροὺς euaserint, non arbitran-
tes χλωρὸν atque ὠχρὸν inuicem differre vt anno-
tauit Galen. comm. 2. εἰς τὸ ἀφ. διαίτης ὀξέων, atque
adeo antiquum esse hunc vsum scribit 1. comm.
in prognost. insuper huius nominis significato
Græci abutentes χλωρὸν vocant omne εὐτονον, id
est quod viget & robustum est, propriamque
habet habitudinem ait Gal. part. 21. comm. 3. li.
3. Epidem. Sic & Latini metaphoricῶς vtuntur
voce (Viridis) velut dum Virgil. ait, Viridis iu-
uenta; cruda viridisque Senectus, Catullus, flore
viridissimo puella; Ouidius æuum viride: Sene-
ca, obijt viridis pro ætate adhuc viridi; huc &
pertinet apud Theocritum γόνυ χλωρὸν, quod
imitans flaccus dixit, cumque virent genua.

Χλώρασμα. idem quod χλωρότης viror seu pallor: hæc
autem vox legitur apud Hippoc. 6. Epidem. qua
voce quid significetur obscurum esse Galen. ait
comment. 2. ceu & voce χλωρὸν non posse in-
quã certo cognosci qualisnam color indicetur,
videmus enim inquit etiamnum in ipsius Hippo-
cratis patria & tota nostra Asia χλωρὰ nominari
& olera & arbores, plantasque quæ quasi χλοηρὰ
sunt; itemque χλωράζειν dicimus iumenta τὰ τὴν
ἐαρινὴν βοτάνην ἐσθίοντα, quæ vernas herbas come-
dunt, seu quæ depascuntur herbas verno tempo-
re virentes: hominum etiam quosdam χλωροὺς
vocant non eos quidem qui habeant similem τῇ
χλόῃ colorem (viridem videlicet) sed potius qui
ὠχρὸν id est pallidum, hæc fere Gal. qui & addit
quosdam ἐξηγητὰς, ταύτην τὴν ἀσάφειαν σκιλλοντας φο-
βεῖν scripsisse loco 6. Epid. citato χρῶμα pro χλώ-
ρασμα.

Χλωρὰ ἔμπλαστρα λειχηνικὰ. id est emplastra viridia ad
lichenas, multa à Galeno describuntur 5. κατ' τόπ.
c. 7. ex Pamphilo, Demosthene, Herophilo, &
simpliciter multæ χλωραὶ ἔμπλαστροι à Galeno re-
feruntur & describuntur 6. τ κατ' γλῶτ c. 2. & viri-
dia emplastra quomodo fiant docetur ibidem c.
4. Aliæ quoque χλωραὶ ἔμπλαστροι habentur 5. κατ'
γλῶτ c. 5.

Χλωρὸν. collyrij nomen apud Gal. 4. κατ' τόπ. cap. 7.
quod ibidẽ triplex describitur, sic vocatur quia
viride, ad zoilum authorem illic referũtur, aliud
ibidem ad Antæum.

Χνόος, & per contractionem χνοῦς. dicuntur primi il-
li pili qui in gena erumpentes radi possunt; La-
nugo apud Aristoph. & Callimachum: Polluci
lib. 2. χνοῦς dicitur ἡ μὲν πρώτη τριχῶν αὐξη, vnde &
χνοάζειν apud Poetas: Sed & quæ populorum fo-
lijs inest grandissima lanugo χνοῦς Græcis voca-
tur inquit Hermolaus.

Χοακὼν. nomen est emplastri quod describitur à Cel-
so l. 5. c. 19.

Χοάσιν. est cauitas in cerebro membranosa, ex por-
tione meningis tenuis siue χοειδοῦς facta. Hæc
incipit vbi meatus duo coeunt, vnus ex fundo
medij ventriculi, alter à meatu in ventriculum
postremum. desinit autem in glandulam cere-
bro & crassæ meningi in clinoide subditam,
quæ pituitam ex medio ventre per hanc choa-
nam, id est ductum & canalem, influentem trã-
colat in palatum & nares. à quibusdam πύελος di-
citur.

Χοῦς ἡ
Χοῦς. est mensura liquidorum apud Atticos, capiens
ξέστας, id est sextarios sex, siue libras nouem, siue
κοτύλας Atticas duodecim. Plinius vertit cõgium,
habetque ad stipulatorem Fannium his versibus:

Heminas recipit geminas sextarius vnus:
Adde duos chous, fit vulgo qui est congius idem.

Eius nota apud Græcos fuit χ cum ο desuper impositio.

Χοινίκιον, siue χοινικὶς. quale sit instrumentum docet Cels. l. 8. cap. 3. modiolum appellans à Chœnicis mensuræ similitudine, quæ χοινὶξ dicitur Græcis, ex ijs quæ plura de illo modiolo Celsus habet, apparet χοινίκιον esse terebræ cauæ speciem, quod & amplius declarat Galen. ἐν γλώσσαις, vbi χοινικίδα terebræ rectæ & acutæ opponit quæ σφηνίσκον vocatur.

Χοίνιξ. est mensura aridorum Attica, continens χοτύλας treis siue sextarium vnum & dimidium, siue duas libras mensurales & quadrantem. Eius nota fuit χ, desuper impositio ν.

Χοιραδικὸν. strumis curandis conueniens medicamẽtum, & σπεῖρα χοιραδικὴ, exedens Choeradicum Paulo dicuntur l. 4. c. 33.

Χοιρὰς. struma. Est tumor durus glanduratum quæ in ceruice, alis & inguinibus sunt. Oritur non ex calida quidem materia, neque ad suppurationem tendente, sed pituitosiore & frigidiore, qui subinde affluẽs strumam non modo duram, sed mirę etiam magnitudinis aliquãdo excitat. Omnis autem struma includitur membrana quemadmodum steatoma, atheroma, & meliceris, & nascitur plærumque in priori ceruicis parte aut in altera, aut vtrinque vna, aut durę, aut plures. Accidit vero aliquando, licet raro, vt non ex humore pituitoso, sed ex ipsa carne struma consistat. Tunc non aliud est quam caro superflua, materiæ accessione augescẽs. Interdum vero in media carne musculoque struma oritur, vbi nulla glandula secundum naturam est, ibique humor superfluus concrescens in glandulæ speciẽ formatur, & tunicam sibi procreat, vt & steatomata, qua concluditur. Hic autem tumor reuera glandula non est, sed per similitudinem glandula dicitur. Cæterum strumæ differunt inter se magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine & vasorum complicatione. Magnitudine, quod aliæ paruæ, aliæ magnæ, aliæ mediocres. Natura, quod aliæ mansuetæ, aliæ malignæ sunt. Mansuetæ quidem citra inflammationem, citra dolorem, moderatam duritiem habent, & tumorem circumscriptum rotundum & æqualem. Malignæ vero inflammationes habẽt & dolores pulsantes & tumorem inæqualem in quo vasa prominent, & contactu medicamentisque efferantur. Loco, quod aliæ anteriori, aliæ ab altera, quædam ab vtraque parte colli oriantur, quodque aliæ sub cute sint, aliæ magnis vasis penitus infideãt. Ortu, quod aliæ sublimes & quasi pendulæ sint, facile huc & illuc mobiles, aliæ insertæ fixæque. Multitudine, quod vna aut plures generantur. Vasorum complicatione, quod aliæ venas & arterias implicatas habeant, aliæ omnino non habeant. Dicitur autem χοιρὰς vel ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν, vel à porcis in quorum gutture frequentes eiusmodi tumores reperiuntur. Alij vero à multiplici partu porcorum nomen desumptum putant.

Est autem adeo turpis ac sordidus nec non sceleratus huiusmodi morbus, vt hinc sumpta similitudine Tullius in oratione pro Sextio, strumam ciuitatis aliquando ipsius ciuitatis turpitudinem sceleraque nuncuparit: idemque 2. Epist. ad Atticum Epist. 24. Vatinij scelera turpitudinemque ac sordes eodem nomine designauerit: huius autem vocis χοιρὰς origo multiplex esse apud authores videtur, & primum quidem χοιρὰς vocatur, Latinis scrophula, quoniã hic morbus porcarum instar quæ scrophæ & scrophulæ vocantur, sit multiplicis partus, numerosæque sobolis ex natura sua; plures enim insimul tumores eiuscemodi instar racemi sæpenumero coaceruari solent, adeo vt primus cæteris maior veluti mater aliorum existimetur, quanquam aliqnando sterilis tam huiusmodi affectus quam ipsa etiam porca sit: huius originis vocis authores Paul. lib. 6. cap. 35. & Aetius ex Leonida lib. 15. cap. 3. Sed ne in hoc quidem solo fœcunditatis numero similitudinis prius, ac mox eiusdem nominis ratio consistit, verum & in eo quod scrophulæ porcis assimilentur, in quorum gutture adenosi quidam tumores globuliue reperiuntur, quibus strumæ similes sunt, vt Aetius loco cit. ex Leonida testis est, ab hac autem diuersa (quam Paul. retulit lib. 6. cap. 35.) similitudinis ratio apparet, inquit enim Paulus sic vocari quod strumosorum hominum colla ob frequẽtes numerososq; vtrimque tumores plena breuiaque & crassa similia porcorum collis appareant: alteram tamen nominis rationem nos Paul. edocuit loco citato, scilicet ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν, id est à Choeradibus petris (nonnulli scopulos interpretãtur,) quibus asperis & aliquantulum eminentibus hic morbus ob tumoris asperitatem assimilari potuit: deniq; χοιρὰς appellationis suæ rationem à porcis siue suibus traxisse videtur, quibus Plinio teste lib. 8. cap. 51. frequens ac familiaris ille morbus est.

Χοιεῖον. muliebre pudendum Aristophan. vocatur, & χοῖσσα apud eundem, idque Corynthiorum lingua ait Camerarius.

Χοιρακοειδὲς, vocatur species anchusæ quæ folio est spinoso, lato & nigro, vt scribit Paulus libr. 3. cap. 42.

Χολαγωγὸν. dicitur medicamentum purgandæ bilis facultatem habens.

Χολὰς. apud Aristot. omne cauum hypochondriorum & ilium dicitur. Gazæ cholago. χολάδες autem ab Homero intestina dicuntur, περὶ τὸ χολὰς τῆς ἥπατος δέχεσθαι: hoc est, quod hepatis biliosum humorem recipant. alij à cauitate quasi χοιλάδες dici putant. versus Homeri habentur Iliados δ'.

——— ἐν δ' ὕρα πᾶσαι
Χιὼν χαμαὶ χολάδες, τὸν δ' οὐδὸς ἔσω ἐκάλυψεν.

Χολάδες appellantur Aretæo l. 2. de diuturn. cap. 9. superiora intestina quæ ad cæcum vsque tenuia & biliosa sunt.

Χολεμεσία. bilis vomitus, ab Hippocr. vsurpata vox in aphorismis, dum vulneribus capitis ipsam superuenire inquit; legitur hæc vox apud Pollucẽ libr. 2. sed per χολημεσία, sicut & apud Plutarchum sympos. 6. problem. 7.

Χολέρα. cholera. Est perturbatio ventris immodicam bilem per vomitus & deiectiones excernentis ex continua ciborum cruditate. Morbus est peracutus, vt qui quarto ad summum die finiatur. Sunt autem eius symptomata preter vomitus & deiectiones bilis frequentissimas, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculorumque manuum

ac pedum, maxime vero surarum, contractio & tensio. Hic morbus quibusdam accidit certis interuallis, omnemque corporis redundantiam educit, vna cum vitiosis humoribus magnam quoque bonorum partem euacuans: tantus est impetus tantaque vis erumpentis humoris biliosi.

» Qui tempore, vel in suo folliculo, vel in ie-
» core aut in liene, vel circum pancreas vel circum
» intestina stomachumque cumulatur, quumque
» supra modum auctus naturæ grauis vel infensus
» esse cœperit, hac illacque impellitur ac diffluit,
» vt etiam ea affectione perculsi toxicum sele bi-
» bisse putent. Sunt porro qui negent hanc χολέραν
» dictam ἀπὸ τῆ χολῆς, sed ἀπὸ τῶν χολάδων, præterim
» cum aliquãdo in hoc morbo nihil bilis excerna-
» tur, quam suam opinionem Alexandri Trallian.
» authoritate tueri nituntur, qui lib. 7. c. 14. cum
» χολέραν dixisset ἄμειτον ἐκπόκρισιν διὰ γαστρὸς ἢ ἐμέτου
» γινομένην ἐπ' ἀναπτοπῆ, ἢ κακώσει τῦ στομάχυ subiũ-
» git hæc de etymo & ratione nominis, μὴ ὑποπλά-
» ξη ὅ τις χολέραν καλεῖσθαι τὸ πάθος, ὅτι ὑπὸ χολῆς
» ἰταμῶς γινόμ̃ς πάντως, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τ ἐντέρων ἐξιό-
» σων ἐκκρινομένην τὴν διὰ γαστρὸς πεπτυσμένην ὕλην,
» quæ nimirum ἔντερα id est intestina appellantur à
» veteribus Græcis χολάδες. Sed melius auus meus
» meo iudicio παρὰ τὴν χολὴν denominatam χολέραν
» censuit, cum quo & Cornel. Cels. consentit lib.
» 4. cap. 11. apud Hippocr. 4. de diæt. acutor. etiam
» fit mentio χολέρας quam ξηρὰν id est siccam ap-
» pellat, in qua ventrem inflari docet, strepitus fie-
» ri, & dolores tum laterum tum lumborum, ni-
» hilque aluum deijcere sed astringi: fit vero illa
» vt docet Galen. in comment. à flatuoso spiritu
» & acri, & à quo neruosa corpora quæ prope ven-
» trem sunt mordentur, intenduntur que & dolo-
» rem pariunt, Cholericum autem hunc affectum
» pariunt quæ humida & acria sunt; hæc quippe
» choleraceorum edulliorum communis malitia
» est, talia siquidem corrumpuntur, suaque acri-
» monia vasorum eorum quæ ad vẽtrem decum-
» bunt, ora remordent, & fluxionum eorum quæ
» ex toto corpore in eum fiunt causæ efficiuntur,
» vt docuit Gal. comment. 4. de victu acut. t. 102.
» & 103. denique vox χολέρα non perpetuo signifi-
» cat morbum illum acutissimum de quo hic scri-
» ptum, sed etiam alui excretionem in vniuersum,
» inde enim choleræ morbo nomen inditum vt
» sæpe alias generis nomen speciei tribuitur.

Χολερώδης πόσις. apud Hippocr. dicitur quando alui
» exturbatio adest, & cruda cum bile expurgan-
» tur.

Χολερικὰ πάθη. dicuntur affectus seu morbi quales
» sunt cholera laborantium.

Χολερικοὶ ἢ

Χολερικῶντες. dicuntur à medicis qui cholera morbo laborant.

Χολή. bilis. fel. Est omnis humor in nobis calidus siccus. Hic duplex est, vnus naturalis qui χολὴ simpliciter dicitur, alius qui à naturæ mediocritate recedit. Naturalis ille dicitur qui sanguini mistus vtilis est alendo corpori, colore flauus aut suppallidus, sapore amarus, consistentia tenuis & flori vini similis, viribus calidus & siccus. Huius humoris substantia primum quidem in cibo potuque continetur, deinde ijs concoctis quod benignum est vna cum sanguine fertur ad nutritionem corporis, quod excrementosum est à bilis folliculo attrahitur. Sicut enim ex vino recens expresso, sed adhuc feruente & alterascente, à suo calore duo excrementa per mutationem illam separantur, vnum læuius & magis aereum quod florem, alterum grauius & magis terreum quod fæcem appellant: ita ex cibis duo humorum genera prodeunt, bilis flaua, tenuis: & bilis atra, crassior. Illam χολὴν simpliciter & sine adiuncto: hanc, cum adiuncto semper χολὴν μέλαιναν Græci vocant. Nec tamen quicquid huius naturalis bilis in nobis est, id ab alimentis proficiscitur, sed calor hepatis & venarum paulo supra mediocritatem auctus partem sinceri sanguinis tenuiorem aliquando in bilem flauam conuertit. Vt enim ab imbecillo calore pituita, à moderato sanguis, sic ab immodico bilis gignitur, ijs quas dixi qualitatibus prædita, naturæ tam familiaris, vt inter corporis nostri elementa habeatur. At quæ à naturæ modo bilis recessit, iam non simpliciter bilis dicitur, sed addito nomine vitium designante. Ea autem multiplex est, quod magna sit excessus caloris & aliarum qualitatum latitudo. Sunt autem huius istæ fere omnes differentiæ quarum medici meminerunt, à colore aut consistentia nominatæ.

Ἐρυθρὰ. rubra. hæc vel sanguinis serum est acre & mordax, vel ad tenuem sanguinem consistentia proxime accedit: sed quoniam non concrescit, vt sanguis, extra vasa effusa, idcirco bilis vocatur.

Γλαστώδης. glastea, seu glastum colore cæsio referens, qui quidem magis est colore brassicæ fuscus. Acerrima, calidissima & mordacissima est, iam atræ bili consistentia, colore & viribus proxima. Extremam inter omnia bilis genera malignitatem obtinet. gignitur in ventriculo aut circa ipsum à vehementissimo & ardentissimo calore.

Ἰώδης. æruginosa, seu æruginis colore: is autem viridis est. Valde acris, calida & mordax est, & proxima ἰσατώδει, sed nondum tam maligna. Creatur in ventriculo aut iecinore phlegmone affecto.

Κυανῆ, ἢ κυανίζουσα. cœrulea. hæc cum isatode videtur esse eadem. Est enim isatidis color huiusmodi.

Λεκιθώδης. vitellina, hoc est ouorum crudorum vitello colore & consistentia similis. Crassa est & summe flaua. fit ex flaua bile impensius digesta & discussa ab immodico calore, & proinde spissescente. Media fere est inter naturalem bilẽ & eam quæ ad summam malignitatem peruenit. generatur intra vasa, vt scribit Galen. libr. de atra bile: sæpe tamen vomitu & deiectione reddi solet.

Μέλαινα. nigra. hæc genus bilis iam excessit & in alia humoris specie continetur, de qua separatim suo loco agetur.

Ξανθὴ. flaua. hæc proxime ad naturalem bilem accedit, quam mediam esse oportet inter pallidam & flauam.

Ὀμφακώδης. obscura. hoc bilis epitheton habetur apud Gal. comm. 4. in lib. 6. τῶν ἐπιδημ. videtur autem designare τὸ κυανέλαιον ἢ πρασώδη.

Πρασοειδὴς ἢ πρασώδης. porracea. hæc in ventriculo sæpe gignitur ob ciborum quorundam cruditatem, aut etiam his non sumptis prouenit

interdum à morbo seu calore præter naturam in venis, à quibus in ventriculum & intestina commeat. Nec tamen fit à vehementi calore, vt ἰώδης. Nam virides quidem ambæ sunt, sed ἰώδης à vehementiore calore acrior, mordacior, crassior: ὠχρώδης vero multo minus acris, mordax crassaque est. Galenus libro 3. de aliment. facult. scripsit biles quidem omnes in morbis grauibus præter porraceam excerni, flauam vero & pallidam & porraceam etiam sine morbis euomi sæpenumero & deijci, quod est argumentum porraceam ab æruginosa caloris excessu differre.

Πυῤῥώδ. rufa. fit à calore quam flaua minus intenso. Vt enim color rufus inter pallidum & flauum medius est, sic & ipsa generandi causa. Itaque propter horum colorum vicinitatem sæpe nomina ipsa confunduntur, vt scribit Galenus lib. 1. de crisibus c. 12.

Ὑγρὰ. liquida. hoc est multo sero, aut alio humore perfusa.

Ὑδατώδης. aquosa. Eadem cum τῇ ὑγρᾷ.

Ὑπέρυθρος. subrubra. quæ cum sanguinis sero aut tenuiore sanguine mistam habet substantiam alterius à sanguine coloris.

Φαιὰ. fusca. eadem quæ & ὀρφνώδης & κυανῆ dicitur.

Χλωρὰ. viridis vel pallida. Vtrumque enim τὸ χλωρὸν significat, vt multis in locis Galen. annotauit. Sed quæ proprie viridis est, bile pallida & crocea tingitur.

Ὠχρὰ. pallida. hæc omnium moderatissima & minimum calida, amara mordaxque est. gignitur intra venas in corpore secundum naturam se habente. Humidior minusq; flaua est, vt quæ permistum habeat pituitosum humorẽ tenuem vel aquosum aliquod excrementum. Hæc nomine bilis cum absolute & sine alia adiectione dicitur, frequentius quã flaua intelligitur, quoniam minorem caloris excessum, qui omnis contra naturam est, significet.

Χολώδη χολῆς. ἀγωγὸν. quod bilem ducit & vacuat, vt annotat Galenus in lexico Hippocr.

Χολὴ μέλαινα. bilis atra, dicitur quidem communi significatione omnis humor crassus & niger, siue sanguinis limus fuerit, siue sanguis vstus, siue bilis supra modum torrida, siue alio quouis modo genitus: verum proprie appellatur humor præter naturam ex vstione redditus mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedẽs, malignus, qui effusus in terram ebullit, eamque fermenti & aceti modo attollit, & vlcera insanabilia excitat, tamq; insuauis est, vt eam nec musca, nec mus, nec aliud quoduis animal degustare velit. Huius generatio duplex est. Nascitur quidem præcipue ex humore atro & fæculento supra modum exusto & putrescente: sed longe malignior ex flaua bile vehementer vsta, quanto ipsa bilis flaua humore melancholico seu sanguinis fæce malignior est. Aliquando vero & ex vitellinæ bilis vstione prouenit. Talis autẽ mutatio contingit à calore præter naturam & putredine, à quibus acrimoniam acquirit, & velut cinis quidam redditur, sicut vini fæx ante vstionem frigida & sicca, post vstionem tam calida est vt carnem vrat, liquet, corrumpat. Hanc numquã nisi in perniciem excretam fuisse Galenus se obseruasse memoriæ prodidit. Talis quidem est ἡ μέλαινα χολὴ ἀκριβῶς, manifesto distincta ἀπὸ τῆς μελαγχολικοῦ χυμοῦ ἢ μέλανος. Hic enim inter elementa corporis censetur cum sanguine confusus ad generationem nutritionemque animalis, nihil habens acidi, nihil acris, nihil erodentis, sed veluti sanguinis limus, fæci vinorum crassorum proportione respondet. Eum lien ad se trahit, iecur & sanguinem expurgans, eoque ad sui nutritionem alterato vtitur, eiusque reliquias ad ventriculum expellit, vna cum alijs excrementis vacuandas: huius namque atri humoris excretio siue per vomitum, siue per aluum fiat, non raro salubris est, significans corpus nulla intemperie vexari, sed naturam robustam, sola copia grauatam, eo se onere expedire. Verumtamen si diutius in corpore retinetur, nec vacuatur per meatum aliquem sensibilem aut occultum, iecur grauat & debilitat, atque etiam transmutatur & putrescit, & à febre inflammante vritur, fitque bilis illa atra exquisita, de qua modo diximus.

Cæterũ χολὴν μέλαιναν apud Athenæum quidã Trapehorethor appellat χυμὸν ξυστικὸν, id est radentem succũ, hacque etiam voce vocatã atram bilem à quibusdam testatur Galen. hisce verbis de atra bile loquens, "ὄνομα οὐδὲν ἴδιον κεῖται τῷ τοιούτῳ χυμῷ, πλὴν εἴπου τινὲς ἢ ξυστικὸν ἢ ὀξώδη κεκλήκασιν αὐτὸν, id est, proprium tali humori nullum impositum est nomen nisi quod fuere qui radentẽ aut acetosum vocarunt; apparet ex his non fuisse hoc nomen vsu tritum in medicorum scholis, & ex eo quod dicit Galen. τινὲς κεκλήκασιν, & quod in rei medicæ scriptoribus adeo infrequens occurrit ξυστικοῦ χυμοῦ mentio. Porro cũ inquit Galen. atram bilem sic fuisse nominatam à quibusdam, Praxagoram antiquum medicum tacite innuit, quod ex Athenæo discere est libr. 3. qui hoc testatur.

Χολὴ. insuper sæpius simpliciterque bilis fluxio dicitur, pro ea scilicet fluxione in vniuersum quæ fit ab humore tenui in aliquam partem decumbente, eamque ob causam facile fluente, vt apud Hippocr. sæpe toto libro de locis in homine.

Sed & etiam χολὴ dicitur τὸ χολοδόχον ἀγγεῖον vesicula bilem continens Polluci lib. 2.

Rursum χολὴ pro ipso humore positum vsurpatur de sepiæ atramento quod velut atram bilem effundit.

Denique χολὴ etiam ὀπὶ τῆς ὀργῆς dicitur vt Latinum quoque vocabulum bilis, ita enim Plautus, fames & mora bilem in nasum conciunt, & Persius, acri bile tumet.

Χολοδόχος κύστις. vesicula dicitur quæ bilem è iecore manantem suscipit.

Χολοβάφους. sic vocari arquatos, seu ictero & auriginе laborantes nonnulli tradunt, quia videatur eorum facies bile seu felle perfusa; vnde ἰκτερώδεις χλόος pallor qualis est in facie ictericorum apud Nicand. in Alexipharmacis.

Χόλος. idem quod χολὴ.

Χολοποιὸν. dicitur à quibusdam τὸ ἀζόμενον, vt habetur apud Dioscorid.

Χολώδια ὀφθαλμὸν. vocat Hippocr. 5. & 7. Epidem. oculum flauo colore tinctum qualis sæpe est in ictericis.

Χολώδες ὕδωρ. vide ὕδωρ.

Χονδρίλλη. chondrilla. Sunt qui κιχόριον, qui etiam σέριδα appellant. Herba est, vt placet Dioscoridi, folium, caulem, floscul um ci chorio similem

edens, & è ramulis mastichen fundens tuberculo fabæ. Hanc σίριον speciem esse, & σίριν à quibusdam nominari scribit Galen. & eisdem præditam esse viribus, paulo tamen amariorem, & ideo maiore vi siccandi præditam. Describit & Dioscorides aliud chondrillæ genus, folia habens intubi, circum rosis similia, oblonga, humi substrata, scapum lacte madentem, radice tenui, in mucronem turbinata, flauescente, succosa. de hoc intelligēda sunt quæ Galenus scripsit lib. 2. de aliment. facult. Esse aliud olus lactucæ syluestri simile quam χονδρίλλιον appellāt, quæ citius in caulem assurgit, amaritudinemque habet magis perspicuam, & lentum quendam succum albumque cuiusmodi est tithymallorum succus, non tamen perinde acrem. Est autem dicta χονδρίλλη ab rei euentu, quod callum quendam tuberculo fabæ, gūmi mastiches aut nucleo thuris, quem Græci χόνδρον vocant, similem imis ramulis ostendat: ex quo patet per χ scribendam esse. Notādum tamen & hoc, apud Galenum & Paulum simplici, apud Dioscoridem & Aetium gemino λ scriptum legi.

Χονδρίτης ἄρτος. vide ἄρτος vbi insigniores panum
» differentiæ recensentur & explicantur.

Χονδρώδεις μαστοὶ. vocantur mammæ adeo turgescentes, vt in eis grumi concreti esse videantur apud Dioscor. lib. 2. cap. 129. Ruell. vsque adeo duras mammas vt quādam cartilaginis speciem referant interpretatus est, sed illum accusante Marcello Virg. qui χόνδρος à Græcis vocari proprie ait quod ex continuo aliquo seorsum concreuerit; Moibanus ad Dioscoridis ἐυπρεπεστέρα vix vllum inter τετρομμένας μαστοὺς, & χονδρώδεις discrimen agnoscit.

Χόνδρος. communi significatione dicitur granum, & quod seorsū ex aliquo concreuit, vt salis frustum aut grumus, & thuris mica seu granum, quod χόνδρος λιβάνου à medicis appellatur.

» Dicitur etiam χόνδρος granum, mensura minima.

Χόνδρος. quod à Latinis alica dictus sit, nemo doctorum ignorauit: tam consentiunt omnia inter se quæ Græci περὶ χόνδρου, Latini de alica prodiderunt. Hoc vnum tantum de vtroque dubitatur, an certa quædam frugum species sit, quam his nominibus veteres designarint; τὸν χόνδρον tritici speciem esse Galen. videtur innuere lib. 1. de facult. aliment. scribēs, τὰ ῥύπους τῶν πυρῶν εἶναι ὁ χόνδρος. Plinius lib. 18. c. 11. alicam palmam frugum appellat. Et eiusdem lib. c. 7. alicam inter fruges non obscure enumerat, eamque similem facit milio, panico, lenti, ciceri, frugum hæc genera verna, quod vere serantur appellās. & paulo post scribens: tunicas frumento plures esse, hordeū maxime nudum & alicam, sed præcipue auenam. Quibus testimonijs plærique conuicti χόνδρον siue alicam tritici genus esse, cerstæque frugis nomen arbitrantur. Verum quænam ea sit interrogati non possunt respondere, quod nec Theophrastus, nec Diocles, nec Dioscorides vel nominis solius mentionem fecerint, nec Plinius & Galenus quid sit dixisse videantur. Est enim rarissimum nomen τὸ χόνδρος apud medicos, vt memoriæ Galenus prodidit. Alij vero in media quodammodo sententia sunt, dicētes τὸν χόνδρον & alicam fruges quidem esse & pro frugibus accipi dicique apud authores non proprio quidem nomine, sed mutuato ab ea re in quam protinus transire debent: itaque alicam pro zea dici, ex qua alicam fieri notum est. Quibus non obest quod Galen. ait χόνδρος genus esse tritici, non zeæ, quoniam zea pista sataque dicatur tertio fere anno in frumentum degenerare, ex quo, præsertim in Africa, alicam fieri Plinius author est. Cæterum περὶ τὴν τοῦ χόνδρου κατασκευὴν, id est, de alicæ confectione, nemo ambigit in modū bromi, tragi aut ptisanæ præparari, inuentumque id esse non pridem excogitatum, vt Plinius refert. fieri τὸν χόνδρον ex zea quam δίκοκκον appellant Dioscorides scripsit. Est autem zea tritici species (Itali hodie speltam, Galli espeltram vocant) ex qua confectum χόνδρος non zeas nomine, sed potius τοῦ πυροῦ, id est tritici, veteres designarunt, veluti Diocles & Philotimus qui eum πτισάνην πυρίνην, id est ptisanam triticeam, appellauere. At eius parandi modum nemo Græcorum, quod sciam, prodidit, præter vnum Constantinum Cæsarem, qui tamen Latinus à Latinis eam videtur accepisse. Is lib. 3. de agricultura his verbis eum aperit: zea decorticata in feruentem aquam immittitur atque exprimitur: deinde gypsum candidum contusum & arctiore cribro transmissum, arenæque candidissimæ & tenuissimę quarta pars cum portione gypsi paulatim admiscetur, zea denuo probe repurgata. Id agendum sub Canicula, ne aceſcat. Vbi tota repurgata fuerit, angustiore cribro cernatur. Idem quoque Plinius docet de alica, & præterea eam adulterinam fieri maxime ex zea quæ in Africa degeneret, vel ex granis etiam tritici quæ candidissima atque grandissima deliguntur, & semicocta in ollis, postea arefiunt sole ad initiū, rursusque leniter aspersa molis franguntur: additque aliud mirum dictu, alicæ admisceri cretam quæ transit in corpus, coloremque & teneritatem adfert, negareq; Campanos, apud quos præstantissima conficitur, alicam confici sine eo metallo posse. Attamen Constantinus, vti supra retulimus, non cretam sed gypsum injicit, quod etiam in alica adulterina inspergi postea declarat: de quo tamen mirandum Græcos medicos alimētorum facultatem studiose perscrutantes tacuisse. Nam vt forte creta ad detersionem glutinosi lentique humoris, quem χόνδρος habet, contulerit, at gypsum vehementer nocere videbitur, quod obstruat & emplasticum sit, & ventriculo eiusque ori valde aduersum. Propterea dubito plurimum num simplicior fuerit Græcorum χόνδρος Romanorum alica, eoque inuicem discreparint, quod hæc gypso constaret, ille nihil gypsi haberet. Siquidem nonnihil discriminis inter hæc fuisse Paulus Ægineta declarat, non ita tamen vt genere & materia doceat discrepare. Neque enim dixisset alicam chondro in alijs persimilem esse, si diuersa materia constare credidisset, sicut bromum, tragum & ptisanam. Dicit tantum ab alica aluum magis adstringi: cuius forte causa ad gypsum admixtum his facultatibus quas modo recensui præditum, vel etiam ad cretam quæ magnam siccandi vim sine mordacitate possidet, referri potest. Quod si χόνδρος metalla eiusmodi in consortium admisisset, vix possum credere tam celebrem apud omnes futurum fuisse, vt alimentum nullum esset in arte medica tā multis abundante & luxuriante remedijs quod in febribus tertianis & continuis, in calidis & siccis naturis,

atque etiam stomachicis frequentius exhiberetur. Nec tamen discrimen hoc tanti faciendum fuit, vt χόνδρος alio nomine quam alicæ apud Latinos diceretur, quod alia prope infinita sint, quibus diuersissimæ parandi rationes manente semper primaria præcipuaque materia nomina non immutauere. Itaque χόνδρος siue alica non aliud est quam zea, eo modo quē declaraui concinnata. Cuius tamen differentias treis Plinius, & post eum Constantinus Cæsar annotauit: primam quidē, quæ minima ab eo vocatur & cribraria: alteram vero quæ secundaria: tertiam quæ grandissima est, & exceptitia atque ἀφαίρεμα appellatur. Omnes autem eiusmodi farinæ aqua asperſæ postea exiccabantur, & in grumos granaque concrescebant quæ ad vsum reponebantur, à quibus τῷ χόνδρῳ nomen inditum fuisse arbitror. χόνδρος enim granum significat, & quod ex continuo aliquo teorsum concreuerit, vt salis frusta & thuris micæ seu grana, quæ χόνδρος λιβάνου à medicis nuncupantur, & de qua nunc agimus alica, quam & granū ob eam causam Plinius videtur appellasse. Scribit enim lib. 18. c. 11. de alica differens: ex zea pulchrius quā ex tritico fit granum, quamuis id alicæ vitium sit. Quod quidem non potest aliter quam de chondro intelligi: vitans enim verbum Græcum, granum, Latinam vocem vsurpauit. Ac quamuis quicquid in granum coaluit, χόνδρος vocari possit, velut πτίσαρος & βρόμος, ex zea tamen granum id sibi peculiariter nomen vendicauit, sicut hordei apparatus ἡ πτισάνης nomēclaturam, quamuis τὸ πτίσσειν multis frugibus commune sit, quæ perinde atque hordeum, tundi & deglubi solebant. Cæterum duobus modis veteres τῷ χόνδρῳ vtebantur, interdum integro, interdum soto. Illud χόνδρος simpliciter, vel χόνδρος πτισάνιος, id est, chondrum ptisanæ modo comparatum: vel, vt Diocles & Philotimus, πτισάνιος πνεύμων: hoc vero, χόνδρος πλυτὸς appellabant. Coquebatur granum ipsum in aqua vsque dum intabuisset, adiecto etiam per initia oleo, deinde adiecto sale modico percolabatur, atque ita ptisanæ similis euadebat. Aliquando vero & acetum admiscebatur, quo facilius per habitum digereretur. Et hæc quidem fuit simplex coquendi ratio. Valēter is cibus alit (vnde & alica dicta est Sexto Pompeio, quod corpus alat) adeo vt victus plenus dici meteatur, vti Galenus scripsit in Aphor. 4. lib. 1. Succum bonum quidem, sed lentum & obstructionibus aptum gignit. Quod tamen vitium veteres vt emendarent, eum vario modo condiebant, mulsum frequenter admiscentes, interdū vinum dulce, vt esset arteriacum medicamentum & tabidis vtile, aut adstringēs, ad compescēdas alui fluxiones, aut punici etiam grana, vt in lib. meth. med. habetur. Interdum vero cum oleo & sale frigebatur. Ac quoniam χόνδρος nihil in se habet detergens & tenue, si ex eo sorbitionem attenuantem & detergentem conficere volebant, nō anethi modo, sed & porri quidpiam vel pulegij vel calamenthi vel hyssopi incoquebant. de sorbitione autem ex alica vide apud Oribasium extremo lib. 5. At χόνδρος πλυτὸς, id est alica elota, est ipse succus alicæ cum aqua mistus. Plurimum autem is coquendus erat, alioqui permultum lędebat concrescens & densatus in ventriculo. Itaque plurima illum aqua perfundebant, tum super prunas coquebāt, assidue agitando, donec coctus esse videretur: deinde salis aliquid addebatur & interdum oleū per initia. Non multum χόνδρος veterum dissidere videtur à nostra frumentacea, si ab illo cretam aut gypsum exemeris. Fiebat autem & ex chondro panis χονδρίτης dictus, plurimum nutriēs nec facile per aluum descendens. Porro quod apud Aetium aliquando legitur coniunctim χόνδρος ἁλικὸς, non aliud quam χόνδρος simpliciter significat. ideo autem videtur vtrumq; nomen coniunxisse, ne quis de re ipsa ambigeret: vel quod ita forte Græcorum vulgo suis temporibus diceretur: siquidem tum is tum Paulus multa nomina scriptis suis inseruerunt, veteribus prorsus inusitata, commoditati potius quam vocabulorum proprietati & elegantiæ inseruientes.

Χόνδρος. cartilago. Est pars corporis omnium post os, maxime terrea & solida, sensus expers. Est igitur cartilago post os siccissima & durissima: siquidem osse minus sicca duraque est. Quamuis autem diuersa sit ab osse cartilago, sæpe tamen ætatis spatio in os degenerat, imo vero nulla fere sunt ossa, quæ ante cartilagines non fuerint. Ossa namque omnia & dentes genis adhuc conclusi infantibus cartilago sunt, quæ tandem in ossa duratur, vti cartilagines quæ inter sterni ossa continentur: ξιφοειδὲς, quod Galeno propterea nunc os nunc cartilago dicitur: costarum fines coccygis extremum: acromium, quod ob id Hippocrati os, Galeno cartilago nominatur, & quod in cordis basi media situm est, vnde arteria magna & vena arteriosa emergit: id enim minoribus animalibus mollius, grandioribus durius, maximis vel os plane est vel ossea cartilago. Ob id videtur recte scripsisse Aristot. c. 1. li. 1. de hist. animal. Cartilaginis & ossis eandem materiam esse, sola siccitate differentem. Sunt autem multæ cartilaginum differentiæ, sicut & ossium, à substantiæ consistentia, magnitudine, numero, figura, situ, connexione, actione. Cæterum omnis cartilago vel ossibus connascitur, vel partem per se constituit. Quæ ossibus connascitur, nunc ossa inuicem connectit, nunc ossibus tantum appenditur. Quæ ossa coniungit, vel per se coniungit, vt in ossibus sterni, pubis, osse sacro, spondylis, hyoide & epiphysibus nōdum inueteratis, vel communium articuli ligamentorum interuentu, vt in costis septem veris cum sterno, in finibus omnium ossiū diarthrosi aut synarthrosi iunctorum vbi ossium articulis superlita est, & quæ articulis quibusdam velut innatat. Quæ vero ossibus appensa est, aduersus externas iniurias & ossa & subditas partes communit, & eas modice cedendo euitat. vt quæ costas septem veras perficit, vt multo magis quæ costis quinque infernis accreuit, & quæ imo sterno, ξιφοειδὴς dicta, & quæ in imo naso vtrimque & in medio multiplex, & aures ipsæ, & coccygis pars multa, & spondylorum spinæ, & apophyses transuersæ, & hyoidis latera præcipue in mulieribus, & quæ omoplatæ basi & coracoidi & acromio & alijs partibus nudis accreuit: cartilago autem per se partem constituit in vtriusque cilij tarso in quo sunt palpebræ, & in epiglottide & in larynge, & in totius asperæ arteriæ bronchijs omnibus, & in cordis basi media, vnde arteria magna & vena arteriosa emergit. Porro cartilagines & secum & cum ossibus ossium modo articulantur, vt quæ in imo sunt naso,

quæ in coccygeimo, quæ in larynnge tres, quæ in fine costarum septem verarum. Ex his cartilaginum vsus duplex præcipuus apparet: vnus vt partes quasdam leues ac politas ad motuum promptitudinem efficiant, in articulis scilicet: alter vt violentiæ foris occursantium mediocriter cedant. Cartilaginis enim substantia maxime idonea est ad tegendum & defendendũ partes subiectas. Non enim potest comminui & frangi, vt dura & friabilia, neque incidi & contundi, vt mollia & carnosa. Vsus alios cartilaginum cum ossibus communes, vt sustinendi, fingendi partis appositus, ex ipsarum natura & forma cogitandos relinquimus.

Χορδαφὸν. Est tumor tenuis intestini, vt videatur intestinum ad chordæ similitudinem cõuolutum, vt scribit Galen. lib. 6. de locis aff. Archigenes, vt refert Aetius lib. 13. χορδαφὸν τὸ εἰλεοῦ speciem esse dicit, cum vno in loco circa tenuia intestina dolor consistit, vt admota manu durities & tumor tactui succumbat: ex eo subitum periculum creari scripsit, atque vt plurimum intra tertiam vel quartam horam: quod si ad suppurationem inflammatio vergit, aut in longius tempus trahitur, ne tum quidem abesse periculum, quãquam ex ijs aliqui euadant. Celsus scribit Dioclem Carystium tenuioris intestini morbum χορδαφὸν nominasse, à plærisque vero suo tempore εἰλεὸν nominari. Dicitur autẽ χορδαφὸς, quod qui manum loco dolenti admouerit, is veluti ὑπὸ χορδῆς ἅπτεται, id est, videtur sibi chordam tangere, propter magnam ex intestini inflammatione tensionem.

» Itidem vero Aretæus lib. 2. acut. c. 6. εἰλεὸν & » χορδαφὸν habere magnam inter se affinitatem in- » dicat, de ambobus tractans eodem capite; & » post εἰλεοῦ definitionem subiungens χορδαφὸν no- » minari ὑπὸ τοῖς τρόφοις ἢ πίεσις ἢ μαλαξις τῶν ἐν- » τέρων ἐν, ἢ πολὺ τὸ ἐπιγάστριον ὑπᾴρχει. Si ad tormina » compressio & remollitio intestinorum accesse- » rit, & abdomen multũ superemineat. Sed aliun- » de ipse deriuat nimirum ab ἔλμινς significante » μαλαξις & χορδὴ quod est ὕφασμα. Quam nominis » notationem sequutus est Archigenes apud Ae- » tium tetrab. 3. lib 1. c. 28. Sed & χορδαφὸν ἀπὸ τῆς » χορδεύσεως, id est implicare, nonnulli dictum volue- » re, quoniam opinabantur eo malo affectis inte- » stinum inuolui.

» Χορδὴ. idem quod τόνος, id est tendo.

Χορδὴ. intestinum etiam significat, & χορδὺς exposuit » Tralliani interpres crassa ouium intestina, quæ » ab institoribus Græcis ea vendentibus χόρδας vo- » cari ait Trallian. lib 8. cap. 3. & χορδὴν intestino- » rum vocabulum esse inquit Aretæus lib. de » acut. c. 6.

Χορδώδεις σώματα. apud Aristophanem dicuntur » corpora quæ in cõitu sibi mutuo implicantur.

Χόριον. est extima fœtus membrana, ipsum totum inuoluens. Est autem chorion duplex, hoc est, membranis constans duabus, interna tenuissima, externa aliquanto crassiore, sed molliore, & cruentatæ papyro bibulæ crassitie, mollitie & colore subsimili, inter quas feruntur ad fœtum nutriendum multæ tum venæ, tum arteriæ nascentes ex cõgenerum vteri vasorum oribus numero & magnitudine paribus, quo κοτυληδόνας Hippocrat. vocauit. Nascitur autem χόριον qua quidem vteri superficiem subiungit totum, ex virili semine: qua vero tangit cornua, ex muliebri. Siquidem toti internæ vteri & cornuum eius superficiei subtenditur, & omnibus vteri & cornuum eius cotyledonibus adhæret, alicubi etiam ipsi vtero inter cotyledonas, sed leuiter. Augetur vna cum fœtu, cumque vtero extenditur ac fœtum totum inuoluit, etiam qua os est vteri, vt scribit Galen. lib. de anatome vteri, de fœtus formatione, de semine, & libr. 15. de vsu partium. Dicitur ἀπὸ τοῦ χορεῦ quod in eo vasa veluti in choro disposita sunt. Sunt tamen qui χωρεῖον per ω scribant, quod fœtus veluti domicilium & sedes sit: vel quod vna cum fœtu χωρεῖ, id est procedit. Dicitur alio nomine δευτέριον, id est secundæ, vt scribit Paulus libr. 6. c. 75. quo tamen nomine non extima modo fœtus membrana, sed totum etiam fœtus inuolucrum tribus membranis compactum significatur.

Χοριοειδὴς ἡ

Χοριοειδὴς. De tribus dicitur apud anatomiæ professores. Primum quidem significat implexum arteriarum in ventriculis cerebri anterioribus factum in modum τοῦ χορείου, hoc est, membranæ fœtum inuoluentis, quam secundas appellant. Hic geminus est, dexter & sinister, in vtroque scilicet cerebri ventriculo anteriore vnus: similis autem est τῷ χορείῳ, non modo varia atque implicata vasorum textura, sed substantia etiam quadam subrubra & glandulosa quæ per medios vasorum anfractus cernitur, non ei dissimilis quæ τὰ χορεῖα vasa amplectitur atque sustinet. Secunda significatione χοριοειδὴς dicitur tenuis membrana quæ cerebrum inuoluit, eo quod cerebri vasa non aliter sustineat quam τὸ χορεῖον vasa ad fœtum pertinentia complectitur. Rufus vero non totam eam membranam sed τὸν χιλιόπλοντα τὰς χιλίας ἔνδοθεν πόρους, hoc est, interiam membranã, quæ ventriculos contegit, scripsit vocari χοριοειδῆ. Id quod ego esse suspicor quod Galen. lib. 8. de vsu part. dicit se mirari, cur aliqui non omneis tenuis membranæ partes χοριοειδεῖς velint appellari. Verum Herophilus, vt ait Rufus, etiam meningem χοριοειδῆ vocabat. Tertia significatio est, qua χοριοειδὴς membrana oculi dicitur, quæ alio nomine ἀμφιβληστροειδὴς nuncupatur, vel quoniam nascitur à cerebri membrana tenui, quam ἀμφιβληστροειδῆ diximus vocari, vel quod pariter atque χορεῖον venis intertexta sit: quanquam videtur Rufus sentire non totam eam tunicam χοριοειδῆ dici, sed ea tantum parte, qua albo oculorum subiecta est, vt & ἀμφιβληστροειδὴς ea parte qua subest κεφαλοειδεῖ tunicæ.

Χοῦς. vide χοεύς.

Χρεία. vsus seu vtilitas. vide ἐνέργεια.

Χρηστὸν. à singulari vtilitate sic appellatum est cichorium. Sic dicta etiam est à quibusdam ambubeia.

Χρίσμα. dicitur generaliter quicquid illinitur & » inungitur. ab vnguento differt quod minus ope- » rosum sit, minusque multiplex confectione, & » proinde minus carum & fragrans; appellauit » oleum Plinius de Melino vnguento loquens. li. » 23. Dioscorides quoque libr. 1. oleum vocat, » quod etiam nomen vnguentis tribuit Homer. » Iliad. ξ. Est igitur multo simplicius χρίσμα quam » vnguentum, præterquam in admodum paucis, » vt in Stacte, quæ sola per se vnguentum est vt » ait Theophrastus.

Χροιὰ. significat non modo colorem sed etiam cor- » poris colorati superficiem apud veteres, in qua »

» calor tanquam in subiecto ineſt; ſed & corpus
» etiam ſignificat, ſicut & χρὼς à quo deducitur;
» χρόαν autem omnem cuiuſque corporis ſuperfi-
» ciem Pythagoræi vocabant.

Διὰ χρόνου. vox eſt apud Hippocrat. Valde ambi-
» gua, modo enim raritatis intenſionem ſignifi-
» cat, & ex magnis interuallis, quaſi διὰ πολλοῦ
» χρόνου, vt in reſpiratione quando inſignis eſt illius
» & magna ceſſatio, & notabilis quies interponi-
» tur, fieri illa dicitur διὰ χρόνου Galeno annotante,
» id eſt, διὰ μακροῦ li. 3. περὶ δυσπν. Significat etiam
» quandoque διὰ χρόνου, longo tempore, & diu ac
» per multum tempus, velutique temporis ſuc-
» ceſſionem quamdam vt tum ſit idem διὰ χρόνου,
» quod ὀπὶ χρόνον πολλῳ, quo in ſenſu vſurpauit
» Hippocr. in hiſtoria Pythionis quum eum par-
» uam ſpirationem longo tempore obtinuiſſe ſi-
» gnificauit eoque videtur inclinare Gal. in com-
» ment. cum obſcuriſſimis ſcribit verbis, ἢ μὴ σωσ-
» χῶς, ὡσπερ ἐπ' ἄλλων ἄλλα.

Χρόνιον νόσημα. diuturnus morbus dicitur qui modo
» ad peiorem, modo ad meliorem ſtatum vergit,
» & menſtruo vel annuo ſpatio iudicatur, aut
» etiam cum homine ſimul perit vt docet Galen.
» in Definit. Med.

Χρυσάνθεμον. herba eſt tenera, fruticoſa, læues profe-
rens caules & folia multifida: flores ſupra mo-
dum ſplendentes, luteos, orbem oculi imitan-
tes: vnde etiam βόλβαλμον quidam appellauere.
Galli margaritas albas vocant.

Dicitur & χρυσάνθεμον à nonnullis τὸ ἀείζωον ſiue ſedum maius, ab aureo feminis colore. Dicitur & χρυσάνθεμον à quibuſdam τὸ ἑλίχρυσον, vt ſcribit Dioſcorides: atque etiam ἡ χρυσοκόμη, vt idem refert. Eſt etiam ſpecies ἀνθεμίδος dicta χρυσάνθεμον, reliquis vehementius vrinam ciens.

Χρυσέρμου πρόχυσις. paſtillus Chryſermi, ſplenicis & hydropicis vrinam ciens, aluumque emolliens. Deſcribitur à Galeno lib. 9. τ. κ. τόπ.

Χρυσῆ. nomen eſt medicamenti compoſiti, glutina-
torij, quo Paulus vtitur ad glutinanda vlcera, lib. 4. capit. 37. cruentiſque vulneribus ob id conuenit. Deſcribitur apud eundem lib. 7. c. 17.

Χρυσῆς γῆ. aurea terra. Terra eſt, vt ait Galenus, quæ ex metallis ſumitur, auri plurima fruſtra habēs, non quidem per totam ipſam terram immiſta, ſed contigua coniunctaque paruis terræ particulis, quæ ab igne in fornacibus fuſa ſecum coeunt.

Χρυσῆς. ſpecies argenti ſpumæ. vide in dictione λι-
θάργυρος.

Χρυσῆς. vocatur à quibuſdam ἡ χρυσοκόμη, vt author eſt Galenus.

Χρυσῆς. ſic dicitur à nonnullis τὸ ἀείζωον ſiue ſedum maius, vt habetur apud Dioſcoridem, ab aureo ſciicet ſeminis colore.

Χρυσοβάλανος. quid ſit, non animaduerti fuiſſe ex-
plicatum. Galenus lib. 8. τ. κ. τόπ., dicit ei vim eſſe diſcutiendi & roborandi, damnatque me-
medicamenta στομαχικὰ ex eo compoſita. alij βά-
λανον μυρεψικὴν, alij nucem moſchatam interpre-
tantur.

Χρυσόξυλον. frutex eſt quernis foliis, flore coronarij
verbaſci. Radix illi vt rapum extuberat, intus ru-
bertima, foris nigra.

Χρυσόκαρπος. à quibuſdam dicitur ἡ κοκκὸς, vt habe-
tur apud Dioſcoridem, ab aureo acinorum co-
lore.

Χρυσοκόλλα. genus eſt medicamenti metalli. Eſt au-
tem duplex, naturalis & factitia. Naturalis gignitur in fibris & venis ærarijs, ac ſi quando in alijs metallis reperiatur, omnino & in illis æs eſt. Inuenitur autem aut ſola, arenæ ſimilis, aut metallicæ alicui materiæ adhærens, à qua vbi abraſa, aut affuſo humore excuſſa ſecretaque fuerit, arenæ ſimiliter aut pulueris ſpeciem habet. Eſt autem omnis nativa viridi colore, ſed eo quidem alia ſaturo, vt ad ſmaragdi viriditatem accedat, quam longe optimam eſſe cēſent, alia vero valde diluto, quam viliſſimam, alia vero medio quæ medium locū tenet. Factitia autem duplex eſt, vnam herbaceam, alteram ſanternam appellant. Fit autem herbacea ex dura natiua, tingiturque lutea herba, ob id herbacea dicta: atque ea laudatiſſima eſt, natiuaque precioſior. Eius conficiendæ rationem exponit Plinius lib. 33. c. 5. Natura, inquit, chryſocollæ eſt quæ lino lanæue ad ſuccum bibendum. Tunditur in pila, deinde tenui cribro ſecernitur, poſtea molitur, ac deinde tenuis ſic cribratur, quicquid non tranſmeat, repetitur in pila, deinde molitur. puluis ſemper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia ſoluatur, ac rurſus tunditur, dein lauatur in cōchis ſiccaturque, tunc tingitur alumine ſchiſto & herba lutea, pingiturque antequam pingat. Cum tinxere pictores ὀρεβίτην vocant, quod erui colore ſit. Verum nunc herbacea caremus. Altera autem factitiæ chryſocollæ differētia, quam Plinius ſanternam ſcribit vocari, temperatur, vt ait, ex Cypria ærugine & pueri impubis vrina addito nitro, teriturque Cyprio ære in Cyprijs mortarijs. Galenus Dioſcoridem ſequutus nitri non meminit: monuit tantum ſatius eſſe eam præparare tempore æſtiuo, aut certe aere prorſum calido, vrinam in mortario terentes, præſtareque æs ex quo mortarium piſtillumque conficitur, rubrum eſſe. Nam quo æs mollius fuerit, eo plus circumagendo piſtillo deteri. idque pluribus deinceps diebus faciendum eſſe, donec vrina mellis craſſitiē adepta ſit. Ea reponitur à Dioſcoride in ærugināum numero, & quia medicinæ inſeruit, à medicis ἀκεσὶς nominatur, vt ait Plinius, quanquam & aurifices, vt ait Galenus, eandem ſibi vendicant agglutinando auro, ex quare præcipuam ſortita eſt appellationem. Siquidem nihil chryſocollæ vox aliud quam auri glutinū indicat. Vires tum huic tum foſſili chryſocollæ ſunt digerendi, exiccandi; & carnes liquefaciendi ſine vehementi mordicatione. Idcirco vtraque aptiſſima eſt vlceribus contumacibus. Verum factitia magis exiccat quam metallica ſiue natiua, minuſque mordet, & partibus eſt tenuioribus.

Χρυσοκόμη. frutex eſt palmi altitudine, comantibus corymbis, figura hyſſopi, radice veratri nigri, piloſa, tenui, guſtu non iniucundo, verum dulci ex auſtero, cyperi magnitudine, in opacis petroſiſque naſcens. Alijs nominibus χρυσάνθεμον & αἱμάτιτος dicitur. Plinio Latinam non habet appellationem. Olim tamen Iouis barbam dictā fuiſſe Dioſcorides prodidit. Proxime ad eam accedit quam herbarij noſtri pulegium montanum vocitant. Radix eius acris eſt & adſtringens, nec multi vſus, decocta tamen in mulſa vtilis eſt peripneumonicis & hepaticis, vimque aliquam habet prouocandi menſtrua.

Χρυσοκόμη. à quibuſdam dicitur ἡ ἀείζωος, vt habe-

tur apud Dioscoridem.

Χρυσολάχανον. à quibusdam dicitur ἡ ἀτραφαξις, id est, à triplex, authore Dioscoride. de quorum tamē vtroque Plinius seorsum differit, tanquam ab inuicem dissideant. Ruellius χρυσολάχανον id esse dicit, quod officinæ minorem crassulam appellant.

Χρυσόμηλον. aureum malum. Genus vnum est cydonij mali, incisuris distinctum, colore ad aurum inclinante.

Χρυσοπέρμον. sic dicitur à nonnullis τὸ δείζωον, siue sedum maius, ab aureo seminis colore, vt author est Dioscorides.

Χρυσοῦν. est collyrium ad incipientes suffusiones efficax. describitur ab Aetio lib. 7. inter collyria πτερυγιατικά. Est & huius nominis collyrium ὑγιεινὸν ad corrosos oculorum angulos & scabritiem, quod à Galeno & ab Aetio eodem modo describitur. Appellatur etiam hoc nomine pessus valens ad inflammationes vteri & inclinationes, & describitur ab Aetio lib. 16. c. 83. quod est de vteri inflammatione : atque alius etiam eiusdem nominis vtero emolliendo conueniens, & ab eodem descriptus ad scirrhos vteri.

Χρυσοῦς. hic pessus dicitur Paulo lib. 3. c. 64. & 68.

Χρῶμα. corporis superficiem & cutem significat, in
» qua color apparet. Colorē quoq; significat, &
» cutis aut corporis colorem Varino vt χρῶμα ἔυ-
» χροον, color corporis laudabilis 4. Epid. & χρῶμα
» νεκρῶδες 5. Epidem.

Χρῶμα νεκρῶδες. mortuosus color qualem statim factum esse nescio cui ex vulnere iecinoris qui eadem die mortuus est narrat Hippocr. 5. Epidem.
» Hunc autem mortuosum seu cadaverosum co-
» lorem ille duplicem facit, viridem scilicet vel
» nigrum, Liuidum vel plumbeum, in Coacis
» prænot. ὠχρὸν siue χλωρὸν & μέλαν vocat.

Χρώς. vocatur apud Ionas quicquid in nostro corpore carnosum est, cuius generis præcipue sunt cutis & musculi, tum membranæ ac viscera: ossa vero, cartilaginem & ligamenta χρωτὸς nomine non significant, vt annotat Galen. comment. 2. εἰς τὰς ἀγμῶν. Idem vero comment. 3. quamlibet, inquit, carnosam partem Hippocrat. χρῶτα appellat.

Χυλάδιον. apud Actuarium & Nicol. Alexādrinum
» sic vocatur decoctio herbarum quæ fit adiecto
» melle mediocri & saccharo.

Χυλὸς. succus. generaliter quidem significat idem quod χυμὸς. tum apud Platonem & Hippocrat. tum apud veteres omnes Comicos, vt Galenus prodidit. sic autem dicitur, ἡ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις ὑπὸ θερμότητος πεπεγυῖα. hoc est, succus à calore ita concoctus, vt humidi siccique medius sit consistentia. hic autem non aliud est quam humor quidam incrassatus, tam in animantibus quam in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis eum succum designat quem ventriculus è cibis per concoctionem elicit, & qui sanguinis materia est. Hic enim proprie à medicis χυλὸς appellatur, quamuis generaliori quodam significato non is modo, verum etiam & pituita & sāguis, & reliqua omnia humorū genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. Eius generatio χύλωσις dicitur, ventriculi propria actio, per quam cibus in chylum mutatur.

» Apud Dioscoridem Marcellus χυλὸν, id est, suc-
» cum appellat humorem ex tota materia partesue
eius aliqua concisa tusáue, aspersis aliquando, aqua, aut vino, aut alio humore, tum manibus aut torculari aut igne expressum, exudatumque, vbi discrimen etiam ponit inter χυλὸν, ὀπὸν, & δάκρυον. Recte vero dicit exudatum, proprie enim eum χυλὸν & χυμὸν dici puto quem res aliquæ fundunt & exudant, vt ipsum præ se fert nomen à χύω deriuatum; Est vero vbi χυλὸς (sicut χυμὸς) dicatur non tam succus quā sapor, vt ex Aristotele patet Ethicor. lib. 3. c. 10. & Theophr. lib. 6. de caus. plant. c. 19. & 18.

Χύλωσις. succi expressio, vel etiam ipse succus expressus & cremor. Gaza succationem vertit apud Theophr. hist. plantar. lib. 7. cap. 5. χύλωσις etiam vocatur succi generatio, ventriculi scilicet propria actio per quam cibus in chylum mutatur.

Χύλισμα, seu χυλισμὸς. succus expressus siue succi expressio apud Dioscor. & Theophrast.

Ὁ διὰ τῶν χυλῶν. pastilli nomen quasi ex succis compositi, vtilis ad nomas & scabiosos affectus, describitur à Galen. 5. κατὰ γένη. cap. 11. Emplastrum etiam διὰ χυλῶν ex Democrate à Galen. refertur 7. κατὰ γένη. c. 10.

Χυμὸς. succus. sapor. Communi quidem significato omnem humorem designat coctione quodammodo incrassatum, tam in animantibus quam in plantis. Inde τὸ εὐχύμως καὶ κακοχύμως nomina deducta sunt, quibus ea designantur, quæ humorem bonum malumue, hoc est, nutriendo corpori seruandoq; aptum aut incommodum, continent. In quo nihil differt χυλὸς ἀπὸ τοῦ χυμοῦ, vt ante diximus. Verum peculiari quadam significatione ab Aristotele, Theophrasto, & Mnesitheo, vt refert Galenus, χυμὸς appellatur ipsa gustandi facultas siue qualitas, quam Latini saporem vocant. Hic autem non aliud est quam partis siccæ terrenæque in humore permistio, vel partis siccæ per humorem vi caloris percolatio: efficitur enim sapor permistione quadam. Id quod eo argumento patet, quod elementorum nullum, vt aer, ignis, aqua, sibi saporem adsciuerit. Siquidem insipida est aqua, & vt veteres testantur, talis aqua creditur, qualis terra per quam influit. Sed nec terra etiam ipsa, nisi aliquam mistionem nacta sit, alicuius saporis existimari potest, sed eam omnino humore aliquo dissui necesse est. Quod enim tam terreum durumque est, vt humore liquari nequeat, nullum gustu saporem inuehit: quod vero ita concreuit vt dissolui possit, id non aliter quàm aliquo humore diluitum & liquefactum, gustandi sensum mouebit. Sic ita que χυμὸς non succum tantum, sed ipsam etiam succi propriam qualitatem & affectionem, quæ sapor est, significat. Est enim sapor nō cuiusuis humoris (aqua enim & aquea omnia insipida sunt, & media inter gustatorias facultates) sed eius proprius quem χυμὸν ἢ χυλὸν dixi mus indifferenter appellari. Vide χύσις.

Χυμὸς. etiam peculiari apud medicos significatione complectitur humores 4. qui animantium sanguine præditorum propria & peculiaria elementa dicuntur, quod ex illis constent nutriantur que omnes illorum partes, sintq; vt ait Hippocr. corporis ipsius natura, ij vero sunt sanguis, pituita, bilis & melancholia, qui ex cibis & potibus in vētriculo prius coctis & in chylum versis generationem propriam in hepate obtinent, dum parenchymatis illius nativo calore & temperamento

„ peramento insito chylus coquitur atque transmutatur.

Χυμοὶ στάσιμοι. humores appellantur stabiles siue fixi, quod in venis hæreant neque in carnem permeent, quod illi στάσιμοι χυμοὶ tenues venosique sint ait Ruffus.

Χυμὸς ξυστικὸς. succus radens qua voce vocatam atrãbilem à quibusdam Gal. testatur, vide supra χολὴ μέλαινα.

Χύμωσις. numeratur à plærisque inter oculi affectiones, quasi ἀπὸ τοῦ χυμοῦ dicatur. verum vbicũque per υ scribitur, male scribitur: debet enim scribi διὰ τοῦ η, ἀπὸ τῆς χήμης. vide supra χήμωσις.

Χυτλοῦσθαι. significat ex aqua & oleo simul tusis mistisque diutius fricari. huic oppositum est ξηραλοιφεῖν. Est autem egregium ad tollendam lassitudinem remedium.

„ Vide lib. 2. de facult. simpl. medic. c. 25. hinc χύτλα exponit Erotian. τὰ μετὰ πολλοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἀλείμματα, quibus perfundi & inungi balneantium corpora solebant vt docuit Scholiastes Aristoph. dicitur & χύτλον vas olearium in quo oleum seruabant vngendis à balneo corporibus.

Χυτρίδια. ἢ χυτρίδιον, ἢ χύτριον. his tribus vocabulis Hippocrates τὴν χύτραν, hoc est ollam appellauit, vt explicat Gal. in lexico Hippocratis.

„ Reperitur apud Hippocr. lib. 2. γυναικ.

Χώλωμα. hac voce Hippocr. distorsionem omnem significare solet, cuiuscumque partis ea sit, quando videlicet in partes tensas ex proximorum consecutione inclinationes fiunt propter nerui affectum aliquem, tumorem, plagam, resiccationem, duritiem, inflammationem, luxationem, aut fracturam; hoc modo etiam dicit Hippocr. χωλεύσειεν pro mutilum aliqua corporis parte fecerit vt annotat Gal. in lexico Hippoc. hinc deriuatiua sunt χωλὸς, χωλεία, ἀποκεχωλάσθαι apud Pollucem, qui & tradit Eupolim χωλὸν etiam appellasse τὸν τὴν χεῖρα πεπηρωμένον.

Χώρα. regio. Est pars terræ habitabilis, in qua homines versantur & viuunt. Eam autem Geometræ & longitudine & latitudine definire solent, vt intelligant omnes eius situm. Sed nos multo aliter, vt cognoscamus quam probe & integre homines ea vtantur. Ac primum consideramus, in qua orbis parte sita sit, an ad meridiem, an ad septentrionem, an ad orientem aut occidentem versa sit, vt inde queamus de eius temperie indicare. Perpetuum enim est, vt frigidæ sint regiones ad septentrionem spectantes, veluti quæ ad Istrum & Mæotida paludem sunt sitæ. Calidæ vero, quæ in Æthiopia atque India habentur, & quæ ad meridiem pertinent. temperatæ vero, quæ ad orientem atque occidentem sunt sitæ. Verum aliud præterea spectandum est, ad iudicandam temperiem regionum, vt lutulenta stagna & aquæ palustres, quæ vel lapides in renibus gignunt, vel lienem adaugent; itemque venti, qui habitationibus familiares sint, quod vel ex stagnis, vel ex fluminibus vel ex paludibus, vel ex sinu, vel ex pelago exoriantur. Iam vero quæ ex terræ exhalationibus excitantur, partim bona, partim praua sunt: qualia sunt quæ ex metallis afferuntur, & quæ à specu quod Charonium vocant, exhalantur. In frigidis vero quibusdam regionibus, vt in Thracia & Ponto, quoniam loca mari adiacentia humilia sunt, ob eam causam calidiore sunt temperatura: in calidioribus vero, quales sunt Ægyptus & Libya, quoniam æstate à ventris ab Arcto flantibus refrigerantur, idcirco minus calida sunt ijs quæ ad mediterranea recesserunt. Similiter & aquæ permultum faciunt ad regionum temperiem indicandam, siue illæ bonæ sint, siue malæ, itemque montes, atque alia quamplurima, quæ non est necesse describere.

Χωρίον. vide χορίον.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Ψ.

Ἄγδας. εἶδός τι μύρου, id est vnguenti quoddam genus : vt explicat Gal. in lexico Hippocratis: itemque Suidas. Hesychius autem ψαλδὰς habet & ψαλδῆς.

" Est certe hoc vocabulum ex " eorum numero quæ ad hanc γλωσσῶν explica- " tionem pertinent, esse enim γλωσσηματικὸν ma- " nifestum est, & quidem sonus ipse barba- " rum quiddam habere videtur; Sed apud Hesy- " chium duplex est huius vocis scriptura, Scribi- " tur enim ψαδὰς cui subiungitur ψαλδῆς, μύρου " τινὸν.

Ψαδυρὸν. διὰ τοῦ δ. vt Attici vel ψαθυρὸν διὰ τοῦ θ vt " cæteri omnes Græci vt Gal. notauit comment. " 3. in prorrhet. significat friabile. quod in minu- " ras particulas & quasi offulas friari potest, εὔθλα- " στον Hesychio, qui tria illa ψαδυρὸν, ψαθυρὸν & ψα- " λυρὸν habet, & ψαδυρὸν exponit ἀδρανὲς, & ψαθυρὰ " non solum ψαθυρὰ, εὔθλαστα, ἀδρανῆ, sed etiam ξηρὰ, " σαθρά, forsitan quia quæ sunt ξηρὰ, ἀδρανῆ & σαθρὰ " forari & comminui frangique facilius possunt, " Galenus loco citato ψαθυρὰ κρέα vocari ait τὰ τοῖς " σκληροῖς καὶ ἰσάδεσι καὶ δυσδιαπέπτοις καὶ δυσημοστάτοις ἐναν- " τίως διακείμενα, μᾶλλον δ' (inquit) γίνεται τοιαῦτα τὰ " καλούμενα παρὰ τῶν πολλῶν σκληρά, μᾶλλον ἢ δύσπε- " πτα μᾶ τὸ σφαγιῶδες τοῦ ζωμοῦ, quæ à Græcis vocari " ait ἰωλὰ: & ἰωλίζειν itidem ab iisdem dici τὸ σύντομον " παρασήπειν, quod παρασήπειν plane esse videtur quod " dicimus *mortifier*, vnde dicimus *de la chair mor-* " *tifiée*, qua in significatione illud ἴωλον vsurpare " possumus.

Ψαδυρὸν siue ψαθυρὸν dicitur edullium vel aliud quidquis quod tenerum & friabile fit, quod in se, vt Gal. lib. 3. de aliment. ait nihil lentoris neque pinguedinis continet. Id Galen. etiam κραυρὸν libr. 11. meth. med. appellat: Aristoteles autem θραυσὸν lib. 4. meteor. Vulgo σαθρὸν vocatur vt ait Galenus comment. 3. in libr. 1. prorrhet. Tale autem in ciborum genere maxime est, quod diem vnum vel duos à iugulato animali repositum est. ἴωλον id Græci vocare consueuerunt, quasi biduanum vel triduanum: & ἰωλίζειν ita ante putrefacere.

Gaza apud Aristotelem ψαθυρὸν modo arenidum modo arenulentum interpretatus est, modo arenæ conditioni similem, Hermolaus aspersо situ obductum, Ruell. cano situ obductum, squalore obsitum, sed merito ea interpretatio à Marcello reijcitur qui interpretatur friabilem apud Dioscor. lib. 1. cap. 8. de styrace cui & pinguem Plinius, Aristoteles vero γλίσχρῳ opponit Metheorol. l. 4. vt sæpe alias: Fernel. 1. de abdit. c. 1. ψαθυρὸν friuolum appellauit, Plin. friabile. Cæterum author prorrhetici hoc vocabulum ab edullijs transtulit ad excretiones alui ὑποψαθυρὰ διαχωρήματα appellans, atque Galen. comment. 3. part. 24. ambigi ait quænam sic vocentur, quosdam enim eo loci intelligere inquit τὰ ἁλιπᾶ, quosdam τὰ εἶδος ἁλίσχρου, alios τὰ μὴ μεμυξώδη ἐτέροις ὑλεσι, veluti oleum; alios τὰ ἐν ὑγρῷ διαχωρήματα γελάδη, ἢ ἀποπτα συρίγματι nonnulla τὰ εὐδιάλυτα, καθάπερ inquientes εἰ δὲ φάμμου ὕδατι δύσεως, εἶτα σταλάξειας τοῖς δακτύλοις κατιδεῖς, διαλυθὲν ὕδωρ ἔσται: quorum sententiam probabiliorem ait Gal. & idem reipsa dicere, quod ij qui τὰ μὴ γλίσχρα eo vocabulo accipiunt, seu τὰ ἁλίσχρα: Si enim ab edullijs ψαθυρὸς ad διαχωρήματα transferenda similitudo est, probabilius esse ψαθυρὰ dici τὰ εὐδιάλυτα καὶ μυδήματα ἔτι ἔχοντα δύσλυτον, qualia διαχωρήματα fieri posse ex edullijs ψαθυρὰν καὶ εὐδιάλυτον substantiam habentibus, velut milio, panico, pane hordeaceo. Dioscoridem vero sicut alia multa παρχρόνως ἐν τῇ ἀκάτῳ βιβλίου ὑπαλλαξιν mutata ea scriptura reposuisse ὑποψάφαρα, accipientem eo vocabulo τὰ ὑπομελανίζοντα, à voce ψάφος quam Pindarus pro σκότος vsurpat: hæc ibi inter alia Galen. qui insuper in lexico Hippocr. ὑποψάφαρα adfert pro σκοτώδη, & ὑποψάφαρα, pro ζοφεσιδῆ μέλανα, vide infra

» ψαφαρὸν & ψαφαρότης. vide & supra ἐπιχώρημα ψα-
» φυρὸν.

Ψαίειν. ἐπιχρῶς, περιψαύειν id est innatare, atque attingere, vt explicat Galen. in lexico Hippocratis.

Ψαιστὰ μέλιτι. melle & oleo subactam. quoniam & ψαιστὰ, hoc est liba, sic madefiunt. Galen. in lexico Hippocr.

Ψαλιδοειδὴς ἡ

Ψαλοειδὴς. est corpus durum tribus ceu arcubus cõflatum, medium cerebri ventriculum sustinens: factum est è cerebri substantia multum indurata. Incipit à fine corporis calloſi quod πυλοειδὴς dicitur. fornicis habet similitudinem, ne medius cerebri venter concidat. Dicitur ἀπὸ τῆ ψαλίδος, quæ cameram & testudinem significat.

Ψαμμισμὸς. genus curationis quod per arenam perficitur, cuius meminit Paulus in cura hydropis. Commodum enim est hydropicos anasarca laborantes in arena à sole excalfacta sepeliri, exerto tantum contectoque capite, quo superfluus humor eliciatur & digeratur, caroque humore madida reficeretur.

» Dicitur etiam ἀμμοχωσία. de quo suo loco
» leges plura.

Ψαμμώδια. dicuntur arenulæ quæ in vrina subsi-
» dent.

Ψαρὸν. est nomen compositi medicamẽti sicci, acris & exedentis, quo Paulus lib. 4. cap. 43. vtitur ad vlcera in quibus caro supercrescit. eius descriptio habetur apud Aetium l. 14. c. 36.

Ψαφαρὸν. idem quod ψαθυρὸν, de quo supra, nam He-
» sychius ψαφαρὰ & ψαφερὰ per ψαθυρὰ exponit, ψα-
» φαρὸν tamen exponens præterea ξηρὸν, ἀύχμηρὸν,
» ἄδυτον, ἀλαφερὸν, aridum, squallidum, infirmum, le-
» ue; Gaza etiam sicut ψαθυρὸν interpretatur areni-
» dum, & arenulentũ, ita ψαφαρὰ τόποι apud Theo-
» phr. 1. de caus. plantar. illi loca arenida dicuntur.
» hanc & vocem optimi scriptores ad liquida
» transferunt, sic ψαθυρὸν ὕδωρ, ἔλαιον ἢ γλίσχρον, sic &
» maris aquam ψαθυρὰν dici inuenias ab Aristote-
» le & Theophrasto: Sed & ψαφαρὸν nonnulli σκο-
» τεινὸν id est tenebricosum interpretantur ex voce
» ψέφος quam Hesych. exponit κρίτας.

Ψελλότης. balbuties. est vitium pronunciationis quo litera vel etiam syllaba sæpe eliditur. Sic quidẽ definiuit Aristot. in problematis, scribens in eo differre ἀπὸ τῆ τραυλότητος, in qua commutatio fit literæ in literam, non etiam elisio. τραυλοὶ enim pro ρ pronunciant λ, ψελλοὶ vero inter pronunciandum literam vel syllabam perdunt. Cæterum Gal. multis locis annotauit ψελλότητα vitium esse pronũciationis κὴ διαρθρώσεως, sed non vocis, nullibi tamen τραυλότητα κὴ ψελλότητα. idem esse dixit.

» De causis τῆ ψελλότητος vide Galen. in apho-
» rism. 32. lib. 6. sed & supra vide vocem τραυλότης,
» vbi de his. Cæterũm etiam ψελλίζειν 1. metaphy s.
» dixit Aristoteles pro nugari, blaterare & absur-
» de loqui vt notauit Budæus; Sic & Tullius lib.
» de diuinatione balbutire pro nugari & blaterare
» dixit.

Ψευδαγχόνη. herba est anchusæ onocleæ similis, sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus, radice oleum non fundente, sed rubentem succum, qui ab anchusa discernitur. hæc alijs nominibus & ἀγχόνη & ὄνειος dicitur. Verum secundum Plinij descriptionem, ψευδαγχόνη videtur esse secunda anchusæ species quæ ὀνόχειλος & ἀλκιβιάδειος nuncupatur.

Ψευδόκνιον. frutex est in Creta, palmi altitudine, foliis napi acribus.

Ψευδοδίκταμνον frutex est multis in terris nascens, folio simili dictamo, sed ramulis minoribus.

Ψευδοναρδὸς. est frutex vbique ferè nascẽs, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, floscu lis purpureis. duorũ est genera: vnum procerius, odoratius, vulgo Gallorum aspicum dictum: alterum minus odorum minusque altum. quod vulgo lauandula appellatur. Vtrumque perpetua coma canescit. vis ei calfactoria & reliccans secundo abscessu, tenuibusque constat particulis, non multum à natura Celticæ nardi dissidens.

Ψευδεμπορία, ας, apud Dioſc. lib. 1. c. 12. sic nominatur « quoniam veram cassiam ementitur. «

Ψευδοπνεύματα. spiritus flatulentos vocat Hippocr. « Auicennæ interpres fraudulentos. «

Ψέφαρα. hoc est tenebrosa & nigricantia. ψέφος enim tenebras significat. vt annotat Galen. in lexico Hippocr. apud Hesych. est ψεφαρὰ tralato accentu.

Ψῆσμα. sic à quibusdam olim vocatum fuisse æris florem Dioscorides author est.

Ψηλαφώδεις. dicuntur apud Hippocr. qui quasi di- «
gitis palpantes videntur aliquid captare aut ve- «
nari, quod Phreniticis accidit; sic in Dealcis «
vxore vsurpauit Hippocr. ἐψήλαφα, ἔπλεκε, ἔλυσε, «
ἐπεζόλογα, id est palpabat, floccos carpebat, scal- «
pebat, festucas auellebat, quorum symptomatum causas Gal. explicauit ad illam prognosim «
prorrhet. 33. sect. 1. deliria cum palpo coniuncta «
sunt valde phrenitica. «

Ψιλὴ γῆ. terra nuda vide in voce γῆ. «

Ψίλωθρον. medicamentum depilatorium. Non est vnguenti genus, aut certæ cuiusdam compositionis nomen, vt aliqui existimauerunt, sed quæcunque medicamenta aut illita aut affricta pilos demunt, ψίλωθρα dicuntur. Cum enim, vt ait Galenus, triplex sit eorum quæ pilos corrumpunt differentia, quod eos alia attenuẽt, alia auferant, alia penitus extirpent, ψίλωθρα proprie vocantur, quæ partem aliquam pilis ad tempus denudant, non etiam radicitus eos extirpant. Omnia in genere erodentem & vstoriam habent facultatem. sed erodentia quidem tutiora sunt minorique periculo adhibentur: periculosiora autem quodammodo sunt vstoria, quod, si paulo negligentius admoueantur, bullas excitent, exulcerent, & cutem adurant. Eorum materiam Gal. lib. 1. τῶ κατὰ τόπους, abunde explicauit. Huius generis est ἡ ἀμπελοκαύκη, hoc est vitis alba, quæ ideo à quibusdam peculari nomine ψίλωθρον vocata fuit authore Dioscoride & Plinio. Oribasius ex Menemacho refert, psilothrum à dropace differre, quod eius actio minor sit quam dropacis, quodque hoc carnem delicatam relinquat, dropax vero habitiorem, magisque musculosam, additque psilothrum carnem primo in superficie vellicare, ac tandem si diutius immoretur, cutem vlcerare pustulasque excitare.

Ψιλώματα. denudata & ossis denudationes signi- «
ficant, cum nimirum ossa carne denudan- «
tur. «

Ψιμμύθιον. cerussa. est medicamentum metallicum ex plumbo acris aceti vapore resoluto. Fit hunc in modum. Primum in dolium fictile sarmenta imponuntur, deinde tantum aceti acerrimi infunditur, vt altitudine palmi sarmenta eminent: mox plures plumbi laminæ, tenues, libræ vnius pondere super ipsa collocantur, ipsumque dolium operculo item fictili clauditur & obturatur. Ac æstate quidem dolium in sole, hyeme vero super furnum collocatur, donec ipsę plumbi bracteæ totæ liquatæ sint & resolutæ. Tunc liquor purus qui supernatat colatur, glutinosum vero quod in dolij fundo resident in aliud vas transfusum in sole siccatur, deinde mola trusatili teritur aut alio modo comminuitur, postea cribratur. Similiter & reliquiæ solidæ & durę iterum & sæpius comminuuntur, atque cribrantur. Quondam cerussa, vt scribit Dioscorides, primas tenebat quæ Rhodi fiebat, aut Corinthi aut Lacedæmone, secundas quæ Puteolis: nostris temporibus in omnibus Europæ regionibus conficitur. Ea quamuis ex plumbo acri aceto dissoluto paretur, attamen neque acris est neque mordax neque discussoria, sed & meatus obducit & refrigerat. Verum vsta cerussa pura in id quod σφυρὸν appellatur transit, medici σάνδυκα nominant. Est vero tenuiorum quam cerussa partium, nec tamen calefacit.

Ψιτθάκιον emplastri nomen cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7. cap. 17. Refertur & ab Aetio lib. 15. inter emplastra emollientia & discussoria. Est & collyrij nomen quod describitur à Scribonio Largo, & quod Galenus libr. 4. τ κ τόπ. ex eius libris adscripsit.

ψοας. sic dicuntur duo maximi musculi in interna lumborum regione siti, vt scribit Hippocrates ἐν τῷ περὶ ἀρθρων. Hi supra septum transuersum ad decimam, aliquando vero ad vndecimam thoracis vertebram inseruntur, eamque partem spinæ quæ secundum ipsos est, inflectunt. Iidem vero & νεφρομύηκας & ἀλώπεκες etiam à quibusdam vocantur. Sunt vero & qui externos spinæ musculos ψοας vocent, vt scribit Pollux: nec eos modo, sed totam etiam eam partem quę lumborum nomine comprehenditur. Marcellus ψοας lumbos proprie dici contendit, quod nomen à libidine merito deduci volunt. Nam illic libidinis pruritus excitatur maxime, quod ijs renes subiacent. Suidas, ψοας, μέρος τῦ σώματος. ἐν πολλοῖς εὑρήσεις τὸ νεφρὸν, ἢ ὧν αἱ ὀρέξεις κινοῦσι πρὸς ἡδονήν. quibus verbis designat ψοας partem esse corporis, quibus renes adiacent, per quos veneris appetentię excitari solent.

Alijs etiam ψοαι dicuntur; nomen autem τ ψοῶν reperitur apud Hippoc. in lib. περὶ ἀρθρων, vbi quidem in numero singulari αἱ κοτυλαὶ τ ψοας dixit Hippocratem explicans Galenus.

Ψοφώδεις. à Cæl. Aurel. l. 5. τ χρον. c. 1. vocantur qui eiusmodi dolore afficiuntur, & tardo motu, vt se tenente dolore non inclinare valeant sed difficilius & dolentius subrigant, de illis eorumque cura ibidem plura leges.

Ψόφος. murmur, strepitus. Dictio est qua vtitur Hippocrates lib. 6. de morbis vulgaribus comment. 3. qua nonnulli murmur, hoc est βορβορυσμὸν significari dicunt: quidam ἠχῶ, id est rustum: alij flatus per sedem exhalantes: alij quodlibet istorum simpliciter, qualiscunque in intestinis motus sit auribus perceptibilis. sunt enim & alij quidam præter murmura in intestinis motus & strepitus, nonnulli quidem sonis persimiles, alij vero sibilis aut alicui huiuscemodi voci. Hæc Gal. comm. 3. in lib. 6. Epidemiῶν. In lexico idem Galen. ex eodem Hippoc. affert ψόφοις καταπλήσσουσι, pro strepitū facile sentientes, ac proinde expaescentes. veluti si ψοφώδεις dixisset, vel potius ψοφοδυῖς, qui ad quemuis strepitum expauescunt.

Ψόφοι καταπλήσσουσι. id est strepitum facile sentientes ac proinde expaescentes velut exponit Galen. in lexico quasi si ψοφώδεις dixisset, qui ad quemuis strepitum expauescunt: idem καταπλησσόμενοι, σφοδρῶς ἐκπλαττομένους interpretatur, & comment. 1. in 1. prorrhet. partic. 16. περιπλησσόμενος: hæc autem vox sæpe de phreniticis vsurpatur apud Hippoc. quippe quibus sæpe tumultuosus pauor & terror contingit, non dissimiliter ijs quibus derepente occursat non expectata fera, aut qui vehemens tonitru aliud cogitantes subito audiunt, terrentur, atque ita perstrepunt; id quod sane melancholicum est, videmus enim melancholicos etiam sanos qui insibilante vento, commotione instrumenti domestici celeriter expauescunt: in phreniticis pauor ille, bilem flauam iam facessere in atram, sanguinemque crassiorem in melancholiam declarat; alij autem ijque graues Hippocratis interpretes ψόφοι καταπλησσόμενοι de phreniticis ab Hippocr. dictum volunt, quando scilicet in illis bibentibus auditur strepitus, descendente potu, quodquidem Hippocr. sæpius annotauit & vulgus doctum experientia lethale signum esse pronuntiat: eius autem strepitus duplex causa est, siccitas nimirum vehemens œsophagi; nam vbi per angustum canalem & siccum liquor mouetur, sonitum strepitumque facit, per humidum non ita; Strepitus enim in sicco: vnde pueri vesicas siccant vt edant strepitum iniectis pisis; strepitus autem humido retardatur, itaque in Cydis filio, ἡ ὅποτε πίοι καπίοντες ἐς τὰ σπλάγχνα ἡ τὴν κοιλίην ψόφος, οἷος ἡ χαρτώδης, id est cum biberet strepitus descendentis potus in pectus & ventrem audiebatur sicut Chartadi: Cui paulo post (ait) ἡ πίνοντι τὰ τῦ ψόφου καπίοντος τὸ πόμα τος; & in Theodori vxore, ἡ οἱ ψόφοι τῦ πότου μεγάλοι: altera causa est flatus potui occursans & spiritus, sæpeque fit vt in pueris & auidius bibentibus, id accidat, præcipiti acto potu, & spiritu occursante, nec paulatim fracto.

Ψυδρακιον, siue ψυδράκιον. inter tumores præter naturam à Galeno reponitur lib. de tumor. præter nat. cap. 16. quin & alibi specialius scilicet 1. τ κ τόπ. cap. 10. & 11. inter eos reponit qui capiti proprij sunt; cuiusmodi vero tumor sit ab eo declaratum non legimus nisi quod omnibus notam affectionem esse protulit, libro de tumoribus citato. Liber autem illi adscriptus περὶ ἐυπνιῶν. ad Solonem sic definit. cap. 5. ψυδρακία sunt efflorationes paruæ factæ in capite, similes vesicis eminentibus in superficie, quam definitionem prius Trallian. libr. 1. c. 5. deinceps Paul. lib. 3. cap. 3. fere ad litteram exscripserunt, sunt (inquiunt) μικραὶ ἐξεγέρσεις, φλυκτίοις ὁμοίως ἐξαιρομένοις ἐπιπολαίως, id est exiguæ eminentiæ vesiculis bullisue seu pustulis similes, summæ cuti superpositæ: vtrique autem inter

» capitis affectus connumerarunt quæ cum dicat
» phlyctænis esse similia siue pustulis, patet nō ea-
» dem esse cum phlyctænis vt aliqui putauerunt,
» differunt enim non eo tantum quod phlyctænæ
» in toto corpore, ψυδράκια in capite solo oriantur,
» sed etiam quod illæ à calidiori acriorique hu-
» more (nimirum φλύκταινα & φλυκτὶς ἀπὸ τῦ φλύω,
» id est ferueo & bullio dicuntur) hæc autem à
» minus calido minusque acri gignantur, vnde fa-
» ctum vt ψυδράκια ἀπὸ τῦ ψυχρῦ, id est à frigore
» denominari quidam crediderint, & ψυχρὰ ὑδράκια id est frigidæ seu frigefactæ guttulæ siue tu-
» dores à quibusdam nominentur: idcirco Celsum
» corrigentes l. 5. c. 28. non φλυζάκιον vt illic legunt
» nonnulli, sed ex Hermolao potius suis in Pli-
» nium glossematibus ac Manardo Epist. 2. lib. 7.
» ψυδράκιον legendum existimamus. Celsus enim
» ad frigidius vel saltem ad minus calidum, hunc
» vergere tumorem insinuat, cum psydracion esse
» inquit pustularum genus paulo durius, subalbi-
» dum, acutum, ex quo quod exprimitur humi-
» dum est: Nec igitur mirum si diuersis locis Pau-
» lus de Psydracijs & phlyctænis tanquam diuer-
» sis affectibus meminerit, aliumque curationis
» modum singulis adiunxerit; de psydracijs in-
» quam l. 3. c. 3. in morborum numero qui capitis
» cuti proprij sunt recensens; de phlyctænis vero
» bullisue lib. 4. cap. 10. inter eos quidem affectus
» qui vniuerso corpori communes sunt adnume-
» rans: Author autem Isagoges c. 15. de oculorum
» affectibus, in oculorum quoque candido innasci
» ψυδράκιον, dicique voluit, velut efflorescentiam
» in summo rubicundam: Psydracij autem causa
» est salsus nitrosusue humor, non sine pituitæ ad-
» mistione.

Ψυδρακτίσματα. apud Nicolaum idem quod ψυδράκια annotante Fuschio.

Ψυκτήρια φάρμακα. apud Galenum non semel di-
» cuntur refrigerantia medicamenta teste Bu-
» dæo.

Ψύλλιον. herba est foliis coronopo non dissimilibus, hirsutis, longioribus, sarmentosa fœni modo, ramis dodrantalibus. Coma à medio caule exoritur, duobus tribusue conuolutis in cacumine capitulis, in ijs semine duro, nigro, pulicum simili, vnde & pulicaris herba Latinis dicitur. Eius semen refrigerat ordine secundo, medium siccando humectandoque. Ex psyllio fiunt emplastra, numero tria, quæ recenset Aetius tetr. 4. serm. 3. de emollientibus ac discussorijs emplastris.

Ψύλλιον inter venena reponit Dioscorid. cap. 10.
» Alexipharm. vt quod epotum corpori toti fri-
» gus atque torporem inferat, cum exolutione &
» animi quadam ægritudine & anxietate.

Ψυχή. anima siue animus. Cuius substantiam se ignorare Galen. multis in locis ingenue confitetur, nec sane quid ea sit scire magni refert, siue ad sanitatem tuendam, siue ad morborum curationem. Satis est id vnum nosse, animam in nobis id esse quo viuimus, & omnes in vita actiones edimus. Hæ autem cum sint propemodum infinitæ, in treis tamen summas & principes differentias à philosophis distinctæ sunt, ita vt quicquid in animantium vita agitur, ad vnam earum referre oporteat. Sunt autem hę concupiscere, irasci & ratiocinari. Quæ vtrum ab vna & eadem animæ substantia, an à diuersis procedant, non est præsentis operis definire: hoc modo sciendum, quibus hæc aguntur, & partes animæ & species & facultates & principia interdum nuncupari, atque eam seu partem seu facultatem qua concupiscitur, dici animam vegetabilem ab Aristotele, concupiscibilem à Platone, naturalem à Stoicis: eam vero qua concipitur iracundia, animosam & irascibilem & vitalem: qua autem ratiocinamur, rationalem & κατ' ἐξοχὴν principem, atque etiam animæ nomine ψυχικὸν, hoc est animalem, appellari. Est igitur anima in corpore primum agens, eiusque primaria actio vita est, ab hac aliæ ad vitam pertinentes, quas omneis spiritus beneficio perficit, tanquam primo instrumento, in secundaria organa, vt venas, arterias, neruos & musculos permeante sine quibus anima nihil agere potest. Scio quidem Aristotelem multo accuratius animam definiuisse, & paulo supra medici contemplationem, quam tamen, si cui curæ est, requirat in libris ab eo conscriptis de anima.

Cæterum ψυχὴ animantibus quoque tribuitur vt Odyss. ξ: dicitur etiam de plantis atque
» improprie pro sanguine accipitur apud Aristo-
» ph. Spiritum quoque sine flatum significat apud
» Hesych. Sed & locutione hebraicæ linguæ pe-
» culiari hac voce homo significatur: Porro & il-
» lud ex Origene notandum animas Græcis ψυ-
» χαὶ nuncupari ἀπὸ τῦ ψύχειν, quoniam pristi-
» na exutæ caloris vi, ad terrena sint delapsæ, sicut
» vinculi ratione corpus eiusdem linguæ proprie-
» tate vocatur δῆμας, aut etiam sepulchri ratione
» σῶμα.

Ψυχικὴ δύναμις. animalis facultas. Est vis seu pars animæ in cerebro sita, sensus, motus & rationis author. Potest & principium sensus, motus & rationis dici. Hæc enim tria ab animali facultate proficiscuntur, & in cerebro, quo illa veluti in arce residet, perficiuntur, & actiones animales κατ' ἐξοχὴν nominantur. Est autem ea facultas cerebro à propria & inexplicabili ipsius temperie, ex qua spiritus animalis procedit, quo tanquam primario instrumento anima triplices eas actiones exercet. Ac sensum quidem motumque spiritu per neruos transmisso edit. ratiocinatur autem & reliqua principis siue rectricis facultatis munia obit, eo rite in cerebri corpore contemperato. Itaque facultatis animalis tres sunt actiones, quas etiam particulares eius facultates appellare possis, sensificam, motiuam & rectricem: quarum prior quidque sensuum differentijs, altera motibus voluntarijs, tertia imaginationi memoriæ & rationi præest.

Ψυχικὸν πνεῦμα. animalis spiritus. Est substantia omnium tenuissima, per totum cerebri corpus diffusa, primum facultatis animalis instrumentum. Sic enim qui in cerebro spiritus est animalis dicitur, non quod substantia animæ sit, sed quod sit primum eius ibi habitantis instrumentum. Differt autem ille quidem permultum tenuitate à reliquis spititibus, quod & diuinior sit, & ad sublimium rerum contemplationem destinatus. Itaq; tantum abesse debet à corpore, quãto cœlestia terrenis puriora sunt. Eam ob rem non ex re qualibet, sed ex tenuissima quaque substantia producitur, vt inspirati aeris parte

sereniſſima, ſanguinis pro defæcati vapore, & ipſo vitali ſpiritu. Sanguis enim ille ſpiritalis purus & tenuis qui à corde profectus in arterijs cõtinetur, illi admodum familiare eſt alimentum, nec tamen tam propinquum, quin antequam ſpiritus animalis euadat, multum repurgari elaborarique debeat. In hunc autem vſum natura primum quidem nobilem illum plexum retiformem machinata eſt, eumque propterea tam multis arteriarum ambagibus implicauit, quo mora longiore vitalis ſpiritus per eum quali varium quendam labyrinthum permeans, tandem tenuiſſimus puriſſimuſque euaderet. Quo adhuc non contenta, alios præterea ex vario multarum venarum & arteriarum concurſu implexuque ſinus, quos χοροειδεῖς appellant, in duobus anterioribus ventriculis cerebri conſtruxit, in quibus etiam perfectius & ſubtilius excoquerētur. Inde in medium poſtremumque ventriculum peruenit. Quamuis autem tum ventriculi omnes, tum totum ipſum cerebrum eo plenum ſit, maxime tamen in poſtremo ventriculo continetur, in quo non plurimus modo, verum etiã ad animæ vſum præſtantiſſimus habetur. quamuis non contemnendus ſit medius, qui etſi non eſt nobiliſſimus, multis tamen rationibus efficitur, vt duobus anterioribus præferendum eſſe exiſtimemus. Eo autem anima, quæ in cerebri corpore ſedem habere creditur, tanquam primo inſtrumento vtitur, tum ad ſenſum & motum, tum ad reliquas actiones quæ ratione & conſilio adminiſtrantur: ad ſenſum quidem motumque, per neruos tanquam canales in organa ſenſus atque motus influente: ad principes autem actiones ſic temperato, prout natura arcano quodam conſilio expedire intelligit.

Ψυχρότατον dicitur τὸ κέφαλον, id eſt betonica, vt ſcribit Dioſc. gaudet enim frigidis locis, inque ijs læta prouenit. vide κέφαλον.

» Ψυχὸν πνεῦμα. vide πνεῦμα.

Ψυχρολουσία. frigida lauatio, vel in aqua frigida lauatio. huius lib. 1. Celſ. meminit quam non omni » ætati cõuenire tradit, ſed vbi iam corpus iuſtam » impleuerit magnitudinem, nam in adoleſcente » eius incrementum remoratur: vide de huius fa» cultatibus Paulum l. 1. c. 51. vide & Oribaſ. libr. » 10. Collectan. c. 6. 7.

Ψυχροπότης. apud Galen. 9. method. cap. 5. ſic dici» tur medicus qui frigidam ægro exhibere metuit.

Ψυχροποσία. frigidæ potio appellatur, ſiue aquam in» telligamus nulla præparatione talem, quæ ſuapte » natura frigida eſt, ſiue illam quæ artificio quo» dam talis effecta eſt; artes enim habuere multas » veteres diuerſoſque modos aquæ refrigerandæ, » raliſque epotandæ; antiquiſſimis enim tempo» ribus eam Niuibus talem reddebant, vnde niua» tam Theodorus Priſcianus appellauit l. 2. ca. 13. » hic & Athenæus docuit lib. 3. Dymnoſoph. vbi » etiam veteres Niues potaſſe, eaſque in foſſis ma» gnis quibus quernos ramos ſuperinijciebant » conſeruare conſueniſſe memoriæ mandauit. » Quod Plutarch. in 6. ſympoſ. fieri quoque ſo» litum ſcribit cum paleis & rudibus pannis niui» bus circumductis, eaſque ab aere tuentibus, & » frigiditate conſeruantibus: Protagorides li. co» micarum hiſtoriarum 2. quoddam militum An» tiochi regis refrigerandæ aquæ artificium memorat, quo ſcilicet aquam die in Aprico loco ponebant, & quod craſſum erat nocte incipiente excolantes, reliquam noctis partem in hydrijs fictilibus, ſub Dio in editioribus domus partibus exponebant, per totam deinde noctem duo pueri ipſa vaſa exterius irrigabant, atque diluculo incipiente purgantes rurſus, fæcemque ſubtrahentes, & tenuem ipſam aquam maximeque ſanitati idoneam facientes, inter paleas hydrias ipſas collocabant, ſicque demum illa vtebantur: non admodum ab hoc diuerſus erat ille refrigerandi aquam modus quem Galen. in Alexandria atque vniuerſa Ægypto ſeruatum ſe vidiſſe teſtatur 4. comment. 6. Epidem. vbi occidente ſole prius calefactam aquam teſtaceis vaſis inijciebant, eaque vaſa feneſtris ad ventos expoſitis vt tota nocte refrigerarentur ſuſpenſa, deinde ante Solis exortum humi depoſita frigida aqua conſpergebant, ac interdum ipſis folia frigida vitium, lactucæ, & ſimilium circumponebant, vt frigus aquæ noctu acquiſitum interdiu conſeruaretur. Alium refrigerãdi aquam modum fuiſſe diſputat Plutarch. ex Ariſtotele 6. ſympoſ. vbi cotibus & ſilicibus, nec non plumbeis laminis aquæ iniectis eam refrigerari demonſtrat. Cæterum Neronis poſtremum aquæ refrigerandæ inuentum nullo prædictorum ignobilius extitit, qui vt frigoris voluptate abſque niuis vitijs foueretur, aquam decoqui ſibi, vitroque demiſſam in niues refrigerari curabat, quem morem ita inſecuta ætas Romæ obſeruauit vt Neronis decocta fere in ore omnium verſaretur, de qua ſermonem habens Iuuenal. Satyr. 5. ſic ait:

Cum ſtomachus Domini feruet potuque ciboque
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

De hac Galen. intellexit quando 7. meth. memorat ſe interdum ſtomachi ac membrorum intemperiem aqua niuibus refrigerata curaſſe, ὡς ἐν ῥώμῃ (ait ille) σκευάζειν ἔθος ἔχοιεν, παρεσκευάζοντες τὴν κατασκευήν, ἣν αὐτοὶ παρασκευάσειαν διακοπτῶν. Sed de hac decocta num per eam aqua calida intelligeretur vt exiſtimarunt nonnulli vide ſupra διακοπτῶν.

Ψοΐτης μύελος. ſpinalis medulla dicitur Galeno.

Ψώρα. ſcabies. Eſt aſperitas ſummæ cutis ex ea furfures eliciens, cum pruritu & colliquatione corporis. Aſperitas quidem illi cum lepra communis eſt, vt & pruritus & colliquatio corporis, differentia vero in eo eſt, quod in pſora ſummam cutem potius occupet, in lepra vero altius deſcendat: quodque per pſoram cutis furfuracea quædam corpora remittat, per lepram vero in ſquamas ſoluatur. Huius autem aſperitatis cauſa ſiccitas eſt humoris, qui paucior quidem & tenuior pruritum mouet, vſtus vero factuſque craſſior pſoram inducit. Addit & Paulus aliaſpſoræ lepræque differentias, pſoram quidem varie figuratam videri, lepram vero circularibus magis eroſionibus cutem depaſcere. Sed & furfures à ſiccitate proueniunt, ijſque materia ex ſubiectæ carnis colliquatione aſſidua quã calida pariatintemperies, ſuggeritur. Ex melancholico humore naſcitur malum, atq; inter melancholicos affectus numeratur. Hæc quidem Græci de pſora prodiderunt, & omnes quotquot mihi videre licuit interpretes ſcabiem ſunt

interpretati, Plinium credo secuti, qui li. 20. c. 1. scribit, radix cucumeris arida cum resina impetiginem & scabiem, quæ psoram & lichenas vocant, sanat. Idem tamen ca. 17. eiusdem libri scabiem & psoram videtur distinguere. Verum si psora Latinis scabies sit, non videntur Græci de psora plene tractasse, totamque de ea commentationem absoluisse. Siquidem Cornel. Celsus rubicundum esse tumorem in scabie prodidit, ex quo facile intelligitur non semper à melancholico humore nasci. Celsoque consentanea scripsit Auicennas. Præterea ex cute pustulas prodire per scabiem dicit. quasdam humidiores, quasdam sicciores, & exire in quibusdam saniē, fierique ex his continuatam exulcerationem & serpere in quibusdam cito. quas tamen in psora differentias pustularum nemo Græcorum annotauit: non neglexit autem Auicennas, scabiem suam in exorticatam & non excorticatam, in humidam & siccam, in fœdam & non fœdam distinguens. Sed puto equidem Græcos de psora loquutos non tam noua & recenti vt pruritus adhuc esse videatur, quem à sanguine bilioso excitari manifestum est, sed nec tam multum à pruritu recedente, eamque longe progressa, vt proxime ad τὴν λέπραν accedat, quo tempore nō iam simplex est psora, sed ἀγρία, quam feram scabiem Corn. Celsus vocat. Tunc enim in squamas resoluitur, exulceratur, serpit, pustulas & saniem emittit, supraque psoræ modum exasperatur.

» Illaque est quæ ab Horat. lib. de arte poe-
» tica mala scabies appellatur, quam credebāt ve-
» teres Romani contagione ad alios transire; Cæ-
» terum etiam ψῶρα tribuitur arboribus, & inter
» eas ficui apud Theophr. l. 5. c. 10. & lib. 4. c. 16. &
» 5. de caus. plant. c. 12. & Plin. l. 17. c. 24. qui hanc
» latina voce arborum limum appellat c. 7. l. 23.

Ψωρίασις, idem quod ψωροφθαλμία de qua infra: Sed
» & ψωρίασιν author Definit. Medicar. appellari ait
» duritiem scroti cum intensa prurigine, quando-
» que vero etiam cum vlceratione.

Ψωρικὸν. nulla per se materia est quæ ita nominetur, nec natiuum aliquid est, sed ex metallis factitium: nec simplex, sed compositum est. Dioscorides fieri scripsit ex chalcitide, duabus eius partibus cum vna cadmiæ additis, & ex aceto tritis, deinde in fictili positis, obrutisque simo diebus quadraginta per Caniculæ ardores. Alij vero, ait, pares vtriusque portiones in vino terunt, & eadem prosequuntur. At Gal. ad eius confectionem non cadmia sed lithargyro vtitur, eaque tantum in re à Diosc. discrepat. Celsus lib. 6. c. 6. chalcitidis aliquid, & cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteri prodidit, idque in vas fictile additum & contectum ficulneis folijs sub terra reponi, sublatumque post dies viginti rursus teri, & sic ψωρικὸν appellari. Hoc autem ei nomen à propria facultate est inditum, quod contra psoras prosit, & cutis asperitates emendet. Attrahit enim, desiccat, partiumque tenuitatem habet, simulque minus quam chalcitis mordet, citra manifestum calorem, etiamsi ex putredine natum sit. Sed quamuis id medicamenti genus ψωρικὸν proprie dicatur, communi tamen significatione ψωρικὸν dici potest nō id modo, sed aliud etiam quiduis eadem facultate præditum, à qua ψωρικαὶ δυνάμεις, vti & λεπρικαὶ, à Galeno appellantur. Inde etiā Scribonius Largus psorici nomen collyrio cuidam indidit, non tam forte quod psoricum recipiat, quam quod oculorum aspritudini medeatur.

Quale à Gal. describitur 4. κατὰ τόπ. c. 7. ex authore Euemero.

Ψωροφθαλμία. lippitudo scabra, aspritudo oculorum. Non aliud est quam oculi psoriasis. Causa eius est salsus quidam & nitrosus humor. Inde succedunt angulorum exulcerationes, rubores, pruritus. Rubent etiam palpebræ, & lacrymæ salsæ nitrosæque ex oculis stillant. Differt ἀπὸ τῆς ξηροφθαλμίας asperitate, & reliquorum fere symptomatum magnitudine.

Κνιπότης dicta est Hippocrat. vt ait Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις.

IO. GORRÆI PARISIENSIS DEFINITIONVM MEDICARVM.

TO. Ω.

Ὀδὶν. dolor in partu, nonnulli parturigines interpretãtur Hippoc. lib. de dissect. fœtus τὴν ὠδῖνα ξηρὰν καὶ ἐπίπονον appellauit, id est parturiginem siccam & laboriosam, nimirum si quãdo fœtui lochia præmittantur: ὠδῖνα dixerunt Græci totum illud temporis interuallum quo parturiunt mulieres donec pariant.

Ὠκίμαστρον ἢ ὠκιμοειδὲς. dicitur à quibusdam chamæleo niger, vt habetur apud Dioscoridem, quod ocimum redoleat, vt testantur Dioscorides & Nicander scribentes de ixia, quam chamæleonem esse non est dubium. folia fert ocimi, & ramos dodrantales, hirsutos, siliquas hyoscyamo similes, semine vt gith, nigro prægraues. Semen eius tenuium partium est & siccans citra mordacitatem.

Ὠκιμοειδὲς. dicitur à quibusdam τὸ κλινοπόδιον

Ὠκίμον. pedali altitudine prouenit, surculosum, ramulis, teretibus, folio muralis herbæ, vel mercurialis, aliquanto minore, diluti viroris. floret particulatim, primo parte inferiore, demum superiore, flosculo candido, semine vesco pulloque cui cortex obducitur. Radix vnà descendit in altitudinem, crassa & admodum lignosa, cæteræ ab radicibus funduntur exiles & prolixę. Galenus Paulusque ob humorem excrementitium internis partibus vt officiẽtem cibis abdicarunt, externis tamen proficere non inficiantur. Qui in contraria sunt opinione, Plinius & Dioscorides, asseuerant & stomacho prodesse, quod inflationes eius discutiat ex aceto sumptum, & insanos odoratu recreare. Ocimo tamen plerusque in opsonijs vti ex oleo & garo, Galenus tradit.

Hesychio βοτάνη εὐώδης dicitur herba odorata quam & βασιλικὸν à vulgo vocari ait vt Suidas quoque testatur: à celeritate proueniendi dictam herbam fuisse Plin. cum Varrone testatur, è Græco quod ὠκὺς dicunt; Rursum Plin. l. 17. c. 22. ocymum (inquit) appellabant antiqui pabulum vmbræ patiens quod celerrime proueniat; est certe nihil ocymo fœcundius ipsumque cum probris ac maledictis serendum præcipiunt vt lætius proueniat, teste non solum eodẽ Plinio l. 19. c. 7. verum etiam Theophr. histor. plant. l. 7. c. 3. vnde discimus quid sit cantare alicui ocyma apud Persium Satyr. 4.

Cum bene discincto cantauerit ocyma vernæ,

Hoc est maledictis ac probris incessere, καταρᾶσθαι καὶ βλαγφημεῖν. Cæterum sunt & qui significantius per ζ scribendum ὄζιμον existiment ab ὄζω quod redolere significat, quod herba tota suauissimum spiret odorem.

Ὠκύφων. vox apud Aretæum l. 2. de acut. cap. 3. quæ syncopes affectui videtur attributa ex appellatione vulgi, sic dicta quasi celeriter interficiens vt ibidem videtur indicare; Quid enim inquit maius, quid celerius syncopæ facultate; Sed Crassus interpres notat vocem ὠκύφων exclamationem esse indignantis, Dij vestram fidem cuius mali nomen est.

Ὠκυτόκιον φάρμακον. medicamentum dicitur partum accelerans apud Hipp. 1. γυναικ.

Ὠλέκρανον. pars brachij est: gibber à Gaza dicitur apud Aristotelem. Est autem articulus quo cubitus lacerto iungitur. ἀγκῶνα Hippocrates appellauit, eo nomine acutam & vere gibberam partem designans cui innitimur. Dores qui in Silicia versabantur, κύβιτον vocabant, vt scripsit Ruffus: estque apud Epicharmum κυβιτίζειν ἀντὶ τοῦ ποιεῖν τῷ ἀγκῶνι. Sunt vero qui non ipsum totum articulum sic vocari censeant, sed ex ijs tuberculis & processibus, qui ea parte siti sunt, quos κορώνας vocant, eum proprie qui maior & posterior est. vide χείρ. Scribitur & διὰ τοῦ ο.

Ὠλέκρανον Camerarius quasi ἄκρον seu κάρανον τῶν ὠλενῶν id est lacertorum caput dici ait.

Ὠλένη. sic dicitur à quibusdam cubitus, siue os inter duos articulos, ἀγκῶνα & καρπὸν, medium. alio nomine πῆχυς appellatur.

Ὠλεσίκαρπος. sic dicta est salix à veteribus, quasi fru-

gipeda, quod ocyſſime amittat ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat.

Ω' ἀμόλινος. ſiue diuiſis nominibus ἀμὸς λίνος. farina hordeacea, quaſi cruda farina, ad differentiam polentæ quæ torretur. Verum Latini interpretes crudam omittunt, lectori id intelligendum relinquentes. Ac quanquam id nomen commune ſit omnis farinæ, attamen κατ' ἐξοχὴν de hordeacea intelligitur, cui aliquando etiam ex ſuperabundanti additur πτισάνη, vt ἀμόλινος πτισάνη. Quod ſi alijs farinis id nomen aptatur, tunc apponitur frugis nomen, vt πυρίνη ἀμόλινος ἢ λινοσπόρμη.

" Quod autem abuſiue de alio quouis farinarum
" genere nuncupetur, docuit Galen. in exeg. illic
" & addens eo nomine à veteribus appellari tam
" tenuiores quã craſſiores & non torrefactas hor-
" dei farinas; apud Abſyrtum vero legimus ἀμόλυ-
" γα Græcorum mixtionem quandam fuiſſe ex fa-
" rinis fœnugræci, ſeminis lini, & hordei æquali
" pondere confarctis. Cælius autem Aurelianus
" Acutorum 2. cap. 24. & 37. Interdum ſimplicis
" pollinis cataplaſma, interdum pollines aqua ſo-
" lutos à Græcis ἀμόλυνον vocari tradit, & Galen. 6.
" κατὰ τόπ. cap. de angina, eo nomine inſigniuit ca-
" taplaſma, ex farina hordeacea in hydrelæo cum
" butyro diſſoluta, inflammationibus & anginis
" ſuppurandis idoneum. Porro videtur cruda ſeu
" pura farina ἀμόλυνος dicta ad differentiam ἀλφίτων,
" hoc eſt, polentæ quæ ex hordeo toſto fiebat, at-
" que hoc Plin. ſignificabat lib. 22. c. 25. Inquiens
" polentam à farina hordei diſtare eo quod torre-
" tur.

Ω' ἀμίαια φλὲψ. humeralis vena. Eſt ramus venæ cauæ clauiculas ſupergreſſæ per omoplatam in brachium deſcendens. Hic ramulum ſtatim ab origine dimittit in ceruicis tum cutim, tum muſculos externos, deinde alium in partem gibbam omoplatæ, ſub qua poſtea in brachium fertur. Hoc quidem loco primum humeralis proprie dicitur, ante enim adhuc eſt ὠμοκλείδιος, ſic dicta quod ſuper claues feratur. Procedit autem inter muſculum deltoidẽ & tendonem muſculi pectoralis, & ſuper membranam carnoſam recta & exterior paulo deſcendit, ad cubiti flexum ſub cute conſpicuus, in macris præſertim, & cum magnus eſt & turnidus, ſurculis obiter in muſculos brachij vicinos & cutim dimiſſis. Hic autem paulo ſupra brachij apophyſim externam bipertitus, ramo interno, cum pari ramo venæ axillaris coit in venam communem, quæ ſuper radij finem foras egreſſa, varie in manum externam abſumitur; externo autem ſecundum radium deſcendit ad ipſius dimidium: hic deinde obliquus foras exit, & ad carpum axillaris ramo auctus, manum externã ſæpe totãnutrit, præſertim è regione paruorum digitorũ. Ramus autẽ interdum textus cũ dictis duobus natus, in flexura cubiti deflectens, in muſculos eius loci abſumitur, quibus etiam dicti duo rami numeroſe diſtribuuntur. Porro eandem venam Galenus ſæpe πλατὺ ἔξω φλέβα vocauit, hoc eſt externam, ad differentiam axillaris quam πλατὺ ἔσω φλέβα, quaſi internam, nominant: vulgus nunc cephalicam appellat, quod ad capitis morbos magna vtilitate ſoleat ſecari.

Ω' μωγέροντες. crudi ſenes appellantur à Galen. 5. de
" ſanit. tuenda c. 3. qui adhuc obire ciuilia negotia
" poſſunt, quales qui in prima ſenectutis parte cõ-
" ſtituti ſunt qui robur quidem non ſanitatem ta-
men amittunt, neque eodem modo ad labores " ſufficiunt quomodo qui in ætatis vigore ſunt. " Ab anno autem 50. ad 60. illi perdurant. "

Ω' μοκοτύλη. Polluci idem ſignificat quod ἐνπύπωσις, " id eſt, humeri cum bracchio articulus. "

Ω' μόλινον. linum crudum ſignificat quo ad vſtionem faciendam vtitur Hippocr. in Iſchiade lib. " περὶ παθῶν, & lib. de fiſtulis; & lib. 2. γυναικ. dicit " μοτὸν ἀμολίνου καὶ ὑγιαίνει indere, pro linamentum ex " crudo lino intortum, quod Paul. ἐρεώδη μοτίδιον " appellat lib. 6. c. 5. Legitur vero & apud Galen. " hoc ἀμολίνου vocabulum, cum alibi tum in libris " ad Glaucon. & lib. 1. τῆς κατὰ τόπ. Sic vero Aetius li. " 10. cap. 19. probat frictiones ex ἀμολίνῳ. Apud " Paul. ἀμόλινον Budæus interpretatur, linum, filũ, " filamentum. Erat vero huius ἀμολίνου vſus in ex- " tergendis etiam à lotione manibus. vt ex Athe- " næi lib. 10. ſub finem diſcere eſt. "

Ω' μομυλὶς. arbor dicta à quibuſdam ἀπιμυλὶς atque ἀμαμυλὶς, atque etiam ὀπιμυλὶς. de quibus vide ſuis locis. Sunt, vt refert Athenæus, qui pyri genus crediderint. alij vero malum ſylueſtrem & montanam intelligunt quod Theocritus ἀγριομαλίδα appellauerit.

Ω' μὸν. crudum. Dicitur proprie in fructibus, quod ad eos ἡ ὠμότης proprie pertineat, vt ſcribit Ariſtoteles lib. quarto meteor. quemadmodum ſuo loco poſtea dicemus. per metaphoram tamen non modo fructus, ſed cibi, humores & morbi à medicis ὠμοὶ appellantur. Ac in ipſis etiam cibis ὠμὸν dicitur multipliciter, & primũ quidem cibus ὠμὸς, id eſt crudus dicitur, qui licet in ſuo genere perfectus ſit, nullam tamen ab externo calore mutationem alterationemque perpeſſus eſt, vt cum carnem vel perdicis vel galli, vel aliã etiam optimam crudam vocamus quæ nondum aſſa ſit vel elixa. Aliter vero crudum cibum dicimus, qui quamuis optime ab externo calore alteratus coctuſque ſit, à noſtro tamen calore difficillime concoqui poteſt, ſed humores omnino crudos generat. In humoribus vero crudum tribus modis dici inuenio. vno cum crudus humor appellatur, qui manat cibo perfectam cõcoctionem non adepto, non quod illi vitium aliquod inſit, ſed propter ſui copiam vel propter caloris natiui imbecillitatem: quomodo liquidam pituitam & bilem pallidam atque aliam quæ intra bilis flauæ naturam reſtiterit, crudam appellamus: hæc enim facile poſſunt perfectam concoctionem aſſequi, ſi calor moderatus adſit. hinc proprie ἀπεπτοι, ipſaque eiuſmodi cruditas ἀπεψία nuncupatur. Altero vero crudus humor vocatur craſſus & frigidus, qui à cibis eiuſdem generis, craſſis & viſcoſis gignitur. Atque is eſt, vt ait Galen. lib. 10. τῆς κατὰ τόπους, & libro primo de alliment. facult. quem proprie ὠμὸν χυμὸν, hoc eſt crudum ſuccum ſiue humorem, nominare conſueuimus. Is differt craſſitie à pituitæ ſuco crudo quidem & frigido, non tamen craſſo, vt qui humiditatem multam habeat & ſpiritum flatulentum. Crudus vero hic ſuccus proprie nuncupatus, talis eſt: quale id apparet quod in vtinis ſubſidet puri quandoque aſſimile. verum pus & graueolens & lentum, crudus vero ſuccus craſſitie & colore illi duntaxat eſt ſimilis, vt qui neque graueolens eſt neque lentus. hunc hurnotem ὑαλώδη, hoc eſt vitreum, Praxagoras vocauit: iuniores autem, & inter eos Philippus, ſimpliciter crudum, nullum aliud nomen adijcien-

tes, vt exquisitius distinguerent. Coqui tamen & ipse tandem potest à robusto calore atque in alimentum conuerti, nisi aliam præterea maligniorem qualitatem errore aliquo nanciscatur, ob quam morbificus euadit & febres præsertim epiales producit. Tertia vero significatione crudus humor dicitur, qui vitiosa qualitate & à natura aliena præditus morborum causa est. Secúdum hanc pituita tum acida tum salsa, sanguis in locum quendam præter naturam affluens, bilis vtraque quam calor immodicus adusserit, atque omnis adeo putris humor & naturæ molestus, crudus dicitur. Secundum eam etiam Hippotes lib. περὶ διαίτης ὀξέων, cruda tum à capite, tum à thorace attrahi biliosa dixit. In cuius loci explicatione Galenus, Biliosa, inquit, cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quanquam mutata nutrire non possint, vt bilis vtraque, & qui ἰχῶρες dicuntur. Verumtamen quoniam & talia euincit natura, Hippocrates cocta eiusmodi excrementa dicere consueuit quæ à natura euicta sunt, cruda vero quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis quæ concoquuntur fieri ait, quanquam pars nulla pure nutriatur, sicuti ex crudis proprie vocatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis assequuta, & prorsus cocta corpus nutrire possunt. Sic igitur bilioſi humores concoquuntur, velut sanguis qui phlegmonem committit, in pus vertitur. Tunc autem coctionis nomen in suo vniuersaliore significato accipimus. Est autem vniuersalius cum natura causis fortior fuerit, permutaueritque eas suo robore. Hoc sane aliquando contingit aquosis etiam illis humiditatibus quæ per vrinas excernuntur, atque ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quanquam corpus ex coctis vrinis ali non possit. Generali præterea hoc concoctionis significato vtimur, cum vel catarrhum, vel coryzam, vel fluctes ex his ἰχῶρες, vel humiditates quæ ex oculis manant, aut coctas aut crudas esse dicimus. Ad hunc modum & bilem vel crudam, vel incoctam, vel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem flaua admodum est & acris & male olens, cocta autem & pallidior & minimum male olens. Hæc Galenus: ex quibus colligi potest postremum hoc crudi humoris significatum vniuersalius esse, quemadmodum & ἀπέψιας, cui huiusmodi ὠμότης opponitur. Ab hoc autē & morbus ipse crudus nominatur, quamdiu videlicet noxius humor resistit naturæ conanti ipsum mitificare, & in meliorem statum reducere. vide πέψις.

Ὠμοπλάται. scapulæ. humeri, scoptula apud Celsum, vel, vt alij legunt, scopula operta. Sunt ossa duo (vtrimque videlicet singula) post thoracem in dorso sita, clauibus & brachio inarticulata. Sunt autem hæc ossa, vt scribit Galenus admodum inæqualia, & omnibus suis partibus dissimilia. Foris enim gibba, intus sima existunt: item ima basi tenuia ac longa, superno fine crassa & parua. Vtraque autem omoplata duobus ossibus inarticulatur, summa quidem sua spina seu acromio claui per synarthrosim, cauitate autem suæ cernicis (de qua mox) ipsi brachio per diarthrosim. Habent omoplatæ singulæ tres apophyses: vna ῥάχις, hoc est, spina, dicitur, ab eius basi incipiens, primum humilis & depressa, deinde sensim elatior facta & amplior, donec desinat in acromion. Altera vero ἀυχήν, hoc est cerux, à Galeno vocatur: est enim processus omoplatæ in ceruicem admodum breuem, cui parum cauatæ inseritur brachium. Ac quamuis ceruix proprie sit os paulo angustius, caput rotundum sustinens, dicitur tamen hæc apophysis etiam ceruix, quæ velut exacto capite in cauitatem abijt: tertia vero apophysis interiore in parte est, cornicis & corui rostro similis, vnde κορώνη siue κορακοειδὴς vocatur, & à cauitate & mucrone anchoræ ἀγκυροειδὴς, σημοειδὴς quod ζ literam Græcam curua figura repræsentet. Sed hoc loco operæ pretium est distinguere nomina multum sibi vicina, de quibus Rufus in partium hominis nomenclatura sic scripsit: τὰ ἀπὸ τῶν νώτων ἐπὶ τοὺς ὤμους κατήκοντα, ἐπωμίδες. ὦμοι δὲ, αἱ κεφαλαὶ τῶν βραχιόνων. ὠμοπλάται δὲ, τὰ ὀπισθόμυα τῷ νώτῳ πλατέα ὀστᾶ, ὧν ἡ διὰ μέσου ῥάχις, ῥάχις. ἀκρωμία δὲ, αἱ συνδέσεις τῶν κλειδῶν καὶ τῶν ὠμοπλατῶν. ἰγδόμυες δὲ, αἱ κατακλεῖδες. hoc est, quæ à tendine ad humeros perueniunt, epomides. humeri autem, capita brachiorum. scapulæ autē, ossa lata quæ dorso insident. quorum eminentia quæ per medium excurrit, spina. acromia autem, copulæ clauium & scapularum. ab his autem deinceps ea ossa quæ cataclides nominantur. Galenus comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, ὦμος, inquit, appellatur quicquid in articulo scapulæ cum brachio apparet sensibus: ἐπωμὶς autem pars est τοῦ ὤμου superior, quæ ad collum vergit. Quod autem sensui non est manifestum parte postica, os est ὠμοπλάτη dictum. Theodorus apud Aristotelē scapulas vertit quas Græci ὠμοπλάτας dicunt. Cæterum eæ qua parte in spinam deuexæ latiores sūt & tenuiores πτέρυγα apud Pollucem appellantur: vbi autem crassiores factæ coarctantur, & tandem acutiores prominent, πτερύγια ab alarum similitudine vocantur: qua vero parte dorso insurgunt iuxta primas vertebras κωλόφα, Latini caninas prominentias appellant. χελώνιον autem pars gibberosa scapularum dicitur, tegmini τῆς χελώνης persimilis. In cuius medio humilis vallecula secundum spinam decurrit, quam Hyginus interscapilium appellat: nam veteres scapilium pro tergo vsurparunt. Pollux id spatium inter scapulas cauum, quod secundum longitudinem ad lumbos porrigitur, κρίσιν nuncupat, dicens, τὸ μέσον κατὰ μῆκος ἄχρις ὀσφύος ἐν τῷ νώτῳ κοιλαινόμενον, κρίσις καλεῖται. hoc est, quod medium secundum latitudinem est vsque ad coxam in dorso cauatum, crisis vocatur. forte quod dextram partem à sinistra διακρίνει, hoc est, discernit & disterminat.

Ὦμος. humerus. Proprie dicitur id totum quod in articulatione brachij cū omoplata apparet sensibus. Rufus κεφαλὴν τῶν βραχιόνων, hoc est: caput brachij, appellauit. apud Aristotelem fere pro humeri articulo accipitur quem Celsus scapulam vocat. Reuera autem ὦμος non est aliud quam articulus ipse brachij cum omoplata.

Sed & ὠμοὶ Ruffo & Polluci appellantur quæ vtero vtrimque sunt.

Ὠμοταρίχος. salsa, siue sale condita thynni caro, vt scribit Dioscorides. Nomen habet ex crudis thynnorum carnibus & salsamento compositum. De thynni autem carne dicitur κατ' ἐξοχήν. Reliquarum enim carnium salsamenta simplici nomine ταρίχη dicebantur.

Ὠμότης. cruditas. authore Aristotele lib. 4. meteor.

Est ἀπεψία ἡ ἐν τῷ ὠμῷ πεπάνσεως. hoc est, alimenti in fructibus inconcoctio. Est enim eo authore species ἀπεψίας, contraria τῇ πεπάνσει. Inconcoctio vero illa non est aliud quam humor fructuũ indefinitus. Facit autem ὠμότητα duplicem, πνευματικὴν & ὑδατώδη, pro rerum videlicet quæ coquuntur differentijs: potest vero & ex vtrisque mista esse. Prouenit ob defectum caloris natiui, aut huius quod in fructu coqui debet immensam copiam. Et hæc quidem est propria authore Aristotele ὠμότητος significatio. Verum, vt idem, ait, quemadmodũ ἄπεπτον, sic etiã ἀμότης multipliciter dicitur. Nam & alui excremẽta & vrinæ & catarrhi ὠμοὶ dicuntur, quod à proprio calore non vincantur neque consistant. Sed & testa & fictile etiam dicuntur cruda, quod ab externo calore non sint euicta. vide ὠμὸν.

Ὠμοτοκεῖν. crudum fœtum parere. Non est autem idem prorsus crudum & abortiuum parere. Dicitur enim ὠμοτοκεῖν de ijs tantum quibus per vim solicitatur partus, quo maiora pericula vitentur, nimirum quum mater sic habet vt conceptum perficere non possit, aut perfectum citra vitæ discrimen edere non valet. Tunc enim præstat fœtum immaturum corrumpere, ante legimum pariendi tempus.

Ὠμοτομεῖν. significat crudum abscessum & nõdum maturum secare. Declarat id manifeste, simulque causas reddit Paulus libro 6. c. 34. his verbis: ἰσχὺν ὅτι πρὸ τελείας εἰς πύον μεταβολῆς ἐνίοτε ὠμοτομοῦμεν τὰ ἀποσήματα, διὰ τὸ πλησιάζειν ἢ ἀρτηρίοις, ἢ νεύροις μείζοσιν· ἵνα μὴ τῇ ὀπιμένῳ σήψει ζωωδιαφθείρηται σαὶ θραυσμὸς, ἢ τι τῶν ἀναγκαίων. hoc est, scire conuenit quod ante perfectam in pus versionem aliquando crudos abscessus secamus, quod proximi sint vel articulis vel principibus partibus: ne longiore putredine vna corrumpatur iunctura aut aliquid necessarium corpori. Idemque paulo postea tradit Hippocratem vicina digitis apostemata ante perfectam maturitatem cruda secare præcipere, quod metuenda sit perforatio.

Ὠμοτριβὲς ἔλαιον. crudum oleum, hoc est, ex crudis & nõdum plene maturis oliuis expressum. idem etiam ἐμφάκινον vocatur, hoc est acerbum. Refrigerat & adstringit.

» Quanquam autem vocem ὠμοτριβὲς non me-
» mini me alibi legere præter quam de oleo ex nõ-
» dum maturis oliuis expresso, quod & ἐμφάκινον
» dicitur, vt apud Dioscor. lib. 1. c. 26. etiam tamen
» de absinthio dicitur apud eundem lib. 2. περ.
» vbi laudatur absynthium ὠμοτριβὲς ad ictericos
» cap. 59.

Ὠόν. ouum. Id vocamus quod vbi in fœtura perfectum est, eius ex parte principio animal constitit, reliquum vero alimento ei quod gignitur est. Constat enim ouum duabus maxime partibus, lutea & alba, per membranam inter se discretis: ex quarum alba pullus initium suæ generationis accipit, perinde atque homo ex semine, ex lutea autem nutritur & incrementum sumit, non aliter quam humanus fœtus ex sanguine menstruo, sicut pluribus verbis atque apertius Aristoteles libro sexto de histor. animal. demõstrauit. Et habent quidem omnia oua duo ista partium discrimina, nisi vel incubatu vel aliter vitium traxerint. Sunt autẽ præter hæc & quæ χάλαζαι, id est grandines, dicuntur, vitelli initio adhærentes, quæ nihil ad generationem plærisque videntur conducere. has duas esse certum est, alteram parti superiori iunctam, alteram inferiori. Vmbilicus etiam ouis, inquit Plinius, à cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine. Non est aliud, inquit Alexander, quod orbis vniuersi, quem mundum vocamus, speciem euidentius quam ouum demonstret. Nam & in sphæræ faciem conglobatur, & vitalem potentiam obtinet, & ex quatuor constat elementis. Ouum quippe qualitates elementorum omnes complectitur, & quatuor illa rerum primordia plane in se sita ostendit. Tegmentum enim testaceum, terræ proximum est, siccum namque & frigidum: albumen aquæ cognationem gerit, humidum enim & frigidum: spiritus in albumine contentus pro aere est, calidus enim & humidus: vitellus ignem repræsentat, plus enim calidus, minus siccus, neque colore igneo vacat. Ita ergo temperatum ouum alimẽtum corpori præstat temperatissimum & optimum, præsertim si coctione non deprauetur: facile concoquitur, cito digeritur, multum nutrit, & pene nihil excrementi relinquit, nec vllus est alius cibus, qui in ægritudine alat, neque oneret, simulque vini vsum & cibi habeat. Id quod de recenti intelligi debet, quod vt optimum est, ita vetus habetur deterrimum. Spectantur autem in ouis duæ maxime differentiæ, quarum vna circa substantiam, altera penes coctura rationem est. Pro propria quidem substantia gallinarum ac phasianarum oua præstantiora sunt, deteriora vero anserum & struthio camelorũ. Quinetiam tum gallinæ tum anseres tum reliquæ volucres minime volaces, vt perdices, columbæ, pauones, substantijs diuersa patiunt: alia quidem ex coitu, alia vero sine coitu, quæ ἀπόλυμα & ζεφύρια, Latinis subuentanea & irrita appellantur. Ea minus iucũdi saporis esse & magis humida perhibentur, quam quæ fœcunda gignuntur. Sunt etiam sterilia, quod humor eorum crassescere incubatione non potest, sed tam candida, quam lutea eius pars similis sibi perseuerat. Ad eam differentiam reduci possunt tum quæ χῆτα, tum quæ οὔρια vocantur. Ac χῆτα quidem vocãt, quæ cum triduo incubata fuerint, tota lutea euadũt. Cuius nominis ratio in obscuro adhuc est. Credo autem ita dici ea oua à quibus pullus excludi incipit, vt quæ findantur atque rumpantur exeunte pullo. Alij autem non χῆτα sed συκῆτα malunt appellare, forte quod intus ficubus similia sint. Οὔρια vero, quæ & κυνόσυρα dicuntur, hoc est canicularia, sunt oua deprauata, corrupto intus vitello: id quod æstate & alio quouis tempore calido solet contingere, vel vt Plinius vult, incubatione derelicta. Multiplex quoque est quæ ex coctionis modo sumitur ouorum differentia. Eorum alia πρωτὰ, alia ῥοφητὰ, alia πνικτὰ, alia τηγανιστὰ dicta sunt. Vocantur autem ea τρεμαντὰ, hoc est tremula, quæ exempto putamine in aqua coquuntur eatenus vt non durescant. Sic enim cocta vbi ab aqua exemeris, si dimoueas, manifesto tremere videbuntur. Si facta sunt duriora, ἑψητὰ dicuntur. ῥοφητὰ vero, hoc est sorbilia, sunt quæ simul cum putamine ante ignem coquuntur, eatenus vt liquida adhuc & minime coacta densataque maneant, & facile sorberi possint. eadem si duriora euaserint, ἑπτὰ sunt. Sed præstant tremula sorbilibus. Multum enim tremula nutriunt, sorbilia minus quidem nutriunt, sed aluum magis mouent, & gutturis

asperitates læuigant. In vtroque genere quæ plus æquo cocta sunt quam vt tremere vel lorberi facile queant, duriora sunt, crassiorem procreant succum, difficilius concoquuntur & tardius permeant: quæ tamen vitia magis insunt ijs quæ in calidis cineribus assantur: ὀπτὰ vel ὀπτηστὰ dici possunt. Cæterum cum tremula lorbiliaque bona sint, mala vero elixa atque assa, medium locum inter ea obtinent quæ πνικτὰ, hoc est suffocata, veteribus dicta sunt, si modo mediocrem nacta fuerint coctionem. Hoc autem modo parari solent: Oua vbi oleo, garo, ac vino modico conspersa erunt, in vase duplici coquuntur, prius obturato eo quo ipsa continentur, donec modice crassescant. Tunc enim & melius quam dura concoquuntur, & alimentum corpori præstantius præbent. Quæ vero supra modum induruerunt, elixis assisque similia fiunt. Meminit & Galenus alterius coctionis ouorum, quæ superne caldarijs infunduntur. Sed ea vel sunt cum sorbilibus eadem, vel eo tantum differunt quod hæc igne sicco, illa autem in calore humido coquantur. Sunt qui ea ἑψητὰ nominent. Omnium vero pessima habentur πεπωτὰ siue πηγιστὰ, hoc est frixa, sic dicta quod in sartagine quæ Græcis tum πέπων tum πήγανον vocatur, eorũ coctio perficiatur. Ea dum coquuntur, nidorem acquirunt, & non modo crassum, sed prauum etiam atque excrementitium succum subministrant.

Ὠὸγαλα. lac ouis permixtum interpretatur Cornar. » Cibus est dysentericis commodus tũ ab Aetio » lib. 6. c. 45. tum Paulo lib. 3. c. 42. proditus ad » humorum acredinem contemperandam, præter » nutrimentum, quod ex illo abunde corpori ac- » cedit, quare etiam refocillandis viribus imbe- » cillis congruens ab eodem Aetio li. 11. c. 18. per- » scribitur.

» Collyrium διὰ ὠῶν. ab ouis sic vocatum descri- » bit Trallian. libr. 2. c. 6. vtile multis oculorum » affectibus.

Ὠὰ οὔεια, & οὐεια. oua dicuntur quæ generationi » inepta sunt quasi flatuosa, οὖρον enim ventum » Græci appellant, quo argumento etiamnum ab » Homero mulos dici οὐρῆας coniectant periti, re- » censetq; Eustath. διὰ τὸ ἄγονον, id est, ob insitam » non gignendi proprietatem, quod eorum semen » ἀνήματον, id est, spirituosum flatuosum & proin- » de fœcunditatis nescium sit.

Ὠὸειδὴς ὑγρὸν. humor oculi albugineus, quem magis vsitato nomine anatomici ὑδατοειδὲς appellant, de quo vide suo loco.

Ὥρα. tempus anni. dicitur & καιρὸς. Est pars anni insigni quadam temperie prædita. Proinde cum annus multifariam diuidi possit, non dies, non mensis tempus anni dici potest, sed vt sunt quatuor summæ temperamentorum differentiæ, ita annus in quatuor tempora genere siue specie differentia distinguitur, quæ veteres ver, æstatem, autumnum & hyemen nuncuparunt. Ac quãquam in circulo motus principium nullum esse videatur, sed à quolibet pũcto incipere possit, quia tamen anni singuli humanæ vitæ curſum videntur imitari, quodammodo repuerascentes, rursusque senescentes, ideo à vere totius anni exordium sumẽdum esse veteres recte statuerunt. Est enim pueritiæ simile, sicut etiam æstas ætati florenti, autũnus declinanti, hyems autem senio. Sed & quam hæ temperiem habent, eandem & ipsa anni tempora sortiuntur. Horum autem author sol est, hunc maxime orbem exornans & concinnè disponẽs. Siquidem eius accessione decessuque aer eas quatuor generales mutationes experitur, & ordinatas quidem semper, si solis modo motum consideremus: inordinatas vero variasque, si alia spectemus quæ necessario cum solis motu concurrũt. Sunt enim rerum omnium duo principia, ordinatum quidem quod à cœlo est, à quo omnia decus & ornamentum capiũt, inordinatum autem quod ex hac mundi materie proficiscitur. Hæc quia inconstans est, etiam inconstantẽ annum & inconstantia eius tempora plærumque facit, nec permittit eandem semper temperiem seruare. Quo fit vt æstate quæ calida & sicca esse debet, pluuiæ aliquando & frigora sint, hyems sicca aliquando euadat, & veris temperies autumno similior existat. Sunt autem hæ mutationes particulares, & καταστάσεις proprie appellantur. Quas tamen nonnulli non tam ad materiæ indefinitionem atque ἀταξίαν, quam ad varias astrorum motiones & coniunctiones referẽdas censent: inter quos est & Hippocrates: adeo multa syderum ortui & occasui tribuit. Siquidem ijs anni tempora distinguere videtur non minus quam solis motibus, Vergiliarum ortum statuens initium æstatis esse, non aditum solis ad cancrum: & similiter hyemis principium, non quando sol in capricorni signum ingreditur, sed Vergiliæ occidunt. Aliter enim medicos, aliter astrologos distinguere æquum est: hos quidem motum modo solis spectantes, illos vero temporum potius affectiones & temperiem considerantes, tanquam causas magis propinquas sanitatis atque aduersæ valetudinis. Fuerunt autem ex antiquis aliqui qui septem anni tempora statuerent, vt annotauit Galenus comment. in libr. de morb. vulgar. Verumtamen quatuor modo sunt, authore Hippocrate, quæ ὥρεα proprie appellantur. Inter quæ quoniam æstas donec declinare incipiat & in autumnum vergere, iucundissima placidissimaque est, ὥρα κατ' ἐξοχὴν aliquando dicitur, vt scribit Galenus, duratque diebus quadraginta, quorum viginti ante: Canis exortum sunt, reliqui post eius ortum, ita vt in eius temporis medio Caniculæ ortus contingat. Cuius etiam rei hoc argumentum est, quod reliquum postremumque æstatis tempus ὀπώρα, τὸ ὀπὸ τὴν ὥρα, vocetur. vid. in dictione ὀπωρινὸς, & in dictione χέρσος.

Ὥρα. quoque dicitur tempus ætatis florentis, seu » ætatis flos & vigor.

Ὡραῖον. tempestiuum. quod cuique anni tempori conuenit dicitur. aliter ab Hippocrate καθεστὼς Aphor. 8. li. 3. id est, constans & quod propriam seruat temperiem, quemadmodum in comm. Galenus explicauit. Sicut autem ἡ ὥρα κατ' ἐξοχὴν ætatem significat, ita aliquando ὡραῖον dicitur quod peculiariter æstate accidit, eaque maxime parte quæ ὥρα vocatur. In hac significatione ὕδωρ ὡραῖον dixit Hippocrates libro 6. τῶν ἐπιδημιῶν, vt comment. in eum quarto Galenus annotauit, aquam quæ eo ætatis tempore descenderit, non autem vernam vt quidam interpretati sunt, quod nemo veterum vernum tempus peculiari nomenclatura ὥρην appellarit. Ab eo quoque significatu fructus ὡραῖοι appellantur, quod eo fere tempore omnes fructus existant, alij decli-

nantes, alij incipientes, alij in suo vigore, aut vltra citraue consistentes. Quos tamen Galenus non ob id solum ὡραίους à veteribus nuncupatos fuisse credit, quod eo tantum tempore sint, sed quo ipsos ab ijs qui reponi atque alseruari possunt, distinguerent. Nam & triticum & hordeū & plæraque legumina æstiuam atque anniuersariam habent generationem, sed non facile citoque corrumpuntur, veluti cucurbitæ, mora, pepones, melopepones, persica & id genus alia, quæ ob id fugacia Latini appellant. Ac quamuis cucurbitæ caro, vacuato eius semine in hyemem reponatur & sicca alseruari possit, fieri tamen non potest quin eius natura in contrarium immutetur, cum tritici, hordei, atque aliorum eiusmodi cerealium seminum natura sēper vna & eadem perseueret, maneantque substantijs talia, qualia erant cum iam inde ab initio ætate fuerunt perfecta. Sunt autem omnes ὡραῖοι fructus humidi, praui succi & corruptibilis, frigidi atque flatulenti, atque vbi corrupti sunt, similes venenis deleterijs euadunt.

Ω. ῥᾶϊον. collyrium est διαβρόδων, cuius descriptio habetur apud Galenum libro 4. τῶν κατὰ τόπους.

Ω. ῥᾶϊον τρεῖχος. genus sallamenti inter macra præstantissimi. Fiebat autem ex pelamide minore sale condita.

Ω. ῥᾶϊον ὕδωρ. aqua temporaria dicitur Hippocrat. 6. Epid. sect. 4. partic. 19. quæ autem hic dicatur videtur inter antiquos Hippocratis interpretes controuersum, vt Gal. annotauit in comment. Aliqui enim temporariam intellexerunt, congruenti tempore delapsam, quod minime Galen. admittit. Alij vt idem notauit, magis inter pluuias laudarunt ὡραίας, id est, verno tempore cum impetu excretas. Cuius sententiæ fuisse visus est Ruffus Ephes. lib. 2. de potionibus vt videre licet apud Oribas. libr. 5. collectan. ad Iulian. c. 3. Reprehendit tamen Galenus sententiam hanc quod nullus ex Græcis scriptoribus ὥραν vernum tempus peculiari nomēclatura appellauerit. Itaque vt Gal. annotauit comment. 4. in 6. Epidem. ὡραῖον ὕδωρ vocanda est aqua æstiua, seu quæ æstatis tempore descenderit, quod media æstatis pars apud Græcos ὥρας nomen obtinuit, in qua etiam fructus qui ob eam rationem ὡραῖοι dicuntur, aut maturuerunt, aut maturescere incipiunt. Tempus vero illud est dierum fere 40. In cuius spatij medio caniculam fere exoriri contingit, vt docet Galen. 2. de aliment. facult. c. 2.

Ω. ῥέοντων. id est, φερομένων. nam & cura ὥρα dicitur, vt explicat Galenus in lexico Hippocratis.

Ω. ῥοῦ, id est, ἐνιαυτῷ. anno. vt explicat Galenus. Manuscriptus codex in expositione habet ἐνιαυτόν. vnde suspicari aliquis possit legendum ὦρι pro ὥρου.

Ω. ῥυὰ κολλύριον. collyrij nomen perutilis ad tenues fluxiones inueteratas, & myiocephala. descriptio habetur apud Actium lib. 7. c. 33.

Ω. ῥῶσαν. id est ὥρμησαν, impetum fecerunt. vt explicat Galen. in lexico Hippocr.

Ω. τά. aures. vide οὖς.

Ω. σάκτα. idem omnino apud Hippocr. atque ὡς ἐλάχιστα interprete Gal. id est quam minimum, non autem quam minime sicut omnes fere perperam exponunt interpretes, dum quale pus esse debeat Hippocr. statuit, quàm minimum fœtere debere ait, non autem quam minime, vt scilicet bonum sit & laudabile. Celsus enim c. 26. lib. 5. In peioribus putris conditionibus habuit male olere, vt nihil olere in melioribus, at parum quidem Hippocrates.

Ω. τὰ λύγα. aurium dolor. non omnis quidem, sed is proprie, vt veteres appellare consueuerant, qui in profundo ad meatum auditorium mouetur, sicut Galen. comment. in prognost. annotauit.

Ω. τὰ τυγχύματα. instrumenta sunt chirurgica, quibus aliquid in aures infunditur. Aurifusoria specilla dici possunt. Celsus alias strigiles, alias auriculares clysteres appellat.

Ω. τὰ τιλά. apud Hippocratem significat recens vulnus, & aliquando cicatricem, vt annotat Galenus comment. 1. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, itemque in lexico Hippocratis.

Ω. τὰ τικὸν. quod ad aures pertinet. vt ὠτικὸς κλυστὴρ, auricularis clyster, cuius Galenus libro 3. τῶν κατὰ τόπους aliquoties facit mentionem, & ὠτικὸν φάρμακον, auriculare medicamentum.

Qualia multa recenset Galen. 3. κατὰ τόπους. c. 1. quæ ὠτικὰ vocat, seu ὠτικὰς διαιρέσεις ex veterum libris descriptas, & Trallian. lib. 3. c. 3.

Ω. τικὸς. dicitur medicus qui aures laborantes curat, vt ὀφθαλμικὸς qui oculos.

Ω. τικὸς κλυστὴρ. clyster Auricularis Cælio libr. 2. τῶν χρον. c. 1.

Ω. τὸς δάκτυλος. auricularis digitus, & minimo proximus.

Ω. χετεύματα. effluxiones & exitus habet. vt annotat Galenus in lexico Hippocratis. à verbo ὀχετεύειν, quod significat Deriuari.

Ω. χρα. terræ species est colore luteæ, à quo nomen habet. Duorum generum est, vna natiua siue fossilis quæ ex Attica olim deferebatur præstantissima, nunc autem ex Dacia atque Hungaria: altera factitia quæ ex plumbo adusto fit, aceto extincto, & nominatur vsta. pictoribus magis vsurpata. Vri tamen potest & natiua, atque lauari cadmiæ modo, vt scribit Dioscorides, qui ochram commendat leuissimam & omnino luteam, saturatam, non lapidosam, friabilem. Tribuit ei vires adstringendi, erodendi, collectiones & tubercula dissipandi, excrescentias in carne reprimendi, caua cum cerato explendi, & articulorum tophos comminuendi. Paratur ex ea emplastrum quod διὰ ὤχρας dicitur, valens ad vibices flagrorum, excoriationem & collisa, & describitur ab Aetio lib. 15.

Ω. χρόλευκος γλαῦσσα. vide γλαῦσσα.

Ω. χρὸν. luteum. pallidum. Colore ignem omnino refert, estque reuera tale, qualis ea terræ species quam ὤχραν vocant. Medio colore est inter flauum & album. Quippe si flauum albo miscere libeat, quod ex ambobus constat, pallidum euadet. In vinis id experiri licet, sicut Galen. lib. 5. sanit. tuend. annotauit. Aquæ enim admistum flauum vinum, eiusmodi colorem reddit. Licet vero & in humoribus: misto namque aquoso excremento cum flaua bile, pallidus humor nascetur, quem tamen non sub alio humoris genere quam bilis medici comprehendunt, sed pallidam bilem vocant. Ac si amborum quidem æqualis mistio est, vere ὠχρὸν fiet, quod tanto candidius est flauo, quod ξανθὸν Græci vocant, quāto flauum rubro. Sin autem plus aquosi humoris est, ὠχρόλευκον euadet siue ex pallido albicans: si vero flauus aquosum exuperet, ὠχρόξανθον, hoc est, ex pallido flauum, apparebit. Abutuntur ta-

men interdum Græci propria τοῦ ὠχροῦ καὶ τοῦ χλωροῦ significatione, vocantes aliquando χλωρὸν eum hominem quod proprie ὠχρὸς dici deberet. Siquidem videntes aliquos pallidos, qui ὠχροὶ vere dicuntur, interrogant causam, vt scribit Gal. ob quā hi tam repētē χλωροὶ facti sint, non existimantes differre ὠχρὸν ἀπὸ τοῦ χλωροῦ. Ex qua loquendi consuetudine idem scripsit aliquot locis τὸ χλωρὸν duo significare, ἰώδη καὶ ὠχρὸν, hoc est, æruginosum & pallidum, æruginosum pro viridi accipiens, quali præditam esse lactucam omnes nouerunt, & qui longe magis ab albo distat quam pallidus. Est enim nigrior quam rubidus, & initium quoddam nigri liuidique, cum pallidus ad album proxime accedat. vide πυῤῥὸν.

Ὀξυκρᾶτα ὄξεα. spiceæ vrinæ vide supra ὑποχωρήσεις.

Ὄροβος. leguminis genus est, folio vt cicercula oblongo, vermiculis vt item cicercula obnoxio, sequutis post imbres calotibus. Gaza modo ciceram, modo eruiliam interpretatur. Columella tamen ciceram non tam leguminibus quam pabuli generibus annumerat. Sunt qui ochros etiam phaselos appellari scribant. De his apud Galen. lib. 1. de aliment. facult.

Ὠχρὸς οἶνος. vinum pallidum vide indictione οἶνος, vbi ordine Alphabetico vinorum insigniores differentiæ expositæ sunt.

FINIS.

Errata ſic corrigito.

Pag. 2. columna 1. dirigendi, lege digerendi. p. 3. c. 1. mutero l. numero. pag. 4. c. 1. auri l. lauri. pag. 9. c. 1. oculis l. oculus bouis. Ibid. c. 2. Agnitas l. aquilas. pag. 10. c. 1. bauibus l. à quibus. ibid. habitu. l. halitu. p. 18. c. 2. vrſino l. viſiuo. p. 19. c. 2. Afficit & in l. Abdita & in. pag. 30. c. 1. Αλεξάνδρου βασιλέως l. Αλεξάνδρου βασιλέως. pag. 36. c. 2. Ναθαρτικὸς l. Καθαρτικὸς. ibid. Παρθικὸς l. Ναφθικὸς. pag. 56. c. 2. linea 63. poſt has voces (Ἀνθέμιον ἢ Ἄνθεμον) hæc adde (apud Theophr. appellatur ἡ Ἄνθεμις) deinde hæc (ſed & Ἄνθεμον. pag. 73. c. 1. ſine euentu l. ſiue euentus. pag. 116. coniuio l. conuiuio. pap. 148. priuinis l. pruinis. p. 239. c. 1. & linea 1. fert l. ctus voluptatem adfert, idcirco. pag. 244. c. 2. voci poſtreme (in) ſubnectes qua. pag. 276. c. 1. conueniente l. conniuente. ibid. c. 2. ὀλιγοτραῖοι l. ὀλιγότροφοι. pag. 287. c. 1. contunduntur l. conduntur. pag. 291. c. 1. vlceri l. vteri. pag. 324. c. 1. primum l. prunum. pag. 459. c. 1. ſcilicet circunductionem l. aſelli circumductionem. pag. 470. c. 2. habitu l. halitu. pag. 589. c. 1. contrahuntur l. contrahunt. pag. 675. c. 1. longe dyſentericis l. longe diſſimili. ex eo fit trochiſcus dyſentericis.

Alia fortean & plura ſunt ſed minoris momenti, quibus pro ſuo iudicio ſuccurret Lector beneuolus.

PVLSVVM DIFFERENTIÆ. X.

Ex Galeni Isagoge & Paulo, ex quibus sumantur.

1. πχὺς. velox. qui pauco tempore multum spatij conficit, seu qui arteriam breui tempore multum distendit.
   σύμμετρος. mediocris, qui in motu medio modo se habet. Is autem naturalis est.
   βραδὺς. tardus qui longo tempore parum spatij metitur, seu arteriam distendit.
   } Sumpta est hæc differentia ex tempore motus, siue ex qualitate motus, siue ex quantitate temporis, motus & spatij simul.

2. μέγας. magnus qui longus, latus, & profundus simul est, seu per quem arteria in eas tres dimensiones dilatatur.
   σύμμετρος mediocris. amborum medius, qui & naturalis est.
   μικρὸς. paruus. qui breuis, strictus, humilisque simul est
   } Sumpta est hæc differentia à quãtitate diastoles. Cum enim arteria, vt & corpus omne, tres habeat dimensiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, qui longitudine excedit, μακρὸς, hoc est longus, vt qui deficit, βραχὺς, hoc est breuis, dicitur: qui latitudine mediocritatem superat, πλατὺς, hoc est latus, vt illi contrarius στενὸς, hoc est angustus vocatur: qui vero secundum profunditatem excedit, ὑψηλὸς, hoc est altus: qui deficit, ταπεινὸς, hoc est humilis, appellatur.

3. σφοδρὸς. vehemens. qui diastole sua medici tactum euertit, seu qui vehementer impellit, & valenter ferit. Hic si non facile mutatur, naturalis est & moderatus.
   σύμμετρος. mediocris. qui nec tactum euertit, nec ab eo etiam euertitur. Non est secundum naturam, vt quidam putant, sed præter naturam, vt languidus authore Galeno.
   ἀμυδρὸς. languidus qui à tactu euertitur, aut qui tactum languide ferit.
   } Sumpta est hæc differentia à diastole, seu à qualitate occursus & ictus arteriæ, seu à tono & vigore arteriæ in feriendo & distendendo.

4. μαλακὸς. mollis cum arteria in occursu, siue in diastole sua ceu tenera ac carnosior apparet.
   σύμμετρος. mediocris, inter mollem durumque medius, qui & naturalis est.
   σκληρὸς. durus cum veluti siccior, & in modum corij rigidior arteria occurrit.
   } Sumpta est hæc differentia à consistentia organi seu statu corporis arteriæ, seu à qualitate tunicarum arteriæ.

5. πλήρης. plenus qui arteriam in sua diastole pleniorem repræsentat, & occursum eius humiditate plenum.
   σύμμετρος. mediocris. inter plenum & vacuum medius, qui & naturalis est.
   κενὸς. vacuus. qui digitorum impressione considet, seu qui aeris modo arteriam excitat, vt digitorum impressione loci inanitas occurrat.
   } Hæc differentia sumpta est à quantitate infusionis humorum arteriæ, seu à contentis in capacitate arteriæ.

6. θερμὸς calidus quando arteria calidior apparet quam partes vicinæ, vt in febre hectica.
   σύμμετρος. mediocris, seu temperatus, qui calidi frigidique medius est.
   ψυχρὸς. frigidus. in quo arteria frigidior sentitur.
   } Hæc pulsus differentia impropria videtur, sed quam tamen quidam addendam censuerunt, sumptam à caliditate & frigiditate arteriæ, non minus quam quartam differentiam, ab eiusdem humiditate & siccitate depromptam.

7. πυκνὸς frequens. quando breue tempus est inter diastolen & systolen.
   σύμμετρος mediocris inter frequentem & rarum medius.
   ἀραιὸς. rarus quãdo quietis tẽpus inter diastolen & systolen mediæ longũ est.
   } Sumpta est hæc differentia à tempore quietis, seu à quantitate temporis quietis.

8. εὔρυθμος. qui rhythmum seruat proprium ætati, naturæ, sexui, temporis anni, &c cuius aut in quo fit pulsus.
   ἄρρυθμος. ἢ κακόρρυθμος.
   - περίρρυθμος. qui rhythmum vicinæ ætatis, naturæ, sexus, temporis anni, &c proprium seruat.
   - ὑπερρύρυθμος. qui rhythmum remotioris alicuius ætatis, naturæ, sexus, partiannis, &c mutuatur.
   - ἔκρυθμος. qui nullius ætatis, naturæ, sexus, partis anni aut reliquorum rhythmum seruat.

   } Sumpta hæc differentia est à rhythmo, id est modulo, mensura & proportione quadam. Est autem rhythmus proportio temporis motus, vt diastoles, ad tempus motus systoles: vel quietis, vt interioris, ad tempus quietis exterioris: vel motus, vt diastoles, ad tempus motus alterius: vel motus & quietis, vt diastoles & suæ quietis, ad tempus motus systoles & quietis ipsi succedentis. Is quidem est in omni motu, ægre tamen noscitur, nisi in vehementissimo.

9. ἴσος. id est æqualis,
   - Absolutè. Sic dicitur, in quo omnes pulsuum differentiæ pares manent.
   - Secundum quid: vt velocitatem, magnitudinem vel aliquam aliam differentiam, vnam, aut plures, non tamen omnes. Sic dicitur pulsus, in quo omnium insequentium pulsuum par est celeritas, magnitudo, frequentia, &c. Dicitur etiam ἴσος.

   ἀνώμαλος. id est, inæqualis,
   - In pluribus pulsationibus magnitudine imparibus & inæqualib. apparens, qui συνεχὴς dicitur, estque cognitu facilior.
     - In vna parte arteriæ. Hic autem in duobus tantum generibus, primo & tertio inuenitur, cum velocius & vehementius, vel contrà, circa vnum medici digitum moueri incipit arteria, & definit moueri tardius aut languidius, vel contra. In hoc autem pulsu motus inæqualis, in eadem parte arteriæ sed non eodem tempore factus, vel est
       - συνεχὴς, id est, continuus & non intercisus.
         - ἀνισοταχὴς. impariter velox. Qui à velocitate in tarditatem trãsit, & contra.
         - ἀνισοσφυγὴς. impariter vehemens. Qui à vehementia transit in languiditatem, aut contra.
       - διαλείπων. hoc est intercisus. Qui intercidit quiete, & post eam velocior euadit: hic proprio nomine δικροτίζων, id est caprizans, dicitur. Vnicus pulsus est, non geminus, quod licet bis tactum ferat, id tamen in vna diastole fiat.
       - παλινδρομῶν. hoc est repetens. Qui repetit ac recurrit, & secundo tactum ferit post absolutam diastolen, antequam systole absoluta sit. δικρὸτος proprio nomine dicitur. Is non est pulsus vnus, vt putat Archigenes, sed multiplex.
     - In vna pulsatione, seu diastole, quæ est cognitu difficilior.
       - In diuersis partibus arteriæ. Hic per omnia pulsuum genera inuenitur, sed manifestior est in quantitate diastoles seu magnitudine. In hoc autem pulsu motus inæqualis varius est.
         - συνεχὴς. Qui continuus manet, æqualis vel inæqualis. Cuius plures sunt differentiæ pro pulsus magnitudine, longa, breui, media. Nam si motus occurrit digitis duobus, sex erunt necessario differentiæ: si tribus, viginti quatuor: si quatuor, 78. consurgent.
         - διαλείπων. hoc est, intercisus aliqua ex parte, seu interruptus. Huius differentiæ primæ sunt quatuor. Nam si motum sentiat digitus primus & tertius, non 2 & 4, nouem erunt differentiæ: si vero 1, 3, 4, non etiam 2, aut 1, 2, 4, non etiam 3, differentiæ 27 erunt: si vero 1 & 4, non etiam 2 & 3. differentiæ 9 fient.
         - μέγας κατ' ἔκτασιν. Si magnus apparet in parte arteriæ superiori, paruus in inferiori iuxta ægri pollicem.
         - μέγας τετανικὸς ἢ ὑπερτετανικὸς Si magnus circa duos medios digitos sentitur, minor secundum extremos.
         - κυματώδης. vndosus. In quo non tota simul distenditur arteria, sed pars superior & cordi vicinior primũ, deinde alia secundo digito tacta, mox alia tertio, postremo quarta, pollici ægri vicinior, motu manente continuo in modum vndarum sese attollentium. Inæqualis est in magnitudine, vehementia, velocitate, consensu partium arteriæ. Ob id in eo, vt tribus sequentibus, composita inæqualitas à Galeno dicitur.
         - σκωληκίζων. vermiculans. gressui vermis similis: cum scilicet vndosus totus in paruitatem minuitur: hic paruus, languidus, frequens & non obscure tardus est.
         - μυρμηκίζων. formicans, seu formicarum motui similis: cum scilicet vermiculante imminuto, & multis motibus abolitis, pulsus fit minimus omnium, languidissimus, frequentissimus, nec tamen velox, vt putauit Archigenes. Hic rudes fugit, nullum tunc esse arbitrantes. Cæterum tres prædictos pulsus distinguit quantitas & magnitudo non qualitas.
         - ἕκτικος. febri hecticæ, phthisi & empyemati proprius. Hic nullam magnam mutationem sustinet, sed vt febris ipsa perpetuo similis manet.
         - σπασμώδης. conuulsorius. In quo vtrinque ab extremis retrahi, tendi & conuelli videtur arteria, instar chordæ tensæ, & in quo, vt in vibrato, à suo situ traducta est arteria.
         - κλωνώδης. vibratus. In quo maior diastole est, & arteriæ quædam partes sursum, aliæ deorsum eodem tempore feruntur, instar iaculorum valida manu emissorum, arteria tamen nec retrahi, nec conuelli videtur.
         - πρίων. serratus. Cum alia pars arteriæ elata distentaque alia minus, ob inæqualem ex phlegmone duritiem videtur esse. Vibrati quiddam simile habet. Velox est frequens, non semper magnus.

10. τακτικὸς. ordinatus. hic in singulis pulsuum generibus inuenitur.
    - Absolute, quando semper est ordo certus circuituum, parium, magnitudine, velocitate, frequentia, &c. Vt si duo pulsus magni fiant, deinde duo parui, iterum duo magni, deinde duo parui & sic deinceps, eiusmodi pulsus inæqualis est, ordinatus ex toto seu absolute. Similiter & in alijs generibus.
    - Secundum periodos & circuitus, quia ordinem continuum non seruat, nec habet omnes periodos pares, sed per quendam numerum: vt si duo magni pulsus fiãt & duo parui, deinde tres magni & tres parui, postea quatuor magni & totidem parui: deinde ceu rursus incipientes duo magni & duo parui, post tres magni & tres parui, atque similiter deinceps. Sic enim primo circuitui quartus est similis, & secundo quintus, & tertio sextus. Hic pulsus ordine participat in omnibus similiter periodis, inordinatione in singulis. Ob id Paulus hunc pulsum speciem facit inordinati.

    ἄτακτος. inordinatus, qualium corrumpat.
    } toto seu absolute tantum dicitur, vt qui nullam prorsus circuitus formam seruet, sed præter paritatis corruptionem ordinem quoque periodorum similiter inæ-

Præter has decem differentias à Galeno duæ, quæ sumuntur
- A situ arteriæ { sursum, deorsum, prorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum. } traductæ.
- A motu arteriæ, cuius pars vna prius, altera posterius in eodem pulsu distenditur, sicut in vndoso & vibrato.



ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΘΗΡΙΑΚΑ.

NICANDRI THERIACA,

Interprete Io. Gorræo Parisiensi.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM Carolum, Cardinalem Lotharingum.

PARISIIS.

M. DC XXII.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI CAROLO LOTHARINGO,
Io. Gorræus. S. P. D.

CVM plurimarum rerum vbertate & copia regnum hoc Galliæ, quod incolimus, opulentissimum sit; & exteris gentibus admirabile, Princeps illustrissime, non paruam tamen eius bonis & laudibus accessionem adiungi existimo, quòd serpentibus & venenatis animalibus careat. Vt enim ad benè beatéque viuendum non est satis hominem virtutibus abundare, sed à morbis etiam, & animi perturbationibus, & reliquis molestijs abesse debet, quæ felicitatem ipsam peruertunt & labefactant: sic nullam regionem omni ex parte beatam existimare oportet, etiam si bona illi omnia cumulatissimè suppetant, nisi salubris sit, & ab omni pestis genere libera. Nam quod homini ægritudo miseriæque sunt quibus premitur, id in vniuerso, cuius imaginem & simulachrum in pusillo hominis corpore expressum esse sapientes memoriæ prodiderunt, monstra venenatæque animantes videntur esse, à cæli malignitate, & succi terrestris putredine genitæ: quemadmodum & morbi in homine à caloris intemperie, & humorum vitio excitantur. Itaque regiones eiusmodi animalium feraces non possunt felices censeri, sed contrà & pestilentijs infames, quas aër cùm natura sua, tum mortuorum serpẽtium halitu grauis inuehit, & hominum terrore metúque desertas, quem illæ & iter facientibus, & operi intentis incutiunt, & demorsorum etiam cædibus miseras fieri necesse est. India atque ante omnes Ægyptus rerum pulcherrimarum fertilitate & præstantia ab antiquis commendantur, futuræ illæ quidem multò celebriores, nisi in illa diræ serpentes per syluas & saltus genitę, in hac verò hippopotami, crocodili, multáque alia pernicioſa animalia per campos Nili exundationibus humentes exorta, plurima deserta & inculta relinquerent. Nec verò eas modo terras, sed alias pleraſque gentes, & nobilissimas totius Græciæ prouincias pestes illæ infestarunt, Pontum, Caspias portas, Samum, Lemnum, Delphos, vbi Pythonem Apollo sagittis confecit, & ipsam denique Achaïam, in qua natam immanem hydram ad paludem Lernæam Hercules dicitur interemisse. Nec Italia quidem ab his immunis extitit, in qua Amyclas à Laconibus olim conditas inter Caïetam & Tarracinam à serpentibus deletas fuisse proditur, vt & ab locustis ciuitatem in Aphrica pulsam, ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos, in Æthiopia à scorpionibus & solpugis gentem sublatam, & à scolopendris abactos quondam Otrerietes commemorant. Itaque præter reliquas miserias in quas vniuersum genus hominum nascitur, earum regionum incolis nouus hic labor

additus est, & pro se quisque necesse habuit ijs malis remedia quærere, quæ Theriaca appellentur, quibus aut serpentes morsu prohiberet, aut si cauendo vitari morsus non posset, se tamen periculo mortis liberaret. Nos verò & clementiore terra, & salubriore cœlo fruentes, sicuti ab his monstris liberi tutiq; degimus, sic nunquam in eiusmodi remediorum indagatione & inuentione fuimus occupati, sed hactenus eam ferè totam medicinæ partem ita negleximus, vt non dubitarim cùm Nicandrum in manus sumpsi & nostris hominibus Latinè reddendum suscepi, hunc meum laborem supertuacaneum multis visum iri, iisque maximè qui propter inertiam aut ignauiam nulla in re, quæ non faciat πρὸς τὰ ἄλφιτα, vt Græci loquuntur, operam omnino collocandam esse putant. Ego verò etiam si existimabam medicinam quam nos Galliæ tractamus, theriacorum cognitione facilè carituram fuisse, non sum tamen ab opere instituto reuocatus, quòd quemadmodum regiæ opulentiæ est non modo suppellectile necessaria non carere, sed omnis etiam generis χειμηλίους in thesauro reconditis abundare: ita medicinæ si nihil omnino deesset, longè præstantius esse iudicarem. Quam quidem rationem quoniam à te Princeps illustrissime, qui quotidie virtutem virtutibus accumulas, probari certò scio, ecce tibi Theriaca mea, quæ ex Græcis Latina feci, in fidem ac clientelam tuam commendo, ne quis ea tanquam Gallicæ medicinæ inutilia, vel me quasi otio nimio diffluentem, & meliores horas in studijs parum frugiferis malè consumentem crimineturNec certè inter tot viros quos habet Gallia, & virtutibus & ingenijs florentes, te vno dignior alius occurrit, cui ea nuncupare & dedicare debuerim. Nam vt monstra feræque nobis desint, tamen non diuinarum atque humanarum legum contemptus, non auaritia, non luxuria, non alia denique vitia, ferarum venenis multò deteriora & pestilentiora defuerunt, quibus quidem eluendis atque expurgandis, improbos coërcendo, iudicia reformando, leges condendo, monendo, adhortando intantum sub optimo & Christianissimo rege Henrico desudasti, vt iam velut alter Hercules, ἀλεξίκακος, aut Σωτὴρ, aut si quod aliud illi nomen tot depulsis malis veteres dederunt, appellari mereare. Macte igitur virtute esto, nec generosos istos spiritus ac conatus remitte, donec vniuersam Galliam velut à venenatis animantibus, sic ab his monstris & pestibus animi vacuam atque liberam habeamus.

Vale.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΘΗΡΙΑΚΑ.

NICANDRI THERIACA,

Interprete Ioanne Gorræo Parisiensi.

ΠΕΙΑ κέ τοι μορφάς τε, σίτη τ' ὀλοφώϊα θηρῶν
Ἀπρεϊδῆ τύψαντα, λύσιν δ' ἐπιφαλκέα κήδεϊ,
φίλ' Ἑρμησιάναξ πολέων κυδίστατε παῖδων,
Ἐμπεδα φαιήσειμι. σὲ δ' αὖ πολυηρὸς ἀρότρεὺς
Βωμούς τ' ἀμήσει, καὶ ὀρεσιτρόπος, ἰύτε καθ' ὕλιν
Ἢ καὶ ἀροτρεύοντ' βαθὴν ἐπὶ λοιγὸν ὀδόντα,
Τοῖα παραφρασθέντος ἀλεξητήρια νόσων.
Ἀλλ' ὅτοι κακοεργὰ φολιδώγια, συῶ καὶ ἀΐγειρος
Ἐμπαὶς, ἴχαί τε καὶ ἄλθεα μυῖα γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν γε
Ἀτρεΐδης μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις
Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖ.
Τὴν δ' ἁλαζήνεια κόρη τιτηνὶς αὖτε
Σκορπίον ἐν κέντρῳ τιθηνωθμόν, ἧμος ἐπῆρχε
Βοιωτῷ τύχησε κακὸν μόρον Ὠαρίωνι,
Ἀρχαίτης ὅτι χερσὶ θεὴν ἐδράξατο πάπλων.
Αὐτὰρ ὁ γε σιβαρῷ κεν σφυρὸν ἤλασεν ἴχνεϊ
Σκορπίος ἀτρεϊδὴς, ὀλίγῳ ὑπὸ λαῖτ λοχήσας.
Τῷ δ' ἥρως ἐρίσημον ἐν ἄστρασιν ἁπλανὲς αὖτως,
Οἷα κυπλατέοντος, ἀείδελον ἐτεύξατο.
Ἀλλὰ σύ γε σαθμοῦ τε καὶ αὐλίν ἑρπετὰ φύλλων
Ῥηϊδίως ἐκ παῖπα διώξεαι, ἢ ἀπ' ἐρίπνης,
Ἠὲ καὶ αὐτοπόνοιο χαμευνάδος, ἧμος ἀϋτμὴ
Φευγόντων ἀναλέος θέρεος πυρίτατον ἀΰτμιλον,
Αἴθοπος ἐν καλάμοισι φίσας ἀκρέπερος ὦδυς,
Ἢ καὶ ἀν' ὑλήεντα παρὲκ νόφον, ἢ καὶ βάσσης
Ἐσχατιὴν, ὅθι πλεῖστα κινώπετα βώσκεται ὕλιν,
Δρυμοῖς καὶ λασίῃσιν, ἀμορβαίοις τε χαράδραις.
Καί τε παρὲξ λιπαρὸν δῶμ' ἀρότμου, ἢν' ἴνα πίῃ
Πρῶτα κυϊσκομένη σκιδὲ χλοάοντας ἰάμνους.
Τῶμος, ὅτ' ἀναλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας
Μῶλις ὀπιπεύων, ὅτε φωλεὸν εἴσατο φεύγων
Ὀμπνιην ἀμβλώσει. μαράθου δ' ἑάγματος ἕρπεϊ
Βοσκηθείς, ὠκύν τε καὶ αὐχένα τίσεται.
Θειμβρίῃ δ' ἐξελάσεις ὄφεων ὀπλωδέα κῆρα,
Καπρίῃσιν ἐλάφοιο πολυστιβέος κεραίῃσι,
Ἄλλοτε δ' ἀζαλέῃσι κρίων ἐγγαγγίδα πίτνῃσι,
Ἢν ὑδὲ κρατερῷ πυρὸς ἀφικόμενα ἐρυθῇ.
Ἐν δ' πολυχιδέος βλίτρου πυρὶ βάλλε χαίτας.

ET variasformas, & diro dente ferarum
Incautos morsus, tum quo medicamine noxam
Depellas, reliquis maior mihi sanguine iunctis
Chare Hermesianax, facili tibi carmine dicam.
Te modo siue metunt, aut terram vomere versant,
Seu ligna excindunt, percussi dente maligno
Agricolæ obseruant hæc amuleta docentem.
Serpentes sæuos tetróque phalangia morsu,
Vipereúmque genus, terræque incommoda mille,
Titanum fama est fuso exilysse cruore.
Vera Melisæo si quondam Aseræus in antro
Hesiodus cecinit Permessi ad fluminis vndas.
At verò algidicum Titania virgo creauit
Scorpion, armatum stimulo caudáque tremendum,
Bœoto pœnas ex Oarione reposcens,
Sacram auso manibus vestem temerare Dianæ.
Qui latitans parui caco sub fornice saxi,
Duram improuiso violauit vulnere calcem.
Cuius ob id tanquam venantis, in astra relatum
Sidus, & immotum magno fulgore coruscat.
Sed cuncta è stabulo longè septísque fugabis,
Si libet aut ima lectum consternere terra,
Siue alto pendere loco, cùm Sirius agros
Vrit, et ardorem stipula proiectus inani
Declinans, dormis dum temperet aëra vesper,
Seu prope frondosum tumulum, seu valle sub ima,
Multus vbi syluas, atque horrida pascitur anguis
Arbusta & dumos, & fossas luce carentes.
Seu te ampla æquato spatio tenet area, molli
Siue iaces, campos vbi primùm contegit, herba,
Quando senectutem & squalentia tergora serpens
Exuit egressus latebris, et corpore tardus
Luminibúsque grauis conquirit vere marathrum,
Quo vigor atque acies redeant in lumina pasto.
Nam potes ardentes pestes depellere, cerui
Ramoso si vis suffire cubilia cornu,
Aut flammis etiam petram mandare gagatis
Arentem, rapido quæ non consumitur igne,
Multifidæve comas filicis accendere flamma.

Serpentum ortus.

Quæ suffitu serpentes abigant.

Acrem quinetiam radicem canchry ferentem
Delige, & æquali naſturcia lance remiſcens
Vrito, vel iuuenis ſimul arida cornua damæ
In trutina ſtatues, paribuſque melanthion addes
Ponderibus, vel ſulfur olens, atrúmue bitumen.
Threïcium pariter Vulcano trade lapillum,
Qui lymphis madidus flamma collucet, at idem
Protinus affuſo flammam reſtinguit oliuo.
Illum carnuori, pecudes dum rure ſequuntur,
Paſtores ad nos primùm vexere repertum
Flumine Threïcio, quem Pontum nomine dicunt.
Quin & galbaneos ferula ſuccendere odores
Et iuuat vrticam, tum ſerræ pectine aheno
Deraſam cedrum. latè hæc ſuffimina fundit,
Et procul exagitat tetro nidore chelydros.
Sic ſpelæa illi fugient, latebriſque recedent,
Túque ſolo recubans placido ſatiabere ſomno.

Quæ inſtrata ſerpentes abigant.

Si grauis hic labor eſt, & noxiam proxima ſuadet
Feſſa opere exacto gratæ dare membra quieti,
Inſignem foliis calaminthem ad fluminis oras
Veſtiga rapidi, liquidis vberrima creſcit
Illa locis, & aquæ magna dulcedine capta
Luxuriat ramis, fluuiósque & littora cingit.
Viticis aut longæ ſectis molire cubile
Caudicibus, poliue olidis inſternere ramis.
Carpe echium pariter vel origanon, abrotonique
Agreſtem ſobolem quæ montis valle ſublima
Candicat, & ramos ſerpylli inquire per arua
Serpentis, quod humo natum vdam repit, agenſque
Radices foliis, multa propagine viuit.
Candentes agni flores, humiliſque conyzæ
Luſtra oculis fruticem, ſpiniſque onogyron acutis.
Aſpera puniceæ pariter lege germina mali,
Et viridem aſphodelum longa ceruice decorum.
Strychnúmque & duris ſcyra deteſtanda bubulcis,
In venerem paſtu rapientia vere iuuencas.
Necnon peucedanum, cuius grauis aëra complens
Pellit odor colubros, hominúmque occurſibus arcet.
Hæc ſtrato raptim per agros compone cubili,
Sed partem curuis etiam ſuperinyce luſtris.

Quæ inuncta ſerpentes abigant.

Sin cedri baccas figlino vaſe vel olla
Triueris, atque agiles humore perunxeris artus,
Peucedanique comas grauis, aut ſylueſtris oliuo
Cæſariem arentem libet intriuiſſe conyzæ
Aut quas peſtiferi morſus fert ſaluia vindex,
Detritam aut limæ radicem laſeris addas,
(Sæpe etiam humanæ terrentur odore ſaliuæ)
Siue oleo intuſam quæ roſcida degit in hortis
Erucam viridi maculatam terga colore,
Aut maluæ agreſtis cymam caulésque tenellos
Artubus obducas, duces ſine vulnere noctem.
Et pilæ in gremio factæ de marmore binos
Nobilis abrotoni frondentes intere ramos.
Queis admiſce obolum pendentia cardama, et vnà
Quantum dextra capit pertunde recentia dauci
Semina piſtillo, et formati ritè per orbes
Paſtilli vento expoſita ſiccentur in vmbra.
Hos in vaſe teras, mox obline membra liquatis.
Sin autem è triuiis miſtos, dum vruntur amore,
In venerémque ruunt, angues concluſeris olla,
Diſces quo valeas medicamine tollere peſtes.
His verò cerui, quam cingunt oſſa, medullæ
Haud veteris iunges ter denas pondere drachmas,
Congij et addatur rhodini pars tertia, primum
Quem vocat et medium vnguentarius et polytripton.
Par pondus crudi purique accedat oliui,
Et ceræ quadrans. hæc amplo vaſe coquantur
Confuſa, è ſpinis donec caro tabida circùm
Concuſſu exciderit facili. mox accipe factum

Η εὖτε καχρύσειαν ἰλὼν πιεδαλπέα ῥίζῳ,
Καρδάμῳ ἀμμίξας ἰσοῤῥικέϊ. μίσγε δ' ἐνοῦσαν
Ζορκὸς ἐὸν πλάστιγγι νέον κέρας ἀσκηθὲς ἰσάς,
Καὶ τ' μελανθὲς βαρυκλὲς, ἀλὸς θεὸν,
Ἄλλοτε δ' ἀσφάλτοιο φέρων ἰσορῥικίαν μοῖραν.
Ἢ σύ γε θρῄκιον εἰ πλέξας πυρὶ λᾶαν,
Ἢ τ' ὕδατι βρεχθέντα σπλάσσοντας, ἔσβεσε δ' αὐτὸν
Τυτθὸν ὅτ' ὀξυόωντι σπέρμα δύντος ἐλαίου.
Τὸν ἀπὸ θρῃκίης νομέες ποταμοῖο φέρον),
Οἳ πόντον καλέουσι, τόδε θρῄκες ἀμοιβαῖ
Κρειοφάγοι μήλοισιν ἀεργηλοῖσιν ἔπον),
Ναὶ μὴν καὶ βαρύοδμος ὅτ' φλογὶ μειρθέντα
Χλιζαίνῃ, ἄκνησις τ', ἢ ἡ πειόνιον τομαίην
Κέδρος πυλυόδμοις κατα-ψηχθεῖσα γλοείοις,
Ἐν φλογὶ καπνὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν.
Τοῖς δὲ γρηγμὸς κοῖλα καὶ ὑλήρεις ἴυγγας
Κενώσεις, δαπέδῳ ἢ πισὸν ὕπνιον κορέσῃ.
Εἰ δ' τὰ μὲν καμάτῳ ὀπιδύνεται, ἄλγε δέ τοι νὺξ
Αὖλιν ἄγει, κοίτῃ δ' λιλαίεται ἥδιον αὐύσαι,
Τμῆσαι δὴ ποταμοῖο πολυῤῥαφέος χθ' δίνας
Τρηχαλέῃ καλάμῃσιν ὀπάζειο χαιτήεσσιν.
Πολλὰ γὸ λιβάδες πιφύξεται, ἀμφὶς ἐείλη
Ἐρσήεσσι, ἀχαιάλοισιν ἀλλοιοῦσθαι ποτιμοῖσιν.
Ἢ σύ γ' ὑποσρίσσαις, λύγον πολυανθέα κέψας,
Ἢ πόλιον βαρύοδμον, ὃ δὴ ῥίζῃσιν ὄδωδεν.
Ὡς δ' αὖτως ἐχέμεν, ὀρίγανόν τ' ἢ χαῖτη,
Ναὶ μὴν ἀζερτόνιον, τό, τ' ἄγριον ὄρεσι βάλλῃ
Ἀσχόνιλῳ ὑπὸ βῆσσαν, ἢ ἑρπύλλοιο τομαίην,
Ὅστε φιλόζωος ποτερὸν ἐπιδέρκεται αἶαν,
Ῥιζοδόλοις λασίοισιν ἀεὶ φύλλοισι καπρώς.
Φοιξίδιον δ' ἐπίοικε χαμαιζήλοιο κονύζης,
Ἀγνοῦ τ' βρύα λευκὰ, καὶ ἐμπελίοντ' ὀπώρῃσιν.
Αὔτως τετρήγοντα τιμῶν ἀπὸ κλήματα σῦκα,
Ἠὲ καὶ ἀσφοδέλοιο νέον πολυανθέα μόῤῥον,
Στρυχνόν τ', σκύρατ' ἐχθρὰ, τά τ' εἴαλε σίναπτα βόῃσι,
Ἡμος ὅταν σπερχῶσι βίῃ χαυλιόδοντα φαγόωσιν.
Ναὶ μὴν πευκεδανόιο βαρυπνόου, ὅστε καὶ ὀδμὴ
Θῆρι ἀποτρεύει τ' καὶ αὐτίωντα διώκῃ.
Καὶ τὰ μὲν εἰκαίῃ παρ-θοῦ καὶ ἀχραυλέϊ κοίτῃ,
Ἀλλὰ δ' φυλείοισι τάδ' ἐμφορέοιο χαλείας.
Εἴγε μὲν ἐς τεύχεα κεραμῆος, ἢὲ καὶ ὅλκοις,
Κεδρείδας εὐῤῥώπων λιτρέες εὐήρεα γύαι,
Ἢ καὶ πευκεδανόιο βαρυπνόου, ἀλλοτ' ὀρείης
Αὖα κατα-ψήχοιο λίπει σὺν φύλλα κονίζης.
Αὔτως δ' ἀζόμεν τ' ἐλαίσφακον, ἐν δὲ τ' ῥίζαι
Σιλφίου, ὣν κνισσῇσι κατατεί-ψειαν ὀδόντες,
Πολλάκι καὶ βροτέων σιδὼν ὑπὸ τέρσειεν ὀδμῇ.
Εἰ δ' σύ γε τείψας ἐλίγῳ ἐν βάμματι κάμπτῳ
Κυπείῳ δρεφθέντα, ἐπὶ χλωρῇσι νάτῃσι,
Ἢὲ καὶ ἀγκιάδος μαλάχης ἐξύμεια καρπὸν
Γύα ἄφιξ λιπάσειας, ἀναίμακτός κεν ἰαύοις.
Ψήχοι δ' ἐν σέρνῳ πεφυδμὸν μυλόεντι θυείνῃ
Ἐθλοῦ ἀζερτόνοιο δύω κεμάσιντας ἐφέντες
Καρδάμῳ ἀμμίξαντε· ὀδμὴν δὲ οἱ εἶσον ὁλικῶ.
Ἐν δ' χρεοπλήθει καρπὸν νεοθηλέα δαύκου
Λειαίνειν πειρᾶσθαι. τὰ δ' πρόχοισι πλάσσαι,
Τέρσειν ὑπαπτιόεντι βλωθρὸν αὐγομιδεῖ χάρῳ.
Αὖα δ' ἐν ἕλπῃ θρύπτε, καὶ αὐτίκα γῆρας λιτάνοις.
Εἴ γε μὲν ἐν πειάδεσσι μεμυκυίᾳ κεφάλαια χύτρῃ
Ζωὰ νέον δορυφῶντα καὶ ἔντερα τοιάδε βοήσεις,
Δήεις οὐλοφυΐην δηξικτήειον ἄπασι.
Ἐν μὲν γὸ μυκτῆρι νεοσφαγέος ἔλαφοιο
Δεκαχμάων πείφατον δεκάδος καταδήσεο βεῖθος.
Ἐν δ' πείσῃσι μοῖραν ῥοδέης χόες, ὣν γε θυωδὲς
Πρώτιστα μεσαπέλιν τ' πολυθρίπτου καλέουσιν.
Ἰσόμορον δ' ὠμοῖο χέειν ἀγρώστιος ἐλαίου,
Τετράμορον κυμῖνο. τὰ δ' ἐν πεσσῇσι χάσσῃ
Θάλπε κατα-πέσσων, ἔστ' ἂν περὶ σάρκες ἀχεύσῃς
Μυδόωσαι θρύπτωσι. ἔπειτα δ' λάζεο τυκτίων

Εὐοργῆ λάκπη, τὰ δ᾽ μυελία πάντα τερέανεν
Συμφυρδὴν ὀφίεσσιν, ἑκὰς δ᾽ ἀπόερσον ἀκήδας·
Καὶ γὰρ ἦ κακοεργὸς ὁμῶς ἐνιτέρπεται ἶσι·
Γμᾶ δ᾽ πάντα λίπαζε καὶ εἰς ὁδόν, ἢ ὅτε κοῖτον,
Ἢ ὅταν ἀμδρὶν θέρεος μετ᾽ δμῶια ἔργα
Ζωπυρὸς, θριταῖς βαθὺν δικρίνεις αὖλον.
Εἰ δ᾽ πού σε δακέειστιν ἀφυρμάκῳ χρὴ κύρσας
Ἀκμῆνος σίτων, ὅτε δὴ κακὸν αὐδρεσε ἰάπτῃ,
Ἀλλά κεν ἀμετέρηστν ἐρωήσιας ἐφελμοῖς.
Τῶν ἤτοι θήλεια παλίσκοτος αὐτομόροισι,
Δείσματι πλειοτέρῃ, καὶ ὁλκαίῳ ὅπι σειρῷ.
Τειῶκα καὶ θανάτοιο θοώτερος ἵξεται αἶσα.
Ἀλλ᾽ ἤτοι θέρεος βλαδερὸν δάκος ἐξεθέλοιμι,
Πληϊάδων φάσιας δεδοκημένος, αἵθ᾽ ὑπὸ ταύρου
Ὀλκαίῳ ἁμέρουσα, ὀλίζονες φορέουσι.
Ἢ ὅτε σὺν τέκνοισι θερειομόροισιν ἀδοσκὴς
Φωλεοῦ λοχαίδιν ὑπὸ γωλεὰ δίψας ἰαύῃ.
Ἢ ὅτε δὴ λίπῃσι μέθ᾽ ὧν νομὸν, ἢ ὅτε κοῖτον
Ἐκ τομοῦ ὑπαώσασα κίη κεκορημένη ὕλης.
Μὴ σύ γ᾽ ἐπὶ τειόδοισι τύχοις, ὅτε δῆλα πεφυζὼς
Πορκὸς ἔχας θύῃσι τυπαλὶν φολόεντος ἐχίδνης,
Ἠτίκα θορνυμένη ἔχος, θολερῷ κυώδοντι
Θερσὶς ὁδὰξ ἐμφῦσα κάρῃ ἀπέκοψεν ὁμωῇ.
Οἱ δ᾽ πατρὸς λαΐδιν μετινάδον αὐτίκα τυτθοὶ
Γενεύμενοι ἐχθρὲς, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀϋτμὴν
Γαστρὶ αὐαδρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.
Οἷα γὰρ βαρύδει κατὸ κύματ᾽ τοὶ δ᾽ καθ᾽ ὕλλιν
Ἰοτόκοι ὄφιες λειπυρὶν θαλάπτουσι γθονίλλιν.
Μυρί᾽ ὅτε ῥικηδὸν φολίδων ἀπὸ γήρεος ἀμάρσας
Ἀψ ἀναφυτήσῃ νεαρῇ γε κεχαρμένος ἥβῃ·
Ἢ ὁπότε σκαρθμοὶς ἐλάφων ὀχέησιν δμύξας,
Ἀνδρὸς ἐνισκίψῃ χολάων δυμοφθόρον ἰόν.
Ἐξοχα γὰρ δολιχῆσι κιναπίσσῃς κοτέοισι
Νεβερτόκοι καὶ ζόρκες· ἀνιχνεύουσι δ᾽ πάντα
Τεύχμαλάθ᾽, αἱμασιὰς ἦ, καὶ εἰλυοὺς ἐρέοντες,
Σμερδαλέῃ μυκτῆρος ὑπαπέρχοντες ἀϋτμῇ.
Ναὶ μὰν καὶ νιφόεσσα φέρει δυσπάλαλος Ὄθρις
Θυνὰ δάκη, κοίλη ἦ φάραγξ, καὶ τηχέες ἀγμοὶ,
Καὶ λέπας ὑλήεν, τόθι δίψιος ἐμβατέει σάψ.
Χειλὼ δ᾽ ἀμφάτον ἦ καὶ ἑ μίαν εἰανδὸν ἔχει,
Λίην εἰσιδέμεν χώρῳ ἵνα χείσιμα τύχῃ.
Τῶν οἱ μὲ λίθακάς ἦ καὶ ὄρμαιρος ἐνταίοντες
Παφέτεροι τραχεῖς ἦ καὶ ἔμπυρον ἔκεν ἑκείνων
Ἀνδρὸς δῆλμα πέλοι μεταμώνιον, ἀλλὰ κακηδές.
Ἄλλος δ᾽ αὖ κόχλαισι δομὸν ἐνδάλλεται αἴπης,
Ἄλλῳ δ᾽ ἐγχλοάουσα λεπὶς περιμήκεα κύκλον
Πυκνὸν αἰόλλει· πολλὲς δ᾽ ἀμάδοισι μιγεῖσαι
Χαίρῃ λαπρωόντων ἐνδόμυοι φαμάθοισι.
Φεύγειν δ᾽ ἀνδρὸς μὲ ὅπι φεικτὸν φολίδεσσιν
Ἀσπίδα φοινήεσσαν, ἀμυδρότατον δάκος ἀνδρῶν.
Τῇ μὲ γὰρ ἦ κέλευθος ὁμῶς κατ᾽ ἰσαντίον ἔρπῃ
Ἀτρεκὲς ὁλκαίῳ δολιχῷ μυρύματι γαφυρὸς·
Ἢ δ᾽ περδαλέον μὲ ἔχει δίμας· ἐν δ᾽ ἠεύθῳ
Ναιχμὴς ἐξ ὀλκοῖο φέρει βαρὸς· ὑπνώοντας δ᾽
Αἶψ᾽ ὀπιλλίζουσα, φαείνεται ἐνδυκὲς ὄσσοις.
Ἀλλ᾽ ὅταν ἢ δοῦπον γέγ᾽ ἄκουεν, ἢ πῦ᾽ ἀυδὴν
Ἀθρήσῃ, νωθρὸν μὲ ἀπὸ μέθεος βέλεν ὕπνον,
Ὀλκῷ δ᾽ προχόωσαν ἀγὼν εἰλίξατο γυίῳ,
Σμερδαλέον δ᾽ ἀνὰ μέσσα κάρη πεφεικὸς ἀείρει·
Τῆς ὅτοι μῆκος μὲ, ὃ κωφότατον ἔπρεπεν αἰεί,
Ὀργυιῇ μετέοντα, ἅπαρ πεπιδήσεται ἐγγὺς
Οὐρεσιν αἰγανέῃσι δρεπτοξόος ἰῶσιν τίκτων,
Εἰς ἐνοπὴν τιθρωσκε, βαρυφθόγγων τ᾽ λεόντων.
Χρειὼ δ᾽ ἀμφότερ μὲ φαφαρῆς ὀπιδέρεσθαι γαύτοις,
Ἀλλοτε μειλιόεσσα, καὶ αἰόλος, ἀμφότερ᾽ ἐρεθὴ.
Πολλάκι δ᾽ αἰθαλόεσσα μελανομβρὴν ὑπὸ βώλῳ
Αἰθιόπων, οἷόν τ᾽ πολύστομος ἷς ἅλα Νεῖλος
Πλησάμενος κατέχευεν ἄσιν, σφεδανὸν δ᾽ πέντε.
Δειρὴ δ᾽ ἐν σκωλήσιν ὑφαλόεσσι μετώπου

Affabrè cochlear, cúmque ipſis anguibus vnà
Cuncta teras, ſed enim ſpinas auferre memento,
Ingenitum his quoniam ſidit crudele venenum.
Hoc ſeu dormis, itérue facis, circumline corpus,
Seu poſt demeſſas fruges æſtate calenti
Succinctus, furca ſegetum purgabis acernos.
Sin nullo occurras ſerpentibus vnguine tutus, Præceptaquedamcõmunia in vitãdis ſerpentibus.
Atque cibi vacuus, grauis eſt cùm noxa ferarum,
Vitabis morſus, animo hæc præcepta recondens:
Fœmina præcipiti antè omnes agitata furore
Occurrit, victu patulo, caudáque tumente.
Jndè ferit fati multò grauiore periclo.
Et vitare feras debes æſtate nocenteis,
Pleiadum obſernans ortus, quæ corpore tauri
Extremo affixæ non omnes æthera tranant,
Aut vbi cùm pullis per aprica jacentibus antra
Dormit in inſidiis ſitiens impaſtáque ſerpens:
Aut auida ad paſtum properat, vel lumina ſomno
Condens, à paſtu petit exaturata cubile.
Heu triuiis abſiſte, metu dum vipera liuens
Effugit atroces furibundæ coniugis iras.
Turgida dum ſecum coeunti mordicus hæret,
Et dente impuro reſcindit colla mariti.
Aut pœnas repetunt natæ pro cæde paterna
Viperulæ vltrices, pérque inteſtina parentis
Roſa aluo emerguntin lucem matre carentes.
Sola etenim fœtu grauida eſt: cùm cætera in altis
Ouipara excludant teſtacea pignora ſyluis.
Nec cùm depoſita ſquamis horrente ſenecta
Progreditur lætus iuuenili tergore ſerpens:
Aut vbi ceruorum vitans ſpiramina, luſtris
Exilit, ínque hominem vibrat lethale venenum.
Nam valde longis labentes orbibus angues
Oderunt capreas & cerui: pérque aſpera ſaxa
Veſtigant, ſepéſque hirtas rimantur & antra,
Et ſtatu exagitant naris, mirabile dictu.
Quin & ſerpentes atros nimboſus & aſper
Othrys habet, vallésque caue, abrúptæque ſalebræ,
Et ſyluis inga denſa, vbi Seps ſitibundus oberrat.
Qui cute diuerſa, nunquam vnicolore, videtur
Aſſimilis ſemper ſedi quam legit in aruis.
Rupibus et lapidum parui ſtabulantur acernis
Aſperi & ardentes, quorum haud impunè viator
Immiti tulerit crudelia vulnera morſu.
Ille refert cochleas terreſtres: ille virentes
Jnduitus ſquamas immenſa volumina torquet,
Atque ſinus ducit varios. candore notantur
Permulti, & mediis fuſi voluuntur arenis.
Funeſtam & ſquamis aventibus aſpida diram Aſpis.
Obſerua, quanon monſtrum eſt ignauius vllum.
Illa viam rectà repent inſiſtit, & aluum
Longam aduerſa trahens, directo tramite fertur.
Terrificum viſu corpus, quod tardæ per ipſum
Voluit iter tractu pigro: ſemperque putatur
Nictans clauſa grauí concedere lumina ſomno.
Alt ſimulac vocem vigilantibus auribus hauſit,
Aut ſtrepitum ſenſit, torpentí excuſſa veterno
Contortum corpus ſinuoſum verſat in orbem,
Horriddque in medio dirum caput exerit altè.
Longa quidem eſt vlna ſpatio, quo peius in vllis
Haud videas natum terris, ſed lata tumeſcit
Quantum fabrili ternatum haſtile dolabra
Taurorum ad pugnam truculentorúmque leonum.
Illa cute interdum obſcura, cineriſue colore
Fraxineóue nitet, maculis quandoque notatur,
Aut fuliginea eſt perſæpe, ſimillima nigro
Æthiopum limo, vaſto quem murmure Nilus
Voluit, et in pelagus ſeptena per oſtia fundit.
Huic ſumma veluti tubercula fronte gemella

A ciliis extant, ſinibúſque rubentia ſubter
Lumina conduntur. cùm verò incanduit irâ,
Et lethum minitans venientibus obuia, ſeuit,
Squallida colla tument, et lato ſibilat ore.
Quattuor illi intus dentes curuique canique
Et longi; maxillæ altis radicibus hærent.
Hi virus capiunt, tunicæ ſuper vndique tecti,
Indomitum, quod & indè virûm jaculatur in artus,
Hoſtibus occurrant tam ſæua pericula noſtris.
Nulla cute inflicti veſtigia vulnèris, ardor
Atque tumor nullus, ſenſúſue in morte, doloris,
Membra grauit antùm pereunt torpentia ſomno.
Solus at Ichneumon innoxius aſpidis ictus
Declinat tantos, ſeu cùm mouet aſpera bella,
Seu cùm, fatiferis dum partubus incubat anguis,
Omnia diſpergit per humum, tunicíſque ſoluta
Deuorat, atque oris magno terit ouа fragore.
Muſtelæ hicparuæ, vero quam nomine dicunt
Iclida, perſimilis, quæ villæ in corte volucres
Somno irretitas tabulata per ardua rimans,
Dum recubant, tepidóque fouent ſub pectore pullos,
Enidis raptas ſcelerata fraude trucidat.
Aſt vbi in Ægypti iuncetis cum aſpide pugnam
Inſtaurat, magnóque parat decernere bello,
Se ſubitò in fluuium ſaltu dedit, & quatit artus
Gurgite cœnoſo, corpúſque per atra volutum
Conſpurcat fœdátque luto, dum Sirius ardens
Loricam faciat, quæ dentis perferat vncos.
Indè feræ caput erodit lambentis in imas
Inſiliens fauces, aut in muſcoſa fluenta
Præcipitat cauda raptam, mergítque ſub vndis.

Vipera. *Tu modo vipereам ſpeciem, variáſque figuras*
Aſpice, longa illa eſt, breuis hæc, diſcrimine tanto
Fert Aſia atque Europa, paréſq; haud videris vſquam.
Namque per Europam curtæ, queis tubera ſummis
Naribus exiſtunt, albaque et cornua geſtant,
Hæc Scironia ſaxa colunt, Pammoniáque alta,
Rhypæum, Coraciſque pagum, canúmque Aſelenum.
Aſt Aſia vnam aut plus ſurgentes paſcit in vlnam,
Quales ſaxoſum Bucarteron, Ægageéſque
Culmina celſa tenent, & Cercaphus educat ingens.
Latior eſt harum vertex, tractúque ſupremo
Corporis exiguæ non longa volumina cauda,
Squamarum ſerie aſſidua nexúque rigentis,
Et piger inceſſus dumeta per hirta vagantum.
At mas hic longus, breuis ille, ſed omnis acuto
Vertice conſpicuus, gracilique adſtrictior aluo.
Cauda quoque in nodos ſenſim tenuata minores
Porrigitur, longo pendens de corpore parua
Squamíſque attritis. quòd ſi furor aggerat iras,
Lumina rubra micant, et linguis ora biſulcis
Lambens, extremum caudæ finem aſperat ima.
Vipereum proprio Cocytum nomine dicunt.
Huic gemini apparent dentes in carne venenum
Fundentes, verubus ſub fœmina plurimus atrox.
Ore etenim toto mordens illa hæret, et icta
Incute gingiuæ lato ſignantur hiatu.
Pingui inde haud diſpar ſanies emanat oliuo,
Sanguinea interdum vel pallida, tum caro ſeſe
Attollens viridi rubróue infecta colore,
Aut liuente, grauem dat magna mole tumorem.
Hic modò turget aqua plenus, bullæque frequentes,
Quales ignis edax ambuſto in corpore tollit,
Erumpunt ſparſim, fœdóque humore redundant.
Putria mox plagam circunſtant vlcera, et ipſam
Depaſcunt, ſanie tetróque fluentia tabo.
Flagrat et ardenti corpus conſumitur igni.
Et denſo crebri ſingultus agmine guttur
Concutiunt, ſonitúſque cient, per colla ruentes.

Οἷα τύλοι, τὸ δ' ἔτερθεν ὑπαιφρισσόεντα ἔμμα
Πολλὸν ὑπὸ σπείρης. ἰαφαρὸς δ' ἀκαπίμπλαται αὐχὴν
Ἀκρίτα ποιφύσσοντος, ὅτ' αὐτομάσσεται ὀδίτας
Αἴδεα πεφρικάξας, ὑπιζαμένης κοτέουσα.
Τῆς ἤτοι πίσυρες κοῖλοι ὑπαίτερθεν ὀδόντες
Ἀγκύλοι ἐν γναθμοῖς δολιχόρριζοι ἐρρίζανται
Ἰοδόκοι. μύκαπτις δ' ἁπάντων ὑμένεσσι καλύπτῃ,
Ἐνθεν ἀμείλικτον γόμφοις ἐσερύσεται ἰόν.
Ἐχθρῶν που τέρμα κεῖνα καρήατα ἐμπλάσσει.
Σαρκὶ γὰρ οὔτε τι δῆγμα φαείνεται, οὔτε δυσαλθὲς
Οἶδος ὑποφλύσσεται· καμάτῳ δ' ἄτερ ὄλλυται αἰὲν,
Τηκηλὸν δ' ὑπὸ νῶτα ἄγει βιότοιο τελευτήν.
Ἰχνεύμων δ' ἄρα μοῦνος ἀκήριος ἀσπίδος ὁρμὰς
Ἢ ἅ γ' ὅτ' ἐς μάθον εἶσιν, ἀμύσσεται, ἠδ' ὅτε λυγρὰ
Θηητύσας ὄφιος κνισσήσῃσι ἀνὰ γαῖαν
Πάντα διασκιδνὺς, καὶ ἐξ ὑμένων ἐτίναξε
Δερδάπτων, ὀλοοῖς δ' συμπέρθεται ὀδοῦσι.
Μορφὴ δ' ἰχνεύοντι κινωπέτῃ, οἷον ἀμυδρῆς
Ἰκτῖδος, ἥτ' ὄρνισι κατοικίδιοισιν ὄλεθρον
Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων,
Ἐνθα λέχος τιθύνται ἐπ' ἴχνιον, ἢ καὶ ἀφαυρὰ
Τέκνα πεδαζώουσιν ὑπὸ πλευρῆσι θέρευσι.
Ἀλλ' ὅταν Αἰγύπτοιο πυρὶ θρυόεντας ἰάμνοις
Ἀσπίσι μώλον ἄγῃσιν ἀθέσφατον εἰλικοβοσταῖς,
Αὐτίχ' ὁ μὲ ποταμόνδε καθήλατο, τύψε δ' ὁκάλοις
Ταρσῆσιν ἰλυόεσσαν, ἄφαρδ' ἐφορύξατο γῦα
Πηλῷ ἀμιδδηθεὶς ὀλίζονα δίνας, εἰσόκε λάχνῃ
Σείριος ἀζαλέῃ, τύξῃ δ' ἀγκαμπὲς ὀδόντι.
Τῆμος δ' ἢ κάρη λιχμήρεος ἐρπετὸν
Σμερδαλέης ἔδρηξεν ἐπάλμενος, ἠὲ ἀ ἀρῆς
Ἁρπάξας, βρυόεντος ἔσω ποταμοῖο κιόντος.
Εὖ δ' αὖ ἐκδύνεσκεν ἰδοὺς πολυδερκέα μορφὴν,
Ἀλλοτε μὲ δολιχὴν, ὅτε πυρσάδα τῶν ἀέξῃ
Εὐρώπη τ' Ἀσίη τ', τάδ' ἂν ὀπιέκτα δύεις.
Ἤτοι αὖ Εὐρώπῃσι μὲ ὀλίζονα, καὶ δ' ὑπὲρ ἄκραν
Ῥώθωνας, κεραοὶ τ' ἀμφίλιπες τελέθουσιν·
Οἱ μὲ ὑπὸ Σκειρώνες ὄρη, Παμμωνιά τ' ἄσπα,
Ῥυπῶν, Κόραξός τ' πάγον, πολιόν τ' Ἀσέλινον.
Ἀσπὶ δ' ὀργυόεντα, ἀ ἐς πλέον ἕρπετα βόσκῃ,
Οἷα περὶ τηχὺν Βυκάρτιον, ἢ ἀ ἐρυμνὸς
Αἰγαγέης ὀρνὶν, ἀ Κέρκαφος ἐντὸς ἔέργει.
Τῶν ἤτοι βρεχμοὶ μὲ ὑπὸ πλάτος, ἠδ' ὑπὲρ ἄκρου
Ὀλκῶν σπείρης κολοβὸν ἐπιλοίσεται ἐρὸν
Ἀγκαλίδας φείουσιν ἐπιστυὸν φολίδεσσι.
Νωθεῖ δ' ἔνθα ἀ ἔνθα διὰ δρυμὰ γίγεται ὁλκῷ·
Πᾶς δέ τις ὀξυκάρηνος ἰδεῖν ἔχει, οὐδ' ἐπὶ μῆκος
Μάσσων, οὐδὲ παχέες. ἀκιδωτέρῃσι δ' κατ' οὐρὰς
Νωδύοις, ἀ δ' μύκησι ἐφολκὶν τιτανύσιν,
Ἐσσυμένῳ πεδανὴ δολιχοῦ ὑπὸ πείρατα ὁλκοῦ,
Ἰσσὸς δ' οὐ φολίδων τετεμυῖα. αὐτὰς ὀπωπὴ
Γλαύκεα φοινίσσει πεδιαομένους, ὀξὺ δ' ὀκρὴ
Γλώσσῃ λιχμάζων γίγαντον σκολύπτεται ἐρὸν.
Κωκυτὸν δ' ἐχέπλειον ὑπηλείσιον ὀδόντα
Τοῦ μὲ ὑπὸ κασσίδητε δύο χροὶ τεκμήρατ'
Ἰὸν ἐρευγόμενοι. πλέονες δέ τοι αὖτε ἰχίδνης.
Οὔλῳ γὸ σαμάῳ ἐπιφύεται, ἀμφὶ δ' σαρκὶ
Ἑλεῖ κεν ὑμωθέντας ὑπερφάσσειν χαλινούς.
Τῆς ἢ ἀπὸ πληγῆς φέρεται λίπεν ἰκμὰς ἰχώρ,
Ἄλλοτε δ' αἱματόεις, ποτὲ δ' ἀχρόος. οἱ δ' ὑπὸ σάρξ
Πολλάκι μὲ χλοάσσα βαρεῖ αὐαλέῃσιν ὀδύνῃ,
Ἄλλοτε φοινίσσουσα. τοτ' εἴδατα πάντα πιδύνει·
Ἄλλοτε δ' ὑδατόεις κυίει βαρός. αἱ δ' θαμιναὶ
Πομφόλυγες τῶς ἔν γε πυρὶ φλοκτιναὶ ἀφιᾶσι
Οἷα πυρικμήτοιο χροὸς πλαδέσσιν ὕφθεν.
Σπηδόνες δέ οἱ ἀμφὶς ὑπόδρομοι, αἱ μὲ ἄτιζον,
Αἱ δ' κρ' πληγῶ ἰοειδέα λοιγὸν ἰείσας.
Πᾶν δ' ὑπὸ σὶ δεμνὸν δίμας καταδόσκεται ἄτῃ·
Ὀξέα πυρπολέουσα. κατ' ἀσφάλαγον δὲ ἡ λυσσὼ
Κίονά τ' ξωιόντες ὑπαυτύζουσι κλονέουσιν.

Ἀμοὶ δ' ἰλίγγοις δέμας ἄχθεϊ· αἶψα δ' γύιοις
Ἀδρανίη βαρύδουσα, καὶ ἐξύτι μάεμερος ἴζει.
Ἐν δ' κάρη σκοτόεν βαρὸς ἴσταται· αὐτὰρ ὁ κάμων
Ἄλλοτε μὲν δίψῃ φάρυγα ξηραίνεται αἶσα.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀνύχων ἴχθι κρύος, ἀμφὶ δ' γύιοις
Χειμερίην ζαθόωσι πιεῖξ βίβεσθαι χάλαζα.
Πολλάκι δ' αὖ χολόεντας ἀπ' ὀρυγὸς νηδύος ὄγκοις
Ὠχραίτων δέμας ἀμφὶς. ὁ δ' νοτέων ἀφὶ γύιος
Ψυχόπτερος νιφετοῖο βολὰς ἀριζήλεται ἱδρώς.
Χρωιὴ δ' ἀμότε μὲν μολίβῳ ζοφοειδέϊ ἴσκει,
Ἄλλοτε δ' κορόεντα, τότ' αὖθεσιν εἴσατο χαλκοῦ.
Εὖ δ' αὖ καὶ δολόεντα μάθοις ὁπότ' κεράσῃσι,
Ηὔτ' ἔχεν. τῷ γάρ τ' δόμῳ ἐνδάλλεται ἴσῃσι.
Ἠτοι ὁ μὲν κολίης ὄφις, ὁ δ' αὖ κεράεσσι πιπισθεὶς,
Ἄλλοτε μὲν πούεσσι, τότ' ἐν δοιῇσι κεράσσι.
Χρωιὴ δ' ἐν ψαφαρῇ λεπρωίεται. ἐν δ' ἀμάθοισιν
Ἢ ἐν ἀμαζοχάῃσι παρὲξ εἶσον ἐνδυκὲς αὖγ.
Τῶν ἤτοι ἀπείρητον ὁ μὲν θοὸς αὐτίκα θωὴ
Ἀσπαρὸν ἰθείῃσι δολιχῷ μυρύσμασι γαστρός.
Αὐτὰρ ὅ γε σκαιὸς μετὰ τῷ ἐπαλίνδεται ἀκῷ,
Οἷμον ὁδοιπλανέων σκολιὴν τεθμηχότι νώτῳ,
Τραύματος ὀλκαίης ἀκάτῳ ἴσος, ἥτε δ' δίμνης
Πλευρὴν ὅλον βάπτηται καλοσαθέοντος ἄπτυ,
Εἰς ἄνεμον βεβίηται ἀποκρυπτὸς λιθὸς ὕδῳ.
Τοῦ μέν, ὅταν βρύξῃσιν, ἀειπέλιον ἀφὶ νύσσα
Ἠλῳ ἐειδόμενον τυλόεν πέλῃ. αἱ δ' πελίδναι
Φλύκτιναι, πίμπρῃσιν ἐειδόμεναι ὑετοῖο,
Δοῦμα πιεῖξ πλάζονται ἀμυδρώεσσι ἐς ὠπήν.
Ἠτοι ἀφαυρότερον τελέει πόνον. ἐγγὺς δ' ἀϋτὰς
Ἠϊόνι μαλέων ἐπίοσσεται, εἴσι κεράσσι
Οὐλόμορον καλεσσὸν ἐνιχραύσει χιονόδοντα.
Δισσοῖς δ' ἐν βυσσῷ καὶ ἰγνύῃσιν ἀσκηθὲς αὖτως
Μόχθος ἐνιζήσεται, πολιὸς δέ τοι ἐμφερέσσι χρώς.
Τῶν δέ τ' καμόντων ὀλίζει ἀφὶ ἄλγεα θυμός
Λείπεται ἐν καμάτοιο. μόλις γε μὲν ἔκφυγον αἶσ.
Σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμοβόρου αὐτὴ ἐοῖσιν,
Ὅστε καθ' εἱλυθμοὺς πυρόεσσας ἐνδυκὲς αὖγ,
Τρηχὺ ὑπερπίζον θαλάμῳ ὀλιγήρεα τύχων,
Ἐγὺ εἱλυθμὸν ἔχησιν, ἔπειτ' ἐκορέσσατο φορβῆς.
Μάκρη μὲν πόδες ἴσχος ἐπάζεται, αὐτὰρ ἐπ' εὐρὺς
Τέρμασι μύκεσσ ἀπὸ φλοιέσσιο καρῆνα.
Ἄλλοτε μὲν χροιῇ φολόεις, ὁτὲ δ' ἔμπαλιν αὖθις.
Δειρὴν δ' ἐσφήκωται δῆις. πεδαὴ δέ οἱ ἀρὴ
Ζαχρηὲς θλιφθῆσι κατομφάλιος τιτανύσσῃ.
Τοῦ μὲν ὑπὲρ νιφόεντα κορώπια δοιὰ μετώπῳ
Ἐγκειται, παίγνιά φάη λευκάδαστε θεσπικός.
Ἐμφερὲς ἀλέον δ' ἐπὶ οἱ λάμυσσον πέφεικε κάρηνον.
Δοχμὰ δ' ὀπισκάζων ὀλίζει δέμας, εἶα κεράσσι,
Μέσσου οὔ τ' ἐν νώτῳ βαιὸν πλέον αἴσιν ὀκέλλῃ,
Γαίῃ ὑποθλίβων νηδύι. φολίσιν δ' ἐν αἵμῳ
Παῦσεν ὑπνοφόρων, καλάμης ψύσιν εἶα διέρπει.
Νύσσεται δ' ἀγκυλίῳ μὲν ὀπιζύχει ἄλγεον εἶδος
Κυάνεον. κραδίῃ δ' κακὸν πεπτέτροφεν δῆρις.
Ταχὺ δ' ὑδατόεσσι διόσυτο. νυκτὶ δ' ἀφ' ὥρῃ
Αἷμα δ' ἐκ ῥινῶν τ' ἐν ἀυχένος ἠδὲ καὶ ὄσσων
Πεδύεται, χολόεσσι νέον πεφορυγμένον ἰῷ.
Οὖρα δ' φοινίσσονται κατὰ δ' ἕρματα· αἱ δ' ὑπὸ γύιος
Πλειὰς ῥήγνυνται, ἐπιπρὸμνας χροὸς ἄζῃ.
Μὴ ποτέ τοι θηλὺν αἱμορρόϊς ἰὸν ἐνείκῃ.
Τῆς δ' ὀδαξαμένοιο, τὰ μὲν ἀθρόα πίμπρασται οὖλα,
Ῥιζόθεν ἐξ ὀνύχων δ' κεῖσέται ἐσχατιὴ αἷμα·
Οἱ δ' φόνῳ μυδόωντες ἀπαστείουσιν ὀδόντες.
Εἴ γ' ἔτυμον, Τροίηθεν ἰοῦσ' ἐκαλέσσατο φύλλοις
Αἴν' Ἑλένη, ὅτε νῆα πολύφρειον ἀφὶ Νείλου
Ἔστησε, βορέῃ κακλιὼ θεσφατόωντος ὁμοκλῇ.
Ἥμας ἀνεμοφόρητα κυβερνητῆρα Κάνωβον
Θώνιος ἐν φαιάδοισιν ἀθρήσατο. τὸν δὲ ἑῶν τὴν
Αὐχέν' ἀποθλίβεσθαι, καὶ ἐν βαρὺ ἤρυθμ ἰὸν
Αἱμορρόϊς θήλεια, κακὸν δέ οἱ ἔχεσε κοῖτον.

Membra rotant caca vertigine, robore nullo
Stant lumbi, magnóque artus languore fatiſcunt.
Caligat premitúrque caput grauitate, ſitiſque
Interdum fauces arentes aſpera torret:
Sæpè rigent vngues, atque æger corpore toto
Horreſcit, gelido cen grandinis obrutus imbre.
Sæpè etiam in ſtomacho collectos bilis aceruos
Pallidus ore vomit. ſudor fluit vndique riuis
Frigidior niuibus quas cæli nubila fundunt.
Nigricat ipſa cutis, plumbi modo fuſca colore:
Cærulea interdum eſt, ærisue ſimillima flori.
Nunc facilè agnoſcas inſtructum fraude Ceraſtem. Ceraſtes.
Viperea hic forma eſt, et imagine cretus eadem.
Sed tamen hæc mutila eſt, is fretus ſæpè quaternis
Cornibus, aut binis, atque hoc diſcrimine notus.
Albeſcit ſqualore color, ſulciſque rotarum
Conditus ipſe viæ medias iacet inter arenas.
Cúmque aduerſa, trahens ingenteis vipera gyros
Et rectà, pariter librato corpore, ſerpat,
Ille viam, dorſo et ſquamis crepitantibus aſper,
Obliquè ingreditur, recto de tramite cedens:
Haud ſecus ac nauis rapido quæ flamine venti
In latus inclinans, demerſáque penè ſub vndis,
In ventos agitur, flatúque repellitur Eurí.
Si dentem impreſſit, mox vulnere durius in ipſo
Clauí inſtar callus, tum plurima puſtula circum
Liueſcit, fugiens obſcuro lumina viſu,
Par leuibus bullis pluuio naſcentibus imbre.
Nec tamen excruciat magni vis vlla doloris,
Sed ſuperat, nono dum Sol radiauerit ortu,
Impegit diro cui vulnera dente Ceraſtes.
Inſidet inguinibus geminis, & vexat acerbus
Genua labor, propriúmque cutis liuente colorem
Mutat, & ærumnis tandem compage ſoluta
Deficiens animo vix ſe miſer eripit Orco.
Iam quibus agnoſcas Hæmorrhoon accipe ſigna. Hæmorrhous.
Ille ſibi ſedem ſaxoſis ſemper in antris
Figit, & exiguo ſtratus duróque cubili.
E paſtu campis rediens ſatur, ocia ducit.
Æqualis menſura pedi eſt, & in arcta reductum
Senſim à flammato tenuatur vertice corpus.
Splendidus interdum color eſt, contrâue peruſtus.
Stringitur anguſto collo, compreſſáque cauda
Sparſa ſolo, media multùm gracileſcit ab aluo.
Cornua bina gerit ſublimi candida fronte,
Lucentes ſimilis orbes oculóſque locuſtæ.
Terrificum ſquamíſque rigens caput horret, et ipſe
Exiguum corpus curui de more Ceraſtæ
Obliquans medio dorſo breue promouet agmen,
Ventre ſolum radens, ſquamíſque ſonorus in ipſo
Dat ſtrepitum exilem greſſu, ceu ſtramina calcans.
Protinus incuſſo cæret vulnere fœdæ colorem.
Cæruleum ducit. dolor eſt in corde, citatur
Præliquidus venter. primáque in nocte per aures,
Per colla & nares viroſa bile remiſtus
Sanguineus ſcaturit riuiſque effunditur humor.
Inde vrina rubet: per corpus denique totum
Vlcera rupta patent, & agit cutis arida rimas.
Sed cauе ne membris Hæmorrhois aſpera virus
Affundat morſu totis furit ignea labes
Gingiuis, vngues ſumma ab radice cruorem
Stillant, & ſtridunt rorantes ſanguine dentes.
Huic Helene, Troiâ, ſi vera eſt fama, reuertens,
Cùm pelago claſſem rapidis Aquilonibus actam
Vix tandem vndoſi Nili ſtatuiſſet in oris,
Nauarchi interitu graniter ſuccenſa Canobi,
Quem mox vt feſſas reuocantem in littore vires
Thonius aſpexit, preſſus ceruice, venenum
Artubus aſperſit, duro ſtrauítque cubili,

Abrupit medium corpus, connexáque dorsi
Vertibula, & spinæ nodos & vincla resoluit.
Ex illo Hæmorrhi elumbes, tortíque Ceraſtæ
Ceu clandi incedunt, pœnas pro fraude luentes.

Sepedō. *Nunc tibi Sepedonos clarè notescet imago.*
Hic forma Hæmorrho similis, sed corpore gressum
Dirigit aduerso: frons nullo turgida cornu,
Et cutis in morem villosi picta tapetis.
Mole caput magnum, sed cauda apparet eunti
Exigua, in multos quòd flexam torqueat orbes.
Letifer huic morsus, plenúsque doloris acerbi:
Et corpus totum labes inimica veneni
Pascitur, & sicca pilus è cute decidit omnis,
Vt marcente leues pappi labuntur acantho.
Namque supercilijs & glabro vertice crines,
Palpebrisque fluunt accepto vulnere villi.
Articulos teretes vitiligo signat, & albam
Artubus inducit leuce deformis ephelin.

Dipſas. *At verò Dipsas paruæ sub imagine notæ*
Viperulæ, sed quem rabido violauerit ore,
Fata citò eripiunt, & cauda adstrictior atrum
Induit extremis nodis obscura colorem.
Cor totum à morsu flammina æstuat, arida causo
Vruntur, nullóque madent humore labella.
Ipse autem è fluuio, magno ceu taurus hiatu
Pronus aquas potat, dum rupto abdomine venter
Dissiliat, pondúsque solo profundat iniquum.
Prisca inter iuuenes narratur fabula, calum
Cùm maior natu pulso genitore teneret
Iuppiter, & fratres regnorum in parte locasset,
Munere e magnifico viridis donasse iuuentæ
Mortales, iam tum damnantes farta Promethei,
Nec tamen hoc vnquam stolidos potuisse potiri.
Imposuêre grauí tam præstans munus asello
Defessi, ille sitim sicco, dum vadit onustus,
Gutture collegit, stantémque ad lustra ferocem
Anguem orauit, opem quo rebus ferret egenis.
Cúmque hic mercedem pandi gestamina dorsi
Poscéret, oppressus casu non abnuit amens.
Indè feri senium serpentes pubere tergo
Commutant, hominésque premit grandæua senectus,
Et tristem ex illo morbum, rabiémque rudentis
Traxerunt, diróque truces dant vulnera dente.

Chersydras. *Nunc age Chersydrum discas, cui forma tremendæ*
Aspidis, et morsu atrocia signa maligni.
Sicca cutis tetrum redolens, distentáque abimo,
Et rimis, putri concepto humore, debiscens,
Viroſos prodit morsus, miserúmque dolores
Igniti absumunt hominem, subitaque vagantur,
Et toto alternis discurrunt corpore flammæ.
Ille colens primùm liquentia stagna, perenni
Exercet ranas odio: sed Sirius omnem
Vt bibit humorem, superéstque in gurgite limus,
Exilit in siccum, squalénsque & decolor artus
Sole fouet tetros, et linguis sibila vibrans
Arida puluereos pascit virgulta per agros.

Amphisbæna. *Nunc caput in geminum vergētem corpore paruo*
Nosce Amphisbænam, cui languent luminis orbes
Protensis vtrinque genis, spatioque relicto
Disiunctis, hebetes. illam cutis æmula terræ
Et robusta tegit, variisque interlita guttis.
Hanc, vbi spelunCis primùm processit, adultam
Signator rapiens, ramo syluestris oliuæ
Exciso, antè nouæ teretismata verna cicadæ,
Tergore directo spoliat. sic pluribus illa
Pelle sua prodest, Boreæ cùm flamine segnes
Obriguere manus & victa frigore torpent,
Aut laxa molles nerui compage laborant.

Scytale. *Et Scytalen illi formæ spectabis eandem,*

Τῆ δ' Ελέτη μέσον ὀλκὸν ἀείκλασε. θραῦσε δ' ἀκρότατα
Δεσμὰ πίεζε νωτίῳ, ῥάχις δ' ἐξίδρυμε γώων.
Ἐξόδιον αἱμορέοι σκολιοπλατέες τ' κεράσκαι
Οἷοι χαλεύουσι κακοπλόκῳ βαρύδοντες.
Εὖ δ' ἀπ' σκηπόδνος γενέος δέμας. ἀλλ' ὁ μὲν ἄλλα
Αἱμορέῃ σύμμορφος, ἀτὰρ σίδον αὐτῇ ὀκέλλῃ,
Καὶ κεράων δέμας ἔμπλεω ἄμμορες. ἡ δέ νυ χροιὴ
Οἵη περ δάπεδος λασίης φριδέσκεται τέρεμ.
Κέφαλῃ δ' ἐμβρύθει. ἐλάχεια δ' φαίνεται ὀρὴ
Εσυμβών· σκολιὸν γὰρ ὁμῶς ὀπτεύοντα ἄκρῳω.
Τῆς δ' ἤτοι ὀλοὸν ᾗ ἐπάδωσιν ἔπλετο ἕλκος
Σκηπόδνος. νέμεται μέγας ἀδ' ἀλοφώϊος ἰὸς
Παῦ δέμας. ἀυδρὴ δ' φρὶ χροὶ καρφοῦται θρὶξ
Σκίδνανται ὡς γήρεια κατα-ψυχθέντος ἀκάνθης.
Ἐκ μὲν γὰρ κεφαλῆς τ' ᾗ ὀφρύος αὐδεὶ τυπέντι
Ῥαίνονται, βλεφάρων δ' μίλακι ἐξέφυτο λάχνη.
Ἀψεα δ' προχέοντα ὀπισθίοισι μὲ δηροὶ
Λευκαί τ' ἀργινόεσσι ἐπ' ἀμ συόεντα ἔφλιν.
Ναὶ μὴν δηλήσις εἶδος ὁμώσεται αἰὲν ἐχέδνῃ
Παυροτέρῃ. θνατὸς δ' θνάτορος ἶζεται αἶσα.
Οἷσιν ὑπεσκίμψῃ βλοσυρὸν δάκος, ἤτοι ἀφαὶ
Αἶψα ὑποζοφόωσα μελαίνεται ἄκροθεν ὀρῇ-
Δῆσμαι δ' ἐμφλίγεται κραδίη περόωσα. ἀμφὶ δ' χνόῃ
Χείλεά τ' ἀζῃνέα ἀζαίνεται ἄβεσσα δίψης.
Αὐτὰρ ὅγ' οὔτι πάμπαν ὑπὸ ποταμοῖο νεύσεται
Χανδόν, ἀμήχητον δίψαν πιὼν, εἰσόκε νηδὺς
Ὀμφαλὸν ἐκρήξειε, χέει δ' ὑπαρχθέα φόρτον.
Ὠμύξιος δ' ἁρα μυδὸς ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται,
Ὡς ὁπότ' ἠρχενὸν ἦκε Κρίνι πρεσβύτατος υἱός,
Νειαίδμοις καπέεσσιν ἐκὰς φρικώδεας ἀχλὺς
Ἰδμοσύνῃ, νεύτητα γέρας πόρεν ἠμειφέσσι
Κυδαίων. δὴ γαῖ ῥαπυρὸς λήϊστορ ἔνεπον.
Ἀφρονέες ἐ μὲ τ' ᾗ κακοφραδὲς ἀπάνευθε.
Ναιδεῖ γὰρ κόμοντες ἀμορβεύοντο λεπάρῳ
Δῶρα· πελύσκαρθμος δ' κακομήδεος ἐκγόνα δίψη
Ῥώετο. γαλεῶσι δ' ἰδὼν ὀλοὸν θῆρα
Οὐλοὸν, ἐλλιταίνου κακὴν ἐπελάκεμεν ἄτην
Σαίνων. ἀυτὰρ ὁ βεῖδος ὁ δή ῥ' αἰνέξατο νώτοις
Ητιεν ἄφρονα δῶρον. ὁ δ' ἅ ἀπαμύσατο χρειῇ.
Εξότε γαμφαλέον μὲ ἀπὸ φλέον ἐρπετὰ βάπτῃ
Ολκύρῃ, θνητὸς δ κακὸν φρὶ γῆρας ὀπάζῃ.
Νοῦσον δ' ἀγαλείῳ βεωμήτορες οὐλομένην
Δέξατο, καί ῥ' τυπῆσιν ἀμυδροτέρῃσιν ἰάπτῃ.
Νῦν δ' ἄγε χερσόδρομον ᾗ ἀσπίδος εἶδος μορφοῦ
Ισαίης· πολιῇ δ κακίονα σήματ' ἐμαρπτῆ.
Πᾶσιν γὰρ σώμῃσι φέρει σφυρὰ μυσαχθέα
Νειόθι πλαταμώνῃ, μυδᾷσιν τιτυμένοισι ῥύσμα,
Σκηπόδνοι φλιδόωσι. τὰ δ' δηλα φαῶτα δαμάζῃ
Μυελία πυκνολέοντα. θανὼν δ' ἐπὶ γῆα χέουσ'
Περδόνες, ἀηδὲν ἀηδὲς ἐπιμοιδὲς κλονέουσαι.
Ος δήτοι τὸ φρὶν μὲ ἐπὶ βεσχαδέῃ λίμνῃ
Λαπεῖσιν βατράχοισι φέρει κότον. ἀλλ' ὅταν ὕδωρ
Σείριος ἀζωόσῃ, τεύχῃ δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνας,
Καὶ τοῦ ὅγ' ἐν χέρσῳ τελέθει ψαφαρὸς ἔ ᾗ ἀζαλέος,
Θάλπεσιν ἠβίῳ βλοσυρὸν δέμας· ἐν δ' κληῖδος
Γλῶσσ' ποιφύσσῃσι νέμεται δι-ῄπετας ἕλμις.
Τὸν δ' μάτ' ἀμφίσσαινα ὀλίζονα ᾗ μινύθουσα
Δήεις ἀμφιελίξωνα, ἀεὶ γλωσσαισιν ἀμυδρόν.
Αμβλὺ γὰρ ἀμφοτέρωθ' ἀμφιστεγίνυκε χροιὸν
Νόσφιν ἀπ' ὀφθαλμῶν· χροιὴ γὰρ μὲ νύτε γαίης,
Ῥωμαλέον φορέουσα φρικτὸς αἰόλον ἔρος.
Τῶν μὲ, ὅθ' ἀδρώσωσι, θερισπόσιον βαπτὸς
Κόψαντις ῥάδικα πολυστεφὲς κοτύλοις,
Δέρματος ἐσκύλευσεν, ὅτε περόωσα πόαων,
Πεζὸς βοῦς τέτμησε ἑαρτίεν· ἦδ' ὀνίνησι
Ῥινῷ δυσπαθέοντας, ὅτ' ἐν παλάμῃσιν ἀορτὴ
Μήκεα σπαργάνωσι ὑπὸ κρυμοῖο δαμῶντα,
Ἠδ' ὁπόταν ξανθὰ νεύρων κραλασώδεα δεσμά.
Δήεις ᾗ σκυτάλῃ ἐναλίγκιον ἀμφισβαίνῃ

Εἶδες, ἀτὰρ πάχετός ἐ κὴ οὐτιδανὴν ὀπὶ σειρὴν
Παύσαν'. ἐπεὶ σκυτάλης μὲ ὅσον σμίνυος τέτυκ')
Σπειλοῖς πάχετος. ἢ δι' ἕλμινθες πίλει ὄλκος,
Ηὲ κὴ ἔντερα γαῖς, οἷα τρέφει ὄμβριμος αἶα.
Οὐ γὰρ ὅτ' ἂν χαράδρεια λίπῃ κὴ ῥωγάδα πόντῳ
Ηέρι ἀξόμενον, ὁπόθ' ἑρπετὰ γαῖα φανείῃ,
Ακρεμόνος μαράθοιο χυτὸν ἀριδόσκετα ἔρνος,
Εὖτ' ἂν ἀπ' ἠβήσιο φέρῃ φλόον ἄφλοα βάλλη,
Αλλ' ἤγ' ἀμπέλοις ἐ κὴ ἐν νεμέεσσι πεσοῦσα
Φαλείῃ βαθύδοντος, ἀτ' ὑκκάμπ ἢ βοτοῦ)
Γαίης, οὐδ' ἀπὸ δίψος ἀλέξετο ἰεμένῃ ἀφ'.

Τετμαίεσθ δ' ὀλίγον μὲ, ἀτὰρ περιφερέεσσιν ἀνῶν
Ερπετῶν βασιλῆα. τὸ μὲ δέμας ὀξυκάρηνος
Ξωστὸς, ὅπ τείνῃ δ' ὧρα φέρων μῆκός ἐ κὴ ἰδύν.
Οὐκ ἄρα δὴ κείνῃ περιφερθέα κεφάλαια γαίης
Ιοχμὼ μίμνουσιν, ὅτ' ἐς νομὸν, ἢ κὴ ὕλλω,
Ηὲ κὴ ἀριθμοῖο μεσημβρινὸν αἴξαντος
Μίσσητα, φύξῃ δ' παλιντροπίης φορέουσ').
Τύμμασι δι' ἐπτήκοντ φαεινὸς δέμας. αἱ δι' ἀπὸ γύῃσι
Σάρκες ἀτρῤῥείοισι πελιδναὶ ἐ ζοφοραίτῃ.
Οὐδέ τις οὐδὶ οἰωνὸς ὑπὲρ νέκυσ ἴχνια τείνας,
Αἰγυπιὸς, γῦπές τ', κόρακ τ' ὀμβρήρεα κρώζων,
Οὐδὲ μὲ ὄσσα ἐ φῦλ' ὀνομάζεται οὔρεσι θηρῶν
Δαίνυσθαι, τοῖσιν ἀν' αὐτμὴν δεινὸν ἕφειν.
Εἰ δ' ὅλον βούζωσις αἰδρείῃσι πελάσσει,
Λύζῃ δι' θανάτοιο ἐ κὴ ἀκέα μοῖρα τέτυκ').

Κῆρα δέ τοι δρυίνεσσι πιφαύσκω· τοὺς μὲ χέλυδρον
Εἰσέτι καλέουσιν, ὁδι' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας,
Η ὁγέ που φηγοῖσιν ὀρισπεύει ἐπὶ βάσσας·
Τὸν μὲν καλέουσι, μετοξέτεροι δ' ὕδρον,
Οστε βεύα περλιπὼν κὴ ἕλος κ', ὁμόθεν λίμνῃσι,
Αχώσσων λειμῶσι μολυβδίδας ἢ βαρυχάδας,
Σπέρχεται ἐν μύωπος ἀπόθεν δεδμημος ὁρμιλύ.
Ενθα κε πρώιον κοίλης ἀπεδύσατο φηγοῦ
Οξὺς ὀφις· κοῖτον δ' βαθέῃ ἐνδείματο θάμνῳ,
Αἰθαλόεις μὲ νῶτα· κάρη γε μὲ ἀμπιδὲς αὖτως
Τέρην ἐπικόμων. τὸ δι' ἀπὸ χροὸς ἐχθρὸν ἀνῆ),
Οἷον ὅτε πλαδόωσα περὶ σκύλα κ' ὄδμη ἵππων
Γαμφόδυσι μυδόωσιν ὑπ' ἀρῶνίοισι λάθαργοι·
Ηπι ὅτ' ἐν κάλπης ἢ ἐν ποδὸς ἴχνεϊ πύῃ,
Χρωτὸς ἀποπνιόωσα κεδνωσώμ φέρετ' ὀδμή.
Τοῦδι ἤτοι περὶ τύμμα, μέλαν κορδύνεται οἶδος.
Εν δ' νόον πεδόωσιν ἀλυσκάζοντας αἰεὶ
Εχθύσματα. χροὶ δ' μάλ' αἰνύεται ἀσδετὸς,
Ρινὸ δ' πλαδόωσι ὀπὶ χροὶ. τοῖσι μιν ἰὸς
Οξὺς ἀεὶ νεμέδων ἐπιδόσκεται ἀμφὶ κὴ ἀγκλὶ
Οστε καταρρύπτουσα κατοχθίζοντα δαμάζῃ.
Οἱ δέ ἐ μυκάοισι, περιπιλέες ἐ πόλον),
Οὔρεα δι' ἀπίσυπτα, τὰ δι' ἔμπαλιν αὖ ὑπίοντες
Ρίσκουσιν, κυλμοῖσι βαρυόμενοι θαμέεσσιν,
Η ἀσφυγόωσι ἕματος χολοειδέα δειρὴ·
Αλλοτε δι' αἱματόεντα, κακὴ δι' ἐπιδίψιος ἀπὴ
Εκαπὴ μογέουσι τρόμον κατιχεύατο γυίοις.

Φεύγει δ' χλοάοντα δασὺς κύανον ἐ δράκοντα,
Ον ποτε πευκήεσσι λασίῃ ἐνὶ θρίψατο φηγῷ,
Πηλίῳ ἐν γιρόεντι πλεθρόνιον κὴ βάτραν·
Ηπι οὐ ἀχαιλὲς ἐ ἐείδεται· ἐν δ' ἑκάτερθε
Τείσῃρι ἐκ τορθε φρισσόωσιν ὀδόντες.
Πίνει δι' ἐν σκιοῖσιν ὑποθέματα. νέρθε δ' πώγων
Εκλεβ' ὑπ' αὐθαρέωνα χαλιζάφος, ἢ μὲ ὄν' αὖτως
Εἰχείῃς ἤλυσιν, κὴ ἰὼ ἔκπαγλα χαλεφθῇ.
Βλησσὸν δ' μυὸς οἷα τυχὼν ὑπὸ κρατὸς ἐν χρὶ νύσσα
Εἴσεται, αἱμαχθέντος ὑποκραυπνοῖο ἀφαυοῦ.
Τῷ μὰ τ' ἔκπαγλον κοτέων βασιλῆος ὀργὴ
Λίσσεται ἐκ παλαχῆς ἐπαείρεται. αὐτὰρ δ' ἐχθρὸν
Δῆριν ἄγει χθονίοισιν, ὅταν βλώσποντα καθ' ὕλλω
Δίρκεται· πᾶσιν γὰρ ὄν' ἠρήμωσε καλιάς,
Αὖτος ὀφιδέων ἐ τόκον, κτῖλα τ' ὠιὰ βρύχων.
Αὐτὰρ ὅτε κὴ ῥεῖα κὴ ἰωὴ πεσόντα λαγωὸν

Sed quæ Amphisbænæ vel cauda vincere possit
Crassitiem exili. capulis par namque ligonum
Est scytale, illa autem lumbrici molle rotundi,
Atque inteſtini, quod terra erumpit ab alma.
Vere nouo campis cùm serpens exit apertis,
Et rupes linquens caueásque per arua vagatur,
Non hæc florentis carpit virgulta marathri
Exuuiis puber positis, reniténsque iuuenta,
Sed per conualles, denſisque in saltibus alto
Vincta latet somno. tellus ibi pabula largè
Sufficit, vnda siti non quæritur vlla leuandæ.
Contemplator item exiguum, sed robore cunctis Basiliscus.
Præstantem regem, cui vertice corpus acuto
Atque color rutilus, mensura modúsque tripalmis.
Non quisquam illius terrentia sibila serpens
Pertulerit, cunctos latè seu prata capeſſunt,
Siue sitim medio properant compescere sole,
Summouet, atque fugæ cogit dare terga timentes.
In membra à morsu flammæ grassantur, & atræ
Liuantésque fluunt putri de corpore carnes.
Non aquila aut vultur, non quæ nigra crocitat ales
Nuncia venturæ pluuiæ, non turba ferarum
Cætera per syluas, ausit gustare cadauer,
Quod semel insultans impuro afflauerit ore.
Sin vesana fames ignaram huc vertere morsus
Compulerit, subita certáque in morte tenetur.
Iam Dryinæ ausculta pestes, qui sæpè cauatis Dryinas siue Chelydrus.
Roboris in truncis rimosa cubilia ponit,
Aut latitat veteris suffoſſo cortice fagi,
Hydrum alij hunc vocitant, alij dixere Chelydrum.
Ipse lacus postquam solitos algáſque paluſtres
Liquit, & in pratis ranas volucréſque locuſtas
Venatur, rapidi mucrone petitus asili
Effugit, & præceps veloci fagina saltu
Antra subit, truncique caua se condit in aluo.
Illi nigra cutis, vertéxque simillimus hydro,
Et pariter latus. tetrum sed corpus odorem
Non aliter spirat, quàm qui nascuntur equorum
Tergore de putri vermes, scalpróque secantur.
Si talum aut summæ preſsit vestigia calcis,
Halitus indè grauis circùm vitalia fusus
Angit, & in nigros assurgit plaga tumores.
Infesti languentem animum mœſtúmque dolores
Exagitant, aret crudeli vulnere corpus
Fœtentem vibrans animam. depascitur artus
Virus edax, latéque simul contagia serpunt,
Et denſa inſtabiles caligo inuoluit ocellos.
Balatus edunt alij, strictiſque premuntur
Faucibus, vrinæ restant, hos stertere contrà
Perfusos somno videas, concuſsáque crebro
Ilia singultu, vomitíſque per ora citatos
Sanguinis aut bilis. tandem sitiente veneno
Diffusus per membra tremor languentia currit.
Nec verò auratum, cælique nitore draconem Draco.
Transierim, quem fago aluit Phœbeia proles
Valle Pelethronia, gelidumque ad Pelion, anguem
Præstanti forma, cui dentes agmine iuncti
Tergemino, malis vtraque ex parte cohærent.
Magna superciliis conduntur lumina crassis,
Barbáque rugoso promittitur aurea mento.
Ille vel attollens iras frendénsque dolorem
Non dederit tantum. spectatur dente puſillo
Vulnus hebes, muriſque patet non amplius ictu.
Armiger hunc contrà primo Iouis ales ab ortu
Aspera bella mouet. roſtróque infensa recurno
Inſtat, vbi mediis gradientem aspexerit agris.
Ille domos siquidem nidóſque propagine dulci
Vaſtat: & ouа vorans, orbata cubilia linquit.
Quin & ouem leporémque citum per inania raptum

E dumo insiliens, aquila mox eripit vngue.
Illa fugit, certant de præda. hinc indè volantem
Insequitur frustrà sinuosa volumina ducens,
Suspiciénsque oculis abeuntem in sidera toruis.

Cenchreaes. *Hybernam si quando Samum, clarámque ruina*
Mulciberi si Lemnon adis, quæ proxima Thracum
Littoribus, Iunone procul Rescynthide distant,
Hebrus vbi et niueo Zonai vertice montes,
Atque alta Oëagridæ quercus, Zerynthiáque antra,
Horrenda inuenies Cenchrenem mole, coloni
Quem vocitant varium squamis punctisque leonem.
Corporis haud vnus monstro modus. omnia latè
Occupat, & nulla medicabilis arte putredo
Membra cito peredit, grauidóque in ventre dolorem
Semper agens, alui nodum premit improbus hydrops.
Ille vbi sol radiis terras feruentibus vrit,
Ecce subit cliuos nemorosique aspera montis,
Sanguinis impensè sitiens, pecudésque Mosycli
Atque Sai petit insidiis, dum frigora pastor
Abiete sub patula securus et ocia captat.
Te nulla irato coram fiducia sistat
Tollentique minas, ne flammas corpore toto
Spargat, & implexum connexis vndique nodis
Verberet; ac rupto sugat thorace cruorem.
At fuge, non rectà, sed obliquo tramite currens,
Seinde viam, et frustrare fera compendia: nectunt
Spinea vincla moras, harétque offensa salebris,
Cùm recto planóque ruat rapidissima campo.
Talis Threiciis effert se tractibus anguis.

Stellio. *Hîc & vilis agit crudeles Stellio morsus.*
Illum quare Ceres quondam violarit Achæa
Fama refert, quando puerilia membra resoluit
Callichorum ad puteum, piacium Metaniraseníxque
Hospitio Celei diuam excepissent amici.
Præterea & syluas haud noxia turba ferarum
Pascitur & dumos atque obsita lustra tenebris.
Has elopes, libyásque, coronatósque myagros
Appellant, iaculos etiam, mitésque moluros
Quique errant nulla typhlopes peste nocentes,

Remedia ad venenatorum ictus. *Ast ego iam flores pictos, horúmque medelas*
Morborum, & folia, et radicibus apta legendis
Tempora, quò possis grassanti occurrere pesti,
Expediam, facili complectens omnia versu:
Principio in syluis, vbi sæuæ pascua carpunt
Lata feræ, stillat dum plaga cruore, recentes
Herbas carpe, solent tales præstare vetustis.
Radicem ante omnes Chironis nomine claram
Centauri legito, quàm primum Pelio in alto
Phyllirides Chiron longa ceruice notauit.
Ambit amaracino folio coma pendula caulem,
Auratique micant flores, radixque supernè
Sparsa Pelethronio saltu, per summa vagatur.
Hanc tu vel siccam, vel pila tunde virentem,
Et vini cotyla mistam largire meraci.
Subuenit hæc cunctis, & ob id Panacea vocatur.
Aut vmbrosa colens & aristolochia terenda,
Illa periclymeni foliis, hederaque propinquis,
Floribus hysgino rubris, et odore molesto,
In medio cuius fructum pendere pyrastri
Myrtea qualem fert ochne vel baccha, videbis.
Fœmina tuberibus radicum vixa rotundis
Germinat, at maribus longa, cubitóque sub alma
Defossa terra. buxi color intus vtrique.
Haud temerè inuenias medicamen morsibus vllum
Vipereis prodesse magis, si frustula drachmæ
Pondere flauenti libeat miscere falerno.
Nec minus hæc contrà pestes decerpe triphyllon,
Seu iuga celsa tenet, seu per decliuia surgit.
Hic minyanthes, at illi vocat tripetelon, agresti

Ῥεῖα δ' ἐράκων ἥμερος νέον μαρψάμενος ὄνυξι,
Θάμνα ὑποδύεται. ὁ δ' ὀμφῇ. ἀμφὶ δ' ἑαυτὸς
Μαίνεται. ἱππάμυιον δὲ πτερὸν ἀτέλεστα διώκει
Σπειρηδὸν κὴ λοξὸν ὑποδρακὼν ὄμμασι λευκοῖσιν.
Εἰ γε μὲν Ἡφαίστοιο χαλαίποδες ἐν πυρὶ νῆσοι
Βόσται, νὴ Σάμον δυσχείμερον, αἴτ' ἐνὶ κόλπῳ
Θρηϊκίῳ βίζιλωσι, ἑκὰς ἠπειρωδέος Ἕρκης,
Ἔνθεν ἵνα ζωναῖά τ' ὄρη χίονος φέηκεν,
Καὶ δρύες οἰαλέες, τόθι ζαμενὲς ἄντρον,
Δύσεις κεγχρίδαο δολιχὸν τέρας, ὅντε λίονται
Αἰόλον ἀμφιδάπτουσι πειρητὸν φολίδεσσι.
Τοῦ πάχεος μῆκός τ' πολύτροφον. αἶψα δ' ὀπωπὴ
Πυθέδονας κατέχευε δυσαλθέας. αἱ δ' ὅτε γύῃσι
Ἰοδόκοι βόσκονται. ἀεὶ δ' ὑπὸ νηδύσιν ὕδρωψ
Ἀλγεσιν ἐμβερύθουσα κὴ μέσον ὀμφαλὸν ἴζῃ,
Ἠτοι ὅτ' ἀκτίνεσσι θερεστάτῃ ἵσταται ἀκτὶς,
Οὔρεα μαιμώοντα ἐπινίσσεται ὀκρυόεντα,
Αἵματος ἰχανόων κὴ ὑπὸ κτίλα μῆλα δοκεύων
Ἢ Σάν νὴ Μεσύχλαν, ὅτ' ἀμφ' ἐλάτῃσι μακεδνῇσι
Ἀγραύλου ψύχωσι, λελοιπότες ἔργα νομήων.
Μὴ σύγε θαρσαλέος πὰρ ἐὼν θέλε βήμεναι αὖτιν
Μαινομένῳ, μὴ δή σε καταφλέξῃ, κὴ αὐαίζῃ
Παντοδὴ μαίζων οὐρῇ δήμας, ἐν δ' κὴ αἷμα
Λαφάζῃ κλιδάσας αὐαρρήξας ἐκάτερθεν.
Φεῦγε δ' ἀεὶ σκολιὸν ὃν ἰθέαν ἀτραπὸν ἶλλαν,
Δοχμὸς αὐακρούων θηρὸς δέμον. ἢ γὰρ ὁ δισσὸς
Βλάπτεται ἐν καμπῇσι πολυσφήκτοισιν ἀκάνθου,
Ἰθέαν δ' ὠκισθὲς ὑποδρομάδην σίζον ἕρπῃ.
Τοῖος θρηϊκίῃσιν ὄφις νήσοισι πελάζῃ.
Ἐνθα κὴ οὐτιδανοῦ πὰρ ἀπηχθέα βεύγματ' ἔασιν
Ἀσκληπιάδαι. ἦ μὴν τ' ἐρέει φάτις οὔνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔλαψεν, ὅθ' ἅλεα σίνατο παισὶ
Κηληχέσιν πὰρ φρέατι, ὅτ' ἐν Κηφισσὸ θεράπαιν
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴ δείδεκτο πεσέφρων.
Ἀλλα μὲν ἄζλαπτα κτεάτεσσι βόσκεται ὕλλῃ
Δρυμοὺς κὴ λασιῶνας ἀμορβαίους τ' χαράδρας
Οὓς ἔλοπας, λίζυας τ', πολυστρέπτους τ' μυάγρους
Φασίζοντας, σιμὸν τ' ὄσσοι ἀκοντίαι, ἠδὲ μόλυρον,
Καὶ ἔτι που τυφλωτὶς ἀπήμαντοι φορέουσ').
Τῶν μὲν ἐγὼ θρέπτα πάντα κὴ ἀθηρίεια νοῦσαι,
Φύλλα τ', ῥιζοτομόν τ' ἐλεύσομαι αὐδήσασθαι ὥρῃ,
Πάντα διαμπερέως κὴ ἀπαλεξέ, οἷσιν ἀρίστοις
Ἀλθήσῃ νούσοις κατακαίριον αὐτίκα μῆλον.
Ταὶ μὲν ἔτι βλύζουσι φόνῳ πεπληγυῖ σὺς
Δρέψασθ' πρόκμητα· τὸ γὰρ σφετερίσσατον ἀθρόον,
Χώρῳ ἵνα κνώπιος θαλερὸν βόσκεται ἐν ὕλῃσι.
Πρώτιστα μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι
Κενταύρου προνέμιον φοιτώντων, ἰῷ πρὶν Χείρων
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσατο δειρῇ.
Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα κατὰ πρεμνὰ χαίτη
Ἀνθεα δ' χρύσεια φαείνεται, ἠδ' ὑπὲρ αἰὲν
Ῥίζα, κὴ οὐ βυθίουσα πελεθρόεσσιν νάπος ἴσχει.
Ἣν σὺ κὴ αὐδήεσσ', ὅτε δ' ἐξ ὕλης ὅλμῳ ἀράξας
Φυσαλέῳ κοτύλῃσι πέσειν μυρσινέοις οἴνῳ.
Παντὶ γὰρ ἀρκίος ὄζῃ, τό μιν παυάκειον ἔκεσιν.
Ἠτοι ἀριστολόχεια πολίσσιος ἐνδατέονται,
Φύλλα τ' κισσήεντα περικλυμένοιο φέρουσα.
Ἀνθεα δ' ὑσμίνῃ ἐερεύθῃ. ἡ δ' οἱ ὀδμὴ
Σμύρνατι ἐμβαρύθουσα. μέσον δ' ὡς ἀχράδα καρπὸν
Μυρτάδος ἐξ ὄχνης ὁποψέαι, ἢ σύ γε βάκχης.
Ῥίζα δ' θηλυτέρης μὲν ὀπιπρηγνύλλεται ὄγκῳ.
Ἀρσενι δ' αὖ δολιχῇ τ' κὴ αἰμπύρονος βάθος ἴσχει.
Πύξῳ δ' χροιῇ πεφαλίγκιος ἠελίοιο.
Τλῶ ἤτοι ἔχὸς τ' κὴ αἰνοπλῆγος ἰχθύσσης
Ἀχεύσεις ὀφθὸς πεσιώσιον. ἔνθεν ἀπορρώξ
Δεκαχμαῖα μίσγοιο ποτῷ ἐνὶ κυρβάσιος οἴνῳ.
Ναὶ μὲν κὴ πεύφυλλον ὀπάζειο κνωδίῃ ἀρωγὴν,
Ἠέ περ ἐν πρόχνῃσι πάγῳ ἢ ἀπροφάτῳ βλωθρῇ.
Τλῶ ἤτοι μηναυδὲς, ὁ δ' πεπίτηλον ἐλαίνει.

Χαίτῃσι μὲ λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲ εἴκοσι δόμβῳ.
Ἠτοι ὅτ' ἄνθεα πάντα ἢ ἐν πίλαι ποικίλα τύχῃ,
Οἷόν τ' ἀσφάλτῳ ἀβρεύσεται ἔνθα κολύμβοις
Σπέρματ' ἔσω κύμβοιο τραπεζήεντος ἰλίσσῃ,
Καρδόπῳ ἐντείλας, πίειν ὀφίεσσιν ἀρωγήν.
Νῦν δ' ἄγε τοι σπέρματα νόσων δηλήσια λίξω.
Θυμβρείῳ μὲ ῥίζαν ἔλευ γυμνῇσι θάλοιν
Μίξας, ἐν ᾗ σπέρμα χυτὸν λευκάνθεος ἄγνῳ,
Νίψας, πηγαίῳ τ' ἀφρίζοντι, ἐν δέ τ' ὀμβρῳ
Δρεψάμενος βλαστὸν χαμαιπετέος, ἢ τ' ἐπὶ ὕλλῳ,
Οἷάς θ' ἑρπύλλοιο φερέμμονας αἰόλῃς.
Ἄχνῃ δ' ἀσφοδέλοιο δίωθέος ἠδὲ ῥίζαν,
Ἄλλοτε δὲ κωλεῶν ὑπὲρ τιθέμεν αὐχενίκοιο,
Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅτις λοβὸς ἀμφὶς ἀείρῃ,
Ἠὲ ἑλιξίλιθι, πάντε κλύζοντι καλέοισιν,
Τέγεϊ τεφροφόρῳ καὶ ἀειθαλλέσσι ἰάμασι.
Πῖνε δέ γ' ἐντείλας κοτυληδόν τον ὄξος ἀφύσσων,
Ἢ οἴνῳ ῥέα δ' αὖτε καὶ ὕδατι κῆρας ἀλύξεις.
Ἐσθλὸν δ' ἀγκιστὶ ἔχος φερεφαζέο ῥίζαν.
Τὴν καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ πιεζέτι πρὸς χαίτῃ,
Λίπεσι δ' ὡς ἴα τοῖα πιεζέμεν, ἢ ᾗ βαθεῖα
Καὶ ῥαδινὴ ὑπένερθεν ἀέξεται ἔνδοθι ῥίζα.
Τὴν μὲ ἔχε βυβλίνοιο ὑπὲρ νεάτοιο χαράξας,
Ἀντῳ ἐπιπώοντα χυτῆς πιεῖ τέλσον ἀμάξης,
Εἶδαρ ἀπαπτεύσῃ κάματον βίᾳ, αὐτὰρ ὁ γαίης
Ῥίζαν ἐρυσσάμενος, τὸ μὲ ἔρκεϊ θρύψαν ὀδόντων
Θηλάζων, τὸ δ' πίσος ἐῷ τάχα κάββαλεν ἕλκος.
Ἢ μὲν καὶ πεπόνοιο χλοαυγέος ἔρνεα κόψας,
Χειμερίης ὀφίεσσι, πιὼν ἀρήγοι σιώ οἴνῳ.
Ἠτοι καὶ ἀσπάρτοιο κατείρυσεν ὕδατα μάζρυ
Πρωτογόνῳ, σέρχει δ' πιεσφαραλέουσα γαλακτι,
Τῷ ὅτοι μελίφυλλον ὀπιπλείοισι βοπῆες,
Οἱ δ' μελίπλωτον· ἢ γὰρ πιεῖ φύλλα μάλιστα
Οἷσιν θαλάμῃσι μελίτος ἐοικότα ἔντα.
Ἠὲ σὺ γ' ἐλκεφόμοιο φέρις μιώρυγας ἀμαιὰς
Οἰνίδος λάζοιο κατοικίδος· ἀμφοτ' ὀμόρξεις
Φῦλλα τολυπεύμονος ἐς ἀερίγανον, ἢ ἀπὸ κάψου
Ἡπατος ἀκρότατον κέρσας λοβόν, ὅστε τραπέζης
Ἐκφύεται, νεύει δ' χρόνῃς χαλὸν κάδ' πυλάων.
Καὶ τὰ μὲ αὖ σύμμικτα πιεῖν δότι, αὐδήεντα κόψας
Οἴνοιο ἢ οἴτης· πλεῖον δ' ἄκος ἔψεται οἴτης.
Ἐν δ' φόβῃσι ἐρύσαιμι ἀειθαλέος κυπαείσου
Ἐς ποτὸν, ἢ πάπαχες, ἢ κάστορος ἤλοσιν ὀργήν,
Ἢ ἵππου τ' Νείλοιο ἐπὶ Σάϊν αἰθαλόεσσαν
Βίσκει, ἀρούρησιν δ' καλὸν ὀπιδμήεται ἄρπῃ
Ὀστε δ' ἐκ ποταμοῖο λιπὼν ζόλον εἰλυόεντα,
Χλοάοισι, νέον δ' ἀπεχεύατο πόᾳσι,
Τόσσον ὀπιζείων λείπει βυσσόν, ὁππότ' ὄφρ
Ἐκείνεται γλύφουσι παλίσσυτον ὄλμον ἐλαυνῶν.
Τοῦ μὲ ἄπο πεντημῶν δραχμὴς βάρος ἰσοφαρίζειν,
Τάπι δ' αὖ γ' ὀπίσσω κύτει ἐν ἀλλέα κόψας.
Μηδὲ σύ γ' ἀζεστόν ὀπιλήθεο· μηδέ τ' δάφνης
Καρπὸν ἀμοιτήρης, μάλα δ' αὖ ἢ ἀμάρακος εἴη
Χειμερίοις πεμπῆς τ' ἢ αὐδήεσσι χλοάζων.
Ἐν δ' πίδει ταμίσσον σικύηκος νεαρὸν λαγωοῦ,
Ἢ πρασιὸς, ἢ νεοερσὲ πιέμεν ἀπολόματα κόψας,
Ἢ ὑλάφου νεβροῦ, τ' δὲ χαλέοισιν ἐχίνου,
Ἄλλοι δ' ἑκατόντα κεκρυφάλου. ὧν ἀφύσας
Δραχμάων ὅσσον τ' δύω καταβλήδην μοίρας
Τέτρασιν ἐν κυάθοις μέθυος πολιοῦ ἀποσίξας.
Μηδὲ σύ γε χρώσῃσι πολὺ κάδοι, ἢ κέδρῳ ἢ,
Ἀρκεύθου, σφυρίτῃ θερειλεχέος πλατάνοιο,
Σπέρματα ἐκπλεύσει τ' καὶ ἰδαίης κυπαρίσσου,
Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πιέμεν σοφίῃσι.
Πάντα γὰρ λήθουσι, καὶ ἀθέσφατον ἐκ μόγον ὦσαι.
Τῷ δ' μετοξετέρῳ σμυκάτῃ φύξιν τ' καὶ ἀλκὴν
Φοάζει, πευκυδάτειαν ἐλὼν προχαλῷ ἐπὶ λιβδῷ
Σώζειν, ἐν δέ τέ οἱ κοτύλῃ πλησίον χάσας·
Ἐν δ' δύω κυάθεια παλαιοτέλεος οἴνοιο

Crine refert lotum, rutæque effundit odorem,
Cùm verò totos floréſque comáſque decoras
Extulit, aſphalto fragat grauis. indè reuellens
Semina quanta capit vinaria cymba, terénſque
Omnia piſtillo, potu medicabere virus.
Nunc age miſta canam tantas pellentia peſtes.
Radicem imprimis thapſi compone ſalubrem
Trinacry, atque alba lectum de vitice ſemen,
Nerinque, & latè ducentem germina rutam.
Surculus addatur thymbræ, quæ gaudet in agris
Sparſa ſolo ſimiles ſerpyllo effundere ramos.
Tu quoque florentis radicem velle rotundam
Aſphodeli, aut tollentem altè faſtigia caulem,
Vel quæ diſtincto clauduntur ſemina folle.
Atque etiam helxinen, clybatin plerique vocarunt.
Gaudet aquis, & fronde ingi per culta vireſcit.
Cuncta tere, & cotyla vini aut mordentis aceti
Miſta bibas: potes & lymphis auertere peſtem:
Alcibij radicem eohij pariter lege, ſemper
Aſpera ceſaries cui ſpinis horret acutis,
Purpurei circùm flores, radixque profunda
Et gracilis terram ſeſe dimittit in imam.
Alcibio, ſomnum dum ſtratus iniret in antro,
Aree ad extremum, percuſſerat inguina morſu
Vipera, & ex templo conflauerat atra dolorem,
Ille ſolo vulſam radicem mandit, et omnem
Exuxit, crudúmque obduxit magnate vulnus.
Quin et marrubij viridantia germina tundens
Profueris, ſi miſta mero ſimul hauſeris albo.
Tum ſoboli infenſam, dum mammas fugit inanes,
Compoſitis odiis quæ replet lacte inuencam,
Agreſtes meliphyllon eam dixere bubulci,
Siue melittænam, quòd captæ mellis odore
Stridere apes circum ſoleant & ſidere ramis.
Quæque cohortalis gallinæ parua cerebrum
Membrana inuoluit, necnon quandoque legenda
Fruſta polycnemique & origanoń, aut cape ſummam
Aprugni fibram iecoris, quæ nata trapezâ
Vergitur ad bilis follem, portiſque propinquat.
Hæc tuſa & miſto diluta bibantur aceto,
Aut vino, virtus ſed longè maxima vino.
Et folium viridis potu concede cupreſſi,
Aut panaces, miſerum vel caſtoris accipe teſtem,
Aut paſcentis equi per Nili magna Saitæ
Flumina, et ore malo terræ quoque farra metentis.
Qui fluuio egrediens & turpis gurgite cœni
Dum floret ſeges, atque herbam mutauit ariſtis,
Procedit quantum ſatis eſt vt læta capeſſat
Pabula, et in fluctus poſſit remeare relictos.
Ex illo reſeca quod drachmæ pondus adæquet,
Et cuncta affuſis in pila contere lymphis.
Nec verò abrotoni, fructúſue oblimo lauri
Te capiat, tenuis confert ex amaracus aream
Hortorum complens & ripas fronde virenti.
His rapidi leporis, timidíue coagula damæ,
Vel capreæ ammiſce, ſed facibus antè reuulſis.
Aut cerui ventrem, quem multi nomine echinum
Reticulúmque vocant, alto ſub ventre latentem.
Exempta hæc prebe drachmarum pondere binûm
Antiqui cyathis temethi miſta quaternis.
Sed nec opem poly, vel cedri, iuniperúmue
Ignora, & pilulam platani ne ſpreueris amplæ,
Bupleuri quoque ſemen et Idææ cypariſſi,
Aut genitalem etiam cerui reſcindere penem.
Nam cuncta auxilio ſubeunt, ſuperántque laborem.
Nunc alias arteis, alias nunc diſce fugandæ
Mortis opes, pileque cauo tere pulybateam,
Heminam affundens ptiſanæ, geminóſque falernæ
Adiungens cyathos priſco jam conſule nati,

Et pinguis tantum ſucci qui fluxit oliuâ.
Hæc confuſa trahent rodentem è vulnere bilem.
Quin olidæ largire picis ſeſcunciam, & vnà
Internam viridis ferulæ concede medullam,
Aut magnas grandis radices hippomarathri
Intritas cedri baccis, apiúque paluſtris
Semina: oxybaphi plenus modus omnibus eſto.
Adde illis apij conciſum ſemen equini,
Et piceam drachmæ geminato pondere myrrham,
Spicatique ſimul fructum decerpe cumini
Appenſum, nullo vel pondere corpus echidnæ
Confundas, cyathiſque meri tribus ebibe miſta.
Tum nardi drachmam pulchra nitentis ariſtæ
Accipe, & octipedem raptum de flumine cancrum
Lacte nouo terito, tùm natam Naronis irin
Marginibus, quáque Illyricis Drilo perfluit agris,
Armoniæque & Sidonij fundamina Cadmi.
Paſcua vbi gemini ſerpunt per rura dracones.
Quin & florentem promptè frondentis erices
Tolle comam, hãc paſcunt volitántq; examina circum.
Protinus et ſterilis myrices virgulta legantur,
Fatidicum vatum numen, quo reddere ſortes
Et reſponſa dedit fari Corypæus Apollo.
His olidæ virides ramos adiunge conyzæ,
Sambucúmque leuem, floréſque comáſque frequentes
Sampſuci, cytiſúmque et lacteſcentes thymalidas.
Hæc terito, et teſta, vino diluta capaci
Excipito, decies capiat quod congius vnus.
Et gerynon etiam querulos in vaſe parentes
Palladio in primis iuuat incoxiſſe liquori.
Sæpè iecur vino quod ſors tibi cumque pararit,
Aut caput exitiale feræ, ſeu fluminis vndâ,
Siue mero epotum peſtem diſcuſſit acerbam.
Sed nec helichryſus dulcis, non corcorus abſit
Fronde jacens humili, non panactea conila,
Quam quidam Heraclion origanon indigitarunt,
Quódque aſini paſcuntur origanon, & tere thymbræ
Sicca ſimul capitella grauem extirpantia morbum.
Parua etiam pingui referente papauera rhamno
Vtere, quam circum flos cano veſtit amictu
Candidior, Philetærin eam cognomine dicunt
Qui Tmolum Gygíſque colunt monumenta, iugúmque
Partheny, pecori paſtus vbi Clezus equino
Præbet, & effuſi ſe pandunt ora Cayſtri.
Nunc age radices aduerſas anguibus audi,
Quas inter duplex Echium ſpectabis, acutis
Vnum horrens ſpinis, anchuſæ fronde, nec alta
Defoſſum terra, tenui radice breuique.
Aſt aliud calyce & folio maiore, puſillo
Purpureóque viret redimitum flore, ſupernè
Vipereum geſtans adſtricto vertice ſemen.
Amborum æqualis ſectorum portio confert
Lignoſa in pila, ſaxóue intrita cauato.
Ipſam etiam eryngi, longámque ſalubris acanthi
Radicem, paribus trutinæ ſed lancibus ambas,
Intere, & in madidis qui vallibus exit, erinum.
Accipe et eucnemi ſolium ſylueſtris, & ipſum
Junge apij ſemen Nemeaum fronde perennis.
Adde & aniceti duplum, ſurſúmque reducas
Depreſſam primùm radicum pondere lancem.
Hæc ſecum miſcens, teſtáque ſubacta reponens,
Vipereas peſtes promptè medicaberis, & quas
Scorpius inflixit plagas, diriue phalanges,
Si libeat ternos obolos mollire Lyæo.
Montanum diſcerne, notáque chamæleon alba:
Nam venit ambiguus, fuſco niger ille colore,
Nec ſcolymo abſimilis, diffundit caule rotundam
Cæſariem, craſſa nixus radice nigráque,
Et ſolem vitans rigidis in ſaltibus exit.

Ἐν ᾧ κ' ἀρχέσαο λίπτεις ἰσόμοιρον ἐλαίῳ.
Φύρσας δ' πλυνῇσι χλοιοδόρον ἰὸν ἐρύξεις.
Ἄγχει δ' ἐξάμοιρον κοτύλης ευώδεα πίσσαν,
Καὶ χλοεροῦ ναρδήκος ἀπαὶ μέσου ἤτορ ὀλόφας,
Ἠὲ κ' ἱππίης μαράθου πολυωπέα ῥίζαν,
Κεδρείσιν συπείῃσι ἐλεοδρέπτῃς τ' σελίνῳ
Σπέρματα, μετρηθὲν δ' χάδδι βάθος ὀξυβάφοιο.
Ἔνθα κ' ἱππείοιο γε ταμὼν ανεμοσσὸν σελίνου,
Δραχμάων δ' δύο σμύρνης ἐκπευκέος ἄχθη,
Ἐν δ' ἀθηρηλοίοις καρτὸν κέρσαιο κυμίνῳ
Στάσας, ἢ ἐχίδνῃσι τ' κ' ἄσατον ἀμφικυκήσας.
Πῖνε δ' μιξάμενος κυάθῳ τεὶς ἀφυξίμου οἴνου,
Νάρδου τ' ευωδίης δραχμὴν ἄχθος ἑλέσθαι,
Καὶ τ' κ' ὀκταπόδων ποταμῷ ἀπὸ συλκὸν ἑόντα
Καρκίνον ἐνθρύψαιο νεοδμήλοιο γάλακτος,
Ἰσὸν δ' ὧν ἔθρεψε Δείλων κ' Νήρονος ὄχθη,
Σιδονίης Κάδμοιο θεμείλιον Ἁρμονίης τ'
Ἔνθα δύω δαπλῆτε νομὸν στείβουσι δρακόντε.
Λάζεο δ' αἰθομόωντα ἄφαρ πανύφυλλον ἐρείκης,
Ἥντε μελισσαῖος περιβόσκεται οὐλαμὸς ἕρπων.
Καὶ μυείκης λάζοιο νέον παρακάρπιον θάμνου
Μάντιν ἐνὶ ζώοισι γεραίσμιον. ᾧ ἐν Ἀπόλλων
Μαντοσύνας κορυφαίους ἐδήκατο, κ' θέμιν ἀνδρῶν.
Μίξῃ δ' κονυζῆνα φυτὸν ἕλκλωον, ἠδὲ κ' ἀκτῆς
Καυλοὺς ἰωειδέντας, ἰδὲ πέρα πολλὰ κ' αὖθι
Σκιμφύχου, κύπτων τ' κ' ευγλαγέας θυμαλίδας.
Πάντα δὲ λίσσῳ θρύπτε, κ' ἐν σκαφίδεσσι δοχαίαις
Φαρμάκων μέθυ κεῖνο χρὸς δεκάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.
Αλλ' ἤτοι γερσῶν κανακρὶ πρὶ δηϊα τοκῆες
Βάτραχοι ἐν χύτρῃσι καθεψιθύντες ἄεισι
Βάμματι. πολλάκι δ' ἥπαρ ἐνὶ ῥεθέῃ πεθὲν οἴνῳ
Ἢ ἀλπᾶ σίντασο κάρη κακὸν, δηὖτε νύμφαις
Ἐμπεθὲν, τοτὲ δ' οἴνῳ ἐνὶ φαρέεσσιν ἀρήξῃ.
Μὴ σύγ' ἐλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδεύκεες αὐδῶ,
Κόρκορίν ἠμυόεντα, πανάκτειόν τ' κοτίλλῳ,
Ἣν τ' κ' ἠρακλείον ὀρείγανον ἀμφιέποισι.
Σιὼ κ' ὄνυ πετάλειον ὀρείγανον αὖάτε θύμβρης
Στρομβοῦσα ψάλριο κακὸν ἐμφόρβια νοῦσον.
Ἄγχει μιλὼ ὀλίγας μηκωνίδι ῥάμνον ἐΐσῳ
Ερυσιβώλῳ, ἀγλῆτι δ' ἀεὶ περιτέτροφεν αὐδῇ.
Τλιὼ ἤτοι φιλέτραιαν ὀπίκλησιν καλέουσιν
Ἀνίερες, οἱ Τμώλοιο περὶ Γύγαό τ' σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κλίζος ἀερτὴ
Ἵπποι χλεύουσι, κ' αἰτολαὶ εἰσὶ Καΰστρου.
Νυῦ δ' ἄγε τοι ῥίζας ἐρέω ὀφίεσσιν ἀρωγάς.
Ἔνθα δύω ἐχίνω πφάσκεο. τ' ᾧ τὸ μὲν πού
Λᾶχρύσῃ πεσσέοικεν ἀκανθίνῃ πετάλοισιν·
Παῦρον ἐπὶ τυτθὸν τ' κ' ἐν χθονὶ πυθμένα τείνῃ.
Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι κ' ἐν κολύκεσσι θάλεια
Ὑψηλὴ, ὀλίζῳ δ' πέρι πορφύρεται αὐδῇ.
Βλάσει δ' ὡς ἔγχος, σφεδανὸν δ' ἐφύσσεται καρῖνον.
Τῶν μὲ ἀτ' αὐδεράσδε πεπαμένων ἰσάρεα χαλκῷ
Ἡ σφῖλα, ἢ ὄλιλῳ κνάσας, ἢ ῥωγάδι πίτνῃ.
Ἠὲ σύ γ' ἠρύγγοιο κ' δηϊόεντος ἀκαύδου
Ῥίζαν λειώσαις, φέρεις δ' ἰσορρεπὲς ἄχθος
Ἀμφοῖν κ' κλώθοντος ὐ ἀφιζάνοντα ἑείνῳ.
Λάζεο δ' ευκτήμοιο κάμιλλον βείδουσιν ὀρείης,
Καὶ σπέρμαδος νεμεσσᾶν ἀειφύλλοιο σελίνου,
Σιὼ δ' κ' αὐτήσιον τὸ δίπλουν ἔχθος, ἀείρας
Ῥίζαις ὀλκήσαις ὑπὸ πλάστιγγα πιεσσῷ.
Καὶ τὰ μὲ ὀρχάζοιο, κ' εἰν ἐνὶ τεύχεϊ μίξας,
Ἄλλοτε μὲν τ' ἔχων ὅλοον σίνος, δηὖτε τόμια
Σκορπίου, τά τ' σήματ' ἐπαλθήσαιο φάλαγγος,
Τειπλόου ευθρύπτων ὀδελοῦ βαρὸς ἠδὲ θεν, οἴνῳ.
Φεάζεο δ' αἰγλήεντα χαμαίλεον ἠδὲ ὀρεινόν·
Δισσοὶ δ' αἰμοῖς ἔασιν· ὁ μὲ ζοφοειδέος ὠπιὸ
Νίκτα σκολύμῳ, τροχάλῳ δ' ἀπηχύατο χαίτῃ,
Ῥίζα δέ οἱ βειαρὴς τ' κ' αὖθαλος. ἢ δ' ὑπὸ κηπείῃς
Σκιῇς ευτιλίθοι φυξήλιος ἐν τεμένεσσι.

Τὸν δ' ἕρσην δήεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυοῖς,
Μίσγει δ' ἐν κεφαλῇ φύετο πεδόσσατα μαλοβρῦ·
Ἴβλα δ' ὑπαρχάσσας, μελίζωρος ἦ πάπαλις.
Τῶν δὲ κυανίον μὲν ἀμείνων. ἢ δ' ἀπὸ φάρσος
Δεξαμενῶν ποταμοῖο πιὼν, ὑδάτινον ταφάξας.
Ἄλλη δ' Ἀλκιβίοιο φερώνυμον ἄμπελος αἴλου,
Δεπίτια χερὸς τληπώτας· παύῃσι δ' ἐν νίκτερσι πόνοις.
Τὴν μὲν ὑπὸ σκοπέλοισι φολαγραύλοισιν ἐπακτὴρ
Κρύμνης ἀμπεδίον κατὰ αὐλὰ χεάσσιν, ἠδ' ἵππων
Λειμῶνες, σευλάκεσσιν ἀμυκλαίοισι κλυούσαν,
Κινζομένην κυνὸς οὖλον ἐπόρσυνε θυμολέοντος·
Ὅστε μετοπλεύσαν αἰζὸν ῥόθον ἐν σίδῃ ὕλης,
Ἐκθορὼν ἐν ῥωπῆσι τυπεὶς ἀπὸ δέξατ' ἐχίδνης.
Καὶ ῥ' ἕλκεϊ κλάγξε φρενὰς βάλε. ῥεῖα δ' ἀπ' ὠμὸς
Φύλλα κατέβρυξεν, καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὀλέθρον.
Λαζὸ δ' ἔγχλοα φλοιὸν ἐλαιήεντα κρότωνος
Συμμίξασ' πετάλοισι μελισσοβότοιο δασείης·
Ἠὲ καὶ ἠβήσιο τροπαῖς ἰσόνυμον ἔρνος,
Ἠὲ καὶ ἀφριόεσσο παλιρρήτοιο κλυδώνος
Τεκμαίρει γλαυκοῦσιν ἴσον πετάλοισιν ἐλαίης.
Αὐτὰρ δὲ ῥίζαν κοτυληδόνος, ἣ τ' ἀκάκτιμον
Ῥηγνυμένων ὀλοφυδὰ δίηφιν ποσὶ χιμαίρας.
Δὴ τότε δ' ἢ βλωθρῆσι πυείτιδος ἔγχλοα φύλλα,
Ἢ σκολοπενδρείοιο φέρειν ἀπὸ κνώλων ἀμύνας.
Ἀχεῖ καὶ πάσσας φλεγυήϊον, ἔβρασε τεφρὸς
Παιόνιον μέλανος ποταμοῦ παρὰ χείλεσι μύρσης.
Ἀμφίβυσσα δὲ καὶ θέρων Ἰφικλείοις ἔρνος,
Ἐν τῇ πω Ἡρακλῆϊ κυκλοῦ ἐπυσσάμενον ὕδρῃ.
Εἰ δ' ἤ τε σύλακας γαλέης ἢ μυσπόλα λάβῃ ἰχνὼ
Ἀχεύοντας πρόσωπον, ἀπεστύλωσε δ' ἀχύμης,
Κεφαλὴν κατὰ ὦφθε πυρὸς σελάσαντος αὐτμῇ.
Τῆς δ' ἐξ ἕλκεται πάντα βδαλὰν καὶ ἀφρόδιτα γαστρὸς,
Φόρτον ἀλὸς θείοιο κατ' ἠῶθεν δίχα τέρσον,
Μήτ' ἐπικηλήσῃ νεφρὸν σίνηρ ὠκὺς ἀλέξας.
Ἀλλ' ἀπόταν χρειώ σε κατεμπάζῃ μοχέοντα,
Σῶχε δικαίης πλῆθος ἀνὰ δάκος, οἷά τ' ἀφαυρὴν
Σίλφιον, ἢ φρυάλιγγα πιεζήσειε γάλακτος
Οἷόν ὀπικηδῶν. τὸ δέ τοι σφετερίσσατον ἠῶν
Ἐπιέται· πάσσει γὰρ ὁμῶς ἀπὸ κῆρας ἀμύξεις.
Πεύθεο δ' αἰνήλης χέλυος κρατέουσαν ἀρωγὴν
Δίσματος εἴλυρ ἔνδον ἐολιχὸν ὅστε φῶτας ἀπείρους
Ἐρπετὰ σίνονται. τὸ δέ τοι μέγ' ἀλέξιμον εἶη.
Ἠτοι ὅταν βεστολοιὸν ὑφ' ἁπτοίοιο χελώνης
Αἰγιλιῶν ἐρύσσωσιν ὀπὶ ξερὸν ἀπαυλίσες,
Τῶν δ' αἰ ἀκαμπύσσας, κεφαλῆς ἀπὸ θυμὸν ἀρύξαι
Μαυλίδι χαλκείῃ· βλοσυρὴν δ' ἐξ αἵμα χέασι
Ἐν κεράμῳ νεοκμῆτι καμυσθὲν· ἐν ᾗ πλιδίων
Οὖρον ἀπηῶσαι πλαδόωντ' ἐνερηΐ μάπτῃ.
Ἢ ἔτι δὴ τέρσαιο διαδρυφὲς αἷμα κεάσας,
Δεγχμάων πούεων μίσγων βάρος· ἐν ᾗ κυμίνῳ
Δοιὰς ἀγεστέρεια, καὶ ἐν ταλίσιον λαγοῦ
Τετράμορον δ' ἐγχμῆσι δύω καταδήσεο βείδος.
Ἐσθὲν ἀποβλιμάων, πίειν δ' ἐγχμαῖον ἐν οἴνῳ.
Καὶ τάδε μὲν τ' ὀφίεσσιν ἀλεξιτήρια δήεις.

Ἔργα δέ τοι σίνταο φοιφράζοιο φάλαγγος,
Σήματά τ' ἐν βρυχμοῖσιν. Ἐπεὶ ῥ' ὁ μὲ αἰθαλόεις ῥοῦς
Κίκλησκε, πιοσσῆσι, ἐπεσσύτερος ποσὶν ἕρπων.
Τοῖσι δ' ἐν μετάτῃ ὀλοσις ἔσκληκεν ὀδοῦσι.
Τὴ ᾗ δ' ἐγχείμενος, αὐτήτῳ ἴχνος χρὼς
Μίσγει ὁμῶς. τὰ δ' ἔνερθε φάη ὑποφοινόεν.
Φοίνιξ δ' ἐν ῥεθέεσσι σκιείπεται. αὐτίκα ᾗ χρὼς
Μίξιά τ' αὐδήεις ὕπερθε τιτύσκεται, ἠδὲ ἑ καμλὸς
Φύρματι μυδαλέος πεφίαπται. ἰσία δ' αὖτως
Μίξιν ὑπισκήπτουσι κατήσπιον ἕλκματι χροιῶν.
Ἀστέριον δ' ἤτοι μὲν πεφάσκετο· τῷ δ' ἐπὶ νώτῳ
Λιγυστὰ στίλβουσι, διαυγέες ὡς χροὶ ῥεθέδαι.
Βρύξαντος δ' αἰθήλης ἐπιδρομὸν αὖθι φέικεν,
Ἐν ᾗ κάρης κεφαλῆ· γουνῶν δέ γ' ὑπέκλασε δεσμά.
Κυανέον δέ τοι ἄλλο πεδήορον ἀμφὶς ἀΐστει

Hic folio latus tumet asperiore, capúsque
Sessile demittit medio de pectore natum,
Albáque mellito radix condita sapore est.
Sed nigrum moneo fugias, pondóque recisam
Alterius drachmam fluuiali dilue lympha.
Est alia Alcibij cognomine planta, maniplam
Cuius in exiguo propina nectare tusam.
Hanc Phalachra in scopulis reperit venator, apertis
Dum Crymnes spatiatur agris. Grasúmque, sacríque
Prata pererrat Equi, canibúsque celeumate vires
Addit Amyclais, acuítque latratibus iras.
Nam capreæ dum cæca canis vestigia lustrat,
Vipereo morsu lachrymosum lesus ad hirquum.
Viperam vbi excussit clamans, exilia mandit
Germina, sic mortem fatúmque auertit acerbum.
Pinguia quinetiam dentur virgulta ricini,
Mista melissoboti foliis, hirtóque capillo.
Aut cui summa dedit solis conuersio nomen
Herba, reuertentis prædicere gnara meatus
Titanis, glaucarum oleæ de more comarum.
Et radix pariter cotyledonis, illa tumores
Discutit in talis glaciali frigore ruptos.
Crescentis viridem nonnunquam carpe pyrethri
Cæsariem, aut messum scolopendri porrige caulem.
Necnon & panaces Phlegyam sume, repertum
Phœbigenæ, primúmque Melæ quod nactus ad oras,
Amphitryoniadæ sobolem seruauit Iphicli,
Quum comes Alcidæ diram dedit ignibus hydram.
Si tibi mustelæ catulos, ipsámue rapacem
Venari matrem curæ est, hanc vellere primùm
Expolia, flammísque pilos ardentibus vre.
Indè intestinis vacuum illuniéque cadauer,
Et sale conditum molli siccabis in vmbra,
Ne caro feruenti tabescat sole tenella.
Cúmque malum virus poscet medicaminis vsum,
Vt laser tenerum, vel lactis dura coacti
Pondera, membra feræ cultello arentia rade,
Et confunde mero. non hoc præstantius vllum
Omnigenas poterit depellere corpore pestes.
Nunc age, opem & medicas testudinis accipe vires
Æquoreæ, si quando virum truculentior anguis
Læserit, auxilium sceleratis morsibus ingens.
Hanc vbi damnosam pelago piscator ab alto
Traxit, et in siccam reti subduxit arenam,
Protinus inuertens resupinæ extantia ferro
Colla seca, tetrúmque nouis infunde cruorem
Fictilibus, memor indè serum quod diffluet omne,
Atque redundantem saniem transmittere colo.
Cúmque ibi siccaris concretum in frusta, quaternis
Sanguinis in drachmis binas adiunge cumini
Agrestis, leporique exempta coagula drachmæ
Pondere dimidiæ, quódque vnam pendeat ipsâ
Detractum massâ: lenæo combibe miti.
Hæc tibi sint morsus, hæc amuleta ferarum.
Nunc attende notas & vulnera dira phalangis
Pestiferi. piceo distinguitur ille colore Phalangiorum species VII. I.
Qui Rhox nomen habet, pedibúsque frequentibus: aluo
Os illi in media, duro exitiabile dente.
Si morsum impressit, vestigia nulla cruenti
Vulneris, ardescunt subtus perfusa rubore
Lumina, membra rigor quatit, extemplóque pudendum
Et corpus sursum conuellitur, arrigit ipse
Semine sordescens penis, coxaque premuntur
Frigore, genua labant laxatis languida vinclis.
At verò asterion dorsi fulgore coruscum II.
Virgatis splendet maculis, albóque relucet. III.
Mox rigor à morsu pertentat membra, capútque
Dente soporatur, collapsáque genua fatiscunt.
Cæruleus graditur pedibus sublimior alter,

Villóque hirsutus. dant tristia funera morsus,
Si quenquam oppressit, luctantur corda dolore,
Tempora caligant, & qualis aranea, lentus
Ore redit vomitus, properéque in fata vocantur.

IIII. *Est etiam agrestes, cui muscas fraude necantis*
Forma lupi. hic cubices & apes explorat, & œstris
Collocat insidias, contextáque retia ponit,
Sed facilis nullo vanescit plaga dolore.

V. *Est & Sphecion vespæ cognomine, vulgus*
Dysderi appellat, rufum, vespæque feroci
Assimile, audaces animos quæ præstat auorum.
Namque vt apes tauro veniunt, sic putribus acres
Carnibus alipedum vespæ nascuntur equorum.
Si ferit, ecce tumor circunstat vulnera magnus,
Tum vary emergunt morbi, vel genua tremiscunt,
Vel resoluta labant. defectis robore tandem
Obrepit somnus, requies & meta laborum.

VI. *Formicæ obserua parilem Myrmecion, illi*
Flava quidem ceruix, reliquum fuliginis atræ
Corpus habet ſpeciem, stellatis vndique guttis
Terga micant, nigrúmque caput ceruicibus extat.
Huic primis morsusque dolórque phalangibus idem.

VII. *Agricolam, si quando manu cerealia carpit*
Semina, & è terra sine falce legumina vellit,
Parua petunt caco deprensa phalangia morsu.
Cantharidum his forma est, rutilique coloris amictus.
Mox hinc indè frequens accepto vulnere bullat
Pustula, & insanum vexat dementia pectus.
Fanda nefanda refert, peruersáque lumina torquet.
Nunc quas Ægypti gignit plaga noxia pestes
Contemplare, quibus phalænæ forma, ruentem
Quam circum lychnos abigunt qui vespere cœnant.
Densa ala, viridíque orbata humore, conilæ
Aut sicci in morem cineris, si tangere tentes.
Arbore non dispar degit Perseide pestis,
Cui caput edurum nutat, toruúmque tuetur,
Et grauis est aluus. si quando hac cuspide virus
Ceruici summæ capitíque asperserit atrum,
Nec mora percussos immiti damnat auerno.

Scorpio & eius genera.

Iam vero armatum caudæ mucrone cruento
Scorpion, et diræ referam discrimina gentis.
Innocuus stimulis, & fati candidus insons.

VIII. *Sed flammis homines rufo spectabilis ore*
I. *Absumit subitis, ipsi, ceu febribus acti,*
II. *Vno stare loco nequeunt, sitis improba sæuit.*
III. *Qui niger est ciet instabiles in corpore motus,*
Et facit amentes, & risus edit ineptos.
IIII. *At viridis, si quos petiit mucrone, repente*
Horror, vt hyberna ceu nimbi grandine densi
Corporibus crepitant, vel si canis ardeat æstu.
Talis ei stimulus, quem vinclis pluribus apta
Vertebræ reddunt magis ima parte nocentem.
V. *Liuidus est alius, latum trahit helluo ventrem,*
Esurit & semper nulla satiabilis herba.
Si ferit inguinibus non euitabile vulnus
Ingeritur, tanta ingluuies consistit in ore.
VI. *Cancro alius similis, qui degens littore, et algas*
Pascitur, & pelagi quæcunque refuderit æstus.
VII. *Corpore sunt alij magno, duriſque rapacis*
Forcipibus, vesta simul asperiore, paguris
Persimiles varis qui lania saxa frequentant.
Quorum etiam hi soboles sunt pessima, quando sonantis
Liquerunt ponti scopulos, muscúmque virentem.
Nam cum deceptos esca piscator ab alto
Traxit, & in prædam capti cessere, latebris
Condunt se minimis, vbi caca morte perempti
Crudeles putri natos è sanguine tollunt.
VIII. *Adde melichlorum, cui cauda nodus in ima*
Nigricat. hic flammas quas non restinguere possis

Λαχῆσι. δεινὸν δ' ἕρπει ἐς ὀπὶ χρὸς νύξαμα,
Οὐ πνα γυῖωσι. κραδίη δέ οἱ ἐν βαθὺς ἴσχει.
Νιξὶ δ' ἐφ' ἀρτάφοις· ἔμετον δ' ἐξήρυγε δειρῆς
Λυγρὸν ἀφαρπεστὰ· νέμει δέ οἱ ἐγγὺς ὄλεθρον.
Ἀρχοσπὴς γε μὲν οὖρος, ὁ δὴ λύκου εἴσατο μορφῇ
Μυιάων ἁλιτῆρας, ὑποπτεύει δ' μελίσσας,
Ψιλὰς, μύωπάς τ', ἠδ' ὅσ' ἐπὶ δεσμὸν ἵκω).
Ἀκμητον δ' ἐπὶ τύμμα φέρει μεταμώνιον αὐδή.
Ἀλλὰ γεμιὼ δύσδηλος, τὸ δ' ὀρικεῖον ἔπουσι,
Πυρσὸν ἄμις ὀρικὶ παραλλήλιον ὠμοβοείῃ,
Ὅς δὴ διαπαλέων ἠελίῳ ἀκμάσσεται ἵππου.
Ἵπποι γὰρ ὀρικῶν ἠδύεσι, τοῦσι δ' μελίσσαι,
Σκιδύεσι πυδαμάδεσι λυκοπάλδες ἐξεγδύοντο.
Τῶ δ' ἠμὶ κἠπάσσοντο ὀπιπρατερὸν θέει οἶδος,
Νῆσοί τ' ἐξέτεραι, μὴ χωόμασιν ἀῆται παλμοῖς,
Ἄλλοτε δ' ἀδρηνίη. μινύθοντα δ' τόνδε δαμάζῃ
Ἐκάπου κακοεργὸν, ἄγων παυσήνιον ὕπνον.
Εἰ δ' ἄγε μυρμήκειον, ὃ δὴ μύρμηκιν ἔικε),
Δειρῇ μὲ πυρέσσει, ἄζω γε μὲ εἴσατο μορφιώ.
Παντοδὴν ἀτερέεσσι πεπιστῆς εὐρὺ νώτῳ.
Αἰδαλίη δ' ἐπὶ τυτθὸν ἀείρεται ἀυχένα κέρσῃ,
Ἀλγεα δ' ἀρτιέρεσσιν ἴσα κεάσσασι πλάζῃ.
Χειροδρόπι δ' ἴνα φῶτες ἄτερ δρεπανείου λέχοιο
Ὀπτεῖα χθεσσαῖ τ' ἀμᾶ μεσοχλόα ἐντὸς ἀφύρας,
Ἐνθάδ' ἐπαυρύτερα φλογερὴ εἰλυμένα χροιὴ
Ἰχθῦα καὶ δαεῖδεσσι φαληρὰ τυτθὰ δίεντα.
Τῶ μὲ ὁμῶς ἐμέοντα ἀεὶ ἀμφὶ δῆμα χέουσι)
Φλυκταῖαι. κραδίη δ' παφλάζουσα μέμιλεν,
Γλῶσσα δ' ἀτακτα λέλακε, παρέσπασται δ' ἠδ' ὄση.
Φράζεο δ' Ἀλγύπιον τιν' ἐπ' τρίφερι οὐλοὸς αἶα
Κνώδαλα, φθείρουν ἐνδιτικιὰ, τ' ἀμφὶ λύγρους
Ἀκρόνυχος δεπτῆσιν ἐπάλασα παμφαύουσι.
Στέγνα δ' οἱ πρὸ ἠδ' ὠὰ ἔγχλοα τοῖα κονίλης,
Ἢ ἠὲ ἀπὸ σπληδοῖο φαίνεται, ὅστις ἐπαύρῃ.
Τῶ ἰχθὺς ἀρσενίοις ὑποβρίσεται πετάλοισι.
Τοῦ ἠ σμυρδαλέον γυίοι κάμε αἶψ' ὑποδρὰξ
Ἐσκληκὸς, νωδὸς δ' βαρυεῖ). ὡιτὰρ ὁ κίνβῳ
Αὐχένι τ' ἀκροτάτῳ, κεφαλῇ τ' αἰειράξατο φωτὸς,
Ῥεῖα δέ κεν θανάτοιο ἠ ἀυτίκα μοῖραν ἐφείη.
Εἰ δ' ἄγε ἠ κέντρῳ κεκορυθμένον δήνεσσι
Σκορπίον ἀνδήσω, ἠ ἀεικέα τοῖο γδοιθλίου.
Τῶν ἤντοι λευκὸς μὲ ἀκήρατος, οὐδ' ὀπιπλώς.
Πυρσὸς δ' ἐν γδούσοις, θοὸν ἀστεμέξατο κεῖνον
Ἀνδρᾶσιν αἰδαλόεντα. πιεσατέρεσσι δ' λάζῃ
Οἷα πυρίκλητοι κρατερὸν δ' ἐπὶ δίφρος ὄρωρεν.
Λυτὴ δ' ἡ γε ζωάων ἀγαθὸν κακὸν ὤπασε τύφαι
Ἀνδρὶ. πυρπλήγας δ' ἠ ἀφράσσοι γελόωσιν.
Ἄλλος δ' χλοάων τ', ἠ ὁπποτε γῦον ἀρέξῃ,
Φείκας ὀπιπρεύουσ' κακὸν δ' ἐπὶ τοῖσι χαλάζαι
Εἴδεται ἐμπλάζουσι, ἠ εἰ μέγα σπέος ἄζῃ.
Τοίη οἱ κέντρου κόπις, τοιῷδ' ἐπὶ κέντρῳ
Σφόνδυλοι ἐντεάδεσσιν ἐφαρτιόωσι κορώνης.
Ἄλλος δ' ἐμπάλιος· φορέει δέ τι βλοσυρὰ πολλὰ
Εὐρείαν· δὴ γὰρ τ' ποφάγος αἰὲν ἄυτος
Γυφάγος βυζώσι τυτθὸν ἀλίαστον ἰάπτῃ.
Τοίη ἡ βυσσρωστις ἐνέσκληκεν γδούσοις.
Τὸν δ' ἔτιεν δῆεις ἀνδρίσκιον αἰγιδιῆς
Κυφίνῳ, ὅς μιν ἁ λυκὴ ῥόδον τ' ἐπιδόσκετο δόμος.
Ἄλλοι δ' αὖ βαιζοῖσιν ἰσήρεις αἶψα πετρώοις
Γῦα βαρώων)· βορέαι δ' ἐσπλήκασι χηλαὶ,
Οἷά τ' πετραίοισιν ἐπ' ἀκριόωσι πετρώοις.
Τῶν δὴ δ' ἠμὶ ἐξείμορον, εὖτε λίπωσι
Πέτρας ἠ βρύα λεπὰ πολυῤῥίζοιο θαλάσσης,
Τοὺς δὴ ἐξερύουσι δολαρίες ἰχθυοδόκαι.
Αὐτίκα δ' ἐγκευθέντες, ἐὺ χώνησιν ἐδυσ'
Μυοδόκοις, ἵνα τέκνα κακόφθορα τῶνδε θανόντων
Σκορπίοι ἐξερύουσι καθ' ἅρκεα λωβητῆρες.
Τὸν δ' μελίχλωρον· τῷ γὰρ ἐπιμελάνεται ἄκρη
Σφόνδυλος, ἄσχετον δ' νέμει πολυκήδεον ἄτην.

Ἐχθίστ

Ἐχθίστος δ' ὄγε ῥακὰ φέρει φλογὶ ἴκελα γύῃσι
Ἀνδράσιν· ἠπάλοις ὃ παρηγορέων ἠγαθὸν αἰεί.
Οἷς δὴ κ' γούτοισι περὶ πλεκτὰ πτυκὰ χάλκου
Μάσσεται ὀπτοφάλῳ εὐηλίκια, τοί δ' ὑπὲρ ἄκρων
Ἰσχάδμοι ἀθέρων, λεπτυσὸν τάχ' ἐκβόσκοντες,
Πίδακα κ' κυνοῖο κ' πῦχας ἐμβατέοντες.
Οἶδα γαμὶν φρασσάσθαι δηλήμια πᾶσι βολάων
Οἷά τε ἐν βέμβικος ὀρεστέρου, ἠὲ μελίσσης.
Ἡ ἑ κ' ἐν κέντρῳ θανάτος πέλει, εὖτε χαράξῃ
Ἀνδρὸς ἀπ' ἰξ σίμβλοισι πονεύμενον, ἠὲ κ' ἀγροῖς.
Κέντρον γὰρ φλογὶ πρεκαδήσπτον ἐμμαπύσσει.
Κέντρον δὲ ζωοῦ ἑ φέρει θανάτοιο τε μελίσσης.
Οἶδά γε μὲν καὶ ἰὸς ἃ μήδεται, ἀδ' ὁλοὸς σφῆξ,
Πιμπρηδὼν ὀλίγα ἑ, καὶ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα,
Ἡ τι κ' ἀμφοτέρωθεν ὀπάζεται ἀνδρὶ κακὸν ἔγχος.
Νεῖαθ' ὡς ἀπέρχονται ὑπὸ πλευρὰ θυεῖ κυούσῃ,
Τυφλοῦ ἑ σμερδνοῦ ἑ βροτοῖς ὅπι λοιγὸν ἄγουσ'
Μυγαλέοιο προχοῇσιν ἐνιθύσκουσα ἀμάξης.
Σῆπα γαμὶν πεδύοισι δρομὸν σύριγμα δηλεύσῃ,
Καὶ σαλαμάνδρειον δόλιον βάκος αἰὲν ἀπηχθές.
Ἡ τι κ' ἀσβέστοιο δὶ ἐν πυρὸς οἶμον ἔχουσα,
Ἐσσυμένη ἄκμητος κ' ἀϋπνοπος. οὐδὲ τί οἱ φλὸξ
Σίνεται ἀσβέστοις ῥαιστὸν δέρος, ἄκρα τ' γύων.
Ναὶ μὲν ὕπνῳ ὅσα πυστὸς ἀλὸς ῥοθίοισιν ἐλίσσει.
Μυρίνης δ' ἔκπαγλος, ἐπὶ μαζεῦσι δηλῆσαι
Πολλάκις ἐμβρύξασα κατηορίωξεν ἐπάκτῃσιν,
Εἰς δῆα φυζηθέντες, ἐχετλίῃ ἐξαναδῦσα.
Εἰ δ' ἔτυμον, κείνῳ γε συὶ ἰοβόλοις ἐχέεσσι
Θήρευσαι, σφελεπεῦσιν ἀλὸς νομὸν ἠπείροισι.
Τρυγόνα μὲν ὀλοφρὸν, ἀλίβραίσιν ἑ δρακόντα
Οἶδ' ἀπαλέξασθαι. φορέει γε μὲν ἀμφὶ δέμας τυγὼν,
Ἡμὲν ἐν ὀλκάσιοι λίνεος μεμορυγμένα κέντρῳ
Ἐρετμοῖσιν τ' ὤψησ', ἠ ἐν φρέασσιν πιφαύσκῃ
Ἀνδρείῃ, τό γε πολλὸν ἀφαυρότερον τελέθησι·
Τοῦ γὰρ, ὑπὸ πελαγῖσιν ἃ τ' ἠγίοιο δυσμὼτος,
Ῥίζαι, σιὼ δέ ἑ φυλλὰς ἀποφθίνῳ· αὐδὲ τὸ σιφνες
Πυδόσμιαι μαύθοισι. λόγος γε μὲν ὥς ποτ' Ὀδυσσεὺς
Ἐφθιτο, λευγαλέῃσι τυπεὶς δηΐου ὑπὸ κέντρῳ.
Οἷσιν ἐγὼ τὰ ἕκαστα διείσομαι ἀρκία νούσων·
Δὴ γὰρ ὅτ' αἰζηοῖσι θριδακινίδα λάζεο χαίτῃ,
Ἄλλοτε πενταπέτηλον, ὅτ' αὖθι φαιὰ βατεία,
Ἀρκτιον, ὀξυλίδας ἑ, κ' ὁρισθόεντα λύκοψιν,
Κίχημά τ', ὀρδήλιόν ἑ πρεσβυτὶς, ὃν δὲ χαμηλὸν
Ῥίζα πίτυν, φηγῷ ἑ βαθυὸν περὶ φλοιὸν ἀράξας,
Σαὶ δ' ἀρα κραναηλίδας ἑ, κ' ἐν σταφυλῖνι ἀμύσας
Σπέρματα, κ' πεμιδοῖο νέον πολυειδέα καρπὸν,
Μή τι κ' φοινίσσον δὴ καταδρήσῃ φῦκος.
Ἀχραὶς τ' ἀδίαντον, ὃ ὀκ ὀμόργνιο ῥαῴδιος·
Λεπιδνὴν πίτυκος νοτὶς πιτάλοισιν ἐφίζῃ.
Εἰ δ' ἄγε κ' σμυρνεῖον ἀειθρυὲς, ἠὲ σὺ ποίης
Λευκάδος, ἠρύγγητε τάμοις ἀδεσπίδα ῥίζαν,
Ἀμμιγα καλχηφόρῳ λιβανωτίδι, μηδ' ἀπαλύτῃ.
Μηδὲ πουλυβατείας, πτισεσιφοῦσά ἑ μήκων,
Θύλακίς, ἢ ὀπτηλὶς ὅπι χαίσμησιν ἀπείη.
Σαὶ δὲ κράδης κύησαν ἐπιξυμένα κομαίλῳ,
Ἢ αὐτὸν κάκκυγας ἰκτινάδος, αἳ ἑ πρὸ ὥρης
Γόγγυλοι ἐκφαίνοισιν αὐοσιδιόντες ὀπώρης.
Λάζεο κ' πυρακάνθου, ἰδὲ φλόμου ἀρρένος αὖθι,
Ἀμμιγα δ' αἰγίλωπός ἑ χελιδονίης ἑ πτίλα,
Δαύκειον, ῥίζωτε βρυωνίδος, ἢ κ' ἔφηλιν
Θλαστῆρας ἐχθρὴν χροὸς ἀπημοιξέατο λύκλοι.
Εν δὲ πτισεσέντα καταμίξεαι πτίλα,
Ἡ κ' ἠλέκτορος πόρδοις ἀπαμείρεο ῥάμνου·
Μοῦνη γὰρ νήστειρα βροτῶν ἀπὸ κῆρας ἐρύκῃ.
Ναὶ μὲν παρθενίοιο νεοδρέπτοις ὀρεσδάμνοις,
Κόρκορον, ἢ πιτάλιπτον, ἐειρόμεν πολλάκι μίλτῳ
Λημνίδος, ἢ πάσῃσι πέλει θελκτήριον ἄτης.
Δήποτε κ' σπείρῳ πάμεις ἐχαπυκέα ῥίζαν
Ἀχροτέρου. τηδὲ δὲ κ' ἐμβρέψουσιν αὐλοὶ

Excitat, & varus pedibus velut igne coruſcis,
Peſtis acerba virûm, pueros mox funere mergit.
Quinetiam dorſo denſis compagibus alæ
Aptantur, qualéſque licet ſpectare locuſtæ,
Dum ſegeti aduolitat, flauáſque abſumit ariſtas,
Monte in Pedaſeo, atque hederæ ſpatiata corymbis.
At verò iſtorum medicari ſpicula noui,
Et ſylueſtris item bembicis, apiſque malignæ,
Cui tamen à ſtimulo mors imminet atra, labori
Si quando intentos in agris aluearia circùm
Fixit, & ardenteis ſtimulos in vulnere liquit.
Ipſi adeo præſtant apibus vitámque necémque.
Et noui quid veſpa ferox, quid patret iulus,
Paruáque pemphredo, tùm quid dubio Scolopendra
Vertice, ſine mouens lachrymabile fatum,
Et greſſu impulſam remis imitata carinam.
Et ſcio quàm diro metuendus araneus ore,
Cæcus, & immoriens ſulcis quos orbita findit.
Sepáque quadrupedi ſimilem vitare lacertæ,
Inſeſtóſque dolos ſalamandræ & noxia ſemper
Vulnera, quæ rapidos gradiens intacta per ignes
Non cute rimoſa, pedibus non denique ſummis
Vritur, aut flammis patitur circunflua magnis.
Sed neque me fugiunt quæ voluit gurgite pontus.
Non muræna ferox, quæ cella ſæpius ima
Exiliens, fremit ore truci, cymbiſque relictis
Piſcantes miſeros pelago ſe credere cogit.
Vipereos, vndis, ſi vera eſt fama, recedens,
Fertur in amplexus, & virus concipit aluo.
Nec me Paſtinacæ, populantis & alta draconis
Amuleta latent. magnos ciet illa dolores,
Si piſcatorem prædámque et rara trahentem
Retia perſtrinxit radio, telúmue feracis
Arboris impegit trunco. nam flaccida languet,
Vulneréque accepto, ceu tabida ſolibus, arbos
Radice areſcit, foliis inhonora caducis.
At putres homini carnes liquuntur, Vlyſſem
Sic perhibent punctum radio cecidiſſe marino.
Nunc ego quæ contrà valeant medicamina dicam.
Aut folia anchuſæ lactucis æmula, ſume,
Aut pentaphyllon, vel florida ſerta ruborum,
Arction, oxalidáſque, & longo caule lycopſon,
Cicamáque, ordilúmque virens. tundatur et vnà
Ainuga, & interno fagi de corpore cortex,
His et caucalidas, demeſiáque ſemina agreſtis
Paſtinacæ, & fructum terebinthi adiunge recentem,
Puniceúmue etiam qui naſcitur æquore fucum.
Et nunquam madidum Veneris compone capillum,
Cui non inſidunt effuſi nubibus imbres.
Smyrniúmque virens ſemper, vel leucadis herbæ,
Aut etiam eryngi tundatur ſpiceæ radix.
Addere ne dubites libanotida canchry ferentem,
Sed neque pulybatea, ſoporiferúmque papauer.
Thylacis aut epitelis ab his ſecluſa recedant.
Indomitæ decerpe ſimul vona germina fici,
Aut groſſos etiam quas parturit illa rotundas,
Vlla priùs quàm ſe pomis conueſtiat arbos.
Et pyracanthan habe, necnon maris inijce flores
Verbaſci, et folia ægilopíſque chelidoníaque.
Et daucum, atque albæ radicem denique vitis,
Fœmineo inuiſam quæ corpore delet ephelin.
Adde comas herbæ ſacræ, grátaque columbis,
Accipe vel ramos arcentis noxia rhamni,
Quæ vel ſola truci ciciumos ſubtrahit Orco.
Quin & partheny viridis decerpe flagella,
Corcoron aut petalitin, & hæc ſimul intere rubro
Lemniaco, cui peſtem omnem mulcere facultas.
Et reſecanda ferus quem terra condit amaram
Radicem cucumis: paliuri et fructus acuti

Concepto soluit turgentia viscera morbo.
Spinosæ pariter frondes, tenerique orobanchi,
Rubráque punicea, nec hiantia germina mali,
Quà flos purpureo velamine candidus ambit,
Hyssopus, nodisque frequentibus aspera ononis,
Telephiique comæ, atque recens in palmite botrus,
Alliáque, & coryi quod montibus exit in altis
Semina, vel florens minimæ coma parua coryzæ.
Sæpe recens etiam piper, aut nasturcia tunde
Medica, sed iam iam grassanti peste vietum,
Puleium & strychnum, mordáxque sinapi leuabit,
Et viride è Stratia porrum, vrticæque nocentis
Semina, quæ secum iuuenes collusere sueti.
Adde caput scyllæ niueum, simul arida bulbi
Semina, cauliculúmque draconis nomine dictum,
Et rhamni asparagos fruticosæ, quæque profundos
Per nemorum saltus nucibus sunt condita pini.
Sin viridem lenis radicem legeris herbæ,
Pestifero æqualem stimulo quem scorpius atrox
Exerit, atque fidas quas fert Psamatheia tellus,
Limosóque lacus producunt margine copæ,
Quâ fusis Schœnus, Cnopúsque illabitur vndis,
Pistaciúmque Indi quod fluminis ora Choaspis
Gignit amygdalina pendens ex arbore forma,
Caucalidas, myrtúmque simul miscebis acerbam,
Hirtáque hormini frondes, florénsque marathrum,
Iasmon, ciceríque agrestis semen, & ipsam
Cum ramis indes grauiter redolentibus herbam.
His etiam sisymbra malis sunt mite lenamen,
Atque meliloti flores, albæque tenella
Labrusca, in syluis quæ tundit germina pastor:
Lychnidéque inferna, rubráque chrysallide natum,
Atque rosæ aut violæ crescens in vertice semen.
Necnon pulygonum per consita rura legendum,
Psilotrúmque et flos hyacinthi flebilis, acres
Qui Phœbo monuit gemitu lachrymáque dolenti,
Postquam apud Eurotæ mactauit flumina nolens
Tænaridem impubem, cerebrúmque & mollia saxo
Fortè repercussus perrupit tempora discus.
Adde triphyllon & his, manantem et lasere succum,
Tres vtriusque obolos æquali lance rependens.
Cornigerúmue teras serpyllum, humilémue cupressum,
Sæpè etiam crethmon, miscebis anison, & vnà
Radices Libycas medicata in pocula rades,
Ex his multa simul, vel singula tunsa seorsum
In phiala vino vel aceto mista, vel vndis
Propina, sed & ipsa iuuat dissoluere lacte.
Sin te fortè malus syluis sitientibus anguis
Errantem oppressit morsu, mox tramite in ipso
Radices natas, semenue, herbámue virentem
Mandito, & appresso cum succum mulxeris ore,
Retrimenta adhibe plagæ semesa recenti,
Quò necem & angores valeas vitare ferinos.
Aerea quin etiam suffixa cucurbita virus
Attrahet & largum fœdata è carne cruorem.
Aut succum instilla sici lactentis, & ardens
Ferrum adige in vulnus raptum feruente camino.
Et caprinus vter Lenæo munere plenus
Auxilio est, si dente manus violata pedésue
Tabifico, mersi medio teneantur in illo,
Atque arctè vtrinis constrinxeris inguina vinclis,
Dum vino cedat pestis scelerata trahenti.
Vulnerèque ex ipso sugens saturetur hirudo,
Aut succum cepis expressum infunde, simámue
Caprillum vini vel aceti fece solutum
Circumpone, nouóque obducito stercore vulnus.
Jam tibi quò valeas cunctas depellere pestes
Egregium hoc medicamen erit, cui fidere possis,
Pharmaca si in solidam gloueraueris omnia massam.

Ἡμιπε καρπὸς ναὶ μὴν ἀῤῥήχου παλιούρου·
Σιὼ ἢ ἀκανθοβόλος χαίτη, νεηγὲς τ' ὀρεβάκχοι.
Σίδης δ' ὑσγινόεντας ἐπημύοντας ὁλόρρις
Αὐχενίους, ἵνα λευκὸ πίεις ἐνερεύθεται αἷμα.
Ἄλλοτε δ' ὕοκπός τ', ἢ ἡ πολύγωνος ὄνωνις,
Φύλλα τ' πλεφίσιο, νέον τ' ἐν βότρυσι κλῆμα,
Ἀγλῖδες, ἢ καρπὸς ὀρειγλύφος κρείσιο,
Ἡ ἢ λεπτοθρέπτου πολύθρονα φύλλα κονύζης.
Πολλάκι δ' ἢ πέπερι κόψας νέον, ἢ ἀπὸ μώλων
Καρδαμον ἀμπίσειο. σὺ δ' αὖ πολυαύχης γλήχων,
Σπεύχειόν τ', ἠδὲ σίγκι κακκπλέοντα σαώσει.
Ἀγχει ἢ Σπατίης χλοερὸν θρέξον· δήοτε δ' αὐτῆς
Σπέρμ' ὁλοὸν κείδης, ἢ δ' ἐμὴν ἔσκλετο κούρεις.
Σιὼ καὶ που γιφέεν σκύλλης κέρας, αὖά τ' βολβῶν
Σπείρεα, ἢ καυλεῖον ὁμοκλήτοιο δράκοντος,
Ῥάμνε τ' ἀσπαράγοις θαμείπιδος, ἢ δ' ὅσα πεύκης
Ἀχρότεραι τρόμβοισιν ὑπεθρίψαντο ναπαίας.
Εἰ ἢ σύ γ' ὁπ ποίης ἀδληχρέος ἔβλοα ῥίζαν
Θηρὸς ἰοπλοκάμῳ τυπέεις ἰοειδὲι κέντρῳ
Σκορπίε, νὲ σίδης ψαμαθηίδος, αἳ τρέφει αἶα,
Κωπαῖαί τ' λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ,
Ἠὲ Σχοινῆος τ' ῥόος Κνώποιό τ' βαθῆ,
Οσσα τ' ὑπ' Ινδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο Χοάσπου
Πισάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυδαλόεντα πέφανῃ,
Καυκαλίδας, συὶ δ' αἰδὰ βάῤῥοις φιμώδεα μύρτα,
Καῤῥαί θ' ὁρμίνειο, ἢ ἐν μαράθου βρυόεντος,
Ἰάσμόν τ' ἢ ἀγχοτέρου σπερμεῖ' ἐρεβίνθου,
Σιὼ χλοεροῖς θάμνοισι βλῆρις βαρυώδεα σείλι.
Καὶ μὴν ἢ σίσυμβρα πίλει μελιλώτου νόσων,
Σιὼ ῥ μελιλώτοιο νέον στέφος, ἠδ' ὅσα χαίτης
Οἰναύδης βρύα λευκὰ κατ-ῤῥάχεσι νομεύς,
Οσσα τ' λυχνὶς ἔνερθεν, ἐρευθήεις τ' θρυόεσσα,
Καὶ ῥόδον, ἠδ' ἴα λεπτὸν ἀεὶ σπερμεῖον ἀέξῃ.
Ἡ ἢ πυλύγονον λασίων ὑπ' ἀκμονα ἰάμενον,
Ψίλιθρον, καρπὸν τ' πολυθρίῳ ὑακίνθου,
Ον Φοῖβος θρίῳσιν, ἐπεὶ ῥ' ἀκούσιος ἔκτα
Παῖδα, βλῆν περπέρεσιν ἀμυκλαίῃ ποταμηΐδι,
Πρωθήβην Ὑάκινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ
Πέτρη ἀφνηόμβρος, νέατον δ' ὕπεξε κλήμμα.
Τὺ δέ τ' ἢ καπνόλογον, ὀπτῷ τ' δάκρυα βάῤῥοις
Τειοπῖς ἐλκήεσσιν ἰσοζυγέως ὀδελοῖσιν.
Ηὲ σὺ γ' ἔρπυλλον κορυηδία πολλάκι κρῆθμον,
Ἡ σείλι κυπάειρον ἀμέργων, συὶ ἢ ἐν αὐτοῖς
Ἄγνησον λιζυκὰς τ' ποτῷ ἐνικήθεο ῥίζας.
Ων σὺ τό, τ' ἀμμίδιον, τό, τ' δ' αὖδιγα πίνεο θρύψας
Ἐν κρήδεμν κεράσσι ἢ συὶ ὄξει. πολλάκι δ' οἴνῃ,
Ἡ ὕδατι. χεαισιεῖ ἢ ἐν θρυφθέντα γάλακτι.
Ην δέ σ' ὀδοιπλανέοντα ἐν ἠμέεσσιν αὐύδρεσις
Νύσμα κατασπέρχῃ βεβαρημένον, ὠπίνα ῥίζας
Ἡ ποίας ἢ σπέρμα παρ' ἀσφαπτοῖσι χλοάζον
Μασσέξειν ἡνίοχον. ἀμελγόμενος δ' ἀπὸ χυλὸν
Τύμμασιν ἠμίζεστ' ἐμβοήοις ἀπολύματα δαιτός,
Οφρα δύλιω ὁλοοῦ ἐν πότμον ὑπεὶς ἀμύξῃς.
Ναὶ μὴν ἐν σκιόλιν χαλκήρεα λοιγεῖ τύψες
Περσμάξας, ἰὸν τ' ἐν αἰθρίον αἷμα κενώσεις.
Ηὲ κράδης γλαγόεντα χέας ὀπὸν, ἢὲ σίδηρον
Καυτηρῆς θαλφθεῖσαν ὑπὸ στέρνοισι καμίνῳ.
Ἄλλοτε φορβάδος αἰγὸς ὀνίτειον δέρος οἴνῃ
Χρεισιμήσει τημοῦτος, ἐπὶν σφυρὸν ἢ χέρα κόψῃ
Ασκὸν ἔσω βαρύθοντα μέσον διὰ πῶχυ ἐρείσας,
Ἡ σφυρόν. ἀποδύντας ἢ σφῖν βυσσώνας ἐλίξεις,
Εἰσόκε τοι μῦός οἷν ἀπὸ χροὸς ἀῆρος ἐρύσῃ.
Δὴ ποτε καὶ βέλεμνα κορίσσεις ἐπὶ τύμμασι βόσκων,
Ἡ ἀπὸ κρομυόφιν σπάξειν ὀπὸν, ἠδοτε δ' οἴνῳ
Μίγδην ἐν πυρέθοισι χέας τρύγα φυσήσασ',
Ἡ ὄξος, νεηγεῖ ἢ πάτῳ ἐφὶ τύψιν ἐλίξαις.
Οφρα ἢ καὶ πάσσοιν ἀλγηπήιον ἄνδρες
Τευξάμενος πεπίθοιο, τό τοι μέγα κρήγυον ἔσται,
Ημος ὅτε θρόνα πάντα μιᾷ ὑπὸ χειρὶ παρέξεις·

Ἐν μὲν ἀριστολόχεια, καὶ ἴριδος, ἐν δέ τε νάρδου
Ῥίζαι, χαλβανίδες τε σὺν αὐαλέοισι πυρέθροις
Εἶεν, δαυκεῖόν τε, πανθηθέος ἐν δὲ βρυώνης,
Σὺν δέ τε ῥιζία χαῦνα νεωρυχέος γλυκυσίδης,
Κάρφεά τ' ἐλλεβόρου· μελανόχροος, ἄμμιγα δ' ἀφρὸς
Νίτρου, σὺν δὲ κύμινα χέας, βλαστόντε κονύζης.
Ἄμμιγα δ' ἀγροτέρης σταφίδος λέπος· ἶτα δὲ δάφνης
Σπερμεῖα, κύτισόν τε, κατακνήθην τε χαμηλήν.
Ἱππεῖον λειχῆνα, καὶ ἐν κυκλάμινον ἀγείρας.
Ἐν καὶ μήκωνος νεαρῆς ὀπὸν, ἀμφὶ καὶ ἄγνου
Σπέρματα, βάλσαμόν τε καὶ ἐν κινάμοιο βάλοισθα.
Σὺν καὶ σφονδύλειον, ἄλλός τ' ἐμπληθέα κύμβην.
Ἄμμιγα καὶ τάμισον καὶ καρκίνον· ἀλλ' ὁ μὲν εἴη
Πτωκὸς, ὁ δ' ἐν ποταμοῖσι πολυστείοισι νομάζων
Καὶ τὰ μὲν ἐν σύπεϊ προβαλὼν πολυχανδέος ὅλμου
Νάξαι λαϊνέοισιν ἐπιπλήσσων ὑπόροισιν.
Αἶψα δ' ἐφ' αὐαλέοισι χέας ἀπαρινέα χυλὸν,
Ἄμμιγα συμφύρσαιο· καταρτίζοιο δὲ κύκλοις
Δραχμαίοις πλάστιγγι διακριδὸν ἄχθος ἐρύξας
Οἴνης δ' ἐν δοιῇσι χαδεῖν κοτύλῃσι ταράξας.
Καί κεν ὁμηρείοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο
Μνῆστιν ἔχοις, τὸν ἔθρεψε Κλάρου νιφόεσσα πολίχνη.

Iridis hæc inter radix & aristolochia,
Nardúsque, & siccis sint galbana mista pyrethris,
Et daucus, multísque bryonia clara medelis,
Et parua haud pridem glycysides eruta radix,
Aridáque hellebori nigri coma, spumáque nitri.
Adde cumina simul, stirpémque adiunge conyzæ,
Agrestis staphidis cum cortice, & ignea lauri
Pondere grana pari, cytisum, vrticámque minorem.
His cyclamini orbis, lichémque reuulsus equino
Crure rigens, opiúmque recens, & semina castæ
Viticis accedant, et cinnamon, atque sabæa
Balsama, spondyliónque, salis quoque concha marini.
Vnà etiam leporis compone coagula, & vndis
Dulcibus innantem cancrum, fluuiósque colentem.
Arboris hæc duræ trunco congesta cauato
Intere pistillis læui de marmore cæsis.
Cúmque simul subiges, aparines sæpè liquorem
Instilla siccis, et drachmæ pondere panes
Fingito, suspendens æquato examine lances,
Et vini heminis infusos solue duabus.
Tu iam Nicandri viuas memor vsque poëtæ,
Hyberna Clarij genitrix quem sustulit vrbe.

IN THERIACA NICANDRI
Ioannis Gorræi Annotationes.

THERIACA dicuntur propriè medicamenta quibus venenatorum animalium morsus, aut virantur, aut curantur. Ea ab Alexipharmacis putantur differre, quòd hæc venenis intrò per os sumptis, illa verò à morsu animalium intrò subeuntibus medeantur. Vtraque Nicander elegantissimè duobus libris explicauit. Est autem ἡ θηριακὴ, eo auctore duplex differentia, vna eorum quibus animalium morsus præcauetur, siue instratu, siue suffitu, siue illitu. Altera verò, quibus morsus ipse curatur, & innocuus euadit. Dicta sunt θηριακὰ ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est à feris & venenatis animalibus, potius quàm ab vlla certa eorum specie. quanquam vipera, in cuius genere mas proprio nomine ἔχις, fœmina ἔχιδνα appellatur, à Græcis θηρίον κατ' ἐξοχὴν aliquando vocetur, sicut etiam θὴρ leo ipse nonnunquam dicitur.

Pag. 1. SERPENTES.) Dicit omnia serpentium genera à sanguine Titanum in terram effuso prodijsse. Hi sex fuisse perhibentur, Cæli & Terræ filij, & contra Iouem bellum gessisse, sed ab eo interfectos & præcipitatos fuisse fulmine. nota est fabula.

PHALANGIA.) Eandem phalangiorum originem quam & reliquorum serpentum scribit. Refert tamen Zenodotus in Attica fratres duos fuisse Phalangem & Arachnen, illum militarem artem, hanc lanificium à Minerua didicisse: sed propterea quòd simul rem haberent, à dea exosos esse, & in reptilia versos, quæ à prole sua deuorarentur. Ouidius in Metamorph. aliter de Arachne scribit. De phalangiis postea agetur.

ASCRÆVS.) Sic dictus ab Ascra, vico Bœotiæ, ad radices montis Heliconis. Sed hic nullam eiusmodi serpentum originem cecinit, nisi fortè id poëma perierit. Sunt qui scribant sanguine Typhonis cuncta eiusmodi genita: alij verò à guttis sanguinis è Gorgonis capite stillantibus.

MELISSÆO.) Locus est in Helicone, sic dictus à Melisseo rege. Est & Permessus fluuius ex Helicone proueniens, Phœbo & Musis sacer.

SCORPION.) Originem scorpij peculiarem fuisse scribit. Procreatum enim à Diana in vltionem Orionis. Hic enim cùm venator & satelles esset Dianæ, & concubitum eius appetijsset, vimque etiam inferre conaretur, dicitur ea scorpium excitasse, qui eum ictu caudæ perimeret. Ouidius & Higinus causam aliam referunt, nimirum quòd gloriatus esset, nullum in terris esse animal quod vincere non posset. eámque ob rem editum scorpium, qui sub saxo latens ex insidiis eum feriret.

ALGIFIC.) Græce dicitur χαλαζόεντα, hoc est grandinosum, quòd ab eo percussi toto corpore refrigerationem sentiant, & se quasi grandine verberari, quemadmodum ipse postea de scorpio agens explicabit.

SYDVS.) Post Orionis mortem Iuppiter Pag. 1. Scorpium inter alia collocauit, non quidem propter eius virtutem, sed vt species eius hominibus documento esset, ne quis de re aliqua temerè sibi confideret. Idem verò beneficium etiam Orioni præstitit, sed ita, vt cùm Scorpius oriatur, Orion occidat, quemadmodum Iul. Higinus scriptum reliquit, ex quo inter eos etiam nunc inimicitiæ durare videntur, vt ille quidem adhuc insidietur, Orion verò iam cautus sibi caueat.

SED cuncta.) Et qui iter faciunt, & qui aliquod opus in agris exercent, sæpè coguntur, vt solis ardorem declinent, locum aliquem deligere, in quem fessi succedant, & somnum capiant. Sed vbique periculum à serpentibus imminet, siue in sublimi loco libet quiescere, siue in humili & ad terram ipsam. Cuius decubitus qui ad terram fit, tres ponit differentias, in colle, in valle, in campo plano & aperto. Sed in colle quidem & valle periculum ferè perpetuum est, quòd ibi venenatæ animantes & iaceant & pascantur: in campo verò minus periculi est, sed tunc maximè cùm herba in eo succrescit, hoc est verno tempore. Tunc enim serpentes senectam exuunt, & è latebris prodeunt, corpore segnes & oculis hebetes, conquirúntque fœniculum per campos, quo pasto & vires corporis hyemis iniuria languentes & effœtas recipiant, & aciem oculorum.

DVM temperet.) Græcè est ἀκρώσσῃσι, hoc est, vsque ad initium siue exortum vesperi, quem & luciferum appellant. Rustici vitantes solis ardorem in locum aliquem secedere solent, donec frigidus vesper, vt ait Maro, aëra temperet, hoc est diei feruor inclinet. ἄκρα enim dicitur initium cuiusque rei. Atque hic sensus mihi magis placet, quàm dicere rusticos se ad somnum componere circa principium vesperæ, vt videtur scholiastes intellexisse. Imò verò tunc rustici ad opus redeunt, ardore iam restincto, & somno refocillati.

NAM potes.) Primùm Nicander explicat medicamenta, quæ suffitu serpentes abigunt. Sunt enim omnium efficacissima. Nam præterquàm quòd illæ celerrimè ab his replentur, & suffocantur, ea etiam naturali quodam dissidio oderunt tanquam naturæ suæ aduersissima. Prætereà & suffitus propter vaporis tenuitatem, in ima serpentum viscera protinus subeunt: itaque eiusmodi reme-

dia serpentes longissimè fugant, quia longè etiam latéque diffunduntur.

ARDENTES.) Legitur apud Nicandrum θυμερῶν. at Hesichius θερῶν legit, eo alphabeti ordine vocem eam explicans, vt ambigi non possit sine μ scriptam ab eo fuisse, dicítque ea significari apud Nicandrum πλεῖ ἱμπυεγῶν ἐχυσικὴν, hoc est ardentem & vrentem, vel vt alij interpretantur χαλεπὴν. Refertur autem ad κῆρας, cuius duo adiectiua posuit θερῶ & ὁπλωσία, more Græcorum poëtarum, Latinis inusitato.

GAGATIS.) Gagates tum fluuij Lyciæ, tum lapidis qui in eo inuenitur, nomen est. Dicitur & fluuius ipse Gages, & Gangis, vnde ἐγγαγρίδα πέτρα Nicander vocauit. Est autem lapis hic bituminosus. igni admotus ardet, sed non consumitur, bituminísque odorem reddit. Strabo eum Gangitin appellauit.

FILICIS.) Habetur Græcè βλήχων quod nomen alibi non reperi. sed scholiastes Græcus annotat sic dici Filicem, quæ alio etiam nomine βλάχνον dicitur, vt habetur etiam apud Dioscoridem. quanquam ipse inter filicis vires hanc non adscripserit. quas tamen illi inesse facilè est credere, propter odoris grauitatem. Hîc non omittam cùm in omnibus quæ videre licuit exemplaribus legeretur χαρτῶν, me substituisse χαλτῶν.

Pag. 2. CANCHRY.) Propriè sic dicitur flos siue fructus roriſmarini. itaque eius radicem intelligit.

THREICIVM.) Lapis Thracius siue Thracias ex genere bituminum est, quemadmodum & gagates. Siquidem vterque niger est, aqua inspersa perinde ac bitumen lucidius ardet, & oleo restinguitur, dúmque ardet bituminis odorem emittit grauem atque acrem, & serpentibus propterea infestum, quæ fortè causa fuit, cur Plinius lib. 36. cap. 19. vtriusque notas & vires confunderet.

Pag. 2. SI GRAVIS.) Docet alia remedia quæ insterni possunt, à quibus serpentes abhorrent, vel naturali dissidio, vel propter tetrum & grauem odorem. primámque nominat calaminthem, cuius folia impensè feruentia sunt & acria. eam autem aquosis locis legendam dicit, quòd in ijs multò lætior proueniat. nec tamen magnoperè referre arbitror, an eam quæ in montibus, campestribus, & asperis prouenit, decerpas. Siquidem omnium folia eandem habent facultatem, nec dubium quin odor etiam similis, & in ea maximè quæ sicciori bus locis nascitur. Nec verò substrata solùm, sed etiam accensa, pota, aut illita serpentibus resistit.

POLII.) Non est dubium hîc intelligi fruticem illum candidum qui describitur à Dioscoride sub nomine Polij, etiamsi videatur id in ambiguo ponere Græcus scholiastes. substratum enim suffitumue serpentes abigit, & potum feruefacti ius auxiliatur serpentium ictibus. Dicitur etiam & à Dioscoride capitulo esse grauiter olente, sed non sine quadam suauitate.

ABROTONI.) Fœmina præsertim in eo genere candicat, sed & mas quoque nonnihil, adeò vt valles in quibus abundant, videantur esse candidæ. fugant autem serpentes & substratu, & nidore: priuatimque valent contra scorpionum & phalangiorum venena.

SERPYLLI.) Dicitur serpyllum Græcis pariter & Latinis à serpendo, cuius naturam hîc egregiè depingit Nicander. Siquidem ῥομαῖον appellans significat ipsum continuè in anteriorem partem progredi, eorum animalium more, quæ per agros pascuntur, aut vlcerũ quæ in nostris etiã corporibus serpunt. Pulchrè etiam φιλόζωον dicitur, quòd vitam suam amare videatur, ideóque seipsum noua perpetuò sobole & propagatione cõseruet. Siquidem qua terræ parte folia eius adhæserint, in ea radices agunt, eáque ob id ῥιζόδολα appellauit, hoc est radices demittentia. Itaque quemadmodum in vite, vt ait Maro, flexi propaginis arcus: sic in serpyllo, folia veluti propagines quædam radicantur.

AGNI.) λύγον, hoc est viticem, ab Athenien sibus ἄγνον vocari Dioscorides prodidit. quæ si eadem esse Nicander existimauit, cùm antè viticem substernendam consulũerit, nunc frustra agnum nominat, nisi illic viticis ramos, hîc verò flores intelligat. βρύειν enim significat & florere & germinare.

ONOGYRON.) quid sit non mihi constat. Pag. 2. Hesychius quidem indicat herbam quandam eo nomine designari, sed qualis sit non explicat. Nicander ἰμαντίον appellat, hoc est, vt Græcus scholiastes interpretatur, ἀκανθώδη καὶ τραχῆ. quam interpretationem in re ambigua sequi placuit, potius quàm folia illi serrata & incisuris diuisa esse dicere.

LONGA ceruice.) Asphodelus caulem habet binũm sæpe cubitorum. hîc ceruicis instar est, ideóque libenter sequutus sum quod scribit scholiastes in quibusdam exemplaribus legi πολυαυχένα.

SCYRA.) Oderunt ea bubulci, quòd depasta agant iuuencas in venerem. Sunt qui erythrodanum interpretentur, vt scribit Scholiastes.

CVRVIS.) quod Græcè dicitur χελείαις, Pag. 2. Scholiastes latebras interpretatur, περὶ τὸ χεῖσθαι ἐν αὐταῖς, id est quòd in ijs feræ iaceant. ego adiectiuum esse puto τῶ φωλειοῖσιν, & significare curuis & concameratis in modum testudinis quæ χελεὺς & χελώνη dicitur. Sunt autem eiusmodi ferarum latibula.

SIN cedri.) Nunc remedia Nicander proponit quæ illita corporibus vetant ne serpentes mordere audeant: ac primum quidem κεδρίδος, hoc est cedri fructus, natura sua oleosos & pingues. siquidem ex cedro pix manat quam cedriam vocant. Itaque illi etiam per se inungi, quanquam aut adipe ceruino, aut medulla etiam addita perungi corpus potest, cui & vis inest serpentibus aduersa.

OLIVO.) quanquam simplex oleum conueniat, tanquam maximè parabile, tamen si ipsum è conyza oleũ sumatur, vt interpretatur Scholiastes, multò erit efficacius.

LIMA.) intelligit silphij radicem lima vel scalpro deterendam esse. Sunt enim & in lima veluti dentes, de quibus hoc potius dictum videtur, quàm de hominis dentibus, vt existimauit Scholiastes, scribens Nicandrum αὐτοπαθῶς vsum, cum dicere debuisset χνισῆρες ὀδόντες, hoc est τομεῖς & incisorij. Ego hic χνισῆρα limam interpretor, aut aliud instrumentum non multum ab ea dissimile quo caseus deraditur, vt explicat Galenus ἐν τοῖς γλώσσαις. neque hic αὐτοπαθῶς esse, sed Grecorum poëtarum phrasin, qua & vsus est eo carmine Homerus, ἀλλ' ἐκ ἀρηΐδη Ἀχαιμένου λῦδαν θυμῶ, cum dicendum videretur Ἀχαιμένους. sic hoc loco χνισῆες καταπέψεσαν ὀδόντες, ἀντὶ τῶ ὀδόντες χνισῆρες. Dicitur autem χνισὴρ ἀπὸ τῶ χνίζειν, quod diuidere significat.

ERVCAM.) Grœcus interpres annotat hoc

loco καμπὴν à quibusdam plantam intelligi: ego verò ipsum animal designari puto, quod natum tepente cælo atque imprimis ex rore, insidet folijs brassicæ, sequutus in eo auctoritatem Dioscoridis qui lib. 2. cap. de eruca scribit, Erucis quæ in oleribus gignũtur cum oleo perunctos à venenatis bestijs non feriri. id quod, vt pleraque alia, ex hoc Nicandri loco transtulisse videtur. Apparet autem ex eo loco βάμματι oleum significare.

ET pilæ.) Hic pastillos Theriacos componit ex duobus ramulis abrotoni, obolo vno nasturcij, & semine dauci quantum manu comprehendi potest, (vulgus pharmacopolarum pugillum appellat) in mortario tritis & postea siccatis. In quibus aduerte nasturcij exiguum pondus, obolus enim pondus est dimidij tantum scripuli, cum in drachma sex oboli contineantur. Liquandi sunt autem illi pastilli cum vsus exiget, vel oleo, vel adipe ceruino, aut alio liquore eiusdem facultatis.

Pag. 2. SIN AVTEM.) Hic vnguentum describitur constans è viperis, medulla ceruina, oleo rosaceo, & omphacino, & cera simul coctis tritis & mistis. Nicander quidem viperas non nominat, sed dicens è triuijs sumendas feras, videtur quaslibet intelligere. verisimile tamen est viperas potius diligendas quàm vllos alios serpentes, quòd veteres medici eas, non item alias, theriacis medicamentis adhibuerint. Cum autem mistas, hoc est coëuntes, diligendas esse scribit, non ita intelligere oportet quasi in venere deprehensæ plus habeant in theriacis remedijs efficaciæ, sed ex eo tempus designatur quò capi debent, finis scilicet verni temporis quo in venerem feruntur, vt & Galenus lib. 1. de Antidotis annotauit. Ac quanquam in vnguenti confectione non tantum habere delectum oporteat quàm in antidoto, commodius tamen fuerit capita caudásque earum præcidere & alia obseruare quæ præcepit Galenus lib. de Theriaca.

RHODINI.) Scholiastes interpretatur oleum rosaceum, cuius dicit esse tres præparationes, ter nimirum infusis rosis in oleo: ac primam quidem infusionem dici πρόπλυσιν, secundam dici mediam, tertiam verò μικτὴν & πολύτριπτον, quòd in ea rosas vehementer contundere oporteat, quò succum remittant. Hic verò ipsa media videtur vocari πολύτριπτος, nisi quis existimet legendum esse πολύτριπτόν τε χυλοῦσι, hoc est multa contritione & elaboratione factam. Sed cum id quicquid sit ῥόδινον appellet, suspicio mihi aliqua est posse etiam designari vnguenti rosacei aliquod genus, & fortè pastillos rosaceos, quos Dioscorides ῥοδίδας scribit appellari. Constant enim ex ijs quæ vim habent magnam in abigendis serpentibus, & curandis earum morsibus.

CONGII.) Græcè legendum est χοὸς, non χοῦς. Est autem χοῦς siue χοὺς mensura capiens cotylas duodecim, Latini congium vocant. Itaque congij rosacei hoc est ῥοδίνου χοὸς tertiam partem accipere oportet, hoc est cotylas quatuor, siue triginta sex vncias mensurales.

CRVDI.) id est quod ὀμφάκινον & ἀμόρευτος appellatur. Tale enim vnguentorum compositionibus magis idoneum est.

QVADRANS.) Congij quarta pars tres cotylæ sunt, quas Latini heminas interpretantur. sunt enim in congio duodecim. Singulæ autem cotylæ nouem vncias mensurales capiunt.

Pag. 3. SIN nullo.) Qui præsidijs omnibus distitutus est quibus serpentes abigere possit, saltem hæc documenta habeat & obseruet, quibus vel eas vitabit, vel morsus minus noxios experietur. Ac primum quidem est ieiunum non petere loca serpentibus infesta. Tunc enim si feriri à serpente contigerit, morsus multò pernicioſior est, quòd arteriæ venæque vacuæ venenum citius combibant, & in principes corporis partes deferant, viréſque corporis minus validæ sint depellendo aut alterando veneno.

FOEMINA.) Cùm in omni serpentium genere, tùm maximè inter viperas, fœminæ maribus multò sæuiores sunt: itaque imprimis eas fugere conuenit. Nec verò eas internoscere difficile fuerit: sunt enim & ore patentiore & extremo corpore crassiores. Quò fit vt earum morsus plus multò habeat periculi. Pag. 1.

ET vitare.) Aliud etiam admonet eum, qui omnibus præsidijs theriacis destitutus est, ne æstate iter faciat, quo tempore serpentes atrociores malignioréſque esse consueuerunt. Quare oportet obseruare Vergiliarum ortum. Siquidem ab eo ætas ducit initium. Sunt autem illæ sitæ inter finitionem corporis tauri & arietis caudam. quamobrem, vt ait Nicander, πλὼ ἠρὶ τὸ ταύρου ἐστὶ φαίουσιν, hoc est πρὸς φαίουσι δ' ἐνέχονται τῇ οὐρᾷ, etiamsi Aratus taurum imperfectum esse & posteriore parte mutilum scripserit. Sunt autem Vergiliæ numero septem, sed nemo, vt scribit Higinus, amplius quàm sex videre potest, eámque ob causam Nicander ὀλιζόνας ferri dixit, hoc est ὀλιγαστέρας, numero videlicet pauciore quàm sint.

AVT.) vbi Nullum ætatis tempus serpentium periculo vacat. Sunt enim nocentissimæ siue ieiunæ, siue pastæ, præsertim tamen ieiunæ, & tum maximè cum pullos suos educant. Id quod habent commune & cætera ferarum genera.

SITIENS.) vel δίψας sitibundam significat, vel, si serpentis nomen est, speciem pro genere posuit.

HEV triuijs.) Viperas hunc in modum coire perhibent, vt femina maris caput in os intromittat, quasi dentibus, in quibus venenum præcipuè est, concubitum peragant. Id enim significat ἰὸν ἐμφῦσαι. Illa autem nimia dulcedine aut rabie percita, eius caput obtruncat, nisi ipse ocyus coitum peragat, aut alia ratione saluti suæ consulat. Videtur enim hîc Nicander innuere non omnes mares truncari capite, sed aliquos mortem effugere, cósque tunc ira concitatos, sæuissimos existere.

AT pœnas.) Cũ Nicãdro idem etiam Galenus videtur sensisse, erosa matris aluo fœtum viperarum prodire in lucem. Sunt tamen qui aliter existiment, dicentes sæpè accidere vt fœmina pullos suos pariat membranis adhuc obuolutos, quæ tertia die rumpantur: aliquando verò nasci non amplius inuolutos membranis, sed ijs antè intus abrosis. Tunc autem illa singulos diebus singulis parere dicitur, viginti ferè numero.

INTESTINA.) Græce habetur ἀμφαλὼ. quod nomen quamuis possit esse adiectiuum ἀ μφὸς, & significare tenuem, significat tamen aliquando proprio nomine ipsa intestina, præsertim tenuia. secundum quam significationem μεσηράιον nomen impositum est, quasi μέσῳ τ' ἀμφῶ, hoc est medio inter intestina.

FOETV grauida.) Vipera è serpentibus vna foras animal viuum in lucem edit, atque inde apud Latinos nomen habet: prius tamen intra se ouum concipit piscium ouis simile, hoc est vnius coloris, Pag. 4.

nec cortice vllo, sed molli cuticula opertum, atque intra se excludit priusquam pariat. At cæteræ serpentes oua pariunt, eáque contecta in terra incubant, & fœtum sequente excludunt anno.

NEC CVM.) Totahyeme serpentes in spelun- Pag. 3.
cis delitescunt, ibíque tum ex aëre, tum ex torpore veluti situm muccúmque contrahunt, qui circum corpus concrescens & densatus speciem quandam cutis exhibet, cùm tamen cutis non sit: à Græcis γῆρας, à Latinis senecta appellatur. Ineunte autem vere è latebris prodeuntes eam exuunt, fiúntque multò ferociores.

QVIN ET.) Vnum & hoc consilium est, vt vitentur loca in quibus multi serpentes habitant, cuiusmodi est Othrys mons Thessaliæ, & rupes, & abrupta loca, & montes syluosi. Sed in primis cauendum esse à serpente qui seps appellatur: fallit enim sæpè incautos viatores, quod instar chamæleonis colorem subinde mutet, & eius loci referat in quo consederit. Est autem seps anguis longitudinis binûm cubitorum, maculis per interualla varius, qui & alio nomine σαπσδὼν à quibusdam vocatur, vt nonnullis placet. Eadem enim vtriusque symptomata recensentur: alioqui tam malignum serpentem Nicander non fuisset prætermissurus, qui de Sepedone postea priuatim disserit.

RVPIBVS.) Ad maiorem viatorum securitatem admonet tum vbi habitent feræ, tum varias earum figuras & colores, vt ab his vnusquisque sibi caueat. Alij in rupibus & lapidum cumulis delitescunt: alij multas spiras agentes ita se agglomerant, vt cochleæ similes appareant: alij alios orbes ducunt figuráque alias repræsentant. Alij præterea viridi colore sunt: alij colore arenæ, vt cerastes, vt postea patebit, adeò vt in medijs arenis fusi & iacentes vix deprehendantur, quos λεπρωόντας vocat Nicander, eo autem nomine & cutis candor & scabrities designatur. vtrumque enim τῆς λέπρας symptoma est.

FVNESTAM.) Postquam explicauit ea quæ ad serpentes communiter pertinent, nunc de singulis particulatim agit, ac primum quidem docet quid cuique proprium sit, vt ab inuicem dignosci possint: deinde symptomata quæ à cuiusque morsu superueniunt, exponit. Primùm autem de aspide disserit, cuius tria dicuntur esse genera: χερσαῖος, hoc est terrestres, omnium maximæ & quinque cubitorum longitudinem interdum æquantes, colore ferè cinereo, aliquando verò & subuiridi. χελιδόνιαι, hoc est hirundinariæ, circa ripas fluuiorum & præsertim Nili degunt, vniusque cubiti longitudinem parumper superant, & colore sunt hirundinis. πύαδες dicuntur cinereo colore viridique & ad auri colorem accedente, quæ collo exporrecto, veluti ratione quadam loci interuallum emensæ, venenum expuunt in hominum faciem, aut aliorum animalium corpora.

IGNAVIVS.) Græcè habetur ἀμυδρότατον, nomen ambiguæ significationis. interdum enim significat χαλεπὸν, quemadmodum Græcus Scholiastes ab Archilocho atq; ipso etiam Nicandro alijs in libris vsurpatum esse, versibus eorum citatis ostendit. Interdum verò idem est quod ἀσθενὲς καὶ ἀμυνές, hoc est infirmum & languidum: quod mihi hoc loco maximè quadrare visum est, non tantùm quòd qui ab aspide morsi sunt, incidant in veternum & torporem, nullóq; doloris sensu pereant, sed quòd ipsa etiam aspis sit corpore valde segni & pigro.

RECTA.) Aspis recto incessu serpit, non Pag. 3.
obliquo vt cerastes, eóque discrimine maximè discernuntur.

NICTANS.) Dicuntur aspides visu minimè valere, & oculos habere semper quasi somno conniuentes, eósque non in fronte, sed in temporibus, valde hebetes: verùm acri auditu esse, ideóque, vt ait Plinius, excitari sæpius auditu quàm visu. Pag. 3.

LONGA.) Variæ sunt aspidum differentiæ non modò à colore, sed etiam à magnitudine. Quod autem hic longitudinem senûm pedum tribuit (ἕξ enim ὀργυιὰ siue vlna habet) de cherseis intelligendum est, quæ sunt omnium maiores, & nonnunquam quinque etiam cubitorum longitudinem æquant. Sunt autem huius generis aspides omnium pessimæ, vt quæ tribus ad summum horis dicantur demorsos interficere. Latitudo verò siue crassities tanta est, quanta venabuli quo cum tauris & leonibus homines decertant. ἐνταῦθα enim hoc loco πολεμοῦν ἐν μάχῃ, hoc est dimicationem significat.

ILLA.) Aspidum multi colores sunt: aliæ sunt ψαφαὶ, hoc est vt interpretatur Hesychius, σκοτειναὶ ἐν νεφελώδει, id est nubilo colore & subatro. Aliæ sunt colore cinereo siue puluerulento. Aliæ sunt μελιτόχροαι, hoc est colore fraxini quam μελίαν Græci vocant. habet autem fraxinus folia porracei coloris. Aliæ sunt colore vario. Aliæ verò sunt αἰθαλόεσσαι, hoc est coloris fuliginosi. αἰθάλη enim fuliginem significat.

HVIC summa.) Omni aspidi in fronte circa supercilia extant duo veluti callosa tubercula cornuum instar, sub quibus veluti cauea inclusi oculi conduntur & concaui apparent. ea τύλους appellat, quo nomine non tantùm callus, sed tuber etiam significatur.

COLLA tument.) Hoc autem de aspide proditur, quòd præ omnibus serpentibus ceruix illi valde lata tumidáque sit.

QVATVOR.) Nicander nullo facto discrimine maris & fœminæ, dicit aspidi quatuor inesse dentes. at fœmina quatuor, mas duos habere dicitur. Eos autem contegit tunicula, in qua etiam aspidum venenum continetur, & ex qua id procedit, tum quod ptyades in hominum corpora expuunt & vibrant, tum quod alia aspidum genera in partes demorsas infundunt.

NVLLA.) Dicit nullum ab aspidis morsu signum exterius apparere, non vulnus, non phlegmonen, non denique dolorem. Attamen Dioscorides & Aëtius prodidere vulnera, veluti acu facta inueniri, bina quidem ex masculi morsu, quaterna vero ex morsu fœminæ, à quibus tamen nihil effluat, nisi aliquid sanguineum, idque nigrum & perexiguum, scilicet si magna sit aspis quæ momorderit, sed nullum tumorem ab illis excitari: postea verò aduenire stuporem, pallorem frontis, refrigerationem, crebras oscitationes, oculos nictare, collum inclinari, caput grauari, torporem & veternum accedere, ac tandem conuulsionem & mortem intra tres ad summum horas, si cherseæ momorderit: præsentissimam autem, si chelidonia. His autem quos ptyas conspuerit, oculos caligare, cor dolore, faciem tumere, surditatem fieri, & mortem paulo tardius contingere. Verùm maxima pars horum symptomatum sub veterno compressa est, vt verum hac etiam in parte Nicander dixisse videatur. Itaque Cleopatræ id genus mortis placuisse dicitur tanquam mitissimum. alij verò narrant eam ne morderi quidem se passam

esse, sed pectori ptyada adhibuisse, quæ venenum suum ibi expueret. Cæterum ex his omnibus patet aspidum venenum cerebro præsertim aduersum esse, quemadmodum renibus cantharidas, & pulmoni leporem marinum commemorant. simúlque id facultate frigidum esse, quod eiusdem generis symptomata pariat.

Pag. 4. DOLORIS.) Dioscorides quidem ait laborem dolorémue aliquem corporis esse & multiplicem, sed omnino leuem & non expertem cuiusdam voluptatis, ideóque Nicandrum rectè cecinisse, hominem sine dolore mori.

SOLVS.) Ichneumon hic de quo agitur (nam est & vespæ genus hoc nomine, quod phalangia venatur) fera est quadrupes, parua, & forma ictidi mustelæ persimilis, cauda oblonga, in ripis & arundinetis victitans. Hic solus contra aspidem certat, notúsque est hac gloria maximè, in eadem natus Ægypto. Mergit se luto sæpius, siccátque sole. mox vbi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit, in ea caudam attollens ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces.

Pag. 4. ICTIDA.) Ictis est mustela rustica, quam Theodorus apud Aristotelem lib. 9. viuerram interpretatur. magnitudine minor est quàm paruus catellus Melitensis, sed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morum astutia mustelæ domesticæ similis. hæc aues petit vt feles.

AST vbi.) Hic ichneumonis cum aspide pugnam explicat, quam pulcherrimè describunt Oppianus, Plinius, & Strabo. Nec verò cum sola aspide, sed etiam cum crocodilo certamen illi est.

DENTIS vncos.) Græcè habetur in alijs codicibus, πύξη δ' ἄγναμπτον ὀδόντα. ego restitui ὀδόντι dativo casu. neque enim ichneumon dentes suos exacuit aut confirmat, sed corium tantùm loricat, ne ab aspidis dentibus vulneretur. Itaque ἄγναμπτον referri debet ad κάρηνα, hoc est vt efficiat corium denti impenetrabile.

CVRTÆ.) Longitudine videlicet cubitali, aut trium dodrantium. Tales autem in Scironijs scopulis inueniuntur inter Megaram & Corinthum, & in Pammonijs montibus Megaræ, & in Rhypæo monte Achaiæ, vel vt alijs placet, Ætoliæ: similiter & in Asceleno monte Locrensi. Sunt autem hæc omnia montium nomina in Europa, quos serpentibus infames esse dicit, & nullius propterea nominis apud Græcorum veteres.

ALBÆQVE.) id est suppallidæ. Hic enim color propius ad album accedit eóque præditas esse viperas Aëtius annotauit. Albas autem & cornutas viperas intelligit cerastas, viperis prorsus similes præter cornua, de quibus postea.

Pag. 4. INVLNAM.) Sunt verò & in India, vt refert Strabo, quæ nouem cubitos superent. Sunt autem Bucarterus, Ægagees, & Cercaphus, montes Asiæ.

Pag. 4. LATIOR.) Fœminas intelligit, ad quas quatuor hi versus pertinent. Habent enim caput latiusculum, caudam breuem, & excarnem, & squamis durioribus asperam, nec paulatim gracilescentem, sed simul & vniuersim. Itaque propter breuitatem non multas aut magnas spiras agentem. Præterea in ingressu summa cauda nituntur, & tardius incedunt quàm mares. Sunt & ijs aliæ differentiæ, oculi subrufi, collum quàm sit mari angustius, caluus prominula, & meatus ad caudæ extrema propius accedens.

AT MAS.) In viperarum genere mari corporis longitudo varia est, omnis habet caput angustius & acutius quàm fœmina. est & collo crassiore & corpore vniuerso tenuiore, & quodammodo proceriore. cauda illi paulatim gracilescit, aliorum more serpentium, non acceruatim, vt in fœmina: squamásque habet ad extremum caudæ asperiores & velut attritas, quas iratus subrigit, non aliter quàm canibus & erinaceis ira percitis pili rigent. Meatus etiam in cauda est supernè magis & ventri propinquior, contrà quam in fœmina, quæ meatum habet ad caudæ extrema propius accedentem. Est & incessus alacrior.

COCYTVM.) Græcus Scholiastes annotat versum hunc totum esse adiectitium, nec legitimum. Et reuera Nicandro indignus est, nec facilè intelligi potest quid cocytus sit, significetne omnem marem in viperarum genere, an iratum tantum & furentem. Ego vernaculam Græcorum quorundam fuisse vocem suspicor, quia sic viperam marem appellabant.

HVIC gemini.) Dentes viperæ gingiuis conduntur, sed qui canini vocantur de quibus hîc agitur, maribus tantum bini, & vulnera ex plaga bina in corpore demorso apparent. Sunt autem illi exerti, & valdè tenues instar veruum. Fœminis verò quaterni sunt, & vulnera ex earum morsu infliguntur quaterna, apertéque dignoscuntur. siquidem toto ore (lego enim ἕλῳ κατὰ τὸ ὅλον, mordet, vt quæ sit δῆγμα πλειστόμυ, quemadmodum supra dixit Nicander, & læsæ parti apprimitur, & manifesta vestigia dentium ex vulnere relinquit.

CARO.) Potest hoc referri tum ad demorsum locum, tum ad vniuersum corpus. Hoc Dioscorides videtur sentire, scribens ab ictu viperæ corpus intumescere. Illud verò Aëtius, qui notas bipartitò distinguens, tum in eas quæ in affecto loco apparent, tum in eas quæ vniuerso corpori accidunt, tumorem & pustulas inter notas partis affectæ recenset: similiter & ipsa colorum discrimina, quæ hoc loco Nicander enumerat.

PVTRIA.) Putria vlcera & depascentia, quæ Dioscorides νομὰς appellat, tum in ipsa plaga exoriuntur, tum vicinas partes occupant. ea enim latè serpunt, nec superficiem modò læsæ partis exedunt, sed in intimas etiam sedes perueniunt.

FLAGRAT.) Non mirum febrem ardentissimam excitari à veneno quod est facultate calidum. Nam præter auctoritatem Galeni, multæ etiam rationes accedunt quibus id persuaderi potest, quas non est necesse hoc loco inserere. Pag. 4.

SINGVLTVS.) fiunt frequentes & magni læso ore ventriculi à veneni malignitate, magnósque sonitus edunt erumpentes per guttur & collum. Sic enim κίονα scholiastes Græcus interpretatus est, quoniam columnæ instar caput sustinet. Potest tamen & in propria significatione accipi pro columella siue gargareone. Nam & hâc prodeunt singultus, ipséque ab his commouetur.

MEMBRA.) Totũ corpus breui tẽpore ab hoc veneno perturbatur, ipsúmq; cerebrũ in primis afficitur vertigine, & magna neruorum imbecillitate, à qua & membra languent, & lumbi debilitantur supra modum. Hæc tantùm cerebri malè affecti symptomata Nicander commemorat. Verùm Scholiastes addit tristitiam & mœrorem, legens separatim μέμυκεν ἴζει, & coniungens ἰξύι cùm præcedentibus: idque interpretatur φέρειν γίνεται inquiens hominem curarum & mœroris plenum esse. Pag. 5

Quod quanquam verum esse potest, ea tamen duo verba non videntur ad hominem referenda esse, sed ad ἀδεκτίλιν, vt μέμμεσις sit huius adiectiuum. significat enim non modò curam & solicitudinem, sed id etiam quod cura & solicitudine dignum est, hoc est χαλεπὸν ἢ λυπηρὸν, vt scribit Hesychius.

SITISQVE.) Interdum ægri vehementer sitiunt, sæpè verò horrescunt frigore veluti grandine percussi: illud æstuante fit ventriculo, hoc verò humore bilioso & feruido per sensibiles corporis partes decurrente: quæ duo symptomata sæpè in febribus videmus connexa.

SÆPE etiam.) Bilioſi vomitus infestant, quòd omnes humores in bilem vertantur tum veneni qualitate, tum quòd iecur phlegmone tentari dicatur. His autem proprium est pallidam & decolorem cutem reddere, calore natiuo introrsum se recipiente. Ad extremum verò extincto calore natiuo sudor διαφορητικὸς manat, & naturalis color corporis viuidúsque marcescit, & in eum vertitur qui caloris mortificationem consequitur, nigrum videlicet, aut plumbeum, aut cæruleum siue liuidum, aut in eum qui æris florem repræsentat, pro varijs scilicet hominum naturis & temperamentis. Cæterùm mors intra horas septem imminere dicitur, si vipera quæ momordit, fœmina est, si iuuenis, si venere stimulata, si ieiuna, si magna, si fortis, si in aridis locis educata, si æstas, si & homo viribus sit infirmis, aut intemperato corpore, aut si plurima ex his desunt, cum diutissimè die tertia, nisi medicamentis saluti suæ consulat.

NVNC facilè.) Ceraſtes serpens est de genere viperarum, quas antè Nicander intellexit scribens de viperis quasdam albas esse & cornua gestare. Tunc enim manifestè ceraſten designauit, qui vipera credi poterat, nisi cornua haberet, hoc est extantia quædam corniculis similia, quæ viperis desunt. Sunt autem illa bina & aliquando quadrigemina, quorum ostentatione (reliquo enim corpore in arena aut rotarum orbitis ferè delitescit) veluti esca illice, aues ad se inuitat, & solicitatas perimit. Nam reliqua corporis de industria arenis tegit, nec vllum indicium sui præbet, nisi ex ea parte qua inuitatis dolo pastibus, necem præpetum aucupetur. Scribunt etiam Arabes ceraſten inueniri habentem octo cornua contorta, eáque apud homines haberi in pretio, *quòd præsente veneno sudare dicantur.* Color illi est ψαφαρὸς ἢ λεπρώδων, hoc est cum scabritie & squalore albus, qualis est leprosorum. Cùm hoc loco duo versus præpostero ordine in prioribus codicibus legerentur, ita restitui vt nunc habentur.

Pag. 5. CVMQE aduersa.) Distinguit ceraſten à vipera incessu. vipera enim rectà & corpore in neutrum latus inclinato progreditur: ceraſtes verò obliquè & corpore in alteram partem vergente, in nauiculæ modum quæ venti violentia in latus impellitur, & à contrario vento agitur rapitúrque in latus oppositum: itaque nunc in vnum, nunc in alterum latus inclinata fluctuat. Sic ceraſtes ingrediens non alteri tantùm lateri innititur, sed modò in hanc, modò in illam partem vergit, quemadmodum & claudi solent ambulare, quibus ipse posteà & hæmorrhos & ceraſtas comparabit. verum Scholiastes ita hunc locum videtur interpretari, quasi vni tantùm lateri semper insistat. Arabes scribunt in ceraſtæ corpore pro spinis haberi cartilagines, eámque ob causam non esse firmo corpore, sed in vtranque partem flexibili.

CREPITANTIBVS.) Græcè habetur πτερυγόπι, quo nomine asperitas designatur squamarum: eas autem non in dorso tantùm, sed etiam sub aluo gerit, eóque fit vt sonitum sibilo non dissimilem serpendo edat.

SI DENTEM.) Post morsum ceraſtæ locus tumet cum duritie, & circum pustulæ plurimæ nascuntur valdè exiles, vt visum ferè fugiant. Credo id mali genus herpetem miliarem esse, ortum à veneni caliditate & acrimonia. Talem enim ceraſtæ qualitatem medici Arabes tribuerunt.

NEC tamen.) Etsi ceraſtes multa habeat cum Pag. 5. vipera communia, non modò in notis corporis, sed in symptomatis etiam, quæ morsum cõsequuntur (ab vtroque enim pustulæ, & oculorum caligines) differentia tamen in hoc maximè est, quòd ceraſtæ venenum non sit tam malignum támque præsentaneum quàm viperæ. hæc enim die ad summum tertio interficit, ille verò ad nonum vsque diem mortem prorogat, ídque sine magno cruciatu. Dolores tantùm inguina exercent & poplites siue genua: deinde natiuo calore pereunte cutis euadit liuida, tandem soluto robore corporis & viribus deficientibus mors succedit. Dioscorides verò & alia quædam symptomata recensèt, è vulnere effluere saniem quandoque atram, quandoque suppallidam, genitale tendi, delirium accedere, oculos caligare, & conuulsiones fieri.

IAM quibus.) Hæmorrhus serpens est in petrarum cauernis ferè degens, cuius longitudo pedalis est, crassitudo verò à capite ad extremam vsque caudam paulatim desinens in tenuitatem. Color illi splendidus est, quandoque obscurior, velut ab igne vsti. Aëtius colore arenoso esse dicit. Collum habet angustum, & caudam ab vmbilico gracilescentem.

FLAMMATO.) sic dicitur propter igneum oculorum fulgorem, quem illis tribuit Aëtius.

CORNVA.) Hæmorrhus duo habet in fronte cornua πρόσωπα, vt ait Nicander. ego candida interpretatus sum, quanquam Scholiastes αἰπὺ ἢ λυγρὸν acceperit. Nam cùm duo habeantur præcipua in niue, frigiditas & candor, illa quia non videtur, multò minus conducit ad agnitionem hæmorrhi, quàm candor qui oculis conspicuus est. Oculos autem, siue alba oculorum, quæ λογάδες à Nicandro dicuntur, habet similes locustæ, quam πάρωπα appellant, hoc est igneos & fulgentes. caput verò asperum horridúmque. est & incessus veluti ceraſtæ obliquus. Et fœmina quidem ventri incumbens per terram reptat, & gressum infernè circa caudam firmat: mas verò circa ventrem in gressu nititur, & collum serpendo extollit. Vterque gradiens sonitum edit, quasi per consitatos rusmos repat propter squamarum ariditatem & asperitatem.

PROTINVS.) Hæc symptomata morsum Pag. 5. hæmorrhi consequuntur. Color mali coloris & nigricans, non totius quidem corporis, sed partis demorsæ, ex qua etiam dicitur nihil in principio effluere præter paucum quiddam & aquosum. Sequitur & dolor cordis, siue cor propriè: dictum intelligamus, cui per se primóque eiusmodi venena aduersa sunt: siue, quod est mihi verisimilius, os ventriculi (sic enim Aëtius interpretatur) & indicant vomitiones perpetuæ & vehementes, quas Dioscorides accidere testatur: præterea & alui profluuium. id enim significat quod ait Nicander, χασὶν δ' ὑδατόεσσα διέσσυτο, non autem sicut Scholiastes existimat, sitim ingẽtem ob quam ægri multam aquam bibere cogantur. Nam & Arabes alui profluuium

inter hæmorrhi ictus ſymptomata retulerunt, cùm nemo auctorum ſitis mentionem faciat.

PRIMA nocte.) Præcipuũ eſt ſymptoma, vnde & hæmorrho nomen eſt, ſanguinis effuſio per omnes corporis meatus, non magnos modò & patentes, vt nares, oculos, aures, os, hæmorrhoidas: ſed etiam per minimos & conniuentes, vt omnium venarum orificia, tam introrſum quàm extrorſum poſita: qua de cauſa è pulmonibus ſanguinis ſcreatio cõtingit, & è ventriculo vomitiones cruentæ, & ex inteſtinis deiectiones ſanguinis, & ex veſica vrinæ ſanguinis plenæ, & propterea rubentes, ſimiliter & qua parte ora venarum ad cutem ſpectant, ibi dehiſcunt, & vlcera contingunt, vt totum pro vulnere corpus ſit, ſicut dixit Lucanus poëta: quinetiam quacunque corporis parte cicatrix vlla fuerit, ea recluditur & manat ſanguine. οὐλαὶ non modò cicatrices, ſed ipſa etiam vulnera appellantur. Dioſcorides & Aëtius ἕλκη interpretati ſunt. vtramque autem ſignificationem hîc intelligere conuenit. nam tam facilè in cute noua vlcera excitantur quàm vetera refricantur. Cauſam huius rei Nicander refert ad ſiccitatem cutis, quaſi illa rumpatur pariter atque terra finditur per ardores. Dioſcorides ſcribit propter vehementes cruciatus qui à morſu accidunt, anguſta contractáque corpora ex continuo dolore reddi, itaque ſanguinem quodammodò per omnes corporis meatus exprimi. Poteſt & ad malignam ſanguinis qualitatem referri, qui veneno affectus feruentior, actior & tenuior facilè per venarum & arteriarum anaſtomoſes, quæ ſunt ad cutem plurimæ, exilit, quod & equis & hominibus aliquando per æſtus euenit. Ac ſanguinis quidem vitioſam qualitatem Nicander ſatis declarauit, dicens eum qui manat miſtum eſſe bili virulentæ, quod indicat Lucanus lib. 9. ait, Omnia membra Emiſêre ſimul rutilum pro ſanguine virus.

Pag. 5. PER COLLA.) Hoc eſt per vomitiones & ſputa: hæc enim aſperam arteriam, illæ per gulam feruntur, vtriſque autem per collum via eſt.

Pag. 5. SED caue.) Vt in omni ſerpentium genere fœminæ ſæuiores ſunt maribus, ita & hæmorrhois crudelior eſt hæmorrho. Nam præter ſanguinis eruptiones quas in hæmorrho Nicander commemorauit, gingiuæ etiam inflãmantur, atque ex ijs, quemadmodum & ex vnguium radicibus, atque ex oculorum etiam angulis, ſicut ait Aëtius, ſanguis manat. Adeſt præterea dentium ſtridor, qui putri affuſo ſanguine poſtea excidunt.

HVIC Helene.) Ferunt Menelaum ab Troiâ cum Helena diſcedentem, tempeſtatibus actum in Ægyptum appuliſſe, & à Thone rege Canopi hoſpitio exceptum fuiſſe. Vbi cùm Canobus gubernator in littore fuſus iaceret, vt ſe recolligeret, ab hæmorrhoide quam fortè oppreſſerat, demorſus interijt. Eam ob cauſam Helene indignata dicitur hæmorrhoïdi corpus perfregiſſe, & illã ab eo tempore obliquo & contorto corpore repere.

THONIVS.) Hæmorrhũ ſiue hæmorrhoïda hoc nomine intelligit, ſic ab Ægypti rege nuncupatum. Thon enim ille vocabatur, cuius & apud Homerum fit mentio lib. 4. Odyſſeæ.

NVNC tibi.) Sepedon ſerpens eſt hæmorrho ſimilis, ſed ab eo differens: primùm quidem ingreſſu (non enim in obliquum, vt hæmorrhus, ſed in aduerſum ſerpit) deinde verò quòd cornibus careat. Eſt & colore villoſi tapetis: qualis autem is ſit, non explicat. Scholiaſtes coccineum interpretatur, quòd vt plurimùm tapetes ſint huius coloris. Fortaſſe verò varium colorem Nicander intelligit, non ſimplicem. ſunt enim tapetes variegati, & deſepe proditur, eum multis albis maculis diſtinctum eſſe. Eſt illi & caput magnum atque prægraue. Cauda quoq; quamuis ſit ei prolixior, breuis tamen appareret, quia in multos orbes ſpiráſque contorquetur. Multi dubitãt an ſepedon idem ſit cum eo qui ſeps dicitur, quem tabificũ Lucanus appellauit, & cuius mentio antè facta eſt, qui cute diuerſa, nunquam vnicolore, videtur aſſimilis ſemper ſedi quam legit in aruis. Ego vt eundem eſſe exiſtimem plurimùm adducor, quòd Aëtius alterius tantùm nominis faciat mentionem, quódque de ſepe ſcribens eadem ex eius morſu ſymptomata recenſeat, quæ hoc loco Nicander tribuit ſepedoni. Nec verò Plinius alium quàm ſepedona nominat.

LETIFER huic.) Præcipuum ſignum & veluti pathognomonicum morſus ſepedonis eſt, defluuium pilorum ex capite, ſupercilijs & palpebris. Verùm ſi ſeps cum ſepedone idem eſt, atrociora multa eius ſymptomata à Lucano referuntur, putredo nimirum & nome vniuerſi corporis, quæ non modò carnes, ſed oſſa etiam peredit & abſumit, adeò vt poſt elegantiſſimam omnium malorum deſcriptionem concludat hunc in modum, Cyniphias « inter peſtes tibi palma nocendi, Eripiunt omnes « animam, tu ſola cadauer. Mors autem, vt ait Aëtius « intra tres aut quatuor dies ſequitur.

VITILIGO.) Qui à ſepedone morſi ſunt, Pag. cutem habent albam, & ceu à vitiligine decolorem. Alphos ſiue vitiligo, generis nomen eſt: ſpecies eius ſunt, alphos, melas, leuce, vt ſcribit Celſus. Ipſa autem leuce in ijs excitat ephelidem, vt ait Nicander, hoc eſt cutem vitioſo colore inficit: hîc enim non propriè ephelidem accipit, ſed generaliter pro omni coloris deprauatione.

AT verò.) Dipſada Galenus ſcribit ſpeciem eſſe Pag. viperę, alij aſpidis eſſe volunt. Conſtat autem paruæ viperæ ſimilem eſſe. eſt enim quàm mas vipera minor, & cubitali, vt ſcribit Aëtius, magnitudine. inter eam autem & viperam videtur Nicander has duas differentias ſtatuere, primùm quòd citiùs interficiat quàm vipera, deinde quòd caudam habeat gracilem & extremis nodis nigram, à qua & μελανύρος à quibuſdam appellatur. Aëtius verò addit dipſada in locis maritimis frequẽtius reperiri, ex craſſa in tenuem deſinere, notas habere per omne corpus ſuluas & nigras, caput verò anguſtius.

COR totum.) præcipuũ malum quod à dipſadis morſu excitatur, ſitis eſt, à qua & nomen illi inditũ. Tãta autem eſſe perhibetur vt nullo vnquam potu ſedari poſſit, & tamen neq; per vrinas, neq; per vomitum, neq; per ſudores quicquam vacuatur. Quò fit vt ob immodicum potum venter diſtentus rumpatur, vel infernè circa inguina, vel circa imum ventrem, ſicut in hydropicis accidit. Quòd autem dicantur labra cauſo vri, ambiguum eſt, an dipſada, an febrem ardentem ſignificet, quam medici propriè καῦσον appellant. Dipſada enim à quibuſdam καῦσον appellari Dioſcorides & Aëtius affirmant.

PRISCA inter.) Nicander poëma ſuum eleganti fabula condiuit, quæ quamuis ad omnes ſerpentes pertinere poſſit, conuenit tamen præcipuè dipſadi & alijs quæ vehementem ſitim inducunt.

PROMETHEI.) Hoc eſt accuſantes Prometheum, quòd non eſſent ab eo iuuenta perpetua donati: quòd ſi feciſſet, furtum eius futurum erat omni ex parte integrum. Quid enim, dicebãt, iuuat,

aut quæ tandem laus est hominem efformasse tam modico tempore victurum? Vt igitur quod hominibus defuit, Iuppiter sua magnificentia suppleret, posteaquam paternum regnum adeptus est, iuuentam pro munere aduentitio largitus est, quam tamen socordia breui perdiderunt.

NVNC age.) Chersydrus serpens est qui & simplici nomine hydrus appellatur. Hyeme enim & vere stagna colit, piscibus & ranis victitãs, túncque hydrus appellatur. Posteaquam paludes inaruerint, in terram se recipit, multóq; quàm antè euadit nocentior, propter tum loci, tum pabuli siccitatem. Tunc composito nomine Chersydrus appellatur. Forma similis est aspidi cherseæ paruæ, nisi quòd ceruicem non ita latam habet. Sunt qui natricem interpretantur, Lucano tamen poëta apertè distinguente lib. 9. Pag. 6.

SIGNA.) A chersydri morsu cutis exarescit, & distenta rumpitur, saniémque & virus effundit. Eius tamen præcipua hæc nota est, quòd æstus magni ardoréque per corpus vniuersum discurrentes sentiantur, vapore scilicet maligno à visceribus erumpente & per habitum corporis diffuso, quemadmodum æstus aëris aliquando se habet.

ILLE colens.) Serpens hic ἀμφίσβαινα est. primum enim in aquosis degit, piscibus & ranis victitans: deinde in aridam exilit, vbi sulcos, hoc est omnia in sulcis nascentia pascitur, & maiorem sæuitiem acquirit. Cæterum totum hunc Nicandri locum Verg. lib. 3. Georg. elegantissimis versibus reddidit, quorum hoc principium est, Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis. Siquidem in Calabria chersydris frequentissima esse dicitur.

NVNC caput.) Amphisbæna parua est & ferè lumbrici terrestris magnitudine, colore terreo, cute densa, & maculis paruis distincta. Genæ illi intantum extuberant, vt ferè cæcutiat. Terete est corporis figura, & vtrinque æquè crassa, vt aspectu discernere nequeas vtra in parte caput sit aut cauda. Ob id ἀμφίσβαινα ἢ ἀμφικέφαλος ἢ ἀμφικέφαλος dicta est, quasi ἀμφοτέρωθεν βαίνουσα ἢ ἀμφοτέρωθεν ἔχουσα τὴν κεφαλὴν, hoc est ambiguo gressu & capite. Quò factũ est vt Galenus eam bicipitem esse existimauerit. Huius morsus nullas notas Nicander adscripsit, quòd etiam si mordeat, non tamen enecet. Tantùm enim inflammationes infert, quales ferè ex apum vesparúmque ictibus contingunt. Pag. 6.

HANC vbi.) Sola serpentium amphisbæna dicitur frigori se committere, & prima omnium procedere ante cicadarum cantum, hoc est ante vernum tempus. Ex quo eius supra cæteras calor declaratur, quemadmodum & ex pellis eius facultate. Lignatores enim, vt ait Nicander, cum amphisbænam oleastri ramo seu palo affixam excoriauerint, & exsiccauerint, dicitur pellis ipsa rigoribus prodesse, quos μύλκας Nicander appellauit: quo tamen nomine alij χίμετλα, hoc est perniones intelligunt. Dicitur & valere aduersus paralysin.

ET scytalem.) Scytale forma quidem est amphisbænæ. sunt enim æqualis per totum crassitudinis, neque facilè discerni potest vbi cauda sit aut caput: differũt autem quòd Amphisbæna in vtranque partem progrediatur, scytale verò in altera tantùm: deinde quòd scytale grandior & crassior sit, vt quæ figonis vel securis manubrium exæquet: amphisbæna autem magnitudine tantum sit lumbrici. Morsus eius non est letalis: aiunt tamen à scytale Chalcidica eadem quæ & à vipera mala consequi. sic dicta esse potest à scuticæ similitudine.

VERE.) Dicitur scytale hyemales exuuias prima ponere, etiam ante vernum tempus, vt scribit Lucanus, Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis « Exuuias positura suas. Sed postquam eas deposuit, « non vagatur per campos aliorum serpentium more qui fœniculum conquirunt, quo hebetudini oculorum medeantur, & corporis robur pristinum recipiant: sed in latebras denuò se recipit, ibique magna ex parte dormit, cibum alibi non quærens, sed illic fortè oblato contenta, neque etiam aquam ad sitim sedandam conquirens. Solinus cap. 40. scribit Scytalem tanta præfulgere tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupentes. Pag. 7.

CONTEMPLATOR.) Basiliscum Nicander intelligit. Hic in Cyrenaica prouincia maximè gignitur, capite acuminato, colore flauo, vel fuluo, trium palmorum longitudine. Malum est in terris singulare, vt qui omnia animalia præter mustelam, solo sibilo interimat. Itaque omnia eum fugiunt, & in vacua, vt ait Lucanus, arena regnat. Ideo « viribus reliquos serpentes longè superat. Sed & eum videtur natura quodam diademate insigniuisse, data in capite candida macula, & eminentijs tribus, vt scribit Aëtius. Præterea non flexu multiplici, vt reliqui serpentes, corpus impellit, sed media quadam corporis parte serpit, media celsus & erectus incedit, vt non immerito basiliscí nomen adeptus sit.

IN membra.) A morsu basiliscí præcipua symptomata sunt, ardor totius corporis, & putredo tanta, vt carnes liuidæ defluant è corpore, ait Aëtius etiam capillos confestim decidere. Erasistratus scripsit vulnus sufflauo, & quasi aureo colore fulgere. Dicitur autem ab eo demorsos in instanti perire. ideóque medicorum plurimi qui diligenter hanc medicinæ partem excoluerunt, nulla morsus basiliscí remedia indicarunt, quasi vanum superfluúmque videretur eorum curationem aggredi. Tam enim pestiferum & præsentaneum esse proditur basiliscí venenum, vt quos modò inspexerit, vel qui eius sibilum auribus perceperint, moriantur. Idcirco nullum animal carniuorum eum vel mortuum attingit, nec aliud similiter cadauer quod ab eo fuerit interemptum. Pag. 7.

IAM Dryinæ.) *Dryinas siue dryinus serpens est* duos circiter cubitos longus, corpore obeso, asperrimis squamis vndique munito: in quercuum ac fagorum ferè latibula habet, vnde & nomen inditum. Dicitur à quibusdam hydrus, ab alijs chelydrus: in humidis enim & paludosis locis aliquando degit, atque ab ijs recipit se in caua arborum, pérque prata ranis & locustis victitat. Multum autem infestatur ab asilis, quos οἶστρους καὶ μύωπας Græci vocant, atque ab ijs morsu petitus refugit, seque in latibula sua confert. Sunt autem muscarum genus acerrimum, & pennis æreis, vt ait Aëtius. Lætitant autem & illæ plerunque inter eius squamas, ipsumque tandem conficiunt. Idem Aëtius scribit hunc serpentem in Hellesponto frequentem esse.

ILLI.) Dryinus colore est subatro, capite elatiusculo quemadmodum & hydrus, quem antea chersydrum appellauit: odore admodum tetro, adeò vt fœtor latentem prodat. Hic est quem propterea graui nidore chelydrum Vergilius 3. Georg. « appellauit. & de quo Lucanus scribit, Tractique « via fumante chelydri. Est autem odor qualis esse « solet à vermibus natis in humentibus & putrefi- Pag. 7.

centibus equorum tergoribus scalpro derasis & sectis: vel qualem reddere solent corij equini præsegmina putrentia cùm scalpro abraduntur. Vtrumque enim λέπαργοι significant, præsegmina videlicet & vermes.

SI TALVM.) Sicut dryinus grauissimo est odore, ita qui ab eo percussi sunt quauis corporis parte, protinus malè olent fœténtque. Nec verò morsu modò fœtorem eũ inducit, sed si quis etiam ipsum interficiat, olfactum illi adeò corrumpi aiunt, vt quemlibet odorem prauum esse iudicet, vitiata prorsus odorandi facultate. Refert verò & Galenus eum tam malignum & nocentem esse, vt vel calcatus pedes excoriet, totísque cruribus tumores ingentes excitet, & quod magis mirere, manus quoq; curantis medici. Sequuntur & alia symptomata, tumor in ipso vulnere nigricans, animi languor, ariditas totius corporis, herpes siue nome, & vertigines caliginésque oculorum.

BALATVS.) Balatus ille referri potest vel ad delirium, quod inter dryini symptomata Aëtius recensetvel, quod mihi verisimilius videtur, ad vocis interceptionem, quam eodem auctore demorsi à Dryino patiuntur, ad quam etiam pertinet id quod sequitur, eos scilicet faucibus constrictis angi, quanquam & ad sitim ingentem, & ad faucium ariditatem referri possit. Sequuntur postea & alia symptomata, vrinæ suppressio, stupor & veternus, singultus frequens, vomitiones biliosæ aut cruentæ, & ad extremum veneno magnam inducente sitim tremor languórque totius corporis.

Pag. 7. NEC verò auratum.) Græcè habetur χλοάοντα. significat autem idem quod τὸ χλωρόν, hoc est, vt multis in locis ait Galenus, tum viride, tum sufflauum siue pallidum. Posterior significatio mihi magis placuit, quòd eam etiam Lucano placuisse video lib. 9. Et vos aurato nitidi fulgore dracones. Sunt enim flaui rufive, nec reperi colore viridi descriptos à quoquam fuisse. Sunt & cærulei, hoc est cæli fulgore, seu colore. Reperiuntur & nigri & cinerei coloris.

PHOEBEIA proles.) Cum plura dicantur esse draconum genera, vnum tamen est, vt refert Pausanias, quod sola fert Epidaurus, mansuetum & colore sufflauum, quod Æsculapio sacrum erat. Anguis à Plinio vocatur, carens veneno, nisi per mensem luna instigatus: sed & inesse ei remedia multa creduntur, ideóque Æsculapio dicatus est. Hic quondam Epidauro Romam aduectus est, ad reprimendam pestilentiam, vulgóque pascebatur & in domibus, ac nisi incendiis semina exurerentur, non erat fœcunditati eorum resistere. Festiuus de eo habetur apud Lucianum dialogus qui ψευδόμαντις appellatur. Eum in valle Pelethronia, quæ sita est ad radicem Pelij montis, Æsculapius dicitur educasse.

PRÆSTANTI forma.) Græcè est ἀγεραύλες. quo nomine solus Græcus Scholiastes indicat pulchrum & formosum designari. Hesychius verò præter cætera, etiam κατυρὸν interpretatur, hoc est vstum siue nigrum.

Pag. 7. MAGNA.) Dicitur draco esse oculis prægrandibus, fronte autem & supercilijs tam crassis, vt vmbraculorum vice oculis esse possint, quæ significantur ὀπωπίων nomine. Ac quanquam πίειρα propriè pinguia significent, tamen quia nemo veterum id in draconibus annotauit, magna verti, accedente Hesychij auctoritate, qui πίειρος interpretatur μεγάλη. quæ enim pinguia sunt, eadem crassa magnáque esse solent.

BARBAQVE.) Sub draconis mento veluti palearia dependent subflaua subuiridiáue, quæ barbæ speciem referunt.

ILLE vel.) Draco non habet venena, proindéq; morsu non tantùm lædit quantum cæteri serpentes. Est enim illi os paruum & ad morsus non dehiscens, sed arctæ fistulæ simile, per quam & trahit spiritum & linguam exerit. itaque morsus eius non excitat dolorem magnum, etiam si vehementi ira percitus conetur mordere, sed plaga eius est qualis à morsu muris: quippe non in dentibus vim, sed in caudis dracones habent, & verbere magis quàm rictu nocent. Et hæc quidem de veris draconibus intelligenda sunt, de quibus etiam Lucanus hos versus edidit:

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris,
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones,
Pestiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cum pennis, armentaque tota sequuti,
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.

Eiusmodi est anguis ille Æsculapio sacer. Habentur autem in India & Libya atque etiam Phrygia sæuiores, patulo oris rictu, lingua exerta, dentibus magnis velut syluestres sues, quibus mordendo ossa frangunt & comminuunt.

ARMIGER hunc.) Describitur naturale Pag. dissidium inter draconem & aquilam, sed ea draconem volatu facilè superat, multísque spatijs anteit. Est enim vastiore corpore quàm vt possit diu sublimis volare, præsertim in Phrygia, vbi dracones ad magnitudinem quadragenûm pedum nasci ferunt: & in Arabia vbi tricenûm cubitorum sunt, cùm reliqui quinque aut decem cubitos non excedant.

HYBERNAM si.) Cenchrenes serpens inuenitur potissimum in Samothracia & Lemno, quarum vtraque insula est in mari Mediterraneo, ad oram Thraciam sita, ex aduerso Rescynthi & Zonæonorum montium. Rescynthum autem oppidum est Thraciæ maritimum, in quo Iunonis templum sacrum habetur. similiter & Hebrus fluuius, & Zonæi montes, & quercus Orphei, quas ille dicitur lyræ cantu mouisse, & specus Zerynthia in eadem Thracia sunt. Cæterùm κεγχρίνης vel vt quidam scribunt, κεγχρίτης, serpens est pessimus, sic dictus à milio, quod κέγχρος Græci appellant: siue quod colore viridi sit & milium referente, siue quòd aiunt eum ferociorem fieri dum milium floret. Alij λέοντα, hoc est leonem à feritate sæuitiáque nuncupant: alij verò ἀκοντίαν quòd se veluti iaculum in corpora vibret, quæ postea spiris inuoluta, verbere caudæ rumpat, & à quibus adacto in clauiculas & thoracem vulnere, sanguinem exugat.

CORPORIS haud.) Serpens hic traditur esse cubitorum ferè binûm longitudine, & corpore toto à crassitudine in exilitatem desinente. Sed, vt ait Nicander, varia est & longitudine, & crassitie, & maiores minoréque reperiuntur. Ab eius morsu grauissima sequuntur mala, putrefactiones & vlcera toto corpore serpentia, præterea hydrops aluum eiúsque nodum, hoc est vmbilicum comprimens, & dolore excrucians.

ILLE vbi.) Saum olim dictam fuisse Samothraciam, & Mosyclum montem esse Lemni insulæ, Græcus Scholiastes annotauit, quæ tamen nomina neque apud geographos, neque apud poëtas Latinos reperi. Plinius Saoce monte Samothraciam attolli dicit, qui an idem sit cum Sao, viderint geographiæ & antiquitatis peritiores.

TE NVLLA.) Dum cenchrenes fugitur, Pag. discedere

discedere oportet à recta & plana via, quoniam per eam concitatissimo cursu fertur, adeò vt viginti cubitorum spatium vno saltu superare dicatur: sed fugere oportet obliqua via per sētes & spinas, quòd iis offendatur & retardetur. Ex hoc autem suspicio mihi est cenchrenem non esse ἀκοντίαν siue iaculum: hic enim ex arborum ramis vibratur, & missili, vt ait Plinius, volat tormento, quò fit vt vepribus vix possit eius impetus cohiberi. Subeunt enim iaculi arbores, è quibus vi maxima turbinati penetrant animal quodcumque obuium fortuna fecerit. Præterea & ἀκοντίας priuatim postea Nicander commemorat.

HIC ET.) Quem Græci ἀσκάλαβον, ἢ ἀσκαλαβώτην, ἢ κολώτην, ἢ γαλεώτην appellant, Latini stellionem dicunt. Animal est lacertæ simile, senectutem quoque exuens vt vngues. Temporibus statis se condit, latétque in cauernis mensibus quatuor frigidissimis. De eius generatione fabula hæc scripta est: Cum Metanira Cererem (cui à luctu, cuius plena erat dum Proserpinam quæreret, Græci ἄχαλον epitheton indiderunt) hospitio & diuersorio Celei, quem Ceres vnicè diligebat, excepisset, id ægrè tulit Metaniræ filius, nec se continuit quin & Cererem & eius sacra rideret, multáque in eam contumeliosè diceret: indignata ob hæc Ceres eum in stellionem vertit. atque hæc est quæ de eo fertur fama. Pag. 8.

PRÆTEREA &.) Nullæ harum serpentium notæ à veteribus explicatæ reperiuntur, quòd vel omnibus cognitæ essent, vel nullius periculi.

ELOPES.) Sunt qui non elopas, sed elapas scribant.

LIBYAS.) Eo nomine Scholiastes Græcus existimat designari τοὺς ἀμφισβήνας vocatos, quòd plurimi in Libya sint.

MYAGROS.) Serpens hic est idem cum spathiuro, aut ab eo non valde dissimilis. Plures dicitur habere in capite coronas siue lineas, vnde πολυστέφης à Nicandro dictus est. Muribus vescitur.

IACVLOS.) ἀκοντίας hic, siue iaculus qui à Nicandro recensetur inter innoxias feras, non potest idem videri cum eo quem Lucanus libr. 9. scribit per caput Pauli transactáque tempora fugisse. nihil enim eo serpente pernicioſius. Iste autem fortè non à tanta celeritate & rapacitate, sed à formæ similitudine dictus est, quasi sagittæ in modum longus sit & teres.

TYPHLOPES.) Iidem & τυφλίναι appellantur: cæci serpentes à Plinio, ab alijs cæciliæ. Dicuntur, etiam si calcentur, non mordere.

AST ego.) Remedia nunc explicantur quæ venenatis morsibus conuenit adhibere. Primùm autem duo communia præcepta proponit: vnum quidem, vt protinus atque morsus acceptus est, & plaga recens est, pharmaca admoueantur. vbi enim venenum in venas & arterias subijt, atque in principes partes penetrauit, omne remedium serum est & inefficax. Peruadit autem facilè exiguóque tēpore in interna corporis spatia, propter sui tenuitatē. Alterū est, vt siue flores, siue folia, siue radices ad discutiendum affectū sumantur, sint quàm recentissimæ.

Pag. 8. RADICEM ante.) Panaces Chironium intelligit, non Centaurium. Id quod ex ipso Dioscoride notum esse potest, qui eadem quæ & Nicander scripsit. Nascitur, inquit, in Pelio monte præcipuè, folio amaraci est, aureos habet flores, radicem gracilem nec profundam, & in gustu acrem. Bibitur contra serpentium venena radix, & frondes in eundem vsum eadem vtilitate emplastri modo imponuntur. Dictum est Chironium à Chirone inuentore, qui eam longa ceruice, hoc est longo caule eminentem primus animaduertit & in vsum dedit. Est enim panacis caulis multorum cubitorum.

AVT vmbrosa.) Hîc scitè depingitur aristolochia, folio periclymeni hederaceo, floribus purpureis, graueolentibus, in quibus bacculæ pyro syluestri conformes, radicibus in fœmina quidem rotundis & in orbem conglobatis rapi modo, vnde & rotundæ nomen illi datum est: in masculā verò longis: vtrisque colore intus buxeo. Eadem prorsus Dioscorides, Nicandrum hîc quoque vt in alijs plerisq; sequutus, prodidit: nisi quòd Dioscorides masculæ radices scribit dodrantis longitudinem implere, & nonnunquam paulò maiores videri, cùm his Nicander cubitalem tantùm longitudinem tribuat. Pag. 8.

HYSGINO.) Non herba est, vt ait Scholiastes, cuius nec Theophrastus, nec Dioscorides, nec Plinius fecere mentionem, sed tinctura quoddam genus, vt scripsit Hesychius: ex quo Plinius inquit purpurissum infectum præstantissimum fieri. πορφυρῶσαι. in hac ipsa aristolochia dixit Dioscorides.

MYRTAS.) ἀχράς, μυρτάς, ὄχνη, ὄχνας dicuntur esse pyrorum syluestrium species, nec satis intelligo quid inter se discrepent. Suspicio ergo quædam mihi est legendum μυρτάδος ἢ ὄχνης. aut μυρτάδος adiectiuum erit τῆς ὄχνης, & significabit myrteam, hoc est immaturam, acerbam & adstringentem. Id quod mihi magis placuit, etiamsi Scholiastes præteriens τῆς ὄχνης, annotet μυρτάδα speciem esse pyri. præsertim cùm Macrobius Cloacium sequutus, inter pyrorum genera myrteum recenseat.

NEC minus.) Triphyllon à Latinis trifolium appellatur: frutex est foliis arbori loto similibus, quibus tenellis odor rutæ ineſt: cùm verò adoleuerint, bituminis, sicut scribit Dioscorides. Nicandrum hoc loco sequutus. Ea in singulis germinibus habentur terna, à quibus & nomen inditum est, decoro aspectu, quæ propterea Nicander ποικίλα, hoc est ποικιλοειδῆ, καὶ καλλωπισμένα appellauit.

MINYANTHES.) Sic appellatum est triphyllon à Dionysio ἀπὸ τοῦ ῥιζοτομικοῦ, vt scribit Græcus Scholiastes. eiúsque appellationis meminit & Dioscorides, non ἀπὸ τοῦ μινύειν, quod significat ostendere, quasi flore suo se indicet: neque enim id fert ratio carminis: errántque propterea qui Latinè menyanthes scribunt: sed ἀπὸ τοῦ μινύω, hoc est à minyo. flores enim illi purpurei sunt: vocatur & alio nomine τριπέτηλον à tribus foliis, quæ πέταλα & πέτηλα dicuntur.

NVNC age.) Enumerauit antè simplicia quædā medicamenta quæ conuenirent medendis venenatorum ictibus, Panaces Chironium, aristolochiam & trifolium: nunc multa docet composita, è quibus tamen singula magnā etiam in medendo vim habēt. Pag 9.

NERIN.) Genus est nardi montani, quod Galenus πυρέτιν, alij, inter quos Nicander ipse est in Alexiphar. δολεχίτην appellant.

TV quoque florentis.) Græcè habetur διανθὲς, quod significat simpliciter ἀνθοῦντος, non autem δὶς ἀνθοῦντος, vt existimauit Scholiastes. neque enim bis florer asphodelus. Eius caulis ἀσφοδελικὸς à Græcis peculiari nomine dicitur, qui sæpè binûm cubitorum est. Radix rotūda in napi vel glandis modum: semen orbiculari folliculo qui flori subiectus est, cōtinetur.

ALCIBII radicem.) Echium planta est folia habens aspera, & aculeos breues foliis adiacentes, flores iuxta folia ἰώδη, hoc est purpureos, radicem gracilē & profundam, quā Nicander ῥαφανίδα appellauit,

hoc est λεπτὸν ἢ ἰσχνὸν. Est enim, vt ait Dioscorides, digito gracilior. Græcus tamen Scholiastes βαθυμέρη, hoc est multifidam & in varias propagines diuisam interpretatur. Planta ipsa ἡρακλειὰς dicta est ab inuentore: ἴασις autem ab effectu, quòd viperarum morsibus medeatur, siue epota, siue foris etiam vulneri admota.

Pag. 9. QVIN ET.) Consulit præter marrubium, etiam meliphyllon siue melissophyllon vino dilutum bibere. Video tamē dubitari posse, an hi versus de ipso prasio, hoc est marrubio, intelligendi sint, quasi Nicander prasium dicat etiam meliphyllon & melittænam appellari, eique facultatem tribuat lactis generandi, tum quòd ita visum sit Græco Scholiastæ, tum quòd ipse Nicander in Alexipharmacis agens de aconiti curatione, πράσιον & μελίφυλλον, pro eodem accipiat hoc versu, ἢ χλοεροῦ πρασίοιο τὸ δὴ μελίφυλλον ὀνόμαῦον. Attamen Dioscorides apertè à prasio meliphyllon & melittænam distinguit, quibus duobus nominibus à plerisque τὸ μελισσόφυλλον appellari auctor est, cui & ego assentior. Nam hoc loco prasium à melissophyllo distinguere, nec Nicādro repugnat, nec remediis venenatorum. Nicander enim ipse videtur distinxisse, dicens ὅπι, cùm debuisset dicere τό, ὅς, vel ὅ, πι, si ad prasium referre voluisset: & vtrumq; contra serpentium morsus pari vtilitate bibitur. Quod autem attinet ad eum Nicandri versum qui habetur in Alexipharmacis, ex eo non intelligitur prasium & meliphyllon idem esse, sed potius meliphyllum quandam esse prasij speciem. Est enim prasij folio, sed maiore tantùm & teneriore, nec adeò hirsuto, quasi dicat Nicander, deligendum esse ad curationem aconiti id prasij genus quod meliphyllon appellatur. Dictum meliphyllon à melle, quasi mellitum foliùm: melissophyllon autem ab apibus, quòd eo pes delectentur: cuius nominis rationem etiā Latini imitati, id apiastrum vocauerūt.

Pag. 9. PARVA membrana.) μήνιγξ propriè quidem significat membranam quæ cerebrum inuoluit: significat verò ipsum etiam cerebrum, vt Hesychius annotauit, in qua significatione ipse quoque Dioscorides μήνιγξα videtur accepisse l. 2. scribēs gallinę cerebrū in vino bibendū dari contra serpentiū morsus.

TRAPEZA.) τράπεζα, πύλαι, μάχαιρα, ὄνυξ, nomina sunt quarundam partium iecinoris, aruspicibus olim nota & visitata: quæ & in hominis iecinore, inquit Rufus, etiam habentur, sed obscurę sunt & non conspicuæ, & ad medicinam inutiles. Verùm πύλας, hoc est portas intelligere possumus magnum illud orificium venæ quam anatomici etiam nunc portam appellant, siue à portando alimento in iecur, siue quòd per eam tanquam portam omnia in iecur ingrediantur.

ET FOLIVM.) Castoris vel Hippopotami testes magna vtilitate exhibentur demorsis ab animalibus venenatis. Est autē hippopotamus, vt hīc ait Nicander, ambiguæ vitæ animal. Nam & in Nilo degit, præsertim supra Sain, quæ Ægypti vrbs est, sita ad vnum Nili ostium, & fluuio nonnunquam egrediens, depascitur maturas segetes, seseque postea in fluuium recipit. Eius testes exiccandos & terendos Dioscorides monet, & ita contra serpentium morsus bibendos. Nec dubium quin castoris etiam testes eodem modo præparare conueniat. Eos Nicander οὐλοὺς appellauit, hoc est mortiferos & perniciosos ipsi castori, quòd eorum causa peti & occidi solet. Dioscorides vanum esse existimauit quod traditur, testes ab ipso euelli, & ab sese abijci, cùm venatu vrgetur, quia, vt ait, tangi nequeunt, ita, vt in sue, substricti.

LAVRI tenuis.) Id est eius quæ est folio tenuiore. Est enim & alia latiore folio. Pag. 9.

AREAS.) τέρμινα dicuntur in hortis παράγωνα λαχανίου, hoc est quadrata quędam spatia in quibus olera seruntur, quasi τετράγωνα. In iis amaracus cultura lætus prouenit, & per fluuiorum ripas.

ECHINVM.) Animalia quæ ruminant, quaternos habent ventris sinus, στόμαχον, κεκρύφαλον, ἔγγυον, λαιμάργον, id est gulam, reticulum, omasum, & abomasum. Gula incipiens ab ore deorsum tendit ad pulmonem septúmque transuersum: hinc se ad ventrem applicat maiorem, qui parte inferiore asper est & interceptus, ac prope gulæ commissuram sinum sibi annexum habet, quem ex argumento κεκρύφαλον, hoc est reticulum vocant. Est enim ventri extrinsecus similis, intus reticulis, capillis mulierum implexis, quę & vittas & discriminalia appellant, magnitudine multò quàm venter minor: hunc excipit omasum, parte interiore asperum, cancellatum, cruſtatum, magnitudine reticuli. Abomasum venter ab eo alius iungitur, omaso magnitudine amplior, forma oblōgior, cancellis intus & crustis magnis, multis & leuibus inornatus, mox intestinum sequitur.

IVNIPERVM.) ἄρκευθος iuniperum significat Pag. 9. & eius baccam, quæ etiam ἄρκευθις dicitur. Græcus Scholiastes censet ἄρκευθον hīc significare baccam cedri, vt sine distinctione legatur apud Nicandrum κέδρου ἄρκευθος, scribítque ipsam etiam cedrum ἄρκευθον appellari. Habet quidem cedrus multa cum iunipero communia, ab eo tamen dissidet, vt apparet ex Dioscoride. Itaque ego malui separare, & iuniperum interpretari, quem & Dioscorides contra viperarum morsus salubriter bibi testatur, non minus quàm cedrum.

HEMINAM.) Quam Græci κοτύλην vocant, Latini heminam interpretantur. Nullam enim Latini habent quæ propius ad κοτύλην accedat. Nec tamen eædem prorsus mensuræ sunt. Κοτύλη enim vncias Italicas nouem capit, hemina vnam præterea continet. Dimidium est sextarij, vnde ἡμίξεστον etiam appellatur. Est autem & κύαθος mensura sescunciam capiens, siue drachmas duodecim. Itaque in hoc potu theriaco, triplo plus ptisanæ est quàm vini.

SESCVNCIAM.) Id est cyathum, vnciam scilicet vnam & dimidiam, quod quidem Nicander dixit ἑξάμορον κοτύλης. Si quidem ἡ κοτύλη, vt antè dictum est, capit nouem vncias Italicas. itaque sexta eius pars vnciæ vnius & dimidiæ est. Pag

EQVINI.) Hipposelinum intelligit, quod ita dictum est vel à magnitudine, vel quòd equorum morbis priuatim medeatur.

OXYBAPHI.) Mensura est cyathum vnum & Pag. 10. dimidium capiens.

PICEAM.) Græcè habetur ἐλάτινα, hoc est vel amarā instar piceæ, vel picei coloris. quædam enim myrrha eiusmodi à Dioscoride proditur. Pag

TVM nardi.) Intelligit Illyricam, quam veteres præcipuè in vsu medicinæ commendarunt. Nam & Naron & Drilo, quorum hīc meminit, fluuij sunt Illyriæ siue Dalmatiæ, circa quos Cadmus & Harmonia habitasse dicuntur, vbi & in dracones eos conuersos fuisse narrant, qui per vicinos agros pascantur.

FATIDICVM.) Traditur in myrice, quam ta- Pag. maricem Latini vocant, vis inesse vaticinandi, adeò vt qui ramum eius manibus teneret, futura præsagiret. Sic magi & Scythæ, vt scribit Græcus Scholiastes, ad vaticinia sua myrices virgis vtebātur, earumq;

ob causam tradit Herodotus Apollinē Myricæum quondam dictum fuisse, quò hoc loco à Nicandro vocatur Corypeus à Corype ciuitate Thessaliæ in qua colebatur.

DECIES.) Vini modus esto decima pars congij, χοῦς autem, quem Plinius cōgium interpretatus est, capit κοτύλας duodecim, siue libras nouem, siue sextarios sex. Hîc ergo vini mensura, quam sumendam Nicander dicit, est vnciarū decem, & drachmarum sex, & præterea dimidiæ ferè drachmæ. Hæc enim decies in vno congio continetur.

ET gerynon.) Ranæ pariunt minimas veluti carnes nigras, oculis tamen & cauda insignes, quibus mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores: γέρωνες à Græcis appellantur, nec aliud apud Latinos nomen sortitæ sunt. Itaque hîc maiores ranæ intelliguntur. idem remedium etiam Dioscorides habet, scribens contra omnium serpentium venena pro antidoto esse ranas, si ex sale & oleo decoctæ edantur, iúsque earum itidem sorbeatur, ex quo loco βάμμα oleum dici patet, quemadmodum & supra annotauimus.

Feræ.) vipera κατ' ἐξοχήν intelligi potest, cui primam laudem in remediorum theriacorum compositione veteres tribuerunt, cuius tum iecur, tum caput ex vino, aut aqua potum morsibus suis medetur. Potest tamen & generaliter de omni serpente dictum intelligi. Neque enim vipera modò sibi remedio est, sed & scorpius, & reliqui ferè serpentes.

SED NEC.) De origano & eius appellationibus varijs magna est apud antiquos sententiarum diuersitas. Hæc quidem fuit Nicandri opinio, panaciam cunilam à quibusdam Heraclion origanon vocari. Est & alia origani species quam ipse onopetalion, vel metri causa, diuisis nominibus ὄνου πέταλον nuncupat, quòd asinis pabulo gratum sit. Dicitur & ab eodem ὀνίτις, eadem de causa, cuius meminit & in Alexipharmacis in curatione Aconiti.

PARVA etiam.) Dixit Dioscorides rhamno folia esse mollia & suppinguia. Quod arbitror Nicandrum indicare voluisse, appellantem rhamnum ἐρσομόλλην, hoc est veluti rore madentem. Eam dicit in Lydia philetærin appellari. Tmolus enim Lydiæ mons est, cui Gyges olim imperauit: Parthenium similiter Lydiæ promontorium.

Pag.10 NVNC age.) Nicander hoc loco duas echios describit, alteram humilem folio anchusæ, spinis horrido, sed exili & breui radice. alteram verò altiorem, maiore folio, flore paruo vel pauco, purpureo, capitulis viperæ, cacumine aspero vel adstricto. Dioscorides tamen, qui non temerè solet discedere à Nicandro, vnum duntaxat facit genus echij, non geminum.

Pag.10. ADSTRICTO.) στρυφνὸν significat tum asperum, tum adstrictum siue compressum. Postremum magis placuit. Nā vt scribit Dioscorides folia, quæ in imo caule vtrimque expansa sunt, in summo fiunt minuscula, & continuò ad cacumen vsque breuiora, ita vt caput compressius adstrictiúsque videatur.

SALVBRIS.) ἰξώδεντος ambiguam habet significationem ἰξαίνειν enim & αὔξειν & ὀγκαίνειν significat, vtrumque conuenit. nam acanthus caulem habet longum, & folia magna.

ERINVM.) Non est caprificus, sed herba à quibusdam ἀκιμοειδὴς dicta, & à Romanis ocimum aquaticum. nam secus amnes fontésque nascitur ocimi similitudine.

NEMÆVM.) σέλινον siue apium dicitur Nemęum, vel quòd in Nemæa sylua præstantissimum nasceretur, vel quia in Nemæis certaminibus victores apio coronabantur.

OBOLOS.) Terni oboli pendent dimidiam drachmam. In drachma enim sex oboli sunt. Itaque obolus pondus est dimidij scripuli.

MONTANVM.) Qui χαμαιλέων dicitur, à Nicandro χαμαίλεος dictus est. Eius duo genera habentur, vnus niger est, folio scolymi, sed rotundiore, hoc est breuiore & minus acuto (sic enim πρὸ χείλου χείτου interpretor. alius fortè intelliget ex eo designari vmbellam quæ in eius fastigio cernitur) radice densa, crassa & nigra. nascitur in sentibus, asperis & opacis saltibus. Alter verò albus est, sed folia habet asperiora, acutiora & validiora, è quorum medio sinu propè terram (caulem enim non habet) caput depressum & humile enascitur. Radix illi dulcis est & candida, à qua albi nigríque differentia desumitur. Neque enim in folio, quod vterque habet scolymo simile, discrimen est, sed in radice. Cæterùm in theriaces vsu candidum deligendum, non nigrum, quia venenatum sit, nulliúsque vsus, nisi foris admotum.

EST alia.) Per Alcibij plantam intelligit anchusam alteram, quam aliqui, vt scribit Dioscorides, ἀλκιβιάδειον aut ὀνοχείλη vocauerunt. Nam de Alcibiadio quod echium est, suprà Nicander dixit, nec bis eadem de re verba facienda erant. Cæterùm huius anchusæ folia & radices, tam præsenti remedio sunt aduersus venenatorum, præsertímque viperarum morsus, siue edantur, siue bibantur, siue etiam alligentur, vt si quis commanducata expuerit in os venenati animalis, protinus id mori ferant.

PHALACRÆ.) Anchusa hæc nascitur sabulosis & incultis locis, plurimáque in Phrygia prouenit circa Troiam, cuius Phalacra promontorium est. Crymne autem & Grasus campi sunt, in quibus equus ille ligneus Mineruæ sacer fabricatus dicitur. Pag.11.

PINGVIA.) Ita dicūtur, quia læuia: id enim magis placet quàm oleæ similia dicere. Pag.11.

MELISSOBOTI.) Intelligit melissophyllon, quod quia metri rario non admittit, melissoboton, quasi ab apibus depastum appellauit. Sunt autem hirsuta eius folia.

CONVERSIO.) Intelligit ἡλιοτρόπιον, herbam sic dictam ἀπὸ τῆς ἡλίου τροπῆς, hoc est à solstitijs. Nam per solstitium circumagit se cum sole, eiúsque ortum mane spectans, eius iter ad occasum vsque persequitur. Sed & nubilo die, ita vt horarum index circumagatur cum sole, & ne rustici quidem, vt horas obseruent, oculos à terra quum incumbunt operi, reuocare debeant. Qua in re heliotropion simile est oleæ folijs, quæ cùm supina parte magis candicent, circumaguntur post solstitium æstiuum, vertúntq; supinas partes, nec alio argumento rustici certius intelligunt confectum sydus, & temporum mutationem.

TVMORES.) Hoc est perniones, quæ χίμετλα Græcis dicuntur. Sunt autem vlcera ex frigore hyberno in digitis manuum, præsertim verò in talis contracta, dicta ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, vnde & per diphthongum ει à quibusdam scribuntur.

PYRETHRI.) πυρίτιδα Græcus Scholiastes pyrethrum interpretatus est, à quo temerè nolui discedere, certus pyrethrum etiam theriacis medicamentis conuenire, & Dioscoridem inter alias pyrethri nomenclaturas πίσινον & πύρινον & πυρίτιν adscribere. Dubitaui tamen an πυρίτης hoc loco piper significaret, quod, vt ait Dioscorides, antidotis & theriacis medicaminibus magnoperè expetitur, lōgum prę sertim, quod crescendo perficitur, vt idem

scripsit: id quod significare potest βλωθρόν, hoc est εὔαξον, καὶ πεσσαῖνον, καὶ ἀνωδυνόν, vt interpretatur Hesychius. Siquidem & piper propter feruorem & acrimoniam non ineptè πυρὶν dici potest. Sed & Philo in medicamenti compositione quod ab eo Philonium nominatur, ἀργὸν πυρῶδες album piper dicit, sicut Galenus interpretatur lib. 9. τῶν τοπικῶν.

PHLEGYEVM.) id est Asclepium, dictum ita ab inuentore Æsculapio. Inuenit autem, vt ait Nicander, ad ripas fluuij Bœotiæ qui Melas dicitur. Inde ergo & Asclepion & Phlegyæum dictū est. fertur enim Æsculapius natus esse matre Coronide, cuius pater Phlegyas vocabatur. Eam autem herbam cùm reperisset, Iolaum Iphicli filium sanasse perhibetur ab hydra læsum, quem vnà cum Hercule occidit & concremauit.

SI TIBI.) Mustela κατοικίδιος dicta, hoc est domestica, fertur naturali quodam dissidio serpentes persequi. Inde remedium ab ea etiam mortua sumitur aduersus eorum venena. Primùm amburi debet & flamma depilari, tum exemptis omnibus interaneis, sale inueterari & in vmbra siccari.

VELLERE.) Hoc est pilis: sic enim potius interpretandum iudico quàm δέρμα, hoc est cutem, vt Græcus Scholiastes. Cuius tamen opinionem videtur sequutus esse Hermolaus Barbarus apud Dioscoridem, dicens mustelam esse inasandam. Ita enim vertit quod Dioscorides dixit ἀφειρλεχθεῖσα. quo tamen nomine, mustelæ pilos potius amburēdos, quē admodū in inueterādis porcis & suibus facimus, quā mustelā ipsam, eiúsq; pellem torrēdā esse designauit.

Pag. 11. LASER.) Sicut laser tenerum & friabile, aut caseus iam durior cultello deraditur, ita debet ex ipsis mustelę inueteratę carnibus abradi portio quędam, & bibi in vino. Pondus autem & mensura debet esse secundum Dioscoridem, drachmarum duarum, vel vt ait Plinius, denarij vnius.

NVNC age.) Hìc alia antidotus describitur è marinæ testudinis sanguine. Is exceptus fictili, sinitur in grumos concrescere, serúmque omne quod ab eo manat, effunditur: deinde vbi resiccatus fuerit, in quatuor eius drachmas adduntur cumini syluestris drachmæ duæ, & leporini coaguli drachma dimidia. Hæc omnia simul miscentur, cùmq; vsus postulabit ex ea ipsa antidoto drachma vna ex vino bibenda est. Cæterùm ex testudinum generibus Nicander marinam præfert, indicibili quidem, vt mihi videtur, ratione, sed sola naturæ proprietate per experimentum cognita. Est autem notandum eam à Nicandro θερπυλοιζὸν, hoc est homini exitialem dici. Siquidem ea est de qua fertur prouerbium, Testudinis carnes edendas vel non edendas esse, quòd longè præstet largo esu ventris perturbationem deiectionémque moliri, quàm parcè vescendo recipere intra venas succū nimio lentore grauem & pernicioſum.

NVNC attende.) φάλαγξ siue φαλάγγιον species est aranei. Phalangia enim in eo genere appellantur quorum sunt noxij morsus. Sic dicuntur ab internodijs quę omnibus terna sunt in cruribus. Eorum species septem hoc loco à Nicandro describuntur, φάλαγξ siue φάλαγγιον, ἀσπάθιον, κνιπέον, ἀγρώστης, δύσδηρις siue σφηκεῖον, μυρμηκεῖον, τὸ ἐν τοῖς ὀστρείοις.

RHOX.) Solus Nicander videtur nomen hoc vsurpasse in ea phalangij specie designanda, quam omnes φάλαγγον appellarunt. Siquidem, vt ait Aëtius, quod φάλαγγον vocatur, figura est rotunda, colore nigro, vuæ nigræ acino (à quo inditum nomen est) simile, pedibus vtrinque breuissimis & frequentibus, incessu tamen velocissimo, habétq; os sub medio ventre.

ARRIGIT.) Legebatur apud Nicandrum, tam in Aldino quàm in Germanico codice, οὐδὲ τε κωλὸς, quo significabatur penem ipsum non extendi, nec promitti, sed potius flaccidum esse & elanguidum. Me tamē duo potissimùm impulerunt, vt id ipsum in contrarium sensum verterem, & pro οὐδὲ repone-rem ἠδὲ, quod significat atque. primū quidem quòd qui notas morsus phalangiorum prodiderunt, tam Græci quàm Arabes, inter cæteras pudendi tensionem numerant. Ex morsu rutelæ vuæ, inquit Auicenna, sic appellans φάλαγγον, accidit tensio in virga & pectine. Aëtius vero lib. 13. Adest, ait, & vrinæ difficultas cū pudendi tentigine & dolore. Ac in aquam quidem calidam demissi, à dolore leuati sibi videtur, post verò contentè dolent pudendum. Senioribus verò pudendum plurimùm laxatur, ac minimè intenditur. Sed & ipse Græcus Scholiastes non videtur per negationem locum hunc legisse, scribens, ἢ τὰ ἑαυτῶν αἰδοῖα ἐξορθοῖ. Addidit verò & Nicander vnà cum pudendi tensione etiam seminis inuoluntarium profluuiū, vt nemo iā dubitare possit de iuuenibus, nō etiā de senibus hoc symptoma intelligendū esse.

AT VERO Asterion.) Hoc est stellatum. sic dictum est à maculis albis & stellarum instar splēdentibus, quibus solis à rhagio differre Plinius prodidit. Eius symptomata sunt cum rhagio communia, nisi quòd in hoc veternum Nicander non connumerauit: perfacilè tamen sequitur ad tantam totius corporis frigiditatem. Arabes medici omnium phalangiorum venenū frigidum & siccum esse pronūciant. Pag. 11.

CÆRVLEVS graditur.) Tertia phalangij species est, quam præcedentibus peiorem esse Plinius scribit, quòd celeriùs mortem adferat. Id lanuginosum est, & pedibus longioribus, habétque hoc præcipuum symptoma, quòd ab eius morsu vomitiones aranearum telis persimiles excitentur, quasi & in alieno corpore virus eius, etiam fila texendi & stamina ducendi vim habeat.

EST etiam.) ἀγρώστης dicitur ἀπὸ τῆς ἄγρας, quasi venator. nam muscas, culices & apes venatur. similis est lupo. Hunc autem lupum Græcus Scholiastes muscæ speciem dicit, nigræ, magnæ, duorum, sed ingentium pedum. Aëtius verò agrosten non lupo similem dicit, sed ipsum lupum appellat, eum enumerans inter phalangij species, & describens corpore lato & volubili, partibus circa collum incisuram habentibus, & tribus circa os tuberculis.

DYSDERI.) Apud nullum alium auctorem reperitur vocabulum hoc, quò fit vt vulgi fuisse suspicer. Nā propriū est σφηκεῖον, quasi dicas vespale, à vespæ similitudine. Morsum eius consequuntur hęc symptomata, tumor in ipso vulnere maior & absessus, & præter alia multa quæ sunt reliquis phalangijs communia, genuum tremor vel summa imbecillitas, ac tandem veternus mortem inducens.

FORMICÆ obserua.) Myrmecion sic dictum est ἀπὸ τῆς μύρμηκος, quasi formicarium. Est enim prægrandi formicæ simillimum. Plinius non toto corpore, sed capite simile formicæ esse scribit, multóq; formica maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurrentibus respersū guttis, & maximè circa furnos & molas viuere. Addit acerbiorem huius quàm vespæ ictum esse, alibi verò vesparum dolore torquere. Ex quibus suspicio aliqua esse potest, Plinium κώνωπας vespas interpretatum esse. Sed nemo, quod sciam, κώνωπας ita reddidit, aut in vesparum crabronúmue genere recensuit. Sic enim simpliciter dicuntur τὰ ἔντομα, vt prius apud Nicandrum, ἵνα κώνωπες παρεμβλὼ βόσκονται αἰὲν ὕλαι. Itaque placuit potius Græcum Scholiastem sequi, qui eo nomine phalangia designari existimauit.

AGRICOLAM, ſi.) Hoc ſeptimũ genus phalangij eſt, carens proprio nomine, ſed phalangium leguminum appellatum. Id videtur mihi eſſe de quo ait Plinius. Naſcitur in eruo phalangius, beſtiola aranei generis, ſi hyems aquoſa ſit. Poſtremi medici rutelam herbinam, ſeu potius eruinam appellãt. inuenitur meſſis tempore in leguminibus, atque ſi nudis manibus ea colligantur, plerumque mordet. A morſu excitantur puſtulæ, mens perturbatur & abalienatur, quò fit vt laborantes multa loquantur abſurda & ridicula: oculi præterea, vt phreniticis ſubuertuntur. Pag. 12.

PHALÆNÆ.) Species eſt papilionis qui noctu accenſis lucernis circum earum flammas volitat. Alio nomine λυχνὶς appellari Græcus Scholiaſtes tradit. Alas habet membranoſas, tenues, ſiccas, & quæ tangenti veluti cinere aſperſæ apparent. A quibuſdam alio nomine ψῶρα nuncupatur, & à poſterioribus corrupto vocabulo ψαρολογίτης. Pag. 12.

CONILÆ.) Sic dicitur à Nicandro ſylueſtre origanum, vt teſtatur Dioſcorides: folio eſt ſicco & minimè viridi, eiúſque colorem, huius papilionis alæ referunt. Sed aduerte hîc ἴσχλοον non intelligi ſimpliciter viride, ſed potius ſiccum, hoc eſt ſine humore & viriditate, quale eſt folium aridum.

PERSEIDE.) Quod in perſeæ foliis animal educari Nicander ſcribit, nomine non exprimit. Verùm Dioſcorides de perſea ſcribens, κραιοκολάπτιδα appellari dicit, & phalangium vocat, quemadmodum & Aëtius, qui ipſum deſcribit corpore ſublongo, viridi colore, & ſtimulo iuxta collum, quo caput maximè petit. Itaque id octauum genus phalangij fuerit. Alij κεφαλοκρύπτην appellant. Vtriuſque nominis hæc ratio eſt, quòd caput maximè feriat, tanquam partem in homine nudam, & externis iniurijs facilè expoſitam.

EDVRVM.) ἰσχνὸν, pro quo edurum reddidi, dicitur quod præ ſiccitate durum eſt. Itaque poteſt dubitari an hoc phalangij genus idem ſit cum eo quod σκληρολέοντα appellatur, & ab Aëtio dicitur habere caput ſaxi duritie, & totius corporis lineamenta animalibus illis ſimilia quæ circum lucernas volitant.

NEC MORA.) Non addit alias notas quàm mortem certam & ſubitam. Addit tamen Aëtius dolorem præſertim capitis, & vertigines, perpetuum frigus, deliria, corporis iactationem, & ſtomachi punctiones.

IAM verò.) Scorpio animal eſt de genere inſectorum, aculeo noxium, quem foris prominentem gerit. Vnus enim ſcorpio inter inſecta eum in cauda habet longum & perforatum, quo venenum effundit. Hic quibuſdam geminus eſt. Sunt autem plures ſcorpionum ſpecies & differentiæ, ſed à colore maximè ſumptæ, à quibus tamen diuerſę in corporibus affectiones excitantur. Nicander octo enumerat: ac primam quidem candidorum, quos innocuos eſſe dicit: ſecundam ruforum, à quorum morſu febres ardentes & irrequieta corporis iactatio, qua ſolent conflictari qui febribus laborant, & vehemens ſitis.

QVI niger.) Scorpio niger non afficit morte, gignit tantùm corporis inquietudinem, & mẽtem abalienat, ſed cum riſu, ex quo delirij ſpecies indicatur mitioris quàm ſi coniunctum haberet furorem. Porrò inquietudinem Nicander vocauit ἄγκιστον κακὸν, hoc eſt ἀδύνατον. ſignificat enim ἄγκιστος apud Hippocratem multis in locis motum, agitationem & perturbationem, quæ in quauis parte oboritur, ſed maximè in ventriculo à cibis diuerſarum qualitatum, vt Galenus annotauit.

CEV nimbi.) Quos ſcorpio viri lis percuſſit, videntur ſibi quaſi grandine verberari & obrui, tantus horror eſt totius corporis. inde Nicander initio operis ſcorpionem χαλαζήεντα appellauit. Dicuntur illi eſſe ſeptem in cauda internodia, cùm reliquis ſena tantum ſint, nec vnquam plura: ex quibus efficitur vt nocentior ſit. Eſt enim ob id cauda valde flexili, cùm reliquo corpore rigidus ſit. Conſtat autem, vt ait Plinius, eos quibus ſeptena caudæ internodia, ſæuiores eſſe. Itaque quòd ea idem præſtent in cauda, quod vertebræ in dorſo, Nicander σφονδύλους appellauit. Cohærent autem hæc internodia inter ſe vinculis & ligamentis, ideo vertebras eas συναδίσμους vocauit, hoc eſt multis vinculis cohærentes, finitum numerum pro indefinito vſurpans. Nam ſæpè apud Græcos ἑπτὰ ſignificat idem quod οἱ πολλοί.

LIVIDVS eſt.) Quinta ſcorpionum differentia colore liuido notatur: diſtinguitur tamen & alijs ſignis, vt ventre lato diſtentóque, gula inexplebili & nulla herba ſatiabili: præterea & ſymptomatis morſum conſequentibus. hoc enim illi proprium eſt, quòd in inguinibus bubonas excitet. Non ſic tamen Arabes medici ſimpliciter pronunciant, ſed adhibita diſtinctione, ſcribentes ſi in partibus quidem infernis acceptum vulnus eſt, bubonas excitari, penem intendi, & ventrem flatu tumeſcere: ſi verò in partibus ſuperis, tumores ſub alis fieri, & crebrosè ventriculo ructus. Pag. 12.

TANTA inglauies.) Nicander notat præſertim huius animalis voracitatem. id enim ſignificat βέβρωσις. Poteſt & ad huius ſcorpionis venenum referri, quaſi dicat, morſus eius gignit bubonas, adeò venenum edax ſerpit & voracitatem ſcorpionis imitatur: vel poteſt ad hominem qui punctus ſit referri, tanquam vnum è ſymptomatis, vt intelligamus hominem ab eo percuſſum ſimili edacitate laborare, quanquam nemo eorum qui de venenatorum morſibus ſcripſerunt, id teſtatus ſit. Adfert & Græcus Scholiaſtes alium ſenſum.

CORPORE ſunt.) Pagurus ſpecies eſt cancri, poſt mæam maximi, chelis grandioribus. Sunt autem chelæ, brachia biſulcis dentata forcipibus, quibus illi obuia quæque apprehendunt. Sunt & teſta minimè læui, ſed aſpera & aculeis paruis conſperſa. Eodem modo & ſcorpiones iſti exaſperantur. Id enim ſignificat ἐπικρίωσι verbum. Græcus Scholiaſtes explicat, quaſi ſcriptum ſit Græcè ἐπιχριόωσι, & participium facit, & interpretatur ἐρεθιζόμενοι.

QVORVM etiam.) Cùm paguri capti ſunt & mari extracti, fallunt interdum pilcatorem, cùm in ſicco poſiti ſunt, in terræ foramina ſe condentes, vbi ſi eos mori contingat, naſcuntur ſcorpiones, quemadmodum & Ouidius cecinit his verſib.

Concaua littoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudáque minabitur vnca.

ADDE MELICHLORVM.) Octauum hoc ſcorpionis genus à Nicandro deſcribitur, poſtremo caudæ internodio nigro, pedibus varis & flammæ ſimilibus, alis denſis & duris & locuſtæ ſimilibus, melleo etiam corporis colore. Eſt enim toto corpore flauus, mellis inſtar vel ignis. Hic cùm ſit viris infeſtiſſimus, nullúmque remedium punctura eius admittat, pueris tamen & virginibus fertur eſſe tam peſtifer, vt eos intra paucas horas è vita tollat. Excitat autem febrem ardentiſſimam.

Pag 13. BEMBICIS.) Insectum est ex eorum genere quæ cellulas sibi parant & mellificant. Aculeo ferit vt vespa. Non habet Latinum nomen. à quibusdam bombylius & bombyx appellatur.

Pag 13. CVI TAMEN.) Quamuis apes aculeo noceant iis quos pupugerint, ipsæ tamen sibi mortem accersunt. Relicto enim in vulnere aculeo moriuntur. Itaque stimulus iis vitam tuetur quandiu in earum corpore remanet: mortem verò adfert, quando eum amiserunt.

IVLVS.) Insecti genus est prælongum & multiplex, arcuatim repens, tactúque contrahens se: alio nomine ὄνικος dicitur.

PEMPHREDO.) Non potui nomen hoc apud alium auctorem reperire. fortè id insecti genus significat, quod Aristoteli πυθμὴν vocatur. Est autem non absimilis crabronibus, sed varia, & latitudine similis apibus. Gaza teredinem conuertit.

SCOLOPENDRA.) Insectum est oblongum, pedibus multis & pilosis, & qui ex vtraque corporis parte in ingressu remorum instar mouentur. Ea viuit vel in plures dissecta partes, & si pars aliqua à reliquo corpore abscindatur, in vtrumque se mouet extremum. Nam & caput versus ingreditur, & in caudam, & ferit vtraque fine, ideóque à nonnullis existimatur biceps. Si morsum intulit, locus per ambitum liuore sugillatur & computrescit, interdúmque, licet rarò, fæculentus atque ruber cernitur: à morsu ipso exulcerari locus incipit: vlcus id negotium exhibet, ferè remediis inuictum. præterea toto corpore prurigo sentitur.

MVS ARANEVS.) à Græcis μυγαλὴ dicitur, magnitudine muri æqualis est, colore mustelæ similis & specie, vnde & illi nomen μυγαλῆς. Os oblongum, cauda parua, dentes exigui & vtraque maxilla duplici ordine digesti. Testes magna ex parte impetit, non hominis modò, sed cuiusuis alterius animalis. Eum Nicander ait cæcum esse, quò fit vt rotarum orbitam transire non possit, sed si fortè in eam conciderit, ibidem emoriatur.

SEPAQVE.) Seps nomen est duobus animantibus commune. Nam & ita serpens dicitur, cuius mentionem initio fecit Nicãder, dicens eum *nunquam vnicolore cute videri*, sed colorem in eorum quæ contingit similitudinem subinde mutare, quem multi eundem esse cum sepedone existimant. Hoc autem loco significat lacertæ paruæ speciem, atque ob id lacertis πεδινοῖσιν, hoc est: pedus habentibus, comparatur. Est enim lacerta quadrupes ouipara, & crura habens à latere adiuncta. Hic ab alijs χαλκὶς, ab aliis σαῦρα χαλκιδικὴ appellatur, à virgulis quas in dorso habet ærei coloris.

SALAMANDRÆ.) Lacerti species est, vt Dioscoridi placet, sed aspera magis & scabra. Ignaua est, & punctis veluti stellis variegata: nunquam nisi magnis imbribus prouenit, & serenitate deficit. Nihil gignit, neque est in iis genus masculinum, fœmineúmue, sicut neque in anguillis. Tantus autem illi rigor inesse perhibetur, vt in igne diutius versari possit illæsa, ipsúmque etiam extinguere, perinde atque glacies. Effluit enim ex eius cute muccosus quidam & frigidus humor, qui eam exuri prohibet. Est autem cutis ei ῥαγάς, hoc est rimosa, atque ex his rimis humor ille defluit. Vbi verò totus effluxerit & fuerit absumptus, si diutius in igne persistat, postea conflagrat. Inter omnia venenata scelus eius maximum est. Singula enim, ait Plinius, singulos feriunt, nec plures pariter interimunt. salamandra populos pariter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint necat frigida vi, nihil aconito distans, quinimo si contacto vel pede ab ea ligno crusta panis incoquatur, idem venefi. cium est, vel si in puteum cadat. Cæterùm eius maleficia apertè ab ipso Nicandro explicantur in Alexipharmacis.

SED neque.) Muræna piscis est prælongus, anguillæ similis, sed latior, magno oris rictu, in quo dentes sunt acutissimi & venenati, quorum morsum eadem quæ & viperæ symptomata consequuntur. Dicitur aliquando in rabiem agi perinde atque canes. Ob id piscatoribus formidabilis est, & si quando è cellula piscatoria, in qua præda reponi solet, erumpat, tantum metum iis incutit, vt è cymbis in mare sese præcipitent. Dicitur etiam aliquando cum vipera coire, vnde murænæ perniciosæ, teretes, minores, & variæ gignantur, quod tamen quidam fabulosum existimant, sed ita tantùm videri, propter similitudinem myri & murænæ: sic autem vocant marem qui generat.

NEC me.) Pastinaca piscis est planus, chartilagineus, læuis, nullis in toto corpore aculeis, præterquam in cauda, in cuius ferè medio aculeum longum, acutum & vtrimque serratum gerit, quem Plinius radium appellat, & pro telo esse dicit, nihilque vsquam eo esse execrabilius. Neque enim viua tantùm pastinaca venenatus est, sed ea etiam mortua pestifer est, non animalia solùm à se puncta interimẽs, sed etiam herbas & arbores. Siquidem non multò postea folia decidunt, totáque ipsa arbor exaresci, tanquam perusta solibus. Oppianus lib. 1. τ ἁλιευτικῶν scribit Circen filio Telegono, quem ex Vlysse susceperat, dedisse pastinacæ radium, vt eo cum hostibus dimicaret, sed cùm Ithacam peruenisset, & patris sui, quem non agnoscebat, armenta abigeret, occurrentem atque auxilium ferentem patrem eo vulnerasse & occidisse. eam ob rem ab Horatio Telegonus parricida appellatur.

LYCOPSON.) Sic dicitur à Galeno & Paulo herba quæ apud Dioscoridem λύκοψις vocatur. Species est anchusæ & in altum valde excrescit, vnde ἐριμόκαυτα Nicander appellauit. ἔριμος enim caulem significat.

CICAMA.) Hesychius scribit esse olus non dissimile τῷ καχάνῃ χαμελάῃ.

AIVGA.) Ea. est quam χαμαιπίτυν appellant, quam Nicander diuisis nominibus χαμηλὸν πίτυν dixit.

FVCVM.) Frutex est lactucæ similis, in mari nascens, vnde οὖκος θαλάττιος ab omnibus appellatur. Huius cùm sint plura genera, puniceum, ait Dioscorides, aduersus serpentes Nicander dedit.

SPICEA.) quid per ἀστεφίδα Nicander significet non satis mihi liquet. Spiceam reddidi propter radicis longitudinem, quasi in modum spicæ prolixa sit. fortè verò hoc nomine vilitatem eius designauit. Id enim significat ἀστειζὴν.

THYLACIS.) Duo feruntur papaueris genera, quorum quod calycibus est maioribus dicitur θυλακὶς quasi sacculatum, quia in saccis defertur: quod verò minoribus est, ἔπιπλις.

FICI.) Græcus Scholiastes dicit hoc loco τὴν κράδιν nomine designari ficum agrestem, potest verò & syluestris: vtraque enim antidotis theriacis conuenit auctore Dioscoride, significat ἡ κράδη apud

Hippocratem τὴν ἀκρεμόνα τ᾽ συκῆς, vt annotauit Galenus, quod & huic loco quadrat, in quo Nicander monet, summa ramorum ficus germina decerpenda esse.

HERBÆ sacræ.) Verbenacam intelligit, Græci appellant ἱερόβοτανα, quòd columbæ ea delectentur, vt scribit Dioscorides.

PARTHENII.) Vox hæc ambigua est: nam eo nomine plantæ duæ designantur, vna coriandri folijs, à Latinis solis oculus dicta: altera folijs mercurialis, quam ἠλέφιλον siue muralem herbam appellant. vtram Nicander hîc significet, nondum liquere arbitror, quamuis Græcus Scholiastes scribat parthenion hoc ab alijs ἠλέφιλον, ab alijs verò ἀφρόδισιον intelligi. Pag. 13.

PETALITIN.) Hæc apud Dioscoridem φυλλῖτις appellatur. sunt enim φύλλον & πέταλον idem.

RVBRO Lemniaco.) Hoc est sphragidi Lemniæ, quam vulgò terram sigillatam vocant, cuius præcipua laus in antidotis est.

SPINOSÆ.) Quid intelligat Nicander incertum est, malíne punici, an verò τ᾽ ἀκανθώδεις simpliciter dictæ. Nec certò similiter constat, quid orobanchos appellet, an eam herbam, quam ὀροβάγχην Dioscorides appellat, complexu suo cicer & eruum enecantem: cui tamen nemo veterum vim tribuit aduersus venena: an potius germina mali punicæ, vt Græcus Scholiastes interpretatur. Cuius sententiæ videtur etiam Hesychius accedere, scribens ὀροβάγχην à quibusdam κώπιον appellari.

ONONIS.) Hæc est ἄνωνις, quam & ὀνάνιδα à quibusdam vocari Dioscorides auctor est. Ramos habet frequentibus geniculis cinctos, ideo πολύγονος à Nicandro dicta.

CORII.) κορίον & κοριάνδρον Græcis dicitur, quod Latinis coriandrum. Cuius montani siue agrestis semen consulit legendum aduersus serpentium venena, quamuis Plinius libr. 20. cap. 20. scribat, coriandrum inter syluestria non reperiri.

CONYZÆ.) Ea duorum generum est, maioris minorísque. Hîc minorem deligendam esse dicit, cui sunt folia minora & arctiora, sicut & caulis.

STRATIA.) Ciuitas est Arcadiæ, in qua natum porrum præcipuè commendabatur, sicut apud Romanos Aricinum. Potest tamen alia esse interpretatio, si στρατὸν pro exercitu & expeditione intelligamus, vt porrum militiæ dicatur gratum aptúmque militibus. Prior interpretatio magis placuit, quòd in omnibus exemplaribus στρατίης legerim accentu in penultima, quomodo obseruaui ab omnibus scriptum esse huius vrbis nomen.

BVLBI.) Siue propriè dicti, siue ipsius etiam scillæ, vt Scholiastes interpretatur. Ea enim bulbosa est. Pag. 14.

DRACONIS.) Intelligit dracunculum, cuius caulis versicolor est & maculis respersus purpureis, ita vt anguem planè referat.

SCORPIVS.) Pluribus plantis scorpius nomen dedit: vna est foliis paruis, & semine simili caudæ scorpionis, vnde & nomen habet. Alia est eiusdem nominis, radice singulari & breui, ex qua nullum folium erumpit, sed vice eius habet aculeum in cacumine. Est & alia, licet valde ab iis differens, quæ graminis modo nascitur, cauliculis geniculatis, cyclamini folio, radice leniter hirsuta, scorpionis effigie, quæ arida paulum incuruatur scorpionum modo, quare scorpium eam aliqui vocauere. Hanc loco isto Nicander manifestè intelligit, consulens deligendam esse eiusmodi radicem. Dicitur & Heliotropium σκορπιοειδὲς siue σκορπίεσσα, ab effigie scorpionis caudæ quæ in eius floribus apparet.

SIDAS.) Sida herba est lacustris in Orchomenio lacu Bœotio frequens, quam hîc proculdubiò Nicander intelligit. Id quod indicant vrbium & fluminum nomina quæ hîc vsurpat. Nam Psamathe, à qua σιδὰς ψαμαθὶδας appellauit, fons est apud Thebas Bœotias. Copæ autem sunt vrbs Bœotiæ, ad ingentem lacum sitæ, quem Copacidem Strabo appellat. Schœnæus autem & Cnopus fluuij sunt qui in eum lacum influunt.

REDOLENTIBVS.) Scholiastes existimat βαρυώδεα nomẽ esse proprium alicuius herbæ, quam βαρύοδμον appellari dicit. sed quænam hæc sit non explicat. Certè nullum tale herbæ nomen legitur. Itaque ipsum cicer syluestre intelligendum existimo, quod reuera acri odore est, vt ait Dioscorides. Quare non solùm Nicander ipsius syluestris ciceris semen commendat, sed ipsius etiam virides ramos, & totam denique plantam graui odore præditam. Pag 14.

CONSITA rura.) per κήπους hortos intelligere oportet, & loca arboribus consita, quæ Græci λαύρα appellant, quæ λάσια, hoc est hirsuta dici possunt, propter herbarum fruticúmque copiam in ijs nascentium, metaphora à pilis animalium sumpta, quorum vicem in agris germina & herbæ præstant.

HYACINTHI.) Patria Spartanus hic fuit, eúmque Apollo valde dilexit. Cùm autem ad Eurotam, quem Nicander fluuium Amyclæum, hoc est Lacedæmonium appellat, discum simul ludentes iacerent, accidit vt in terram decidens discus, quem Apollo in sublime iecerat, saxi repercussu resilierit in Hyacinthi caput, eúmque occiderit.

CVPRESSVM.) Humilis hæc cupressus χαμαικυπάρισσος est Grecis dicta, quam Plinius lib. 24. cap. 15. inter herbas recenset, atque ex vino potam contra venena serpentium omnium scorpionúmq; pollere scribit. Sunt tamen qui inter frutices potius referant. Addidit autem Nicander πόλιν, vt eam distingueret ab arbore.

RADICES Libycas.) Silphium siue laserpitium intelligit, quod præcipuum in Libya, maximè autem Cyrenis nascitur. Pag. 14.

SIN te.) Proponit Nicander alia ab herbis, earúmque radicibus & seminibus iam commemoratis remedia, paratu admodum facilia, quibus morsus serpentium curemus, vt nihil ad perfectam curationem desit. Ac primùm quidem si remediorum quæ naturali proprietate aduersus venena valent, ignarus es, qualis hominum turba est infinita, vt herbæ ipsæ quæcumque tibi primùm occurrerint decerpantur, mandantur, sugantur: deinde earum retrimentum cataplasmatis modo vulneri imponatur. Casus enim remedia aliquando inuenit, paucæque admodum herbæ sunt quibus non insit vis quædam alexipharmaca. Imò verò natura inter ipsas pestes propria remedia plerumque oriri facit, ipsique serpentes sua secum remedia ferunt. Scorpius enim sibi ipsi remedio est, & constat demorsos à vipera, si eiusdem viperæ felle plagam illinant, protinus sanari.

CVCVRBITA.) Prodest eam ob causam, quòd venenum intrò subiens reuocet, & calore suo temperet & resoluat. Nec dubium est quin cum copiosa flamma admoueri debeat. Pag. 14.

FICI.) Succus lacteus fici, tam syluestris quàm satiuæ, aperit meatus, & exulcerat corpora, ob id attrahit venenum, eíque exitum per cutem molitur. facit idem & ferrum cãdens protinus à plaga adhibitum.

VTER.) Hoc remedij genus conuenit cùm vulnus in pedibus aut manibus acceptum est: neque enim commodè corporis trunco adhiberi potest. Vinum vires habet concoquendi, temperandi, mitigandi, attrahendi, digerendi per halitum, & dolorem sedandi. adhæc naturali quadam proprietate vim habet venenis aduersam. Nec tamen ea tam est efficax & præsentanea, vt protinus medeatur, sed temporis spatio venenum attrahit atque digerit. Quare interea oportet artus ipsos læsos, atque in vtrem immersos supra vulnus arctè deligare ijsdem vinculis quibus vter ipse deligatur, non tantum ne vinum ab vtre fluat, sed vt prohibeatur intercipiatúrque veneni cursus in partes alias principes.

INGVINA.) Si in pede morsus est, oportet pedem in vtrem vino plenum demittere, & supernam pedis partem versus inguina deligare ipsius vtri vinculis. Nec dubium quin si in manibus plaga accepta est, idem oporteat in manu moliri, eámque ad axillam vincire. Sic ex vno alterum intellige.

FIMVMVE.) πύραθος fimum quidem omnem significat, sed propriè caprillum, cui peculiariter eas vires Dioscorides tribuit, vt in aceto decoctus & impositus serpentium morsibus medeatur.

MASSAM.) Apud Græcos χεὶρ non modò manum, sed etiam quicquid manu comprehenditur, significat. Hoc loco dicitur massa, quæ ex multis radicibus, herbis, seminibus floribúsque simul mistis coalescit.

GLYCYSIDES.) Sic vocari pæoniam Dioscorides auctor est, & tenuem esse mari radicem.

VRTICAM.) Eius duo genera sunt, vnum maius, alterum minus, quod ego hîc designari arbitror. Nec tamen reperi vrticam ab alio auctore καταπλάσθω dici. Coniectura verò facilis est, quòd eadem sit huius nominis ratio, quæ & τῆς κνήδης, facto videlicet à pruritu nomine. Eam autem χαμηλὴν vocat, non quòd humi serpat, sed ad maioris solam differētiam. Pag. 15.

LICHEN.) Est callus in equorum genibus & supra vngulas in flexu earum partium duratus.

CONCHA.) Vult salinum salis plenum addi huic theriacæ. Hîc enim ἅλα non pro aqua marina, sed pro sale accipere oportet, quem & reliquis omnibus theriacis medici immiscent. Pag. 15.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ.

NICANDRI ALEXIPHARMACA,

IO. GORRÆO PARISIENSI
Medico Interprete.

EIVSDEM INTERPRETIS IN ALEXI-pharmaca Præfatio, omnem de venenis disputationem summatim complectens, & Annotationes.

AD REVERENDISS. DOCTISsimúmque Cardinalem Io. Bellaium, Episcopum Parisiensem.

PARISIIS,

M. DC XXII.

REVERENDISS. DOCTISSIMOQVE VIRO IOANNI CARDINALI BELLAIO, Episcopo Parisiensi.

IO. GORRÆVS. S. P. D.

ABSOLVI tandem hortatu tuo, reuerendissime Cardinalis, susceptam Alexipharmacôn Nicandri versionem. Et quoniam cùm tibi primos eius versus recitarem, eam iam tum placere tibi animaduerti, teque auidè insuper percontari & disserere de venenorum facultate, eorúmque remedijs: & multas dubitationes attulisse, quibus difficillimum esset ex tempore respondere, putaui me gratum tibi facturum, si quæ per otium his de rebus meditatus essem, ea literis mandarem, & amplissimo tuo nomini nuncuparem. Non sum autem veritus animum tuum publicis maximisque negotijs occupatum, & in rem Christianam cum summo Pontifice & reliquis religionis nostræ proceribus Romæ incumbentem, istorum lectione interpellare, ingenij tui, doctrinæ, & studiorum certus. Sic enim res arduas agitas tractásque, vt minimè perturbatus, sic libros omneis & difficillima quæque lectitas, quasi non discere, sed multò antè intellecta reminiscí videare. Itaque te & Nicandro, & huic quam de venenis conscripsi disputationi horas aliquot succisiuas haud grauatè daturum confido, & eò libentius, quòd illa breuissimè & quantum facere potero clarissimè venenorum naturam atque differentias explicabit: deinde cautionem quam vitandis ijs adhibere conuenit, postremò generalem omnium curationem comprehendet. Nunc ergo relictis ambagibus quid venenum sit dicendum est.

Quicquid intra corpus assumptum ita corporis naturæ repugnat, vt vinci ab ea assimilarique non possit, sed è contrario corpus immutat, quomodo ipsum cibos solet, venenum propriè medici appellant. Sæpe autem veneni generalis significatio est, omnia comprehendens, quæ quæuis non sint naturæ contraria, vitio tamen aliquo & errore, hominem è vita quandoque tollunt. Ad hunc modum & aqua & vinum, à balneo aut cursu, aut alia vehementi exercitatione intempestiuè atque immoderatè exhausta, venena dici possunt, iisque Dioscorides in venenorum catalogo locum dedit. Sed & ciborum potuúmque præposterus ordo sæpissimè effecit, vt quæ alioquin innoxia, imò verò optima erant, lethalia euaserint. Sunt autem venenorum omnium (de his etiam loquor quæ non propriè venena sunt, ne disputatio imperfecta relinquatur) duæ differentiæ. quippe vel qualitate manifesta, naturæ hominum repugnant, aut tota substantia aduersantur. Totam substantiam appello id quod non qualitatum modò, sed etiam corporum simplicium certo definitóque temperamẽto constituitur. Est autem rebus omnibus peculiaris quædam mixtio, per quam eiusmodi sunt quales conspiciuntur. Aliter namque homo elementis qualitatibúsque primis temperatus est, aliter vipera, aliter pyrethrum, aliter hyoscyamus, & reliqua omnia: atque ex eiusmodi temperamento quædam substantiæ proprietates emergunt, & cuiusque rei forma speciésque consistit. Proinde quæ hoc modo agunt, ea tota substantia, toto genere, totáque specie agere dicuntur. ac quoniam sua cuique substantia est, propriúmque temperamentum, vel sapientissimis philosophis incognitum, occulta etiam proprietate: sic attractio, retentio, & alteratio nutrimenti perficitur, sic & quarta facultas quæ alieni segregatrix est, munus suum obit. Nam quatuor hæ facultates effectus sunt totius in quouis corpore substantiæ, quæ ex calido, frigido, humido, & sicco inter se mixtis componitur, non autem vnius aut alterius earum quas in se habet qualitatum. Ad eundem modum lepus marinus pulmonem, cantharides renes & vesicam exulcerant. Sic etiam agunt (vt vno verbo absoluam) quæcunque nullo insigni calore, aut frigore, aut humiditate, aut siccitate prædita sunt. Sunt autem hæc omnium efficacissima venena, illísque deuoratis, aut alio quouis modo in corpus incidentibus vix vlla medicina hominem periculo subtrahere potest. Sunt enim hæc naturæ humanæ non sola quidem aliqua qualitate, vt quæ refrigerant, sed toto genere speciéque dele-

teria. Illa namque interdum vincuntur, & in nutrimentum animalis abeunt: hæc verò etiam si quantitate deuorata minima fuerint, sæuissimos tamen pariunt affectus, vitámque adimunt. At quæ solis qualitatibus pernisiosa sunt, multò minus habent periculi, minimum verò quæ siccitate aut humiditate animantium corpora immutant: à frigore enim & calore actionis vehementia superantur. Qua de re non arbitror quenquam dubitare, qui meminerit has quidem agentes, illas verò patientes ab omnibus philosophis nuncupatas fuisse, sicut nec de eo quod antè propositum est, in venenorum numero ea haberi & hominem perimere, quæ vel aliqua simplici qualitate, vel gemina in corpus animantis suprà quam ferre possit, agunt. Vita enim aut temperamentum est, aut non potest sine temperamento constare. Dissoluitur autem id immoderato, vel coloris, vel frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis excessu, aut composita aliqua ex istis intemperie vehementi. Sed hæc omnia pertinent ad posteriorem veneni significationem. Nullum enim horum tota substantia corporibus humanis aduersum est, sed sola qualitate, quæ si contraria temperetur, ipsum in corporis humani nutrimentum facilè cessurum sit. Cuius rei hoc vnum potest esse certissimum documentum, quòd nisi multa deuorentur, non sint futura mortifera: cùm quæ toto genere substantiáque deleteria sunt non modò non possint vnquam concoqui, & corpori nostro similia euadere, sed etiam multò minus, parciúsque sumpta interimant. Quanquam & horum quoque iustum modum esse oportet, quando nec centesima scintillæ portio vrit, nec aquæ semiguttula refrigerádi vim habet. In calidorum genere quæ calore solo occidunt (nam & alia sunt quæ vna cum noxio calore habent & substantiæ repugnantiam, sicut cantharides, auripigmentum, & arsenicum) quamplurima habentur, & tertij & quarti excalfacientium ordinis. Illa simul atque in corpus incidêre, spiritus, humores, solidáque partes accendũt: singultus, febrem, syncopas, vigilias, deliria, & cætera summi caloris symptomata prouocãt, ac tandem soluto vel principis alicuius partis, vel multarũ etiam temperamento afferunt mortẽ. Quæ tamen (vt antè dixi) maleficia non possunt à calidis, vti nec contraria à frigidis, proficisci, nisi eorum magna prorsus copia deuoretur. Siquidem non potest vllum animal perire, priusquam cordis actio in totum aboleatur. Id autem citra maximam intemperiem non potest contingere. Cor enim non simpliciter quàm par est calidius, aut frigidius, aut humidius, aut siccius moueri desinet. Nam deterius quidem ob istas intemperies munere suo fungetur, non tamen antè moueri desinet prorsus, quàm immensa aut caliditas, aut frigiditas, aut alia qualitas temperamentum vimque eius omnem exoluerit. Talis quidem est calidorum facultas. Atque simpliciter frigida sunt, vt lactuca, protinus atque sunt in venas & arterias recepta, & in principes admissa partes vehementia symptomata inducunt, stomachi partiúmq; ad ventrem attinentium tensionem, tormina, ructus, spirandi difficultatem, suffocationem, capitis grauitatem, torporem, vertigines, mentis abalienationem, cordis palpitationem, ἀσυξίαν & mortiferas tandem syncopas. Quorum alia quidem facultatis naturalis, alia vitalis, alia animalis, noxam consequuntur. Istis namque facultatibus, vita animantium omnium continetur, neque vna earum incolumi animal interire potest. Itaque à veneno malè affici necesse est, ac pro sumpti veneni qualitate, modóque symptomata varia apparere. Verum quemadmodum morborum aliqui proprij sunt naturalis facultatis, alij autem vel vitali vel animali peculiariter accidunt, à quibus tamen reliquæ duæ pariter perpetiuntur: sic & inter venena crediderit aliquis esse quæ cor primò & maximè lædunt, vel cerebro aut iecori nocent, reliqua autem duo vitæ principia per consensum afficiunt. Hyoscyamus enim per se, primúmque cerebro molestus esse videtur, quippe qui similem ebrietati amentiam inducat, in cæteris autem parùm corpus immutet. Ephemeron Colchicum viribus naturalibus ex professo inimicum esse, quòd præcipuè illud alui profluuium excitet, in quo liquida excrementa aquam referunt quæ recens mactatas carnes abluerit. Aeque & argenti spuma, quæ ventris grauitatem, ileonque producit, vrinam supprimit, & totum corpus plumbi colore inficit. Deinde verò malanx serpere, & in vniuersum corpus diffundi, vt postea & cerebrum & cor sociæ facultatis acerbissimo casu consternantur. Sunt enim certissima duo illa in medica arte principia, & frequentissimè à Galeno vsurpata: Corporis humani partes aliquando per se, primúmque affici: interdum verò alijs primò laborantibus consentire: tum vna pereunte facultate aut principe particula, reliquas omnes non post multò interire. Proinde videri potest necessarium non esse veneni assumpti substantiam, aut qualitatem in cor perpetuò peruadere, sed tantum cor vel primò ex veneno laborare, vel ob veneni malignitatem pereunte aliqua facultate, cor collabi per consensum: quæque oportere. Quis enim pacet cantharidas haustas ad cor deferri, quæ contrario itinere ad renes & vesicam properant? Quibus in partibus cùm vlcera excitarint, phlegmonen ac cenderint, & alia atrocia symptomata inuexerint, non videatur mirum si inflammentur spiritus, febris acuta oriatur, inde syncope atque deliria superueniant, & tandem non naturali modò facultate, à qua primum malum cœpit, sed etiam animali & vitali ex consequenti exolutis, mors tandẽ hominẽ muadat. Quid enim quod & Nicander & Dioscorides cerussæ, vlophoni, salamandræ, & multorum aliorum accidentia describentes, nullum affecti cordis indicium prodidêre? His quidem rationibus non vera esse medicorum sententia videri potest, ab omni veneno cor semper impeti. At illa tamen verissima est, nec temerè à tantis auctoribus profecta. In cor enim agunt omnia venena, siue intrò assumpta sint, siue alio inde in corpus subierint, à parte cui primùm insederunt in cordis regionem properantia, aut vitiosos quosdam vapores vel malignam qualitatem exhalantia. Nam si venenum tota substantia animali contrarium est, vtique &

dignissimæ, præstantissimæque totius animalis particulæ, in qua vita est sita, contrarium sit oportet. Quanquam aliis quoque partibus infestum est, atque interim dum ad cor properat, affecti cerebri aut partium facultati naturali deseruientium euidentissima signa exhibeat. Si quidem negari non potest pleraque vni particulæ magis quam alteri inimica esse, quæ tamen sunt omnibus primo & per se noxia. Veruntamen si has partes primùm inuaserit, in his non conquiescit, sed ab ipsis ad cor proficiscitur. Si verò primùm cor impetat, ilico occidit, nec habet necesse in cæteras partes grassari. Cordis enim actione cessante, protinus reliquæ omnes supprimuntur, quando non nisi peculiari cordis temperie actiones suas perficiunt. Quamobrem illa pereunte, actiones quoque & cerebri & iecinoris aboleri necesse est: sed non è contrario, temperie eorum deperdita, cordis simul actionē desinere. Nam si & sentiendi & mouendi facultas desit, nullaque fiat, vt in iis quæ per hyemem latent animalibus, alimenti distributio concoctióque: haud tamen negandum quin viuere animal possit quandiu cor illæsum permanserit. Quæ igitur de repente interimunt venena, & paucos intra dies, vel etiam horas, hominem è vita tollunt, non potest dubitari quin cordis in penetralia deferantur, quia corde non affecto tam subita mors non potest contingere. Sunt autem cuncta eiusmodi venena calidissima, & magna ex parte erodentia, vel putrefacientia, sed partium prædita tenuitate, adeò vt leuiter à nobis incalescentia, vel nihil etiam perpessa, protinus in venas arteriásque insinuentur, & in corporis humani præcipuam arcem inuadant. At non sic frigida & quæ crassarum sunt partium deleteria: non enim simul vt in ventriculum descendêre, aut alteri inhæsere parti, vim quam possident lethalem exerunt. Deduci nanque illa in corpus oportet priusquam occidant, & per venas ire: id quod frigida per se præstare non possunt, sed vel à natiuo corporis calore, vel ab alio quopiam adiuuari necesse est. Sunt enim frigida natura medicamenta, sicut rectè veteres prodidêre, potestate frigida. Siquidem quadamtenus refrigerandi potestatem ab animantium corporibus accipiunt, vt & illa calfaciendi. Est enim hoc vtriusque commune, quod alterationis principium in ipsis à passuro corpore excitatur. Sed quæ potestate quidem calida sunt, hanc modò mutationem accipiunt, quod à nobis incalescant: quæ verò natura siue potestate, siue per se, aut si aliter loqui placet, frigida sunt, hæc ab animantium calore comminuuntur & motus initium accipiunt. Neque enim aliter vitæ principia refrigerare possunt. Nanque frigida crassarum sunt partium & pigra, nec facilè mouentur, inque venas insinuantur, nisi nacta sint quod eas extenuet & in subtiles partium meatus deducat. Deducit autem vt causa quidē prima, arteriarū dum se distendunt, attractio, vt materialis autē minúsq; præcipua substātiæ tenuitas. Quæ quùm nō insit frigidissimis medicamentis, eā aliunde necesse est prouenire, nēpè vel ab innato nobis calore, vel etiā externo: quomodo legimus Atheniēses hominibus sceleſtis cicutā cū vino propinare solitos, non optimo quidē & generoso (tale enim cicutæ & omnis alterius veneni frigidi remedium est) sed debili, quod partium quidem cicutæ crassitiem extenuare, non autem frigiditatem temperare posset. Si nanque in vētriculo, & prioribus venis diutius immoretur, calore natiuo paulatim inualescente, & viribus naturalibus sese recolligentibus expelletur, vel etiam concoquetur. Quam ob causam fieri Galenus putauit, vt hominem quidem cicuta iugulet, sturnis verò præbeat alimentum. Sunt enim homini tum meatus ampliores, tum caloris maior vis, tum arteriæ valentius cicutam absorbentes: sturno autem contraria omnia: quo fit vt cicuta in eo & retineatur & cunctetur diutius, & à corde tanquā ligna ab igne, incalescens sese spatio concoqui patiatur. Itaque iam perspicuum esse arbitror, venena omnia per se cordi noxia esse, neque prius venturam mortem quàm eorum qualitas, vel substantia ipsum afflixerit, prostraueritque. Vt autem ad propositas venenorum differentias redeamus, si propter intemperiem pleraque occidunt, certum est in eo genere tot inueniri differentias quot habentur intemperies. Et facilè quidem est compositas per simplices intelligere, vt & tertiam ex duabus primis emanantem. Sunt enim venena quædam non substantia modò, verumetiam qualitatibus mortifera, à quibus mixta quoque symptomata exoriuntur. Quo in genere maxima pars venenorum est. Paucissima nanque sunt & propè nulla tota specie deleteria, in quibus calor aut frigus manifestò non exuperet. Quod qui sensu explorare volet, haud obscurè deprehendere possit. Nam & qualitatem & quæ calfaciendo, refrigerando, humectando, siccandóque nocent, vel etiā prosunt, ratione facilè inuestigamus & assequimur. Vehemens enim qualitas sensum prorsus commouet, nec latere potest. Ac caliditatem quidem frigiditatémque medicamenti deleterij ea quæ paulò antè recensui, symptomata consequuntur. Quorum si nullum, aut admodum obscurum exhibito veneno succedit, sed sudores præcipuè pauci frigidique, & animi deliquia contingant, tota substantia id esse deleterium certissima fides est. Neque enim licet aliter vim totius substantiæ venificā deprehendere, quàm vel ex eo quòd nulla manifesta qualitas in eo præualeat, nihilque eorum superueniat quæ eiusmodi venena sequi solent: vel per experientiam. Quod non modò de facultatibus deleterijs verum est, sed etiam de alexiterijs atque purgatorijs. Hæ namque per rationem inueniri nullo pacto possunt, nisi quod in quibusdam probabilis tantum suspicio est & coniectura, in iis maximè quæ propriè & peculiariter mala quædam designant. Nam quòd lepus marinus pulmonem exulceret, coriandrum in furorem agat, hyoscyamus insaniam & ebrietatem repræsentet, papauer vehementem soporem stuporémque inducat, non aliter quàm per experientiam cognouimus. Quippe si rationem horum scrutari volumus, facilè hallucinabimur, præsertim in postremis duobus, si consideremus vtrunque frigidum existere. Sic enim debuit vtrique idem symptoma succedere, nec ab hyoscyamo insania prouenire, quæ & naturam & causas

habet à ſtupore maximè differentes. Hæc igitur non frigiditate modò corpus exagitant, verùm tota etiam ſubſtantia. Sed & inter calida licet etiam reperire quæ præter noxium calorem, permultas alias continent nocendi facultates. Arſenicum, argentum viuum, canthárides, chryſocolla, puthyo campe, non tantùm vniuerſum corpus inflammant, ſed & erodunt, eliquant, & putrefaciunt. Horum autem duplex traditur eſſe diſcrimen. Alia enim verè, alia non verè putrefaciunt, Græci ſceptica vocant. Verè quidem putrefaciunt quæ calore, & humore immodico ſcatentia, cum fœtore ſubſtantiam corrumpunt: non verè autem quæ ſine fœtore adurunt, colliquant, & citra euidentem doloris ſenſum abſumunt, vt arſenicum, dryopteris, aconiton, ſandaracha. Liquant enim illa & tabefaciunt corpus, etiam abſque dolore: quanuis quantitate minima deuorentur, ſed potiſſimùm ſi tenellam in carnem, aut locum calidum humidúmque inciderint. Cuncta enim quæ putredini obnoxia ſunt, calore & humore ſolent putreſcere. Quare cùm ſanguis, ſicut & illa, calidus exiſtat & humidus, perpetua quædam putrefactio fit, tum corporis, tum medicamenti, quando & in ſe inuicem agunt, & viciſſim alterum ab altero perpetitur. Quo fit vt corporis putredo vitari non poſſit, quanuis craſſo atque terreſtri exhibito veneno in longum tempus differatur. Nam quemadmodum qualitatum primarum vehemens intemperies deleteria eſt, ſic & ſecundæ qualitates à philoſophis nuncupatæ, venenorum actionem vel accelerant, aut retardant, vel mitigant, aut etiam efficiunt ſæuiorem. Siquidem pharmacon quod Græci à putrefactione σηπεδόνας appellãt, ſi craſſum eſt, in corporibus diutius hæret, & deliteſcit, deinde ſpatio putreſcit, & vicinas ſimul corporis partes erodit & putrefacit, hoc ſolo ab eo quod ſubtilius eſt, & partium magis tenuium differens, quòd plureis aliquantò dies hominem viuere patiatur. Quæ enim tenuia ſunt, citius detrimentum afferunt, & altè in corpus ſubeunt, niſi vnà cum crementis, priuſquam corpus iniuria afficiant, vacuantur; ad quod ipſa etiam partium tenuitas accommodatiſſima eſt, quæ & miſcetur facilius, nec tam obſtinatè facultati expellenti reſiſtit. Ex his apparet quantum inter venena tenuium partium & craſſarum interſit. Illa ad agendum quidẽ pigriora, ſegnioráque ſunt, vt & impunè ſeſe tractari manibus, & ore etiam contineri patiantur, ſed vehementiſſimè poſtea vrunt, erodunt, exedunt, diſcruciant, atque mora vires & perniciem maiorem conquirunt, & vbi ſemel rodere cœperunt, immedicabilia euadunt. Hæc autem citò quidem penetrant & agunt, verùm mitius adurunt, non vellicant, non morſu laceſſunt: nec cruſtas creant, ſed citra morsũ, citra doloris ſenſum, ſi in venas & corporis habitum recepta ſunt, carnes colliquant: aut ſi tam bona fortuna fauerit homini, vt cibos optimos, plurimóſque ingeſſerit, aut antè corpus amuleto præmunierit, aut medicum in promptu nanciſcatur, non multo poſt furorem deponunt, & viribus deſtituta extra corpus propelluntur. Non ſolùm autem ſecundæ illæ qualitates, venenorum ſunt (vt ita dicam) comites & miniſtræ, verumetiam per ſe ſolæque mortis occaſionem aliquando attulêre. Nanque taurinus ſanguis, & laccui admixtum coagulum eſt, non alio quàm obſtructione interitum minitantur. Obſtructionem autem maxima illorum craſſities inducit, præter quã nihil eſt neque in taurino ſanguine, neque in eiuſmodi lacte culpandum. Expoſui, vt arbitror, præcipuas venenorum differentias: & quomodo quodque agat, & corpus immutet, ſatis mihi videor declaraſſe. Nam ſiue per os aſſumpta, ſiue punctura aut morſu venenatorum animalium intromiſſa, ſiue per oculos etiam penetrarint, vt de Baſilici veneno proditur, ſiue per odoratum aut reſpirationem, aut poros & ſpiramenta cutis, ſiue aliter in corpus recepta ſint, in cor, niſi ſedulò ſuccurratur, deferri docuimus, & quo citius ad cor peruenerint, eo mortem celeriorem contingere. Peruenĩut autem aut ſubſtantia ſua, aut venenatos vapores exhalantia, aut ſanguinem etiã inficientia qui in cordis ventriculos admitti debet. Dictum autem præterea eſt, omnia initium motionis à calore noſtro accipere, ſiue frigida, ſiue calida ſint, etiam ſi multo minus negocij in excitandis ad motũ calidis quàm frigidis pharmacis impendatur: omnium autem minimum in ijs quæ viuentia animalia iaculantur. Hæc enim à viuentibus profecta, principium motus ſecum quodammodo videntur attuliſſe. Reliquas autem differentias perſequi ſupervacaneum puto, vt venenorum alia naturalia eſſe, alia artibus quibuſdam concinnari. Ex naturalibus autem hæc animalia eſſe, cuiuſmodi ſunt canthárides, bupreſtis, ſalamandra, araneus, buffo, rana rubeta, & quæ in paludibus degens muta eſt. Hæc verò, animalium partes aut excrementa, vt recens taurinus ſanguis, animalium maximéque equorum ſudor, extrema cerui cauda, rabidi canis ſaliua, & ſerpentium virus. Hæc verò ſemina, vt hyoſcyamus, coriandrum, cicuta, nigella, pſyllium. Hæc verò liquores, vt opium, carpaſi liquor, thapſiæ ſuccus, elaterium, mandragoras. Hæc verò radices, vt chamæleon, aconitum, thapſia, veratrum, ixias, ephemerum. Alia verò arbores, frutices, aut herbas eſſe, vt ſmilax, quam Latini taxum nuncupant: ſolanum furioſum, ſardonia herba, quæ ranunculi ſpecies eſt: papauer cornutum, pharicum atque toxicum. Quædam præterea metallica eſſe, vt gypſum, calx, auripigmentum, ſandaracha, argenti ſpuma, adarce, plumbum, & argentum viuum. Poſtremò nonnulla domeſtica, & in quotidiano vitæ vſu hominibus eſſe, vt ſtatim à balneo, curſu, aut alia vehementi exercitatione, epota affatim aqua, aut vinum. Per artem autem parantur pleraq;, non modò ex venenoſis, ſed etiam optimis rebus. Nam & carnes tam piſcium quam terreſtrium animalium aſſatæ, ſi calidæ illicò inuoluantur, & concluſæ vapores non exhalent, euadunt venenatæ. Similiter & lacti, quod alioqui optimum eſt, ſi quis paulò antè quã ſumatur, coagulum indiderit, mortiferum efficit. Per artem fit ceruſſa, & argentum, quod vulgò ſublimatum dicunt, & ſexcentæ aliæ venenorum ſpecies, quorum compoſitionem Orpheus cognomento theologus,

Orus Mendesius, Heliodorus, & Aratus versibus aliquando prodiderunt, quas hîc recensere longum esset, & inutile: atque, vt Galeno videtur, pernicioſum.

Ad secundam igitur propositæ disputationis partem me conferam, & qua ratione venena aliquis præcauere possit, & quibus ea signis deprehendat, exponam. Rem sanè aggredior difficilem, propterea quòd tam dolosè venena præparant qui clàm ijs homini insidias moliuntur, vt vel peritissimos sæpe decipiant. Habet autem hæc præcautio geminas partes, quarum altera in ijs quæ offeruntur dijudicandis & fugiendis versatur: altera verò & victus rationem, & amuleta præscribit, quibus, si quod fortè imprudentes ingesserimus, innocuum euadat. De quibus cùm dico, nemo à me exigat familiæ & seruorum sibi tradi disciplinam. Sunt enim hæc præcepta in optimi & prouidi œconomi industria, curáque constituta. Vt neminem, qui suspectum habet venenum, debere se salutémque suam seruis quibuslibet credere, sed paucis, quorum & fidem ante à perspexerit, & multis sibi deuinxerit beneficijs. Non esse etiam quosuis in culinam admittendos. Cibos coquo aut alteri non leuiter quidem summóque labro tenus, sed maiore copia prægustandos esse. Vinaria vasa diligenter & aperto in loco collocanda, ne quis ea inficiat, aut reptilia (que mirum in modum vini odore trahuntur) irruant, aliáque venenata animalia è tecto in ea dilabantur. Equorum sellas & habenas summa diligentia custodiendas, ne à sceleratis hominibus delibutorio veneno contingantur. Id enim postea à calore natiuo eius qui equo insidet, per poros manus atque femorum in venas & arterias insinuatur. Verùm hæc, vt dixi, non tam sunt medici quàm œconomi officia. Itaque quod ars ipsa dictat, nunc expediam. Hominem inter omnia animantia, medio ferè temperamento esse, apud medicos & philosophos conuenit: ex quo sequitur cuncta quæ homini contraria sunt, tantum à temperie abesse quantò maiorem habent cum homine repugnantiam. Quare si mediocritatem temperamenti media quoque qualitates consequuntur, venena quibus nihil magis est aduersum homini, summis immoderatísque esse prædita qualitatibus necesse est. Quamobrem in veneni suspicione primum hoc præceptum esto, vitanda esse omnia in quibus qualitas aliqua excellit. Porrò qualitates intelligo, non caliditatem solùm & frigiditatem, & humiditatem & siccitatem, sed etiam reliquas quæ ex primis originem accipiunt, dulcedinem, acrimoniam, acerbitatem, aciditatem, salsedinem, amarorem, astrictionem, & reliquas omnes saporum odorúmque differentias. Nec dulcedinem quidem excipio, quòd sæpè vel tetri veneni ingratum saporem prætexit & celat, sicut medici pueris amara propinantes absynthia, prius oras pocula circùm, vt ait Lucretius. Illinunt mellis dulci flauóque liquore: vel multis etiam perniciosis venenis, veluti aconito & arsenico, congenita est. Ephemero etiam tanta inesse dulcedo dicitur, vt miram incautè vescentibus adferat voluptatem. Insunt autem eiusmodi qualitates venenis non aliqua modò manifesta qualitate, verùm tota etiam substantia deleterijs. Et ferè quidem singula quasdam peculiares habent, quarum cognitio ad propriam cuiusque curationem potiusque ad præcautionem conducit. Proinde ne illæ lateant, expedit gustus organa habere quantum fieri potest temperatissima, & ab omni externa qualitate vacua. Quamobrem os aqua pura optimáque (quæ vt ἄπειρον est, sic nullum ori saporem inducit, qui ciborum iudicium peruertat, sed præterea eluit omnem quicunque altius linguæ insederit) colluere oportet priusquam edas bibásque, & diligenter attentum esse, nec animum ab ijs quæ ore contines vlla cogitatione auocare. Nam qui vel voluptate aliqua irretiti capiuntur, aut mentem curis aliquibus occupant intendúntque, hi vel vitiosas qualitates non animaduertunt, vel etiam gustu proditas non reijciunt, sed quasi obliti transglutiunt. Has quoque ne deprehendas, ingens fames aut sitis efficit, que nullo delectu temerè rapta ingerit, nec saporum discrimina distinguit. Itaq; vel famẽ & sitim fugere oportet, vel in maiore siti faméque non sunt vniuersa raptim bibenda & comedẽda. Nec verò id tantùm incommodi habet fames, sed in multò maius periculum adducit hominem, quandò & venæ plurimùm exinanitæ & cibum vehementer appetentes, venenum, si fortè aliquis ipsum non deprehensum vorarit, auidius ad se pertrahunt, & in intima viscera cordisq; arcem immittunt. At verò venefici sceleſtique homines ista intelligentes, synceris venenis eam ob rem abstinent, sed amaritudinem admixtis dulcibus, & odoris grauitatem odoramentis temperant. Neque fraudem quidem istam facilè est patefacere, & venenum hoc modo porrectum auersari, nisi quis ab omnibus conditis elaboratísque cibarijs sibi statuerit abstinendum. Est enim simplex cibus non tantùm in veneni suspicione, sed etiam ad tuendam ab omni iniuria sanitatem optimus. Restat nunc altera pars præcautionis, quæ antidotis atq; amuletis corpus præmunit. Antidota appellamus quæ non quidem extrinsecus imposita, sed intra ipsum assumpta, venenis resistunt & medentur. Sunt autem illa & ad præcautionem, & ad curationem efficacia, dispari tamen (vt postea dicemus) modo. Confert autem in primis aliquid semper præcomedisse, eóque cibo inefficacia quæ fortè superingesseris reddidisse venena. hebetant enim venenorum maleficia: cibi quoq; simplices, qui nobis in vsu quotidiano habentur, veluti panis copia, cum debili aut mediocri vino in ientaculo, parúmq; ante prandium assumpta. Sic enim obstructis à præsumpto nutrimento quod non facilè digeritur, meatibus, non tam citò permeant venena, inque venas trajiciuntur. Verùm in primis caricæ cum iuglandibus nucibus, & quæ mala citria dicuntur, præsidium attulère. Possunt autem tum per se vtiles esse, tum simul componi, & ex ijs mixta quædam antidotus fieri, quali vsus fertur rex Mithrydates, aut quomodo Apollonius coniunxit. Sumebat rutæ folia 20. nuces iuglandes 2. salis grumum 1. cum caricis aliquot. Hæc Mithrydatis fuit theriaca, sed meo iudicio, minor. nam & alia est quæ magna Mithrydatios appellatur, ab ista plurimum differens, cuius compositionem Galenus libro priore de Antidotis explicauit, eáque vsum fuisse Mithrydatem asserit. De minore autem illa, Q. Serenus poëta & medicus hunc in modum cecinit.

Antidotus verò multis Mithrydatia fertur
Consociata modis, sed magnus scrinia regis
Cùm raperet victor, vilem deprendit in illis
Synthesin, vulgata satis medicamina risit,
Bis denum rutæ folium, salis & breue granum,
Iuglandésque duas, terno cum corpore ficus.
Hæc oriente die parco conspersa lyæo
Sumebat, metuens, dederat quòd pocula matri.

Huic cum rex Mithrydates assueuisset antidoto, sic dicitur venena contempsisse, & naturæ inuictum aduersus illa robur comparasse, vt cum a Pompeio Magno superatus esset, & mori potius decreuisset quàm viuus in hostium potestatem peruenire, nullum tamen venenum tam præsens atque efficax inuenerit, quo perire potuerit, sed mortem sibi ipsi gladio coactus sit consciscere. Prosunt item calamithæ folia, & quæ Lemnia sphragis vocatur, de cuius laudibus multa à Galeno in libris Simplicium medicamentorum scripta comperiuntur. Hac vsum Nicomedem regem ferunt, cum pari ferè pondere baccarum iuniperi, si quando quos ad cœnem inuitauerat, suspectos haberet. Est autẽ huius medicamẽti facultas, vt, si nihil veneni exhibetur, quietũ in ventriculo maneat, sin aliquid veneni admixtum est, protinus nauseam excitet & vomitum, atq; vnà cum pharmaco deleterio excernatur. Possum verò & alias plerasque antidotorum species tradere ab antiquis descriptas medicis, sed omnes non veniunt cum sola theriaca, aut Mithrydatio comparãdæ. Quorum in laudibus non decreui maiorem operam tempũsque impẽdere. Præconem namque eloquentissimum doctissimúmque habuerunt Cl. Galenum, qui duos libros de eorum compositione, vsu, laudibúsque conscripsit: quos qui legere volent, quàm magna vis horum sit in præcauendis curandísq; deleteriis, & reliquis etiam omnibus morbis medicandis, comperient.

NVNC igitur ad id quod tertio & vltimo loco differendum proposueram, venio, vbi & generalem omnium venenorum curationem, & varias remediorum differentias, facultatésque ad eam rem necessarias explicare conueniet. Incipere autem à dati veneni signis oporteret, eáque hic proferre, nisi iam essent a nobis descripta, quo loco de natura & actione venenorum disserebamus. Nam quæ illis succedunt symptomata, iure etiam signa videri possunt. Itaque si porrectum fuisse venenum signis aliquot, vt insolito quodam corporis æstu, inquietudine & stomachi fastidio, aut morsu conieceris (neque enim differendum est dum se omnia vel certiora prodant, quoniam maximum in mora periculum est) nullum præstantius remedium fuerit, quàm illicò, si fieri potest, euomere, quemadmodum & eius quod per aliquam peruasit partem, per eandem ipsum retrahere, priusquam in corpus intimum serpat & diffundatur. Ac si facilè quidem æger vomit, haud multa indiget auxilijs: sin autem illi difficilis vomitus est, edat, bibátque: sic enim facilior vomitio consequetur. Præstat autem, nec cibos nec potus simplices esse, sed vel Lemnia sphragide, vel baccis lauri, vel butyro, vel oleo, vel melle, vel anetho, vel gallinacei etiam stercore (quid enim tanto vitæ discrimine abhorrendum?) conditos. Quin & illa ipsa per se expediunt, vti & maluæ liniue seminis, aut fœnigræci, aut vrticæ, aut alicæ decoctum. Non enim vomitione solùm hæc facilè purgabunt stomachum relaxantia, & nauseas inducentia, sed etiam aluum deijcient, & venenorum acrimoniam hebetantia erosionibus eorum aduersabuntur. Est autem vomitus non eam modò ob causam quòd euacuat pellítque venenum, salutaris, sed quòd etiam quale id fuerit, odore, colore, concretione, alíisve eiusmodi signis manifestò ostendit: vt odore quidem & amaritudine opium, colore cerussam & gypsum, concretis grumis lac & taurinum sanguinem, grauitate halitus & odoris marinum leporem & ranam rubetam. Interest autem multum ad curationem, veneni speciem cognouisse. Nam si qui ipsum hauserunt quod qualéque fuerit aperuerint, aut qui interfuerunt explicarint, aut vomitu planè cognitum fuerit, tunc ad propria & congrua quàm primùm remedia properantes, protinus noxam omnem sustulerimus. Itaque pinguia & dulcia quæque ventriculo innatare solent, velut oleum, mel, anserinus adeps, & carnium pinguissimarum esculenta iura, & emollientia relaxantiáque, vt maluæ decoctum ciendis vomitibus iuuant. Est autem & in his vtilitas alia, quòd ventriculum resoluentia, lubricum faciliorémque ad deiectiones reddunt. Nullo enim in veneno deiectio alui prætermittenda est. sed ne qua pars venenum in duo relinquatur, eam decet acerrimis, & qui detergendi vi polleant, clysteribus perfundere. Hi namque quod intestinis hæserit eximunt & euacuant, vt qui tum erui farina, tum hordei præterea melle mulsáque, quæ vel exigua vel mediocri aqua mixta est, ad hæc spuma nitri, aut nitro ipso, aut sapone gallico, aut ex sarmentorum cinere facta lixiuia, aut reliqua detergentium materia componuntur. Abstinendum autem est ab vsu eorum immodico, quòd facilè tum hæc venena maximas dysenterias aliquando prouocarint. Post vnum igitur & alterum cui talis insit acrimonia, alios pingues & quodammodo emplasticos adhibere conueniet. Nam & venenorum retundent acrimoniam, & intestina, ne venenorum malignitate erodantur, defendent. Id quod exemplo manifesto licet verissimum iudicare. Si quis enim exulcerare partem aliquam volens, calcem, fæcem vini, cantharidas, aut alia etiam acriora admouerit, parte prius oleo perunctà, frustra id tentauerint. Tales anserino hircinóque adipe, oleo & omnibus pinguibus viscidísque fieri haud incommodè poterunt, non tantum quòd acribus aduersentur, sed etiam quòd sese venarum meatibus obijciẽtia, eósque opplentia, venenorum cursum impetúmque remorentur. Interea autem dum has vacuationes molimur, ægrum à somno abstinere bonum est, quibus quidem si venenum cesserit, curationis finem iam sumus assequuti: sin adhuc restare aliquid suspicio

est, id modis omnibus emendari, & ne in cor partesque principes feratur diligenter prouideri debet. Itaque quum sint variæ venenorum differentiæ, sicut antè ostendimus, non est dubium variis quoque remediorum generibus ea emendari, alterarique oportere. Ostendimus autem quædam vnâ qualitate, quædam gemina, plurima verò tota substantia deleteria esse. Ergo si omnia temperentur contrarijs, in frigido ab excalfacientibus tam cibis quàm medicamentis petendum est auxilium: in calido, à refrigerantibus: aut si humidum, ab exsiccantibus: sin autem siccum, ab hamectantibus. Ad eundem modum si venenum tota substantia deleterium est ijs quibus in tota substantia facultas alexiteria consistit, alterari debet. In multis ea spectatur, tum simplicibus, tum compositis amuletis, & maximam excitat admirationem. Quis enim non miretur smaragdi petræ, aut cornu monocerotis, aut lapidis illius quem Arabes Bezaar appellant, cuncta venenorum maleficia abolere? Nec vero dissimiles ab istis vires habent, & multa alia cunctis ferè venenis accommodata remedia, vt rubrica Lemnia, agaricum, obrotanum, eryngij radix, pastinacæ erraticæ, & nepetæ semen, nardus gallica, castorium, viridis ferulæ medulla, silphium, & eius succus, sagapenum, marruby succus, panacis, peucedanique liquor, aristolochia longa, & agrestis rutæ semen. Quorum quidem facultatis, sicut antè diximus, incognita nobis causa est: nec in his possumus aliud quàm experientiam proferre & admirari. Ratiocinari tamen de his licet, & qualis sit eorum quæ tota substantia venenis medentur, facultas, contemplari. Est autem contemplationis ratio eiusmodi: Medicamentorum tota specie alexiteriorum natura duplex est. Nam venenum aut alterat, aut extra corpus pellunt. Vtrunque autem media quadam facultate, tam simplicia quàm composita Alexipharmaca perficiant necesse est. Natura nâque mediam inter corpora affecta & deleteria venena, illis inesse oportet, vt sit eadem proportio, corporis ad facultatẽ alexiteriam, quæ alexiterij ad corpus. Talem quidẽ debere esse omniũ tota substantia Alexipharmacon facultatẽ, Galenus libro quinto Simplicium medicamentorũ demonstrauit. Nec maxima quidẽ id ratione caret. Si nâque Alexipharmaca corpori essent aduersissima, in ipsum profectò potiùs agerent ceu deleteria, quam veneni vim frangerent, aut etiam è corpore vacuarent. Sin autem corpori substantia sunt quàm simillima, non maiores aduersus venena vires habent, quàm simplices optimique cibi, qui haud magno negotio in corporis substantiam, quocum similitudo illis est, conuertuntur. Nam quæ tota substantia corpori nostro similia sunt, illa, potestate corpus nostrum videntur esse, & parem cum illo habere facultatem. Quamobrem si venena humano corpori tota substantia contraria fuerint, ipsumque nata corrumpere, illa vtique cibis etiam talibus, cunctisque alijs quibuscum tanta est cum humano corpore substantiæ similitudo, contraria erunt, nec poterit illorum præsidijs magis quàm solius corporis facultate veneni virus refrænari. Si namque corpus talia superare non potest, non video quomodo ab ijs quæ corpori similia sunt, superari possint. Quamuis enim illa, adiuncta corpori, eius substantiam augent, non tamen speciem corporis immutant, vt desinat eam ob rem venenum tota illi substantia contrarium esse. Tale namque non copia & mole, sicut antè diximus, sed toto genere formâque deleterium est, corporisque formam corrumpit. Itaque omnia quæ venenis hunc in modum medentur, corpori humano dissimilia esse oportet, & quadamtenus repugnantia. Porrò quum dissimilia similiáque omnia magis minúsque dici possint, oportet medium Alexipharmaca tenere, ad quod quanto magis vnumquodque accedet, tanto maiore aduersus venena vi poldebit. Erit autem exquisitè medium, si humano corpori tam aduersum est quàm veneno repugnat. Si namque ad veneni naturam magis accedit, plus multò nocuerit quàm præbuerit vtilitatis: si verò magis ad corporis similitudinem naturámque inclinat, veneno minus resistet. Eam ob causam propemodum omnia quæ deleterijs aduersantur, si largius sumpta fuerint, animantis corpus grauiter offendunt, sed maximè quando his per sanitatem venena præcauentes vtimur. Neque enim par eorum modus esse debet, cùm per sanitatem aut per valetudinem adhibentur. Siquidem cùm antè sumuntur, semel tantùm quotidie sumpta sufficiunt: cùm verò ad dati iam veneni curationem deuorantur, non modò terque quaterque diebus singulis propinari, sed etiam quadruplo aut quintuplo copiosiora esse oportet. Eum autem in his exhibendis modum seruare decet, vt nec nimia quantitate corpus offendant, nec exiguitate sua à deleterijs superentur. Cæterùm hanc naturalem Alexipharmacõ facultatem veteres medici intelligentes, haud temerè in illa tam nobili antidoto Theriaca viperæ corpus resectis partibus extremis immiscuisse videntur. Hæ namque venenosiores sunt quàm vt earum virulentiam corpus humanum ferre possit: hoc autem cum reliquis omnibus quæ Theriacen constituunt fermentatum atque maceratum, mediam illam Theriaces naturam temperiemque producit, quam in omnibus Alexipharmacis necessariò inesse ostendimus. Retinet igitur & Theriace quiddam viperei veneni, eámque ob rem si largius frequentiúsque aliquis ea vti volet, haud commodè id videtur facturus. Verùm si quis veneno iam ebibito, quantum expedire iudicauerit eam voret, non aliud præstantius remedium inuenerit, quo veneni malignitatem alterare, temperaréque possit. Secundum hanc Mithrydatis antidotus est, & postea reliqua Alexipharmacorum turba, quorum compositiones Galenus libris duobus complexus est. Itaque cùm in curandis venenis, post vomitus & alui deiectiones, reliquis, geminam medici curam solicitudinemque esse proposuerimus, scilicet vt quod ex eo supereſt emendetur, tum ne in cor deferatur, si & vacuationem & alterationem veneni conuenienter moliti fuerimus, ad hæc cibis clysteribúsque pinguibus & emplasticis, vel etiam astringentibus, vt bolo Armenia, sphragide Lemnia, & mastiche, meatus tum ventriculi, tum intestinorum oppleuerimus, veneni in principes parteis profectionem facillimè impediuerimus. Præterea verò in quiete continendus est quisquis venenum hauserit, nec vllo exercitationis genere, priusquàm vniuersum vacuatum fuerit, calore in eo excitandus. Siquidem aucto calore arteriæ vehementius frequentiúsque distenduntur, &

proinde venenum absorbent, inque tordis arcem, præsertim si tenuium partium est, transmittunt. Verùm post vacuationem fortiter, sed intra modum exercitari haud inutile est, quò & cordis systolæ validiores fiant, & calor natiuus vegetior, copiosiórque redditus res venenati corporis labefactatas instauret, & hoste profligato pristinam valetudinem recuperare possit. Non possum vero in sententiam eorum descendere, qui vt haustum venenum in partes principes deferri prohibeant, frictiones, vincula, cucurbitulas nátibus, coxis, & internis crurum musculis admouendas censent, pedésque in lixiuio, quàm tolerari potest calidissimo, elixandos. Sic enim in iecur & venas rapitur venenum, quod tamen ventre & intestinis coerceri, non autem latius vagari grassarique oportuit. Ista quidem sunt communia venenorum remedia, quæ dum incognita veneni species est, tutò possumus administrare. Si namque venenis fere omnibus, sed his maximè, quæ tota substantia corporibus humanis contraria sunt, communia quædam symptomata succedunt, haud quidem videbitur incongruum vnam etiam quodammodo curationis speciem omnibus conuenire. Oris enim & linguæ erosiones, stomachi, alui, renum, & vesicæ inflammationes, maximas item vrinæ angustias, & aliquando sanguinis cum vrina eruptiones, præterea tumores non cantharidibus tantùm accidere videmus, sed etiam picearum erucis, bupresti di & salamándra. Æquè verò obdormiscere, sopiri, stertere, liuescere, refrigerari, torpere, & toto corpore rosiones persentiscere, non solùm his accidunt qui opium ebiberint, verùm his etiam qui cicutam, & mandragoram. Adhæc non hyoscyamus modò mentem abalienat, sed & toxicum, & aconitum, & dorycnium. Strangulationes præterea non ex fungis tantùm sed taurino sanguine, lacte intra ventriculum coagulato, aconito, taxo gypso, cerussa, ephemero excitantur. In vniuersum difficile est certam quandam in quouis veneno notam reperisse, quæ sola hausti veneni speciem demonstrare possit. Itaque haud præter rationem, communem quoque medelam adhibemus, eáque præcipuum in omni venenorum curatione locum videtur obtinere. Nam si quis in corpore post horum remediorum vsum relinquitur affectus, ille haud multum ab aliquo diuturnorum morborum genere abscedit: inque eo facile postea est curationis methodum inuenire. Relinquitur autem, vt plurimum, a calido quidem veneno sitis, prostrata appetentia, ictterus, vrinæ ardores: a frigido autem frigida quædam tum ventriculi, tum iecoris intemperies, flatus plurimi, color pallidus, somnolentia, & totius corporis grauitas: ab erodentibus autem putrefacientibúsque, humorum etiam putredo, cacochymia, fœdus color, pruritus, scabies, barbæ & pilorum defluuium, febres lentæ, tabes, multáque præterea putridi & maligni humoris indicia. Quæ quidem si post dies aliquot perseuerant, præcipuam tunc medici curam ad se conuertunt, nec tam symptomata quàm morbi censeri debent, imò neglectis propemodum veneni proprijs indicationibus illorum singula conuenientibus remedijs oportet medicari. Ac intemperiem quidem contraria intemperie, sicuti in libris Methodi medendi præceptum est, curabimus. Humoris autem vitium, si quod à veneno relictum est, purgantibus medicamentis auferemus. Quod si sanguis etiam abundare videatur, & nihil eorum repugnet quæ sunt in venæ sectione obseruanda, sanguinem audacter mittemus, non quidem per initia (sic enim in venas deleteria traherentur, à quibus omni studio atque industria excludi debent) sed post vomitus aluique deiectiones, atque vbi nihil ipsius reliqui esse in ventriculo & intestinis, sed id omne quod supereſt, aut maiorem eius partem per venas iam diffusam esse coniecerimus. Tunc enim non tantùm commodissimè id per venas vacuatur, sed etiam humorum vitia & putredo emendatur. Præterea verò & totius corporis perspirationem moliri, & sudores prouocare, modísque omnibus infectos veneno humores è corpore, siue in balnea, siue in equi, muli, bouis, aut alterius veterini recèn cæsi corpus immisso, expellere. Cæterum post vitiosi humoris vacuationem, in eius locum cibi potúsque euchymi, & qui non facilè putrescunt substituendi sunt, in quibus etiam aliquid esse poterit medicamentosæ facultatis. Qualis autem ea esse debeat, singula, quibus mederi nitimur, symptomata priuatim indicabunt. Verùm hæc, vt dixi, iam sunt venenorum curationem prætergressa: & quia vltra propositam disputationem peruenerunt, finem dicendi faciam.

Habes igitur doctiss. Cardinalis BELLAI, meam de venenorum natura, differentijs, actione, præcautione, & cura commentationem, breuibus chartis & exiguo volumine comprehensam, quæ si quis casus (quod Deus auertat, nec spero. quis enim viro ampliss. doctiss. virtutis & bonarum literarum amantissimo, tam inhumanus & crudelis inimicus esse queat?) inciderit, commodissimè vti possis. Proderit autem & illa maximè ad Alexipharmacôn Nicandri cognitionem, in quibus illæ & singularia quædam deleteria, & peculiarem eorum curationem persequutus est, tantúmque illi luminis adferet, quàm est necesse, vt particularia intelligantur, cognitam habere generis notionem. Is autem Nicander est in quo operam collocasse, & quem legisse neminem pœniteat, qui & Dioscoridi visus est dignus, quem in venenorum notis & curatione sic sequeretur, vt ne transuersum quidem vnguem ab eo deflecteret. Fuit enim cùm medicinæ, tum venenorum omnium peritissimus, vt qui Attali nouissimi regis temporibus vixerit, qui maximo studio, sicut postea Mithrydates fecisse proditur, medicamentorum quæ lethalibus aduersantur, vires exploraui t, & in facinorosis hominibus comprobauit: & poëtica præterea facultate clarissimus, vt facilè ad se legendum inuitandúmque doctissimos quosque inuitaret. Sed vereor equidem, ne, vt vina optima è vase in vas sæpius transfusa, bonitatem, sic ille per me in Latinum conuersus gratiam amiserit: quamtamen, nisi prorsus à musis alienus sum, si hanc Nicandri versionem auspicijs tuis à me editam, tuóque illustrissimo nomini nuncupatam legere tibi vacat, non dubito quin sis ex his etiam quamuis minus scitè & elegantur translatis, recogniturus. Vale.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ.

NICANDRI ALEXIPHARMACA,

IO. GORRÆO PARISIENSI Medico Interprete.

ΕΙ ΚΑΙ ΜΗ σύγκλητος κατ' ἀσπὰ τείχεα δῆμοι
Τύρσεων ἐστήσαντο, τέων ἀπεδέγμεθα βλάπτης
Πρωταγόρη, δολιχὸς δ' διάπεδα χῶρος ἔέργει,
Ρεῖα κέ τοι ποσσῶν ἀλέξια φαρμακόεσσιν
Αὐδήσαιμι, ἅτε φῶτας ἐνίχεμφθέντα δαμάζει.
Ἡ γὰρ δὴ σὺν μοῖρ' ἀλγὴ πολυκρείοιο θαλάσσης
Ἄρκτου ὑπ' ὀμφαίνουσαν ἐναίσιμο, ἣν χά τε Ρείης
Λοέσσης θαλάμοισι τε καὶ ὀργάσσιον Ἄτεω·
Αὐτὰρ ἐγὼ τόδε παῖδες ἐυζήλοιο Κρεούσης
Πυκτάτῳ ἐδάπτοντο γαμορείῳ Ἠπείροιο,
Ἐξόμβρος τειπόθεσσι παρὲκ κλαείοις Ἐκάτοιο.
Ἀλλ' ἤτοι χολόεν μὲν, ἰδὲ ῥομάσιν δυσαλθὲς
Πυθέης ἀκόνιτον, ὃ δὴ ῥ' ἀχερωνίδες ὄχθαι
Φύουσιν, τόθι χάσμα δυσεκδρόμου εὐρυλόχοιο
Ἀσυρές τε Πειόλαο καταφρηξήνορι δίδυπτε.
Τοῖο δ' πάντα χαλινὰ κὴ οὐρανόθεσαν ὑπήλυ,
Οὐλὰ δ' ὑποσύρει χολόεν ποτὸν· ἀμφὶ δ' ἑκάστοις
Εἰλύεται σέρνοισι, καὶ ἢ θαλύσγι ἔαρινὸν,
Φῶτ' ὀπιπαρδιόωντα. δύνει δ' ὀπιδάκνεται ἄκρης
Νειάτης, ἀκλειὸν ἀειρόμενον σῶμα γασέρι.
Τύγχοος λιὼ κεφάλιω ὀπιδόρπιον, οἱ δ' ὀχαλίω
Κλείουσι σωμάχριο. πύλη δ' ὀπικίκλιται ἀρχῆς
Πρώτης κόλων, ὅθι πᾶσα βροτῶν δίης ἐμφέρεται δ' αἶς.
Λιτὴ δ' ἐν φαίοις ναετῆσι ὑπολείβεται ἰδρώς.
Ἡ δ' ταρασσομένη, τὰ μὲν ἔβρασεν ἤλιδα νηδὺς
Πνεύματα· πολλὰ δ' ἕτερθεν ὑπὲρ μέσον ὀμφαλὸν ἴζει.
Κεφαλὴ δ' ἐν βαρὸς ἐγκέεν, ὑπὸ κροτάφοισι δ' παλμὸς
Πυκνὸς ἐπιμφέρεται· τὰ δ' ὑπόκλοα δέρκεται ὄσσοις·
Οἷα χαλικραίη τύχος δεδαιμασμένος οἴνῃ.
Ὡς δ' ὁπότ' ἀγρεύοντα ὑποδλίψαντες ὀπώρῃ
Ἐλλοὶ κεχρῶτο Διωνύσοιο πιθηνοὶ,
Πρῶτον ἐπ' ἀφείονι ποτῷ φρένα θυμηχθέντες,
Ὄμμασι δηΐσσαν, ὑπὸ σφέτερόν δ' ὄλκοις
Νυσσαίῳ ἀνὰ κλιτὺν ὑπὲκ ἕρμον ἀφαύροντες.
Ὡς οἵ γε σκοτόωσι κακὴ βεβαρηκότες ἄτῃ.
Τῷ μὲν τε κλείουσι μυοκτόνον. ἢ ῥα καὶ ἀγρεὺς
Παμπήλιον ὕεσσας λιγυμέρεας ἠρήμωσεν·
Οἱ δέ τε πορδαλιαγὲς, ἐπεὶ θήρεσσι πολέμιος
Πότμον βιοπλάστης τε καὶ αἰνομόεις ἔδωκε,
Ἴφι ἐν κνημοῖσι, φαλακραίης ἐνὶ βήσσης·

SINT quamuis Asiæ procul à se dissita latè
Mœnia, queis vrbes nostri cinxere parentes,
Protagora, atque illas spatium disterminet ingens,
At facilè ipse tibi potis amuleta veneni,
Quo miseri pereunt mortales, carmine dicam.
Tu propè ventosum pelagus, mediáque sub Arcto
Cyzicios, vbi sacra Rheæ specus, incolis agros,
Infœlixque Attes magna Ionis occidit ira.
Ast ego vbi Epiri pinguissima rura, Creusæ
Progenies partita fuit, Phœbóque sacratos
Fatidicos habito ad tripodas, Clariique lacunam.
Fellea sed primùm rarisque euicta medelis
Cognoscas aconita, cauo quæ littore sæuus Aconitum.
Fert Acheron, Priolai vbi dirupta mœnia quondam
Constiterant, vastóque patet via Ditis hiatu.
Illa quidem os totum, gingiuarúmque locellos,
Et testudineum constringunt hausta palatum:
Grassantur circum præcordia summa, gramique
Errore infestant: morsus in corde molestos
Orèque ventriculi pariunt sublata patenti,
Quod cor ventriculi quidam cellámque vocarunt.
Crassáque clauduntur magno intestina dolore,
In quæ præcipites potúsque cibique feruntur.
Perpetuò ex oculis madidus delabitur humor:
Ipse etiam venter flatus modò ructat ab ore
Innumeros, medio clausos modò detinet aluo.
Est capitis grauitas, tempus vehementer vtrumque
Palpitat, apparet geminum quodcumque videtur:
Sicut nocte solent qui vina bibere meraca:
Aut veluti expressis Sileni agrestibus vuis
Cornibus insignem qui nutriuere Lyæum,
Postquam tentarunt spumantia pocula mentem.
Primùm oculis variant, titubantes inde per imas
Incedunt Nyssæ malefidis gressibus oras:
Talis eos premit æpoto vertigo veneno.
Hoc etiam quidam dixere myoctonon, omnes
Quòd perimat qui sint ausi delingere mures.
Pardalianches & huic nomen posuere, quòd illo
Pastorum insidiis infecta carne veneno
Panthera pereant celsis in collibus Idæ.

Mors quoq; thelyphonoq; et cammoron indidit atrox
Fœminei sexus. duris in cautibus, altos
Per monies nascuntur, & hinc aconita vocamus.
Accipe sed calcem, quantum comprendere pugno
Ipse potes, fului cotulámque infunde falerni:
Sic mortem effugies, diraque medebere pesti.
Nec minus abrotoni ramosum abscindito thyrsum,
Marrubiique (meliphyllon dixere) virentis
Atque chamælei fruticis frondentia semper
Germina, vel rutam cum dulci combibe mulsa.
Forcipibus prensum candens extinguito ferrum,
Aut ferri facem rigidi, quam ardente camino
Separat impuram, pellitque acerrimus ignis.
Quinetiam argenti fuit vtile pondus, & auri,
Ignibus accensum & mersum stridentibus vndis.
Quòd si dimidium foliorum sumere pugnum
Terrestris piceæ cupias, et vnitida siccam,
Siue polycnemi rádicem legeris: ista
Profuerint, cyathis cum vini exhausta quaternis.
Túque cohortali præstans medicamen habebis
Ex gallo, quem vrens, & aheno subditus ignis
Coxerit, in tenuémque liquarit membra medullam.
Pocula sint etiam quibus exaruere, liquamen
Excocti vituli atque in pinguia iura soluti.
Lacte etiam liquidum quem sudant balsama succum
Fœmineo, aut vnda fluuiali dilue, postquàm
Compuleris vomitu crudum decedere virus.
Eximere & lepori timidóve coagula damæ
Expedit, & tenui resoluta bibisse falerno.
Vel tu sanguineæ radices accipe mori,
Ictibus & crebris in robore pinse cauato,
Atque mero incoctas, cum lento porrige melle.
Pellere sic poteris grassantem in viscera morbum
Quíque bibit, pedibus rursum consistere firmis.
Nunc ad cerussæ lethalia pocula mentem
Aduerte. illa alba niueóque simillima lacti,
Quod spumam latè attollit, cum tempore verno
Rure reuertentes implent multralia vaccæ.
Gingiuæ ruois, et totis vndique malis
Insidet, adstringítque: hinc lingua est aspera, et isthmus
Faucibus extremis aret, morbóque fatiscens
Æger inexpletum tussit, nec sputa sequuntur.
Hunc caput infirmum nutat, tum nausea tristis
Vrget, & extremo franguntur membra labore.
Falsa modo ante oculos rerum simulachra videntur,
Nunc sopor argenteis multùm complectitur artus,
Robore defectos, nec corpus, vt antè, mouentes.
At præbe subito pinguem quem myrtea succum,
Premadia aut orchas compressa emittit oliua,
Lubrica vt obscœnum virus labatur ab aluo:
Aut lac quod pingui tumidóque ex vbere vaccæ
Mulsisti, nudum ruois concede reuulsis:
Aut maluæ excoctis ramis foliisque tenellæ,
Exple cerussata tenaci viscera potu:
Tritáque Lenæo confundas sesama dulci.
Necnon sarmenti cálidis perfundito lymphis,
Et per vimineum, cinerem colato canistrum,
Vt nitida excluso fiat lixiuia limo.
Tunsa quoque interdum quæ Persea protulit ossa,
Palladio noxam depellent mixta liquori.
Hanc olim Perseus postquam Cepheia liquit
Arua, & fœcundæ præcidit colla Medusæ,
Cephei noua dona, Mycenis intulit agris,
Ensis vbi capulus cecidit, quem Græca Mycetem
Lingua vocat super alta Melanthidis, hunc vbi potum
Langia inuentum nato monstrauit Abantis.
Illam etiam in ptisana persæpe liquato Sabæi,
Quæ libani ramos concrescit lacryma circum.
Aut cape gummosam quæ stillat de nuce, guttam:

Πολλάκι θηλυφόνοι τε κάμμορον· ἐν δ' ἀκαλύπτοις
Θηλείῃσι κόνιτον ἀνειλάσκησιν ὀρέσκοις·
Τῷ καί που πιπάεσκε χερὸς βαρὺ δοσσοτα δήκῃ
Πιμπλαμένῃσι· ὅτε νέκταρ ἐυτρεφέος κηρὸν ἀφύσσει
Μετρηδὸν· κοτύλῃ δ' ἐπὶ πλεῖ κατημένος οἴγνῳ·
Συὶ δ' ἐν ἀζεστοῦσιο τυμῶν ἀπὸ κωλέα δάμνᾳ,
Καὶ χλοερῇ πρασίῃσι, τὸ δὴ μελίφυλλον ὀνοῦσι.
Καί τε σὺ ποιήεντος ἀειθαλέος χαμελαίκης
Βλάστας, πηγαίου τ' ἀπὸ πίσεος ἐν βάμμασι σίμβλου.
Σέσληπάς τ' ἀειθαλέοντα μύδεσιν ῥιζώσας πυρέκτης,
Ἠὲ σπληνέαν ἀπὸ τεύξας, τῷ τ' ἐμίηνεν
Ἐντοθεν χαλκοῦο δηϊ πυρὸς ἤλασε λιγυῖς.
Ἄλλοτε δ' ἐρυσσίῃ νέον βαρὸς ἐν πυρὶ θάλψας,
Ἠὲ ἐν ἀργύρεον, θηλυτρῷ ἐνὶ πώματι βάπτοις·
Πολλάκι δ' ἡμιδαὲς χειρὸς βαρὸς αἴνυσο θρίον
Παῦρα χαμαιπίτυος, τό, τ' ἐνίπιδες αὖον ὀρεσσι,
Ἠὲ νέον ῥάδικα πολυκνήμοιο κολούσας,
Τέτρηχεν ἐν κυάθοισι χαδεῖν μελιδὸς εἴτε·
Ἠέ τι μυζήσεια χαλικρότερον ποτὸν ἴσχεις,
Ὀρνίθος σφυδοῖο κατοικάδος, εὖθ' ὑπὸ χύτρῳ
Γῆα καταθρύπτῃσι βιαζομένῃς πυρὸς αὐγῆς.
Καί τ' βοὸς νεαχήτα φοιφλιδώσαντος δμῳφῇ
Τυξάμενος κορέσαιο ποτῷ ἐϊχανδέα νηδύν.
Ναὶ μὴν ἐν βλασάμοιο, τότ' ἐν σκορόδοισι γάλακτος
Θηλυτέρης πώλοιο χέας ὀπὸν, δηὶ ποτὴν νύμφαις,
Εὖτ' ἂν ὑπ' ἐν φαρυγος χυὴ παλαρχία δόρπιν.
Πολλάκι δὴ σκίναχος ἐρεχθείοις, ἢ ἀπὸ νεβρεῦ
Πυετίῃ τυάξαιο· πόρεις δ' ἐνὶ νέκταρι φύσας.
Ἄλλοτε δ' ἐν μερίνος ἀπὸ ῥίζια φοινικόεσσης
Ὀλμῳ ἐνὶ ξυσῇ πρηθείῃσι δ' ὁμῶς κέφας
Οἴνῳ ἐυεφθέντα πόρεις κραιπνοῖσι μελίσσης·
Καί κεν ὀπηνρατέωσιν ἐπαχθέα νοῦσον δηλήμοις
Φωτός. ὁ δ' ἀσφοδέλοιο πάλιν μὴ ποσὶν ὀδύσσῃ.
Δεύτερα δ' αἰγιλίητος ὀπηφορίῃ πόσιν ἐχθρὴν,
Κιρναμένῳ ὅλοοῦ ψιμυθίου· ἢ τε γάλακτι
Παύσοιεν ἀφείζοντι, νέῳ ἐυδύσατο χροιῇ.
Πηλίσιν ἐν χρώτοισιν ὅτ' εἴαει πῖον ἀμέλξαις.
Τοῦ μὲν ὑφ' ἡνυσάς τι, ἢ ἢ ῥυσαίνεται οὖλα
Ἀφρὸς ὀπηφύφων ἐμπάσσεται. ἀμφὶ δ' ὀλκὸς
Τέτηκε γλώσσης, νέατος ὑπακάρφεται ἰθμός.
Ξηρὰ δ' ὀπιλλίζων ὅλοῃ χαλεύσεται ἄτῃ.
Ἀζαλέης ἢ γὰρ ἐκεῖνο πέλ κάρος· αὐτάρ ὁ δυμῷ
Ναυτιόεις ἐλοιῶν ὑπορύσσει κραιπνοῖσι,
Πολλάκι δ' ἐν φαίεσσιν ἀλὶ ἐτρεφέα λευκὸν·
Ἄλλοτε δ' ὑπηλίος ψύχει δέμας, οὐδέ τι γῆρα
Ὡς τυπάρος, δονέει, κραιπάτῳ δ' ὑποδάμνατο, οἷκαρ.
Τῷ κε πρηνιδίης, ἢ ὀρχάδος εἶαρ ἐλαίης,
Ἢ ἔτι μυρσίνης χρηΐλιν δηπάεσσιν ὀρέξαις.
Οφρ' ἂν ὀλιηθείωσι χέῃ κενὰ φρήμακα νηδύς.
Ἠὲ σύ γ' οὐδ' ἐπέοντα δυσηδίῃ μαζὸν ἀμέλξαις
Ὑγρὴ πόρεις. φιαλῷ δ' ποτοῦ ἀπεαίνυσο χρῆιος.
Καὶ σὺ δέ γ' ἢ μαλάχης ῥαδάμνους, ἢ φυλλάδα πῆξαι
Χυλῷ ἐνὶ κλώδοντι, κακηπελέοντα κορέσσαις.
Πολλάκι σήσαμα κόπτε· πόρεις δ' ἐν νέκταρι κῆ·
Ἠὲ σὺ κλωσατέουσαν ἐν ὕδατι πλυνίου τέφρῃ
Θλῆτε μύλῃσιν. τὸ δ' ῥύμμα νεοπλεκέος χλοεύοιο
Κόλποις ἰκμάδιος. ὁ γάρ τ' αἰνὰ δίζηται ἰλαύ.
Καί τ' κατασφάξαντα μετ' ἀρνόπου ἰλαίῃ,
Σκληρὴ ἀπὸ σφοδείης κάρυα βλάβος οἷον ἐρύξῃ,
Πορσοὺς ἰὼν ποτὶ ποσὶ λιπὼν κηφῆνα γαίης,
Λυγρὴν ἀποτμήξας ἀρπεγόεντα Μεδούσης,
Ῥεῖα Μυκηναίοισιν ἐνείκασεν ἀφύσσης,
Κηφῆνος νέα δῶρα, μόκις ὅτι κάπτησεν ἅπτις,
Ἄκρον ὑπαὶ πρηῶνα μελαινάδος. ἔνθατε νύμφαι
Λαγγεὶν πῶμα κεῖτο Διὸς τεκμήρατο πειδί.
Πολλάκι δ' ἐνδρύφλειας ἐν ὀπληήσιν ἀκοστῆς,
Γερράκης λιβανώτιο χύτοι ἀφριηγέα δάμνοις,
Καί τ' σύ γ' ἢ κερυὸς ἀποδάκρυον, ἢ ἀπαλύμνη,

Η πῆγάνης, ὅτε πολλὸν ἀεὶ καλέηται ὄρμος
Κόμμι, τὰ δ' ἐλαίῃσι ποτῷ ἐπαρωγέα πέλον.
Οφρα τὰ μὲν τ' ἐρύσῃσι, τὰ δ' ἐμπεδέωσι δαμασθεὶς,
Αλθόμενον ὑδάτεσσιν ὅτ' ἐκμολὴν δέμας ἱδρώς.
Καί κεν, ὁ γ' ἀθρόον δόρπα δεδεγμένος, ἠδὲ καὶ οἴνης
Πιστέρνης κορέσαιτο, καὶ ἀγκέα πότμον ἀμύξαι.
Μὴ μὲν καυδαλέοιο σταφύλου εὖτ' αὖ ὀδώδῃ,
Κῶιον ποτὸν δύξαιο χυτῇ ἐνὶ λιτρίᾳ πίσσῃ.
Πίσσης γὰρ ῥαθάμισιν ἄγει βάρος. αὐτὰρ ὁ χαλκῖτις
Οἷά τ' ἀν' ἀρφειὰ νέον βεβρωμένα κίδνευ.
Αἳ δ' ὅτε μὲν πλαδόωντι ποτῷ ὑπὸ χείλεϊ δυσμὸν
Τεύχωσιν, τότε δ' αὖ τε τρὶς στόμα νειατα γαστρός.
Αλλοτε καὶ μεσάτη ὑπεδύκετο δῆξιν ὑδρὶς,
Η κἠπὶς βρωθεῖσα· φερέμβιοι δ' αὖτίς
Θωρηκος· τῷδι γόνδεες ὑπὸ κύτος ἕζετο γαστρός.
Αὐτοὶ δ' ἀχαλόωσι, μὴ δέ φιν ἤθεα φωτὸς
Αμυχος πεδάει. ὁ δ' ἀγῆπα δάμνατο ἄτης.
Οἷά τ' ἀν' ἀγρεια νέον ἐθρυμμένα πάππου,
Ηέρ' ὑπαλάζοντα διαψαίρουσιν ἄελλαι.
Τῷ δ' ὁ πολλάκι μὲν γλαγὼ πεταωθέσι νύμφαις,
Εμπλήδην κυκεῶνα πόρις ἐν κύμβοισι τύξας,
Νηπίης Δηοῦς μορέειν ποτήν· ᾧ ποτε Δηὼ
Λευκαίλιν ἔδρεξεν ἀν' ἄστυ Ιπποδοώντος
Θρηϊκίης ἀδύοισιν ὑπαὶ ῥήτῃσιν Ιάμβης.
Δὲ ποτε δ' ἢ σταλάοιο κεράτος, ἢὲ καὶ ἀμνοῦ
Αμμίδιον σορέαισιν ἐϋτροχάλοιο λίνοιο·
Ἠὲ νέον κορδὴ ταλαὸν κεράεντα χαμαίης,
Ἠέ τι που χλοιὸς μορέων ποτὴν αἴνυσο χρῆσο.
Ες δ' ἕματον κορέσαιο. τὰ δ' ἀθρόα νεῖ δι βεάωσις,
Εμπαστῶν, ἔτ' ἄπεπτα πύλῃ μεμασημένα δόρπα.
Πολλάκι δ' ἐν κλισίῃσι νέον γλάγος οἷς ἀμέλξας,
Κλύζε· τὰ δ' ἤλιτε γαστὸς ἀφίρδια κεινώσειας.
Αλλοτ' ἀμυδαίνοντι ποδὲν γάλα πῖον ἀρήξει.
Ἠὲ σύ γ' ἀμπελέεντα γλύκει ἐνὶ καυλέα κόψας
Χλωρὰ νέον πετάλοισι φρίβε θέντα κολοὺπας
Ἠὲ μελιστάων καμάτῳ ἐνὶ παῦρα μορύξαις,
Σκορπίσεται ταμὼν φαφαρῆς ἐκ ῥίζεα γαίης,
Αἴθοπ κεντρήεντα. πόα γε μὲν ὕλῃ τέθηλεν,
Οἵη τῷ μολόδουσες, ἔνιχρα δ' κωλέα βοτῆ.
Καὶ δ' ὅσα χμάων πισυρὼν βάρος αἴνυσο γαίης
Παρθενίης, ἰὼ Φυλλὶς ὑπὸ κνημοῖσιν αἴρεο
Ιμβρασίδος γαίης χροιάδεος, ἰὼ τ' κεράσσῃς
Αμνὸς χασάδεσσι νέον σημήνατο νύμφαις,
Κερκετίων νιφόεντος ὑπὸ ὀρειτόδεσσιν ὄχθαις,
Η ἐν σπερχείοισι ποσὶν δυσηλυθέα πύξῳ.
Σοὶ δ' τ' μεγαύχητας ἐπιθρύψεας ὀρέμνους,
Ορχάζων λίπτοι ῥοδέῃ, θρόνα πολλάκι χαλκίοις
Ηεμίῃ. τὸ, τι πολλὸν ἐπαλθέα νοῦσον ἔτυξεν.
Ης γε μὲν ὑλόνομόν γε ποτὸν κορέσαιο δυσαλθὲς·
Αφραλέως δ' ἐπάεσσιν ἀπεχθομένοισι πάσσῃ),
Οἱ ὧρ τ' ἀφρασίῃ ἐμπλήγέες, οἷά γε μάρτοι
Δύσμα λαβράζοισι, πεφαπλήγές δ' ἄτε βάκχαι,
Οξὺ μάλος βοόωσιν ἀταρμύκτῳ ὀρίνας οἴστρῳ.
Τῷ μή τ' ἐξ ἐδανοῦ πόρις δόπας ἔμπλεον οἴνης,
Πρόμνιον αὐτοκρηὲς, ὅπως ὑπεπύθατο λιτοῦ.
Η νύμφαις πήξαιο βαθὺν λάϊς ἐμπέλεα κύμβην.
Πολλάκι δ' ἀρταλίχων ἀπαλὼν ἀδύνα κεινώσας,
Ἀρεῖν ἐπιγκράσαιο, δυοῦ ἀφρητία κίκυφα.
Τῷ γὰρ δὴ ζωοῦ ἐκ σαοῖ ἐν τότμον ὀπάσσει.
Εὖτε δίλοις νήχοντα κακοφθόρα τέκε λήϊνα
Οἰωτὸν χαλάσαιν. ὁ δ' ἐς χόρας ἔμπεσε πώλων,
Θερσόων ἀφρεῖο ῥέων κλύδα λευκαίνοιο.
Καί τε σύ γ' αἰγλεύκεα βάλλοις ἰόεντα θάλασσῃ,
Ην ἐκ ἐν ἀτρυγέτοι αὐλισσόμενος πόρις ἐννοσίγαιος·
Σοὶ πυεῖ. ἐν γὰρ δὴ τὸ, πανάϊς σωθήσεται ἰχθύς.
Πῦρ μὲν ἀείζων ἐν, ἐκαίετον ὕπεστιν ὕδωρ
Αρχάς, καὶ ῥ' ἐ μὲν, ἀκοστήσασα φιλοργὸς,
Θεσπίζ νηοῦντι ἐμφορέων αἰζηῶν
Τλη δ' ἐχθομένοιο πυρὸς κὴν θεσμὸν ἀκούσ.

Vel quæ vlmi patulis in ramis, aut atalymni
Plurima ineſt, tepidóque humore ſoluta inuabit,
Vt partem vomitu, partémque cadentibus vndis
Pellat, vbi expreſſus manarit corpore ſudor.
Quin ſatur ille cibis, hic leti munere bacchi,
Vitabit poti metuenda pericla veneni.
Heus fuge cantharidum, ſi quando olfeceris, hauſtum. Cãtharides.
Ille picis liquidæ tetrum diffundit odorem
Naribus, & cedro ſimilis verſatur in ipſo
Ore ſapor, cùm quis mandit virgulta virentis.
Qui bibit hunc multõ perfuſum humore, moleſtos
In labiis morſus, atque ima ſentit in aluo.
Nec minor exercet mediam dolor: horrida ſurgunt
Vlcera veſicæ, compreſſum pectus anhelat,
Quâ ſuper oſſa cauo incumbunt molliſſima ventri.
Ira venit vehemens, et pandiculatio corpus
Diſtendit defectum animo. vis dira veneni
Præualet, et miſeros, præter ſpem, paſcitur artus.
Ac veluti excuſſi volitant per inania pappi,
Et vento diuerſi abeunt: ſic mente feruntur.
Sed tu puleium miſce fluuialibus vndis,
Atque imple triſti, quæ ſicces cymbia, potu
Ieiunæ Cereris. quo quondam fertur inanem
Ventriculum ſatiaſſe, pij Hippothoontis in vrbe,
Cùm de Threïciæ ſalibus rideret Iambes.
Pinguia nonnunquam porci cerebella, vel agni
Cocta diu ſumas teretis cum ſemine lini,
Tempora vel capræ quæ vix dum cornua geſſit,
Diuide, percoctóve ex anſere confice potum.
Quæ tu multa vora, dum crudo in ventre morantes
Impuráſque dapes cogas exire vomendo.
Sæpe etiam ventrem, tenera perfunde capella
Lacte nouo, vt ſordes multas, fœcémque remittat.
Sin bibere hoc manis, nihil eſt præſtantius illo.
Aut virides vitis ramos decerpe, recenter
Indutos foliis, miti quos intere paſſo.
Aſperáque & ſemper ſpinis horrentia duris
Infunde in flauo radicis fruſtula melle,
Quæ caulem in ſicca ſublimem tollit arena
Aſphodelo ſimilem, graciliſque excreſcit in altum.
Vel tu Parthenias drachmarum pondera terræ
Quatuor accipias, quam Phyllis collibus altis
Imbraſiæ profert, & quam quæ cornua geſtat
Fertur Cheſiadis pecus oſtendiſſe puellis
Iuxta Cercety iuncoſa fluenta niuoſi.
Purpureámue ſapam geminato pondere ſunes,
Atque intrita ſimul miſcebis germina rutæ,
Sed prius irino, prius & perfuſa roſato.
Et morbi, facilis reddetur cura maligni.
Si quiſquam imprudens grauiter redolentia tetri, Coriãdrum.
Et vix cedentis coriandri pocula cepit,
Ille amens, ſtupidúſque, inſani more pudenda
Paſſim debtaterat, furiali et percitus œſtro
Aſper, acerba tonans, bacchantum imitatur Erinnys.
At contrà ſuaui carcheſiæ plena falerno
Exhibe, vt hoc primum fuderunt torcula purum.
Aut ſolues maſſam ſalis humectantibus vndis.
Siccum etiam uuorum miſcebis ſæpe putamen
Candenti ſpumæ. fulicæ gratiſſima longè
Eſca illa eſt, cui mortem adfert, vitámque tuetur.
Namque hac inſidias piſcator fraude volucri
Molitur miſeræ, quæ dum comprendere tentat
Ore auido ſpumam fluitantem, in retia fertur.
Necnon & pelagi ſalſis immerge fluentis
Qui corion biberit. pontum Neptunus & ignem
Ventorum leuibus voluit ſeruire procellis,
In parteſque rapi varias metuentia ventos.
At maris imperio tumidi, longæque carinæ
Et iuuenes parent qui per vada cæca feruntur,

Sylua

Sylua inimico igni naturæ ſubdita legi eſt.
Vinum etiam liquido permiſtum tollet oliuo
Omne malum, atque ninis cum muſto potio dulci,
Quandò falce grauem & maturam vinitor vuam
Incuruus reſecat, pſithiáque è vite racemos
Conculcat pedibus, cùm fuci ignauáque veſpa,
Vuarúmque bibunt crabronum examina ſuccum,
Atque maligna nocet plena vulpecula viti.

Cicuta. *Tu quoque ſigna malæ jam contemplere cicutæ.*
Hæc primum tentat caput: et caligine denſa
Innoluit mentes: oculi vertuntur in orbem:
Genua labant. quòd ſi cupit ocyus ire, caducum
Suſtentant palmæ corpus: fauceſque premuntur
Obſeſſæ, et colli tenuis præcluditur iſthmus.
Extremi frigent artus, latet abditus imis
In venis pulſus, nihil inſpiratur ab ore.
Fata inſtant, Ditémque miſer iamiam aſpicit atrum.
Aſt oleo hunc ſatura, nec vino parce meraco,
Vt vomitu redeat demiſſum in pectora virus:
Clyſterémque pares, quem ventris in ima recondas.
Sæpe merum per ſe, vel quam Peneia Tempe
Producunt taurum, quà primùm pulcher Apollo
Dicitur intorta crines cinxiſſe decoros:
Aut dabis exectum dauci conſumere caulem,
Vel piperi vrticæ ſemen miſcebis acuto,
Et vinum ſucco quem Cyrenaica mittit.
Friníque parum, gratum ſpirantis odorem
Præbe, & cum claro calidum tere laſer oliuo.
Mulſa quoque expediet, necnon ſpumantia lacte
Cymbia, ſi modico tepefacta calore bibantur.

Toxicum. *Toxica ſi potu ſæuum fecere dolorem,*
Protinus immiti properes ſuccurrere noxæ.
Lingua tumini inflatur, diſtentáque labra tumorem
Circum ora attollunt, & magna mole grauantur.
Ore ſpuit ſicco, rimis gingiua fatiſcit.
Horror ſæpe quatit trepidantia corda: furore
Exundat diro mens exagitata veneno.
Balanteis imitatur oues, & mille furores
Concipit, exclamat feruenti vt concitus ira,
Cui vitale caput violentus ademerit enſis.
Aut veluti cui templa Rheæ & libamina curæ
Æditua, in plateas, noua quando luna reuertit,
Fertur, & Idæos campos vlulatibus implet:
Tum trepidi horreſcunt audita voce bubulci:
Sic miſer in rabiem verſus fremit ille, rugítque,
Et torua, in morem taurorum, lumina torquens,
Exacuit dentes, & ſpumam fundit ab ore.
Quem primum manicis ſtrictum vincliſque teneto,
Tum vinum magna diductas nectare fauces
Imple, atque immiſſis ſtridentia protinus ora
Irrita digitis, vomat vt viroſa coactus.
Aut pullum quem nuper edax excluſerit anſer,
Merge in aquam, & flammis elixa vndantis aheni.
Et virgulta rudis proſunt ſylueſtria mali,
Sed purgata prius, quæ creſcunt montibus altis.
Quæque per æſtatem noſtris naſcuntur in hortis
Mala, quibus ludunt delectantúrque puellæ.
Struthiáque interdum, vel quæ denectia Cydone
Arbore in auſtera creſcunt, ediſſe iuuabit.
Sed contuſa ſimul, liquidiſque madentia lymphis
Miſtáque pulejo, gratum quod ſpiret odorem:
Quódque roſam redolet, vel quod ſapit irin oliuum,
Ori, cum lana, potes inſtillare recluſo.
Prima ſed tandem perpeſſus tempore longo,
Vix vnquàm poterit greſſus firmare labantes,
Sed trahet attonitus oculis fallentibus æuum.
Iſto Gerræi Nomades, populúſque rapacem
Qui colit Euphratem, armant ſua tela veneno.
Quæ poſtquàm hæſerunt, & non ſanabile vulnus

Ναὶ μὴν, ἀτιμήτοιο † κεραυνόμορον λίπος ἄνης,
Ἢ χόστι γλυκέος μέλιτος πόπε, δηρὸς ἐρύξῃ.
Ἠμὲν τοὺ ζαλκλῆσι φερίζειδουσιν ὀπώρῃς
Ῥυσαλίδι ἐλαπίῃ τε καὶ ἰξάδος ἐλίνοιο
Κείροντες θλίβουσιν, ὅτε βοτρυόεσσα μέλισσαι
Πεμφρηδὼν σφῆκές †, καὶ ἐκ βίμβεικες ὄρεσσι,
Γλεῦκος δῆτε δαίνυνται ἐπηρεφέσιν πετεύσαι,
Πιοτέρῃσι ὅτε βότρυσι ἐσίνατο κηφὴν ἠώπῃξ.
Καί † σὺ κωπείῃ βλαβέων τετημένος πῶμα.
Κεῖνο ποτὸν δὴ γάρ † καρήατι φοινὸν ἰαπτῇ,
Νύκτα φέρον σκοτόεσσαν· ἐδίνησεν δ' ἀγορεύειν.
Ἰχθῖσι δ' σφάλερόν † τε καὶ ἐμπάζοντες ἀγυιαῖς,
Χερσὶν ἐφερπύζουσι· κακὸς δ' ὑπὸ νείατα πυθμὴν
Ἰδμα καὶ φάρυγος στενὸν ἐμφερόμενον αἶμον.
Ἀκρα δὲ τοι ψύχει. φρὶ δ' φλίβες ἔνδοθι γύων
Ῥωμαλέαι στέλλονται. ὁδὶ ἤδεα πῶρον ἀπίζῃ,
Οἷα καπνολέων· ψυχὴ δ' αἰδωνέα λεύσσει.
Τὸν μὲν τ' ἢ λίπτος κορέσῃς, ἢ ἀμισγέος οἴνης,
Ὀφρα κεν ἐξερύσῃσι κακὸν ἐπόδυνον ἀτίμου.
Ἠὲ σύ γε κλυτὸς ἐσσὶ ὀπλίζειν τεύχεα.
Πολλάκι δ' ἢ οἴνης ἀμυδὴ πόσιν, ἢ ἀπὸ δάφνης
Τεμπείδος, ἢ δαύκοιο φέρσις ἐκ κεφαλῆς κόψας,
Ἢ σκορπὶ Φείοιο κατίσχεφ δηλοίδα χαίτην.
Ἢ πίπτει κιόδνης † μέγα σπερμαῖα λελιῶσα,
Νειμέσιος, νό, τι νίκτωρ ὀπὶ ἐμπνυκὶ χραύσας.
Δὴ ποτὲ δ' ἰεινὴν θυέος μετανδὸν ὀρέξας,
Σίφιά τ' ἀνθρυφθέντα μετ' ἀγρίοντος ἐλαίης.
Ἐν δ' μελιζώσσῃ γλυκέος πόσιν, ἐν δ' γάλακτος
Ἀφεῖσιν νίμε τιθῆνι ὑπὲρ πυελὸς ἡρέμα πίειν.
Καί κεν λειγαίνοντι πικρὸν σθένος ἄχθος ἀμύσσοις
Τεξικῷ, ἰὸν τ' ἀχέοις βαρυκτεανον ποτῷ αἰπύ.
Τοῦ δ' ἐνερθε γλῶσσα παχύνεται· ἀμφὶ δ' χείλη
Οἰδαλέα βεβύνται περὶ τομάτιον βαρυώσῃ,
Ἐκρὸ δ' ἀδαπύει, νοσέων δ' ἐκρήγνυται οὐλαί.
Πολλάκι δ' ἐς κραδίην πτοίῃ βάλε, παῖ δ' νόημα
Ἐμπλακτον μεμόρηκε, κακὴ ἐσφαμμένον ἄτῃ.
Αὐτὰς ὁ μανάζῃ, μανίης ὕπο μυρία φλύζων.
Δηδάκει δ' ἀχθόμενος βοάᾳ, ἅ τις ἐμπελάδην φὰς,
Ἀμφιβρότην κώδειαν ὑπὸ ξιφέεσσιν ἀμησεῖς.
Ἢ ἅ τε κερνοφόρεις ζάκορος βωμήρια Ῥείης,
Εἰναέτι λειποφόρεσιν ἐπιχλιμπάσα κηδυόεις,
Μακρὸν ἐπιμυδάᾳ γλαίσσων δρόον· οἱ δ' πρίσσιον,
Ἰδαίης ῥιγηλὸν, ὅτ' εἰσαΐωσιν ὑλαγμόν·
Ὡς ὁ νόον λάκατ' ἐσφαμμένα βρυχαασᾶ)
Ὠρυδὸν, λοξαῖς δ' κόραις ταυρώδεα λεύσσων,
Θήγει λευκὸν ὀδόντα, περιφρύζει δ' χαλινοῖς.
Τὸν μὲ κ' λεσμοῖσι πολυπλέκτοισι πέδῃς,
Νέκταρι δυρύξαις, κ' οὐ χατέοντα κορέσσαις,
Ἠὲ βιπαίδμος. δὲ δ' σῆμα βρυκὸν ὀχλίζοις,
Ὀφρ' αὖ ὑπερύγοι δαιμαζόμενος χρεὼ λώβης.
Ἢ σὺ βοσκαδίης χλοιὸς νέον ὀρταλιχθὲς
Τέμοις ἐπήξαιο πυελὸς μεμορυδμένος αὐγαῖς.
Καί † σὺ μηλείης ῥηχώδεος ἄχεια κάρφη
Οὔρεσιν ἐν τριφθέντα, πόρεις ὑπὸ σίνεα κέψας.
Ἤ τι κ' κλήρεσιν ἐπιζόλα, τοῖά τε ὦκεα
Εἰαρινὰ φορέοισιν ἐνεψιμάτα κοίρανος.
Ἄλλοτε δ' φρύδεια, ποτὲ βλοσυρῆο κυδῶνος,
Κεῖνο φυτὸν κράτησιν, ὃ δή ῥ' ἐκόμισσαν ἄρηες.
Πολλάκι δ' σφύρησιν ἀμᾷς ἐκαλλίκε κόψας,
Τέμοις ἐμβρίξαις, νίλῳ δ' ὀσμήσεα γληχὼ,
Σάρμασι μηλείοισι βάλοις, ἐνομήσεα φύρων.
Καί τε σύ γ' ἢ ῥοδέοις δύσιν μαλλοῖσιν ἀφύσσων,
Παῦρα λίπος σάξειας ἀοιρυδμοῖς σμαράγοισιν,
Ἠὲ κ' ἰεινίοιο· μογὸς δέ γε μυελὸν ὀπτλαὶ
Ἀσθμήεσσ πλοκτὸν ἔχων ἐτιφαλαὶς ὄμμα.
Τῷ ῥ' χερραίοι νομάδες χαλκήρεας αἴχμας,
Οἵ τε παρ' Εὐφράταο ῥόον πολίοντες, ἀρούρας
Χραίνουσιν. τὰ δὲ πολλὸν ἀδηθέα τραύματα τύχῃ.

Σαφὲς μελανομβρίου. πικρὸς δ' ὑποσίπτει ὕδρης
Ἰὸς, σπομένων ᾧ μύδῳ ἐκρήγνυται ἕρπος.
Ἦν ᾗ τὸ Μηδείης κολχίδος ἐχθόμενον πῦρ
Κῆτο ποτὸν δέξηται ἐφήμερον, ἢ περὶ χείλη
Δριμυθῇ δυσάλυκτος ἰάπτεται ἔνδοθι κνησμός·
Οἷά τ' ὀπὶ νιφόεντι κράδης, ἢ πρηχεῖ κεδνῇ
Χρῶτα μαιόμενος, ἢ ᾗ ἀπειρωδὲς κόρσῃ
Σκίλλης, ἢ τ' ἐκπαλαγλίνῳ φοινίξατο σάρκα.
Τοῦ ᾗ ἐπηρεφέος φρὶ στόμαχον βάρος ἵζῃ
Πρῶτ' ἀέρι πάμπαν, μετέπειτα ᾗ λοιγὸν ἐρεμνῷ,
Ῥιζόθεν ἑλκωθέντα, κιχὼν δ' ἀπὸ πήρυρε δηρῆς.
Ὧπί ᾗ κρεάων βολερὸν πλόμα χεύατα δαιτρεὺς
Σαῶ δὲ ᾗ ᾗ νηδὺς μεμιασμένα λύματα βλύζῃ.
Ἀλλὰ σὺ πολλάκις μὲ χαμεύνῳ δῃὸς οὐλάδα κύψας,
Πολλάκι καὶ φηγοῖο πόρεις ἀκύλοιστον ὀμίχλῃ,
Ἠὲ σύ γε βδήλωσο νέον γλάγος ἔνδοθι πέλλης.
Αὐτὰρ ὁ τῶ κορέοιτο καὶ ἐν σομάτεσσιν ἐούσῃ
Ἢ μὲν πουλυτόρευτο τότε βλασήματ' ἀρύξει.
Ἄλλοτε ᾗ ῥιζέα κατα-ψηχθέντα γαλάκτῃ
Σαῶ ᾗ καὶ ἀμπελόεις ἕλικας ἐν δρυπέῳ νύμφαις.
Ἰσαι καὶ βατόεντα πτερὸν πορθῆα κελεύσας.
Καὶ ᾗ σὺ γυμνώσειας ἐϋτρεφέος νέα τέρμα
Κασσυὸ καρύου παχυφλοίοιο κλήμνα,
Νειμεσσὰν ἐνδὶ σάρκα φρὶ σκύλος αὖον ὀπάζῃ
Δικλεπὲς καρύου, τὸ κισσὶς ἔτρεφεν αἶα.
Ῥηΐα ᾗ καρδίκος νεάτῳ ἐξαίνυσο νηδύϊ,
Ὅς ᾗ σφιγκτῆρος
φιλυζώοιο πέπλα.
Εὐρέως τ' ἀπὸ καρπὸν ἀλὶς κατὰ ἦθος μύρτου.
Ἢ καὶ που σιδήεντος ἀποζέσσασο κέλυμνα
Καρπέϊκ, μίσσῃ ᾗ βλωθρὸν ἐμπίσῃ μύρτοις,
Ὀρῇ αὖ ὀπιζύουσι ποτῷ, νοῦσον ᾗ κεδάσσας.
Ἰξίην δέ σε μή τι δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα
Οὐλοφόνον λήσειεν, ὃ, τ' ὠμηστὶς ὀδυδᾷ.
Τοῦ μὲν ὑπὸ γλώσσης νέατος πεπχυμένος ὄλκὸς,
Νίβεται ὑποφλεχθέων· τὸ δὲ οἱ ἐμπάζεται ἦτορ
Λυσσηδὲς, γλώσσαν ᾗ καταπείσει κυώδυνα.
Δὶ ᾗ ὃ γ' ἔμπλεκτος φρένα δάμνεται, ἀμφὶ ᾗ δοιοὺ
Εἰκῆ ὀπφαίνουσα πόρεις τυφλώσσετο νηδὶς
Τχῶν ᾗ, βρωτῶν ᾗ, καταπίλναται ᾗ πνεῦμα
Εἰσὶς ὑποβρομέει, ὀλίζῳ δ' ἀνῄσσεται ἀλκῷ.
Πολλάκι δ' ἐν βερετῆσιν ἀεικιβρήκτοις ὀλύμπου
Εἰδώμοις, τότε δ' αὖτε κραναῖς ῥάχεσιν θαλάσσης,
Οἷος πεφύκησιν ὑποῤῥέμεται πλάδεσσι.
Τῷ ᾗ φρυγιάδρῳ ἦρ ἀνύλλυται οὐ καμάτοιο
Πνεῦμα μολὶς, πόπις ᾗ πνεφυτίρα λύματ' ἔχουσα
Φαμακοῖς ὠλοὸν ἰλίκια, τοῖα ᾗ βοτῆες
Οἰδήμασι κνημητοῖσι ὑποιωδυσι νεύοντες.
Ἄλλοτε δ' ἀλκήεσσι νέον θρομβώσαι γαστὶς
Μαρυωδὲς δίψαιμον ὑπεκχέουσαν ἔχει γάλα.
Τῷ νύ τ' ἐυῤῥιζέος ἀψινθίου ἄνθος ἀφύξῃ,
Ἐντυφὲν πόμα κεῖνο νεαρὸν ὦ ὑπὸ γλεύκει.
Καὶ δ' ἀπὸ γαπέλῳ τρέμινθος πολλάκι πεύκης,
Πολλάκι καὶ πίτυος γαστρὸς ἀπὸ δάκρυα τιθεῖσα
Μαρυωδὲς ᾗ φυΐος ἀπὸ φλοὸς δύσατο γλαυκὸν.
Ἢ ᾗ, μέσον πολύπτυχον ἀπ' αἰόλου κατ' αἶσαν,
Οἷα, πανεχέως ἀδινὴν ἀναδιδάσκεται ἠχώ.
Ἀστὶ δὲ πελίοιο μυοκτόνου ἀρσενος αἰζοῦ,
Ἢ τ' ἐν ῥυτῆς πεδιὰς ἀπαυήσει βλάσας,
Νάρδον λιμενίη ᾗ χαλῶν ἀπὸ κάσσεος ἀρχῇ.
Ἢ ὀθλὴν κνησῇσι καταστείψαο χαλκήρῳ
Σιλφίς, ἀηὸν ὀλίζον ἀποβλύξεσι σπείῳ.
Πολλάκι δ' ἀυλῆες τραφερὴν ἀνὰ γάλακτος
Πηγυμένου κορέσσατο ῥεμβόμενοι ἐνὶ πέλλῃ.
Ἦν δέ τις ἀφρεσύνῃ ταύρου μέλαν αἷμα πιόντι,
Σπευσάντων φοβέοντι δαμαζομένοις καμάτοισιν,
Ἦμος πλατάνιστον, ἑρείσι κρυσταίνεται εἶαρ
Ῥεῖα, θρομβοῦται δὲ μέσῳ ἐνὶ πυκνὶ γαστρὶ.
Φθάσαντα δὲ πρὸς, τὸ μὴ ὀλίζεται ἔνδοθι πνεῦμα

Inſtixere, caro linet, virúſque putreſcit
Vipereum, atque cutis ſe tabo fœta reſoluit.

Si quiſquam infeſtos Medeæ Colchidis ignes
Incautus guſtarit ephemeron, ille repente
Vritur internis ſæua pruriginе labris.
Vt cui vel fici ſucco candente, vel acri
Vrtica, aut ſcillæ perfrictum vertice corpus,
Horrendum in tenera quæ tollit carne ruborem.
Hoc vbi ſuſceptum eſt, ſtomacho graue pondus in ipſo
Inſidet. is ruĕlat primùm, poſt vlcera diro
Contrahit ex vomitu, fœdúſque è gutture fertur,
Carnibus ablutis qualem coquus abiecit, humor:
Aluúſque impuras effundit ſordida fœces.
Sæpe ſalutiferam ſi tu circumſagiue virentis
Cæde comam, glandémque ſimul quæ perdet in illis.
Et lac in mulctram ſubducito, cochláque mande
Dum ſtomachum ſatiet, & pleno contine in ore.
Herbæ etiam ramos, cui dulcem à ſanguine nomen,
Vel modò radicem lacti incoxiſſe iuuabit.
Viteus & palmes tenera molleſcat in vnda,
Atque rubi horrentis pariter virgulta terantur.
Hirſutámque nucem quæ lato prouenit agris
Vbere, Caſtaneis exempto cortice nuda:
Et cape qui carnem ſiccus liber implicat imam.
Eximе et interno ferulæ de ventre medullam,
Quæ quondam furtiuo incanduit igne Promethei.
Et folia expedient nunquam morientia olentis
Serpylli, & quas fert baccas aſperrima myrtus.
Punica cum myrto quod geſtant mala putamen
Excoque, & infectum, decocto prolue ventrem,
Vt tandem auſtero vincas medicamine morbum.
Ne vero admotum labris fallare bibendo
Viſcoſum vlophonon, quod præfert ocima guſtu.
Mox tumor et ſummam grauis inflammatio linguam
Accendit, cordi vires animúſque recedunt.
Tum linguam rabido laceratam dente remordet,
Et ſtupet attonitus qui viſcum exhauſit, et ambo
In caco obſtructi conniuent ventre meatus
Potus atque cibi. flatus vbi carcere clauſi
Dant ſtrepitum, et circum ſpatiis voluuntur iniquis
Horriſono veluti cælum tonat omne fragore,
Aut celeres duris illiſæ rupibus vndæ
Clamorem attollunt inter caua ſaxa, fremúntque:
Sic miſerè afflictus vix tandem ducere preſſo
Ore poteſt animam, ac ſi quis medicata propinet
Pocula, mox ſordes ſimilis profunditur ouis,
Qualia concepit coitu gallina frequenti,
Et pugnans crebris contuſo corpore plagis
Abiecit, informe & crudum ſine tegmine ſemen.
Sed tantos pellent abſinthia cana dolores,
Et morbo expedient, muſto diluta recenti.
Et piceæ reſina vel Oriciæ terebinthi.
Danda, aut quæ triſti de pinu lachryma venit,
Marſya vbi a Phœbo nudatus pelle pependit.
Interitum cuius deplorans illa, gemitque,
Perpetuò, & mœſtis implet iuga ſola querelis.
Conuenit & poliŋ redolentem mandere florem,
Paruáque ferentis decerpere germina rutæ,
Et nardum, et teſtem fluuiali è caſtore caſum.
Laſeris aut radix obolum quæ pendeat vnum
Secta iuuat, modicúſque liquor qui fluxit ab illo.
Siccum etiam origanon hirci de nomine dictum,
Hauſtáque profuerit concreti copia lactis.

At ſi quis tauri nigrantem fortè cruorem
Sorbuit, afflictus ſeuo jacet ille dolore.
Namque cruor ſubiens penetralia corporis alta
Concreſcit, mediáque coit glaciatus in aluo.
Aëris arcta via eſt, preſſo quem gutture clauſum

Intus pulmo tenet. conuulsus at ille, frequenter
Concutitur saliens, et spumis oblitus ora.
Sed tu lacte graues ficorum colligе grossos,
Inque mero mergas acido, mox omnia lymphis
Confundes, mordax vt acetum temperet vnda.
Et vacua tumidum tendentia pondera ventrem.
Quinetiam capreæ, imbellisue coagula damæ,
Aut hœdi, aut agili leporis de corpore rapta
Liquida per tennis angusta foramina veli
Colanda: & facilem dabit hac tibi cura salutem.
Aut nitri dones obolorum pondera ternum
Læuis & intriti, gine miti dilue Baccho.
Laseris & iastam, succique fluentis ab illo
Libram adde, & crambes mädesum semen aceto.
Túque olidæ exatura stomachum radice conyzæ,
Cui piper, et duri sint germina mista rubeti.
Sic facilè incides glomeratum, in frusta, cruorem,
Atque aliè medio franges in viscere fixum.

Bupre-stis. *Sed neque te lateat si quis bupreslida terram*
Hauserit: epotam signa haud obscurà sequentur.
Illa quidem nitro simili mox ora colore
Inficit, ingratámque exhalat mansa mephitin:
Et stomachum, tumidúmq; exercent tormina ventrem.
Urina adstricta est, magno vesica dolore
Ingemit, & sanis ardoribus æstuat aluus.
Tum quasi tympanicus sordentem corporis hydrops
Obsidet vmbonem, & distenta cuticula totis
Contrahitur membris. fortes nunc illa iuuencos,
Nunc vitulos inflat, si quando pascua læta
Carpentes auido lacerarint ore latentem:
Vnde illam Graio bupreslida nomine dicunt.
Sed tamen auxilium feret is, qui nectare siccas
Miscuerit trimo, ficus dederitque bibendas:
Aut simul in pila tunsas qui macerat igne,
Egregium aduersus febres medicamen, & inde
Propinat pleno mellitum gutture potum:
Quique vbi lac pendenti expresserit vbere vaccæ,
Sæpe leuem haud dubitat palmæ coniungere fructum:
Achradis aut duræ, vel quæ pyra Bacchica multi
Myrteáque appellant Lenæo immergere dono.
Maternam ille etiam, puerì de more, papillam,
Vberáque, vt vitulus fugat distenta iuuencæ.
Qui petulans primùm vt cœpit prodire secundis,
Elicit è mammis quadrantem viribus vndam.
Pinguis et interdum tepefacti potus olivi
Prouocet ad vomitum, atque immissis ora lacessens,
Coge recusantem digitis, pennáque, recuruóque
Et modicè intorto fauces purgante papyro.

Lac cõcretum in grumos. *Sin lac in grumos grauida glomeratur in aluo,*
Præcludit que animam, & pectus suffocat anhelum:
At potum præbe, cuius pars acris acetì
Vna sit, & passi gemina: ventrémque repurga
Clystere, et Libycis deuectum laser ab oris
Intere, vel succum, diluáque combibe posca.
Sæpe etiam incidens lixiuia danda, thymique
Semine spica gráuis, sarmentósque racemus
Vitis opem tulerit, Bacchi madefactus in imbre.
Pota quoque interdum soluere coagula grumos,
Et viridis nepetæ stillantia germina mulsa,
Aut perfusa amni linguam mordentis aceti.

Dorycnion. *Nunc age contemplare dorycnion, aspice primùm*
Quàm color & gustu niueo sint proxima lacti.
Et mox singultus nascentes colla frequenter
Comprimere, insuetos, stomachúmque indigna ferentem
Sæpe cibos vomitu, respersos sanguine, sursum
Pellere, nunc infrà cœnosum effundere mucum:
Vt quem tenasmus, miserandáque tormina vexant,
Qui sæuo cruciatu, exhaustis viribus æger
Stratus humi jacet, atque arentia negligit ora

Αὐχένος ἐμπλαδέντος. ὁ δ' ἀπαδύεσκε μάλιστα,
Δηθάκις ἐν γαίῃ σπάρεις μεμορυγμένος ἀφρῷ.
Τῷ μὲν τ' ἢ ὀπύεντας ἀπηκριδίπεας ἐρινοὺς,
Οξει δ' ἐμπάσσειν, τὸ δ' ἀθρόον ὕδασι μίξαι
Συγκεράων νύμφας τ' ἠὲ ἔνυφον ποτὸν ὄξος.
Ἠὲ ἢ ἐκ φλοίοιο κατεχθέος ἕρματα ταρφὰ,
Καί τ' ἐν πυετίῳ ὀδόντας πολυωπεῖ κόλπῳ
Φύρσιμον ἠθήσασθαι τοτὲ θερκὸς, ἠύτε νιζεῖς,
Ἢ ἔειφ' ὁτὲ δ' αὖ σὺ ἢ εὐσκάρθμοιο λαγωὸς
Λίτυόμος, μαλέοντι φέρεις ἐυηγέϊ ἀφωλιὴ.
Ἠὲ νίτρῳ σήδην ὀδελῷ πόρε πεπλέον ἀχθος
Εὐτεβέος· κέρνα δ' ποτῷ ἐνὶ λευκεῖ βάκχῳ,
Εν ἢ σιλφιέσσης ὀπτὸς † μειείδα λίτρῳ,
Καὶ σπέρμαδος κραμβῆες δηὶς μεμορυγμένον ὄξει.
Ατμὶ δὲ ῥάδικα κακοφλοίοιο κονύζης,
Ἡ πίπερι, βλάξας † καταμόξαιο βάτοιο,
Καί κεν πιγυρώδοιο χόρτου δὰ ῥεῖα κεδάσσαις,
Ἠὲ δλαθρύψειας ἐὸ ἄγγεσιν ἐσκυδαν.
Μὴ μὲ ἐπαλγιώσῃσι πόπις βαφόεσσος ἐχθρὴς
Λήσειεν, σὺ δ' φῶτα δαμαζόμενον πεπυθοῖο.
Ἡ δ' ἤτοι λίτρῳ μὲ ἐπηχρώσσασα χαλινὰ
Εἴδετο ἐμβεχθεῖσα βυρύπνοος· ἀμφὶ δ' ἀγρὶς
Αλγεα δινεύοντα περὶ σομάτεσσιν ὄρωρεν.
Οὐρέα δ' τυφλοῦται, νεάτη δ' ὑπὸ κύστις ὀρεχθεῖ.
Πᾶσα δέ οἱ νηδὺς διαπίμπρηται. ὡς δ' ὑπὸ ὕδρωψ
Τυμπανίεις αἰὲν μέσον ἀφυσσητὸν ὀμφαλὸν ἴζῃ,
Ἀμφὶ δέ οἱ χρὼς τετάνυ φαιφαίνεται ἕρφος.
Ἡ καί που δαμάλεις, ἐείαστρας δηΐοτε μόσχοις
Πίμπρατ', ὁπ πότε θῆρα νομαζόμενοι δατέονται,
Τοιῶνδε πιὼ βάφοντιν ὀπικλείουσι νομῆες.
Τῷ ἢ ἐυκραδίνης πεπτυτῇ ἐν νέκταρι μίξαις,
Σύκων αὐανθείσαων δηὶς πίσῃ ὀμφηέσσῃ.
Ηέ τι ἢ σφύρῃ μηλίδιον πτηλασμένα κόλλας,
Εν πυρὶ τηξάμενος πυρετῶν δηκτήρια νέσων.
Καί κε μελιζώοιο νέον κορέσσαιο ποτοῖο
Ανέρα λαιμώσοντα, ποτὲ γλάγος εἰν ἑνὶ χύτλῳ,
Πολλάκι φοίνικος ψαφαρὸν καταμίσγει καρπόν.
Αλλοτε δ' αὖ μήλης δίων ἀχεράδος, ἢ ἀπὸ βάκχης,
Ἡ ἀπὸ μυρσίνης, ὁ τε μυρτίδας οἰνάδι βάλλων.
Ἡ ὅ γε ἢ θηλῆς ἅτε δὴ βρέφος ἐμπελάσσατο
Αρπηδὼν, μαστοῦ δ' ποτὸν μαχμῶν ἀμέλγοι·
Οἵητ' ἐξ ὑμάων νεδυῆς ὑπὸ κῶτα μόσχος
Βρέφος ἀνακρούσας χυτὸν μνωοειδέα θηλὴν.
Αλλοτε πηδῆς ποσσὶ χλιαρὸν κορέσσοις·
Ες δ' ἔμετον βιάσῃ, ἢ ἑ κατέοντα φρ' ἔμπης
Κειρὸ βιαζόμενος, ἢ ἢ πτερῷ, ἢ ἀπὸ βύβλου
Στρεπτὸν ἐπιγράψαιο κακῶν ἐρυπτῆρα φαρυγγος.
Ην δ' ἐπιθρομβωθῇ νεδυὴς γάλα τεύχει γαστρὸς,
Δὴ ποτε † δὲ † πνιγμὸς ἀθροιζομένοιο δαμάζῃ.
Τῷ δή τοι πεπαλὼς πόσιας πορε, μέσσα μὲ ὄξεις,
Δοιὰς ἢ γλυκέος, στεγανῷ δ' ὑποσύρεο πηδῷ.
Ηέ τι ἢ λιβόηδε ποτῷ ἐξκηΐθεο ῥίζας
Σιλφίου, δηὶ ὀπῖτες, τμήεις δ' ἐν βάμματι πήξας.
Πολλάκι ἢ θρύπτειραν ἐπεγκεράσσαιο κονίλῳ,
Ηὲ νέον βρυόεσσα θύμου τάχα. δηὶ ἀμμὶς
Βότρυς ἐυκτήμοιο μέγα. βρεχθέντος ἐν οἴνῃ.
Εν καί που ταμίσσιο ποτὸν διεκεύατο δρόμβους,
Καὶ χλοερὰ μίνθης ἀποφολλάσιες ἠὲ μελίσσης,
Ηὲ ἢ ἐν σύφοντι ποτῷ μεμορυγμένα ὄξεις.
Αλλ' ἄγε δὴ φραζεσθαι δορυκνίου, οἵ τε γάλακτι
Ωπτί τε βρῶσίς † ἀρὶ σομάτεσσιν ἔϊκε).
Τῷ δ' ἤδη λυγμοὶ μὲ ἀνθίστεντες ὀμαρτῇ
Αὐχέν' ἀνακρούοισιν· ὁ δ' ἀχθόμενος σῶμα γαστρὸς
Πολλάκι μὲ δαΐτῃσι ἀπρεύγεται αἱματόεσσαν,
Αλλοτε νηδύων δολερῷ μυξώδεα χυτὸν.
Τλιπερμῷ δ' ὡσεί † δυσέντερος ἀχθόμενος φὼς
Δὴ ποτε τιερὸν κμαίτοις κάρφοισι δέδυπται
Γῦα δαμεὶς, οὐ μὲ ποδὼν ἐρεὼν σῶμα βρίξαι.

Τε

Τῷ δ' οὐ πολλάκι μᾶλλον ἐπὶ γλάγος ποσὶ, φησὶ μὲν ἄλλο
Γύρια γλυκέων νεμέας ἀμολγότερον δεπέεσσι.
Καί τε καὶ ὀρνίθων φιαρῆς πυκὶ τικτομένη Ζαρξὶ,
Φωρήκων ἠμιόνων ἐυστρεφέων βρωτείη,
Ἠμιόνων καὶ χυλὸς ἀεὶς κυμβήσι ῥοφητός.
Ὅσσα τε πετρήεσσι μάλ' ῥοχθεῖσι θαλάσσης
Κύδαλα συκείοντας ἀεὶ ἁλίσσεται ἀγμοὺς,
Πρὸ τὰ μὲν ὠμὰ πάσαιτο, τὰ δ' ἑψητὰ, πολλάκι δ' ἁλῒ φὰς
Ἐν σκολιῇ, ῥόμβων δ' ὑπολύσιον, ἠὲ κάλυκος
Κηρατίδος, πίτνης δ' ἐν αὐτῇ τοὺς ἐχίνους
Δαῖτες ἐπαλθήσουσιν, ἰδὲ κτένες, οὐδὲ πελώρης
Δίνητοι, πάσῃ τε γεραιόμενα μύεσσι.
Μηδέ σε γ' ἐχθομένῃ λιθάδι πίσας, οὐ γὰρ ἀεὶ εἰς
Φαεινὸν, ἢ γαθμοῖσι ὑπὸ βαρὺ ὤπασε μοχθον,
Τιὼ ἵνα γυιθιῶ μᾶλ' ἐσαμώμιλλα μαθ' ἁρδῶ.
Ἤνυσε γὰρ σοφίῃσιν, ὅτε δ' ἀφέσσας ἐν ὑγρῷ μοῦνος
Ῥηΐδιος ἀκτῖνι βαρὺ καταιάπτεται αὐγῇ.
Ἀλλὰ σὺ πολλάκι μᾶλλον ἐπιδίνια ναέτα νάρδου
Ῥίζαν θυλακώσασθαι ὀπάζεο, τίλλε τε κιόσσου
Πρηόνος ἀβδάκεσσιν ἀρὶ πλημμυρίδα Κίρρα.
Ἀλλότε δ' σμυρνίον ἐὐτρεφὲς. ἀμφὶ δὲ αὐτῷ
Ἰρίδα λεπτύνει τε κάρη. τοτ' ἀπὸ γυῖα ἀφύσσῃ,
Οὔνεκ' ἐείδεται μάσσεται χροὸς ὑγρὸν, ἐν δ' ἔνδυ ὄφιος
Ἀργαλέῳ μεσάτοισιν ὀνήσιμον ἐπάλαυσε,
Δρύῒ βραχμένητος ἐνὶ δ' ὕδασι τὰ κορώνῃ,
Κίρσας ἐνίκεε νεύσειν ξυρῷ. ἐν δὲ νυ θαλ-φὰς
Ἠΐα κριθάων τεθηλὰ, φυλλάδα τ' ἰχμὴ.
Πολλάκι δ' σκύλακος κάρη, ὀφρὶ δ' ἄμυδις λάχνῃ
Πυγάνῳ, ἢ ὤκιμα βορῇ ἐπείνατο κάμπτῃ,
Βάμματι δ' ἐνδεύσασθαι, καὶ εὖ ὀφρικόρσια πλάσσαις.
Μὴ μὲν ὑοσκυάμῳ τις ἀϊδρείῃσι κορέσσαι
Νωθρὸν, οἷά τε πολλὰ πεφυσφλιγέες ἀπέρχονται.
Ἢ νέον ἀπείρητα καὶ ἀμφιτρόμοια κομαῶν,
Κοῦφοι ἀπειπόμενοι, ὁλοιοὶ δ' ἐρεθίζονα γυίων,
Ὀρθοποδεῖς βαίνοντες, ἀνὶς μογεροῖο πεδίλοις.
Ἀλλοσυῶν ῥύγκωσι κακὰν θηεῦνται ὀρόμενοι.
Οἷά τιν' βρωθῆσας ὑπὸ γναθμοῖσιν ὀδόντας
Φάσσοντες, τότε κινθμὸς ἐνιδνία δάμνατο νῦλαξ.
Τῷ δ' ὅτε μὲν καταρὸν γλάγος ποσὶν πλίδα πάγῃ,
Ἄλλοτε βυκέρως στηρὸν, ὄρρα κεφαλὰς
Εὐκαμπὴς πεπάλοιτο ὑπνηλίοιο αἴξῃ,
Ἀτμῷ ἰφι μεγ' ὀνάρ ὅτ' ἐμπλώσαντ' ἄωτο.
Ἠὲ σύ γ' ἀναλδὲς κυδὸς στέρνῳ, φησὶ δ' αὐτῷ
Νείμασ' ἀμόβροτον ἀδὲν ἀὰ φύλλα τ' ἀμελίξας,
Κίχεσα καρδαμίδας τε, καὶ ὧν παρσεῖον ἔπεσσιν.
Ἐν δέ τε νάπαισιν, ῥαφανὸν δ' ἅμα, ἐν δέ τε λεπὰς
Ἀμμιγα κρομμύων γαδυλλίδας ἤρκεσε δ' αὐτῷ
Εὐαγλὲς κώδεια νέον σκορόδοιο πεδεῖσαι.
Καὶ σὺ δ' μήκωνος κεβλημένῃ ὀπτῆτι δάκρυ
Πίνωσιν πεπύδιστο κεδυπνέας· ἀμφὶ δ' ἀκρεῖν
Γυῖα κατα-ψυχεῖσ' τὰ δ' ὦκα ἀναπίτνατο ὕπνῳ·
Ἀλλ' αὖτος βλεφάρεσσιν ἀκινήτοισι δέδηεν.
Ἀμφὶ δ' ὀδμὴς καμάτῳ ἀρίλειβετο ἰδρὼς
Ἀθρόος, ὠχραίνῃ δ' ἕδος, πίμπρησι δ' χείλη,
Διερὰ δ' ἐπιχαλάσσι γλῶσσα. ὀὺ δέ τε παῦρον
Ἀυχένος ἢ κώμων ψυχρὸν διαΐσσεται ἄσθμα·
Πολλάκι δ' ἐς πελιδνὸς ὄνυξ μόρσιμος, ἠὲ μυκτὴρ
Σπείλλος ἀπαγγέλλῃ· ὅτε δ' αὖ κοιλωπὲς ἀυγαῖς,
Ἄστε σύμμιν δέδιδε, μέλοιο δ' πάμπαν ἀρωῆς,
Οὐδὲ δὲ ἢ γλυκόεντι πεπῷ κεκαπνότα πιπτλαῖ
Τηθαλέῳ· αὐτὰρ δ' ἔργα διαθρύπτοιο μελίσσης
Ἀμμίγα πιπτύων ὑμεναίδες· αἶψ' ἀπὸ μόσσου
Σκλωνες ἐξεχύοντο δεδυπότος ὀνειρείοιο.
Ἔνθα δ' ἢ κοίλοιο κατ' ὄρυος ὀκτάσαντο
Πρῶτον πὰ θαλάμους σωϊζομένῃσ' ἀμφὶ ἢ ἔργων
Μνησάμεναι Δηοῦς πολυωπίας ὤπασαν ὄμπνας
Βοσκόμεναι δύμα ποσὶ ἢ ἀυθεμόεσσαν ἐρείκην.
Δὶ πότε δ' ἢ ῥοδέοιο νέον δύσαν εὐτε χλίνῃ
Ὀ χλίζων κυνόδοντα, τοτ' ἠμύσιον χαλινοῖς

Colluere. at contrà potiùs maxima lactis,
Et tepidi si quis miscebit pocula, passi.
Quinetiam elixi flaminis cùro candida galli
Profuerit, quæ arnios robustáque pectora vestit;
Nec minus expressum iunat absorbere liquorem,
Et quotquot petræ inter scopulósque sonantes,
Algosa & circum pascuntur littora pisces.
Hos crudos, vel si prunis libet indere, tostos
Mande: sed in primis prosunt conchylia, mures,
Et carabi, & pinna dabit et rubicundus echinus
Auxilium, & pecten. nec post ponenda medelis
Buccina, & in musco quæ degunt ostrea vili. Phari-
cum.
Nec verò pharici potus (tam certa videntur
Signa) latere potest. quod sensu torquet acerbo
Maxillas, nullóque sapit discrimine nardum.
Perturbat mentem, tremebundáque membra resolvit,
Et patitur miseros lucem non amplius vnam
Viuere: sed iusto radicem pondere nardi
Thylacitis præbe, Cilicum quæ montibus altis
Crescit, vbi vndosi labuntur flumina Cestri.
Smyrnion terito interdum, simul irida sumas,
Lirineúmque caput, dea quod Cythere a perosa,
De forma quoniam secum contendere vellet,
Illius in medijs probro cessura perenni
Impressit foliis pudibunda rudentis asselli.
Sæpe caput rade, & demptam quam feruida gestat
Ruta comam, viridésque solent erodere campæ,
Excisam cultro summa ab radice, leuémque
Hordea quam primùm fuderunt trita farinam
Perfundas posca: geminis & line tempora circum.
Nullus hyoscyamo malè prudens expleat alnum, Hyos-
cya-
mus.
Vt faciunt queis cæca animum dementia versat:
Aut pueri quando languo vertice prima
Decidit, & pedibus possunt incedere rectis
Repere iam obliti, nec adhuc nutricis egentes,
Flore malo insignes qui gaudent mandere ramos.
Vt modò cùm primos cœperunt edere dentes,
Pruritúque tumens illis gingiua doleret.
At noxam exhausti curabit copia lactis,
Aut vescæ siliquæ, solitæ proferre recurnos
Sub leuibus foliis, referentes cornua, fructus;
Vi magna expresso si perfundatur oliuo.
Crudam etiam vrticam vel semina sicca comesse,
Compressum & labijs foliorum exugere succum
Conuenit, intybáque & nasturcia, perseáque arbos,
Et napy, et raphanus, tenuisque cacumina porri,
Et caput auxilio est, quod iunctis ordine granis
Allia compactum gestant, potúque medetur.
Fœcundis lachrymam quicumque papaueris hausit, Papa-
uer.
Hunc sopor altus habet, glaciali frigore summi
Torpescunt artus, nec lumina cæca recludit,
Commissis sed vincta genis immota tenentur.
Vndique permulto corpus sudore graníque
Exstillat, pallet facies, sunt feruida labra:
Vincula malarum soluuntur: anhelitus imè
Exiguum frigénsque simul spiratur ab ore.
Sæpe etiam obtorta nares vel liuidus vnguis,
Aut oculis sunt certa cani præsagia mortis.
Tu ne cede metu, sed cura accingere morbi;
Dulcia propinans, & feruida vina trahenti
Vix animam, nonnunquã et Hymettia mella remiscẽs
Ex apium deprompta fauis, quarum agmina densis
Insyluis tauri liquefacto corpore nata,
Confertim sedes antiquo in robore quercus
Condita legêre, atque operam nauantia melli,
Pasta thymum pedibus, florémque virentis erices.
Multifidos partus Cereri atque opsonia præbent:
Velleráque interdum redolenti imbuta rosatõ
Instilles clauso, reseratis dentibus, ori,

Aut satura irino fauces mittantur in imas:
Vel solo interdum torta à quod fluxit oliua.
Hinc atque hinc faciem palmis, clamoribus aures
Tundito, dum excicas, & torpens concute corpus,
Funestam vt fatis instantibus ille veternum
Excutiat, sumptóque vomat medicamine virus.
Tum molli madidas oleo vinóque lacernas
Induat, & posta frigentia membra calescant.
Nunc tepidum affundens egrum demergito corpus
In solium, calidisque lauetur & innatet vndis:
Sic densata cutis rubidúsque liquabitur humor.

Lepus matinus.

Disce venenatos leporis cognoscere potus
Pestiferi, medys peperit quem fluctibus aquor:
Viroso squamas & purgamenta marini
Piscis olet, piscémque sapit qui putridus, & quem
Non per purgatum squama infecere relicta.
Ille quidem sordens tennes lolliginis inter
Defertur pendétque comas, quasi natus ab illa,
Aut quæ piscantis vi penè oppressa adhisque
Diffugiens atro perturbat sepia fluctus.
His color ictericus, viridi nigróque remistis,
Corpore fit toto, carnes tabescere sensim
Incipiunt, odere cibos, cutis alta tumore
Tollitur, instantúrque pedes, mox vndique malas,
Ceu flos exoriens, tumidas rubor occupat ambas.
Vrinæ exiguum vesica excernit, & illa
Vel modo purpurea est, vel sanguine tincta rubescit.
Omnem auersatur piscem, visoque repente
Nauseat, atque dapes quas mittit pontus, abhorret.
His contrà hellebori misceto pocula nigri,
Aut quâ pressa recens lachrymam scammonia fundit,
Piscis vt obscœni pellatur corpore virus.
Aut asini interdum multram bibat ipse, vel olla
Incocta absumat viscosa vimina malua:
Concret ámque picem quæ cedri caudice manat,
Vel modo granati fructus Cretensis abundè
Mandat & œnopes, tum quæ pronenea vocantur,
Quaque ferax Ægina tulit, tum cuncta rubentes
Ac duros acinos tenui qua cortice condunt.
Nunc verò in quantum coniecta premantur edulis
Vua, velut pralis vdæ stringuntur olivæ.

Hirudo.

Si quis quam multum stiens è flumine, vultu
Ceu taurus prono liquidas potauerit vndas,
Seponens manibus sordes, algámque natantem,
Illius in fauces accedens impete magno,
Longa fame crepitans, quæ sanguine gaudet hirudo
In labra cum potu, pòst vens rem fertur in altum.
Siue sub obscura cùm lumina nocte teguntur,
Ora, leuare sitim cupiens, malè prouidus vrna
Admorit, fluitans tunc summa vermis in vnda
Irruit, & fauces subiens innadit apertas:
Quóque illum varie iactatum cursus aquai
Pertulit, hic hærétque & combibit ore cruorem:
Nunc tenet obsessos anima vocisque canales
Aër angustum quà præterlabitur isthmum:
Nunc verò medy circunsedet oscula ventris,
Atque hominem excrucians ingesta cibaria pascit.
Hanc autem vrentis qui pocula miscet aceti,
Quique niuem adiungit, Borea, vel frigore duro
Adstrictam præbet glaciem, decedere cogit.
Aut salsam terræ perfossam vomere glebam
Accipias, largóque bibas humore madentem.
Mox etiam pelago ex ipso salis vnda petatur
Solibus autumni vel multis fervida flammis.
Effossique sales pariter, vel mista inuabit
Spuma salis, fundo demersam quam legit imo
Confriden vndis salsamentarius vndas.

Fugus.

Nemala te vexent terræ fermenta, caueto.
Illis sæpe tumens præcordia, collúque duro

Ἐρθλίοις, μᾶλλον δ' βαδὺν κεκορεσμένος ἧτορ κοτε,
Ἠὲ χ' ἱερὶς· πυτὶ δ' αὖ μορέοντος ἅλμης.
Ἄ ἴψα δ' τὸν δι' ἐκατηβόλα διὰ βέλεα ἔγρεο πλήσσων,
Ἄλλοτε δι' ἐμβολίων· ὅτε δ' κνώσσοντα μαλάσσων,
Οὖρεα καπνολόων ὅλον διὰ κῶμα κεδάσσῃ.
Τῦμος δ' ἀέρυγεν δηξόμενος κακὸν ἄλγος.
Σπεῖρα δι' ἐοῖ χλοερῷ λίπεϊ, πρὸ δ' ὀκτάπεσ βάπτων
Τείσε, χ' ὑπερμαρὲς πότῳ ἐψυγμένα γυῖα.
Ἄλλοτε δι' ἐν δ' ἐείσῃ κεράων ἐμβάπτεο σάρκα.
Ἄ ἴψα δ' τὴν δαλέουσιν ἐπαυσάμενος λοετρῆς,
Αἶμ' αὐλομύδμος, τιτανόν τ' ἐπιλήκοτα ῥινόν.
Εἰδείης δ' λαχνόν κακοφορέες πόσιν ἔμπης
Οὐλομύλιν, τὸν κῆμα πελυσσεται τέκεν ἅλμης·
Τοῦ δ' ἐντὸς λεπίδων μὲν, ἰδὲ πλύματος πέλει δμή,
Ἰεὺθμὸς δ' ἰχθύος ἐπιδρὺς ἀτε σαπρωθέντων,
Ἠὲ χ' ἁπλώτων, ὁπόταν λεπὶς αὐξίδα χαίνῃ,
Ὅς δ' ἐντὸς ἰητῆς μὲν ἐὼν ὀκλίζεσιν ἀρωγὰς
Τευθίδος ἐμπέρεται νεδυὴς χόνος. ἠ ἄτε τεύθου,
Ἠ ἄτε σηπάδος φυξήλιδος· ἠ τε μελαίνης.
Οἷσ μακρὸν δολόεντα μαθὼν ἀγρώσσεσ ὁρμιὴν.
Τῶν ἤτοι ζοφόεις μὲν ὑπ' ὀχλέος ἔδρακε γυίοις
Ἰκτερίης, ζάρκες δ' ἀφισολάδεω μινύθουσι
Τηκόμεναι. τὰ δ' ὄρπια κατέσυμβ· ἀμφοτέρωθι δ' ἀνὸς
Ἀκρον ἐποιδάνων σευρὴ πίμπρησι τάμ. ἀμφὶ δ' μύλαις
Ἄνθεα τε ξηρύεντα κυκλοτέρωντος ἐρίζῃ.
Δὴ γὰρ ἐφωμαρτοῦν ὀλιζοστέρη κρίσις οὖρων,
Ἄλλοτε πορφυρίη, τοτ' ὀπτιλίον αἱμάσσουσα.
Πᾶς δ' περὶ δ' ἐσκίδνη φανεὶς ἐχθαίρεται ἔλλοψ.
Ἀὐτὰρ ὁ ναυσιόης· ἀμίλυ ἐμυδάξατο δάπτα.
Τῶν μὲν, φοιτήσασ' ἀμὶς πόσιν ἐλλεβόροιο
Νείμεσις, τοτὲ δ' ἀκρον νεοδαλτρίο κήμωνος,
Ὅ φεα ποτὸν νέποδες τε κακοῦ ἐκπρύμνατα χεύῃ·
Ἄλλοτε βρωμώντος ἀμελγόμενος γάλα πίνοι.
Ἠὲ χύτρῳ πίξας καλάκης βυτίνοντας ἐφύμους.
Καὶ τότε κεδ εἰσὶς πολὺν βαρὸς ἐμμορε πόσις.
Βρύκοι δ' ἀμοτε καρτὸν ἀλὶς φοινώδεα σίδης
Κρησίδος, οἰνωπῆς τε, χ' ὑπὸ πεσεμβρέον ἔπεσι,
Σωὸν ὃ κ' αἰγιάπιν, ὅσσα τὰ σκληρὰ κάρφα,
Φοίνιξ ἀρκεχάνη διαφερέστοισι καλύπτρη.
Ἄλλοτε δι' οἰνοδρῶτα βορὶὼ ἐν κυρτὶ δι θλίψαις,
Ὥ ἅπερ νοσφεύσιον ὑπὸ πεπῖρον ἧ αἴλω.

Ἦν ὅ τις ἀυδήσῃ πεπασμένος ἀυχένα δίψῃ,
Ἐκ ποταμοῦ ταυρηδὸν ὀπιπεύοντων ποτὸν ἴσχε,
Λεπτὰ διαστείλας παλάμῃ μιηώδεα θρῖα,
Τοῦ μὲν τε ἰσοζηδὲς φιλαίματος ἐμπλάσσαι
Ῥύμη, ἅλις πεσόντι ποτοῦ μὴ χείλεϊ βρώμενος
Βδέλλα· παραὶ λαπάρη τε χ' ἱμείρουσα φόνοιο.
Ἢ ὃ δ' ὑπὸ ζοφόεις νυκτὸς κεχαλυμμένος ἀυχὰς
Ἀφραδέος κρωσσοῖο κατακλίνας πετὸν ἴσχῃ,
Χείλεσι πρὸς χείλη πίσας, τὸ δ' λαμὸν ἀμείψῃ
Κωδαλον ἀκροτάτιστον ὑπὸ πλῶον ὑδάτεσσι,
Τὰς μὲν, ἵνα πωμήσιον ὀχλιζομένας ῥόος ὦσῃ,
Ἀθρέσα πρὸς ῥύσιν τε ἀμελγόμενας χρὸς αἷμα.
Ἄλλοτε μὲν τε πύλαιον ἐρύμεναι, ἐνδάπτε πνεῦμα
Λίην ἀθρισζόμενον, στενοῦ διανίσσεται ἰσθμοῦ.
Ἄλλοτε δ' τομίοισι πέλεξ ὑπεκίνυσε χαρὸς,
Ἀνέσα πημαίνουσα, νέλιον δ' ὑπενείματο δάπτα.
Καὶ σὺ τότ' ἐν δεπάεσσι κεραιόμορον ποτὸν ὄφεις
Νείμεσις, ποτὲ δάπτα σωὴρέα χροϊόωσαν,
Πολλάκι κρυεράλγοιο νέφ βορέησι παφύσσ.
Ἠὲ σὺ γυράσιον κεδαλμέα βόλακα γαίης
Ναυομύλιν. θαλερὴν δ' πόσιν μυρίκεα τεύξας,
Ἠ' ἀυτὶν ὅλα Σάπτε, τότ' ἐκλύσει δυμάζων.
Εἴθαρ ὑπωπεύσῃσι, τότ' λιγέσιν ἐν πυρὶ θάλψας.
Πολλάκι δ' ἢ δι' ἅπτον ὁμιλαδὸν, ἢ ἀγρὸς ἀγρὸν
Ἐμπίσας, πλὴν αἶψ' ἀὖθι ἀνὴρ ἀνοπαῖος ἀγείρῃ
Νηΐδ' ὑφιστομόλου, ἐπεὶ δ' ὕδατος ὕδατα μίξῃ.
Μὴ μὲν δὴ ζύμωσα κακὸν χθονὸς αὖθι κεδάσσῃ,
Πολλάκι μὲν τέρσησιν αὐανέων, μήτε δ' ἄλγεα

Ἐυτ' ὀπὶ φωλεύοντα πραπὶ βαθὺν ὁλκὸν ἐχίδνης
Γᾶν ἀποπνείων· σομέων δ' ἀπὸ φῶλον ἄδυμα
Κείνο τετὸν ζυμώσιμα, τὸ δὲ ῥ' ὑδρόεσσι μύκηται
Παμπήδην. ἀλλὰ γὰρ ἐπ' οὔνομα κέκριται ἀνδρῶν.
Ἀλλά σύ γ' ἢ ῥαφάνοιο πόρεις σπερμοῦδέα κόρσην,
Ἠ ῥητῖνι κλύδοντα σὺν ἀσταφίδι κολύσας,
Πολλάκις ἢ χαλκοῖο πάλαι μεμορυγμένον ἀνδρὸς.
Ἄλλοτε κληματόεσσαν ἐν ὄξει βύσσεο τέτρλου.
Δὲ τοτὲ μίζεια τεύξεις πυρέτιδι βαιμιπ ῥαίων,
Ἢ λίτρῳ, ποτὲ σύλλον ἐνηδρύοντα σεσαῶτι
Καρδαμίδος, μηδόντε, καὶ ἐμπεπερωμένα σινήπι·
Σιὼ δ' ἢ σίνηπλιν φλογὶ τέφρα τε φρύσσειν,
Ἢ πάτον φρυδοῦ κατοικάδος, ἐν δ' βαρείαν
Χεῖρα κατειμαπίων ἐρύκοις λοιβίτορα κῆρα.

Ην δὲ λιπορρίνοιο ποτὸν δυσαλυκτον ἰοῦσι
Φαρμακίδος σαύρης πελυκώδεος, ἰῷ σαλαμανδρίῃ
Κλήιουσι, τῷ οὐδὲ πυρὸς λοιβίτορος λιγυὺς
Ἀῆμα μὴ ἐπτήκῃσι γλώσσης βάδυς· ἀλλ δ' ἐπὶ μάλιστα
Δαίεται, ἐμβαρύνων δ' κακὸς τέρμος ἄφαρ λύει.
Οἱ δ' φείσαλέοντες, ἅτε βρέφος ἑρπύζοισι,
Τετράποδες· γοεραὶ δὲ ἀπὸ φρένες ἀμβλυώσσουσι.
Σάρκα δ' ὀπιζοχόωσιν ἀολλέες ἄκρα πελιδναὶ
Σμώδιγγες σάλοισι κεδαιομένης κακότητος.
Τῷ δ' σὺ πολλάκι μὲν πτύκτης ὑπὸ δάκρυα μόρξας,
Τυθρηνὶς αἰαμάζῃ πόρεις ἐν πόσιν ἕρπειν·
Ἢ χαμαιπίτυος βλασήμονος ἀμμιγα κόννις
Φύλλα καθεψήσειας, ὅσους ἐψήσατο πύκνα.
Ἄλλοτε δ' πτερόεντος κνίδης μυλοερρεῖ μίσγων,
Τερσαίνοις ἑρόβοιο παλαίματι, καὶ ποτὲ κνίδῃ
Ἐψαλέῃ κρίμνοισι παλαιὸν ἄνθος ψαφαρὸν σὺν,
Ἐγλίπτῃ χεάνοιο, βορῆς δ' αἰεὶ ποτὰ κορέσκοις.
Ναὶ μὴν ῥητίνη τε καὶ ἱερὰ ἕρπυλλος μελίσσης,
Ῥίζά τε χελιδονέοιο, καὶ ὠὰ θηλέος χελώνης.
Ἀλθαίης καὶ ῥίζαι συὸς ψηδόεντος ἀγαθαὶ,
Ἀμμίγδην δῖον καθεψήσειας χελώνης
Γύρις, ἢ τε χαλῶσι διαπλώει πέρυγεσσιν.
Ἄλλοτε δ' οὐρείης κιστοπυόμεα, ἰῷ τ' ἀκάκητα
Ἀνθήσειας ἔθηκεν, ἀναύδητόν τε βοῦσιν
Ερμείης. Ζαρκὸς γὰρ ἀποσμύσσοισι χέλειον
Αἴολον· ἀγκώνας δ' δῶ παρετείνατο πέζαις.
Κάστι σύ γ' ἢ γερμίων λαιδρεὶς δαμάσειο τοκῆας,
Ἀμμιγα δ' ῥίζας ἢ μυγγίδας. ἐν δ' ἐπαρκὲς
Θάλπε βδηλὸν χύτρῳ σκαμμώνιον· οἷσι κορίσκοις
Ἀνέρα καὶ θανάτοιο πύλας βεβαῶτα, ζαώσεις.

Ην γε μὴν ὲκ φρυμίου θερεσμόνα ποτὸν ἔσχῃς,
Ἠί τι καὶ κωφοῖο λαχειδέος, ὅς τ' ἐὶ θάμνοις
Ἴσαει σεσταφύλοισι μαρύεται καὶ χαμαὶ νέμεσθαι,
Τῶν ἤτοι θερέσεις μὲν ἄγει χλόον ἠύτε θάλλου.
Τῷ δ' πίμπρησιν. τὸ δ', σώματος ἄθρεον ἄθλια
Δύσπνοον ἐκφέρεται, παρὰ χείλεσι δ' ἐχθρὸν ὀδόντες
Ἀλλὰ σὺ τῷ, βατεράχοιο καθεψέος, ἢ καὶ ὀπώρῃ
Σάρκα πόρεις. ὀτὲ πίσσαι ἐν ἄσκει μιγάδος ὕπνῳ,
Καὶτε σπλὴν ὁλοοῖο κακὸν βαρὸς ἤρκεσε φρωνὸς,
Λιμναίης φρωνὸς πελυκηέος, ἢ τ' ὀπὶ φύκει
Πρῶτον ἀπαγγέλλουσι βοᾶς θυμαρέα μῆαρ.
Αὐτὰρ ὁ γ' ἀβδόγγης τε καὶ ἐν δονάκεσσι θαμίζων,
Πολλάκι μὲν πύξοιο χλόον κατερεύατο γύροις·
Ἄλλοτε δ' ὑγραίνει χολόεν σῶμα, κἀποτε λυγμοὶ
Ἀνέρα καρδιόωντα θαμὰ στέρεσι κλονέουσι.
Δίψῳ δ' κατιμαίζων ἄγονον ἀπόρον ἐνὶ ποτῷ φωτὸς,
Πολλάκις θολερήν σκεδάων γύροισι τολύσσει.
Ναὶ μὴν τοῖς ὅτε νέκταρ ἀθυσσέτον ἐν δ' ἀπάτῃσι
Χεύῃς, εἰς ἔμετον δ' καὶ οὐ χατέοντα πελάζοις.
Ἢ πόθου φλογὶ θαλφθεὶς κύτος αἶψα ἐνδεχθῇ
Λύσει θερμάσσω· χέαι δ' ἀπὸ πήχυιον ἰδρῶ.
Καί τε καὶ αὖ ἔηρῶν δονάκων ἀπὸ ῥίζα κόψας,
Οἴνῳ ἐπιγκεράσσω τὰ δὴ ῥ' ἐπιτήσορε λίμνη
Οἶκεν. τὸ δὲ λεπτὰ δ' ἐν ποσὶν ἕρπετὰ νήχει,
Ἢ φιλοζώοιο κυπείροιδες ἢ κυπείρου.

Vt laqueo arctantur, latebris si proxima crescunt
Vipereis, tetrum quibus exit virus, & ipsum
Concipiunt caeco qui mittitur halitus antro.
Quisque vocat fungos, sed plurima nomina passim.
Tu contrà raphani sinnosum corpus, et acris
Concede excisum rutae de cespite ramum,
Chalcanthúmque vetus, natum sutoris in vsus.
Vel modo clematidis cinerem miscebis aceto,
Nunc verò in poscam nitrum, tritámque pyrethri
Radicem infundes, vel quae nascuntur in hortis
Cardamáque & Medum malum, exurénsque sinapi.
In cinerem pariter vini conuertere fecem
Gallinaeque sinum ne spreueris, inque profundum
Guttur, vt euites fatum, demittere dextram.
Sin quis viscosi tristisque venena lacerti
Mortifera ebiberis, vero Salamandra vocatur
Nomine, damnosus quam non violauerit ignis,
Extemplo ardentem vexant incendia linguam:
Torpescunt, proprióque trementia pondere membra
Soluuntur, non firmi errant, pedibúsque quaternis
Vt pueris incedunt: nam mens obtusa vacillat.
Plurima pérque cutem vibex linescii in orbem,
Et saniem extillat, multum tardante veneno.
Huic verò lachryma celsa medicabere pinus,
Silento cupias fusam componere melli.
Necnon cum piceae terrestris germine, pini
Incoque maturum qui pendet in arbore conum.
Atque mola decussa erui miscere farinae
Expedit, et siccare vrticae semen, & ipsam
Vrticam tenui conspersam polline, coctam
Ex oleo edisse, inuitóque obtrudere ventri.
Quin resina tenax et apis foetura sacratae
Radix galbanea, & tenerum testudinis ouum,
Distentaeque suum multa pinguedine carnes
Cum curuae auxilio veniunt testudine coctae
Quae pelagi fluctus velocibus innatat alis.
Aut montana etiam, cytiso quae vescitur, & quam
Reddidit è muta modulanti voce canoram
Mercurius, picto insontis qui cortice carnem
Exemit, geminúmque ancona intendit in oris.
Dede nec turpes ranas, stirpémque remisce
Spinosae erynges, simul & scammonia iusto
Pondere ferneseat, saturúmque à morte reduces
Hoc potu, inferni subeuntem limina Ditis.
Pocula si quisquam aestiuis medicata rubetis
Ebibit, aut ranis, quae mutae hirtaeque coharent
Vere nouo arbustis, ruraméque aëra sugunt,
Illa quidem thapso similem per membra virorem
Molémque ingenerant, confertáque pectore arthela
Ducitur aegrè anima, et foetor grauis insidet ori.
Praesidio tamen est ranarum torrida flammis
Aut elixa caro, vel pix infusa falerno.
Splen quoque lethifera pondus crudele rubetae
Profuit, in stagnis glauca quae degit in vlua,
Garrulaque optati praedicit tempora veris.
Muta autem & longa latitans sub arundine, buxi
Diffundit viridem per anguida membra colorem.
Os quoque ibile madet. morsus aliquando molesti
Corda premunt, crebris singultibus ilia saltant.
Inuiti stillant, tam vir quam foemina, multo
Semine, nec superest sobolis spes vlla futurae.
Sed tu funde merum pateris, testáque reposta
Promito, et ad vomitum cogas, si forte recuset.
Illum et iam in labro quod subdita flamma fouebit,
Calfacias, fusóque cutis sudore madescat.
Quin & arundineam siccam casamque lyaeo
Radicem misce illarum, quae plurima stagnis
Crescit, vbi immundas gaudent innare per vndas:
Vel quam iuncus habet grati quadratus odoris.

Assiduo, vacuum potúsque cibique, labore
Exerce, tumidúmque resicca & digere corpus.
Argēti spuma. *Argenti si te crudelis spuma lacessit,*
Prospice, tunc aluus grauis est, flatúsque rotati
Voluuntur, medióque cient vmbone tumultus.
Ileon infestare putes, qui caca volutans
Murmura distorquet saeuis cruciatibus aegros.
Sistitur vrinae cursus, tumor vndique corpus
Occupat: & vultum species plumbi aemula foedat.
Ast obelos myrrhae binos largire Sabaea,
Poculáque hormini, aut crescens hypericon in altis
Montibus, hyssopi vel germina cede Cilissa.
Saepe etiam agrestem ficum, Isthmiacúmque selini
Semen, quod merso Melicertae funus agentes
Sisyphidae puero, victori praemia donant:
Rugosúmque piper simul intere, cúmque liquore
Leneo exhauri, & tristem medicabere morbum.
Germináque interdum florentis parua ligustri,
Puniceique nouos granati collige fructus.
Parce venenata taxo qua surgit in OEta
Abietibus simílis, lethóque absumit acerbo,
Ni praeter morem pleno cratere meraca
Fundere vina pares, cùm primùm sentiet aeger
Arctari obstructas fauces animaque canalem.
Ille ego Nicander qui libro multa notaui
Descripsique meo infesti medicamina fungi,
Praeterea moneo ramos quos inuida Pallas
Odit, Iunoni nec concessere coronam,
Sed venerem, cum essent formae certamina dinis,
Victricem ornarunt frondosa in collibus Ida,
Atráque stagnoso decerpere semina saltu,
Cocta atque hyberno matureseentia sole,
Egregium auxilium cochlearis intrita, lenique
Linteolo, aut cirno transmittere vimine succum,
Et pleno expressum cyatho praebere bibendum:
Aut multis, si plus cupias prodesse, saporis
Nil habet ingrati, & certam hinc sperare salutem.

Iam te Nicandri memorem precor esse Poëta,
Atque Iouem iura hospitibus reuerebere dantem.

Ἀντὸν τ' ἰωχέαιρα τεΐοις παλάμῃσιν ἐδωδὴν
Καὶ πίσεος ξηραίνε, καταυσταλέον δὲ χρῶτα.
Ἐχθρὸν γὰρ σε μὴ πλιθάργυρος ἀργιόεσσα
Λήσειν· τότε γαστρὶ πίσῃ βαρὺς ἀμφὶ δ' ἕκαστον
Πνεύματ' ἀκιδνωθέντα κῦ ἐμφάλιον βρέμεται.
Οἷά φε εἰλίγγιος δυσκλύστης, ὅστε δαμάζει
Ἀνδρας ἀπροσφώτοισιν ἐνιπλήκτοις ὀδύνῃσιν.
Οὐ μὴν τ' γ' οὖρον ἀνύτει ῥύσιν· ἀμφὶ δ' ὑγρὰ
Πίμπρησι αὐτὰρ τε μολιβδήεν εἴδωλον χροιῆς.
Τῷ δ' ὁτὲ μὲν σμύρνης ὀδελοὺ περὶ δίπλοον ἄχθος,
Ἀλλοτὲ δ' ὁρμίνου νέῖον χόσον, ἄλλοτε κόψας
Οὐρείῃσι θάμνοις. ὃ δ' ὑπαὶ τε ἑρσήμενος.
Πολλάκι δ' ἀγρώσσοντα κεραΐῃσι σπερμάδος τε σελίνου
Γ' σθμιον. ᾧ δ' ὑποκεύσει ἀλίβαπτον Μῆκιρτέῃ
Σισυφίδαι κτείσαντες ἐπιξήνοις αἰθλοις.
Γ' ἐ σύγ' ἐν πίσῃσι μισιμῳ ἐνωμίαια κόψας,
Οἴνῳ δ' ἐντείψαιο· καὶ ἧς δ' ἀσφύκτου νέσου.
Κύκεῳ τε βλαστοὶ νεαιρέα πολλάκι σίδης,
Πρωτόγονον κυτίνοιο πέρσις αὐθήμονα καρπὸν.
Μὴ μὲν δὴ σμίλαξ σὺ κακὴν ἢ ἀπήδα μαρψαις
Οἰτύλῳ, θανάτοιο πελυκλαύτοιο δοτείραν.
Ἢ ἤ τι καὶ ἐμπλείοσι χαλικρότερη πόσις οἴνης
Οἴη ἐπαλθήσειε παρὲξ χέος, ἰῶκα φωτὸς
Γ' σθμια καὶ φάρυγος στενὰ ἐμφράσσεται εἶμεν.
Καὶ τὰ μὲν ὧν Νίκανδρος ἐὴ ἐγκάτθετο βίβλῳ
Μοχθήσαντα μύκητα παρ' ἀνέρι φαρμακόεντα.
Πεῖσι δ' ἢ τοι δίκτυνα τιαὶ ἐχθήσατο κλῶνας,
Ἥρης τ' ἰμερόεσσης μοιώσης τέφος οὐχ ὑπόδικτο,
Κάλλεος οὕνεκα κύπρις ὅτ' εἰς ἔριν ἠρίθησαν
Ἀθάνατα, κόσμησιν ἐν ἰδαίοισιν ὄρεσσι.
Τῆς σύ γ' ἀπ' ὐούδεσιο κάπης ἐυδμῆς ὄγειαρ
Καρτὸν περφυέντα σαώδεα χειμερίησιν
Ἡ ἠῶι θαλφθέντα βολῆς δολίοιο λελύσας
Χυλὸν ἐπὶ λεπῆς ὀδόνης, ἢ ὀρίνδι κύρτῃ
Ἐκθλίψαντα πορεῖν κυάθῳ κοτυληδόνα πλήρη
Ἢ πλεῖον· πλεῖον γὸ ὀνήσιον. οὐ γὸ αὐτῳεῖν
Πῶμα βεοπεῖς. τότε γαρ ἐς ἀρκιον ἧκε πόηδα.

Καὶ κ' ὄνθ' ὑμνοπόλοιο ἐὴ εἰσέτι Νικάνδρειο
Μνῆσιν ἔχοις. θεσμὸν γ' Διὸς ξεινίοιο φυλάσσειν.

IN ALEXIPHARMACA NICANDRI IOAN. GORRÆI ANNOTATIONES.

Pag. 43. ALEXIPHARMACA propriè appellantur à medicis medicamenta quæ deleterijs pharmacis medentur, non extrinsecus quidem corpori impositа, sed intrò assumpta. Hæc & alio nomine Alexiteria vocantur, quanquam sunt qui hoc tantum nomine ea quæ venenatarum bestiarum ictus sanant, nuncupanda censent. Ambo communi nomine Antidota dicuntur à Galeno, qui & discrimen hoc quod retulimus inter Alexipharmaca & Alexiteria parui facit. Venit vtrumque ἀπὸ τοῦ ἀλέξειν, quòd ex veneno noxam arceat, eadem ratione qua & Amuleta ab amoliendo Latinis dicta sunt.

SINT quamuis.) Scribit Nicander Colophonius ad Protagoram Cyzicenum, illique Alexipharmaca sua nuncupat. Sunt autem Colophon & Cyzicus ciuitates duæ in Asia, longo à se interuallo distantes. Illa enim in Ionia, hæc in Bithynia ad Hellespontum est.

TV PROPE.) Protagoras incolebat Cyzicum, quæ ciuitas est maritima, vel verius Hellesponti insula, quæ continenti, non aggestu quidem terræ, sed pontibus, vt inquit Strabo, iuncta fuit. Eadem antea Arctonnesos vocitata est, Plinio Stephanóque auctoribus, propterea quòd monti subiacet ἄρκτων, id est, vrsorum vocato. Hinc factum est vt dixerit Nicander Protagoram sub Arcto habitare. Estque id multo verisimilius quàm dicere per Arcton vrsam septentrionemque designari, quod tamen Græco scholiastæ video placere, etiamsi Cyzicus multò propius quàm Colophon ad septentrionem accedat.

ATTES.) Fabula eiusmodi fertur, Rheam deûm matrẽ Attam pastorem valdè amasse, eámque ob causam indignatum Iouem immisso apro, vt clam id faceret, quod palam committere matris pudor vetabat, Attam morti dedisse. Sepultum autem eum à Rhea, atque in eius honorem sacra illi ab incolis verno tempore instituta fuisse.

CREVSÆ progenies.) Ex Xutho Æoli filio & Creusa Erechthei filia nati sunt duo filij Ion & Achæus. Quorum hic Thessaliam se contulit & Achæos à se dixit. Ille verò Athenas dicitur condidisse, & Ioniam ex suo nomine nuncupasse. In Ionia autem Colophon est & iuxta Colophonem Claros Apollinis oraculo nobilis, & lacuna cuius potu oracula reddebantur, sed breuiore, vt ait Plinius, vita bibentium.

ACONITVM.) quid sit Dioscorides declarauit. Cuius duo genera describit, è quibus vnum Pandectarum auctor idem facit cum napello apud Arabas celebri, sed manifesto, vt mihi videtur, errore. Primùm quòd diuersis locis de napello deque aconito Arabes loquantur, deinde quòd napellus ab Arabibus calidus & siccus ad quartum vsque gradum dicitur: Aconitum autem in frigidorum humidorumque censu annumerãdum existimem. Quanquam non video aliquem medicorum, quænam sit aconiti temperies definiuisse. Verùm clarè apparebit, si quæ ab eo excitantur symptomata consideremus. Capitis grauitatem & vertigines inducit, humorem in oculis abundè prolicit, flatus multos parit, qui & hypochõdria distendunt, & ructus, crepitúsque multos suscitant, atque, vt ait Dioscorides, miscetur oculorum medicamentis αὐγοειδῶσι. Hæc autem omnia frigiditatis & humiditatis argumenta sunt. Attamen non tam manifesta qualitate quàm totius substantiæ deleteria vi interficit, quòd quantitate, vt quidam perhibent, vnciæ vnius exhibitum occidat, quódque Galenus aconitum inter septica medicamenta recensuerit, quæ omnia toto genere deleteria censentur. Eam ob rem remediorũ pars maxima quæ contra aconitum à Nicandro & Dioscoride præcipiuntur, maximam siccandi facultatem habent. Quod pertinet ad napellum, ego longissimè distare ab aconito, & hellebori nigri speciem quandam esse existimo, quod facilè is intelliget, qui scripta Auicennæ expenderit, & nouerit helleborum homini acerrimum esse, vt ait Lucretius, venenum, at capris adipes & coturnicibus augere.

ACHERON.) Narrãt aconitum ex Cerberi procreatum vomitu, postquam ipsum Hercules ab inferis extraxit per specum Acherusiam, ad manes, vt aiunt, peruiam, Heracleæ ciuitati vicinam. Ideóque plurimum aconitum in Ponto nasci iuxta ripas Acherontis fluuij. Pag. 43.

PRIOLAI.) Priolaus filius fuit Lyci, regis Maryandinorum. Hunc Hercules deuicit, & oppida eius subuertit. Erat autem condita propè Heracleam.

CONSTRINGVNT.) Dioscorides de aconito, à potu, inquit, statim cum adstrictione aliqua dulcedinem linguæ inducit aconitum. Cæterum quod ego verti testudineum palatum, dicitur Græcè οὐρανίσκος ὑπόγλωσσος, nec dubium est palatum, non barbam & extimam faciem intelligi, quod rectè dicitur οὐράνιον, id est, in cæli formam cameratum.

PRÆCORDIA summa.) id est pectus, in quo grauitatem sentiri etiam Dioscorides prodidit, & flatus permulti voluuntur, vt errare atque vagari videantur.

SILENI.) Hi Bacci nutricij fuisse produntur, vnde Horatius, Famulúsque dei Silenus alumni. Habitant in Nysa monte Indiæ, qui Libero patri sacer esse dicitur. Pag. 43.

THELYPHONON.) Aconitum θηλύφονον dicitur, quòd, vt Theophraſtus & Plinius ſcribunt, radix eius genitalibus omnium quadrupedum fœminini ſexus indita, mortem eodem die inferat, eóque modo interemptas à Calphurnio Beſtia dormientes vxores proditur. Sunt autem quibus hæc vox corrupta videatur, & aconitum non θηλύφονον ſed θηλίφονον dici, quòd feras, ſi ab his guſtetur, occidat. Verùm illi aptè vtraque appellatio congruit, vti & Cammori ſiue etiam Cammari cognomen. Video enim controuerſum hoc eſſe, an Cammoron vel Cammaron dici debeat. Plinius, eúmque ſequuti Ruellius & Marcellus Cammaron legunt ſcribúntque, quòd radicem modicam inflexam, & cammaro (eſt autem quædam cancrorum ſpecies) ſimilem marine aconitum habeat, quam tamen Dioſcorides non cammaro, ſed ſcorpionis caudæ aſſimilauit. Reperi tamen omnia exemplaria tum Nicandri, tum Dioſcoridis Cammoron habere, atq; ita legendum vetus Nicandri interpres planè innuit, κάμμορον explicans κακῷ μόρῳ ἀλλαμβάνων, hoc eſt, ſæua morte perimens.

CAVTIBVS.) Quod Græcè dicitur ἐν ἀκονιαίοις βοώκοις, ambiguum eſt an de Aconis (qui ſecundum Theophraſtum Peryandinorum pagus eſt, prope Heracleam Ponti, ſecũdum autem alios Bithyniæ portus) intelligatur, an ſimpliciter de monte omni in quo cautes, quas Græci ἀκόνας dicunt, naſcuntur. Poſtremum probabilius mihi videtur, quod de Aconito Theophraſtus ſcripſerit, nõ tantùm Aconis, ſed etiam vbique, verùm petroſis in locis, ipſum prouenire, quódque Ouidius de eo ſcripſerit hunc in modum:

Quæ, quia naſcuntur dura viuacia cautę,
Agreſtes aconita vocant.

CALCEM.) Medicamentum, hoc eſt, valdè exiccans redundantem ex aconito humiditatem, vti & ſcoria ferri, cuius poſtea faciet mentionem. Nec verò dubium eſt quin communia omnium venenorum remedia tentare primùm oporteat, ſicuti antè oſtendimus, hoc eſt, venenum vomitionibus, educere, aut clyſtere per inferna deijcere.

ABROTONI.) Abrotonum & marrubium calida ſunt, & ſiccant tertio exceſſu, item & ruta, quæ præterea tota ſubſtantia venenis aduerſatur.

CHAMÆLÆI.) Chamælæa ſurculoſa eſt & de fruticum genere, multum deterget. nam & multum habet amaritudinis, ſed præterea bilem pituitámque purgatione educit. Pag. 133.

PICEÆ.) Scribit Dioſcorides chamæpityn herbam, quæ terreſtris picea eſt, exiſtimari priuatim contra aconitum remedio eſſe, & in Heraclea Ponti, quo loco etiam naſcitur aconitum, prouenire. Quanquam & manifeſta qualitate prodeſſe poteſt, abſtergendo, expurgandóque viſcera, & valenter ſiccando.

ONITIDA.) Onitis ſpecies eſt origani, ſed origano aliquanto inefficacior. Calfacit & ſiccat, & peculiarem aduerſus venena vim poſſidet. Sic & polycnemon, cui magna eſt cum origano ſimilitudo.

EX GALLO.) Galenus ſecundo Antidotõn, pinguis gallinæ iure vtitur. Sed nihil vetat etiam antiqui gallinacei ius exhibere, quòd venenum internis partibus adhærens maximè detergeat. Cæterum tum pinguis gallinæ, tũ vituli elixi liquamentum, non tam ad curationem, quàm εἰς τὸν αἰόλον facere videtur. Nam poſt tam vehementer ficcantia, exhibere eſuſmodi ἀποκαθαρτικὴ rationi conſentaneum eſt. Niſi quis & illa ad curationem conducere hac ratione exiſtimet, quòd pinguedine ſua meatus occludant, ne facile venenum in venas tranſeat, & ventriculum reſoluentia faciliorem ad deiectiones efficiant.

BALSAMA.) Balſamum excalfacit & ſiccat, ideò putredini ab aconito inductæ medetur. Sed & vim quandam habet aduerſus omnia venena peculiarem, præſertim ſuccus eius qui opobalſamum dicitur.

COAGVLA.) Coagulum omne acrem, digerentem, & reſiccantem facultatem poſſidet. Licet ergo ex his videre quàm rectè medicamẽta omnia contra aconitum inſtituta conſentiãt, & omnia calida & ſicca exiſtere. Proinde frigidum humidúmque eſſe aconitum contra multorum opinionem. Nec obeſt quòd ipſum Galenus inter putrefaciẽtia recenſet. Non eſt enim neceſſe omnia quæ quocunque modo putrefaciunt, calida putare. Pag. 133.

MORI.) Radix mori, præſertim autem eius cortex, purgat aluum, & modicè adſtringit, ac purgatione quidem aconitum educit, adſtrictione verò iter illi ad venas præcludit. Hoc medicamentum etiam Dioſcorides libro primo commendat.

CERVSSA.) Multas quidem ad res vtilis eſt, ſed intrò aſſumpta, veneni maleficiũ habet. Conficitur ex plumbo acris aceti vapore ſoluto: nec tamen acris eſt aut mordax, ſed refrigerat & ſiccat, atque ideò emplaſticam vim obtinet. eam ob cauſam quum primùm ſumpta eſt, palato, linguæ, gingiuis, dentibus & faucibus inhæret, vnde candor partibus illis inducitur.

TVSSIT.) Pulmones aſperáque arteria affectionem ſuam tuſſi declarant. Afficiuntur autem non tantùm humorum affluxu, ſed etiam quauis intemperie, vt hîc frigida & ſicca. Pag. 134.

FALSA modo.) Id fit vaporibus frigiditate denſatis & conuolutis. Refrigeratur enim cerebrum, adeò vt æger grauitatem eius ſentiat, nec ſuſtinere poſſit. quo quidem principio refrigerato, non mirum eſt ſi corpus vniuerſum frigeſcat, & viribus deſtitutum torpeat.

AT PRÆBE.) Primùm moliri oportet ceruſſæ vacuationem tùm per vomitus, tùm per deiectiones: ad vtrumque pinguia ſunt efficaciſſima. Nam & in ventriculo ſupernatant, & inteſtina quodammodo inungunt, & efficiũt lubrica. Quare oleum, lac, & maluæ decoctum conueniunt: nec has quidem tantùm ob cauſas (ſunt enim reliquis omnibus venenis communes) quòd ceruſſæ qualitatibus contrarias qualitates ſortita ſunt.

PREMADIA.) Plures ſunt oliuarum differentiæ, quarum vnam eſſe Premadiam vocatam non eſt dubitandum, de qua tamen non potui quidquam ab alio ſcriptum reperire.

RVGIS.) Rugæ lactis ſunt pellicula illa quæ lacti ſuperinducitur, à Græcis χαῦνι appellata, propterea quòd manifeſtas rugas, inſtar vetulæ, habeat. Hanc à lacte credo eximendam, quoniam ſiccitatis quodammodo particeps eſt, & ori faucibúſque ceruſſa adhuc imbutis affigitur & inhæret.

SESAMA.) Seſamum multùm viſcidum & pingue eſt, modicè calfacit & emollit. Quare ficcitati ceruſſæ reſiſtit, nec patitur eam intra corpus reſiccari & concreſcere.

LIXIVIA.) Lixiuia hæc incidit & abſterget ceruſſam, interní ſque gulæ, ventriculi, & cæteró-

rum vasorum spatijs affixam, auellit. Itaque non modo ea colluendum os gargarizandúmque, sed etiam bibere ipsam expedit, sicut & aquam mulsam, quam Dioscorides his qui cerussam hausêre præterea bibendam consulit.

PERSEA.) Persicorum ossa siue nuclei euidentem habent amaritudinem. Proinde calfaciunt & detergent. Est autem persea arbor à Perseo dicta, quam ille primus Mycenis, vt ait Nicander, plantauit, dono sibi datam à Cepheo, postea quàm Medusæ collum amputasset, quod fœcundum Nicander vocat, quoniam ex eo Chrysaor & Pegasus nati sunt, vt scribit Hesiodus in Theogonia. Pag.134.

CAPVLVS.) Ferunt Mercurium Perseo exfatis denunciasse & præcepisse, vt vbi gladij manubrium excideret, illic vrbem conderet. quod cùm euenisset, vrbem Mycenen, siue Mycenas appellauit. Est autem in Peloponneso condita.

ATALYMNI.) Ego prunum esse suspicor, quòd cùm Dioscorides omnia ferè è Nicandro in librum suum sextum transtulerit, & magna ex parte verbum verbo reddiderit, commendet prunorum gummi contra cerussam. Pag.137.

CALENTIBVS vndis.) Post maiorem ceruss æ partem vomitibus & deiectionibus redditam, quod reliquum est, & iam in venas corpúsque receptum, id balneo digerere haud inutile fuerit, à quo non hoc tantùm commodi, sed etiam intemperiei per ceruss am inductæ alteratio speratur.

SATVR.) Ciborum & vini copia non modò ceruss æ, verùm aliorum etiam omnium venenorum maleficia temperat, & nonnunquam vomitus aut deiectionis alui occasionem præbet.

CANTHARIDES.) Cătharides omnibus notæ sunt. Calfaciunt & siccant excessu quarto, vrunt, erodunt, mordicant, putrefaciunt, sed maximè infestæ sunt renibus & vesicæ, cúmque his ex professo inimicitias exercere videntur. Accidunt autem ab eorum potu asperrima omnium & difficillima symptomata.

PICIS.) Non tantùm odore, sed & gustu grauis est cantharidum potio, etiam si gustus modò mentionem fecisse Dioscorides videatur.

IN labijs.) Haustis cantharidibus cuncta ferè ab ore vsque ad vesicam erodi sentiuntur, quæ in tres partes distinxit Nicander, labra, ventriculum medium, & imam aluum.

VLCERA.) Vesica maximè inflammatur, inde στραγγουρία superuenit, & sæpissimè sanguinis mictus.

PECTVS anhelat.) Inflammatio & febris ardentissima difficilem inducunt respirationem, vt ea parte compressus esse thorax videatur, quâ chartilagineus est.

IRA.) Propensissimi sunt ad iracundiam, spiritu vitali inflammato, & circa cor ebulliente.

PANDICVLATIO.) Id fit ad extremum fractis, & exolutis viribus, quibus corpus humanum confirmatur.

MENTE feruntur.) Phrenitis tandem sequitur tam vehementes inflammationes spirituum & humorum, neque vlla menti requies datur, quòd calore biléque diuexetur.

PVLEIVM.) Pulegium acre & subamarum est, plurimúmque tum excalfacit, tum extenuat. Quamobrem non potest manifesta qualitate contra cantharidas prodesse, sed vi totius substantiæ Alexipharmaca, cuius nemo possit, vt ait Galenus, rationem assignare. Nec vero tantum cantharidibus, sed omnium etiam venenatorum morsibus cum vino potum subuenire Dioscorides docet. Pag.137.

TRISTI.) Ferunt Cererem cum filiam raptam quæreret, luctu faméque afflictam, ab Hippothoonte hospitio exceptam fuisse, & illic puleium cum aqua bibisse, interea dum Iambe famula multis sannis dicterijsque luderet, vt Cererem etiam quamuis tristem, ridere compulerit.

CEREBELLA.) Omne cerebrum pituitosum est, difficulter recipit concoctionem, tardè digeritur, crassum succum generat, & præter alia mouet nauseam. Itaque ciendis vomitibus accommodatissimum est, multóque magis cum lini semine, quod flatuosum est, nec facile à stomacho, propter leuitatem, potest comprehendi. Nec verò tantùm hæc à Nicãdro nominatim expressa præbere oportet, sed & omnia pari prædita facultate, vt gallinaceorum, hœdorum, porcellorum, omnésque pingues carnes longiore coctura flaccescentes. Tales namque aluum lubricant, & cantharidum simul obtundunt acrimoniam. Pag.138.

CRVDO in ventre.) Cogendus ad vomitum æger est, dum adhuc venenum in ventriculo continetur, necdum ab eo transijt in maiores venas: tantúmque prædicti cibi offerendum, donec ventriculus nimio humore redundans euomat.

PERFVNDE.) Clysterem injcere conuenit, præsertim ex lacte, quòd ardori inflammationíque tantæ moderetur.

BIBERE.) Lac serosa substantia refrigerat & deterget, & internum æstum à cantharidibus excitatum compescit, potum magis quàm per clysterem intromissum.

VITIS ramos.) Vitium teneri palmites extergendi vim habent, & aliquam simul refrigerandi.

ASPERAQVE.) Non possum facilè diuinare quam hic herbam Nicander depingat asphodelo similem, cum nec eius interpres hanc proprio nomine appellet, nec eius mentionem Dioscorides libro sexto fecisse videatur.

PARTHENIÆ.) Samium astera intelligit, qui & mediocriter refrigerare, & sanguinis profluuia, quæ ferè cantharidas consequuntur, sistere, tum dysentericis exulcerationibus mederi potest, & vim præterea habet toti substantiæ insitam aduersus omnis generis venena. Hanc aries inuenisse dicitur in Phyllide, quod nomen fodinæ est in qua terra illa legitur.

SAPAM.) Sapa medicamentum est προφυλακτικὸν. Ruta tota substantia venenis resistit. Expedit igitur rutam conterere, eámque miscere cum sapa seu passo, & vnguento irino rosaceóque. Eadem aduersus cantharidas vtuntur antidoto Dioscorides & Galenus. Est autem irinum tum oleum, tum vnguentum excitandis vomitibus conueniens.

SIQVISQVAM.) De coriano siue coriandro non conuenit inter Dioscoridem & Galenum: ille frigidum credidit, hic calidũ esse magnis rationibus asseuerat. Multi autem non ignoti nominis medici, dissidentes tantorũ virorum opiniones cõciliant, dicentes recens quidem coriandrum frigidum esse ad extremum primum gradum, & siccum ordine secundo: inueteratum autem, sed adhuc integrum, calidum esse. Verùm in recenti plus multò noxæ inesse crediderim quã in vetere, etiamsi Dioscorides copiosiorem & continuum eius vsum cauendum admoneat nullo recentis aut veteris facto discrimine. Sed cùm mentẽ non leui periculo tentet, mirum est tantam illi vim esse ad repercutiẽdos Pag.138.

vapores qui in caput feruntur, infuso in acetum & postea exsiccato, sicut vulgò præparari assolet. Credo autem non ab vlla quidem insigni qualitate coriandri furorem illum animi exoriri, sed à naturali potius quæ illi inest proprietate.

GRAVITER.) Tam grauis est sumpti coriandri odor, vt toto corpore illius qui id hauserit, sentiatur. Quod quidem non omni coriano accidere dicit Græcus Nicandri interpres, sed agresti modò, quod ab eo describitur foliis latioribus, & procerioribus, multis adnatis, numerosa radice & plurimis ornatum floribus. Alterum enim quod satiuum est, ait suaue esse, & odoris non ingrati.

Pag. 45. AT CONTRA.) Non est dubium in curatione coriandri, vti & aliorum omnium, prouocandas esse vomitiones, id quod irino oleo moliendum Dioscorides admonet. Reliquum curationis partim per illa quæ tota substantia medentur venenis, partim per alia quæ manifesta qualitate alterant, perficitur. Quorum vtrunque mero præstari haud ineptè dixerimus. Cuius quidem qualitatem si spectemus, videbitur coriandrum viride, de quo hic sermo habetur, frigidum esse.

OVORVM.) Galenus coriandri facultates exponens, haud parum illi inesse dixit humiditatis. Quamobrem ouorum putamina trita cum sale aut muria, ipsáque per se muria, salíáque omnia contra coriandrum auxilio sunt. Illa enim valdè exsiccant. Ego verò non tam siccitate, quàm naturali & occulti antipathia salem salsáque sumpto coriandro mederi puto.

NEPTVNVS.) Digressio est poetica, minimè quidem ad coriandri curationem conducens, sed medico & philosopho non indigna, per quam maximarum in orbe rerum, quarum in hac vita præcipuus vsus est, naturam exponit.

NIVIS.) Si frigidum coriandrum est, haud rectè nix videtur exhiberi. Verùm refrigerandæ bili accommodatissima est, cuius feruore maxima phrenitis oboritur hausto coriandro. Adde quòd eam non omni tempore, sed oporæ feruoribus exhibendam Nicander præcipit, quam ipse elegantissimè per vindemiam describit.

TV quoque.) Cicutam maximè refrigerare omnes norunt, vt Auerroem, vel eius interpretem & conciliatorem nostrum, pudere debeat, eam calidam & siccam tertio gradu scripsisse. id enim haustæ cicutæ symptomata euidentissimè ostendunt: Capitis grauitas, vertigines, caligo oculorum, mētis abalienatio, motus maxima imbecillitas, intercepta respiratio, suffocatio, extremarum corporis partium perfrictiones, nullus pulsus arteriarum, Græci ἀσφυξίαν vocant. Hæc enim omnia ex frigiditate, tanquam prima causa, nascuntur.

Pag. 46. OLEO.) Adhibetur oleum ad ciendos vomitus: post quos clysteres injciendi & purgantia medicamenta propinanda sunt, quæ delapsam in intestina eius portionem exturbent: postea verò ad efficacissimum remedium, meracas vini potiones, transeundum. Debet autem vinum generosum esse. quod enim debile est & parum calidum, non potest cicutæ immensam frigiditatem superare, sed hoc præterea adfert detrimenti, quòd cicutam ipsam, quam in ventriculo remanere & pigrescere præstaret, secum per venas & arterias in cor deducit, vbi extincto vitali calore, occidit.

LAVRVM.) Laurus vehementer calefacit: daucus item & piper. Sed semen vrticæ minus, tamen maximam partium tenuitatem obtinet, per quam facilè cicutæ crassities incisa tenuari[que] potest, quia autem non tam calidum est quàm fortasse expedit, ideò cum pipere misceri debet.

CYRENAICA.) Succus Cyrenaicus, qui & silphij & laseris liquor aliter dicitur, etiam atque etiam calfacit. Irinum quoque vnguentum oleumque calidum est, & præterea vomitum, sicut diximus, facit.

MVLSA.) Et mulsa, & lac non tam ad cicutæ curationem conducunt, quàm pertinent ad analepticen, simúlque prohibent ne tam calida medicamenta quibus vti sumus, corpori noceant. Itaque per interualla debet lac siue asininum siue etiam vaccinum exhiberi, quod & medicamentorum acrimoniam obtundit, & aliquam præterea vitiosi humoris partem, æquè ac mulsa deterget.

TOXICVM.) quid sit, incertum adhuc est. Plinius falsò putauit à taxo, arbore venenata, dictũ. Sunt enim vtriusque veneni accidentia multùm inter se diuersa, & à Nicandro atque Dioscoride manifestò distincta. Est autem toxicum veneni certa quædam species, quo barbari sagittas suas olim tingebant, quæ Græcis τοξὰ vocantur. Nec tamen venenum omne quo illæ tingebantur, hoc nomine appellabant. Nam & dorycnio inficiebantur aliquandò, de quo postea suo loco dicemus. Dioscorides toxicum plantæ genus esse innuit libro quinto: ipsúmque Asclepiades & Galenus inter simplicia venena annumerant, libro secundo Antidotõn. Quorum sententiæ accedit & Lucanus potea lib. 9. agens de aspide, quæ solo veterno interficit.

Non tam (inquit) veloci corrumpunt pocula letho
Stipite quæ diro virgas mentita Sabæas,
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Nec pœnitendum quidem est veneni tam pernicioſi notitiam perijsse, sed seculo potius nostro gratulandum, id genus deleterij deterrimi, quod prioribus seculis tam notum erat, & vsitatum, vt aliquã ipsius descriptionem afferre antiquos pigeret, nunc prorsus ignotum esse.

INFLATVR.) Græcè est πεχώσεται, id est intumescit. Dioscorides dixit, inflammatur, tumoris substantiam particularius explicans. ex quo, & reliquis item accidentibus colligi potest, toxicum præter totius substantiæ veneficam facultatem, caliditate & siccitate vehementer nocuisse.

ENSIS.) Exclamat, inquit, veluti is, cui aliquis ense minatur exitium, aut velut Rheæ æditua & sacerdos nona luna, hoc est, nono die mensis, quo die Rheæ deũm matri sacrificia fieri solebant apud antiquos. Pag. 47.

SPVMAM.) Hoc à magno feruore & motu humoris & spirituum prouenit, vt norunt qui spumæ generationem ex Galeno didicere.

QVEM.) Primum oportet vinculis arctè deligatos compescere. Est enim illis tam vehemens phrenitis, vt nisi illata vi & necessitate cogantur, medico non obediant. Deinde vinum plurimum in os infunde, donec euomant, nisi consultius agere Dioscorides videatur, qui non vino in tanta phrenitide, sed passo & oleo rosaceo vtitur. Ad vomitum quoque conducit anseris ius decocti, simúlque immensam toxici siccitatem emendat.

ET VIRGVLTA.) Omnia malorum genera exhausto toxico conueniunt, nec earum modo fructus, sed virgulta etiam cortice suo nudata: quæ ego puto decoquenda in aqua simul cum pulcio, & postea bibendum ipsorum decoctum. Mala autem ipsa etiam citra coctura esitasse prodest. Cuncta

equidem hanc ob causam vtilia esse arbitror, quòd frigida sint & humida, quibus duabus qualitatibus toxici intemperies refrænatur. Sed potissimùm struthia cotoneáque, quæ Cydonia, à Cydone Cretæ oppido, vnde primùm aduecta sunt, Græcis nuncupantur, iuuant: quia præterea adstringant, & ventriculum roborantia, vaporum partem qui feruntur in cerebrum, reprimant.

QVODQVE rosam.) Oleum rosaceum & irinum adhibentur ad ciendas vomitiones. Sed rosaceum priuatim feruorem atque incendia toxici restinguit. Ea verò per lanam instillare intra fauces oportet, quòd insania furórque ægrum diuexet.

VIX vnquam.) Tantum est toxici scelus, vt non nisi difficillima curatione, rarissimé que incolumes euadunt qui id hauserint. Quòd si qui extra periculum redditi sunt, non nisi post longum tempus è stratis surgunt, & cùm surrexerint. attoniti reliquo tempore vitam agunt. Non est enim dubium quin cerebrum illo maximè lædatur, atque vt tam vehementis phrenitidis, quæ superuenit, impetus sedetur, omnibus modis principem illam partem refrigerandam stupefaciendámque esse necessario, vt mortem liceat tam præsentaneam declinare. Quo fit vt æger promptissimè attonitus euadat: eique perpetua ferè scotomia oculorum aciem obtundat.

Pag. 43. CARO liuet.) Obiter hîc symptomata recenset eorum qui cuspide toxico infecta vulnerati sũt. Caro quidem liuida est, quia putrescit vnà cum ipso veneno: multísque postea in locis vicina cutis disrumpitur, putrido humore tabóq; plena. Quod autem toxicum virus vipereum dicatur, non inde rectè colligas ex vipera compositum fuisse. nanque Dioscorides, vt antè diximus, toxicum plantæ speciem facit: sed vipereum dicitur quasi deterrimum & maximè exitiale. Versus Nicandri sic habet, μιχρὸς δ' ἐκτοσθεν ταὶ ῥης ἰὸς.

Pag. 42. SI QVIS QVAM.) Ephemerum duplex est Galeno. vnum quod folia caulémque lilio similem habet, & radicem oblongam, alióque nomine iris agrestis dicitur: alterum verò deleterium & lethale, quod aliter Colchicum, quoniam in Colchide regione Ponto vicina enascitur, & à Romanis bulbus agrestis appellatur. Radicem hoc habet rotundam. vulgo Hermodactylon esse creditur. Theophrastus *scripsit ephemeron venenatum, de quo* hic agitur, hellebori folio esse, eámque ob causam ita dictum, quod eodem die iugulet. Cum autem multis rebus commune sit ephemeri nomen, vt ambiguitatem tolleret Nicander, addidit infestos Medeæ Colchidis ignes, quòd forte eo Medea in veneficijs vteretur, aut ipsum prima inuenerit. Græcus interpres male putat ephemerum veneni genus esse non simplex, sed compositum.

VRITVR.) Erodendi vim inesse ephemero patet ex symptomatis, & propterea toto genere deleterium esse.

HOC VBI.) Suffocationes & ponderosæ ventriculi grauitates fiũt assumpto Colchico, quales à fungis sentiuntur. Itaque primum grauatur & æstuat stomachus. Deinde inualescente malo eroditur à veneni acrimonia, & cruorem strigmentis mistum per inferna effundit. Vnà autem frequentes etiam vomitus excitãtur, per quos liquida quædam vacuantur, aquæ in qua recens mactatæ carnes ablutæ fuerint, similia. Ex quo symptomate necessariò colligitur iecur inflammatum esse, sicut à Galeno libro quinto de Locis affectis demõstratũ est.

SÆPE.) Præcipua mala quæ Colchico inferuntur, sunt, intestinorum læuitas & tormina. Quare non absre quercus & glandes sic affectis deuorantur. Sunt enim partes omnes quercus adstringentis facultatis participes. Adstringit etiam fagus, & omnes imbecillas partes corroborat. Itaq; sunt hæc non Colchici quidem, sed eius symptomatum remedia.

LAC.) Ad mitigandos dolores, & ardores restinguendos adhibetur, nec dubium est quin non solum bibi, sed etiam per clysterem injci possit, quomodo in omnibus dysentericis medici injciũt, sed præsertim bubulum, quod tam præsenti ope dicitur his qui Colchicum biberint, mederi, vt vbi id sit, nullum aliud efficacius remedium quærere oporteat.

A SANGVINE.) Herba hæc est quæ à Romanis sanguinalis dicitur, à Græcis autem polygonos. Adstringit fluentem aluum, stomachi ardores refrigerat, & internis partibus Colchico debilitatis robur addit.

VITEVS.) Extrema vitis germina modicè possunt sordes intestinis adhærentes detergere, simúlque haud obscuram habent adstrictionem. Quod autem & tota rubus adstringat, manifestissimum est.

NVCEM.) Castaneam nucem appellat Nicander, quam tamen inter glandes Dioscorides recenset. Sic dicta est à Castano Magnesiæ oppido, vel, vt alij volunt, Apuliæ, non procul à Tarento. Adstringentis est facultatis, præsertim verò quæ inter corium & carnem earum subiecta membrana est. Nec vero illa tantùm, sed etiam eius caro priuatim his qui ephemerum hauserint, vtilissima esse proditur.

FERVLÆ.) Medulla ferulæ adstringentem habet facultatem. ideo contra tormina vtiliter bibitur, cœliacis item & sanguinem expuentibus. Sed visus est mihi hoc potissimum in loco mutilus Nicander, & hemistichia duo amisisse: ficque ex duobus versibus vnum male factum fuisse. Namque hemistichium hoc ὅστις σφομυδείοιο, alium finem habere debet quàm nunc habeat in nostris exemplaribus: similiter & extremum hoc φιλοζώοιο πόπλα, finis esse debet alterius versus. Cæterum ego reddere tentaui quod deesse Nicandro videbatur, idque facilè supplere fuit ex Græco interprete, qui Promethei κλοπὴν, hoc est furtum ita interpretatur, quasi hoc nomen versibus suis Nicander inseruisset. Pag. 43.

SERPYLLI.) Serpyllum cum facte decoctum exhibendum esse puto, priusquam mala ex Colchico inualescant. Hic enim suffocationibus medetur, crassitiem veneni & flatuum ab eo prodeuntium incidens discutiénsque. Est enim serpylli facultas acris & excalfactoria, eámque ob causam vbi oborta iam dysenteria est, serpyllo videtur esse abstinendum.

MYRTVS.) Hæc gustu asperrima est, æquè & mali Punici putamen, quod malicorium dicitur. Proinde lienteriam & tormina ex potu ephemeri contracta sanant.

NE VERO.) Ixias siue vlophonum chamæleonis species est viscum ferentis. Neque enim simpliciter chamæleo existimari debet, etiamsi huius quoque radix venenosa est, & canes, sues murésque occidat. Nam & Paulus Ægineta seorsum de ixia déque chamæleone scripsit, multúmque differentia vtriúsque symptomata enumerauit. Ipséque Dioscorides in proœmio lib. 6. venena in suas quæ-

que classes digerens, inter radices chamæleonem & ixiam separatim recensèt. Ex quo apparet non viscum quidem ipsum chamæleonis, sed eius radicem deleteriam esse, maximéq; si verum est quod proditur, Cretenses mulieres chamæleonis viscum mandere solitas esse lucubrationum gratia, ne somnum ineant in opere. Cæterùm à visco Ixias nomen factum est, quasi viscariam plantam dicas. Nãque viscо redundat, tam tenaci & pernicioso, vt non nisi interaneorum conglutinatu interitum adferre videatur. Vnde & σύλοφρον nuncupatum puto, quasi σύλον φόνον φέρων, hoc est pernicio sam mortem inferens.

MOX tumor.) Notæ quibus ixiam deprehendas sunt, ocimi sapor, lingua tumens & inflammata, defectus animi, mentis abalienatio, meatuum omnium obstructio, viscerum intestinorúmque tumultus & strepitus, & suppressa corporis excrementa.

VIX tandem.) Afflatuum copia comprimitur diaphragma, vnde difficillima omnino respiratio est.

MEDICATA.) Exhibito purgante medicamento, pituita crassa & inuiscata deijcitur, similis ouorum albumini, quod sæpissimè gallinæ nondum maturum perfectúmque, & sine testa abortiunt.

Pag. 46. SED tantos.) Post vomitus & alui deiectiones peractas, remedio est absinthij dilutum cum musto, aut vino copioso, aut aceto mulso exhaustum valet enim ad reserendas obstructiones & discutiendos nimium crassos flatus.

RESINA.) Resinæ omnes desiccant & calefaciunt, viribus tamen imparibus, atque ideo digerunt & detergent, simúlque partium sortitæ sunt tenuitatem. Quare his prosunt qui vlophonum deglutierint, sed præcipuè terebinthina, vt quæ vt minimum habeat acrimonia, & post hanc picea, deinde pinea.

CONVENIT.) Quamuis vlophonum calidum sit & siccum, quia tamen viscosum est, eáque de causa noxium, incidentia & detergentia postulat medicamenta. Itaque polium rectè administratur, quòd & visceribus omnibus obstructiones eximat, & suppressis ab vlophono excrementis vacuationem liberam restituat.

RVTÆ.) Ruta crassos lentósque humores valenter incidit, vnde vrinas mouet. est & tenuium partium: quare flatus maximè compescit. Habet etiam nardus vires easdem, licet imbecilliores. Idē potest & castorium celeberrimum facultatibus istis medicamentum, & à Galeno in libris simplicium maximè prædicatum laser æquè & liquor eius qui σιλφιοῦχος succus appellatur.

LACTIS.) Lac omnibus ferè venenis competit, tum quòd temperatissimum sit, tum quòd eorum acrimoniam reprimat, quódque præter cætera analepticum sit.

AT SI.) Credo frequentius quondam epoti taurini sanguinis periculum fuisse inter sacrificia, multis, cum tauros immolarent, & parum propitia exta intuerētur, in summam rerum desperationem adductis. Hoc modo fertur Themistocles olim perijsse in Ioniæ Magnesia, cùm poculo exceptum tauri sanguinem repente hausisset. Magnam habet is crassitiem, ideóque celerrimè coit & duresci in ventriculo, magisque quàm alius quilibet sanguis. Omnis enim protinus vt extrà vasa sua effusus est, concrescit, & in grumos glomeratur. Inde adstrictio gutturis & intercepto anhelitu suffocatio.

CONVVLSVS.) Non est dubium quin sanguis ille in ventriculo grumosus & haud facilis solutu, neque per vomitum reddit possit, neque in aluum descendere, eámque ob rem corrumpatur, & malignos vapores in cerebrum mittat, & grauiter os ventriculi offendat, vt ex eo symptomata epilecticorum similia, conuulsiones, concussiones vniuersi corporis & spuma circa os proueniant.

SED TV.) Vnum est in taurino sanguine totius curationis præcipuum caput, vt coëuntem durescentémque sanguinem soluamus, perq; aluum præcipitemus. Vomitum enim in hoc Dioscorides improbat, vitandúmque monet, quòd eo conatu sanguinis grumi magis se densant. Sunt autem ficorum cradæ siue grossi ad eam rem accommodatissimi, qui adeo calidi sunt & tenuium partium, vt si cum carnibus bubulis vel durissimis incoquãtur, eas friabiles & teneras efficiant. Eas Nicander non cum aceto syncero, sed cum posca sumendas consulit, quæ etiam vim habet incidendi & attenuandi.

COAGVLA.) Coagulum omne digerentis Pag. 47.
est facultatis, nec leporinum tantùm, sed etiam omnium aliorum animalium. Lac tamen in ventre coagulatum dissoluit efficacius quàm cætera, & cõcretum simili modo sanguinem. Est autem cum aceto eliquandum percolandúmque.

NITRI.) Nitrum tenuium partium est, in- Pag. 48.
tróque sumptum secat & extenuat crassos lentósque succos potentius multo quàm sal. Easdem ferè vires habent silphium, succus Cyrenaicus, brassicæ semen in aceto infusum, & conyzæ vtrumque genus.

RVBETI.) Rubi folia, germina, flos, fructus, radix, denique totus ipse rubus non leuiter adstringit, vnde & ventris profluuia strenuè sistit. Ex quo mirum videri potest, ipsum in hoc affectu contrariam poscente curationem exhiberi. Verum ille dissimilium partium est, habétque, sed præsertim radix eius præter adstrictionem, non paucam tenuem substantiam, per quam & lapides renum comminuit. Dioscorides non germina, sed succum eius ex aceto propinat.

SED neque.) Bupresti animal quoddam est cantharidi & specie & viribus adsimile, vt ait Galenus, vel vt Plinius scarabæo longipedi. Sed & Nicander & Dioscorides Bupresti dem manifestè inter animalia recensent. Plinius tamen alterius Bupresti, oleris cuiusdam agrestis, mentionem facit, quam & boum venenum dicit, eáque degustata boues prosilire, & à veteribus contra eam remedia, tanquam contrà venenum prodita fuisse. Idem scripsit & Etymologici auctor, nisi quod in hoc nomine βοῦς non animalis speciem, sed magnitudinem significare arbitratur.

NITRO.) Dioscorides gustu tantùm nitri bupresti dem prodi dixit. Nicander verò & gustu & odore graueolentiam nitri sentiri cecinit.

VRINA.) Vt est bupresti viribus cantharidi similis, ita similes notas habet, de quibus antè diximus.

TYMPANICVS.) Flatibus scatet corpus vniuersum, adeo vt & vmbilicus, qui sordidus est, & veluti sentina corporis intumescat supra modum, sicut solet per hydropas tympanicos fieri, ipsáque cutis extima velut contractior facta distendatur.

INFLAT.) Verbum πρήθειν siue πίμπρημι à quo

βυπρησις dicitur, & inflammare & inflare significat. Plinius in priore significato accepit, scribens bupresti dem hausta ita inflammare vt rumpat. nisi mendosus codex est, & legendum sit, ita inflat vt rumpat. Quam ego lectionem sequi malim. Siquidem inflationi potius quàm inflammationi succedit ruptio: & Dioscorides magnos tumores à bupreste, non autem inflammationes scripsit excitari, qui in omnibus fidus Nicandri interpres esse solet. Ipsáque experientia rem ita se habere attestatur.

Pag. 48. SED tamen.) Hausta bupresti conueniunt quæcunque contra cantharidas opitulantur. priuatim autem ficus aridæ, quæ propriè caricæ appellãtur, in vino intritæ, aut etiam decoctæ. Sunt enim moderatè calidæ, & anodynæ: habéntque aliquam partium tenuitatem, per quam ad flatus discutiendos valent. Quas etiam ob facultates febribus conferre possunt, humorem concoquentes, incidentes & detergentes. Id quod siccæ magis quàm virides efficiunt. Sed & hac ratione fortè conuenient, quòd aluum adstrictam subducunt.

LAC.) Interea dum flatibus distenduntur hypochondria, lac dare malum est. Itaque in hoc affectu non nisi inclinato decedentéque iam periculo propinari debet. Est autem, sicuti antè diximus, maximè ἀνώδυνικὸν, neque aliud vsquam est cui maior cum substantia corporis nostri similitudo insit, & succum meliorem generet, sed præcipuè fœminum, quod meritò Nicander eam ob rem prætulit vaccino.

PALMÆ.) Distinxit apertè Dioscorides tempus exhibendi fructus palmarum, scilicet quando iam bupresti dis symptomata desierunt, & tumor ferè totus resedit. Tunc enim non leui adstrictione roborat interna viscera, exsiccat humoris vitiosi reliquias, suóque calore non pauco nostrum auget.

ACHRADIS.) Achras pirus est syluestris. Bacchea & myrtea pirorum sunt species. Sunt autem pira omnia frigida & adstringentia, ac frigiditate quidem calidam bupresti dis intemperiem emendant, adstrictione verò stomacho grata sunt, ipsúmque roborant.

Pag. 48. AD vomitum.) Non oportet remediorum ordinem in poeta requirere. Ecce enim quod primò fieri debuit, postremum adscripsit, omnibus modis ægro vomitum prouocandum esse.

PAPYRO.) Vult charta intorta inflexáque gulam irritari. Quod autem papyrum fauces purgare dicit, non ita accipiendum est, quasi propria vis illi ad eam rem insit, sed quòd gula ab eo lacessita per fauces noxius humor effundatur, non aliter quàm à digitis, & penna, aut alio quouis altè in os demisso. Nicander Græcè vocat κακῶν ἐρυτῆρα φάρυγος.

SIN.) Lac non est natura sua venenosum, sed per errorem tantùm veneni mala inuehit. Error autem in lactis vsu maximus est, ipsum statim vt inditum coagulum est, haurire. Nam quia priusquã concreuerit, editur, postea in vẽtriculo concrescit, & intra priores etiam venas, quæ per initia ipsum exceperint: factáque obstructione suffocationis pericula eueniunt. Quod sanè non eueniret, si admixto coagulo interpositáque mora ipsum in vasculo suo concrescere pateremur. Sic enim deuoratum in ventriculo manet dum concoquatur, & ex crasso tenuatum in venas transsumitur. Illud autem contra liquidum, sicut erat, in venas recipitur vnà cum coagulo suo, cui adhuc vires integræ sunt, illicque glomeratur, neq; prius inde discedit quàm concoctum tenuatúmque. Ex quo manifestè patet quæ sit lactis in caseum recens concreti à proposito nunc lacte differentia.

POTVM præbe.) Sicut in taurino sanguine vomitus vitandus est, ita in proposito etiam lacte, quòd in conatu illo vomendi lac angustis stomachi meatibus valentius impingatur. Est & salsis omnibus abstinendum, quia liquata expressáque salsamentis tenui lactis humiditate, reliquum crassius euadit, & difficilius ideò soluitur. Danda sunt igitur statim ab initio quæ incidunt & extenuant. His autem præditus est facultatibus potus, quem parat Nicander ex vna parte aceti & duabus passi. Eadem habet & silphium & succus eius vires, cum oxycrato dilutus.

INCIDENS.) Lixiuia omnis tenuium partium est & incidit. Hanc Nicander ὀρυπτέιραν cognominauit. ex quo patet non quamlibet, sed maximè incidentem diligendam esse. Dioscorides hoc Nicandri carmen, sicut reliqua ferè omnia prosa reddens, αὐτὴ ἡ ὀρυπτέιρας πλοπιστικὴν χυλίαν dixit, id est lixiuiam quam parant hi qui τὸν πῖλον, hoc est pileos coactis lanis concinnant, cui lana succida quæ in ea madet, partium tenuitatem indit. Ea Galenus vsus est libro sexto Methodi medendi ad ferruum punctum, in que penuria alterius medicamenti, cum fortè ægro vicinum πλοπεῖον vidisset (sic enim lego, non vt Linacer πλοπιὸν, quod verbum omnino nullum in lingua Græca est) aquam ab eo lixiuiam poposcit. Namque digerendi & incidendi vim habet maximam: præsertim si illi additum sit acetum: quod quamuis nostri pileorum artifices non admisceant, quondam tamen addere solitos Plinius commemorat, lib. 8. Naturalis historiæ ca. 48. vbi de lanarum generibus edisserit. Hæc autem potissimum libuit annotasse, vt Marcello Dioscoridis interpreti scrupulum quo mirum in modum torquetur, libro sexto capite de Lacte cui mixtum coagulum est, eximerem. Pag. 48.

THYMI.) Incidit & calefacit vehementer, omnésque ferè suppressas vacuationes restituit.

RACEMVS.) Remedium hoc parum admodum efficax est, nec temerè à Dioscoride neglectum prætermissúmque.

COAGVLA.) Nemo miretur, coagula ad curationem adhiberi, cum tamen ab his omne malum prodierit. Siquidem tam valenter digerunt & extenuant, vt non aliud sit præstantius in hoc affectu præsidium, maximè si cum aceto soluta bibantur. Hoc etiam se expertum fuisse non solùm in leporino, sed etiam in aliorum omnium animalium coagulo Galenus memoriæ prodidit.

NEPETÆ.) Nepeta quæ: Græcis calamintha dicitur, essentia est multum tenui, & calida, quare maximè incidit. Bibẽda autem est cum mulsa aut aceto.

NVNC age.) Dorycnium idem esse cum solano furioso Dioscorides in proœmio libri sexti prodidit. Similiter & Plinius, qui præterea dorycnium vocari dixit, quòd olim eius succo lãcearum, quæ δόρατα dicuntur à Græcis, cuspides tingerentur: aliter quàm Demophon qui hanc nominis assignat rationem, quòd ad inferendam mortem pares τῷ δόρατι vires habeat. De eo præterea Theophrastus scripsit, eum qui drachmæ pondere id biberit, sibi placere ac se pulcherrimum existimare, mente nimirum iam tentari cœpta: qui verò duplicato pondere, magis insanire, spectris animo obuer-

fantibus: si verò triplicato, tam perfectè & iugiter insanire: quod si quid ponderi adijciatur, repente mori. Sed insaniam quidem inter eius notas Nicander omisit, vt manifestam. Est autem temperie frigidum naturáque somniferum. Qua quidem qualitate insaniam excitare non potest, quam intemperies veterno contraria parere consueuit. Ex quo sequitur id veneni genus vel dissimiles partes continere, vel occulta quadam proprietate hoc efficere.

Pag. 48. SINGVLTVS.) Symptomata ventriculi sunt singultus & vomitus. Quorum vtrunque accidit ore ventriculi conuulso à frigitate & siccitate dorycnij. Quòd autem sanguis etiam multus per vomitum erumpat, causa est vehemens vomendi conatus vel putredo humorum in vētriculo, qui non aliter abradunt internas ventriculi tunicas, quàm in dysenterico affectu intestina, sanguinémque inde exprimunt.

NVNC infra.) Tenesmo vexantur qui dorycnium hauserint, eúmque humorum putrescentium acrimonia parit. Quibus malis omnibus vires intantum prosternuntur, vt æger quamuis maximè sitiens, tamen bibere negligat.

COLLVERE.) Omnia quæ hic contra Dorycnium proposita sunt remedia plus prodesse puto vi quadam toti substantiæ insita, quàm vlla euidenti facultate, nisi fortè probabiliter de his dicatur, quòd humiditate contra dorycnij siccitatem pugnent. Nam & lac & passum & commemorata piscium genera humida sunt. Gallinaceorum verò elixa pectora cur magis quàm reliquæ carnes prosint, nulla ratio est.

PISCES.) Testacei ferè sunt omnes hi pisces, eorúmque alij facilè, alij difficilius concoquuntur aut etiam corrumpuntur. Itaque vis potius occulta in his quàm manifesta ratio est, nisi quis subducendæ alui gratia exhibendos arbitretur.

NEC VERO.) Quid sit Pharicum non certò constat. Nemo enim eorum qui de venenis scripsere, de eo quicquam præter notas & curationem tradiderunt. Apparet hoc tantum ex Dioscoridis proœmio in libro sexto, arborem, fruticem, aut herbam esse, & proinde simplex deleterium fuisse. Sed & Galenus libr. 2. Antidotōn ipsum inter simplicia venena recenset. Quidā credidere nardi speciem esse, aut aliquid in nardo nascens, quòd nardum sapiat, quódque nonnihil veneni vicem gerēs in nardo gigni scriptum legerint, ex quo Pisonillud vulgò nuncupatum, támq; celebre vt iam omnia venenorum genera vno eius nomine designentur, Indi conficiant, exitiale non potu modò, sed & in sudore corporibus admotū. Nec repugnat quidem hoc pharicum esse, & tamen illi nardum aut nardi spicas aduersari. Multa namque venena producit natura, quæ secum suas ferunt antidotos.

ACERBO.) Id est molesto, ne quis putet hic propriam saporis differentiam esse. Græce dicitur, ἡ γναθμαῖον ἐπιβαρὺ ὀπωσιμίζον, hoc est, quod grauem maxillis infert dolorem.

PERTVRBAT.) Pharicum in furorem agit, neruorum resolutionem & conuulsiones inducit, siue id fiat ab eius siccitate, siue à multitudine vitiosi humoris in cerebrum confluentis.

Pag. 49. THYLACITIS.) Hoc est montanæ nardi cognomen, scriptum etiam à Dioscoride lib. 1. Sic autem nardus dicta est, non omnis quidem, sed quæ in Ciliciæ montibus nascitur, propterea quod ex Cilicia à mercatoribus in Græciā sacculis conclusa venalis afferretur. Θύλακος enim sacculū ex corio factum vtrémq; significat. & θυλακοτόμος Hesychius interpretatur θυλάκοις ἀρτίζοντας τὰ ἀρώματα ἢ πωλοῦντας.

SMYRNIVM.) Quod quidam hipposelinum agreste cognominant, & Iris, calida sunt & sicca. Quare neruorum resolutionibus auxiliantur, quas pharicum accersit. Resistunt autem & putredini pharici, quod ego inter deleteria, quæ Græcis σηπεδονώδη à putrefactione dicūtur, annumerandū puto.

PVDIBVNDA.) Credo luteos illos apices intelligi, qui ex fundo calycis emicant, qui pudendis asiim similes aliquo modo videri possunt. Non potui autem fabulam hanc ab alio scriptam reperire, mirórque id in Nicandro qui alibi lilium Veneris χάρμα, hoc est, delicias appellauit.

SÆPE.) Hic capiti remedia Nicander admouet, quæ & phrenitidem demulceant, & humorum à quibus conuulsio fit & paralysis, portionem digerant & siccent. Hoc ruta præstat, illud posca & hordeacea farina efficitur.

NVLLVS.) Quem hyoscyamum Græci dicunt, Latini Apollinarem herbā & altercum nuncupant. Sic autem Græcè dicitur, quòd pastu eius conuellantur sues, & in summum periculum adducantur, nisi protinus aqua se copiosa intus foríque proluerint. Galenus tria facit eius discrimina, vni semen atrum, alteri modicè flauum, tertio album tribuit. Sed primum quidem deterrimum est, potúmque ebrietati similem amentiam & soporem inducit: postremum verò in medicina minimè aspernandū est, tertio ferè excessu refrigerans. Itaq; primo nullus vtitur, nisi qui mentis male sanæ est: aut puer, qui pulchritudine floris captus, eū aliquādo mādit. Pag. 49

AT NOXAM.) Facillimè omnium curantur qui hyoscyamum biberint, si copiosam aquā mulsam, aut lac præsertimque asininum, sin minus, caprinum aut bubulum exhauriant. Hæc enim hyoscyami siccitatem, à qua amentia est, emendant.

SILIQVÆ.) Siliqua arboris genus est, siliquas pro fructu ferens falcatas & cornibus similes. qua de causa eam Græci κεράτιον appellant. Credo hanc ad irritandum vomitum institui, prædulcis enim est proinde facile nauseam mouet, sumpta præsertim cum oleo, sicut Nicander consulit.

CRVDAM). Cuncta ferè remedia hæc pugnāt contra hyoscyami frigiditatem, & crassos vapores qui mentem turbant, incidunt. Inter quæ vrtica primum habet locum, cuius tum fructus, tum folia, tum semen, quod præsertim siccum est maximā habent partium tenuitatem & non minimū caloris. Præterea abstergent, & quadam veluti titillatione aluum subducunt. Sunt vero & in napy & in nasturcio maiores ad eadem vires.

INTYBA.) Cichorium omne frigidum est, sed non omne siccum. Hortense enim in humiditate & siccitate temperatum est. Quare neutrum videtur temperie sua hyoscyamo aduersari. Eámque ob rem arbitror à Dioscoride consulto prætermissum, sicut & perseam arborem. Reliqua autem omnia ab eo referuntur, magna calfaciendi & incidendi facultate præditā. Pag. 49

FOECVNDI.) Opium dicitur liquor papaueris, eius præsertim quod longiorem reliquis papauerum generibus calycem habet, & totum procerius squalidiúsque est. Nam quamuis alia quoq; refrigerent & soporifera sint, hoc tamen excellit atque in refrigerando quartum vltimúmque locum obtinet, somnúmq; ideo inducit, qui stupor verius quàm sopor dicatur, & extincto calore nativo sepe

mortem

mortem adfert. Namque omnium ferè symptomatũ causa quæ epoto liquore papaueris exoriuntur, ad summam illam frigiditatem refertur.

SVDORE.) Id fieri potest vel à virium sola imbecillitate, vel calore natiuo ad cutem, frigore veneni propulso & expirante, & spiritibus per poros resolutis, quos tenues humores qui frigore densari non potuere, consequuntur. Grauis autem ille sudor est, vt qui opium redoleat.

FERVIDA labra.) Græcè est πίμπρησι δὲ χείλη. Est autẽ ambigua huius verbi significatio, vt antè diximus, quod & vrere & inflare significet. Quorum vtrumq; etsi potest opio succedere, mihi tamen videtur feruorẽ potius designare. Est enim inter opij symptomata non minimũ, corporis prurigo, eáq; sæpe tanta, vt qui id hauserint quanuis stupidi & alto oppressi sõno, vexatione tamẽ ista excitentur. Sunt autẽ qui hoc symptoma non esse perpetuum dicãt, sed in ijs modò corporibus videri quæ sanguine biléque abundãt, quæ cũ ad cutẽ propellantur, in primis pruritum, deinde sudorem excitent.

Pag. 49. OBTORTÆ nares.) Ista lethalis est facies quã Hippocrates in Prognostico depingit, & quam Galenus extincto calore natiuo fieri posse demonstrauit.

TV NE cede metu.) Quemadmodũ in cicuta diximus, vinum & ad perniciem & ad salutem dari posse, sic & in opio existimandũ. Nã si debile exhibetur, deducet confestim venenũ, & rapiet à ventriculo in vasa maiora & cor, nec tamen poterit opij frigiditatem superare, sed contrà ab opij frigiditate calor ipsius extinguetur. Sin autẽ vinum forte & calidissimũ bibatur, nullum esse potest eo præstãtius remediũ, quod & calore & humiditate contra papaueris liquorem efficacius decertet, addito præsertim melle, quod & per se calefacit & exterget, & sopitas quodammodo naturæ facultates excitat.

CEREKI.) Id est præbent apes mella cũ quibus panẽ opsonij vice edamus. Nicãder Græcè dixit, Δικεῖ πελυωπίας ὤπασιν ὄμπνας. Sunt autem propriè ὄμπνα, πυκεὶ μέλιτι βεβρεγμένοι, hoc est panis melle aspersus & conditus.

Pag. 49. VELLERAQVE.) Qui opium bibêre, iacẽt velut mortui & omnibus naturæ officijs destituti. Itaque cùm ex seipsis nihil agant, cogendi sunt ea deuorare quæ salutis causa imperantur. In primis autem ad vomitum cõpellendi sunt, per lanam instillato in fauces oleo rosaceo, vel irino, vel etiam simplici, quale primum ex prælo profluxit. Sed irinum videtur accommodatissimum, quia præterquam quod vomitorium est, etiã calfacit & crassitiem frigidorum humorum flatuúmque extenuat. Non est autem dubium quin præterea acerrimis clysteribus aluum resoluere oporteat.

LACERNAX.) Ab opij frigiditate vniuersus etiã corporis habitus refrigeratur, humores densantur, cutis adstringitur. Cõtra hæc Nicãder duo præsidia adhibet, vestes oleo vinóque imbutas & madẽtes, & aquę tepidæ balneũ, in quo calfaciẽtia quædã medicamẽta incoxisse, nõ dubito quin sit optimũ. Sic enim corpus cõcalesceret, sanguis, quẽ ego Lucretiũ imitatus, rubidum humorem appellaui, liquabitur, & cutis adstricta laxior euadet.

DISCE venenatos. Lepus marinus ex Lacertorum genere est, paruæq; lolligini similis, informis magis offa quàm piscis: solo colore leporẽ refert, veneno exitiabilis, siue in potu, siue in cibo datus, alijs autẽ etiã visus. Siquidem grauidæ si omnino aspexerint fœminã ex eo genere, statim nausea & redundatione stomachi vitiũ fatentur, deinde abortum faciunt. Cæterò homines quibus in pactu datus est, dicũtur mori totidẽ diebus quot vixerit lepus. Hi autem piscem putridum olent. hoc primo argumento veneficium id deprehenditur.

ICTERICVS.) Non est leporis marini venenũ præsentaneum, sed sensim hominem conficit, & sæuissima adfert symptomata, inter quæ icterus est, & viridi nigróq; mistus color. Fit autem hoc à putredine humorum. Nam & leporis venenum putrefactione erosionéque deleterium est. Pag. 50.

TABESCERE.) Corpus nutriri desinit, vel quòd corruptos à lepore humores non possit sibi assimilare, vel propterea quòd pulmones malo quodã leporini veneni occulto tandẽ exulcerẽtur, vnde febris & tabes fiunt. Quod quidem vlcerati pulmonis malũ Nicander apertè indicauit, scribẽs genas illis rubere, & velut roseo colore pictas videri. Hoc enim fit humorum in pulmonibus putrescentium calore in faciem sublato.

CVTIS alta.) Credo hydropẽ significari, etiãsi nec Dioscorides, nec alius quisquã eũ inter notas recensuerit. Sed ratio facilè id persuadet. Nam & icterum hydrops sequi solet, & in tam longo cruciatu tantáque humorum putredine vix potest iecinoris robur & calor cõseruari. Adde verò & inter huius hydropis causas sitim qua phthisici omnes, & in quibus calor ex putredine accensus est, mirum in modum torquentur, vt vel ab immodico potu ãbstinere nequeant.

VRINÆ.) Supprimitur vrina non multò post epotum leporis venenum ab inflammatione renes & vesicã obturante, vel ab immodico calore serũ omne sanguinis absorbente. Quod si quid vrinæ reddatur, initio sanguinea est & rubra propter inflammationem: procedente autem inualescentéq; malo purpurea euadit, humore magis putrescente, & calore natiuo paulatim pereunte.

AVERSATVR piscem.) Non est mirũ eos qui in tanto periculo ob piscẽ versantur, pisces odisse. Sed hoc occultam aliam causam habere existimo: maximè autẽ, quòd cum omnes alios pisces auersentur & oderint, & visis etiã illis terreantur, solos fluuiales cancros libẽter comedant, & admisto vino tritos bibant, eósq; magna cum vtilitate cõcoquãt. Tunc autẽ indiciũ & spes salutis magna est, cum pisces amare & in cibos admittere cœperint. Pag. 50.

HIS contrà.) Post vomitus & aluum solutam, purgans medicamentũ ex helleboro nigro & scãmonia compositũ exhibere oportet, quo radicitus quicquid assumptũ est veneni, euellatur. Huic autem Auicenna etiam agaricum & succum glycyrizæ adijcit, atque secundo tantum die à quo symptomata exorta sunt, dandum esse monet.

MALVÆ.) Valet malua contra inflammationes internas, dolores sedat, suóque lentore internas partes inungit, ne facile leporini veneni acrimonia erodantur. Eadem ad vomitus & alui deiectiones conducit. Sunt & in lactis asinini potu paria ferè commoda.

PICEM quę.) Lachryma cedri ab alijs pix, ab alijs resina, à Galeno cedri oleũ, ab omnibus ferè Cedria dicitur. Calfacit & siccat: absumptáq; humiditate corpora præsertim mortua præseruat à putredine. Sed mirum eam lepori marino aduersari, eámq; intra corpus sumi, cũ inter septica medicamenta sit, & viuentia corpora putrefacere, sicut inanima à corruptione tueri medicorum omnium

consensu dicatur: leporis autem venenum sit inter putrefaciētia haud quaquam postremū. Cedriam tamē & Nicāder & Dioscorides exhibent. Ipséq; Asclepiades qui Galeno visus est optime de venenis scripsisse, & ab ipso eam ob rem libro secundo Antidotōn citatur, eam oboli vnius pondere propinat. Ex quo loco magna mihi suspicio est quod scribitur apud Nicandrum πηλαίου βάρος, obolum significare, id quod rectè admonet Græcus interpres. Significat autē & πήλαιος πᾶν τὸ πεπηγός. Quæ significatio rectè hoc etiam in loco quadrare potest, præsertim cùm Dioscorides de cedriæ pondere nihil addiderit.

GRANATI.) Mala punica siue granata refrigerāt, adstringunt & siccant: quare humores à leporis putredine possunt vindicare. Alij non integris malis, sed acinis tantum vtuntur, in quibus viscidi aliquid inest, quo potest commodè rosio impediri. Sunt autem & œnope, & promeneum, & æginense punicorum species.

VVA.) Passum videtur hic parare Nicāder quod dādū cōtinuè his est qui leporē marinū hauserint.

SI QVISQVAM.) Hirudo vermis est in aquis degēs, qui & sanguisuga appellatur. Eius duo genera reperiūtur, vnū caput habens magnū, coloris ruffi, varijs distinctū filamentis, & quodammodo lanuginosum. His multū virus inest, idque alicui affixę parti inuehūt. Id quod vel ex aquis in quibus degunt facile deprehendas. Alterū est tenuius, & à cauda muris nō multū diuersum, cui & breue caput est, & venter rubet, atque in aquis puris habitat. Sed hæ quoq; venenosę sunt. Quare si nō antè purgatæ & probè detersæ corpori affigantur, vulnera aliquando insanabilia faciunt, tum quod etiā plerunque affixa relinquunt capita, qua de causa multi intereunt, sicut Messalinus olim è consularibus patriciis, cū ad genua admisisset. Verùm partibus externis affixæ multò facilius decidunt, vulneráque curātur, quàm vbi vel naribus, vel ori, vel vētriculo inhæserint. Adde quòd & ægrū & medicos plerunque latent. Nec tamē quibus eas notis possis discernere, Nicāder & Dioscorides explicārūt, cùm tamē cognitu planè necessariæ videātur, ne qui earū occasione vel screat, vel emungit sanguinem, alia de causa laborare existimetur. Ergo si quis pluribus deinceps diebus cruorē euomuerit, screauerit, vel emunxerit, quē nec dolor aut grauitas capitis, nec ictus etiā expresserit, magna hirudinis suspicio est, maximè si æger suctionis sensum aliquē percipiat. Est autē sāguis qui excernitur tenuis, & qualem Græci ἰχῶρα vocant, nisi fortè hirudo in maioris alicuius venæ, orificium impegerit ex qua sanguis affatim erumpat.

Pag. 50. HANC autē.) Qui aduersus hirudinē remedia prodidere, vnā modò curā auellendę hirudinis sibi proposuisse videntur: vulnus autē quod illa fecit, neglexisse. Debetur tamen & illi sua curatio, tum quòd omnes sanguisugę venenatæ sint, tum quòd aliquando sanguis inde copiosus erumpat. Est autem earum venenum frigidū, quod omnes frigido tēperamento esse Galenus scripserit: quòd vt ipse à partibus externis educat, cucurbitulā his admouet, vulnúsque spongia fouendū monet. Sed quia interius, nec spongia, nec cucurbitula apponi potest, potus gargarismatáque fieri poterunt cōmodissimè, quæ & modicè calfaciant, & detergēdi facultate prędita sint, atque vt vnà sanguinis profluuium sistatur, leuiter adstringant.

ACETI.) Acetum non modo cogit hirudinem loco cui adhæsit, excidere, sed etiā ipsam interficit.

NIVEM.) Monent plerique & niuem & glatiē in ore cōtinendā esse, nec bibendū, vt hirudo quæ frigidis in aquis degere consueuit, humoris frigiditatem sentiens & appetens, ad eam feratur sicque facile reijci possit.

AVT salsam.) Sal omnis ad auellendā hirudinem vtilissimus est. Id quod externis in partibus facile licet experiri. Illa enim quanuis auidissimè sanguinem exugens, protinus decidet, si salē vel cinerem etiam ori ipsius insperserimus. Sunt autē salis geminæ differentiæ. nam aut fossilis est, aut marinus. fossilis è terra, effoditur, qualis in Cappadocia esse dicitur, & in Oromeno Indiæ monte, in quo lapidicinarum modo cæditur renascens. Marinus ex aqua maris efficitur siccata æstiuis solibus.

SALIS vnda.) Dicit præbendam esse aquam marinam, vel à sole, vel ab igne calidam.

SPVMA salis.) Multis in regionibus qui salem faciunt aquam dulcem marinæ affundunt: nisi imbres plurimi è cœlo decidant, vt sal iucundior sit & minus acris. quam dum miscent, spuma gignitur, quam dandam Nicander consulit, ἄχλυν vocat, vt etiam Homerus vocauit.

NE MALA.) Fungorum duplex est differentia. Pag. 50. Aut enim edendo sunt, aut lethales. Omnibus origo eadē. Nam è limo & acescente succo madentis terræ excitantur. quam ob causam arbitror à Nicādro terrę fermenta nuncupatos. Est enim fermētū aciditatis cuiusdā frigidę particeps, habétq; tantam cū fungis naturę similitudinē, vt si caudice populi nigrę iuxta terrā conciso, aqua resolutū infundatur, ilico fungi enascantur, quos proprie ęgiritas vocant. Vitiantur autē fungi multis de causis & euadunt venenati. Si enim rubiginosus clauus, si putridus aliquis pannus, si arbor noxia, si serpentis cauerna iuxta fuerit, & pate scētes primùm adhalauerit, perniciales fiunt. Nanq; strāgulationes laqueis similes inducūt, & animi deliquia, & sudores frigidos, si quis vel crudiusculos, vel maiore copia ingesserit, ore ventriculi angustia pōderéq; oppresso, & maligna putrescentium fungorū qualitate vexato: ijdémque putrescentes malum id sępè inuehunt, quod Græci κολάσαι appellant.

PLVRIMA nomina.) Sunt inter fungorū genera boleti, quibus Paulus Ægyneta principatum dedit: sunt & Amanitæ dicti, quibus secundū assignat locū. Dicuntur etiā alij ægritę, lacinię, & ab ouorum similitudine, ouati, sicut & à spongia spōgioli. Græci quoque poëtæ fungos μυκῆτας, hoc est natos terræ cognominarunt. Sunt præterea multę fungorum differentiæ quæ varijs in locis, varijs etiam nominibus designantur. Pag. 50.

TV CONTRA.) Fungus frigida humidáque admodū planta est: crassos humores flatúsque gignit. Quare calidis siccísque medicamentis & incidentibus expugnari debet, si quādo molesta est. Vim autem eiusmodi habent raphanus & ruta.

CHALCANTHVM.) Atramētum sutorium desiccat, non instrenuè calfacit, & adstrictione quam possidet vehementissimam, humiditatem exprimit superfluam. Ex aceto autem dandum est, quò tenuius euadat.

CLEMATIDIS.) Folijs clematidis (herbarij volubilē appellāt) acris & adurens facultas inest, nec dubiū quin & eorū cineri. Sed vis illa caustica misto aceto temperatur. quod etiam non leuiter fungorum succum crassum incidit. Vires etiam clematidi similes habent pyrethrum, nasturcium, sinapi, & fæx vini vsta.

MEDVM malum.) Medicum malum, quod & Citrium dicitur, partium habet tenuitatem: præterea veneficij cuiuslibet optimum scribitur esse amuletum.

GALLINAE.) Stercus gallinaceum siccum est & calidum & apprimè his qui ab esu fungorum suffocantur, vtile, si minutissimè contritum ex posca aut oxymelite bibatur. Namque ægri non multo post humorem crassissimum eruditissimúmque vomunt, vnde suffocationis periculum planè tollitur. Id se in multis expertum fuisse Galenus scripto testatus est.

SIN QVIS.) Salamandra in lacertarum genere est, ignauum animal, stellatum, coloris varij, numquam nisi magnis imbribus proueniens & serenitate deficiens. Huic tantum rigorem in esse Plinius putauit, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies, eúmque sequuti quamplurimi, simúlque quod aliquo tempore citra corporis iniuriam versari in ignibus videatur, Salamandræ temperamentum frigidissimum esse crediderunt. Sed mea quidem sententia falluntur. Illi namque & Dioscorides & Galenus exedendi, calefaciendi, exulcerandíque vires tribuerunt, eámque ob rem medicamẽtis quæ exedendo sunt miscerí, dixere non minus quàm Cantharidas, quibus similiter reponitur modo & asseruatur, sed etiam hausta curatur. neque enim rectè scriptum est ab Auicẽna curarionem illi perinde atque opio adhibẽdam esse. Itaque quod ignibus resistat, non efficit frigida eius natura, sed vel occulta quædam vis, vel cutis magna densitas, vel quòd perpetuò lentore quodam mandeat, qua de causa scripsit Græcus interpres λιπόψυχον, τουτέστι γλίσχρον ὑγρόν, à Nicandro vocatam esse, qui donec absumptus sit, salamãdra non vritur. Ignibus tamen inuictam esse falso creditum est. Pag. 51.

TORPESCVNT.) Torpor, neruorum resolutio, tremórque sequuntur haustam salamandram, liquatis à calore præter naturam humoribus cerebri, vel in caput aliunde sublatis, & per nervos sparsis eósque obturantibus, ad eundem modum quo febribus ardentibus & apoplexias & lethargos & paralyses succedere videmus. nec mirum si deliria inde fiant.

VIBEX.) Partes in quas plus veneni confluit, aut quæ sunt ad putredinem magis procliues circumquaque liuescunt, putrefacta iam carne & calore natiuo pereunte, ex quibus sanies quædam virosa diffluit, tandémque illę emoriuntur, & corruptæ decidunt.

LACHRYMA.) Pini resina actis est, siccat & calfacit, & crassos humores incidit & digerit. Quare non pugnat manifesta qualitate contra venenum salamandræ, quod multùm calidum est & causticum, non, vt malè visum est Alberto, frigidum. Ergo vel naturali quadam proprietate illi resistit: quæ videtur fuisse Dioscoridis sententia, scribẽtis priuatim peculiarísque remedio pineam resinam contra salamandræ venenum exhibendam esse, vel dicendam eam non veneni quidem sed eius symptomatum amuletum esse. Contrariam enim hæc duo curationem aliquando poscunt, sicut quotidie in febribus aliísque morbis vsus venit, quibus sæpe neglectis ad symptomatum curationum conuertimur. Idem in proposito veneno accidit, quod tametsi calidum est, tamen torporem, paralysin & tremorem, frigida omnia inuehit, quibus medicandis pinea resina manifesto conducit, illis quas supra commemoraui facultatibus pollens.

PICEAE.) Eadem est in picea terrestri siue trisagine, Græci χαμαίπιτυν dicunt, quæ in resina pini ratio. Expurgat enim abstergítque, & obstructa aperit, & siccando, putrescentem absumit saniem hausta Salamandra emanantem. Ea autem tritis simul nucleis pinei decoquenda est. Pag. 51.

VRTICAM.) Hæc tenuium admodũ partium est. Dicit autẽ Nicander cum erui polline & tenui farina in oleo coquẽdam, quo magis incidat, detergat, & obstructiones expediat. Hoc medicamentũ etiam Dioscorides conficiendum præcipit, quo loco mendosum eius codicem esse opportunè videor monere, frustráque Marcellum multum laborasse in eo restituendo, asserentem legendum, ἢ κνίδης φύλλα σὺν ψιμυθίῳ πτισσοῖς, quod est, vrticæ folia cum lilijs decocta. Verùm πτισσοῖς nõ est legendum, sed πτίσμασι, id est cũ farina, quo in vocabulo quàm facilis esse potuerit librarij error nemo non aspicit. Sic autem legendum esse ex bis Nicandri versibus perspicuum est, ᾧ ποτὲ κνίδῃσι ἐφαλείῃ πτίσμασι παλυναίμενος ἁφαρὸν πίσυν, ἐν λίπεϊ χραίσμῃ. Pag. 51.

RESINA.) Bis idem remediũ Nicãder describit, quod resina pinea melléq; constat. Id enim duobus antè versibus complexus erat, scribens, Huic verò lachryma celsæ medicabere pinus. Si lento cupias fusam cõponere melli. Ex quo apparet in eclegma, te dandam esse. nunc autem ait resinæ loco miscerí posse cum melle galbanum & ægro dari delingendum. Sunt enim & pineæ resinæ & galbani vires ferè pares in siccando digerendóque.

TESTVDINIS.) Et marinæ & terrestris testudinis oua & carnes coctæ cóueniũt, itẽ suillæ carnis pingue ius, ad mitigãdos viscerũ ardores, delimẽdos dolores, inungendas interiores partes, ne prompte salamandræ acrimonia erodantur, lubricãdum stomachum, quò vel euomere, vel per aluum facilè deijcere humorem vitiosum possit.

EMVTA.) Puer adhuc Mercurius spelunca egrediẽs in qua natus erat, obuiam primum habuit testudinem, quã cũ exinaniisset, septem in ea tetẽdit chordas, duabúsque extremitatibus alligauit, quas ἐλικῶνας, id est cubitos Nicander vocauit, proptereà quod cubiti in modũ inflexæ sunt. atque ita citharã ex testudine confecit, quã & Græci χέλυν ἀπὸ τῆς χελώνης appellant. Fabula scripta est in hymno Homeri in Mercurium, & multis illic versibus decantata.

RANAS, stirpémque.) Hoc verè tota substantia alexipharmacum est, temperie quodãmodo mediũ inter salamandræ vitus & corporis nostri naturã, & venenositate aliqua, sicut omnia quæ toto genere deleterijs aduersantur, participans, quam non est dubium inesse ranis. Est & eryngium commune venenorum omnium remedium. Porrò antidotus hæc solis duobus istis eryngij radice & ranis, cõstare potest, quo modo etiam Dioscorides cõsulit, aut scammoniæ portiuncula aliquãdo adijcienda est, vt corpus vniuersum à putridis humoribus expurgetur, & venenum paulatim deijciat. Auicenna non modo antidotũ illam, sed omnia etiam Thetiaces & Mithrydatij genera exhibenda consulit.

POCVLA si.) Duæ summæ ranarũ differentiæ. Nã aut in aqua degũt, aut in sicco. Illæ geminæ dicũtur, palustres, quæ virides sunt, & mariuæ magna ex parte rubeæ. Hæ similiter duplices perhibentur. aliæ enim per apertos cãpos vagantur, aliæ in vepribus tantũ degunt, & sub rubis latitãt, ob id rubetarũ nomine donatæ, grandissimæ cunctarũ, geminis Pag. 51.

veluti cornibus, plenæ veneficiorum. has Græci φρύνους vocant, déque his primùm Nicãder disserit. Has autem ipse θερεμύρους, hoc est æstiuas appellat, quod vel æstate potissimũ appareãt, vel id temporis venefici puncta multis in locis earum cute saniem inde promanantem colligant, & asseruent cibis inficiendis deterrimam.

THAPSO.) Quid sit thapsus, ánne idem cum thapsia, non constat. Græcus Scholiastes dicit esse εἶδος βοτάνης χλωρᾶς, éstque verisimile illam nũc herbam intelligi quæ in Theocrito poëta legitur tingendis lanis vtilis, qua & capillus flauus efficitur.

MOLEMQVE.) Græcè est scriptum γνάθῳ ὑπὲρ πίμπρησιν, quo verbo tumorem inflationémque corporis significari patet ex Dioscoride, qui pro eo reddidit, ὑπὲρ ἐξιδήματα φύματος.

PECTORE anhelo.) Difficultas magna est respirationis, tũ quòd vẽtris tumor ingens cõprimat diaphragma, tum quòd à frigiditate & crassitie humoris pectorales musculi grauissimè offendantur.

PRÆSIDIO tamen.) Plinius scripsit lib. 32. cap. 5. ranarum marinarum ex aceto decoctarũ succum cõtra venena bibi, & contra ranæ rubetæ venenũ, & contra salamãdras. Quod si verum est, remedium planè hoc fuerit tota substantia alexipharmacũ, cuius & eadem ratio est quæ sanguinis scorpionis contra suũm venenum quod morsu infuderit.

PIX.) Pugnat pix cõtra ranas manifestis qualitatibus. Siccat enim & calefacit, habétque euidẽtem partiũ tenuitatẽ qua crassos flatu incidit & digerit.

MVTA autem.) Etsi variæ sunt ranarũ differentiæ, vnũ tamẽ est earum temperamentũ. Sunt enim omnes frigidæ atque humidæ. nec earum notas & curationem Dioscorides eam ob causam distinxit. Omnibus enim pallorem succedere dixit, vt buxo similes colore videantur qui quamlibet hauserint.

Pag. 51. BILE.) Ab obstructione symptoma hoc potest proficisci, per quam bilis & in corpus vniuersum, vnde buxeus color, & in os, vnde calidum biliosúmque sentitur, regurgitat.

SINGVLTIBVS.) Affectus est ventriculi singultus, qui & ilia & musculos epigastrij exagitat. Nascitur in his à copia frigidi & pituitosi humoris, ventriculi os conuellentis.

INVITI.) Sequitur inuoluntaria seminis excretio ranarum potum. sed habet, vt mihi quidem videtur, causam latentem, qualem & cantharides ad vlcerandos renes, & lepus marinus ad erodendum pulmonẽ habẽt. Quod enim vasa potissimum spermatica, non item diuretica aut sphincteris musculus, resoluantur, alia omnino est præter frigidam ranarum intemperiem, alioqui & opio & cicutæ & hyoscyamo id esset commune.

Pag. 51. SED TV.) Post vomitiones multa vini meraci potio vtilissima est, frigidos crassósque humores & flatus calefaciens atque incidens.

IN LABRO.) Lauari quotidie debent & in aquæ calidæ solium descendere, quo humor flatúsque digerantur.

ARVNDINEAM.) Arundo calfacit, siccat, detergit, incidit, extenuat, digerit, quæ omnia vnanimiter in venenis istius medelã cõspirant. Paribus ferè facultatibus præditus est cyperus, qui Latinis iuncus quadratus dicitur.

EXERCE.) Scopus vnus est in exhibẽdis veneni ranarum antidotis, corpus nimia humiditate frigiditatéq; tumidũ siccare & digerere. Quamobrẽ non est negligenda exercitatio, sed maxima celeritate currere & spatiari oportet. Sic enim natiuus calor augebitur, humores crassi tenues fiẽt superflui vacuabuntur, & excusso torpore, qui hoc in malo præcipuè molestus est, pristinus corporis vigor redibit.

ARGENTI si.) In argenti fodinis lithargyros & hydrargyros reperiuntur, quorum illud argẽti spumam, hoc argentum viuum Latini, mobilitatẽ eius cõtemplati, appellarunt, sicut & Græci, quòd aquæ modo fluere videretur, hydrargyron. Plura sunt vtriusque genera. Scripsit tamen Galenus neutrum horum sponte nasci, sed vtrunque factitium esse. Dioscorides contra, argentum viuum in argenti fodinis, cameratis earum tectis pendens, & in stillas concretum, reperiri. & Plinius in argenti venis lapidem esse, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur. Varijs autem modis ambo fiunt. Spuma quidem argẽti tribus. Aut enim ex arena fit quæ in fodinis argẽti & plũbi reperitur, in fornacib' conflata donec perfectè incandescat, & talẽ Græci μολιβδῖτιν vocant: aut est argenti vel etiã plumbi sese per coctura purgantis recrementũ. Sed quæ fit ex plumbo nullum habet peculiare nomen. nam ne μολιβδῖτις quidẽ, id est plũbaris est, sed, vti diximus, prioris. quæ vero ex argento conficitur, calabritis dicitur. Namque si Dioscoridi credimus, non est argyritis eius nomen, sed omnis quæ candida sit, vt & chrysitis vocatur quæcunque flauo colore est & splendet. Sunt enim hæc duo coloris, non materiæ nomina. Hac enim in re Dioscoridi potius quàm Plinio credendũ videtur. Viuum verò argentum ex nimio confici debet, hunc in modũ. In patinã fictilẽ minium inditur, atque vbi diligẽter luto circumlita est accensis carbonibus superponitur. Postea quæ operculo adhæserit fuligo deradenda. Hæc enim postquam refrigerata coierit, argentum viuum est. Miscetur autem aliquando cum minio alumen, sal, & nitrum. aliásque plurimas habent alchymistæ argenti viui sublimãdi, vt eorum verbo vtar, rationes. Sed cùm de sola argenti spuma Nicander dixerit, placuit tamen ista breuiter de argento viuo simul inseruisse, quòd & frequẽtius scelesti homines viuo argento abutuntur, tum quòd vtriusque paria sint maleficia & eadem curatio, sicut & temperamenta non multum inter se diuersa habent.

ALVVS grauis.) Spuma argenti & argentũ viuũ pondere suo intestina exedunt & perforãt. Est enim lapidea terrenáque eorum substantia, nec parum aquea. qua de causa grauia sunt.

FLATVS.) Frigiditas status hos parit, hi tormina & intestinorum dolores: quorum tamen potissima causa est erosio. Pag. 51.

SISTITVR.) Hoc fit ab inflammatione & influxu humoris in imum ventrem tantopere discruciatum. Dolor enim fluxionem commouet.

PLVMBI.) Non est mirum si spuma argenti ex plumbo conflata, plumbíque naturæ particeps, vbi humores corporis infecerit, plumbeum colorem inducat.

ASTo bolos.) Duo sunt præcipui in curando hoc veneno scopi: nosionẽ impedire, & corporis tumorẽ digerere. Itaq; post vomitus lac prodest, cibi itẽ pingues & viscidi. de quibus nihil hoc loco Nicander: namq; illa modò remedia persequitur, quę flatus discutiãt, vrinas retentas prouocent, sudorẽ moueãt, & tandem corporis tumorem siccando resoluant.

ISTHMIACVM.) Melicerta qui & Palæmon & Portunus dicitur, filius fuit Athamantis & Inus, cũ quo mater in mare se præcipitẽ dedit, quòd Athamanta maritum suum furere videret. Addit Pausanias Melicertæ corpus à delphine postea euectum

fuisse in Isthmum Peloponensi, inter Ægæum & Ionium mare, cuius fauces Corinthus obsidet, & à Sisypho repertum illicque sepultum, & in eius honorem Isthmiacum certamen institutum, quod Corinthij celebrarent, in quo qui vincebat, selino, hoc est, apio donabatur.

RVGOSVM.) Habetur Græcè ῥυσὸν. quo nomine Græcus Scholiastes male putat rutam significari. Est enim piperis epitheton, & rugosum significat. ῥυσὸς enim dicitur ὁ ῥυτίδας ἔχων. Isto etiam Persius satyra quinta vsus est.

p.52. LIGVSTRI.) Absque morsu & acrimonia ligustrum digerit & siccat.

PARCE venenata.) Smilos, smilax, thymion Græcis, taxus Latinis, arbor est venenata, non potu modò, sed sola etiam vmbra, siqui sub ea dormiant cibúmue capiant, quo potissimum tempore flores edit. Est autem veneni tam præsentis, vt sint qui teterrima venena taxica ab ea vocata fuisse existiment, quæ nunc toxica dicimus. Adfert suffocationes, & totius corporis refrigerationem, & alui profluuia, & celerem mortem, nisi protinus calidis succurratur. solum merum Nicander hîc exhibet, efficacissimum sanè remedium, sed præterea commodè reliqua omnia possunt imperari quæ contra cicutam prodesse scripta sunt.

ILLE ego.) Nicander quasi oblitus quo loco de fungis egit, remedium ex myrto cæteris adiungere, id nunc addit. Sed myrtum quidem non nominat, describit tamen satis apertè. Nam cùm Venus Iunonem & Palladem secum de forma contendentes vicisset, præter aureum pomum, myrtea etiam corona ornata est, quo factum est vt semper fuerit Veneri gratissima myrtus, & eius dicata numini. Sunt & baccæ nigræ myrto. Præterea litoribus & aquosis locis maximè prouenit, & non nisi hyberno sole, hoc est tardè admodum maturescit. Quæ omnia non parũ cum Nicandri versibus conueniunt. Sed nemo medicorum quod sciam, remedium hoc fungis adhibuit, & prima fronte videri potest ad fungorum curationem inutile. Nam cùm illi calefacientia incidentiáque medicamenta postulent, quis audeat myrtum, cui maxima inest adstrictio, exhibere? Solus Plinius post Nicandrum scripsit lib. 23. cap. 9. Myrtum satiuam candidam, minus vtilem esse medicinæ quàm nigram: semen eius fungis mederi in vino potum, paulóque postea, folia ipsa fungis aduersari trita ex vino. Nec id quidem caret probabili aliqua ratione. myrtus enim contrarijs constat substantijs. nam etsi vincit in ea frigidum terrenũ, habet tamen etiã tenue quiddam calidum. Quapropter valenter exsiccat, & cùm aluum sistat, vrinas promouet. Iam ergo tolerabilius hoc remedium contra fungos videatur, quàm pira, quæ tamen præsentissima ope dicuntur his qui ab eorum esu malè habent, subuenire, & maximè syluestria, in quibus tamen superflui crudique humoris ingens vis redundat, à quo etiam solo magnæ stomachi angustiæ excitantur.

IO. GORRÆI
DE LEPORE MARINO
APOLOGIA AD GVIL-
LIELMVM RONDELETIVM.

Io. Gorræus Guillielmo Rondeletio. S. P. D.

NON existimabam Rondeleti doctissime, libellum meum tanti vnquam fore, vt longius comportari, & in doctorum hominum manus peruenire posset, nisi cùm libros tuos, non piscium modò, sed immensæ etiam eruditionis pelagus percurrens, incidi in nomen meum versúsque meos, quibus ego aliquando vertendo Nicandro luseram. Itaque protinus vehementer admirari & gaudere cœpi, primùm quidem quòd cum elogio me nominasti, quódque præter morem tuum omissis Græcis versibus, meos Latinos tenues & malè natos æterno operi inseruisti: deinde verò quòd scriptis meis tantum tribuere videaris, vt ijs non refutatis, fidem tuis non constare, sed in asserendis tuis, auctoritatem meorum, si modò habent aliquam, prorsus tibi eleuandam esse iudicares. Eo nanque animo, mihi crede, animaduersionem tuam, elusámque interpretationem meam accepi, vt plus mihi abs te collatum, quàm detractum esse videretur. Licet enim honore & amicitia saluis cum aliquo de rebus ambiguis ἀγαθῇ τύχῃ contendere, atque ab eo dissentire, more scilicet magnorum virorum quos prisca ætas tulit, qui etiam victi nihilo minorem quàm qui vicêre gloriam sunt consequuti. Plurimarum rerum disceptatio Platonem atque Aristotelem summos philosophos inter se commisit. ab Hippocrate diuersa pleraque sensit Aristoteles, nec tamen alter alterius nomen obscurauit, sed post tot secula, tam firma singulis sua laus stetit, vt adhuc cui primas partes tribuere oporteat, iure dubitetur. Quo igitur animi candore tua legi, eodem velim ista excipias, præsertim cùm hac disputatione non multò maiorem fructum percepturi videamur, quàm qui de lana caprina olim contenderunt, totúmque huius nostri conflictus periculum, non in Care, quod aiunt, sed in lepore olenti atque putrido versetur. Quem enim in Gallia omni, leporis marini veneno extinctum fuisse audiuimus? Quis vnquam nostrûm in eo veneni genere distinguendo discernendóque laborauit? Quod quidem etiam si nunquam nobis acciderit, potest tamen aliquando euenire, si tuo beneficio, quo ille nobis notus esse cœpit, sceleśti homines ad fraudes & maleficia abutantur. Id autem si quando euenerit, certè non frustra de eo instituta à nobis hæc disputatio videbitur, & inter nos quæsitum, primùm quidem an lepus marinus pulmonem exulceret, deinde verò an eum solum, non item alias corporis particulas. In qua tamen dijudicanda non video multa dici & ratione colligi posse, sed rem totam sola ferè experientia & veterum auctoritate transigendam esse. Verùm mihi nec leporem marinum vnquam videre contigit, multóque minus eius naturam experientia discere, nec magnoperè curæ fuit ex aliis percunctando conquirere, certam fidem in veterum scriptorum industria, vigilantia, studióque collocanti. Nec verò si me magis sedulum præstare voluissem, videbar multum profecturus, in tanta præsertim auctorum & leporum varietate, vt omneis eius species nondum tibi notas esse fateare. Itaque in naturæ eius disquisitione Plinius & Galenus hactenus mihi satisfecerunt, quorum ille & genus & formam, scribens eum lib. 32. cap. vlt. genus lacertorum esse, & lib. 9. offam magis informem, & lepori similem, atque in India pilo, quo tuus caret, duriore tantùm: hic verò proprietatem explicauit. Ac huius quidem fidem sequutus

nunquam dubitaui quin à veneno leporis marini pulmones exulceraretur, ex quo medicinæ & illi operam dedi, cuius tantum valet apud me auctoritas, vt ei nec iurato, & sine teste facilè sim crediturus. Quam autem διαβολὴν id assequeretur, quódque ea sumptione tanquam medicis omnibus notissima eorum cauillationem redarguat qui negabant medicamenta certis quibusdam addicta esse partibus, tu ipse nosti, nec est mihi necesse quibus id locis agat adscribere, quod me iam eo onere expediueris. Sed quantum tu illi tribuas, nescio. Habet enim hæc ætas plurimos γαλημαίστας quorum in numero te, cuius nomen inter doctissimos medicos celebre semper fuit, & in eorum ore frequenter versari audiui, vt esse suspicarer, nunquam adductus sum. Attamen video te nulla non dicam ἀποδείξει, sed logica etiam ratione impulsum, prompte ab eo deficere, vt eum lacessendi potius quàm refellendi studium tibi fuisse videatur. Quis enim putabit te Galenum falsi reum rectè peregisse, quod ea literis mandarit, quæ alij scriptores vel neglexerunt, vel studio prætermisere? Quis ab experimento quod in grauida muliere cœpisti, quæ interuenit dum leporem marinum dissecares, credet tam excellentem philosophum & egregium medicum, qui professus est se nihil omnino posteris & memoriæ proditurum, quod ipse experientia non comprobasset, hæc temerè falsóque de lepore marino tradidisse? Et tamen 2. his tantùm argumentis eorum quod tibi eum Galeno est, transigis atque confícis negotium. Si quos citas auctores repugnantia Galeno scripsissent, & à lepore marino non exulcerari pulmonem diserte apertéque expressissent, esset fortasse cur contra Galenum in eam causam descenderes, quam tamen ne tum quidem sine magna iudiciorum varietate, magnaque contentione eorum qui Galeni decreta summo studio & fouere prosequuntur, obtineres. Hic enim vnus est, doctissimorum hominum iudicio, πολλῶν αἰτάξιος ἄλλων. Veruntamen ne pulmonem quidem nominarunt. Vnde miror quomodo sententijs eorum dicatur aduersari. At illi inquiet aliquis, notas leporis marini profitentes, diligentes alioqui & doctrina iudicióque præstantes medici, quia vlcerati pulmonis non meminerunt, eum ne exulcerari quidem consuêre. Ego sanè doctissimos viros id ignorasse, nec possum nec debeo putare, sed tamen notam eam consultò ab illis prætermissam fuisse iudico. Principio namque venenum hoc calidum, acre & σπαδικὸν, ventriculum & intestina afficit, magnosque dolores illic excitat, deinde in iecur peruadit, vbi sanguine & spiritu inflammatis ictterum & hydropem inducit, speciémque vrinæ naturalem corrumpit, quæ in vesicam recepta perque pudendum delata, agit ea in tumorem, à quo ipsa intus sistitur. Hæc quidem vehementia & grauissima mala sunt, quæ vix robustissimi quique nedum tenui & infirma valetudine homines perferunt. Siquidem frequenter è vita tollunt, priusquam alia symptomata superuenerint. Vlcus enim pulmorum, & quæ eius assecla est corporis extenuatio, non prima sunt huius veneni symptomata, sed postremò ferè veneno grassante, & altius insidente, malòque iam vetere excitantur. Qua in re auctores Auicennam & Rasem libenter sequor, qui epoto leporis marini veneno scripserunt phthisin succedere, mors nisi hominem præoccupauerit. Itaque non vlcerato pulmone plurimi eo veneno extingui possunt, etiam si naturali quodam dissidio inimicitias cum pulmonibus exerceat. Sicut enim veneficium hoc non est præsentissimum, sed longi incertique omnino temporis, vt quod totidem diebus hominem conficiat, vt ait Plinius, quot ipse lepus vixerit, ita non omnia eius symptomata protinus emergunt. Primùm enim iecinore vitiato ictterum & aquam intercutem exoriri verisimile est, deinde verò contracto pulmonum vlcere corpus tabescere & emaciari. Id quod Nicander videtur ostendisse, scribens carnes sensim tabescere, quasi non de repente, vt alia, sic malum istud prodeat. Quare si corporis infirmi vires exiguæ primos veneni impetus non sustinent, nec veneno spatium detur sæuiendi in pulmones eósque exedendi, fieri quidem potest vt pulmonum vlcus non sit perpetuum huius veneni symptoma, atque eam ob causam à Dioscoride, Aëtio & Paulo fuisse prætermissum. Siquidem illi ea modo signa & symptomata videntur consectati, ex quibus veneni genus extemplò deprehendi possit, vt liceat per ipsa statim initia peculiarem adhibere curationem. Quæ si permultum in omni veneno conducit, ad ea symptomata frustra & malè quis attentus sit, quæ tardius & salute ægri iam deplorata consequuntur. Esto verò pulmonum vlcus perpetuum huius veneni symptoma, & primo quoque tempore pulmones ab eo exulcerentur, neque id Dioscorides, Aëtius, & Paulus ignorauerint, eos tamen optima ratione fecisse iudicabo, quòd inter huius veneni notas pulmonis exulcerationem non addidêre. Neque enim signum propriè censeri debet quod sensibus non potest vsurpari, sed alijs signis indiget quo notum euadat. Quis autem pulmonis vlcus per se deprehendit? Itaque vt symptoma quidem sit, non potest certè signum videri. Quamobrem potuit Nicander adduci, vt cùm reliquis notis pulmonis exulcerationem non recenseret, sed notas eius secundarias substitueret, ex quibus eam liceret intelligere. Sic enim ego Nicandrum interpretatus sum, vt existimarem hæc duo quæ recenset, corporis maciem & ruborem genarum ad pulmonis exulcerationem referri oportere. Nam si Galenus pulmonem à lepore marino vlceribus tentari prodidit, eóque lemmate, non quidem ἐπιφανικῷ, sed tanquam maximè vulgari & notissimo vtitur: si Auicenna & Rases, si medici quotquot in Italia in veneficijs longo vsu exercita, de marino lepore scripserunt, idem affirmant, si nemo veterum reclamauit aut se dubitare dixit, egéne

Nicandrum rapere in alienum sensum videri potero? Tam bene quidem hæc duo symptomata à Nicandro descripta cum vlcere pulmonum mihi videntur consentire, vt qui ab alio affectu ea suscitari contenderit, malè cum veritate & arte medica consentiat. Vnde enim in illis genarum rubor? An ab erysipelate aut phlegmone cordis vel hepatis? Atqui hi affectus acuti sunt, præsensque habent periculum, proindeque non videntur à marino lepore, non præsentaneo, vt dictum est, veneno, prouenire, & à quo carnes, vt ait Nicander, ἀφιστάσθαι, τυτθὸν ἀπ' ὀδόντος, absumuntur; sic enim aduerbium hoc Græcus interpres explicauit. Est item peripneumonia acutus morbus, eamque ob rem non excitatur ab eo veneni genere, nisi fortè in corpus ad hoc vitium procliue inciderit. Verumtamen eam quæ hoc modo cœperit, non ex peculiari leporis affectione, sed per accidens ab eo natam esse, neminem ignorare arbitror. Quanto igitur verius & medicinæ rationibus congruentius fuerit, genas illis rubere propter humorem vlceratis in pulmonibus putrescentem, & tussim phthisicy perpetuam, sicut Galenus comment. 3. εἰς τὸ προγνωστικὸν, in purulentis accidere annotauit? Hæc enim faciam totumque adeò caput excalfaciunt. At tu qui premere Galenum hac in parte contendis, non modò eum Nicandri fauore & consensu interuertis, sed ne meæ quidem opinionis, quæ nullius apud te ponderis esse debuit, accessionem illi adiungi pateris, mallens genas in ijs rubere ob iecinoris etiam inflammationem (cuius tamen inter notas non nemini à veteribus medicis proditum fuisse ruborem genarum) quàm à pulmonis vlceribus. Quòd si genæ ab his rubent, cur non & macies proueniat? præsertim cùm medici Arabes inter huius veneni indicia tabem recensuerint? Hæc si ita habent, rectè mihi videor apud Nicandrum genarum ruborem & corporis maciem ad pulmonis vlcera retulisse, haud magnoperè quidem eo loco solicitus, solumne pulmonem, an præterea parteis alias ab eo erodi exulcerarique contingeret. Neque id sanè Nicandro curæ fuit distinguere. Ob id vocabulum hoc, solum, aut aliquod simile in annotationibus meis non reperias. Quo magis miror quomodo in calamum tuum venerit, vt annotationum mearum censuram concluderes his verbis, Quare Nicander ex his quæ de venen vi tradit, effici non vult solos pulmones à lepore exulcerari. Siquidem ne cogitaram quidem de solius pulmonis vlcere, satis mihi in Nicandri explicatione faciens, si vlcere occuparetur. Quod quidem ne nunc etiam credam, non possum ea quam recitas experientia persuaderi, si modò illa est, quam in grauida mulière feciſti. Quid enim mirum mulierem nullo pulmonum vlcere laborasse, quæ marinum leporem viderat tantum, non etiam esitarat? ipsa enim leporis substantia & caro, non autem odor, exulcerandi maleficium possidet. Id quod ego certò scio tibi esse notissimum.

Hæc quidem habui, Rondeleti doctissime, quæ pro me scriberem. Nam quod attinet ad aliam disquisitionem, soline pulmones exulcerationem sentiant, eam non tam mea quàm Galeni causa aggredior, qui iampridem animum meum ea opinione imbuit. Quanquam libenter causam istam desererem, in qua tuenda, nihil ferè sibi ratio, omnia experimentum vendicat. Quod quoniam ipsi non fecimus, nec plures eius testes citare possumus, vereor ne in dicendo hebes & ieiunus, & Galeni causam magis prodidisse quàm defendisse videar. Sed ô te callidum qui Galenum prouocasti. Neque enim huius rei actio in eum competebat, sed in ipsum potius leporem, ille verò testis tantùm produci debuerat. Nunc reus factus, è lege dicere pro seipso testimonium non potest, &, quod longè miserius est, non cauit sibi aliorum testimonijs, qui lite nondum contestata fato functi sunt. Quod si ipsi aliquando futurum prouidisset, non dubito quin testium agmina ex veterum medicorum monumentis excitasset, à quibus vt scriberet solum pulmonem à lepore marino exulcerari, inductum se fuisse confirmaret. Cur enim id soli Galeno primum in mentem venisse arbitremur? An si idipsum solus existimasset, ea assumptione iocum eorum confutasset qui medicamenta alia aliis partibus negarent vel prodesse vel nocere, ea versibus è tragœdia citatis, in diuersas corporis partes, tanquam ciuitatis cuiusdam portas & vicos destinantes, vir alioqui in dialecticis multum exercitatus atque in disputandò acerrimus? Nosti credo mores huius viri, quódque solitus sit sententias, quarum ipse auctor & princeps extitit, multis rationibus longóque sermone prosequi, & glorioſius de seipso prædicare. Quod quidem si in hac non præstitit, sed nudis eam verbis exposuit, ego inde colligendum arbitror, quòd primùm à Galeno profecta non sit, sed tam mutuatus sit ex aliorum libris, aut ex communi omnium ore atque consensu. Itaque sine graui causa ab ea discedere, hominis est antiquitati fidem atque auctoritatem derogantis. Ne verò, quæso, putes id à me dictum in tuam contumeliam, cuius ego nomen atque existimationem, maximis tuis erga medicinam meritis partam, nunquam violari cupiam. Certò namque scio firmissimas tibi non deesse rationes, non è vulgo quidem & scholarum exercitatione petitas, sed comparatas summa doctrina & studio, quas si inferere operi tuo libuisset, fortasse nunc tenderem manus, pedibusque in tuam sententiam discederem. Interim verò liceat mihi in mea opinione acquiescere, quam ego si non cum ratione (est enim huius perinde atque multorum aliorum ratio incomprehensibilis atq; inexplicabilis) at non repugnante ratione veruntque natura videor animo imbibisse. Quamobrem si huius rei demonstratio propter quid sit, vt Aristotelis more loquar, nulla nobis adhuc suppetit, attamen quia sit, aliqua esse potest. Non

enim quicquid agendi aliquid vim possidet, eam protinus in obuia quæque exerit, sed ei quod agit, cum eo quod patitur magna prorsus naturæ similitudo intercedat necesse est. Solent enim contraria, genere etiam proximo contineri. Nec verò multum interest, generisue an substantiæ similitudinem dicamus, quòd sub eodem genere ea modò comprehendantur, quorum substantiæ ratio eadem est. Ab ea quæcumque agunt, dicuntur agere similitudine totius substantiæ, quo modo non tantùm magnes ferrum attrahit, sed omnes etiam corporis particulæ sua sibi attrahunt atque assimilant. Inuitus certè ad hanc occultam proprietatem descendo, à multis eam morderi certus, tanquam commune & paratum ignorantiæ perfugium. Quo vt semper vti ridiculum est, sic omnibus intercludere, & putare se omnium rerum causas tenere, arrogans, impudénsque habetur. Præter eam autem etiam crassities partium atque tenuitas, multum adfert ad actionem momenti. Hinc enim piper ventriculum, non etiam iecur & sanguinem excalfacere proditur: atque cicuta per se data ventriculum refrigerat, non etiam natiuum cordis calorem extinguit. Crassa enim & quæ non facilè in corporis habitum distribuuntur, in ventriculo & primis venis subsistunt, atque in eas, si quid habent noxæ, effundunt. Contrà verò quæ partium habent tenuitatem, facilè præterfluunt atque elabuntur, & non offensis primis in quas incidêre partibus, agunt in remotas. Ita fit vt plurima quæ propter substantiæ tenuitatem & vehementiam calculos frangunt, ventriculo vim nullam adferant. Qua in re videntur mihi sagittæ haud valde dissimilia, quæ non statim vt è digitis dilapsa est, altius adfigitur, sed posteaquam certum spatium emensa fuerit. Siquidem hunc in modum pleraque in corpore hominem, temporis mora & caloris interni commercio, ignem & maleficij vim concipiunt. Itaque exedentia medicamenta si substantia sunt crassiore, diutius in ventriculo hærent, ibíque de potestate in actum caloris ope prouecta, ventriculum qua parte adhæserint, erodunt. Sin autem tenuiora fuerint, ventriculo excidentia in alias partes grassantur. Ac quanquam venena omnia quæ exedunt, terrena sint, inter illa tamen lepus marinus magnam habet substantiæ tenuitatem, velut & cantharis, propter quam interim offenso ventriculo, hæc vsque ad vesicam, ille vsque ad pectus excurrit, media via igneam & exulceratoriam malignitatem acquirentes. Sic enim Galeno, si modò in hanc rem testis tibi dari debet, visum est lib. 4. de Simpl. med. facult. de amaro & acri sapore differenti. Quare si lepus marinus pulmones exulcerare dicitur, non est propterea necesse ventriculum quoque, aut aliam particulam vlceribus perinde tentari. Vt enim medicamenta certis quibusdam partibus prodesse consueuerunt, sic arbitror non deesse quæ peculiariter, & naturali quodam dissidio aliquibus noceant. Cur enim lolium & hyosciamus caput, non item ventriculum afficere dicantur? porrum & lactuca oculos hebetare, sensibus aliis illæsis? sinapi vel exiguum cuti illitum eam exulceret, intus autem, magna etiam copia deuoratum non exulceret? Adeo nihil vbique parem habet facultatem. Verùm cur lepus marinus potius pulmonem exedat, nemo possit, meo quidem iudicio, explicare. Id enim sola experientia, quam veteres videntur feciſſe, potest comprehendi, quam si non expressis verbis declararunt, facilè tamen ex eorum scriptis conijcimus, nullas prorsus notas alterius partis vlceratæ, certas autem exulcerati pulmonis agnoscentes. Sed vereor ne verba in disquisitionem minimè necessariam contulerim, atque aliud huius de marino lepore propositæ quæstionis caput sit, in quo Galenus reprehendis. Siquidem ambiguè videtur dici, solum pulmonem à lepore marino exulcerari, vel quòd solus pulmo vlceretur, aliis aliter quidem & diuerso mali genere affectis partibus: vel quòd à lepore marino soli pulmones vlcere laborent, aliis omnino illæsis particulis, neque aliam prorsus affectionem perpessis. In qua tamen ambiguitate explicanda non decreui esse prolixior, quòd priorem quidem eius partem satis longa oratione videor mihi prosequutus, alteram verò à te probari non putem. Namque Galeno iniuriam feceris, si eum tanquam negantem vllum omnino aliam particulam, præter pulmonem, à lepore marino quouis modo affici criminere. Quandoquidem eius verba quæ recnas, solius pulmonis affectionem non ita exponunt, vt reliquas partes ab omni noxa vitióque immunes esse declarent. Neque id quidem sine ratione scripturus fuerat Galenus, quem non fugerat Nicandrum & Dioscoridem, ventriculi, iecinoris, vesicæ, atque aliarum partium ab hoc veneno offensarum notas prodidisse. Nauseas enim frequentes, ictterum, hydropem, dysuriam, pudendi tumorem ab hoc veneno proficiſci omnes ferè medici commemorant. Vt autem in pleuritide atque aliis plerisque morbis propria symptomata à communibus distinguuntur, ita in lepore marino operæ pretium est animaduertere quænam sint huius [illegible], tum quæ aliam quamuis ob causam consequuntur. Venena enim quamplurima in affectus consimiles corpus fere deducunt, neque fieri potest, vt omnes concurrentésq; casus, vnum commentur venenum. Nam oris & linguæ erosio, stomachi, ventris, vesicæ & venum inflammatio, vehemens vrinæ difficultas, & in plurimis partibus quidam adustionis sensus, non in cantharidibus modò potis reperiuntur, sed in erucis etiam pinorum, bupreste, atque salamandra. Nec eos modo qui meconium hauserunt, veterno aut sopore premi, stertere, torpere, refrigerari, toto corpore pruritum sentire, sensúque priuari constat, sed eos etiam qui man-

dragoram aut cicutam deuorarunt. Delyrium non hyoſcyamus tantùm infert, verumetiam quæ toxica appellantur, ſimiliter aconitum, & mel quod in Heraclea Pontica gignitur. Strangulatio non minus in fungis, quàm in ſanguine taurino, lacte coagulato, aconito, ceruſa, gypſo conſpicitur. In ſumma, difficile eſt vnum vni veneno proprium inuenire ſignum, quod hauſtum venenum παθογνωμονικῶς & propriè declaret. Sed habeant quidem ſuum ſingula venena, aut in eius locum plurium ſymptomatum concurſum, certè lepus marinus ſibi proprium & peculiare habet pulmonis exulcerationem, ex qua primo & per ſe id veneficij genus deprehenditur. Itaque quamuis aliorum ſymptomatum multitudine & vehementia leporis marini venenum hominem impurum atque imbecillum poſſit perimere, non tamen ſua vi & malignitate eum peremerit, quoniam non niſi erodendo propriè occidat, ſicut apud Galenum legimus, & veriſimè ſcriptum eſſe arbitramur.

Vale.

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN THERIACIS & alexipharmacis Nicandri, & scholijs interpretis.

Abomasum. 26
Abrotonum. 2 17. 18. 44. 54.
Absynthium. 47
Acanthi radix. 10
Acetum. 50. 62
ἀκρὸς. 8. 26. 48. 59
Aconitum. 43. 53. 54
Ἀκοντίας. 25.
Ἀκρόκερως. 16
Ægagees. 4. 20
Ægilops. 13
Ægicitę fungi. 62
Agnus. 2. 17
Agni cerebrū. 45. 55
Ἀγριόλυκος. 24
Agroſtes. 12. 28
Ἀδιάλειπτοι aſpides. 19
Ainga. 13. 30
Alcibium echium, 9. 10. 11. 25. 27.
Alexipharmaca. 16. 53
Alexiteria. 53
Allium. 14
Alphos. 22
Ἀλφός. 27
Altercus. 60
Amanitæ. 63
Amaracus. 9
Amphisbæna. 6. 23
Amuleta. 53
Ἀμφίεσις. 19
Anchuſa. 13
Anguis, vide ſerpēs.
Anicetum. 10
Aniſus. 14
Anſerinus pullus. 75
Antidota. 53
Aparine. 15
Apriiecur. 9
Apisictus. 13. 30
Ἀπίου ſemen. 10. 2
Apium equīnum. 10
Apiū paluſtre. 10. 26
Apollinaris. 60
Ἀραβὸς. 29
Ἀρκὴ. 18
Ἀρκτοῦρος. 26
Arctios. 13
Argenti ſpuma, 36. 52. 64.
Argētum viuū. 51. 64.
Arillolochia. 8. 15. 25
Arundo. 51. 64
Aſcalabos. 8. 25
Aſcra. 16
Aſininum lac. 50
Aſphodelus. 2. 9. 17.
Aſpis. 3. 4. 19
Aſterion. 13. 22 28
Atalymnus. 45. 51
Attes. 53

B

Βάκχος. 8. 25
Ballamum. 15
Balſami ſuccus. 44. 54.
Baſiliſcus. 7. 23
Bembix. 13. 30
Bitumen. 2
Βλάχνον. 17
Βλῆτρον. 17
Boleti. 62
Brionia. 15
Βούβρωστις. 29
Bucarterus. 4. 20
Buccina. 49
Bulbi ſemen. 14
Bupleurum. 9
Bupreſtis. 48. 58
Buxus. 51

C

Cæciliæ. 25
Calamintha. 52
Cammoron. 43. 54
Cancer. 10. 15
Canchery. 17
Καρδιοσφάκης. 29
Canobus. 5. 22
Cantharides. 45. 55
Capillus Veneris. 13
Capræcaput, 45. fimus. 14
Capreæ angues perſequuntur. 3
Capreæ coagulum, 9. 49.
Caput ferinum. 9
Carabi. 49
Cardamum. 2. 51
Caſtanea. 57
Caſtoris teſtis, 9. 11. 26.
Caucalis. 13. 14
Cedria. 17. 61. 62
Cedrus, 2. 9. 27. eius baccæ, 10. pix 50. lachryma. 61. 62.
Cenchreneis. 8. 24. 25
Cepæ ſuccus. 14
Κεφαλοκρουστὴς. 29
Cera. 1
Ceraſtes. 5. 21
Cercaphus. 20
Cerebrum porci, agni. 45. 55
Ceruſſa. 44. 54
Cerui angues perſequuntur, 3. eorum cornu, 1. medulla, 2. penis, 9. venter.
Κεφαλζήνης. 16
Chalcanthum. 51. 62
Chamæleos duplex, 10. 11. 44. 54.
χείρ. 32
χελείνη. 17
χελὺς, χελώνη. 17
χελιδονία. 13
χελιδονίαι aſpides. 19
Chelydrus. 7. 23
χερσαῖαι aſpides. 19
Cherſydrus. 6. 23
χίμετλον. 27
Chironia radix. 8. 25
χοὺς, χοῦς. 8
χλοάων. 24
Cicama. 13. 30
Cicer agreſte. 14
Cichorium. 60
Cicuta. 13. 46. 56
Cinnamon. 15
Κίων. 20
Clematis. 51. 62
Clybatis. 9
Κυησὶρ. 17
Coagulum. 9. 44. 54 59.
Cocytus. 4. 20
Colchicum. 47. 57
Κολώτης. 25
Conchylia. 49
Conila. 10. 29
Conyza, 2. 10. 14. 15. 13. 48.
Cor petunt venena, 36. 37.
Corcorus. 10. 13
Coriandrū. 45. 56. 55
Corium. 14. 45
Κοτύλη. 26
Cotyledon. 11
Crambe. 48
Κραναοκολάπτης. 29
Crethmos. 14
Crymna. 11. 27
Cucumis. 13
Cucurbita. 14. 31
Cuminum. 10. 11. 14. 15.
Cupreſſi folium. 9
Κύαθος. 26
Cyclaminum. 15
cydonia mala. 46. 56
Cypariſſus. 9
Cytiſus. 10. 15
Cyzici j agri. 43. 53

D

Damæ coagulum. 9. 44. 48. 58. cornu. 1.
Daucus. 11. 13. 15. 46.
Dipſas. 6. 18. 22
Dorycnium. 48. 59
Draco. 7. 13. 24
Draconis & aquilæ diſſidium. 7. 24
Dracunculus. 14. 31
Dryinas. 7. 23. 24
Dyſderi. 22. 28

E

Echinus. 9. 26
Ἔχις, ἔχιδνα. 16
Echiū. 2. 9. 10. 25. 26
Elopes. 8. 25
Ἐνοπὴ. 19
ἔνυδρον. 26
Ἐπισκιώιον. 24
Ephemeron Colchicum. 36. 47. 57
Erice. 10
Erinum. 10. 27. 49.
Eruca. 2.
Erui farina. 51
Eryngi radix. 10. 13. 51.
ἐσκληκὼς. 29
Eucnemum. 10

F

Fagus. 13. 47
Ferrum ardens, 14. eius fæx. 44
Ferulæ medulla. 10. 47. 57.
Ficus. 13 30. 48. 52. 31 eius lac. 14. 58. 48. 58.
Filix. 1
Fimus capræ. 14
Fucus puniceus. 13. 30.
Fulica. 45
Fungus. 50. 52. 62

G

Gagates lapis. 117
Gages. 16
Galbanum. 2. 15. 51
Γαλεώτης. 25
Gallinæ cerebri mēbrana, 9. 26. ſtercus. 51. 62.
Gallus. 44. 54
Gangis. 17
Γῆρας. 19
Geryni. 10. 27
Glacies. 50
Glans. 47
Glycyſides radix. 15. 32.
Granatum malum. 50. 52.
Graſſus. 11. 27
Γραῦς. 54
Groſſi ficus. 13

H

Hæmorrhois. 5. 22
Hæmorrhus. 5. 21
Helichryſus. 10
Heliotropiū. 11. 27
Helleborus. 14. 15
Helxine. 9
Hemind. 26
Heraclium origanum. 10
Heſiodus. 1
Hippomarathrū. 10
hippopotamus. 9. 26
Hippoſelinum. 26
Hirudo. 14. 50. 62
Hœdi coagulū. 48. 58
Hordeacea farina. 49
Horminum. 14. 52
Hyacynthus. 14. 34
Hydrargyros. 64
Hydrus. 7. 23
Hyoſcyamus. 36. 49.
Hypericon. 52
Hyſginum. 8. 25
Hyſſopus. 14. 52

I

Iaculi. 8. 25
Ἰαμενὴ. 31
Ἴαμνος. 31
Iaſimos. 14
Ichneumon. 4. 20
Ictis. 4. 20
Iecur, 9. apri. 10
Illitu ſerpentes abigentia. 2. 17
Inſtrata ſerpentes abigentia. 2. 17
Intyba. 9. 4
Irinum. 45. 46
Iris. 15. 49
Iulus. 13. 30
Iuniperus. 9. 26
Iuuenta. 6. 22. 23
Ixias. 47. 57. 78

L

Labruſca. 14
Lac coagulatum. 59
Laciniæ fungi. 64
Laſer. 2. 11. 17. 28. 46 47. 48. 56.
Λάδανον. 24
Laurus. 9. 26. 46. 56
Leo ſerpens. 8
Λεπρώοντες. 19. 22
Lepus marinus. 35. 50.
Leporis coagulum. 9. 11. 44. 48.
Leucas herba. 13
Libani rami. 45
Libanoris. 13
Libycn radix. 14. 31
Libyes. 8. 20
Licheri equi. 15. 32
Liguſtrum. 52. 65
Lima. 17
Lini ſemen. 45
Lithargyros. 64
Lixiuia. 44. 48. 54. 59
Λυγάδες. 21
Lupus phalāgij ſpecies. 12. 28
Lychnis ſemen. 14.
Lycopſos. 13. 30

M

Μάχαιρα. 9. 26
Malua. 2. 24. 50
Mala Punica. 62
Malus ſyluestris. 46.

Marathrum. 7. 14
Matrubium. 9. 96. 43
Medũ malum, 51. 62
Μελανόθωρακες aspides. 19
Mel. 49
Μεγαλοῦχος. 22
Melanthion. 1
Melicerta. 64. 65
Melichlorus scorpio. 13. 29
Melilotum. 14
Meliphyllõ. 9. 26. 43
Melliſſæum. 16
Meliſſobotum. 11. 27
Melittæna. 9. 26
Μίνυγξ. 20
Minyanthes. 8. 25
Mithrydatium. 39
Moluri. 8
Morus. 44. 54
Moſyclus. 8. 25.
Muræna. 13. 30
Murex. 49
Mus araneus. 13. 30
Muſtela. 11
Myagri. 8. 25
Mycetes. 55
Μυγαλή. 30
Myrice. 26. 27
Myrmecios. 12. 28
Myrrha. 52
Myrtas. 8. 25
Myrtea. 48
Myrtea oliua. 44
Myrtus 14. 65. eius baccæ. 47. 57

N

Napy. 49
Nardus. 10. 15. 47. 49
Naſturcium. 1. 14. 49
Natrix. 23
Nepeta. 48
Neris. 9. 25
Nicomedes. 39
Νῆσοι. 21
Nitri ſpuma. 5. 48
Nix, 50. eius potio. 46.
Νομαί. 20
Νομαῖον cur ſerpyllum. 17
Nucis gummi. 44

O

Obolus. 27
Ὄγκη. 8. 25
Oenopes fructus. 50
Oliua. 44
Oleum crudũ. 2. 48
Omaſum. 26
Ὄμφαξ. 61
Onitis. 44. 54
Onogyros. 2. 17
Ononis. 14. 31
Ὄνυξ. 9. 26
Opium. 15. 61
Orchas oliua. 44
Ordilum. 25
Origanũ. 2. 10. 27. 47
Orion. 16
Orobanchi. 14
Othrys. 3. 19
Ouati fungi. 63
Ouorum putamen. 45. 56.
Oxalis. 13
Oxybapſus. 26

P

Pagurus. 29
Patiurus. 13
palmę fructus. 48. 59
Palmitis botrus. 14
Panace. 9. 11
Panacea. 8. 25
Papauer. 13. 30. 49
Papyrum. 48. 59
Pardalianches. 45
Parthenium. 13. 32
Parthenia terra. 45. 55.
Paſſum. 49
Paſtinaca. 13. 13. 30
Pecten. 49
Pemphredo. 13. 30
Pernionis. 27
Pentaphyllon. 13
Perſea arbor. 47
Perſica. 44. 55
Petalitis. 13. 52
Peucedanus. 2
Platanus. 9
Phalacra. 27
Phalæna. 12. 29
Phalanx. 10
Phalangiorum ſpecies. 11. 12. 16. 28
Pharicum. 49. 60. 61
Philetæris. 10
Φιλόζωον, ſerpyllũ 17.
Picea myrrha. 10
Picea terreſtris. 44. 54.
Piceæ reſina. 47. 58
Picea. 63
Pineæ. 49
Pini nuces. 14
Pini conus. 48. 51
Pinus lachryma. 51
Pini reſina. 63
Πίων. 24
Piper. 14. 46. 48. 52
Piſces ſaxatiles. 49
Pix. 10. 64
Porci cerebrũ. 45. 55
Polium. 2. 9. 17. 47
Portum. 14. 49
Polycneumũ. 9. 44
Πεφανὶ. 25
Prænadiaoliua. 44 54.
Priolaus. 43. 54
Promenea. 50
Ψαφαγεὶ aspides. 19
Pſilothrum. 13
Ψυχὴ. 29
Ψώρα. 29
Πτύαδες aspides. 19
pulegiũ. 14. 45. 46. 55
Pulybatea. 9. 13
Pulygonum. 13
Punicea malus. 2. 14
Punica mala. 47
Πύλη. 9. 25
Pyracantha. 13
Πύρεθος. 32
Pyrethrũ. 11. 15. 27. 51
Pyra bacchica. 48

Q

Quercus.
Quinquefolium. 81

R

Radices contra ſerpentium ictũ ſalubres, & deinceps. 10
Rana. 51. 63. 64
Raphanus. 47
Reſina. 51
Reticulus. 9. 26
Rhamnus. 10. 13. 14. 26.
Raphanum. 51
Rheſcynthum 8. 24
Rhodinum. 2. 18
Ῥοδίδες. 18
Rhox. 11. 28
Ricinum. 11
Roſę ſemen. 14
Roſatum. 45
Rubeta. 51
Rubetum. 48 99
Rubi. 14. 47
rugæ lactis. 44. 54
Rugoſum piper. 65
Ruta. 9. 47. 51. 58

S

Sacra herba. 13. 30
Salis ſpuma. 50
Salis differentiæ. 62
Salamandra. 13. 30. 51. 63.
Saliua humana. 2
Saluia. 2
Sambucus. 10
Sampſucus. 10
Sanguinalis. 47. 57
Sanguiſuga. 62
Sapa. 45. 55
Sarmenti cinis. 44
Saus. 8. 24
Scammonia. 50
Sceptica. 37. 38
Scolopendra. 11. 13. 30.
Scorpius. 10. 31
Scorpij origo. 16
Scorpius in cœlo. 16
Scorpionum genera. 12. 13. 29
Scyua. 14. 32
Scyra. 2. 17
Scytale. 6. 7. 26
Senecta. 6. 19
Sepedon. 6. 22
Σπινθῆρες medicamentum. 38
Serpentes abigentia. 1. 2. 3. 16.
Serpentium renouatio. 6. 7
Serpentiũ ortus. 1. 16
Serpyllum. 2. 17. 47
Seſama. 44
Seps. 3. 19.
Sida. 14. 31
Siliqua veſca. 49. 62
Sinapi. 14. 51
Siſymbra. 14
Smilax. 65
Smiloni. 65
Smyrinum. 13. 49
Specion. 12. 28
Σπεδανός. 27
Spondylion. 15
Spongioli fungi. 62
Staphis agria. 15
Stellio. 8. 25
Statia. 53
Struthia mala. 56
Strychnus. 2. 14
Sufitu ſerpentes abigentia. 1
Sulphur. 1

T

Tamarice. 26
Tauri ſanguis. 41. 58
Taxus. 52. 65
Telephium. 14
Terebinthus. 13. 47
Teſtudo marina. 11. 28. 51. 63.
Τετεχὼς. 21
Thapſi radix. 9
Thelygonum. 43
Theriaca. 16
Θήρ. 16
Θεῖον. 16
Θίσηρ. 16
Θύμβρη. 17
Thon, Thonius. 17
Thraclas lapis. 22
Threïcius lapis. 1. 17
Thriallidis ſemẽ. 14
Θυλακὶς. 13. 30
Θυλακῖτης. 60
Thymalides. 10
Thymbra. 9. 10
Thymion. 65
Thymi ſemen. 48
Titanes. 1
Toxicum. 46. 56
Τραγόζα. 9. 26
Trifolium. 25
Tripetelon. 8
Triphyllon. 8. 14. 25
Τύλοι. 89
Τυφλῶναι. 25
Typhlopes. 8. 25

V

Venenatorum remedia, & deinceps. 8. 25
Venenum quid. 35
Venenorum differentiæ. 32. 38
venenorũcuratio. 40
Verbaſcum. 10
Verbenaca. 30
Vergiliæ. 18
Veſpæ. 12. 28. 30
Violæ ſemen. 14
Vipera. 4. 6. 8. 63
Vitex. 7. 15. 18
Vitiligo. 21
Vitis alba. 15
Vitis rami. 45. 47. 55.
Viuerra. 20
Vlmus. 45
Vlophonõ. 47. 57. 58
Vrtica. 1. 2. 14. 15. 32.
Vter vini. 14. 32

HIPPOCRATIS
COI MEDICORVM
OMNIVM PRINCIPIS.

ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ. *De Genitura.*
ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ. *De Natura pueri.*
Iusiurandum.
De arte.
De antiqua Medicina.
De Medico.

INTERPRETE IO. GORRÆO
Parisiensi, Doctore Medico.

Accesserunt eiusdem interpretis annotationes in eosdem libellos.

PARISIIS,

M. DC XXII.

HENRICO VALESIO DELPHINATIVM BRITONVMQVE DVCI ILLVSTRISS.

Io. GORRÆVS S. F. Q P. D.

QVÆ multis antè seculis prisci inuenere, Henrice clarissime, ea nunquam inuenta perfectáque simul fuerunt: nec vllus vnquam hominum extitit, qui quod præclarè summóque ingenio quærere cœpisset, etiam planè absoluisse visus sit. Quin & ex illis quæ plurimi perfecta consummatáque esse crediderunt, nihil vnquam tam absolutum fuit, quin dies, ætas, tempus semper aliquid apportarit noui, quod ad eius perfectionem maximè pertinere videretur. Sic rebus omnibus labor semper nouus additus, magno omnium mortalium imperfectionis, Numinisque solius perfecti argumento. Quod certè non in alia magis quàm medica, vt cæteras arteis omittam, comperies: quæ quum tot annis antea cœpta sit & inchoata, inque ea tam egregij & præstantes ingenio viri elaborarint, nulla tamen vnquam ætas integram absolutámque habere potuit, vt non semper aliquid vel nondum inuentum, vel ex inuentis amissum, aut saltem miserè deprauatum desideraretur. Eius quidem etiam ante bellum Peloponnesiacum designata erant quædam rudimenta, sed tam obscura, tam perplexa, vt nemo ex illis artis speciem fuerit agniturus: verùm ipsa Hippocrates vir & arte & facundia insignis expoliuit, certámque medicinæ formam videndam & methodo tractandam præbuit, sed adeò præcisè ac obscurè, vt qui de illa scripti sunt ab eo libri, non facilè etiam à doctissimis intelligerentur. Proinde neglecta eorum lectione, quum non alius reperiretur magis idoneus medicinæ author, quem sequi possent, alij alia comminisci cœpere, & variæ admodum sectæ tandem emerserunt: vt Plinio mirari subierit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & sæpius mutari solitam, donec vnus Galenus venit, qui illos Hippocratis Silenos explicauit, & ostendit in ipsis vniuersam artem medicam conclusam fuisse, itáque patefecit, vt perfectam ab eo medicinam, numerisque omnibus plenam esse nemo amplius dubitaret. Sed ecce nescio quo fato ea nobis fœlicitas erepta est, nec diu tanto authore absolutam medicinam retinere potuimus, quin ipsa cum Hippocrate nobis perierit, & altis tenebris fuerit submersa. Iacuere enim per multos annos duæ quasi columnæ, summa ipsorum diligentia constitutæ artis, duóque illa morborum agnoscendorum curandorúmque lumina penè extincta sunt. Ac veluti in terra inculta & inarata, pro frumento & proba segete lappæ tribulique proueniunt, sic vbi in tractanda medicina virtus & honor merces esse desierunt, & medici quæstus cupiditate accendi cœpere, mirum profecto quàm variæ & pestiferæ medendi formæ, deserta quam Hippocrates & Galenus profitebantur, arte, irrepserunt, & quæsita sunt, quibus ediscendis litteras scire non oporteret. Nam ad lucrum quam compendiosissimam quisque potuit viam tenuit, omnésque aliam longè præstantiorem spreuere, quòd ipsa in virtute & veritate consisteret, ad quas iter admodum longum & difficile habitum semper fuisset. Et eam quidem ob causam Neronis principatu Thessalus delere cuncta maiorum placita conatus est, artemque nouam est professus, quam se intra sex menseis edocturum, auditoribus suis pollicebatur. Hinc plærisque Arabum potius quam Galeni libri placuerunt, in quibus remediorum tantùm sylua quædam est, nec præterea de morbis & eorum causis methodo inuestigandis medendisque docetur. Sic pro veritate fucus, pro virtute auaritia, pro eruditione barbaries, denique pro arte ἀτεχνία peruasit, & exulantis Hippocraticæ disciplinæ sedem occupauit. Quo factum est, vt pessimo in statu superioribus annis rem medicam fuisse haud dubitem dicere, ruandò non ea modo nobis perierat, verum etiam in ipsius locum permulta sterilia, infœlicia, & carduis horridiora succreuerant, quibus metendis purgandisque non vna falx & altera satis vnquam esse potuisset. Qua de causa geminus labor ætatis nostræ medicos miserè exercere cœpit, tum extirpandis illis improbis medendi rationibus, tum restituenda antiqua veráque arte, & quasi postliminio reuocanda. Iam quidem falcem plærique in venenatos & in-

fælices illorum hortos ſumma animi contentione & magnitudine immiſere. Alij verò etiam non minore ſtudio & induſtria priſcam artem Hippocratis & Galeni, dignitati integritatique ſuæ reddere contenderunt, mutilam proculdubio, quódque tanto temporum interuallo deſerta fuerit, pluribus in locis ruinoſam. Quibus & ego opem aliquam, quamuis exiguam & infirmam, ſed quam tamen poſſum laturus me adiunxi, non tam valens quidem humeris, vt propè labenti, veluti Atlas cœlum ſuſtinuiſſe dicitur, me ſubijciam, illíque pedamenti loco ſim, quò inclinata recumbat & immitatur (neque enim dubium eſt me tanto onere oppreſſum iri & obrutum) ſed vt inſpector fortè ſim, & labis aut vitij cuiuſdam nuncius, quod ineſſe animaduertero, ſi magnum ſit & inſigne: aut ſi tam ſit exiguum, vt architecti conſilium & operam non requirat, ipſe per me, ſi poſſim, reficiam & inſtaurem, parum alta & demiſſa æquem, atque etiam, niſi multa vi & maioribus ictibus opus ſit, quaſi effracto pariete lumen aliquod inducam. Qua in re à leuioribus exordiendum eſſe mihi viſum eſt, tum quòd imbecillitatis meæ mihi ſim conſcius, tum quòd futurum iſta ratione ſperem, vt poſt aliquam in hoc negotio exercitationem reliqua ſe præbeant faciliora. Nam ſicut ſuperiore anno Hippocratis de arte medica declamationem, & ſimul de antiqua medicina, déque medico libellum in latinam linguam vertendum ſuſceperam, atque iſto anno hos libros paulo difficiliores vertere aggreſſus ſum: ſic certa nunc ſpes animo meo inſedit, fore mihi poſthac laborem, quem in vertendis libris Hippocratis de morbis mulierum impendere decreui, multo magis tolerabilem, quàm ſi protinus nullaque antè præmeditatione ad ipſos temerè me contuliſſem. Nam qui aliter Hippocratem intelligerè aut vertere aggreditur, ille quidem operam laboremque impendere mihi videtur, quomodo olim multi imperatores in perfodiendo Iſthmo impendiſſe feruntur: qui quum eum longè in mare porrectum, quòd nautas longo & periculoſo flexu circumagi cogeret, perfodere tentaſſent, parte etiam illa qua anguſtiſſimus erat, operis tamen difficultate victi omnes deſtiterunt. Quod certè ne tum illis, tum mihi quoque accidat, verendum eſſe indicat Hippocratis excellentiſſimo & prorſus diuino ingenio prædita ſublimitas, grauitas, & cum breuitate iuncta obſcuritas: in cuius facillimis etiam libellis tantum difficultatis ineſt, tot ſcrupuli occurrunt, vt penitius intuenti contemplantique, & omnia ad optimorum medicorum & Galeni dogmata reuocanti, non aliter quàm ſcopuli quos prodidit Herodotus in oculos Iſthmum fodientium reſiliſſe, illíſque oculos eruiſſe, ſenſum omnem mentemque prorſus adimere videantur. Nec carent quidem omnino eiuſmodi difficultatibus libelli iſti duo, quos modò in latinum conuerti, ſed tales ſunt, vt vnde ſe expedire & euoluere, ſi acceſſerit ſtudium & labor, non ſit vſque adeò moleſtum. Nam & nos quæcunque obſcura eſſe videbantur, ea breuibus ſcholijs illuſtrauimus, Galeni quidem imitatione, ſed eruditione impari. Quamquam in hoc præcipuè elaboraui, vt non tam ego, quàm Galenus ipſe librorum iſtorum eſſet interpres, mutuatis ab illo tranſlatiſque in meos commentarios propemodum omnibus quæ ad Hippocratis enarrationem pertinere exiſtimarem. In quibus tamen conſcribendis non auſim tantum de me polliceri, quin aliiqua aliter quàm oporteret, citari à me vel demonſtrari potuerint. In quibus cauillandis ſi quis ſtudium opponat, vel etiam iure reprehendat, equidem non indignè feram, nec me oleum & operam propterea perdidiſſe putabo. Ego quippe ampliſſimum laboris mei fructum videbor retuliſſe, ſi ita Hippocrati inſudarim, vt me viam monſtrante omnes ad paria mecum ſtudia accedantur. Quod profectò fieri facilè poſſe non dubito, ſi meum hunc laborem quem tum vertendo tum enarrando Hippocrati inſumpſi, à te probari, tibíque placuiſſe intellexerint, ipſiúſque ampliſſimo tuo nomini nuncupationem, gratam tibi eſſe & periucundam. Accipe igitur facili placidoque vultu Princeps humaniſſime, quos maieſtati tuæ nuncupo libellos Hippocratis è græco in latinum ſermonem à me nunc primum conuerſos, ſimulque quas in illos edidi Annotationes, munus quidem tanta quæ in te reluces virtute & maieſtate non ſatis dignum, ſed quod tamen non multum alieno alterius libelli argumento, meam quantam poſſum teſtetur, pro nato tibi nuper puero gratulationem. Vale.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE GENITVRA.

Νομος ἐν πάντα κρατιύει. ἡ δὲ γονὴ τῶν αὐδρέων, ἔρχεται ὑπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. τέτυ δ' ἰσόειον, τόδε, ὅτι ἀποκείνεται τὸ ἰσχυρότατον, ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν οὕτω μεθέντες, ἀδυνάμιες γινόμεθα. ἔχει δ' οὕτω. ἐλέγετο καὶ πρόσθεν ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τίνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον, ὅσαι ὑποτεθερμασμέναι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πλησμονῇσιν, ὡς περ κνησμὸς ἐμπίπτῃ, καὶ τῷ σώματι παντὶ ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου παραγίνεται. τειθομένου δὲ τοῦ αἰδοίου, καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινεομένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι, καὶ διαχέεται, καὶ κλονέεται ὑπὸ τῆς κινήσιος, καὶ ἀφρίζει. καθάπερ καὶ τ' ἄλλα ὑγρὰ συμπάντα κλονεύμενα ἀφρίζ. οὕτω δ' κ' ἂν τῷ ἀνθρώπῳ ἀπεκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρίζοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον, καὶ ἔρχεται εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. τίνουσι γὰρ ἐς τοῦτον ἐκ παντὸς τοῦ σώματος. καὶ διαχέεται ἐκ τῆς ἐγκεφάλου εἰς πλατὺ ὀστοῦν, καὶ ἐς παῖν τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸν μυελόν, καὶ ἐξ αὐτῆς τίνουσιν ὁδοί, ὥστε καὶ εὐθυτέραι τὸ ὑγροῦ ἐς αὐτὸν ἢ ἀποχωρέειν. ἐπὴν δ' ἔλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελόν ἡ γονὴ, χωρέῃ παρὰ τοὺς νεφροὺς. ταύτῃ δ' ἡ ὁδὸς δέει διὰ φλεβέων. κάτω οἱ νεφροὶ ἑλκωδέων, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. πάρεσι δ' τῶν νεφρῶν, ἔρχεται διὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει οὐχ ὅπη τὸ οὖρον. ἀλλὰ ἡ ἄλλη ὁδὸς ἔστιν αὐτῇ ἢ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου. οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τάδε ἐξονειρώσσουσιν. ἐπὴν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι διακεχυμένον ἔῃ καὶ διάθερμον, εἴτε ὑπὸ τάλαιπωρίης, εἴτε ὅπῃ ἄλλου τινὸς ἀφρίζ. καὶ ἀποκεινομένου ἀπ' αὐτῆς ὁρᾷν παίζεται, οἷα λαγνεύῃ. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅπερ λαγνεύοντι. ἀλλ' οὔ μοι φαίνεται ὀνειρώσσοντων καὶ παντὸς τοῦ νοσήματος τί δεῖ, καὶ ὁκόσα ἐργάζεται, καὶ διότι περὶ λαγνείης. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἰρήσεται. οἱ δ' εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν ὅτι σφέων ἡ διοδὸς ἀμαλδυνθεῖ τὸ γονῆς. ἔστι τὸ δι' αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδὸς, καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνὰ εἰς τὸ αἰδοῖον, ὅσαι διέξεται καὶ καθίεται. καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ ἀποτέμνεται, διότι καὶ οὐκ ὑπαρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρηστοί. τῶν δὲ τάδε ἐκβεβλέντων ἡ ὁδὸς τὸ γονῆς ἐμπίπτει πωροῦνται καὶ οἱ ὄρχεες, καὶ τὰ νεῦρα σκληρὰ καὶ μωρὰ γινόμενα ἀπὸ τῆς πώρης οὐ δύναται τίνειν καὶ χαλᾶν. ὁκόσοι δὲ παρ' οὓς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι

OMNIA lege fiunt. Et genitura quidem viri excrementum validissimum est, quod ab humido quod in corpore continetur vniuerso, proficiscitur. quam autem validissimum prorsus sit quod secernitur, ex eo intelligi potest, quod post congressum, tam pauco semine emisso, imbecilliores simus. Res autem habet hunc in modum. Venæ & nerui ab vniuerso corpore ad pudendum producuntur, quibus attritis, excalfactis & repletis, prurigo quædam excitatur, & toto corpore voluptas calorque prouenit. Confricto autem pudendo, motóque homine, etiam humidum in corpore concalescit, diffunditur, agitatur, atque ad eundem modum quo reliqua omnia humida quum vehementius dimouentur, spumat. sic verò etiam in homine valentissima & pinguissima portio à spumante humore secedit, ferturque ad spinalem medullam. Namque ad eam ex vniuerso corpore viæ permultæ concurrunt, semenque ipsum ex cerebro in lumbos & corpus vniuersum & spinæ medullam diffunditur: ex qua etiam vasa quædam protenduntur, adeò vt facilè tum in eam humor subire possit, tum ex ea abscedere. Porrò quum genitura in ipsam medullam peruenerit, postea defertur in renes, ad quos per venas via patet: quibus exulceratis, nonnunquam etiam sanguis vnà delabitur. A renibus autem per medios testes ad pudendum peruenit, alio quidem quam vrina itinere, sed tamen ipsi contiguo. Iam & quibus insomnia fiunt libidinosa, eam ob causam venerem somniant, quòd corporis humor fundatur, incalescat, & ex labore aut alia quauis occasione spumet. Qui dum excernitur, speciem quandam imaginemque rei venereæ excitat. Habet enim etiam humorem illum perinde atque is qui concumbit. Verùm de insomniosis dicere non decreuimus, nec de omni morbo quid sit, quæ efficiat, nec cur ante coitum, semen emittatur. Sed de his ista quidem à me dicta sint. Cæterùm, eunuchi eã ob causam non coëunt, quòd via illis resecta sit qua ferri genitura solet. Fertur enim per testes, à quibus quamplurimi nerui tenues ad pudẽdum perueniunt, qui ipsum & intẽdunt & demittunt. Verum hi, dũ eunuchi fiunt, abscindũtur: proinde ad obeundã venerem minimè apti sunt. Quì verò pudenda affricãt, ijs genitura iter obstructũ est (namq; occallescere testes possunt) ac nerui à callo duri hebetesq; redditi, penem nec intẽdere possunt nec laxare. Quòd si qui iuxta aures sectionẽ perpessi fuerint, cõcunbunt

quidem,& emittunt semen,sed paucum, imbecillum & infœcundum. Siquidem permultum seminis à capite in spinæ medullã iuxta aures defertur.
15 Quæ quidem sectio postquam cicatricem contraxerit,viam illam solidam efficit atque intercludit. Porrò pueris quum venulæ exiles admodũ sint &
16 planæ,non potest per eas semen migrare,nec similiter prurigo excitari: quamobrem nec agitãtur in corpore humores,vt ab ipsis secedere proditéque genitura possit. Quinetiam virginibus priusquam adoleuerint,menses eandem ob causam non profluunt. Posteaquam verò tum puer tum virgo incrementum cœperint:venę quæ in puero quidem ad pudendum,in virgine autem ad vterum perueniunt,incremento etiam latiores fiunt,& aperiuntur,atque via transitusque per eas etiam angustas patet. Tunc quoque commoueri humores incipiunt. Siquidẽ spatia tunc multo fiunt maiora, in quibus liberè possint dimoueri. Puero quidẽ cum adoleuerit, & virgini has ob causas semen menstruaque profluunt. Sed de his quidem hũc in modum diximus. Quòd autem ad genitale semẽ pertinet,id quidem ab omni corpore, eiusque tũ solidis tum mollibus tum humidis partibus vniuersis secerni mihi videtur. Sunt autem quatuor hu-
17 moris species,sanguis,bilis,aqua & phlegma. Homo namque tot humorum species congenitas habet,à quibus morbi tum fiunt tum etiam iudicantur. Et hæc quidem dicta sint à me de genitura,vnde, quomodo, & quam ob causam proueniat, & quibus,atq; quam ob causam nulla sit: tum etiam de virginum menstruis. Cæterùm quum mulieri-
18 bus coëuntibus pudendum confricetur, vteruſq; commoueatur,pruriginem illæ sentiunt, totóque corpore voluptas & calor oboritur. Semen autem etiam mulier è corpore emittit,modò in vterum,
19 ex quo humescet vterus: modò extra,si hiet vterus plusquam conueniat. Illa autem simul atque misceri viro cœpetit, quousque dimissa sit, perpetuam capit voluptatem. Verùm si venerem vehementius appetat, semen ante virum emittit, nec tanta postea voluptate afficitur. Sin autem tãtopere venerem non affectet, æqualem cum viro voluptatem percipit. Nam quemadmodum fer-
20 uens aqua,si quis ei frigidam infundat, cessat feruere:sic virile semen coniectum in vterum,voluptatem mulieris calorémque extinguit: quæ tamen eo temporis momento quo id in vterum decidit, adaugentur, sed paulo postea desinunt. Veluti si quis vinum in flammam coniiciat, primum quidẽ attollitur,& infuso vino paulatim increscit, deinde vero extinguitur:sic mulieri calor ex semine viri maior fit,sed postea aboletur. At verò vir in ipso concubitu maiorem longè, tum etiam diurnio-
21 rem quàm mulier,capit volunptatem. Semen nãque viro concessu vehementiori quàm fœminæ, ab humore repente secernitur, eamque ob causam impensius delectatur. Quin hoc etiam ita se habet: Si mulieres rem cum viris habeant, melius valent. sin autem venere abstineant, minus bene. Siquidem ex coitu, vteri humidiores fiunt: qui si
22 iusto sicciores fuerint, maximè conuelluntur, doloremque sic conuulsi magnum toto corpore suscitant. Deindè verò concubitus sanguinem excalfaciens atque humectans, facit vt facilius multo menstrua dilabantur: quibus retentis mulieres quamplurimis morbis sunt obnoxiæ. Cuius rei causam, vbi de morbis mulierum disseram, explicabo. Nunc verò tantum dixisse sufficiat. Cæterum peracta venere si mulier concipere non debeat,semen quod ab vtroque parente profectum fuerat, quoties ipsa volet, more solito foras profluet. Quòd si conceptura sit,non exit quidẽ foras,sed in ipso vtero manet. Nãque vterum postquam ipsum
23 excepit,clauditur, & retinet, quasi conuulso eius ore ab humiditate:miscenturque simul duo semina,

μὴν ἢ ἀτίεσιν, ὀλίγον δέ, καὶ ἀδυνὲς, καὶ ἄγονον. γίνεται γὰρ τὸ πλεῖστον τῆς γόνης ὑπὸ τῆ κεφαλῆς πρὸς τὰ οὖατα εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὐτη δὲ ἡ ὁδὸς ὑπὸ τῶν μήνιγγων οὐλὴς γλωχῖνος, ὥσπερ ἔφην. τοῖσι δὲ παιδίοισι λεπτὰ τὰ φλέβια ἐόντα καὶ πληρώματα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι. καὶ ὁ κνησμὸς οὐκ ὀμοίως παραγίνεται. διὰ ταῦτα οὐδὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν ἐς ἀπόκρισιν τῆς γονῆς: καὶ τῆσι παρθενοισι μέχρις ἂν νέαι ἔωσιν, οὐ χωρέῃ τὰ καταμήνια δι' αὐτῶν τὸ αὐτό. ἐπὴν δὲ αὔξωνται καὶ παρθένος καὶ παῖς, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσαι τῷ παιδὸς καὶ τῇ παρθένῳ, καὶ ἐπὶ τὰς μήτρας ἴωσαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὔξης, καὶ εὐρύνονται, καὶ ὁδὸς καὶ διόδους διὰ τινῶν γίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν κλόνησιν τότε ἴσχει. εὐρυχωρίη γὰρ ἔνεστι γίνεται, ἔνθα κλονήσεται, καὶ τῷ παιδὶ χωρέῃ, ἐπλὴν αἰδοῖά ἐστιν, διὰ τόδε καὶ τῇ παρθένῳ τὰ καταμήνια. ταῦτα δὲ μοι οὕτως ἀποπέφανται. τὴν δὲ γονὴν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμα, χολὴ, ὕδωρ, καὶ φλέγμα. τοσαῦται γὰρ ἰδέαι ἔχει ξυμφυίας ὁ ἀνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νόσοι γίνονται, ἢ καὶ ἐκ νόσων διακρίσιες. καὶ ταῦτα μὲν εἰρέαται μοι περὶ γονῆς, ὁκόθεν γίνεται, καὶ ὅκως, καὶ διότι, καὶ ὅτεων οὐ γίνεται γονὴ, καὶ διότι οὐ γίνεται, καὶ περὶ καταμηνίων παρθένων. τῆσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇ μίξει τερπνότητα τοῦ αἰδοίου, καὶ τῆ μητρέων κνησμόν, ὡς δὲ κνησμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτὰς, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. μᾶλλον δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, ὅτε μὲν ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μήτραι ἀκμαλέαι γίνονται. ὅτε δὲ καὶ ἔξω, ἢν μάσκωσιν αἱ μήτραι μᾶλλον τοῦ κυεσοῦ. καὶ ἥδεται ἐπὴν ἀρξηται μίσγεσθαι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, μίσγεις δὲ αὐτὴν μᾶλλον ὁ ἀνὴρ. κἢν μὲν ὀργᾶ ἡ γυνὴ μίσγεσθαι, παρέδρην τὸ αἰδοῖόν ἀφίησι. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη ἐπὶ ὁμοίως ἥδεται ἡ γυνή. ἢν δὲ μὴ ὀργᾶ, συντήκει τῇ αἰδοῖ ἡδονήν. καὶ ἔχει οὕτως, ὥς περ εἴ τις ἐπὶ ὕδωρ ζέον, ἕτερον ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέει, παύεται τὸ ζέον. οὕτω καὶ ἡ γονὴ προσοῦσα τῷ αἰδοῖῳ ἐς τὰς μήτρας, σβέννυσι τὴν θέρμην καὶ τὴν ἡδονὴν τὴν γυναικός. ἐξαίσιος δὲ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ θέρμη ἅμα τῇ γονῇ πιπτέουσα εἰς τὰς μήτρας, ἐπίεσται λήγει. ὥς περ εἴ τις ἐπὶ φλόγα οἶνον ἐπιχέει, συμβαίνει πρῶτα μὲν ἐξαίσιον τὴν φλόγα καὶ αὔξεσθαι δι' ὀλίγου χρόνου τὴν ἐπιχυσιν τοῦ οἴνου, ἔπειτα λήγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαίσιος πρὸς τὴν γονὴν τὴν αἰδοῖ, ἔπειτα λήγει. ἧσσον δὲ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ τῷ αἰδοῖ ἐν τῇ μίξει, πλείονα δὲ χρόνον ὁ ἀνὴρ. διότι δὲ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀποκέκριται αὐτῷ ἐξαπίνης ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ παραχρῆς ἰσχνότερης, ἢ τῇ γυναικί. ἔχει δὲ τόδε οὕτως τῇσι γυναιξὶν, ἢν μὴ μίσγωνται αἰδοίοισι, μᾶλλον ὑγιαίνουσι. ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. ἅμα μὲν αἱ μήτραι ἀκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, καὶ αἱ ἔξωθεν ἐοῦσαι μᾶλλον τοῦ κυεσοῦ, συστέφονται ἰσχυρῶς. συστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς, πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν. ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμήνασα καὶ ὑγρήνασα, ποιέῃ ὁδὸν μητέρῃσι τῆσι καταμηνίοισι. τὰ δὲ καταμήνια μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ὀπίσσω γίνονται. διότι δὲ ὀπίσσω γίνονται, εἰρήσεταί μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νόσοισι. καὶ ταῦτα μὲν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτον. ἐπὴν δὲ μιχθῇ ἡ γυνὴ, ἢν μὲν δὴ μὴ μέλλῃ λήψεσθαι πρὸς ἑωυτὴν, πρὸς τῷ ἔθει χωρέῃ ἔξω ἡ γονὴ ἀπ' ἀμφοτέρων, ὁκόταν ἡ γυνὴ ἐθελήσῃ. ἢν δὲ μέλλῃ λήψεσθαι, οὐ χωρέει ἔξω, ἀλλ' ἐμμένει ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονή. αἱ γὰρ μήτραι ἀνέῳγμέναι καὶ μύσασαι, ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσιν, ἅτε συναπολέντος τοῦ στόματος ὑπὸ τῆς ἐκμάδος, καὶ μίσγεται ὁμοῦ, τὸ, τε ὑπὸ τῶν αἰδοίων ἐλθὸν,

καὶ τὸ ἀπὸ τῆ γυναικός. καὶ ἢν ἡ γυνὴ τόκων ἔμπειρος ἦ, καὶ ἐπιθυμία ὁκόταν ἡ γονὴ μὴ ἐξέλθῃ, ἀλλ' ἐμμείνῃ, εἰδυῖα ἡμέρην ἐλάβεν ἐς ἑωυτήν. ἔχει δ' οὕτως καὶ τόδε, ὅτε μὲν ἰσχυρότερον ὂν τὸ μεθύσκον ἀπὸ τῆ γυναικός, ὅτε δ' ἀσθενέστερον. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ὡσαύτως. καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ τὸ θῆλυ σπέρμα, καὶ τὸ ἄρσεν, καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὡσαύτως. ἰσχυρότερον δὲ ἐστὶ τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεος. ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. ἔχει δὲ καὶ τόδε, οὕτω. ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ κυούμενον. ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. ὁκότερον δ' ἂν κρατήσῃ κατὰ πλῆθος, ἐκεῖνο καὶ γίνεται. ἢν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ περικλίνει· ἢν δὲ πλέον ἐν τῷ ἰσχυρῷ τοῦ ἀσθενέος, κρατηθὲν τὸ ἀσθενὲς, ἐς ἄρσεν ἀφιλίκλυδν. ὡς ἂν εἴ τις κηρὸν καὶ στέαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ποιήσας τὸ στέαρ τήκεται πρὸς πῦρ, μέχρις μὲν ὑγρὸν ἦεν, οὐ διάδηλον γίνεται τὸ κρατέον· ἐπὴν δὲ παγῇ, τότ' ἐμφανὲς γίνεται, ὅτι κρατέει τὸ στέαρ τοῦ κηροῦ κατὰ πλῆθος. οὕτως ἔχει καὶ τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος ἡ γονή. ξυμβαλλόμενος δ' παρέχει, ὅτι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ ἐστὶ γόνος καὶ θῆλεος καὶ ἄρσενος, τοῖσιν ἐμπείροισι γνωρίσιμον. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐπλυντόκησαν παρ' ἀνδράσιν ἰδίοις, πρὶν δ' ἑτέροις ἀνδράσιν ἐλθοῦσαι, ἐκύησαν. καὶ οἱ ἄνδρες οἱ αὐτοὶ κείνοις παρ' οἷσιν ἐπλυντόκησαν αἱ γυναῖκες, ἑτέρων γυναικῶν ἐς μίξιν ἀφικόμενοι, ἄρσενα γόνον ἔτεκνωσαν. καὶ οἷσιν ἄρσεν γόνος ἐγένετο, εἰς ἑτέρας γυναῖκας μιχθέντες, θῆλυ γόνον ἐποίησαν. οὕτως ὁ λόγος ἔρρει καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα ἔχειν καὶ θῆλυ γόνον, καὶ ἄρσενα. πρὶν μὲν τοῖσιν ἐπλυντόκησαν, ἐκράτεεν τὸ ἰσχυρότερον, πλέονος γενομένου τοῦ ἀσθενέος, καὶ ἐγίνετο θῆλεα. πρὶν δ' τοῖσιν ἐκυησάτην, ἐκράτεεν τὸ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγίνετο ἄρσενα. χωρὶς δ' οὐ μὲν τοῦτο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς ἰσχυρὸν, ἀλλ' οὐδὲ ἀσθενὲς ἐς ἀεὶ, ἀλλ' ἀλλότε ἄλλοιον. καὶ τὸ γυναικεῖον οὕτως ἔχει, ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας, καὶ τὸν αὐτὸν ἀνδρὸς γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θῆλυ ποιέειν. ἔχει δὲ καὶ τοῖσι κτήνεσιν οὕτως, τὰ ἄρρενα γονῆς θήλεος καὶ ἄρρενος, καὶ ἐν αὐτῇ σφὶ τῇ γονῇ. διέφθαρται καὶ τὸ γυναικεῖον, καὶ τὸ ἀνδρὸς ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος. καὶ ἀπὸ τοῦ ἀσθενέος, ἀσθενὲς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, ἰσχυρὸν. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἔστιν ἀνάγκη ἀπεδίδοσθαι. καὶ ὁκόταν ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ἀνδρὸς πλεῦν ἔλθῃ ἐς τὴν γονὴν, ἢ τῆ γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί. ὁκόταν δ' πλέον ἔλθῃ ἀπὸ τῆ γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. ἔστι δ' ὅτε ἀνοσον παντὶ τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδὲν, ἢ τὸ ἐναντίον τούτου, μηδ' ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδέν. ἀλλ' ἀμφοτέροισι, ἀνάγκη τὸν ὄζειν ἐοικέναι τινί. εἰ δὲ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων τὸ σπέρμα χωρίει ἐς τὸ τέκνον. ὁκότερος δ' ἂν πλέον ξυμβάλληται ἐς τὸ ἐοικέναι καὶ ἀπὸ πλειόνων χωρίων τοῦ σώματος, κείνῳ τὰ πλείονα ἔοικε. καὶ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ γενομένη, τὰ πλείονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ καὶ καὔτως ἡβώσα ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. καὶ ταῦτα μὲν ἢ τῷ πατρὶ καὶ τοσαῦτα ὄζει ἱστορίη τῷ πρότερα λόγῳ, ὅτι ἔνεστι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἄρσενος καὶ θηλυγονίη. γίνεται δὲ καὶ τόδε. ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα γίνεται ὑπὸ πατρὸς καὶ μητρὸς ταχέως καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. καίτοι μὲν πολλῶν ἤδη γενομένων τοιοῦτον γίνεται, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον,

quæ tum à viro tum à muliere prodierunt. Ac si mulier quidem partum aliàs experta fuerit, & attenderit quando semen non decideri, sed intus remanserit: diem quo concepit, certò sciet. Sunt autem ista quoque vera. Semen mulier, atque ad eundem modum vir, modò validius modò imbecillius emittit. Atque vt viro, sic etiam mulieri semen virile muliebréque inest. Verum virile muliebri præpollet. Matrem itaque à valentiori semine formari gigniq; necesse est. Nec vero fidei minus habendum istis est, de quibus mox dicam. Si parens quidem vterque valentissimũ semen contulerit, gignitur masculus: si imbecillum, fœmina. Quòd si alterum copia superarit, illi similis fœtus efficitur. Nãque si semini imbecilli multo maior copia quam valentioris fuerit: id etiam quod valens est vincitur, & cum imbecillo remixtum, ad fœminam compellitur. Sin autem validi seminis plus sit quàm imbecilli: quod imbecillum est superatur, & ad marem adigitur. Quemadmodum si quis ceram seuumque simul miscens, sed plus multo seui quàm ceræ injiciens, ea igne liquefaciat: quamdiu quidem liquida erunt, facile non est discèrnere vtrum copia præpolleat posteaquam verò coaluerint, nemini obscurum esse potest, longè plus seui quàm ceræ esse: sic de maris fœminæque semine iudicandum est. Cæterùm quòd tam in viro quàm in muliere semen vtrumque tum maris tum fœminæ insit, ex iis quæ manifestò fieri videntur, facilè intelligi potest. Iam enim mulieres plurimæ ex maritis suis non nisi filias susceperunt, quæ tamen cum viris aliis congressæ, filios peperere. Atque illi ipsi viri quorum vxores filias tantùm pariebant, cum aliis mulieribus coëuntes, masculam prolem genuerunt: quique mares tantùm faciebant, ex aliis mulieribus fœminam sustulere. Quæ certè ratio planè conuincit, tam in viro quàm in muliere & masculum & fœmineum semen continere. Siquidem in iis quæ fœminas gignebant, quod ex semine valetius erat, imbecilliores multitudine obruebat, eamque ob causam prodibat fœmina. Quę verò pueros gerebant, in iis quod imbecillius erat, vincebatur, & fiebat masculus. Verùm nec semper à viro validum semen secedit, nec semper imbecillum, sed varium ille & aliàs aliud emittit, atque ad eundem mulier modum. Quo fit vt mirari nemo debeat viros eosdem easdemque mulieres fœtum modò masculum modò fœmineum gignere. Est verò in lumentis quoque tum marem fœminamque gignendi, tum seminis ipsius ratio eadem. Prodit autem & viro & muliere ab vniuerso corpore, ab imbecillis quidem imbecillum, à validis autem validum: vnde talem quoque suscipi prolem necesse est. Quod sanè si plus ex viro quàm ex muliere ad genituram secesserit, patri multo similior fingitur: sin plus ex muliere prouenerit, corpore magis refert matrem. Quòd verò fieri non possit vt fœtus matri quidem euadat quam simillimus, cum patre verò nihil prorsus similitudinis habeat, aut contrà neutri sit similis, certè vtrique aliqua in re similem esse necesse est, si modo vterque semen ad eius conformationem confert. Verùm vter plus seminis & ex pluribus corporis partibus ad similitudinem contulerit, illi pluribus in rebus similis euadet. Ac sæpe quidem euenit vt vt genita filia, in pluribus patri quàm matri multò sit similior, tum qui natus est puer, matrem longè cum patre quàm cum matre similitudinem gerat. Et hæc quidem tot sunt prioris sententiæ argumenta, nimirum in viro & muliere gignendi tum maris tum fœminæ inesse facultatem. Porrò accidit aliquando libros etiam tenues & infirmos à patre & matre crassis robustisque nasci. Quod si fiat multis antè susceptis eiusmodi liberis, fœtum proculdubio in ipso vtero laborasse perspicuũ est,

atque vel ab vtero, vel quod eius nutrimentum quo crescere debuit, foras, vtero nimium hiante, deciderit, id mali obortum fuisse, eamque ob causam factum esse imbecillum. Laborant autem omnia animantia pro portione virium suarum. Si verò quotquot nati sunt, infirmi fuerint, id certè matricis vitio cõtingit, plus quam par sit angustę. Nam si desit satis amplum spatium in quo fœtum nutriri oporteat, necesse prorsus est eum tenuem effingi, quippe qui satis amplo ad incrementum
33. spatio sit destitutus. Si enim & spatium magnum sit, nec fœtus laboret: æquum esse videtur, vt ex magnis parentibus fœtus quoque magnus prodeat. perinde ac si quis cucumerem iam defloreſcentem, sed tamen recentem, & adhuc in cucumerario iacentem, in heminam condiderit, tandem æqualis similisque interno hæminæ spatio euadet. si verò in vas aliquod magnum, quod quidem cucumerem exactè capere possit, nec multo sit ipso cucumere maius, eum imposuerit; etiam huius vasis cauitati æqualis similisque fiet. excrescens enim cucumis internam vasis faciem insequitur. Nam quæ nascuntur ferè omnia, eodem prouenium modo, quo quis ea venire coëgerit. Et puer ipse similiter si spatioso loco incrementũ accipiat, euadit maior: minor verò, si angustiore. Cęterum mutilatus puer, matris in vtero collisus proculdubio est, vel percussa eo loci matre, vel quia ceciderit in fœtum, aut vim quandam aliam perpessa sit. Ac si puer quidem collidatur, ea parte mancus mutilusque erit. quod si etiam vehementius, ipse disrupta membrana qua continetur, abortiuus perit. Possunt verò & aliam ob causam mutili partus esse, nimirum propter loci in vtero angustiam, quo etiam mutilatus esse videtur. Necesse est enim corpus quod angusto in loco mouetur, illic mutilum fieri. Nam quemadmodum arbores antequam è terra erumpant, si spatium liberum non habeant, sed vel à lapide vel alia re quapiam detineantur, nascuntur tortuosæ, aut parte vna crassę, altera tenues: sic certè & puer si matris in vtero partes corporis alias alijs habeat angustiore loco contractas. Accidit verò plurimum vt ex mutilis hominibus integri & illæsi liberi oriantur. Quippe particulas illi numero omneis habent perinde ac sani. Verùm si morbo aliquo parens laboret, nec quatuor illæ humoris à quo semen secernitur, species, quę natura insunt, genituram totam & integram contulerint, (debilior enim est quæ à parte mutila proficiscitur) mirum mihi non videtur esse, vt parentem, sic etiam liberos mutilos procreari. Hæc quidem à me ea de re dicta sint. Iam verò ad ea quæ initio proposui, reuertar.

καὶ ἀπὸ τ μητρὸς, ἢ τῆς αὔξης αὐτῶ ἔξω παρῆει, τῶν μητρίων χαινόντων μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐγένετο. νοσέει δ τῶν ζώων ἕκαστον κ᾽ τὴν ἰσχὺν ἑωυτῶ. ὧ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώμενα παιδία ἀσθενέα ἐστ, αἱ μῆτραι αἱ τῶν, στενώτεραι ἐοῦσαι τῶ κυήσιος. ὧ γὰρ μὴ ἔχει εὐρυχωρείω, ἔνθα τὸ ἔμβρυον τραφείη, ἀνάγκη ὀλίγον αὐτὸ λεπτὸν γίνεδαι, ἅτε ἐν ἔχον τῆ αὔξη εὐρυχωρείω. ὧ δ᾽ ἔχει εὐρυχωρείω, καὶ μὴ νοσέοι, εὐσπεκὲς ὅτι μεγάλων τοκέων μέγα τέκνον γένοιτο. ἔχει δ οὕτως, ὡς περ εἰ τις σίκυον ἤδη ἀπλωδικότα, ἰόντα δ νεογνὸν, καὶ πεφυτευκότα τῶ σικυλάτω θείη ἐς ἀρυσῆρα, ἴσαι ἴσος τῶ ἀρυσῆρος τῶ κοίλω, καὶ ὅμοιος. ὧ δέ τις ἐς ἄγγος δὴ μέγα, ὅτι καὶ εὐσπεκὲς ὅτι σίκυον χάδειεν, ἀλλὰ μὴ πολλῶ χάρτα μεῖζον τῆς φύσιος τῶ σικύου, ἴσος ἔσαι ὁ σίκυος τῶ ἀγγέος τῶ κοίλω, καὶ ὅμοιος. ἐείζει γὰρ ἐν τῆ αὔξη τῶ κοίλω τῶ ἀγγέος. χρὴν δ καὶ πάντα τὰ φυόμενα οὕτως ἔχει, ὅκως ἂν τις κατανάγκαση αὐτά. οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῶ παιδίω. ὧ μὲν εὐρυχωρείη οἱ ἔσ ἐν τῆ αὔξη, μείζον γίνεται. ὧ δ στενοχωρείη, ἔλασσον. τὸ δ πρωΐδες ἐν τῆσι μήτρησι παιδίον, φημὶ αὐτὸ, ἢ φλαδὲν πρωΐδιναι τῆς μητρὸς πλησίσιος κ᾽ τὸ ἔμβρυον, ἢ πεσούσης, ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου παθήματος ἀφεσγομένου τῆ μητρὶ. ὧ δ φλαδῆ ταύτη, πεφῦται τὸ παιδίον. ὧ δ μᾶλλον φλαδῆ, τὸ ἔμβρυον τῶ ὑμένος ῥαγέντος τῶ περιέχοντος αὐτὸ, φθείρε τὸ ἔμβρυον. ἢ ἑτέρω τρόπω τοιῶδε προῦται παιδία, ἐπὶ ὧ ἐν τῆσι μήτρησι κ᾽ τὸ χωρέιον καδότι καὶ ἐπιπρώδη, στενὸν ἔη, ἀνάγκη ἐν στενῶ κινεομένου τῶ σώματος, πεφῦδαι κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ χωρέιον, ὡς περ καὶ τῶν δένδρων ἅσα ἐν τῆ γῆ ἐόντα, μὴ ἔχη εὐρυχωρείω, ἀλλ᾽ ὑπὸ λίθω ἢ ὑπό τινος ἄλλου ἀποκωλύη, ἀνατέλλοντα σκολιὰ γίνεται, ἢ τῆ μὲν παχύ, τῆ δ λεπτόν. οὕτω δ ἔχει καὶ τῶ παιδίω γίνεδαι, ὧ ἐν τῆσι μήτρησι κατά τι τῶ σώματος στενώτερον εἴη ἕτερον τῶ ἑτέρου. ὅτι δ οὐ πεπρωμένων ἀνθρώπων ὑγιέα πίπτοντα τὰ παιδία, ὡς εὐσπλέϊσιν συμβαίνει. ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάντα τὸ πεπρωμένον τῶ ὑγιεῖ. ἐπὴν δ τί οἱ νόσημα προσπέσῃ, καὶ τῶ ὑγροῦ αὐτῶ, ἀφ᾽ οὗ σπέρμα γίνεται, τέσσαρες ἰδέαι ἐοῦσαι, ὁκόσαι ἐν φύσει ὑπῆρξαν, πᾶν μᾶλλον ἂν οὐχ ὅλον παρέχουσιν, ἀδυνάτεον δ κ᾽ τὸ πεπρωμένον, οὐ θαῦμα δέ μοι δοκέει εἶναι καὶ πηρωθῆναι, καθάπερ ὁ τοκεύς. ταῦτα δέ μοι εἰς τοῦτο εἰρίσθω, ἀναδήσομαι δ αὖδις ὀπίσω εἰς τὸν λόγον ὃν ἔλεγον.

FINIS.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.
HIPPOCRATIS
DE NATVRA PVERI LIBER.

ΗΝ ἡ γονὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῇσι μήτρῃσι ἡ γυναικὸς, πρῶτον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε ἡ γυναικὸς οὐκ ἀπεψυγμένης, καὶ ἀθρόης, καὶ παχείης θερμαινομένη. ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει, ἅτε ἐν θερμῷ ἐοῦσα. ἔπειτα ἡ μήτηρ ἐς πνεύσιος. ἔπειτα ὃ τῶ πνεύματος ὅταν πλησθῇ, ὁδὸν οἱ αὐτὸ ἑωυτῷ ἔξω ποιέει, καὶ κῦμα μέσον ἡ γονὴς τὸ πνεῦμα ἐξεισιν. ὅταν δ' ὁδὸς γένηται τῷ πνεύματι ἔξω θερμῷ ἐόντι, αὖθις ἕτερον ψυχρὸν εἰσπνέει ἀπὸ τῆς μητρός. καὶ οὕτως ποιέει διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. θερμαίνεται μὲν γὰρ ἅτε ἐν τῷ θερμῷ ἐοῦσα: ψυχρὸν δ' ἴσχει ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεύσιος. πάντα δ' ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἴσχει. τὸ δὲ πνεῦμα ῥίγωσι καὶ ποιέει οἱ ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ, καὶ χωρέει ἔξω. αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον, ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν διὰ τῆς ῥαχέος, ἀφ' οὗ τρέφεται. τοῦτο δὲ γίνεται καὶ ὑπὸ τῶν φύλλων, καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν ὁκόσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς. ἐνυπάρχει δὲ παρέξει ξύλα κομόμενα. ἅπαντα μὲν γὰρ ξύλα ποιήσει τοῦτο, μάλιστα δὲ τὰ εὐσχλωρα. μεθίησι γὰρ κατὰ τὸν τομὸν πνεῦμα. τὸ δὲ πνεῦμα ὁκόταν ἔξω χωρήσῃ, ἐλίσσεται περὶ τὸν τομόν. καὶ τοῦτο γινόμενον ὁρῶμεν ἀεί. δῆλος δ' ἂν ὁ συλλογισμὸς ὅτι τὰ πνεύματος ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν θερμὸν, αὖπαστα ἕτερον ψυχρὸν, ἀφ' οὗ τρέφεται. καὶ ὑπὸ ἑωυτὸ ἀφίσιν. εἰ μὴ γὰρ μὴ αὖτεπάτα, ἅτε οὐ τὸ πνεῦμα εἰλίσσετο ἔξω ἰόν. παῦ γὰρ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ τρέφεται τῷ μητείῳ. καὶ ὁκόταν διαθερμανθῇ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐνὸν, πνεῦμα γινόμενον χωρέει ἔξω: καὶ τῇδ' ἕλκον ἔξω τὸ θερμὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐνὸν, αὖπαστα ἕτερον ψυχρὸν ἀφ' οὗ τρέφεται. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ φύλλα χλωρά. ὅταν δὲ καύσῃς, πνεῦμα ἴσχει. ἐπεστὰ ῥίγωσι τὸ πνεῦμα, καὶ ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρεῖ ἔξω ἑλισσόμενον. χωρέον δὲ ὕδωρ παρέχει, ἢ τῷ αἰσπνολῷ ποιέεται. καὶ χέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκεράδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγλῷ ποιησάμενον. καὶ ὧν νοτερὰ ἐν, πλέον τὸ πνεῦμα ἀφίησι, καὶ τῷ ῥαγλῷ μείζω ποιέεται. καὶ τί δεῖ μακρηγορέειν: πάντα γὰρ ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀφίησι, καὶ ἕτερον ψυχρὸν κατὰ τοῦτο αὖπαστα, ἀφ' οὗ τρέφεται. καὶ αὗται μοι αἰάγκαι πεφυκυῖαι εἰσὶν, ὅτι ἡ γονὴ θερμαινομένη ἐν τῇσι μήτρῃσι, πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἀφίησι. ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεύσιος πολὺ ἴσχει καὶ ἡ γονὴ. ὁκόταν γὰρ ἡ μήτηρ ψυχρὸν ἕλκυσῃ ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τοῦ αἴρεος, ἐπαυξήσκεται ἡ γονὴ. θερμὴ δέ ἐστι, ἅτε δὴ ἐν θερμῷ ἐοῦσα. καὶ τότε δὴ πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἀφίησι. καὶ ἡ γονὴ ὑμοῦται φυσωμένη. περιτέτατται γὰρ ἀμφ' αὐτὴν τὸ ἔξωθεν, συνεχὲς γινόμενον ἅτε γλίσχρον ἐὸν, ὥσαφ' ἐπ' ἄρτῳ ὀπλωμένῳ λεπτῷ ἐξίσταται ὑπὸ πολλῆς ὑμῳδιέος. θερμαινόμενος γὰρ καὶ φυσώμενος αἴρεται. ἢν δὲ αὖ φυσᾶται, κενὴ τὸ ὑμενώδες γίνεται. τῇ δὲ γονῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ, ὑμὴν ἔξωθεν περιγίνεται. κατὰ δὲ τὸ μέσον τῆς γονῆς τῷ πνεύματι δίοδος καὶ ἔξω καὶ ἔσω γίνεται διὰ τοῦ ὑμένος. καὶ ταύτῃ τῷ ὑμένι ἀπέχει τὸ λεπτὸν. καὶ ἡ γονὴς ἐν ἀυτοῖσιν

SI genitura, quam parens vterque contulit, in muliebri vtero remanserit: primùm quidem, non conquiescente muliere, miscetur simul, in vnum cogitur, & calore crassescit: deinde verò spiritum concipit, tum quòd sit calido in loco, tum quod mater ipsa spiret. Postquam verò spiritus plena fuerit, viam ipse sibi molitur quà exeat, ferturque per mediam genituram. Vbi autem spiritus ille calidus foras abierit, alius rursum à matre frigidus inspiratur. Et id quidem fit omni tempore. Nam genitura quoniam in loco est calido, concalescit. spirante verò matre refrigeratur. Sed quæ calent, omnia spiritum obtinent. Spiritus autem abrumpit & viam ipse sibi aperit, forasque egreditur. Quod verò excalfactum est, alium rursus ad se spiritum frigidum per rimam attrahit, quo nutriatur. Porrò idem accidit lignis, foliis, cibis & potibus, quæ plurimum calefiunt. Ligna quæ vruntur, id tibi protinus in animum inducent, quibus quidem omnibus, maximè si subuiridia sint, idipsum accidit. Siquidem per scissuram spiritum efflant: qui postquam foras prodierit, circum fissuram ipsam voluitur. Atque id perpetuò fieri animaduertimus. Itaque facilè licet de spiritu ratiocinari, nempe eum intra lignum calentem, alium frigidum accersere, eóque nutriri, & à se ipso excerni. Nisi enim spiritus ille alium ad se pertraheret, abiens nequaquam conuolueretur. Namque omne calidum frigidó alitur moderato. Sed enim posteaquam is humor qui ligno inest, in flatum versus fuerit, foras egreditur: viaque eadem qua exit calor ille qui in *ligno continetur*, alium frigidum quo nutritur, attrahit. Ad eundem verò modum etiam viridia folia cum vruntur quidem, flatum cient, ipse verò postea erumpit, viamque sibi facit, & foras sinuosus discedit, strepitumque ea parte qua dissilatur, excitat. Quinetiam legumina, frumentum, fructusque omnes vbi incaluerint, flatum concipiunt, qui rima facta in ambientem discedit. Quòd si præterea humidi fuerint, plus multo spiritus exalant, rupturamque efficiunt maiorem. Sed quid opus est pluribus? Namque omnia quæ incalescunt, spiritum emittunt, atque alium inde frigidum attrahunt, quo nutriuntur. His quidem rationibus necessariò efficitur tum genituram in vtero concalescentem spiritum accipere & reddere, tum vero spirante matre etiam diffiari. Postquam enim mater frigidum aërem inspirarit, genitura quoque leniter flabellatur. Ea autem calida est, propterea quod calido in loco sit. & tunc sanè spiritum illa concipit atque emittit. Cæterum spiritu distenta genitura, membranula vestitur. Namque externa ipsius superficies sibi vndique cohærens, vt quam viscida sit, illi vndique obducitur, non aliter quam cocto in pene tenue quodam membranæ instar emergit. calore enim flatuque attollitur. Quà autem flatu distenditur, illic membranosa ea tunica exoritur. At vero genituram omnem concalefactam flatuque tumentem membrana exterius inuoluit, per quam tamen ad mediam vsque genituram spiritus intrò forasque permeant,

caque parte tenue quiddam membrane ſupereminet. Eſt autem ijs in locis quamminimum genituræ, reliqua verò rotunda in ipſa membrana continetur. Ipſe equidem genituram vidi delapſam vtero ſex diebus poſteaquam concepta eſſet. Quæ qualis mihi tunc animo viſa eſt, ab ea reliquorum omnium coniecturam deſumo. Verùm quomodo illam ſex dierum genituram
6 viderim, narrabo. Erat vxori meæ elegans fidicina, quæ cum viris verſabatur, nec tamen decebat eam grauidam eſſe, ne minore in pretio haberetur. Audierat autem illa, quæ mulieres inter ſe dicere ſolent, ſemen vtero non excidere, ſi mulier conceptura ſit, ſed intus manere. Quod quidem audiens intellexit, ſempérq; animo tenuit. Itaque quum fortè ſenſiſſet ſemen non egredi, rem dominæ aperuit: atque ipſe poſtea factus ſum certior. Iuſſi protinus vt in terram deſilirer. Quod cum iam ſepties feciſſet, genitura dicidit, atque in terram cum ſonitu delapſa eſt. Illa intuita mirari cœpit. Erat autem oui crudi inſtar, à quo exterius putamen exemptum eſt, & in quo per internam membranulam inter-
7 nus humor tranſparet. Illi ſanè, vt vno verbo dicamus, erat perſimilis, ac rubra præterea &
8 rotunda. Apparebant autē in mēbrana albæ craſſæque fibræ cum ſanie craſſa & rubente, conuolutæ & implicatæ. Ipſa autem exterius tabo aſperſa erat. In eius autem medio extabat aliquid te-
9 nue, quod mihi vmbilicus eſſe videbatur, eóque primùm ſpiritum tum attraxiſſe, tum reddidiſſe: atque ab eo tota quæ genituram continebat mē-
10 brana, protenſa erat. Talem quidem ſex dierum ſpatio conceptam vidi. Porrò aliam quoque dignoſcendi rationem paulò poſt illis apertam manifeſtámque proferam, qui iſta ſciendi deſiderio tenentur, ex qua certa conſtabit toti meæ orationi fides, nempe hominem de re eiuſmodi ve-
11 ra poſſe dicere. Verum de iſtis hactenus dictum ſit, tum membrana concludi genituram, tum ſpiritum ducere & emittere. Cęterum increſcit
12 illa materno ſanguine in vterum delabēte. Nam grauidis menſtrua non profluunt, niſi magno ſalutis pueri detrimento, niſi fortè quibuſdam primo menſe quamminimum ſanguinis menſtrui exeat. At verò ſanguis ab vniuerſo mulieris corpore promanans, circum ipſam membranam vndique diffunditur, atque cum ſpiritu intrò per membranam attractus quà fo-
rata eſt eminetque, agglutinatur, & futuro
13 animali incrementum præbet. Rurſum verò procedente tempore multę aliæ membranæ tenues intra primam producuntur, eodem modo quo & illa prior formata eſt. Tenduntur verò & hæ quidem ab vmbiculo, atque mutuis ſibi vinculis cohærent. Quod quum iam effectum fuerit, ſanguine materno accedente concreſcentéque caro gignitur, in cuius medio vmbilicus eminet, per quem tum ſpirat, tum incrementum accipit. At verò mulier quo tempore vterum gerit, etiamſi menſtrua ſiſtantur, non tamen male habet, propterea quod ſanguis qui ſingulis menſibus confertim excerni ſolebat, non agitetur, ſed ſenſim paulatimque quotidie in vterum de-
14 feratur, atque intra ipſum vterum cumuletur. Quòd autem diebus ſingulis non quolibet menſe ſemel prodeat, id in cauſa eſt, quod fœtus qui vtero geritur, aliquid è corpore ſemper attrahit, prout viribus valet. Atque ad eundem modum quemadmodum ſpiritum exiguum trahit, ſic ſanguis paucus à matre prodit, quum vero ſpirare magis cœperit, plus quoque ſanguinis allicit, iſque in vtero maiore copia redundat. Verum mulieres quæ grauidæ non ſunt, ſi menſtrua non profluant, videntur iſtas ob cauſas dolore affici. Primum quidem ſingulis menſibus ſanguis in corpore commouetur.

ὀλίγιστόν ἐστιν. αὕτη δὲ ἡ ἄλλη μὲν σφαιροειδὴς ἐστὶν ἐν ὑμένι, ἐν μέσῳ δὲ ἐξ ὑμένος μείζονα ἐν τῇ χορίῃ γονὴν καὶ ἔξω ποσοῦσαν αὐτὸς εἶδον. καὶ ὁκοίη μοι ἐφάνετο ἐν τῇ γνώμῃ τότε, ἀπ' ἐκείνων τὰ λοιπὰ τεκμήρια ποιεῦμαι. ὡς δὲ εἶδον τὴν γονὴν ἐκ ταύτης ἐοῦσαν, ἐγὼ διηγήσομαι. γυναικὸς οἰκείης μουσεργὸς ἦν πολύτιμος, παρ' ἀνδρὸς φοιτῶσα, ἦν δὲ ἐν λαθῇ ἐν γαστρὶ, ὄκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔσοιτο. ἐπιπλάει δὲ ἡ μουσεργὸς ὁκοῖα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας, ἐστὶν γυνὴ μέλλουσα λήψεσθαι ἐν γαστρὶ, ἢν ἐξέρχηται ἡ γονὴ, ἀλλ' ἔνδον μένει. ταῦτα ἀκούσασα, ξυνῆκε, καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν αἰεί. καί πως ὡς ἤκουσε τὴν ἐξιοῦσαν τὴν γονὴν, καὶ ἔφρασε τῇ δεσποίνῃ. καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ἐς ἐμέ· καὶ ἐγὼ ἐκέλευσα ἐκκαλύψαι αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι, καὶ ἐπᾴ τοι ἤδη ἐπὶ ἐπτὰ πηδήσιο, ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ψόφος ἐγένετο. καὶ κείνη δ' ἰδοῦσα ἐθηεῖτο καὶ, ἐθαύμασεν. ὁκοῖον δ' ἴδω, ἐγὼ ἐρέω. οἷον εἴπερ ὠοῦ ὠμοῦ τὸ ἔξω λεπύριον περιέλοιεν, ἐν τῷ ἔνδον ὑμένι τὸ ἔνδον ὑγρὸν διατείνοιτο. τοιόσδε μοῦνος ἴδω τοιοῦτος, ἄλλος εἰπεῖν· ἴδω δὲ καὶ ἐρυθρὸν καὶ τραγγύλον. ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, εἰλημέναι ξυὶ ἰχῶρι παχεῖ καὶ ἐρυθρῷ, καὶ ἀμφὶ τὸν ὀμφαλὸν ἔξωθεν αἱμάλωπες. κατὰ δὲ μέσον τὸ ὑμένος ἀπῆκε λεπτὸν ὃ, τι μοι ἐδόκεεν εἶναι ὀμφαλὸς· καὶ εἶπα τῇ παιδὶ καὶ εἶσω καὶ ἔξω πιέζειν τὸ πρῶτον. καὶ ὃ ὑμὴν ἀπ' ἐκείνης ἐτέτατο ἁπαξ, ἀφιεὶς ἔχειν τὴν γονήν. τοιαύτην μὲν ἐγὼ εἶδον ἐκταῦθα οὖσαν τὴν γονὴν. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλην διάγνωσιν ὀλίγον ὕστερον, ὀκφανέα πᾶσι τοῖς βουλομένοις εἶναι τέτε περὶ, καὶ ἴσοιον παντὶ τῷ ἐμῷ λόγῳ, ὅτι ἔστιν ἀληθὴς ὡς εἰπεῖν ἀνθρώπῳ περὶ τοιέτε πράγματος. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τόσ τοι εἰρήσθω. ὅτι δὲ ἡ γονὴ ἐν ὑμένι ἐστὶ, καὶ πολλῷ ἔχει καὶ εἴσω καὶ ἔξω, καὶ αὐξεῖ ὑπὸ τῶν μητρέων τοῦ αἵματος κατιόντος ὅτι τοῖς μάστοις. τὰ γὰρ καταμήνια οὐ χωρεῖ ὁκόταν γυνὴ λάβῃ σπέρμα ἐωυτῆς, ἢν μέλλῃ τὸ παιδίον ὑγιαίνειν. εἰ μὴ ἔστιν ἥσσον ὀπισημαίνειν τὸν πρῶτον μῆνα ὁκόσον ὀλίγον, ἀλλὰ κατιὸν τὸ αἷμα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος ἡ γυναικὸς, κυκλόσε περίεισι περὶ τὸν ὑμένα ἔξω. ἅμα δὲ τῇ πιοῇ ἐλκομένῳ εἴσω τὸ αἵματος διὰ τοῦ ὑμένος, κατὰ τὸ τετριμμένον καὶ ἀπέχον συμπήγνυ καὶ αὐξει τὸ μέλλον ζῷον ἔσεσθαι. ὁκόταν δὲ χρόνος ἐγγένηται, αὖθις ἕτερον ὑμένα εἴσω τοῦ πρώτου ὑμένος λεπτὸν καὶ πολλοῖ σπαρτίτερον, πρότερον τοιέτῳ, οἷον καὶ ὁ πρῶτος ὑμὴν ἐγένετο. τετραμμένος δ' εἰσὶ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ ἐς ἀλλήλους διαδέσμους ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ ἤδη τοῦτο γένηται, κατιόντος τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆ μήτρος, καὶ πιεζομένη, συμπήγνυται. κατὰ δὲ μέσον τὸ σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει, δι' οὗ πνεῖ, καὶ τῷ αὔξεσθαι ἔχει. ἡ δὲ γυνὴ ὁκόταν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, ὑπὸ τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, διὰ τόδε οὐ πονεῖ, ὅτι τὸ αἷμα οὐ ταράσσει, βύζλιον ἀπὸν κατ' μῆνα ἕκαστον, ἀλλὰ χωρέει ἠσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον ἀεὶ πόνῳ κατ' ἡμέρην εἰς τοὺς μαστούς. καὶ τὸ ἔνδον ἐν τῇσι μήτρῃσι ἐνὸν αὔξεῖ κατ' ἡμέρην ἡ ἕκαστον τέτε ἕνεκα χωρέει, ἀλλ' ἐς ἅπαξ κατ' μῆνα, ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσι ἡ γονὴ ἐνοῦσα, ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος αἰεί, ὅκως ἂν καὶ δυνάμιος ἔχῃ. τοιῦτο καὶ ἡ πνοή. καὶ τὸ μὲν πρῶτον σμικρὸν ἡ πνοὴ γίνεται, καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον χωρὶς ἀπὸ τῆ μήτρος. ὁκόταν δὲ ἡ πνοὴ ἐπὶ πλέῖον γίνηται, μᾶλλον ἕλκει τὸ αἷμα, καὶ ἐπὶ πλέῖον κατέρχεται ἐπὶ τοὺς μάστους. τῇσι δ' ἐν γαστρὶ μὴ ἐχούσῃσι, ὁκόταν τὰ καταμήνια μὴ χωρέῃ, διὰ τόδε ὁ πόνος γίνεται. πρῶτα μὲν ταράσσεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι κατ' μῆνα ἕκαστον, ὑπὸ ἀνάγκης τοιῆσδε. ὅτι μὴν μοῦνος διαφέρει πυκνὸν καὶ κατ' ὀλίγον καὶ κατὰ σπερμάτων. καὶ τότε κάθαρσίν ἡ γυναικὸς τὸ σῶμα.

ὑγρότερον γάρ ὄντι ἢ τὸ τῶν αὐδρέων, ἢ ταραχθέντος τοῦ αἵματος ἢ πληρώσαντος τὰς φλέβας, ἀπέρχεται ἀπ' αὐτῶν. ἢ πῶς τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει ὑπῆρξεν, ὡς τι ἂν μὴ ἀποκένωται τὸ αἵματος ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν γαστρί. ἢν δ' πλήρης ἔῃ, οὔ. κενέων τὸ τ' μητρέων ἢ τ' φλεβέων γινομένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι ἐς σφᾶς αἱ γυναῖκες τὸν παῖδας. μὴ τὸ τ' καταμηνίων τὴν κάθαρσιν αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. αἴτιον δ' τὸ εἰρημένον. ὁκόταν δ' ταραχθὲν τὸ αἷμα καὶ ἀποκεισθὲν, μὴ χωρὶς ἔξω, ἀλλ' ἐς τὰς μήτρας, αἱ δ' μῆτραι μὴ χάσκωσι, θερμαινόμεναι δὲ ὑπὸ τοῦ αἵματος χρονιώτερον μένοντος αἱ μῆτραι, θέρμιλλον τῷ ἄλλῳ σώματι παρέχουσιν. ἔστι δ' καὶ διαδιδοῦσι αἷματος ἐς τὰς φλέβας τοῦ σώματος, ὅταν αἱ φλέβες πληρέωνται πονέονται, ἢ οἰδήματα παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ κίνδυνος ἐν τοιούτῳ γενέσθαι. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐς τὸν κύστιν ἀφορέουσι), ἢ πίζουσι ἢ κάουσι τὴν κύστιν, καὶ φλεγμονὴν παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε πλήρεες αἵματος ἐοῦσαι αἱ μῆτραι ἐφίστανται ἢ ἐπὶ τὰ ἰσχία, ἢ ἐπὶ ὀσφύν, καὶ πόνον παρέχουσιν. ἔστι δὲ ὁκόταν ἐγχορέῃσι τὸ αἷμα μᾶλλον πάντα ἢ ἐξ ἐν τῇσι μήτρῃσι σαπὲν, πύον γίνεται. ἢ ἐκπίνει κατ' τὸ αἰδοῖον ἐξέρχεται τὸ πύον. ἔστι δὲ ἦσι καὶ κατ' τὸν βουβῶνα ὡς φῦμα γίνεται, κἀκεῖ πόνον γλυκύθυμον ἐξῆλθε, ἢ ἄλλα πολλὰ κακὰ τῇσι γυναιξὶ τοιουτότροπα γίνονται, ὁκόταν μὴ ἀποκαθαίρωνται τὰ καταμήνια. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν αὐτὰ ἐνθάδε; εἰρήσεται γὰρ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασιν. ἀλλ' ὅθεν ἀπέλιπον πρὸς τοῦτον τὸν λόγον. ὁκόταν δὲ γένηται σαρξ, τότε οἱ ὀμφοὶ ἀναξυρμοῦ τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσιν αἷματος, αὔξονται καὶ αὐτοὶ, ἢ πολαπεύονται, καὶ μάλιστα οἱ ἔξωθεν. καὶ τὸ αἷμα κατελθὸν τὸ ἀπὸ τ' μητρὸς, ὅ, τι ἂν ἡ σαρξ πίνῃσα ἑλκύσῃ, καὶ ἡ αὐξη ἐγχύηται, καὶ χρηστὸν ἔῃ, ἐς τοὺς κόλπους τ' ὑμφῶν ἀποκρίνεται. καὶ ὁκόταν κολπωθῶσι, καὶ τὸ αἷμα δέξωνται, τότε ἤδη καλέεται χωρίον. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται. ἡ δὲ σαρξ ἀν ὁ ξομένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀφροῦται, ἕρχεται ἐν τωὐτῷ ἕκαστον ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον, τὸ πυκνὸν ὡς τὸ πυκνὸν τὸ ἀραιὸν ὡς τὸ ἀραιὸν, τὸ ὑγρὸν ὡς τὸ ὑγρὸν. καὶ ἕκαστον ἔρχεται ἐς χώρον ἰδίων κατὰ τὸ συγγενές. ἀφ' οὗ καὶ ἐγένετο καὶ ὅσ' ἀπὸ πυκνῶν ἐγένετο, πυκνὰ ὄντα, καὶ ὅσα ἀπὸ ὑγρῶν, ὑγρά. καὶ τ' ἄλλα κατ' τὸν αὐτὸν λόγον γίνεται ἐν τῇ αὐξήσει. καὶ τὰ ὀστέα σκληρύνεται ὑπὸ τ' θέρμης πνεύμα. καὶ δὴ καὶ διοζοῦται ὡς δένδρεον, καὶ ἀφροῦται ἔτι αἰμενον καὶ τὰ ἔσω τῶ σώματος, καὶ τὰ ἔξω. καὶ ἥτε κεφαλὴ γίνεται ἀφεσκηκυῖα ἀπὸ τ' ὤμων· καὶ οἱ βραχίονες καὶ οἱ πήχεις ἀπὸ τ' πλευρέων, καὶ τὰ σκέλεα διίσταται ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τὰ νεῦρα ἐπαίονται ἀμφὶ τὰς φύσας τ' ἀφρῶν, καὶ αὐτοσμοῦται, καὶ ἡ ῥὶς καὶ τὰ οὔατα ἀφίσταται ἐν τῇσι σαρξί, καὶ τρῦπάνται). καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐμπίπτουσι ὑγροῦ κεναιοῦ. καὶ τὸ αἰδοῖον δῆλον γίνεται ὁκότερόν ἐστι. καὶ τὰ σπλάγχνα διαφροῦται). καὶ δὴ καὶ τοῖσιν ἄνω τῷ πόλῳ ποιέεται, πρῶτα στόμα, καὶ τῇ ῥινὶ. καὶ ἥτε κοιλίη φυσᾶται. καὶ τὰ ἐν τύπῳ καταφυσώμενα κατ' τὸ αὐτοῦ ἐπλαμβάνῃ τῷ διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ πόλῳ καὶ ἀμαλδύνῃ. καὶ ἐς τὸν κύστιν ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τ' κοιλίης καὶ τ' ἐντέρων ἔξω, καὶ ἐς τὴν κύστιν ὁδὸς ἔξω. τότων δὲ διαφροῦται ὑπὸ τ' πνοῆς ἕκαστα. φυσώμενα γὰρ διίσταται ξύμπαντα κατ' συγγένειαν. καὶ τὸ εἰ θέλοις αὐλίσκον περιθεῖναι τῇ κύστει, καὶ διὰ τοῦ αὐλίσκου ἐμβαλεῖν ἐς τὴν κύστιν γλῶ τε καὶ ψάμμον, καὶ μολύβδου κόπσματα λεπτὰ, καὶ ὕδωρ ἐπιχέας φυσᾶν διὰ τοῦ αὐλίσκου, στρῶτον μὲν ἕκαστα αὐταμείβεται τῷ ὕδατι, ἔπειτα δὲ χρόνῳ φυσώμενα ἐλεύσεται, ὅ, τε μόλυβδος ὡς τὸν μόλυβδον, καὶ ἡ ψάμμος ὡς τὴν ψάμμον, καὶ ἡ γῆ ὡς τὴν γλῶ.

Commouetur autem propterea, quod menſes plu- 15
rimum tum frigore tum calore à ſeinuicem diſcrepent, idque mulieris corpus præſentiat, vt quod virili corpore multo ſit humidius. Cúmq; ſanguis commoueri cœperit, venaſque repleuerit, ab ipſo corpore ſecedit, reditque ſtatus idem corporis qui initio ſecundum naturam erat. Quamobrem ſi ſanguine il- 16
lo mulier exonerata fuerit, facilè concipit, ſin autem ille redundarit, minimè. Sanguine enim vacuo tum vtero, tum venis, mulieres liberos promptè ſuſcipiunt. Illæ nãq; poſt menſtruorum purgationẽ concipiũt. Cuius certè rei cauſa hæc eſt quam attulimus. At quum ſanguis ille agitatus atque ſecretus, foras non pellitur, ſed clauſo vtero retinetur, ipſe vtique ſanguine diutius immorante concaleſcit, & calorem reliquo corpori immittit: nonnunquam verò etiam in venas corporis ſanguinem refundit: quo illæ tunc redundantes laborant, atque tumores etiam excitantur. Periculum verò etiam aliquando eſt, ne eo malo 17
claudicent. Quinetiam ſæpe in veſicam incumbunt, 18
eamque comprimunt vruntque, & vrinæ ſtillicidium inducunt. Quandoque vero vterus ſanguine redundans in coxendicem aut ilium procumbit, & ingenteis dolores efficit. Eſt & quũ ſanguis menſibus quinque aut ſex in vtero perſeuerans, putreſcit, & in pus vertitur: quod quidem nonnullæ per pudendum excernunt. Quibuſdam verò in inguine tumor phyma- 19
ti ſimilis oboritur, quod quidem in pus illia conuerſum vacuatur. Et aliis ſanè pluribus eiuſmodi malis mulieresnon vacuatis menſtruis tentantur. Quæ hoc loco quid opus eſt explicare? Siquidem de ipſis dicetur in libris de morbis mulierum. Sed enim vnde digreſſus ſum, illuc reuertamur. Quum iam caro facta eſt, tunc ſanguine in vtero magis abundante ipſæ etiã membranæ, præſertim extimæ, augentur, ſinuſque habent maiores. Ad quicquid ſanguinis à matre caro ipſa ſpirando attraxerit, quo etiam creſcere debet, quodque optimum eſt, in mẽbranarum ſinus effunditur: quæ ſanè vbi tum ſinus illos habuerint, tum ſanguinem admiſerint, græcis χωρίον latinis ſecunde, 20
appellantur. Sed de iſtis hæc dixiſſe ſufficiat. Cæterùm caro poſtquam incrementum acceperit, opifice ſpiritu diſtinguitur, atque in ea vnumquodque ad ſibi ſimile ſe confert, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum: ferunturque ſingula in 21
proprium locum ad ea quibuſcum natura ſimilitudinem habent, & originem etiam duxere. Nam quę à denſis facta ſunt, denſa ſunt, & humida quæ ab humidis. Eſt autem in omnibus eadem quoque incrementi ratio. Ac oſſa quidem calore concreta dureſcunt. Iam verò etiã in ramos, arboris inſtar, diuiditur, multoque perfectius corporis tum interna tum externa diſcernuntur. Caput ab humeris longius abſcedit, brachia & cubiti à coſtis. Crura ab inuicem ſeparantur. Nerui ad articulos deferuntur, & ex ſeipſis cauitatem poſſident. Naſus & aures extra carnem eminent, & perforantur. Oculi humore puro replentur. Pudendum qualenam ſit, manifeſtò apparet. Viſcera conformationem accipiunt. Atque etiam per ſuper- 23
nas partes, os videlicet & nares, reſpirat. Venter ſpiritu attollitur, diſtentáque inteſtina ſupernè per vmbilicum ſpiritum accipiunt atque conficiunt. A ventre & inteſtinis in podicem foras via patet, atque ab ipſa ſimiliter veſica. Horum autem ſingulo proculdubio vi ſpiritus hunc in modum conformãtur. Namque omnia vbi ſpiritu perflari cœperint, ad ea ſe conferunt, quibuſcum naturæ & generis habent affinitatem. Si enim fiſtulam in veſicam indere placeat, & per eam in veſicam ieceris terram, ſabulum, & tenuia plumbi ramenta, deinde aquam infundere, & per fiſtulam ſufflare: primùm quidem illa intra aquam nullo diſcrimine miſcebuntur, ſed tandem poſtea flata agitata, plumbum ad plumbum, ſabulum ad ſabulum, terráque ad terram ſe confert.

Ac ſi quis ea ſinat arefcere, ruptaque veſica intueatur, ſimilia cum ſimilibus coꝛ̃ſſe comperiet. Ad eundem ſanè modum genitura atque caro diſtinguuntur, inque ijs omne ſimile cum ſibi ſimili iungitur. Verùm iſta à me hac de re dicta ſint. Iam ergo genitus infantulus eſt, & hucuſque peruenit Sed fœmina quidem conformationem primam duobus & quadraginta diebus, quod longiſſimum adipiſcitur, maſculus verò diebus, quod eſt longiſſimum, triginta. Accidit enim frequentiſſimè iſto temporis ſpatio, aut paulo maiori minoriue, fœtum efformari. Siquidem poſt partum vt plurimum etiam purgantur mulieres: quæ quidem filiam peperere, diebus duobus & quadraginta: quę certè purgatio vt maximè eſt diuturna, ſic perfecta eſt: attamen etiam periculo vacauerit, ſi viginti quinque diebus purgatur. Verum quæ marem genuerunt, triginta diebus purgantur, eſtque longiſſima eiuſmodi pergatio, plena perfectaque, quæ tamen ſi viginti modo dies duret, nihil prorſus habet periculi. Sed poſtremi temporis minima eſt purgatio. Cæterum iuniores diebus paucioribus, ſeniores autem pluribus repurgantur. Laborant verò in partu puerperioque vehementiſſimè quæ primum pariunt, nunquam aliàs fœtum enixæ: quæque minus ſæpe vterum tulerunt, ijs quæ frequentius peperere, multo grauius diſcruciantur. Purgantur autem à partu mulieres eam ob cauſam, quod antè ad ſecundum & quadrageſimum vſque diem, ſi vtero puella geſtaretur, aut vſque ad trigeſimum ſi maſculus, pauciſſimus ſanguis ad incrementum fœtus delabitur, deinde verò copioſior donec in lucem infans prodeat. Quamobrem purgationem in partu manare foraſque ferri ad portionem dierum neceſſe eſt. Cum autem mulier parturit, incipit ſanguis commoueri & incaleſcere, fœtu vehementer ſeſe mouente. Commotus autem ſanguis, primum is quidem exit, deinde verò poſt fœtum ſanies craſſa & cruenta. Mox ab eo ductus quidam viaque fit, non aliter quam ab aqua in menſam effuſa: atque poſtea ſingulis diebus, toto illo quo diximus tempore purgatio ſubſequitur, initio quidem quantam Attica hemina vna & dimidia capit, aut paulo plus minúſue, ac deinceps ad eius portionem donec purgari deſinat. Exit autem ſanguis, ſi quidem mulier valeat aut valere debeat, qualis à victima: & citò concreſcit. Quòd ſi mulier nec ſana ſit, nec ſanitatem conſequutura, purgatio tum paucior ſit, tum ſpecie deterior: nec cito concreſcit. Hoc autem habet hunc in modum. Si mulier quo tempore gerit vterum, morbo aliquo non congenito laboret, quum à puerperio purgatur, perit. Sin autem ipſa grauida primis diebus non repurgetur, ſiue ſana ſit, ſiue non, & repentè poſtea vel à medicamento vel etiam ſponte purgatio erumpat, ad portionem dierum quibus nihil penitus profluxit, erumpet. Siquidem niſi mulier à puerperio repurgetur, in grauem morbum incidet, magnóque in periculo verſabitur, niſi protinus curatio adhibeatur, & purgationem aliquis conuenientem exhibeat. Hæc quidem à me hoc loco adducta ſunt, quò demonſtrarem diſtingui diſcernique puerorum artus, fœminæ quidem intra duos & quadraginta dies vt longiſſimum, mari verò intra dies dies triginta. Cuius rei fidem facit purgatio quæ poſt partum accidit, per dies quidem duos & quadraginta, ſi puella nata eſt: per triginta verò, ſi mater maſculum peperit: quæ ſanè ſunt purgationis ſpatia longiſſima. Repetam verò etiam iſta denuò, quò clarius intelligantur. Aio equidem pauciſſimum illum ſanguinem qui ab vniuerſo mulieris corpore puellam gerentis in vterum, concepto iam ſemine ſecedit, diebus duobus & quadraginta regeri atque vacuari. Namque hoc dierum numero puerorum membra articulantur. Deinde verò plus multo ſanguinis affluit.

καὶ ὧν τις αὐτὰ ἀναῤῥωννύναι ἐάσῃ, καὶ ἀῤῥιῤῥίξας τὴν κύστιν σκέψηται, εὑρήσει αὐτῶν τὸ ὅμοιον ἐς τὸ ὅμοιον ἐλκυόμενον οὕτω δὴ καὶ ἡ γονὴ καὶ ἡ σαρξ διαῤῥοῦνται, καὶ ἔρχεται ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον, ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω. καὶ γέγονεν ἤδη παιδίον. καὶ εἰς τοῦτο ἀφικνεῖται, τὸ μὲν πλῆθος πρῶτον πρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρησι καὶ δύο τὸ μακρότατον. τὸ δὲ ἄρσεν ἐν τριήκοντα ἡμέρησι τὸ μακρότατον. ὡς γὰρ ὀπτέλεϊ ξυμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι, ταῦτα διαῤῥοῦσθαι. καὶ τὸ μὲν θῆλυ τίκτει γυναιξὶ μετὰ τὸν τόκον ὡς ὀπτοτέλει. ὀπὶ μὲν τῇ κόρῃ, ἡμέρησι τεσσαράκοντα καὶ δύο. οὗτος ἡ χρονιωτάτη, τελείη. ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη, καὶ ἐν εἴκοσι καὶ πέντε ἡμέρῃσι εἰ καθαίροιτο. ὀπὶ δὲ τῷ κόρῳ ἡ κάθαρσις γίνεται ἡμέρησι τριήκοντα. οὗτος ἡ χρονιωτάτη τελείη. ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη καὶ ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι εἰ καθαίροιτο. τὸ δὲ ὑσταίτερον χρόνῳ, ἐλαχίστῃ χωρεῖ ἡ κάθαρσις. ὀπὶ μὲν τῇσι νεωτέρῃσι, ἐλάσσοσιν ἡμέρῃσι καθαίρεται. ὀπὶ δὲ τῇσι πρεσβυτέρῃσι, πλείοσι. μάλιστα δὲ πυήσονται αἱ γυναῖκες ἐν τῷ τόκῳ, καὶ ἐν τοῖσι λοχείοισι αἱ πρωτοτόκοι. καὶ αἱ ἐλάσσω τετοκυῖαι, τῶν πλειω τοκυιῶν μᾶλλον πυήσονται. αἱ δὲ καθάρσιες αἱ ἐν τῷ τόκῳ τῇσι γυναιξὶ, τάδε εἵνεκα γίνονται, ὅτι ἐν τῷ προ τοῦ χρόνῳ, μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων καὶ δύο ὀπὶ τῇ κόρῃ, ὀπὶ δὲ τῷ κόρῳ μέχρι τριήκοντα ἡμερέων, ἐλάχιστον αἷμα κατέρχεται ὀπὶ τῷ αὔξῃ τῷ παιδίῳ, τὸ δ' ἀπὸ τούτου πλέον, μέχρι τόκου. δεῖ δὲ τῷ καθαρσίῳ ἀποδέξασθαι ἐν τοῖσι λοχείοισι, καὶ ἔξω τοῦ λόχου τὰ ἡμέρεων. ἀρχὴ δὲ γίνεται τοιαύτη τῇ γυναικὶ ἐν τῇ ὠδῖνι. τὸ αἷμα τεσσάρων τῇ γυναικὶ, καὶ θερμαίνεται πάντα ὑπὸ τῆ κινήσιος τοῦ παιδίου ἐναρῆς ἐούσης. ταραχθὲν δὲ πρῶτον μὲν ἔρχεται ἔξω, μετὰ δὲ τὸ παιδίον ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης. καὶ ὑφ' ὅτου ἐλήνεται τοῦτο, ὡς ἂρ ὕδατι ὀπὶ τεκμήρια. ἕπεται μετ' ἐκεῖνον αὐτὰ πάντα τὰς ἡμέρας χωρεῖ ἡ κάθαρσις, ἐως τοῦ εἰρημένου χρόνου, πλῆθος ἀτίλιν κοτύλη ὅλη καὶ ἡμίσεια τὸ πρῶτον, ἢ ὀλίγῳ πλέον, ἢ ὀλίγῳ ἔλασσον, καὶ κατὰ λόγον τοῦτο μέχρις οὗ λήξῃ. χωρεῖ δὲ αἷμα τῶν ἀπὸ ἰσχείου, ἢν ὑγιαίνῃ ἡ γυνὴ, καὶ ἢν μέλλῃ ὑγιαίνειν, καὶ ταχὺ πήγνυται. ἢν δὲ μὴ ὑγιαίνῃ ἡ γυνὴ, μὴ δὲ μέλλῃ ὑγιαίνειν, χωρεῖ ἡ κάθαρσις ἐλάσσων, καὶ εἶδος πονηρότερον, καὶ οὐ ταχὺ πήγνυται. ὥσπερ δὲ τοῦτο ἔχει. ἢν τι ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νόσημα ἔχῃ μὴ σηπεδόνες, ἐν τῷ λοχίῳ καθαίρεται ἀπόλλυται. διὰ δὲ μὴ ἀποκαθαίρηται ἐν τῇσι πρόσθεν ἡμέρῃσιν ἐν γαστρὶ ἐχῃσι, ἐυθὺς ὑγιαίνῃ ἐοῦσα, εἶτε καὶ μὴ, ἐοικυῖα δὲ εἰ ἡ κάθαρσις εἴτε ὑπὸ φαρμάκων, εἴτε καὶ αὐτομάτη ἐξαίφνης, κατὰ λόγον τῶν ἡμερέων χωρήσει, ὧν οὐ χωρεῖ ἐς ἄπαξ. διὰ γὰρ μὴ ἀποκαθαίρηται τὰ λόχια ἡ γυνὴ, νοῦσος αὐτῇ μεγάλη ἔσται, καὶ κινδυνεύσει αὐτοθανεῖν, διὰ μὴ μελεδωνὴ ἐν ταχεῖ, καὶ τις αὐτῇ προσηκόντως ἐπάρῃ τῶν καθαρσίων. ταῦτα εἰσενειγάμην ὧδε διὰ τοῦτο, ἵκνεῖσθαι ἀποφαίνω ὅτι τὰ παιδίου γίνεται ἡ διάκρισις τῶν μελέων καὶ μακροτάτη, ὀπὶ μὲν τῇ κούρῃ ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν, ὀπὶ δὲ τῷ κούρῳ ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσιν. ἰσόρροπος ἡ κάθαρσις τῶν λοχίων, ὅτι ὀπὶ μὲν τῇ κόρῃ γίνεται ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν, ὀπὶ δὲ τῷ κόρῳ ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσιν, ἡ χρονιωτάτη. μᾶλλον δὲ τὸ δεύτερον νῦν ὀνομάζειν σαφηνίης ἕνεκα. φημὶ δὲ αὖτα προδιδάξαι, ὅτι ἐν τῇσι μίξῃσιν ἐνεύσῃ τῇ γυνῇ, ἐλάχιστον αἷμα ἔρχεται ἀπὸ τῆ γυναικὸς ὀπὶ τὰς μήτρας δῆλον γενὸν ἐκχύσης ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν. ἐν δὲ τούτοισι διαῤῥοῦται τὰ μέλεα τῶ παιδίου. ἀπὸ δὲ τούτου τῆ χρόνου ὀπὶ πλέον ἔρχεται τὸ αἷμα.

μα· καὶ ὅτι τῷ κόρῳ πέλας κῆ λόγον τ̃ τεσσαράκοντα ἡμερέων. ὧδε δ̃ ἔχει, ἕτερον ἑτέροιον τοισὶ δέ, ὅτι παῦται δεῖ ἀκούειν. τῶν πρώτων τ̃ ἡμερέων ὁκόταν ἡ γονὴ ἐς τὰς μήτρας πίπτῃ, ἐλάχιστον αἷμα ὀργᾶται ἀπὸ τ̃ γυναικὸς ἐς τὰς μήτρας, ἐπειτα δ̃ ὀπὶ πλεῖον. εἰ γὰρ ἀθρόον καὶ πολὺ ἔλθοι ἐς ἄπαξ, ἐν ἀν δύναιτο ἡ γονὴ πολὺ ἔχειν, ἀλλ' ἀποπνιγείη ἀν τῷ αἵματος ἰόντος πολλοῦ. ἀνταπδίδοται δ̃ ἐν τῇ καθάρσει τοὐναντίον. χωρέει γὰρ ἡ καθαρσις τ̃ λυγρῶν ἐν τῶν πρώτων τ̃ ἡμερέων, πλείστη. ἔπειτ' ἐπ' ἐλάσσω, ἕως λήξῃ. πολλαὶ δὲ γυναῖκες ἤδη διέφθειραν κοῦφον ἐλίγῳ πρόσθεν τεσσαράκοντα ἡμερέων, καὶ ἄναρθρον ἐφαίνετο· ὁκόσα δ̃ ὕστερον, ἢ αἷμα τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, διαρθρωθὲν ἐφαίνετο ἐόντα. καὶ ὀπὶ τῇ κόρῃ κῆ λόγον τ̃ τεσσαρήκοντα καὶ δύο ἡμερέων ὁκόταν διαφθαρῇ, φαίνεται ἡ διάρθρωσις τ̃ μελέων, ἤντε πρόσθεν φθαρῇ τὸ παιδίον, ἤντε ὕστερον ἅλς φαίνεται), καὶ λόγῳ καὶ αὐάγκη ἡ διάρθρωσις ἐοῦσα, ὀπὶ μὲ τῇ κόρῃ ἐν τεσσαρήκοντα καὶ δύο ἡμέρῃσιν, ὀπὶ δὲ τῷ κόρῳ ἐν τεσσαράκοντα. ἰσορρέουσι γὰρ αἱ ἐξαμαιλώσιες τ̃ παιδίων, καὶ τ̃ λυγρῶν αἱ καθάρσιες. αἴτιον δὲ ὅδε, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον, καὶ διαρθροῦται, ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστὶ καὶ ὑγροτέρη τ̃ θηλείης ἢ τ̃ ἄρρενος. καὶ αὐάγκη ἐστὶ κῆ τόνον τὸν λόγον, ὕστερον πηγνῦσθαι τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄρρεν. καὶ ἡ καθαρσις χρονιωτέρη τότε εἴνεκεν ὀπὶ τῇ θηλείῃ ἢ τῷ ἄρρενι. ἀναζήσομαι δὲ αὖθις ὀπίσω, ὅθεν ἐπέλαβον. ὁκόταν δ̃ διαρθρωθῇ τὸ παιδίον, τὰ ἐσθία τ̃ μελέων αὐξόμενα αὐτῶν, τατε ὀστέα ὀπισκληρύνεται γίνεται), καὶ κοιλαίνεται· καὶ ταῦτα ὑπὸ τ̃ πνεύματος γίνεται. κοῖλα δ̃ ἐόντα ἕλκει ἐς ἑωυτὰ ἀπὸ τ̃ σαρκῶν τῶν ἁμαλωτῶν τὸ πιότατον, καὶ χρόνῳ διοζοῦται αὖθις τὰ ἄκρα τ̃ ὀστέων, ὡς ἂν δενδρέου τὰ ἀκρότατα ὕσατα ὀζοῦ), οὕτω καὶ τῶν παιδὸς δίκαι) ἀπ' ἀλλήλων οἱ δάκτυλοι τ̃ χειρῶν καὶ τ̃ ποδῶν. ὀπὶ δ' ἀυτῶν τ̃ ἰκμάδων αἱ φλέβες αἱ τῶν ἀνθρώπων πᾶσαι εἰς τοὺς δακτύλους τ̃ ποδῶν καὶ τ̃ χειρῶν. καὶ παχύται) μάλ' εἰσὶν αἱ ἐν τῷ σώματι φλέβες, καὶ αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ. ἔπειτα δ̃ ἐν τοῖσι σκέλεσι, καὶ τοῖσι βραχίοσι, καὶ τοῖσι πήχεσιν. ἐν δ̃ τοῖσι ποσὶ καὶ τοῖσι χερσὶ λεπτόταται καὶ πυκνόταται) καὶ ἀλείπται φλέβες εἰσὶ, καὶ νεῦρα λεπτότατα καὶ πυκνότατα καὶ πλεῖστα, καὶ ὀστέα ἐλάχιστα τῷ μεγέθει. τ̃ δ̃ χειρῶν καὶ τ̃ ποδῶν ἐν τοῖσι δακτύλοισι ταῦτα μάλιστα ὧδε ἐστίν. ἐν δ̃ τ̃ δακτύλων ἄτε πυκνὰ ἐχόντων ὀστέα σμικρὰ καὶ φλέβας καὶ νεῦρα, οὕτως οἱ ὄνυχες φύονται ἐξ αὐτῶν λεπτοὶ καὶ πυκνοί. καὶ ἀπολαμβάνουσι τ̃ φλεβῶν τὰ ἄκρα, ὥστε μηκέτι αὔξεσθαι αὐτὰς, μηδὲ πρόσω ἰέναι ἑτέρη ἑτέρης, ὡς τε μὴ θαυμάζειν ὅτι οἱ ὄνυχες ἐξ ὧν τὸ σώματος πυκνότατοί εἰσιν. ἐν γὰρ τ̃ πυκνοτάτων εἰσὶν. ἅμα δ̃ τοῖσιν ὄνυξι καὶ αἱ τρίχες ἐν τῇ κεφαλῇ ἐιζοῦνται, ἔχει δ̃ ὧδε τὰ ἀμφὶ τ̃ τριχῶν ἡ φύσις. φύονται μὲν γὰρ μέγιστα καὶ πλεῖσαι ὅκου τῷ σώματος ἡ ὀπιδερμὶς ἀραιοτάτη ἐστὶ, καὶ ὅκου ἡ ὀπιδερμὶς ὕστερον ἀραιὴ γίνεται, ἐκεῖ καὶ ὕστερον αἱ τρίχες φύονται, ὀπόταν τῇ γενείῳ καὶ τῇ ἥβῃ, καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλοθι. ἅμα γὰρ τῷ γόνῳ γιγνομένῳ ἐν σαρξὶ ἀραιὴ γίνεται, καὶ ἡ ὀπιδερμὶς καὶ τὰ φλέβια στομοῦται μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. παιδὶ γὰρ ἐόντι καὶ τ̃ φλεβίων λεπτῶν ἐόντων ἅς, ἐγγραφὴς δ' αὐτῶν ἡ γονή. καὶ τῶν παρθένοισι ὡσὶ τ̃ καταμηνίων, οὗτος λόγος. ἅμα γὰρ ὁδὸς πρόσω γίνεται, καὶ τοῖσι καταμηνίοισι, καὶ τῇ γονῇ, τῶν παρθένοισι. καὶ τρέχουσι ἡ ἥβη τῷ παιδὸς καὶ τ̃ παρθένε, ἀραιῆς τ̃ ὀπιδερμίδος γιγνομένης. καὶ ἅμα ἡ ἰκμὰς μετέωλα εἰς τὸν πρόσω ἔχει, καὶ ἅς ἐλάσσονα. οὕτω

fluit. Fiunt verò eadem parique modo etiam in masculo per spatium trigintà dierum. Quòd autem hæc ita se habeant, hoc tibi aliud argumentum esto. Posteaquam genitura in vterum mulieris demissa fuerit, primis quidem diebus sanguis paucus à mulière in vterum delabitur, deinde verò copiosior accedit, Nam si repentè simulque multus decumberet, genitura spiritum trahere, difflatique non posset, sed immodica sanguinis irruentis copia suffocaretur. At verò is contrà in purgatione reperitur. Quæ enim à puerperio purgantur, primis quidem diebus plurimũ sanguinis profundunt, deinde sensim minus, quousque purgatio penitus suppressa fuerit. Porrò autem multæ iam mulieres puerum abortiuum paulò ante trigesimum diem edidere, sed eum prorsus indistinctum atque inarticulatum. Qui verò post eum diem aut illo ipso die electi essent, visi sunt omnes compositis membris articulatísque. Sic verò res habet etiã in puella ad portionem duorum & quadraginta dierum, si quando abortu perierit. Siquidem vt ante istud tempus aut postea vtero fœtus exciderit, sic membra distincta & composita meritò necessariòq; habet, puella quidem die secundo & quadragesimo, puer verò trigesimo. Namque argumento sunt abortus, & à partu purgationes. Quòd autem fœmina tardius concrescat atque articuletur, id efficit ipsius genitura imbecillior & humidior quàm maris: eamque ob causam fœminam tardius quàm marem cõformari necesse est, atque etiam purgationem genita fœmina quàm masculo esse diuturniorem. Sed iam eò reuertar vnde digressus sum. Cum puellus in mẽbra digeri distinguíque cœperit, prout ipse augetur, illa quoque formam magis conspicuam consequuntur, ossáque tum duriora fiunt, tum excauantur. Et 23
hæc quidem omnia vi spiritus proueniunt. Quæ postquam cauitatem adepta fuerint, ad se trahunt è carne quicquid in sanguine pinguissimum est. Ac quemadmodum summa arborum postremò scinduntur & diducuntur in ramos, sic tandem extrema ossa finduntur, digitique puerorum & in manibus & in pedibus à se inuicem abscedunt, ac demum extremis eorum partibus vngues adnascuntur. Humani namque corporis venæ omnes, in pedum manuúmque 33
digitos desinunt. Sunt autem crassissimę in corpore venæ, atque item capite: secundum has, quæ in cruribus sunt, brachiis, & cubitis: tenuissimæ verò, densissimæ & plurimæ sunt, & similiter nerui, in pedibus & manibus, ossáque præsertim in manuum pedúmque digitis magnitudine admodum exigua. Porrò vt digiti ossibus, venis neruisque densis & paruis constant, sic ex ipsis vngues densi & tenues nascuntur, qui certè extremas omneis venas comprehendunt, adeò vt nec vltrà progredi possint, nec alia aliam excedere. Quamobrem mirum videri non debet, si vngues è corpore prominentes densissimi sunt, quippe qui ex densissimis corporibus oriantur. Cætetùm vna cum vnguibus pili etiam in capite radicem accipiũt. Est autem pilorum natura eiusmodi. Plurimi quidem 43
illi maximique generantur, qua parte corporis cuti- 35
cula, quæ ὀπιδερμὶς dicitur, rarissima est, & pilus moderatum quo nutriatur humorem habere potest. & quo etiã loco cuticula postea rarescit, illic quoque postea oriuntur pili, sicut in mento & pube, & alio quouis loco. Nam quũ primum semen genitale confici cœperit, tum caro, tũ cutis rariora euadunt, mas

gisque venæ quàm antea dilatantur. Quandiu enim puer est, & venulæ exiles, non potest per eagenitura ferri. Et hæc quidem ratio etiam menstruis mulierum purgationibus conuenit. Verùm vbi tum menstruis tum semini via patet in virginibus, tunc rarescente cuticula, tam puero quàm virgini pilus pubi adnascitur, qui etiam humore aliter moderato, nec pauciori quàm oporteat: Ad

eundem verò modum in mento quoque viri res habet. Namque cutis illi rara fit, humore in ipsam à capite delabente. Habent enim pili tum in ipso concubitu, tum medio tempore, quantum satis est humoris ad nutrimentum: sed tunc maximè, quum humor ille qui in coitu à capite in mentum extra pectus prominens, decidit, morâ ipso in mento traxerit. Quòd autem quà cutis tarissima est, pili exoriantur, facilè intelliges si cutem adurere placeat, & pustulam tantùm excitare, eamque postea persanare. Sic enim densior effecta cutis, nullum prorsus pilum ex ipsa
36 cicatrice producet. At verò qui à prima pueritia eunuchi facti sunt, eam ob causam nec in pube nec in mento barbam gerunt, suntque toto corpore læues, quòd non reclusis semini genitali meatibus, nulla corporis parte rarescat cutis. Namque nulla in illis
37 semini via est, sicut paulò antè retuli. Mulieres verò
38 nudum pilis mentum corpusque habent, quòd humor qui ipsis coëuntibus secernitur, non perinde ac viris agitatur, cutemque propterea non efficit rariorem. Cæterùm quicunque caluescunt, magis pituitosi sunt, atque in eorum quidem capite, dum coëunt, agitata & incalescens pituita, atque in cutem decumbens, capillorum radices adurit, vnde illi facilè
40 postea decidunt. Eunuchis autem caluitium non accidit, quòd nec vehementius moueantur, nec pituita
41 concubitu incalescens, capillorum radices vrat. Verùm canos habent, propterea quòd humido, longo admodum tempore in homine permeante, abscedat id quod candidissimum est, & in cutem incumbat, adeò vt tum pilus ipse, tum cutis maximè in qua cani sunt, attracto humore, multo quàm antea candidiore, etiam candidiora quàm alio quouis loco euadant. Sedenim qui à prima generatione canos habent in capite, illis proculdubio cutis vbi cani sunt, alia quauis longè candidior est. Illic namque candidissimus est humor. Res autẽ habet hunc in modũ. Qualem ad se caro humorem attraxerit, siue is albus sit, siue flauus, siue niger, talem etiam pilus colorem refert. Sed de his quidem hactenus dictum sit. Iam verò ad ea veniam quæ supersunt dicenda. Postquam summæ corporis pueri partes ramorum instar diductæ, foras prodierint, ac vngues pilique radicem ege-
42 rint, tunc certè quidem fœtus moueri solet. Hoc autem accidit mari quidem intra treis menses, fœminæ verò intra menses quatuor. Sic enim vt plurimum contingit: quanquam sunt qui etiam ante id tempus moueantur. Mas autem primùm mouetur, quòd fœminam robore longè superet: primúsque si-
43 militer conformatur, quòd eum robustior & crassior genitura componat. Porrò quum fœtus moueri cœperit, tunc matri lac sui notam exhibet. Etenim mammæ attolluntur, papillæ turgent, nec tamen lac profluit. A mulieribus quidem quæ carnem densam habent, lactis notæ tardius apparent. & serius prodit: iis verò quæ rara carne sunt, citius. Est autem hæc gignendi lactis causa. Quum vterus fœtu tumens ventrem mulieris pressserit, si compressio illa eo pleno fiat, pinguissimum quodque tam à cibis quàm à potibus in omentum & carnem resilit. Nam quemadmodum si quis pellem copioso oleo inunxerit, ipsumque imbibi fuerit, ac postea pellem pressserit, illa hoc compressu oleum resudabit: sic certè vbi venter continens in se quicquid in cibis & potibus pinguedinis erat, premitur ab vtero, in omentum & carnem pingue resudat. Ac si mulier quidem carne sit rariore, celerius eo quod inde resilit, fruitur: sin autem minus, tardius. Quin & pecora ipsa prægnantia, nisi morbida fuerint, potu cibóque eam ob causam pinguiora redduntur. Nec verò diuersa est in muliere

δὲ καὶ ἡ ὀπὶ τῶ γενέα τῶ ἀνδρὸς ἔχει. ἀφαὶ γὰρ γίνε) ἡ ὀπσέρμως, χωρέοσης εἰς αὐτὴν τ ἰκμάδος ἀπὸ τ κεφαλῆς. ἅμα μὲν γὰρ καὶ ἐν τῆ λαγονείη, ἅμα δὲ καὶ ἐν τῶ μεταξὺ χρόνω, ἡ θερμὴ μοιρίλλη ἔχει τὴν ἰκμάδα ἐς τὴν ἠφοῖλιν, τότε μαλιστα, ὁκόταν ὁ χρόνος ἐγγένη) τῶ ὑγρῶ ἀπὸ τ κεφαλῆς κατακαίνονται ἐν τῆ λαγονείη, ἀπέχων τ σήθεων, ὀπὶ τὸ γένειον. σημήιον δὲ ὅτι ἐν τοῖσιν ἀφαυοσάρκοισι ἡ ὀπσέρμιδες φύονται αἱ τρίχες, εἴ τις ἐθέλοι ὀπισαῖσαι τὴν ὀπσέρμιδα, ἢ φλυκτίναν μόνον ποιῆσαι, καὶ ὑγιῆναι, πυκνὴ γλωμὴν ἡ ὀπσέρμις, ἢ τὴν οὐλὴν τὰς τρίχας οὐκ ἀνήσεται. ὁκόσοι δὲ εὐνοῦχοι παῖδες ἐόντες γίνονται, διὰ τοῦτο οὔτε ἠβῶσιν, οὔτε γλωιῶσι, λεῖοι τε γίνονται ὅλοι, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆ γονῆ οὐκ ὀπσγλωμῶν, οὐκ ἀφαιρῦ τὴν ὀπσέρμιδα ὀπὶ τοῦ ξύμπαντι σώματι. ἀπολίζηται γὰρ ἡ ὁδὸς τ γονῆς, ὡς ἐμοὶ εἴρηται ὀλίγω ὀπρότερον. αἱ δὲ γυναῖκες λεῖαι γίνονται τὸ, τε γλοιὸν καὶ τὸ σῶμα, ὅτι ἐν τῆ λαγονείη σφέων τὸ ὑγρὸν οὐχ ὁμοίως κλονέομενον ὡς τὸ τῶ ἀνδρὸς, τὴν ὀπσέρμιδα οὐ πιέει ἀφαιρῦ. ὁκόσοι δὲ φαλακροὶ γίνονται, οὗτοι δὴ φλεγματώδεες εἰσὶ καὶ ἐν τῆ κεφαλῆ αὐτέων ἅμα τῆ λαγονείη κλονεόμενον, καὶ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα, ἀφροπίπτον ἀφὸς τὴν ὀπσέρμιδα, κάμει τ τριχῶν τὰς ῥίζας, καὶ ἐκρέουσι αἱ τρίχες. οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ τοῦτο οὐ γίνονται) φαλακροὶ, ὅτι σφέων οὐ γίνεται κίνησις ἰσχυρὴ. οὐ δὲ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα ἐν τῆ λαγονείη, κάμει τ τριχῶν τὰς ῥίζας. αἱ δὲ πελιαὶ διὰ τοῦτο γίνονται, ὅτι ἐν πολλῶ χρόνω διοικεομένου τῶ ὑγροῦ ἐν τῶ ἀνθρώπω, ἀποκείνεται τὸ λευκότατον, καὶ πίπτει ἀφὸς τὴν ὀπσέρμιδα. καὶ ἡ θερμὴ λευκοτέρην ἰκμάδα ἕλκουσα ἢ ἐν τῶ πρὶν χρόνω, λευκοτέρη γίνε), καὶ ἡ ὀπσέρμις, καὶ μᾶλλον ὅκου αἱ πελιαὶ εἰσὶ, λευκοτέρη τ ἄλλης χρῆ). καὶ ὁκόσοι ἐκ γενετῆς πολιόν τι ἔχουσιν ἐν τῆ κεφαλῆ, κείνοισιν ἡ ὀπσέρμις, ὅκου αἱ πελιαὶ εἰσὶ, λευκοτέρη τ ἄλλης ἐστὶν. ἐκεῖ γὰρ τὸ λευκότατον ὑγρὸν ἐστὶν. ἔχει δ' καὶ τόδε, ὧδε, ὁκοίην αὖ ἡ σὰρξ ἰκμάδα ἕλκυσε, λευκὴν, ἢ ξανθὴν, ἢ πυρρὴν, ἢ μέλαιναν, τοιαύτην τὴν χροιὴν καὶ ἡ θρὶξ γίνεται. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω. ἐλεύσομαι δὲ αὖθις εἰς τὸ ἀπόλειπτο τ λόγου. ὅταν δὲ δὴ τὰ ἄκρα τ σώματος τ παιδὸς ἐζωσθῆ ἔξω, καὶ οἱ ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες ἐρριζώθησαν, τότε δὴ καὶ κινέεται. καὶ ὁ χρόνος ἐς τοῦτο γίνε), τῷ μὲν ἄρσενι βρίς μῆνες, τῇ δὲ θηλείῃ τέσσαρες. ὧδε γὰρ ὀπτπλείστον ξυμβαίνει. ἔστι δ' ἃ καὶ πρόσθεν τ παιδίον τότε τ χρόνου κινέεται. κινέεται δὲ πρῶτον τὸ ἄρσεν, ὅτι ἰσχυρότερον τ θήλεος. καὶ πρῶτον πάσχουσι τὸ ἄρσεν. ἀπὸ γὰρ ἰσχυροτέρης καὶ ταχυτέρης γονῆς γίνε). ὁκόταν δὲ κινηθῆ τὸ ἔμβρυον, τότε δὴ ὀπσημαίνει καὶ τὸ γάλα τῆ μητρί. οἱ γὰρ μαζοὶ αἴρονται, καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι. τὸ δὲ γάλα οὐ χωρέει. καὶ τοῖσι μὲν πυκνοσαρκοισι τ γυναικῶν ὕστερον τὸ γάλα ὀπσημαίνει καὶ ὀρχέ). τοῖσι δ' ἀραιοσάρκοισι πρόσθεν. διὰ αὐλοὺς δὲ τοιλυδὲς γίνε) τὸ γάλα. ὁκόταν αἱ μῆτραι ὀγκωθεῖσαι ἐοῦσαι ὑπὸ τῶ παιδίου, πίεζωσι τὴν κοιλίην τ γυναικὸς, τ δ' ὁκόταν πλήρεος ἐόσης ὁ πιεσμὸς χωρήσῃ, ἀποπιδᾶ τὸ πότιμον ἀπὸ τε τ βρωτῶν καὶ τ ποτῶν ἔξω ἐς τὸ ὀπίπλοον, καὶ τὴν σάρκα, ὡς ἐν ἔριον εἴτις ἀλείψειεν ἐλαίῳ πολλῷ, καὶ ἔπειτα αὐαπίοι. καὶ ἐτέλη αὐαπὴν πίεζη τὸ ἔριον, διαπιδοῖ αὖ πιεζευμένῳ τὸ ἔριον τοῦ ἐλαίου. οὕτω δὴ καὶ ἡ κοιλίη τὸ παρὸν ἐν αὐτῆ ἐχόσης ἀπὸ τ βρωτῶν καὶ τ ποτῶν πιεζευμένης ὑπὸ τ μητρέων διαπιδᾶ τὸ πίαρ εἰς τὸ ὀπίπλοον, καὶ ἐς τὴν σάρκα. καὶ ἀφαυόσαρκος ἐὼν ἡ γυνὴ, θᾶσσον αὐδᾶν) ἡ διαπιδύουσι. ἢν δὲ μὴ, ὕστερον. καὶ τὰ ἐν γαστρὶ ἐχοντα κτήνεα, ἢν μὴ νοσέῃ, οὕτω τὸ αὐτὸ ποιέει καὶ σίτῳ καὶ πόσει γίνε). διὰ τοῦτο. ἐμείων δ' ἡ

γενὴ. ἀπὸ γὰ τῦ πονος διαθερμαινομένυ καὶ λευκοῦ ἐόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θερμης τ ἀπὸ τ μητρέων, ἀποθλιβόμενον ἔρχε εἰς τὸς μαζοὺς, καὶ εἰς τὰς μήτρας ὃ ὀλίγον ἔρχε διὰ τ αὐτέων φλεβῶν. τείνεσι γὰ εἰς τὸς μαζοὺς καὶ εἰς τὰς μήτρας φλέβια παῦ τάτε καὶ παχύπλοα ἄλλα. καὶ ὁκοταν ἀτίκτοισι εἰς τὰς μήτρας, ἐθέλει ἴσχει τοῦ γάλακτος, καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτῦ ἐπαυρίσκε ὀλίγον. οἱ δὲ μαζοὶ διεχόμενοι τὸ γάλα, αἰεροῦ πιμπλάμενοι. καὶ ὁκόταν τέκη, ἀχρὶς κινήσιος ὑπογλυκήνης, χωρέει τὸ γάλα ἐς τὸς μαζοὺς τῆτις, ἰὼν θηλάζη. ἔχει γὰρ οὕτω. θηλαζομένων τῶν μαζῶν, εὐρεώτερα γίνε τὰ φλέβια ἐς τὸς μαζοὺς· εὐρεώτερα δὲ γενόμενα, ἀπὸ τ κοιλίης ἕλκοντα τὸ πυρρὸν, τοῖν μαζοῖν διαδίδοασι. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἰὼν λαγνεύη πολλὰ, εὐρεώτερα γινόμενα τὰ φλέβια, μᾶλλον ἐπάγει τὴν λαγνείην. ἔχει δὲ καὶ τόδε, ὥσπε. ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις τ παιδίων γίνε, ὁκόταν ἐν τῆσι μήτρῃσιν ἴσι τὰ ἀπὸ τ μητρός. καὶ ὅκως αν ἡ μητὴρ ἔχῃ ὑγιείης ἢ ἀδυνείης, ὥδε καὶ τὸ παιδίον ἔχει. ὡς γὰρ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα τρέφεται ἀπὸ τ γῆς. καὶ ὅκως αὖ ἡ γῆ ἔχῃ, οὕτω καὶ τὰ φυόμενα ἔχει ἐν τῇ γῇ, τό, τε γὰρ σπέρμα, ὁκόταν καταβληθῇ εἰς τὸν γλοῦ, ἰκμάδος τινὸς ἐμπιμπλαται ἀπ' αὐτῆς. ἔχει γὰρ ἐν αὐτῇ ἡ γῆ ἰκμάδα παντοίην, ὥστε τρέφειν τὰ φυόμενα. ἰκμάδος δὲ πλησθὲν τὸ σπέρμα, φυσᾶται καὶ οἰδέει, καὶ ἀναχωρίζε ὑπὸ τ ἰκμάδος συμφερέος ἡ δύναμις, ἡ ἔστι κουφοτάτη ἐν τῷ σπέρματι. συμπαρεῖσα δ' ἡ δύναμις ὑπὸ τῦ πνεύματος, καὶ τ ἰκμάδος φύλλα ἐξωθέουσι, ῥήγνυσι τὸ σπέρμα, καὶ ἀναπέλλει πρῶτον ἔξω τὰ φύλλα. ἀναπεί λαντα δὲ, ὁκόταν μηκέτι δύνηται τρέφειν τὰ φύλλα ὑπὸ τ ἰκμάδος τ ἐν τῷ σπέρματι ἐνεόσης, ῥήγνυται ἐς τὸ κάτω τό, τε σπέρμα καὶ τὰ φύλλα. καὶ βιώμενον ὑπὸ τ φύλλων, μεθίησι τ δυνάμιος ἐς τὸ κάτω, ἣ ἐν αὐτῷ ὑπολείπε διὰ τὴν βαρύτητα, καὶ ῥίζαν βάλλει ἐκ τ φύλλων διατεταμένα. ὁκόταν δ' κάτω βεβαίως ῥιζωθῇ τὸ φυὸν, καὶ τὴν τροφὴν ἀπὸ τ γῆς πιέη, τότε ἤδη ἠρέμισεν πᾶν, καὶ αὐξάνε ἐς τὸ φυὸν πλὴν τῦ λεπυρίου, ὅπ στερεώτατον ἔστιν. οὗτος δ' τὸ λεπύριον σαπὲν ἐν τῇ γῇ, ἀβλὸν γίνε χρόνῳ δή, καὶ ὀζοῦταί πινα τ φύλλων. ἐκ σπέρματος γοῦν ἄτε ἀφ' ὑγροῦ ῥυόμενον, τέως μὲν ἁπαλὸν ἔη καὶ ὑδαρὲς, εἰς αὔξησιν ὡρμημένον, καὶ ἐς τὸ κάτω, καὶ ἐς τὸ ἄνω, οὐ δύναται τὸν καρπὸν ἐκβάλλειν. οὐ γάρ ἔστιν αὐτῷ δύναμις ἰσχυρὴ καὶ πικρὰ ἥτις τὸ σπέρμα συμφθάσεται. ἐκόταν δ' στερεωθῇ μᾶλλον καὶ ῥιζωθῇ τὸ πεφυκὸς ὑπὸ χρόνυ, τότε ἤδη καὶ φλέβας ἴσχει εὐρείας καὶ ἐς τὸ ἄνω καὶ ἐς τὸ κάτω. καὶ τότε οὐκ ἐν τ γῆς ἕλκεται, οὐκέτι ὑδαρὲς, ἀλλὰ παχύτερον καὶ πιότερον καὶ πλέιον. τὸ δὴ θερμαινόμενον ὑπὸ τῦ ἡλίυ, ἐκζῇ ἐς τὰ ἄκρα, καὶ γίνε καρπὸς, κατ' τὸ ξυγγενὲς ᾧ ὁκεῖός καὶ ἐβλάστησε. καὶ πολὺς ᾧ ὀλίγα διὰ τόδε γίνε), ὅτι ἕλκει ἔκαστον τῶν φυομένων ἐκ τ γῆς δύναμιν πλείονα, ἢ ᾧ οὗ ἐβλάστησε, καὶ ἐκζῇ οὐ κατ' ἓν, ἀλλὰ κατὰ πολλά. ὁκόταν δ' καρπὸς ἐκζέσῃ, πρέπε ὑπὸ τῦ φυομένυ. ἕλκει γὰρ τὸ φυόμενον ἀπὸ τ γῆς, τῷ καρπῷ ἐκδίδωσι. ὁ δὲ ἥλιος πέπτει καὶ στρεῖ τὸν καρπὸν, τὸ ὑδαρέστερον ἀφ' ἑωυτῦ ἕλκων ἀπ' αὐτῦ. καὶ τυῖτα δὴ εἰρηκόσι περὶ τ ἐκ σπέρματος φυομένων ἀπὸ τ γῆς καὶ τῦ ὕδατος. τὰ δ' ἐκ φυτευτηείων, ἀπὸ δενδρέων δένδρεα γίνε τρόπῳ τοιῷδε. τρῶμα ἴσχει ὁ κλάδος ἐν τῷ καταπύτῳ ἀφ' ἧς τὴν γλοῦ, ἢ ἀπὸ τῦ δένδρυ ἐκλάδη, ὅθεν αἱ ῥίζαι ἀφιεῖ). τρόπῳ δ' τοιῷδε μεθίη). ὁκόταν τὸ φυτὸν τὸ ἐν τῇ γῇ ἐὸν ἰκμάδα λάβῃ ἀπὸ τ γῆς, οἰδέει καὶ πνεῦμα ἴσχει. τὸ δ' ὑπὸ τ γῆς, οὐδέπω. τὸ δ' πνεῦμα καὶ ἡ ἰκμὰς συμφύσαν ἐν τῷ κάρατio. Nãque pingui concalescente,& candido facto, quicquid matricũ calore dulcescit, exprimitur & cõscendit inmãmas. At verò etiã in ipsas matrices exigua quædã portio per easdem venas refertur. Siquidẽ tum hæ,tum aliæ persimiles venulæ in mãmas atque vterum protenduntur. Quum autem peruenit in vterum, iam speciem lactis induit, eóque exiguo puerulus fruitur. Mammæ verò vbi lac exceperunt,replentur & extuberant. Atque postea quidem quàm mulier pepererit, principio motus facto, lac sese in mãmas recipit, si mater puerum lactet. Id namque fit hunc in modum. Quum exuguntur mammæ, venæ quæ ad eas pertinent, euadunt latiores: mox pinguissimum humorem à ventre elicientes, eum in mammas transferunt. Si namque vir etiam veneri frequẽtius indulgeat, venæ latiores effectæ, venerem magis extimulant. Sedenim hæc quoque hoc modo se habent. Pueri tum nutriri tum augeri incipiunt, quũ menstruus sanguis à matre in vterum venerit. atque vt mater aut sana est aut laborat, perinde valet puerulus. Est enim iis quæ terra nascuntur alunturque, quamsimilimus, quæ eodem prorsus se habent modo, quo terra ipsa affecta est. Nam & semen quum in terram iniectum fuerit, humore quodam repletur, quem ab ipsa terra attrahit. Habet enim terra humorem omnigenum, quo plantas nutrire possit. Semen verò humoris plenum, flatu distenditur & intumescit, suamque vim, quæ semini prorsus leuissima est, præ humore inuertere immutareque cogitur. Euersa autem illa à spiritu atque humore in folia degenerante, abrumpit semen, primúmque foras folia emergunt. Quæ quidem vbi in lucem prodierint, quum nutriri amplius humore non possint qui semini inest, inferiore parte tum semen tum folia rumpuntur, & cogentibus ipsum foliis, vires in sedem infimam demittit, quæ illic propter grauitatem residunt, atque ex foliis gignuntur tendunturque radices. Quum verò planta radicem firmissimè egerit, & sumpserit è terra alimentum, iam euanuere omnia, atque in plantam, excepto cortice, qui solidissimus est, absumpta sunt. Sed & ille quidem in humo putrescens, temporis spatio euanescit, atque ex foliis nonnulla in ramos abeunt. Planta ergo, vt quæ ex humido nata sit, quandiu quidem mollis fuerit & aquosa, incrementum tum supra tum infra accipit: fructum verò nullum potest edere, quod nondum facultas illi tam valens & pinguis, vt ex ea possit semen immutari. Posteaquam vero maiorem successu temporis soliditatem radicemque compararit, tunc & latiores tam supra quam infra venas obtinet, & iam ab humo trahere incipit, non aquosum quidem, sed crassius, pinguius & copiosius: quod sanè calore solis feruidum in summas parteis diffunditur, fitque fructus eiusdem cum eo à quo prodiit, generis & naturæ. Ac istam quidem ob causam copiosus ex paucó nascitur, quod quicquid è terra gignitur, maiorẽ multo vim attrahat, quàm ex qua primum constitit. Id autem non vno in loco, sed pluribus efferuescit. Quum vero feruore isto fructus emerserit, à planta sua alitur, quæ quod ab humo attraxerit, fructui suo impertit. Porrò sol à fructu aquosum ad se eliciens, eum tum concoquit, tum reddit solidiorem. Hæc quidem à me dicta sunt de iis quæ è terra & aqua de semine nascuntur. Cæterum ex consitis arboribus aliæ arbores hunc in modum perducuntur. Talea in terram altissimè defossa, vulnus ea parte habet, qua ab arbore resciss a est: atque inde radices exeunt, quod certè hoc fit modo. Quum planta in humo posita, attracto ab ea humore maduerit, tumet, spiritumque concipit: quod verò terræ supereminet, nondum sic est affectum. Spiritus verò humorque cum primum

ſius plantæ vires inferiore loco immutari: t, quicquid eſt maximè graue, deorſum fertur, atque ex eo tenere radices prodeunt. Porrò autem planta mox atque inferna ſede firmari cœperit, tunc & à radice humorem attrahit, & illi quid ſuper terram extat, elargitur, atque tunc ſanè ſupernæ partes intumeſcunt, & ſpiritu replentur. Ac quicquid leue planta continet, id immutatum & in folia verſum germinat, ipſaque iam tam ſupra quàm infra capit incrementum. Sic contrario modo germinant quæ ex ſemine oriuntur, & quæ ex taleis in terram cõſitis proueniunt. Siquidem primum è ſemine folium gignitur, deinde radices infernè mittuntur. Talea verò radices primùm, mox folia emittit. Ineſt enim ſemini vis ingens humoris, & omne quod in terra eſt, tantum per initia, donec radices egerit, habet alimenti, quantum ad folium alendum ſatis ſit. Verùm ſecus habet in talea. Neque enim ex alio naſcitur, à quo primum alatur folium, ſed ipſa talea veluti arbor eſt, multumque è terra prominet. Quamobrem fieri nõ poteſt vt quod prominet, redundet humore, niſi ex infernis partibus vis quædam maxima efferatur, quæ in ſupernas humorem immittat. Sed talem quidem primum ſibiipſi per radices alimentum trahere neceſſe eſt, deinde quod è terra traxerit, ſupernis partibus elargiri, atque inde folia tum naſci tum increſcere. Porrò quum planta augeri cœperit, in ramos neceſſariò ſcinditur. Poſtquam enim ingentem humoris copiam attraxerit, præ copia ipſius rumpitur, qua parte plurima eſt; & illic rami oriuntur. Augetur vero tum ſecundum latitudinem, tum ſupra infraque, propterea quòd terræ inferiora hyeme quidem calida ſint, æſtate vero frigida. Siquidem hyeme
§ 1 imbribus è cœlo ruẽtibus terra madet, illiſq; quòd graviores ſint, comprimitur: proindè tum denſior efficitur, tum impeditam prorſus habet tranſpirationem. Neque enim amplius exiſtit magna illa raritas: eãdemque ob cauſam terra inferior per hyemem ca-
2 lida eſt. Nam & fimus coactus quam rarior maiorem intus calorem concipit. Præterea quæ madent & adſtricta ſunt, per ſe ipſa concaleſcunt, & citiſſimè calore aduſta putreſcunt. Quod enim denſa ſint, per ea ſpiritus meare nequit. Quæ vero ſicca raraque ſunt, multo minus incaleſcunt & putrent. Sic triticum & hordeum madida & aſperſa humore, promptius multò incaleſcunt, quàm ſi ficca eſſent & rariora. Quin & Doricæ veſtes arctius deligatæ & compreſſæ, à ſe ipſis exuruntur, vti ego vidi, perinde, ac ſi igne conflagraſſent. Quòd ſi quis alia quoque conſiderare velit, is certè reperiet omnia quæ conſtricta ſunt, à ſe ipſis vehementius incaleſcere, quàm quę ſunt magis laxa. Neque enim ventum frigidum inſpirare poſſunt. Ad eundem ſanè modum pars terræ inferior quum humore redundet, eoque tum graui tum fræquenti per ſe comprimatur, hyeme incaleſcit, quòd nullum prorſus habeat caloris ſpiraculum. Verùm quum de cœlo aqua in ipſam deciderit, flatumque in terra excitauerit, efferri illi vltra propter terræ denſitatem non poteſt, ſed contra in aquam refertur: eamque ob cauſam & fontes & mare hyeme ſunt quàm æſtate tum calidiores, tum maiores. Namque excitatus ſpiritus, in aquã, propterea quòd terra denſior ſit, nec per eam ſpiritus meare poſſit, reuertitur, eamque admodum multam, quà per eam fertur, diuidit, ſibique viam latiorem molitur, quàm ſi minus eſſet aquæ. Siquidem aqua non poteſt in terra conſiſtere, ſed ſemper in decliuem locum fertur. Quod ſi terra ſpiritum ab aqua ſuſcitatum hyeme tranſmitteret, minus multo aquæ ex ipſa prodiret, nec fontes hyeme augerentur.

πω τῶ ἐντὸ πλὼ δυνάμιν, ὅση λὼ βαρυτάτη, ἐπιφέρεται εἰς τὸ κάτω, καὶ γίνονται ἀξ αὐτῆς ῥίζαι ἀπαλαι. ὁκόταν δ' ἐς τὸ κάτω λάβηται, τότε δὴ ἕλκει ἐκ τῆς ῥίζης ἰκμάδα, καὶ διαδίδωσι τῷ ὑπερ γῆς ἐόντι· καὶ τότε δὴ αὔξησι τὸ ἄνω οἴδιει, πνεῦμα ἴσχει. καὶ ὅση δυνάμις ἐν τῇ φυτῇ κάτω ἔνεστι, συφαρέεται φύλλα γινόμὼν βλαστικὰ, καὶ ἐς τὸ ἄνω ἤδη πλὼ αὔξησι ποιέεται, καὶ ἐς τὸ κάτω. οὕτως ἐς τὸ ἐναντίον ξυμβαίνει ἤδη τὰ ἐκ τῶ σπέρματος γινομὼων, καὶ τὰ ἐκ τῶ φυτευτηίου ἀπὸ τῶ ἐλαστῶ. πρότερον γὰρ ἐκ τῶ σπέρματος τὸ φύλλον ἀνατέλλει, ἔπειτα καὶ ῥίζαι εἰς τὸ κάτω ἀτίεται). τὸ δ' ἀπὸ δένδρεον ῥιζοῦται) πρῶτον, ἔπειτα φύλλοῦται) διὰ τόδε, ὅτι ἐν μὲν τῷ σπέρματι αὐτῷ ἰκμάδος πλῆθος ἔνεστι, καὶ ἐν τῇ γῇ παντὶ ἐόντι τροφὴ ἔνεστι τοσαύτη τῷ φύλλῳ ἀρκέσαι, ὅσον τὸ φύλλον θρέψει) μέχρις ἂν ῥιζωθῇ. ἐν δὲ τῷ κλάδῳ οὐ γίνεται) ὥξ ἑτέρη ὅσον τὸ φύλλον τοσαύτη τροφὴν ἔχει. ἀλλ' αὐτὸς ὁ κλάδος ἔστιν, ὡς ἂρ καὶ τὸ δένδρεον ἔχει, καὶ τοῦτο ὑπερ γῆς ἔστι πολύ. ὡς τε ἂν μὴ δύναιτο ὑπερ γῆς εἶναι, ἰκμάδος πλησθῆναι, εἰ μὴ ἐν τῷ κάτω μεγάλη τὶς δύναμις ἐλθοῦσα, τῷ ἄνω ἐκδώσει ἡ ἰκμάδος. καὶ πρῶτον τὸ φυτευτήριον ἀναγκαῖον ἔστιν ἑωυτῷ προσκτᾶσθαι ἀπὸ τῆς γῆς τῆσι ῥίζῃσιν. ἔπειτα οὕτως ἀπὸ τῆς γῆς ἕλκον ἄνω ἀποδιδόναι, καὶ φύλλα ἐρμῶσαι εἰς βλαστόντι καὶ αὔξησιν· ὅταν δ' αὔξηται τὸ φυτόν, ῥίζοῦται) ὑπ' ἀνάγκης τοιῆς δε, ὡς ἐρέω. ὁκόταν ἰκμάδος αὐτῷ πλεῖον προσχῇ) ὀπὸ τῆς γῆς ἑλκομένης, ὑπὸ τῶ πλήθεος ῥήγνυται, ἢ ἂν πλείστη ἔῃ, καὶ ταύτη ὀζοῦται τὸ φυτόν. αὔξεται δ' καὶ ἐς τὸ εὖρος, καὶ ἐς τὸ ἄνω, καὶ ἐς τὸ κάτω, διὰ τόδε, ὅτι τὸ κάτω τῆς γῆς τὸ μὲν χειμῶνος θερμόν ἐστιν, τῷ δὲ θέρεος ψυχρόν. τοῦτο δ' διὰ τόδε ἐστὶν, ὅτι ἡ γῆ ἰκμαλέη ἐστὶν ἐν χειμῶνι ὑπὸ τῶ ὕδατος τῶ ἐκ τῶ οὐρανοῦ πιπτόντος, καὶ πίλεται ἐφ' ἑωυτῇ, ἅτε βαρυτέρης οὔσης τῆς ἰκμάδος. πυκνοτέρη δέ ἐστιν ὑπὸ τούτω, καὶ οὐκ ἔχει διαπνοὴν οὐδεμίαν. οὐ γὰρ ἔτι ἔνεστι τὸ ἀραιὸν μέγα. καὶ διὰ τοῦτο τὸ κάτω τῆς γῆς τῶ χειμῶνος θερμόν ἐστι. καὶ γὰρ ἡ κόπρος ἐνταγμένη μᾶλλον εὐθερμοτέρη ἐστὶν, ἢ ἡ ἀραιὴ ἐοῦσα, καὶ ἄλλως, τὰ μὲν ἰκμαλέα καὶ πιπεσμένα, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν θερμαίνει), καὶ ἐν τάχει κάρτα ὑπὸ τῆ θερμασίης συγκαυθέντα σήπεται. οὐ γὰρ διοίσει τὸ πνεῦμα δι' αὐτῶν, ἅτε πυκνῶν ἐόντων. ἢν δ' ξηρὰ ἔῃ, καὶ ἀραιῶς κείμενα, πολλῶ ἧσσον θερμαίνει) καὶ σήπει). οὕτω δ' καὶ πυρὸς καὶ κριθαὶ τοσοῦτον ἐόντα καὶ βεβρεγμένα, εὐθερμότερά ἐστιν, ἢ εἰ ξηρὰ ἔῃ, καὶ ἀραιῶς κείμενα. καὶ ἰσάπαξ σωδεδριμένα καὶ κατεσταλαγμένα ἰσχνῶς δωρικὰ κατακείμενα ὑπὸ σφέων αὐτῶν, ὡς ἐγὼ ἤδη εἶδον, ὡς ἂρ ὑπὸ πυρὸς ἐκκαέντα. καὶ τἄλλα εἴ τις θέλοι εὐθυμηθῆναι πάντα ὅσα πεπίεσται), ὑπὸ σφῶν αὐτῶν θερμότερα εὑρήσει, ἢ τὰ ἀραιῶς κείμενα. οὐ γὰρ ἔχει ἀναπνέειν ψυχρὸν ὑπὸ τ' ἀνέμων. οὕτω δ' καὶ τῆς γῆς τὸ κάτω πλείης ἐούσης, καὶ αὐτῆς ὑπ' ἐωυτῆς πεπιεσμένης, ἅτε βαρείης καὶ πυκνῆς ἐούσης ὑπὸ τ' ἰκμάδος θερμαίνει) ἐν χειμῶνι. οὐ γὰρ ὅτῳ αὐτ' διανοίξ οὐδεὶς τῷ θερμῷ. ἀλλ' ὁκόταν πίσῃ ἐκ τῶ οὐρανοῦ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτὴν, ὅταν ἀναπνεύσῃ ἐς τὴν γῆν ἀπ' αὐτῆς, οὐ διοίσει πρόσω, ἅτε πυκνῆς ἐούσης τῆς γῆς. ἀλλ' ἢ πνοὴ ὀπίσω ἐς τὸ ὕδωρ ὀρμᾷ). καὶ διὰ τοῦτο αἱ πηγαὶ καὶ ἡ θάλασσα θερμότεραί εἰσι τῶ χειμῶνος, καὶ μείζους ἢ τῶ θέρεος, ὅτι ἀναπνέοντος τῶ πνεύματος ὀπίσω ὀρμᾶται ἐς τὸ ὕδωρ, ἅτε ἡ γῆς πυκνοτέρης ἐούσης, καὶ οὐ διοίσης δι' αὐτῆς τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ πολὺ ἐὸν, ἢ ἂν τύχῃ, τοῦτο δὴ ἰσχνοῖ χωρέον. καὶ ὁδὸν οὐ αὐτῷ ποιέεται εὐρυτέρην, ἢ εἰ ὀλιγοστεία. τὸ γὰρ ὕδωρ ἐν τῇ γῇ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀεὶ χωρέει εἰς τὸ κάτωτατον. εἰ δ' διίσει τῆς χειμῶνος ἀπὸ τῶ ὕδατος τὸ πνεῦμα ἡ γῆ διϊοῦσα, ἔλαττον τὸ ὕδωρ ἐκχυθήσεται ἐξ αὐτῆς, καὶ αἱ πηγαὶ οὐκ ἂν ἔσαν τῶ χειμῶνος μεγάλαι.

πάντα τοῦτα εἰρηται μοι, ὅτι ἡ γῆς τὸ κάτω θερμότερον φαίνεται ἐὸν τοῦ χειμῶνος, ἢ τοῦ θέρεος. Νῦν δὲ θέλω εἰπεῖν ὅτι τοῦ θέρεος τὸ κάτω ἡ γῆς ψυχρότερον φαίνεται ἐὸν ἢ τοῦ χειμῶνος. ἡ γῆ τοῦ θέρεος ἀρχὴ ὀπὸ καύσιος, ἅτε τοῦ ἡλίου σφοδρότερα προσβάλλοντος, καὶ ἕλκοντος ἀπ' αὐτῆς πρὸς ἑωυτὸν τὰς ἰκμάδας. ἔχει δὲ ὕδωρ ἡ γῆ ἐν αὐτῇ ἀεὶ πλέον ἢ ἔλασσον. τὰ δὲ πνεύματα ἡμῖν ὁκὸτ' πάντα ἀφ' ὑδατος. τοῦτο δὲ πίστις ἐπιδείξω συμβάλλεσθαι, ὅτι οὕτως ἔχει. ἀπὸ γὰρ τῶν ποταμῶν πάντων πνεύματα χωρίει ἐκάστοτε, καὶ τῶν ῥηγέων. τὰ δὲ ῥήγεα ὅσιν ὕδωρ ξυνεχὲς ἐν αἰεὶ, καὶ τότε δὴ ἡ γῆ αὖαιὴ ὀπὸ καύσιος τοῦ θέρεος, καὶ ὕδωρ ἐν αὐτῇ ἔχουσα. καὶ τὸ ὕδωρ ῥεῖ εἰς τὰ κατάντια. χωρέοντος δ' τοῦ ὑδατος, αἰεὶ ἀποστέοι αὐτοῦθεν ἕτερον ὑπ' ἕτερου πνεῦμα. τὸ δ' ἀποστέον διὰ τῆς γῆς ὁρᾶται κούφως καὶ αὖαιῆς ἐόσης, καὶ ψύχος τῇ γῇ ποιεῖ. ἁμὰ τὸ ὕδωρ συμψύχεται. ἔχει δ' οὕτως, ὡς ὅτ' εἴ τις ἐν ἀσκῷ ὕδωρ ἐνέοι ἀποπιέσειεν ἰσχυρῶς, καὶ παραπνοιὴν τοῦ ὑδατι ποιήσειεν, νύσματι βελόνης ἢ μικρῷ μείζονι, καὶ τὸν ἀσκὸν κρεμάσας ἀίωρον, οὐδὲν διὰ τοῦ τετρημένου πνεῦμα χωρήσει, ἀλλ' ὕδωρ. οὐ γὰρ ἔχει εὐρυχωρείην ἡ ἀποστεύσεται τὸ ὕδωρ. οὐδὲ δὴ ἔχει ἁ τοῦ χειμῶνος τοῦ ὑδατι ἐν τῇ γῇ. ἰὼν δ' τοῦ ὑδατι ἐν τοῦ ἀσκοῦ τὴν εὐρυχωρείην πιέσιος καὶ κρεμάσιος ἀίωρον τὸν ἀσκὸν, πνεῦμα διαχωρήσει διὰ τοῦ τετρημένου. εὐρυχωρείη γὰρ ὅτι τοῦ πνεύματι ἀπὸ τοῦ ὑδατος κινεομένου διαχωρέειν διὰ τοῦ ἀσκοῦ. καὶ διὰ τοῦ τετρημένου τὸ πνεῦμα διὰ τόδε διίσιον. οὐδὲ δὴ ἔχει ἁ τοῦ θέρεος ἐν τῇ γῇ, τοῦ ὑδατι. εὐρυχωρείη γὰρ ὅτιν αὐτῷ, ἅτε ἡ γῆς ἀραιῆς ἐόσης, καὶ τοῦ ἡλίου ἕλκοντος ἀπ' αὐτῆς τὰ ἰκμάδας πρὸς ἑωυτὸν, καὶ διιέσιος τὸ πνεῦμα, ἅτε ψυχρὸν ἐὸν, ἀπὸ τοῦ ὑδατος δι' αὐτῆς ἀραιῆς ἐόσης καὶ κούφης. διὰ τοῦτο ψυχρὸν ἐὸν αὐτῆς τὸ κάτω τοῦ θέρεος. καὶ τὸ ὕδωρ μᾶλλον τοῦ πνεύματος, τοῦ ἐν τῇ γῇ ψυχροῦ ἐόντος, καὶ αὐτὸ ἀφίσιον ἐς ἑωυτὸ τὸ πνεῦμα, ἁ ἐς τὸν γῆν. ἁ ἅμα τὸ αὐτλεόμενον ἐν τῷ φρέατι, ἀεὶ διακινέει τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ῥιπίς. καὶ ποιεῖ αὐτὸ ψύχος παρέχειν τοῦ ὑδατι. τὸ δὲ μὴ αὐτλεόμενον τοῦ ὑδατος τοῦ θέρεος, ἀλλ' ἰσχνὸς, πυκνὸν ἐὸν, οὐχ ὁμοίως δέχεται τὸ πνεῦμα ἐς ἑωυτὸ ἀπὸ τῆς γῆς, οὐδ' ἐς τὸν γῆν ἀπ' ἑωυτοῦ ἀποδίδωσι. καὶ ἅμα ἀπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ τοῦ ἀέρος, οὐ σκιδναμένου ἐν τῷ φρέατι, ἀλλὰ ξυσπωμένου ἐόντος, θερμαίνεται πρῶτον αὐτοῦ τὸ ὑπόπεδον. ἔπειτα τὸ ὕστερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου ἐς τὸ κάτω διαδίδωσι τὸν θερμασίην. ἁ διὰ τοῦτο τὸ μὴ αὐτλεόμενον ὕδωρ τοῦ θέρεος, θερμότερόν ὅτι τοῦ αὐτλεομένου. αἴτιοι δὲ καὶ αἱ βαθέαι μᾶλλα τοῦ θέρεος ἀεὶ ψυχραὶ εἶσι. ἁ ἀμφοῖν τὸ ὕδωρ, τοῦ χειμῶνος ἡ γῆς θερμὴ ἐόσης, ὀλίγῳ τούτῳ τὸ μὲν παρεμπίπτει θερμὸν ὅτιν. ὅταν δ' χρόνος δίῃ, ψυχρὸν ὅτιν ὑπὸ τοῦ ἥρεος διλυόντι ῥεόμενον, ψυχροῦ ἐόντος. ἀμφοτέρου γὰρ ὑπὸ τοῦ αὐλεμα, ἁ τὸ πνεῦμα δι' αὐτῆς διϊὸν, καθάπερ ἁ τὸ αὐτλεόμενον ὕδωρ τοῦ θέρεος, ὁκόταν ἀφυσσῶσι, ψυχρὸν τοιοῦτο ὅτι. θερμὸν δ' γίνεται διὰ τόδε, ὅτι ἡ γῆς ἀραιῆς ἐόσης, καὶ πνεύματος ἐόντος ἐν αὐτῇ, ψύχεται, ὅταν δ' ἀφυδέντι χρόνος ἐγγένηται, τότε μιν γίνεται καὶ θερμὸν ὀφθῆναι. θερμαίνεται γὰρ ὑπὸ τοῦ ἥρεος θερμοῦ ἐόντος, ὥσπερ ἁ τὸ μὴ αὐτλεόμενον ὕδωρ ἐν τῷ φρέατι τοῦ θέρεος, διὰ τοῦτο θερμὸν γίνεται. ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο μοι εἰρηται. ἀναλήψομαι δ' αὖθις ὅτι τοῦ θέρεος τὸ κάτω ἡ γῆς ψυχρὸν ὅτι, τοῦ δὲ χειμῶνος θερμόν. τὸ δ' ἄνω ἡ γῆς, τοὐναντίον τούτου ἁ δεῖ τῷ δεῦρο δεῖ μὴ δύο θερμὰ ὁμοῦ προσγίνεσθαι, μή δ' δύο ψυχρὰ ὁμοῦ. ἀλλ' ἰὼν μὲν ὀπὸ τοῦ ἄνωθεν προσγίνηται θερμὸν, ὀπὸ τοῦ κάτωθεν δεῖ ψυχρὸν αὐτῷ προσγίνεσθαι. ἁ πάλιν ἰὼν ὀπὸ τοῦ ἄνωθεν προσγίνηται ψυχρὸν, ὀπὸ τοῦ κάτωθεν δεῖ θερμὸν αὐτῷ προσγίνεσθαι. αἴτιοι δέ μοι εἰκάσουσι,

Hæc quidem à me dicta sunt omnia, quò docerem terræ infera hyeme quàm æstate calidiora esse. Sed enim cur terra inferior æstate sit quàm hyeme frigidior, nunc dicendum videtur. Terra per æstatem, sole ingruente vehementius, & ex ea humorem omnem ad se trahente, rara leuisque est. Continet autem perpetuò aquam, modò plurimam, modò pauciorem. Flatus vero omnes ab aqua proueniunt. Quod ita se habere certissimis rationibus efficiam vt omnes intelligant. A fluuiis omnibus atque nubibus flatus semper excitantur. Sunt autem nubes, aqua in aëre perpetua. Ac tunc quidem terra rara leuisque est per æstatem, & aquam in se continet in præceps desluentem. Ea autem fluente, semper eodem loco spiritus ex alio alius effertur, qui per terram leuem laxámque delatus, terram, simulque ipsam aquam refrigerat: veluti si quis contentam in vtre aquam vehementius comprimat, & punctu aciculæ, vel re multo minore spiramentum aquæ moliatur, deinde vtrem suspendat: nullus quidem flatus, sed aqua tantummodo per foramen effluet. Quippe angustiore spatio aqua coarctatur, quàm vt flatus ex ea prodire possit. Sic prorsus aquę in terra per hyemem accidit. At si aquæ spatium multo liberius in vtre concedas, ipsumque sublimem suspendas, iam per foramen flatus erumpet. Spatium enim multo amplius nactus est, adeò vt facilè, dimota aqua, per vtrem exeat. Hanc vtique ob causam flatus per foramen erumpit. Namque & ob terræ raritatem, & quòd sol ab ea humorem ad se attrahat, spatioso loco continetur, terraque flatum, frigidum videlicet ab aqua excitatum, per se rarum leuemque transmittit. Istam ob causam pars eius inferior per æstatem frigida est. Quin & aqua multo frigidior quam flatus, qui & ipse in terra frigidus est, & se & aquam ventilat. Sed & aquam quæ ex puteo hauritur, spiritus flabelli instar perpetuò commouet, ipsamque refrigerat. Si quæ verò per æstatem non hauriatur, sed quieta maneat, densatur, nec perinde flatu à terra prodeunte agitatur, nec ipsa vllum in terram immittit. Et à sole quidem atque aëre qui puteum circunstat non moto, sed' stabili manente, summa aqua primùm incalescit, deinde altera alteri calorem communicat, donec calor, putei ima peruaserit. Quod fit, vt quæ aqua æstate non hauritur, hausta sit calidior. Sunt verò & fontes admodum profundi, æstate semper frigidi: & quæ ab ipsis hyeme hauritur aqua, quum tunc temporis terra caleat, etiam calida proculdubio sentitur, temporis tamen spatio à frigido scilicet aëre refrigeratur. Vento namque flabellatur, perque eam spiritus permeat. Ad eundem modum per æstatem aqua protinus ac è puteo educta fuerit, algida est: calescit autem hanc ob causam. Nam quòd terra rara sit, & flatum in se contineat, friget. Si verò postquam hausta fuerit, temporis mora accedat, immota manet, & apparet calida. Siquidem à calido aëre concalescit, non dissimili modo quo & putealis aqua quæ æstate non hauritur.

Ista quidem hac de re dicta sint. Repetam verò denuo. Æstate quidem inferior terra frigida est, hyeme verò calida. Pars verò terræ superior, contrario effecta est modo. Et arbori sanè expedit, si modò valere debeat, nec gemino simul calore, nec similiter frigore tentari: sed si supernè calor eam exerceat, infernè refrigerari oportet: contraque si frigore summæ partes afficiantur, calore internas foueri. Quæ cum radices attraxerint,

arboris impertiunt, & vicissim arbor ipsa radicibus. Sic sibi inuicem calorem frigusque dispensant. Nam quemadmodum in homine, assumptis in ventriculū cibis, quæ dum concoquuntur calefaciunt, frigiditatem ex potu accedere oportet: sic & in arbore tum ex imis ad summa, tum ex summis ad ima mutuam quandam donationē fieri necesse est. Id in causa proculdubio est, cur & supra & infra arbor excrescat. quippe tam superis quàm ex inferis partibus alitur. Sed quandiu quidem tenera admodū mollisque fuerit, fructum non fert, quod vis illi satis pinguis crassaque non sit ex qua fructus gigni possit. Procedente vero tempore venæ in ea latiores fiunt, perque ipsas è terra pinguis & crassus humor meat, quem sol diffundens, feruentem in summas partes, vt qui sit leuis, ducit, & ex eo excitat fructum: atque ab eo tenuem quidem humorem discutit, crassiorem verò, diutius illi incumbens, excalfacienque, dulcem reddit. Cæterum quæ fructum non ferunt arbores, tantum in se pinguis non habent, quantum in fructum conferri conuenit. At vero arbor omnis posteaquam temporis diuturnitate firmitatem roburque acceperit, & firmis infernè radicibus hæserit, iam prorsus in omnem partem crescere desinit. Porrò quibus in arboribus ex aliis oculi inseruntur, quæque arbores in arboribus euadunt, viuunt quidem, & fructum ferunt, sed non qualem illæ in quas insertio facta est. Id vero isto fit modo. Principio quidem oculus germinat, quippe quia tum ab arbore à qua exemptus est, tum ab ea in quam immissus est, abunde hauriat alimentum. Deinde verò iam nato germine, radices in arborem tenues spargit: primumque humore alitur, quem arbor ipsa in qua inoculatus est, continet. Mox temporis spatio radices ex eo in quod insertus erat, in terram emittit, fruiturque attracto è terra humore, sibique inde alimentum depromit. Quamobrem mirum videri non debet, arbores quæ insitu proueniunt, alios proferre fructus, vtque è terra victitent. Hæc à me de arboribus atque fructibus eam ob causam dicta sunt, quòd imperfecta oratio relinqui à me non potuerit. Reuertar autem nunc ad ea quorum causa de istis mihi dicendum fuit. Quæcunque in terra nascuntur, terræ humore viuunt: ac qualem in se terra humorem continet, talia quoque sunt quæ ipsa oriuntur. Sic & puer qui vtero geritur, victum à matre accipit, eademque qua mater valetudine fruitur. Quòd si quis ea quæ de istis diximus, animo perpendere cupiat, similem prorsus eorum quæ terra producit, & hominum naturam à primordiis ad finem vsque esse comperiet. Ergo hac de re
54 ista dixisse satis esto. Cæterum puer vt est in vtero collocatus, manus habet ad genua, caputque pedibus proximum: nec verè iudicare possis, ne si in ipso quidem vtero puerum videas, supra ne an infra situm caput teneat. Ex vmbilico autem protensæ sunt membranæ, quibus ille sustinetur. At vero nunc eam dignoscendi rationem explicabo, quam paulò antè demonstraturum me dixeram, facilem sanè intellectu, & perspicuam omnibus qui ista scire volunt, scilicet tum semen membrana contineri, tum in medio ipsius, vmbilicum extare, atque per eum primùm ad se spiritum pertrahere redderéque, tum ex vmbilico membranas protendi. Quin & reliquam pueri quam descripsi naturam eodem prorsus qui à me dictus explicatusque est, modo, habere deprehendes, si ea quæ nunc proferam, experiri cupias. Nam si quis ova viginti aut etiam plura gallinis duabus pluribúsve ad excludendum supponat, ac diebus singulis à secundo incipiens vsque ad vltimum quo rumpi oui putamen debet, vnum subtrahat, frangat, inspiciat omnia quemad-

τῷ ὑγρῷ προσδιδόασι, καὶ τὸ ὑγρὸν τῶν ῥιζέων καὶ γόνῳ οὕτω ταμιεύει καὶ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, ὡς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐσιόντων ἐς τὴν κοιλίην σιτίων, ὅτι προσσῶμα θερμαίνει, δεῖ ψύξιν ἀποδιδόναι ὑπὸ τοῦ πότου. οὕτω καὶ τῷ ὑγρῷ δεῖ ἀντιδιδόναι ἐν τῷ κάτω πρὸς τὸ ἄνω, καὶ ἀναπαλιν. καὶ αὐξεῖ τὸ ὑγρὸν καὶ ἐς τὸ ἄνω καὶ ἐς τὸ κάτω, διὰ τοῦδε, ὅτι ἡ τροφὴ ὅτι καὶ ἐν τῷ κατωθεν, καὶ ἐν τῷ ἀνωθεν, καὶ ἕως μὲν ἂν ἁπαλὸν ᾖ τὸ σῶμα, οὐ καρποφορεῖ. οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ πέψαι δύναμις, οὐδὲ παχύνει, ἅτις ἐς καρπὸν ξυμβάλλεται ἐὸν τὸ ἐόν. ἐπεὰν δὲ χρόνος ἐγγένηται, τότε ἤδη ἐν αὐτῷ αἱ φλέβες εὐρύτεραι γινόμεναι, ποιεῦνται ἐν αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς πέψιν καὶ παχύτητα τῷ φύτῳ. ὁ δὲ ἥλιος διαχέων αὐτὸ, πειρᾷ ἐκζεῖν ἄτε κάμνον ἐοῦσαν ἐς τὰ ἄκρα, καὶ καρπεύεται, καὶ τὸ μὲν λεπτὸν ἐκμάσσει ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἀποφέρει. τὸ δὲ παχὺ πέσσων ὁ ἥλιος καὶ θερμαίνων γλυκαίνει. τὰ δὲ οὐ καρποφορέοντα τῶν δενδρέων, ἃ ἔχει πάρ ἐν αὐτοῖσιν, ἔσσον ἐς τὸν καρπὸν ἐκδώσει). τὸ δὲ πᾶν δένδρεον ἐκέτας ἐὸν χρόνῳ στερεοῦται, καὶ λαίνεται ἐν τῷ κάτω πᾶσι ῥίζῃσιν, ἤδη βεβαίως πεπαυται ἀυξόμενον πάντη. ὁκόσοισι δὲ ἐς δένδρεα ἀφ' ἑτέρων δενδρέων ὀφθαλμοὶ ἐνετέθησαν, καὶ δένδρεα γινόμενα ἐν τοῖσι δένδρεσι, ζῇ καὶ καρπεύεται καρπὸν οὐχ ὁμοῖον οἷόν ἐγκεντρώθη. τρόπῳ τοιῷδε τοῦτο γίνει). ξυμβαίνει τῷ ὀφθαλμῷ πρῶτος μὲν βλαστάνειν. προσῶν γὰρ εἶχε, πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ δένδρεος, ἀφ' οὗ ἀπετμήθη. ἔπειτα ἐν ᾧ ἐνετέθη. ὁκόταν δὲ βλαστήσῃ, οὗτος μεθίησιν ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ' αὐτῆς λεπτὰς. καὶ πρῶτον ἀπαυείσκεται ἀπὸ τῆς ἐκμάδος τὸ ἐν τῷ δένδρεϊ ἐνεὸν, ᾧ ἐγκέχριται. ἔπειτα χρόνῳ ἐγγενομένῳ, ἀρίκει ῥίζας ἐς τὸν γλυῶ, διὰ τοῦ ἐν ᾧ ἐνετέθη. καὶ ἀπαυείσκεται ἀπὸ τῆς γῆς ἕλκον τῷ ἐκμάδι, καὶ τροφὴ αὐτῷ ἐκτέθυε ἔστιν. ὡς τε μὴ θαυμάζειν ἐτεροκάρπια εἶναι τὰ ἐνθετα τῶν δενδρέων. ζῇ γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς. ταῦτά μοι εἴρηται περὶ τῶν δενδρέων καὶ τῶν καρπῶν, διὰ τόδε, ὅτι οὐκ οἷόντε ἦν μοι τὸν λόγον ἡμιτελέα καταλιπεῖν. ἀναβήσομαι δ' αὖθις ὅπισω οὗ εἵνεκά μοι λόγος τάδε ἀμφὶ τῶν δὲ εἴρηται, φημὶ γὰρ τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα ζῆν ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἐκμάδος, καὶ ὅκως αὖ ἡ γῆ ἔχῃ ἐκμάδος ἐν ἑωυτῇ, οὕτω καὶ τὰ φυόμενα ἔχειν. οὕτω καὶ τὸ παιδίον ζῇ ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐν τοῖσι μήνεσι. καὶ ὅκως αὖ ἡ μήτηρ ὑγιείης ἔχῃ, οὕτω καὶ τὸ παιδίον ἔχει. ἰῶ δέ τις βάλλεται ἐννοεῖν τὰ ῥηθέντα ἀμφὶ τούτων, ὡς ἀρχῆς ἐς τέλος εὑρήσει τὴν φύσιν πᾶσιν παραπλησίην ἐοῦσαν, τῆς τε ἐν γῆς φυομένων, καὶ τῆς ἀνθρώπων. καὶ ταῦτά μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω. τὸ δὲ παιδίον ἐν τοῖσι μήνεσιν ἐὸν, τῷ χείρε ἔχει πρὸς τοῖσι γόνυσι, καὶ τὴν κεφαλὴν πλησίον τῶν ποδέων. καὶ οὐκ ἔστιν ἀκριβέι κρίναι, οὐ δι' αὖ ἴδοις ἐν τοῖσι μήνεσι τὸ παιδίον, πότερον τὴν κεφαλὴν ἄνω ἔχει, ἢ κάτω. ὀμφαλὸν δὲ τὸ ὀμφαλοῦ πεπαυμένοι εἰσὶν οἱ ὑμένες, αὐτέχοντες αὐτό. νῶν δὲ ἐγὼ τὴν διάγνωσιν, ἣν ἔφην ἀποφανέειν ὀλίγῳ πρότερον, ὡς αὐτὸν ἀνθρώπινα γνώμη ἐμφανέα ἐοῦσαν πᾶσι τῶν θέλοντα εἰδέναι τάδε πέρι, ὅτι ἐντὸς χοὴ ἐν ὑμένι ὄντ, καὶ κατὰ μέσον αὐτῆς ὁ ὀμφαλὸς ὄντ. κἀκείνην πρῶτον τὴν ἀρχὴν ἕλκ ἐς ἑωυτὸν, καὶ μεθίησιν ἔξω, καὶ ὅκ τοῦ ὀμφαλοῦ ὑμένες εἰσὶ, καὶ τὴν ἄλλην φύσιν τοῦ παιδὸς ἰῶ εἰρήσθω, ὡς δὲ ἔχουσιν εὑρήσεις πᾶσιν μέχρις ἐς τέλος, ὅκως μοι ἐν τοῖσι λόγοισιν ἀπονίσφαν). εἰ δύναιτό τις τοῖσιν ἰητρεύουσιν ὁκόσοισι μάλλον λέγειν, χρῆσθ. εἰ δὲ τις ἐθέλει ὠὰ εἴκοσιν ἢ καὶ πλείονα ὄκως ἐκλεπίσῃ), ἐπιθυναι αἰλεκτορίσιν ἐντὸς δυσὶν ἢ καὶ πλείοσι, καὶ ἐκάστης ἡμέρης ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀρξάμενος μέχρι τοῦ ὑστάτου τοῦ ἐκλέγειν τὸ ὠὸν, ὑφαιρέων καὶ καταγνύων, σκοπῶν ἰκμάδα ἔχοντα πάντα καὶ τὸν

ἐμὸν λόγον, ὡς χρὴ ὄρνιθος φύσιν ξυμβάλλειν ἀνθρώπου φύσει. ὅτι γὰρ ὑμῖν εἰσιν ἐν τῷ ὀμφαλῷ τεταμένοι καὶ ἄλλα ὁπόσα εἰρηται περὶ τοῦ παιδίου, οὕτως ἔχοντα ἐν τῷ ᾠῷ τῷ ὀρνιθείῳ εὑρήσεις ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος. καὶ τὸ ἰωτὸν μηδέπω εἶδε, θαυμάσεις ἐν ὀρνιθείῳ ᾠῷ ἐνεόντα ὀμφαλόν. ἔχει δ' ὧδε τάδε. καὶ ταῦτα δέ μοι ὧδε εἰρηται. ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος παραγένηται, ξυμβαίνει τότε τῷ παιδίῳ κινεομένῳ, καὶ ἀσκαείζοντι χερσίτε καὶ ποσί, ῥῆξαί πῃ τῶν ὑμένων τὸν ἕνδον. ῥαγέντος δὲ ἤδη ἑνὸς, καὶ οἱ ἄλλοι ἀκιδνότερόν πως ἔχουσιν, καὶ ῥήγνυνται πρῶτον μὲν, οἱ κείνῃ ἐγκύμονες, ἔπειτα ὁ ὑστατος. ὁκόταν δὲ μαγῶσιν οἱ ὑμένες, τότε λύεται ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τὸ ἔμβρυον, καὶ χωρέει ἔξω κλονεόμενον. οὐ γὰρ ἔτι ἔχει ὅκως τῶν ὑμένων ἀντέξοντων. οὐδὲ αἱ μῆτραι δύνανται ἔτι τὸ παιδίον ἴσχειν, τῶν ὑμένων ὡς ἔπαν ἀντεξόντων, καὶ τούτων ἀπεσχιζόντων. συσταμένουσι γὰρ αἱ ὑμένες καὶ τῶν μητρέων ὁκόταν ἀμφὶ τὸ παιδίον ἐλίσσωνται οὐ πολλῇ δυνάμει. ὁκόταν δὲ χωρέῃ τὸ παιδίον, διίστανται καὶ εὐρυοῦσι τὰς μήτρας ἐν τῇ διεξόδῳ, ἅτε ἀπαλὰς ἐούσας. χωρεῖ δ' ὅτι κεφαλὴν, εἰ κατὰ φύσιν ἐστί. εὐρύτατα γάρ ἐστιν αὐτῇ τὰ ἄνω ἐν τῷ ὀμφαλοῦ σταθμεύματι, ἐν δὲ τῇσι μήτρῃσιν ἐνεὸν, ἐγκρατὲς μᾶλλον γίνεται εἰς τὴν ὑμένων πλήρωσιν καταβῆναι, ἅμα δὲ κάτω μηνὶ, ὅτε ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται. ἰῷ δὲ βίαιον πάθημα πάσχει τὸ παιδίον, καὶ πεσόντι τῷ ἀνισμένῳ χρόνῳ μαγῶσιν οἱ ὑμένες ἐξερχόμενον, καὶ ἰῷ ἡ τροφὴ πεσόντι λήξει ἀπὸ τῆς μητρὸς τῷ παιδίῳ, καὶ οὕτω πεσόντι ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται. ἑβδόμῳ δὲ δέκα μησὶν ἐξέρχεται. ἀλλ' ὅταν δὴ ἐδόξαν πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν (ἤδη γὰρ τοῦτο πολλάκις ἤκουσα) κεῖναι διελήθησαν πρόπην τοιῶσδε, ὦ μέλλω ἐρεῖν. ὁκόταν αἱ μῆτραι πνεῦμα λάβωσιν ἐς σφᾶς αὐτὰς ἀπὸ τῆς κοιλίης σύσιν παρεχόμενον, καὶ ἐξαρθῶσι (γαστὴρ γὰρ τοῦτο) δοκέουσι δὴ αἱ γυναῖκες περὶ σφᾶς ἔχειν τότε. καὶ ἰῷ καταμήνια μὴ χωρέοντα ξυγκραθῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ ἐν χρονιώτερα, ἀεὶ διαῤῥεῖ ἐς τὰς μήτρας. ἔστι μὲν ὅτε ξυὶ τῷ ἀπὸ τῆς κοιλίης πνεύματι. ὅτε δ' ὅτε καὶ θερμαινόμενα. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν αἱ γυναῖκες, ἅτε τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, καὶ τῆς μητρέων ἠρυῶν. ἔστι δ' ὅτε ὅτε τὰ καταμήνια ἐρρύη αὐτόματα, ἢ ἑτέρων ὁπωστιοῦν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὰς μήτρας, καὶ κατενεγκάντων τὰ ἀφόρητα, καὶ φύσα ἐξῆλθε, καὶ πολλῆσιν ἤδη εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μῆτραι ἔσχον, καὶ κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐτράφησαν, καὶ τυγχάνουσα μιχθεῖσα αἰδοίῃσιν, ἔλαθον ἀφὸς σφᾶς τὸν χρόνον αὐθημερόν, ἢ ἅμα ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι. λογίζονται δ' αἱ ἀπειρέσι τούτων τῶν λόγων καὶ τῶν πραγμάτων ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν γαστρὶ ἔχειν, ὅτε τὰ καταμήνια οὐκ ἐχώρεεν αὐτῇσι, καὶ αἱ μῆτραι ἠρυῶσαι ἐτύγχανον. ὅτι δ' οὐκ ἔστι χρονιώτερον δέκα μηνῶν ἐν γαστρὶ ἔχειν, ἐγὼ φράσω. ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τῆς μητρὸς καταπνεῦσα, οὐκ ἔτι ἀρκέσουσα τῷ παιδίῳ ἔσται, ὁκόταν οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσι, καὶ τὸ ἔμβρυον αὐξηθῇ. ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐς ἑωυτὸ τὸ γλυκύτατον, ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐπευείσκεται ὀλίγον. ὁκόταν δ' αὐτῷ ἀπαντιώσῃ ταῦτα γιγνόμενα, καὶ ἀδρὸν ἐν τῷ παιδίον, πρόσω πλείονα ἡ ὑπαρχοῦσα τροφὴς, ἀσκαείζει, καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. καὶ μᾶλλον τοῦτο πάσχουσιν αἱ τῶν γυναικῶν πρωτοτόκοι. ὀπλείπει γὰρ τοῖσι παιδίοισιν ἡ τροφὴ ἐς τὸ ἀρκέσαι, ἄχρις αὖ τῶν δέκα μηνῶν. ὀπλείπει δὲ διὰ τόπον τοιόνδε. εἰσὶ τῶν γυναικῶν τινὲς αἳ μὴ ἀρκέσουσι τὰ καταμήνια καθαίρειν, αἳ δὲ ἐλάσσονα. τοῦτο δὲ ἰῷ ἀεὶ γίνεται ἐν φύσει καὶ γένει. μητρέων σφίν ἐστιν. αἱ δὲ τὰ καταμήνια ὀλίγα μεθιεῖσαι, αὖται καὶ τοῖς παιδίοισι, τῷ χρόνῳ τὸ ὕστατον, ὅταν ἤδη αὐξόμενον ἔῃ,

modum dixi se habere comperiet: in quibus auis naturam humanæ licet comparare. Quòd enim membranæ ex vmbilico producantur, aliaque omnia quæ de puerulo dixi, in ouo gallinaceo paria sint: id certè à principio ad finem vsque reperies. Quamquam si quis hoc nondum obseruauit, vmbilicum in ouo gallinaceo esse mirabitur. Sanè ista ad hunc se habent modum, quo etiam à me se habere dicta sunt. Porrò cum mulieri instat pariendi tempus, tunc se mouente puerulo, & pedes manusq; agitante, aliqua ex internis membranis rumpitur, eaque vna rupta reliquæ fiunt imbecilliores. Rumpuntur autem primũ quæ fœtum contingunt, deinde extima. His autem ruptis, tunc fœtus à vinculis absoluitur, foraſq; ejectus prodit. Siquidem deserẽtibus eum membranis, nihil præterea virium habet: ijsdemque, vti dixi, exẽptis, vterus fœtum amplius non potest continere. Nam & membranæ quæ puerulum inuoluunt, cum ipso vtero non magna vi colligantur. Verùm puerulus quum exit vtero, qui mollis est, vim facit, ipsumque in transitu dilatat. Fertur autem in caput, si modò secundum naturam prodit. Sunt enim graviores illi supernæ partes, ex vmbilico tanquam è libra appensæ. Cæterùm ille in vtero adhuc agens, maiores semper vires acquirit, adeò vt mense decimo, quo mater fœtum in lucem solet emittere, membranas facilè possit disrũpere. Verùm si puerulo vis quædam magna fiat, ille abruptis membranis ante statutum tempus vtero excidit. Similiter si maternũ alimentũ infanti prius deficiat, sic quoque mater ante legitimum tempus pariet, puerque decimum ante mensem nascetur. Quòd si quibusdam visum est se vterum plus quàm decem menses tulisse (id enim iã sæpe audiui) falsæ quidem illæ sunt, eo quem mox dicturus sum modo: Siquando vterus flatum, quem sanè venter facilè suppeditat, in sese admiserit, atque (quod fieri potest) intumuerit, tunc mulieres se grauidas esse arbitrantur. Si verò etiam menstrua non profluentia, in vterum decubuerint, & moram diu traxerint, semper in vterum decurrũt, modò quidem comite qui à ventre venit spiritu, modò verò etiam excalfacta. Atque tũc sanè propterea quòd suppressi sunt menses, atque in tumorem vterus attollatur, mulieres fœtum sibi videntur gerere. Contingit autem aliquando postea, menstrua vel sponte, vel aliis insuper à corpore in vterũ venientibus, & quæ prius illic constiterant, deturbantibus, erumpere, flatusque in ambientem exire. Ac multis quidem protinus vbi menstrua profluxere, hiat vterus, atque ad ipsum vsque pudendum contorquetur: quo tempore si cum viris coierent, illo ipso die vel paulò post concipiunt. Quarum rationum rerumque ignaræ, tunc se grauidas fuisse existimant, quum mẽstruæ purgationes suppressæ erant, & cœperat vterus intumescere. Quòd verò plus quàm decem menses fœtus vtero gestari nequeat, ego dicam. Alimentũ incrementumque quod à matre puerulus accipit, elapsis iam decem mensibus, fœtuque aucto, sufficere non potest. Siquidem quod in sanguine dulcissimum est, id ad se pertrahit, simulque lactis aliqua portione fruitur. Quæ si pauciora sint quàm conueniat, ipseque puerulus auctior factus, plus quàm adsit alimenti desideret, sese iactat, & membranas abrumpit. Hoc autem mulieribus accidit fræquentius quæ primùm pariunt. Quippe satis alimenti non habent, quod puero ad decimum vsque mensem sufficere possit. Deficit autem istam ab causam. Mulierum aliæ quidem menstruas purgationes copiosè, aliæ verò parcius effundunt. Quod si semper & in natura & in genere contingat, vterinum ipsis est. Sed quæ purgantur minus, extremo tempore fœtu iammagno, alimentum parcius submini strant, ipsum-

que eam ob cauſam & iactari cogunt, & ante menſem decimum prodire. Paucus enim ſanguis à iuuenibus matribus proficiſcitur. Quin euenit etiam frequentiſſimè mulieres nihil habere lactis quibus menſtrua tam pauca profluunt. Sunt enim ſiccio-res, & carne præditæ denſiori. Quòd verò fœtus alimenti penuria præmaturè exeat, niſi vis illi quæpiam magna adferatur, argumentum hoc eſto. Auis ex oui luteo hunc in modum naſcitur. Matre inſidente ouum concaleſcit: quodque in eo continetur, à matre commouetur, & caleſcens ſpiritum concipit, aliumque frigidum ab aëre per ouum attrahit. Siquidem tam rarum ouum eſt, vt ſpiritum quantum expedit attractum, facilè in intima tranſmittat. Ac auis quidem in ouo augetur & articulatur eodem prorſus & conſimili modo, quo iam antè puerum diximus conformari. Porrò auis ex luteo quidem oui gignitur: albumen autem quod ouo ineſt, nutrimentum incrementumque præbet. Hoc iam omnibus perſpicuum eſſe poteſt, qui animum attenderint. Quum autem pullo nutrimentum ex ouo defecerit, ipſe tunc victus penuria laborans, cibum autem vberiorem poſtulans, vehementer in ouo dimouetur. Et iam membranæ quidem diſrumpuntur. Cæterum auis vbi pullum tam fortiter moueri ſenſerit, tegmentum ictu recludit. Hæc quidem viginti peraguntur diebus: atque hoc ſe habere modo euidentiſſimum eſt. Poſteaquam enim auis teſtam contuderit, nihil penitus in ea humoris, cuius ratio vllo pacto haberi debeat, ineſſe videtur, quippe qui totus in pullum abſumptus ſit. Sic res habet in puero, cui iam adaucto quum mater ſatis alimẽti ſuppeditare non poſſit, & copioſius tamen efflagitet, ideo ſeſe iactando membranas abrumpit, & ſolutus vinculis confeſtim foras prodit. Fiunt autem hæc menſe, vt longiſſimum decimo. Eſt autem & pecoribus & feris eadem ratio cur illo ipſo tempore, nec vltrà, pariant, quos parere conſueuere. Singulis namque animantibus ſtatum eſſe tempus neceſſe eſt, quo tum fœtui paucius alimẽtum ſuppetat, tum partio inſtet. Sed quæ nutrimenti quidem minus fœtui præbent, celerius pariunt: quæ verò plus, tardius. Hæc quidem de iſtis à me dicta ſint. Cæterùm ruptis membranis puerum facilè mulier edit, ſi in caput magis inclinet & propendeat. Sin autem obliquo corpore aut pedibus prioribus exeat:
62 (accidit enim hoc frequenter, vel propter vteri amplitudinem, vel quòd mater ipſo in dolore conquieſcere nullo modo potuerit) difficilem partum mulier proculdubio ſenſura eſt. Iam verò ex iis plurimæ, vel ipſe fœtus, vel ſimul etiam matres cum ſuis fœtibus perire. Inter eas autem quæ pariunt, illę quę primum adhuc partum experiuntur, propterea quòd
63 doloribus non aſſueuerint, toto corpore laborant vehementiſſimè, ſed præcipuè lumbos coxaſque dolor occupat. Siquidem coxæ illis diducuntur. Verum quæ partum aliàs magis expertæ ſunt, minus multo quàm quæ primùm pariunt, laborant: omnium autem minimè, quæ multoties peperere. Quòd ſi fœtus in caput proceſſat, caput quidem primum prodit,
64 deinde membra alia conſequuntur: omnium autem poſtremus vmbilicus eſt. Ex vmbilico ſecundæ propendent. Poſt hæc ſanguineus humor tam ex capite quam reliquo corpore emanat, vi quidem illę, dolore caloreque expreſſus: viamque purgamentorum eductioni parat: quæ certè ſanie hac vacuata
65 ſuccedũt, eo quod antè dictum eſt tẽpore. Acq; tum mãmæ, tum aliæ partes quæ ſunt in muliere humidiores, concidunt, quãquã in ea minus quæ primũ parit, ac in aliis deinceps eo magis quo ſæpius vterum tulere, venis videlicet à purgamentorum vacuatione exinanitis. Iſta quidem à me hac de re
66 dicta ſunt. Porrò gemini vno con greſſu hunc in modum procreantur. Vteri, ſinus multos varioſq;

πλὴν πρόσθιαι ἀπαντιώτερον παρέχωσι, πείθειν ἀσκεῖζειν, καὶ πρόσθεν τῶν δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν. ὀλίγον γὰρ ἀπὸ τῶν νέων μητέρων χωρεῖ τὸ αἷμα. ὡς ὃ καὶ ὅτι τὸ πλεῖστον ξυμβαίνει, καὶ ἀγαλάκτους εἶναι παύτας τὰς γυναῖκας, ταῖς ὀλίγα τὰ καταμήνια μεθιέσας. ξηρότεραι γὰρ καὶ πυκνοσαρκότεραί εἰσιν. τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ ὅτι ἐπιλειπούσης τῆς προφῆς ἤρξατο τὸ ἔμβρυον, ἢν μὴ τοῦτο βίαιον πάθημα προσπέσῃ, καὶ ἰσχυρὸν τύχῃ ὄν. τὸ ὄρνεον γίνεται ἐκ τοῦ ὠοῦ τοῦ χλωροῦ, πρόπυρον τοιοῦτον. ἐπικαθεζομένης δὲ μητρὸς θερμαίνεται τὸ ὠόν, καὶ τὸ ἐν τῷ ὠῷ ἐνὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς κίνεται. θερμαινόμενον δὲ πνεῦμα ἕλκει τὸ ἐν τῷ ὠῷ ἐνὸν, καὶ ἀντιπαρῆκται ἕτερον ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ ἀέρος, διὰ τοῦ ὠοῦ. τὸ γὰρ ὠὸν ἀραιόν ἐστιν οὕτως, ὡς πυρὶ ἐλκομένῳ ἀρκέσαν, διϊέναι τῷ ἔνδον ὄντι. καὶ αὔξεται τὸ ὄρνεον ἐν τῷ ὠῷ, καὶ διαρροῦν βρῶμα τῷ αὐτῷ τε καὶ παρεπλησίῳ, ὥσπερ καὶ τὸ παιδίον, ὡς μοι ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ χλωροῦ τοῦ ὠοῦ τὸ ὄρνεον. βορὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει, τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ὠῷ. τοῦτο ἤδη πᾶσιν ἐμφανὲς ἐγένετο, ὁκόσοι προσέσχον τὸν νόον. ὁκόταν καὶ ἐπλείσῃ ἡ βορὴ τοῦ νεοσσοῦ ἐν τῷ ὠοῦ, ὡς ἔχον ἀρκέσαι ἀφ' ἧς ζήσεται, κινέεται ἰσχυρῶς ἐν τῷ ὠῷ, ζητέον βορὴν πλείονα. καὶ οἱ ὑμέες περιῤῥήγνυνται. καὶ ὁκόταν ἡ ὄρνις αἴσθηται τὸν νεοσσὸν κινεόμενον ἰσχυρῶς, κολάψασα ἀφέλκυσιν. καὶ παῦται ξυμβαίνει γίνεσθαι ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι. καὶ ἐμφανὲς ὂν ὅτι οὕτω ἔχει. ὁκόταν γὰρ κολάψῃ τὸ ὄρνεον, ὅτι τοῖσι λεπτυσίοισι τοῦ ὠοῦ, ὑγρὸν ἔνεστιν οὐδέν, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου, ἀφανίλωται δὲ ἐς τὸν νεοσσόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ παιδίον ἐκπεσὸν αὐξηθῇ, ἢν μὴ ἡ μήτηρ βορὴν παρέχῃ ἀρκέσουσαν. ζητέον ἔν πλείω βορὴν ἡ παρεοῦσα τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας. καὶ λυθὲν τοῦ δεσμοῦ, χωρεῖ ὁμοῦ ἔξω. καὶ παῦται γίνεται ἐν δέκα μησὶ τὸ μακρότατον. καὶ κατ' οὗτον τὸν λόγον καὶ τοῖσι κτήνεσι, καὶ τοῖσι θηρίοισιν ὁ τόκος παρέρχεται ἐς χρόνου ὃν ἕκαστον τίκτει, οὐ μακρότερον. ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων αὐάγκη ἔστι χρόνον εἶναι, ἐν ᾧ ἡ βορὴ ἀπαντιωτέρη ἔσται τῷ ἐμβρύῳ, καὶ ἐπλεύσῃ, καὶ ὁ τόκος παρέστω. καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω βορὴν ἐν τοῖσι ὑγροῖσιν ἔχοντα, ταχέως τίκτει· τὰ δὲ πλείω, ὑστερεῖ. καὶ παῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. τὸ δὲ παιδίον ὅταν ἐκπέσῃσιν οἱ ὑμένες, καὶ μὲν δὴ κρατήσῃ ἡ ὀπὴ τὴν κεφαλὴν ῥοπὴ, ῥηϊδίως τίκτει ἡ γυνή. καὶ ἢ πλάγιον ἡ ὀπὴ πόδας χωρήσῃ, γίνεται γὰρ οὕτω πολλάκις, καὶ οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ ῥυεῖσα, ἢ ὑπὸ εὐρυχωρείης τῶν μηρίων, ἢ καὶ ἢν ἡ μήτηρ ἐν τῇ ὠδῖνι μὴ ἡσυχάσῃ τὸ πρῶτον· καὶ οὕτω χωρέει, χαλεπῶς τίκτει ἡ γυνή. πολλαὶ δὲ ἤδη καὶ εὖ ὤλοντο, ἢ τὰ παιδία, ἢ ἅμα αἱ μητέρες, καὶ τὰ ἐν αὐτῇσιν. ἐκ δὲ τῶν τικτουσῶν μάλιστα πονέουσιν αἱ πρωτοτόκοι, διὰ τὴν ἀπειρίλυν τοῦ τόκου, καὶ πονέουσι μὲν πᾶν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ τὴν ὀσφὺν καὶ τὰ ἰσχία. διίστανται γὰρ σφέων τὰ ἰσχία. αἱ δὲ μᾶλλον ἐμπειρεσι τόκων, ἧσσον πονέουσι τῶν πρωτοτόκων. αἱ δὲ πολυτόκοι, πάνυ ἧσσον πονέουσι. ἢν δὲ ὅτι κεφαλὴν ἴῃ τὸ ἔμβρυον, ἡ κεφαλὴ πρῶτον ἔξω χωρέει, ἕπονται τ' ἄλλα μέλεα ἑπόμενα, ὕστατος δὲ ὁ ὀμφαλός. ἐκ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ τὸ χωρίον τὸ μεταξὺ τούτου ἐστί. μετὰ δὲ ταῦτα ὕδρωψ ἔρχεται αἱματώδης, ἀπὸ τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ἀποκρινόμενος. ὑπὸ βίης τε καὶ πόνου δέρματος. καὶ ὧδε ἀφικνέεται τῇ τοῦ λοχίου καθάρσει. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ ἐχῶρος ἡ κάθαρσις γίνεται, χρόνον τὸν προσθεν εἰρημένον, καὶ οὗτοι μᾶλλον καὶ τὰ ἄλλα μέλεα ὁκόσα ὑγρότερά ἐστι, καταῤῥέουσι τῶν γυναικῶν, ἥκιστα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τόκῳ, ἕπεται δὲ ὡς ἂν πλείονων πειρέων τόκων, ἐπὶ μᾶλλον καταῤῥέουσι διακενεόμενα τῶν φλεγμάτων ὑπὸ τῆς καθάρσιος τοῦ λοχίου. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται. Δίδυμα δὲ γίνονται ὧδε· ἰὸς λαγόνιματος, οὕτως. ἔχουσι αἱ μῆδαι κόλπου συχνοὶ

καὶ γαμψοῖς, τοὺς μὲν τηλοτέρω, τοὺς δὲ πλησιαιτέρω τοῦ αἰδοίου. καὶ τὰ πολύγονα τῶν ζώων πλείους ἔχει κόλπους τῶν ὀλίγα κυεόντων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρόβατα, θηρία τε καὶ ὄρνεα. ὅταν δὲ ἡ γονὴ τύχῃ σχισθεῖσα εἰς δύο κόλπους ἀφικομένη, καὶ μήτραι δέξωνται τὴν γονὴν, οἱ κόλποι τε μὴ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον χαλάσῃ, ἡ χωρισθεῖσα ἐν ἑκατέρῳ κόλπῳ, ὑμενοῦται καὶ ζωοῦται τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ὧ περ καὶ τὸ ἐν οὗ εἵνεκεν εἴπομεν. ὅτι δὲ ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος δίδυμα γίνεται, ἱστόριον τόδε ἐστί· κύων καὶ ὗς, καὶ ἄλλα ζῶα, ὅσα ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος τίκτει καὶ δύο καὶ πλείονα, καὶ ἕκαστον τῶν ζώων ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐν κόλπῳ καὶ ὑμένι ἐστί. καὶ ταῦτα αὐτοὶ ὁρέομεν γινόμενα. καὶ ταῦτα τίκτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ πάντα ὡς ἐπιτοπλεῖστον. ὧδε δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἀπὸ μιῆς μίξιος γινόμενα τὰ παιδία, ἑκάτερον ἐν κόλπῳ καὶ χωρίῳ ἐστί. καὶ τίκτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἀμφότερα, καὶ πρότερον θάτερον χωρὲς ἔξω, καὶ τὸ χωρίον αὐτοῦ. ὅτι δὲ θῆλυ καὶ ἄρσεν δίδυμα γίνεται, φημὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἐν παντὶ ζώῳ, ἑκάστῳ γονῆς ἐν ἧ καὶ ἀσθενέστερον καὶ ἰσχυρότερον, καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρὲς ἡ γονὴ, ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβράσσεται. καὶ οὐκ ἀνυστὸν ἀεὶ ὁμοίως εἶναι πᾶν ἰσχυρὸν, τό, τε πρόσθεν ἐξιὸν, καὶ τὸ ὕστερον. ἐς ὁκότερον ἂν οὖν τῶν κόλπων τύχῃ ἡ γονὴ παχυτέρη καὶ ἰσχυροτέρη ἐσιοῦσα, κεῖθι ἄρσεν γίνεται. ἐς ὁκότερον δ' αὖ ὑγροτέρη καὶ ἀσθενεστέρη, κεῖθι θῆλυ γίνεται. ἢν δ' ἐς ἄμφω ἰσχυρὴ εἰσέλθῃ, ἄμφω ἄρσενα γίνεται. ἢν δὲ ἀσθενὴς ἐς ἄμφω, ἄμφω θήλεα γίνεται. οὗτος ὁ λόγος ὧδε εἰρημένος ἅπας, τέλος ἔχει.

alios quidem magis intimos, alios vero pudendo viciniores habent. Ac inter animantia quidem, plureis illa sinus possident, quæ plura pariunt, quàm quę pauciora: quod in ouibus quoque & feris & auibus eodem modo cernitur. Itaque quum genitura in duos sinus scissa abscesserit, & vterus ipsam conceperit, nec sinus alter in alterum eam transfuderit, genitura quidem in vtroque sinu seorsum consistens: membranam induit, vitamque eodem modo accipit, quo & fœtus vnus, de quo ista dicere instituimus, Quòd autem vno coitu gemini nascantur, testimonio est canis, sus, & alia animantia quæ vno congressu duos plureisue gignunt, quorum singuli in vtero, suo sinu membranaque continentur. Siquidem ista fieri cernimus, eosque omneis die vt plurimum eodem in lucem prodire. Sic mulier proculdubio geminos vno concubitu suscipere potest, quorum vterq; in suo sinu & inuolucro est, dieque eodem ex vtero egreditur. Qui autem prior prodierit, inuolucrum etiam suum secum defert. Ex geminis autem alterum marem esse, alterum fœminam, non viris modò & mulieribus vsu venit, sed cuiuis etiam animātium generi, in quo semen sit partim imbecillius, partim valentius, & ex quo non vniuersim genitura prodit, sed secunda tertiaque eiaculatione effunditur. Neque enim fieri potest, vt quæ primum emittitur, & quæ postea prodit, eiusdem sint facultatis & roboris. In quemcumque autem sinum crassius validiusque semen prouenerit, illic masculus gignitur: in quem verò humidius & imbecillius, & in eo fœmina conformatur. Sin autem in sinus ambos validum subierit, vterque mas est: aut si imbecillum quid in vtrumque secesserit, fœmina. Hæc quidem omnia hoc definita modo ad finem perducimus.

IO. GORRÆI IN LIBELLVM HIPPOCRATIS DE GENITVRA, ANNOTATIONES.

DOcetur isto libello quid sit semen, vnde proueniat, quà feratur, qui sint ad venerem inepti: quæ sit in venere voluptas, quæ sint concepti seminis indicia, quæ sint similitudinis fœtus cũ parentibus causæ, cur modò mares, modò fœminæ gignantur, quomodo ex infirmis robusti, & contra ex robustis infirmi nascantur: ordine satis artificioso. Eum Galenus, vt videtur, magna ex parte tenuit, eademque de re libros duos περὶ σπέρματος conscripsit, eodémque argumento quo hic περὶ γονῆς, mutatio tantùm, non quidem re, sed nomine, titulo. Receptum est enim τὸ σπέρματος nomen ἀντὶ τῆς γονῆς, vt non sit necesse dicere aliquid de ipsis vocibus, quum de re conueniat. Attamẽ si qui sint qui propriam nominum istorum rationem ignorent, eamque cupiant discere, eam breuiter citato Aristotele explicabo. Eas enim ipse euidenter distinxit libro primo de generatione animalium, his verbis: γονὴ μὲν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ γενῶντος καλεῖται αἴτιον ὅσα συμβάλλεται πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως. σπέρμα δὲ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον τῶν συμβαλλόντων, ὅιον πάντων φυτῶν καὶ ἐνίων ζώων, ἐν οἷς μὴ κεχώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν, ὥσπερ τὸ γινόμενον ἐκ θήλεος καὶ ἄῤῥενος πρῶτον μίγμα, ὅιον κύημά τι ζῷον. καὶ γὰρ ταῦτα ἤδη ἔχει τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Hoc est: Genitura igitur id vocatur, quod à generante proueniens, causa est quæ prima obtinet principium generationis, videlicet in iis quæ coire natura voluit. Semen autem est quod ex ambobus coëuntibus illis originem trahit, quale semen plantarum omnium est, & animalium nonnullorum in quibus sexus distinctus non est, velut id quod ex mare & fœmina primum miscetur, quasi conceptus quidam aut animal. Quibus verbis significat Aristoteles genituram esse causam principiumque generationis proueniens à perfectis animalibus quæ natura coëunt: semen vero tantum plantarum esse & animalium imperfectorum, qualia ferè solent ex putredine oriri. In eo quidem primum semen & genitura differunt. Deinde verò quòd genitura sit ens naturale imperfectum, principium tantùm alterum generationis obtinens: semen verò ens aliquod sit perfectum, ex duobus rerum naturalium contrariis principiis constitutum, qualis est nux, triticum, hordeum, & alia semina eiusdem generis, quæ quidem perfecta sunt, non minus quàm animal perfectum est, eamque ob causam re vera fructus sunt, atq; ab ipsis sola ratione differunt. Est enim semen ex quo aliquid fit, fructus verò quod est ab alio. Ambo aliàs re eadem sunt, vt paulò post citatum locum scribit Aristoteles, etiamsi multo accuratius fructum seménque Galenus distinguat initio libri secnndi de alimentorum facultatibus. Quòd si quis genituram quoque existimet compositam esse, & materia formáque constare, attamen ea non est quid perfectum, quod per se & propter se factum sit, vt animalia, fructusque omnes, sed à natura instituta est fœtus gratia, nec vt genitura tantùm permaneat, sed ex ea aliud fiat, quum tamen homo hominem generet non vt ex eo alius postea homo generetur, sed vt talis, si fieri posset, perpetuò maneat. Perspicuum igitur est semen plantarum esse, atque inanimatorum propriè dici: genituram verò perfectorum animalium esse, nec eorum dici semen nisi impropriè & per metaphoram, quæ tamen tam longo vsu recepta est, vt seminis nomen multo magis quàm genituræ in illis vsitatum esse videatur, eamque ob causam γονὴν nunc genituram, nunc semen indifferenter vertamus.

Omnia lege fiunt. νόμος μὲν πάντα κρατύνει. Id est πάντα κρατεῖται ὑπὸ νόμου. omnia vincuntur lege, hoc est, ad certam legem adiguntur. κρατυνεῖν γὰρ τινὸν ἴσον τῷ κρατεῖν. Est autem lex certa quædam ratio & modus quo natura fieri solent omnia, & naturæ quædam institutio secundum quam cuncta agit. Hoc ergo dicit Hippocrates: omnia certa quadam lege naturæ perficiuntur: nam aliqua est peculiaris & propria ratio generandi chyli, pituitæ, sanguinis, bilis vtriusque vrinæ, medullæ tam spinalis, quàm eius quæ in ossibus continetur, atque ad eundem modum, seminis. Itaque exponit Hippocr. quænam sit illa ratio conficiendi seminis, dicitque semen esse portionem quandam optimam atque valentissimam vniuersi illius humoris qui toto in corpore continetur, ipsumque à singulis partibus proficisci. Esse enim benignum tertiæ concoctionis recrementum, quod à solidis partibus, eo ferè quo cernitur modo alteratum, albumque effectum, ex habitu corporis per minores venas regurgitat in maiores, & nubeculæ sedimentique instar, quod in vrinis album eãdem prorsus ob causam apparet: reliquis humoribus innatat. Ipsum autem postea spermatica vasa naturali facultate attrahunt, atque perfectius elaborant, atque in ipsis vt naturam formamque, sic etiam nomen seminis primum accipit. Et hanc quidem Hippocrates seminis generandi legem constituit, quam tamen non omnes medici postea ratam habuere. Namque eam multis primum argumentis proscidit Aristoteles, confutans acriter omnes rationes quibus ea niti videbatur. Deinde verò Galenus vim generandi seminis testibus priuatim datam à natura, confirmauit, nec præter eos partem quamuis aliam posse semen conficere. Esse enim benignum & vtile eorum excrementum. Hoc enim (vt inquit Galenus commentario in Aphor. tricesimumnonum quinti) commune est omnibus animalis partibus, quæ natura humores quosdam generant, aut aliis partibus vtiles, aut ad generis propagationem, aut ad conceptus nutritionem, esse humorem illũ quandam veluti superfluitatem alimenti partis eius quæ humorem ipsum genuit. Demonstratum enim est libris de naturalibus facultatibus partes omneis quicquid possunt alimenti sibi assimulare & apponere, quo nutriantur: atque ex eo opere duplex excrementum relinqui. Itaque & testes postquam nutriti fuerint, quicquid ex alimen-

to benigni supereſt, ſecernere, & in generationis vſum retinere aſſeruaréque, & id ſemen eſſe. Eiuſdem autem cum ſemine generis eſt & medulla quæ in oſſiũ cauernis continetur, & tum ſpumeus qui in pulmonis carne eſt, tum glutinoſus humor qui in articulis reſidet. Quamobrem non à toto corpore ſecerni, ſed ab ipſis primum teſtibus ſemen fieri videri poſſit. Sic quidem diſſident ſummorum virorum de ſeminis ortu ſententiæ, ſed quæ tamen facilè conuenire poſſint.

2 Imbecilliores ſimus.) Quærit idem Ariſtoteles in problematis, cur omnium maximè animantium homo poſtquam concubuit, diſſoluitur & langueſcit. An, inquit, quòd ſemen proportione ſui corporis plurimum emittit. Affert verò & aliam poſtea eiuſdem quæſtionis rationẽ, his verbis: An quòd ſemen omni ex parte corporis ſecretio eſt. Itaq; vt ædificij cõſtructio, ſic corporis compactio quatitur dum ſemẽ decedit, quaſi ſanguinis multũ, aut aliqua pars alia decedat: ita quod exit, peropportunum eſt, vt quod exiguum ex multo alimento conficiatur. Verùm equidem non tam cenſeo conſiderandum, ſit ne vera quam Ariſtoteles adduxit propoſiti problematis ratio, quàm an ſit nécne id quod in quæſtionem vertitur. Dicere enim poſt coitum vnum aut alterum, eum qui congreſſus eſt, efficiimbecilliorem, magna ex parte falſum eſſe videtur. Nam & qui calido humidoque temperamento ſunt, & qui plurimũ veneri aſſueuêre, ſi diutius ea abſtineant, lædunturvehementer, ſin autem venere vtantur moderata, mirã ad functiones omneis alacritatem, promptitudinem firmitatémque ſentiunt, totiuſque corporis robur comparant. Quamobrem non niſi poſt immodicam venerem quiuis imbecillior euadit. Immodicum autem cuique ſuum eſt, & ad aliquid ſemper referendum. Tunc autem teſtes è ſupernis venis attrahunt quicquid illæ ſpermatici humoris continent, quod certè exiguum eſt, & roris modo per ſanguinem diſperſum, illum vbi vi quadam teſtes è proximis venis attraxerint, ipſæ rurſus ab aliis trahunt, & iſtæ ſimiliter à vicinis, donec à toto corpore trahatur, & ſingulæ animalis partes proprio alimento ſpolientur, quod quidem cum ſemine idem genere prorſus eſt. Sed hic quidem tractus tam humoris eſt, quàm ſpiritus. Eum namque teſtes ab arteriis attrahunt, quemadmodum illum à venis: vt mirum non ſit poſt tãtam humoris atque ſpiritus profuſionem, tantopere hominem poſtquam immodicè coierit, debilitari. Præterea verò etiam voluptas accedit, quæ ipſa per ſe, Galeno teſte, ſatis eſt ad exoluendum vitale robur, eorum argumento qui nimia voluptate affecti interière.

5 Venæ & neruí ab vniuerſo corpore ad pudendum protenduntur.] Non dubito quin venarum nomine etiam arterias intelligat, ſecundum priorẽ & antiquam venæ ſignificationẽ, præſertim cum illæ inter ſeminalia vaſa locum teneant non minimum. Certum enim eſt arterias duas à natura deſtinatas eſſe deferendo ſemini: quarum vtraque à trunco arteriæ magnæ procedit, & in teſtes inſeritur. Deinde verò etiã aliæ duæ arteriarũ propagines vtrinque ſingulæ ſed planè exiguæ ad genitalia feruntur ex magna arteria, qua parte diuidi incipit, & in ambo femora abire. Præter eas vero non memini vel vidiſſe vel legiſſe alias quæ ad pudenda pertinerent arterias. Similiter venæ duæ ſunt ſeminales, dextra quidem à trunco cauæ venæ poſtquam emulgentem iam emiſit, exoriens, ſiniſtra vero ab ipſa emulgentem ſiniſtri renis naſcens antequam in renẽ emulgens ipſa inſeratur. Reſpondent autem & illis duabus arteriarũ propaginibus quas paulò antè dicebam ex magna arteria produci, aliæ quoque venarum propagines eodem loco ortæ, eodemque modo, quo & arteriæ, in pudenda diſtributæ. Porrò quod ad neruos pertinet, à vigeſimoprimo pari neruorũ qui à ſpinali medulla prodeunt, ramus vnus perexiguus exoritur, qui vnà cũ ſeminali arteria ad teſticulum vtroque latere profiſcitur. Ac præter eum etiã aliquãdo alius à ſexto pari neruorum cerebri prodit, poſteaquam per inteſtina diſperſum fuerit. Non tamen is in omnibus hominibus viſitur. Nihil prorſus videntur habere præterea cõmercij teſtes cũ cerebro aut ſpinali medulla. Ad penẽ verò nerui quidẽ plures veniunt, ſed omnes ab infimis ſacri oſſis partibus exoriuntur. Quid ergò dicemus? falſumne Hippocratẽ pronunciare audebimus? aut Hippocratem ſcilicet excuſantes, eiuſq; honori conſulentes, librum hunc non ipſius eſſe dicemus, ſed à Polybo Hippocratis ipſius diſcipulo, aut alio quopiã eſſe conſcriptum? Equidem nõ dubito quin multa falſò tribuãtur Hippocrati, de quibus rectè iudicare difficillimum ſit. Nam quam ſibi regulam ad iudicandum præſcripſit Galenus comment. in librum de natura humana, ſcilicet videre & diligenter attendere, an ea de quibus ferendum iudicium eſt, dogmatis Hippocratis quadrent conueniantque, non eſt vſqueadeò certa, vt ſecundum hanc de libris eius omnibus pronunciari poſſit. Non enim protinus totum librum adimendum Hippocrati cenſeo, & alteri adſcribendum, ſi quid in eo contineatur quod dogmatis Hippocratis, hoc eſt veritati ipſi non videatur cõſentire. Alioquin exiſtimentur ſpurij quotquot Hippocratis titulum habent, cũ nullus ferè ſit in quo Galen. ipſe plurima non probet. Siquidem ne ipſe quidem de acutis morbis liber, non epidemion commentarij erroribus vacant, vel Galeno iudice. Sed omiſſis alijs libris, de hoc ipſo qui de Genitura dicitur, diſquiramus. Certè in eo nihil Hippocrate indignũ contineri videtur: imo verò magna pars eorũ quæ docẽtur, libris aliis paſſim ab Hippocrate dicta ſunt. Ac niſi pauca quædam quæ ad anatomen pertinent, contra Anatomicorum ſectiones dicta eſſe viderẽtur, non opinor quenquã dubitaturum de hoc libello quin dignus ſit Hippocrate. Sed ſi quid hac in parte erratũ ſit, venia facilis eſſe debet, præſertim illis tẽporibus, quibus parum culta erat Anatome, quum hoc etiam ſeculo de multis inter peritos anatomes non bene conueniat. Quod ergo hîc dicitur venas & neruos ab vniuerſo corpore ad pudendũ deriuari, etiam ſi non ſit à diſſectoribus obſeruatum, viſuque agnitũ, non tamen protinus obeliſco transfodi debet. Non enim ſi quid in diſſecto cadauere non cernitur, eo viuũ caruiſſe exiſtimãdum eſt. Ecquis enim plexum illum retiformẽ, tantis à Galeno laudibus celebratum, vnquam vidit? nam quandiu quidem animal vitam agit, & calore natiuo regitur, amplitudinẽ ſuã omnia, ſpiritu videlicet diſtẽdente, ſortita ſunt: extincto autem calore & ſpiritu abeunte tam concidunt, vt cerni vix poſſint. Quid ergo impulit Hippocrat. vt quas nemo inter ſecandum obſeruat venas neruoſq; à cerebro ad pudendũ ſtatuat? Dicam vt ſentio. Nã cũ exiſtimet ſemen ab vniuerſo corpore profiſci, eius tamen maximam portionẽ à cere-

brodecidi, quod totum ſpermaticum eſt, arbitratur, & ſibi argumẽtis multis perſuadet. Quod vt fiat, neceſſarium planè eſt vaſa aliquot à cerebro in pudenda peruenire, quibus quaſi viis ſemen proficiſcatur. Quamobrem veriſimile eſt venas neruóſque non à cerebro modò, ſed etiam reliquis partibus à quibus ſemen procedit, in pudenda implantari, præſertim cum totum corpus conſpirabile eſſe & confluxiſſe primus omnium Hippocrates dixerit, & omnes poſtea medici miro conſenſu comprobarint.

4 Humida omnia, ſed ea maximè quæ viſcida & tenacia ſunt, quale ſemen videtur eſſe, copioſam ſpumam facilè excitant, ſi vel agitentur vehementius, vel incaleſcant. Nã vtrumuis accidat, prõptè ex eo flatuoſus ſpiritus ſuſcitatur, qui propter humoris viſciditatem, quo vndique concluſus tenetur, non exiens, bullas attollit. Vide Galenum comm. in Aphor. 45. lib. 2. & Aphor. 30. lib. 7.

5 Galenus lib. 1. de ſemine, probans ſemen in vtero remanere condendis arteriis & venis aptiſſimum, citat probátque Ariſtot. dicentem ſemẽ ſpumæ per ſimile eſſe, & ſpiritus vitalis plenum, adducto etiã teſtimonio poëtarum qui Venerem ex ſpuma genitã canunt. Galeni verba hæc ſunt: οὐδὲ γὰρ ὦ Ἀριστότελες οὐδὲ ὅτι πλῆρές ἐστι τὸ σπέρμα τῦ πνεύματος τῦ ζωτικοῦ, τῦτο λέληθέ σε. σὺ γὰρ εἰς ὁ καλῶς εἰκάσας ἀφρῷ τὸ σπέρμα πολὰς κομφόλυγας ἅμα σμικρότητος ἀορά̃τους κ᾽ μίαν εἰς ἓν συνελθούσας ἐφήσασθαι φάσκων αὐτό. σὺ καὶ τὸν μῦθον ἐκ τοιούτου τινὸς ἀφροδίτην ἐξ ἀυτῦ γεγενῆσθαι λέγοντα. hoc eſt: Neque enim ô Ariſtoteles ignoraſti ſemen ſpiritus vitalis plenum eſſe. Tu namque ſpumæ ſemen perbellè aſſimilaſti, dicens ab eo bullas quamplurimas viſum præ exiguitate fugientes, & omnes in vnum coëuntes, excitari. Tu quoque fabulam non improbaſti, quæ Venerem ex ea natam eſſe fingit. Cæterum omnia hæc ſcripta ſunt ab Ariſtotele lib. 2. de generatione animalium, cap. 2. At vero Pythagoras, ſemen, quod rectè Ariſtoteli ſpumoſum eſſe videbatur, etiam ſpumam eſſe dixit, & difiniuit σπέρμα εἶναι ἀφρὸν τὸ γενητικώτατον αἵματος, hoc eſt ſemẽ optimi ſanguinis eſſe ſpumã.

6 Viæ permultæ concurrunt.) Addendum eſt in græco codice, οἱ δὲδὲι τείνεσι γὰρ οἱ δὲδὲι ἐς τυτον. vel ſubintelligendum.

7 Idem ſcripſit Ariſtoteles ſect. 10. probl. ſemen ſcilicet è cerebro per ſpinam ferri: eãque ob cauſam ſpadonibus multum cerebri eſſe, quod venerem non exerceant: ſimulque boues caſtratos cornua gerere maiora. Quod & ipſe Plato ſequutus videtur, qui ſemen definit eſſe τὸ γονικὸν μυελοῦ ἀπόῤῥοιαν, hoſt eſt ſpinalis medullæ defluxum. Alcman vero multo audacius, qui vt author eſt Gale. lib. de philoſophi hiſtoria, ſemen cerebri partem eſſe dicebat. Sed vide num locus is Hippoc. aliter verti debeat, poſito græcè poſt πᾶν τὸ σῶμα pũcto, vt quod ſequitur, ſcilicet καὶ ἐς τὸν μύελον &c. initium alterius ſententiæ ſit, hoc modo: Ex cerebro in lumbos & corpus vniuerſum diffunditur. Ad ſpinalem autem medullam, & ex ea etiam vaſa quædã &c. Quod certè mihi magis probaretur, quoniam ineptum videtur poſt corpus vniuerſum ſpinalem medullam nominare, cuius illa pars eſt.

8 Si quis me iuberet oculo prodere & euidenter docere quod hic ſcribitur, faterer equidẽ ingenuè non poſſe. Siquidem planè neſcio quam viam hic intelligat à ſpinali medulla ad renes, quum nullus quidem neruus, nedum vena, ab ea prodire videatur, & in renes inſeri. Namq; nerui quos renes habent, oriuntur à ramis neruorum ſextę cõiugationis cerebri, ea parte qua illi in coxas diffunduntur, ſuntque etiam admodum graciles & exigui, nec venarum arteriarumque quæ ad renes pertinent, magnitudini reſpondent. Quid ergo? Meam proculdubio ignorantiam malo accuſare & fateri, quàm reprehendendo Hippocrate, venerando prorſus ſene, omniũque medicis bonorũ auhtore, leuitatis temeritatiſq; exiſtimationem ſubire.

A renibus nihil exit quod ad teſtes ferri videatur. Prodeunt enim ab illis dũtaxat vrinaria vaſa, quæ in veſicam, non in teſtes inſeruntur. Verum cum penis ſit & renibus & veſicæ communis, ſiquando per eum ſanguis exeat, partim mingẽdo, partim coëundo exire poteſt. Quod ſi coëũdo excernatur, indiciũ eſt vim factam eſſe retentrici facultati propter immoderatũ coitum, adeoque laceſſitã, vt ſanguinẽ retinere nequeat, aut vitiatam eſſe ſpermaticam facultatem & exolutã, aut alio genere mali organa generando ſemini deſtinata teneri. 9

Diuerſa quidẽ vaſa ſunt vrinæ & ſeminis, & viis diuerſis feruntur, ſed ambæ poſtea in glanduloſo corpore quid veſicæ ceruicis initio adnaſcitur, coëunt, & pro duabus via vna ſit ad extremum vſque penam. 10

Ille qui venereis ſtimulis per noctẽ agitur, humorem illũ, hoc eſt ſemen habet, quo venus obitur. Deeſt illi ſola corporis ſuccuſſatio, cuius tamen non eſt magna neceſſitas, quum vel acrimonia vel redundantia ſeminis ſatis facultatem expultricem irritet. Nec vero tantùm ille ſemẽ habet, ſed fræquenter multo abundantius quàm is qui coit. Siquidem plærumque hæ veneris per ſomnum imagines fiunt vi expultrice propter ſeminis copiam concitata. 11

Ab vtroque teſte ſingula vaſa ſemen deferẽtia, in pudendum perueniunt, quæ circum teſtes cõuoluta, ſurſum poſtea ferũtur, & in glanduloſum corpus quod initio veſicæ ceruicis adnaſcitur, inſeruntur, quâ porus vrinæ atque ſemini communis eſſe incipit. Nec tamen ab iſtis vaſis, quæ ſola videntur à teſtibus in penam proficiſci, penis ipſe intenditur, ſed duo ligamentoſa corpora vtrinq; à duobus pubis oſſibus prodeunt, quæ ſimul poſtea coëunt in vnum, plenaque ſpiritu, qui & ipſe ſemper ad opus venereum concurrit, penem arrigere faciunt. Quamobrem fortaſſis minus proba & efficax ratio hic adſcripta videatur, quin potius vno verbo dicendum. Eunuchos ob id non poſſe cõcumbere, quòd ipſis reſecti ſunt teſtes, quibus ſolis natura facultatem generandi ſeminis delegauit. His autẽ ademptis, non tantùm vis ea (inquit Galen.) perit, ſed etiã virilitas ipſa, & totius corporis robur. Refrigerantur enim, quippe qui alterum caloris natiui principiũ perdidere, venæ exiles remanent, ſanguis non effloreſcit, arteriæ, vt fœminis, tenues, pulſum paruum & debilẽ edunt. perinde ac ſenes, nullos pilos toto corpore producunt: nec venerem deſiderãt: quaſi quiduis potius ſint quàm animalia, & ad ſuſcipiẽdam prolẽ inualidi, imperfectam & quaſi dimidiatam vitam agant. Quo fit vt corpore humano teſticuli ipſo corde plura præſtare videantur, & digniores eſſe. Nõ enim modo calorẽ, verũ etiã robur & quãdã immortalitatis ſpeciẽ animalibus ſoli largiuntur. 12

Sunt

13. Sunt qui arrigere nequeant: quod cum multis de causis fit, tum vel maximè à frigiditate, eáque vel sola, vel coniuncta cum lento, crasso, aut viscido humore, quam quidem hîc solam intelligit Hippocrates. Conuenit autem tunc pudendum fricare, vt humor ille motu frictionéq; incalescat, & fundatur, & in flatum spiritúmque qui penem distendat, resolui possit.

14. Nanque occallescere testes possunt.) Potest etiam sic verti: Nanque cani sunt & perforati testes. vtrunque enim πεφιλῶται significat. Mihi placet occallescere, propterea quod subiungit, à callo duri & hebetes.

15. Quod semen illud quod iuxta aures à cerebrò fertur in spinã, per venas feratur, patet ex eo quod subiungit, pueris, propterea quòd venæ illæ admodum exiguæ sint, semen non decidere. Cæterùm siue arterias siue venas propriè dictas intelligat, certum est tam à venis iugularibus quàm ab arterijs sapòralibus, dum in caput feruntur, propagines quasdam post aures exire, sed eas omnes externas, nec intro in cerebrum pertingentes: quo fit vt minimum cum cerebro commercij habeãt, quippe ob id tantùm missæ videntur, vt externas partes alant. Attamen si incidantur, scribit Hippocrates sterilitatem induci, quoniam ex capite postea nihil seminis dissectis ipsis callóque occlusis exeat: quod autem ex alijs particulis profluit, non satis sit ad generandum. Idem porro scriptum ab eo est libro de aëre, locis & aquis, sũpto ex Thracibus argumẽto, quod non memini ab alio quouis annotatum legisse. Verùm vt Galenus ipse libro sexto Epidemiõn, quinta sectione, (quo loco scribit Hippocrates, in fluxione ad coxas, venam in auribus secandam esse) non veretur dicere veram non esse hanc de sanguinis missione sententiam: neminémque medicum artem exercẽtem persuaderi vnquam potuisse, vt remediũ id illis in morbis experiretur: sic equidem non verebor fateri nulla me ratione adduci posse, vt existimem venarum quæ post aures sunt, sectione, sterilem quemuis effici. In quo tamen erroris damnare Hippocratem nolo, qui sciam multo plura esse in rerum natura homini nondum agnita, multóque magis miranda naturam quotidie operari, quæ nobis ne per somnium quidem fieri posse viderentur.

16. Causã reddit Hippocrates cur pueri ad venerẽ minimè apti sint. Sunt enim, inquit, venæ pueris exiles, ætatis ratione, & plenæ, hoc est humoribus pituitosis refertæ, quos propter voracitatẽ facilè cogerũt. Repletio autẽ talis prohibet ne semẽ migrare possit, viámque ipsi intercludit, nec patitur promptè prurigine excitari. Quippe pituitosi illi humores frigidi sunt & crassi, aduersi prurigini, quæ à calore acrimoniáque in venere fieri solet. Hanc verò eandem causam statuit Hippocrates quare virgines menstruis careant. Venulas enim habent tenuissimas, scaténtque pluribus crassis vicidísque recrementis, minusq; multo sanguinis habent quàm adultæ. Verùm vt rationes Hippocratis non reprehendo, sic omitti non debet ista, videlicet pueros non coire, quòd cum semẽ benignum sit & vtile alimenti recrementum, nihil autem pueris ex alimento reliqui fiat, quòd totum corpori partim alendo, partim augendo impendatur, aut si quid supersit, facilè propter corporis mollitiem raritatémque digeratur in ambientem atque diffletur, pueri ob id nihil seminis seposi-

tum habeant, similiter, & nulla virginibus menstrua acceruentur.

17. Inter cætera potuit & hic locus mouere multos, vt librum istum non esse Hippocratis, dicere auderent. Siquidẽ vbique Hippocr. quatuor hos humores enumerat, sanguinem, bilem flauam, bilem atram, & pituitam, quemadmodum & post eũ medici omnes probatissimi, qui sicut flauę bilis plurimas differẽtias, ita pituitæ fecerũt. Alia enim pituita est liquidior & aquea, alia verò crassior & viscidior, quas duas per ὕδωρ & φλέγμα hoc loco Hippocrates videtur intellexisse, & ὑγρὰς nomine vtramque bilem tum flauã tum nigram, vt & Galenus multis locis apud Hippocr. annotauit. Quod si cui nimis absurdum esse videatur, & indignum Hippocrate, dicendum fortè est, per aquam significari pituitã, per φλέγμα verò bilem nigram & retorridam intelligi. Namque, vt testis est Galenus, Prodicus in opere de natura hominis, id quod vstũ & veluti supra modũ in succis coctum est, φλέγμα græcè nominat, à verbo πέφλεκται quod vstum esse significat. Sed cum dictione aliter vtatur quàm cæteri, de re tamen idẽ sentit cum cæteris. Verùm nemo legit apud Hippocratem nomẽ phlegmatis alia significatione sumptum esse, quàm ea qua passim vtitur libro de natura humana, pro eo scilicet humore frigido & humido, quem latini pituitam appellant. Attamen easdem quatuor humorum differentias cõstituit toto libro quarto de morbis, ex quo multo facilius licet de eorũ significatione iudicare, etiamsi tam confundat φλέγμα & ὕδωρ, vt quid vtrunque sit, non facilè intelligas. Primùm enim singulis humoribus singulas sedes in corpore assignat, veluti humorum illorum fontes, sanguini quidẽ cor, phlegmati caput, aquæ splenem, bili verò vesiculam illam quæ in iecore est. Ex quo loco apparet, phlegmatis nomine, quam nos pituitam dicimus, illic significari, cui multi etiam egregij medici sedem istam in corpore constituerunt. Per aquam vero, nigram bilem intelligi, cuius receptaculum lienis est, medicorum omnium consensu. Verum quæ postea eodem libro scribuntur, non videntur consentire, tum humorem illum aqueum, hoc est ὕδωρ, à potu copiosiore excitari, tum aquam interea ab eodem fieri, quam tamen certum est non ab atra bile generari solitã, etiamsi obstructo per eam liene, atrabilis eius generandæ occasionem præbere possit. Ac si quidem tueri hanc opinionem velimus, quod per aquam atra bilis significetur, (quæ certè mihi probabilior est alia quauis) dicere oportebit sic esse appellatũ humorem illum à consequente, hoc est hydrope, quem atra bilis lienem obstruens frequenter solet excitare. Cuius rei vel hoc in primis erit argumentum, quòd libro illo quarto de morbis ὕδρωψ dicatur, qui hic ὕδωρ dicitur, nimirum consequentis nomine dato causæ, quemadmodum ileo, tenesmo, dispnœa, spasmo, paralysi, & plerisque alijs morbis Galenus scribit libro secundo methodi medendi, inditum esse nomen à symptomate. Quanquam Galenus author sit ἐν τῇ τῶν γλωσσῶν τῷ ἱπποκράτους ἐξηγήσει, Dioscoridem scripsisse libro secundo Epidemiõn per ὕδρωπα accentu acuto signatum, τὸν ὑδρωπικὸν significari.

18. Quærit Aristoteles in problematis, quade causa res omniũ suauissima cõcubitus est? An, inquit, suauissimè quidem concumbimus, quoniam aut toto ex corpore semen profluit, vt aliqui volunt: aut quia quamuis non toto ex corpore, tamen per

eam partem se promit, in quam meatus omnes venæque omnes applicentur & coëant. Cum igitur voluptas in libidine similis atque in prurigine sit, efficitur pariter vt corpus gestiat vniuersum. Prurigo enim, secessio humoris spirituosi inclusi contra naturam est, & genituram verò secessionem humoris eiusmodi esse ad rem naturalem constat. Sed hac de re postea copiosius dicemus scholio 21 19. Sunt enim à natura testes dati mulieri eam ob causam, vimque illi habent, non minus quàm virorum, seminis procreatricem, adeò vt & ipsæ per insomnia citra congressum viri semen in vterum excernant, quod ibi aliquando putrescens, morbos parit periculosissimos. Illi autem extra vterum, vtraque fundi ipsius parte ex lateribus positi sunt, habéntque sua seminaria vasa, eodem quo in viris modo conuoluta. quæ postquã sinus plures effecerint, in singula vteri cornua inseruntur, vas quidē dextrum in medium cornu dextrũ, sinistrum autem similiter in sinistrum, atque inde semen in vterum ipsum delabitur. Itaque quod dicit Hippocrates semen aliquando extra vterum emitti, non sic est intelligendum, quòd prima seminis eiaculatio extra vterum fiat, nam fieri hoc nón potest, sed postquam testes in vterum genituram vibrarint, vterus sæpe eam non retinet, sed foras dilabi sinit, nisi exactissimè claudatur, quemadmodum concepto semine solet. Quod si in vtero maneat, nec putrescat, eo vterus natura siccus humescit. Est enim natura ipsius humida, ipsúmq; libentissimè vterus amplexatur, & si quà fieri potest, imbibit.

20. Æqualem cum viro voluptatem percipit) Συμπάσχειν τῷ ἀνδρὶ ἡδονήν. Hoc est, & incipit vnà cum viro affici voluptate, & desinit simul cum illo. Est enim hæc elegans verborum Συμπάσχειν & διαπάσχειν apud græcos significatio.

21. Voluptatis quæ in coitu percipitur, causas statuere oportet in ijs quę ad coitum concurrunt) Sunt autem hæc, semen, motus, calor, & spiritus. Semē quidem tam est ad voluptatem necessariũ, vt qui nullũ emittunt, quales eunuchi, nulla prorsus voluptate afficiantur. Ipsum autem natura ex sãguine calidiore generat, quo magis sensum moueat & excitet. Sed nõ satis fuit esse semē. Namq; qui laborant gonorrhœa, nihil voluptatis habent: sed motum & corporis succussationem accedere oportuit, quo etiam semen incalesceret, & spiritus ingens vis proueniret, quo affatim semē excerneretur. Propterea & qui frigidiore humidioréque sunt temperamẽto, quamtumuis motu exagitati, venerem tardissimè exercent, plusq; in ea multo operæ sumunt, quàm recipiant voluptatis. Parum enim admodum spiritus illius calidi habent, sine quo semen confertim propelli non potest: quod est tamen in primis necessarium. Namque vt dolor nullus est nisi simul vniuersímq; alteratio contigerit, sic semine paulatim fluente, & pudendis veluti collachrymantibus, nulla potest voluptas excitari. Quæ quidē causa vna est præter supradictam, cur gonorrhœa affectis nulla voluptas accedat fluente semine. Genitura igitur calidior, etiam motu corporis incalescens, comite spiritu, dum per parteis genitaleis defertur, eas titillat, & pruriginem commouet, in qua proculdubio tota voluptas venerea sita est, accedente etiam ad eam rem insigni genitalium partium sensu, quem in his natura præstantiorem quàm reliquis in partibus esse voluit. Et hæc quidem tam mari quàm fœminæ communia sunt, differúntque duntaxat secundum magis & minus. Maribus enim semẽ calidius, acrius, copiosiúsque inest, motúque ipsi maiore quàm fœminæ in coitu concutiuntur, plúsque multo caloris & spiritus obtinent: quamobrem ex his maior esse maris quàm fœminæ voluptas videri possit. Verùm in muliere alia præterea priuatim cõsiderare oportet, quæ, vt equidem arbitror, inter præcipuas & potissimas voluptatis venereæ causas referri possunt. Siquidem eius vterus magno virilis seminis desiderio tenetur, ipsúmque mirum in modum appetit, & attrahendo, fugendo, concipiendóque impensissimè delectatur. Est enim ea in re vterus ventriculo similis. Sicut enim iste suauibus cibis potibúsque gaudet, eósq; auidissimè amplectitur: ita ille semen amat, habétque quàm gratissimum: vt videatur rectè Tiresias vates apud Ouidium de proposita quæstione tulisse sententiam.

22. Præter alia veneris commoda, quæ sunt tam viro quàm mulieri cõmunia, scilicet corporis leuitatem, faciliorem respirationem, aliáque quæ Paulus Ægineta libro primo recenset, adfert Hippocrates vtilitates duas quas priuatim mulieres ex moderato coitu capiunt. Nam si mulier quæ vterum siccioris temperamento præditum habet, & veneris appetentem, venere abstineat, conuelli paratissima est, siquidem neminem latet conuulsionem & à plenitudine & à siccitate excitari: longéque deteriorem esse quã siccitas inuehit, quam quæ à repletione nascitur. Conuellitur autẽ vterus promptissimè, quòd neruosus sit, ipsáque cõuulsio proprius neruorum affectus. Itaq; vt tantũ malũ vitetur, venus peropportuna est. Siquidem vt antè etiam dixerat Hippocrates, semen humectandi vim magnam possidet, si in vtero remãserit. Deinde verò concubitus mẽstruam purgationem prolicit, non tantùm calore, qui pudendi attritu & confrictu excitatur, quíq, sanguinem euocat, sed etiam voluptate quæ his in partibus percipitur. Namq; voluptas non minus quàm dolor humores commouet, qui ad eam quæ voluptate afficitur particulam veluti gratulabundi concurrunt, eadémque proinde opera excernuntur. Præterea verò in coitu plurimum spiritus ad genitaleis parteis affluit, qui facilè eodem negotio sanguinem foras expellit. Quamobrẽ illis venus morbis mulierem liberat, quos menstruorum retentio parere solet. Cum enim supprimuntur aut minus fluũt quàm expediat, magnam humorum copiã in corpore colligi necesse est, morbósque inde prouenire, qui à redundantia nascuntur, cuiusmodi sunt febres, arthritides, hydropes, tumores præter naturam, conuulsiones, apoplexiæ, maniæ, lassitudines, & alij plærique.

23. Nonnulli dicẽtes se Peripateticos, existimarũt virile semẽ in mulieris vterum coniectũ, principium quidem motus sanguini mẽstruo adferre, sed excerni postea, nec partem substantiæ cõcepti fœtus fieri. Alij verò non excerni quidem dixere, sed in nihilum resolui. Sed eos multis rationibus Galenus confutat initio prioris libri de semine, dicens vterũ mulieris perinde ac animal quoddam miro seminis desiderio flagrare, eámque ob rẽ nõ in ipso coitu modò sursum moueri, viriq; penem amplecti & exugere, & intro cucurbitæ instar trahere tam vehementer, vt viri etiam ipsi manifesto sensu percipiant, verum etiam post concubitum retinendi seminis studio retrahi, & ad eundem

modum quo ventriculus cibos, semen vndique complecti,& claudi tam exactè, vt in os ipsius ne acum quidem possis immittere.

24. Postquam in muliebrem vterum non viri modò sed etiam ipsius mulieris semen peruasit, prorsus necesse est vt vel illic maneat, vel inde exeat. Si remansit: aut concipitur, aut non concipitur. Si concipitur, fœtus est. Sin minus, ocioſum, & à natiuo calore tum suo tum mulieris destitutũ putrescat oportet,& atrocia symptomata inuehat, vt vteri strangulationes, suffocationes, spirandi difficultatem, conuulsiones, mentis abalienationes, quæ quidem mala si non accidant, semine tamen retento, certissimum concepti fœtus indicium est.

25. Viro dicitur inesse semen muliebre, hoc est aptum formandæ gignendæque mulieri. Similiter & mulieri semen virile, scilicet ex quo natura facilè marem creare possit. Quamquam aliter hoc intelligi potest, nempe ad robur aut debilitatem relatum, vt viri muliebre semen dicatur, quod est imbecillum: mulieris verò virile, quod robustum est. Sunt enim natura fortiores mares, fœminæ imbecilliores.

26. Tribus modis nati parentibus similes esse dicuntur, genere, sexu, & partium corporis conformatione. Genere quidem homo homini, equus equo, canis cani similis est. Prouenit autem hæc similitudo potius à materia quàm à causa agente, vt docet Galenus libro secundo de semine: propterea à matre magis est quàm patre, vt quæ multo plus materiæ quàm pater contribuat. Ipsa autem partium similitudo est à semine præpollente, atque ipsius certo quodam motu. Neque enim ex omnibus omnia fieri possunt, sed singula ex iis quæ quãtitate, viribus, temperie, definita sunt & conueniũt. Itaque si virile semen longè valentius sit muliebri, fœtus omnino patri similis erit. sin verò illius portio aliqua à muliebri superetur, pars ea corporis quam spiritus ipse fœtus opifex & formator ex illa componit, matri similis fiet. Sunt autem permultæ in vno & eodem coitu aliquando feminis differentiæ, secundum diuersas ipsius eiaculationes. quamobrem mirum non debet videri, congressu vno natum, vtroque parenti diuersis partibus similem esse. Verùm quemadmodum à semine præualente reliquas partes parentum alteri similes fieri diximus, sic mihi ea de causa videtur genitales partes formari, & modò patri, modò matri similes effici. Namque partium genitalium similitudinis ratio eadem quadrare potest, quæ etiam est reliquarum omnium. Itaque si mulieris semen in ipsa genitalium membrorum conformatione præpolleat, erũt ea perfecto matri similia, fœtúsque ipse fœmina erit, vt quæ ab istis duntaxat partibus nomen accipiat. Fiunt igitur mas & fœmina ex prepollente genitura: nec propterea necesse est concludere, ita fore vt mares semper patri, fœmine matri perpetuò similes sint: quod tamen videtur Galenus concludere, scribens libro secundo de semine, cum illa similitudinis causa pugnare, quod aliquando mares matri, fœminæ patri similes esse videantur. Neque enim id magis consequetur in hac sexus similitudine, quàm ea quæ partium singularum est, quam Galenus à prædominante semine prouenire confitetur. Nam non est necesse, si in certa quadam parte formanda portio aliqua virilis seminis præpolleat, quæ partem illam viro similem efficit, protinus in reliquis quoque partibus virile semen dominari, totumque corpus viro simile fieri. Sic enim non oculi soli, non nasus, non frons, non alia vlla pars patri similis esset, nisi etiam accederet reliquarum omnium particularum cum patre similitudo. Quod tamen falsum esse, innumeri partus testantur. Cur ergo eadem non sit vteri membrorúmque virilium ratio? Nam partes corporis sunt, non minus quàm aliæ quæuis, suámque habent ex iisdem principiis conformationem. Ac Stratonicus quidem cum eam similitudinis sexus causam in seminis viribus & prædominio constitueret, non, mea quidem sententia, totius intellexit, sed eius modò ex quo natura genitales partes construit. Porrò quum prædominium dico, non excludo temperamentum, sed necessariò comprehendo. Vis enim omnis roburque à certo temperamento est. Neque enim aliam ob causam homo muliere robustior est, nisi quòd calidior est & siccior, & proinde densior, magisque compactus: atque ad eundem modum ipsius semen. Est enim calidum frigido, siccum humido, ad agendum efficacius. Quamobrem calidior sicciórque genitura, vt temperamento propensior est ad generationem maris quàm fœminæ, sic vires habet ad id magis præualentes.

27. Hoc est, non facile est iudicare vtrius semen, maris ne an fœminæ, in formando fœtu præpolleat, nisi edito iam in lucem partu. Tunc enim oculo videre licet cuinam similior sit fœtus. Censendum enim est, eum quócum plus habet similitudinis, vel plus seminis contulisse, vel valentius. Fœtus enim quandiu vtero concluſus geritur, ceræ seuoque liquidis & simul mixtis: cùm verò iam natus est, iisdem postea concretis proportione respondet.

28. Pluribus modis humanum corpus alterari potest, aëre, cibis, potibus, exercitatione, ocio, somno, & vigiliis. Quibus omnibus humores maximè euariant, & immutatur corporis temperies. Aëre, namque, cibo, potuque, humidioribus & frigidioribus, præterea ocio atque somno prolixiore, etiam humidior frigidiórque genitura prouenit, quæ sanè aut est, infœcunda, aut apta tantùm fœminis creandis, quæ similiter frigidæ sunt & humidæ. Contrà iisdem calidioribus & siccioribus, sed non extra modum, atque etiam exercitatione vigiliisq; moderatis fœcundum semen est, & masculis generandis quamaptissimum, vt demonstrat Galenus libro de semine 2.

29. Iumentis. κτήμασι, vel vt in Germano codice scribitur, κτήνεσι. Sunt autem κτήματα græcis bona, omnia quæ possidentur, sed κατ' ἐξοχὴν greges animalium, & iumenta ipsa: vnde & κτηματοβοὶ dicuntur veterinarij, & iumentorum medici, qui & soleas, inquit Budæus, equis affigunt.

30. Tum seminis ipsius. ᾗ ἐν αὐτῇ σφὶ πρόγονῃ) Censeo legendum αὐτῇφι, & dictum esse ex vsu poëtarum omnium pro αὐτῇ: qui in omni declinatione, & casu & numero, atque pronominibus etiã & aduerbiis παρεγκλιπάζουσι τὴν φι συλλαβήν: vt apud Hesiodum, ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν κρεῖσσον, αὐτῇ τῆς ἑτέρης. In genitiuo apud Homerum Iliados θ'. ἦ μὰ καὶ ἄλλον οἶσιν ἀπὸ νηυσὶν ἄλλην αὐτῆς τῆς ἀπὸ νήυσας. Sunt & alia quamplurima exempla quæ apud Homerum aliósque poëtas passim occurrunt.

31. Cum post vnum aut aliquot robustos liberos, debilis infirmúsque suscipitur, patre tamen matréque non minus quàm ante crassis & robustis, quoniam robur idem manet, necesse est idem quoque robur seminis fuisse, eandémque in eo vim fœtus

formatricem. Quamobrem si fœtus debilis sit, nec formatricis vitio accidat, nutritoriam vel auctricem minus probè munere suo functas esse oportet, idque vel auctricem minus probè munere suo functas esse oportet, idque vel vteri culpa vel alimenti accidisse. Vteri quidem, quòd aliquam ob causam redditus sit imbecillior. Alimenti verò, quòd vel vitiosum sit, vel parcius quàm expediat, quauis id occasione contigerit. Nam vt scribitur sect. quinta Aphorismorum, Si mulieri vtero gerenti lac multum è mãmis effluat, fœtum imbecillum significat. Atque paulò postea, Si grauidæ mulieri purgationes eant, fœtus sanus esse non potest. Sed præter istas imbecilli fœtus post plures robustos, causas, conueniunt etiam eædem quas supra scholio 28. rcensui. Ad hæc natiui temperamenti permutatio in ascititium deterius, mutatio consuetudinis, locorum, aëris frigida humidáque constitutio, & morbis obnoxia, atque inter cætera maximè ætas: vel, si placet etiam ab ipso cælo huius rei causam petere, certæ quædam planetarum motiones coniunctionésque, quas astrologi se nosse profitentur.

32. Sic legitur in græcis exemplaribus. κὴν μὲν πολλῶν ἤδη γενομένων τῶν παιδίων τοιοῦτον γένηται. Sed ego malim legere in genitiuo plurali τοιούτων, id est talibus, eiusmodi, qui scilicet nati sunt partium crassitie & robore parentibus similes. atque ita legendum sensus ipse postulat.

33. Ex magnorum parentum seminibus fœtus non magnus nasci potest vel vteri angustia, vel alimenti defectu. Vteri quidem angustia, eo modo quem hic exemplo docet Hippocrates: Nam quum per auctionem corpora maiorem locum teneant, non est dubium quin si liberum illis spatium desit, partem in omnem ampliari non possint. Alimentum verò deficit bifariam: vno quidem modo si paucus omnino matri sit sanguis, altero verò si ex magna sanguinis copia paucus probus sit. Rursum vitiosus ipse sanguis aut matris natiuo temperamento eiusmodi est, aut ex aliquo affectu præter naturam. Namque vt scripsit Hippocrates in Aphorismis, si in vtero grauidæ mulieris sit erysipelas, impossibile est fœtum esse sanum, & proinde rectè nutriri, & auctionem magnam consequi. Potest verò etiam maternus sanguis probus esse, ac nihilominus à fœtu aliquam ob causam malè habente deprauari. Cæterùm omnia hæc alimenti vitia nomine laboris hoc loco Hippocrates comprehendit.

FINIS.

IO. GORRÆI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE NATVRA PVERI ANNOTATIONES.

MAGNA fuit apud antiquos de muliebri semine contentio: primùm quidem, an illa semen in coitu excerneret: deinde, si excernat, an illud concepti fœtus pars sit. Alij negarunt planè quicquam seminis à muliere emitti, alij emitti quidem dixere, sed postea euanescere, nec fœtum ex eo cõstitui. De quibus quoniam pleniſſimè clariſſiméque disertum est à Galeno initio libri prioris de semine, non dicam plura, sed id modò, Galenum cum Hippocrate sensisse, & euidenter demõstrasse, non modò mulieri semen esse, verum etiam illud in vtero remanere, misceri vnà cum virili, & ex eo formari fœtum. Qua quidem in re scribit Hippocrates mulierem non conquiescere, quod sanè non de motu corporis, sed facultatum actione, tum quæ sunt vteri propriæ, tum quas in se semen continet, est intelligendum. Siquidem facultates vteri, tractricem dico seminis, retentricem, & conceptricem, protinus atque idoneum semen nactæ sunt, non cessant ab opere: nec agunt modò, sed etiam facultates illas quæ semini potentia inerant, ad agendum exsuscitant. Itaque iecto in vterum semine, si fœtus ex eo fieri debet, primùm contrahit se vterus, & exactè ipsum amplectitur, eodem prorsus modo, quo ventriculus cibos comprehendit: atque ita clauditur vt ne acum quidem in os ipsius immittere possis. Deinde verò promit se formatrix quæ in semine latebat facultas, & ad opus accingitur. Principiò igitur, vti peritus architectus materiam suam, sic illa viri mulierisque semen componit & miscet exquisitissimè, prout diuino quodam & arcano consilio expedire intelligit: & quale esse oportet ad diuersarum partium constitutionem, vario quoque modò præparat. Postea verò partium quæ sunt ad vitam necessariæ, rudimenta quædam effingit. Qua in re duobus præsertim instrumentis vtitur, calore videlicet, atque spiritu. Calore quidem, qui semen densius crassiúsque siccando efficiat, ex quo ossa, tendines, ligamenta, membranæ, & reliquæ solidæ partes commodè efformari possint. Spiritu verò, qui semen distendat, loco moueat, cauas, quæ esse debent, parteis efficiat, & perspirationem, quæ semper ad vitam tuendam necessaria est, attracto frigido spiritu moliatur. Nam vt datum sit infantem in vtero non respirare, negare tamen nemo poterit quin perspiret saltem, quum ne res quidem inanimatæ sine perspiratu diutius seruari possint. Nec vero aliud quàm perspiratum intelligere videtur Hippocrates, scribens perpetuo circuitu post calidi spiritus emissionem, alium rursus frigidum inspirari, qui natiuum fœtus calorem tueatur, nec patiatur extingui. Nam & ignis nisi ventiletur, marcescere solet, & ipse per se perire. Quamobrem vt calidus ille genituræ spiritus conseruetur, refrigerari necesse est. frigidus enim spiritus tum caliditatem eius, alioquin immodicam futuram, temperat, tum etiam à calido alteratus immutatúsque, ipsum nutrit, non aliter quàm in perfecto iam animali aër frigidus per pulmones inspiratus calorem natiuum cordis & temperat & alit. Namque vt multis de causis vitalis spiritus in homine potest exolui, sic nemo dubitare debet in fœtu euanescere, & nisi alio accedente reficiatur, tandem penitus aboleri. Nec tamen propterea necesse est vterum flatu distendi, & in eo strepitus murmuráque cieri, quemadmodum ex lignis & foliis viridibus, quæ pro exemplo adduxit Hippocrates, excitantur (non est enim necesse quæ exempla proferuntur, in omnibus conuenire & prorsus esse similia.) Namque ille calidissimus tenuissimúsque est, non vt alij flatus qui eiusmodi symptomata pariunt, frigidior humidior, & crassior. Talem enim hunc esse spiritum Hippocrates non vult, sed planè, vti ego iudico, vitalem & natiuum, re ipsa cum ipso opifice & formatore eundem, qui facultatum omnium moderator, ad eundem modum quo vitalis in homine spiritus, perspiratione refrigerari atque conseruari debet.

2. Annotauimus scholio quinto in præcedentem libellum de genitura, semen plumæ persimile esse, & spiritus vitalis plenum, citato Galeno, vt non sit necesse idem hoc loco rursus adscribere. Causam autem hîc reddit Hippocrates cur spiritus plenum sit. Est enim (inquit) calido in loco, hoc est in vtero: & quæ calent omnia, vt ait paulo post spiritum obtinent, maximè si humida sint. Est enim humiditas, flatus omnis materia, calor autem causa efficiens. Quãquam habet in se semen proprium insitúmque spiritum, quem fœtus esse opificem diximus, sed eum tamen moribundum, nisi aduentante alio instauretur. Id autẽ fit partim eo quem vteri calor excitat è semine, partim eo quem mater ipsa tum pulmonibus tũ totius corporis perspiratu attrahit. Hi enim, etiamsi multum

eiiciat. tum ne vtero periret sudoris atque vrinæ vsus quem in partu præstant, os ipsius irrigando, humectando, molliendóque, quò magis lubrica & facilis fœtui via sit. pariunt enim difficillimè, quibus longe ante partum seroſi isti humores profluxêre, eámque ob rem obstetrices alio aliquo humore os vteri oblinunt, quò faciliùs mulieres eiusmodi pariant. Deinde verò non sine maximo maleficio excrementa hæc in vterum effuderentur nullo alio vase concluſa. Nam & vterũ facilè acrimonia sua roderent, atque ille lacessitus morsu perfacilè ad aborsum compelleretur. Itaq; naturæ visum est fore coducibilius, eiusmodi excrementa vasis aliquot ad partũ vsq; concludere. Quamobrẽ quæ vrinam asseruaret, tunicam, allantoidẽ appellatam, quam farciminis speciem præ se ferat, natura condidit. In eam namque pueri è vesica vrina venit per porum vrinariũ, quem græci peculiari nomine οὐρηχον appellant. Oritur autem is è fundo vesicæ, peruenítque ad eam vmbilici partem, quæ inter proximam fœtui tunicam, quæ ἄμνιον dicitur, & mediam allantoidem concluditur. Ille eò loci aperitur, & vrinam in mediũ illarum tunicarum sinum effundit. Est autem ea tenuis & inualida, minórq; quàm possit vniuersum fœtum circumdare (nam veluti zona est faciáque lata, à mucronata chartilagine vsque ad ima ilia infantem cingens) vt quæ ex semine fœmineo, quod tum paucum tum tenue est, Galeno authore fiat. Sed quoniam non erat commodum vrinam in medio allantoidis, spatio collectam, contingere infantem, propterea quod cutem eius rodi & vlcerari vrinæ acrimonia periculum esset, natura membranam tertiam condidit, quàm græci ἄμνιον à mollitie vocauerunt. Totum autem illa fœtum comprehendit à summo vertice vsque ad imos pedes, & inter eam cutemque infantis, vtrumque excrementi genus quod ex singulis partibus per coctionem secedit, colligitur, sudor videlicet, & quæ proprio nomine caret veluti sordes, quæ siccum est tertiæ concoctionis recrementum, sic tamen. vt sudor nullo modo infantis cutem exulceret. Nullam namque aut prorsus exiguam habet acrimoniam: quippe qui iam concocti & perfectissimè elaborati alimenti vltimi, quod omnem antè acrimoniam in vrinis & bile tam flaua quàm atra reliquerat, sit recrementum. Sic quidem se habent membranæ quas dicit Hippocrates intra primam protendi. súmque in his describendis Galenum sequutus, non ignarus aliquos aliter earum situm ordinémque statuisse, atque ipsa etiam nomina inmutasse.

14. Sensus hic est dubius, & vterque probabilis & verus. scribitur enim græcè τὸ ὑδωρ ἐν τῇσι χοιλίῃσιν ἐνέον αὔξεται. quod tum ad sanguinem tum ad fœtũ referri potest. Ad fœtum quidem, quòd ipse eo sanguine qui ad vterum paulatim defluit, nutriatur & increscat eóque fieri ne quantitate noceat, absumptus magna ex parte in alimentum τῷ ἐντῇσι μίξῃσιν ἐνέοντος, hoc est pueri qui intra vterum est. quem sensum magis cõfirmat articulus τὸ additus. Ad sanguinẽ verò, quemadmodũ verti, propterea quòd paulò pòst scribit Hippocrates, sanguinem per initia paucum esse in vtero, deinde verò maiori in ipso copia redundare. Est autem rationi consentaneum, sanguinem illum menstruum sensim illabentem vtero non parere dolorem, quòd dolor omnis ἀθρόας δεῖται μεταβολῆς, nec possit fieri nisi simul vniuersimque mutatio contigerit.

15. Numquam est eadem temporis constitutio. nam modò frigus, modò calor vrit, interdum siccitas, aliquãdo humidas in aëre præpollet. Quæ quidem mutationes quum parere morbos possint authore Hippocrate, non est dubitandum quin humores etiam in corpore commoueant, eóque magis quo & illi copiosiores sunt, & corpus ad patiendum habilius, quale est mulierum, quæ præsertim humidieres sunt. Est enim humiditas ex passiuis qualitatibus, vt ad agendum quidem maximè infirma, sic ad patiendum peropportuna. Quamobrem quum mensibus singulis menstruus sanguis colligatur, & mutationes tum aëris, tum maximæ lunæ (quæ mẽstruo circuitu cáua, plena, gibbáque, variè res istas inferiores immutat & moderatur) insignes contingant, non est mirum sanguinem illum in corporibus mulierum commoueri, quamuis fortè non excernatur. Excernitur autem ferè semper, nisi vel humoris crassities, vel obstructio, vel aliquid aliud impediat, idque luna, vt author est Aristoteles, decrescente: eámque ob causam nonnulli cauillo sexum fœmineum Lunæ tribuerunt, quoniam simul vt illa decrescat, mulier quoque purgetur, móxque ambæ simul repleantur.

16. Mulier menstruo sanguine purgata, facilius concipere potest, non quòd vitiosa aliqua & maligna qualitate præditus sit ille sanguis, vt plærique arbitrantur, sed quòd vterus eo non vacuato malè quodammodo affectus sit, & ante eius vacuationem, propter immodicum humorem, semen vel non trahat, vel non cõcipiat, quum ad opus vtrũq; siccitate potius opus sit: vel quam fortè conceptũ iam semen, & receptum in vtero, protinus vi magna menstrui sanguinis obruatur, non aliter quàm exiguus ignis ingenti lignorum congerie suffocatur. Scripsit enim in Aphorismis Hippocrates, mulieres quæ præhumidos vteros habent, non concipere. laborant enim intemperie quæ præter naturam est: à qua non absunt illæ quæ sanguine menstruo scatent. nam si eo purgato status idem corporis redit qui antè secũdum naturam erat, vt ait hoc loco Hippocrates, necessarium est eo non vacuato corpus naturalem statũ non retinere. Maior namq; est quàm expediat, redundantia, quæ & ipsa inter causas præter naturã annumerari solet. Quamobrẽ repurgatus hoc humore vterus, siccióq; ex inanitione redditus, in congressu semen auidius & trahit & retinet, quẽadmodum vẽtriculus famen sitímq, perpessus, mox vbi cibum ore capi mandíque sentit, accurrit quodammodo, atque ipsum vix semesum corripit & deuorat, firmissiméque amplectitur. Sic enim res in vtero etiam habet. Præterea & inualido adhuc semini paucus etiã sanguis affluit, sicuti decet, qui postea ad portionem inarescentis seminis etiam copiosior quotidie in vtero ad eius alimentum colligitur.

17. Tumores οἰδήμασι) οἴδημα generis & speciei habet significationem apud veteres, vt annotauit Galenus. Nam & tumorem omnem in vniuersum significat, & eum peculiariter qui redundante pituita excitatur, album scilicet, mollem atque laxum. Hoc autem loco quum Hippocrates morbos enumeret suppressis menstruis enatos, videtur pro genere accipi. Nam redundante sanguine fiunt maximè inflammationes, quæ proprio nomine ἐκλύμωναὶ à græcis dicuntur. eámque ob rem verti simpliciter, tumores.

18. Hoc contingit quum menstruus sanguis suppressus diuertit in coxendicem, & in ea inflammationem aut aliud mali genus committit: vel cum

vterus ipse vitiato illo humore distentus in coxendicem procumbit, quemadmodum paulo post ait Hippocrates, & scribitur Aphor. 47. lib. 5. Si vterus in coxam vergens suppuratur, necesse est linamentum fieri. Tunc enim laborante coxendice, actionem quoque eius, quæ est ad ambulandum præcipua vitiari necesse est.

19. Tumor phymati similis, ὡς φῦμα) phyma quoddam, vel simpliciter phyma. Est autem phyma propriè, vt ait Celsus, tuberculum furunculo simile, sed rotundius & planius, sæpe etiam maius.

20. Videtur hoc loco chorij nomen commune esse membranis omnibus, nec tantùm extimæ propriù: vnde Galenus cum multis in locis, tum maximè Aphorismis istis, Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, sternutamento iuuatur: &, Vt secūda procidat sternutatorio appositō, os & nares apprehendito: vsurpat plurali numero χωρία, alióque nomine ὑστέρας, hoc est secundas dicit appellari. Et potuit quidem hæc esse prima chorij significatio, attamen antè diximus peculiariter eam membranam significare, quæ vtero proxima est & adhæret. Ad eundem modum fortè loci apud Latinos dicti sunt, vt primùm quidem idem quod χωρίον significarent, in quo collocatus puer est, deinde verò in aliam significationem transirent, vt nunc vterum significent. Sic Latini nomen non habent quo χωρίον propriè vertere possint. Nam secundarum nomine id exprimitur quod græci ὑστέρας dicunt. Qui etiam eodem, credo, quo latini modo, τὴν ὑστέρων nomine abusi sunt. nam & ὑστέρας apud eos vterum significat, nisi quòd genus atque declinationem variarunt.

21. Quum semen ex omnibus corporis partibus secundum Hippocratem secernatur, sintque multum inter se qualitatibus differentes corporis humani partes, non est dubium quin & semen ipsum à singulis partibus veniens, qualitatibus varium sit, & naturam partis referat à qua profectum est. Quamobrē si non omne ex quolibet gigni potest, certè non ex quauis seminis portione pars quælibet nullo discrimine formabitur. Siquidem oportet principia ex quibus aliquid constituendum sit, non temperie modò, sed etiam ijs quæ temperiem sequuntur, similia esse corpori constituendo. Itaq; vt partes variæ sunt, sic etiam necesse est varium esse, semen ex quo homo gigni debet, & partibus quibusdam calidius, frigidius, humidius, siccius, densius, aut magis rarū, non illāi tantùm ob causam, verùm etiam quòd ex omnibus partibus corporis sic inter se differentibus originem duxerit. Quare quod è cerebro semen secretum est, quódq; aliud cerebrum formare debet, frigidius humidiúsque esse oportuit. quod ex testiculis prodiit, testiculósque constituturum est, rarius. quod membranas & ossa, siccius atque densius. & ad eundem modum de cæteris. Debet autem esse eiusmodi differentia seminis non in viro modò, verùm etiam in muliere. Proinde si ex eorum seminibus homo formandus est, misceri illa oportet tam exquisitè, vt quod ab vtroque parente prodiit capitis factiuum, simul iungatur atque misceatur: quódque ex ventriculo secessit alteri generando aptum, simul etiam coëat & misceatur. Alioqui non tam hominem quàm monstrum natura fecerit. Sed quid est rogo cui tanta vis insit, tantúmque prudentiæ, vt ea sic miscere possit? Spiritus scilicet semini insitus & nativus: quidem cum natura re vera est, idémque opifex & formator fœtus. Ipso agente (inquit Hippocrates) confert se vnumquodque ad sibi simile, densum ad densum, rarum ad rarum, humidum ad humidum. hoc est, densior portio seminis muliebris miscetur simul cum densiore portione seminis virilis, cuiusmodi est ea quæ septo transuerso, peritonæo, ossibúsque generandis destinata est. humidior cum humidiore, qualis est substantia cerebri & medullarum. & rarior, vt testiculorum & adenarum omnium, cum rariore. Nec tamen satis est ea sic secum coiisse, nisi naturalem sedem teneat: eámq; ob rem addit Hippocrates, vi eiusdem spiritus in ipsa carne singula distingui & ferri in proprium locum ad partem eam constituendam à qua originem duxere videlicet semina quæ ex capite aut ventriculo aut testibus aut alia parte originem traxerunt, in eam sedem ferri, in qua commodè similem particulam constituere possint. Namque ante integram infantis conformationem apparet caro informis, bullas quasdam internarúque partium rudimenta instabili ordine & sedibus continens, quæ postea certo aliquo tempore vi spiritus in proprias sedes migrant. quod hoc loco Hippocrates manifestò significauit. Ex his autem apparet secretionem illam distinctionemque quæ spiritus ope perficitur, esse tum seminis ipsius primùm, tum partium postea, quæ iam partim semine constitutæ sunt.

22. Corpus vniuersum conspirabile esse & confluxile, apud medicos pro axiomate receptum est, simúlque spatia multa in corpore inania esse, spiritu tantùm & aëre referta: è quibus intelligas si voles, à fœtu aërem trahi & inspirari. sin minus, ita accipias quemadmodum antè expositi, quo loco dicébat Hippocrates calorem seminis spirante matre refrigerari.

23. Duæ sunt partium corporis humani differentiæ. Aliæ enim sanguineæ sunt, aliæ spermaticæ. Nam & duo sunt generationis nostræ principia, semen & menstruus sanguis. Has ergo differentias per genituram & carnem intelligit Hippocrates.

24. Certum est ex semine calidiore & ficciore marem, ex frigidiore & humidiore fœminam generari, eámq; causā esse cur in omnibus mulieres sint viris inferiores. Nam virium multo minus inest frigido quàm calido, atq; item humiditas siccitate minus est ad agendū efficax. Idipsum verò etiam in causa est, cur fœmina tardius quàm masculus conformetur: cuius tamen argumentum desumit Hippocrates ex consequenti, scilicet ex purgatione quæ edito iam in lucem partu venit. Siquidem ea videtur esse reliquum sanguinis illius menstruū qui initio concepti seminis in corpore retentus fuit, nec tamen propter fœtus imbecillitatem absumi in totum potuit. Itaque ex eius copia, conformationis tarditatem colligit Hippocrates. Quod vt non planè audeo reprehendere, sic no nexistimo aliam huius rei causam magis certam verámq; reddi posse, præter seminis ex quo mas & fœmina fiunt, temperiem: quæ & ipsa causa est, cur si nata sit fœmina, diuturnior purgatio succedat, quàm nascente masculo. Nam cum fœmina frigidior sit & humidior, minus alimenti absumit quàm mas, qui calidiore & ficciore temperamento est præditus. Qui enim plurimum habent calidi innati, plurimum alimenti conficiunt, vt scripsit Hippocrates in Aphor. Quamobrem plus multo menstrui sanguinis concepta vtero puella in matre relinquitur, quàm si gignitus sit masculus, & proinde maior est atque diuturnior purgatio.

25. Purgatio tanto diuturnior est, quanto sanguis

magis abundat. quamobrē diebus paucioribus repurgantur iuniores, quia minus in illis superſit ſanguinis: ſeniores verò pluribus, quia plus ſanguinis cumulent. Neque enim id fit quòd iuniores minus ſanguinis generent, quàm ætate prouectiores: imò verò tantum, ne plus dicam, generant: ſed quia in iunioribus ſanguinis plurimum abſumatur in augmentum corporis: quod non item fit conſiſtentibus ætate. Ad eundem modum Hipp. li. 3. Aphor. enumerans morbos cuique ætati peculiares, natu grandioribus ait profluuia ſanguinis è naribus accidere, quæ tamen non enumerat in adoleſcētibus. Cuius rationem reddens Galenus, fiunt (inquit) ſanguinis è naribus profluuia grandioribus natu, & iam pubeſcentibus: quia ſanguis id ætatis redundare incipit, non quòd copioſior generetur quàm precedente ætate, ſed quòd tunc ex eo minus abſumatur, quoniam augmentum minus ſit hac ætate quàm priore.

26. Legit Caluus hoc modo, nec malè, meo iudicio. neſcio an ita ſcriptum reperit in ſuo exēplari: Primùm is quidem exit, deinde fœtus, poſt fœtum autem ſanies. verùm etiam ſi hoc non addatur, licet tamen facilè intelligere ex eo quod ſcribit Hippocrates, deinde verò poſt fœtum. Sic enim fœtum iam prodiiſſe intelligit, nec tamen primum. nam ſanguinem primum exire dicit. ergo medium inter ſanguinem & ſaniem. Eſt autem hic ordo in edendo partu. primùm infans, cui caput totis ferè octo menſibus ſurſum erat, inſtante partu inuertitur, & crebris magniſque motibus interiores membranas amnion atque allantoidem abrumpit, ac tandem chorion ipſum. Mox via facta, dehiſcente parum ore vteri, vrina ſudórq; defluūt, tum quòd tenuiora ſint, & ad fluendum paratiora, tum certa naturæ prouidētia, vt os vteri molliant, lubricēt, & facilius irrumpente fœtu diducatur. Verùm non ſyncera quidē prodeūt, & qualia antè mēbranis ſuis continebantur, ſed neceſſe eſt vnà cum illis ſanguinem miſceri, qui ruptis venis, quas natura membranarū cuique dederat ad alimētum, profluit. Quamobrē totum, quum colore ſanguinem referat, etiam ſanguinem appellauit Hippocratres hoc loco, quem poſtea ſub finē huius libelli ὑδρώπια αἱματώδη & ἰχώδεα, hoc eſt ſanguineū humorē & ſaniem appellaturus eſt. Nec verò tantùm ruptis illis venis ſanguinis effunditur, ſed etiam recluſis apertíſque vteri acetabulis, per quæ chorio cum ipſo vtero cohærebat veluti nodis quibuſdam. Rumpuntur autem neceſſariò, ſi modò chorion cum fœtu excidere debet. Poſt eum verò ſanguinem partus ſequitur, atque ab eo ſanies craſſa & cruenta. Eſt autem ea excrementum vniuerſi ſanguinis, qui abſumptus eſt in alimentum pueri. propterea ſanguis quidem eſt, ſed craſſior, & magis feculentus. Eum autem, ſicuti vrinam & ſudorē, relegat natura in medium ſpatium vteri & chorij: illicque aceruatur, & tanto copioſior colligitur, quanto diuturnius mulier fert vterum. Poſt eiuſmodi autem vacuationem ductus quidam fit, & via reliquo ſanguini fluxuro, ſicut ab aqua in menſam effuſa. Nam ſi quis effundat aquā in menſam, & digito eam ducat veluti in quoſdam riuos, ſiue eos rectos, ſiue ſinuoſos aut cuiuſuis figuræ efficiat, quicquid poſtea ſuperfuderis, ſiue aquam, ſiue vinum, ſiue alium quemlibet humorem, defluet is certè iiſdem ductibus quos antè ex aqua digito deſignaueras. Ad eundem modum prima hæc vacuatio ſanguinis videtur alteri ſequenti facere & parare viam.

27. Hemina, κοτύλη) Eſt autē κοτύλη mēſuræ nomen, non pōderis: & capit vncias menſurales nouē. Eius autem modū facilè deprehendere poſſis. Nam olei pondus vnciarum ſeptem cum dimidia implet τῷ κοτύλῳ. Similiter vinū pendēs vncias octo & drachmas duas cum duobus ſcrupulis, & mel quoq; pondo libræ vnius & ſemunciæ, cōplent heminam. Eſt autem cotyle non tam humidorum quàm aridorū mēſura. Nam li. octauo κατὰ τόπους vbi Galenus arteriacas deſcribit, ait, nucum purgatarum heminam vnam. & libro nono, gallæ heminas duas.

28. Qualis à victima, hoc eſt ſyncerus, rubens, & nulla in re vitioſus. Nam deligi victimæ ſolent optima ſanitate præditæ, & ætate florentes, à quibus non niſi optimus ſanguis promanat: proinde nec nimium citò, nec nimium ſerò concreſcit. Illud enim craſſioris, hoc verò humidioris magiſque ſeroſi ſanguinis indicium eſt.

29. Senſus hoc loco duplex eſſe poteſt, aut quòd mulier intereat, aut quòd morbus ſoluatur. Morbus enim ἀπόλλυται, hoc eſt iugulatur & perit, qui ſoluitur. ſed multò inter vtrūque ſenſum intereſt. de quo antequam aliquid ſtatui poſſit, videndū eſt quid per congenitum morbū (ſic enim verti ſyngenes νόσημα) intelligatur. Videtur primùm congenitus morbus eſſe, quem à primis naturæ noſtræ exordiis contraximus, vel temperamenti vel matris euidenti vitio, vt ictu, caſu, aut alio iſtiuſmodi, vel quaſi iure hæreditario, ſicut arthritis, & elephantiaſis. Hic autem nunquam, nedū puerperæ etiam optimè repurgatæ, ſanatur. Dicitur & συγγενὲς νόσημα (facilius enim id vox græca quàm congeniti nomen ſignificat) non vtique nobiſcū natum, ſed ad quod procliuiores ſumus vel tēperamenti ratione, vel ætatis, vel temporū anni: ſicut tertiana febris biliōſis, quartana melancholicis. ſunt namq; hi morbi affines, quod συγγενοῦς nomine ſignificatur, & quodammodo familiares præditis eiuſmodi tēperamento. Similiter grauidæ mulieri morbi quidā affines ſunt & proprij, & verè συγγενεῖς, vt faſtidia, nauſeæ, vomitiones, pica & alij pleríque ſuppreſſis mēſtruis prouenientes. Itaque diſtinctis hunc in modū vocibus, perſpicuum eſt vtrumq; ſenſum partim verū eſſe, partim falſum. Nam ſecūdum priorem congeniti ſignificationem, ſi non congenitus morbus grauidam mulierem prehenderit, vt capitis dolor, phlegmone oculi, vel febris aliqua, quòd ea vel in partu vel poſt partum eo morbo moriatur, falſum eſt. Itemque quòd ille morbus ſoluatur, falſum eſt. nam aliquādo talis accidit non cōgenitus, qui tantum abeſt vt ſoluatur, vt mulierem etiam perdat. Namque vt ſcripſit alibi Hippocrates, Si mulieris grauidæ in vtero ſit eriſipelas, lethale eſt. Secundum autem alterum ſignificatum, ſi non affinis & familiaris grauidæ morbus inciderit, vt calculus, non eſt neceſſe, vt vel ipſa poſt partum ex calculo pereat, aut calculus ipſe curetur: ſed tamen fieri poteſt vt aliquis eiuſmodi morbus poſt partum ſolutionem accipiat & finem. Mihi melius videtur eſſe, magiſque veritati conuenire, ſi intelligamus locum hunc Hippocratis de ſolutione morbi non congeniti, hoc eſt non contracti à prima conformatione, ſed poſtea occaſione aliqua prouenientis, nec tamen omnis, ſed eius modò, qui grauidam mulierem quā grauida eſt, corripit.

30. Scio hoc loco viſum iri quibuſdam aliter fuiſſe vertendum, hoc modo: Sin autem quæ antè grauida erat, non repurgetur. Sed expende ô lector an hoc modo verba Hippocratis diſtingui debeant,

ὧν μὲν ἀποκαθαίρηται, ἐν τῶν ἔμπροσθεν ἡμέρηση ἐν γαστρὶ ἔχουσι. Vel potius ista, ἧν μὲν ἀποκαθαίρηται ἐν τῶν ἔμπροσθεν ἡμέρηση, ἐν γαστρὶ ἔχουσι. quo ego modo distinxi. Grauidam autem accipio quæ modò grauida erat, & nunc primùm vterum deposuit, etsi forte minus propriè.

31. Longè aliter scripsit Aristoteles lib. septimo de natura animalium: cuius verba adscribere satis erit, Purgationes (inquit) accedunt plurimis postquam conceperint, ad tempus quoddam, scilicet triginta dierum, maximè si concepta fœmina est: quadraginta, si mas. A partu etiam purgationes eodem dierum numero consequi volunt, quanquam non æquè ita diligenter in omnibus eueniunt. Hæc Aristot. De quibus non plura dicam, quòd nihil certi in his sit, nec constitui possit.

32. Quem vsum domui præbent fundamenta & parietes, idem certè homini est ab ossibus, præsertim maioribus, qualia sunt in tibijs & femoribus. Vt enim fundamentis tota domus sustinetur, sic illis humanum corpus innititur. Rursum vt parietes externas iniurias à domo arcēt, ita ossa quædā, cuiusmodi sunt caluariæ & pectoris os, atq; costæ omnes, partes suas tuētur. Alia verò nihil quidem horum, sed firmitatem tantùm quæ est ad actionē necessaria, membris conciliant, vt brachiorum. Alia verò alterius cuiusdam gratia facta, quorum hic catalogum adferre non est necesse. Satis enim est præcipuas magisque insignes eorum differentias recensuisse. Quorum quum talem vsum esse oporteat, certum est dura necessariò fieri debuisse. Durescunt autem tum quòd ex sicciore seminis portione constituta sint, tum quòd natiuus præterea calor omnia consultò sapientérq; agēs, ea præcipuè reficcet, prout cuique parti expedire intelligit. Nec verò quis mecum contendat, quod talem intellectū calori natiuo qui spiritum in se insitum habet, tribuam, quem cum Galeno existimo re vera cum natura eundem. Sed iam audies maiorem eiusdem sapiētiam. Nam vt domui quidem conuenit firmissimū solidissimúmq; fundamentum, súntque pauimenta tanto meliora, quanto trabibus constant solidioribus, non sic tamen expedit homini. Nam si ossa præter duritiem solida etiam essent, nimiam proculdubio grauitatem ponduſque præ se ferrent, proinde & partes quæque & corpus vniuersum ægerrimè moueretur, quod tamen multum sæpe & alacriter moueri necesse est. Quamobrem nullum ex memoratis ossibus verè solidum natura fabrefecit: namq; ex ipsis alia magnam cauitatem sinúmque possident, partim medullæ partimque aëris plenū, vt femur, tibiæ os, & humerus. Alia verò nullam quidem tam insignem habent cauitatem, sed cauernulas plurimas, spongiæ instar aut pumicis, medulla etiā aut alio quouis refertas, inter quæ sunt verticis ossa, vertebræ, pectoris calcisque os, & ipsum sacrum. Et hæc omnia non vno modo natura condidit, sed vario, prout vnicuique magis minúsue leue esse expedit, atque item robore & duritia pollere. His quidē de causis omnia ossa cauitatē adepta sunt, exceptis paucis paruisque, quę planè solida certo naturæ cōsilio facta sunt, cuiusmodi sunt nasi & digitorum ossa. Sed interim cauitatē illam inanem esse natura non patitur, sed eam magna ex parte medulla replet, quæ proximum est ipsorum ossium nutrimentum, illic vt in penu quodam reconditum. Eam hoc loco ex pinguissima sanguinis portione fieri dicit Hippocrates. Nam & libro de genitura dicebat ipse semen ex pinguissima parte sanguinis secedere, cuius quidem naturam, medullam par est imitari & referre, quòd & ipsa seminalis sit, & partis ex semine conditæ nutrimentum. Nec tamen semen aut medullam pinguedinem esse dicendū est, sed potius propter humiditatem visciditatémque, &, quo præditæ sunt, colorem album, pinguia quodammodo videri, sed præsertim medullam, quæ & ab ossibus natura sua frigidis, & quod longè absit à carne, frigiditatem plurimam contraxit.

33. Cōpositis iam partibus omnibus quibus homo constat, atque distinctis, quarū hoc discrimen est authore Galeno, vt vel gubernent, vel gubernentur, vel partim gubernent, & partim etiam gubernentur, vel nec aliarum gubernationi præsint, nec ab alijs gubernentur, propterea quòd à natura insitas vires habeant quibus ipsæ per se reguntur: addit iam hoc loco Hippocrates vnguium & pilorum generationem, qui nec quicquam in corpore gubernāt, nec similiter gubernantur, non quòd, vt illæ de quibus modò dixi, ingenitam quandam facultatem habeāt, vt nullam ab alijs partibus mutuare oporteat, sed quod nec talē vllam habeant, nec ab alijs accipiāt. nullā enim (inquit Galenus) habent gubernationem, sed ortum tantummodo. eámque ob causā inter corporis partes non enumerantur. Nulla enim eorum propria actio est, vt qui facultate careant, à qua omnis actio primariò proficiscitur. Vsum tamen illi aliquem atque vtilitatē adferūt. nā vnguibus extremi digiti firmiores sunt, & melius apprehēdunt: éstque pilorū tū qui sunt in supercilijs, tum qui in capite, satis euidens vsus: attamen vtilitas vt actionem quidem iuuat, sic eam per se non edit. Ergo vngues pilique tantummodo generantur. Est autem vnguium generatio eiusmodi. Digitorum nerui, ligamenta, tendines, arteriæ, venæ, & si quid solidi præterea est in illis, ex suo nutrimento excrementum etiam crassius & magis quàm carnosis è partibus terrenum relinquunt, quod non digeritur quidem in aërem, propter crassitiem, sed tamen vi expultrice propellitur in vnguium sedes, illícque magis resiccatum, magnam duritiem & soliditatem comparat. Quòd autem vnguium materia excrementum sit, nec, vt aliqui crediderunt, tendines vel etiam nerui per totos digitos dispersi, tandem in vnum coëuntes, vnguium substantiā constituant, patet ex eo maximè, quod vngues non sentiant, quos tamen necessario sentire oporteret, si ex ipsa tendinū neruorúmque substantia constarent. Sentiūt enim & tendines, licet minus quàm nerui. Ad hæc fidem huic rei facit, quòd digitorum ossa, vt scripsit Galenus, planè solida sint, nec medullam contineant, ea scilicet absumpta in vngues. Quare quum ex solidarum partium recrementis vngues fiant, si ex venis tantùm intelligamus, falsum erit. nam ex solidissimis corporibus maximè solida sunt excrementa, qualia oportet esse ex quibus vngues gignuntur. Sin præter venas vasa omnia, inter quæ & hæc facilè numerari possunt, intelligamus, sermo erit verissimus, eorum recrementis in digitos extremos desinentibus, vngues generari. Et hanc fuisse Hippocratis mentem, sequentia declarant. ait enim, Porro vt digiti ossibus venis neruisq; densis & paruis constant, sic ex ipsis vngues densi & tenues nascuntur. vt dubitandum non sit breuitatis gratia venas tantùm nominasse, & reliqua nihilominus

intellexisse. Pilorum generationis idem modus est qui & vnguium. Generantur enim ex crassis & fuliginosis vaporibus, qui dum per angustos cutis meatus à calore foras propelluntur, illis inhærent tandiu, vt facilè medio itinere siccari vique possint, & pilus fieri. Mox verò alius similiter è profundo suscitatus à calore pellitur, qui in priorem meatibus adhuc hærentem impingit, & illum, vt clauus clauum, trudit. rursus alius succedunt. sic sit pilus maior, crassus aut exilis, passus aut crispus, niger, aut alio colore præditus, prout calor, humor, & viæ se habent. Hæc enim tria ad generationem pilorum concurrunt: ac vt varia esse possunt, sic varij ex illis pili prodeunt. In calore quidē differentia hæc est. Imbecillus nullum pilum facit, quippe qui materiam ex qua pili ortū habent, siccare non possit, nec cutem similiter cui inhærere debent. Mediocris siccat quidem, pilúmque tenuem & passum producit. Magnus resiccat vehementer, & efficit duriorem. Ab humore autem pituitoso albus est, à bilioso flauus, à melancholico niger prodit. Quod ad cutem pertinet per quam is humor educitur, siccam illam esse decet & raram. Siccam quidem, propterea quòd viæ per quas humor ille fuliginosus exit, in molliore & humidiore cute, vt ait Galenus, non perseuerāt, sed, veluti in recenti caseo, foramina quæ in ipsa fiunt, abscedente humore rursus coalescant. Raram verò, quoniam si desint meatus illi, pilus produci non poterit. Rara enim cutis dicitur, quæ multis scatet foraminibus, quo modo & punicem rarum dicimus. Etiamsi fortè non videatur necessarium ad pilorum ortū cum raritate coniunctam esse cutis siccitatem. Nam quemadmodum per recentem caseum aut ceram præmollem si transmittatur acus longissima, poterit quidem illa penetrare, nec tamen caseus, quà foratus est, coalescere, propterea quòd acus solida sit: sic per cutem humidam si transeat perpetuus humor crassus & fuliginosus, pilum quidem generabit, nec poterit cutis interea coire, quoniam illi subinde nouus humor accedat & agglutinetur, qui cutem coniungi vetat. Verum vt nimia siccitas inepta est creandis pilis, quòd parum habeant recrementi, quo & fieri & ali pilus possit, sic nimia humiditas non conuenit, quòd citissimè effluat, nec diutius in meatibus perseueret. Si ad hæc quæ diximus, attentè quis aduertat, reperiet certas causas, cur quibusdam partibus pili nascantur, alijs nulli sint, nliquibus, vt supercilijs & palpebris, sint quidem, sed eundem semper modum seruent: de quibus hoc loco sigillatim dicere, minus longum esset.

35. Ἐπιδερμὶς proprie cuticulam significat, hoc est tenuem admodum cutem & prorsus exanguem, quæ cuti quam græci δέρμα dicunt, obducitur & supernascitur. Hic autem non pro cuticula tantùm, sed etiam sub ea cutem ipsam comprehendit Hippocrates, in qua potius quàm ἐν τῇ ἐπιδερμίδι, pilorum radices sitæ sunt. Quòd autem eam dicit rarissimam esse oportere, sic est accipiendum, vt non simul sit mollis & præhumida, sed siccior, ita tamen, vt abundè suppetat humor ad pilorum generationem & incrementum. Verùm quæ hic dicuntur de raritate cutis, & quòd postea in mento & pube rarescat quum homo semen genitale habere cœperit, dubito plurimum an sint Hippocrate digna. Nemo enim est qui dubitet cutem pueris vt mollissimam, sic rarissimam esse, eámq; ob causam puerorum corpora maximè diffluri, proptérq; cutis nimiam raritatem nullum pilum producere, nisi locis quæ natura paulò siciora sunt, vt in capite, palpebris & supercilijs. Illi nāq; nobiscum nascūtur, propterea quòd cutis capitis siccior sit, atque palpebrarum superciliorúmque pili in siccam duram & chartilaginosam cutem inserti sint. Ætatis verò progressu magis atque magis cū cutis tum solidæ partes omnes resiccantur, obidque illæ quæ in pueris propter humiditatem nimiam & raritatem ineptæ erant creandis pilis, pubescentibus siciores effectæ, pilis scatent pluribus, initio quidem tenuioribus mollioribúsque, postea verò ad portionem siccescentis corporis crassioribus & durioribus. Sed tu ista ô lector tecū expendito, & videto Aristotelem & Alexandrum Aphrodiseum in problematis. Quærit enim Aristoteles sect. 4. problematū, Cur homo vbi concumbere posse incipit, tunc pubescit: adfértque optimam, vt mihi videtur, rationem, hoc, inquit, ita euenit, quia quæ semen effundunt, siciora fiūt & laxiora: quibus de causis pilus oritur. quod inde sanè patet. pilus enim neque cicatricibus, neque pueris, neque mulieribus exit, cum scilicet cicatrices spisso contextu non raro inducantur, pueri autem mulieréque corpore humido sunt, non sicco. Quæ quidem ratio satis cum Hippocrate hoc loco consentit.

36. Pilorum ortus causam paulò antè attulimus: ex quo de contrarijs causis iudicare licet, illis pilorum ortum impediri, vel etiam iam natos decidere. Itaque si pars corporis sicca, nec tamen omni humore destituta, aptissima sit generādis pilis, proculdubio quæ siccissima est, & nihil humoris continet, tum quæ prehumida est, pilis redundare non poterunt. Nec est tantùm moderata illa siccitas necessaria, sed & corporis calor, quo fuliginem illam fieri oportet. Sunt autem spadones temperamento frigidi, vt qui testes, alterum caloris fontem, perdidere, de quibus scholio 12. in librum de Genitura, ex Galeno diximus: eámque ob causam pluribus excrementis toto corpore scatent quæ in alijs calore in ambientem digeruntur, sed humidis tamen & frigidis, non, vt decebat, fuliginosis. Namque hanc causam cur spadones pilis careant, & Aristoteles & Alexander in problematis statuêre, locorum exemplo, quæ nec prehumida, nec præsicca saxosáque herbas edere valent. Eadem verò & mulieribus ratio conueniet, propter natiuam scilicet earum frigiditatem humiditatémq; nulla corporis parte gigni pilos, nisi quà siccissimum secundum naturam est, sed eos etiam exiles & inualidos. Verùm hîc constanter Hippocrates densitatem cutis incusat: nec multum ab eo aliena scribere videtur Alexander Aphrodiseus problemate quinto libri primi, nempe mulieres ob id carere pilis, quòd propter frigiditatem temperamenti, foramina sui corporis spissiora habeant, atque coarctiora. Vis enim frigoris contrahere constipatéque aptissima est: eámque ob causam exitum pilis denegari. Porrò quod ait Hippocrates spadonibus non recludi meatus seminis, videtur & ipse Aristoteles sensisse, scribens problemate 27. sect. 4. spadonibus semen in sedem confluere, quia meatus illis obcæcati sunt qui ad penem tendunt. Quæ omnia an vera sint, diligentissimè prius expendendum censeo, quàm temerè quicquam de re tam occulta pronunciandum.

37. Visum

37. Visum est mihi græcè legendum esse σῶμα, non ῥῶμα, quamuis fortè ῥῶμα possit tolerari.

38. Ita dixit Hippocrates libello de genitura, ex quo apparet eundem esse huius libri qui & illius authorem.

39. Multis de causis capilli profluere possunt, vt in alopecia & ophiasi. sed hæ omnes præter naturã sunt. Caluitium autem dicitur, quum caluariæ pili propter temperamenti siccitatem decidunt. Fit enim cute admodum siccata, & arefacta intantum, vt nihil ex ea ob natiuæ humiditatis penuriã nasci possit. Dixi natiuæ, quòd senes, qui propè soli calui sunt, multa humiditate externa scateant, natiuam autem perdiderint: quibus caluitium accidere non debuisset, si aliquid excrementitius humor ad pilorum ortum conferret. Nec verò interest siccitati coniunctáne sit caliditas, an frigiditas. siquidem non senes modo, sed etiam adolescentes quamplurimos canos videmus; & in ea maximè parte quæ ad frontem spectat, quòd illic cutis nudo ferè ossi incumbat, proindéque omniũ corporis partium siccissima sit. Quæ cum ita se habeant, vide num hoc loco Hippocrates, aut quisquis istius libelli author est, per φλεγματικωτέρους, homines calidiore temperamento præditos intelligat, & φλέγματος nomine humorem retorridum, à verbo φλέγειν quod vrere significat. Quòd si per φλέγμα pituitam intelligamus, cámque in cutem delatam, capillorum radices adurere: iam caluitium eiusmodi non erit naturale, sed omnino præter naturam. Atqui caluitium, vt antea definiebamus, affectio tantùm est, non etiam morbus. Sic autem morbus erit, si pituita in cutem decumbens, illic putrescat, & calore per putredinẽ concepto, capillorum radices adurat. Vetùm & aliter à pituita decidere possunt capilli, vt scribit Aristoteles sect. 4. problem. & caluitium fieri, nimirum refrigerata cute. Ita enim efficitur, vt subiecta capto alimentum concoquere non possit. cum autem pili alimento caruerint, defluant necesse est.

40. Diximus caluitium fieri propter nimiam cutis siccitatem: at verò spadones temperamento sunt frigidiore & humidiore, cámq; ob causam nõ deest capillis alimentum: proinde non caluescũt, vt nec mulieres nec pueri. Cuius tamẽ rei causam Aristoteles ad cerebri magnitudinẽ retulit, quam sanè illis contingere scribit, quia rem veneream non agunt, atque idcirco boues quoque castratos cornua gerere maiora.

41. Canities contrarias caluitio causas habere videtur. Hoc enim diximus à caliditate & siccitate immodica prouenire, illa verò frigido humidóq; oritur. Sed non sic habet. Est enim caluitio potius contrarium capillitium, non canities, vt quæ potius capillitij differentia sit, neque illa qualitatum cõtrarietas vnius est & eiusmodẽ subiecti. Namq; in caluitio cutis sicca est, in canitie verò humor ipse humidus est, non cutis. Nam & canis hominibus cutẽ siccam esse oportet, si modò capillos firmiter continere debeat. Quamobrem caluorum canorúmque cutis non nisi secundum magis & minus differt. illi enim siccissimam, hi verò minus siccam habent, quomodo & omnes capillis præditi. Itaque quod à philosophis omnibus dictũ est frigido humidóque constare canitiem, non est de ipsa cute cui hærent capilli, sed de excremẽto quo gignuntur atque aluntur, intelligendum. Est enim id magis pituitosum, & propterea candidius. Qua de causa & spadones & mulieres, & qui ætate proiectiore sunt, atque vt vno verbo dicamus, quicunque frigidius humidiúsque habent vel totius corporis, vel certæ cuiusdam particulæ temperamentum, citò & facilè canescunt. Siquidem hi omnes pituita plurima redundant: quæ cum per densam cutem imbecillius propellitur, inque ea diutius moram trahit, tandẽ resiccatur, ita tamen, natiuum vt colorem retineat. Ac quemadmodũ illa concolores sibi pilos producit, sic etiam bilis flaua flauos, atra atros generat, ac coloris præterea mixti, prout humores inter se permiscentur. eámque ob causam nonnunquam etiam ad colorem penè auri vergunt, videlicet vbi se cum pituita bilis vitellina permiscuit.

42. De primo infantis motu sic ab Auicenna scriptum est: Si tempori quo formationem fœtus accepit, bis tantum temporis spatium addideris, fœtus ipse mouetur. Quamobrem si mas triginta diebus, vt antè dixit Hippocrates, hoc est mense vno formatur, mouebitur vtique diebus sexaginta post trigesimum, hoc est die nonagesimo, mense scilicet tertio. Similiter quum fœminam dixerit diebus quadraginta duobus conformari, si plures duplo dies his accedant, hoc est alij octoginta quatuor, tunc se mouere fœmina incipiet, quarto nimirum mense, & diebus sex. Sed hoc tamen loco Hippocrates sex istos dies omisit, quoniam non tam certò præscriptus sit hic dierum munerus, quin aliquando euariet. Vt enim de formatione loquens, dicebat temporum illa spatia non esse necessariò definita, sed paulo maioribus minoribúsue formationem fœtus accidere: sic est etiam de motionis tempore existimandum, atque ad illius portionem, istud quoque varium esse oportere. Quare vt nihil certi de formatione constitui potest, ita nec de motu quando primum incipiat: quódque ab Auicenna scriptum retulimus, id experientia magis quàm ratione ab eo est cognitum atque proditum. Attamen certa adduci causa potest, cur non simul atque infans formatus est, etiam moueri possit. Motus enim, actio cerebri est, quod postremum, vt inquit Galenus, inter principes partes ex humidiore seminis portione conficitur, & proinde vltimum vim suam agendo exercet: eóque etiam serius mouetur, quo ad motum maior neruorum durities quàm ad sensum necessaria sit, quæ non protinus, sed longo temporis spatio comparatur.

43. Cuiusmodi ea lactis nascentis nota sit, scriptum est ab Aristotele lib. 7. de natura animalium, his verbis: ἐπιπυμαίνει δὲ τὸ πρῶτον μικρόν τε καὶ ἀεκχιῶδες τὸ γάλα ἐν τοῖς μαστοῖς. hoc est, eius autem nota inter initia exiguo quodam & araneæ propemodũ specie apparet in mammis. Hic tamen Hippocrates multo euidentiores & à natura propius petitas causas assignat, nempe mammarum & papillarum extuberantiam redundantẽ in illis lacte, non tamen copia tanta vt profluat, maximè per initia. Nam procedente tempore, vt circa sextum septimúmque mensem, quamplurimis profluit: atque illis etiam citius, quæ sunt pleniores, & copiosum sanguinẽ mẽstruũ excernere solebãt. Is enim propter sui multitudinẽ nec absumptus in totũ à fœtu, nec quòd possit vtero veniq; cõtineri, magna ex parte in mammas regurgitat, tum necessariò, tũ certa etiã naturæ prouidentia. Quem in vsum permultæ venarũ propagines in mamillas inseruntur. Nam & interna quæ sub axillam fertur vena, & externa quæ super humeros repit, atque

ipsa adeò cum vena antequã extra thoracẽ abeat, ramos aliquot tum in earũ corpus, tum in cutem emittunt: qui & magis descendentes, cum venis vteri paulo supra vterum concurrunt & congrediuntur: ex quo tam magnus est vteri cum mammis consensus, vt aliarum in corpore toto particularum maior non esse videatur. Per eas venas vbi sanguis intra mammas receptus est, is facile vi mammarum natiua, quã glandulæ earum substantiã constituẽtes obtinẽt, in albũ è rubro vertitur, & lactis naturã accipit atque nomen, non dissimili modo, quo idẽ facultate testiũ peculiari in semen transmutatur. Nã & testes glandulosi sunt, néstq; ea virtus glandulis omnibus, quæ multæ quidem sunt in corpore animalium, vt quẽ continent humorem, candidus sit, non quòd candidus in eas venerit, sed quòd cãdorem à peculiari glandularũ facultate acceperit. Quicquid enim agit, conatur semper id sibi in quod agit, assimilare. quæ de causa non modò lac candidum est, sed etiam sanguine ex quo prodijt, frigidius, ita tamen vt suo in fonte satis retineat caloris, nec difficulter propterea cõcoquatur. Facillime namq; transire potest in sanguinem, quoniam è sanguine factum est, & ferè nihil est aliud quàm sanguis albefactus. Sic quidẽ se habet lactis generatio. Quamobrem quod hic scribitur, vel in ipso Hippocrate non probauerim, compressu vteri pinguedinem exprimi, & in carnem resudare. Hoc enim idioticum magis est, & plebeijs rudibúsque docendis accommodatũ exẽplum. Namque aliter visum esse Hippocrati vel ex hoc Aphorismo perspicuum est, Si mulier quæ neq; grauida est, neq; peperit, lac habet, huic mẽstrua defecerunt. quo satis euidẽter innuit, sanguine retẽto & in mammas cõfluente lac in eiusmodi muliere gigni absq; vllo cõpressu, quũ nõ grauidã esse, nec peperisse statuat. Multũ tamẽ in lacte pinguedinis contineri certum est, & clarè apparet ex butyro quod fit è lacte animalium: omnésque in hoc philosophi conuenerũt, triplici lac omne substantia constitui, serosa, pingui, & caseosa. Qua de causa quod hoc loco dicitur pinguedine lac cõstare, verum quidem est: ratio verò modúsque quo id fiat, planè, vt mihi certè videtur, popularis potius quàm philosophicus.

44. Magnum esse mammis cum vtero per venas consortiũ, superiore scholio diximus, & permulta testantur. In primis, quòd suppressis menstruis, in muliere etiam non grauida mammæ sanguine repleantur, & lacte abundent. Deinde verò, quod si menstrua nimium profluant, non possis melius ea cohibere, quã ex præscripto Hippocratis, apposita ad mammas maxima cucurbitula. Sic enim plurimum per venas vtero mammísq; communes reuellitur. Est verò & aliud istarũ cõmuniũ venarũ argumentũ certissimum; quod hoc loco ab Hippocrate scribitur, videlicẽt quòd sicut sanguis ab vtero sursum in mãmas, quò lac fieret, conscẽdit, sic rursus lac in mãmis genitũ, in vterũ relabitur, atque vt postea scribit Hippo. in fœtus alimentũ cedit. Cui rei fidẽ faciunt purgationes quæ à partu accidunt mulieribus. Nam quòd vterus tunc vacuus sit, & fœtu solutus, sanguis ferè totus relicto vtero in mammas impetu magno fertur, adeò vt vterus à sanguinis purgatione immunis sit, mammæ contrà lacte distendantur. Cuius illæ copiam postea non ferentes, ipsum partim per papillam excernunt, partim in vterũ dimittunt, adeò vt per ipsum sanguinis loco vis ingens lactis vacuetur, maximè si quis frigida, vt fieri solet in puerperis quæ nutrices esse nolunt, atq; repercutientia medicamenta mammis admouerit. quod proculdubio non fieret, nisi mammarum vterique venæ secum coirent, & ab altero in alterum per easdem venas tanquam vias transiretur.

45. Fortè non venerem, sed semen dicendũ erat. Videtur enim hoc dictum esse ex simili, hunc in modum: Sicut exactis mammis venæ earum fiunt latiores, atque ob id pinguissimum illũ humorem magis attrahunt ex quo lac conficitur: ita ex frequenti coitu venæ vasáq; alia spermatica dilatata semen magis prouocant atq; eliciunt. Quare potest videri positum hoc loco τῷ λαγνίῳ, quam nos venerem reddidimus, ἀντὶ τῆς γονῆς, hoc est pro semine, quod in re venerea mittitur.

46. Fuit is philosophorum omnium consensus, fœtum initiò animam tantùm habere vegetatiuã, plantarum more, eámque ob causam ex principibus partibus iecur primùm conformari. Atq; etiã Galenus ipse scribit initio lib. 1. de facultatibus naturalibus, auctionẽ nutritiorémque & alias etiã his adiunctas facultates hominibus esse cũ plantis communes. Quamobrem mirũ videri non debet si hoc loco Hippocrates tam multa de plantis dicat. nam & Galenus tum libris de semine, tum libello de formatione fœtus, fœtum plantis arboribúsque sæpe comparauit, atque istam similitudinem elegantissime est persequutus, sed multo compendiosius. nam hic per multa κεφάλαια & præter rem ab Hippocrate dicuntur.

47. Hippocrates initio huius libelli idem scripsit de genitura patentis vtriusque manente in vtero mulieris, nẽpe spiritu tum suo tum matris diffari, adeò vt spiritus semen ipsum diuidat, perque eius medium feratur, & viam sibi aperiat, & præterea sanguinem à matre prodire in vterum, quo genitura nutriatur, & incrementum capessit: quę satis cum eo quod de plantis hoc loco dicitur, conueniunt.

48. Quemadmodũ semen totũ euanescit & absumitur in plantam, sic vniuersa genitura in fœtũ, vt nihil eius postea supereſſe videatur. ac rursum vt cortex solus è semine remanet, nec arboris è semine nascentis pars est: sic tota genitura in fœtum cecidit, eúmque constituit, excepta parte quadam ipsius exigua ex qua secundæ fiunt, quæ sanè constituti fœtus pars non sunt, & cortici proportione respondent. inuoluunt enim genituram, vt & cortex semen. Sed & quæ sequuntur, similia sunt. Nã quemadmodũ ex folijs nonnulla abeunt in ramos, sic infans in membra digeritur atque articulatur, súntque fœtui membra, ramorum instar: habétq; vmbilicus radicis speciem.

49. Pinguis) παχεῖα, hoc est λιπαρὰ, εὐδιάλυτον, πλουσία. Dixi pinguis. nam ex pinguiori humorum portione Hippocrates, libello de genitura, atque etiam valentiori, scripsit semen secedere, cum quo locus iste conuenit etiam in arboribus.

50. Φυτωτήριον, vt explicat Galenus ἐν τῇ τῶν γλωχίνων ἐξηγήσει, significat τὸν ἐς τὸ γλωχὶν φυτευόμενον ξύλον. Latinis seminarium, plantarium & vitiradix dicitur. Verùm omnia quæ de his dicuntur, ἐν ἀφορισμῷ ἢ περὶ φύσιος dicta sunt.

51. Satis leuiter ansam arripuisse videtur Hippocrates de superiore & inferiore terra, atque earum frigore vel calore dicendi, maximè quum ad pueri naturam nihil pertineant, satísque esse videbatur, vndè & simpliciter dicere terram inferiorem

calere per hyemem, & superiorem frigere, & contrà per æstatem terræ superiora calere, inferiora verò frigida esse: eámque ob causam supra & infra arborum capere incrementum. Est enim ex aliis libris petenda demonstratio. Verùm quod dicere Hippocrati placuit, id explicare & docere quæ de eo philosophorum fuerint sententiæ, non grauabor. Contrariorum ea pugnantia est, vt simul eodem in loco summa esse nequeant. Qua de causa si infimam aëris regionem frigiditas occupet, calor ab ea necessario exulabit, & se imis terræ visceribus, veluti frigoris tyrannidem fugiens, continebit, nec caput exeret quamdiu circumfuso frigore cohibebitur: erúntque propterea terræ inferiora calida: verùm vbi paulatim vi & calore solis frigiditas imminui cœperit, tunc calor vires colligit, emergit, & tandem pulsa victáque frigiditate, rerum potitur, & aërem nostrum excalfacit: contrà verò frigiditas refugit, partim in terræ intima, partim in mediam aëris regionem, illícque dominatur, & cum calore etiamnum dimicat: nam & belli fragor tonitru auditur. Horum verò omnium certissima causa est, quæ dicitur philosophis ἀντιπαρίστασις, hoc est contrariorum corporum circunstantia, siue cohibitio & compressio vndique circunfusa, à qua non modo in vniuerso, verùm etiam in homine insignes mutationes existunt. Siquidem quòd ventres hyeme calidiores sint, quòd æstate minus calidi, quòd aquæ frigidæ perfusio calorem in corpore maiorem excitet, aliaque eiusmodi permulta τῇ ἀντιπεισάσει feruntur accepta, non minus, quàm quòd hyeme inferior terra caleat frigente superiore, contrà autem per æstatem calente superiore inferior frigida sit. Cæterum cur istam ob causam Hippocrates scribat arbores tam supra quàm infra augeri, dicendum videtur. Quæcumque augentur, nutriri quoque necesse est, atque vt nutriantur, trahere ad se alimentum. Vtrumque autem calore perficitur, vt qui sit omnium operum naturalium author. Quamobrem arbores per hyemem quòd frigore multum afficiantur, & frondes inuitæ deponunt, nec in maiorem crescunt magnitudinem: verùm vbi calor frigore fugato renouatur, tunc & flores & folia prodeunt, & virgultis ramisque luxuriant, quæ sunt certa nutrimenti incrementique indicia. Contrà verò tum temporis infernæ arborum partes afficiuntur. Augeri enim non possunt, satísque habent si vel tenuiter æstate victitent & nutriantur. Trahunt enim omne alimentum supernæ partes, & inferioribus quasi per vim eripiunt. Sed vt hyeme arborum superiora languent, & calore destituta non multum absunt à mortuis, sic radices opiparè & abundanter aluntur, atque plurimum proinde incrementi capiunt. Itaque illa de qua diximus ἀντιπεισάσις, causa proculdubio est cur vicissim modò supernæ, modo infimæ arborum partes augeantur. Id quod etiam Theophrasto visum est in primo de causis plantarum, de incremento arborum loquenti. Sic enim scribit, πιθανὸς δ' ἂν τοῦτο δόξειεν ὁ λόγος, ὅτι τὰ μὲν ἄνω καὶ ὑπὲρ τὴν περιέχουσαν ψυχρὸν ὄντα: τὰ δὲ κατωτέρω ζόμενα τῇ γῇ, καὶ ἅμα συλλαμβανόμενα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν, ἅτε ὑγρότητα καὶ βορὰν παρασκευάζεται. πάντα γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει ἐξ ὧν ἡ αὔξησις καὶ ἡ γένεσις. Id est, probabilis hæc ratio vel hinc videri potest. partes enim supernæ aëre frigido circunfuso impediuntur, infernæ autem obrutæ & obsessæ vndique terra, atque simul sufferuefactæ calore qui fugatus iniuria frigoris se ad ima recepit, atque etiam humoris alimentique copia refertæ, facilè augescere possunt. Nihil enim his deest quod auctionem generationémque facere valeat. Verum præstat hæc apud Theophrastum legere, qui hac de re copiosè elegantérque illo libro disserit.

52. Legitur in Aldino & Germano codice ἠναγκασμένη sed nullo, vt mihi videtur, sensu. Est enim participium hoc ἄσημον. Itaque cum multorum, tum maximè Iacobi Tusani doctissimi viri iudicio, pro eo restitui ἠναγκασμένη à quo facile aliud deprauari potuit. significat autem coactum, à verbo ἀναγκάζω, quod videtur sententiæ Hippocrat. optimè conuenire. coactum enim raro opponit. Sunt autem coacta omnia, densa.

53. Eadem illa ἀντιπεισάσις de qua diximus, causa est cur quemadmodum terræ infera, sic & ima aqua per hyemem calida sit. Fugatur enim, & illuc etiam se recipit calor, iniuria frigoris circunfusi.

54. Hactenus omnes Hippocratis opinionem de situ fœtus in vtero sequuti sunt, nempe eum totum sic contrahi, vt pedibus nates, manibus genua contingat, ipsique insuper oculi vtrinque manuum pollicibus incumbant: & esse quidem situm hunc tam fœminæ quàm masculo communem. Sed masculus hoc habet cum fœmina discriminis, quòd ille anteriore corporis parte in matris suæ abdomen versus sit, posteriore autem matris dorso innitatur, hæc verò aduersam habeat posituram. Quod proculdubio in partu apparet manifestò, qui quum instat, posteaquam inuersus infans est, masculum quidem facie in matris suæ spinam podicémque obuersa, fœminam verò contrario modo solet vt plurimum proferre & exhibere videndam. Sed prodiit tandem aliquis qui infantis situm eiusmodi esse in vtero negaret, contra Hippocratis atque Auicennæ sententiam, ductus hac sola ratione, quam media figura sola doloris expers sit, aliæ autem omnes laboris molestiæque plenæ. quod est certè verissimum, & à Galeno dictum libro de motu musculorum. Sed perpendendum primum censeo, sit ne his quem statuit Hippocrates, situs extremus, an medius, aut non longè distans à medio. deinde an sit fœtui laborioſus & molestus. postremò, vtrum magis expedit hoc modo quo scribit Hippocrates, vel quem ipse depingit, collocatum esse. Equidem medium esse existimo, cuius quum multæ sint inter duos extremos situs differentiæ, si non exactè medius est inter summam extensionem, summúmque flexum, attamen ita medius est, vt fœtui dolorem non pariat, qui fortè tamen in iuuene vel etiam puero dolore non vacaret. Est enim fœtus qui vtero geritur, admodum mollis & tenellus, atq; in omnem partem ductilis flexilísq; : eámq; ob causam, vt detur etiam posituram hanc non esse exquisitè mediam, naturæ libuit hoc modo puerum collocare, quòd præter eius εὐωδινίαν, mater quoq; hoc modo facilius multo vterum ferat. Sic enim vt diximus, conuolutus, vt ventris quidem maiorem tumorem facit, sic non tam altè assurgit, non tam premit ventriculum & diaphragma, nec præpedita respiratione suffocationes excitat: quas tamen grauidæ mu-

lieres malis etiam istis non obnoxiæ, sentire se dicunt quoties sursum infantulus mouetur. Præterea ex illo situ quem Hippocrates fœtui assignat, accedit etiam alia vtilitas authore Auicenna, quod sic facilius instante partu fœtus inuertatur, & in caput ferri possit. Cæterùm de membranis quibus hoc loco scribit Hippocrates fœtum sustineri, dictum à nobis est aliquot antè scholiis.

55. Τὸ ἔσχατον, quod extimum verti, propriè postremum significat: sed membrana quæ est à fœtu postrema, eadem quoque est extima: appellatur autem græcis χωρίον peculiari nomine, cui apud latinos nullum respondet: vt antè diximus.

56. Naturalis partus hæc vna ratio est, scilicet in caput nasci: cuius optimam causam videtur Hippocrates adduxisse, partium quæ sunt supra vmbilicum, grauitatē: quam tamen non opportet tantā esse putare, vt satis ea per se sit ad inuertendum fœtum (nam toto quo vterus geritur tempore, fœtū in caput propendēre oporteret) nisi insuper infantis matrisq; motus accedat, qui diuina quadā prouidentia datus est. Sic enim natura prouidit, vt capite primum infans prodiret, quò magnis molestiis periculisque puerperas subleuaret: quæ vitare proculdubio non possent, si vitio aliquo infans aliter, puta in ventrem, in latus, inque pedes exitum affectaret. Nam quia fieri non potest vt infans pedes manúsque ita coniungat, & reliquo corpori applicet, vt nusquam vel in hanc vel in illam partem diducantur, eam ob causam qui sic prodeunt, tum matri ingenteis cruciatus excitant, tum seipsos in maxima pericula coniiciunt, ne vel mutilentur, vel parte aliqua contorqueantur, vel frangantur, vel etiam adhibente operam suam obstetrice, dilacerentur. Proinde qui sic nascūtur, eos Latini Agrippas ab ægro partu appellarunt. His verò omnibus periculis vacat, qui naturali modo nascitur: in quo caput primùm se exerens, quia orbiculare est, minori cum dolore os matricis, totúmque ipsius collum, recludit & dilatat, viámque reliquo corpori parat faciliorem.

57. Fœtus, inquit Aristoteles duobus modis corrumpitur, effluxione, & aborsu. Effluxiones vocantur, quæ intra septimum diem corruptiones incidunt: abortiones autem, quæ intra quadragesimum. Verùm non hæ tantum, sed omnes etiam quæ ante legitimum pariendi tempus aduenient, abortus dicuntur. Est autem omnis abortus communis vna causa, vteri offensio. Offenditur autem vteri tripliciter authore Galeno, mole nimia, pondere, aut morsu. Moles est vbi amplius distendi vterus non tolerat: quod vel vteri durioris, scirrhosi, & sanguine redundantis vitio, vel propter fœtus nimiam magnitudinem accidit. Pondus verò, quum supra vires vteri est quod continet. Id autem fit aut ipsius vteri siue natiua, siue ex aliqua intemperie morbóque contracta imbecillitate, aut fœtus magnitudine, aut eiusmodi infirmitate. Fœtus enim quo est robustior, eò sese magis erigit & subleuat. quo verò debilior est, eò quoq; grauior sentitur, cadauerum omnium more, quæ tanto sunt viuentibus spiritúmque trahentibus grauiora, quantum animatum ab inanimato distat. Qua de causa profluuia omnia sanguinis in grauidis, siue per nares, siue per vterum, siue per hæmorrhoidas contingant, siue sectione venæ accersantur, quoniam alimento infantem destituunt, reddúntque imbecilliorem, ad hanc causam referri possunt. At verò morsus accidit vbi vel humores qui prius in membranis continebantur, his ruptis in ipsum vterum sunt effusi: vel etiam totus partus corruptus & putris, ac in noxiam saniem dissolutus, vteri tunicam eius occasione irritat & mordet, vel etiam membranarum aliqua corrupta. Fit verò quandoque etiam à medicamentis abortum prouocantibus, vel fœtum ipsum perimentibus. Hæ quidem sunt summæ abortionum omnium causæ, atque ad eas omnes tam quæ internæ sunt, quàm quæ exterius accidere possunt, facile reuocantur.

58. Hoc mihi videtur dicere Hippocrates: Si menstrua semel vtero hæserint, diúque in eo perseuerarint, alia quæ sequentibus mensibus prófluere debent, etiam in vterum impingunt, atque in vtero modò flatus, modò calorem solum excitant. Flatus quidem, si debilis eorum calor est: calorem verò tantùm, si vehemens. Flatus quippe calore vehementi resoluuntur.

59. Partus, actio est partim quidem vteri, partim verò ipsius fœtus. Veteri quidem, quoniam ille offensus grauitate iam multum adaucti fœtus, & excrementorum redundantia, atque ob eam causam distentus, vi propria expultrice fœtū in lucē eijcit. Fœtus verò, tum quod auctior, satis alimenti à matre non accipiat, tum quòd partionis tempore plus calidi natiui habens, magis quoque refrigerari postulet. Quamobrem quum non sufficiat spiritus maternus, quem illa per arterias subministrat, ad exitum concitatur. Id autem non vno certo statóque tempore contingit: nam multis septimo mense, plurimis nono vel decimo fœtus in lucem editur, cum tamen sint stata in aliis animalibus pariēdi tempora. Homo autem solus non vno, & incerto gignitur spatio. Cuius quidem varietatis causam aliqui ad vim imaginatiuam, quæ homini perquam varia est, retulere: alij ad motum fœtus primum qui fit in vtero: alij verò ad formationem, quæ infantibus quibusdam celerius, quibusdam tardius perficitur. Nam prout celerius vel tardius fœtus conformatus est, etiam tempestiuius aut serius mouetur: ac demum tempore bis tanto, à quo moueri cœpit, accedente, vt author est Auicenna, in lucem venit. Et de his quidem tribus mensibus, scilicet septimo, nono, & decimo, inter medicos omneis philosophosque conuenit: an verò aliis etiam mensibus nasci possint, magna est controuersia. De sexto quidem mense nemo vnquam scripsit visum à se fœtum, qui in illo natus, diu superstes vixerit. Siquidem illi omnes abortiui sunt, ac paulò pòst pereunt. De septimo nemo vnquam dubitauit quin frugifera in eo partio contingeret, Sempronij Corbuloníque exemplo, vti refert Plinius, vtriusque Consulis, quos Vestilia mater septimo mense genuit. De octauo melior authorum pars scripsit vitalem in eo fœtum non nasci, quamuis ab Aristotele scriptum aliter esse videatur. Eius autem verba non grauabor hîc adscribere, quæ libro 7. de natura animalium cap. 4. habent hunc in modum: Cum cætera animalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiant, (vnum enim pariendi tempus statum omnibus est) homini vni multiplex datum est. Nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest, & (quod plurimum) decimo: nonnullæ etiam vndecimum tangunt. Fœtus qui maturius quàm septimo mense prodeat, nullo pacto vitalis est. qui septimo, vitalis hic quidem primus exit, sed magna ex parte infirmior.

Qui autē mense octauo nascuntur, viuere ac adolescere in terra Ægypto possunt, & quibusdam alijs locis vbi mulieres fertiliores sunt, multósque simul & ferunt & pariunt, etiamsi monstrosi sint. sed locis Græciæ multi intereunt, nec nisi perpauci seruantur: vnde fit vt si quis seruetur, non octauo mense natus existimetur, sed mulierem sui conceptus initium latuisse. Hæc Aristoteles: cui etiam Plinius fert testimonium, scribens Cæsoniam Caij principis coniugem Vestilia matre mense octauo natam fuisse. Quin & Cæcilius poëta vetus sic ait:

Insoléine mulier decimo mense parere?
Pol nono, etiam septimo, atque octauo.

Quod non inconsideratè Cæcilium scripsisse M. Varro vti credamus facit. Nam mense nonnunquam octauo editum esse partum, in lib. 14. rerum diuinarum scriptum reliquit. Præterea nono mense & decimo natos viuere nemo vnquam negauit, imò mensibus istis partiones sunt frequentissimę. Eámque ob rem Varro duabus Parcis ab his duobus mensibus inditum esse nomen prodidit. Parca enim, inquit, immurata vna littera, à partu nominata est. Sunt autem tres, Morta, nona, decima: quarum quidem prior sic dicta est, quòd qui octauo nascitur, non diu postea moriatur. posteriores autem duæ à partus tempestiui tempore nomen accepere. Nam & apud Virgilium legitur.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

De vndecimo autem mense quæritur non inter Philosophos modò & medicos, verū etiam inter iurisconsultos magna olim sub duobus Imperatoribus fuit dissensio. Siquidem partum in mensem vndecimum differri, & decimum excedere, planè hoc loco quem enarramus, Hippocrates inficiantur: Aristoteles verò, vt supra retulimus, nonnullæ, inquit, etiam vndecimum tangunt. Præterea scriptum est ab Aulo Gellio, fœminam bonis atque honestis moribus, nec ambigua pudicitia, in vndecimo mense post mariti mortem peperisse, factúmque esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset, quoniam Decemuiri in decem mensibus gigni hominē, non in vndecimo scripsissent. Sed diuum Adrianum causa cognita decreuisse, in vndecimo quoque mense partum edi posse. Cui tamen decreto contrarium factum est aliud ab Imperatore Iustiniano, qui epistola quadam quæ in nouis ipsius constitutionibus habetur, scribit idem suis accidisse temporibus, natúmque mulieri filium anno post mariti mortem, nondum quidem confecto, sed affecto, sub finem videlicet vndecimi mensis. De quo quum apud eum quæstio esset instituta, pronunciauit partum illum non esse legitimum, nec dici posse ex defuncto viro susceptum, quoniam fœturam in tam longum tempus trahi posse non existimaret. Quinetiam de duodecimo dubitatio est. Nam quod omnes ferè negant ad eum vsque fœtum geri posse, visum fuisse Homero, summo non solum poëtæ, sed etiam philosopho, permulti dixere. Scripsit enim Neptunum dixisse puellæ à se recens compressæ,

χαῖρε γύναι εὐλέκτρη· ὀαριστύος δ' ἐνιαυτὸς
τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι ἔυναὶ
ἀθανάτοιο. Hoc est:

Gaude hoc complexu. nam quum se volverit annus,
Formosum puerum paries: haud irrita diuum
Connubia.

Quid quòd Plinius secundus scripto mandauit, Lucij Papyrij prætoris edicto bonorum possessionem infanti datam esse contra secundum hæredē, cum tamen mater partum se tredecim mensibus diceret tulisse. Ita multiplex perficiendi tempus, pariendique diuersum homini datum est. Verùm non decet, vt arbitror, quęstionem istam de partu, tam multiplicem, támq; ambiguam, & altis submersam tenebris, istis authoribus explicare & definire, imò ex intima philosophia, & probatissimorum philosophorum scriptis, eruenda eius solutio est. Quæ quoniam habita fuit semper difficillima, eam ob rem plærique quo magis ingenio pollebant, eo quoque libentius in ea exercitati sunt. Neque se ab ea Mathematici, qui propriè Genethliaci dicuntur, nec ipsi adeò Arithmetici abstinuerunt. Quorum sanè rationes hoc loco, antequam ad eas veniam quas Hippocrates attulit, adscribere nō grauabor. Placuerūt enim illæ summis etiam viris. Itaque vt ab Astrologis incipiam, habent hoc illi axiomatis loco, Corpora inferiora à superioribus affici, septémque Planetas in hominem non modò iam natum, sed etiam quamdiu in vtero est, imperium obtinere, non simul quidē, sed suo quemq; ordine. Incipiunt autē à Saturno, tanquam à summo, eóque qui optimè cum principijs nostri ortus conueniat. Humida enim est liquidáque hominum genitura, quam tamen coagulari decet & inspissari antequam hominē queat generare. Hoc autem illi facilè Saturnus suppeditat, quippe qui frigidus siccúsque est: eámque ob rem ipsum facultatis retentoriæ, quę siccitate perficitur, authorem posuere. Secundum eum vim suam Iupiter in semen exerit. illi namq; augmentum præbet & calorem, vt qui calidus sit & humidus, quibus duabus qualitatibus incrementum maximè contingit. ob id ipsum Iouem augmento præesse dicunt. Post Iouem Mars puerum veluti in vlnas accipit: qui quoniā calidus & siccus statuitur, fœtui motum concedit: istámque ob causam tertio mense infantem moueri solitum. Quarto loco Sol succedit, eiúsque beneficio tum ossa excauantur, tum meatus corporis euadunt ampliores, & singulis membris sua perfectio accedit. Est enim calor solis ζωπυκώτερος, hoc est viuidior, magísque viuificans. A Sole fœtum Venus frigida humidáque inuisit, *déque eo tam* bene meretur, vt calorem siccitatémque à superioribus planetis impressam, mitiget atque corrigat, atque insuper venustatem illi decorémque conciliat. Ad fœtum verò sextus velut è choro prodit Mercurius, qui operi ab alijs inchoato veluti colophonem addere dicitur. Superiores enim initia tantùm motionis dederunt, ne nihil, credo, superesset quod ageret Mercurius, & ne sine muneribus solus infantem salutatum veniret. At ea ipse perficit, & non modò firmiorem motum largitur, sed motus etiam instrumenta expolit, & accuratius absoluit. Tandem verò ad Lunam vices redeunt: cuius plurima sunt in fœtum merita. Nam quia frigida est & humida, adipem illi dat, & pluribus in partibus reponit. Quin & maiori quàm cæteri liberalitate excellens, matrem insuper ipsam donis cumulat. Siquidem eius matricem humiditate sua relaxat, & quò pariat facilius, distendit. Sic fœtus numeris omnibus absolutus, & tot muneribus grauis, exitum affectat. Atque si exeat, salubriter degit.

Exit autem, si robore polleat, séq; ipsum possit ex vtero præcipitem dare. Sin autẽ aliter contingat, & cogatur octauũ mensem expectare, iterum proculdubio reuertentem ad se Saturnum sensurus est, & episcopum habiturus, sed non tam mitem placidúmq; quàm mense cõceptus primo. Namq; multã ille in eũ spirat frigiditatem, qua non modò qua natiuum pueri calorem imminuit, sed etiam ad motum reddit magis tardum: matrémque præterea dono quo eam Luna ornauerat, spoliat. Sua namque siccitate, quæ illi plurima est, os vteri constringit. Qua de causa, si aliqua fortè extrinsecus pariendi occasio accedat, tam mater quam fœtus magno in discrimine versabuntur: nec viuere partus solet: aut si fortassis huius sideris malignitatem superare possit, vitam planè deget laboriosam, & ærumnarum plenam. Quòd si nihil eo mense matri acciderit eiusmodi quod partum in lucem prodire cogat, sed in nonum vsque mensem fœtura differatur, iam multo magis serenam Iupiter faciem ostendit. Eius enim aspectu omnia Saturni maleficia protinus abolentur. Siquidem suo calore & humore vitam (quæ duobus istis potissimum consistit) puero instaurat atque conseruat. Quamobrem si isto nascãtur mense, vitalis esse maximè poterit. Nam & ζῆνα eam ob causam græci appellarunt, tum quod sub eo partus maximè contingat, tum quòd ipsius merito vitalis sit. ζῆν enim græcis viuere est. Quia verò & qui Ioui succedit planeta, non est maleficus, sed suo calore cum vita nostra facilè conspirat, ideo si quis etiam in decimum vsque mensem protrahatur, vitalis plurima ex parte est. Hæ quidem sunt Astrologorum de partu rationes: à quibus non videtur auersa fuisse Procli inter philosophos haud quaquam postremi, sententia. Scripsit enim non modò infantibus dum gestantur vtero, præfici planetarum, vt sic dicam, vultus, sed etiam ætatum ordinem sequi ordinem vniuersi. vtrúmq, tamen fieri disparili ratione. Nam quo vires suas postrema in partum exerit Luna, eadem iam natum infantem non relinquit, sed primam eius ætatem moderatur, argumento nutritiuæ vegetalisque potentiæ: quarum vtraque humido perficitur. Post eam verò Mercurium regendi gubernandique pueri prouinciam accipere, eóque fieri vt & litterarum & citharæ & consimilium nobis studiũ ea ætate ingeneretur, & Arithmetices in primis: quæ omnia olim Mercurio veteres tribuêre, & negotijs similiter lucroque illum præesse dixerũt. Ac quemadmodum inconstans Mercurij sidus dicitur, ac omnino eiusmodi, quale id cui adhæserit, nempe cum benignis benignum, & exitiale cum exitialibus: sic & puerilis ætas facilè eos promptéque sequitur, quibúscum consuetudinem habuerit. Sed & reliqua quę de eo ab antiquis perdita sunt litteris, consentiunt. atque vt ille secundæ ætati perficitur, sic Venus tertiæ, Sol quartæ, Mars quintæ, Iupiter sextæ, ac postremæ Saturnus, qua frigiditate siccitatéque, quibus senilis ætas definitur, ad cœlestem tandem vitam abducit. Verum Arithmetici ex numerorum paritate imparitatéque eidipsum demonstrare conantur. Imparem enim perfectum, parem verò imperfectum esse dicunt: & parem quidem formæ, imparem verò rationem materiæ obtinere: & imparem numerum marem, & parem fœminam vocari. Namque illi imparem patris, & parem matris appellatione venerantur: atque ideo dixisse Virgilium numero deum impare gaudere. Itaque cum septenarius & nouenarius impares sint, & proinde perfecti: nasci in illis & edi perfectos vitalésque fœtus. Quia verò octonarius sit par, hinc fieri vt octauo mense natus non viuat. Cum verò de mense decimo illis obijcitur, eum quidem parem esse, attamen in eo nasci sæpissime fœtum, & perfectionis numeros omneis obtinere: respondent denarium ex paribus solum perfectum esse, quoniam ipse numerorum omnium perfectio sit & complementum. Neque enim omnes qui antecedunt numeri, denario maiorem perficere possunt: sed qui denario succedunt, omnes ex decem & præcedentium aliquo constituuntur. Siquidem omnes tam Barbari quam Græci (excepta, vt author est Aristo. vna Thracum gente, quæ ad quatuor modò numerandi seriem terminat, eo quod meminisse ritu puerorum non potest, neque vsum habet rerum multarum) enumerant, statuto termino denarij numeri. Quod non fortè casúque fieri semper omnibúsque in rebus putandum, cum non fortuna, sed naturalis res sit, quæ semper atque vbique fieri solet. hoc autem fit, quòd perfectus numerus denarius sit. continet enim omnia numerandi genera, vt par, impar, quadratum, longum, primum compositum, & si quæ præterea sint alia. Sed & eius perfectionem hinc maximè dicunt videri quòd quatuor cubales numeri, è quibus vniuersum constare Pythagoreis placet, proportionibus decem constituuntur. Sed quæso cur tam malè & sinistrè de octonario sentiunt & loquuntur? cur eum imperfecti insimulant, cum ijsdem ipsis auctoribus solidum ex eo corpus & vere perfectum componatur? Ergo singulariter quoque plenus perfectusque iure dicetur, propter corporeæ soliditatis effectum. Est enim ille de his, vt ipsi dicunt, quæ nec generantur, nec generant, scilicet ex monade & septem constitutus: aut ex eo quid tum generatur, tum generat, nempe quaternario duplato, consistit. Quin etiam octonarium Pythagorici iustitiam vocauerunt, quia primus omnium ita soluitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaterna, vt nihilominus in numeros æquè pariter pares diuisio quoque ipsa soluatur in bis bina. eodem etiam modo contexitur, id est bis bina bis, octo componunt. quare cum & contextio ipsius pari æqualitate procedat, & resolutio æqualiter redeat vsque ad monadem, meritò propter æqualem diuisionem iustitiæ nomen accepit. Qui ergo tam iustus est, non conuenit perfectò fœtui iniquum esse. Sed & ad ipsam etiam cœli harmoniam continendam firmandãque hunc numerum magis aptum esse non dubium est, quum sphæræ ipsæ octo sint quæ in cœlo mouentur. Hæc quidem sunt à me adducta, quò docerem ex numeri paritate non rectè imperfectum demonstrari & ineptum ad vitam fœtus tuendam atque conseruandam. Qua in re non existimo me à Galeni sententia discedere, qui paritatem atque imparitatem à vi criticorum dierum similiter reijcit ac excludit. Cur verò septimo quidem nonóque mense vitales sint partus, octauo autem non vitales, aliam Pythagorici ex ipsa Arithmetica magis probabilem adferunt demonstrationem. Est autem ea eiusmodi. Sit triangulum scalenum, hoc est tribus

lineis inæqualibus constitutum, ABC. cuius latus BC sit vnitatum 4. latus autem AB sit vnitatum 5. perspicuum est ex disciplina Pythagoricorum, 3. & 5. esse masculos, vt impares: sed 4. fœminam, vt parem. Multiplicentur itaq; 4. per 5. fient 20. Sed 5. per se multiplicentur,



consurgent 25. Simul iũcti numeri, faciẽt 45. Hæc rursum si per medium spatij trianguli, id est per 6. multiplices, fient 270. quæ nouem menses constituunt. Rursus multiplices 4. per 5. fient 20. & similiter 3. per 5. fient 15. simul iuncta, erunt 35. Hæc per medium spatij trigoni multiplices, hoc est per 6. fient 210. quæ septem menses complent. Iterum ducas 3. in 5. fient 15. ducito in sese, emergunt 25. si simul componas, erunt 40. Hæc multiplicata per medium spatium, hoc est per 6. fiunt 240. quæ tempus octo mensium continent. Itaq; quoniam in nouem & septem mensibus duntaxat per naturalem cõiunctionem masculi & fœminæ, quæ 5. & 4. & 3. numeris significantur, numeri dierum proueniunt, qui nouem septémque mensibus continentur, meritò qui istis mẽsibus eduntur partus, sunt vitales. In mense autem octauo non est vlla masculi cum fœmina coniunctio. neq; enim 5. neque 3. dicuntur per 4. quod fœminam repræsentat. Quamobrem cum eiusmodi copulatio præter naturam sit, meritò partus isti non sunt vitales. Hæc quidem ex Arithmeticis attuli, non quòd tam magnam vim inesse illorum numeris existimarem, sed vt potius legentes intelligant quæ fuerit illorum de hac re sentẽtia. Omnia enim quæ de numerorum virtute nugantur, tam facilè absurda esse deprehenduntur, vt doctissimis plærisque viris & Galeno Pythagoras ille vir tam sapiens omnibus ferè seculis habitus, magnam admirationem excitarit quòd numeris tãtum tribuisse videatur. Neque enim ex illis vlla demonstratio scientifica haberi potest. Siquidem omnia illorum placita planè incerta sunt. Cur enim monadem formam, dualitatem verò materiam quandam infinitam appellent, cur parem fœminam, imparem masculum statuant? Quin & numeris quibusdam Mineruæ Dianæ atque Apollinis nomen tribuunt, prout quemque minus magisue laudare vel etiam vituperare libitum est. Quod sanè volenti perfacile est: atque ideo parum firma sunt, imò verò inepta eorum dogmata. Quamobrem illis relictis veritatem ipsam meliori ratione modóque exploremus. Rectè, vt mihi quidem videtur, philosophi omnes hunc orbem inferiorem à superioribus corporibus moueri dirigíque statuerunt, & cunctas quæ hic contingunt mutationes, à cœlestibus pendêre. In quibus cum nihil sit quod non maiori quàm hæc terrena, facultate polleat, præcipuè tamen duorum nobilium siderum Solis atque Lunæ vim potentiámque experimur, illius quidem per se & primariò, huius verò quatenus à Sole aspicitur & illucescit. Eius namque vel accessu vel recessu vt diuersas sustinet mutationes, sic varia in nostro orbe operatur, súntque eius opera tanto quàm reliquorum planetarum magis conspicua, quanto huic orbi vicinior est. Quamobrem quum illa singulis illustretur mensibus, & cum sole congrediatur, quæ maxima illi mutatio est, quúmque plena, multum à se ipsa cum Sole congrediente diuersa sit, non est dubium quin & maximè hic orbis noster pro Lunæ in ipsum imperio immutetur. Ac rursum cum inter extremas illas Lunæ mutationes aliæ quædam mediæ intercedant, scilicet tum quum διχότομος est, tum quum ἀμφίκυρτος: certum quoque est mutationes his etiam duobus temporibus, quamuis minores magísq; obscuras, contingere. Apparet igitur quatuor esse Lunę mutationis momenta, & ea septimo quoque die euenire. Nam & post septem à prima apparitione dies διχότομος est, hoc est per medium secta: & septem postea diebus orbe pleno visitur, quod die contingit decimoquarto. Si verò quemadmodum aucta est, ita diminui intelligas, duas pariter habebis septimanas: quarum prior die vigesimo secundũ Hippocratem & Galenum, non vt voluit Archigenes, vigesimo & primo, posterior autem vigesimoseptimo concludetur. Sed quum dixerimus vim omnem Lunæ à Sole proficisci, nemo certè dubitabit quin insignes etiam ab eo mutationes pendeant, præsertim quum quatuor anni tempora ab eo fieri videamus. Ambo igitur & Sol & Luna vires magnas obtinent, eásque in corpora inferiora exerunt, non morbos tantùm. Absurdum enim esset in hos quidem aliquid posse, in cæteris autem viribus destitui. Imò verò & haberi possunt ex ijs præsagia non modò in ægrotis, sed etiam in sanis, quemadmodum scripsit Galenus ab Ægyptijs astronomis se verissimè comperisse. itaque in ipsum etiam fœtum, quem mensium quoque certis spatijs Hippocrates scribit iudicari. Quamuis autem nulli inconueniens videri potest, rem eandem à duobus illis sideribus affici, attamen Hippocrates & Galenus existimarunt in illis quidem mutationibus quæ breues sunt, & paucis diebus definiri solent, negotium omne ad Lunam deferri: in alijs verò quæ non nisi longo iudicari possunt tempore & perfici, ad Solis cursum maximè attendendum. Eam namque ob causam acutos morbos, qui breues esse consueuerunt, decem & quatuor diebus iudicium subire statuunt: quartanas autem febres non diebus quidem, sed mensibus sex iudicari. Rerum enim circuitus qui diebus aliquot concludi possunt, septimani sunt, & Lunæ modo circumaguntur: sed qui mensibus, illi ad Solem referuntur, eandémque quam septimanæ rationem sortiuntur. Quum enim à mensis principio vsque ad plenilunium, quatuordecim prope dies sint, qui Lunaris circuitus dimidiem complent: ita ab hyeme ad æstatem, quę sunt duæ anni totius extremæ mutationes, sex menses sunt, anni dimidium. Quinetiam à plenilunio vsque ad occultationem tempus, sex alijs mensibus respondet, qui sunt ab æstate ad hyemen. Quod si etiam vtrumque diuidas, Lunæ quidem cursum per septimanas diuides, quibus eas quas antè recensui mutationes efficit: Solis verò ite; in quatuor anni tempora secabis, quorum singula singulis etiam Lunæ septimanis proportione re-

ſpondebunt. Quo quidem modo ſicut dies ſeptima, quæ pars quarta eſt totius menſis lunaris, morbos, exempli gratia, acutos iudicat, ſic anni temporis mutatio diuturnos affectus diſcutit, adeò vt hyeme genitũ, ver diſſoluat: in vere excitatum, æſtas: in æſtate, autumnus: in autumno verò ortum, hyems. His in iſtum modum definitis facile eſt videre quid de partu dici oporteat. Eſt enim partus criſis quædam, cuius eodem planè modo inire rationem cõuenit, quo & morborum & ſanitatis. Sic namque viſum eſt Hippocratiad hunc modum libello περὶ ἑπταμήνου ſcribenti: Ταῖς δὲ γυναιξὶν αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων καὶ οἱ πρωσμοῖτο καὶ οἱ τόκοι ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ κείνονται, ἐν ᾧπερ αὖτε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίαι καὶ οἱ θάνατοι τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποισιν. ταῦτα δὲ πάντα τὰ μὲν κατ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατὰ μῆνα ἑπισημαίνῃ, τὰ δὲ κατὰ τεσσαρακοντάδας ἡμερῶν, τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτόν. Hoc eſt: Mulieribus autem & fœtuum conceptus & abortiones & partus eodem tempore iudicantur, quo & morbi & ſanitas & mors cunctis mortalibus. Sed omnium iſtorum alia quidem diebus, alia menſibus, alia dierum quadragenarijs, alia verò annuo ſpatio euenire videntur. Hæc Hippocrates. Itaq; ſi partus non tam diebus quàm certis menſibus geri ſolet, perſpicuum eſt in tempore ipſius definiendo Solis curſum maximè obſeruandum eſſe, ſed Lunam tamen interim non negligẽdam. Ergo iam de ipſo partu videamus quo vel dierum vel menſium circuitu legitimè abſolui poſſit. Sed melius fortaſſe fuerit de menſibus ex ipſis diebus ratiocinari, quoniam quibuſdam fortè magis ſint cogniti. Ex diebus primus ſeptenarius decernendi vim habet maximam. Illi diximus antea tempus vnum anni, hoc eſt menſes treis reſpondere. Ex quo aliquis fortaſſe inferat, tribus etiam menſibus vim & facultatem eſſe ducendi partus legitimam atque naturalem. Nec ego quidem dubito. Immutatur enim manifeſtò fœtus eiuſmodi ſpatio: quódque poſt tres menſeis ille excitetur moueatúrque, ab illa certè mutatione quam ſol trimeſtri ſpatio ſuſtinet, euenire magna ex parte exiſtimãdum eſt. Quòd ſi quæras, Cur ergo fœtum in lucem non edit, perinde ac ſeptimus dies morbum iudicat & ſoluit? Reſpondebo & ſeptimum illum plærumque diem non ſoluere morbos, etiamſi magna illi ſit eam in rem propenſio. Siquidem vt ad criſim optimam & perfectam præter diem decretorium accedere etiam oportet humoris iam concocti facilitatem, atque virium robur: ſic in edendo partu præter legitimum tempus adeſſe oportet fœtus ipſius diſpoſitionem firmitatémq;, quæ trimeſtri tantùm interuallo vel omnium ſententia in fœtu eſſe non poteſt. Rurſus quemadmodum alij à ſeptimo ad decimumquartum dies nullam habent ad iudicandos morbos authoritatem, ſic quartus quintúſque menſis, qui diebus illis ſimiles ſunt, ad fœtum promendum nullas vires poſſident. Quamobrem ſi qua occaſione illis menſibus prodeat, violenta proculdubio cenſenda eſt, non aliter quàm diebus non decretorijs excretiones ſymptomaticæ non criticæ proueniunt. Quódnam ergo eſt primum illud pariendi tempus, in quo & dies legitima & fœtus etiam diſpoſitio concurrunt? Audi Hippocratem cum tibi enumerantem & deſignantem. Sic enim libello περὶ ὀκταμήνου ſcripſit. οἱ ἑπτάμηνοι ἐκ τῶν ἡμίσεος τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνονται. Hoc eſt, Septimeſtres dimidia anni parte naſcuntur. Item initio libelli περὶ ἑπταμήνου. ὁ δὲ ἑπτάμηνοι γίνονται ὅτι τῶν ἑκατὸν ἡμερέων καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο, καὶ πρόσθε μικρόν. Id eſt, Septimeſtres naſcuntur centeſimo octogeſimo ſecundo die, & aliqua inſuper particula. Habet enim tunc fœtus perfectionem, tantúmq; roboris quantum expedit ad tolerandas partionis moleſtias, & vitam poſtea ſalubriter degendam, præſertim ſi ex valentiore ſemine procreatus eſt. Præterea & tempus illud vehementem obtinet in decernendo facultatem. Quippe ſimile eſt diei quarto & decimo: quorum hic vt eſt menſis Lunaris dimidium, ita illud totius anni. Namque annus integer trecentis ſexaginta quinque diebus & ſex horis componitur: quos ſi in duas parteis diuiſeris, habebis centum octoginta duos dies, & horas quindecim, quas Hippocrates per πρόσθε μικρόν manifeſtò videtur ſignificaſſe. Portò illi dies ſex tantùm menſes ſolares abſoluunt. Cur ergo qui hoc dierum ſpatio editur in lucem, ſeptimo menſe natus dicitur? Facilis ſanè reſponſio eſt. Neque enim veteres illi medici nec aſtrologi menſem alium quàm lunarem nuncupabant, neque ipſum annum vniuerſum ex alijs menſibus quàm lunaribus conſtituebant, qui omnes certè ſolaribus ſunt minores. Dicitur autem menſis Solaris, ſpatium illud temporis quo Sol in vnoquoque ſigno Zodiaci circunfertur: quæ quoniam ſunt duodecim, menſes quoque totidem in anno numerantur. Menſes verò Lunares triplices ſtatuuntur, omnes temporis duratione differentes: inter quos ille maximus eſt qui latinis dicitur Ciuilis. Conſtat autem ex diebus viginti nouem, & horis propemodum tredecim. Tot enim dies medij ſunt inter vnum & alterum Lunæ cum Sole congreſſum. Ex quibus menſibus ſi annum, quemadmodum olim Palæſtini, conſtituas, centum illi & octogintaduo dies in ſeptimum menſem incident. Namque centum ſeptuaginta & ſeptem dies, ſex eiuſmodi menſes componunt: & quinque qui ſuperſunt reliqui, cum aliquot horis, iam ſeptimi menſis erunt. Proinde qui ſeptimum intra menſem natus erit, inre poterit ſeptimeſtris appellari. Ac multo quidem magis, ſi menſem qui propriè Lunaris dicitur, intelligas. Is autem definitur Lunæ à Zodiaci puncto in idem punctum profectione & reditu, in quam viam Luna viginti & ſeptem dies cum horis octo inſumit. Ex quibus menſibus ſi annum conficias, centeſimus ille octogeſimúſque ſecundus dies, erit ſeptimi menſis decimus octauus. Quòd ſi tertiam menſis Lunaris differentiam, quæ ſit à primo exemptis tribus diebus coniunctionis Lunæ, accipias, iam propemodum abſolutos ex 182. diebus ſeptem menſes comperies. Continet enim ille ſex & viginti dies, & horas duodecim. In ſex autem eiuſmodi menſes, dies tantùm centũ quinquagintanouem abſumuntur. Sic ex illo ſuperiori dierum aceruo viginti & treis dies ſuperſunt, qui ſeptimum ferè menſem concludunt. Ex his igitur perſpicuum eſt, quòd quum ſeptimo menſe editus in lucem fœtus dicitur, de Lunæ menſibus, non autem Solis intelligendum ſit. Siquidem ſeptimus atque octauus Solares, ad partum ſunt infœlices. Quamobrem nihil hic contra Hippocratem dixiſſe videor, reijciens ſeptimum Solis menſem extra τακίμους menſes, quamuis ab illo ſcriptum ſit in libro περὶ σαρκῶν, vitam hominis dictum ſeptenario conſtare, & legitimum partum eſſe ſeptem menſium, propterea quòd ex tribus hebdomadarum decadibus confletur, quarum decadum ſingulæ, ſeptuaginta dies continent. Eſt

autem dierum numerus decem & ducentorum Hoc enim de mensibus Lunaribus intelligit, quos Ciuiles antè diximus appellari, quorum septem ad eum numerum dierum perueniunt, exceptis tribus eum dimidio: quod parum certè refert. neque enim tam exactè dies mensésque numerari præcipit Hippocrates, vt parum vltra citráque partio non possit optima contingere. Namque libello περὶ φύσιος παιδίου, posteaquam fœtus conformationis partionisque tempora distinxit, subiungit: γίνεται δὲ τὰ μὲν πλείω καὶ πλείονα, τὰ δὲ πολλὸν μὲν πλείω ἢ ἐλάσσονα. Id est, Fiunt verò hæc & diebus pluribus & paucioribus, nec multo tamen pluribus aut paucioribus. Verùm opinor, libuit potius Hippocrati numerum illum trium decadum hebdomadarum adscribere, quàm illum tribus ferè diebus cum dimidio minorem, quòd eo loco docere vellet ætuum hominis ἐπτάμηνον esse. Quamquam quid opus est mutationes Lunæ quæ per septimanas fiunt, expectare, si illæ adsint quæ initio cuiusque mensis eueniunt? præsertim quum septimanæ ipsæ ex numeri ratione nulla polleant facultate, sed duntaxat quatenus tanto dierum interuallo mutationes magnæ excitantur. Nec verò velim inficiari præter Solem à Luna quoque mutationes accidere: sed si illæ quidem paucis aliquot diebus oriantur, considerandos censeo dierum circuitus septimanos. sin autem secundum menses insidant, frustra dico eos obseruari. Nam & secundi, tertij, quarti, quinti, sextique mensis initio tanta fit in Luna mutatio, quanta potest tum in fine septimi, tum singulis mensium septimanis prouenire. Verùm si ab ea sola mutationes illæ in fœtu fiant, minus habent virtutis. Quòd si simul eodémque tempore mutatio tam in Luna quàm in Sole contigerit, hæc quidem est aliarum omnium efficacissima. Contingit autem tum septimo tum octauo tum nono mense Lunari, sed τόκιμος quidem est in septimo atque frugifera, quoniam ab ea non longè absit Solis mutatio, quæ centesimo octogesimo secundo die contingit. Non est autem octauo nonóque mense Lunari tanta, vt fœtum deiicere possit, & proferre in lucem: aut si tanta illi commotio accidat vt prodeat & nascatur, admodum imbecillum necessario putare oportet, qui tam leuem Lunæ mutationem sustinere non potuerit: & idcirco minimè vitalem esse. Est autem illa imbecillitas vel natiua fœtui, vel ex aliquo accidente (quę multorum fuit opinio) contracta. Aiunt enim, & rectè quidem, embryon septimo mense ab vteri conceptabulis exitum affectare, ac in id colluctari plurimum (tunc enim, vt ostendimus, eodem ferè tempore Sol & Luna mutationem subeunt) verùm conatur aliquando excidere, atq; interim fatigatũ effici imbecillius. Quòd si necdum refectis viribus octauo rursum eundem petat conatum (namque ad hoc mutatio quæ Lunæ singulis mensibus accidit, irritare potest) oblæsum frequentius intermori. Ac de octauo quidem mense genitis sic scripsit Hippocrates libello περὶ φύσιος. ἐς ἑπτάμηνον τὸ ἐλάσσω ἢ ἔτος. hoc est, ad partum ducenti quadraginta dies, non est, & est. Quibus verbis tam obscuris, præcisis atque aduersis indicat eum, qui natus est mense octauo (nam 240. dies, menseis octo conficiunt) aliquo quidem modo esse atque natum videri, sed re vera non esse, quoniam paulò post intereat. Superest iam nobis expẽdendus inter lunares quidem decimus, ex solaribus verò nonus mensis, quo partus emergunt frequentissimi, & maximè vitales. In quo quidem, quod pertinet ad solem, multum ipse & aërem & hominum corpora immutat dimẽsis iam nouem Zodiaci signis: quod verò ad Lunam spectat, ipsa quidem eodem illo die quo Sol treis Zodiaci quartas confecit, & ad reliquam properat, vehementer immutatur, & orbe suo iam decies confecto, vndecimũ aggreditur. Quod facilè intelliges, si supputes dies quibus tum decimus lunaris tum nonus solaris constituuntur. Nam quum certum sit dimidium anni 182. diebus, & horis præterea 15. constare, si numeri istius dimidiam partem adiungas, scilicet 91. dies, consurgent 273. cum aliquot horis, ex quibus nouem menses solares conflantur. Similiter si 27. cum tertia dieí parte, quod spatium est verè lunaris mensis, quo Luna Zodiacum dimetitur, decies multiplices, reperies totidem dies, & horas octo. Coëunt igitur, inque diem vnum conueniunt decem Lunæ menses, qui vulgò peragrationis dicuntur & nouem solares: eámque ob rem illo ipso die corpora hæc inferiora, præsertim quæ aliquo modo affecta sunt, à tam insignibus maiorum istorum principúmque planetarum mutationibus vehementer commoueri necesse est. Accedit verò vnà infantis robur iam hoc tempore magnum, & naturale quoddam ex vtero prodeundi desiderium, ad hæc vteri muliebris mole & pondere iam grauati irritamentum: quibus omnibus efficitur partionem isto tempore facilem esse & salutarem. Quæ cum ita se habeant, neminem latere potest Hippocratem isto de natura pueri libello scribentem decimo mense fœtum affectare exitum, & membranas quibus concluditur, disrumpere: de mense illo Lunari qui cum nono Solari coincidit, intellexisse, & Virgilium ad eundem modum quum dicit matri decem menses longa tulisse fastidia. Sic enim libello περὶ ἑπταμήνου scriptum est ab Hippocrate ὅτι ὁ δεκαμηνιαῖος τὸν τόκον ἢ ἐνδεκάμηνοι ἐκφέρουσιν ἐπὶ πλεῖστον τετρακοσιοστὰδων τὸν αὐτὸν χρόνον γίνονται. hoc est: Qui decimo & vndecimo mense eduntur partus, ex septies quadragenis eodem modo constituuntur. Continent autem illæ ducentos octoginta dies, qui septem modò diebus ducentos septuaginta treis excedunt. Qui quoniam non longè absunt à decimo mense, & iam pars sunt vndecimi, idcirco eum terminum pariendi tam decimo quàm vndecimo mensi communem esse dixit. Quòd si solarem mensem intellexisset, non est dubium quin maiorem numerum dierum, ex quibus tam decimus constaret, quàm vndecimus ipse participaret, fuerit additurus. Essent enim proculdubio alij quadraginta adiungendi. Huic namque numero quadragenario magnas vires in corporibus hominum assignat, propterea quòd bis viginti eum componant, & magnam facultatem decernendi semper vigesimo tribuerit. Quamquam sic ab eodem Hippocrate libello περὶ ἑπταμήνου scriptum animaduertimus: ἐπτὰ γὰρ μηνῶν ἢ δέκα ἡμερῶν χρόνος γίνεται, ἢ ξη, ἢ ὀγδοήκοντα καὶ διηκόσιαι ἑβδομάδες. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέρας ἔχουσι διηκοσίας ἑβδομήκοντα. hoc est: Nouem verò mensibus & diebus decem nascitur partus, atque vitalis est, quippe qui legitimum hebdomadarum numerum sit consequutus. Namque quatuor decades hebdomadarum, dies sunt ducenti octoginta. (Quo loco obiter hoc monere possum, videri mihi deprauatè scriptum esse ἑβδομήκοντα pro ὀγδοήκοντα.) Ecce autem secundum hanc supputationem nouimestres sunt, qui antea eodem planè dierum

numero decimestres atque etiam vndecimestres erant. Cuius quidem diuersitatis causam ad diuersos Lunæ menseis referre oportet. Namque hoc loco, quem è libello περὶ σαρκῶν postremò annotaui, menses qui propriè Ciuiles appellantur, intellexit: qui ab vno Lunæ cum Sole congressu ad alterum vsque perdurant, constántque paulo minus quàm tricenis diebus. Quòd si lunares propriè dictos intelligas, quod Hippocrates fecisse videtur eo loco quem paulò antè citaui ex libello περὶ ἑπταμήνου, non est dubium quin is qui supputare velit, reperiat ex ducentis illis & octoginta diebus decem integros menses constitui, & septem præterea alios supereſſe, qui vndecimi mensis partem aliquam componant. Quòd si rationem quæras, & mireris mensium lunarium numero potius quàm solarium definita esse pariendi tempora, desines protinus mirari percontarique, si aduertas antiquos, Græcos præsertim, annum totum ad rationem Lunæ subduxisse, & alios menseis non habuisse quàm lunares, nondum scilicet reducto in eam formam anno, quæ nunc vsui nobis est. Hæc quidem de nono decimoque mense, atque etiam vndecimo breuiter & quantū potui dilucidè dicta sint. Cæterùm de alijs qui sequuntur, plerique dubitant, vtrum in eos partus differri possit. De quo sic mihi sentiendum videtur. Diximus antea, vt ad crisim morborum præter diem decretoriū cōcurrere oportet humoris aptitudinem, & viriū robur, sic ad partum præter legitima illa pariendi tēpora etiam pueri vires & matris vterique consentire debere. Nam si fœtus debilis est, & ne tentet quidem exitum, nec interim vlla offensione vterus irritetur, etiam in vndecimum vel duodecimū fortè differri fœtura poterit. Verùm id rarissimum prorsus est, vt qui iā habet 273. dies, tanta laboret imbecillitate, vt egressum non affectet. Quod tamen si aliquando contigerit, non est dubium quin ille parum materni alimēti insumat (cuius tamen penuriā parturitioni præbere causam scribit Hippocrates) & illi abunde vel in duodecimum vsque mensem sufficiat. Qua de causa nec commouebitur, nec membranas suas tentabit rumpere, quasi plus alimenti efflagitans. Sed hoc, vti dixi, rarissimum est, magísque monstrificum, ac proinde Iustiniani imperatoris decretum de ea quæ parit in vndecimo mense, consultissimum mihi videtur esse & æquissimum.

60. Citauit totum hunc locum Galenus in commentario Aphor. 37. sect. 5. docens alimenti defectu fœtum modò interire, modò incitari ad exitum. nec quicquā ex hoc loco immutauit, ne verba quidem, nisi quòd ad extremum huius sententiæ sic legit, ἐκ τῶν ὑμένων ἐκχυνόν, ἀρχὴν ἀποκύησιος τῇ μητρὶ παρέχει. hoc est: Et membranas abrumpens, dat matri pariendi initium.

61. Hoc mihi videtur significare Hippocrates, alias quidē mulieres mēstruis pluribus abundare, alijs verò pauca admodum profluere. Quorum vtrumque aliquando natiuum est, aliquando aduentitium. Natiuum quidē est, quādo sic semper & in natura & in genere contigerit. Quorum hoc attenditur, si à prima menstruorum eruptione vsque ad postremam paria semper vel multitudine vel paucitate perseuerarint, nec subesse tamen aliqua præter naturam causa videatur. quod enim fit isto modo, naturale censendum est. Illud verò spectatur, si generis sui familiæque mulieres cæteræ ita purgari consueuerant. Nam si ita res habeat, hoc illis Hippocrates ait esse vterinum: quod significare potest vel ex vtero matris allatum, & quasi hæreditarium, vel ex vteri vitiosa quadam conformatione prouenientes. Vterus enim siccior duriórque, aut qui angustiores habet venas, parum continet sanguinis, minimúmque admittit. Aduentitiū verò, & accidente aliquo excitatum in vtero vitium, quo tam exigua erumpunt menstrua, facilè cognosci potest ex ijs quæ de suppressis menstruis medici omnes scripserunt causāque ablata protinus emēdatur. Eam ob causam quum partitionem eiusmodi facere deberet Hippocrates, scilicet menstruorum paucitatem aliàs esse natiuam, aliàs accidentalem: accidentalem tamen prætermisit, vt quæ ad partum propriè non conducat (neq; enim ex ijs quæ necessaria nō sunt, demonstrari cōmodè possunt quæ semper & necessariò eueniunt) illā autem quæ natura est, &, sicut ait, vterina, persequitur. Nam quod ait postea, Sed quæ purgantur minus, de illis intelligendum est, quæ non ex accidente aliquo, sed naturali quadā habitudine tā parcè purgari cōsueuere. Illæ igitur propterea quòd minus habēt menstrui sanguinis, non possunt puerum suum iam grandem alere, qui iam & mole corporis aucta, & natiuo simul calore increscente, vberius copiosiúsque alimentum postulat. Præterea nihil fe. lactis habent, absumpto nimirum in fœtus alimentum vniuerso sanguine menstruo, qui tamen lactis materia est, sicut antè ostendimus.

62. Vt fœtus in caput prodeat, expedit vterum nec nimis cōtractum esse & angustum, nec nimis amplū atq; spatiosum. Angustior enim non patitur fœtum inuerti, quod est tamen in naturali partu necessarium. Amplior verò nimiū vagari sinit, nec certo in loco retinet. Hæ quidem cauiæ sunt cur puer in caput non nascatur, ex ipso vtero desumptę. Verùm quum & fœtus ipse, & mater, pars magna sint partionis, imò verò partus præcipua eorum esse actio videatur, non est dubium quin eorum vitio & culpa, aliter quàm capite prior fœtus nasci possit. Ergo matris errore, propter parturiginem, ὠδῖνα græci dicunt, non conquiescentis, sed se sursum deorsúmque iactantis, fœtus interdum aliàs vel optimè proditurus, obuertitur in partem contrariam. Causa verò aliquando penes solum fœtum est: qui si plus æquo imbecillis fuerit, sese nequit inuertere & deijcere in caput, quum ad eam rem ipsius etiam viribus opus sit.

63. De hac re diuersæ fuerunt Galeni atq; Auicennæ inter medicos Arabes principis, sententiæ, quas melius fortasse omnes eorum verba recitante me quàm aliter exponente intelligent. Sic ergo ait Galenus lib. 15. de vsu partiū, Memorabo autē alterum aliquod opus naturæ similiter mirabile, cognitū verò ab omnibus etiam ante anatomen. Nullus enim ignorat os matricis ad vnguem constrictum esse & clausum & cōcretum quo tēpore geritur vterus, & plurimū aperiri secundū præscriptū tempus & terminū partus. fit autē partus iste quando iam fœtus est ita perfectus, vt per os possit nutriri. Per vniuersum enim aliud tempus ne vnam quidem πύελον, id est cuspidem ac extremitatem graphij immittere possis intra collū matricum. In partubus verò totā animal inde per illud exit. Sicut enim etiam paulò antè dicta membrana quòd quidem connitur & concrescit cū vasis, euidenter videmus, qualiter autem hoc fiat, maius est

humana cognitione : ita & in matricibus quòd quidem os tantum aperitur quantum sufficiès est embryis facilem præbere exitum omnes sciunt. qualiter autem hoc fiat, nescimus, nec aliud quàm admirari possumus. Sed natura & hæc & alia omnia circa parturitionem animalis machinatur eximia sophismata & commenta. Etenim qualiter fœtus in decēte figura ipso collo matricis propinquet, & qualiter exeat non vulnerata aliqua particula, neque cœlo aliquo exarticulato, non paruam fecit prouidentiam. Hæc Galenus. Iam verò audiamus Auicennam, vel potius eius interpretē, sed prius venia doctis delicatisque auribus impetrata, quæ sermonis inelegantia grauissimè offenduntur. Sic apud eum scriptum legimus lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 2. Et quando separatur, aperitur matrix apertione tali cuius similem efficere non valet in suo simili : & necessarium est vt separentur quædam iuncturæ, & sustententur adiutorio dei excelsi post illud, & propter illud redeunt in proximo ad continuationem naturalem : & est operatio illa de operationibus fortibus naturalibus. Ecce quod scripserat Galenus non vulnerata aliqua particula neque cœlo aliquo exarticulato fœtum educi, Auicenna negare videtur, scribens necessarium esse quasdam iuncturas separari. Verùm qui hoc in mulieribus parturientibus diligenter se obseruasse dicunt, laxari quidem iuncturas arbitrantur, nec tamen exarticulari. Solui tamen iure dici possunt : quòd summa illa distentio, species quædam esse solutæ continuitatis videatur.

64. Hoc idem etiam dictum est antea ab Hippocrate isto libello, & nos scholio 26. annotauimus. Sic enim scripsit : Commotus autem sanguis, primùm is quidem exit, deindè verò post fœtum sanies crassa & cruenta : mox ab eo ductus quidam viaque fit, non aliter quàm ab aqua in mensam effusa : atque postea singulis diebus toto illo quo diximus tempore purgatio subsequitur. Vbi aduerte ἰχῶρα παχὺ αἱματώδη appellari, quem hic nominat ὕδρωπα αἱματώδη, & paulò postea simpliciter ἰχῶρα. Ex quibus dubium non est quin ὕδρωψ humoris nomen sit τοῦ ὑδροποιοῦς, quemadmodum, Galeno teste, Dioscorides interpretatus est, hoc est qui aquæ speciem præferat.

65. Τὰ λόχια dicuntur omnia quæ post fœtum & secundas vacuantur. ea Gaza apud Aristotelem purgamenta dixit. sunt autem re vera τὰ καθαρμάτια, & sola hac ratione à se inuicem differunt, quòd hæc ante partum, illa post partum sic appellentur.

66. Homines quidam ineptissimi, atque anatomes prorsus imperiti, plærisque persuaserunt, in vtero muliebri quamplurimos esse sinus & cauitates, quæ illi alio nomine receptacula appellant. statuunt enim septē, ex quibus tres in parte dextra vteri, tres in sinistra, & septimam in earum medio exquisitè sitam, dicatam quidem illam Hermaphroditis, sicut lateris dextri tres masculis, alias autem fœminis. Quod sanè mēdacissimum commentum tam inualuit, virosque, mentis hominum simplices peruadendo, acquisiuit, vt nonnulli postea quamque cauitatem alias decem continere pari impudentia asseruerint, nullam rationem, nullam celebrem authorem, non denique sensum ipsum sequuti. Nam quod ad sensum spectat, gemini modò sinus in corporū dissectionibus visi semper sunt, quorum vnus dexter, alter sinister est, & vterque etiam non admodum altus. Siquidem ambos tenuis & parumper in vteri fundo protuberans futura & facit & separat, ab ea non dissimilis quæ virorum scrotum media interstinguit. Nec verò se vllis defendere possunt authoribus. Nam & Aristoteles & Galenus & reliqui omnes probatissimi medici, diligentes corporis humani spectatores, duos tantùm in vtero muliebri sinus posuere. Sed & ratio mirum in modum consentit. Quòd enim duæ duntaxat mammæ mulieri datæ sint à natura, apertissimè testatur duos tantùm in vtero ipsius sinus haberi, quum & in reliquis animantibus, singulis mamillis singuli etiam in vtero sinus & loculamenta respondeant. Sed fortè locus iste Hippocratis malè intellectus eos in errorem perpulit. Nam quia Hippocrates vno coitu geminos nasci probaturus, dixit vteros sinus multos varióque habere, alios quidem penitiores, alios verò magis vicinos pudendo : id de vtero muliebri scriptum esse fortassis existimarunt non cæterorum animātium, quę plura quàm homo pariunt. Verùm multo aliter intelligendum est. Siquidem ex illis de homine ratiocinatur hunc in modum : Videmus animalium quædam vuluas siue vteros continere multos, totidémque formandi loculamenta, quibus quoniam impleri percupiunt, accidit vt tot etiam pariant, quot semine genitali referta loculamenta habuerint. Itaque quum in muliebri vtero duo sint eiusmodi sinus : si in eos genitura semel inserta sit atque diuisa, geminos quoque parit. Et hanc quidem fuisse Hippocratis mentem facile est conjicere, quòd ipse gerninorum tantùm faciat mentionem, non eos modò, sed etiam tergeminos & septemgeminos concipi & edi posse proculdubio dicturus, si tam varios multifidósque sinus in vtero muliebri esse existimasset.

FINIS.

ORNATISS. VIRO PETRO CASTELLANO Tutellensium Episcopo Io. Gorræus S. P. D.

VAntis laudibus Hippocratem veteres omnes affecerint, quantúmque illi honoris viuo mortuóque tributum sit, tibi certo scio notissimum esse, quem nihil eorum fugit quæ sunt litteris prodita. Namque vt taceam eosdem illi quos & Herculi concessos honores, aliaque plurima quæ de eo Soranus scribit, tantùm Hippocrati medici omnes tribuerunt, vt eum semper principem suum non simulatè prædicauerint. Ac sub eo quidem principe & veluti Imperatore, reliqui posteà medici militarunt, adeo vt nihil vnquam temerè aggrederentur, quod ille non præscriberet, sed perpetuò in dirigenda aduersus morbos præsidiorum acie, authoritatem eius consiliúmque sequerentur. Quo fit vt satis mirari non possim eorum imperitiam atque impudentiam, qui à quingentis ferè annis medicinam professi sunt: qui cùm se medicos & Hippocratem principem suum dicerent, tamen tantùm aberat, vt quicquam principis sui præscripto agerent, vt ne vidissent quidem vnquam, nedum mentem ipsius caperent, aut consilijs parerent. Proinde quum curandos morbos suscipiebant, verisimile est non magis κατοπτευῶν solitos, quam ignauos milites qui ducem suum non norunt. Quod cùm ego perpenderem, postquàm statuissem operam dare medicinæ, in primis volui ducem mihi illum esse, quem Galenus atque alij omnes præstantes & egregij medici habuissent. Itaque quem sequi placeret, cognoscendum esse duxi, & quò duceret, intelligendum. Quod cùm molior, sentio me rem planè difficilem & arduam aggredi, & nisi maxima cura, diligentia, industria, vigilantiáque adhibeatur, viribus meis longè imparem. Tanta enim est in Hippocrate breuitas, tanta non modo sententiarum, verùm etiam dictionum obscuritas, tot pluribus locis inserti errores, partim temporum iniuria, partim eorum culpa qui eius libros transscripserunt, vt ea ad deterrendum quemuis ab eius non dicam versione, sed vel lectione, satis esse videantur. Verùm quia iuxta Græcorum prouerbium δυσχολα τὰ καλὰ, rei difficultas potius animum virésque addidit, quàm ademit aut deterruit. Itaque à prioribus libellis exorsus sum, qui veluti proœmium sunt reliquorum omnium: atque in iis periclitari malui, quàm alijs qui ad morborum curationem pertinent. Nam si quid à nobis hic erratum sit, leuius multò erit, quàm si illic erraremus, vbi vel leuis error, noxæ aliquando maximæ imperitis medicis occasionem dedit. Nec verò ijs prius manus admouere decreui, quam maiora ad eam rem præsidia nactus sim, hoc est codices magis emendatos, quos tu, certò scio, facilè potes si velis, suppeditare ex Regis Christianiss. bibliotheca, quam ille instruxit & ornauit optimis quibusque authoribus, non vt in ea ipsi sepulti iacerent, situmque contraherent, sed prodessent Reipubl. Christianæ, & ijs bonarum artium studiosi fruerentur. Quamobrem spero nihil tibi prorsus optimum & humanissimum Regem denegaturum esse, quod tu ab eo literarum nomine & vtilitatis publicæ, postulaueris. Quod vt facias, vehementer te rogo & obsecro. Namque si id mihi abs te beneficij contigerit, simúlque versionem istam, quam tibi Præsul optime & doctissime nuncupo, tum propter singularem quæ in te est, omnium disciplinarum peritiam, tum propter spem quam de te in iuuandis his meis conatibus concepi, à te probari intellexero, non prius ab incepto opere desistam, quàm præcipuam librorum Hippocratis partem in latinam linguam conuertero. Vale.

HIPPO.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΟΡΚΟΣ.

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

ΟΜνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἱστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενέτησιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι. καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι. καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄῤῥεσι. καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς. παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος. καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ. ἄλλῳ δὲ οὐδενί. διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν. ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν. οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς, θανάσιμον. οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμόν, καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας. ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτησιν ἀνδράσι πρήξιος τῆς δε. εἰς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης, τῆς τε ἄλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων τῶν ἀνδρώων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄῤῥητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τουτέων.

IVro per Apollinem medicum Æsculapium, Hygeam & Panaceam, atque cæteros deos omneis deasq; testor, me quod nunc iuro & spondeo, quantum viribus & iudicio potero, seruaturum esse. 1
Parentis loco habiturus sum eum qui me artem istam edocuit, neque illi vnquam cum vita, tum opibus indigenti deero. Posteri eius apud me eodem in precio erunt, quo & fratres: eosque artem medicam si eam discere voluerint, docebo absque mercede & syngrapha. Atque conciliorum, narrationum & reliquarum omnium disciplinarum participes sum facturus tum liberos meos, tum eius à quo sum edoctus, tum discipulos alios qui nomina dederint & medico iureiurando se obstrinxerint, aliorum autem neminem. Rationem victus quantùm iudicare potero, instituam, quæ ægrotis prosit: eam autem vitabo, quæ nocere lædereque potest. Nemini letale medicamentum cuiusquam rogatu propinabo, neque exhibendi cuiquam author ero. Sed nec mulieri pessum abortiuum dabo. Castam sanctamque vitam perpetuo degam, nec vllo scelere artem meam inquinabo. Calculo laborantes numquam secabo, sed istud viris huius rei peritis cedam. In quamcunque domum ingressus fuero, consulã ægrotantium saluti, extra omnem sceleris, corrumpendi fœtus, fraudis, reique venereæ cupiditatem tum in mulieribus virisque, tum in liberis & seruis. Quòd si quid in hominum vita morbos curans aut non curans videro intellexero, quod euulgari non oporteat, id ego non aliter quam arcanum celabo. Ac si hoc quidem iusiurandum exactissimè obseruauero, nullaque in re deliquero, fructum amplissimum vitæ artisque perceptutus, sum, & immortaleis vbique gentium honores consequuturus: sin autem neglexero & peierauero contraria contingent.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

HIPPOCRATIS
DE ARTE LIBER VNVS,
INTERPRETE IO. GORRÆO PARISIENSI.

SVnt qui artem esse duxerunt artes vituperare, quod quamuis se facere arbitrentur, non tamen efficiunt, 1 ed † imperitiam suam manifestò produnt. Verùm sapienter & cogitasse & fecisse mihi videtur, tum qui non inuentum aliquid inuenit, quod inuenisse quàm ignorasse sit melius, tum qui inchoata imperfectáque perficit. Qui verò inhonestorum verborum fuco ea quæ alij inuenerunt damnare affectat, nihilo quidem meliora reddens, sed à peritis viris inuenta apud imperitos traducens, nec cogitare nec facere sapienter videtur, sed naturam potiùs suam prodere aut ignorantiam. Solis namque artium ignaris negotium hoc agitur, qui proximas quasque res, vel rectas calumniando, vel 2 non rectas reprehendendo gloriâ †aucupantur, cum 3 tamen † improbitati suæ obsequi nequeant. Itaque qui hoc modo in alias arteis inuadunt, coërceant si possint ij quibus illæ curæ sunt, & in quibus volent. Nos certè præsentem orationem contra eos conscribimus; qui hoc pacto arti medicæ insultant, vehementem quidem, propter eos in quos inuehitur: copiosam autem, propter artem cuius dignitatem tuetur: potentem verò ob eam 4 qua pollet sapientiam. † Equidem nullam omnino artem quæ non sit, artem esse existimo, perabsurdum enim fuerit quod non sit, putare esse. Quæso enim quámnam quis eorum quæ non sunt substantiam contemplatus, audeat quòd sint affirmare? Si enim ea quæ non sunt, velut ea quæ sunt, licet videre, nescio planè quomodo intelligi animoque concipi poterunt quæ non sunt, vti ea quæ sunt, quum hæc quòd sint & oculis videre & intellectu comprehendere facile sit. At quæ eiusmodi sunt, ea quis esse neget? Siquidem ea quæ sunt perpetuò videntur & cognoscuntur, quæ vero non sunt, neque videntur neque noscuntur. Itaque cognitæ sunt artium † quæ apud omnes docen- 5 tur, formæ, nullaque est quæ non aliqua sub forma videatur, atque ab his quidem formis nomina singulas arbitror accepisse. Siquidem præter rationem sit, sed nec fieri omnino potest, existimare à nominibus formas ipsas prodisse. Quippe nomina pro rerum natura

Εἰσί τινες, οἳ τέχνην ἀπαξιοῦσι τὸ τὰς τέχνας αἰσχροποιεῖν, ὡς μὲ οἴονται, οὐ δὲ τὸ διαπρησσόμενοι, ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ἰσχνὰς οἰκείας ἐπιδείκνυσι πειρώμενοι. ἐμοὶ δὲ τὸ μὲ τι δὲ καὶ εὑρεῖν καλὸν καὶ ἀνεξεύρετον, ξυνίστησι δικαίως ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, καὶ τὸ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως. τὸ δὲ λόγων οὐ καλῶν τύχην τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν ἀφθονωτέρως, ἐπιπορθεῦντα μὲ μανθάνειν, διαβάλλοντα δὲ τὰ δὲ εὑρήματα τῶν μὴ εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι δικαίως ξυνίστησι ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ κακοηθείην μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτυχίην. μάνοισι γὰρ τοῦτον ἀτέχνοισιν, ἢ ἐργασίη αὕτη ἀρμόζει, φιλοτιμεομένοις μὲ, οὐδαμᾶ δὲ δυναμένοις κακίης ὑπερτρέειν, εἰς τὸ τὰ δὲ πέλας ἔργα, ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ ἐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι. τοὺς μὲ οὖν εἰς τὰς ἄλλας τέχνας τόνδε τὸν τρόπον ἐμπίπτοντας, εἴσι μέλει τε, καὶ ἐοῦσι μέλει, οἷ δυνάμενοι κωλυόντων. ὁ δὲ παρεὼν λόγος, τοῖς ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπερευομένοις, ἐναντιώσεται, θρασυνόμενος μὲ, διὰ τιτθὴν οὖς ψέγει, ἐυπορίην δὲ διὰ τὴν τέχνην ἣν βοηθεῖ, δυναμένους δὲ, διὰ σοφίην, ἣν παιδεύεται. δοκέει δή μοι τὸ μὲ σύμπαν τέχνη εἶναι εὐδεμία ἐκ ἐοῦσα. καὶ γὰρ ἄλογον δὲ ἐόντων τι ἀγεῖδες μὴ ἐόν. ἐπεὶ δὲ γε μὴ ἐόντων τίνα ἂν τις οὐσίην θαυμάζων, ἀπαγγείλειεν ὡς ἔστι. εἰ γὰρ δή ἐστιν ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα ὥσπερ τὰ ἐόντα, ἐκ οἶδ' ὅπως ἂν τι αὐτὰ νοήσειε μὴ ἐόντα ὥσπερ τὰ ἐόντα, ἄγε εἴη καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, καὶ γνώμῃ νοῆσαι, ὡς ἔστι, ἀλλ' ὅπως μὴ ἐκ εἴη τόδε τοιοῦτον; ἀλλὰ τὰ μὲν ἐόντα, αἰεὶ ὁρᾶται καὶ γινώσκεται· τὰ δὲ μὴ ἐόντα, οὔτε ὁρᾶται, οὔτε γινώσκεται. γινώσκεται τοίνυν διαφερόντων εἰδέων τὰ τεχνέων, καὶ οὐδεμία ὁδὸς ἦγε ἔκφανες εἰδέος οὐχ ὁρᾶται. οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἠξιῶσθαι βλαστάνειν καὶ ἀδώματον, τὰ μὲν γὰρ

ὀνόματα, οὐδενὸς νομιζομένου τῶν τῆ ἐοῦσι, οὐ νομιζόμενα ὀνόματα, ἀλλὰ βλασφημίαι. περὶ μὲν οὖν τούτων εἰς τοὺς μὲν ἱκανῶς ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν ξυνίσσιν, ἐν ἀλλοισι δὲ λόγοισι πειρήσεται διδάσκειν. Περὶ δὲ ἰητρικῆς, ἐς τοῦτο γὰρ ὁ λόγος, τοῦτο νῦν πρῶτα ἀποδείξει πειρήσομαι, καὶ πρῶτον γε δὴ θεμιτὸν εἶναι, τὸ νομίζω, ἰητρικὴν εἶναι, τὸ δὲ παμπαν ἀπαλλάσσειν τὰ νοσεόντων τοὺς πυρετοὺς καὶ τὰ νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμήχανον· καὶ τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας ὅτι τούτοισι οὐ δύναται ἰητρικὴ. ὡς οὖν πείθει τὰ τοιαῦτα, καὶ οἷόν τε ὀρθῶς διὰ παντὸς πείθειν, περὶ τούτων μοι δὴ ὁ λοιπὸς ἔστω λόγος. ἐν δὲ τῇ τὰ τέχνην ἀποδείξει, ἅμα καὶ τῶν λόγοις τὰ αἰσχύνειν αὐτὴν οἰομένων ἀναιρήσω, ἢ αὖ ἕκαστος αὐτῶν πρόσεστι τὶ εἰκαίως τυγχάνῃ. ἔστω οὖν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου, ἣν καὶ ὁμολογήσεσθαι παρὰ πᾶσιν. ὅτι μὲν γὰρ ὑγιαίνοντες τὰ θεραπευομένων ὑπὸ ἰητρικῆς, ὁμολογέεται. ὅτι δὲ οὐ πάντες, ἐν τούτῳ ἤδη φέρεται ἡ τύχη. καὶ φασιν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων, καὶ τοὺς ἀποθνήσκοντας αὐτοῖσι, τύχῃ ἀποφεύγειν, καὶ οὐ διὰ τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ ἂν ἀποστρέψαιμι μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην, ἔργον οὐδενός. ἡγέομαι δὲ, τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νουσήμασι, τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίης ἔπεσθαι· τοῖσι δὲ εὖ τὴν εὐτυχίην. ἔπειτα δὲ καὶ πῶς οἷόν τε ὅτι τοῖς ὑγιαίνειν ἀλλό τι αἰτιάσασθαι ἢ τὴν τέχνην, οἵτινες χρώμενοι αὐτῇ καὶ σωθέντες, ὑγιαίνουσιν. τὸ μὲν γὰρ τῆς τύχης εἶδος φίλον, ὃν ἀβλαβίησιν διάκειται. ἐν ᾧ τῇ τέχνῃ ἐπίστευσαν σφᾶς αὐτούς. ὡς τε τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς, ἀπαλλαγμένοι εἰσί, ἢ μόνοι ἐς τὴν τέχνην, καὶ ἀπαλλαγμένοι. ἐν ᾧ γὰρ ἐπίστευσαν καὶ ἐπίστευσαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ αὐτῆς καὶ τὸ εἶδος ἐπλήσαντο, καὶ τὴν δύναμιν ἐφανερώσαντο τῷ ἔργῳ ἔχουσαν. ὁρέει δὴ ἐν τοῦδε ὁ ταῦτα λέγων, ὅ, τι πολλοὶ ἤδη καὶ οὐ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες ὑγιάδιασιν. καὶ ἐγὼ τῷ λόγῳ οὐκ ἀπιστέω. δοκέει δέ μοι εἶόν τε εἶναι καὶ ἰητρῷ μὴ χρωμένους ἰητικῆς τυγχάνειν, οὐ μὴν ὡς τ' εἰδέναι ὅ, τι ὀρθὸν ἐν αὐτῇ ἐνέη, καὶ ὅ, τι μὴ ὀρθὸν, ἀλλ' ὡς τ' ἂν ἐπιτύχοιεν τοιαῦτα θεραπεύσαντες ἑωυτοὺς ἀπειράτῳ ἂν ἐθεραπεύθησαν, εἰ μὴ ἰητρῶν ἐχρῶντο. καὶ ἀπό γε τῶνδε τεκμήριον μέγα τῇ οὐσίῃ ἡ τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τέ ἐστι καὶ μεγάλη, ὅπου γε φαίνονται καὶ οἱ μὴ νομίζοντες αὐτὴν εἶναι, σωζόμενοι δ' αὐτῇ. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσιν, νοσήσαντας ἢ ὑγιαδέντας, εἰδέναι, ὅτι ἢ δρῶντές τι, ἢ μὴ δρῶντες, ὑγιάδησαν. ἢ τὸ ἀσιτίη, ἢ πολυφαγίη, ἢ πόῳ πλείονι, ἢ δίψῃ, ἢ λιπαρῇσιν, ἢ ἀλυσίῃ, ἢ πόνοισι, ἢ ἀσυχίῃ, ἢ ὕπνοισι, ἢ ἀγρυπνίῃ, ἢ τῇ ἁπάντων τούτων παρεσχῇ χρωμένους ὑγιαδέειν. καὶ τῷ ὠφελεῖσθαι πολλὰ ἀνάγκη αὐτοὺς ὅσῃ ἐγγωνείαι, ὅ, τι ἐν τῷ ὠφελέοντι· καὶ αὖτε τ' ἐβλάβησαν, καὶ τὸ βλαβῆναι, καὶ ὅ, τι ἐν τῷ βλάψαν. τὰ γὰρ τῷ ὠφελεῖσθαι καὶ τὰ τοῦ βλάπτεσθαι ὠφελήματα οὐ πάνυ ἱκανῶς γινώσκεται τοίνυν ὑπόκειται, ἢ ἐπαυρέειν, ἢ φέρειν ὁ νοσέοντος τ' διαιτημάτων τὶ αὐτῶν ὑγιάζειν, πάντα ταῦτα ἡ ἰητρικὴ ὄντα εὑρήσει. καὶ ἔστι οὐδὲν ἄλλο τὰ ἁμαρτηθέντα τ' ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ, εἰς τὸ εἶναι. τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι, ὠφέλησαν. τὰ δὲ βλάψαντα τῷ μικρὸν ὀρθῶς προσενεχθῆναι, ἔβλαψαν. κεῖται ὅπερ τὸ ὀρθὸν, καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν, ὅρον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο ἂν καὶ τέχνη εἴη: τοῦτο γὰρ ἔγωγε οἶμαι ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἴη μήτε ἂν ὀρθὸν. ὅπου δὲ τέτακται ἑκάτερον, πῶς τοῦτο ἂν οὐ τέχνης ἔργον;

legitimè indita sunt: in ipsis autem formis non sic habet, sed sunt natura velùti quædam germina. At verò qui hæc non satis ex his quæ diximus intelligit, illi ex aliis commentariis multò notiora fient. Cæterum de medicina (namque de ea dicere decreuimus) dicam apertissimè; atque primum mea quidem sententia definiam, medicinam esse quæ prorsus à morbis ægrotos vindicat, morborumque vehementiam obtundit, nec tamen illorum qui à morbo penitus victi sunt, curationem vllam aggreditur, quòd eam istud præstare non posse perspicuum sit. Quòd igitur ista tum agat tum semper agere possit, id ego sequenti oratione persequar. Verum interim dum artem esse demonstrabo, simul etiam rationes illorum refellam, qui damnare ipsam visi sunt, prout quæque magis efficax esse videbitur. Dicendi igitur principium faciam ab eo de quo nemo ambigit, quodque omnibus apertum est, nempe ægrotantium plærosque per artem medicam seruatos esse. Quòd verò non omnes, hoc iam arti vitio vertitur, aiuntque † homines maledici, eos qui morbum euaserunt, fortunæ potiùs quàm artis beneficio euasisse. Equidem rem vllam esse quam fortuna agere non possit, nolim asseuerare, imò verò existimo iis quibus perperam adhibita curatio est, vt plurimum aduersam fortunam: illis verò qui rectè fuerint curati, prosperam contigisse. Verum cui potius acceptam referre possunt sanitatem qui ex morbo conualuerunt, quam arti medicæ, si illi sese credentes & † obsequentes sani euaserunt? Namque quum seipsos arti tradiderunt, noluerunt in leui fortunæ † simulachro spem reponere: proinde nulla sunt in eos fortunæ merita, sed arti magno beneficio deuincti sunt. Cui postquam se summiserunt & crediderunt, in eius etiam simulachrum defixere oculos, & numen ipsius quantum sit, re perfecta intellexere. At nobis hoc loco aduersarius, quamplurimos esse qui nulla medici ope conualuerunt. Qua de re equidem non dubito. Verum mihi videtur etiam fieri posse, vt qui medico non vtuntur, interdum * medicum aliquod opus factitent, non quod intelligant quid in medicina rectè aut perperam fiant, sed quod seipsos curantes in ea fortè inciderint, non aliter quam si medicis sese curandos commisissent. Quod sanè magnam arti fidem facit, tum quòd ipsa sit, tum quòd inter excellenteis habeatur, eius ope etiam illos incolumes esse, qui eam ne esse quidem arbitrantur. Qui namque morbo laborantes inconsulto medico sanitatem recuperarunt, omnino necesse est vt existiment eò quòd quidpiam vel egerint, se sanitatem esse consequutos. Siquidem vel inedia, vel cibo copiosiore, vel vberiore potu, vel siti, vel balneis, vel lauationis abstinentia, vel laboribus, vel quiete, vel somno, vel vigilia, vel istis omnibus indifferenter vsi, sani euaserunt. Quos certè quoniam vtilitatem senserunt, omnino necesse est etiam agnoscere aliquid esse quod vtilitatem attulit, aut si læsi sunt, tum se læsos, tum aliquid esse quod læserit. Verum quæ & prodesse & nocere certa aliqua ratione possunt, pauci intelligunt. Sin autem ea ægrotus vel laudare vel damnare potest ex quibus sanitatem recepit, intelliget hæc omnia ad medicinam pertinere. Nec verò quæ in medicina perperam geruntur, eam minus artem esse testantur & probant, quàm quæ euidens emolumentum præstitere. Quippe hæc istam ob causam profuerunt, quia sint oportunè exhibita, illa verò propter intempestiuum eorum vsum nocuere. At quis artem non esse fateatur, in qua rectum & prauum suis limitibus circunscripta sunt & definita? Id enim ego † nullam artem esse existimo, in

in quo neque recti neque praui quicquam ineſt: quorum vtrumque ſi adſit, quis iam non quidem nullius artis, ſed artis ſpeciem non agnoſcat? Enimuero ſi hæc vna medicis curandi ratio eſſet per purgantia & retinentia medicamenta, parum profectò virium oratio mea haberet. Verum maximè celebres medici etiam victus ratione atque aliis modis manifeſtò medentur, quæ nullus non modò medicus, ſed ne plebeius quidem rerum omnium ignarus audiens, non fateatur arte fuiſſe inſtituta. Quamobrem quum nihil tum à peritis medicis fiat tum medicina ipſa doceat quod vtilitatem non adferat, appareant autem in rebus tam quæ naſcuntur quam quæ fiunt, curationum medicamentorumque certæ quædam formæ, nemo vtique eſt qui abſque medico ſanitatem conſequutus, cauſam meritò ad caſum referre debeat. Caſus enim prorſus nihil eſt, cum quicquid fit ab aliqua cauſa fieri ſit compertum & propter quid. At caſus nullam omnino videtur habere ſubſtantiam, ſed nomen tantum inane eſſe. Verum medicinam & nunc conſtat & conſtabit in poſterum in iis quæ certam aliquam ob cauſam prouidentur, ſubſiſtere. Atque ad hunc quidem modum iis poteſt reſponderi qui ſalutem non arti ſed fortunæ acceptam referunt. Cæterum qui artem vituperant à morientium calamitatibus, miror quænam eos ratio tam vehemens impulerit, vt medicorum prudentiam mortis potiùs cauſam ſtatuant, quam eorum qui moriuntur intemperantiam, quaſi verò à medicis omnia malè imperentur, ægrotis autem non liceat, rectè imperatis non parere. Atqui rationi multò certè magis conſentaneum eſt ægrotos imperata facere non poſſe, quam medicos non recta præcepta dare. Iſti namque tum animo ſano tum corpore, reputantes ſecum tum præſentia, tum ex præteritis ea quæ cum præſentibus conſentiunt, curationem aggrediuntur, adeò vt qui curatus eſt, illorum opera incolumē ſe eſſe fateatur: illi verò neque quo morbo laborant, neque quam ob cauſam, neque quis præſens rerum ſtatus ſit, aut quid eiuſmodi fiat, intelligentes, obſequuntur, præſenti quidem morbo afflicti, euentū autem metuentes, & morbo quidem ſaturi, cibis verò vacui: atque ea potius quæ morbo grata ſunt, quam quæ ad ſanitatem conferunt, cupientes, non quod optent mortem, ſed quod ſeipſos nequeant moderari. Hos autem ſic affectos eſtne veriſimilius medicorum præceptis obtemperaturos eſſe, quā aliud acturos quod imperatum non ſit: an medicos tales quales antè diximus, quæ non conueniat imperaturos? Nonne multò rationabilius eſt, hos recta monere, illos verò rectè parere non poſſe, & iſtam ob cauſam obire mortem? Hæc qui non rectè perpenderunt, in eos qui culpa vacant cauſam reijciūt, illis culpa ſolutis ad quos ramen referri debuerat. Sunt verò qui in artem medicam inuehūtur, quod nullus & morbo victis & deploratis medicas manus admouere velit, dicētes affectos illos quos medici curandos ſuſcipiunt, per ſeipſos etiam ſanari poſſe: eos autem qui præſidiis indigent, nec attingi quidē à medicis, cum tamen ſi ars eſſet, omnibus ex æquo mederi oporteret. Atverò qui hęc aunt, † ſi medicis improperarent quid eos talia dicentes tanquam deliros & inſanos medici non curarent, vtique multò ſic iuſtius quam illo modo conquerentur. Si quis enim artem quæ artis non ſunt, aut naturam, quæ non eſt nata agere, cuperet conari, mirum eſt ſi inſaniam id eſſe intelligit: ignorantiæ coniunctam potius quam † imperitiam. Siquidem eorum nos opifices ſumus quæ tum naturæ tum artis inſtrumentis conſequi poſſumus: aliorum autem nullum in noſtra poteſtate eſt. Itaque ſi quid mali homini acciderit quod ſit ſupra medicinæ inſtrumenta,

ἀνὴ ἀτεχνίης εἰη; ἔτι τοίνυν εἰ μὴ ὑπὸ φαρμάκων τ τι καθαιρόντων καὶ τ ἰσταῦτων ἡ ἴησις, τῇ τε ἰητικῇ ἢ τοῖς ἰητροῖσι μαῶσος ἐφύετο, ἀδύνης ἂν ἐμὸς λόγος. Νῦν δ' ἐν φαίνονται τ ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινεόμενοι, ἢ διαπρήσσοντες ἰώμενοι, ἢ ἄλλοισι τε εἴδεσιν, ἃ ἐκ ἂν τις φαίη, μὴ ὅτι ἰητρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτης ἀνεπιστήμων ἀκούσας, μὴ οὐ τ τέχνης εἶναι. ὅπερ οὖν οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι τ ἰητρῶν, οὔτε ἐν τῇ ἰητικῇ αὐτῇ ἀχρεῖον ὄφη, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοισι τ τε φυομένων καὶ τ ποιεομένων, ἔνεστι τὰ εἴδεα τ θεραπείων καὶ τ φαρμάκων, ἃ ἔστι ἔτι οὐδενὶ τ ἄνευ ἰητροῦ ὑγιαζομένων, τὸ αὐτόματον αἰτιόωνται ὀρθῷ λόγῳ. τὸ μὲν γὰρ αὐτόματον, οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον. πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον, διά τι γίνεται· ἀεὶ γινόμενον, ἢ ἐν τῷ διά τι. τὸ δ' αὐτόματον οὐ φαίνεται οὐσίαν ἔχον οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ οὔνομα μοῦνον. ἡ δ' ἰητικὴ καὶ ἐν τοῖς διά τι γινομένοισι φαίνεταί τε ἢ φανεῖται ἔτι οὐσίαν ἔχουσα. τοῖσι μὲν οὖν τῇ τ' ἢ τὴν ὑγιείην προσποιέεται, τ δ' τέχνης ἀφαιρέοισι, τοιαῦτ' ἂν τις λέγοι· τῶν δ' ἐν τῇσι τ ἀποθνησκόντων αἰτιωμένοισι τὴν τέχνην ἀπαυδῶντας θαυμάζω ὅτῳ ἐπαιρόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ, τῷ μὲν τ ἀποθνησκόντων ἀκρησίῃ καὶ αἰτίῃ καθεστᾶσι, τῷ δ' τ ἰητικῇ μελετησάντων ζωίσιν αἰτίῃ. ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσιν ἔνεστι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι· τοῖσι δ' νοσέουσιν ἐκ ἔστι τὰ προσταχθέντα παραβλῶαι. ἢ μὴν πολύ γε ἐυλογώτερον τοῖσι κάμνουσιν ἀδυνατέειν τὰ προστασσόμενα ὑπουργέειν, ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν. οἱ μὲν γὰρ ὑγιαίνοσι γνώμῃ μεθ' ὑγιαινόντος σώματος ἐγχειρέουσι, λογιεόμενοι τάδε παρεόντα, τῶν τε παρεοιχομένων τὰ ὁμοίως διαπρήσσοντα τοῖσι παρεοῦσιν, ὡς τε πυνθανόμενοι εἰδέναι, ὅτι ἀπέλλαξαν· οἱ δ' οὔτε ἃ κάμνουσιν, οὔτε δι' ἃ κάμνουσιν, οὔθ' ὅ, τι ἐκ τῶν παρεόντων ἐστὶ, οὔθ' ὅ, τι οἷόν τ τοῖσιν ὁμοίοις γίνεται εἰδότες ἐπιτάσσουσι, ἀλλ' ἐόντες μὲν τῷ παρέοντι, φοβεύμενοι δ' τὸ μέλλον, ἢ πλήρεις μὲν τῆς νόσου, κενοὶ δ' σιτίων· ἐθέλοντες τὰ προσ τῷ νοῦσον ἥδια μᾶλλον, ἢ τὰ πρὸς ὑγιείῃ προσδέχεσθαι· ἢ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ χαρτερεῖν ἀδυνατέοντες. οὕτω δ' διακειμένους, πότερον εἰκὸς τούτοις τὰ ὑπὸ τ ἰητρῶν ἐπιτασσόμενα ποιέειν, ἢ ἄλλα ποιέειν, ἃ σφι ἐπιτέλλουσιν, ἢ τοὺς ἰητροὺς τοὺς ἐκείνους διακελεύεσθαι, ὡς ὁ πρόσθεν λόγος ἠρμήνευσεν ἐπιτάσσειν τὰ μὴ δέοντα. ἆρ' οὐ πολὺ μᾶλλον, τοὺς μὲ δεόντως ἐπιτάσσειν, τοὺς δ' εἰκότως ἀδυνατέειν ποιέεσθαι; μὲν πρόσθεν ὀρθῶς ἐφάνη τοῖσι θανάτοισιν, οὐκ ἀμὲν ἀρθῶς λεγόμενον, τοὺς αἰτίους τοῖς οὐδὲν αἰτίοις αἰτιᾶσθαι, τοὺς αἰτίους ἐλευθεροῦντες. Εἰσὶ δὲ τινες, οἱ ἢ διὰ τοὺς μὴ ἐθέλοντας ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νουσημάτων, μεμφόντα τῇ ἰητρικῇ, λέγοντες, ὡς ταῦτα μὲν ἢ αὐτὰ ὑφ' αὑτῶν ἂν ἰήσαιτο, ἃ δ' ἐγχειρέοισιν ἰήσασθαι ἃ δ' ἐπικειρίης δέονται, οὐκ ἄπονται· δεῖν δ' εἶναι καὶ ἢ τέχνην, παῖδ' ὁμοίως ἰήσασθαι. εἰ μὲν οὖν ταῦτα λέγοντες, εἰ ἐμέμφοντο τοῖς ἰητροῖς, ὅτι αὐτῶν τοιαῦτα λεγόντων, ὡς ἐπιμελουμένων ὡς παρεσκευάζοντο, εἰκότως ἂν ἐμέμφοντο μᾶλλον, ἐπαινέω μεμφόμενοι. εἰ γάρ τις τέχνῃ, ἃ μὴ τέχνη ἢ φύσις, ἃ μὴ πέφυκεν, ἐξιώσειε δυνάσθαι, ἀγνοεῖ μανίῃ ἐμέζουσαν κρηνὴν μᾶλλον, ἢ ἀμαθίᾳ. ὧν γάρ ἐσμεν ἡμεῖς, τούτοισι τε τ φύσιον, τοῖσι τε τ τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν, τούτων ἐστὶν ἡμῖν δημιουργὸς εἶναι· ἄλλων δ' ὧν ἔστιν. ὅτεω οὖν τι παθὸν ἄνθρωπος ἔκκοι,

ὁ κρίσσων ἔστι τ' ἐν τῇ ἰητρικῇ ὀργάνων, οὐδὲ παρεσθαι χρὴ τὸν ἰητρικὸν κρατήσωντα αὐ. ἀυτίκα γὰρ τ' ἐν ἰητρικῇ καιόντων, πῦρ ἐρᾶπτων κάει· τάτε ὄντων, καὶ ἄλλα πολλὰ τ' μὲν σφῶν ἀνόντων, τὰ κρέσσω εὖπω δῆλον ὅτι κ' ἀνίκτα. τ' δ' κρατίστων, τὰ κρέσσω πῶς οὐ δηλονότι ἀίκτα, ἃ γὸ πῦρ οὐ δύναται ἐργάσεσθαι, πῶς οὐ τὰ τάτων μὴ ἐλαττόμενα δηλοῖ, ὅτι ἄλλης δεῆται τέχνης; καὶ οὐ πιῶτης, ἧς ἔνεστο πῦρ ὄργανον; ὠντὸς δὲ μοι λόγος καὶ ὑπὲρ τ' ἄλλων, ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξύνεργα, ὧν ἁπάντων φημὶ δεῖν ἑκάστῃ μὴ καταπυχοῦτα τὸν ἰητρὸν τῇ δυνάμει ἀκτᾶσθαι τὸ πάθος, μὴ τῷ τεχνίῳ. εἰ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοῖσι τοῖς κεκραπμένοισι μὴ ἐγχειρίοισι, παρασκελεύοντας, καὶ ὧν μὴ παρέσκει ἀπτᾶσθαι οὐδὲν ἧσσον· ἃ ὧν παρέσκει. παρασκελευόμεθα δ' παῦτα. ἐσὸ μὲν τ' τοῦ ὀνόματι ἰητρὸν θαυμάζοντας, ἐσὸ δ' τ' καὶ τέχνῃ καταγελῶντας. οὐ μὲν οὕτως ἀφρόνων οἱ παῦτης τῆς δημιουργίας ἐμπείροισι, οὔτε μωμητῶν, οὔτ' αἰνετῶν ἔσονται. ἀλλὰ λελογισμένων, περὶς ἃ, τι ἂν αἱ φρᾶσται τῶν δημιουργῶν τυγχάνωσι, πλήρεις εἰσὶ, καὶ ὅτου ἐσολειπόμεναι ἐυδοκίμεῦσι· ἔτι τε τ' ἐυδοκίμων, ἃς τε τοῖς δημιουργοῦσιν ἀναγκαίας, ἃς τε τοῖσι δημιουργουμένοισι. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας, ἄλλος χρόνος μετ' ἄλλα λόγε δείξει· τὰ δ' κ' τῷ ἰητρικῷ ἐπὶ τε ὄσι, ὡς τε κεστέα, τὰ μὲν ὁ παρωχημένος· τὰ δ' ὁ παρὼν διδάξει λόγος. ἔστι γὰρ τοῖσι παῦτα τῆς τέχνης ἱκανῶς εἰδόσι, τὰ μὲν τῶν νοσημάτων, ἃ ἐν ὑγροπῷ κείμενα, καὶ οὐ πολλά. τὰ δ' ἃ ἐν ἐυδηλῳ, καὶ πολλὰ ὄσι. τὰ μὲν γὰρ περὶς τὰ ἐντὸς τετραμμένα ἐν ὑγρόπῳ· τὰ δ' ἐξαμαυῶντα εἰς τῷ χροιῇ, ἢ οἰδάνοντα. ἐν ἐυδηλῳ. ὑπάρχει γὰρ ἑωυτῶν τῇσι ὄψεσι, τῷσι ψαῦσαι, ἢ στερεότητος, καὶ ἢ ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι, καὶ ἅτε ἀυτῶν θερμὰ, ἅτε ψυχρὰ, ὡς τε ἕκαστα, ἢ παρυσίη, ἢ ἀπουσίη. τοιαῦτα ὄσι. τ' μὲν δὴ τοιούτων πάντων ἐν ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις, ἀναμαρτήτους δεῖ εἶναι, οὐχ ὡς ῥᾳδίας, ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηται. ἐξεύρηται γε μὴν οὐ τοῖσι ἐκλελοιπόσιν, ἀλλὰ τάτων τοῖσι ἐμπείροισι. ἐμπίπτουσι δ', οἶσι τάτε τῆς παιδιῆς μὴ ἐκπεπόνηται, τάτε ἡ φύσις μὴ παλαίπωρος. περὶς μὲν οὖν τὰ φανερὰ τ' νοσημάτων οὕτω, δεῖ ἐυπορίην τέχνης. δεῖ γε μὴν ἀυτῶν, μὴ δὲ περὶς τὰ ἧσσον φανερὰ ἀπορίην. ἔστι δ' παῦτα, ἃ περὶς τε τὰ ὀστέα τέτραπται καὶ τῷ νωδυῖ. ἔχει γὰρ τὸ σῶμα, οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείας. δύο μὲν γὸ αἱ τ' οὕτου διηρῆσθαί τε καὶ ἀρθρῶσται ἄλλαι δ' τετίων πλείους, ἃς ἴσασιν οἷσι τετίων ἐμέλησεν. ὅτι γὸ τ' μελέων ἔχει σάρκα ἀριθμία, ὧν μὲν καλέεται, πάντα νωδυῖ ἔχει. παῦ γὸ τὸ ἀσύμφυτον, ὧν τε δέρματι, ὧν τε σαρκὶ καλύπτεται, χαλεπὸν ὄσι κληροῦται τε ὑγιαίνον ὑπὸ πνεύματος· ἀδρηπόσιν δ' ἰχῶρες. ἔχεται μὲν τούτων οἱ βραχίονες σάρκα τοιαύτῃσι· ἔχεται δ' αἱ μηροὶ· ἔχεται δ' αἱ κνῆμαι. ἔτι δ' καὶ ἐν τοῖς ἀσάρκοισι, τοιαῦτ' ἔνεσιν· οἷσι καὶ ἐν τοῖσιν ἐυσαρκοισιν εἶναι δέδεικται. ὅ, τε γὰρ θώρηξ καλεόμενος, ἐν ᾧ τὸ ἧπαρ φυλάσσεται· ὅ, τε τ' κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος· τό, τε νώτου, περὶς ὃ ὁ πνεύμων, τούτων οὐδὲν, ὅ, τι οὐ καὶ αὐτὸ κενόν ὄσι, πολλῶν διαφύσιων μεστὸν, οἷσιν οὐδὲν ἀπέχει πολλὴν ἀγγεῖα εἶναι. τῶν μὲν ἐπὶ πλεῖστον, τὸν κύκλωμον· τ' δὲ, καὶ ὠφελιμώτατον. ἔτι δ' περὶς τέτρισι, καὶ φλέβες πολλαὶ, καὶ νεῦρα, ἃ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ περὶς τῆς ὀστέοισι περιστεπόμενα, ζωήσεως ὄσι τ' ἀρθρου. καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα ἐν οἷσι αἱ συμβολαὶ τ' κεκαμμένων ὀστέων ἐγκυκλέονται. καὶ τούτων οὐδὲν,

ne sperandum quidem est medici ope id abigi superarique posse. Vt enim exemplo protinus adducto rem ostendamus, omnium quæ in arte medica vrunt, ignis maximè adurit, ipso autem minus alia plæraque. † Ac inter leuiores quidem morbos, an qui vehementiores sunt curari possint nécne, nondum compertum est: eos verò qui sunt vehementissimis sæuiores, potéstne dubitari quin curationem omnem respuant? Etenim si ignis ipse aliqua efficere non potest, quomodo perspicuum non sit ea quæ ipsius vi expugnari non possunt aliam artem requirere, quam eam cuius ignis sit instrumentum? Porro eadem ratio etiam reliquis omnibus conueniet, quæ arti medicæ inseruiunt, quorum singulis si res pro animi sententia non succedat, morbi vehementiæ non arti imputandum est. Itaque qui medicos damnant quod nullam eorum curationem aggrediantur, quibus salutis spes adempta est, non tam ad ea quæ fas est, aggredienda adhortantur, quam ad ea quæ fas non est suscipienda. Proinde apud eos quidem qui nomine tenus sunt medici admirationi sunt, ab artis autem peritis ridentur. Verum † diliris istis nec laudatoribus nec vituperatoribus egent qui artem eiusmodi callent, sed iis potius qui ratiocinari possunt & iudicare quatenus artificum functiones integræ absolutæque sint, & quà in re mancæ imperfectæque: atque harum rursum quænam agentis culpa eueniant, tum quæ eius cui hæc fiunt, errore. Porrò quæ aliis in artibus peccantur, aliàs altera oratione perspicuum erit: qui verò in arte medica errores accidant, & quo pacto deprehendendi sint, tũ ex iis quæ antè dicta sunt, tum iis etiam quæ modò dicimus, planum euadet. Exploratum enim habent qui artem medicam callent, morbos esse aliquos quos facilè sit agnoscere, eosque non multos: aliquos autem & numero quidem plurimos, occultos magis esse & latentes. Qui enim internas partes occupant, non facilè cerni possunt: qui vero in cutem erumpunt, aut tumorem excitant, aperti sunt & manifesti. Exhibent enim se apertè & videndos & tangendos, vt facile sit quam sint vel duri vel molles deprehendere: præterea calidine sint an frigidi, & quo vel presente vel absente tales euaserint. Ac eorum quidem *omnium remedia* perpetuò certa esse oportet, non quod facilia sint, sed inuenta iamdudum. Ea porrò inuenit non qui voluit, sed cui inueniendi facultas fuit: quem sanè & in bonis disciplinis rectè institutum, & naturæ dotibus ornatum esse expeditumque oportuit. Itaque in morborum curatione qui tam euidentes sunt, artem decet exuberare, quam tamen in curandis etiam minus notis non oportet præsidiorum inopem esse. Affectus autem eiusmodi sunt qui tum in ossibus tum in aliquo † spacio & capacitate consistunt. 15 Nec verò spacium vnum in corpore est, sed plurima. Siquidem duo sunt quę cibum admittunt & excernunt, & præter hæc alia illis nota, quibus eorum indagatio curę fuit. Quacumque enim corporis parte rotunda caro est, quam musculum appellant illic sunt & spacia: quicquid enim natura disiunctum est & non continuum, siue cute sine carne contegatur, cauitatem habet, quæ dum valet quidem homo, spiritu plena est: cum vero ægrotat, sanie. Et eiusmodi quidem caro in brachiis est, femoribus & suris. Sunt vero quemadmodum in carnosis partibus ostendimus, sic etiam in illis quæ carnosæ non sunt, spacia sinusque tales. Nam & thorax quo iecur continetur, & capitis orbis in quo cerebrum conclusum est, & dorsum cui sunt annexi pulmones, vacua prorsus sunt & inania, multis spaciorum intercapedinibus referta, quæ vasorum instar, plurimas res continent: quarum aliæ quidem possidenti eas nocent, aliæ verò prosunt. Præterea venæ etiam plurimæ sunt & nerui,

16 non illi quidem † per carnem ſuſpenſi, ſed ad oſſa protenſi, qui articulos connectunt. Quin & articuli ipſi in quibus oſſium quæ mouentur compagines conuoluuntur, omnes ſpumæ modo rati ſunt & multis foraminibus excauati: quod ſanie indicatur, quæ apertis illis copioſa multiſque moleſta profluit. Porrò nigil eorum quæ diximus oculis intueri & cognoſcere licet, atque iſtam ob cauſam tales morbos occultos nominamus, & diximus arte dijudicandos eſſe. Non
17 tamen quia occulti ſint, idcirco † inexpugnabiles ſunt, ſed, modò fieri poſſit, præſidiis vincuntur: fieri autem poteſt, quum & ægrotorum naturæ perſpicuæ ſunt, & qui morbos explo-
18 rant, quadam naturæ ſolertia id agunt. † Verum & maiori cum labore & longiori multò tempore cognitio eorum habetur, quam ſi eſſent oculis ſubiecta. Quæ enim oculorum aciem fugiunt, ea tantum ingenij perſpicacitate comprehenduntur: quo fit vt quicquid incommodi ægroti accipiunt, dum non protinus deprehenditur qualis ſit affectus, non quidem medicis, ſed naturæ partim quidem eius qui ægrotat, partim vero morbi debeat imputari. Ille namque quod nec oculo doloris cauſam videre poſſit, nec audiendo intelligere, eam ratiocinando conſequitur. Etenim ſiquando illi qui occulto quodam morbo laborant, conentur aliquid de morbo medicis dicere, opinionem magis ſuam quam certam cognitionem proferunt. Namque ſi certò ſcirent, non committerent ſe medico, cum ſit prudentiæ eiuſdem tum morborum cauſas noſſe, tum eas præſidiis omnibus abigere, quæ morborum vehementiam diſcutere poſſunt. Quamobrem cum non liceat ex eorum dictis ad veram morbi cognitionem peruenire, aliud ſanè ſpectare debet qui curationem aggreſſurus eſt. Non eſt igitur eius remorandæ cauſa ipſa ars, ſed corporum natura. Illa namque quum primum cognouerit, curationem molitur, cauens diligenter, ne ea audacia magis quam conſilio, aut ſegni-
19 tia potius quam vi ſuſcepta eſſe videatur. † Hæc vero ſi morbum tamdiu ferre poſſit, donec perſpecta exploratáque ſit, ſanitatem facilè conſequetur. Sin interea dum hæc perpenduntur, ſuccumbat, vel quod medicus ſeriùs ad ægrotum acceſſerit, vel propter morbi celeritatem æger morietur. Celer enim morbus non cenſetur, qui pariter cum præſidiis ſuis progreditur: contrà verò celerior is eſt, qui prætergreditur atque præcur-
20 rit. Præcurrit autē † propter corporum in quibus
21 abditi morbi latent, † denſitatem, atque eorum qui ægrotant negligentia, vehementia acquirit. Morbo autē correpti curari deſiderant. Ac multo quidem magis artis medicæ vires admirari præſtat, poſtquam occultis aliquibus morbis remedium attulerit, quam quum ea tentat quæ perfici
22 non poſſunt. † Nec vero quicquam tale eſt in vlla alia iam inuenta arte, ſed ex iis quecumque igni opus exercent, ſi quidem ipſe deſit, ceſſant ab opere: ſin eum nactæ ſint, agunt, atque inſtrumentis quidem vtuntur, in quibus ſi quid deliquerint, emendari facilè error poſſit, vt lignis, coriis, ſtylo, ære, ferro, atque id genus aliis: attamen quæ ab illis & per ea fiunt, etiamſi commiſſus in illis error ſarciri facilè poſſit, non tam cito agendo, quam vt decet, perficiuntur, nec quicquam ſupra vires tentant, ſed ſi quod inſtrumentum defuerit, deſiſtunt, moramque, quamuis ipſis incommodam atque inutilem, præferunt. Medicina verò tum in purulentis, tum iis quibus iecur & renes affecti ſunt, tum aliis omnibus qui internis in ſpaciis laborant, cum affectum ipſum intentis oculis contemplari nequeat, (cum tamen aliis omnes artifices omnia apertiſſime videant) alia præſidia ad id conferentia adinuenit. Namque claritate & tarditate vocis, & fluxionum quæ, qua via illis datur,

ὅ, τι οὐχ ὑπαρρόν ἐστι, καὶ ἔχειν αὐτὸ δηλώσας ἃς καταγγέλλει ἰχνος, ὅς ἐν διορισμῶν αὐτέων, πολύς τε καὶ πολλοὺς λυπήσας ἐξίκηται. οὐ γὰρ δὴ ἐπιτελεῖσί γε ἰδόντι τέκτονι τὰ εἰρημένων, οὐδενὶ οὐδὲν ὅτεν εἰδέναι. διὸ καὶ ἀδηλα ἐμοὶ τε ὠνόμασται, καὶ τὴν τέχνη κέκριται εἶναι, οὕνεκεν ὅτι ἀδηλα κεκράτηκεν. ἀλλ' εἰ δυνατὸν κεκράτηται. δυνατὸν δὲ, ὅσον αὖτε τῶν νοσεόντων φύσεις ἐς τὸ σκεπτεῖναι παρέχεισιν, αὖτε τῶν ἐρευνησόντων ἐς τὴν ἔρευναν πεφύκασι. μὲ πλείονος ὧν γὰρ τέκνα, καὶ οὐ μὲ ἐλάσσονος χρόνε τοῖσιν ἐφαλμοῖσιν ὁρᾶται τε καὶ γινώσκεται. ὅσα γὰρ τῶν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῶν γνώμης ὄψει κέκρατηται. ὅσα δὲ ἐν τούτῳ μὴ παχὺ ὀφθῶσι οἱ νοσέοντες πάσχουσιν, οὐχ οἱ θεραπεύοντες αὐτέων αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις ἥτε τῶν νοσεόντων, ἥτε τῶ νοσήματος. ὁ μὲ γὰρ ἐπεὶ ἐν ὧν αὐτῷ ὄψει ἰδεῖν τὸ μοχθέον, οὐδ' ἀκοὴ συνιεὶς, λογισμῷ μιτῆσι. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἃ πειρῶνται οἱ τὰ ἀφανέα νοσεόντες ἀπαγγέλλειν περὶ τῶν νοσημάτων τοῖσι θεραπεύουσιν, δοξάζοντες μᾶλλον ἢ εἰδότες ἀπαγγέλλουσιν εἰ γὰρ ἠπίσαντο, οὐκ ἂν ἀφιέμενοι ἀυτοῖς. ἢ γὰρ αὐτῆς ξυνίσιος ὄντι, ὥσπερ τὸ εἰδέναι τῶν νέσων τὰ αὐτὰ, καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ὁμοίως, πάσησι τῆσι θεραπείῃσι, αἱ κωλύουσι τὰ νοσήματα μεγαλωΐζειν. ὅτε οὖν οὐδὲ ἐν τῶν ἐπαγγελλομένων ὅτι τῶν ἀναμαρτητος σεσωμένου ἀκοῦσαι, πρόσοπτέον τι καὶ ἄλλο τῷ θεραπεύοντι. ταύτης οὖν τῆς βραδυτῆτος οὐχ ἡ τέχνη, ἀλλ' ἡ φύσις, αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων. ἣν μὲν γὰρ ἀνθανομένην, εἰκὸς θεραπεύειν, σκοπεῦσα ὅπως μὴ τάχιον μᾶλλον ἢ γνώμη, καὶ βαιζόνη μᾶλλον ἢ ξὺν θεραπεύῃ. ἔπ' ἰὼν μὲ ἀρχέσῃ πρὸς τὸ ὀφθῶσαι, ἀκαρκίσει καὶ πρὸς τὸ ἰαθῶσαι. ἰὼν δ' ἐν ᾧ τοῦτο ὁρᾶται, κρατηθῇ, διὰ τὸ ζηρέως αὐτὸν ὑπὸ τῶν θεραπευόντα ἐλθεῖν, ἢ διὰ τὸ τῶν νοσήματος τάχος, ἀποθνήσκει. ὁκόσοι μὲν γὰρ ὁρμώμενοι τῇ θεραπείῃ, ὡς ἔστι ταῦτα, πρόσλαβόν δ', ταῦτα. πρόσλαμβάνει δ', διὰ τοῦτο τῶν σωμάτων εὐτόνητα, ἐν ᾗ ἀν ἐν εὐσπόῳ οἰκείοισιν αἰ νοῦσοι, διά τε τῶν τῶν καμνόντων ὀλιγωρίαν ὑπάρχειν γὰρ. λαμβανόμενοι δ' ὑπὸ τῶν νοσημάτων, ἐβιάζοντο θεραπεύεσθαι. ἐπεὶ ἡ γε τέχνη τῶν δυνάμεων ὁκόταν πρὸ τῶν ἀδηλα νοσεόντων ἀναίσῃ, θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ ὁκόταν ἐγχειρέῃσι τοῖς ἀδυνάτοις. ὁκοῖον δὲ ἄλλη δημιεργίη τῶν ἤδη εὑρημένων οὐδεμίη ἔνεστιν οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτέων ὅσοι αἰεὶ δημιεργεῦνται, τέκτονες μὲν παρέοντος, ἀεργοὶ εἰσὶ μὴ δ' ἔνι τὰ τέκτονι ἀδηλα ἐνεργοὶ, καὶ ὅσοι καὶ τοῖσιν εὐεπιφορήτοισι τοῖσι σώμασι δημιεργεῦσι, αἰ μὲν, μετὰ ξύλων. αἰ δ', μὴ σκυτέων αἰ δ', γεφύρῃ, χαλκῷ τε καὶ σιδήρῳ, καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισι αἰ πλεῖσαι. τὰ δ' ἐν τούτων καὶ μὴ τούτων δημιεργεύμενα, καὶ ἐυεπακόλουθα, ὅμως οὐ τῷ τάχει μᾶλλον, ἢ τῷ ὡς δεῖ δημιργεῖται, οὐδ' ἀναβλητῶς. ἀλλ' ἰὼν ἀπῇ τι τῶν ὀργάνων, ἐλλιπτύει. καίτοι κἀκείναις τὸ ζηρὸν πρὸς τὸ λυσιτελέστερον ἀσύμφορον, ἀλλ' ὅμως πρόσπαται. ἐπεκὴ δ', τοῦτο μὲν, τῶν ἐμπύων, τοῦτο δὲ, τὰ ἅπαρ ἡ τῶν νεφρῶν, τοῦτο δ', τῶν ξυμπάντων ἐν τῇ νηδύι νοσεώντων, ἀποτεθυμωμένη τῇ διανοίῃ, τὰ πάντα πάντες ἐκμανθάνουσιν ὁρῶσιν, ὅμως ἄλλας ἐυπετείας συμφορὰς ἐφεύρε. φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ ῥεύματα, ἃ διαφέρειν εἴωθεν ἑκάστοισι, δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται. ὧν τὰ μὲ, ὀδμῆσι· τὰ δὲ, χρωτὶ. τὰ δ', λειποθυμίῃ καὶ

τακύτητι διακεκριμένην τεκμαίρεται. ὧν τε σημεῖα τυγχάνει, ἃ τε πεπονθότων, ἃ τε παθεῖν ὠφελιμώτερα. ὅταν δὲ ταῦτα μεμύηνται, μὴ δ' αὐτὴ ἡ φύσις ἐκοῦσα ἀφίῃ, ἀναγκαίως ἔμπικτα, ἢν ἡ φύσις ἀζήμιος βιασθεῖσα μεθῇσιν, ἀνεθεῖσα δὲ δηλοῖ τοῖσι τὰς τέχνας ἰδοῦσι, ἃ ποιητέα. βιάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ τὸ ζωτρόφον φλέγμα διαχεῖν, σιτίων δ' ἐκμύσιες, καὶ πομάτων, ὅπως τεκμαρῶνται τὰ ὀφθέντα ἀφ' ἑκάστων, ὧν αὐτὴ ἐμηχανήσατο ὀφθῆναι· τοῦτο δ' ἂν πνεῦμα ὂν κατάσχοι, ὀδοῖσί τε πεσοῦσιν, καὶ δ' ἐδμοῖς ἐνβιάσαι κατηγορίαν, ἰδρῶτάς τε τούτοισι τοῖσι πεφυκόσιν ἀγαγεῖν, ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοῇσι τεκμαίρεται. ἔστι δὲ ἃ καὶ διὰ τοῦ κύστιος διελθόντα, ἱκανώτερα τὴν νοῦσον δηλῶσαί ἐστιν, ἢ διὰ σαρκὸς ἐξιόντα. ἐξεύρηκεν οὖν ἐν τοιούτοις πόμασι καὶ βρώμασι, ἃ τὸ θερμαινόντων θερμότερα γινόμενα, πήγνει τε ὀλίγα, καὶ διαιρεῖν πείρει, ἃ ἂν μὴ διαιρῇ, μὴ τοῦτο παθόντα. ἔτερα μὲν οὖν πρὸς ἕτερον, καὶ ἄλλα δ' ἄλλων ἐστὶ, τάδε δηλοῦντα, τάδ' ἀγγέλλοντα. ὡς τ' οὐ θαυμάσιον αὐτῶν, τάδε πίστιας χρονιωτέρας γινέσθαι, τάς τ' ἐγχειρίσιας ῥᾳχυτέρας, ὅτῳ δ' ἀλλοτρίων ὁρμωμένων πρὸς τὴν θεραπεύουσαν ζωίοισι ὁρμωμενομένων. ἔστι μὲν οὖν καὶ λόγους ἐν ἑωυτῷ ξυνθέσθαι εἰς τὰς ὀπίσω ἐλθεῖν ἢ ἐπεκτὴν, καὶ ἐκ ξυνδιορθώσεως δικαίως ἂν ἐγχειρέοι τῇσι νούσοισιν, ἢ ἐγχειρευμένας ἀναμαρτήτους ἂν παρέχοι, οὔτε νῦν λεγομένοι λόγοι δηλοῦσιν, οὔτε τὸ εἰδότων τὴν τέχνην ὀπιδείξιες, ἂς ἐκ τῶν ἔργων ἄδιον, ἢ ἐκ τῶν λόγων ὀπιδεικνύουσιν, οὐ τὸ λέγειν καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τὴν πίστιν τοῦ πλήθεος ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγεόμενοι, ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι.

decidere singulis cõsueuerunt, inita ratione, prout odore vel colore vel tenuitate vel crassitie se habent, deprehendit cuiusnam loci vel iam affecti vel ad affectum oportuni signa sint. Quod postea-quam cognitum erit, neque humor naturæ sponte educitur, necessaria remedia reperit quibus coacta natura, citra tamen noxam, illos emittat: quos dum excernit, illis qui artis periti sunt planè indicat quæ fieri oporteat. † Porrò modo ignis, cibi 23
potusque acrimonia insitam nobis pituitam dissipari cogit, vt aliquid eorum appareat, quæ ipsa videri omnibus modis volebat, modò spiritus ipse itinere, cursuque per ardua loca facto concitatus, affectum manifestissimè prodit. Quinetiam illis quos prius memorauimus, sudores eliciens, † à vaporibus ab aqua calida subductis præbet argumen- 24
tum. Quædam vero per vesicam educta, affectum euidentius ostendunt, quam quæ per carnem exeunt. Quamobrem eiusmodi potiones ciboſque inuenit, qui calidis etiam succis calidiores, eos & liquant & fluxibiles reddunt, qui alioqui fluxuri nõ essent. Itaque alia ab aliis, atque alia per alia tum excernuntur, tum indicantur. Quo fit vt mirari nemo debeat, si non nisi longo temporum spacio *cognosci certò possunt, & eorum curatio parciùs suscipiatur, quum sic alienis demonstrationibus medico curationem prudenter aggredienti inno- 25
tescant. Quòd igitur ars medica remediorum inueniendorum facultate polleat, & iustissima de causa morbis illis mederi nolit, qui incurabiles sũt aut si fortè id tentet, citra noxam tentet, præsenti oratione ostendimus, idq; viri huius artis periti opere potius quàm verbis demonstrant, non quod in dicendo exercitati non sint, sed quod vulgus iis quæ viderit facilius quàm quæ audierit persuaderi arbitrantur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

HIPPOCRATIS
DE ANTIQVA MEDICINA
LIBER VNVS.

1 †Mnes qui de medicina dicere vel scri-
bere suntaggressi, atque in dicendo,
vel calidum, vel frigidum, vel humidũ,
vel siccum, vel aliud quoduis ex hypo-
thesi statuerunt, dum morborum quibus homines
corripiuntur, mortisque causas tã paucas assignãt,
atque omnibus eandem esse vnam duásve propo-
nunt, quam plurima certè perperam dicere mani-
festò videntur. Sunt autem eo magis redarguendi,
quod in arte iam constituta peccent, qua omnes
summis in rebus vtuntur;& cuius peritos artifices
2 cuncti maximè suspiciunt.† Artifices enim alij ma-
li,alij verò eximij sunt: quod sanè inter eos discri-
men non esset, si planè non ars medica, nihilque
ipsa vel specularetur vel inueniret, sed omnes pa-
riter eius imperiti ignariq; essent, atque in ægro-
tis omnia fortuitò agerentur. Verum res aliter
habet. Nam quemadmodum in reliquis omnibus
artibus artifices multum à se inuicem tum manu,
tum ingenio discrepant, sic & in medicina. Quam
ob causam non existimo inani suppositione huic
opus esse, sicuti obscuris rebus & ambiguis, de
quibus si quis verba faciat, necesse est suppositis
quibusdam vti, quemadmodum si quis de rebus
sublimibus quæ Græci μετέωρα dicunt, aut iis quæ
sub terra latent differat, † eorumque naturam
3 scrutetur, ea vera sint nécne, neque ipse qui disse-
rit, neque qui differentem audiunt, habent ex-
ploratum. Namque non habet ad quid ea referat,
vt veritarem exploret. Verum medicina iampri-
dem principium viamq; repertam habet, per quam
plæraque & ea quidem optima reperta sunt, lon-
go temporum spacio,& reliqua reperientur, si mo-
dò qui illa inuestigabit idoneus sit, & eorum quæ
inuenta sunt cognitione, ad ipsorum inquisi-
tionem ducatur. Qui enim istis omnibus negle-
ctis & repudiatis, alia via modoque inuenire
conatur & aliquid se inuenisse existimat, tum
4 falsus ipse est, † tum alios fallit. Siquidem fieri hoc non potest. Causam autem postea

Κόσοι ἐπεχείρησαν περὶ ἰητρικῆς
λέγειν ἢ γεγράφειν, ὑποθέσιν σφίσιν αὐτοῖσιν ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ, θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἢ ὑγρόν, ἢ ξηρόν, ἢ ἄλλ' ὅ, τι ἂν ἐθέλωσιν ἐς βραχὺ ἄγοντες, τὴν ἀρχὴν ἢ αἰτίην τοῖσιν ἀνθρώποισι τῶν νούσων τὲ καὶ τῶν θανάτων, καὶ πᾶσι τοῖσι αὐτοῖσι, αὖ ἢ δύο προσθέμενοι, ἐν πλείοσι μὲν γὰρ οὖσι λέγουσι καταφανέες εἶναι ἁμαρτάνοντες. μᾶλλον δὲ ἄξιον μέμφεσθαι ἀμεινόνως τέχνης ἐούσης, ἣ χρῶνταί τε πάντες ὑπὸ τοῖσι μεγίστοισι, καὶ τιμῶσι μάλιστα τὸν ἀγαθὸν χειροτέχνας, εἰσὶ γὰρ δημιοεργοὶ, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πολὺ διαφέροντες. ὥστε εἰ μὴ ἦν ἰητικὴ ὅλως, μήθ' ὑπάρχουσα, μήθ' εὑρεῖτο μηδέν, ἀλλὰ πάντες ἂν ὁμοίως ἀπείρως τε καὶ ἀνεπιστήμονες ἦσαν, καὶ τύχῃ πάντα τὰ τῶν καμνόντων διοικέοιτο. νῦν δ' οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιοεργοὶ πολλὸν ἀλλήλων διαφέρουσι καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν γνώμην, οὕτω δὴ καὶ ὑπὸ ἰητικῆς. διὸ καὶ ἀξιόλογον ἔγωγε κεγὼ αὐτέῳ ὑποθέσιος δεῖσθαι ὡς περ τὰ ἀφανέα τὲ καὶ ἀπορεόμενα, περὶ ὧν ἀνάγκη ἐστὶν τοῖσι ὑποκειμένοισί τισι λέγειν, ὑποθέσεως χρῆσθαι. ὅ περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ γῆν ἐόντων εἴ τις λέγοι τις καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτῷ τῷ λέγοντι, οὔτε τοῖς ἀκούουσι δῆλα ἂν εἴη, εἴτε ἀληθέα ἐστὶν, εἴτε μή. οὐ γὰρ ἔστι, φύσις ὅ, τι ἐστὶν ἐπιγνῶναι καὶ τοῦτο εἰδέναι τὸ σαφές. ἰητικὴ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν τὰ εὑρημένα πολλὰ καὶ καλῶς ἔχοντα εὑρηται καὶ πολλῷ χρόνῳ, καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἢν τις ἱκανὸς τὲ ὢν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητῇ. ὅστις δὲ παῦτα ἀποβαλὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ, καὶ ἑτέρῳ ὁμοίῳ ἐπιχειρέειν ζητέει, καὶ φύσιν τι εὑρηκέναι, ἐξαπατᾶται, καὶ ἐξαπατᾷ τοὺς, ἀδύνατον γάρ. διὰ ἃς δὲ ἀνάγκας ἀδύνατον, ἐγὼ πειρήσομαι ἐπιδεῖξαι, λέγων καὶ δείκνυς, τῇ τέχνῃ ὅ, τι ἐστὶν. ἐκ δὲ τούτου καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως ἐυρίσκειν. μάλιστα δέ μοι δοκέει

περὶ τούτου δεῖν λέγοντα τῆς τέχνης, γνωσθ λέγειν τοῖσι ἰητροῖσιν. οὐ γὰρ περὶ ἄλλου τινὸς, οὔτε ζητέειν προσήκει, οὔτε λέγειν, ἢ περὶ τῶν παθημάτων ὧν ἄνθρωποι οὗτοι νοσέουσιν. αὐτὸν μὲν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν πάθηματα καταμαθεῖν ὅς τε γίνεται καὶ παύεται, καὶ δι' οἵας προφάσιας αὔξεταί τε καὶ φθίνει, ἰδιώτας ἐόντας οὐ ῥᾴδιον ὑπ' ἄλλου δ' ἐυρημάτα καὶ λεγόμενα, ἐυτυχέας. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος ἀκούων τῶν ἑωυτῷ ξυμβαινόντων. εἰ δέ τις τῶν τοιούτων γνώμης ἀποτεύξεται, καὶ μὴ διαθήσει τὸν ἀκούοντα, οὔτος τῷ ἐόντος ἀποτεύξεται. καὶ διὰ ταῦτα οὐκ οὐδὲν δεῖται ὑπαυδήσιος. τῷ γὰρ ἀρχὴν οὔτ' ἂν ἐυρεῖν τέχνη ἢ ἐπιστήμη, οὔτ' ἂν ἐξευρεῖν. οὐδὲν γὰρ ἄλλῳ ἔοικε τοῖσι κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων, τὰ αὐτὰ διαπονεῦσί τε καὶ πεπονθόσι, ἀφ' ὑγιαίνοντες ἐδίψησι καὶ πίνουσι, καὶ κατ' ἄλλα διαπονεῦσι ξυμφέρει, εἰ μὴ ἴσα ἕτερα τοῖσιν βελτίω. νῦν δ' αὐτὴ ἡ ἀνάγκη ἐπίσησι ζητεῖν τε καὶ ἐυρεθλεῖν ἀνθρώποισιν, ὅτι τοῖσι κάμνουσι τ' αὐτὰ προσφέρεσθαι ἁπερ οἱ ὑγιαίνοντες, οὐ ξυμφέρει, ὡς οὐδὲ νῦν ξυμφέρει. ἔτι δ' ἀνωθεν ἐγωγε ἀξιῶ, οὐδ' ἂν τῷ τ' ὑγιαινόντων διαίτην τε καὶ τροφὴν ἣ νῦν χρέονται ἐυρεθλεῖν, εἰ ἐξῆρκεε τῷ ἀνθρώπῳ τοιαῦτα ἐσθίοντι καὶ πίνοντι, βοῦτε καὶ ἵππῳ, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἀνθρώπῳ. οἷον τὰ ὄν τ' ἐκ γῆς φυόμενα καρπούς τε καὶ ὕλλα, καὶ χόρτον. οἷ ἀπὸ τούτων τε καὶ πρέσεος καὶ αὔξοντες, καὶ ἀπύρῳ διαχρισιν, οὐδὲν προσδέονται ἄλλης διαίτης. κἀστοι τῷ ἀρχῇ ἐγωγε ἀξιῶ καὶ τὸν ἄνθρωπον τοιαύτῃ τροφῇ κεχρῆσθαι. τὰ δὲ γε νῦν διαιτήματα ἐυρημάτα τετυχημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγονότα μοι δοκέει. ὡς γὰρ ἐπῆρχε πολλά τε καὶ δεινὰ, ἀπὸ ἰχθύος τε καὶ θηρείου διαίτης σώματα καὶ ἀκμὴν, καὶ μεγάλας δυνάμεις ἔχοντα ἐσφέρεσθαι, οἷσίπερ ἂν καὶ νῦν ὑπ' αὐτέων πάρεστι, πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι περιπίπτοντες, καὶ διὰ τάχεος θανάτοισιν. ἦσαν μὲν οὖν ταῦτα τότε εἰκὸς ἰῶ πάσχειν, διὰ τῶν συνηθείην. ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε, καὶ τὸν μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρῳ φύσιν ἔχοντας, ἀπόλλυσθαι εἰκός· τὸν δὲ τούτων ὑπερέχοντας, πλείω χρόνον ἀντέχειν, ὥσπερ καὶ νῦν ὧν τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων, οἱ μὲν γὰρ, βιαίως ἀπαλλάσσονται· οἱ δὲ, μετὰ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν. διὰ δὴ ταύτην τὴν χρείην, καὶ οὗτοι μοι δοκέουσι ζητῆσαι τροφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ ἓν εἶναι ταύτην, ἣν νῦν χρώμεθα. ὧν μὲν οὖν τὸ πυρὸν ἐρίξαντες καὶ πτίσαντες πάντα, καὶ καταλέσαντες, καὶ διασήσαντες, καὶ φορύξαντες, καὶ ὀπτήσαντες, ἀποτέλεσαν ἄρτον. ὧν δὲ μὴ τὸ κεδρίνων μᾶζαν, ἄλλα τε συχνὰ περὶ ταύτην πραγματευσάμενοι, ἤψησάν τε καὶ ὤπτησαν. καὶ ἐμιξαν, καὶ ἐκέρασαν ἰσχνά τε καὶ ἀκρητα τοῖσιν ἀδυνατέουσι. πλάσαντες πάντα πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τε καὶ δύναμιν. ὑγιείην, ὅσα μὲν ἰσχυρότερα ἦν, οὐ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, ἰῶ ἐσβάλλοντα. ἀπὸ τούτων δ' αὐτῶν, πόνους τε καὶ νόσους, καὶ θανάτους ἐσεδέξατο· ὅσα δ' ἂν δύνηται ὠφελήσαντα, ἀπὸ τούτων τροφὴν τε καὶ αὔξησιν, καὶ ὑγείην. τῷ δ' εὑρήματι, τί ἂν σοφώτερον ὄνομα δικαιότερον ἂν τις προσοῖσιν μᾶλλον θείτο, ἢ ἰητρικὴν; ὅτι ἔυρηται ὑπὸ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ὑγιείης τε καὶ τροφῆς, καὶ σωτηρίης, ἀλλαγμα κείνης ἡ διαίτης, ἧς οἱ πόνοι καὶ νοῦσοι γίνονται. εἰ δ' μὴ τέχνη αὐτὴ νομίζεται εἶναι, ὡς ἀπειρίκως ἔχει γὰρ πολλοὺς ὅστις ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ἐπιστάμενοι διὰ τὴν χρῆσιν τε καὶ ἀνάγκην, οὐ προσίκει ταύτης οὐδένα τεχνίτην καλέεσθαι, ἐπεὶ τόδε ἔυρημα καὶ μέγα, καὶ πολλῆς τέχνης τε καὶ σοφίης.

dicam, vbi † quidnam sit ars dixero atque exposuero. Sic namque manifestum fiet, alia ratione nihil omnino inueniri posse. Mihi quidem videtur illi qui sit de hac ipsa arte dicturus, quæ vulgò nota sunt, maximè dicenda esse, quum de nullo alio nec quærere nec dicere oporteat, quam de morbis quibus vulgus corripitur, quod cum rude sit, affectus suos non nouit, nec facilè intelligit, quum vel gignantur vel desinant, neque quas ob causas increscant aut minuantur: ab alio autem cognitos atque proditos facilè percipit, quum nihil audienti ipsi exponatur, præter ea quæ ipsimet contigere. Quòd si quis plebeij hominis mentem non assequatur, nec se ipse audientibus facilem præbeat, veritatem nunquam assequetur. Quamobrem nulla hypothesi opus est. Principio sanè nunquam ars medica aut inuenta aut etiam quæsita fuisset, vt qui nulla in re ægrotis profuisset, si qui in morbos inciderunt, eadem victus ratione, qua qui valent, vterentur, & cibi potusque iidem exhiberentur, † & non potiùs alia victus ratio conueniret, & non essent alia istis meliora. Nunc verò id homines coëgit, medicam artem quærere & inuenire, quòd eadem quibus sani vtuntur ægrotis exhibita non prodessent, vti neque nunc prosunt. Quinetiam superioribus seculis arbitror neminem salubrem illam victus rationem, qua nunc homines vtuntur, inuenturum fuisse, si ipsis perinde vtile fuisset eadem edere & bibere, quibus bos & equus & reliqua animalia vescuntur, iis scilicet quæ terra producit, fructibus † herba, & fœno. † Istis enim aliuntur, augentur, & valent, nullo alio victu indigentia. Quamquam equidem ab initio hominem quoq; eodem victu vsum fuisse existimo, & longo postea tẽporis interuallo cibos quibus hodie vescimur, excogitasse: nimirum postquam ex tam ferino victu, assumptis cibis intemperatis & nimium grauibus, corpora in plurimos & eos quidem graues morbos inciderunt, in quos etiam hoc tempore, atque ex iis in mortem breui laberentur, si eundem repeterent. Quamquam verisimile sit tunc temporis minus, propterea quod assueti essent, sed tamen tunc quoque grauiter laborasse. Videtur autem rationi consentaneum, quamplurimos quidem quibus vires imbecillæ erant, interijsse, alios vero qui viribus pollerent, perstitisse diutiùs, non aliter sanè quam nostra ætate ex cibis valentioribus quos vires ferre non possunt, alij protinus & facilè, alij multis cum doloribus & molestiis † defunguntur. Atque ad hunc sanè vsum quæsisse mihi videntur alimenta quæ hominum naturæ quadrarent, eaque quibus nunc vtimur, inuenisse. Triticum enim proluentes, excorticantes, molentes, ventilantes, commiscentes & coquentes, panem effecerunt, ex hordeo autem mazam. Quin & ex eo pluribus versato modis, coquendo, torrendo, miscendo, temperandoque imbecilliora cum iis quæ valentiora sunt, omnia ad hominis naturæ atque virium portionem composuere, existimantes cibos quidem qui valentiores sunt, assumptos concoqui à natura non posse, adferre verò & labores & morbos, & mortem tandem accersere: eos autem qui concoqui non possunt, alimentum, incrementum atque sanitatem præstare. Cui inuento, quodnam quæso iustius, conuenientiusque nomen dabitur quam medicinæ? namque inuentum illud est ad incolumitatem hominum, alimoniam, & salutem: atque illam victus formam immutauit, à qua dolores morbique gignuntur. † Quid si quis non existimat artem ipsam esse non absurdè fortassis sentire videatur. Siquidem fas non est cum alicuius artis artificem appellare, quæ ne ex plebe quidem vllum latet, sed cunctis propter necessarios vsus nota est, etiamsi inuentum hoc plane magnum sit, & multæ artis atque speculationis:

Adde eos qui hoc etiamnum tempore gymnasiis præsunt, viribusq; instaurandis, aliquid semper noui ea ista methodo excogitare & perscrutari, quò qui id ederit vel biberit, tum reliquos certando longè superet, tum seipso robustior euadat. Verum eam medicinam de qua nemo dubitat, quæq; ægrotantium causa inuenta est, expendamus, an & artis nomen & artifices habeat: nunquid etiam illi in ægrotos imperium sit, & vndenam originem acceperit. Mihi quidem videtur, sicut initio dicebam, neminem medicinam inuĕturum fuisse, si victus idem vt sanis, ita ægrotis profuisset. Namque etiam nunc Barbari & Græcis finitimæ gentes, apud quos nullus est medicinæ locus, perinde ac sani ad voluptatem victitant, neque se ab vlla re quam concupierint, abstinent, neque ea parciùs vtuntur. Qui verò medicinam inuestigarunt & repererunt, eandem quam illi de quibus priùs diximus, rationem sequuti, primum, sicuti arbitror, de ipso suo cibo aliquid substraxerunt, cibique minus quam consueuerant, sumpsere. Quod quum ægrotantium plærisque satis esset, atque manifestò prodesse videretur, non tamen omnibus parem vtilitatem adferebat, sed erant nonnulli ita affecti, vt vel exiguum cibum conficere non possent, qui sanè illis visi sunt aliquo cibi genere concoctu faciliore cibandi. Proinde sorbitiones excogitarunt, medicam valentioris cibi portionem copiosa aqua diluentes, vimque eius omnem mixtione coctioneque adimentes. Quod si qui ne sorbitiones quidem concoquebant, etiam ipsas sustulerunt, earumque loco potiones instituere, cauentes diligenter, vt ipsæ quoque vsu atque mensura moderatè exhiberentur, hoc est, nec copiosius quàm par esset, nec minùs temperatæ nec parcius. Sed hoc tamen in primis tenendum, tum quibus in morbis sorbitiones non conueniunt, sed statim postquam assumptæ sunt & febres & dolores vehementiores irritantur, & manifestò apparet id quod assumptum est, morbum quidem fouere atque augere, corpus vero imminuere & debilius
5 reddere: † tum contrà qui morbo affecti, assumpto quidem solidiore cibo, nempe maza aut pane. etiam perexiguo, plus decuplo atque euidentius lædantur, quàm sorbitione: quod quidem fit non aliam ob causam, quàm quod cibus multo valentior sit, quam affectus ipse requirat, tum cui sorbendum sit, edendum autem minimè. Namque si plus iusto hic comederit, eo quidem magis lædetur, si vero pauca sumpserit, etiam laborabit. Atque huc sanè causæ omnes doloris referuntur,
6 † vehementiores præsertim magisque euidentes, à quibus homines tam sani quàm ægroti læduntur. Ergo is qui medicus dicitur, & quem omnes artificem esse fatentur, quum victus rationem inuenit, qua ægrotantes vterentur, quid quæso diuersum ab eo videtur excogitasse, qui ab initio victus rationem qua nunc mortales omnes vtuntur, reperit, & in locum belluinæ illius & agrestis substituit? Mihi quidem ratio vtraque eadem esse videtur, & similiter excogitata, quarum hæc quicquid humana natura etiam valens concoquere non poterat, quodque eam propter feritatem incommoderationemque grauabat, illa vero quæcumque ab homine quouis modo affecto cõfici non poterãt, omnia curauit summouenda. Quid est igitur inter hanc & illam discriminis? nisi quod ista specie multo magis diuersa variaque sit, plusque operæ habeat, illa autem quæ præcessit, huius principium sit & origo? Quod si quis considerare velit, & inuicem conferre vtramque victus rationem, tum morbo laborantium, tum quæ antè erat, beneualentiũ, comperiet eam quæ ferarum erat, cæterorumq; animantiũ, longè magis noxiã illa esse, quæ ægrotis instituitur. Namq; homo qui laborat, nõ grauibus qui-

ἔτι γοῦν καὶ νυῦ οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀσκητέων ὀπισθοφύλακες, ἀεί τι σοφὸν ἐξευρίσκοντες, κ᾽ τῶν αὐτῶν ὁδὸν ζητέοντες, ὅ, τι ἰδὼν τε κ᾽ πίων, ὀπίσω τήσει τε ἄλλων μάλιστα, καὶ ἰσχυρότερος, ἑωυτοῦ ἔσται. Σκεψώμεθα γοῦν, καὶ τῶν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν, τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας εὑρημένην, εἰ κ᾽ ὀνόματος καὶ τεχνίτας ἔχει, καὶ κρατεῖ κ᾽ αὐτὴ τ᾽ ἀυτέων ἐθέλει, καὶ ὁπόθεν ποτ᾽ ἦρκται. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔπον, οὐδ᾽ ἂν ζητῆσαι δοκέω ἰητρικὴν οὐδεὶς, εἰ τοιαῦτα διαιτήματα τοῖσι τε κάμνουσιν, καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσιν ἤρμοζεν. ἔτι γοῦν καὶ νυῦ, ὅσοι ἰητρικῆς μὴ μέτεισιν, οὔτε βαρβάροισι κ᾽ τ᾽ ἑλλήνων ὁμορέουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ ὑγιαίνοντες διαιτέονται, πρὸς ἡδονὴν, κ᾽ οὐκ ἂν ἀπόσχοιντο οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμέουσιν, οὐδὲ σιτέονται οἱ δ᾽ ζητησάντες τε κ᾽ εὑρόντες ἰητρικὴν, τῇ αὐτῇ κείνοισι διάνοιαν ἔχοντες ὥσπερ ἂν μοι ὁ πρότερος λόγος εἴρηται, πρῶτον μὲν οἶμαι, ὑφεῖλον τῆς πλησμοσύνης τ᾽ σιτίων αὐτέων τυτθόν, κ᾽ ἀντὶ πλεόνων ὀλίγα ἐπῆκαν. ἐπὶ δ᾽ αὐτοῖσι τοῦτο ἤδη μὲ ὅτε πρός τινας τ᾽ κάμνοντων ἤρκεσι, κ᾽ φανερὸν ἐγίνετο ὠφελοῦσα. οὐ μέντοι πάντ᾽ γε, ἀλλ᾽ ἦσάν τινες οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδ᾽ ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατέειν, ἀσθενέστερα δή τινος ἐόντες οἱ τοιοῦτοι δεῖσαι, εὗρον ῥοφήματα μίξαντος ὀλίγα τοῦ ἀλφοῦ πολλῷ τῷ ὕδατι, κ᾽ ἀφαμερώσαντες τὸ ἀλφοῦ τῇ κράσει τὸ καὶ ἐνδῶσι. ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ἐπικρατέειν, ἀφεῖλον καὶ τούτων, κ᾽ ἀρίκοντο ἐς πόματα, κ᾽ τούτῳ τῇσι τε χρήσιοι, καὶ τῷ πλήθει διαφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχῃ, μήτε πλείω τ᾽ δέοντος, μήτε ἀκριτέστερα προσφερόμενοι, μή δ᾽ ἐνδεέστερα. εὖ δ᾽ χρὴ εἰδέναι τοῦτο, ὅτι τὰ ῥοφήματα ἐν τῇσι νούσοισιν οὐ ξυμφέρει, ἀλλ᾽ ἀντικρὺς ὅσοι δὴ πυρετοὶ παρεξιόντες σφίσιν οἵ, τε πυρετοὶ κ᾽ τὰ ἀλγήματα. κ᾽ δῆλον τὸ προσενεχθὲν, τῇ μὲ νούσῳ, προσῆν τε κ᾽ αὔξησις ἐμέμβλων, τῷ δ᾽ σώματι φθόης τε κ᾽ ἀῤῥωστίη. ὁκόσοι δ᾽ ἂν τ᾽ ἀνθρώπων, ἐν τούτῳ τῇ διαθέσει ἐόντες, προσενέγκωνται ξηρὸν σιτίον, ἢ μάζαν, ἢ ἄρτον, καὶ ὀλίγον καὶ πάνυ σμικρὸν, δεκαπλασίως ἂν μᾶλλον κ᾽ ὀπισανέστερον κακωθείη, ἢ ῥοφέοντες, δι᾽ οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ τὸν ἰσχνὸν τὸ βρώματος πρὸς τὴν διάθεσιν. κ᾽ ὧ γε ῥοφῶν συμφέρει, ἐνδὴς δ᾽ οὐ. εἰ γὰρ πλείω φάγοι, πολὺ ἂν ἔτι κακωθείη. κ᾽ εἰ ὀλίγα, πονήσει ἀπαντα δὴ τὰ αὐτὰ τῷ πόνῳ, εἰς τὸ αὐτὸ ἄγοντα, τὰ ἰσχυρότατα μάλιστά γε κ᾽ ὀπισανίσκοντα, λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον, κ᾽ τὸν ὑγιέα ἐόντα, κ᾽ τὸν νοσέοντα. τί οὖν φαίνεται ἑτερόιον διανοηθεὶς, ὁ καλεύμενος ἰητρὸς, κ᾽ ὁμολογεύμενος χειροτέχνης, ὃς ἐξεῦρε τῷ ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας, διαιταν τε κ᾽ τροφὴν, ἢ κεῖνος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῖσι πᾶσιν ἀνθρώποισι τροφὴν, ἢ νυῦ χρεώμεθα ἐξ ἐκείνης τ᾽ ἀγρίης κ᾽ θηριώδεος, ἡμερόν τε κ᾽ παρασκευάσας δίαιταν; ἐμοὶ μὲ γὰρ φαίνεται ἑωυτὸν τρόπῳ, καὶ ἓν τι καὶ ὁμοιον τὸ εὕρημα. ὁ μὲ, ὅσων μὲν ἠδύνατο ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ὀπισανέστερον ὑγιαίνουσα, ἐκπονέοντων διὰ τὴν ἀγειρίστατά τε καὶ ἀκρησίην. ὁ δ᾽, ὅσων ἡ διάθεσις ἐν οἷσι ἂν ἐκάστοτε ἔφυτο τύχη διαλείψεος, μικρὸν δυνατὸν ὀπισανέστερον, τοῦτο ἐξήκοσιν ἀφελεῖν. τί δὴ τούτῳ ἐκείνο διαφέρει; ἀλλ᾽ ἢ σχολὴν τό, τε εἶδος, καὶ ὅσσα ἰκελώτερον καὶ θερμασίης, ἀρχὴ δ᾽ κεν, ἢ θερότερον ἡγεμόνα. εἰ δέ τις σκέπτοιτο τὴν τ᾽ κεμένων διαιταν θερτὴν τ᾽ ὑγιαινόντων, εὕροι ἂν ἐλαιοφωτερόν, ἢ ἐκεῖ τὸν ἢ τις τ᾽ κεμένων θηρίων τε κ᾽ τ᾽ ἄλλων ζώων. αὐτὴ γὰρ κάμνων νοσήματι, μήτε τ᾽ χαλεπῶν τε καὶ ἀφύρων, μήτ᾽ αὖ παντάπασιν εὐηθέων, ἀλλ᾽ οὔτε αὐτῷ ἀμαρτάνοντι μέλλει ὀπίσω ἕσεσθαι, εἰ ἐθέλει καταφαγεῖν ἄρτον, κρέα, ἢ ἄλλό τι ὧν ὑγιαίνοντες ἐδίοντες ὠφελέονται, μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ ἂν ἐλάσσω ἢ ὑγιαίνων ἠδύνατο. ἄλλος τε τῶν ὑγιαινόντων φύ-

ἐὸν ἔχειν μήτε πυκτάσιον ἀσθενέα, μητ' αὖ ἰσχυρὸν, φαγὸν τὸν ὦν βοῦς ἢ ἵππος φαγὸν, ὠφελοῦντό τε ἂν ὑγιέες ἐόντες ἢ κριθὰς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ μείον, ἢ δυνατὸν. καὶ ὅσων ὑμεῖς νῦν τοῦτο ποιέοντες πυρέσσετέ τε ὑπὸ κακοσιτίης, κείνοις τοῖς νοσέουσιν ἐς τὸν ἄρτον ἢ τῷ μαζαν ἀκμὴν ἐσελθεῖν. τῶν τε δὴ πάντα τεκμήρια, ὅτι τοῦτο ἢ τέχνη ἢ ἰητρικὴ τῇ ὀρθῷ ζητεομένη εὑρίσκοιτο ἄν. καὶ εἰ μὲ ὧδ' ἁπλῶς ὥσπερ ὑπογέγραται, ὅσα μὲ ὧδ' ἰσχυρότερα. ἔλλειπεν ὅσα δ' ὧδ' ἀσθενέστερα, ὠφέλει τε ἂν ἔχοντα τὸν χάμνοντα καὶ τὸν ὑγιαίνοντα, εὑρεταὶ ἂν ὧδε τὸ χρῆμα. πολλὸν γὰρ τῷ ἀσθενέος ἂν ἔδει ἀφιλαμβάνοντας, ἄγειν ὅπῃ τὸ ἀσθενέστατον. τῶν δὲ ὀλίγον ἁμαρτήμα. οὐδὲ ὅσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ὧδε ἐλάσσονα καὶ ἀσθενέστερα τ' ἰσχυῶν προσφέρηται. τὸ γὰρ τὸ λιμοῦ μεῖζες, δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τ' ἀνθρώπου, καὶ ὑγιῶσαι καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι, πολλὰ δ' καὶ ἄλλα κακὰ ἐπεφεύρηται μὲ τ' ἀπὸ πλησμοσύνης, οὐχ ὅσον ὁ ἅπαξ δειπνήσας κενώσιος. δεῖ δ' ὧν πολλὸν ποικιλωτέρη τε καὶ διὰ πλέονος ἀκριβίης ὁδός. δεῖ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι. μέτρου δ' οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃν ἀναφέρων εἰδῇ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὕροις ἄλλο ἢ τ' σωματος τῷ αἰσθησιν. διὸ χρὴ οὕτω καταμανθάνειν ἀκριβέως ὡς τε μικρὰ ἁμαρτάνειν ἔνθα ἢ ἔνθα. καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἰητρὸν ἰσχυρῶς ἐπαινέσαιμι, τὸν σμικρὰ ἁμαρτάνοντα. τὸ δ' ἀκριβὲς ὀλιγάκις ὀξὺ καταθεῖν ἔπεσι· οἱ πολλοὶ γε τ' ἰητρῶν τοιοῦτοί μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσι κυβερνήτῃσι πάσχειν. ἢ γὰρ ὀλίγῃσι ὅπερ ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες ἁμαρτάνουσι, οὐ καταφανέες εἰσίν. ὅταν δ' αὐτοὺς καταλάβῃ ἀνεμώδης τε μεγας καὶ χειμὼν, σαφεῶς ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποισι δι' ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσιν ἀπολέσαντες τὴν ναῦν. οὕτω δὴ καὶ οἱ κακοὶ τε καὶ πλεῖστοι ἰητροὶ, ὅταν μὲ θεραπεύσωσιν ἀνθρώπους μικρὸν δεινὸν ἔχοντας, ἐς οὓς ἂν τις ἢ τὰ μεγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο (πολλὰ δ' τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ πολὺ πλέον τ' δεινῶν ἀνθρώπειοι συμβαίνει) ἐν μὲ δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. ὁκόταν δ' τύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ὀπισθαλεῖ νοσήματι, τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ ἡ τύχη πᾶσι καταφανὴς ὀξύ. οὐ γὰρ ἐς μακρὸν αὐτέων ἐκφέρει τὰ πρωτεῖα, ἀλλὰ διὰ τάχεος πάρεισιν. ὅπῃ δ' οὐδὲν ἐλάσσονες ἀπὸ κενώσιος ἀκμῆς κακοπαθέειν γίνονται τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ καὶ ἀπὸ πλησμοσύνης, καταμανθάνειν καλῶς ἔχει, ἐπαναφέροντας ὅπῃ τοὺς ὑγιαίνοντας. ἔστι γὰρ ἴσον αὐτέων ξυμφέρει, μανθάνειν. καὶ τοῦτο διὰ τὸ ξυμφέρειν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐπαξιοῦν ἀλλοισί τε ἀεισᾶν, διὰ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ξυμφέρει, καὶ μὴ τόδε τοῖσιν οὐ δι' ἡδονὴν ἢ δι' ἄλλην τινὰ συγκυρίην ἐπιτήδευσαν ἀπότερον αὐτέων. τοῖσι μὲ γὰρ πλείστοισι τ' ἀνθρώπων οὐδὲν διαφέρει πότερον ἂν ὀπτὴν ἢ σῖτον ἐσθίωσιν, εἴτε μονοσιτέειν, εἴτε ἀεισᾶν, τωὐτὸ τῷ σώματι χρῆσθαι. εἰσὶ δέ τινες οἳ ὃν ἂν δύνωνται ἔξω τῶν συμφερόντων πείσαντες, ἡδίστως ἀπαλλάσσουσιν, ἀλλὰ ξυμβαίνει αὐτέων ἑκατέροισι, παρ' ἡμέρην μίην καὶ πάντῃ οὐ ὀρθῇ μεταβαλλοισιν, ὥστε φύσις κακοπαθέειν. οἱ μὲ γὰρ ὧδε ἀεισάμενοι μὴ ξυμφερόντως αὐτοῖσιν ἐνδὺς ἔαρες, καὶ νωθρὸν τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δυσφορίης πλήρεις. ὧν δ' ὀπισθιπνόησιν, καὶ φύσα, καὶ πόνος, καὶ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ πολλοῖσιν ἀρχὴ νόσου αὕτη μεγάλης ἐγένετο, ἢν τὰ αὐτὰ σῖτα ἃ μεμαζήκει ἅπαξ ἀναλίσκειν, δὶς προσενέγκωσι καὶ μᾶλλον ὅτι πλέον.

dem & vehementioribus morbis, neque rursum perquam leuibus, qui etiam, si quid peccet, errorem suum non sit cogniturus, si edere cuiat panem, carnes, aut aliud qui piam eorum, quibus sani cõmodè vescuntur, non multum quidem, sed multò parciùs quam sanus potuisset: contrà aliquis qui prospera sit valetudine, natura præditus nec admodum imbecilli nec robusta, ederit aliquid quod boui aut equo deuoratum prodest, nempe eruum, hordeum, aliúdve eiusmodi, non magna quidem copia, sed multò minore quam ferre potuisset, attamen qui victu isto vel sanus vsus est, quamuis parciori, laborabit grauiùs, atque maiore in periculo versabitur, quàm ille qui ægrotans panem aut mazam intempestiuè assumpsit. Sanè omnibus his argumentis efficitur medicinam artem esse, & methodo rationé que quæsitam atque inuentam fuisse. Qua in re nihil prorsus difficultatis fuisset, si quemadmodum plærique arbitrantur, quicquid valentius est simpliciter læderet, prodessent autem atque alerent, tum ægrotantes tum sanos quæcunque sunt imbecilliora. Siquidem multò satius esset tutò omnia agentes, debiliora exhibere. Attamen non leuiùs peccatur nec minùs homines læduntur, si pauciora & infra modum assumant. Namque in hominis natura plurimum valet fames, tum ad sanitatem conciliandam, tum imbecillitatem mortemque accersendam. Sunt vero & plæraque alia incommoda ab inatione prouenientia, quę à repletionis malis diuersa quidem sunt, non tamen minùs grauia: in quibus & varietas maxima est, summaque diligentia desideratur. Siquidem certam quandam mensuram coniectare oportet: at nec mensuram nec pondus nec quemuis alium numerum, ad quem omnia referens modum exactè nosse possis, reperies, præter corporis sensum. Quamobrem difficile est tam exactè mensuram nouisse, vt vltrà citraque parum aberretur. Atque equidem vehementer medicum illum comprobarim, qui parum ab exacto deflectit. Verum hoc rarò licet intueri. Quandoquidem medicorum plurimi malis gubernationibus similes mihi esse videntur, quos, si quid placido cœlo deliquerint, nemo errasse deprehendit. Si quándo verò venti validi insurgant, atque tempestas oriatur, iam nemo non videt apertè eorum imperitia & errore naufragium contigisse. Sic mali multi medici quando homines curant leuibus morbis affectos, in quibus commissi etiam maximi errores nullum insigne malum adferunt, (sunt enim plures huius generis morbi, multoque frequentiùs quam grauiores, homines corripiunt) si quid in istis peccauerint, plebeios latent: si verò in magnos, vehementes & periculosos morbos inciderint, conspicui tunc omnibus sunt eorum errores, notáque ars. Nam quod ab his mali prodit, non diu celatur, sed protinus emergit. Quòd autem in affectus non minores ab immodica inanitione quàm à repletione homines incidant, facilè intelliges ex iis qui integra sanitate fruuntur: quorum aliis semel tantum quotidie cibum accipere expedit, quod quia prodesset, ita sibi faciendum esse statuerunt. Aliis verò prandendum est, eandem ob causam coactis. Hac enim re ipsi iuuantur, non item illi qui vel voluptatis causa vel alia quapiam occasione inducti, eorum alterutrũ delegere. Plurimis enim nihil refert vtri assuescant, † vel vni tantũ cibationi vel etiam prandio addictis. Sunt qui ferant difficillimè si quid † 15
præter vtilitatẽ admiserint, sed eorũ vtrisque die vno eoque vix præter consuetudinẽ transacto, gra- 16
uissima mala exoriuntur. Nonnulli enim si prandeant, quibus prandere inutile sit, statim grauitatem pigritiamq; tũ corporis tũ animi persentiunt, oscitant, somnolenti sunt, multumque sticulosi. Quòd si insuper etiã cœnent, & flatus & tormina excitatur, aluusq; illis disrumpitur. Et hæc quidem plurimis ingentiũ morborum origo fuit, si qui quantũ cibi vna vice absumere consueuerunt, tantundem;

nec quicquam amplius, bis accipiant. Quinetiam si quis prandere suetus non prandeat, cui tamen prandere vtile sit, protinus ac hora præteriit magna illum inuadit imbecillitas, tremor, animique defe-
17 ctio. Adhæc oculi euadunt † pallidiores, redditur vrina crassa & calida, os amarescit, & viscera illi suspendi videntur, vertigine corripitur, vehementer irascitur, mœret. Hæc quidem omnia cœnare
18 volenti eueniunt: † nec verò cibos concoquere potest, quos in cœna assumpsit, vt qui prandio sit assuetus, sed cum torminibus strepituque deorsum feruntur, & aluum constipant. Nox illi inquieta est, somniaque perturbata & tumultuum plena obuersantur. Ab his principiis plurimus morbus corripuit. Attẽdendum verò est, quænam sit horum malorum causa. Alius enim, opinor, in id vitij incidit, quia semel tantum cibum sumere assuetus, tamen intempestiuè comedit, priusquam illi venter ex cibis priori die iniectis fructum aliquem planè acceperit, concoxerit, reddiderit, atque conquieuerit, sed ipsi adhuc feruenti fermentantique recentem superinduxit. Atqui eiusmodi ventres tum tardissimè concoquunt, tum diutiùs in quiete & ocio sunt continendi. Alius verò qui prandere solitus est, quoniam nihil sumpsit cibi, statim ac corpus alimento indiguit priore omni absumpto, eoque prorsus caruit quo refici debet: fame namque consumitur & contabescit, à qua quicquid mali hic homo patitur, existimo prouenire. Quòd si qui per duos vel tres dies cibo se abstinuerint, hos ego omnes eodem modo affectum iri crediderim, quo alios diximus qui consuetum prandium intermisere. Sunt verò tales naturæ quibus tam citò tamque vehementer errores sui negocium facessunt, aliarum
19 omnium maximè imbecillæ. Cæterum † qui imbecillis est, ad eum proximè accedit qui ægrotat: fit autem is imbecillior, multóque eum grauiùs laborare par est, quoties intempestiuè aliquid egerit. Itaque cum tam exacto iudicio tractare medicinam conueniat, difficillimum est veritatem semper assequi. Multa autem sunt in medicina, de quibus posteà dicetur, quæ exactum illud iudicium & certitudinem iam habent, ad quam etiamsi planè antiqua ars non peruenerit, non tamen eam propterea censeo repudiandam esse, quasi nulla sit aut non rectè inuenta, quin potius admirandam iudico, vt pulchrè rectéque, non autem fortuitò inuentam, cum per eam propè liceat ex magna ignorantia ad maximam veritatem ratiocinando peruenire. Nunc verò ad eos qui nouo quodam modo per hypothesim artem inuestigant, reuertamur. Si namque homini noxa omnis prouenit à calido, frigido, sicco vel humido, & eum qui rectè curaturus sit, oporteat calido per frigidum, frigido per calidum, sicco autem per humidum & humido per siccum mederi, detur mihi homo natura non quidem robusta sed imbecilli, edat autem ille triticum crudum & illaboratum, quale ex area sustulit, & incoctas carnes, atque aquam bibat, non est dubium quin tali victus ratione vtens, multa grauiaque perpessurus sit. Laborabit enim vehementer, corpus imbecillum fiet, ventriculus corrumpetur, nec vitam diutiùs trahere poterit. Quónam igitur præsidio, sic affecto succurrendum est? Calidóne an frigido an sicco an hu-
20 mido? Siquidem † aliquod eorum dicere, simplicitas est: namque si quod lædit ab his diuersum est, contrario discutiendum est, quemadmodũ etiam illi fatentur. Est enim tutissimum atque euidentissimum remedium, cibos illi auferre quibus vtebatur, & tritici quidem loco panem, coctas verò carnes pro incoctis præbere, vinumq; insuper bibere. Mutatis enim istis necessariò conualescet, nisi fortè diuturniore talium ciborũ vsu prorsus sit vitiatus.

Quid

τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτῷ τὸ ψυχροῦ κεκοπακότι θερμὰ ταῦτα προσενέγκαντες ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; ἐμοὶ γὰρ ἔγωγε πολλὴν ἀπορίαν ἐρωτηθέντι παρέχειν. ὁ γὰρ τὸν ἄρτον σκευάζων τῷ πυρῷ, τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφεῖλκυσε. ὁ γὰρ πυρὸς καὶ ὕδατι δίδοται καὶ πολλοῖσιν ἄλλοισιν εἰργασται, ὧν ἕκαστον ἰδίαν κινησιν καὶ φύσιν ἔχει, καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπαρχόντων ἀπορρέβηκεν. ἄλλοισι δὲ κέκραται καὶ μεμιγε). οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε σμικρὰ, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπου, καθαρὸς ἄρτος ἢ συγκόμιστος ἢ ἀπίστιος πυρῶν, ἢ ἐπισεσμένων, ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρμένος, ἢ ἀζύμητος, ἢ ὄξινος, ἢ ἄναλμος, ἀλλά τι πρὸς τυτέοισι μυεῖα. ὡς δ' αὐτὸς καὶ ἀρὴ μάζης. καὶ αἱ δυνάμιες ὃ μεγάλαι τε ἑκάστου, καὶ οὐδὲν ἥτερον τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. ὅστις δὲ ταῦτα μὴ σκεπτόμενος, ὅτι οἶδε, πῶς ἄν τι οὗτος δύναιτο τῶν κθ' τὸν ἄνθρωπον παθημάτων εἰδέναι; τὸ γὰρ ἐκ τούτων ἑκάστου τυτέων πάσχει τε καὶ ἐτεροιοῦται ἄνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον. καὶ διὰ τυτέων πᾶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἐν νόσῳ ἀναγεφορμένῳ καὶ κάμνοντι. ὃν ἂν οὖν ἕτερα τυτέων χρησιμώτερα, οὐδ' ἀναγκαιότερα ἢν εἰδέναι δή που. ὡς δὲ καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες, πρὸς τοῦτο τὸ ἀνθρώπου φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ φήσαντες ἀξίλογα τῷ τέχνῃ θεῷ προσδεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. οὐ γὰρ τὸ ξηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ τὸ θερμὸν, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἄλλο τυτέων οὐδὲν ἠπιστάμενοι, οὔτε λυμαίνεσθ', οὔτε προσδεῖσθαι οὐδενὸς τυτέων τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὅ, τι ὠφελέον ἑκάστου, καὶ τὸ κρῆσσον ἡ φύσις ἡ ἀνθρώπινος, οὐ μὴ δύναιτο κρατέειν, τοῦτο βλάπτειν ὑπέλαβον, καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελέειν. ἰσχυρότατον δὲ ὄξει, ἦ μὴ γλυκέος, τὸ γλυκύτατον· τῷ δὲ πικροῦ, τὸ πικρότατον· τῷ δὲ ὀξέος, τὸ ὀξύτατον· ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων, ἢ ἁλμυρ. ταῦτα γὰρ ἐώρων καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνόντα, καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ὀξὺ καὶ στυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία πανοίας δύναμιν ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκραμένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερὰ ἔστιν, οὔτι λυπέει τὸν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τυτέων ἀποκριθῇ καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῷ γένηται, τότε καὶ φανερὸν ἔστι καὶ λυπέει τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδεια ἔστι καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπίπτοντα. τυτέων ἕκαστον, ἢ πικρόν τι καὶ ἄκρητόν ἐστιν, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ ὀξὺ, ἢ ἄλλό τι ἄκρητόν τε καὶ ἰσχυρόν. καὶ διὰ τοῦτο πλαδαρούμεθα ὑπ' αὐτέων, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν σωμάτων ἀποκρινομένων. πάντα δὲ ὅσα ἄνθρωπος ἐδίει ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τυτέων χυμοῦ ἄκρητα τὲ καὶ διακέκριντος, οἷα ἔστιν μετέχοντα, οἷον ἄρτος τε καὶ μάζα, καὶ τὰ ἐπίμυθα τυτέοισιν, οἷσιν εἰθίσται οἱ ἄνθρωποι πλείστοισί τε καὶ εἰσὶ χρέεσθαι, ὀψοῦ τε πρὸς ἡδονὴν τε καὶ κόρον, ἡρτυμένων τε καὶ ἐσπανισμένων. καὶ ἀπὸ τυτέων πλείστων ἐσιόντων ἐς τὸν αὐτὸν, πλεῖστα καὶ ἀπόκρισις τοῦ ἀμοῦ τοῦ σώματος δύναμιν, ἥκιστα γίνεται. ἰσχὺς τε καὶ αὔξησις, καὶ τροφὴ μάλιστα δι' οὐδὲν ἕτερον γίνεται, ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκριται, καὶ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, οὐδὲ ἰσχυρὸν, ἀλλ' ἄκρον ἔντος γάρ ἐστι, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἰσχυρόν. ἀπορίαν δ' ἔγωγε, οἱ τὸν λόγον ἐκεῖνον λέγοντες, καὶ ἀπαίροντες ἐκ τούτου ἡ ὁδὸν ὅπῃ κατάξουσι τὸν τρόπον, τινὰ ποτὲ τρόπον διαπαύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ καταπίνω). οὐ γάρ ἐστι αὐτοῖσιν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ξυνειδέναι αὐτὸ τὸ ἐξ ἑωυτοῦ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ εἴδει κατωνέον. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε τοῦτα πάντα καὶ βρώματα αὐτοῖσιν ὑπάρχειν, οἷσι πάντες χρέονται. προσειδέναι δὲ τῷ μὲν εἶναι θερμῷ τὸ δὲ ψυχρῷ· τῷ δὲ, ξηρῷ· τῷ δ', ὑγρῷ.

Quid ergò dicemus? Vtrum illi à frigido læso idem exhibitum calidum profuit, an potius contrarium? Equidem arbitror multum perplexum fore qui hoc rogatus fuerit: qui namque panem conficit, tritico calorem, frigus, siccitatem, humorem adimit, † cum 21
quid igni & aquę & pleriſq; aliis conceſſum eſt, quorum vnumquodque peculiarem facultatē naturamque habet, id effectum ſit, multaque quæ priùs inerant diſcuſſa ſint, alia autē in conſortium aſcita. Hoc enim ſanè noui humano corpori plurimum intereſſe, ſitne panis purus an confuſaneus, quem Græci σύκομιστον appellant, vel non purgato hordeo factus, an purgato atque excorticato: aquáne copioſa ſubactus aut non ſubactus prorſus, aut excoctus an incoctus, aut alio quouis non præparatus. Sic & de maza. Eſt enim ſingulorum vis magna, in nullo penitus eadem. Hæc verò qui neque conſiderat, neque intellgit, quomodo affectum vllum noſſe poterit, quo homo detinetur? Namque ab vnoquoque eorum hoc vel illo modo afficitur homo atq; alteratur, atque in his tum ſanorum tum ex morbo conualeſcentium, tum ægrotantium omnium vita conſiſtit. Quò fit vt his nihil ſit cognitu vtilius, nec magis neceſſarium. † 22
Quæ qui primi reperere, tāquam rectè & optimè ratiocinando ea inueniſſent hominum naturæ conuenientia, crediderunt dignam artem eſſe quæ ad deum referretur, quemadmodū nūc etiam creditur. Proinde quum à ſicco, humido, calido, frigidoque aut vllo ex his alio non exiſtimarent noxam vllam homini eſſe, nec eorum aliquo hominem indigere, nocere id tantum putarunt quod ſingulis potentius eſſet, & humana natura ſuperius, adeò vt euinci non poſſit, atque hoc tolli voluere. Eſt autem dulci dulciſſimū, amaro amariſſimum, acido acidiſſimum valentius, & rerum omnium ſummum incrementum. Hæc enim omnia homini & ineſſe & nocere videbant. Ineſt namque illi & amarum & ſalſum & dulce & acidum & acerbum & † inſipidum, atque alia facultatibus, numero viribuſque infinita. Quæ quidem mixta at- 23
que inuicem temperata, neque cernuntur, neque homini moleſtiam exhibent: ſin autem aliquid eorum ſeparetur & ſolum ſit, tunc & apparet & afficit hominem. Cibi autem quicumque nobis non conueniunt, & aſſumpti noxam homini infligunt, omnes vel penitus amari ſunt, vel ſalſi, vel acidi, vel alio quouis modo vehementer intemperati. Quò fit vt ab his non minùs afficiamur, quam ab illis quæ ab ipſo corpore excernuntur. Nunc vero nihil prorſus ab homine vel editur vel bibitur, quam ſuccum illum tam vehementer intemperatum manifeſtò contineat: panem dico & mazam, atque his finitima, quibus copioſè & perpetuò homines veſci conſueuere, præter alios cibos ad voluptatem ſatietatemq; compoſitos & apparatos. Quibus quidem pluribus aſſumptis in corpus, nec perturbatio nec ſecretio vlla eorum quæ vires magnas in corpore habent, ſuperuenit, ſed robur, incrementum, nutrimentum, non aliam ob cauſam quam quod probè contemperati ſint, nihilque intemperati aut nimiùm vehementis habeant, ſed omnia vnum fiant, & ſimplex & valens. Porrò incertum eſt mihi quonam tādem modo homines curaturi ſint ex ſua hypotheſi, illi qui in ea ſententia fuerūt, & ab illa via rationeque artem medicam ad ſuam hypotheſim abduxere. Nōdum enim opinor, inuenere quod duntaxat calidum aut frigidum aut ſiccum aut humidum eſſet, & nullius alterius particeps. Verum vt ego iudico, iidem ſunt apud illos & cibi & potus, qui & nobis ſunt in vſu, ſed præterea hunc calidi, illum frigidi, hunc ſicci, illum humidi nomine appellarunt. Alioqui calidum quidpiam ægroto imperantes, dubitationem magnam

excitarent: protinus enim quídnam illud sit interrogaturus est. Quamobrem eos vel delirare necesse est, vel ad id recurrere quod eiusmodi sit. Quòd si quidpiam cum caliditate acerbitatem habeat coniunctam, aliud verò calidum simul sit & insipidum,
24 atque aliud calidum † conturbatorium (sunt enim quædam calida etiam contrariis inter se facultatibus prædita) atque aliquid eorum exhiberi debeat, anne calidum & acerbum, vel calidum & insipidum, an frigidum simul & acerbum (tale namque aliquod est) frigidum vnáque insipidum, exhibendum sit? Namque vt ego compertum habeo ab vnoquoque eorum contraria omnia eueniunt, non in homine modò, verumetiam in corio, ligno, aliisque pluribus quæ homine longè minùs sentire possunt. Non enim calidum ipsum est quod vires habet maximas, sed acerbum, insipidum, & alia de quibus antè dixi tum in homine tum extra hominem, siue edantur siue bibantur, siue extrinsecus illinantur, aut cataplasmatis modo imponantur. † Frigus autem & calorē
25 facultatum omnium maximè imbecillas in corpore esse existimo istas ob causas. Quamdiu frigidum & calidum simul mixta erunt, innoxia sunt: namque frigidum calido, calidum frigido temperatur, & ad mediocritatem ducitur. Sin vtrumuis ab altero seiunctum sit, tunc offendūt. Eo autem tempore cum frigus hominem corripuerit & afficere cœperit, primum quidem protinus ex se indidem ab homine calor emergit, siue vllo alio præsidio & apparatu. Porrò hæc non tantum fiunt in sanis hominibus, sed iis etiam qui morbo detinentur. Primum quidem si quis bene valens hyeme corpus refrigerare velit, siue frigido balneo, siue alio quouis modo, quantò plus refrigeratus fuerit, nisi corpus rigidum prorsus redditum sit, postquam vestem induerit, seseque sub tectum receperit, eò magis vehementiusque incalescit. Deinde verò si cupiat multum incalescere vel ex balneo calido veligne copioso, ac postea quem-
26 admodum antè refrigeratus fuerat, † eandem vestem sumat, & eodem loco diutius immoretur, euadet
27 multò frigidior, & vehementius horrebit, † aut qui magno in æstu ventum sibi facit, & refrigerium molitur, hoc modo calere desinet, illud qui fecerit, ardorem æstumque decuplò maiorem percipiet, quam qui istorum nil fecerit. Cæterum quibus itinere per niues aut alia frigora facto, rigidi supra modum fiūt pedes, aut manus aut caput, longè istis maiora nocturn prædorore & pruritu patiuntur, postquam vestibus obuoluti fuerint, & modicè incaluerint. Nam eorum plærisque etiam pustulæ, velut igne exustis, attolluntur, nec fieri prius hoc solet quam calorē sentirint. Adeò facilè alterum eorum alteri superuenit. Possum verò alia sexcenta proferre, sed id dicā quid ægrotis accidit. Non est illis acutissima febris, nec multum vehemens, quam rigor præcessit, sed ea non multò pòst quiescit, nihilque damni vt plurimum adfert, & quandiu quidem adfuerit, hominem excalfacit, & per vniuersum corpus spargitur, tandemque in pedes desinit, in quibus etiam rigor & frigus vltimò constiterant, atque longiori spacio perse ferarant. Posteaquam vero sudauerit, eumque febris reliquerit, rursum alget vehementius quam si febre prorsus non laborasset. Cui igitur tàm citò contrarium superuenit, à quo vis eius omnis spōte tollitur quid ab eo magnum aut atrox fieri potest? vel quæ tandem valentia præsidia requirit? At dicat aliquis, non protinus extinguitur calor ardēti febre correptis nec peripneumonicis nec aliis vehemēti morbo laborantibus, nec in istis calor post frigiditatem accenditur. Egosanè maximum inde argumentum sumo non à solo synceroque calore febricitare

ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἀπορέειν προσῆκε τῷ κάμνοντι, θερμόν-
τι προσενίγκαντι. εὖδηλον γὰρ ὁρώμενόν τί ὄφιν, ὡς τι
λαβεῖν ἀνάγκη, ἢ ἐς τοῦτον τὸ ἔμπροσθεν καταφυ-
γεῖν. εἰ δὲ δή τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν ὀξυτόν, ἀλ-
λο δὲ θερμόν, πλαδαρὸν· ἄλλο δὲ θερμὸν, ἄφαυρον ἔ-
χον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλας δυνάμιας
ὑπεναντίας ἰδιοτύποισι ἔχοντα, δόκησει δέ τι αὐτέων προ-
σενεγκεῖν, ἢ τὸ θερμὸν ἅμα ὀξυτόν, ἢ τὸ θερμὸν ἅμα πλα-
δαρὸν. ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ ὀξυτόν. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο
καὶ τὸ ψυχρόν τε καὶ πλαδαρόν. ὡς μὲν γὰρ ἔγωγε οἶδα,
παῦ τοὐναντίον ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει, καὶ οὐ
μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτεϊ, καὶ ἐν ξύλῳ,
καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι, ἃ ὅδε ἀνθρώπου ἀπαιθοτέρα.
οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὅδε τὸ τῷ μεγάλῳ δύναμιν ἔ-
χον, ἀλλὰ τὸ ὀξυτὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ πάλλα ὅσα μοι
εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ
ἐσιόμενα, καὶ προσόμενα, καὶ ἐξωθεν ἐπιχριόμενα τε
καὶ πως πλασσόμενα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμό-
τητα πασέων ἥκιστα τῶν δυνάμιων νομίζω δύνασθαι ἐν
τῷ σώματι, διὰ τάσδε τὰς αἰτίας. ἢν μὲν δὴ
τε χρόνον μεμιγμένα ἀυτὰ αὐτέοισιν, ἄκακα τὸ ψυ-
χρὸν τῷ θερμῷ ἦ, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ ἐς μεσότης,
τοῦ μὲν ψυχροῦ, γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ τοῦ δὲ θερμοῦ,
ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δὲ ἀπακριδέων χωρὶς ἑκατέρ-
των λυπῇ. ὃν δὲ δὴ τούτεων τῷ κάμνῳ. ὅταν τὸ ψυχρὸν
ἐγχώσιν, ἢ λυπέῃ τὸν ἄνθρωπον διὰ ταχέων σφέ-
τερον δ' αὐτὸ τοῦτο πάρεστι τὸ θερμὸν αὐτοθεν ἐκ τοῦ ἀν-
θρώπου οὐδαμῆς βοηθεῖν χρῄζειν παρασκευῆς δεόμενον.
καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιάσιν τοῖσιν ἀνθρώπειοισι ἀναγκάζε-
ται καὶ ἐν κάμνουσιν. τοῦτο μὲν, εἴπερ δεῖ ὑγιέων γε-
μεῶνος διαψύξαι τὸ σῶμα, ἢ λυσιτελέοντος ψυχροῦ, ἢ
ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, ὅσῳ κε αὖ μᾶλλον ὀπιπλέον πυέσῃ. καὶ
ὧν γε μὴ παντάπασιν παγῇ τὸ σῶμα, ὅταν εἱμα-
λάξῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὸν σκέπλον, μᾶλλον καὶ ὀπὶ πλέῳ
θερμαίνεται τὸ σῶμα. τοῦτο δ' εἰ ἐθέλοι ἐνθερμι-
διῶσι σφεῖσιν, ἢ λυτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ σιτέι, ἐκ δὴ
τούτου, τὸ αὐτὸ εἶμα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὸν
διαβρῶν ποιέεται, ὥστε ὁ διαψυχμὸς πολὺ φαύ-
τερα καὶ ψυχρότερος καὶ ἄλλως φερεπονώτερος, ἢ ἱστ-
ζόμενος τις ὕδωρ κνίδεος καὶ παρασκευάζων αὐτὸς ἑαυ-
τῷ ψύχος ἐκ τοῦτέου τοῦ τρόπου διαπαύει. τῷ δὲ
ποιέοντι δεκαπλάσιον πάρεστι τὸ κακὸν καὶ τὸ πτῖλος,
ἢ τῷ μηδὲν τοιέοντι. τὸ δ' ὅδε καὶ πολὺ μεῖζον
ὅσοι ἐν διὰ χρόνος ἢ ἄλλης ὁδοῦ ἐόντες, ἐκ χιόνος
ἐσιόντες. πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλὴν, ὧδε
πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν ἐφιμαλίσωσι τε καὶ ἐν
ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ κνώματος καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν ὅτε
φλυκτίδιναι ἀνίστανται ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι.
καὶ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχουσιν, εἰμὴ ἢ θερμανθῶσιν. οὗ-
τοι ἐπίσημοι ἐκάστοισιν αὐτέων ἐπιδύτερα παραγίνε-
ται, μυελὸς δ' ἀπ' ἐκείνων ἔχομι εἰπεῖν. τὰ δ' ἀπ' τούτου
τοσοῦτον, οὐκ εἶσιν ἀν ῥίγος γένηται πυρετώδες ὀξύτα-
τον ὁ τοιοῦτος ἐκλείπει. καὶ οὐκ οὗτος ἰσχυρὸς, ἀλ-
λὰ καὶ παυόμενος δ' ὀλίγου καὶ ἄλλως τε πολλὰ ἀσθε-
νὴς, καὶ ὅσον ἀν χρόνον, παρῇ διάθερμος, καὶ διξοὺς
διὰ παντὸς τελευτέων ἐς τοὺς μαλιστα, οὗπερ τὸ μὲ-
γος καὶ ἡ ψῦξις γενόμενον, καὶ ὅσῳ πλέον ἐχόντες.
παλιν δ' ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀπαλλαχθῇ ὁ πυρετὸς, πολὺ
μᾶλλον ἔψυξεν, ἢ εἰ μὴ ἔκαλε τὸν ἀρχὴν. ὧ οὖν
διαπαγέος οὕτω παραγίνεται τὸ ἐναντιώτατον τῷ
ἀσθενεομένῳ τῶν δυνάμιν ἀπὸ παντομάτου, τί ἂν ἀπὸ
τούτου μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῆς ἀπὸ
τούτου βοηθείας; εἴποιεν ἂν τις. ἀλλ' οἱ πυρέσσον-
τες τοῖσι κάμνουσί τε καὶ φλεγμαίνουσι, καὶ ἄλλοισι
ἀρρωστήμασι νουσήμασι, οὐ πάγος ἐν τῷ θερμῷ ἐπὶ τῷ
ψυχρῷ ἐγγίνεται, οὐδὲ πάρεστιν ἐν τούτοισι τὸ θερμὸν ἐπὶ τῷ
ψυχρῷ. ἐγὼ δ' τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον ἀρτίως

ἄνω, ὅτι οὐ διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρετώδεις οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἶη τὸ πικρὸν ἢ καχεκτικὸν μοιῶν, ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν, καὶ θερμὸν τὸ αὐτὸ καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ· καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμόν, καὶ ἄλλα μυρία, καὶ παλιν γε ψυχρὸν μὴ δυνάμιον ἑτέρου. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα, ταῦτα ἴσθι, συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμὸν, ἵνα μὴ μετέχῃ, ὡς ἂν τὸ ἐγείρον, καὶ παρεξιὸν μὴν, καὶ ἀνιέμενον ἅμα κενεὸν δυνάμιος· ἢ οὐδενὸς πλέω ἢ τοσουτουσὶ σκληρότης δηλοῖ. τοῦτο δὲ τῶνδε τὸ σημεῖον· πρῶτον μὲν ὅτι καυσώδεα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐστὶ τε καὶ γίνομαι. τοῦτο μὲν ὅσοισιν αὖ ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν μυκτέων, τοῦτο ὡς πολὺ δεινότερον τὸ πρότερον γινόμενόν τε καὶ ἰσχυρὸν, ὀλίγον τοῦ μυκτέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην καὶ εὐθέως μὲν πτύει πολὺ μᾶλλον, συγκαίει θερμόν τε καὶ διατρῆσαι ἐκάτερα· ἢν δὲ πολὺ χρόνον προσφέρῃ, καὶ πλέω χρόνον παρῇ, καὶ † ἐξελκοῦται τὸ μυκτήριον, ἀσπαρτόν τε καὶ σκληρὸν ἰδεῖν. πάντα δὲ ποτε ταῦτα ὀλίγου μὲν τοῦ ῥεύματος, οὐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα μένῃται, καὶ ἡ φλεγμονὴ ᾖ, ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τι καὶ ἧσσον δεινὸν, πόνων τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γινομένῳ, τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πίπτουσι. ἄλλοισι δὲ ἀπὸ ψύξεος, φανερὸς αὖτ' μόνη γίνεται, μηδενὸς ἄλλου ξυμπαρεστηκότος. πᾶσιν δὲ αὐτοῖσι ἡ ἀπαλλαγὴ, ὀλίγου μὲν τοῦ ψύξιος διαθερμανθείσης· ὀλίγου δὲ τοῦ καύματος, διαψυχθείσης. καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται, καὶ πέψις οὐδενὸς προσδεῖται. τὰ δ' ἄλλα πάντα ὅσα διὰ χυμῶν δεινότητας καὶ ἀκρησίας φημὶ ἴσχειν γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκαθαιρόντα τε κρατύνεται, καὶ παραδίδοται. ὅσα τ' αὖ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμοὺς τρέπεται τοῦ ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δεινότητας ἔχοντα, ἑλκοῖ μὲν ἕλκεα, καταδαίει δὲ, ἐνίων γναθμούς τε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐπίῃσιν, ῥήγνυσί τε καὶ διαδαίει τὸν ἀμφὶ τοῦ ὄψιν χιτῶνα. ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλεγμὸς ἔκαστος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γλύκηται παχύτερα, καὶ λάμπῃ ἀφ' ἑαυτέων εἶη. τὸ δὲ πεφθῆναι γίνεται, ὅκ τοῦ μαχθῆναί τε ἀλλήλοισι καὶ ξυνεφθῆναι. τοῦτο δ' ὅσα ἐς τοῦ φάρυγγα, ἀφ' ὧν βήξεις γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι. πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ, καὶ δεινὰ ἀφίει. καὶ ὅκ τοῖσι τοιούτοισιν, ἔρρωνται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γλύκηται, καὶ πάσης δεινότητος ἀπαλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τἄλλα τὰ λυποῦντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ πάντων αἴτια ἐκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρόντων μὲν, τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταλλάσσοντα δὲ ἐς ἄλλο κρῆσιν, παύεσθαι. ὁκόταν οὖν ἀπὸ αὐτέης τῆς θέρμης εἰλικρινέος ἢ ψύξιος γίνηται, καὶ μὴ μετέχῃ ἄλλης δυνάμιος μηδεμιῆς, οὕτω παύσει· ὅταν μεταβάλλῃ ὅκ τοῦ ψυχροῦ, ἐς τὸ θερμὸν, καὶ ὅκ τοῦ θερμοῦ, ἐς τὸ ψυχρόν. μεταβάλλει δ' ὧν μοι δοκέῃσι τρόπον. ἔστι τοίνυν πάλαι ὅσα καχεκτάζει ἀνθρώπους, πάντα ἀπὸ δυνάμιός γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τις ἀποχωρῇ, ὧν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, εἶναι ἄπο, καὶ καῦμα καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν· ἀπαλλασσόμενοί τε τούτων εἰσὶν, καὶ καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκων, ἢν ὅκ καιροῦ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῷ πόνῳ καὶ τῷ θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἀπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμιὴ, οὔτε τῷ πόνων παύσασθαι, οὔτε τῷ πυρετῶν. καὶ εἰσὶ μὲν ἐξύντες περισσαίνονται δεινότητές τε καὶ ἰώδεις, εἶναι λύσιμοι, καὶ ἀνῆκες σπλάγχνων καὶ θώρηκος καὶ ἀποσιῖ, οὐ παύεται τοῖσι πρότερον πεῖν ἀποκαθαρθῆναί τε καὶ καταστρισθῆναι, καὶ μιχθῆναι τοῖσιν ἄλλοισι. πᾶσι δὲ καὶ μεταβάλλει ὡσαύτως ἐν τῷ σώματι, ὅτι οὐ διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρετώδεις οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἶη τὸ πικρὸν ἢ καχεκτικὸν μοιῶν, ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν, καὶ θερμὸν τὸ αὐτὸ καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ· καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμόν, καὶ ἄλλα μυρία, καὶ παλιν γε ψυχρὸν μὴ δυνάμιον ἑτέρου. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα, ταῦτα ἴσθι, συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμὸν, ἵνα μὴ μετέχῃ, ὡς ἂν τὸ ἐγείρον, καὶ παρεξιὸν μὴν, καὶ ἀνιέμενον ἅμα κενεὸν δυνάμιος· ἢ οὐδενὸς πλέω ἢ τοσουτουσὶ σκληρότης δηλοῖ. τοῦτο δὲ τῶνδε τὸ σημεῖον· πρῶτον μὲν ὅτι καυσώδεα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐστὶ τε καὶ γίνομαι. τοῦτο μὲν ὅσοισιν αὖ ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν μυκτέων, τοῦτο ὡς πολὺ δεινότερον τὸ πρότερον γινόμενόν τε καὶ ἰσχυρὸν, ὀλίγον τοῦ μυκτέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην καὶ εὐθέως μὲν πτύει πολὺ μᾶλλον, συγκαίει θερμόν τε καὶ διατρῆσαι ἐκάτερα· ἢν δὲ πολὺ χρόνον προσφέρῃ, καὶ πλέω χρόνον παρῇ, καὶ † ἐξελκοῦται τὸ μυκτήριον, ἀσπαρτόν τε καὶ σκληρὸν ἰδεῖν. πάντα δὲ ποτε ταῦτα ὀλίγου μὲν τοῦ ῥευμάτος, οὐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα μένῃται, καὶ ἡ φλεγμονὴ ᾖ, ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τι καὶ ἧσσον δεινὸν, πόνων τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γινομένῳ, τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πίπτουσι. ἄλλοισι δὲ ἀπὸ ψύξεος, φανερὸς αὖτ' μόνη γίνεται, μηδενὸς ἄλλου ξυμπαρεστηκότος. πᾶσιν δὲ αὐτοῖσι ἡ ἀπαλλαγὴ, ὀλίγου μὲν τοῦ ψύξιος διαθερμανθείσης· ὀλίγου δὲ τοῦ καύματος, διαψυχθείσης. καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται, καὶ πέψις οὐδενὸς προσδεῖται. τὰ δ' ἄλλα πάντα ὅσα διὰ χυμῶν δεινότητας καὶ ἀκρησίας φημὶ ἴσχειν γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκαθαιρόντα τε κρατύνεται, καὶ παραδίδοται. ὅσα τ' αὖ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμοὺς τρέπεται τοῦ ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δεινότητας ἔχοντα, ἑλκοῖ μὲν ἕλκεα, καταδαίει δὲ, ἐνίων γναθμούς τε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐπίῃσιν, ῥήγνυσί τε καὶ διαδαίει τὸν ἀμφὶ τοῦ ὄψιν χιτῶνα. ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλεγμὸς ἔκαστος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γλύκηται παχύτερα, καὶ λάμπῃ ἀφ' ἑαυτέων εἶη. τὸ δὲ πεφθῆναι γίνεται, ὅκ τοῦ μαχθῆναί τε ἀλλήλοισι καὶ ξυνεφθῆναι. τοῦτο δ' ὅσα ἐς τοῦ φάρυγγα, ἀφ' ὧν βήξεις γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι. πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ, καὶ δεινὰ ἀφίει. καὶ ὅκ τοῖσι τοιούτοισιν, ἔρρωνται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γλύκηται, καὶ πάσης δεινότητος ἀπαλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τἄλλα τὰ λυποῦντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ πάντων αἴτια ἐκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρόντων μὲν, τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταλλάσσοντα δὲ ἐς ἄλλο κρῆσιν, παύεσθαι. ὁκόταν οὖν ἀπὸ αὐτέης τῆς θέρμης εἰλικρινέος ἢ ψύξιος γίνηται, καὶ μὴ μετέχῃ ἄλλης δυνάμιος μηδεμιῆς, οὕτω παύσει· ὅταν μεταβάλλῃ ὅκ τοῦ ψυχροῦ, ἐς τὸ θερμὸν, καὶ ὅκ τοῦ θερμοῦ, ἐς τὸ ψυχρόν. μεταβάλλει δ' ὧν μοι δοκέῃσι τρόπον. ἔστι τοίνυν πάλαι ὅσα καχεκτάζει ἀνθρώπους, πάντα ἀπὸ δυνάμιός γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τις ἀποχωρῇ, ὧν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, εἶναι ἄπο, καὶ καῦμα καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν· ἀπαλλασσόμενοί τε τούτων εἰσὶν, καὶ καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκων, ἢν ὅκ καιροῦ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῷ πόνῳ καὶ τῷ θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἀπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμιὴ, οὔτε τῷ πόνων παύσασθαι, οὔτε τῷ πυρετῶν. καὶ εἰσὶ μὲν ἐξύντες περισσαίνονται δεινότητές τε καὶ ἰώδεις, εἶναι λύσιμοι, καὶ ἀνῆκες σπλάγχνων καὶ θώρηκος καὶ ἀποσιῖ, οὐ παύεται τοῖσι πρότερον πεῖν ἀποκαθαρθῆναί τε καὶ καταστρισθῆναι, καὶ μιχθῆναι τοῖσιν ἄλλοισι. πᾶσι δὲ καὶ μεταβάλλει ὡσαύτως ἐν τῷ σώματι,

homines, neque eum tantùm mali cauſam eſſe, ſed aliquid quod ſidem amarum calidumque ſit, aut ca- 28
lidum & † acutum, aut ſalſum ſimul & calidum, & alia ſexcenta, ac rurſum frigidum aliis facultatibus complicatum. Hæc igitur ſunt à quibus noxæ prodeunt. Verum illis etiam calor adiuctus eſt, ad agendum quidem efficax, quippe qui cum ſibi annexa qualitate ducatur, exacuatur & increſcat, attamen vires nullas ſupra conuenientem modũ habet. Hæc ad iſtum modum ſe habent. Sed præter hæc ſigna, in primis quidem alia ſunt euidentiſſima, quorum omnes frequenti iam vſu cognitionem habuimus, atque etiam nunc habemus. † Primum quidem qui- 29
bus grauedo oborta fuerit & humor per nares diſtillauerit, is tanquam permultò acrior priore qui quotidie generabatur, & naribus effluebat, tam narem in tumorem attollit, & calentem multumque feruentem adurit, tum ſi manum admoueas, & longiori ſpacio continueris, etiam † exulceratur locus mi- 30
nime carnoſus & durus. Tunc autem è nare ardor abit, non quidem cum fluxio ſit, & conſiſtit phlegmone, ſed poſteaquam craſſior & minùs acris euaſerit, concocta fuerit, & humori qui primum erat, miſceri magis cœperit. Sunt autem quibus ipſa ſola frigiditas, nullo alio interuenientem, affectum hunc excitet. Cæterum omnibus eadem ratione ſuccurritur, excalfactis quidem ſi à frigore malum eſt, refrigeratis vero ſi à calore: & hæc quidem protinus fiũt, nulla expectata concoctione. Alia verò omnia quæ dixi ab humorum acrimonia & intemperie prouenire, eodem modo deſinunt, tum temperata tum concocta. Sed & quicunque humores in oculos fluxerint, ſi vehementer penituſque acres ſint, palpebras exulcerant, & rodunt aliquando genas, & partes oculis ſubiectas in quas profluxerint. Adhæc rumpunt & exedunt oculorum tunicas. Dolor autem & ardor & † inflammatio maxima 31
tandiu diuexat, donec fluxio concocta ſit & reddita craſſior, atque in ſordes vertatur. Porrò concoquũtur immixta temperataque aliis, ſimulque cum illis concocta. Deinde verò quæ in fauces illabuntur, à quibus raucedines, anginæ, eryſipelata, peripneumoniæ proueniunt, quæ quidem omnia principio ſalſa, liquida, acriaque prodeunt, atque in his quandiu eiuſmodi ſunt, morbi confirmãtur. Verum quum craſſiora euaſerint magiſque concocta, atque omnem acrimoniam exuerint, tunc & febres ſoluuntur, & deſinunt omnia moleſta eſſe. At vero ea cuiuſque rei cauſas cenſere oportet, quæ quum adſunt, eam huiuſmodi neceſſario gignunt, & quibus immutatis ipſam quoque deſinere eſt neceſſe. Itaque quum ab ipſo calore aut frigore puris nullaque alia facultate infectis morbum excitari contigerit, curabitur cum primùm ex frigido calidus effectus fuerit, & ex calido frigidus. Mutatio vero hæc fit ad eum quem expoſui modum. Itaque vt iterum etiam dicamus, malorum quæcunque hominibus accidunt cauſa omnis à facultatibus pendet. Sicuti quando amatus aliquis humor, quem flauam bilem appellamus, effuſus fuerit, à quo à ſtomachi inquietudines & æſtus impotentia prouenium. A quo quidem ſi abſoluantur & purgentur, ſiue ſponte, ſiue medicamento, atque oportuno tempore alterutrum contingat, tum doloribus tum calore planè liberantur. At quandiu in corpore pendebit, & crudus ſyn-
ceruſque erit, nulla machina nec ſedari dolores nec febres abigi poterunt. Et quibus quidem humores acuti, acres, æruginoſique conſtiterint, à quibus & furores & viſcerum thoraciſque morſus atque animi deliquium perueniant, non prius laborare morbo deſinunt, quam illi euacuati ſint, & delecti, atque aliis humoribus remixti. Cæterum multis modis variiſque concoquuntur. permu-

tantur, tenuantur, & crassitiem qualem humores
32 habet, assequuntur. Quamobrem & † iudicia & temporum numeri magni sunt in istis momenti. Atqui nihil eorum, quod calidum est aut frigidum perpeti solet: id namque nec putrescere potest, nec crassi-
33 tiem consequi. Quid vero ipsum esse dicemus? † Mixtio quidem eorum potest, quæ si aliter fiat quam ipsorum secum, non desinit vehemens esse. Siquidem nunquam calor calorem excitare desinet, nisi frigido remixtus fuerit, nec contra frigus nisi calori. Reliqua vero omnia quæ homini in vsum veniunt, quò pluribus permixta fuerint, eò mitiora melioraque euadent. Est autem homo affectus quamoptimè cum in eo concocta sunt omnia & quieta, nihilque habet quid viribus, reliquis præpolleat. Sed de his
34 abundè mihi dixisse videor. † Aiunt vero medici quidam & sophistæ, fieri non posse, vt quis medicam artem calleat, qui non intelligit quid sit homo, quæ nam prima eius generatio sit & compositio. Equidem quæcunque dicta sunt ab aliquo sophista aut medico, vel de natura conscripta, ea non tam ad artem medicam pertinere arbitror, quàm ad pictoriã: certam vero naturæ peritiam non aliunde quàm à medicina haberi, facilè consequi possis, vbi ipsam medicinam vniuersam rectè complexus fueris. Et hanc quidem cognitionem plærique mihi videntur habuisse, nouisse scilicet ista, quid sit homo, & quæ sint eius causæ, & alia perspicuè. Siquidem existimo medicis omnibus necessariam esse naturæ cognitionem, atque sedulo cuiuis elaborandum, si modo aliquid quod fieri debeat, facturus est, vt intelligat quid homini cum comestis & bibitis conueniat, & quid cuique ex singulis euenturum sit, neque simpliciter sic iudicet, caseum cibum esse malum, quod illi qui se eo ingurgitarit, molestiam adferat, sed ex-
35 plicet & quam molestiam & quam ob causam, † & cuinam mortalium incommodum sit. Sunt enim alij quoque permulti cibi potusque naturę molesti, à quibus homo non eodem modo afficitur: quã rem vt ostendam sic se habere, exemplum hoc esto. Vinum merum copiosius haustum hominem debilitat: quod quicumque vident, statim intelligunt vini eas esse vires, & causam in ipsum referũt: sed & quas hominis partes maximè afficiat, nouimus. Velim autem etiam in aliis veritatem tam apertam esse. Caseus enim [quoniam eo exemplo vsus sum] non nocet omnibus, sed plærique sunt qui eo saturi ne tantillum quidem lęduntur, imò vero gracilibus non sine magna vtilitate exhibetur. Alij vero ipsum ægrè transmutant. Sunt autem eorum naturæ differentes hac ratione. Quicquid in corpore caseo inimicum est, ab eo excitatur & agitatur. In quibus igitur eiusmodi humoris maior copia fuerit, magisque in corpore præualuerit, eos magis grauiusque affici par est. Quòd si vniuersæ hominum naturæ noxium esset, nemo prorsus non læderetur. Ista autem si quis intelligat, nihil damni feret. Porrò iis qui ex morbis
36 conualescunt, quique longis morbis laborant, † multa simul veluti in acie concurrunt, partim casu, partim rebus quibuslibet sine discrimine assumptis. Plurimos enim medicos vidi idiotarum more, si eodem die noui aliquid attentassent, lauissent videlicet vel deambulassent, vel alienum aliquem cibum edissent, eaque omnia cum nescirent profuissentne, an obfuissent, nihilo tamen minus causam ad eorum aliquod retulisse, cum tamen causam ipsam ignorarent: quod autem maximè profuit, id aliquando celarent, nec proderent. At non sic agendum, sed nouisse oportet quid possit balnei vsus intempe-

λειν, καὶ λεπτύνεσθαι καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων. διὸ καὶ αἱ κρίσιος καὶ οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων, ἐν τοῖσι τουτέοισι μέγα δύνανται. πάντων δὴ τουτέων, ἥκιστα προσήκει θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. οὔτε γὰρ ἂν τοῦτό γε σαπῇ, οὔτε παχυνθῇ. τί δ' ἂν αὐτὸ φαίημεν εἶναι; κρῆσίς τε αὐτέων ἐστὶ, πλὴν πρὸ ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ τὸ θερμὸν μιχθὲν παύσεται τῆς θέρμης, ἢ τῷ ψυχρῷ· οὐδέ γε πάλιν τὸ ψυχρὸν, ἢ τῷ θερμῷ. τὰ δ' ἄλλα περὶ τὸν ἄνθρωπον, ὅσω ἂν πλέοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἡπιώτερα καὶ βελτίονα. πάντων δὲ ἄριστα διάκειται ἄνθρωπος, ὅταν πέσσηται καὶ ἐν ἡσυχίῃ ᾖ, μηδεμίην δύναμιν ἰδίην ἀποδεικνύμενος. περὶ μὲν οὖν τουτέων, ἱκανῶς μοι ἡγεῦμαι ἐπιδεδεῖχθαι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ, καὶ σοφισταὶ, ὡς οὐκ εἶναι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δὲ τουτέων μὲν ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ, ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν ἢ τῇ γραφικῇ νομίζω δὲ ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔσται, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ. μέχρι δὲ τουτέου πολλοὺς μοι δοκέει ἰδεῖν. λέγω δὲ τὴν ἱστορίην ταύτην εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ δι' οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τἄλλα ἀκριβέως, ἐπεί τοι γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ περὶ φύσιος εἰδέναι, καὶ πανυ σπουδάσαι ὡς εἴσεται, εἰπέρ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν, ὅ, τί ἐστι ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέει, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρὸς πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου. ἀλλὰ τίνα τε πόνον, καὶ διατὶ, καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπων ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ πόματα φύσει πονηρὰ, καὶ διατίθησι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αὐτὸς τρόπον. οὕτως οὖν μοι ἔστω τῷ λόγῳ οἷον οἶνος ἄκρητος πολὺς ποθεὶς, διατίθησί πως τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέα, καὶ ἅπαντες ἂν ἰδόντες τοῦτο γνοίησαν, ὅτι αὕτη ἡ δύναμις οἴνου, καὶ αὐτός ἐστιν αἴτιος, καὶ οἷσί γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἴδαμεν. τοιαύτην δὴ βούλομαι ἀληθείην καὶ περὶ τῶν ἄλλων φανῆναι τυρὸς γὰρ, ἐπειδὴ τουτέῳ σημείῳ ἐχρησάμην, οὐ πάντας ἀνθρώπους λυμαίνεται. ἀλλ' εἰσὶν οἵ τινες αὐτέου πληρεύμενοι, οὐδ' ὁτιοῦν βλάπτονται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχνοῖσιν ἂν ξυμφέρειν θαυμασίως παρέχεται. εἰσὶ δὲ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσι δὲ τουτέων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, ὑπὸ τοιουτέου ἐγείρεταί τε καὶ κινέεται. οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέον ἐνεὼν, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τουτέοις μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακὸν, πάντας ἂν ἐλυμαίνετο. ταῦτα δὲ εἴ τις εἰδοίη, οὐκ ἂν πάσχοι. τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπαρατάξιες, αἱ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου· αἱ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων, οἷδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἦν τύχωσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τι κεκαινουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἑτεροῖον. ταῦτα δὲ πάντα βελτίω προσενηνεγμένα ἢ μὴ, οὐδενὸς ἧσσον τὴν αἰτίην τουτέων τινὶ ἀνατιθέντας. τὸ μὲν αἴτιον, ἀγνοεῦντας· τὸ δὲ συμφορώτατον, ἦν οὕτως τύχωσιν, ἀφανίσαντας. δεῖ δὲ οὐ, ἀλλ' εἰδέναι τι λουτρὸν ἀκαίρως προσγενόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέπυπε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τουτέων, οὐδ' ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πληρώσιος, οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. ὅς τις οὖν ταῦτα μὴ εἴσεται, ταῦτα δὲ πάντα βελτίω προσενηνεγμένα ἢ μὴ, οὐδενὸς ἧσσον τὴν αἰτίην τουτέων τινὶ ἀνατιθέντας. τὸ μὲν αἴτιον, ἀγνοεῦντας· τὸ δὲ συμφορώτατον, ἦν οὕτως τύχωσιν, ἀφανίσαντας. δεῖ δὲ οὐ, ἀλλ' εἰδέναι τι λουτρὸς ἀκαί-

ρως προσγινόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τουτέων, οὐδ' ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πληρώσιος οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. ὅς τις οὖν ταῦτα μὴ εἴσεται, ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς. δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ ταῦτ' εἰδέναι. ὅσα τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἐπὸ δυνάμιων ἔρχεται, καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δή τι τοῦτο, δύναμιν μὲν εἶναι, τῶν χυμῶν εἰδέναι, τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύς· σχήματα δὲ λέγω. ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ, κοῖλά τε καὶ ἐξ εὐρέος εἰς στενὸν ἐστι συνηγμένα. τὰ δὲ, καὶ ἐκπεπταμένα· τὰ δὲ, στερεά τε καὶ στρογγύλα· τὰ δὲ, πλατέα καὶ ἐπικρεμάμενα· τὰ δὲ, διατεταμένα· τὰ δὲ, μακρά. τὰ δὲ, πυκνά. τὰ δὲ, μανά τε καὶ τεθηλότα· τὰ δὲ, σπογγοειδέα, καὶ ἀραιά. τοῦτο μὲν ἕλκυσαι ἐφ' ἑωυτὸ, ἐπισπάσασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέος συνηγμένα, δύναιτ' ἂν μάλιστα. οἶμαι μέν τοι τὰ τοιαῦτα εἰς στενὸν συνηγμένα ἐκ κοίλου τε καὶ εὐρέος. καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ τῷ στόματι κεχυνῶς, ὑγρὸν οὐδὲς ἀνασπάσαις· προσμυλλήνας δὲ καὶ συστείλας, πίεσας τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥηϊδίως ἀνασπάσαις ἄν, ὅ, τι θέλεις. τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι προβαλλόμεναι ἐξ εὐρέος εἰς στενώτερον ἐστενωμέναι, πρὸς τοῦτο τεχνέαται. πρὸς τὸ ἕλκειν ἀπὸ τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπισπᾶσθαι, ἄλλά τε πολλὰ τοιουτότροπα. τῶν δ' ἔσω τοῦ ἀνθρώπου, φύσις καὶ σχῆμα τοιοῦτον, κῦστίς τε καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρα γυναιξί. καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει, καὶ πλήρεά ἐστι ἐπάκτου ὑγρότητος αἰεί. τὰ δὲ κοῖλα καὶ ἐκπεπταμένα, ἐπιῤῥυεῖσαν μὲν ἂν ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων, ἐπισπάσαιτο δ' ἂν οὐχ ὁμοίως· τὰ δέ γε στερεὰ καὶ στρογγύλα, οὔτ' ἂν ἐπισπάσαιτο, οὔτ' ἂν ἐπιῤῥυεῖσαν δέξαιτο. περιολθάνοι τε γὰρ ἂν καὶ οὐκ ἔχει ἔδρην, ἐφ' ἧς μένει. τὰ δὲ σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον σπλὴν, πνεύμων, καὶ μαζοὶ προσκαθεζόμενα μάλιστα ἀναπίοι, καὶ σκληρυνθείη καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα. οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐν κοιλίῃ ἐνῇ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε περιέχει, αὐτέη ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν, καὶ ἐξαγγίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ καὶ τὰ σμικρὰ πάντη, καὶ αὐτὶ ἀραιοῦτε γὰρ μαλθακοῦ, σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγένετο· καὶ οὔτ' ἐκπέσσῃ, οὔτ' ἀφίησι, ταῦτα δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τοῦ σχήματος. ὅσα δὲ φύσαν τε καὶ ἀνειλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισί τε καὶ εὐρυχωρήσεσιν, οἷον κοιλίη τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε, καὶ πάταγον ἐμποιέειν. ὅτι γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ, οὕτως ὥς τε στῆναι, ἀλλ' ἔχει μεταβολάς τε καὶ κινήσεις, ἀνάγκη ὑπ' αὐτέων καὶ ψόφον καὶ καταφανέας κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τουτέοισι νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. ὅταν δ' ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ ἀντικειμένῳ, καί τοι πρὸς αὐτὸ ἀντιπέσῃ, καὶ φύσει τοῦτο τύχῃ. μήτε ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥς τε δύνασθαι ἀντέχεσθαι τῆς βίης, καὶ μηδὲν κακὸν παθεῖν· μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιὸν, ὥς τ' ἐκδέξασθαί τε καὶ ὑπείξαι. ἁπαλόν τε καὶ τεθηλὸς. καὶ ἔναιμον καὶ πυκνόν, οἷον ἧπαρ, διὰ μὲν τὴν πυκνότητα καὶ πλατύτητα, ἀνθέστηκέ τε καὶ οὐχ ὑπείκει. φύσα δὲ ὑποδεχομένη, αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται, καὶ ὁρμᾷ μάλιστα πρὸς τὸ ἀντιπαῖον. διὰ δὲ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν ἐναιμότητα, οὐ δύναται ἄνευ πόνων εἶναι. καὶ διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, ὀδύναι τε ὀξύταται καὶ πυκνόταται πρὸς τοῦτο χωρίον γίνονται ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς, ἥσσον δὲ πολλόν. διάτασις μὲν γὰρ φρενῶν πλατείη καὶ

stuus, quid item labor. Neque enim ab illis idem vnquam malum prodit, neque ab vllo alio, neque à plenitudine, neque hoc vel illo cibo. Quamobrem si quis nesciat quomodo eorum vnumquodque ad hominem se habeat, nec quæ ab illis proueniunt nosse poterit, nec rectè illis vti. Mihi autem videtur cognoscendas esse affectiones omnes tam quæ à facultatibus oriuntur, quam quæ à figuris. Ac facultatem quidem appello humorum excellenteis qualitates viresque: figuras autem, ea quæ intra hominem habentur. Nam nonnulla caua sunt & ex lato in angustum contracta, quædam expassa sunt, alia solida & rotunda, alia lata & suspensa, alia distenta, alia longa, alia densa, alia rara & † mollia, alia verò spongiosa & 37
laxa. Ergo quænam eorum ad se humorem ab alio corpore potiùs pertrahet, an quæ caua simul expressaque sunt, an solida & rotunda, an quæ caua sunt & ex lato in arctum contrahũtur, potiùs id efficere poterunt? Videntur quidem mihi ea quæ ex cauo latoque in angustum redeunt. Quod etiam ex rebus externis sensui manifestis intelligas. Primũ enim hiante ore nullum prorsus humorem absorpseris, sed tãtum vbi ipsum iunxeris & constrinxeris, labráque compresseris, atque insuper fistulam ori admoueris, facilè quicquid libuerit attrahes. Deinde vero quæ admouentur cucurbitæ, eam ob causam ex lato in angustũ compressæ finguntur, vt ex carne attrahant, atque auellant. Sic & alia eiusmodi permulta. Partium autem quæ intra hominem sunt, tum natura tum figura talis est, nempe vesicæ, capitis, & vteri in mulieribus: atque hæ quidem quameuidentissimè attrahunt, suntque perpetuò ascititio humore plenæ. Quæ vero caua expassaque sunt, omnium quidem maximè confluentem humorem excipiunt, sed non perinde attrahunt. Solida verò & rotunda, nec accersunt nec admittunt fluxionem. Illa namque circunlabitur, neque sedem habet in qua consistat. Spongiosa autem atque laxa, velut lienis, pulmo & mammæ, adiacenteis maximè humores ebibunt, faciléque accedente humiditate durescunt & augentur. † Neque enim, quamuis in ventriculo humor 38
esset, eumque ventriculus vndique complecteretur, singulis diebus in tumorem attolleretur, imo vbi illa tum inania tum laxa & exigua prorsus humorum imbiberint, & in sese admiserint, pro laxis & mollibus dura densaque euadunt, neque eum vel concoquunt vel remittunt. Hæc autem à figuræ natura proueniunt. Quæcumque vero flatus fluctuationesque excitant in corpore, ea in cauitatibus spaciisque maioribus vt ventre & thorace, sonitum strepitumq; ciere par est. Quòd namque non ita oppleant vt loco vno stent, sed & mutentur & moueantur, necesse est ab illis tum sonitum tum euidentes motus excitare. Particulis verò carnosis & mollibus torpores repletionésque velut contusis oriuntur. Quum verò in partem latam & oppositam decubuerit humor aliquis, fueritque ea naturâ nec nimium robusta, vt reniti aduersus fluxionis vim possit, omnisque mali expers esse, nec mollis & laxa, vt excipiat subeatq; fluxionem, sed & tenera & mollis, & sanguine prædita densaque, sicut iecur, propter densitatem quidem atque latitudinem resistit, neque eam admittit, (verũ flatus postea increscit, fitque validior, atque impetu in partem renitentem fertur) sed quia tenere est, sanguinéque prædita, molestiis carere non potest. Quas ob res tum grauissimi creberrimique dolores ea in parte excitantur, tum suppurationes tuberculaque quamplurima. Fiunt verò & hæc sub præcordiis, sed longè impari vehementia. Namque in latum pro-

tenduntur præcordia, ſitumque aduerſum habent: eſtque eorum natura neruoſa planè & validior, minuſque eam ob cauſam dolori opportuna. Attamen in ipſis quoque dolores & tubercula fiunt. Porrò permultæ ſunt alię tum intra tum extra corpus figurarum ſpecies permultum ab inuicem differentes affectuum ratione, cum in ægrotis tum in bene valentibus, vt capita parua aut magna, colla tenuia aut craſſa, longa aut breuia, ventres longi aut rotundi, thorax & latera lata aut anguſta, atque alia ſexcenta, quorum omnium differentias nouiſſe oportet, vt explorata cuiuſque cauſa, rectè ſeruare poſſis. De ſuccorum vero facultatibus quemadmodum etiam antè à nobis dictum eſt, conſiderandum quomodo hominem afficere poſſint, & quænam ſit eorum adinuicem affinitas, hoc eſt, ſi dulcis ſuccus in aliam ſpeciem tranſmutetur, non per mixtionem quidem, ſed ipſe naturam ſuam penitus exuens qualiſnam primum fiet, amaruſne an ſalſus an acerbus an acidus? Acidus mea quidem ſententia. Eſt vero acidus omnium ſuccorum qui exhibentur, maximè incommodus. Dulcis quippe omnium commodiſſimus eſt. Ad eundem modum ſi quis in rebus externis inquirendo verum aſſequi poſſit, perfacile ex omnibus id quod melius eſt perpetuò ſeliget. Optimum vero eſt quod longiſſimè à malo diſtat.

ἀντικειμένη, φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη, διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι. γίνονται δὲ καὶ περὶ ταῦτα, καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ ἔξω τῶν σώματος εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει πρὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέοντι καὶ ὑγιαίνοντι, οἷον κεφαλαὶ σμικραὶ ἢ μεγάλαι· τράχηλοι λεπτοὶ ἢ παχέες, μακροὶ ἢ βραχέες, κοιλίαι μακραὶ ἢ στρογγύλαι, θώρηκος καὶ πλευρέων πλατύτητες ἢ στενότητες, καὶ ἄλλα μυρία, ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ἢ διαφέρει, ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς τηρείης. περὶ δὲ δυνάμιων χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅ, τι δύναται ποιέειν τὸν ἄνθρωπον ἐσκέφθαι, ὥς περ καὶ πρότερον εἰρέαται τὰς ξυγγενείας ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον. εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος γένοιτο, πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στρυφνὸς, ἢ ὀξύς. ἄρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτήδειος προσφόρων ἂν τῶν λοιπῶν μάλιστα εἴη. εἴπερ ὁ γλυκύς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. οὕτως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιστον δὲ ἐστι, τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS
DE MEDICO LIBELLVS,

INTERPRETE IO. GORRÆO

PARISIENSI.

Ὁ μὲν γεγραμμένος ὅδε ἰητροῦ παρεγγέλματα καὶ παραγγέλματα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον. ἰητροῦ μὲν εἶναι εὐσταλέα, ὁρᾶν εὐχροῆ τε καὶ εὔσαρκος ἕσται· πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν, οἱ μὴ εὖ διακεῖσθαι τὸ σῶμα οὕτως, ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἔπειτα περὶ αὐτῶν καθαίρειν ὡς ἔχειν ἐσθῆτι χρῆσθαι, καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις, ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπερβλητον πρὸς ἅπαντα. τοῦτο γὰρ ἥδιστον ἔχειν ξυμβαίνει τοῖς νοσοῦσι. δεῖ δὲ τοῦτον σκοπέειν πάσῃ μηχανῇ, μὴ μόνον τὸ σιγᾶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάντα εὐτακτον. μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθά. τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθόν. τοιοῦτον δ' ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. τὸ γὰρ πρόσπτωτὸν καὶ τὸ πρόχειρον καταφρονέεται, καίτοι πάνυ χρήσιμον ἦ, σκοπὸν δὲ ὅπως ἐν ὄχλοισιν. τὰ γὰρ αὐτὰ παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἀσαφέως ἔχουσιν, ἀγαπᾶται. ῥήμασι δὲ ἀπὸ μὲν πρόσπτωτα ζωὴν μὴ πικρῶς. ἀνδάνειν γὰρ δοκεῖ εἶναι καὶ μισάνθρωπος. ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνείμενος καὶ λίαν ἱλαρὸς, φορτικὸς ὑπολαμβάνεται. φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον οὐχ ἥκιστα. δίκαιον δὲ, πρὸς πάσιν ὁμιλίῃ εἶναι. χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρέειν, δικαιοσύνῃ. πρὸς δὲ ἰητρὸν, οὐ μικρὰ ξυμβάλλεται τοῖσι νοσοῦσι ὄφελος. καὶ γὰρ αὐτὸν ἀσφαλεστάτους πείθουσι τοῖς ἰητροῖς. χρὴ πᾶσιν ὥρῃσι ὑπηρετέοντα γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστου κτήματος. ἐγκρατέως οὕτω δεῖ πρὸς ἅπαντα ἔχειν ταῦτα. πᾶσι δὲ οὕτω ξυνῇ καὶ τὸ σῶμα, οὕτω διακεῖσθαι. τὰ δὲ εἰς τὴν ἰητρικὴν τεχνῶν παραγγέλματα, δι' ὧν ὄψει εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' αὐτῶν ξυνοπτέον, ἀφ' ὧν χρὴ μανθάνειν ἄνθρωπον ἀρξάμενον. τὰ πάντα ἐν ἰητρείῃ διαπρεπεύσμενα, ἥδιστον μανθάνοντα ὄψιν. δεῖ δὲ πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν τῆς οἰκίης. ἔστω δὲ τοῦτο ἐπὶ μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν παραγινόμενον ἐνοχλῇ, μήτ' ἦλιος ἢ ἀμφὶ λυπῇ,

Libello isto medicis præcepta damus, monemusque quomodo officinam suam instruere debeant. Præcepta quidem hæc sunt. Medicum bene coloratum & εὔσαρκον, hoc est quadratū natura esse oportere. Nam qui aliam corporis constitutionem habent, plærique existimant minùs probè reliquos curaturos. Deinde vero corporis amictus mūdus esto, vestis bona, vnguentáque suauiter redolentia, citra omnem prorsus mali suspicionem. Id enim pergratum ægrotantibus esse solet. Cæterum det operam vt animo sit moderato, nec taciturnus modò sit, sed etiam vitam optimè componat. Hoc enim maximas ad comparandam gloriam dotes habet. Moribus autem honestis probisque præditus sit, atque vnà cum virtutibus istis grauitatem, humanitatemque præ se ferat. Nimia namque facilitas & promptitudo contemnuntur, etiam si admodum vtilia sint, † si cum libertate coniungantur. † Hæc enim in illis qui ea etiam perexigua habent, plurimi fiunt. Quod autem ad gestum attinet, vultu tetrico sit, tamen citra feritatem, ne supercilioſus nimium inhumanusque videatur. Qui vero in risum propensior est, & plus æquo hilaris, molestus importunusque censetur, quod est in primis cauendum. Æquus omnibus esse decet, & plurimis æquitate sua opem ferre. Cæterum medicus cum ægrotis non minimum commercij habet, quippe qui tractandos sese medico summittant, atque nunquam cum mulieribus virginibusque conuersatur, & in res pretiosas incidit. Quare temperantiam in his omnibus medicus seruet. Istis igitur animi & corporis dotibus instructus esto. Reliqua autem consilia quæ ad artem pertinent, ex quibus medico artifici licet esse, & à quibus dicendi initium factū est, ab initio exorsi breuiter proponamus. Sanè quæ in ædibus medici curentur, omnes propemodum norunt. Primum autem domum cōmodè sitam habeat, hoc est, in qua nec ventus ingrediens molestus sit, nec sol aut splēdor grauis.

Lumen autem splendidum medicis quidem infestum non est, non item iis qui curantur. Itaque eum maximè splendorem vitent, qui oculis molestus est. Lumen quidem tale esse oportet. Nec vero istud prætermittendum est, faciei, splendorem solis auersum esse oportere, namque oppositus, visum debilem nimium fatigat. Infirmi autem oculi à quauis causa facilè offendi possunt. Ergo luminis hæc ratio sit. Sellas altitudine æquales quoad fieri potest, esse
3 oportet, † vt in illis sedeant. Nullo æneo, exceptis instrumentis, vtantur. Namque eiusmodi supellectile vti, mea quidem sententia, cultus nimium onerosus est. Aqua iis qui curantur dulcis puraque exhibenda. Absterforiis putris mollibusque vtendum, in oculis quidem linteis, in vulneribus vero spongiis. Hæc enim per se magna vtilitate adhibentur. Instrumenta autem omnia ad vsum oportuna sunto, conuenienti magnitudine, pondere & subtilitate. Prospiciendum autem vt quicquid adhibetur, prosit, sed ea potissimum quæ laborantem partem contingere debent, cuiusmodi sunt deligaturæ & medicamenta & vlceri circumposita linteola & cataplasmata. Hæc enim diutiùs affectis locis inhærent. Reliqua autem quæ posteà fiunt, scilicet eorum oblatio, refrigeratio, expurgatio & aquæ perfusio, breui tempore absoluuntur. Attendendum verò quid loco vel magis vel minus agere oporteat. Siquidem permagni refert an illis vsus fueris tempestiuè nécne. Est autem deligaturæ modus medicinæ peculiaris, † ei qui curatur perutilis. Hæc autem duo quibus vti conuenit, maximè conducunt, tum stringere vbi expedit, tum laxiùs deligare. Porro anni tempora obseruare oportet, nunc operire partem debeas aut nudare, ne dum ignoras vtro horum vtendum
4 sit, pars imbecillis fiat. Deligaturæ autem concinnæ & histrionicæ repudiandæ sunt. Nam molestæ illæ sunt, & ad vanam prorsus gloriam quæsitæ, noxamque sæpe ægrotanti adferunt, cum tamen is non ornatum sed potiùs quod vtile sit, desideret. Cæterum in chirurgicis operibus quæcunque sectione vel vstione perficiuntur, celeritas aut tarditas ex æquo commendantur. Est enim vtraque ex vsu. Nam quibus vna tantum sectione opus peragitur, ea protinus fieri debet. Siquidem cum sectio dolorem pariat, debet id quod dolorem adfert, minimo temporis momento durare, quod sanè fiet, sectione celerrimè absoluta. At vbi multæ sectiones necessariæ sunt, mora opus est. Celeritas namque dolorem iugem multumque gignit, intermissa vero sectio requiem relaxamentumque ægrotis præbet. Porrò idem de instrumentis dici possit. Verum gladiolis tam latis quam acutis non similiter in omnibus vtendum cẽsuerim. Siquidem particulæ quædam corporis sanguinem celerrimè fundunt, eumque non est facile retinere, cuiusmodi sunt varices & alię quædam venæ, quæ propterea angusto foramine recludi debẽt.
† Sic enim immoderatè profluere nunquam possit.
5 Expedit autem interdum ab illis sanguinem detrahere. At in partibus à quibus nihil periculi imminet, tum quę sanguinem non tenuem continent, latioribus gladiolis vteris. Sic enim sanguis facilè profluet, aliàs autem nequaquam. est autem turpissimum per chirurgiam non consequi quod cupias. Cæterum cucurbitarum genera duo commoda sunt. Namque quum fluxio altè impacta est, & procul à summa carne recessit, circulus quidem eius paruus sit, ipsa autem ventrem ne promineat, oblonga sit qua parte manu apprehenditur, nec grauis. Siquidem quæ talis est, rectà ad se trahit, &

φῶς δὲ πλαυγὲς τοῖς μὴ θεραπεύουσι ἄλυπον, οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς θεραπευομένοις ὑπάρχει. πάντως μὲ οὖν τοιαύτην τὴν αὐγὴν μάλιστα φευκτέον, δι' ἣν ξυμβαίνει τὸν ὀφθαλμιῶντα νοσέειν. τὸ μὲ οὖν φῶς, τοιοῦτον εἶναι παρήγγελται. τοῦτο δὲ ὅπως μηδαμῶς ἐναντίον ἔξει τῷ πρόσωπῳ τὰς αὐγὰς· πρόσσοχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀδυνέως ἔχουσαν. πᾶσι δ' ἱκανὴ πρόθεσις, ἐὰν μὴ ἐναντίας ὀφθαλμοῖς ὀπτανεσθαι. τῷ μὲ οὖν φωτὶ, τόδε τὸν τρόπον χρηστέον ὅτι. τὸν δὲ δίφρους, ὁμαλοὺς εἶναι τοῖς ὕψεσιν ὅτι μάλιστα, ὅπως κ' αὐτὸς ὦσιν. χαλκώματι δὲ, πλὴν τῶν ὀργάνων, μηδενὶ χρῆσθαι. καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναι μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. τὸ δ' ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. τοῖς δὲ ἀπομάγμασιν, καθαρσίοις καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. πρὸς μὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀθονίοις, πρὸς δὲ τὰ τραύματα, σπόγγοις. αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δ' ὄργανα πάντα εὐκρη πρὸς πὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ μεγέθει, καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ περιτρέμματα ἅπαντα μὲ χρὴ σωρεῦν ὅπως σωθείη. μάλιστα δὲ πλεῖστον, εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα γ' ὅσα ἐπιθέματα, καὶ φάρμακα. καὶ τὰ περὶ τὸ ἕλκος ὀθόνια, καὶ τὰ καταπλάσματα. πλεῖστον γὰρ χρόνον ταῦτα περὶ τὸν νοσοῦντας θερ τόπους, ἢ ὅ τι ταῦτα τόπων, ἀνάψυξίς τε καὶ φλογόθαρσις, καὶ τ' ὑδάτων κατάτλησις, ὀλίγου πνὸς δεῖ χρόνου. καὶ τί πολλὰ, ὅπου χρὴ, μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσπέρθαι δεῖ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαιρός τε καὶ μὴ ἡμῶν, μεγάλων ἔχει διαφορὴν ἔσι δὲ οἰκεῖη ἐπίδεσις ἡ ἐντεκῆς, ἀφ' ἧς ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπεύοντα. μάλιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ὅτι χρηστέον, πότε ὄκα δεῖ, καὶ ἀνυμόνως ἐπιδῆσαι. πρὸς δὲ τὸν χρόνους ἡ ὥρης, ποτὲ δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, γυμνοῦν ὄκως μηδὲ ἀδηλῆ λελησθὸς πότερον τούτων ἐνεργοῦ χρηστέον· εὐρύθμοις δὲ ἐπιδέσιας καὶ θεκτεκὰς μηδὲν ἀσκελέσας, ἀποχαίσκειν· φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ πεπτηλῶς ἀλαζονικὸν, πολλάκις τε βλάβλιμ οἷσον τῷ θεραπευομένῳ. ζητεῖται ἐνοσέων, οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. ἐπὶ δὲ τ' χειρουργιῶν ὅσαι διὰ τομῆς εἰσὶν ἢ καύσιος τὸ τχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπιτήδευται. χρῆσις γάρ ὅτιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲ γὰρ ὅτι διὰ μιᾶς τομῆς ἡ χειρουργία, καὶ ποιέεσθαι τχέιαν τὴν διαίρεσιν. ἐπὶ γὰρ συμβαίνει τὸν τομομένους πονεῖν μὲ τὸ λυπέον, ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι. τοῦτο δὲ ἔσαι, τχείης τ' τομῆς γιομένης. ὅπου δ' πολλαὶ ἀναγκαίως γινέσθαι τὰς τομὰς, βραδέως χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. ὁ μὲ γὰρ τχὺς, ξυνεχῆ ποιέει τὸν πόνον καὶ πολύν. ὁ δ' διαλιπὼν, ἀνάπαυσιν ἔχει πινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τ' ὀργάνων λέγοιτ' ἄν. τοῖς δ' μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν οὐ γὰρ πάντων ὁμοίως παραγέλλομεν. μέρη γάρ πινά ὅτιν τὰ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲ ἔχῃ πλὴν ῥύμην τὸ αἵματος, καὶ καταρρῆξαι ὅτι οὐ ῥᾴδιον. τοιαῦτα δέ ὅτιν, οὔτε κίρσοι, καὶ τινες ἄλλαι φλέβες. τὰς μὲ τομὰς χρὴ εἶναι τ' τοιούτων στενάς. οὐ γὰρ οἷόν τε πλὴν ῥύσιν γλυκεῖαν καταισχρῆ. συμφέρει δέ ποτε ἀπὸ τ' τοιούτων, αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. πρὸς δ' τὸν ἀνυδύνους τόπους, καὶ περὶ οὓς μὴ λεπτὸν ὅτι τὸ αἷμα πλαπτέρεις χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι. τὸ γὰρ αἷμα, πορεύοιτ' ἂν ἄλλως δ' οὐδαμῶς. πάνυ δ' ὅτιν αἰσχρῶς μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τ' χειρουργίης ὅ,τι θέλει σκιὸν δὴ δύο τρόπους εἶναι χρησίμους. ὅτε μὲ γὰρ ῥεῦμα ξυνεχὲς πρὸς τ' ὀπφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲ κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχὺν· αὐτὴν δ' μὴ γαστρώδη· προκύπτειν τὸ πρὸς τὴν χεῖρα μέρος, μὴ βαρέαν. τοιαύτην γὰρ οὖσαν, ἕλκειν ἐς ἐὺ ξυμβαίνει, καὶ

τῶν ἀφεστώτας ἰχῶρας κακῶς ἀνασπᾷ πρὸς τὴν σάρκα. τὸ δὲ πόνου πλῆθος κατασκεδασμοῦ ἕ σαρκός. τὰ μὲν ἄλλα παχυπλοΐου, τὸν δ' κύκλον μέγαν. οὕτω γὰρ ἂν πλείστων μερῶν ὠφέλειαι ἀχθοῦσαι ἐς ὃν δεῖ τὸ λυποῦν τόπον. οὐ γὰρ οἷόντε μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ ζωαρκώδους ἕ σαρκὸς ἂν πλείονος τόπου. βαρεῖα δ' οὖσα φέρει καὶ ἐς τοὺς ἄνω τόπους· κάπο δ' μᾶλλον τῶν ἀναιρέσιν, καὶ πολλάκις ὑπολείπεται τὰς νόσους. τοῖσι μὲν οὖν ἐρεσσῶσι ῥεύμασιν καὶ μακρὴν ἀπεχουσιν ἀπὸ τ' ἄνω τόπων. οἱ πλατεῖς κύκλοι, πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ ἕ ἄλλης σαρκός. ὁπισθοτόνοισιν δ' ξυμβαίνει τῶν ἐντοσθεν εἱλουμένων νοτίδα τῷ ξυμπαντὶ κάτωθεν ἰχῶρι. καὶ τὰ μὲ ἐνοχλεῦντα, ὑπολείπεται· τὰ δ' οὐδὲν λυποῦντα, ἀναιρεῖται. μέγεθος δ' σκύφης τὸ χρήσιμον σχεδὸν χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν. ὅταν δ' καταμύειν κάτωθεν δέχηται. τὸ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τ' χειρουργουμένων τόπων. ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἑλκωδέντα χρὴ καταρρύψ. ἐυτοιωτέρη γὰρ ὀδὴν ἡ σαρξ τῶ πεπόνηκότος. μαχαιρίοις δ' τοῖς κομπύλοις δ' ἄκρη μὲν λίθῳ τετμῆσι. εὐόντε γὰρ ἰχῶρες ὀρθοῦται γλίχροι καὶ παχεῖς. εὐάμυκος οὖν ὀδὴν ὑποτεμεῖσθαι τῆσι τομῆσιν, ὅταν τεινεὰ τμηθέωσιν. τὰς δ' ὑπὸ τ' βεβαίων φλεβὸς τῆσι κατακλίνεσιν χρὴ συλάσσειν. ἡ γὰρ κακλύπτουσα σαρξ πολλοῖς οὐ κακῶς δυσήρμοσεν τῇ φλεβί. τ' γὰρ σαρκος ὁλισθηρὴς οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. τῶν γὰρ φλέβα ὀκρυοειδὴς ξυμβαίνει κολυθεῖσαν, ἢ τῶν ῥύσιν τὸ αἵματος κωλύειν. πολλοῖσι δ' καὶ πόνος διὰ τοῦτο ξυμίσκεσθαι. δοκεῖ δὴ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη, τῷ μὲ τμηθέντι, πόνον· τῷ δ' τέμνοντι, πολλὴν ἀδοξίαν. τὸ δ' ἀυτὸ κ' πασῶν παρίγγελτον γίνεται. τὰ μὲ οὖν κ' ἐπιτήδεια ἀναγκαῖα ὄργανα, καὶ ὅτι ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶναι τὸν μανθάνοντα, ταῦτ' ὅτιν. ὀδοντάγρησι γὰρ ἢ σφυλάγρησι χρῆσθαι τὸν τυχόντα ὅτιν. ἁπλῆ γὰρ ἡ χρῆσις ἀυτῶν εἶναι δοκεῖ. ὅτι δ' φυμάτων καὶ ἑλκέων ὁκόσα μειζόνων ὅτιν νοσημάτων, τὰ μὲν φύματα, τεχνικώτατον ὑπειληφέναι καὶ δυνασθαι διαλύειν, καὶ τοὺς συσάσεις ἀυτῶν κωλύειν· ἐχόμενον δὲ τούτων φέλλειν εἰς τὸν ὀπισθιὴν τόπον, ὡς εἰς βεβαιότατον, καὶ τῶν σύριγγα ὁμαλῶς διὰ παντὸς πυιεῖσθαι τ' φύματος. ἀναμάλως γὰρ ἔχοντος ἀυτῶ, βαβύλλεσθαί τε καὶ δυσθεράπευτον τὸ ἕλκος κινδυνώδη ὅτι γενέσθαι. ἐξομαλίζειν τε χρὴ πιοσοῦτα πανομοίως, καὶ μήτε διαρρῆξαι πρότερον, μήτε ἀυτόματον ἐᾶν βαγῆναι. τὰ δὲ ὀκτίλαι δυνάμθα ὁμαλῶς ἐν ἕτερος εἶρηται. τὰ δ' ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας, μίαν μὲν εἰς βάθος. ταῦτα δ' ὅτι τὰ συεγγώδη, καὶ ὅσα ὑπουλα ὅτι, καὶ ἐντοσθεν κεκοιλασμένα. ἡ δ' ἑτέρη, εἰς ἶνας, τὰ ὑαρσαρκιῶντα. τρίτη δὲ ὅτιν εἰς πλάτος. ταῦτα δὲ ὅτι τὰ καλλίθυμα ὀρθιστικά. τετάρτη ὁδὸς ὅτιν. αὕτη δὲ μόνη κ' φύσιν εἶναι δοκέει κίνησις. αὐτὰ μὲν οὖν ξυμφορὴ τοιαῦτα σαρκὸς εἰσιν. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τῆ ξυμφέροντος. καὶ τὰ μὲν τέτων, ἐν ἑτέροις σημείοις δεδήλωται, καὶ ἡ χρησίον ὅτιν ἐπιμελεία. δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμθον, διαλυθήσεται, καὶ τὸ πληρούμθον, ἢ κοιλον γλυφόμθον, ἢ τῶν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμθον, προσκόντος ὀρθὴ τετάσθαι ἐν ἄλλοις εἴρηται σημείοις. ὀρθὴ δὲ καταπλασμάτων ὧδε. τ' ὀπισθεμένων ὀδόντων ὄχου ἂν ἡ χρῆσις κ' τ' νοσήματος ἀκριβὲς εἶναι δοκῇ, καὶ τῷ ἕλκει ἁρμόζῃ τὸ ὀπισθεμένον ὀδόντιον, τῷ δὲ καταπλάσματι πρὸς τὸν κύκλῳ τόπον τὸ ἕλκεος χρῶ.

procul distantes ieroſos † humores ad carnem ſtrenuè reuellit. Sin per magnum carnis ſpatium dolor ſparſus eſt, circulum maiorem habeat, in cæteris omnino ſimilis. Sic enim ex plurimis partibus, quò decet, doloris cauſam trahere comperies. † Neque enim fieri poteſt, quin magnus circulus amplo ſpacio carnem comprehendat. Quæ vero grauius eſt, * vergit quidem illa etiam ad ſuperiores partes, magis tamen ab infernis euacuat, & plærumque morbos relinquit. Itaque in fluxionibus longè poſitis & procul diſtantibus à ſupernis partibus, circuli lati multa ſimul à reliqua carne auellunt. Quò fit vt qui inde ducitur humor, ſani ei officiat quæ ab fernis partibus elicitur, & quæ noxia quidem ſunt, relinquantur, eximantur autem ea quæ nihil moleſtiæ adferunt. Quin & cucurbitæ magnitudo, vt partibus quibus applicari debet, conueniat, diligenter obſeruandum eſt. Cum verò particulam ipſam feries, ſanguinem ſubtus excipias. Siquidem eum oculis ſubijci oportet, quem tu diſſectis partibus emiſeris. Alioqui ne circulum quidem quem attaxeris, ferire oportebit. † Caro namque ægrotantis contenta magis eſt. Gladiolis vero parte extrema recuruis, nec nimium exilibus vtendum. Nam quandoque humores lenti craſſique prodeunt, quos in ipſo foramine quoties anguſtum eſt, hærere periculum ſit. Cæterum brachiorum venas cum aperis, † eas apprehenſas tenere oportet: namque in multis caro quæ teguntur, exactè eas non complectitur, quæ quidem quum lubrica ſit, vno eodemque ictu vtrumque diuidi non poteſt. Venam enim deliteſcentem inflari contingit, & vetare quominùs ſanguis effluere poſſit. Atque id quidem pluribus generandi puris occaſionem dedit. Itaque ſectio eiuſmodi duplici nomine vitioſa cenſetur, quippe quæ ſectionem perpeſſo, dolorem, ei autem qui ſecuit, magnam ignominiam pariat. Quod vt in omnibus fiat admonemus. Inſtrumenta igitur in medica officina neceſſaria, & quibus eum qui diſcit artificem euadere oportet, hæc ſunt. Inſtrumentis enim tum iis quæ euellendis dentibus inuenta ſunt, Græci ὀδοντάγρας appellant, tum iis quæ vuluæ accommodata ſunt, σφυλάγρας dicunt, nemo paſſim eſt qui non vtatur. Simplex enim eſt nulliuſque negociis eorum vſus. De tuberculis autem & vlceribus quæcunque maiora ſunt, illa quidem cohibere ſoluereque poſſe, & ne conſiſtant prohibere, maximum artis opus eſt: deinde verò in apertum locum breuiſſima via deducere, daréque operam vt tuberculum totum æqualiter conſiſtat. Nam ſi non æquabile ſit, diſrumpi atque ægre ſanabile vlcus fieri periculum eſt. Quamobrem ipſum æquabile reddere & concoquere, nec antè diuidere, nec vt ſponte rumpatur permittere. Sed quæ æquabiliter concoquere poſſunt, alibi dicta ſunt. Porrò vlcera ſinuum quatuor differentias habere videntur, vnum quidem in profundum (ſunt autem eiuſmodi fiſtuloſa tum quæcunque ſub cicatrice latent, & intus caua ſunt) alterum verò in ſublime, qualem habent vlcera quibus caro ſupercreſcit. Tertium autem in latum, cuiuſmodi ſunt quæ ὀρθιστικὰ, hoc eſt reptilia ſerpentiáve appellantur. Quartum autem qui ſolus ſecundum naturam incedere videtur. Et hæ quidem carnis calamitates ſunt & vitia, quæ quidem omnia propoſitam ſimilitet habent vtilitatem. Verum eorum ſigna alibi prodita ſunt, oſtenſumque quam curam adhibere conueniat. Quo autem modo quę connexa ſunt diſſolui poſſint, & quid plenum aut concauum eſt, aut ſinum in latitudinem porrectum habet, omnium eorũ notas aliis libris quantum conueniebat expoſuimus. Cæterũ de cataplaſmatis ſic eſt ſtatuendum. In quo morbo linamento vtendum eſt, ipſum curioſe ſeduloque adbibe, & vlcere decenter accõmoda. Circum verò vlcus cataplaſma circulo im-

pone. Hic enim cataplasmatis vsus artificiosus est, & oppidò quam commodus. Siquidem quæ vlceri circumponuntur, tum ipsi prosunt, tum linamentum continēt, tum ea quæ extra vlcus sunt, cataplasmate iuuantur. Talem quidem eorum vsum esse oportet. Quod autem ad tempora spectat, quibus horum singulis vtendum sit, & quomodo eorum quæ scripta sunt vires cognoscere conueniat, prætermisimus. Hæc enim lōgo interuallo extra medicinæ studium posita sunt, atque ad eum pertinent qui iam longè extra artem progressus est. Ab his deinceps est vlcerum in bello acceptorum tractatio, sagittarum extractio, cuius certè vsus in vrbibus perquam rarus est. Siquidem rarissimè quouis tempore ciuilia bella hostiliaque geruntur, frequentissimè autem assidueque externis in bellis eueniunt. Itaque eum qui chirurgicam exercere debet, militare oportet, & exteros exercitus sequi. Sic enim ad hoc opus magis exercitatus redditur. Cæterùm vnum dicendum superest, quod est in istis operibus præstantissimum. Indiciis namque certis deprehendere tela in corpore remansisse, artis chirurgicique muneris pars est maxima. Hoc enim si adsit, nulli omnino dubium esse poterit, quoties non recte curabitur aliquis qui vulnus acceperit. Solus autem is qui certis signis hoc nouerit, rectè curationem aggredietur. Verum de his omnibus alibi scriptum est.

χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔντεχνός τε καὶ πλεῖστα ὠφελεῖν δυναμένη. ἐδόκει γὰρ τῷ μὲν ἕλκει βοηθεῖν ἡ περιτιθεμένων δύναμις· τὸ δ' ὀθόνιον, φυλάσσειν· τὰ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος, τὸ κατάπλασμα ὠφελέει. τὴν μὲν οὖν χρῆσιν αὐτέων, εἶναι δεῖ τοιαύτην. περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ἐστί, καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν. παραλέλειπται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ πλεῖον προῆκται τῆς κατὰ ἰητρικὴν ἐπιμελείας. καὶ πόῤῥω τῶν τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστίν. ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ κατὰ στρατιὴν γινομένων τρωμάτων χειρουργίη περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν βέλεων. ἐν τῇσι κατὰ πτόλιν διατριβῇσι βραχεῖά τις ἐστὶ τουτέων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί. ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίνεσθαι. τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργοῖν, στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος πρὸς ταύτην τὴν χρείαν· ὃ δὲ εἶναι δοκεῖ περὶ ταύτα τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τῶν γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεπορίσθαι, τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος, καὶ τῆς πρὸς ταῦτα χειρουργίης. τούτου γὰρ ὑπάρξαντος, οὐκ ἂν παραλίποιτο τρωματίας ἀγνοηθεὶς, ὅταν χειρουργῆται μὴ προσηκόντως. μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ἐπιχειρείη. περὶ δὲ τουτέων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστίν.

SCHOLIA IN HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

1 Συγγραφὴν τήνδε. συγγραφὴ est quicquid scripto mandatur. Quare & quod nunc scripto iureiurando promittit Hippocrates, & posteà litteras obligatorias συγγραφὴν appellat.

2 Ἀκρόαμα narrationem significat, sed nemo est qui ignoret nomen istud Aristotelem specialius vsurpasse in epistola ad Alexandrum, vbi ἀκροαματικοὺς λόγους appellat libros de recondita peripateticæ sectæ disciplina editos, vt hoc etiam loco de medicina Hippocratem intellexisse existimo.

3 In Aldino & Germano codice scribitur καὶ τῆς ὀθορίης τῆς τε ἄλλης geminato λ. quam quidem scio tolerari posse, sed malim legere simplici λ, hoc est τῆς πλανῆς, vt interpretatur Esychius.

4 Παραβαίνειν propriè transgredi, dixi negligere. Nam qui aliquid transgrediuntur, illud prorsus negligenter agunt.

SCHOLIA IN EIVSDEM librum de Arte.

1 Sed imperitiam suam manifestò produnt. ἀλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεῦμενοι. Siquidem ἱστορίην cognitionem significare, sed hoc dixit Hippoc. cõmuni loquendi forma, eos ostendere quod sciunt, hoc est, se nihil prorsus intelligere.

2 gloriam aucupantur, φιλοτιμουμένων μὲν. φιλοτιμεῖσθαι propriè significat honorem quærere & ambire, quod hic potius mihi videtur significare quàm contendere aut conari.

3 cum tamen improbitati suæ obsequi nequeant. οὐδαμᾶ δὲ δυναμένων τῇ κακίῃ ὑπουργέειν. Hoc est, quum tamen consequi non possint id quod improbitate sua ambiunt & venantur.

4 Equidem nullam omnino artem, &c. Cùm plærique negarent medicinam artem esse, hoc in primis ostendere vult Hippocrates, nullã inquiens artem se putare esse, quæ reuera non sit, & quæ artis nomen non mereatur. Multæ enim sunt vanæ prorsus & inutiles, de quibus loquitur initio libelli περὶ εὐχημοσύνης. Quod vt probet, videtur multa extra propositum καὶ ὑπερβατῶς dicere de eo quod est & eo quod non est, quæ si quis his nostris temporibus media in oratione insereret, à multis fortasse rideretur. Verùm Hippocrati necesse fuit hæc addere, cuius sæculo nihil adhuc certi in logica & physica speculatione constitutum erat, sed omnia magnis philosophorum altercationibus controuersa, præsertim quæstio illa vulgata & nobilis de ente & non ente. Ergo postquàm probauit Hippocrates nullam artem esse quæ non sit, & verè subsistat, docet quænam sit artium ipsa (vt ita loquar) essentia & subsistentia, dicitque formam ipsam artium esse. Habent enim singulæ artes singulares propriasque formas, tum quum docentur, tum cùm tractantur. Alia namque ratio est docendi tractandique medicinam, alia musicam, alia arithmeticam, alia sutoriam, aut aliam quamuis artem, quam quidem rationem formam artis Hippocrates appellat, non diuerso modo ab Aristotele & reliquis philosophis, qui formam cuiusque rei appellant, per quam vnaquæque consistit & nominatur. Postremò Hippocrates docet quænam sit ipsa medicinæ forma, eam definiens. Quippe certum est definitionem omnem per formam fieri.

5 Quæ apud omnes docentur formæ. δεδειγμένων εἴδη τῶν τεχνέων. In Aldino & Germano codice legitur ἤδη quod significat iam. Verum legendum censeo εἴδη propter rationem præcedente scholio annotatam, quod etiam patet ex eo quod se explicans Hippocrates subiungat, καὶ οὐδεμία ἐστὶν ἥγε ἐκ τινος εἴδεος οὐχ ὁρᾶται.

6 homines maledici. οἱ τὰ χείρω λέγοντες, qui peiora dicunt, vituperatores, namque vituperium τῶν χειρόνων ἐστί, τοῦ τ' ἔστι τῶν κακίστων.

7 obsequentes. ὑπουργέοντες, ὑπουργεῖν est subseruire, parere, & obsequi, quod hic de ægrotis dicitur, non de arte.

8 simulachro. εἶδος formam & speciem cuiusque rei significat: item χρῶμα, σῶμα, ὄψιν, πρόσωπον, verti autem simulachrum quod hoc faciliùs vulgus intelligere possit, de quo hæc etiam scripta esse videntur.

9 Medicum aliquod opus factitent. τῇ ἰητρικῇ περιτυχεῖν in medicinam incidere, adde si velis feliciter & successu optimo propter differentiam τοῦ περιτυχεῖν καὶ τοῦ ἐπιτυχεῖν. locus exigit vt rectè dicamus medicum aliquod opus facere.

10 nullam artem. ἀτεχνία priuatio est τῆς τέχνης: eam latinè nec imperitiam nec inartificialitatem rectè dixeris, sed nos sequuti Quintilianum libro secundo institut. oratoriarum capit. 21. nullam artem vertimus.

11 Si medicis improperarent quòd eos talia dicẽtes tanquam deliros & insanos medici non curarent. ὅτι αὐτέων τοιαῦτα λεγόντων, οὐκ ἐπιμελοῦνται ὡς παραφρονούντων. Potest alius esse sensus ab eo quẽ red-

didimus, Si medicis improperarent nihil ipos suis, veluti delirantium verbis commoueri. Est enim hæc ambigua significatio verbi. τῶ ὀνειδιζω.

12 Quam imperitiam. In vtroque codice Græco legitur ἢ ἀμαθίη. Videtur mihi legendum ἢ ἀμαθίλω, tum quòd sensus sic mihi facilior videtur, tũ quòd parum admodùm discriminis est inter ἀγνοίλω & ἀμαθίλω.

13 Ac inter leuiores quidem morbos an qui vehementiores sunt curari possint nécne, &c. Quod dicitur Græcè τῶ μὲ σωῖ ἤσσονων τὰ κρέσσω ad morbos refero, facili planè sensu. Positis enim duabus morborum differentiis, vna leuium, altera grauissimorum, & his quidem penitus incurabilibus, illis verò curabilibus, quorum rursum etiã latitudo quædam sit, vt alij ex iis leues sint, alij verò in eadẽ differentia & latitudine vehementissimi, hoc iam dicit Hippocrates. In genere leuium morborum qui vehementissimi sunt, nondum compertum est an sanari omnes possint, quòd autem illi grauissimi, in quibus secundam morborum differentiam constituimus incurabiles, patet cuiuis, quia iam extra artem medicam positi sunt. Namque in eos agere efficacissimum artis medicæ instrumentum non potest, quod est ignis. Verum nõ dubito quin plærique τὸ τῶ μὲ σωῖ ἤσσονων non quidem ad morbos, sed ad τὰ κρέσσοντα relaturi sint: quod si faciant, vel necessariò instrumenta per quæ medemur confundent cum morbis quibus medemur, vel ἀνίατον in actiua significatione accipient, pro eo quod curare non potest, non autem quod incurabile est, præter receptum in lingua Græca vsum.

14 Deliris istis, lego Græcè τῶ ἀφρόνων, vt habetur in Germano codice, & sensus ipse postulat.

15 Spacio & capacitate. Scio νηδὺν ventriculum significare vel potius ventrem inferiorem. Attamen certum est hic Hippocratem accepisse non pro eo solum, sed omni etiam cauitate & spacio corporis.

16 Per carnem suspensi. ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα. Id est, in media carne positi, quo loco sublimes esse videntur eorum comparatione qui super ossa recumbunt. Habent enim ossa in corpore humano terræ similitudinem.

17 Inexpugnabiles sunt, κεκράτηκεν. Hoc est artem vicere, & sunt arti inexpugnabiles.

18 Verum & maiori cum labore, &c. Censeo ex Aldino & Germano vtroque corrupto sic legendum esse. μετὰ πλείονος μὲ τοῦ πόνου καὶ οὐ μὴ ἐλάσσονος χρόνου ὃ εἰ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἐωρᾶτο, γινώσκεται.

19 Hæc verò si morbum tãdiù ferre possit. ὃ δ' ἂν μὲ ἀρκέσῃ πρὸς τὸ ἐξαίρεσιν. Refero ὃ δὲ ad τὸν νοσέοντα, quod tamen ad τὸν φύσιν τοῦ νοσέοντος Hippocrat. referre debuerat, vt sibi correspõdeant, illa namq; hęc verò.

20 Propter corporum διὰ τὸν τῶ σωμάτων, videtur mihi expungendum τῶ quod habetur in vtroque codice.

21 Densitatem. στενότητα, στενότης propriè angustiam significat. Sed quia densa videntur aliquo modo redacta in angustum, non dubito στενότητος nomine τὸν πυκνότητα significari posse, accedente præsertim Esychio, qui στεναγμὸν & στεναγμοὺς, hoc quidem πυκνωμένους, illud verò πυκνωμένον μόνον interpretatur.

22 Nec verò quicquam tale. Id est, Nec vero vlla alia ars tentat ea quæ nõ potest efficere, sed omnes si desit instrumentum per quod agant, desistũt: prorsus ab opere, nec opus aliquod suscipere audent, etiamsi nihil aut parum incommodi sit, si quid temerè susceperint. Namque versantur circa res viles, & in quibus error facilè emendari possit, præterea operasua habent oculis subiecta, vt non tam facile sit ipsis errare. Ergo nec medicina cùm his omnibus adiumẽtis careat (versatur enim circa corpus humanum, in quo nullus error leuis esse potest, propter corporis dignitatem: & morbos prorsus latenteis curat) curationem aliquã aggredietur, si præsidiis & remediis quæ sunt illi vice instrumenti, destituta sit. Atqui morborum desperatorum remedia nulla habet, itaque eorum curationem aggredi nullo modo debet.

23 Porro modo ignis, &c. Dicit Hippocrates naturam modis omnibus conari, vt latentes obscurique affectus medico innotescant. Nam aliquando natiui caloris etiam externi, qui scilicet accedit ex medicamentis, beneficio colliquat pituitam, & excernit, vt apparere manifestò possit, quid sit quod morbum committat. Producit etiam varias respirationum differẽtias internorum affectuum indices, aliaque eiusmodi quamplurima.

24 A vaporibus ab aqua calida subductis præbet argumentũ. ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοὴν τεκμαίρεται. Hoc est, quemadmodum vapores ab aqua calente sublati produnt aquæ qualitatem, sic & sudores humorum qui in corpore delitescunt, significant caliditatem, frigiditatem, acrimoniam, salsedinem, aciditatem, reliquasque qualitatum differentias.

25 cognosci certò possunt. Legendum cum Germano codice πίστις.

SCHOLIA IN EIVSDEM librum de antiqua medicina.

1 Omnes qui de medicina. Hippocrates reprehendit, qui in arte nihil præter calidum, frigidum, humidum & siccum statuerunt, atque in iis totam artem concluserunt, quemadmodum & post eos empirici quos refutat Galenus libris methodi, qui duas tantum curandorum morborum indicationes adstrictum & fluens posuere.

2 Artifices enim, &c. Quod scribit Hippocrates de artificibus & eorum discrimine in arte medica, huc spectat vt doceat ex iis artem medicam iam inuentam constitutamque esse, propterea eos qui in ea peccant, turpius peccare.

3 Eorumque naturam scrutetur. καὶ γνώσεται ὅπως ἔχει. vulgo γνώσκειν cognoscere significat, hic potius dare operam vt cognoscatur: neque enim aliter conuenirent hæc duo, quòd ea ipse cognosceret, & eadem quæ dicit non haberet explorata.

4 Verùm medicina. Lego Græcè ἰητικῇ dativi casus, in eum sensum quem verti, quanquàm tolerari potest in nominatiuo hoc modo. Verum medicina ab omni ferè æuo inuenta est & principium & via.

5 tum alios fallit, καὶ ἐξαπατᾷται. Cum sit hoc verbum mediæ vocis, plenior multo sententia videbitur, si in actiua significatione potius accipiamus quam in passiua.

6 quidnam sit ars, ἥτις τέχνη ἐστί. Potest aliter verti. Vbi artem esse docuero atque exposuero, auferendo τὸ ὅτι τῶ ὑποδιαστολῶ. Namque Hippocrates videtur magis probare medicinam artem esse, quàm ipsam definire.

7 præter ea quæ ipsimet contigere. Videtur legisse Caluus: ἐδωκτίσεν ἀντὶ τοῦ ἔπεσεν, isto ferè sensu, vt quod nihil libentius audiat, quam sibi affectus suos exponi.

8. Et non potius alia victus ratio cõueniret. Græcè sic legendũ esse exigit ipse sensus, ἢ μὴ κατ' ἄλλα, λιαστομένοις ξωιφερε ἢ μὴ ἢν ἕτερα, τουτέων βελτίω. Dicit enim Hippocrat. non fuisse necesse priorem illam victus rationem immutare, quæ erat nobis cum brutis communis, nisi conuenisset vti alia victus ratione, atque alia istis meliora fuissent.

9. Herba. ὕλη. Scio non rectè ἢ ὕλης significationem herbæ nomine exponi. hîc autem ὕλη videtur significare quęcunque in syluis edi possunt ab animalibus.

10. Istis enim aluntur. lego Græcè ἀπο τουτέων γαρ.

11. Defunguntur. ἀπολλύωνται, moriuntur, potiùs quàm liberantur. Hoc enim dicit Hippocrates. Omnes qui ferino illo victu vtebantur, vel moriebantur, si viribus essent imbecilles, vel languebant diutiùs, si vires haberent magis valentes, quemadmodùm & hac nostra ętate fieri videmus.

12. Quòd si quis non existimat, &c. Dicit artem medicam non totam consistere in hac imitatione victus: namque illa nulli non cognita est, etiam athletis.

13. Tum contra. lego Græcè ὀκόσοι δ' αὖ τ' ἀνθρώπων.

14. Vehementiores præsertim. Hoc dicit Hippocrates, causas omnes morborum, præsertim vehementiores magísque euidentes ad has tres considerationes referri quas recensuit, scilicet quòd aliqui sorbeãt, quos sorbere nõ oportet: alij edãt, quos edere non decet: alij edant, quibus sorbendum erat. Sunt autem hæ tres causæ non omnes quidem (nam & à reliquis multis homo lædi potest) verũ magis euidentes, magísq; vehementes.

15. Vel vni tantùm cibationi vel etiam prandio, ἢ τῇ μονοσιτίῃ, ἢ τῇ ἀειρῇ. μονοσιτίη, mea sententia, significat quam nos nunc cœnam dicimus, τοῦτ' ἔστι τὸν δεῖπνον, quod apparet ex eo quòd τ ἀειρῇ opposuit τῇ μονοσιτίῃ: hoc autem cœna nomen habuisse olim videtur, quòd ea tantùm cibatio vt plurimum toto die esset.

16. Prætet vtilitatem. ἔξω του συμφέροντος, id est, ex quo vtilitatem non sint accepturi.

17. Pallidiores. χλωρότεροι. Multis locis scripsit Galenus χλωρὸν duo significare apud antiquos, aliàs quidem pallidum, aliàs verò quomodo multi brassicam & lactucam virides dicunt. Malui pallidum vertere, quòd hic color magis conueniat bilioſis hominibus inediam passis.

18. Nec verò cibos concoquere potest. Si quis, inquit Hippocrates, consueuit prandere & non prandeat, postquàm hora prandij prætterierit, ea omnia patitur quæ sunt antè enumerata, atque si cœnet, cibos eos concoquere non poterit quos assumpserit.

19. Qui imbecillis est ad eum proximè accedit qui ægrotat. ἐγγυτάω του ἀσθενέοντος ὅδε ὁ ἀσθενής. hic necessariò obseruanda est differentia inter τὸν ἀσθενέοντα & τὸν ἀσθενῆ, quam nos vertendo expressimus.

20. Aliquod eorum dicere simplicitas. ἁπλοῦν γαρ ἔστι τουτων. existimaui ἁπλοῦν idem significare quod ἀνόητον, id quod etiam apud latinos simplicitas significat. Aliter non video quomodo sententia Hippocratis constare possit.

21. Cùm quod igni & aquæ, &c. Hic videtur esse sensus. Fit panis ex iis quæ sunt inter se contraria, vt igne & aqua, atque aliis pluribus, nec tamen eorum ex quibus fit qualitates retinet, sed abiectis illis nouam quandam temperiem acquirit. Exemplo esse possunt animalium corpora, ex quatuor elementis compacta.

22. Quæ qui primi reperere. Antiqua medicina in ratione victus posita erat, neque meminerat calidi, frigidi, humidi aut sicci. Attamen illi tantum tribuerunt antiqui vt eam ad deum authorem nempe Apollinem aut Aesculapium referrent, ex quo probat Hippocrates ἢ γνωσιν ἀπάσης ἢ διαιτης vtilitatem.

23. Insipidum. πλαδαρὸν. Vox hæc significat humidum & flaccidum Esychio interprete. Sed quoniam non sunt hæc saporum nomina, malui vertere insipidum, quod est humoris aquei proprium.

24. Conturbatorium ἀργὸν ἔχον. Esychius interpretatur ἀργὸν, βλακῶδες, λεπτόν. Et ἀργὸν, δυμῶδες, παχύ. Ego conturbatorium malui vertere, sequutus Galenum, qui in libris de ratione victus in morbis acutis interpretatur ἀργὸν, τὸ ἐν τ πίπτεσθαι τῷ παχεῖ ἀπορ ραζόμενον.

25. Frigus autem & calorem, &c. Etiamsi calor & frigus actiuæ qualitates κατ' ἐξοχὴν appellentur, mala tamen quæ ab ipsis prouenium, non sunt tam grauia & curatu difficilia, quàm quæ à secundis qualitatibus oriuntur.

26. Eandem vestem sumat, &c. Id est, si sumat vestem simplicem, qualem idem habebat cùm molitus est refrigerationem, & diutiùs immoretur in aëre locóque frigido.

27. Aut qui magno in æstu. ἢ. Dubitaui num potiùs τὸ ἢ comparatiuum hîc esset quàm disiunctiuum. Adscripsi quod melius visum est. Eodem loco lege διαπνεοιτο, vt in Aldino codice.

28. Acutum. ὀξὺ. Malui vertere acutum quàm acidum, quoniam aciditas nunquàm iuncta apparet cum caliditate.

29. Primùm quidem. Peculiare est Hippocrati, & apud eum frequens τουτο μὲν, τουτο δὲ. modò quidem, modò verò, partim quidem, partim verò, primùm quidem, deinde verò.

30. Exulceratur. Codex Germanus sic habet, quod malim legere, quàm ἐξογκοῦται, hoc est intumescit, siquidem antè dixerat narem in tumorem attolli.

31. Inflammatio. φλεγμὸς, φλέγωσις, φλεγμονὴ apud antiquos eadem erant.

32. Iudicia & temporum numeri. Crises intelligit & dies criticos, qui varij sunt pro diuersitate humorum.

33. Mixtio quidem eorum esse potest. Hoc dicit Hippocrates, Qualitates vehementes quę morbum committunt in humano corpore, cum possint variis modis concoqui, tenuari, incrassari, non item tamen calidum & frigidum. Calidum namq; nec potest putrescere nec crassitiẽ consequi. Quæ est igitur ratio calidum frigidúmq; morbum curandi? Simplex profectò per solam eorum mixtionem & temperaturam. Tunc enim solùm agere desinunt & molestiam exhibere, quum sunt secum remixta.

34. Aiunt verò. Damnat eos qui existimabant totam artem sitam esse in cognitione corporis humani, nihílq; prętęr eius causas & compositionem speculabantur. Quæ vt non damnat Hippocrates, sic alia multa medico necessaria esse asseuerat.

35. Et cuinam mortalium incommodum sit. ἢ τινὶ τ ἀνθρώπων ἐνόντων ἀνιηρὸν ἔσται. τὸν ἐνόντων περιλκει, nisi legamus ἀνθρώπῳ, tunc alius sensus erit, & vertendum hoc modo. Et cui in homine parti, vel, Et cui quod in homine insit.

36. Multa simul veluti in acie concurrunt, πολλαὶ συμπαρατάξεις. Hippocrates inuehitur in medicos qui cuiusque rei vires ignorant. Illis, inquit, qui reualescunt ex morbis & longis morbis laborant, multa simul concurrere possunt & fieri vno eodémque tempore, à quibus quidem si iuuari vel lædi hominem contigerit, tam sunt imperiti illi medici, vt ignorent quid sit quod vel læserit vel profuerit.

37. Mollia, τεθηλότα. Participium hoc est mediæ vocis à verbo θηλόω, quod significat effœmino, verti mollia, quod fœminarum sit præcipua mollities. Non erit absurdum si etiam dicamus τεθηλότα mammarum instar, θηλὴ enim mammam significat.

38. Neque enim, &c. Videtur hæc esse sententia Hippocratis, Spongiosa & laxa maximè admittunt fluxionem, eáque suscepta durescunt, & in tumorem attolluntur. Quæ verò caua sunt & dura, sine solida, quantumuis humore sint referta, non tamen eo intumescunt, ventriculi exemplo.

SCHOLIA IN EIVSDEM libellum de medico.

SI cum libertate coniungantur. Lego Græcè σκοπούω, vt referatur ad τὸ πρόχειρον καὶ προπετές, hoc sensu, Facilitas ea & promptitudo commoda est, quæ spectat ad libertatem, hoc est, quæ libertatem non adimit.

2. Hæc enim in illis. Virtutes hæ quibus dixi medicum præditum esse oportere, tantæ sunt, vt eas etiam in illis admiremur, in quibus tamen raræ sunt & exiguæ.

3. Vt in illis sedeant. ὅπως, κατ' αὐτοὺς ὦσιν. Potest sic verti, vt qui in illis sedent, medicis respondeant. Hæc enim ratio est, quare sellas altitudine æquales esse præcipiat.

4. Ei qui curatur perutilis. lego τὸν θεραπευόμενον.

5. Sic enim immoderatè nunquam profluere possit. οὐ γὰρ διόν τε ῥύσιν γενέσθαι κατακορῆ. Habet κατακορὴς ambiguam significationem. Si hoc loco acceperimus pro sufficienti & moderato, hic erit sensus, varices angusto foramine aperiri debent, alioqui nunquam poterit sufficiens & moderata fieri sanguinis vacuatio, sed is immodicè profluet. Sin autem hic significauerit abundantiam & excessum, sic intelligendum erit quemadmodùm vertimus.

6. Humores. ἰχῶρας. alij saniem, alij serosos humores vertunt. Est autem humoris vocabulum, vel apud medicos non illis tantùm quatuor primis & nobilibus, sed etiam alijs omnibus tùm probis tùm vitiosis commune.

7. Neque enim fieri potest. lego Græcè, οὐ γὰρ διόν τε.

8. Vergit quidem illa etiam ad superiores partes. Per superiores partes, cutem & summam carnem, per infernas imam intelligit.

9. Caro namque ægrotantis. Hæc ratio est cur partem ferire oporteat, vt sanguinem qui partem distendit, fundas.

10. Eas apprehensas. τῇσι καταλήψεσι, potest dici vinculis vel deligaturis.

FINIS.

FORMVLÆ REMEDIORVM, QVIBVS VVLGO MEDICI VTVNTVR.

Authore Petro Gorræo, Bituricensi.

PARISIIS,

M. DC. XXII.

IO. GORRÆVS LECTORI S.

PRodiit iampridem in publicum libellus formulas remediorum continens, quibus ho tempore medici medicamenta componunt. Is quamuis mutilus & pleriſque in locis deprauatus, & ſine authore, à quo tamen apud multos cõmendari potuiſſet, circumferretur, tanti vbique fuit, vt eius æmulatione quidam in Germania rapto gloriã comparare ſoliti, de componendorum miſcendorúmque medicamentorũ ratione libros ediderint, & Venetiis etiam typis excuſſus fuerit. Antè enim quiſq; ferè eum ſibi exarabat. Itaque non putabam, donec excuſſus eſt, tam cõmune eſſe: alioqui dudũ in eo præſtitiſſem quod nunc molior, neq; permiſiſſem tam lacerum & corruptũ in hominũ manus peruenire. Id enim ego ad exiſtimationẽ meam magnã referre arbitrabar, cui non minus parentis nomen, quàm meum curæ eſſe debet. Siquidem permulti, atque celebres medici Pariſienſes ſciebant formulas eas à patre meo primùm deſcriptas fuiſſe, quibus ille ſenex iuuenes medicos domum ſuam familiariter vẽtitantes, Pariſiis inſtruebat. Nec tamen de iis publicandis vnquàm cogitauit. Huius enim gloriolæ deſiderio minimè tenebatur, qui poterat veram gloriam & longè ampliſsimam grauioribus ſtudiis, ſcriptiſque conſequi. Formulas tantùm iſtas, tanquam maximè vulgares, medicinæ ſtudioſis dictauit, quas illi auidius exceperunt, ſcripto in vnum contulerunt, & indẽ amicis diſcipuliſque ſuis communicarunt. Sic factum eſt, vt illæ, quaſi per manus traditæ, nunc paſſim habeantur. Hæc ego cùm longo poſt tempore intellexiſſem (pater enim me adhuc puero fato functus eſt) cœpi ſtudiorum eius monimenta, quæ moriens multa & præclara reliquerat, diligentius ſcrutari. Laceras modò chartas, & veluti Sybillæ folia, huc & illuc diſperſas deprehendi, nec tamen omneis, ex quibus præſentem libellum reformaui. Quo quidem in opere nihil de meo addidi, nihil detraxi, nihil immutaui, ſed ea etiam reliqui, quæ certò ſcio à Latinis authoribus abhorrere, tum quòd ſciam patrem meum hæc vulgò & pharmacopolis intelligenda dictantem noluiſſe affectare, ſe in re barbara malè Latinum, maléque diſertum haberi, tum quòd ſi iſta aliquando, qualia erant, placuerunt, nunc etiam meliora facta, non minus poterunt probari.

VALE.

FORMVLÆ REMEDIORVM, QVIBVS VVLGO MEDICI VTVNTVR.

Authore Petro Gorræo Bituricensi.

Remediorum nomina quæ hodie in vsu sunt medicinam exercentibus.

1. Suppositorium.
2. Nodulus.
3. Pessarium.
4. Clyster.
5. Syrupus simplex, siue vsualis, & Syrupus magistralis.
6. Iulep.
7. Dosis, siue Potus.
8. Bolus.
9. Pilula.
10. Apozema.
11. Mulsio.
12. Puluis.
13. Electuarium. Lozenga. Manus Christi. Opiata.
14. Conditum. Conserua.
15. Pasta regia, siue marciopanis.
16. Lohot, siue Eclegma.
17. Balneum & Semicupium.
18. Epithema, siue fomentum.
19. Sacculus.
20. Scutum.
21. Cataplasma.
22. Emplastrum.
23. Vnguentum.
24. Linimentum.
25. Frontale.
26. Cucufa & Semicucufa.
27. Suffitus.
28. Collyrium.
29. Nasale, siue errhinum.
30. Apophlegmatismus.
31. Distillatum restauratiuum.

QVIBVS MODIS REMEDIORVM quantitas dispensetur.

Herbæ dispensantur manipulis: quorum nota est m̄

Flores pugillis: quorum nota p.

Radices granis, scrupulis, drachmis, vnciis, libris: quorum notæ g. ℈. ʒ. ℥. ℔.

Liquores / Pulueres { eodem modo quo & radices.

Fructus, numeris. i. ij. iij. iiij. v. &c.

Ordo in decoctionibus obseruandus.

Radices primò in decoctionibus ponantur, quoniam maiore egent coctione quàm reliqua. Secundò semina. Postremò flores, quia nimia coctura vim suam, quæ aëria est, amitterent.

De quibusdam simplicibus, quæ suis nominibus non appellantur, sed tantùm vniuersalibus.

Remollitiuorum nomine intelliguntur ista.

Malua,
Bismalua, siue Althæa,
Violaria,
Parietaria,
Mercurialis,
Achantha vrsina,
Brancha vrsina,
Beta.

Radicum aperitiuarum nomine intelliguntur.

Radices Apij,
Petroselini,
Brusci,
Asparagi,
Fœniculi.

Florum cordialium, siue communium nomine intelliguntur.

Flores Violarum,
Borraginis,
Buglossæ.

Semina, quorum præcipuus est vsus, duplicia sunt, Calida & Frigida: & vtraque similiter duplicia, maiora scilicet & minora.

- Semina.
  - Callida
    - Maiora
      - Anisi.
      - Feniculi.
      - Carui.
      - Cumini.
    - Minora
      - Dauci.
      - Apij.
      - Ameos.
      - Amomi.
  - Frigida
    - Maiora
      - Cucurbitæ.
      - Citruli.
      - Melonum.
      - Cucumeris.
    - Minora
      - Portulacæ.
      - Scariolæ.
      - Lactucæ.
      - Endiuiæ.
      - Acetosæ.



Herbarum capillarium nomine intelliguntur.

Capillus veneris. Adiantum.
Ceterac. Scolopendria.
Polytrichon.

SVPPOSITORIVM I.

Vppositorium est remedium solidum, oblongum, & rotundum, quod ano inditur, vt sphincterem irritet, & facultatem expultricem incitet ad vacuationem excrementorum.

Vtimur suppositorio tribus maxime de causis. Prima est, stercoris educendi gratia, quod cùm in recto intestino existat, clysterem non requirit. Secunda, quãdo vnus vel duo clysteres priùs iniecti non redeunt per aluum, vt in colicis doloribus accidit. Tunc enim clysteres alios indere periculosum est. Tertia est, propter ægroti imbecillitatem qui multò facilius glandem, quàm clysterem admittit.

Suppositorium fit ex melle cocto tantisper, dum crassescat & inspissetur. Melli nonnunquam sal communis admiscetur, sal gemmę, stercus muris, agaricum, vel hiera simplex, si magis volumus stimulare & irritare.

Exemplum vbi stercus educere volumus.

℞. Suppositorium ex melle: quod si debilius existimas, quàm vt feces mouere possit, subiungam.

℞. Suppositorium commune ex melle acutum cum ʒ. ſ. salis communis, vel ℈ ſ. salis gemmæ, vel ℈ ſ. stercoris muris, vel ℈ i. vel ʒ. ſ. pulueris hierę simplicis.

Fiunt etiam suppositoria ex sapone albo, seuo, lardo, candela, caule betæ, vel mercurialis, aut earum radiculis melle perũctis, aut intinctis in oleo, & rasperſis sale pulueriſato, maximè pro pueris & infantibus, quibus & salis grumus inditus sufficit.

Suppositorium ad lumbricos.

℞. Tymi, vel cyclamini, vel absynthij, vel abrotoni triti in mortario, ʒ i. vel ʒ i. ſ. mellis cocti, quod sufficit: fiat suppositorium.

Valent & suppositoria ad paralysin: Ex pyrethro, pipere, napy, centaurio, bitumine, panacis radice, hyssopo, galbano mixtis cum resina ficca, aut picę & cera.

Suppositorum sit longum digitos sex septem, vel octo: sit & rotundum.

Suppositorio non vtimur in hemorrhoidibus & reliquis ani tumoribus.

2. NODVLVS.

NOduli sunt, qui ab Aetio [illegible] dicuntur. Conueniunt his qui rhagadas aut cõdylomata in anno habent, hęc enim glandium duritia irritantur. Quamobrem cogimur floccis illorum loco vti. Est autem eorum materia eadem quæ & glandium. Trita cum melle & flocco excepta inditur intra anum. Est autẽ is nodulus optimus & suauissimus, qui ex sale & vitello oui in pãno aut lana exceptis in formam fabæ fingitur, & mittitur in anum filo appensus, vt possit extrahi.

PESSARIVM, 3.

ESt medicamentum quod molli lanæ similitęr exceptum intra mulierum naturalia cõditur. Figura simile est suppositorio, nisi quòd longius & crassius est, quia vtero imponi debet.

Fit ex cera, aut panno, aut bombace, aut linamento, primum demersis in vnguẽtum, vel medicamentum cõducens curationi, deinde inuolutis serico, filioque appensis, vt possit facilius educi.

Imponitur ano & vtero, ad vtriusque sedandas inflammationes & vlcera: Priuatim verò vtero, ad menses prouocandos & secũdas, vel ad sistendum immodicum menstruorum profluuium, vel ad remolliẽdam vterorum duritiem, vel reliquos vteri morbos curandos.

Ad sedandam inflammationem.

℞. Pessarium: mergatur in vnguento Rosario: mittatur in locum. Hic autem aliquando additur Opium, vbi scilicet inflammatio magnum dolorem facit. Opium enim sua frigiditate stupefacit. Sed parua eius quantitas debet esse, vt à semiscrupulo ad scrupulum vnum: & paulo tempore retineri, ne à frigido pars, quæ neruosa est & membranosa, lædatur. Teneatur ergo horæ semisse.

Ad siccanda vlcera.

℞. Pessarium mersum in vnguento Pompholygos, mittatur in anum, vel in vuluam dolentem.

Ad euocandos menses.

Pessaria pro euocandis mensibus aliter fiunt. Medicamenta enim excipiuntur in panno serico, tenui & raro, vt sandalo, & fit forma crassior, quæ penem referat. vt,

℞. Hieræ picre compositæ ʒ i. euphorbij, pulpæ colocynthidos an. ℈ ſ. misce: fiat pessarium, vngatur oleo nardino, vel succo herbarum menses prouocantium.

Talia pessaria fiunt sæpè ex herbis cõtusis menses prouocantibus. vt,

℞. Mercurialis, vel nepitæ, vel artemisiæ, vel abrotoni m̃. ſ. teratur & inuoluatur in panno serico: fiat pessarium.

Si menstrua iudutuerint cum tumore & dolore, fiat prius balneum. Id enim mollit & humectat. Debet etiam prius subduci aluus & vesica exonerari, quia matrix est illorum media. Hæc enim oppleta & matricem prementia possent menses minuere & angustia cohibere & tardare.

Si immoderatius menstrua profluant, sic fiat.

℞. Pessarium mersum in vnguento comitissæ, mittatur intra matricem. vel sic,

℞. Plantaginis, vel cẽtinodiæ, vel rabi, vel myrti, vel alterius menses sistentis, m̃. ſ. teratur & inuoluatur in panno serico: fiat pessarium.

Ad emolliendam vterorum duritiem.

Pessi emollientes fieri possunt ex medulla vitulina & ceruina, resina, terebinthina, adipe anserino aut suillo, gummi ammoniaco dissoluto in aqua.

4. DE CLISTERE, SIVE ENEMATE.

CLyster siue enema, est medicamenti genus, quod liquidum intra intestina iniicitur per anum. Vtilis est ad hæc octo.

1. Molliendum aluum duritia cohibitam.
2. Irritandum vim excretoriam sopitam.
3. Vacuandos humores qualescunque.
4. Ventositates carminandas.
5. Dolores sedandos.
6. Adstringendam aluum.
7. Tergenda intestinorum vlcera.
8. Consolidanda eadem.

Addi etiam potest ad alterandum, vt hîc.

℞. Lactucæ, scariolæ, rostri porcini, foliorum salicis an. m̃. i. florum violarum, nenupharis, an. p. i. fiat decoctio ad ℔. i. In colatura dissoluantur cassiæ fistulæ ʒ i. olei violati & nenupharis an. ʒ i. ſ. camphoræ ℈ i. fiat clyster.

Clyster mollitiuus.

℞. Quatuor remollitiuorum parietariæ an. m̃. i. radicis altheæ, liliorum alborum an. ʒ i. seminis

lini, fœnigræci, anisi an. ʒ ſ. ficuum pinguium numero iiij. fiat decoctio ad ℔. i. In colatura diſſolue caſſiæ fiſtulæ, mellis violati, butyri recentis an. ʒ. i. olei violati ʒ iij. fiat clyſter.

Item mollitiuus clyſter prædictis deficientibus ſic fiet.

℞. Olei tepefacti ℔. i. fiat clyſter. Vel ſic. ℞. olei, butyri recentis, an. ℔. ſ. fiat clyſter.

Clyſter irritans vim ſopitam.

℞. quatuor remollitiuorum an. m̃. i. ſeminis carthami ʒ i. aniſi, fœniculi, carui, an. ʒ. iij. fiat decoctio ad ℔. i. In colatura diſſolue hieræ ſimplicis, vel benedictæ, vel diaphœniconis, vel electuarij de ſucco, vel electuarij inde maioris ʒ ſ. mellis deſpumati, vel ſucci ſquillæ ʒ i. vel ſalis communis ʒ ij. vel ſalis gemmæ ℈ i. aut ʒ ſ.

Clyſteribus additur à nonnullis ʒ. i. ſucci betę ad aluum ſtimulandam, vel ſucci betæ & caulium an. ʒ ſ. ſalis communis ʒ ij. vel ʒ i. ſ. ad mordicandum, vel minus, certo tamen pondere pro ſenſu ægri facili vel difficili.

Item talis clyſter irritans excretoriam facultatem optimè fit ex ſolo melle, vel melle cum ſncco ſquillæ, aut aliquo decocto.

Quòd ſi virtus expultrix cum duritie ſecum eſt torpida & ſopita, tunc fiat clyſter partim ex remollitiuis, partim ex irritantibus.

Clyſter vacuans humores.

Clyſteres, qui vacuandis humoribus fiunt, variantur penes humorum differentias. Nam vbi humor eſt craſſus, frigidus, afficiens inteſtina, fiet ſic.

℞. Quatuor remollitiuorum an. m̃. i. camomillæ, ſummitatum anethi, origani, calamenthi, abrotoni an. m̃. ſ. aniſi, carui, cumini, ameos, ſeſeleos an. ʒ ſ. baccarum lauri, ſeminis rutæ. an. ʒ ij. fiat decoctio. In colatura diſſolue catholici & diaphœnici an. ʒ ſ. vel diaphœnici, vel benedictæ ʒ vi. vel amborum an. ʒ ſ. ſacchari rubri, mellis anthoſati an. ʒ iij. vel ʒ. ſ. olei anethi & camomillæ an. quart. ſ. vel olei rutæ ʒ i. olei anethi ʒ ij. vel olei liliorum ʒ ij. Fiat clyſter. Si ventoſitas adſit, addes carminatiua: ſi dolor, anodyna, vt poſtea exemplis patebit.

Si autem bilioſus humor & mordens clyſtere educendus eſt, tunc clyſter fit ex euacuantibus eum, & partim mixtis inflammationem ſedantibus. vt,

℞. maluæ, biſmaluæ, violariæ, parietariæ, endiuiæ, chicoreæ, lactucæ, portulacæ an. m̃. i. ſi tanta opus ſit frigiditate, quatuor ſeminum frigidorum maiorum cõquaſſatorum an. ʒ. iij. vel ʒ ſ. hordei integri, p. i. fiat decoctio ad ℔ i. in colatura diſſolue caſſiæ fiſtulæ, ſacchari communis an. ʒ i. vitellum oui vnum vel duos, olei roſati, vel violati, vel communis quar. i. fiat clyſter.

Si ab humore melancholico pendeat talis paſſio, ſic fiat.

℞. Quatuor remollitiuorum, foliorum bugloſſæ, borraginis, ſummitatum anethi, lupuli, fumiterræ an. m̃. i. meliloti, camomillæ an. m̃. i. ſeminis cattharni, polypodij quercini an. ʒ i. aniſi, fœniculi an. ʒ ſ. fiat decoctio. In colatura diſſolue, hieræ ruſi, quæ non eſt in vſu, vel confectionis hamech. ʒ ſ. vel catholici ʒ i. ſacchari rubri, vel mellis roſati, vel violati ʒ i. olei anethi, liliorum & violarum an. ʒ i. fiat clyſter.

Clyſter ad diſcutiendas ventoſitates.

℞. Maluę, biſmaluę, parietariæ, origani, calamenti, camomillæ, ſummitatum anethi an. m̃. i. aniſi, carui, cumini, fœniculi an. ʒ ſ. vel ʒ vi. baccarum lauri, ʒ iij. vel ʒ ſ. ſeminis rutę ʒ ij. vel iij. fiat decoctio. In colatura diſſolue benedictæ vel diaphœnici vel electuarij indi maioris, quo hîc non vtimur, ʒ ſ. Confectionis de baccis lauri ʒ. iij. vel ʒ ſ. ſacchari rubri ʒ i. oleorum anethi, camomillæ rutæ an. ʒ. i. fiat clyſter.

Hiſce clyſteribus ad diſcutiendas ventoſitates oleum nucum ſalubriter imponitur, imò ex tali oleo fit clyſter. Inſuper vinum maluaticum, Galeno Cretenſe dictum cum tali predicto clyſtere rectè miſcetur.

Signa contentorum in inteſtinis flatuum, ſunt frequentes crepitus, qui fiunt, quoties bullæ in inteſtinis rumpuntur. Fit autem bulla, vt docet Galenus particula ij. aphoriſ. Strangulati nondum mortui, &c. ex aëre clauſo cum humore.

Clyſter ad dolores ſedandos.

Doloris ſedandi gratia multifariam fit clyſter. Si cauſa ſit humor calidus erodens, exemplum prius datum eſt per frigida, vbi agebatur de clyſtere ad vacuandos humores. Si autem à cauſa frigida eſt dolor, ibidem etiam datum eſt: à ventoſitate datum eſt vltimum. Si ex pluribus cauſis fiat dolor, fiat clyſter ex multis quæ obuiant iſtis cauſis. Verum vbi doloris cauſa non ſatis conſtat, ſic fiat.

℞. Florum camomillæ, meliloti, ſummitatum anethi, an. p. ij. fiat decoctio in lacte. In colatura diſſolue ſacchari albi, quia rubrum mordax eſt & ſtimulans, ʒ i. ſ. vitellos ouorum ij. olei anethi camomillæ an. quart. ſ. fiat clyſter. vel ſic,

℞. Olei camomillæ, anethi & violati an ʒ. iij. fiat iniectio per clyſterem. vbi autem talibus oleis caremus, fiat ex oleo oliuarum ad quar. iij. vel ℔. i.

Clyſter adſtringens.

℞. Lactis vſtulati quartari. iij. vel ℔. i. amili ſiue amydi ʒ ſ. vel ʒ i. ad ſummum. gummi arabici, vel dragacanthi vel amborum parum vſtulatorum an. ʒ ſ. vel ʒ i. vel ʒ ij. boli armeni, ſanguinis draconis an. ʒ ij. olei roſati & camomillæ an. ʒ i. ſ. fiat clyſter.

Si verò calidus humor erodens in inteſtinis eſt, aduerſus eum talis clyſter fit.

℞. Succorum plantaginis, arnogloſſæ, centinodię, portulacæ depuratorum (depurantur autem coctione aut reſidentia) omnium vel vnius horum quantum ſufficit pro clyſtere, addendo de pulueribus prædictis: cum illis iiſdem oleis fiat clyſter.

Item vbi neceſſitas adeſt, tunc clyſteres fieri poſſunt ex decoctis illarum herbarum, vel ex aquis diſtillationis earundem, addendo aquam roſatam. vt,

℞. Aquarum arnogloſſæ, plantaginis, roſarum, portulacę, centinodię, quod ſufficit. diſſolue aliqua ex prædictis.

Notandum quòd in prædictis decoctionibus quandoque adduntur ſemina & fructus ſtiptici, modò acetoſitate careant, quia tunc pungerent & irritarent. Poſſumus igitur immiſcere ſemen myrtiacetoſæ, portulacę, plantaginis, iuscupreſſi, hippoſelinon, id eſt cauſam equinam, & ſimilia.

Notandum inſuper olea nunquam imponenda clyſteribus, ſi inteſtina vlcerata ſint, vt in dyſenteria vera: quamuis multi id negligant, ignorantes

oleum esse vlceribus inimicum, vt tradit Galenus 3. & 4. methodi. Vinum autem esse maximè amicum. Adstringunt coagula leporis vel hœdi ad ʒ iij. sorborum, prunellorum, mespillorum, Cydoniorum an. ʒ ij. plus aut minus.

Clyster ad detergenda vlcera intestinorum.

℞. Hodei integri. p. ij. rosarum rubrarum, camomillæ, si dolor adsit, plantaginis an. p.i. fiat decoctio. In colatura dissolue mellis Rosati ʒ i. vitellum vnius oui vel duorum ouorum. fiat clyster.

Talis autem clyster dandus est semper ante adstringentes & consolidantes: cuius rei ratio in promptu est.

Clyster consolidans vlcera.

Clyster consolidans fit vbi tunicæ intestinorum non excernuntur, quia hoc est letale, & ideo non est opus clystere, sed sufficiet prognosticum.

℞. Succi plantaginis, arnoglossæ, portulacæ an. ʒ iij. boli armeni, sanguinis draconis, amili an. ʒ i. ſ. seui hircini vel caprini, ʒ i. vel ʒ i. ſ. vel ʒ ij. fiat clyster. Quia verò seuum hircinum probè dissolui non potest, sed ferè semper concrescit intra intestina ægrorum, ideo potest & debet dissolui cum modico olei rosati, neque inde metus esse potest propter vlcera.

Item vnguenta consolidantia, vt est vnguentum album, quandoque liquantur & miscētur, maximè vbi vlcera sunt vicina, vel in crassioribus intestinis.

Ex lacte etiam loco succorum probè fiunt clysteres ob partem eius casealem, quæ astringit & consolidat. Nonnunquam & in his & in adstringentibus clysteribus vitelli ouorum ad duritiem coctorum dissoluuntur.

DE SYRVPIS 5.

SYrupus est medicamentorum succus cum saccharo aut melle eliquato decoctus ad ipsius saccharimensuram. Hi duplex ponitur à practicis: simplex, qui vsualis dicitur: & compositus, qui appellatur magistralis. Simplices siue vsuales sunt, Syrupus rosatus, violatus, de endiuia, de nenuphare capilli veneris, de absynthio, de mentha, oxymel scylliticorum, syrupus de cupatorio, de epithymo & de bizantiis. Dicuntur autem simplices, non tam quòd vnō simplici medicamēto constent, quàm quòd ad vnam ægritudinem & vnum vsum instituuntur. Syrupus magistralis vocatur, qui compositus est ex variis medicinis respicientibus varias ægritudines. Verbi gratia, si quis componeret syrupum ex absynthio & stœcade sumptis in æquali quātitate, resultaret syrupus conueniens stomacho propter absynthium, & capiti propter stœcadem. Est autem syrupus vtilis digerendis ante euacuationem humoribus, vt scilicet facilius & felicius pharmacō euacuatorio pareant. Ideo solent à multis medicis ante pharmaca dari, quamuis nusquam legerimus id obseruasse veteres, sed omnem humorum coctionem naturæ commisisse. Vide comment. aphorismi 9. lib. 2. Corpora cùm quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere. Hoc autem volebat Hippocrates dicens, concocta medicari, atque mouere non cruda. Et Galenus ad Glauconem lib. i. de cura tertianæ nothæ: nonnulli absynthium dari ante diem septimum. Videntur ergo syrupi secundum veritatem deberi magis reliquis humorum post pharmaca, quàm eorum coctioni. Verūmid obseruant plures, vt humores crassi lenti & viscidi syrupis attenuantibus & incidentibus præparentur euacuationi (hoc enim volcant humores digerere) frigidi verò & adhærentes calidis & incidentibus & detergentibus præparentur syrupis. Vt ad materiam pituitosam, qualis est in febre quotidiana digerendam & præparandam eductioni.

Syrupus digestiuus materiæ pituitosæ.

℞. Quinque radicum aperitiuarum mundatarum & tēperatarum in aceto per horas quatuor an. ʒ ſ. vel ʒ iij. vel corticum quinque radicum origani, calamenthi, hyssopi, betonicæ, chamedryos, an. m̄. ſ. anisi, fœniculi, an. ʒ ſ. passularum mundatarū ʒ iij. stœcados vtriusque an. p.i. fiat decoctio. In colatura dissolue mellis optimi quartaria iij. sacchari albi ʒ iiij. fiat syrupus perfectè coctus. Capiat tria cochlearia cum duplo aquæ liquiritiæ, vel cum ptisana, vel cum aqua passularum, vel anisi.

Ad tenues & mobiles humores syrupus.

Tenues & mobiles humores euacuationi præparantur quibusdam incrassantibus & motum cohibentibus: qui si ferantur ad vias expulsionis, vel in viis & ductibus, per quos excretio eorum aptè fieri potest, contineantur, sine aliqua præparatione vacuandi sunt. Si verò extra hæc loca contineantur, frigidis syrupis æquabuntur, quorum formula sequitur.

Syrupus ad incrassandos humores.

℞. Syrupi de portulaca, acetosæ, endiuiæ, nenuphatis, de ribes, de berberis, de agresta, cydoniorum, rosarum, vnius vel plurium ʒ vi. vtatur cum duplo aquæ fontis coctæ.

Fiet etiam commodè forma iulep in hunc modum.

℞. Syruporum rosarum, portulacæ, & acetosæ an. ʒ i. ſ. vel ʒ ij. aquarum rosarum, arnoglossæ, cichorij, vel endiuiæ, vel portulacæ, vel acetosæ, an. ʒ ij. aquæ coctæ vel vstulatæ, maximè si adsit alui fluor, ʒ vi. fiat iulep clarificatum & aromatizatum cum ʒ. ij. cinamomi electi.

Canon.

Porrò si hi humores fluorem alui non fecerint, sed accensi febrem committant, tunc nec syrupis stipticis, nec aquis vtendum erit, sed potius frigidis stipticitate carentibus, vt sunt syrupti endiuiæ, portulacæ, violarum, nymphææ, capilli veneris. Si verò putemus extinctionem maiorem esse debere, vt arceatur felicius putredinis materia, vtemur syrupis acetosis frigidis, vt sunt syrupus acetosus simplex, qui in vtraque causa tam calida quàm frigida exhibetur; etiam oxyacharum simplex, syrupus de acetositate citri & de limonibus. Quòd si adsit fluor diarrhœæ, i talibus humoribus calidis excitatus, syrupi acetosi non ministrantur, quia excoriant. Attamen syrupus de ribes, de berberis, cydoniorum, de succo acetosæ concedūtur, quia mediocrem habent acetositatem.

Ad humores calidos fiunt Apozemata, vel syrupti magistrales in hunc modum.

℞. endiuiæ nouellæ non lotæ, adianti, capilli veneris, cichorej, portulacæ, lactucæ, semperuiuæ, scariolæ, plantaginis, omnium, vel aliquorum duorum vel trium, an. m̄. ij. quatuor seminum frigidorum maiorum an. ʒ iij. radicis cichorei, radicis acetosæ, graminis solatri an. ʒ ſ. vel ʒ iij. fiat decoctio. Cui addi possunt succi aliquarum herbarum prescriptarum depurati ad sesquialteram vel sesquitertiam partem decoctionis. In lib. i. colaturæ dissolue sacchari tabarzet ʒ. vi. vini malorum granatorū ʒ i. ſ. vel aceti ʒ ſ. fiat apozema clarificatum & aromatizatum cum ʒ ii. santali albi, vel rubri, vel ambo-

rum an. ℈. i. Quòd si syrupum perfectæ coctionis facere velis, adde plus sacchari, & iube decoqui ad perfectionem, vt seruari possit: cuius vsus erit cum duplo alicuius liquoris, vt aqua cocta, aqua liquiritiæ, vel aqua aliqua herbarum prædictarum distillata. Distillatarum tamen aquarum vsum non multùm probo. Quòd si apozema non perfectè coctum sit, vt in primo exemplo factum est, per se erit dandum & sine alterius rei administratione, nec succi erunt adiiciendi, qui tantùm in apozemate perfectè cocto debent adiici. Similes formæ fieri possunt ex syrupis æquantibus siue digestiuis materiæ frigidæ.

Syrupus ad humores melancholicos.

Syrupus de epithymo, syrupus de fumoterræ, qui duobus modis conficitur vno modo ex solo decocto vel succo fumiterræ, & tunc vocatur syrupus de fumoterræ simplex: Altero modo secundum descriptionem Mesue, & talis recipit mirabolanos, cassiam, & multa alia, qui compositus nominatur. Syrrupus de bugloſſa, syrupus de borragine syrupus de scolopendria, qui aperit & soluit obstructiones lienis, syrupus violatus, quia potenter humectat.

Simplices medicinæ, quibus componuntur syrupi isti, sunt hæ, borrago, bugloſſa, fumus terræ, lupulus, epithymum, & similia, quæ coctionem talis humoris respiciunt.

Ex prædictis possunt fieri syrupi, apozemata, iulep, decocta ad has intentiones assequendas. Frequenter autem fiunt syrupi laxatiui pro expurgatione pituitosæ materiæ & spuriæ, simul & atribilariæ, quãdo morbi ex illis excitati diuturniores sunt partim ad concoctionem crudorum, & partim ad excretionem putrium, aut semiputrium, vt in longis febribus.

Syrupus laxatiuus ad materiam pituitosam & febres nothas.

℞. Radicum apij, fœniculi, petroselini mundatarum, an. ℥ iij. hyssopi, origani, calamenthi an. m. ſ. seminis carthami ℥ iij. polipodij quercini recentis ℥ ij. anisi, fœniculi, anethi an. ℥ i. ſ. liquiritiæ rasæ ℥ iij. passularum mũdatarum ℥ ſ. trium florum cordialium an. p. i. fiat decoctio colata ad ℔. i. vel ℔ i. ſ. In qua infunde agarici recenter trochiscati ℥ i. ſ. foliculorum sene mũdatorum ℥ ij. post decem horas fiat colatura, fortiter exprimendo. Cui adde syrupi violati, syrupi de byzantiis, & sacchari albi an. ℥ iiij. fiat syrupus perfectè coctus & aromatizatus cum ℥ i. cinamomi electi & cum scrupulo vno xyloaloes. Dosis huius syrupi ex ratione ingredientium potest esse ℥ i. ſ. quæ quarto aut quinto quoque die cum duplo hydromelitis, id est aquæ mulsæ, vel alterius decocti exhiberi poterit.

Consimili ratione poterunt laxatiua præsentem syrupum ingredientia augeri, vel minui, pro ratione quantitatis syrupi conficiendi. Nam præsens syrupus pro sex, septẽ, vel pluribus dosibus instituitur. Posset ergo fieri seruata ratione proportionis pro vna, duabus, aut tribus, pluribusue dosibus.

Haud dissimili ratione fit syrupus laxatiuus pro materia biliosa spuria, vt pote vitellina, quæ febres difficilis eradicationis committit.

Syrupus laxatiuus ad materiam biliosam spuriam.

℞. Radicum apij, fœniculi mundatarum & in aceto temperatarum per vnam noctem an. ℥ ſ. hyssopi, capilli veneris, adianti polytrichi, scolopendri, endiuiæ, cichoreæ an. m. ſ. vel m. i. quatuor seminum frigidorum maiorum conquassatorum an. ℥ ij. vel ℥ iii. anisi, liquiritiæ rasæ an. ℥ iii. passularum mundatarum ℥ ſ. trium florum cordialium an. p. i. fiat decoctio, in qua infunde agarici recenter trochiscati ℥ vi. foliculorum sene mundatorum ℥ i. in colatura dissolue syrupi capilli veneris & violati an. ℥ iii. sacchari albi ℥ iiii. fiat syrupus perfectè coctus ponendo in fine expressionem ℥ ſ. rheubarbari electi infusi vt decet, quę expressio coquatur lentissimo igni sine flamma & fumo vsque ad perfectionem coctionis. Dosis est ℥ ii. vel ℥ i. ſ. cum duplo decocti endiuiæ & cichoriæ vel liquiritiæ, vel cum duplo feri lactis caprini. Syrupus iste est pro quinque aut sex dosibus. Quòd si prima dosis non satisfaceret intentioni, aliquid dissolui potest, quod quidem potestatem habeat excernendi humorem quem volumus educere. vt gratia exempli.

℞. Syrupi prædicti ℥ i. ſ. seri lactis caprini ℥ iii. fiat dosis: & si inde non sequatur expectatus affectus, addam vel cassiæ fistulæ ℥ ſ. vel diaprunis laxatiui ℥ i. vel ℥ ii. vel diaphenici ℥ i. ſ. vel etiam aliquid rheubarbari. Idem efficiendum erit in exemplo syrupi facti pro pituita euacuanda.

Syrupus ad atram bilem.

℞. Succorum lupuli, fumiterræ, sed amarum est, borraginis, pomorum dulcium depuratorum an. ℥ iii. vel ℥ ii. (Depurantur autem dupliciter, vel per decoctionem & clarificationem, vel per residentiam) Polypodij quercini recentis ℥ ii. vel ℥ iii. tamarindorum pinguium ℥ i. epithimi cretensis positi in fine decoctionis ℥ ii. scolopendriæ, adianti, trium florum cordialium an. p. i. fiat decoctio colata ad quartaria tria, in qua infunde foliculorum sene mundatorum ℥ iii. fiat expressio quæ misceatur cum prædictis succis postea addantur Syrupi violati ℥ vi. Syrupi de bugloſſa, sacchari taharzet an. ℥ iiii. Fiat syrupus perfectè coctus & aromatizatus cum ℥ i. Cinamomi & ℈ i. zinziberis albi & rasi. Dosis ℥. ii. cum aqua bugloſſæ, vel lupuli, vel fumiterræ, vel sero lactis.

6. DE IVLEP.

IVlep non multùm differt à syrupo, nisi quòd leuiùs coquitur quam syrupus, & quòd fiat absque permixtione alicuius decoctionis quemadmodum syrupus fieri consueuit. Siquidem fit vel ex aqua infusionis aut distillationis, vel ex succo alicuius simplicis medicamenti. vt,

℞. Aquæ infusionis rosarum, vel aquæ infusionis violarum ℥ v. sachari ℥ iiii. coque cum facilitate, & fiat Iulep, vtatur cum duplo vel triplo aquæ coctæ refrigeratę. vel sic,

℞. Aquæ rosarum ℥ viii. sacchari ℥ iiii. coque cùm facilitate. fiat Iulep. vel sic,

℞. Succi rosarum vel succi violarum ℥ vi. sacchari ℥ iiii. coque cum facilitate. fiat Iulep.

Similiter ex aliis rebus vel calfacientibus, vel aperientibus, vel adstringentibus fieri poterunt. Iulep. Medici tamen vulgò appellant Iulep, syrupum dissolutum cum aqua cocta, dicentes,

℞. Syrupi rosati, vel, vel syrupi violati, vel syrupi capilli ven. vel alterius ℥ iii. aquæ coctæ ℔. ſ. misce. fiat Iulep.

7. DE DOSI, SIVE POTV.

DOsis siue Potus est medicina laxatiua dissoluta cum aliquo liquore & data in potu. Sunt autem eius plures differentię pro diuersitate hu-

morum vacuandorum. Pharmaca simplicia educentia pituitam sunt, Agaricum, Turbith, Chartamus, Colocynthis, & alia ex Mesue requirenda. Composita sunt, Diaphenicon in forma opiatæ, Diacarthami in forma lozengiarum, Electuarium de citro, Electuarium indum maius & minus, Benedicta, Hiera simplex, Hiera composita, & similia. Hæc tamen composita sunt, vt vnicum & singularem humorem non vacuent, sed mixtum cum alio humore, putabile flaua vel atra. Dantur autem pharmaca sub diuersis formis: In forma potabili pro vnica dosi seu vice vna: in forma boli, vt dicemus postea: in forma electuarij liquidi, vt opiatæ, solidi, vt lozengiæ: sub forma syruporum, vel apozematis: sub forma etiam pulueris & pillularum.

Forma potus.

℞. Diaphenici ʒ ſ. vel ʒ vi. si robustior sit æger, dissolue cum aqua decoctionis liquiritiæ, passularum & anisi quantum sufficit: fiat dosis, cum syrupi violati ʒ vi. vel ʒ i. vel dissolue cum colatura communi, & fiat dosis, vel dissolue cum hydromelite, vel dissolue cum quibusdam aquis distillatis, vt aqua lupulorum, buglossæ, cichorij, & similibus: vel dissolue cum decocto siue brodio pulli, vel cum sero lactis: vel sic,

℞. Trium florum cordialium an. p. i. prunorum damascenorum, iuiubarum, sebestem an. quatuor nu. liquiritiæ rasæ ʒ i. ſ. anisi ʒ i. fiat decoctio colata pro vna dosi. In qua dissolue diaphenici ʒ ſ. vel ʒ. vi. syrupi violati ʒ i. fiat dosis.

Si aliud electuarium laxatiuum addere velis, subtraham de quantitate vnius, & alterius quantitas consimilis addetur, vt si dixero, diaphenici & diacarthami an. ʒ iij.

Formula potus seu dosis, cuius decoctio recipit quædam pituitam vacuantia.

℞. Passularum mundatarum ʒ ſ. seminis carthami, polypodij quercini an. ʒ ſ. vel ʒ vi. anisi, fœniculi, liquiritiæ rasæ an. ʒ i. ſ. foliorum hyssopi ʒ i. Fiat decoctio, in qua infunde agarici recenter trochisçati ʒ i. vel ℈ iiij. vel ʒ i. ſ. In colatura dissolue diacarthami, vel diaphenici, vel benedictæ ʒ iij. vel ʒ ſ. syrupi violati ʒ i. Fiat dosis.

Ad choleram euacuandam simplicia.

Choleram euacuant Succus rosarum, Violæ, Tamarindi, Manna, Diagredion, id est, scammonea præparata. Psilium, Rhabarbarum, Mirabolani.

Cassia fistula purgat tam choleram quàm pituitam. Tenuem choleram & aquam citrinam educunt succus rosæ & ireos.

Composita autem sunt, electuarium de succo rosarum, Diaprunis laxatiuum, Diaprunis simplex, Trochisci de violis, qui rarò sunt in vsu.

Formula potus soluentis bilem.

℞. Tamarindorum pinguium ʒ i. trium florum cordialium an. p. ſ. liquiritiæ rasæ ʒ i. ſ. prunorum damascenorum sex numero. Fiat decoctio in parua quantitate aquæ, in qua exprimantur fortiter tamarindi. In colatura dissolue cassiæ fistulæ recentis ʒ i. vel ʒ. ℈. Fiat dosis.

In simili colatura dissoluere potes ʒ ſ. vel ʒ vi. diaprunis simplicis cum ʒ i. ſ. vel ʒ ij. diaprunis laxatiui.

Si verò timeatur nocumentum ex diagredio, & æger diues sit, loco diaprunis laxatiui expressio. ʒ i. vel ℈ iij. vel ʒ i. ſ. rhab.

Aduerte quòd talis potio valet in febribus cholericis, & in his febribus in quibus timetur phrenitis, valentissima est. Nam ab ea præstatur auersio simul & refrigeratio.

Loco presentis decoctionis seu colaturę possunt dissolui medicinæ laxatiuæ in colatura communi, vel cum aqua fructuum, vel cum hydromelite, vel cum aquis distillatis, vel endiuiæ, cichoreæ, lupulorum, vel cum brodio pulli, vel sero lactis.

Formula dosis communis in principio febrium biliosarum, præsertim tertianarum.

℞. Passularum mundatarum ʒ iij. liquiritiæ rasæ, anisi an. ʒ i. prunorum damascenorum sex nu. tamarindorum ʒ ſ. trium florum cordialium chicorcij, endiuiæ nouellæ an. m̃ i. Fiat decoctio colata pro vna dosi. in qua dissolue cassiæ fistulæ recentis ʒ i. vel ʒ vi. expressionem ʒ i. vel ℈ iiij. vel ʒ i. ſ. Rheubarbari electi infusi vt decet, syrupi violati ʒ ſ. vel ʒ vnam. fiat dosis. Detur manè ante, prandium per quinque aut sex horas in die minoris afflictionis.

Si cholera mixta est cum phlegmate, pro ratione mixtionis fiet mixtio soluentium bilem cum soluentibus pituitam.

Spica nardi, quæ solet semper cum rheubarbaro iungi, ingrata est ventriculo. Item potenter soluit oppilationes, vt quæ vomitum ciet, & in mulieribus prægnantibus menses fortiter prouocet. Quare putant nonnulli eam non debere misceri rheubarbaro in medicinis prægnantium, vel eorum qui proni sunt ad vomendum. Ob id si miscenda sit, sufficiunt grana tria vel quatuor pro ʒ i. rheubarbari.

Dosis sub forma syrupi pro delicatis.

Delicatis, qui ab omnibus medicinis abhorrent, fit dosis sub forma syrupi pro duabus aut tribus vicibus, aut etiam pro vnica dosi hoc pacto, præsertim ad tertianam exquisitam.

℞. Endiuiæ nouellæ, cichoreæ an. m̃ ſ. trium florum cordialium an. p. ſ. liquiritiæ rasæ ʒ i. ſ. prunorum damascenorum sex numero, tamarindorum pinguium ʒ vi. anisi ʒ ſ. fiat decoctio collata ad ʒ iij. Vel dicere potes. Fiat decoctio pro vna dosi. In qua dissolue syrupi violati & endiuiæ an ʒ vi. vel ʒ ſ. sacchari albi ʒ i. expressionem ʒ ij. rheubarbari electi infusi vt decet sine spica: fiat syrupus lõgus, id est quasi sub forma apozematis, coctus supra prunas fumo, longo tempore, fortiter exprimendo rheubarbarũ in pecia panni lini ligatum. Clarific. Aromatizet. fiat dosis ʒ i. ſ. multiplicatur pro duabus aut tribus dosibus omnium seruata proportione. Quòd si syrupum vis facere diu conseruandum, decoque ad perfectionem, & ex illo syrupo dabitur ʒ i. ſ. vel ʒ ij. cum sero lactis, vel decocto seruiente tuo proposito.

Etiam addi potest aliquid sene in infusione, præcipuè si choleram adustam subdominari putaueris, vel si pleniorem effectum medicinę desideras.

Dosis ad febres nothas, præsertim tertianas.

℞. Endiuię nouellę, cichoreæ, adianti, scolopendriæ an. m̃ i. quatuor seminum frigidorum maiorũ an. ʒ iij. seminis carthami ʒ i. ſ. polypodij quercini ʒ ij. tamarindorum pinguium ʒ i. ſ. seminis endiuiæ, scariolæ, liquiritię rasę an. ʒ ij. passularum mundatarum ʒ p. prunorum damascenorum, duodecim numero, trium florum cordialium

an. p. i. fiat decoctio ad ℔ i. vel ʒ viij. In qua infunde foliorum sene mundatorum ʒ i. ſ. agarici recenter trochiſcati ʒ i. In expreſſione colata diſſolue ſyrupi violati & capilli veneris an. ʒ iij. ſacchari albi ʒ ij. fiat ſyrupus coctus ſupra lentum ignem ſine fumo, ponendo expreſſionem ʒ vi. rheubarbari electi infuſi vt decet, fiat ſyrupus perfectè coctus & aromatizatus cum ʒ ſ. cinamomi & ϑ ii. ſantali rubri: reſeruetur in vaſe terreo aut vitreo. Doſis prædicti ſyrupi erit quarta pars illius, puta ʒ ij. quæ diſſolui poterunt cum ſero lactis caprini, vel aqua decoctionis cõmunis colaturæ, vel cum aquis decoctionis vel diſtillationis cichoreæ aut endiuiæ. Ego tamen Gorræus aquas diſtillatas non probo. Quòd ſi prædicta doſis aluum ſufficienter non ſubduxerit, ſecundæ doſi commodè addi poterit infuſio ϑ ij. aut ʒ i. rheubarbari electi, vel aliquid diaprunis laxatiui, vel electuarij de ſucco roſarum: exempli gratia, ℞. prædicti ſyrupi ʒ ij. expreſſionem ϑ ij. rheubarbari electi, vel diaprunis laxatiui ʒ i. ſ. vel ʒ. ij. ſeri lactis ʒ ij. vel quantum ſufficit. fiat doſis.

Aduertendum quòd prædictus ſyrupus potius exhiberi debet in tertianis nothis, quàm exquiſitis & legitimis, quòd hæ ſunt paucorum paroxyſmorum & breui tempore finiuntur, illæ verò longæ & plurimorum paroxyſmorum, adeo vt ab vno æquinoctio ad alterum vſque nonnunquam protendantur. Ad hæc tertianæ puræ ex bile ſincerè fiũt, nothæ verò ex ſpuria ſunt cholera. Hinc carthamus & agaricum vacuantia pituitam, foliculi, ſene vacuantes atram bilem in prædicto ſyrupo ſimul cum rheubarbaro vacuante choleram ingrediuntur, quo materia nothas febres faciens ex longis interuallis vacuetur.

Non ergo quoque die, vel tertio vel quarto quoque die, ſed pluribus intermiſſis diebus doſis vna exhiberi debet, conformiter ad doctrinam Auicennæ de cura tertianarum notharum.

Ad melancholicum humorem educendum ſimplicia.

Atram bilem euacuant lupulus, fumus terræ, Epithymus cretenſis. Polypodium quercinum, foliculi ſene, lapis lazuli, mirabolani nigri ſeu indi, lapis armenius, helleborum nigrum, & mille alia, ex Meſue petenda.

Compoſita autem atram bilem euacuantia ſunt, catholicon, ſeu dia catholico, dia ſenę, catharticon imperiale, hiera ruffi, confectio hamech, Pilulæ de fumo terræ, Pilulæ de lapide lazuli, Pilulæ de quinque generibus myrabolanorum, de epithymo, de helleboro, Pilulæ, quarum doſis eſt ʒ i.

Aliis autem compoſitis medicinis rarò poſſumus vti ob amarorem quo guſtum afficiunt: omnia enim electuaria, excepto catholico, ſunt mali guſtus, & ob id ſub forma potabili conficiuntur.

Formula doſis ad atram bilem.

℞. Fumi terræ, ſummitatum lupuli an. m̃ i. ſ. trium florum cordialium an. p. i. paſſularum mundatarum ʒ iij. vel ʒ ſ. polypodij quercini recentis ʒ iij. cuſcutę, epythymi cretenſis an. ʒ iij. aniſi, liquiritiæ raſæ an. ʒ i. ſ. fiat decoctio, in qua infunde foliculorum ſene mundatorum ʒ ij. vel ʒ iij. in expreſſione colata diſſolue diacatholici ʒ i. vel ʒ ſ ſyrupi violati ʒ i. fiat doſis.

Hic ſyrupus violatus & flores cordiales miſcentur, vt ſiccitas ſene & epithymi contemperetur. Si verò exquiſitius atram bilem purgare volumus, ponemus hieram ruffi, cuius doſis eſt ʒ ſ. in qua helleborum ingreditur, qui in vſu apud Pariſienſes non eſt, vel confectionis hamech ʒ ſ. quę amariſſima eſt ob copiam colocynthidos.

Aduerte quòd medicinæ ſoluentes atram bilem vtiliter diſſoluuntur cum ſero lactis caprini, vel cum aqua decoctionis vel infuſionis prædictarum rerum ingredientium doſim præſcriptam. vt exempli gratia, ℞. omnia illa vel partem bonam eorum quæ in præcedente doſi ſcripta ſunt, poſtea dices, fiat decoctio in ſero lactis caprini, & in colatura infunde foliculorum ſene, &c. & cum aliquibus prædictis electuariis confice doſim pro natura & robore ægri. vel ſic,

℞. Foliculorum ſene mundatorum ʒ iij. infundantur in ſero lactis caprini per noctem, & in expreſſione colata diſſolue catholici ʒ i. vel ʒ. ſ. vel ʒ i. ſ. fiat potus.

Nota quòd epithymus ſuſtinet decoctionem, ob id poſſumus ſic ſcribere. ℞. epithymi cretenſis ʒ i. bulliat cum ſero lactis caprini, poſtea coletur & exprimatur fortiter & cum ʒ i. ſyrupi violati. fiat doſis: quæ ſi parum ſufficiens videatur, adde aliquid catholici.

Hanc potionem conſulit Galenus 13. therapeutices, qua putat cancros & omnes morbos melancholicos præcaueri, ſed quatuor drachmas ſolùm ponit, quæ nullum præſtant effectum, quia bonum epithymum, vt puto, non habemus, quare ponatur ʒ i. pro quantitate, quò fiat commodior executio illius. Hanc ſententiam ſequuntur omnes authores, qui in ſuis libris practicis ſeu epitomis ad elephantiam, quam vulgò lepram vocant, huius meminerunt, & ad curam elephantiſis iam factæ.

De Gallo decrepitò.

Ad morbos tum ex atra bile tum ex priuita genitos plurimum valere Galli decrepiti decoctum plerique arbitrantur. Præcipuus vſus illius eſt ad colicos dolores ex cauſa pituitoſa & partim flatuoſa. Item, & ad morbos pectorales, puta ſpirandi difficultatem, item ad morbos articularios ex frigida materia ſubortos. Paratur autem ad colicam partim pituitoſam, partim ventoſam, hunc in modum.

℞. Hyſſopi, calamenthi an. m̃ i. paſſularum mundatarum ʒ i. ſ. aniſi, fœniculi, carui an. ʒ. vi. ſeminis carthami ʒ ij. polypodij quercini receutis ʒ i. ſ. trium florum cordialium an. p. i. florum camomillę p. ſ. fiat decoctio ponendo omnia in ventre Galli decrepiti prę parati vt decet, infuſis in fine decoctionis foliorum ſene mundatorum ʒ ij. ſ. agarici recenter trochiſcati ʒ. ę. fiat colatura ad libras ij. quę reſeruetur.

Item ℞. Prędictæ decoctionis ʒ iiij. ſyrupi violati ʒ i. ſ. fiat doſis.

Notandum quòd ſi robuſtior fuerit æger vel contumax, ſolutioni aliquid diaphenici adiici poteſt, vt ʒ i. ſ. vel ʒ ij. vel tantundem benedictæ.

Aduerte etiam quòd agaricum ſuſpectum eſt colicis, vt pleriſque arbitrantur, tum quòd ſi per clyſteres ſubſtantia eius iniiciatur, ſuę ſubſtantiæ leuitate inteſtinis adhærens ea pungit & ſtimulat, fluxionémque ad ipſa excitat, ac deſyderium deſidendi frequens parit, tum quòd virtutem habet è longinquis partibus attrahendi humores, & ob id Democritus medicinam familię, vt teſtis eſt Meſue, vocauit.

Non

Non rectè igitur dolore affectis intestinis adhibetur, quia fluxionem alioqui prohibendam efficit. Quare consulo in talibus casibus aufferendum esse agaricum.

Insuper aduertendum quòd camomilla aptè his decoctis imponitur: etsi enim insolens sit apud medicos illius vsus, certum tamen est illius solius decoctum in iusculo cappi vel pulli omnibus internis doloribus valentissimum esse, præsertim colicis & nephriticis, vt multi cum sua salute experti sunt.

Aqua distillationis camomillæ ad eosdem vsus exhibetur, valentius tamen est decoctum, quàm distillatio. Amaror decoctionis mitigari potest saccharo pro delicatioribus.

Decoctum Galli etiam ad morbos pectoris & dispnæas conuenienter exhibetur, medicinis pectoralibus cum ipso decoctis. vt,

℞. Hyssopi, enulæ campanæ an. m̃ i. partem tertiam, satureiæ m̃ i. quartam partem, vngulæ caballinę m̃ i. seminis carthami, polypodij quercini recentis an. ʒ ij. anisi, liquiritię rasæ an. ʒ ſ. radicis ireos, radicis enulę an. ʒ iij. vel ʒ ſ. ficuum pinguiũ non rancidarum, quatuor vel sex numero, dactilorum pinguium mundatorum à pelliculis iiij. numero, iuiubarum sebesten an. xij. numero, passularum mundatarum ʒ i. ſ. trium florum cordialium an. p. i. fiat decoctio in ventre Galli decrepiti venati & præparati vt decet, ponendo in fine de agarico & de foliculis sene, quantum proposito conuenire videbitur.

Sed nota quando agaricum in hoc casu commodè imponitur, fiunt & ad omnes superfluitates medicinæ sub aliis formis, vtpote sub forma electuarij liquidi, id est ad formam opiatæ, vel solidi, id est ad formam electuarij per lozengas siue tabulas.

8. *DE BOLO.*

BOlus est medicina laxatiua in forma mediocriter solida, quæ per frustula deuoratur.

Paratur ex rebus variis pro ratione humoris vacuandi, sed modus conficiendi simplicissimus est ex medulla cassiæ fistulæ, hunc in modum.

℞. Medullæ cassiæ fistulæ, recenter extractæ à canna pingui ʒ. vi. vel ʒ i. sacchari quãtum sufficit. fiat bolus.

Si verò timetur nocumentum ex cassia, vt dolor vehemẽs intestinorũ, à quo nonnunquam syncope excitetur, vt quibusdam intestina debilia habentibus, talibus non est exhibenda cassia, nec per bolum, nec per clysteres. Ob id æger interrogandus est quomodo ex cassia se habeat, ante eius exhibitionem. Putant verò nonnulli authores hoc nocumentum à cassia remoueri, si aliquid addatur granorum berberis, vel sacchari rosati, putantes ex stipticitate eorum ventrem & intestina roborari, impedirique dolorem, quem facit cassia suo lẽtore & remollitione. Alij aliquid laxatiuum miscent cum cassia, quod tarditatem solutionis acceleret, & vt citius elabatur & descendat. Primi sic bolos instituunt, & vtiles sunt morbis renum.

℞. Medullæ cassiæ fistulæ recenter extractæ ʒ i. vel ʒ. ϑ granorum berberis ϑ ſ. cum saccaro rosato: fiat bolus. Alij adiiciunt ϑ ii. aut ʒ i. aut ʒ ii. diaprunis laxatiui, vel electuarij de succo rosarum. vt exempli gratia.

℞. Medullæ cassiæ fistulæ recenter extractæ ʒ. vi. diaprunis laxatiui ʒ. ii. sacchari rosati tabulati quantum sufficit. fiat bolus.

Notandum est quòd nonnulli ob ventositates, quas parit in intestinis, addunt cum bolo cassiæ aliquid pulueris anisi, & rectè, vt ϑ i. vel ʒ. ſ.

Formula boli bilem educentis.

℞. Cassiæ fistulæ recenter extractæ à canna pingui ʒ. vi. vel ʒ i. pulpæ tamarindorum pinguium ʒ. i. ſ. rheubarbari electi ʒ. ſ. vel ϑ ii. vel ʒ. i. sacchari quantum sufficit: fiat bolus. Si verò pauper sit, loco rheubarbari sit bolus cum ʒ ſ. vel ʒ. vi. cassiæ & ʒ. ii. diaprunis laxatiui, & cum saccharo.

Formula boli ad atram bilem.

℞. Catholici ʒ i. vel ʒ. ϑ. cum saccharo albo. fiat bolus. vel,

℞. Catholici ʒ ſ. vel ʒ. vi. confectionis hamech ʒ. i. vel ʒ. i. ſ. cum saccharo. fiat bolus.

9. *DE PILVLIS.*

PIlulæ dantur ad euacuationem cuiuscunque humoris. Ad pituitam quidem prædominantem seu choleram notham.

Pilulæ aggregatiuæ maiores, secundum descriptionem Mesue.

De agarico.
De rheubarbaro.
Stomachicæ.
De hiera simplici.

De hiera composita, quæ caput respiciunt.

Cocciæ, quæ dictæ sunt à granis cocci, non à capite, vt putant,
Aureæ,
Elephanginæ,
Sine quibus,
De hermodactilis maior, & minor,
Fœtidæ, maior, & minor,
De serapino,
De sarcocolla.

Verùm postrema, hæc quatuor pilularum genera magis corruptis & fœtidis humoribus accõmodantur. Sic & arthreticæ maiores & minores; illæ quidem, quando pituita, hæ verò, quãdo cholera articulariis morbis dominatur, quomodo & pilulæ de hermodactylis maiores & minores dedicantur.

Pilulæ ad choleram puram mille reperiuntur, quæ eam solam vacuant, sed nonnullæ eam magis respiciunt quæ spuria est vel multùm mixta cum pituita. vt,

Pilulæ de rheubarbaro,
De hiera simplici
Aggregatiuæ
De agarico
Ante cibum
Imperiales.

Dosis pilularum ferè maxima est ad ʒ. i. ſ. ex qua formantur pilulæ nouem cum aliquo syrupo conuenienti, vt syrupo endiuiæ, syrupo capilli veneris, syrupo de stœcados, vel etiam cum oxymelite aut hydromelite, aut cum succo aliquo.

DE APOZEMATE. 10.

APozema est decoctio medicamentorum leniter facta ad humorum concoctionem siue præparationem & interdum ad euacuationem. Variè fieri potest & ad diuersas intentiones, vt ad calefaciendum, refrigerandum, humectandum, siccãdum, aperiendum, adstringendum, attenuandum, incrassandum, prouocandos menses, & vrinas ex medicamentis propriis & conuenientibus, & ex eorum radicibus, foliis, fructibus, seminibus, prout proposito tuo videbitur expedire. In summa non differunt apozemata à syrupis, nisi cõctio-

ne, quæ in syrupis fieri solet longa & ad perfectionem, in apozematis autem lenis. Itaq; syrupi diutius reseruari possunt, sed apozemata paucis tantum diebus.

Formula apozematis ad humorem biliosum.

R. cichoreæ, endiuie, cuscutæ, adianti an. m. ſ. radicum acetosæ graminis an. ʒ ſ. quatuor seminũ frigidorum maiorum mundatorum an. ʒ i. trium florum cordialium an. p. i. fiat decoctio ad ℔. ſ. In colatura dissolue syrupi violati, vel syrupi acetosi, vel syrupi de limonibus, vel etiam sacchari albissimi ʒ iij. fiat apozema clarificatum & aromatizatum cum ϑ ij. vel ʒ i. cinamomi electi pro duabus dosibus. Similiter fieri possunt apozemata ad alios humores, quorum materia petenda est ex capite de syrupis.

Nota quòd in confectione apozematum satis est pro ʒ ij. vel ad summum pro ʒ iij. decoctionis addere sacchari vel syrupi ʒ i.

Possunt etiam fieri apozemata laxatiua, sicut & syrupi, addendo laxatiua in ipsa decoctione, vel infundẽdo ea post decoctionem factam: vide exempla suprà capite de syrupis. Sunt enim illis similia, eo tantum excepto, vt diximus, quòd apozemata post dissolutionem sacchari vel syrupi vlterius coqui non debent.

DE MVLSIONE. 11.

MVlsio, ex seminibus mundatis, vel fructibus, vel vtrisque fit nonnunquam ob sitim extinguendam, & pectoris pulmonisque inflammationes, & ad morbos renum aut vesicæ, vel in ischuria, id est vrinæ retentione, stranguria, id est vrinæ stillicidio, vel ardoribus.

Formula mulsionis.

R. quatuor seminum frigidorum maiorum recentium & mundatorum an. ʒ iij. vel ʒ ſ. amygdalarum dulcium excorticatarum in aqua frigida ʒ i. terantur omnia in mortario lapideo, cum aqua fontis prius cocta, & fiat colatura ad ℔. i. quæ in vase vitreo seruetur.

Præcedens emulsio valet ad vrinæ ardores siue strangurias, si manè exhibentur ʒ iiij. vel vi. ante prandiolum per tres vel quatuor horas. Item ante cœnam per duas aut tres horas.

Eadem quantitas vel paulò minor exhiberi potest præmissa lozenga vna diadragacanthi frigidi, in quo prædicta semina & gummi & multa alia ingrediuntur. Quòd si in prædictis causis infrigidatione maiori opus esse putemus, semen portulacæ, lactucæ, papaueris albi mulsioni misceatur.

In causis verò pectoris pineæ recentes non rancidæ addantur amygdalis dulcibus & ficubus recentibus, mox exhibita lozenga vna electuarij diatris simplicis vel diatris salomonis.

Etiam prædictæ mulsioni commodè miscetur aliqua quantitas sacchari, vel syrupi alicuius tuo proposito apti, sicut Ruellius ad vrinam hominis sanioſam facere solebat: vt,

R. seminis papaueris albi, quatuor seminum frigidorum maiorum, aut amygdalarũ dulcium an. ʒ ſ. terantur in mortario cum aqua decoctionis liquiritiæ quantum sufficit: in colatura dissolue syrupi violati, capilli veneris, myrtillorum an. ʒ i. fiat mulsio pro duabus vicibus, & capiat manè horis quatuor ante prandiolum.

DE PVLVERE. 12.

PVluis fit ex seminibus, radicibus, & mineralibus contusis leuissimè, & addito saccharo, vt sint magis grati. Fit ad pleraſque intentiones adhibentur, quarum communissima est post pastum, ad iuuandum concoctionem, vel ad reprimendos vapores qui feruntur in cerebrum, vel ad vtrumque, sicut plerumque fit.

Puluis ad iuuandam concoctionem.

R. seminis anisi, fœniculi an. ʒ i. seminis citri, cinamomi, liquiritiæ, rosæ an. ϑ i. margaritarum electarum, rasuræ eboris an. ʒ ſ. sacchari rosati quantum sufficit: fiat puluis subtilis, de quo capiat post pastus vnum cochleare. Qui verò puluis ad reprimendos vapores conficitur, idem etiam valet ad iuuandam concoctionem. vt iste,

R. coriandri præparati ʒ i. ſ. rasuræ eboris, coralli rubri, cornu cerui vsti an. ϑ i. cinamomi ϑ ſ. sacchari rosati quantum sufficit. fiat puluis, qui detur post pastum. Prosunt etiam ad alia multa, vt lumbricos puerorum, adstrictionem ventriculi & tobur, contra pestem, ex materia propria: & tales ante cibum exhibentur vel soli, vel cum vino, vel super tosta panis in vino madefacta. Aliquãdo etiam dantur ad corroborationem virtutum omniũ in febribus malignis, & in magna imbecillitate virium.

R. rasuræ cornu vnicornis grana quatuor, quinque vel sex rasuræ eboris, margaritarum electarũ, cornu cerui an. gra. ſex, seminis citri & cardi benedicti an. gra. iiij. fiat puluis subtilis, qui detur cum aliquo liquore conuenienti, vt vino albo, distillato restauratiuo, aqua scabiosæ aut buglossæ, aut alio aliquo simili. Tales autem pulueres vt plurimùm dantur circa mediam noctem, aut summo manè.

Fiunt autem & pulueres laxatiui, vt est diasene & diaturbitz, & puluis electuarij diacarthami, quibus sacchari triplum aut quadruplum addi debet: exhibentúrque dissoluti in decocto pulli, vel liquiritiæ, vel ptisanæ. Puluerum tamen istorum vsus rarissimus est apud practicos.

DE ELECTVARIO, CONSERVA, *lozenga, et manuchristi.* 13

ELectuarium sub duplici forma constituitur, sub liquida, quasi in formam opiatæ, vel solida per tabellas seu lozengas, vel in formulas quadratas oblongas, quas manuschristi vocant. Dantur autem electuaria ad corroborationem. Hinc ea nonnulli re tonica dici possent, quasi robur inferentia membris, vtpote quæ virtutes naturales, vitales & animales roborant. Si cõficiantur ad roborandum facultates naturales, ieiuno stomacho exhibentur. Si facultas concoctrix imbecilla sit ob frigiditatem, post cibationem exhibentur. Si verò ob humiditatem cum aliqua substantia, tunc ante cibationes per horam aut duas horas offeruntur, vt alterent temperaturam, & substantiam siccent alienam. Sed si facultas vitalis roboranda sit, ferme omnibus horis oportunè dantur. Quòd si animalem virtutem roborare intendamus, hora somni vel media nocte commodè exhibentur.

Formula electuarij liquidi ad robur naturalis facultatis ventriculi debilitatæ ob frigiditatem & humiditatem cum substantia.

R. pulueris electuarij aromatici maioris descriptione Gabrielis ʒ ij. pulueris elect. diacalamenthi ʒ i. diatrion pepercon ʒ ij. conſeruæ anthos, id est, florum roris marini, & rosarum an. ʒ ſ. sacchari tabarzet ʒ i. ſ. syrupi de mentha, quantà sufficit. fiat electuariũ liquidum ad modũ opiatæ. Detur ante

prandiolum siue ientaculum per horam aut sesquihoram aut duas horas. Dolis ʒ ſ. vel potius ʒ ij.

Electuarium arometicum rosatum ieiuno absumit humiditates putridas, pasto roborat virtutem coctricem.

Formula electuarij solidi per lozengas, vel per formulas ad modum manus Christi, ad intemperiem iecoris calidam, & obstructiones eiusdem.

℞. Pulueris trium sandalorum ʒ ij. pulueris diarrhodum abbatis ʒ i. conseruæ cichorij & rosarum an. ʒ i. ſ. sacchari tabarzet siue albissimi dissoluti in aqua cichorij vel endiuiæ quantum sufficit: fiat electuarium per lozengas ponderis ʒ ij. vel ʒ ij. ſ. vel ʒ iij. Capiat vnam ante pastum.

Conseruæ nonnunquam non apponuntur, sed soli pulueres.

Solent apothecarij pro vnaquaque drachma pulueris apponere sacchari ʒ i. tamen si electuarium velis valentius facere, sesquidrachma pulueris legitimè ponitur pro ʒ i. sacchari.

Electuarium ad atram bilem.

Si ventriculus afficitur præsentia atræ bilis refluentis ad ventriculum, vel iecoris vitio illam multiplicantis, vel lienis morbis, illam non excipientis, vt sunt obstructiones, tunc fit electuarium solidum vel ad formam opiatæ cum materialibus sequentibus, exempli gratia.

℞. Pulueris electuarij lætificantis Galeni ʒ iij. pulueris electuarij dia margariton calidi ʒ i. (pulueres electuariorum de aromatibus, vel de gemmis, vel diamusci dulcis, vel diambræ possunt poni, cùm eandem facultatem habeant) conseruæ bugloſſæ & borraginis & violarum an. ʒ i. ſ. corticis citri conditi ʒ i. sacchari albi dissoluti in aqua bugloſſæ vel borraginis quantum sufficit. fiat electuarium per lozengas, vel per morcellos, vel ad formam manus Christi, ponderis ʒ iiij. vel ʒ ſ. Quòd si placeat effingere in formam electuarij liquidi, duplo aut triplo plus conseruarum adiicietur, aliquid pulueris sacchari rosati vel albi, vtpote in exemplo prædicto ʒ ij. cum syrupo aliquo humorem atribilarium respiciente, vt est syrupus de bugloſſa, borragine, rosarum, scolopendriæ, epithymi, fumiterræ, de quibus adde quantum sufficit ad interpretationem, vt forma fiat liquida.

Electuarium pro obstructionibus iecoris vel lienis fortibus, à quibus dependet periculum hydropisis, vel quæ iam cachexiam peperint, fit ex pulueribus electuariorum diagalangæ, diacucumeris, diacapparis, dialaccæ, & ex conseruis, quæ si misceri debeant, conserua cichorij commodè miscetur.

Notandum etiam quòd electuaria fiunt ex trochiscis vel pulueribus trochiscorum respicientium intentionem, vt in causa calida trochisci diarrhodon, trochisci de corallo, trochisci de bolo armenio, de terra sigillata (maximè si adstrictionem aliquam quærimus) trochisci de carabe, si sanguinis fluorem adstringere volumus. Si verò apertionem seu obstructionis solutionem in hepate vel liene quærimus, hanc adipiscimur cum trochiscis de rheubarbaro vel de cappatibus.

Electuarium ad virtutem vitalem.

Electuaria virtutem vitalem respicientia, si frigore langueat, possunt fieri ex electuario diambræ, diamusco dulci, electuario de gẽmis, aromatico nardino, aromatico muscato, aromatico rosato maiore Gabrielis, lætificante Galeni vel Rasis, electuario conciliatoris, confectione alkermes.

Conseruæ ad eandem intentionem sunt, conserua rosata, bugloſſæ, borraginis, anthos, corticis citri, zinziber conditum, mala citrea condita (aurengia dicunt) & cætera id genus.

Si verò à calido defessa sit virtus, electuaria rosata nouella, electuarium trium sandalorum & diarrhodon abbatis, & diamargariton frigidum, & trochisci de canphora vsurpantur.

Conseruæ sunt rosarum, violarum bugloſſæ, borraginis, nympheæ, id est, nenuphar is.

Si tussis adsit diatragacanthum frigidum, maximè vbi renuis & calidus humor fluit, sicut diatragacanthum calidum, & diatris simplex, vel diatris salomonis exhibetur si humor lentus & crassus expectorandus sit, id est, contentus in pectore excernendus.

Si verò suspitio sit de venenosa substantia, tunc cum pulueribus electuariorum frigidorum vel calidorum quæ veneno resistunt, admiscemus, vt est macis, muscus, zedoaria, crocus, cinamomum, xyloaloe, in causis frigidis. In causis verò calidis vtiliter miscentur margaritæ, corallum, crystallus, rosæ, camphora. In promiscuis causis, seu calidis, seu frigidis quadam proprietate corroborant & tuentur margaritæ, semen citri, radix tormentillæ, tunici, dictami, os de corde cerui vnum numero, vel si ponderare vis, ϑ i. vel ʒ ſ. vt exempli gratia in febre pestilenti.

Electuarium in febre pestilenti.

℞. Pulueris elect. diamargariton frigidi ʒ i. ſ. margaritarum electarum candidarum pulueri-zatarum in mortario marmoreo ϑ i. camphoræ grana ij. vel trochiscorum de camphora ϑ i. vel ϑ ſ. radicis dictami, tormentillæ, tunici, & corticis citri an. ϑ i. conseruæ, bugloſſæ, borraginis, nympheæ, rosarum, vnius, duarum, vel trium, aut omnium istorum ad quantitatem duarum aut trium drachmarum. Sacchari albi dissoluti in aqua rosarum vel bugloſſæ vel borraginis quantum sufficit. Fiat electuarium per lozengas, vel potest fieri electuarium liquidum modo prædicto.

Electuarium ad animalem facultatem in causa calida.

℞. Trium sandalorum, diarrhodon abbatis an. ϑ i. os de corde cerui, vnum nu. sacchari rosati tabulati, vel sacchari albi dissoluti in aqua rosarum quantum sufficit. fiat electuarium deauratum cum foliis auri puriſſimi ponderis ʒ ſ.

Fiunt & electuaria laxatiua, ad omnes superfluitates & morbos, vt simul cum euacuatione roboremus, exempli gratia ad morbos chronicos ex pituita vel lentis humoribus tussim excitantibus.

Electuarium ad morbos pectoris, & ad tussim.

℞. Cassiæ recentis & passatæ per setaceũ ad vaporẽ aquę calidę ʒ ij. ſ. diacarthami ʒ vi. penidiarũ recentium & diatris simplicis an. ʒ ſ. conseruæ violarum ʒ iij. anisi dulcis pulueriza ti ʒ j. pulueris

liquiritiæ an. ʒ ſ. ſyrupi violati quantum ſufficit: fiat electuarium liquidum ad formam opiatæ. Doſis eſt ʒ i. vel ʒ. ℈. vel ad ſummum ʒ ſ. quę exhiberi poteſt ante prandiolum per horam aut ſeſquihoram, ipſam deglutiendo, vel etiam ante prandiolum per quatuor horas propter diacarthami quod diagredion recipit, quod non conuenienter cibis præponitur. Item poteſt diſſolui in decocto pulli, vel in ptiſana vel in colatura communi pectorali, & fiat potus exhibendus per quatuor aut quinque horas ante paſtum. Exhibitionis autem modos præſcribes pro natura & conditione ægri.

Electuaria autem talia per lozengas ſeu bolos fiunt ex medicinis laxatiuis grati guſtus, quæ & in puluerem redigi poſſunt, quorum formæ & modi ſunt requirẽdi ex receptis diachartami & electuarij de ſucco roſarum: ad quorum ſimilitudinem alia effingi poſſunt noſtro propoſito ſeruientia.

4. DE CONDITO ET *Conſerua.*

COndita, ſicut & electuaria, fiunt ad virium & primitiuorum membrorum robur, quæ potius reſpiciunt ſubſtantiam ſpiritalem, quàm carniformem aut ſolidam, niſi quatenus imbecillitas virium ſequitur inſtrumentarios morbos ipſarum: quare conualeſcentibus maximè accommodantur.

Conditum ad omnium virium roborationem.

℞. Conſeruæ anthos, id eſt roriſmarini, conſeruæ borraginis, bugloſſæ, capilli veneris &, cichorij an. ʒ ii. corticis citri conditi ʒ i. ſ. puluerís electuarij pliriſſarcoticon, puluerís electuarij ducis, diarrhodon abbatis, & triaſantali an. ʒ ſ. folia auri ſex nu. ſacchari albi quantum ſufficit. fiat conditum.

Ex iiſdem autem pulueribus electuarium fit conditum ſolidum in hunc modum. ℞. puluerís elect. pliriſſarcoticon, puluerís dianthos, puluerís ducis, diarrhodon abbatis, triaſantali an. ℈ ii. conſeruæ roſarum & cichorreæ an. ʒ. i. ſ. ſacchari albi diſſoluti in aqua roſarum quantum ſufficit. fiat electuarium per lozengas ſeu morſellos ad modum manus Chriſti ponderis ʒ ii.

Conſimili proportione poſſunt fieri condita vel electuaria ad vnamquamque virtutis roborationem: vt (exempli gratia) vbi ſolùm vitalis imbecilla fuerit, tunc electuaria & conſeruas hanc reſpicientes ponam, calidas vel frigidas prout deſyderat propria intemperies, vel eius cauſa.

Electuaria calida, facultatem vitalem reſpicientia.
Electuarium diambra.
Diamargariton calidum.
Diamuſcum amarum.
Diamuſcum dulce.
De gemmis.
Lætificans Galeni.
Electuaria frigida.
Electuarium diamargariton frigidum.
Diarrhodon abbatis, quod eſt temperatum.
Tranſandali.
Conſeruæ vtramque intemperiem reſpicientes.
Conſeruæ roſarum,
Borraginis.
Bugloſſæ.
Violarum.
Conſeruæ frigidæ.
Conſerua nympheæ, Violarum.
Condita calida vitalem facultatem reſpicientia.
Cortex citri conditus, qui in vtraque cauſa exhiberi poteſt.
Confectio de cinamomo.
Confectio de xyloaloe.
Confectio alkermes, quæ familiaris eſt medicis Montiſpeſſulani
Zinziber conditum,
Pyra condita.
Poma condita, & ſic de aliis.
Electuaria calida ad virtutem animalem.
Pliriſſarcoticon.
Dianthos.
Diamuſcum dulce & amarum.
Mithridatum & Theriaca opiatæ ſunt.
Conſeruæ calidæ animalem virtutem reſpicientes.
Conſerua anthos, Acori,
Roſarum, quæ temperata eſt.
Item opiatæ ferè omnes, vt Mithridatum, Theriaca, & aurea Alexandrina.
Electuaria calida ad virtutem naturalem.
Diacalamenthum.
Diacuminum.
Diatrion pepereon,
Aromaticum roſatum maioris deſcriptionis Gabrielis.
Diarrhodon abbatis, quod temperatum eſt & in vtraque cauſa oportunum.
Diairis ſalomonis, ſiue ſimplex.
Dialaccha & diacucurma, quæ valent ad oppilationes iecoris & ad hydropem.
Conſeruæ calidæ, quæ facultatem naturalem potiſſimum reſpiciunt.
Conſerua eryngiorum.
Conſerua ſatyrij.
Zinziber conditum.
Cortex citri conditus.
Carnes cydoniorum conditæ.
Pyra condita, & ſimilia.
Electuaria frigida.
Triaſandali,
Diatragacanthum frigidum.
Diarrhodon abbatis.
Diamargariton frigidum.
Conſeruæ frigidæ.
Conſerua violarum.
Cichoreæ.
Nympheæ.
Conditum ad calidam intemperiem totius venoſi generis.

℞. Puluerís elect. trium ſandalorum ʒ ii. puluerís diamargariton frigidi & diarrhodon abbatis an. ℈ii. Conſeruæ cichorij & violarum an. ʒ i. ſ. ſacchari albi diſſoluti in aqua endiuiæ vel cichoreæ vel roſarum, quantum ſufficit, fiat conditum per lozengas ponderis ʒ ii. vel ʒ. iii.

Aliud ad eandem intemperiem.

℞. Conſeruæ cichoreæ, violarum nympheæ, bugloſſæ an. ʒ ii. ſ. conſeruæ roſarum ʒ i. ſ. puluerís triaſantali & diamargariton frigidi an. ℈ iiii. foliorum auri per lectulos poſitorum 8. nu. ſacchari albi quantum ſufficit. fiat conditum. Doſis cochlear vnum argenteum.

Nonnulli in his conditis, vbi ſuſpitio eſt venenoſitatis cuiuſdam, vt in peſtilentibus febribus, vel in deliquioſis ſeu ſyncophantibus, addunt de ſemine citri, ſemine cardui benedicti, de radice dictami,

& tormentillæ, & pro diuitibus de ratura cornu vnicornis, quamuis apud authores mentio nulla de ea fit, sed solùm opinione vulgi vincit: vt (exempli gratia) in prædicto condito subtracta aliquota portione electuariorum prædictorum, vt puta subtripla parte aut subquadrupla; sic scribi potest. Seminis cardui benedicti, seminis citri, radicis dictami & tormentillæ an. ℈ i. vel ʒ ſ. ex his duæ aut tres solùm addi debent.

Præterea electuariis & conditis trochiſci addunturt, vt exempli gratia pro fluore ſiſtendo trochiſcos diacoralli, diarrhodon, de terra ſigillata, de bolo armenio, de carabe. Et pro cordis ſeruanda temperie trochiſci de camphora. De quibus quantitas ponitur æqualis quantitati pulueris electuariorum quando ſaccharum non admittunt.

15. DE PASTA REGIA SIVE *Mazapane.*

PAſta Regia confectio eſt apud neotericos ſub hoc nomine vſurpata, quæ potiſſimùm ordinatur ad morbos pectoris, vel ad macilentiæ cauſas profligandas. Cuius ſequitur formula ad ambas cauſas, ſcilicet morbos pectoris pulmoniſque, & macilentiam.

℞. Amygdalarum dulcium decorticatarum ʒ iii. pinearum recentium mundatarum & temperatarum per horas decem in aqua ſcabioſa, vel enulæ campanæ, vel aliqua huic propoſito apta, ʒ ſ. piſtatiorum recentium mundatorum & temperatorum per vnum diem in aliqua aquarum prędictarum ʒ i. amyli, diacanthi, gummi arabici an. ʒ. ſ. pulpæ dactilorum, ſebeſten, paſſularum de damaſco, vnius aut plurium ex iſtis vnciæ vnius quantitatem, ſaccharı albi diſſoluti in aqua fontis vel roſarum vel enulæ, quantum ſufficit: fiat paſta regia quæ in formam placentulæ aut perbolos incidatur. Ponuntur etiam aliquando ſemina frigida maiora decorticata.

16. DE LOHOT, SIVE *Eclegmate.*

LOhot medicamentum eſt ad morbos pulmonis & pectoris, puta ad diſpnæas, apnæas, anhelationes, ſuſpirationes, tuſſes, ſiue per defluxionem alicuius ſubſtantiæ humidæ, vt ſunt catharri, prout ſæpius accidunt, ſeu per congeſtionem ſuboriantur.

Lohot ad pituitam impactam lentam & craſſam.

℞. Elect. diairis ſalomonis & diairis ſimplicis an. ʒ vi. lohot de pino ʒ i. cõſeruæ onulæ campanæ ʒ ſ. oximelitis ſcillitici quantum ſufficit: fiat lohot, quo vtatur æger cum baculo liquiritiæ, paulatim deglutiendo ſiue lambendo.

Si verò opus ſit maiore deterſione quàm inciſione, detergentium quantitatem augebis, & pro oximelite ſcillitico ſyrupum de liquiritia, aut iuiubis, aut de praſſio, aut de hyſſopo pones, Syrupum enim de hyſſopo putant nonnulli abſterſiuum eſſe, ſolùm ob dictum Auicennæ, quod à veritate eſt alienum, vt Meſue declarat.

Lohot compoſitum, lohot de pino, lohot de caulibus ſanum & expertum, lohot de ſcilla per ſe commodè adminiſtratur, vbi tamen febris adeſt vt in pleuritide, ad expectorationem cauſæ materialis quæ in fluxu eſt, partim verò iam defluxæ, lohot in hanc formam conſtruimus.

Lohot in principio pleuritidis, vbi materia fluit.

℞. Elect. diatragacanthi frigidi ʒ. ℈. peniarum recentium, pilularum albarum an. ʒ iii. ſyrupi violati, aut de iuiubis, aut amborum quantum ſufficit. fiat lohot, quo vtatur cum baculo liquiritiæ paulatim deglutiendo. Si verò materia partim fluxa eſt, partim fluens, vtrique conſulens facies lohot in hunc modum.

℞. Elect. diairis ſimplicis ʒ i. diatragacanthi frigidi ʒ vi. penidiarum recentium ʒ iii. ſyrupi de iuiubis vel hyſſopo, prout magis putaueris intendere materiæ iam fluxæ vel fluenti. fiat lohot.

Fit etiam lohot ad defluxiones calidas & acutas ſiue erodentes, tuſſim excitantes, vt caliditas & eroſio humoris obtundantur, tenuitas verò & ſubtilitas ipſius incraſſetur, & partes ſubiectæ ad quas fit fluxio, tutæ à nocumento reddantur. vt, exempli gratia.

℞. Elect. diatragacanthi frigidi, ʒ i. boli armeniæ lotæ in aqua roſarum ʒ ii. trochiſcorum de terra ſigillata ℈ ii. ſyrupi de papauere quantum ſufficit: fiat lohot. Loco diatragacanthi poteſt poni diapapauer, vel æqualiter de vtroque item trochiſci de carabe, in quibus ingreditur aliquid opij, addi poſſunt, modò nulla adſit circunſtantia, ex qua opium ſuſpectum eſſet.

Dantur iſta lohot ad phthiſim hora ſomni, elect. diapapaueris, lohot de papauere, pilulæ ad omnes morbos catharri Meſue ad hos vſus, horis iiſdem & ad eandem intionem admiſceantur.

17. DE BALNEO, ET *ſemicupio.*

BAlnei vſus, qui apud antiquos fræquentiſſimus erat, nunc rarus eſt, nec eo, niſi in quibuſdam morbis vtimur, vt in arthritide vniuerſali, in paralyſi, in febribus hecticis. Sed ad arthritidem quidem & ad paralyſim balnea naturalia magis conueniunt: in quorum tamen penuria, parare poſſumus artificialia, incoquendo in aqua herbas, radices, ſemina, flores, & metallica etiam nonnulla, ſicut morbus præſens exigere videbitur. Semicupium verò, quod Latini inceſſum vocant, eſt balneum particulare, quod accommodatur nephriticis, colicis, iliacis dolotibus, modò ex apoſtemate non oriantur. Prodeſt & ad morbos vteri: nam ad prouocandos menſes, intemperaturáſque vteri corrigendas conueniens eſt præſidium.

Formula ſemicupij pro dolore nephritico, vbi emollitionem & dilationem meatuum, & doloris ſedationem quærimus.

℞. Radicum altheæ ʒ iii. foliorum maluæ, biſmaluæ, parietariæ, florum camomillæ, meliloti, ſummitatum anethi an. m̃ ii. origani, calamenthi, betonicæ, abrotoni, an. m̃ i. ſeminis lini, fœniculi, an. ʒ ii. furfuris macri p. iiii. Repone omnia in ſacculo, & fiat coctio in ſufficiẽti quantitate aquę, pro ſemicupio.

Nota quòd nephriticus etiam ſine clyſtere prius iniecto balneum ingredi poteſt.

Aliud ſemicupium.

Si colicus dolor vel nephriticus videatur eſſe à ventoſitate plurima, vel ab humore frigido qui calefactione & attenuatione ſiue inciſione egere videatur, ſic fiet ſemicupium.

℞. Origani, calamenthi, ſummitatum anethi, camomillæ an. m̃ iiii. fœnigræci, carui, aniſi, fœniculi aa. ʒ ii. baccarum lauri ʒ ſ. quòd ſi implex

fuerint affectus vel causæ affectuum plures, adiicere poteris de medicamentis propositio tuo idoneis, vt si mollitione sit opus, de foliis maluæ, bismaluæ, parietariæ, violiariæ.

Si incisio aliqua necessaria iudicetur, aut apertio meatuum, adde radicis asparagi, bruscí, apij, quæ omnia inclusa sacculo coquuntur ad semicupium. Similiter ad muliebria prouocãda fiunt insessus seu semicupia impositis medicamentis ad menses prouocandos idoneis, vt artemisia, sabina, marrubium, nepita, cyperus, grana iuniperi, quæ omnia ad m̃. ij. poni possunt.

18. DE EPITHEMATE, *siue fotu.*

EPithema fit ad multas intentiones, & primò ad iecoris intemperiem calidam corrigendam, cuius forma sit hæc.

℞. Aquarum endiuiæ, cichoreæ, rosarum, solatri an. ʒ iij. aceti ʒ i. pulueris elect. triasantali ʒ ij. siue ʒ i. ſ. misce pro epithemate iecoris cum filtro, vel pecia linea, vel panno, vel spongia infusa in prædicto liquore, & admota iecori ante pastum per horam vel sesquihoram.

Fit etiam ad eandem intentionem ex decoctis herbarum consimilium aquis prædictis.

Si verò adsunt obstructiones iecoris cum intemperie eius calida, hoc modo fit epithema.

℞. Cichoreæ cum toto, id est radice & herba: endiuiæ nouellæ, agrimoniæ, quod eupatorium est, an. m̃. i. florum cichoreæ p. i. quatuor seminum frigidorum maiorum & minorum an. ʒ ſ. cyperi ʒ ij. lupinorum ʒ iij. omnium sandalorum an. ʒ i. squinanthæ ʒ. ſ. summitatum absynthij m̃ ſ. fiat sacculus, & decoquatur in quatuor partibus aquæ & vna vini cum tantillo aceti vnico feruore in vase terreo operto, & fiat fomentum more prædicto.

Valet multùm tale epithema in morbis ab oppilatione pendentibus: & accidentia ab oppilatione pendentia, vt est fluor, qui dicitur hepaticus, qui vt plurimùm periodicus est. Item ad cachexias, quas iecoris intẽperies cum obstructionibus parit. Item ad initia scirrhorum, cui etiam, si scirrhus se prodiderit, relaxantia cum emollientibus addi possunt.

Fiunt etiam epithemata pro ventriculo ad plures intentiones, Primùm ad illius robur, ne recipiat superfluitates alibunde missas, & tunc cum stipticis fiunt. Secundò ad eius intemperiem corrigendam. Tertiò ad dolores eius sedandos, quæ tunc fiunt pro natura & conditione causarum dolorificarum, debita conseruata contrarietatis lege, prout causa quæque flagitat.

Forma prima: intẽtionis, vt ventriculus à deflexu vindicetur, & tutus euadat, & ne inflammationem vel abscessum patiatur.

℞. Rosarum rubrarum p. ij. arnoglossæ, plantaginis, an. m̃ ſ. summitatum absynthij m̃ i. tertiam partem omnium sandalorum an. ʒ ij. coralli rubri ʒ iij. Reponantur omnia in sacculo, & fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ cum pauxillo aceti, qui etiam aliquid vini subrubri addi potest, & fiat fomentum. Corallum quamuis achymum sit, attamẽ non ab re ponitur in decocto, cùm tota sua proprietate ad omnes morbos ventriculi conducat ergo potius pulueriʒari debebit.

Epithemata ad alias intentiones ex propriis medicinis describi possunt, secundum formam propositi epithematis.

Ventriculo etiam ex oleo fiunt epithemata, vt oleo rosarum camomillæ absynthij, mastiches, myrti.

Notandum quòd in omnibus epithematis, ad quamcunq; intentionem dirigantur, aliqua immiscenda sunt, quæ essentiam & robur membri, cui admouentur, conseruent, quemadmodum in medicamentis intrò sumptis obseruandum vbique iubet Galenus.

Sunt autẽ epithema & fotus idem. Aliqui tamẽ distinguunt, dicentes epithema dici tantùm cum fotum, qui constat ex aquis distillatis & pulueribus simul mixtis: fotum autem dici generalius omnem, qui ex decocto quaruncumque herbarum & radicum fit.

19. DE SACCVLO.

SAcculi iisdem de causis adhibentur, ob quas & fotus fiunt. Continent autem herbas, flores, & semina, & alia quædam. Admouentur autem vel sicci, vel aliquo humore madefacti. Sicci seminibus & herbis potissimum constant. Madidi prius comprimendi sunt, quàm loco admoueantur.

Sacculus siccus ad colicam ventosam vel tympanitem.

℞. Milij vstulati p. iiii. orobi, furfuris macri an. p. ij. florum camomillæ, summitatum anethi an. p. i. cumini, carui an. ʒ ii. baccarum lauri ʒ iii. fiant duo sacculi interbastati siue insuti inter duas telas cum bastituris magnitudinis competẽtis vt totum ventrem comprehendere possint, qui vicissim & alternatim calidi ventri adhibeantur.

Sacculus humidus ad humoris crudi coctionem, mollitionem, discussionem.

℞. Florum camomillæ p. ii. summitatum anethi, meliloti, origani an. p. i. fœnigræci, seminis lini, an. ʒ i. foliorum maluæ, bismaluæ violariæ an. m̃ ſ. fiat sacculus, vel fiant sacculi duo, qui coquantur in aqua vel lacte vaccino, & ex decocto fiat fomẽtum cum spongia vel filtro vel pannis, vel sacculi duo alternatim locis dolentibus apponantur.

Secundum hanc formam ad schirros & durities sacculi applicantur ex partim mollientibus & partim discutientibus, auctis viribus vel emollientium vel discutientium, prout causa duritiem faciens indicabit.

20. DE SCVTO.

SCuta pro stomacho dantur, propter easdem causas ob quas vnguenta & epithemata fiunt: Sæpius tamen ad aliquam ventriculi intemperiem corrigendam, & ad robur illi addendum ex pulueribus siccorum medicamentorum conficiuntur. Portò vices supplent vnguẽtorum vel emplastrorum, quando propter eorum tædium patientes ea aspernantur.

Scutum contra intemperiem ventriculi frigidam cum aliqua sustantia & ventositatibus.

℞. Menthæ, sambuci, absynthij, siccorum an. p. i. vel ʒ i. ſ. gariophillorum, galangæ, xiloaloes an. ϑ ii. cumini coralli rubri an. ʒ i. fiat pulus, ex quo fit scutum cum pauca bombace interbastatum inter duas syndones, cum bastituris & ligis vt decet.

Appendatur stomacho euersum.

Pulueres non debent excedere sesquiunciam ad summum, sæpe sufficit ʒ i. vel ʒ vi.

21. DE CATAPLASMATE.

CAtaplasmata fiunt ex herbis, radicibus, seminibus, farinis coctis in aqua vel lacte, mox additis axungiis, vel oleis, prout res efflagitat. Fiunt autem cataplasmata ad varias intentiones. Quandoque ad doloris sedationem, quandoque ad reso-

lutionem, quandoque ad maturationem, quandoque ad remollitionem duritiei, quãdoque ad consumptionem & exsiccationem humorum & vaporum.

In promiscuis autem affectibus etiam promiscuę intentiones in cataplasmate commiscentur, vt remollientia cum discutientibus, & discutientia cum sedantibus dolorem, prout exempla sequentia demonstrabunt.

Cataplasma in œdemate in quo necessaria est remollitio cum discussione, seu vt dicunt, resolutione & doloris sedatione.

℞. Foliorum maluæ, bismaluæ, violariæ, an. m̃ i. vel m̃ ſ. radicis altheæ, radicis liliorum alborum, radicis ireos an. ʒ ſ. vel ʒ i. florum camomillæ, meliloti, & summitatum anethi an. p. i. seminis lini, fœnigræci, vel potes dicere farinæ seminis lini, farinæ seminis fœnigræci, farinæ hordei an. ʒ ſ. vel ʒ i. vel etiam mensurari potest per pugillum. cumini ʒ i. baccarum lauri ʒ ii. croci ϑ i. vel ʒ ſ. axungiæ anatis, anseris, medullæ crurum vitulorum, butyri recentis, olei liliorum, olei irini an. quantum sufficit. fiat cataplasma. In hoc cataplasmate tres intentiones comprehenduntur, remollitio, discussio, & doloris sedatio, vt ex materialibus ipsum componentibus cognosci potest.

Quantitas remollientium maior esse debet, si magis remollitionis necessitas nobis insinuata fuerit: & discutientium maior quantitas, si discussio maior facienda est. Similiter & de doloris sedatione.

Ergo in principio œdematis, vt in principio cuiuscunque abscessus, aliquid repercussiuum, quo particula confortetur, cum emolliẽtibus miscendum est. In augmenti principio, plus remollientium, minus discutientium. In fine augmenti & statu morbi, æqualiter de vtriusque. In declinatione verò, quasi purè discutientia & resoluentia ponenda sunt. In præsenti forma cataplasmatis nil stipticum admotum est, quæ tamen apponenda erunt stiptica, in principio fluxionis admouere oportebit.

Quæ autem medicinæ sunt quæ stipticitate polleant, & membri confortationem efficiant, quæ item molliant & discutiant, sunt ex tabulis autorum quærendæ, vt Arnaldi & Sauanorollæ.

Fiunt etiam cataplasmata sine oleis & axungiis, vt est cataplasma illud vulgatissimum ex mica panis remollita in lacte bubulo, & parùm incocta, cui vitelli ouorum nonnunquam miscentur cum pauxillo croci, vt granis decem vel duodecim: & est cataplasma, quo sæpè vtimur in doloribus podagricis.

22. DE EMPLASTRO.

EMplastra instituuntur ad varias intentiones, eorum autem communis est forma tàm medicis quàm chirurgis.

Fiunt ex gummis, oleis, axungiis, & medicinis siccis permixtis cum aliqua portione ceræ sufficienti, vel etiam sine cera, si modò materialia possiunt per se inspissari & coalescere.

Applicantur autem emplastra omnibus partibus, sed maximè ventriculo, ob easdem causas ob quas vnguenta, cataplasmata, & scuta ordinantur.

Emplastrum pro stomacho laborante intemperie frigida ob fluxionem frigidæ substantiæ.

℞. Cerati stomachi confortatiui Galeni ʒ ii. gangæ gariophillorum, xyloaloes, coralli rubri an. ʒ ſ. Ceræ dissolutæ pilo in oleo mastiches vel absynthij quantum sufficit simul malaxando. Fiat magdaleo, ex quo fiat emplastrum extẽsum supra alutam ad formam scuti duplicata syndone cum bastituris & ligis, vt decet.

Potest etiam fieri ex simplicibus emplastrum ad prædictas intentiones ad hunc modum.

℞. Ladani depurati ʒ vi. mastiches ʒ ii. thuris ʒ i. coriandri præparasti, coralli rubei, menthæ siccæ, galangæ an. ϑ ii. zyloaloes, macis an. ʒ ſ. terebinthinæ ʒ ii. ceræ dissolutæ cum oleo nardi, vel absynthij, vel mastiches, vel rosarum, vel ex duobus aut tribus ex istis quantum sufficit. fiat massa, quæ extendatur supra alutam, ad formam scuti duplicata syndone cum bastituris & legis, & fiat scutum pro stomacho, vt decet.

Mone apothecarium, dissoluat gummi cum vino & oleo, deinde reliqua misceat extra ignem.

Ceratum stomachi confortatiuum Galeni, fit ex rosis, absinthio, mastiche, spica narda, cera, oleo rosato.

In causis calidis & vomitibus biliosis, similis formæ fiunt scuta ex frigidis simplicibus, vt est myrtus, coriandrum, corallum, mastiche quæ temperata est, psidiæ, balaustia, item oleis, vt rosato, myrtino, cydoniorum, mastiches.

Fiunt & pro iecore emplastra profedanda qualibet eius intemperie, soluendis obstructionibus, & corroboratione.

Emplastrum ad calidam intemperiem iecinoris.

℞. Cerati sandalini ʒ ii. carnis cydoniorum ʒ i. mastiches ʒ ſ. coralli ʒ i. ceræ dissolutæ cum oleo rosarum quantum sufficit: fiat massa, quæ extendatur supra alutam ad formam lunæ crescentis duplicata syndone cum ligis, vt decet. Applicetur hepati.

Fiunt & emplastra doloris sedatiua, & partim maturatiua apostematum, partim resolutiua: vt exempli causa.

℞. mucilaginis seminis altheæ, fœnigręci & seminis lini an. ʒ iii. farinæ hordei ʒ iiii. olei liliorum alborum, pinguedinis gallinæ an. ʒ ii. ſ. butyri ʒ i. croci ϑ i. vitellos ouorum numero ii. Coquantur mucilagines lento igne cum farina, ponendo vitellos ouorum in fine. Lenit enim & maturat omnia apostemata mista ex materia calida & frigida, & sedat eorum dolorem, in quacumque parte corporis fuerint.

Si vis facere ipsum appropriatum ad omnia apostemata frigida, tunc adde ammoniaci, bdellij, storacis liquidæ an. ʒ i. & erit efficacissimum.

23. DE VNGVENTO.

VNguenta, quantum ad medicum spectat, fiunt ad dolores sedandos, alterationem præstandam, scirrhorum remollitionem, & discussionem, præsertim in iecore, liene, & ventriculo. Aliarum etiam intentionum causa, & ad alia ab istis membra chirurgica ratione fiunt, quorum formæ ex antidotariis petendæ sunt.

Vnguentum ad dolorem ventriculi sedandum ex causa frigida cum præsentia alicuius substantiæ consimilis.

℞. Olei mastichini, nardini, absynthij an ʒ ſ. gariophillorum xiloaloes, macis, calami aromatici an. ϑ i galliæ moschatę ʒ i. vel ʒ. i. ſ. si sit diues, quia est, ceræ nouæ quantum sufficit. fiat vnguentum pro stomacho & scutum cum bombace cum ligis, vt decet, quod apponatur supra stomachum post vnctionem.

Vnguentum ad dolorem ventriculi sedandum à causa calida ortum, vt à fluxu bilis, qui sæpe accidit febribus.

℞. Olei rosati ʒ i. olei myrtillorum vel cydoniorum ʒ ſ. sandali albi & rubei an. ϑ ij. vel ʒ ſ. ceræ nouæ lotæ in aqua endiuiæ vel rosatum quantum sufficit: fiat vnguentum pro stomacho.

Item fiat scutum ex bombace, quod apponatur stomacho post vnctionem.

In vnguentis non transcendimus ʒ i.

Notandum est quòd aliqui lauant olea cum succo vel aqua distillationis herbarum frigidarum in causa calida, vel calidarum in frigida.

Aduertendum præterea nonnullos putare nulla vnguenta vel cerata stomacho admouenda sine galanga, vt neque cordi sine mace vel croco, vel cerebro sine spica arabica, vel iecori sine spodio, vel sandalo, vel absynthio, vel aliquo simili, rectè putantes membri naturam semper seruandam esse adstringentibus, non tamen semper prænominatis medicamentis. Nam seruanda est in omnibus causis contrarietatis lex, quæ in medicamentis violatur, si galanga forma præscripta adderetur, quia galanga calida est. Siquidem roboratur satis natura ventriculi ex stipticis compositionem prædicti vnguenti ingredientibus, quòd scilicet mediocriter temperata sint in caliditate, vt ex eorum natura patet.

Vnguentum ad scribos iecoris vel lienis, quibus hæc duo membra maximè sunt obnoxia.

℞. Radicis altheæ, radicis liliorum alborum an. ʒ i. foliorum maluæ, bismaluæ, violariæ an. m̄ i. florum camomillæ, meliloti, summitatum anethi an. m̄ ſ. farinæ fœnigræci, farinæ seminis lini an. ʒ i. gummi ammoniaci, vulgò serapini ʒ i. bdellij mollis & subalbidi ʒ ſ. terebinthinæ ʒ iij. gummi pini ʒ ſ. storacis liquidæ ʒ ij. vel ʒ iij. medullæ crurum vituli vel cerui, si haberi potest, axungiæ anatis & gallinæ, olei amygdalarum dulcium & irini an. ʒ i. ſ. vel an. quantum sufficit. Dissolue gummi cum vino & pauxillo aceti, & prædictis oleis addatur cera noua quantum sufficit. Mox axungiis, dictis pulueribus seu farinis seu herbis prius coctis & pistatis, omnia misceantur, & fiat vnguentum.

In præscripta formula plura emolliunt quàm discutiunt, quia materia scirrhi id postulat primùm.

Si accommodes prædictum vnguentum scirrho iecoris, aliquid de comis absinthij, de rosis, de squinam tho, vel de spica nardi addi potest ad membri naturam & robur seruandum. Si alieni, aliquid tamaricis corticis, radicis capparis, aut similium miscere potes. Si verò scirrho ventriculi, absinthium, rosæ rubræ, calamus aromaticus, mentha & galanga addi possunt.

24. DE LINIMENTO.

Linimenta sunt vnguenta mollia & liquida, quæ parùm aut nihil ceræ recipiunt, fiúntque similiter ad eosdem vsus, ad quos vnguenta.

Linimentum ad molliendum & sedandum dolorem, vt in pleuritide.

℞. Olei camomillæ, axungiæ capi an. ʒ ſ. butyri recentis sine sale ʒ ij. modicum ceræ lotæ: fiat linimentum.

25. DE FRONTALI.

Frontale seu splenium fit ad dolores capitis anteriores sedandos, vel ad somnum conciliandum.

Ad capitis dolores sedandos ex intemperie calida, vt in febribus sæpe contingit. Item à causis frigidis fit frontale, vt Galeno placet, ex rosis rubeis in aceto maceratis, positis interdum inter duas telas latitudinis trium digitorum & longitudinis, ab vna aure ad alteram: vel fit ad eandem intentionem in hunc modum.

℞. Rosarum rubrarum p. i. ſ. florum nymphææ, violarum an. p. i. betonicæ, meliloti an. p. ſ. ponantur omnia inter duas syndones, si patiens sit diues, vel inter duas telas, si fit pauper, & fiat frontale interfutum vt decet, pro fronte & temporibus. Si verò somnum conciliare volueris, adde dicto frontali folia lactucæ vel papaueris albi recentis, vel mandragoræ locis & temporibus, quibus haberi possunt, sed parùm ex istis frigidis. Omni autem tempore semina papaueris albi, vel cortex capitum papaueris albi, vel semen lactucæ, vel semen iusquiami imponuntur. vt exempli gratia.

℞. Florum nymphææ, violarum & meliloti an. p. i. florum lactucæ vel papaueris albi an. m̄ vnius partem tertiam, vel alterius ipsorum m̄ ſ. seminis papaueris albi ʒ ij. seminis lactucæ, seminis anethi, seminis hyoscyami albi an. ʒ ſ. Contundantur omnia & fiat frontale inter telas vel syndones cum bastituris & ligis vt decet.

Prædicto frontali melilotum & semen anethi adduntur ad confortandum cerebrum, & vt à frigidis non lædatur.

In cephalalgiis à causa frigida fiunt frontalia ex herbis & floribus calidis, vt saluia, roremarino, camomilla, betonica, bryonia, meliloto, & similibus.

Frontalia, antequam fronti adhibeantur, aliquo liquore perfundi solent, vel vapore aliquo suffiri. vt exempli gratia,

℞. Aquarum rosarum, betonicæ, & melissæ an. ʒ i. aceti ʒ ſ. misce. ex prædictis aquis aliquota portio effundatur super tegulam ardentem vel aliquid simile. Euaporetur prædictum frontale ad vaporem prædictarum aquarum.

Illinuntur fronti multa ad easdem intentiones ad quas frontalia fiunt, vt in causa calida vnguentum populeum, rubea trochiscata dissoluta in aqua conueniente intentioni: quæ tamen in raro est vsu apud Parisienses.

In causa autem frigida mithridatium vetus plerisque illinitur, & aurea Alexandrina, & similia.

In omnibus causis vtilissimè Galeno 12. therapeutices, oxyrhodinum illinitur, quod fit ex oleo rosaceo & sexcupla parte aceti. vt exempli gratia.

℞. Olei rosati ʒ i. aceti ʒ ij. misce agitando in phiala: vel sic in causis calidioribus, vbi, ad præcautionem ne phreneticus effectus oriatur, frigidiora admiscemus in hunc modum.

℞. Olei rosati ʒ i. olei nenupharis ʒ ſ. olei papaueris ʒ iij. succi solatri, vel lactucæ, vel papaueris albi, aquæ rosatæ, aceti an. ʒ ſ. misce, agitando in phiala diutissimè. Liniatur pars anterior capi-

tis, imò totum caput, si cerebrum inflammationem senserit.

26. DE CVCVFA, ET *Semicucufa.*

CVcufa fit pro cephalalgiis, id est doloribus capitis, potissimum frigidis, & nonnunquam ad catarrhos sistendos: exempli gratia.

℞. Sampsuci, id est maioranæ, rorismarini, vtriusque stecados, arabicæ & citrinæ an. p. i. rosarum rubrarum p. i. ſ. corticis citri sicci, granorum alkermes an. ʒ iij. macis, piperis longi, cubebarum, garyophyllorum an. ʒ ſ. fiat pulvis, ex quo cucufa fiat inter duas syndones cum pauca bombace interbastata, vel cum tomento siue boutra vulgò, vel rasura squarlatæ, seu panni coccinei, ad formam & mensuram datam.

Quòd si dolor decumbat plus in anteriorem partem, plus pulverum siue specierum erit ponendum in ea parte. Similiter si in posteriori, & æqualiter in toto capite, fit cephalgia.

Simicucufa verò dicitur, quando vni tantùm parti prouidemus.

Si verò catharros sistere volumus, tunc stiptica miscemus, vel ex purè stipticis cucufam facimus, frigidis vel calidis pruot causa postulat.

Ergo componimus cucufam cum milio vstulato vel non vstulato, mirtis, nucibus cupressi, sandaracha, vulgò vernice, cortice thuris, & similibus stipticis.

27. DE SVFFITV.

SVffitus fiunt ex rebus siccis ad sistendas distillationes, quæ è cerebro decumbunt in partes subiectas: & fiunt ex medicamentis adstringentibus. vt,

℞. Rosarum rubrarum p. i. mastiches ʒ ſ. vernicis ʒ i. misce: fiat suffitus capitis. vel,

℞. Milij p. i. rosarum rubrarum p. ſ. vernicis, olibani an. ʒ ſ. misce pro suffitu capitis.

Nota quòd vbi distillatio decūbit in pulmones, & sputa inde sequuntur, non est suffitus accipiendus per os, quoniam nimis constringit anhelitum, & impedit expuitionem, incrassando humores. Sed debent tantùm suffiri tegumenta capitis, vel lana, quæ capiti superponatur.

28. DE COLLYRIO.

COllyrium est medicamentum in forma liquida, quod adhibetur ad sanandos oculos. Quare cùm varia sint oculorum mala, fiunt etiam collyria diuersis modis. Alia enim ophthalmiæ principio conueniunt, alia in statu, alia autem in declinatione, quemadmodum & in reliquarum particularum inflammationibus. In principio igitur debent fieri ex repercutientibus frigidis & stipticis, vt albumine oui, mucilaginibus seminis cydoniorum, & psyllij, & reliquis eiusdem facultatis, vel solis, vel dilutis cum aquis conuenientibus, vt.

Collyrium in principio ophthalmiæ.

℞. Albumen vnius oui, agitetur cum aqua rosarum, vel plantaginis, vel melliſſæ, vel omnibus, his & fiat collyrium, quod iniiciatur intra oculum dolentem. vel,

℞. Mucilaginis seminis cydoniorum extractæ cum aqua plantaginis vel rosarum ʒ i. misceatur cum albumine oui, multùm agitando cum spatula, & fiat collyrium. Quòd si dolor non est in oculo nec rubor, sed sordes tantùm quæ siccari debet, conuenient collyria ex tuthia præparata, & aloe lota, & lapide calaminari & reliquis similibus, quæ excipi debent cum aliquo liquore conuenienti, nisi mâli pulueres ipsos siccos imponere oculo. sic enim magis sordes extergent & desiccant.

29. DE NASALI, *siue errhino.*

INiiciuntur intra nares medicamenta ad multas intentiones, vt ad sistendum profluuium sanguinis è naribus, ad mouendas sternutationes, vt in prouocatione partus vel eductione secundatū post partum retentarum, præterea ad expurgationem cerebri.

Id autem fieri potest per varias formas, vt per pulueres siccos, qui intra nares insufflantur, vel per liquida, quibus nares inunguntur, vel per solidiora corpora, quæ intra ipsas immittuntur.

Nasalia ad sistendum profluuium sanguinis per nares.

℞. Pilos qui sunt in ventre leporis p. ſ. lanuginis salicis p. ſ. boli armeni & sanguinis draconis pulverizatorū an. ʒ i. Incidantur pili minutissimè, & misce simul omnia, quæ insufflētur intra nares, vel dissoluantur ea omnia cum aliqua aqua stiptica, vel cum succo alicuius herbæ, vel cum albumine oui, additis etiam si velis balaustiis, vel malicurio, vel acacia pulverizatis, & cum panno lineo fiant nasalia, quæ in prædictis medicamentis intincta, indantur intra nares.

Nasalia ad sternutationes excitandas.

Excitantur sternutamenta ex siccis pulueribus inspiratis, qui acres sint & mordicantes, quales sunt piper, pyrethrum, staphis agria, radix ireos pulverizata.

Eadem materialia possunt excipi aliquo liquore & inungi naribus, vel cum panno aut serico contorto immitti intra vnam narem, vel intra ambas.

30. DE APOHLEGmatismis

APophlegmatismi sunt medicamenta quæ ex cerebro pituitam in os prouocant. Valent ad vacuandum cerebrum. In crebro vsu est mastix, quæ diu detenta in ore & masticata pituitam elicit.

Item saluia, cuius folia in ore detenta, similiter pituitam euacuant per os. Itē noduli ex pyrethro, pipere, staphida agria, radice ireos & panacis, contenti in ore. Præterea gargarismata ex iisdem medicamentis composita. Fiunt etiam ex iisdē rebus vnguenta quibus palatum illinitur. Illa enim calore suo & acrimonia pituitam attrahunt per colatorium palati.

31. DISTILLATVM. *restaurativum.*

FIunt distillata ad virium robur sustentandum, ægro iam debili existente nec potente concoquere solidius alimentum. Sunt autem mixti generis, scilicet partim alimenta, & partim medicamenta. Componuntur autem ad varias intentiones. Alia enim adstringunt, vt in profluuiis alui:

alia allerant, vt quæ in febribus ad refrigerandum dantur, aut in morbis frigidis ad calefaciendum: alia verò venenis & malignitati humorum resistunt, vt in febribus pestilentialibus. Fiunt autem hoc modo.

Distillatum restauratiuum adstringens.

℞. Conseruarum cichorij, rosarum, symphyti, cornelorum & miuæ cydoniorum an. ʒ ii. pulueris electu. diarrhodon abbatis, triasantali an. ʒ ii. trochiscorum de carabe, de berberis, & de terra sigillata an. ʒ ſ. coralli rubri, lapidis hematidis an. ʒ. i. aquæ decoctionis caponis vnius, vel duorum alteratorum cum plantagine, centinodia, thapso barbato, lactuca, semine berberis, sumaac & omphacio, ℔ viii. Repone omnia in alembicho cum carnibus duorum pullorum, vel duarum perdicum, vel duarum turturum, vel vnius caponis, vel plurium ex his, & cum mica vnius panis albi, vel duorum panum madefactorum in aqua rosarum: fiat distillatio in balneo mariæ, lento igne.

℞. Prædictæ distillationis ℔. ſ. succi mali granati ʒ i. vel ʒ i. ſ. sacchari rosati ʒ ii. cinamomi electi ʒ. passentur per manicam Hippocratis: vtatur æger omni hora.

Distillatum restauratiuum refrigerans.

Quòd si vis facere distillatum quod vim habeat refrigerandi, seruata eadem compositionis ratione pro conseruis adstringentibus addes refrigerantes, vt conseruam nymphææ, violarum, rosarum, cichorij, melissæ, & similiter electuaria frigida, vt diamargariton frigidum & trochiscos de camphora, & alterabitur decoctio carnium cum lactuca, acetosa, portulaca, scariola, atque similibus.

Distillatum restauratiuum ad febres malignas & pestilentiales.

℞. Conseruarum violarum, nenupharis, melissæ, borraginis, & bugloſſæ an. ʒ ii. corticis citri conditi ʒ i. radicis dictami & tormentillæ, rad. angelicæ, rad. gentianæ an. ʒ ſ. pulueris elect. diamargariton frigidi, omnium sandalorum, boli armeni, trochiscorum de camphora, ligni eloes an. ʒ ii. rasuræ eboris, cornu cerui, maci, cinamomi, garyophillorum seminis cardi benedicti an. ʒ i. theriaces veteris ʒ iii. aquæ decoctionis duorum pullorum, vel caponum alteratorum cum acetosa, scabiosa, lactuca, borragine, bugloſſo quart. ʒ. Repone omnia in alembico vitreo cum carnibus quibusdam, & cum micis duabus panum alborum in vino albo infusis. Fiat distillatio lento igne, vt decet.

℞. Prædictæ distillationis ℔. ſ. syrupi de acetositate citri ʒ ii. misce. Vtatur æger omni hora.

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE DE LYON

PARISIIS,

Apud { IOSEPHVM COTTEREAV. / SEBASTIANVM CHAPPELET. / ABRAHAMVM PACARD. / IACOBVM QVESNEL. / DIONISIVM MOREAV. } Via Iacobæa.

ET

SAMVELEM THIBOVST,
in ambulacro Palatij.

alia allerant, v
dantur, aut in
alia verò venen
ſtunt, vt in febri
hoc modo.

Diſtillati
℞. Conſerv
cornelorum
electu. diar
chiſcorum
lata an. ℥
aquæ
rate
ba